






Topical for 576/11/4/1915-16

2nd; 1st

10/1/15

309853 GH-82






Philippus Sculp



Ioh. Rosini  
**ROMANARUM**  
 antiquitatum  
 corpus absolutissimum  
 cum notis doctissimis  
*Thomæ Dempsterj I.C.*  
 et aeneis figuris accuratissimis  
 AMSTELÆDAMI,  
 Apud SALOMONEM SCHOUTEN.  
 MDCCXXXIII.





IOHANNIS ROSINI  
ANTIQUITATUM  
ROMANARUM

CORPUS ABSOLUTISSIMUM,  
CUM NOTIS

*Doctissimis ac locupletissimis*

THOMAE DEMPSTERI J. C.

Cui accedunt

PAULI MANUTII LIBRI II.

DE LEGIBUS, ET DE SENATU,

Cum ANDREAE SCHOTTI ELECTIS,

- I. DE PRISCIS ROMAN. GENTIBUS AC FAMILIIS.  
II. DE TRIBUBUS ROM. XXXV. RUSTICIS ATQUE URBANIS.  
III. DE LUDIS FESTISQUE ROM. EX KALENDARIO VETERE.

*Cum Indice locupletissimo Rerum ac Verborum, & aeneis figuris  
accuratissimis Urbis, &c.*

Editio novissima, prioribus omnibus longe emendatior.



A M S T E L A E D A M I,

Apud SALOMONEM SCHOUTEN,

M D C C X L I I I.

Digitized by the Internet Archive  
in 2011 with funding from  
Research Library, The Getty Research Institute

# LECTORI BENEVOLO

S. D.

IOAN. FRED. REITZIUS.



Tſi ab aliquot jam annis conſilium inii nemini amplius operam meam ad expurganda tyothetarum vitia, niſi ſi quid ipſe forte libri ederem, addicendi, & ex eo tempore compluribus id flagitantibus denegavi; caſu tamen factum eſt, ut hanc Roſino recudendo operam recuſare non licuerit. Quum enim praeſtantiſſimus bibliopola SALOMON SCHOUTEN jus recudendae editionis ſibi adquiſiſſet, & ob exemplarium raritatem ad ea ruruſus publicanda ſe ſtatim accingeret, meque conſuleret, num ſibi quem commendandum haberem, cui corrigendorum ſpeciminum cura tuto committi queat; duos ipſi juvenes humaniorum literarum ſtudiis deditos adſignavi, quorum alter alio profectus coeptum opus in ipſo limine deſtituit; ne igitur mea culpa fraus videretur facta integerrimo bibliopolae, qui haerente coepto opere detrimentum haud leve ob impenſam jam factam experturus fuerat, neque ad nitide procurandam hanc editionem quidquam reliquum facturus erat; vices deficientis prioris correctoris in me ſuſcepi; alterum tamen & ejuſdem deficientis loco mox ſubrogavi, ita ut a tribus folia ſingula recenſerentur, ea lege, ut perlecto & correcto a duobus primo atque item altero, ut vocamus, ſpecimine, tertium mihi remitteretur cognoscendum. Verum ne nudam tantum correctoris operam praeſtarem, editionem Pariſinam anni 1613. in forma majore (omnium enim primam anni 1583. nanciſci non contigit) cum poſteriore, cui Doctiſſimus S. *Pitiſcus* praefuit, partim ipſe, adjutus a fratre optimo *Jo. Henr. Reitzio*, contuli, partim a prioribus illis operae conſortibus conferri curavi, & varietatum detectarum ope haud pauca reſtitui, alia aperte vitioſa ex conjectura correxi. Licet enim poſterior illa Trajectina Pitiſci editio multo adcuratior ſit ceteris, & ingenti typographicorum vitiorum copia ſcateat Pariſina, ſaepe tamen ejuſdem beneficio ſanare dabatur quae in poſteriore ita erant expreſſa, ut ſenſum adſequeretur nemo. In primis autem hoc egi, ut ubi capitum paginarumque numeri in auctorum adlegationibus diſcrepare deprehenderentur, ipſos evolverem auctores, quoties eorum copia fuit, verumque inde numerum reponi cu-

rarem. Et quamquam Pitisci opera etiam in his exhibendis plerumque fidelior, interdum tamen Parisina hos expresserat rectius. Ac ne frustra hoc praedicare videamur, en quaedam numerorum, quaedam verborum Rosino nunc redditorum exempla, ex trecentis aut amplius per saturam deprompta. Pag. 6. vs. 12. sive vs. 38. Pitisci Editio ma'e τῆτο Nos cum Par. τῆτο, licet eadem ibid. ἀρχαῖν δῖα male pro συχῶν δῖα. Pag. 37. col. b. versus fin. in utraque absurde: *Cereris & Jovis, opera Sthenis & Victoriae*. Quod transponendo sanavimus, etsi rectius ex Plinio Junius de Pic. Vett. ait: *Cereris, Jovis, & Minervae*. Dein pag. 128. post med. edebatur, *Dio Lib. 53.* ubi omisa erat p. 526. A quam addidi; sed qualia hic repetere putidum foret. Notabilius est quod pag. 173. vs. 18. aequae atque in Par. p. 182. adlegabatur *Ælianus in varia hist.* sine ullo numero, cum id legatur ap. *Ælian. de animal.* IV. c. 29. quod tamen & nos emendare tum sumus obliti. Pag. 176. col. b. versus fin. & nostrae operae *institutum* male dedere, pro *institutum*. In Par. p. 244. col. b. post med. legitur *Ovid. lib. 14. Metam.* sed rectius Pitisc. p. 233. col. b. ad fin. (cujus paginis & nostra congruit) *Ovid. Lib. 13. Met.* Addideram versum esse 625. sed & hoc operae omisere. Pag. nostra 216. post med. ex conjectura dedimus: *celebritatem averterent nundinarum*, licet in utraque lectum fuerit *everterent*. P. 241. fin. *Arnobii* locum l. 1. 7. ita indicavimus, ut Pitiscus in praefatione monuerat, licet & ipse aliter in sua edit. excudi sit passus. P. 242. vs. 11. male Pitisc. *ad eam rem ratione*, nos ex *Par. ad eam rem & rationem*. Ib. d. vs. 14. *quas compositio*; nos ex *Par. quia compositio*. P. 243. vs. 14. pro *eundem ad praelium*, quod erat in utraque, revocavi: *eundum &c.* P. 245. b. med. *annum a cos* omisso *novum*, ediderat *Pit.* quod supplevi. P. 247-8. in Kalendario numeros interdum omisos ibidem reposui, mutando mutavi. P. 251. vs. 14. *Agonus* legebatur, pro *Agonius*. P. 257. post med. *facibus Consularibus* Pitisc. quod miror, retinuit ex *Par.* pro *fascibus*, uti jam dedimus. Memorabilius quod p. 263. col. b. vs. 4. *Pit.* edidit; *quod ad hunc diem observatum est*, pro, *quod nulli ad h. d. &c.* ut *Par.* recte, ne alias binas in ead. pag. omissiones jam repetam, nec p. 270. *Adeptum & Cymbriam* pro *adeptam & Cimbricam* male ante edita commemorem. Pag. 287. vs. 10. ridicule Pitisc. ex *Par.* retinuit: *in caeteris tutela*, pro *in Cereris tutela*, quod facile conjecerit quilibet. Immo, ceteris missis, non commonstrabo sexies in pagg. 380. & 381. similia a nobis emendata, ut conferenti adparebit. Ita p. 382. a. vers. fin. pro scholiasta Juvenalis corrigendo ad *Sat. 20.* restituvimus *Sat. 10.* Dein p. 395. col. b. med. re-

## P R A E F A T I O.

posuimus *ideo*, pro *idem*. Pag. 452. vers. ult. *quamdiu aut*, editio Pit. pro quo emendavimus *autem*, quod Parisina recte, sed per compend. exhibebat. Et pag. 453. med. *in eo multum errat*, ex conjectura dedi, cum Pir. *in multum errat*, haberet, Paris. pejus: *in multum erat*. Ut finem faciam, reliquis omnibus silentio praeteritis, dicam p. 744. vers. 1. *Agnanini* mutatum in nostra in *Anagnani*; sed legendum *Anagnini* cum *Livio IX. 42. & 43.* Ceterum in rebus ipsis nihil mutavi nec addidi, licet hae majore emendatione saepe indigerent. Sed ad id non unius anni spatium sufficeret. Neque diligentiae Rosini Dempsterique obtrectare, neque commoda libri satis ex cupida distractione adparentia cavillationibus dubia reddere volui; quum & post Pitiscum alii Viri clari recte censuerint, nimis inclementem esse Reinesii de hoc opere censuram. Ut autem facilius erat notis & observationibus librum augere, ita hoc bibliopolae prorsus dissuasi, ne volumen jam satis spissum in molem nimiam, aut in plures tomos excresceret. Quae vero & nostram oculorum aciem effugerunt, uti fas est in charactere adeo minuto accidere, ea Benevole Lector aequiore animo condonabis, quum deprehenderis, prioribus certe hanc editionem esse emendatiorem. Vale.

VIRIS

## SAMUEL PITISCUS.



*Antiquitatum Romanarum commentarios sæculis proxime elapsis certatim scripserunt viri egregia eruditione clari, & prisca doctrina pollentes. Plerique diffusioribus commentis magna; imo ingentia volumina impleverunt, & tenuioris fortunæ homines, qui in tam lauta & bene unctâ parte non erant, ut tanti pretii libros ære suo sibi comparare possent, ab illorum lætione absterruerunt. Quod sentiens vir doctissimus, quo ante centum annos & si quid amplius, provinciam doctoris cum in Ratisbonensi schola suscepisset, nemo fere, Illustrissimo Casparo Barthio iudice, minore ambitione utilius & planius res prisce juventutem docuit. Johannes Rosinus Isenaco-Thuringus, horum fere omnium per otium, quo alia studia interpellabat, cognitione quæque dignissima excerpfit, & ommissis quæ cognoscendi voluptate jucunda non erant, breve hoc veluti florum, quod iterata hac editione exhibet Typographus, corpusculum fecit. Hoc nasuto critico, Thomæ Reinesio, qui putavit neminem vel sapere, vel scribere præter se, quemque stolidæ hominum adulationes mirum quantum instarunt, ut de Heinsio Gebhardus; & aliorum scripta destringere, illisque vitia imponere, sed in illis reprehendendis, arbitro Jacobo Perizonio, Academiæ Lugduno Batavæ columen qui cluet, modum plane excedere consuevit, approbare non potuit. Hæc enim sunt ejus in variis lætionibus. Rosinus in quodvis opus condemnandus potius fuit, quam ad Romanas Antiquitates digerendas admittendus: adeo nihil fani ubique fere docet, nisi cum auctores integros describit, & nihil de suo inculcat: quam primum autem vel tantum excerpta dat, vel è suo penu aliquid, nugæ blatt & meras imperitias. Doleo defuncti vicem, cujus nomini tam nigrum theta affixum video. Sed finge, nihil de suo addidisse, verum in aliorum scriptis evolvendis, excerpendis, disponendis desudasse Rosinum. Plagii certe, hoc modo dum scripsit, non est reus, nam ex quibus profecerit, & sua transcripserit, in singulis præfationibus lætorem sedulus monet. Et sunt, qui putant se de publico mereri, dum aliorum labores, licet vix inspexerint, certe non legerint, typis describendos typographis committunt, æque ac illos, qui laboratos, quos in scriniis habent, libros emittunt. Quod si verum, hoc convicio correptus non exagrandus, sed laudibus onerandus fuit, qui tot doctorum opera sudata evolvere, & recta methodo ærumnabili labore disposita publicare non dubitavit Rosinus. Fac quoque plus vice simplici, dum hæc scriberet, errasse Rosinum. Illum in qualicumque hac pro illo apologia ab omni*

PITISCI PRÆFATIO.

peccato absolvere nec volo, nec possum. Sed, an errare non est humanum? An non quisque suos patitur manes? Quotusquisque est etiam doctiorum, qui & dum fuerunt, & dum esse deserunt, si sensus conditis maneret, sua scripta ab illis, qui nihil possunt nisi meliores carpere, Theonino dente lacerata esse non quereantur? Castigabiles quoque errores in Reinesii scriptis, dum illa evolverem, observavi, & ab aliis, qui me doctiores divam Criticen colunt, observatos vidi. Sed mitto actorem hunc molestum. Probaverunt enim, qui Reinesio non decedunt, multi viri docti. Horum alii, ubi recentiores laudant scriptores, etiam Rosinum laudant. Illos omnes referre longum foret, nec memoria mihi dictaret. Ut dictis fidem faciam, laudant illum Johannes Petrus Bellorius, Nicolaus Bergierius, Johaunes Andreas Bosius, Augustus Buchnerus, Johaannes Faes, Henricus Christianus Henninius, Fridericus Hildebrandus, Johaannes Jacobus Hofmannus, Josephus Laurentius, Martinus Lipenius, Famianus Nardinus, Johannes Schefferus, Sertorius Ursatus. Alii non contemnendis illum laudibus ornant & elogiis, lectoremque ad ejus scripta ablegant. Ex multis hi sufficient. Johannes Guilielmus Stuckius in *Sacrorum Sacrificiorumque gentilium Descriptione*: Hæc omnia diligenter quoque & accurate collegit ex Antiquitatum scriptoribus vir doctissimus Johannes Rosinus. *Lampertus Alardus in Valerium Flaccum*. Quod cum cura probat Rosinus in *Antiquitatibus Romanis*, ad quem invises si lubet. *Josua Barnes in Euripidis Electram*. Hoc in loco ritus sacrificandi describitur. Vide Johannis Rosini *Antiquitates Romanas*. *Johannes Clericus in Arte Critica*. Nullus antiquus scriptor unus omnia, aut pleraque hujusmodi uno opere complexus est, & coacti sunt recentiores ex omnibus colligere plenam, quantum potuit, Romanarum consuetudinum & opinionum descriptionem. Utilem operam huic rei navavit Johannes Rosinus, quem suis Παράλιπομένους illustravit Thomas Dempsterus, unde conflatum est *Antiquitatum Romanarum corpus*. *Johaannes Andreas Bosius de Comparanda Eloquentia Civili*. Iterum hic subsidiis opus, quibus observatio hæc juvetur, & facilior sit. Quantum ad ritus antiquos, in rebus Romanis *Antiquitates Johannis Rosini cum Paralipomenis Thomæ Dempsteri* utiliter adhibebuntur. *Idem in Exercitatione historica de Pontificatu Maximo Imperatorum Romanorum*. E quibus nunc laudare possum, qui isthæc meditati obviam fuere, doctissimos clarissimosque viros, Johannem Rosinum. . . . *Olaus Borrichius in Dissertatione de antiqua urbis Romæ facie*. Si quis in ipsa Urbe præscam Urbis faciem contemplari desideret, vocandi sunt in subsidium Antiquarii mortui, Rosinus. . . . *Octavius Falconerius in Dissertatione de Pyramide C. Cestii Epononis*. Defendit illos sat validis argumentis Rosinus. *Johaannes Faes ad Gyraldum de sepeliendi ritibus*. Hoc institutum ad Valerium Poplicolam referunt,

\*\*

de

PITISCI PRÆFATIO.

de quo Plutarchus in ejus vita, & Johannes Rosinus Antiquitatum Romanarum v. 39. in consilium adhibeantur. *Probaverunt, qui diurna nocturnaque manu triverunt, studiosi lectores. Hoc nos docent tot editiones, quæ una ætate & quod excurrit prodierunt, in folio Basiliensis 1583. Parisiensis 1613 in quarto Lugdunensis 1606. Colonienfis 1620. Genevensis 1622. & 1640. Lugdunensis 1663. & 1685* Hæc in antecessum te scire volui, B. L. In hac nova quid præstiterim, tandem paucis accipe. Thomas Dempsterus vir multiscius, quia multæ lectionis & tenacissimæ memoriæ meditabundus auctores, quos laudat, nec evoluisse, nec inspexisse; sed solius memoriæ beneficio nuxus omnia, ut è calamo fluxerunt, quod se facere consuevisse alicubi agnoscit & jactat Nobilissimus Barthius, in chartas conjecisse videtur. Sunt adeo lacera, adeo luxa, adeo confusa & indistincta, quæ advocat, veterum, præcipue Græcorum testimonia. Istorum vix decimus est, quem integre laudat, scriptorum. Sed panno tam nobili aut de suo quid addit, aut mala forfice quid aufert & refecat, minimum ordine, quem fallax memoria calamo suggerit, disponit. Johannes Rosinus, Thomas Dempsterus & Paulus Manutius, cujus libros de Legibus & Senatu ad calcem operis adjectos vides, laudant ea, quæ apud scriptores, quos laudant, sed non loco, quem indicant, inveniuntur: imo hunc, cum illum laudare debuissent, laudant scriptorem. *Exempla ex multis pauca fidem facient. Lavatio Deum matris est hodie, Jovis epulum cras est. . . Arnobium adversus gentes scribere libro secundo totidem elementis scribit Rosinus IV. 3. scribit hoc Arnobius lib. I. pag. 7. De legibus sumptuariis ex Macrobio Saturn. libro tertio cap. 17. multa adfert Rosinus VIII. 13. Sed de illis agit Macrobius libro secundo cap. 13. & liber tertius, à Rosino laudatus duodecim capitibus absolvitur. Gallum gallinaceum Latonæ amatum fuisse apud Ælianum legi in Varia Historia scribit Rosinus II. 19. Legitur apud illum de Anim. 4. 29. Templum Martis bis Ultoris ad similitudinem Jovis Feretrii factum memoriæ prodidisse Dionysium libro 54. scribit Rosinus II. 10. Prodidit autem Dio lib 53 pag. 526. A. & Dionysius, quod qui illum à limine salutaverunt, probe norunt, undecim duntaxat libros posteritati reliquit. Reginæ sacrorum, quo nomine Regis sacrorum uxor appellabatur, meminisse Plutarchum in 4. Saturn. cap. 15 scribit Rosinus III. 25. meminit illius Macrobius Saturn. lib. I. cap. 15. Illa gerat vestes tenues. . . legi apud Tibullum libro primo eleg. 3. scribit Dempsterus v. 3. Legitur apud illum lib. 2. eleg. 6. num. 18. Obvolvere quod antiqui obnubere vocarunt, ob quam causam legem quoque parentam jubere caput ejus obnubere. . . apud Festum legi lib. 13. in voce obvolvere scribit Dempsterus VIII. 31. Legitur apud illum lib. 12. in voce nuptias. Sudibus inter se in modum justæ pugnæ concurrere scribit Dempsterus x. 10. legi apud Livium l. 3. dec. 9. Legitur apud illum dec. 3. lib. 6. Summissos enses nequicquam, amentaque dextris*



dextris Laxa tenens *Juvenalis esse carmen* l. 12. num. 441. scribit *Dempsterus* x. 29 *Est Statii carmen Theb.* l. 12. n. 723. Nominatæ Consulibus provinciæ sunt, Sicilia Scipioni extra sortem. . . apud *Livium* lib. VIII. legi scribit *Manutius de Legibus* cap. 2. Legitur apud illum l. 28. c. 38. Ut Deos fruge colerent, & mola falsa litarent, apud *Plinium* l. VIII. c. 2. legi scribit *Manutius* l. 1. Legitur apud illum l. 18. c. 2. Patres legem Cinciam flagitant, apud *Tacitum* *Annal.* lib. XIII. legi scribit *Manutius de Legibus* cap. 17. Legitur apud illum l. 11. c. 5. §. 3. De Palilibus scribere *Ovidium* *Fast.* 15. scribit *Manutius de dierum ratione* pag. 900. Scribit de illis *Fast.* 4. n. 721. His & similibus pudendis erroribus tum imperitia typothetarum, qui homines sunt illiteratissimi, tum inscitia emendatorum, qui sæpius sunt homines honorum artium infrequentissimi, operasque quia pro pane locant, minimo locant, gratiam tuam negligunt, & ut canes fugientes bibunt è Nilo, omnia perfunctorie & festinanter percurrunt, & exinde errores in editionibus prioribus commissos non tollunt, sed in posterioribus multo plures addunt, quibus libros recensendos tradunt bibliopolæ nimis ad rem attentis, qui satis habent minus accurate editos, dummodo ingens ex illis ad se redeat lucrum, in lucem prodire, etiam in editione principe Parisensi multi alii, imo fere innumerabiles accesserunt, & ex illa in sequentes, ut solet, manarunt. Hinc novissima illa *Lugdunensis*, in quam omnium editionum errores, ut nautea in sentinam, confluerunt, ita est erroribus deformata, ut omnem amiserit gratiam, & vix ullius sit usus. Ex illa ad quatuor millia errorum sustuli. Nec tamen omnes me sustulisse jactō. Quis enim in aliorum vitiis tam acutum cereret, ut nihil, emendandum quod quidem esset, ejus oculos fugeret? Præcipue in operibus, in quibus innumeri ferme scriptores Latini & Græci ad testimonium citantur: Illos, quos sustuli, ut commode tollerem, evolvi omnes scriptores Græcos, quos testes laudat *Dempsterus*, & illorum etiam interdum varias editiones, paucis, quos in hoc tempus oculis subjicere non licuit, exceptis: Latinos quoque non omnes; sed quos perperam advocari *Cynthius* aurem vellit & admonuit. *Manutii* quoque de *Legibus* & *Senatu* libros eadem opera evolvi: an sana essent, quæ adferrentur, veterum testimonia inquisivi: allata locis, quibus apud veteres leguntur, illis mota reposui: capita, paragraphos, numeros, ut, si ipsos fontes adire suave tibi fuerit, minore cum labore invenias, adjeci: contextum in capita secui, & singulis capitibus, ut, quid illis doceatur, prima fronte cognoscas, summaria præmisi: veterum verba ipsa, ut, quæ illorum, quæ *Manutii* sint, commodius discernas, cursivis, ut amant bibliopolæ loqui, literis describi jussi. Hisce vale B. L. & conatibus nostris fave.

Potentissimo Augustissimoque

P R I N C I P I  
I A C O B O I.

MAGNÆ BRITANNIÆ, &c.  
M O N A R C H Æ.

Domino suo Clementissimo aeternum obsequii Monumentum.

THOMAS DEMPSTERUS à MURESK D. D.



DELIBERANDUM diu mihi non fuerat, DOMINE, cui L. M. ex SC. formula, ANTIQUITATEM meam nuncuparem, solitæ Augustissimæ Majestati debitam: alium nec volui, qui Mecœnatem quærebam, nec potui, in hæreditario tuo regno natus, nec debui, nomen operi conciliaturus. Genium destinare, cujus sacrario hoc clientelæ anathema, hanc propensioris observantiæ tabulam suspenderem, in quo mirabili mixtura eruditio magnitudinem ornaret, & pari gradu eruditionem magnitudo attolleret. A te sentire Pythagoras, explicare Plato, dividere Socrates, vernare Hortensius, irasci Demosthenes didicissent: Tecum potentissimi in Europa principum regendi amussim communicent, à te privatorum eruditissimi sancte philosophandi præcepta petant. Opera, quæ admiratione dignissima, in utroque genere, omnium manibus teruntur, tam tenui non egent commendatione. Eat nunc *Eunap. in Longino. Epist. ad Ecditium.* *ἐμφυλον βιβλιοθήκην*, memoria dolium dictus est) jure usurpare potes *ἐμοὶ δὲ βιβλίον κτήσεως ἐκ Παιδαρίας δεινὸς ἐντέτυκε πύθος.* Et ego doctissimo Regi meos in illustranda ornandaque Antiquitate conatus, æstimatori æquissimo, inscribere verebor?

Accedebant ad hæc, DOMINE, patris mei seu vota, seu imperia; qui nuper nec sordidæ, nec novæ familiæ possessor, BANFIÆ insuper & BUCHANIÆ, tua, majorumque tuorum munificentia præfectus atque Irenarcha, parricidio primum domestico, inauditoque hæctenus filii sui scelere, ac mox magnatum quorundam impotenti factione oppressus, omnibus non modo honoribus exutus, sed & hæreditario spoliatus patrimonio, viginti pene retro actis annis, regiæ justitiæ vindicem manum implorat. Et parricidam quidem ante sedecim annos, Abredoniæ inquiri præfens imperasti, adducentique ingentia præmia pollicitus, ut de cætero bene speraremus, *Synaf. E. rif. 156.* *ἐφείκει.* Et quia *τὰ δίκαια χεῖζει συμμαχων, καὶ γίνονται ἂν οἱ βοηθοῦντες αὐτοῖς ἰουδαῖοι.* *μενες τοῖς ὀρθῶς ἔχουσι συμπονῆτες,* tu nobis *πρέβολος* esto, & nos Hortalos tu Augustus leva, & veterem prohibe interire familiam. Hæc à tua clementia majores nostri Buchaniæ STUARTI, SCHRIMGERI, FORBASSI, & LESLÆI, devota sceptro tuo capita, junctis mecum votis, supplices contendunt.

# DE MPSTERI DEDICATIO.

Movet Patria, civesque ac subditi tui, ut qualecunque hoc esset, tuis DOMINE auspiciis prodiret: patria, inquam, quæ ante nongentos annos, emortuis ubique pene gentium literis, Lutetiæ primum, ac mox Ticini clarissimum mansuetioris culturæ instituit emporium, pharumque disciplinarum longe lateque fulgentem erexit, ad quam si studiorum suorum cursus adolescentes dirigerent, portum occupare honorum possent, neque Helice Atheniensi, aut Cynosura Romana indigerent. At nunc, Deus bone! quam longe ab illo remota cultu, quam sui dissimilis? quæ nihil hodie scientiarum illustriorum (humaniores has artes intelligo, Medicinam, & Jurisprudentiam) publica Regiæ liberalitatis cura hauriendum exhibeat, inops eorum, quæ splendide olim in alias gentes, imo & prodiga, transfudit. Quod si qui tibi in literatos amor est, idem otium professores instituendi esset, ut nunc tua *Plin. lib. 4. Epist. 13.* juvenus, castius sub oculis parentum & minori sumptu domi instituenda, Athenas inquirat peregrinas, ita mox Massiliam tuam alienigenæ certatim confluerent. Neque vero quos tibi debitos, sub te hausimus spiritus, in externa erudienda juventute turba tua impenderemus, quibus & parta securaque fama, & sæpe non leve compendium. En tota passim Europa Scotos ostentat professores, qui cum inviti aliis principibus militant, splendori ac dignitati tuæ illustrandæ se totos, studiaque sua lubentissimi devoverent, tua signa sequerentur, & LEONES illos tuos gentilitios Aquilis venerabiliores posteritati exhiberent, verum ista si mereri non possumus, at sperare certe non desinemus: qui Italiam, Hispaniam, Belgium Germaniasque omnes, ab Alpibus ad Mæotidis paludes, fama implevimus. Taceo Galliam unicam, artium parentem jam ac nutricem, auspiciis CHRISTIANISSIMI REGIS, sollicitudine illustrissimi CARDINALIS PERONII, plures SCOTOS sinu suo fovere, bonas artes celebri nomine professos, quam ipsa Scotia hodie alat. Quis enim Musas novit, & non earum insignes alumnos (ut è multis paucos, nec tamen meriti aut dignitatis servato ordine proferram) inaudit? Bellendenos, Blacuodæos, Balfuræos, Abrenethæos, Sanclaros, Cadanos, Strachanos, Barclaios, Scharpios, Leythos, Duncanos, Andrefonos, Hegatos, Vimæos, Burnatos, Chreistios, Ridæos, Ramsæos, Sibaldos, Hirdæos, Matthifonos, Dazellos, Primroseos, Melinos, Gelios, Ihonstonos, Cragios, Curerios, Vellæos, Lautæos, Lumifdanos, Leslæos, Pemdrichos, Tamfonos, Magillos, Bruseos, qui omnium scientiarum genere excultissimi, aut principibus in maximo sunt honore, aut in celebrioribus Academiis primas occupant: quorum si partem saltem aliquam ad te voces, nam nonnulli eorum vocari non possunt, quam pulchrum elogium, & nostro, & venturo sæculo consequeris, literatissimum Principem, doctissimos professores, ingenti, & vere regia libertate ad se pellexisse. Verum de his plura fortassis, quam volui, pauciora quam debui, cui unicum hoc in votis, non me modo meaque Augustissimæ tuæ Majestati, sed & cives tuos, & Patriæ splendorem commendare. Vale aliis potentissime, mihi etiam doctissime Monarcha, & in humanæ dignitatis fastigio positus excelssissimo, summa eloquentia, summa eruditione præditus, effice, ut quæ tibi dicantur, te digna sint, quod consequutus censebor, si tu munus non fueris aspernatus. E Musæo meo Grassinæo Lutetiæ 12. Kal. Decembres Anno reparatæ Salutis 1610. Id. XII.

# L E C T O R E M

## M E U M S A L U T O.

Suidas.

Laert.  
lib. 7. li-  
mine.

Spartian.  
in Pescen.  
in fine.

Epist. 104.

Sueton.

cap. 86.

Antholog.

lib. 2. cap.

10. Epigr.

3. Gell. lib.

10. c. 24.



ENO ille Cithicus Stoicæ assertor sapientiæ, Deos consuluit, qua ratione beatam vitam optime institueret? Respondit Apollo, εὐχρησίζοιτο τοῖς νεκροῖς, si concolor fieret mortuis, quod ubi ille intellexisset τὰ τῶν ἀρχαίων ἀναγινώσκειν, dicitur ad veterum monumenta evolventa se contulisse, censebat enim se mortuis concolorem tum demum futurum, si defunctorum laudabili doctaque uteretur consuetudine, unde & mores formarentur, & virtutis præcepta defumerentur. An non & L. Senecæ ejusdem familiæ sequacis par extat consilium? Cum Catonibus, inquit, vive, cum Lælio, cum Tubérone, quod si convivere etiam Græcis juvat, cum Socrate, cum Zenone versare, alter docebit te mori, si necesse, alter antequam necesse erit, vive cum Chryssippo, cum Posidonio, hi tibi tradent divinorum humanorumque notitiam. Neque quisquam objiciat Augustum Principem ANTIQUARIOS fastidiisse, qui Antiquitatem venerabatur, molestas illas & improbas Grammatistarum anxietates, & de μὴν & σφιν dissertationes inutiles censebat. Alioqui enim ab argutissimo Grammatico veterum memoriarum exequentissimus, idem Princeps audit, an aliud filio tanti imperii destinato heredi, & jam participi, Theodosius Hispanus apud cultissimum Claudianum commendat?

de 4. Hon.  
consul.

Interea Musis, animus dum mollior, insta,  
Et, quæ mox imitere, legas, nec desinat unquam  
Tecum Graja loqui, tecum Romana vetustas.  
Antiquos evolve duces, assuesce futuræ  
Militiæ, Latium retro te confer in ævum.

Hanc itaque tibi, (MI LECTOR) Philosophorum, virorum principum, atque adeo oraculi diviniore auctoritate comprobata, offero, & ut possum, adorno ANTIQUITATEM, ubique ROMANAM, sæpe GRÆCAM, interdum etiam & barbararum GENTIUM sacra ritusque complexam, ut publici fiat juris, utinam & saporis! quod privatis meis antea studiis, in memoriæ subsidium, destinaveram ac domi continueram.

Videram Joannem ROSINUM, transcriptionis sedulitate (hoc de eo doctorum quorundam judicium) non contemnendum, aliquem in ordinem eam digessisse, & de ea optime meritos posterioris sæculi, nec rarenter ætatis nostræ Criticos ad verbum compilasse, Onufrium, Manutium, Sigonium, Ciaconium, Pithæum, Brodæum, Polletum, Cujacium, Brissonium, Hottomannum, Revardum, Marlianum, Rhodiginum, Rivallium, Gruterum, Turnebum, Lipsium, Scaligerum, magna omnes Europæ ornamenta: quibus ego nominibus cum semper assurgerem, aut à via discederem, nefas duxi aut Rosini speciosam abolere Epigraphen, ne malignus & invidus censeret, aut illustriorum scriptorum curas hinc eliminare, ne pessime juventutis profectui esset consultum. At cum multa deessent, quæ titulo responderent, in eam curam incubui, ut servatis iisdem inscriptionibus mea insererem, quo viam studiosis aperirem, bonos auctores probatosque evolventi, seligendique, selectos excerpti, summa quidem cum jucunditate, nec minori studiorum compendio.

Tabulas illas ductiles & schemas, quas prius Chalcographi, credo pompæ potius, quam rei servituras immiscuissent, prudens sustuli, cum quod non suo pleræque loco, tum quod  
non

# D E M P S T E R I P R Æ F A T I O .

non pauca earum ineptæ, rebus dissonæ, & non semel ridiculæ essent, quod qui acutius perpendierint, verum ducti mecum fatebuntur. similes exigant pueri, qui & bovi clitellas aptent.

Et si forte, (MI LECTOR), hæc minus ad gustum tuum, cui patrociniū: ut scias ideo tantum peccasse me, ut veniam rogarem. Anni unus vertentis ambitu, citius quidem, quam asparagi coquantur, hæc à me meditata, collecta, digesta, scripta, prælo subjecta, nec licebat differre, nam & res meæ exigebant, & amici urgebant, quorum ego votis nec volui, nec debui reluctari. Atque ejus quidem quamlibet brevissimi temporis portio non exigua Academicæ concessa, & constantissimæ GERMANIÆ nationi, quæ me sibi PROCURATOREM imposuerat, eo potissimum tempore quo res maximæ & periculosissimæ cum potentissimis adversariis gerebantur. Partem aliquam subduxit affluentī Auditorum meorum frequentię (quod citra invidiosam ostentationem ut dictum, ita acceptum velim) satisfaciendi sollicitudo; dum enim alius aliud poscit, adit, consulit, omnes interpellant: quorum votis & expectationi non respondisse, sibi deesse est.

Justissima mehercules excusatio à munere publicæ professionis subministrata, quod quam onerosum sit, nemo nescit, ubique quidem Academiarum sed maxime Lutetiæ, quæ veluti theatrum eruditionis, aut verius specula dici potest, ubi soli ignavi latent, & secunda eloquentiæ fama, non raro & præmia. Accedebat & hæc, & doctorem assiduam postulabat arctior Lycæi Grassinæi severiorque disciplina: quod opulentia quidem conditoris, & magnificentia pridem illustre, sed nobiliter longe claritate moderatoris sui JOANNIS GUALTII S. S. Theologiæ Doctōris Parisiensis, cujus in laudibus hoc ego potissimum posuerim (ut omittam multiplicem eruditionem, linguarumque peritiam) quod & juvenus sub eo morigera, & professores eminentissimi, nam nec ineptos acriter patitur judicium, nec insignes & claros prudentia dimittit.

His itaque ego, nescio, implicatus magis, an obrutus negotiis, quod liberum mihi, imo quod liberum non erat, noctu, interdium, tibi, LECTOR, tempus impendebam, utinam! eo otio, aut librorum suppellectile, quam aut ego optassem, aut rei dignitas postulasset. Desunt, inquit multa: fateor, sed succurrat tibi illud Romani Philosophi, alium alio invenire posse plura, neminem omnia: nam ut aliis plerisque, ita in literis dies cura que præsens.

Μέμφεται, ἐστὶ δ' αἰεὶ κρείσσον ὀφειλόμενον.  
Incusatur, & semper futura melior est.

Menecrates.

Et ut unico verbo expediam.

Σοὶ μὲν πάντα δοκῶντ' ἐστίν, ἐμοὶ δὲ τὰδε  
Hæc tibi videntur, illa vero mihi.

Euenus  
Pariis.

Quid? quod anxia scriptorum turba sumus, alteri obstat invidia, ne multam in luce ingenium proferat, illi nocet obtrectatio, hunc memoria destituit, alium judicium, in quibusdam omnia desiderantur.

— εἰδὲ τις ἐστίν.  
Ἀνθρώπων, ᾧ ζῆδ'ς μὴ κακὰ πολλὰ διδῶ.  
— Nec ullus est

Mimnermus.

Hominum, cui Jupiter non mala multa largiatur.

Me in quocumque liberit genere repones, memor, nullum sine venia placuisse ingenium, & à me omitta, felicitus à te suppleri posse, nec ego id invidebo. Vale.

I N D E X

# I N D E X

## T O T I U S O P E R I S.

I.	<i>Liber est, de Urbe &amp; populo Romano.</i>	pag. I
II.	<i>De aëis, templis, ædibus, ædiculis, aris deorum.</i>	81
III.	<i>De sacerdotiis.</i>	191
IV.	<i>De annorum &amp; dierum ratione, &amp; diebus festis.</i>	235
V.	<i>De ludis, accumbendi &amp; discumbendi ratione seu de mensis, vestimentis, ritibus nuptiarum, &amp; deducendorum funerum.</i>	305
VI.	<i>De comitiis.</i>	449
VII.	<i>De magistratibus.</i>	485
IIIX.	<i>De legibus.</i>	545
IX.	<i>De judiciis.</i>	657
X.	<i>De militia.</i>	710

Accedunt PAULI MANUTII libri duo:

I.	<i>De legibus.</i>	815
II.	<i>De senatu.</i>	869

In Electis Romanarum Antiquitatum reperiuntur etiam subsequentes tractatus, quos Lector sub paginarum consignatione inveniet.

I.	<i>De familiis.</i>	901
II.	<i>De tribubus.</i>	941
III.	<i>De ludis festisque Romanorum.</i>	945

ROMA.




Fol. 1

Urbis Veteris Romae delineatio Accuratissima, huc facie fuit. Septimio Severo imperante

J. Torrenvliet del.

P. Philips sculp.





ROMANARUM  
ANTIQUITATUM  
LIBER PRIMUS,  
DE  
URBE ET POPULO.

P R Æ F A T I O.

**D**E causis quæ me moverint, ut hosce de Republica Romana libros scriberem, in Epistola ad lectorem satis dixi. Nunc ut initium fiat operis, libet pauca quædam de ordine librorum in medium afferre. Is vero hic est: Quicumque Rempublicam aliquam literis describendam sibi sumit, eum primum omnium de loco, ubi illa constituta sit, dicere oportet. Quod nisi fiat, intelligi cætera quæ dicuntur, non bene possunt. Itaque in hoc meo opere primum locum hujus Reipublicæ describo: urbem videlicet Romam: cujus originem, ædificationem, & amplificationem atque ambitum, quantum quidem ex veterum & recentium ea de re scriptis editis scire potui, fideliter lectoribus ob oculos pono: atque simul præcipua ædificia juxta quatuordecim regiones, in quas AUGUSTUS Urbem descripsit, indico. Urbe muris circumdata, & ædificiis instructa, de incolis atque habitatoribus hujus Urbis jure optimo dicendum est: quod etiam in hoc primo libro, allatis præcipuis hujus populi divisionibus & differentiis, summa diligentia facio. Iis cognitis, instituta populi consideranda. Illa vero versantur vel circa Religionem. vel circa Reipublicæ gubernationem. Secundo igitur hujus commentarii libro de Diis, quos hic populus coluit, quibus de causis eos hoc, vel illo nomine appellarit, quæ templa, ædes, ædiculas, aras, &c. in eorum honorem ædificavit, dissero. Inde libro tertio Deorum, vel sacrorum ministros describo. Cum verò multi etiam dies in honorem illorum Deorum festivè & celebriter fuerint peracti: de iis, quos Romani festos habuerunt, quarto libro ago. Ad festos dies pertinent ludi, quos quinto libro explico. Absoluta ad hunc modum tractatione de Religione, Politicæ descriptionem aggredior: ubi, cum præcipuæ ferè partes Reipublicæ comitiis populi sint peractæ, de iis primo loco, libro videlicet sexto, ago. Magistratus postea libro septimo subjungo. Quæ leges hujus Reipublicæ, ad quarum normam ea gubernata est, fuerint, octavo libro trado. Gubernationis hujus praxin, quæ in judiciis consistit, nono libro expono. Ita & Religione & Reipublicæ gubernatione explicata, Urbe egredior, & quæ instituta, qui ritus hujus populi circa rem militarem fuerint, oratione persequor: & sic hunc totum tractatum concludo. Hæc de ordine. Nunc, DEO benedicente, rem ipsam aggrediar, & de Urbe, ejusque habitatoribus agam. In quo tractatu, præter veteres rei Romanæ scriptores, recentes etiam quosdam secutus sum, BARTHOLOMÆUM MARLIANUM, ONUPHRIUM PANVINIUM, GEORGIUM FABRICIUM, & CAROLUM SIGONIUM, quod indicare hoc loco volui, ne si viderint lectores multa hic ex istis, quos dixi, authoribus desumpta esse, plagii me infimulent.

A

C A

## De origine urbis Romæ.



De origine urbis Romæ, ejus conditoribus, & nomine, variæ & discrepantes sunt sententiæ, quæ à Livio & Plutarcho recitantur, atque refutantur, & ab Onuphrio etiam Panvino initio librorum de *Republica Romana* breviter recensentur, quas huc referre non est opus. Simplicissima autem, & vero maxime consentanea hæc est: Conditam esse urbem à Romulo Rheæ Sylvii filio, Numitoris nepote, cujus profapia refertur ad Æneam Troianum. Capta enim & diruta Troia propter raptum Helenæ, Æneas cum patre Anchise, & aliis sociis fuga sibi consuluit; & incolumis quidem à Græcis, quia author Troianis reddendæ Helenæ fuerat, dimissus est: post longam autem & diuturnam navigationem in Latium, quod est pars Italiæ, ad Regem Latinum venit: ibique aliquandiu commoratus, accepta Regis Latini filia Lavinia in matrimonium, post foceri obitum, hæres regni relicta est. Sublato autem & ipso è rebus humanis, Ascanio filio, qui tamen nondum maturus imperio erat, regnum avitum, paternumque, ad puberem ætatem incolume mansit, & tutela matris Lavinia stetit. Is vero Ascanius ubi ad maturam rebus gerendis ætatem pervenit, abundante Lavinii multitudine, florentem atque opulentam Urbem matri reliquit: novam ipse aliam sub Albano monte condens, quæ à situ porrectæ in dorso urbis, *Alba longa* appellata est. Interfuere inter Lavinium conditum, & Alban longam coloniam deductam, triginta fere anni. Initium regni Albani cepit anno post captam Troiam trigesimo secundo, ætatis Ascanii vigesimo quinto: à quo, ad Procum usque undecim Reges præfuerunt Imperio Albano: quorum nomina apud Dionysium Halicarnasæum recensentur hæc: 1. *Sylvius*, successor Ascanii, regnavit annos 29. 11. *Æneus Sylvius* 31. 111. *Latinus Sylvius* 51. 14. *Alba* 39. 5. *Capetus*, hunc quidam *Atym* dicunt, 26. 61. *Capys* 28. 611. *Calpetus* 13. 6111. *Tyberinus* 8. 19. *Agrippa* 33. 10. *Alladius*, alii *Romulum Sylvium* vocant, 19. 11. *Aventinus* 37. Post Aventinum Procus rerum Albanarum potitus est, & regnavit annos 13. relicta duobus filiis, *Numitore* & *Amulio*, quorum hic regnum quod Numitori fratri propter ætatem debebatur, fraude occupavit: & ne vindex regni ex fratris genere oriretur, ac ipse regno ejiceretur, *Rheam Sylviam* filiam Numitoris, Vestæ sacerdotem consecravit. Hæc perpetuæ virginitati devota, à *Marte*, ut fingunt aliqui, sive ab alio quodam, gravida facta, geminos procreavit pueros: *Romulum* scilicet ac *Remum*. Amulius igitur hac re cognita, Rheam Sylviam carceri includi, pueros exponi jubet, qui à Faustulo regii pecoris magistro in ripa fluminis Tiberis reperti, inter pastores, ab ipsius uxore Laurentia, quæ ob vulgatum corpus *Lupa* dicta fuit, educati sunt. Remus, ubi ætatem virilem est adeptus, captus à prædonibus perductusque ad Amulium patrum, Regem, accusatur, ut qui Numitoris greges abigere solitus sit. Itaque Numitori traditur, ut ipse de eo pro arbitrio pœnas sumat. Verum Remus, multis sermonibus vicissim habitis, & signis cognitis, nepos Numitoris agnitus est. Supervenit & Romulus cum Faustulo, auxilium fratri Remo laturus. At hi omnes, conjuratione facta ex inopinato Amulium obruunt, atque obruncant, regnumque avo Numitori restitunt. Anno hujus secundo Romulus & Remus urbem Romam in eo loco, ubi expositi fuerant, (anno à capto Ilio 431. Olympiadis septimæ anno primo, anno mundi 3213. 11. Kal. Maii: sive, ut alii tradunt, anno mundi 3220. 21. die April.) condiderunt. Exorto postea bello inter Romulum ac Remum de imperio, Remus occiditur: Romulus civitati ac civibus Romanis nomen dedit. *Livius*, *Plutarchus*, *Dionysius Halicarnasæus*, *Messala Corvinus* & *Bartholomæus Marlianus*, ex quo posteriora fere ad verbum descripsi.

## THOMAS DEMPSTERUS JC.

ADDIDIT AD

CAP. I. PARALIPOMENA.

A quo condita Roma?



Romam conditam à Romulo communior sane est sententia vulgatioque: historici pene omnes, Joh. Saresber. lib. 8. c. 22. M. Varro rei Rust. lib. 3. cap. 1. *Antiquissimum Græciæ oppidum Theba* *Bœotia*, quod ædificavit Ogyges Rex, in agro Romano Roma, quam Romulus. Aulon. epigr. 50. Michaëlius Glycas Annal. part. 2. 195. quem certum est leges historico præscriptas non observare, multa tamen notatu digna in eo repetitas, quæ nusquam alias. Aurel. Prudent. in Romano.

*Divum favore cum puer Marvotius  
Fundavit urbem septicollem Romulus.*

Alii ab utroque fratre conditam contendunt, Albert. Stadenf. Chron. pag. 9. quem ego auctorem doctum & diligentem judico. Pompon. Mela lib. 2. cap. 4. C. Plinius lib. 8. cap. 17. *sicut de conditoribus nostris accepimus.* M. Maull. Astron. lib. 5.

*Qua genitus cum fratre Remus hanc condidit urbem.*

Mihi tamen animadversum à Remo fundamenta ejus jacta: erat enim major natu. Corrigendus Papin. Stat. ope MS. lib. 5. fil. 2. vers. 17.

*Neque enim de sanguine cretus*

*Turmalis, trabe ac remis, nec, &c.*

Corruptissime, neque ullo sensu, nam Metium Celerem nec è plebe fuisse vult, neque etiam equestris tantum conditionis, sed patriciæ: equites vero trabeatos fuisse docuere Critici, legendum est ergo, *sanguine cretus*

*Turmalis, trabeaque Remi.*

Iidem lib. 2. fil. ult.

*Dices inlimibus Remi vagantes*

*Insandos domini nocentis ignes.*  
 Sext. Propert. lib. 2. eleg. 1.  
*Quis gradibus domus ista Remi se sustulit.*  
 Et lib. 4. eleg. 1.  
*Regnare prima Remi, aut animos Carthaginis alta.*  
 M. Martial. lib. 10. epig. 76.  
*Sed de plebe Remi, Numque verna.*  
 Prudent. lib. 2. in Symmachum.  
*Ipsa casus fragili texat gens Romula calmo,*  
*Sic tradunt habitasse Romum.*  
 Et eodem libro.  
*Jamque Remi populo quernas Sardinia glandes*  
*Suppediit.*  
 Juvenal. sat. 10. v. 72.  
*Turba Remi sequitur fortunam.*  
 Valer. Catull. epigr. 56.  
*Glubit magnanimos Remi nepotes.*

QUÆ MATER ROMULI?

Filium faciunt *Rhea Sylvie*, & habet hac opinio suos fautores. sunt tamen qui Romuli matrem *Serciam* appellent. *Ælian.* var. hist. lib. 7. cap. 16. nec desunt qui *Illiam* eam vocatam tradant, *Serv.* ad 1. *Æneid.* v. 278. & ad lib. 6. *Æneid.* v. 790. vetus scholiastes *Juvenal.* ad *Sar.* 9. v. 52. *Kaland.* Martii quibus Junonis sacra celebrantur à Romanis, quia & tunc *Ilia* compressa est à Marte, tunc nam *Matronalia* sunt. Idem ad *fat.* 11. v. 106. Marti ad *Illiam* venientis ut concumberet. Et ad *fat.* 1. v. 7. *Lucum Marti* dicit, qui *Rome* est in *via Appia*, in quo solebant recitare poëta, aut illum qui apud *Celchos* est, in quo fuit pellis aurea, aut in quo *Ilia* peperit. Interpretes *Horatii* ad 1. 1. od. 2. *Stat. lib.* 1. lib. 2. v. 246.

*sic illa soprore dolso*

*Martia fluminea posuit latus Ilia ripa.*  
 Et lib. 2. lib. 1. v. 99.  
*Jam secura parvus Thusis regnabat in undis*  
*Ilia, portantem lassabat Romulus Arcam.*  
 Insigni correctione eget *Claudianus paneg.* de consul. *Olyb.* & *Prob.* in *Tibridis* habitu.  
*Palla graves humeros velat, quam neverat uxor,*  
*Ille percurrens vitreas sub gurgite telas.*  
 Nec sentius, nec interpunctio valet, quare optime in *M. S. ineo*, nisi fallor:  
*Ilia, percurrens vitreas sub gurgite telas.*  
*Ovid. lib.* 2. *Amor. eleg.* 14. & lib. 3. *Amor. eleg.* 5. lib. 2. *Fast.* ut omnittam *Chronographos*.  
*Quaque colunt thalamos Ilia diva tuos.*

QUAM ANTIQUA EXPOSITIO ET QUIS MODUS?

Natos nepotes *Amulius* exponi jussit. vetustissimus hic mos, atque adeo in usu populo *Hebraeo*, ut ex sacris literis de *Moyse* norum, & *Ezechiele* *Tragico*, quem à *Clemente Alexandrino* & *Eutebio* laudatum, ego eruditum magis quam eloquentem æstimo, is in sua *exagoge*.  
*Ἐνταῦθα μήτηρ ἢ τεύχος, ἐκρῦψε με*  
*Τρεῖς μῆνας, ὡς ἐρασεν, ἃ ῥαβδῶσα δὲ*  
*Ἐπέθεκε.*  
*Ibi mater qua me peperit, abscondit me tres menses, ut dixit, cum autem latere non posset, exposuit.* De *Græcis* nullus dubitandi locus, quin idem fastitarint exemplo *Oedipi*. *Diodor. Sicul.* lib. 5. c. 6. *L. Seneca* *Oedipo*.  
*Tese damnavit parens*  
*Et in alta nemora pabulum misit feris*  
*Acidās, avibusque quas Cytharæon noxias*  
*Alit.*

Et alii eadem, quamquam postea *Thebani* id lege sustulerint, tanquam impium, & ab humanitate alienum, *Ælian.* lib. 2. cap. 7. *Νόμος δὲ τοῦ Θεβαϊκῆς ἐστὶν: ἀμα καὶ φιλανθρώπων μίμνος ἐν τοῖς μάχαις, ὅτι καὶ ἐξέστιν ἀγρῶν Θεβαϊῶν ἰκθύνων πικρίων, ἧν ἡαc Θεβαϊοῦντων τετρία σμῦνι ὁ κη-*

*mana posita in his maxime, ne cui Thebano vivo liceat exponere infantem; male interpretes verterat, nec minus varii in hoc ritu Romani; nam lata lege veterum exponi parvus, Tit. Liv. l. 1. Dec. 1. C. Theodof. lib. 5. tit. 7. nisi forte monstris forent, Dionys. Halicarnass. lib. 2. nam nunquam sine comminatione deorum putabant portentosos, fueris nasci, quos abjicere aut necare intererat Republica, ut dicitur in tractatu de prodigiis; & dixi ad illud *Claudiani* lib. 1. in *Eutrop.**

*Consule lustrandi fœces, ipsoque litandum*  
*Prodigio.*

Hinc exponere, idem quod necare. *Paul. IC.* l. 4. ff. de agnos. libe. & sustulere id *Valentinianus* & *Lucius Angg.* l. 1. C. de infant. expos. certe tamen apparet licitam expositionem; nam in nullo censu aut numero expositos collocat *Latro* apud *L. Senecam* lib. 5. controv. 33. & pater matrem agnoscentis liberos suos solutis alimentis recipere potest; ex lege apud eundem lib. 4. controv. 26. & lib. 9. controv. 3. si docent *IC.* ingenios, si exponantur, in servilem transire conditionem.

Locus vel mare & fluvii, *Constant. Manass.* *Annal.* p. 42. & *Ortho Frising.* *Chron.* lib. 2. c. 2. *Geminos quos Rhea pepererat, exponi & in aquam projici Amulius jussit.* *Justin.* lib. 44. *Gargoris Rex nepotem suum Habidem in mare projici jussit.* *Sirabo Amasian.* lib. 5. *Geograph.* pag. 252. τῆς δ' ἕξθης ἀπὸς τὸν Τίβεριν, κατὰ τὴν πύργον, hos ad *Tiberim* exposuit, secundum morem quandam patriam. *Ezechieh.* *Tragicus* in *Exagoge*, de precepto *Pharaonis*.

*Ἐπειτα κρησσοὶ μὲν Ἑβραίων γένει*  
*Τ' ἀβρηνικὰ βίβλειν ποταμὸν ἐς βαθυρόπον.*  
 Deinde jubet ut *Hebræorum* gens masculos jaceret in *fluvium* profundum. *Ovid. Fast.* lib. 3.

*Anne* jubet mergi geminos, scelus unda refugit,  
*In siccā pueri desituntur humo.*  
 Alii in deserta & avia abjiciebantur. Idem *Epist.* 11.  
*Jamque dari parvum canibusque acibusque nepotem*  
*Jusserat, in solis desituntque locis.*  
 Aut denique ad cloacas vetus scholiastes *Juvenal.* infantes exponi solitos prodidit ad *Sar.* 6. v. 600. & ipse *Saryicus.*  
*Transco juppitos & gaudia, totaque sæpe*  
*Ad spurcos decepta lacus.*

Modus exponendi, in vaseculo de papyro facto ac bitumine illito, ut loquitur *Freculph.* *Tom.* 1. *Chron.* l. 2. c. 8. quod vas *sticellam* vocat quisquis ille fuit qui *Glycam* latinitate donavit *Annal.* par. 2. pag. 206. hic *Romanam* fuisse docet, ille *Hebraicam* consuetudinem. *cantharis* etiam exponi soliti, unde intelligendus *P. Terent.* in *And.* act. 4. sc. 4.

*Verum vidi cantharum*  
*Suffarinatam.*

Ubi loci *Ælius Donatus* hallucinatur, dum pro *Cantharo*, putat legendum *Cantharam*, & de anu quadam intelligit: melius *Eugraphius* vetus *Grammaticus*, licet plerumque non magni ponderis author, *cantharam suffarinatam* dixit, quasi corbem supponendo pueri repletum. *Scholiast.* *Aristoph.* in *Plutarch.*

*Πᾶς γὰρ ὅτε διαστῶν μὲν αὐτὸν γυρόμενον*  
*Χειμῶνος ὄντος ἐξέθεσαν ἐν ὄσρακῳ*  
*Vertit Nannius eruditissimus lib. 1. συμμικῆ.*  
*Qui mox ut alvo matris esset editus*  
*In vase filili per hyemem exponitur.*

Denique notandum non modo inornato corpore partus hos abjectos, sed una cum iis pretiosissima quæque exposita, qualia sunt annum, gemmæ, annuli, monilia, aliaque quæ *Græcis γυαρίσματα* Latinis *crepundia* vocantur. *Heliodor.* lib. 4. *Æthiop.* p. 174. Ὅσε ἄρα σοι πάντως ἐπιδεικνύμαι μοι τὴν ταπεινὴν ἢ τῆ παιδὶ συνεκτεθειτῶν ὑποδοχῆσαι μετὰ τῶν δολων γυαρίσματων ἐλεγες. *Quamobrem* tempus est omnino, ut mihi *fasciam* ostendas, quam cum *filia* expositam te cum ceteris *indivitis* recepisse dicebas. atque huic monili insculptum erat utriusque parentis nomen, ut ex eodem *Heliodoro* liquet pag. 175. lib. 4. ut si aliquis partum tolleret, haberet saltem educationis præmia; si moreretur, non deessent sepulture

sumptus, hocque est quod Eugraphius ait ad sc. 1. act. 4. Heautontimor. *nesas fuisse liberos etiam mortuos paternis bonis fraudari.* Crepundia ista significat Moyles de se exposito apud Ezechielem Tragicum act. 1.

Τρεψιδουκ, κισπος ἀρεψιδουκ μοι  
Παρ' ὄχλον πολυαυδ' ἄδειον, εἰσιδὸς δασύ.

Exponit ornatum, cum crepundia, circumdans mihi juxta litus fluxu herbosum, in ulvam densam. Terent. Heautontimor. act. IV. sc. 1.

Cum exponendam do illi, de digito anulum  
Detraho, & eum dico, ut una cum puella exponeret,  
si mereretur, ne expertis partis esset de nostris bonis.

#### EDUCATIO GEMINORUM.

Lupam eos educasse confirmant Laurentia 10. Kal. Januariarum, & dicam abunde infra, certumque est, impudicas *lupas* olim vocatas à rapacitate, quod ad se rapiant miseros & apprehendant. Isidor. Etymolog. lib. 10. historici & chronologi. Lactant. lib. 1. cap. 20. *Romuli nutrix lupa honoribus est affecta divinis: & ferrem, si animal ipsum fuisset, cuius figuram gerit. Author est Livius Laurentia esse simulachrum, & quidem non corporis, sed mentis ac morum; fuit enim Faustuli uxor, & propter vulgari corporis vilitatem, lupa inter pastores, id est meretrix nuncupata est.* Aulon. epigr. 25.

Credo quod illi nec pater certus fuit,  
Et mater est vere lupa.

M. Martialis lib. 1. epigr. 35.

Abscondunt spurcas & moimenta *lupas*.

Ob id prostibula impudicarum *lupanaria* dicta, quæ non in litoribus tantum, ut multiscius Savaro notat ad Sidonium suum lib. 9. epist. 6. sed etiam in fornicibus sepulchrorum, in itineribus publicis: hinc *devium scortum*, dixit Horatius lib. 2. od. 11. Q. Caull. epigr. 35.

Omnes pusilli & semitarii *machi*.

Turnebus primus, ut puto, observavit. Mart. lib. 3. epigr. 91. *Admirat inter lupanarias machas.*

Non desunt tamen qui veram belluam Romuli nutricem velint fuisse, non autem prostitutam Larentiam. Strabo qui Tiberii temporibus, è Ponti regibus oriundus, clarissimus fuit lib. 5. Geogr. *Μυθώονται μὲν ἔξ Ἀψος γενέσθαι τὴν παίδαν, ἔκ τινος δ' ὕδατος λυκαίνης ἐκείνης σκυλασκυμίας.* Fabulantur autem Marte genitos pueros, animadversumque eos *lupa* castorum loco ali. Restituendus Justinus lib. 38. *Ipsi servati conditores suos lupa vulneribus alitos, sic omnem illum populum luporum animas habere inexplebiles sanguinis atone imperii.* sic in editione Lugdunensi Gryphii legitur, sed nullo sensu: referendum ergo, *lupa* uberibus alitos. C. Plinius lib. 8. c. 17. *Quæ de infantibus serarum lacte nutriti produntur, sicut de nostris conditoribus à lupa.* Jul. Hygin. Augusti liberius, Fab. cap. 252. *Romulus & Remus Martis & Iliæ filii à lupa nutriti sunt.* Saresb. lib. 1. cap. 13. in quæ multiplex lectio, acere iudicium, & ut illa ferebant tempora eloquentiæ satis. *Lupi*, inquit, efficaciam non negabit, quisquis Romanorum genus lupino lacte non ambigit educatum, unde plerumque quod in iis dulcius est, adhuc lupinum saporem retinet. primique coram fidei, quam à matre lupa didicerant, sibi invicem servaverunt. Adscribam in tirorum gratiam celebriores poetas. M. Tull. lib. 1. de Divinat. *Hic silvestris erat Romani nominis alitrix Bellua.* Prudent. in Romano.

Antiquitatem Romuli, & Mavortiam  
Lupam renarras.

Juvenal. sat. 11. v. 104. & vet. scholiast. ibidem.

Romuleæ simulachra fera mansuescere iusse.

Sidon. Apollin. Carm. 2. v. 119. *Præbit intrepido mammæ lupa facta Quirino.* v. 395. *Illius orbem*

Martigenæ, lupa, Tibris, Amor, Mars, Iliæ complent.

Idem Carm. 5. in princ.

Videas hic fusa metallis

Antra Rheæ, fatamque lupam.

Sex. Propert. lib. 2. eleg. 6. *Tu criminis anthor*

*Nutritus dno Romule lacte lupa.*

Et lib. 3. eleg. 8.

*Eductosque pares silvestris ex ubere reges.*

Et lib. 4. eleg. 1.

*Optima nutricum neferis lupa Martia verbus*

*Qualia creverunt mania lacte suo?*

Ejusdem libri eleg. 4.

*Quem non sine matris honore*

*Nutrit inhumane dura papilla lupa.*

Mart. lib. 2. epigr. 75.

*A nostra pueris parere disces lupa.*

Ovid. lib. 2. Fastor.

*Lacte quis infantes nescit crevisse serino?*

Claudian. lib. de bello Getico.

*Nutricenque lupam Romæ.*

Idem paneg. de consul. Olyb. & Prob.

*Hic patrius Mavortis amor, partisque notantur*

*Romulei, post annis inest, & bellua nutrix.*

Statuæ illi belluina effigie erigebantur. Fest. lib. 18. in *Ruminalis*, & Plin. lib. 15. cap. 18. Gestus autem lupæ erat, ut pendentibus ab uberibus suis puerulis reclinata cervice ablandiretur. Serv. ad v. 632. lib. 8. *Æneid.*

*Illam tereti cervice reflexa*

*Mulcere aternos, & corpora fingere lingua.*

Sidon. Apollin. Carm. 5. in clypeo Romæ:

*Fatamque lupam, quam sauce retecta*

*Blenditi quoque terror erat, quamquam illa torare*

*Martigenas & pila timet.*

#### TEMPUS CONDITÆ URBS.

Condita fuit 11. Kal. Maii. diversitas tamen opinionum notanda est, nam quidam, inter quos Marianus Scotus, 9. Kal. Maias, alii 10. Kalend. Maias, quam sententiam probat Plutarchus, & Europius lib. 1. & ex eo Paul. Diacon. Histor. Miscellæ lib. 1. sed tamen certior auctorum consensus in 11. Kal. Maias fundamenta urbis facta rejicit, id est, in *Parilia*, sive *Palilia*, pastorum deæ solemnitate: C. Plin. lib. 18. cap. 26. M. Varro Rei Rust. lib. 2. cap. 1. Fl. Vopisc. in Aureliano. Fest. Pomp. lib. 14. in voce *Parilibus*. Eusebius Casariensis in Chronic. L. Tatruis Firmianus mathematicus, Probus Grammaticus in lib. 3. Geogr. in princ. *Pendecornus in sat. 1. A. Persii.*

*Et sumosa Palilia, sano.*

Et ad illum locum interpretes. Conforin. de die natali libro, cap. 17. *Et quidem ex Palilibus, unde anni nrabis numerantur.* Quem locum vide discussum apud Fr. Modium in Novantiq. lect. epist. 14. & ante illum à Joan. Cuspiniano in Chron. Cassiod. in consulum Pii & Proculi. Poetæ, Propert. lib. 4. eleg. 4.

*Urbi sefius erat, dixere Palilia patres,*

*Hic cepit primus manibus esse dies.*

Ovid. lib. 4. Fast.

*Per flammam salisse pecus, salisse colonos,*

*Quod sit natali nunc quoque Roma tuo.*

Et lib. 14. Metamorph. fab. 18.

*Numitorque seux amissis nepotum*

*Meneret regna capiti, seseisque Palilibus urbis*

*Mania condantur.*

Defendendus ex his M. Manilius, qui lib. 4. Astron. videtur in Septembri conditam Romam asserere; & certe eo nomine in eum debacchatur Josephus Scaliger. Ita igitur ille:

*Quod regat Italiam, potius si seligis astrum,*

*Quam quod cuncta regis, quod iniquum separat æquo,*

*Discernit causas, & rerum pondera novit?*

*Hesperiam sua libra tenet, qua condita Roma,*

*Et propriis frenat pendentem nutibus urbem,*

*Orbis & imperium retinet.*

At ego Manilium mathematicorum sub Augusto nobilissimum, in natali urbis Romæ potuisse falli non facile cre-

didicim; itaque genefin ejus ab omnium plane aium conjunctione defumpfiſſe; nam Jove in Piſibus, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione, Sole in Tauro conſtitutis, Luna neceſſe eſt in Libra. Solin. Polyhiſt. cap. 2. Illud eſt quod ex Tarutio ſcribit Cicero lib. 2. de Divinat. Romuluni imperii parentem urbis ſuaſeſiſſe fundamenta in jugo luna. Hæc eſt illa Romæ natalis dies, qua nefas hoſtium cædere; maxina tamen lætitiæ argumenta, ſaltu, diſcuſſu, epuloque exhibere receptiſſimum, ut ex variis authoribus Stuckius (in quo modetiſſiam & judicium requirerem) Antiq. convivial. lib. 1. cap. 16. Wolph. Lazius lib. 11. Commentar. Reip. Rom. cap. 2. Locuſ eſt Dionis Coccei pulcherrimus lib. 44. Τὰ τε γὰρ Παιλῖα ἰππὶδρόμα ἀθλημάτων, ἑτοίρα καὶ διὰ τὴν πόλιν, ὅτι ἐν αὐτοῖς ἱεῖται, ἀλλὰ διὰ τὴν τὴν Καίſαρος οὐκίαν, ὅτι ἡ ἀγὼλῆα αὐτῆς τῇ περιβραία πρὸς ἑσπέραν ἀφίκετο, ἐπιμῆθη. Præterea inſtitutum, ut Pavilibus, quo feſto die equorum certantem celebrabatur, diis immortalibus ſacræ fierent: non ubi eam caſum, quod is dies natalis urbis eſſet, ſed quod nuntius de hac videtur Caſaris prædie ejus diei ſub vespereſſe allatus eſſet. Similis omnio locus eſt apud C. Suetonium in Calig. cap. 16. Decretum ut dies, quo caſiſſet imperium, Palilia vocaretur, velut argumentum rariſſe condita urbis.

Nec minor de anno Romæ natali inter ſcriptores diſſenſus, quem diſcutiam, ſi admonero, mundum, ſecundum probabiliorem ſententiam, eodem anni tempore, id eſt, vete, ut Romam, conditum, creatumque. Virgil. lib. 2. Georg. v. 338. licet reluctetur Servius, ſic enim ipſe poëta, v. 340.

Cum primum lætem pecudes hauſere, vitumque  
Ferreæ progenies duris caput extulit arvis,  
Immiſſæque fera ſilvis, & ſidera calo.

Anno igitur à creato mundo quater milleſimo centeſimo tertio, Roma condita, Ado Vienn. ætæ 4 pag. 44. vel quater milleſimo ducenteſimo undecimo, Albert. Stadentis Abbas Chron. pag. 9. hoc eſt, ab imperio Niui milleſimo trecenteſimo, Ocho Friſing. lib. 2. c. 3. à templo ſancto Hieroſolymis ſtructo ducenteſimo ſexageſimo tertio, Freculphus Lexoviensis (quem inter præcipua lumina numerare Gallia poteſt) Chron. tom. 1. lib. 3. cap. 13. quinto anno Achæ Judæorum regis, Alciſſidor. Chron. Roberti pag. 17. Atque hæc quidem eccleſiaſtica ſupputatio eſt; nam ſi ad profanum revocemus numerum, antiquiſſima, quorum extet memoria, ſunt tempora, bellum Thebanum & expeditio Troiana, à cujus everſione uſque ad natum Romuluni trecenti nonaginta quinque; quo etiam anno ſacræ funcbria in Elide, inſtituta ſunt ab Hercule in honorem Jovis, renovataque poſtea à Pelope, ut noravi ad Corripuum Africanum lib. 1. de laud. Juſtini Minoris Aug. num. 18. & ab eo tempore ſupputari per Olympiades captum, omniumque annorum ſeries ad Olympicos ludos exacte habita ratio. itaque Olympiades ſeptimæ anno primo jaſta Romæ fundamenta contendit Myrſillus Leſbius de Orig. Italia, & Eufeb. MS. ut in canonibus ſuis chroniciſſe ſcribit Anton. Contius, aut ſextæ Olympiades anno ſecundo, Paul. Orof. lib. 2. cap. 4. aut anno tertio, ut recentiores volunt, & inter eos I. Lipſius ad Velleium Patetulum, cui etiam concors Paulus Diaconus ex Eutropio lib. 1. Id cenſetur quocumque tempus, quo reges Lacedæmoniorum deficere inceperunt, & Cranaus Macedoniæ regnum crexit, ut ab aliis obſervatum ex Plutarcho, & Æmilio Probo.

QUIS NOMEN ROMÆ IMPOSUERIT ?

Indubitate fidei nomen urbi à ſe condita impoſuiſſe Romulum, Virgil. lib. 1. Æneid. v. 281. & Serv. Honorat. ibidem. Romanoſque ſuo de nomine dicet.  
Quod ab illo factum poſtquam duodecim vulvures addiſſent; nam grave inter fratres diſſidium fuit, uter nomen urbi daret, ut ex Q. Ennii Annalibus conſtat, citante M. Cicerone lib. 1. de Divinat. quos verſus etiam P. Crinitus tranſcripſit lib. 16. de honeſt. diſciplina cap. 5.

Certabant urbem Romam Remamve vocarent,  
Omnibus cura viris, uter eſſet induperator.  
Varioſe in ſecundo verſu, neque enim de duobus, omnibus, dixiſſet; legendum ergo, ut ſcripſit Ennius,  
Omnis cura viris.  
Non deſunt tamen qui à læta Arcadium manu urbem ſtruſtam appellatamque à robore primum quidem Ράμῳ, deinde Valentiam. Jul. Solin. polyhiſt. cap. 1. & à Græcis poſitam Cæcilium rerum Romanarum ſcriptor docet apud Strabonem lib. 5. alique authores, tam Græcarum quam Latinarum rerum apud Feſtum Pompeium lib. 16. ſed vulgata omnia, nihilominus adſcribam verba cultiſſimi poëte Marciiani Heracleotæ, qui Jambicis verſibus orbem deſcripſit, is ergo v. 230.

Ἐν τοῖς ἔθνεσι τούτοις δὲ Ράμῳ ἢ πόλις  
Ἔχου ἱραμίλλον τῇ δυνάμει καὶ τὸν ἔμα  
Ἄφρον τι καὶ τὸν τῆς ὀλης οὐκαμῆνης  
Ἐν τῇ Λατίνῃ, Ραμύλον δ' αὐτὴν κτίσαι  
Θύμιον αὖ αὐτοῦ φασι τούτο τὸν ἔμα.  
Verit Feder. Morellus profeſſor regius, cui hunc authorem latinitate cultiſſima donatum, ut multos alios, debita eſt poſteritas.

In hiſte Roma civitas eſt gentibus,  
Quæ aquale nomen robori ſuo obtinet.  
Commune ſidus univerſi orbis ſoli,  
Hanc condidiſſe in Latio Romulum aſſerunt,  
A ſe indito ipſi civitati nomine.  
Sed aſcribatur hic inſignis locus è Constantino Maſſe MS. quem communicavit ſæculi noſtri erudiſſiſſimus, & pene unicum Græcæ literaturæ lumen, idem Federicus Morellus regius profeſſor.

ΕΚ ΤΩΝ  
ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΜΑΝΑΣΣΗ

Χρονικῶν, ἀπόſπαςμα.

Υἱὸς Αἰνεῖς γνήτιος Ἀσκανῖος τῆν κλῆσιν,  
Ἀπὸ Κρεῖτῆς γεγονὸς τῆς θυγατρὸς Ποιάμῃ,  
Τὴν πόλιν Ἄλθῶν ἄκκεε ſὺν τοῖς περιλειφθεῖτι,  
Καὶ ταύτης ἔεαſίλευſεν Ἀμάλιος μετ' ἄλλων,  
Νεμίτορι προσηκόντα τὰ σκήπτρα προσαρτάſας,  
Ἦν δ' ἀδελφὸς παλαιότερος Νεμίτωρ Ἀμυλιῶ.  
Οὐ παντελῶς βεβλόμενος τὸ γένος ἀφανῖται,  
Τὸν μὲν υἱὸν προαναίρει, τὴν δὲ γε θυγατέρα  
Ἰέρειαν πεποιήκε γὰρ, τῆ τῆς Ἑſίας.  
Νενομοθέτητο δ' ἀγνάς τὰς ἱερείας μένειν, 10.  
Περθενικὰς καὶ καθαράς καὶ γάμων ἀπειράſτας.  
Ταυτὴν ποτὶ πρὸς Ἄλτος πορευομένην  
Φυλάξας τις ἐπέθετο, καὶ ſυμφθάρεις τῇ κόρῃ  
Ἐγκύμονα πεποιήκεν ὡς δ' ἐπεγνώθη τῶτο  
Τῷ πατραδελφῶ βασιλεῖ, τότε μὲν ἐτηρέτω  
Μέχρις ἀδίναν καὶ κειρῆ τῆ βρεφοδοκίας.  
Ἐπει δ' ὁ χρόνος ἐπιſτάς ὄν ὤριſεν ἡ φύσις  
Γαστρὸς τὸ βάρος ἔλυσε, διδυμα δ' ἦν τὰ βρέφῃ.  
Τὴν μὲν καθεῖοξες ἀσφαλῶς ὁ βασιλεὺς κατεῖχε. 20.  
Τῶν δ' ἀρετιόκων θάναλον κατέγνω βρεθουλλίαν.  
Καὶ δίδωσι τὰ δύſτηνα ριφῆναι καθ' ὕδατων.  
Ἐρίππο δὲ τὰ δυſυχῆ σκάφης ἐντὸς τεθῆναι.  
Ἐνταῦθα θεῖα πρόνοια κατὰθλος ὑπῆρξεν.  
Ἡ δραςική σε δύναμις τὸ τῆς κειοός σε κράτος.  
Ἡ σκάφη περιτρέπεται ῥιπῆται καὶ τὰ βρέφῃ  
Ἐκίητο δὲ κινζόμενα καὶ τετελωθῶμένα.

## ORIGINE ROMANORUM

&amp; Romulo conditore urbis,

## CONSTANTINI MANASSIS

CHRONOLOGICO POEMATE

F E D. M O R E L L U S,

*Interpres Reg. Senariis Latinis expressit.*

**J**ulus Aeneae fati magni edirus  
 Ex filia Priami Creufa Afiae ducis,  
 Junivit Albam Dardani cum posteris,  
 Regnavit in qua Amulius post impius,  
 Cum sceptrā fratris Numitori iusta rapuit,  
 Qui aetate major, moribus melior fuit.  
 Hujus genus cum exterminare percipit.  
 Natum neci dedit, puellam at integræ  
 Vestæ sacerdotem dicavit perpetim.  
 Has mos sacerdotum manere virgines  
 Castas, pudicas, nuptiisque liberas.  
 Hanc Martis ad lucum profectam quis semel  
 Observat, infiditque virgineum appetit,  
 Vitiatque, gravidamque efficit: quod patruo  
 Cum cognitum est Regi superbo Amulio,  
 Servavit illam sedulo, ad partus diem,  
 Lucina quem præscripsit: ut foetum edidit,  
 Geminisque natos peperit, iterum includitur  
 Arctæ à Tyranno, qui recens natos neci  
 Addixit, & jaci in flumentum mox jubet.  
 Projecta soboles in scapha est miserabilis:  
 Hic dia providentia clara exitit:  
 Tua est Deus vis efficac, manus potens:  
 Subvertitur cymba, & labascunt pumili,  
 Ac vagientes, oblitii coeno jacent.  
 Enixa tum recens lupa aliunde excita,  
 Distenta lacte quæ gerebat ubera,  
 Admovit oribus gemellorum hispidis,  
 Linguaque fordes comiter lambit cutis:  
 Contaminati nam luto vultus erant.  
 Pastor animadvertit facinus: inde erutus  
 Ad conjugem abducit gemellos: quam anxiam  
 Mactore nactus, foetum inertem ob editum,  
 Solatur istis, quos dedit, proprios velut  
 Huic nutriendos. aluit affectu hæc pari  
 Ac mater, etiam facta, præter spem, parens  
 Simul duorum, ne unius quidem antea.  
 Sunt qui lupam alticem utriusque pernegant,  
 Sed Faustuli pastoris istam conjugem,  
 Quod corporis faceret sui aliis copiam,  
 Lingua Latinæ more vocitatum lupam,  
 Hoc est meretricem: ambigua nam dictio  
 Est Ausonia, quæ belluam & foetum notat.  
 Qui nesciebant foemina luxum mala  
 Pulsis lupam admovisse finxere ubera.  
 Cum lacte ali ambo desicere, & crescere  
 Mirum in modum coepere, Romulus & Remus,  
 Egere vitam rusticorum ingloriam,  
 Numitoris ignorantia adibus erutis,  
 Quem dixi avum maternum eorum, sic ferunt.  
 Præda incubantem, deprehensi atque sunt  
 Ad avum suum: agnoscuntur, & novere eum:  
 Amulium Albano fugant hinc regimine,  
 Et ense confodiunt inertem atque obvium,  
 Avouæ matris sceptrā restitunt suæ.  
 Dat copiam immensam his opum Numitor probus  
 Mittitque cum valida manu ad coloniam.

Φαίνεται λύκαινα ποθὲν σπαργῶσα ἰσοτόκος.  
 Βαρυνομένη τῆς ματρὸς τὰ γαλακτοῦ τοῖς ρείθροις,  
 Καὶ τὰς θηλάς τῆς σόματι τοῖς τῶν βρεφῶν π. στήθει,  
 Καὶ τὸν πηλὸν ὑπέλιχε τῆ γλώττῃ φιλανθρώπου. 30.  
 Ἦταν γὰρ σφῶν κατάπηλα τὰ κάλλη τῶν προσώπων.  
 Βλέπει ποιμὴν τὸ γεγονός, τὰ βρέφη περιβάξει,  
 Ἀπάγει πρὸς τὴν γαμετήν, εὐρίσκει θυτρυμμάται,  
 Ὅτι νεκρὸν ἀπέτεκε, ἀχρμυβεῖται τέτοις.  
 Καὶ δίδωσιν ὡς ἴδια ταῦτα τὰ βρέφη τρέφειν.  
 Ἐτρέφε ταῦτα μητρικῶς ἐκείνη καὶ γησιῶς,  
 Καὶ παρ' ἐλπίδας μήτηρ ἦν διδύμων βρεφυλλίαν,  
 Ἦ πρὸ μικρῆ μηδ' ἰφ' ἐνὶ ἔτῳ συγχαρηθῆῖτα.  
 Ἄλλοι δὲ ἢ λύκαινα φατὴν ἐκτρέφει τὰ παιδία,  
 Αὐτὴν δὲ τὴν ὀμόλεκτρον Φαισίλῃα τῆ ποιμένος, 40.  
 Ἦτις κοῖδον τῆ σάμαλος τὸ κάλλος ποιμαίνῃ,  
 Λεῖπα κλωνομάζωλο τῆ γλώττῃ τῆ πατρίδα,  
 Ἦ τοι κατὰ διάλεκτον Ἑλληνικὴν ἰταίρα.  
 Ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν λύκαιναν σύκθεσ λεῖπα λίγειν.  
 Τὴν ὕριν τὴν τῆς γυναικὸς τινες ἠγνοοκότες,  
 Λύκαιναν εἶπον τοῖς ματοῖς τὰ βρέφη διατρέφει.  
 Ὡς δ' ἂν καὶ διετράθησαν τῶς εἰς αὐξὴν ἤλθον,  
 Καὶ ῥέμος ἀνομάσθησαν οἱ παῖδες καὶ Ρωμύλος,  
 Καὶ βίον εἶχον συμφόρων ἀγροίκων καὶ βυκόλων,  
 Ἀγροῖα δὲ Νεμέτορος μακροδρέματα καλόντες, 50.  
 Ὅν ἴφῃ μητροπάλοισι τέταν, εἶπεν ὁ λόγος,  
 Ἐάλωσαν λητεύοντες τῶν ἐνεδριουδάντων.  
 Τῆ πάπῳω προσαχθέντες δὲ, καὶ γνόντες καὶ γνω-  
 σθέντες,  
 Τῆς βασιλείας Ἀλβανῶν Ἀμύλιον γυμῆσι,  
 Καὶ ξίφει δ' ἀποσφάττηται ἀφύλακτον εὐρόντες.  
 Τῶ σφῶν δὲ μητροπάτορι χαρίζονται τὰ σπήπῃρα,  
 Τῆτοις δὲ πάπῳω δειδωκῶς χρημάτων ἀρθνοῖαν,  
 Καὶ πᾶν τὸ συμβαλλόμενον πέμπει πρὸς ἀποικίαν,  
 Ὅ γ' ἂν Ρωμύλος παρελθὼν ἐπὶ τινὰ πολίχην.  
 Ἰπὸ τῆ κλισῆ Πάλλαντος Παλλάνθιον κληθεῖσαν 60.  
 Τὸ στήμα τὸ τῆς πόλεως ἐκείσε διαγράφει.  
 Ἀρρένα ταῦρον κρατερὸν καὶ δάμκλιε συζεύξας,  
 Ὡν ὁ μὲν ταῦρος ἐνεμεν ἔσω πρὸς τὸ πεῖλον.  
 Ἦ τῆτω συζυγῆῖτα δὲ δάμαλις πρὸς τὴν πόλιν.  
 Συμφορικῶς δ' ἐπηχέλω Ρωμύλος διὰ τῶταν,  
 Τῶς ἀνδρᾶς μὲν τῶς ἔξωθεν γενέσθαι φρικαλέως,  
 Τῶς δὲ γυναῖκας ἑσάθεν γοιμῆς κρηματίζειν.  
 Πιστᾶς μὲν ἔτας, οἰκῆρας, καὶ φύλακας τῶν ἔσθον,  
 Ἐπειτα πηλὸν τῆ χειρὶ λαβόμενον τῶν ἔξω,  
 Ἐνδοε ριπτεῖ τῆς πόλεως, εὐχόμενος ἐπαύξειν 70.  
 Τὰ πρῶτάμα τῆς πόλεως ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων.  
 Καὶ ταῦτα διαθίμενος ἐν σάλπιγγι σημαίνει  
 Τὴν κλῆσιν τὴν τῆς πόλεως, καὶ Ρώμην ὀνομάζει.  
 Καὶ πλῆθος συλλεξάμενος ἀπὸ τῶν περιχώρων,  
 Ἀνδρᾶς, γυναικᾶς, γέροντας, μείρμακας, ἐφθῶς, 75.  
 Ἐτω πολίτας τίθῃτι, καὶ καθοικίζει πάντας.  
 Καὶ πρῶτος ἔτος βασιλεὺς καθίσταται Ρωμαίων.

10.

20.

30.

40.

50.

Per-

Pervenit inde Romulus locum ad oppidi  
Pallantium dicti suo à ductore, qui  
Pallas vocabatur, situm designat hic:  
Urbisque formam mente mox delineat,  
Junctis juvenco cum juvenca protinus,  
Taurus quidem pascibat ad campi fata,  
Juvenca verterat se ad urbis pascua;  
His ominatus Romulus signis erat,  
Fore ut viri terrore clari essent foris,  
Et prole fecunda futuras foeminas,

60. Domumque custodes fideles & caras.  
Is postea atrepto luto, hoc extrinsecus  
Projicit intra civitatem, ut cresceret  
70. Respublica orans ab alienis commodis.  
His constitutis ita, tubæ sonitu oppido  
Imponit altum noimen, & Romain vocat:  
Er congregavit cæcum ab accolis locis,  
75. Juvenes, puellas, virgines, viros, fenes;  
Hic civitatis jus dat, ædcsque omnibus,  
Ac primus hic Rex sepeua Romæ stabilit.

## CAPUT II.

## De forma &amp; magnitudine urbis Romæ.

PERmissa Numitori Albana re, ut jam dictum est, Romulus & Remus condiderunt urbem Romam, quæ postea *Septicollis* dicta fuit: quod septem montes muris suis complexa sit. Non autem initio tam capax ea fuit. Romulus enim primum eam quadratam condidit in monte Palatino, atque pomœrio clausit. Ne autem qua vis externa Urbem adoriri posset, atque finitimi colles, hostium aliquando arces essent, ex quibus Romam vexarent; non quod iis locis indigeret, *Capitolium* primo, mox *Quirinalem* & *Calium* colles, qui erant urbi viciniore, & ex quibus Urbs ipsa magis oppugnari poterat, fossa, sive aggere, aut muro firmavit, præsidioque locato tanquam arces munivit: cum nihilominus extra Urbis ipsius mœnia pomœriumque essent. Paulo post Titus Tadius, Sabinorum Rex, cum à Romulo in prælio victus & in urbem receptus esset, veteris Urbis pomœrio *Tarpeium* montem adjunxit; eumque Sabinis, qui secum Romam commigraverant, habitandum dedit, quem & ipse habitavit. *Quirinalem* quoque montem, addita custodia, firmavit: non tamen Urbis pomœrio inclusit.

Romulo sublato, Numa Pompilius II. Rex, teste *Dionysio collem Quirinalem*, qui à Tito Tatio custodia tantum firmatus erat, Urbis circuitu inclusit, & pomœrium protulit. Neque vero hac Urbis capacitate reliqui Reges contenti fuerunt: quin nullus fuit, qui non pomœrium protulerit, & montem aliquem vel collem Urbi addendo, eam capaciorem fecerit. Tullus enim Hostilius, Hosti. F. Rex III. *Alba longa* diruta, Albanisque in Urbem receptis, *montem Calium* pomœrio addidit, eumque Albanis colendum assignavit. Quem tamen montem Ancum Martium IV. Regem pomœrio inclusit Strabo, vel L. Tarquinius Priscus, Tacitus produnt. Post hunc Ancus Martius, Numæ F. Rex IV. Politorio, Latinorum Urbe excisa, Latinis, in Urbem adscitis, *montem Aventinum* habitandum concessit, quem tamen ut ominosum, Urbis pomœrio non inclusit. Idem autem Rex fossas circum Urbem fecit, quæ *Quiritium* appellatæ sunt, & *Faniculum*, quem, facto super Tiberim ponte sublicio, muro cinxerat, Urbi addidit. Secutus eum L. Tarquinius, Damarati F. Priscus, Rex V. Urbis muros ruderibus, vilibusque structuris ad eam diem ædificatos, primus cepit saxis magnis, *Albano*, *Tiburtino*, & *Prænestino* ad regulam formati extruere, quos Servius Tullius Rex VI. perfecit. De hoc enim rerum Romanarum scriptores tradunt, quod *Esquilias*, *Quirinalem* & *Viminalem*, montes, Urbis pomœrio addiderit, & Romam aggere, fossis & muro lapideo circumdederit. Tandem L. Tarquinius L. F. Superbus, Rex VII. immenso ab oriente aggere addito, Urbem tutiorem fecit. Et ad hunc quidem modum septem illi Reges Urbem amplificasse, à veteribus scriptoribus traduntur: quanquam de nonnullis inter eos non conveniat. Libertate populi constituta, produntur L. Cornelius L. F. P. N. Sulla Felix Dictator, C. Julius C. F. C. N. Cæsar, & Imperator Cæsar, Divi F. C. N. Augustus, Urbis ambitum adauxisse, urbisque pomœrium protulisse: quo vero modo, aut quo loco Urbi addito, non exprimitur. Inter Imperatores Tiberius Claudius, Drusi F. Cæsar Augustus *Aventino monte*, L. Domitius Aurelianus, Cæsar Augustus, *Campo Martio* pomœrio inclusit: Flavius Constantinus Maximus, Augustus, *Castro pratorio* exciso, Urbis ambitum ampliorem fecerunt. Hæc omnia prolixè & diligenter adductis plurimis veterum scriptorum testimoniis, persequuntur Georgius Fabricius in sua Roma, & Onuphrius Panvinius libr. I. Commentariorum Reipublicæ Romanæ: unde pleniorum ejus rei cognitionem, qui his contentus non est, petere potest. Nos vero, his præmissis ad reliqua accedemus: & cum mentione pomœrii, ejusque prolationis facta sæpe fuerit, de eo nunc quædam dicemus.

## AD CAP. II. PARALIPOMENA.

## Septem Roma colles.

PRæter Historicos, eleganter Aureli. Prudent. Romano Martyre *Septicollis* appellat.  
Divum favore cum puer *Mavortius*  
Fundaret arcem *Septicollis* Romulus.

In sacrum *Septimontium*. Inter ferias Romanas lego, C. Sueton. Domitiano cap. 4. & interpretes, & dicam infra lib. 4. cap. 16. interim in tyronum gratiam, quorum in manus hoc opus damus, adscribam aliquot Poëtarum celeberrimum loca, qui septem Romæ montium meminerunt. Claudianus meus, de statu ejus urbis sub Honorio Aug. de 6. consul.

Erexit subitas turres, cinctosque cœgit  
Septem continuo montes juvenescere muro.

Idem

Idem paneg. de consul. Olyb. & Prob.

Collesque cunioris

Plantibus impulsis septena voce resultant.

Corrigendus idem in Fescenino de nuptiis Honorii & Maxii:

Epulisque jam repleto

Resonet Quirine Tibris,

Dominique leta votis

Aurca septemgeminas

Roma coronet arces.

Ubi τὸ Quirine glossēma est, legendum enim ex MS. meo Codice, quem viri literarum bono naras Jacobus Bongartius regis ad Germaniæ principes legatus dono dedit

Epulisque jam repleto

Resonet Quirine Tibris:

Intelligit enim festam populi voluptatem exhibita nuptiali spōmā. Q. Symmach. lib. 4. epist. 14. Honor sportule suscipienda. C. Plin. Junior lib. 10. epist. 117. Qui virilem togam sumunt, vel nuptias faciunt, vel inenut magistratura, vel opus publicum dedicant, solent totam bulen, atque etiam ē plebe non exiguum numerum vocare, huiusque denarios vel singulos dare. Traianus deinde sequenti epistola interpretatur solemnem sportulas. L. Apul. Apolog. 2. Placuerat in suburbana villa potius ut conjungeretur, ne cives denno ad sportulas convolerent. Hoc illud est quod congiarium vocari solet. L. Seneca lib. 2. de Benef. cap. 16. & lib. 4. cap. 23. Aremid. lib. 2. cap. 31. Καὶ δῖπτα τῆς τῶν κούριον ἢ κῆρῶν δῖπνα. Cenas quasdam facere, a congiaria largiri. Lineam divitem nominat Martialis lib. 8. epigr. 78. dicam alibi. Claudian. de 6. consul. Honorii.

Cum prelargi vocavit

Ditandas ad dona tribus.

Temerium hæc expectatio. ver. Scholiast. Juvenal. ad v. 119. Sat. 1. nam senatores & equites menis stratis accipiebantur. P. Statius lib. 5. silv. 2.

Romuleos proceres, trabecaque Cesar

Agmina, mille simul jussit discurrere mensis.

Norissimum quoque plebem aliquando ad cenam invitam, quæ recta dicebatur, notarunt viri docti, M. Martialis lib. 8. epigr. 50.

Promissa est nobis sportula, recta data est.

Afferendus idem Claudianus meus eodem panegyrico.

Consensuque caeve sublatus in aethera vallis

Plebis adorata rebat fragor, unaque totis

Intonat Augustum septenis aribus Echo.

Sic haecenus in excusis libris & manuscriptis legebatur: Julius tamen Bulengerus lib. 1. de Theatro cap. 51. legit, & interpungit.

Consensu caeve sublatus in aethera clamor,

Plebis adorata rebat fragor.

A cuius ego sententia, in hoc, licet in aliis consensurus, discedo: nihil enim mutandum censo, cum poetæ sit mens, crebros populi ablandientis plausus, ab oppōita valle reddi majores, & referri; id autem per cavam vallem optime expressum. C. Plin. lib. 2. cap. 44. Concaui vallium suis sinant inaequaliter inde resultantem aëra, quæ causa voces multis in locis reciprocas facit. & paria invenies apud eundem lib. 16. cap. 15. Lucan. lib. 4. Pharsal. v. 159.

Valle caeva mediā.

Et eodem libro post.

Circa regni viros in valle retentat.

Ipsæ Claudian. lib. 2. de laudib. Stille.

Quoties vallis tibi Martia ducet

Nomen Aventino Pallantæque recessu.

Ur omittam carcam in Amphitheatro esse. Aurel. Cassiodor. lib. 4. epist. si, cum Claudian. de Circensibus, non veto de Amphitheatralibus agat ludis; nam paulo ante regia Circi, in circo autem vallem fuisse, præter topographos Ovidius indicat lib. 2. Fastor.

Quæque jacent valles maxime Circe tra.

Sed ad septimontium revertamur. Stat. lib. 1. silv. 2.

septemgeminæ mania Roma appellat, & silv. 5. v. 24. septena culmina, & lib. 2. silv. ult.

Sed septem jugis, Martinique Tibrim.

Et lib. 4. silv. 3.

Septem montibus admoovere Baias.

Propert. lib. 3. eleg. 10.

Septem urbs alta jugis, quæ toti præsidet orbi.

Silius Italic. lib. 19. Punicor.

Septemque arces fumare videntur.

#### FORMA URBS CONDITÆ.

Circularis prima Romæ forma. M. Porcius Cato in Originibus, Palatium, in quo quadratam Romam condidit Romulus Jul. Solin. polyhist. cap. 2. Diciturque est primum Roma quadrata, quod ad æquilibrium foret posita. præter Halicarnassum lib. 1. in limine, Plutarchum in Romulo, Q. Ennius; Et quis nunc curat Romæ regnare quadrata. Scio aliter legere hunc versum Festum lib. 15. in voce quadrata, quanquam non sine mendis suspicione.

#### DE NOMINE URBS, ET SIGNIFICATIONE.

In edito itaque colle urbs locata, quia is ritus solennis eo sæculo; cum ut hostibus, si forte invaderent, diffusior foret accessus; tum quod gentiles aliud diluvium metuebant, & ob id in altissimis montibus, quo tutiores ab aquarum illuvie essent, habitabant. Pier. Valerian. hieroglyph. lib. 43. forma autem urbium antiquarum rotunda fuit, ut jure Grammatici urbem, ab orbe desumant, Isidor. lib. 15. cap. 2.

Porro urbs apud Romanos scriptores pro quolibet conventu, ut apud Græcos, usurpatur, Ephorus lib. 5. δούλοι πύλις, servorum urbs, & Dulopolis in Creta, Soficæ rerum Creticarum lib. 1. & Ponsopolis in Thracia, Improborum urbs, à Philippo condita, collocatis 2000. iis qui ob improbitatem male audiebant, calumniatoribus, falsis testibus, & caudicibus, Theopompus lib. 13. rerum Philippicæ. Suidas in voce δούλοι πύλις, quæ significatio quia nova est, confirmanda facit. Themistocles ob id dicebat, urbes ei non deesse, cui triginta tiroes suppeterent, idem Suidas in Adimanto, alludit ad Pythiæ responsum, quæ consultata, præcepit, muris se ligneis tuerentur, Justin. ex Trogo Pompeio lib. 2. Polyan. lib. 1. stratagemat. & Herodot. lib. 7.

Τῷχος περὶ τριγυνοῦ ἕλληνοι διδοῦν εὐρύπαια Ζεὺς Μοῖνοι ἀπὸρῶντοι τελεῖσθαι, τίς τεῖκα τ' οἴκτου.

Id est:

Jupiter altitonans dat mania sola Minervæ

Ligneæ, recta ut stare queat, natosque tueri.

Claudian. de consul. Mallii Theodori:

Obruit Eoas classes, urbesque carinis

Vexat.

Proprie tamen urbs de Roma, Ἐσω de Athenis, τῶλις de Alexandria. Hier. Magius Miscell. lib. 4. cap. 6. & sol. adfisa significat, ut definit Marcellus Grammaticus cap. 5. num. 27. at interdum civis ejus nomine veniunt; nam Pompeius dicitur Romam in Epirum transfuisse, quod meliorem civium partem eo traduxerat. Plutarchus in eo, & faste narrat Dio lib. 41. pag. 159. Serv. Honorat. ad illud 2. Æneid.

Urbem somno vinoque sepultam.

Et ad illud lib. 8. Æneid.

Urbem qui recebit nobis.

Urbem pro civibus interpretatur IC. 1. cum ratio ff. de bon. damnat. M. Lucan. l. 5. Veiosque habitante Camillo; Illic Roma fuit.

#### URBS AMPLIFICATIO ET RESTAURATIO.

Inclinato imperio, illuvieque barbararum gentium, Hunnorum, Vandalorum, Gothorum, Europam invadente, ipsamque Italiam populante, sub Honorio principe pomærium urbis prolantem, reparataque mania, quæ vel tempore vel magi-



magistratum incuria conuerant, ut historicos omitam, pulcherrimum erat marmoris antiqui monumentum.

S. P. Q. R. Imp. Cassi. DD. NN. inuicissimis principibus. Honorio. & Arcadio. victoribus. & triumphatoribus. semper. Augustis. ob. instauratos. urbis aeterna. muros. portas. ac. turres. egestis. immensis. ruderibus. ex. suggestione. V. C. & iulustris. . . . militis. & magistrati. utriusque. militiae. Stilichonis. ad. perpetuitatem. nominis. eorum. simulachra. constituit.

Curante. Fl. Macrobio. Longiniano.

D. Paulin. Nolæ episcopus, in Natali D. Felicis:

- - - Fidunt legionibus illi

Perfugioque parent reparatis mania muris.

Claudian. de 6. Hon. consul.

- - - Addebant pulchrum nova mania vultum:

Audito perfecta recens rumore Getarum,

Profectique epifex decori timor, & vice mira,

Quam pax intulerat, bello discussa senectus:

Erexit subitas turres.

Atque paulo ante hanc reparationem pomerii, vel tunc cum facta est, coepit Roma appellari *urbis aeterna*, ut ex inscriptione ista apparet. Ammian. Marcellin. lib. 14. Orphisus praefecti potestate regebat urbem aeternam. Lib. 16. *Alia-*

*que inter haec decora urbis aeterna.* Lib. 19. *Difficultatem aduentantis inopia frumentorum urbs verebatur aeterna.* Lib. 28. *Seruens per urbem aeternam urebat cuncta Bellona.* Symmach. lib. 2. epist. 78. *Ut exvilibus stabulis urbis aeternae etiam quina mancipia largiamur.* Aufon. praefat. ad Fallos suos:

*Ignota aeterna ne sint tibi tempora Roma.*

Virgilianus ille Jupiter lib. 1. Aeneid.

*Imperium sine fine dedi.*

Sil. Italic. lib. 7.

*Nulla regnis per secula meta.*

Alb. Tibull. lib. 2. eleg. 5.

*Romulus aeterna nondum fundaverat urbis*

*Mania, consorti non habitanda Remo.*

Quem locum aliter legunt, sed hanc lectionem probat Murcius, Joseph. Scaliger, *formaverat urbis mania*. Ego vero putem, *firmaverat*, quia firmata respública laetis legibus dicitur, quas tunc Romulum de sacrosancto murorum iure posuisse notum est.

Qui pulcherrima verissimaque urbis Romae encomia desideras, adi ad doctissimum Savaronem ad Sidonium Apollinarem lib. 1. Epist. 6.

C A P. III.

De Pomerio.

**P**omerium, quasi post murum, ut auctor est Varro, quia veteres *mærum* pro murum dixerunt: vel ut Festus, quasi *promurum*, id est, proximum muro dictum. Apud Agell. l. 13. c. 14. sic definitur: *Pomerium* (inquit ex Augurum libris) *est locus intra agrum effatum, per totius Urbis circuitum, pone mæros, regionibus certis determinatus, qui faciat finem urbani auspicii, &c.* Ex quibus verbis intelligitur quid Pomerium sit; quod idem tamen clarius fit ex antiquo illo ritu, quem in condendis & circumscribendis oppidis veteres observarunt, qui à Terentio Varrone lib. 4. de Latina Lingua, ita describitur: *Oppida, inquit, condebant in Latio, Etrusco ritu multa, id est, junctis bobus, tauro & vacca interiore aratro circumagebant sulcum; hoc faciebant religionis causa, die auspicato, ut fossa & muro essent munita. Terram unde exscalpserant, Fossam vocabant: & introversum factum, Murum. Postea quod fiebat orbis: Urbs. Principium quod erat post murum: Pomerium dictum: ejusque ambitu auspicia urbana finiuntur.* Hæc Varro. Cum quo consentit Plutarch. in Romulo, ubi indicat, Romam etiam hoc ritu à Romulo conditam. Ejus verba, uberioris explicationis gratia, libet quoque adscribere: sunt autem hæc: *Romulus postquam Remum una cum nutriciis suis in Remonia sepelivit, condidit Urbem: ad quod accivit Hætruscos, qui velut in mysteriis, ut quidque faciendum erat, ceremoniis quibusdam, & scriptis præscriperunt, docueruntque. Comitio fossa est rotunda circumducta. In eam primitias detulerunt omnium, quæ de more, ut bonis, natura utebantur, ut necessariis. Postremo, ex qua quisque advenerat regione, ejus terra portiunculam collatam eo conjecerunt, & commiscuerunt. Fossam hanc eodem quo caelum nomine vocaverunt Mundam. Hinc Urbem, sicut circuitum centro, circumscripsere. Conditor aratro arcum vomerem adjungit, junctisque bobus, mare & fœmina, ipse circum lineamenta profundum inducit sulcum. Sequentium munus est, ut excitas ab aratro glebas introvertant, nec ullam sinant extra ferri. Ita mœnia linea definiunt, idque elisis aliquot literis, Pomerium dicitur, quasi post, vel pone mœnia. Ubi portam designare visum est, vomere exempto atque aratro sublato spatium relinquunt. Unde totum habent murum, præter portas, sacrum. Nam eas si ducerent sacras, religiosum esset, necessaria & impura in Urbem recipere, & exportare. Hac tenet Plutarch. Quibus addi possunt & ea, quæ Dionys. lib. 1. eadem de re scribit, & Livius lib. 1. de Ser. Tullio loquens, ubi indicat. *Pomerium locum fuisse, tam intra, quam extra urbis murum. quem antiqui in condendis urbibus augurato consecrarent, neque in eo ullum fieri adificium passi fuerint.* Inde fit, ut quotiescunque Roma amplior facta scribitur, Pomerium prolatum esse dicatur: atque ita proferre Pomerium, idem sit, quod mœnia Urbis ampliare. Jus autem proferendi Pomerii, teste Agellio, habebat is, qui populum Romanum agro de hostibus capto auxerat.*

AD CAP. III. PARALIPOMENA.

Modus condendarum urbium delendarumque.

**C**onditor ante omnia augurio dabat operam, ut à religione exordium duceret. Solin. Polyhist. c. 2. *auspiciato fundamenta murorum jecit.* M. Tull. lib. 1. de

Divinat. *Principio hujus urbis parens Romulus, non solum auspicato urbem condidisse, sed etiam ipse optimus augur fuisse traditur.* Serv. ad lib. 3. Aeneid. 136.

*Connubiis arvisque novis operata juvenis.*

Et ad vers. 780. lib. 6. Aeneid. videatur:

- - - *Vident ut gemina stant vertice crista.*

Aurel. Prudent. in Romano Martyre:

*Quod Roma pollet, auspicio condita,  
Jovi statori debet, & diis ceteris.*

Q. Ennius apud Isidor. etymolog. lib. 15. c. 1.

*His nata auspiciis illa inclita Roma.*

Idem apud Tullium lib. 1. de Divinat. de fratribus loquens:

*Curantes cura cum magna concupientes,  
Regni dant operam simul augurio, auspicioque,  
Hinc Remus auspicio se devovet.*

Idem apud Varonem lib. 3. de Re Rust. c. 1.

*Septingenti sunt paulo plus minus anni,  
Augurio augurio postquam inclita condita Roma est.*

Posterior versus etiam à C. Suetonio citatur in Augusto c. 7. Claudian. lib. de bello Gildon.

*Si mea mansuris meruerunt mania nasi  
Jupiter auspiciis, si stant immota Sibyllæ  
Carmina.*

Capitatio augurio, qui urbem novam (inquit M. Cato in fragmentis) condabat, Taurus & Vacca arabat, ubi arasset murum faciebat, ubi portam volebat esse, aratrum tollebat, & portam vocabat. Rationem habes ex Plutarcho problemat. Rom. c. 27. & alludunt Poëta, Sil. Italic. Punicor. lib. 13. v. 117.

*Hanc agreste Capys donum, cum mania sulco  
Signaret, grato parvæ mollius amore  
Nutrierat.*

Ovid. lib. 4. Fast.

*Apra dies legitur, qua mania signet aratro,  
Festa Palis suberant, inde movetur opus.*

P. Maro lib. 5. Æneid.

*Urbum designat aratro,  
Sortiturque domos.*

Et lib. 7. Æneid.

*Ipse humili designat mania fossa,  
Moliturque locum.*

Aratrum qui tenebat, laciniam togæ in humerum dextrum rejiciebat, seique cingebat, vel quia is sacris operantium erat habitus, atque opus illud inter sacra numeratum; vel ut commodius stivam tenere possent: denique ut multitudinem civium togato, id est, pacifico habitu fovendam esse ostenderet, neque solum bellicis artibus civitates vigere, sed multo magis pace florere. M. Manilius lib. 4. Astronomic.

*Rituque Gabino*

*Mania succidens curvo describet aratro.*

Aratrum dirigebat conditor ipse: si vero mulier ponenda urbis auctor fuisset, id muneris penes architectos relinquebatur. Serv. Maurus ad illud lib. 1. Æneid.

*Insulant ardentem Tyrii.*

Boves duo tantum esse poterant, iique albi coloris, & sexus disparis; puto, ut numerosa soboles denotaretur, matrimonii-que ratio haberetur, quod legitimum inter marem & feminam republicas tuetur & auget. Ovid. lib. 4. Fastor.

*Ipse tenens stivam, designat mania sulco*

*Alba jugum niveo cum bove vacca tulit.*

Exteriori aratri parti tauri, inferiori vacca adjungebantur. Serv. ad illud 4. Æneid.

*Cui litus arandum dedimus.*

Modus ille non Romæ tantum, sed & coloniis oppidisque aliis observatus, quæ circumducta aratro, (inquit Terent. Varro lib. 4. de ling. lat.) ab orbe & urbe, in literis antiquis scribuntur urbes, quia ita ut Roma condita.

Et quia nunquamque eodem modo desinit & solvitur, quo operat, ut loquitur Ulpian. IC. l. 30. ff. de divers. reg. Jur. & Paulus IC. l. 295. ff. eodem. aratro circumducto ut condebantur urbes, ita credebantur. Cal. Rhodig. lib. 14. Antiquar. lect. cap. 5. & Modestus. IC. l. 21. ff. quib. mod. usufruct. amitt. Si usufructus, inquit, civitati legetur, & aratrum in ea ducatur, ut passus est Carthago, civitas esse desinit, ideoque quasi morte cessat habere usufructum. Et sicut consul Romanus, aut prator, aut Tribunus, consulari potestate, aut quilibet alius exercituum imperator, dum columniam traduceret, aratro muros designabat, ita in civitate delenda, penes eundem idem juris erat. M. Lucan. lib. 7.

*Sarmaticumque premet succidens consul aratrum.*

Q. Horat. lib. 1. od. 16.

*Urbibus ultimæ*

*Stetere causæ, cum perirent*

*Funditus, imprimeretque muris*

*Hosile aratrum exercitus insolens.*

Helenius Acron verus & doctus grammaticus: Hæc consuetudo fuit condendis atque everendis urbibus, ut aratro ferret. Alludunt poëta. Ovid. epist. heroid. 1.

*Nunc seges est, ubi Troia fuit, refecandæque salce*

*Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.*

Et Virgil. lib. 3. Æneid.

*Et campos ubi Troia fuit.*

Hoc pacto deletæ civitates dicuntur intermori. Vet. Poëta apud Fabrum Santorian. lib. 1. semest. c. 9. ex Anthologia. Sic & agrotare & reviviscere urbes more hominum censentur. Incerti nominis Poëta in eadem Anthologia lib. 1. c. 90.

*Τὴν πόλιν οἱ νέκυες πρῶτον ζῶσαν κατέλειψαν,*

*Ἡμεῖς δὲ ζῶντες τὴν πόλιν ἐκρίρωσαν.*

Civitatem hanc mortui prius viventem reliquerunt, nos vero viventes civitatem efferibamus. Forte propter Genios seu deos tutelares qui præesse unicuique loco credebantur; quos stulta veterum superstitio vastatis mori, resurgentibus demum renasci existimabat. de quibus dicam infra lib. 2. c. 14. Claudian. epist. ad Serenam:

*Quid non præfiterint scribentis voce Serenæ,*

*Vel Genius regni, vel pietatis amor?*

Prudent. lib. 2. in Symmachum:

*Aut situm aut Genium, cujus moderamine regnet.*

#### C A P. IV.

### De Monte Palatino.

**D**ixi antea, Urbem Romam *Septicollem* appellatam fuisse, quod septem colles, sive montes Pomcerio ejus inclusi fuerint; inter eos præcipuus fere est *Palatinus*. Sic mons alias *Palatium* dictus fuit; cujus nominis causæ variæ ab auctoribus referuntur. Terentius Varro lib. 4. de Lingua Latina scribit: *Palatium dictum fuisse quod palantes cum Evandro in illum locum venerint: aut, quod Palatini, qui & A-borigines, ex agro Reatino, qui appellatur Palatium, ibi confederint:* & addit, alios à Palatia uxore Latini dictum eum montem tradidisse: alios vero à pecore balante, unde à Nævio *Balantium* sit appellatus: quod etiam Festus probat, in hæc verba scribens: *Palatium mons Romæ appellatus est, quod ibi pecus pascens balare consueverit: vel, quod palare, id est, errare ibi pecudes solerent:* & subjungit, alios existimasse, *Palatium dictum, quod Hyperborei filia Palanto ibi habitaverit, quæ ex Hercule Latinum peperit:* alios, quod Pallas, Hercule & Dyna Evandri filia procreatus, ibi sepultus sit, quod & Dionys. ex Polyb. recitat. Solin. c. 11. scribit, quosdam auctores esse, *Palatium* à Pale Dea pastorali nomen adeptum. Nos in tanta Scriptorum dissensione, quid sequamur ignorantes, unicuique liberum judicium relinquitur,

mus, ut ex his, quam velit, sententiam amplectatur. Hoc certe constat, Romulum hunc montem primum omnium muro cinxisse, & in eo Romam quadratam condidisse, quæ postea additis semper aliis & aliis montibus, & collibus, & Pomærio prolato ampliata fuit. Causas autem ejus rei, propter quas Romulus hunc montem, & non alium voluerit primum muro cingere, & in eum Coloniam suam ducere, Dionysius refert duas præcipuas fuisse: primam, loci fortunam, quæ fratribus expositis incolumitatem & educationem præbuerat; alteram deinde causam accessisse auspiciam, quod duodecim vultures Romulo imperium addixerant. Vix alius locus scriptis ita celebratus fuit, atque hic mons. Primum enim à Romulo, deinde à Tullo Hostilio est habitatus: fuitque in hoc monte sedes Imperii Romani, & domus Augustana. Ab Octavio enim Augusto deinceps omnes Romani Imperatores in Palatio habitaverunt. Et quia Imperii sedes in eo constituta fuit, cujusvis Principis aulam aut splendidi hominis domum, Palatium dicimus. Quæ vero templa, aut alia celebria ædificia in hoc monte fuerint, manifestum fiet ex quatuordecim illis Urbis Romæ regionibus, quæ ex Onuphrio jam recitabuntur, regione decima. Habet ad Ortum *Saburam & Cœlium*: ad Occasum *forum Romanum & Capitolium*: ad Meridiem *Circum maximum & Aventinum*: ad Septentrionem *viam Sacram & templum Pacis*. Hodie suffossionibus & subterraneis specubus totus est quasi pensilis, & aut ruinis deformis, aut hortis occupatus.

## AD CAP. IV. PARALIPOMENA.

*Palatium aula principum, & ejus cura.*

**D**E palatii nomine Suid. à capite hominis recenter occisi dum locarentur fundamenta, ibi reperto, quod apud nullum alium, quod sciam, & de splendore, dignitate, antiquitate eleganter & diligenter, ut solet Dio. lib. 53. *Καλεῖται δὲ τὰ βασιλεία παλάτιον, οὐχ ὅτι καὶ ἰδοῦσι πρὸς αὐτὰς ἀντὰ ἰσομαρτῆσαι, ἀλλ' ὅτι ἐν τῇ παλάτιῳ ὁ Καῖσαρ ὄκει, καὶ ἐκεῖ τὸ στρατῆριον εἶχε, καὶ τινα καὶ πρὸς τὴν τοῦ Ρωμαίου περιουσίαν φήμην ἢ οἰκίαν αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ παντὸς ὄρους ἔλαβε. Imperatoris autem ædes palatium nominantur, non quod ita aliquando decretum sit, sed quod in palatio Cæsar habitabat, ibique Prætorium ejus erat, ac non nihil domus ejus, ab eo toto monte propterea, quod ibi quondam Romulus habitavit, splendoris accepit.* Claudian. de 6. Hon. consul.

*Ecce Palatium crevit reverentia monti,  
Exultatque habitante Deo.*

Subdit Dio: *Καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἄλλοις τοῦ ἀυτοκράτορος κατὰ τὴν τὴν τοῦ παλατίου ἐπιπέσειν ἢ καταγαῖν αὐτοῦ ἔχει, Ἰδοῦμε εἴς τι αὐτὸν ἐπιπέσειν αὐτὸν ἔχει, τὰ μὲν ἰδὸς τοῦ παλατίου ὄνομα ἔχει, τὰ δὲ ἰδὸς τοῦ παλατίου ὄνομα ἔχει, τὰ μὲν ἰδὸς τοῦ παλατίου ὄνομα ἔχει, τὰ δὲ ἰδὸς τοῦ παλατίου ὄνομα ἔχει.* Paria etiam Claudian. eodem loco, ubi sic Roma Honorium principem alloquitur:

*Cur mea que cunctis tribuere palatia nomen  
Neglecto squalent senio, nec creditur orbis  
Illic posse regi?*

Ædes Romuli palatium dictum vult vet. Scholiast. Juvenal. ad Sat. 6. veit. 527.

Sunt, qui contendant non ultra Valentiniani tempora in splendore suo remansisse, quorum error ex eo refellitur, quod Maximus Valentiniani successor palatium inclusus limitibus dicatur à Sidonio Apollinare lib. 2. epist. 13. & Cassiodor. in Chron. *Hormenerio & Basilio coss. Rithmeris fraude, ut dicitur, Severus Romæ in palatio interceptus est. Hic conventus agebatur procerum feris temporibus, de eligendo Imperii successore.* Corip. de laudib. Aug. Justiniani minor. lib. 1. n. 17. Ubi etiam liquet Senatu ibi habito de honoribus defuncto decernendis deliberatum.

*Cassigatque moras, & plena palatia narrat  
Conventu procerum, fortis senioris adempti,  
Dilecti nomen struerent, quo nocte peracta:*

Atque hic excubiæ stationariorum & legiuariorum militum. Idem lib. 1. n. 12.

*Excubiæ primum, quæ summa palatia seruant,  
Imperium felix Dominis intrantibus optant,  
Et cunctos aditus armato milite vallant.*

Huic præerat vir summa apud Imperatorem autoritatis, præsertim translato Constantinopoli Imperio: nam in officii aula Byzantinæ mentio est, *τοῦ προκαθημένου τῶν μεγάλων παλατίων, Πρεσβῆτι αὐτὸν πρεσβῆτις μεγάλων παλατίων.* Cuiusmodi libello de offic. Constantin. pag. 47. cumque vocabantur *Curam palatii*. Ammian. lib. 14. *isædem diebus Apollinaris Domitiani gener, paulo ante agens palatii Cæsaris curam, ejus munus erat, ut virga aurea decoratus, inter obsequia numerosa ante pedes regis primus incederet.* Aurel. Cassiodor. l. 7. epist. 5. Sidon. Apollin. carm. 23.

*Intra aulam socii mei expetitus  
Curam cum moderatus es Palatii.*

Corip. African. lib. 1. num. 8.

*Cum magni regeles divinis palatia patris,  
Par extans curis, solo diademate dispar,  
Ordine pro rerum vocitatus cura palati,  
Dissipiti nam Cæsar eras, cum sceptrâ teneret  
Fortis adhuc senior.*

Idem lib. 2. num. 7.

*Dissipitorque novus sacra Bavuaris aule,  
Successor socii, factus mox cura palati.*

Honorius etiam Aug. ineminitur *Cura Palatii* l. 7. C. de comit. & trib. scholar. l. 12. licet in editionibus nonnullis sit non *cura palatii*, sed *curator*. & lib. 6. tit. 13. C. Theodof. lex est unica eodem titulo, at quem hi *curam palatii* appellant, alii *Cyropalatem*, quæ vox ferius invecita est. Paul. Diac. lib. 16. in rebus Justiniani, *efficitur ei hujusmodi successor, Justinus Cyropalates.* Georg. Cedren. & Joan. Zonaras rom. 3. in vita Justiniani, in Leonis Isauri, à quo Archabafidus eum honorem accepit, & Sauratii *κουροπαλάτην* appellat, ipse Cyropalates, seu ut alii volunt, Georg. Codin. lib. de offic. Constant. pag. 13. & pag. 31. *καὶ τὰ τοῦ Κουροπαλάτη ὄνομα τοῦ πικέγου, καὶ ἀνευ δικτυκῆς, & Κυροπαλάτη similia quoque vestimentis pincernæ, ac sine judiciali scepro.* Unde pene adducor, ut apud Corippum legi putem præsertim illo ævo:

*Ordine pro rerum vocitatus Cyropalates.*

Et pari ratione:

*Successor socii factus mox Cyropalates.*

Antiqui Galli similem magistratum habebant, cui *regiæ aulae cura* demandabatur, quem *majorem domus* notant auctores apud Eginhartum in vita Caroli magni, & Vincent. Lupan. lib. de magistrat. Gallie.

## De Capitolino monte.

**T**RIBUS hic mons insignitus nominibus est, *Capitolii, montis Tarpeii, & Saturnii*. Saturnius dictus fuit à Saturno, qui antiquis temporibus illum locum tenuisse dicitur, & in cujus tutela adhuc esse existimatur: Terentius Varro, Dionysius, Festus: unde etiam *Saturnia terra* ab eo dicta fuit Italia. *Tarpeii* appellationem accepit à virgine Vestali *Tarpeia*, quæ ibi armis à Sabinis necata & sepulta est. Historiam eam recitant præter jam dictos scriptores, etiam Livius lib. 1. & Propert. lib. 4. *Capitolium* idem mons dictus fuit, quod in eo, cum fundamenta foderentur ædis Jovis, caput humanum inventum fuerit, testibus iisdem & Plutarcho. Theodor. Canter. lib. 1. Variar. lect. cap. 11. ex Arnobio demonstrat, montem hunc sic appellatum à capite Toli invento, qui in monte Capitolino fuerit sepultus. Verba Arnobii ex libr. 6. contra Gentes, quæ à Theodoro citantur, nolo addere. Celeberrimus autem hic mons fuit, cum propter alia multa, tum propter amplissimum templum Jovis Capitolini, quod in hoc à Tarquinio Prisco rege inchoatum, & à Tarquinio Superbo exædificatum est: de quo suo loco. Habet ad *Ortum* forum & montem Palatinum: ad *Occasum* Urbem planam: ad *Aquilonem* Trajanum forum, & Quirinalem: ad *Merididem* Aventinum, Tiberim & Theatrum Marcelli, &c. Hunc collem cum Palatino 11x. Urbis regionem Augustus fecit.

## IN CAP. V. PARALIPOMENA.

## De Capitolio.

**L**imina ærea ex multatiria pecunia T. Liv. Dec. 1. l. 1. ipsum vero Capitolium quadrato saxo stuctum eo anno, quo in Hetruriam missus exercitus Romanus, Carnosam & Contenebram urbes expugnavit diripuitque, produnt historici: quod evenit tertio anno post creatos Tribunos militares consulari potestate, Cuspian. in fastos Caesiodori: qui à Numa vult Capitolium à fundamentis exstructum, contra aliorum sententiam, qui à Tarquinio Prisco quinto rege inchoatum, à Tarquinio Superbo abolutum, ab Horatio Pulvillo dedicatum unanimi consensu tradunt Flor. lib. 1. cap. 7. L. Sen. ad Marciam cap. 13. sed nullum monumentum crebriores passum mutationes, quippe motis inter Syllam & Marium armis civilibus Capitolium incensum fuit, C. Plin. lib. 13. cap. 13. coff. Scipione & Norbano id evenit post ejus dedicationem annis quadringentis viginti quatuor, ut ex serie consulum è Fast. Capitolin. colligere est manifestum: potius autem victoria L. Sylla restaurare illud unice intendit, sed illo extincto Q. Catulus reparavit, rursusque dedicavit. Plin. lib. 19. cap. 1. Suet. Cæs. c. 15. Deinde interjectis annis centum triginta sex sæviente bellorum civilium rabie à Vitellianis incensum usumque, ut narrat Dio lib. 65. in fine. Vespasianus restauravit: Ruderibusque purgandis manus primus admovit, ac suo colloquædam extulit, ærearumque tabularum tria millia, que simul consagraverant, restituenda suscepit, ut loquitur C. Suetonius in eo cap. 8. D. Aufon. in Urbib. de Narbona:

*Tante molis erat, quam tam non sperneret olim  
Tarquinius, Catulusque iterum, postremus & ille  
Ærea qui statuit Capitolii culminis Cæsar.*

Ærea autem propter regulas aureas bractæasque quibus ornabatur. L. Seneca lib. 1. controverf. 6. *fastigiatis supra scellis auro puro fulgens præhæret Capitolium.* Sidonius Apollinat. carm. 5.

*Et regum aspiciunt Capitolia sulva catenas.*

Prudent. l. 2. contra Symmachum:

- - - *telia aurea flammis*

*Solvere, mastrucis proceres vestire togatos.*

In Capitolio solemne jusjurandum concipiebatur. Plin. lib. 2. cap. 7. *Alii in ipso Capitolio fallunt, ac fulminantem pejerant Jovem, & Jupiter Capitolinus in perjuros relictus erat armatus.* Turneb. l. 22. cap. 4. Sic accipio illud Propertii l. 4. eleg. 1.

*Tarpeiusque pater nuda de rupe tonabat,  
Et stabant humiles in Jovis arce cæcæ.*

Idque præsertim cum adigendi in acta principum cives Kalendis Januariis. Unde Tacitus lib. 16. *Annal. sine, citare solemne jusjurandum principio anni, dixit.* Gunther. Ligurin. l. 1.

*Mox ubi rite suam proceres juramine sacro  
Aspirare fidem, cunctis, quæ postulat ordo  
Expletis.*

Solemnia etiam vota in Capitolio concipiebantur. Florens Tertullian. de corona: *Annua votorum nuncupatio quid videtur, prima in principis, secunda in Capitolis, accipe post loca & verba, hunc tibi Jupiter bovem cornibus auro decoratis vocemus esse futurum, corrigendum necessario est, esse facturum.* Nam facere idem ac sacrificare esse, pueri Grammaticorum non ignorant. C. Sueton. Ner. cap. 46. *Votorum nuncupatione, magna jam ordinum frequentia vix reperta Capitolii claves.* Tacitum autem fulmine Capitolium inter prodigia recensebatur, ut ex Livio infinitis pene locis, & Julio Obsequente in prodigiis liquet. M. Cicero l. 1. de Divinat.

*Nam pater altitonans stellanti nixus olympo,  
Ipse suos quondam stimulos ac templa petivit,  
Et Capitolinis injectis sedibus ignes.*

Ovid. l. 3. Amor. eleg. 3.

*Jupiter igne suo lucos jaculatur & arces,  
Missaque perjuris tela ferire vetat.*

Author consolat. ad Liviam:

*Jupiter ante dedit fatis mala signa eruenti,  
Flammifera petiit cum tria templa manu.*

Tria templa sunt Jovis, Minervæ, & Junonis; sequitur enim:

*Junonisque gravi nocte impavidæque Minervæ,  
Sanctæque & immensæ est Cæsaris ista domus.*

Res nota ex Criticis, Historicis, Poëtis.

D. Aufon. Tem.

*Trinis in Tarpeio fulgent consortia templo.*

Neque tantum Romæ Capitolium erat, sed & in aliis urbibus, Corinthi, Pausan. Corinthiac. *Antiochia*, T. Liv. l. 1. Dec. 5. ut observat Lilius Gyraldus de diis gentilibus. syntagm. 2. *Tolosa*, Sidon. Apollin. l. 9. epist. 16. & doctissimus Savaro ibi. *Narbonæ*. Idem Sidon. carm. 23.

*Salve, inquit, Narbo nobilis*

*Delubris, Capitolis, monetis.*

Et Capux, Sil. Italic. l. 10. de Hannibale ingresso eam:

- - - *Monstrant Capitolia celsa.*

Denique corrigendum Corripus l. 3. num. 3.

*Tempore quo captis injectis vincula tyrannis*

*Justinianus ovans, quarto cum consule principis*

*Alta triumphali terret Capitolia pompa.*

Legendum censui in editione mea:

*Triumphali terret Capitolia pompa.*

Necessaria omnino correctio. Nam triumphantes Capitolium

curru ascendebant. Sueton. Caesare cap. 37. M. Lucan. l. 8. de Pompeio triumphante:  
 - - - Nec ter Capitolia curru  
*Incessus.*  
 Idem lib. 9.  
 - - - Quam ter Capitolia curru  
*Scandere.*  
 Apollon. Collatius de excidio Hierosolymorum l. 2.  
 - - - Capitolia scandes  
*Victor, & Augustam scendam, nomenque tenchis.*  
 Claudian. de 6. Hon. consul.  
*Jamque parabantur pompa simulachra futura.*  
*Tarpeio spectanda Jovi.*

Et peracto triumpho in Jovis Capitolini templo convivium instaurabatur. Possidonius l. 2. historiarum, & ex eo Athen. l. 5. cap. ult. licet alii non in ipso Capitolio, sed in Capitolii porticibus epulas istas apparari solitas docuerint, Joan. Zonar. Annal. tom. 2. in Camillitriumpho, & notat Faber Sannjorianus l. 1. semestr. c. 6. nec desunt qui in templo Herculis exhibitum epulum triumphale velint, quod is *Deus totum orbem terrarum victor peragrasset.* P. Crinit. l. 2. 4. de honesta disciplina. c. 5. Illud autem non omiserim, omnium deorum simulachra deorumque in Capitolio coli solita. T. Liv. Dec. 1. l. 6. *Ceterique dii deaque qui Capitolium arcemque tenent.* P. Victor in 8. reg. urbis, & Servius ad illud l. 2. *Æneid. v. 319.*  
*Panthus Othryades arcis Phabique sacerdos.*

## CAP. VI.

## De Colle Quirinali.

Collis Quirinalis, ut auctor est Varro, à Curetibus dictus est, qui cum T. Tatius Curibus venerunt Romam, quod ibi habuerint castra. Festus ait, primum dictum hunc collem *Agona*, quiens: *Quirinalis collis qui nunc dicitur, olim Agon appellabatur, antequam in eum commigrarent Sabini, Curibus venientes, post fœdus inter Romulum & Tatium ictum, à quo hanc appellationem sortitus est: quamvis existimant quidam sic dictum fuisse, quod in eo factum sit templum Quirino.* Idem alibi: *Agona sacrificia, quæ fiebant in monte: hinc Roma mons Quirinalis Agonius, & Collina porta Agonensis.* Quæ etiam confirmat Dionysius lib. 2. appellans hunc Collem Agonalem. Porro si quis verba Varronis diligenter consideraverit, inveniet ejusdem collis aliquot partes, sive colles particulares fuisse: quorum unus *Salutaris*, alter *Mutialis*, alter *Latiaris* sit vocitatus. Sub Imperatoribus autem *Caballum* hunc montem dictum fuisse, à duabus statuis marmoreis Alexandri Magni Regis Macedonum, equum Bucephalum domantis, quas Alexandria Constantinus Imperator Romam transtulerit, atque in medio thermarum à se in Quirinali extructarum collocaverit, annotat Onuphrius & Georg. Fabricius in sua Roma. Collis hic habet ab *Ortu* Esquilias & *Viminalem*: ab *Occasu* Urbem planam & campum Martium: à *Meridie* Nervæ & Trajani fora, atque Capitolium: à *Septentrione* collem hortulorum, & portam *Viminalem*. In hoc colle fuit præcipua sextæ regionis pars, quæ *Alta semita* dicebatur.

## AD CAP. VI. PARALIPOMENA.

## De Quirinali monte &amp; fano Quirini.

Antiquissimum hujus montis nomen loquitur fœdus inter reges Romulum & Tatium initum passum apud historicos. Nam facta inter utrumque populum concordia, non domos modo privatas, sed & ædes sacras diis crexerunt, præter Livium, Florum, Entropium, & alios ab Onuphrio citatos in urbe Roma pag. 146. Ovid. l. 6. Fast. de Fidio Deo:  
*Hunc igitur veteres donarunt ade Sabini,*  
*Inque Quirinali constititere iugo.*  
 Sunt tamen alii, qui non à Curibus, oppido Sabinorum, aut ejus civibus eo translatis, *Quirinalem* montem dictum contendunt, sed à templo Quirini, id est, Romuli, ut dicam l. 2. cap. 18. infra: D. Aufon. epist. 23. ad Paulinum:  
 - - - Quos sacra Quirini  
*Purpura, & auratus trabes velavit amictus.*  
 Et Pontius Paulin. ad Aufonium epist. 3. de toga prætexta:  
*Quæ tamen Augusta Latiaris in urbe Quirini*  
*Cæsareas inter parvili titulo palmaris*  
*Fulget nativo longe venerabilis auro.*  
 Cur nomen Romuli mutatum fuerit, causa certissima, quod in omni apotheosi nomina inter divos referendis mutare consueverit vetustas, & ob id cum Romulum in-

gratissimi patres disceperissent in curia, honores divinos extincto decreverunt, sanumque crexerunt, cujus adyta ne sacerdotes quidem ipsi adire poterant.

Q. Horat. Epod. od. 13.

*Quæque earent ventis & solibus ossa Quirini*  
*Nefas videre, dissipabit insolens.*

Cui, ut omnibus aliis templis, aut certe plerisque adjuncta erat porticus. M. Martialis. l. 11. epigr. 1.

*Vicini pete porticum Quirini.*

Claudian. de bello Getico:

- - - procul arceat alius.

*Jupiter; ut delubra Numa, sedemque Quirini*

*Barbaries oculis saltem violare profanis*

*Possit, & arcem tanti deprendere regni.*

Nec unum modo Quirini sanum Romæ, sed plura. Nam notitia urbis in 10. Reg. collocat templum Quirini prope *Lupercal*, ubi erat signum super duobus pueris Romulo & Remo. *mammæ præbentis*, & tamen in 7. reg. in eadem notitia templum Quirini novum statuitur, & puto illud esse, quod à Dione memoratur l. 54. *ἡ πρὶν δὲ ἡ ἀρχαῖα ἵερὰ τῶν Κυρίων καὶν καθήρσαν, ἢ καὶν οἰκοδομήσαν.* Ante sanum abitum templum Quirini de novo adificatum dedicavit. P. Ovid. l. 3. Amor. eleg. 8.

*Quæ licet, affestas cælum quoque; templa Quirinus,*  
*Liber, & Alcides, & modo Cæsar, habent.*

## CAP. VII.

## De Monte Caelio.

Montis Cœlii (quem primum Romulum munivisse, Pomercio vero Tullum; ut Dionys. & Livius, vel Ancum, ut Strabo, vel Tarquinium, ut Tacitus scribunt, inclusisse) sic meminit Varro l. 4.

de lingua Latina: *In suburbana regionis parte princeps est Caelius mons, à Caelio Vibenna Tusco, duce nobili, qui cum sua manu dicitur Romulo venisse auxilio contra Sabinum Regem.* Hactenus Varro, cum quo & Dionys. & Sext. Pompeius Festus consentiunt: nisi quod Festus, non Caelium illum Etruscum ducem, sed Caelum dictum fuisse scribit. *Querquetulanum etiam hunc montem appellatum docet Tacitus lib. 4. inquit: Haud fuerit absurdum tradere montem eum (de Caelio loquitur) antiquitus Querquetulanum cognomento fuisse, quod talis sylvæ frequens, sacundusque erat, mox Caelum appellatum à Cæle Vibenna, qui dux gentis Etruscæ, cum auxilium appellatum ducturisset, sedem eam acceperat à Tarquinio Prisco, seu quis alius Regum dedit: nam in eo scriptores dissentiunt. Habitasse autem eum montem Etruscos, & deinde cum eum nimis muniissent, & in suspicionem venissent, ab illo in planum locum deductos fuisse, qui ab iis Tuscus vicus dictus sit, tradit Varro, & breviter meminit Tacitus. Qui etiam cum Suetonio auctor est montem eum à Tiberio Imperatore, quod is post incendium habitatorum ædificia consumpta instaurasset, Augustum dici coeptum esse. Habuit in hoc monte Regiam suam Tullus Hostilius, ut scribit Livius, quæ postea Curia Hostilia vocitata est. Hodie insignis is mons in Urbe habetur, Basilica Joannis Lateranensis, de qua alii. Hic mons ab Oriente habet Urbis mœnia, terminumque Esquilinæ regionis, portam Esquilinam & Amphitheatrum: ab Occidente Suburam & montem Palatinum: à Septentrione Carinas, Caelium & Esquilias: à Meridie Piscinam publicam & Vallem, quæ est ante viam Appiam, quæ prope Septizonium Severi inchoans, versus portam Capenam protenditur. In hunc montem secundam Urbis regionem, Calimontium appellatam Aug. Cæsar posuit.*

## AD CAP. VII. PARALIPOMENA.

De monte Caelio abundantissime Onuphrius in urbe Ro-

ma pag. 26. & sequentibus; Bartholom. Marlian. Topographiæ urbis Romæ lib. 4. cap. 18. Ovid. lib. 5. Fast. Calius accipiet pulcrulentus equos. Dicam infra lib. 6. cap. 2.

## CAP. VIII.

## De monte Esquilino.

**E**squlinus mons quando Urbi sit additus, & Pomærio inclusus, dictum supra est. Accepit autem nomen, ut plerique existimant, ab *excubiis*, quas Romulus in illo monte habuit, cum Tito Tatio parum sideret, eumque infidæ societatis suspectum haberet, quasi *Excubinus*, unde postea *Esquilinus* factus est. Quam vocabuli etymologiam etiam Ovidius agnoscit 3. Fastorum. Alii vero non ab *excubiis*, sed à *quisquiliis* dictum eum montem *Esquilias* arbitrantur, quod Aucupes ibi quisquiliis sparsis aves illuderent. Alii vero, quod *exculta Esquilias* à Rege Tatio in illo monte fuerint, sic appellarunt: quæ omnia Terentius Varro libro quarto de Lingua Latina indicat, & quædam etiam Sextus Pompeius Festus. Habuit autem hic mons aliquot colles, quorum unus *Cispinus*, alter *Oppius*, *Septimius* alius dictus fuit, teste Varrone loco eodem. Quomodo excultus hic mons, & quibus ædificiis exornatus fuerit, ostendet quintæ regionis descriptio, paulo post secutura. Habet ab *Ortu* Urbis muros, versus aggerem & castrum Prætorium: à *Meridie* viam Lavicanam: ab *Occasu* vallem inter Caelium & Palatinum longe lateque patentem: à *Septentrione* Viminalem.

## AD CAP. VIII. PARALIPOMENA.

De excubiis more Romano in urbe &amp; in castris, &amp; de monte Esquilino.

**C**um scriptores ab *Excubiis* Esquilinum montem desumant, quædam hoc loco de excubitoribus, excubiisque dicenda, quanquam infra uberius lib. 10. cap. 13. prima itaque eorum institutio à Paulo IC. petenda est, qui l. 1. ff. de offic. præfeti. vig. apud vetustiores, inquit, incendiis arceendis trianoviri præerant, qui ab eo quod *excubiis* agebant, nocturni dicti sunt. Virg. lib. 9. Æneid.

Vigilum excubiis obsidere portas.

Imago ejus rei extat apud C. Suetonium in Augusto cap. 23. Vide Artemidor. Oneirocrit. cap. 62. lib. 3. & licet in initio bono civitatis fovendo, statusque publici commodo, instituta fuerint excubiæ; ne videlicet incendio publica urbis monumenta consumerentur: tamen mali principes ministerio militum tyrannidem usurpantes, suos satellites seu stipratos hoc nomine vocarunt: non modo in occidente, aut Romano imperio: sed etiam in oriente, seu Byzantino imperio: nam *ἡμεροβύλιος*, diurna vigilæ apud Cætopalatem lib. de offic. Constantinop. pag. 171. & recte; nam *vigilæ nocturnæ, excubiæ diurnæ*, Ididor.

Hispal. lib. 3. etymol. cap. 3. ex Servio, ut solet multa alia transcribere ad v. 159. lib. 9. Æneid. Hinc Aurelio Cassiodoro lib. 11. epist. 19. tyrannorum excubiæ. Claudian. de 4. Hon. consul.

Non sic excubiæ, nec circumstantia pila,

Quam intatit amor.

Idem non apud Romanos modo Imperatores, sed & Græcos, Xenophon Cyropæd. lib. 4. τοῦτο δ' ἴτι ἀμύριτοι, ὅτι τὰ μὲν ἔξω ὑμῶν ἡμῶν τυταρλακῆσμον. Illud utriusque scitote, nocturnas excubiæ nos obituros vobis esse. Idem lib. 7. expedit. Cyri *τυλοφύλακας* meminit pag. 400. vertit Leuclavius, nocturnas excubiæ, malam, vigilas, si fides Grammaticis nominatis adhibenda. Idem eodem lib. post *τυλοφύλακας καὶ τριάνται καὶ σύνθημα παραδίδεται*. Vertit idem Leuclavius, nocturnas excubiæ consistere, & tesseram dare, & *τροφύλακας* eos qui primas agunt excubiæ. Idem eleganter dixit de exped. Cyri lib. 2. pag. 270. eademque voce utitur lib. de magist. equitum, pag. 968. Corip. lib. 1. num. 12.

Excubiæ primam, quæ summa palatii servant.

Idem lib. 3. num. 4.

Ingens excubiis divina palatia servant.

Excubitores isti noctu nosam pulsabant, cui necesse erat responderi, notavit Hadrianus Junius, forte ducebantur.

L. Apul. lib. 4. Milesiat. *Larones sorte dñli noctu excubabant speculandi gratia.* Sidon. Apollinar. lib. 8. epist. 6. *Si quid in- ser excubiales curas, utpote in castris saltem fortitro vacabis.*  
Valer. Flacc. Argonaut.

*Excubias sortita manus.*  
Utque privatorum foribus janitores, servi ostiarii, aut canes appositi; ita principum vestibula vigiles excubitoresque infidebant. Claudian. lib. 2. de laud. Stilich.

*Quæ vestibulo foribusque petentum Excubat.*  
Dico ad illud Claudiani lib. 3. de raptu:  
*Ut domus excubiis incustodita remotis.*

Corip. African. lib. 3. num. 4.  
*Ingens excubitus divinia palatia servans.*  
Propertius lib. 4. eleg. 1. ad privatam matronatum custo- diam traduxit:

*Non mille excubia, nec te signata juvabunt*

*Limina, persuasæ fallere rima sat est.*  
Denique in facris Bonæ dex erant excubia, ut suo dicent lo- co, quod Græcorum institutum fuisse, notissimum, ejusque rei author Anacharis apud Herodotum Melpomene; ab hac menie Valer. Max. lib. 1. De Relig. neglecta ut. 16. *in foris optimi maximi templo, eximia facie puerum histriocœna ad ex- cubias tenendas pusuisset.* Valer. Flacc. Argonaut. lib. 3.

*Linguit & mudantes mensas, infestaque pernox Sæva Medon.*

De monte vulgaria omnia: scio alios non *Esquilinum*, sed *Esquilinum* vocare. M. Martial. lib. 7. epigr. 72. adi ad inter- pretes Horatii Epod. od. 5. Propert. lib. 3. eleg. 22.

*Et dominum exquilis scribe habitare tuum.*  
Et lib. 4. eleg. 8.

*Disce quod exquilias hac nocte fugavit aquosas.*  
Editio Horatii Tuscanellæ, & Jof. Scaligeri, *exquilias*, præfert: Achillis Tatii & Lugduncensis, *esquilias*, ut & Juvenal. sat. 5. v. 8.

## CAP. IX.

## De monte Viminali.

Viminalis mons, teste Varrone Romanorum omnium doctissimo, à *Vimineo Fove*, quod ibi aræ ejus sint, dictus est: vel quod ibi *vimineta*, vel *viminum sylvæ* fuerit: quod idem & Sextus Pompeius affirmat, & Juvenalis: cujus autem generis vimina illa fuerint, nemo prodir. Fuit etiam *Fagutalis* appellatus, à sylvæ *fagea*, testibus iisdem. Maxima ejus montis pars hodie inculta jacet, & vel hortos, vel vineta, vel populos, salices, & harundines habet. Hunc collem cum Esquilis quintam urbis regionem fecit Cæsar Augustus, quum spacium Urbis in vicos & quatuordecim regio- nes divideret: unde ex descriptione ejus regionis etiam hujus collis ædificia & ornamenta cognoscuntur. In *Ortum* tendens hic mons, habet campum Esquilinum & Urbis muros, cum castris Prætoriiis; in *Occasum* vero Quirinalem, falsam Suburam, & vallem planam interjectam: in *Meridiem* Esquilias, viamque interpositam: à *Sæptentrione* Urbis muros versus portam Viminalem.

## AD CAP. IX. PARALIPOMENA.

Viminalem montem partem Esquilini facit M. Varro, alii distinguunt, legendi Bartholomæus Marlianus vir eruditus, & in antiquitate investiganda diligens, lib. 5. Topograph. c. 19. & Onuphr. in urbe Roma, pag. 85.

locus est elegans Strabonis Amasiati Geograph. lib. 5. *ἡλεργε δὲ Σερύσιος τὴν ἑλλημίνην, ἀνεπλήρωσε γὰρ ἀποροθεῖα τοῦ πε ἡσχυλίνου λόφου, καὶ τὸν αὐτὴν ἀμινάλον. Quem desectum Sercius arguit, qui complevit murum, adæctis urbi Esquilino & Viminali collibus.* Sidon. Apollinar.

*Distantque petunt à vimine collem.*

## CAP. X.

## De monte Aventino.

Aventinum montem multis de causis sic appellatum, scribit Varro, videlicet, vel ab *Aventino Rege* Albanus, qui ibi sepultus fuerit: vel ab *adventu* hominum, quod ibi commune Latinorum Dianæ templum sit constitutum: vel ab *aribus*, quæ sese à Tiberi eo ferrent; vel etiam ab *advectu*, quod cum olim mons ille paludibus à reliquis esset disclusus, ex urbe ratibus eo advecti homines essent: cui sententiæ ipse accedit. Quod ab *Aventino* Albanorum Rege hic mons *Aventinus* dictus sit, docent etiam Sextus Pompeius Festus, Dionysius Halicarnassæus, Livius & Ovidius. Meminit Varro in libris de Gente populi Romani, quosdam ab *Avente* Sabinorum fluvio, montem illum *Aventinum* dictum fuisse, opi- nari; quod Sabinis in urbem susceptis, Romulus eum habitandum concesserit. Quæ tamen opinio non videtur esse verisimilis: cum & Virgilius, & Ovidius quodam in loco testentur, ante Evandri & Her- culis in Italiam adventum, hunc montem id nominis habuisse. Fuerunt præterea & aliæ hujus montis appellationes: nam *Murcius* dictus est, teste Sexto Pompeio Festo, à sacello *Deæ Murciæ*, quod sub eo monte fuit. Item collis Dianæ, à templo ejus Dææ, quod in hoc monte extitit. Et celebris fuit *Aventinus*, Aventini & T. Tatii Regum, ac Remi sepulchris: secessione etiam plebis Romanæ in eum monte facta. Sed & hoc observandum de eo est, quod Romulus neminem eum habitare passus fuerit, sed sacrum fra- tri esse voluerit. Ideoque cum reliqui colles, de quibus hæctenus dictum, urbis Pomœrio à Regibus in- clusi fuissent, hoc tamen de *Aventino* non legitur. Sed is tandem à Tiberio Claudio Imperatore Augusto Urbi additus legitur. Cujus quidem rei Messala apud Agellium lib. 13. capite 14. hanc causam fuisse recitat, *quod in eo monte Remus urbis condendæ gratia auspicaverit, avesque irritas habuerit, & superatus in auspicio à Romulo fuerit.* Idcirco addit, *omnes qui pomœrium protulerunt, montem istum excluserunt, quasi aribus obscœnis ominosum.* Hæc Messala. Hic mons, quem propter longitudinem certo describi non

non posse Georgius Fabricius fatetur, ad *Ortum* in Meridiem declinantem respicit mœnia: ad *Meridiem* campum Figulinum: ad *Occasum* flumen: ad *Septentrionem* montem Palatinum. Hunc montem Augustus XIII. regionem fecit: unde ex ea cognosci poterit, quomodo fuerit excultus.

IN CAP. X. PARALIPOMENA.

De Remuriis, & à quo Aventinus urbi inclusus.

Quod hic dicat urbis Pomœrio hunc montem non inclusum, fallitur omnino: nam Ancus Martius quartus Romanorum rex, Numæ nepos: mœnia urbis muro complexus est, Aventinum etiam inclusit, Eutrop. l. 1. & ex eo Paulus Diacon. histor. Miscellæ lib. 1. & præter historicos, quidam incerti nominis poëta, apud J. Cuspinianum in Fastos Cassiodori, cujus epigramma adscribam.

Romulus aggreditur regnum qui condidit urbem,

Prima Remus quoniam mœnia transt, obit.

Et Nema divinis implevit cultibus urbem,

Tullius inventis fasibus arma ciet.

Ancus Aventinum montem superaddidit Urbi,

Præfice triumphali primus honore tumes.

Tullius invenit cœsum, Vulcania proles,

Tarquinius Sexti crimine pulsus abit.

Certe autem constat interfectum per nefas à Romuli militibus Remum in Aventino fuisse sepulchrum, solemnique ac annua sacrificia in ejus honorem instituta, quæ tuoc *Remuria*, postea & *Lemuria* sunt appellata. P. Ovid. lib. 5. Fast.

Romulus obsequitur, lucemque Remuria dixit

Illam, qua postis iusta feruntur aris.

Aspera mutata est in levem tempore longo

Litera, quæ toto nomine prima fuit.

Hic dies Id. Majis celebrabatur, ut est in fastis Capitolinis, & veteri Calendario Romano. Serv. ad illud lib. 1. Æneid.

Romulus excipiet gentem.

Remo scilicet, inquit, interfecto, post ejus mortem natam conflat pestilentiam, unde consultata oracula dixerunt, placandos esse manes fratris extincti; ob quam rem sella curulis, cum sceptro, & corona,

& cæteris regni insignibus, semper juxta sanctentem aliquid Romulum ponebatur, ut pariter imperare videretur: unde est, Remo cum fratre Quirinus jura dabunt, placari censebantur manes tumulto magnifice structo in Aventino, & sacris ejus honori institutis, quibus nomen vel ab illo desumptum, vel à Lemuriis, qui anime defunctorum censebantur. Lil. Gyrard. synr.

17. pag. 450. quorum in numero Lar erat. L. Apul. lib. de Deo Socratis: licet sciam *Lemuria*, sive sacra feralia constituta 12. Kalend. Martias, ut fuisse Ovidius lib. 2. Fastor. exequitur. M. Terent. Varro de vita pop. Rom. lib. 1.

- - - Quibus temporibus in sacris

Fabam jactant noctu, ac diant se Lemures domo

Extra januam ejicere.

C A P. XI.

De reliquis tribus collibus; Hortulorum videlicet, Janiculo, & Vaticano.

Cum Romani nimium studerent, non Imperii tantum auctiori, sed Urbis etiam amplificationi, ut cuius, qui in scriptis veterum non plane hospes est, manifestum esse potest: Ideoque non contenti veteribus Pomœrii finibus, illos sæpe mutarunt, & aliis atque aliis montibus Urbi subinde additis, protulerunt, uti hæcenus de septem illis principalibus montibus dictum est: præter quos tamen etiam alios colles superioribus magnitudine nequaquam pares, urbis Pomœrio incluserunt; de quibus hoc capite pauca dicam. Fuerunt autem hi tres: collis *Hortulorum*, *Janiculum*, & *Vaticanus*.

Collis *Hortulorum*, vel, ut alii, *Hortorum* hanc appellationem accepisse videtur à proximis ei hortis Salustii. Postea vocitatus fuit *Pincius*, quod in eo Pinciorum domus essent: quæ familia nobilissima fuit, acclaruit in Urbe circa tempora Constantini. Hic collis antiquitus extra Urbis mœnia fuit, ideoque extra septem montium numerum. Tempore autem Aureliani Imperatoris Pomœrio inclusus est. Celebris fuit, cum propter Neronem in eo sepultum, ut Tranquillus in Nerone testatur, tum propter Candidatos, quibus usus erat (ut Macrobius verbis utar) in Comitium nundinis venire, & in hoc colle consistere: unde ab universis possent videri: & inde in Campum Martium, petitum Magistratum, descendere.

*Janiculum*, inquit Sextus Pompejus Festus, dictum, quod per eum, tanquam per januam, populus Romanus primitus, transierit in agrum Etruscum. Alii sic appellatum scribunt, à vetustissimo oppido, quod Janus in Italia condidit. Macrobius autem dictum putat *Janiculum*, quod Janus ibi vel sit sepultus, vel habitaverit. Hodie à flavis arenis *mons aureus* nominatur, & corrupto vocabulo *Montorius*. Ex hoc monte propter altitudinem Roma maxime est conspicua. Cæteris autem infrequentior est, ob aëris gravitatem, ut Martialis testatur. Celebris fuit Numæ, Romanorum Regis, ut Dionysius & Livius, itemque Statii Cæcilii Poëtæ, ut Cæsariensis Eusebius produnt, sepulchris. In hunc aliquando plebem secessisse Romanam, & à Quinto Hortensio Dictatore revocatum, scribunt, Plinius libro decimo sexto, & Livius. In eodem, ut scribunt Livius, Dionysius, Italicusque Silius, Rex Thuscorum Porfenna castra habuit. Fuit autem trans Tiberim.

*Vaticanus* etiam mons trans Tiberim fuit, olim non habitatus, nec ad urbem pertinuit. Nomen accepit, ut est apud Agellium lib. 16. c. 17. à *vaticiniis*, quæ in eo agro fieri solerent. Sextus Pompejus scribit: *Vaticanum* collem appellatum esse, quod eo potitus sit populus Romanus Vatum responso, expulsis Etruscis. Alii volunt à *Vaticano*, vel *Vagitano* Deo sic appellatum. Vetustissima in eo ilex fuit, de qua Plinius sic scribit: *Vetustior Urbe in Vaticano ilex, in qua titulus areis literis Etruscis, religione arborem jam tunc dignam fuisse significat.* Nobilis olim fuit Scipionis sepulchro. Nunc vero clarus, cum propter alia, tum propter celeberrimam totius orbis *Bibliothecam Vaticanam*.

Porrò autem ii montes jam rarissimi habitantur, maxima ex parte hortis & dispersis hinc inde templis, aut



aut claustris religiosis occupati: aut veterum ædificiorum ruinis obruti. vetustissimis temporibus nemora & pasua habuit *Palatinus*, ut scribit Tibullus: *Capitolinus* dumetum, ut Virgilius: *Esquilinus*, *Quirinalis* & *Viminalis*, vimina & sylvam fageam, ut Varro: *Carlius* quercetum, ut Tacitus: *Aventinus* lauretum, ut Solinus: *Faniculum* eucleum, ut Plinius: *Vaticanus* ilicetum, ut Fulvius, prodidere.

Et hæc quidem quæ de urbis initio, ambitu, amplificatione & montibus Pomœrii inclusis, hæc ætenus dixi, præter veteres rerum Romanarum scriptores, quos citavi, habent etiam Georgius Fabricius in sua Roma, Bartholomæus Marlianus in antiquæ Romæ Topographia, & Onuphrius Panvinus lib. 1. Comment. Reipublicæ Romanæ, ex quibus plura peti possunt. Situm urbis & dictorum montium ostendet Tabula.

## AD CAP. XI. PARALIPOMENA.

## De hortorum cura analæta quadam.

**H**ortos Palatii principum vicinos debere esse, Ester. cap. 7. in sacris litteris docetur, aut domibus privatorum. Pallad. lib. 1. cap. 34. & eos manu sua colere regibus antiquis in deliciis fuisse testatur ex Trogo Pompeio Justinus libr. 36. de Attalo, qui, omissa regni administratione, hortos fodiebat, gramina feminabat. Et de Semiramidis hortis pensilibus, notus est, quam ut dici debeat; legendus Strabo libr. 16. in principio. Viri docti ad Martial. epigr. 1. Amphitheat. Idem lib. 6. epigr. 80. Plinii elegans est locus lib. 19. cap. 4. *Antiquitas nihil prius mirata est, quam Hesperidum hortos, ac regum Adonis & Alcinoi, itaque pensiles; sive illos Semiramis, sive Assyria Rex Cyrus fecit.* Baptista Pius Annot. poster. c. 178. & in obsecris dici notat Palmerius Spicil. Lyfander apud Xenophontem lib. 5. Memorabilium, narrat hortum Sardibus visum, quem Cyrus rex sua manu concessisset, pag. 831. & domibus regum Persarum iuncti semper horti. Plur. Artaxerxe, quos *paradisos* vocabant, Jul. Pollux lib. 9. c. 2. at vero de Alcinoi & Hesperidum hortis, quis post Homerum, & omnes alios dicat:

Apud Romanos tam vetus ea cura, ut ipsi etiam reges hortos curarint, C. Plin. loco proxime laudato. Lique plerumque in suburbiiis, quod præcipit M. Varro Rei Rust. lib. 1. cap. 16. & in villa vinea primum locum, hortus secundum obtinet. Cato R. R. cap. 1. M. Martial. libr. 7. epigr. 48.

- - - *Suburbani minuscula mitissimus horti.*

Aut prope Tiberium, ut de hortis Cæsaris & Antonii in rebus Octavianii, testis est Dio lib. 47. pag. 351. suos autem Cæsar populo legavit. Sueton. in ejus vita cap. 83. & sic hortos publicos conductos lego apud Labeonem IC. l. 20. §. 2. ff. de leg. 3. licet ibi, non conductionem hortorum, sed conditionem legi velint. Et sane hortos legari suetum, notum ex inscriptione vetusta, quæ Julii Carnici habetur, in hæc verba:

*Longinus. Patroclus. secutus pietatena. col. cent. hortos. cum. adificio. huic. sepultura. juncto. vicus. donavit. ut. ex. redditu. eorum. rosa. & esca. patrono. suo. & quandoque. sibi. poneretur.*

Laz. lib. 12. cap. 1. tantique olim facti, ut hortos palatio prætulit D. Aurelianus Cæsar. ; Fl. Vopisc. in eo ad finem, unde Thraseæ Patro & Barea Sorano obiectum, quod consulum & sacerdotia adepti hortorum amantati inservirent. C. Tacit. libr. 16. Annal. in: et commoda familiaria, *remissos & delicatos hortulos* penit. Phædrus Tiberii Aug. libertus fab. 63. cujus versus optime collocavit eruditissimus Rigaltius IC. cum antea perturbati forent & transpositi:

*Seponit mæche vestem, mundum muliebrem,  
Lavationem argenteam, enuchos glabros,  
Domum politam, & delicatos hortulos,  
Lanificæ agellos, pecora, villam, operarios,  
Boves, jumenta.*

Maxima cura providebatur, ne siccitate laborarent horti, ideoque aqua canalibus inducebatur. Calpurn. Siculus, quem non injuria quidam Bucolici carminis principem effecere, eclog. 2.

*Accipe dixerunt nymphae, puer, accipe fontem,  
Nam potes irriguos mutare canalibus hortos.*

Sic enim in antiqua editione legebatur, mendose procul dubio; rescribe:

- - - *Potes irriguos nutrire canalibus hortos.*  
Quos ille *canales* vocat, *fistulas* aquarias Jul. Capitolinus in Maximo & Balbino Augg. *Veterani se in castra prætoria contulerunt, cum ipsis prætorianis, quos caput populus obsidere, nec unquam ad amicitiam essent redacti: nisi fistulas aquarias populus invidisset.* C. Plin. Jun. lib. 5. epist. 6. *Fonticuli sedilibus adjacent, per totum hippodromum indullis fistulis strepunt rivis, & qua manus ducit sequuntur. His nunc illa virent, nunc hæc, interdum simul omnia juvantur.* malum, *lucantur*, aut fortasse, *rigantur.* *Sulcum publicum aquarum appellant* Imp. Theod. & Valent. 1. 6. C. de Aquæductu. Sidon. Apollin. carm. 22.

*Atque ac in thermas longe venit altior amnis,  
Et cadit in montem, patulisque canalibus altus  
Circumfert clarum circa per divertia flumen.*

Materia his fistulis, quas describit Julius Frontinus lib. eleganti de Aquæductibus urbis Romæ, est plumbum. Nam Imp. loco citato, de plumbeis fistulis ducentibus ad thermas. Claudian. de Apon. balin.

*Decebit exceptum nativo spuma meatu,*

*In patulis plumbi labitur inde rivas.*

Papin. lib. 1. fil. 3:

- - - *Per obliquum penitus quæ lateris amnem*

*Martia, & audaci transcurrit flumina plumbo.*

Tubuli certe divitum plumbei, ac tenuiorum lignei, ut apparet ex Ænigmæ 72. Cælii Symposii:

*Truncum terra tegit, latitant in cespite lymphae,*

*Alveus est modicus, qui ripas non habet ulla,*

*In ligno vehitur medio, quod ligna vehebat.*

Vide tractatum de Aquæductibus infra.

## DE FANICULO PARALIPOMENA.

Ut collis hortulorum ab hortis vicinis nomen habet, ita à Jano *Faniculum*: quem alii *Fanicularem* vocant, voluntque non extra urbem, sed urbi inclusum fuisse a Romulo. Nam septem illos colliculos numerant *Palatinum*, *Quirinalem*, *Cælium*, *Viminalem*, *Aventinum*, *Esquilinum*, & *Fanicularem*. Serv. Maur. ad Æneid. lib. 6. v. 783.

*Septemque una sibi muro circumdabit arces.*

Vel ut Verrius numerat, *Palatinum*, *Velliam*, *Fagutalem*, *Suberram*, *Germanicum*, *Oppium*, *Cisium*; aut secundum M. Varonem; alii aliter. Janus Parrhasius epistol. 57. Tarquinios autem expulsos reducturus Hetruscorum rex Porsetina, cum collem cum exercitu suo occupavit: Præter historicos Sidon. Apollinar. carm. 5.

- - - *Porsetina superbum*

*Tarquiniûm impingens, complexit milite Thufio*

*Faniculum quondam.*

In transiberina erat regione, Claudian. lib. 1. in Eutrop.

*Hoc mihi Faniculo positis Hetruria castris*

*Quasit, & tantum fluxio Porsetina remotus.*

Senatores etiam metu percussi, sub initio bellorum civilium, iram Octavianii devitantes, in Faniculum se receperunt veluti in sedem tutam quietamque. Dio lib. 47. pag. 320.

## De Vaticani Ilice, &amp; more in arborum corticibus incidendi.

## PARALIPOMENA.

Decimus hic colliculus, qui ilice nobilitabatur, in qua *titulus areis litteris insculptus*, ut loquitur C. Plin. lib. 16. c. 44. Quare de modo arboribus incidendi carmina hic dicendum ex Euripide in Hippolyto. P. Victorius lib. var. lectio. 16. cap. 5. doctissime & ingeniosissime disputat. Aristarct. l. 1. epist. 10. *Εἶθε, ἃ δένδρα καὶ τὸς ὕμιν γένουσι καὶ φωνή. ὅπως ἐν εἴπατι μόνον, Κούδιωται καλὰ ἢ γῆν παραύτα κατὰ τῶν φροῖδῶν ἀγκολαμμένα φέροισι γερματά.* Utinam, & mens vobis, arbores, & vox esset, hoc unum dicitaretis, Cydippe pulchra, vel corticibus inscriptas ferretis hoc ipsum testantes litteras. Q. Symmach. l. 4. epist. 28. originem consuetudinis videtur explicare; *Malleni*, inquit, *Aboriginum more, dictionem salubris alterne ligni aut corticibus scribere, Ægyptus papyri volumina Bibliothecis foreque texerit.* Ovid. epist. heroid. 5. Oenone Paridi.

*Incise servant à te mea nomina fagi,*

*Et legor, Oenone, falce notata tua.*

*Et quantum trunci, tantum mea nomina crescent,*

*Crescite, & in titulis surgite ritè meos.*

Desumpta ex Virgilio qui 10. Ecloga dixit:

*— tnerisque meos incidere amores*

*Arboribus, crescent illa, crescetis amores.*

Carmen est elegantissimum, & ob id adscribendum veteri cuidam poetæ, Floridum nonnulli vocant, de qualitate vitæ:

*Quando ponebam novellas arbores mali & pyri,*

*Corticis summa notavi nomen arboris mei:*

*Nulla fit exinde fructus, vel quies cupidinis,*

*Crescit arbor, gliscit ardor, ramus implet litteras.*

Olympius Nemeianus Carthaginiensis, qui sub Catino vixit principe, Ecloga 1.

*Accipe que super hæc cerasus, quam cernis ad annem,*

*Continet, inciso servans mea carmina libro.*

Eidemque familiaris Calphurnius Sicul. ecl. 3.

*Dic age, nam cerasi tua cortice verba notabo,*

*Et decisa feram rutilanti carmina libro.*

Corrigendus idem Ecloga 4.

*Ut quoque turba bono plaudat saginata magistro,*

*Ille meis pacem dat montibus, ecce per illum,*

*Seu cantare juvat, seu ter pede lata ferire*

*Carmina, nonnullus licet & cantare choreas,*

*Et cantus vividante licet mihi condere libro.*

Primus & quartus versus graviter sunt affecti: corrigat Fr.

Modius, optime de hoc poetæ meritum, Novantiquar. lect.

Epist. 17. *turba bono plaudat sagmata magistro*: id est,

sagminibus coronata. Nam solemnè & compitalitio festo non rustici modo coronabantur, sed & boves ipsi, auctor

est Alb. Tibullus l. 2. eleg. 1.

- - - nunc ad præsepia debent

*Plena coronato stare boves capite.*

Malum ego, *satiata*, aut *saturata*, legere, cum paga-

norum festa, qualia erant parilia, lustrationes oviliuin,

ambarvalia aliaque similia, nunquam celebrabantur sine

maximo epularum apparatu. Tibull. ibid.

*Turbaque vernarum saturi, bona turba coloni*

*Ludet, & ex virgine extruct arte casus.*

In quarto versu vitium etiam latet, quid est enim *ferire*

*pede lata carmina*: legendum est, *lata ferire gramina*, ex

Horatio l. 3. od. 18.

Scribebatur præterea in cera, papyro Ægyptiaca, tabellis

ligneis, & textis lineis, ut suo ordine & loco dicitur.

## CAP. XII.

## De Urbis Romæ regionibus.

**H**is explicatis, de quatuordecim nunc regionibus dicendum est, quod hoc capite faciam. Urbem Romam Romulus in tres partes distribuit, quas *Tribus* appellavit, Dionysio & Livio testibus. Varro eas *partes* appellat. Hæ fuerunt *Tatiensium*, *Rhamnensium*, & *Lucerum*. An vero regiones rectè dici possint, dubitari potest: sed tamen habent cognationem aliquam cum regionibus, eo ipso quod unaquæque harum *Tribuum* propriam sedem in urbe occupavit. *Rhamnenses* enim à Romulo sic dicti, Palatium & Cœlium montes coluerunt: *Tatienses*, à Tito Tatio nomen adepti, Capitolium & Quirinalem habitant: *Luceres*, à Lucomone, vel, ut aliis placet, à luco, in quo Asylum fuit, denominati: loca inter Palatium & Capitolium plana, atque circum forum tenuere: de quibus plura, ubi de *Tribubus* erit dicendum. Fuerunt autem hæ tres *Tribus* à Tarquinio Prisco auctæ, & ex tribus sex factæ. Servius Tullius VI. Romanorum Rex ex iis quatuor fecit, aliaque eis nomina attribuit, de quibus Dionysius lib. 4. ita scribit: *Ceterum Tullius postquam septem colles uno muro complexus est, Urbem in quatuor partes divisit, à collibus cognominatas: Palatinam, Suburanam, Collinam, Esquilinam: & quatuor Tribus esse fecit, quæ ad id temporis tres fuerant, suosque cuique tribules adscribit, divisa habituros munia, nec mutaturos domicilium.* Et hæc quidem Urbis divisio in quatuor partes, seu regiones à Servio Tullio facta, duravit usque ad tempora Augusti. Is enim primum Urbem in certas regiones distribuisse legitur apud Suetonium, qui in Augusto cap. 30. scribit Augustum spacium Urbis in regiones & vicus divisisse. Plinius autem lib. 3. c. 5. author est, in quatuordecim regiones eam divisam esse: à quo non dissentit Tacitus, qui lib. 15. Annalium, de incendio Neroniano loquens, idem perspicuè confirmat: ne dicam de Sext. Rufo, & P. Victore, qui quatuordecim illas Urbis regiones descriperunt. Hos secutus est Onuphrius Panvinius Veronensis, cujus descriptionem, cum reliquis sit plenior, & clarior, huc referre placet. Qualem autem in ea ordinem secutus sit, ipsemet indicat his verbis: Huic, inquit, mæ Urbis descriptioni, integros illos duos libellos (Sexti Rufi scilicet, & P. Victoris) inclusi, utriusque ordinem secutus in recensendis Urbis regionibus, quos inde ex antiquis probatisque auctoribus, sexcentis locis auxi. In eis autem enumerandis, quæ per singulas regiones erant, eorum ordinem non admisi, sed quandam mihi commentus sum rationem, quam iis tradendis rebus commodissimam esse existimavi, ut facile legentes cognoscere poterunt. Primo enim loco regionis nomen, deinde montes, insulam, vias intra Urbem, rivos, aquas, si quæ erunt ponendæ: clivos, vicos, vicomagistros, curatores,

denunciatores, cohortes vigilum, nomina locorum publicorum, vel incertorum: deinde lucos, templa, ædes, ædículas, porticus, Janos, vel æanos, atria, areas, sacraria, sacella, delubra: nomina cæterorum locorum sacrorum, aras, signa, statuas Deorum, hominum, vel animalium: hippodromos, equiria, circos, obeliscos, stadia, factionum stabula, theatra, amphitheatra, ludos, naumachias, ædificia reliqua publica incerta, fora, cœnacula, curias, basilicas, regias, comitia, septa, carceres; reliqua publica ædificia profana, castra sive stationes, campos, hortos, scholas, tabernas, aquas, thermas, balnea, lympha, nympha, lavacra, lacus, fontes, bibliothecas, arcus, columnas, septizonia, sepulchra, emporia, macella, horrea, pistrina, domus, insulas, & postremo regionis ambitum, quem ordinem sequi decrevi. Hæc ille. *Regio* autem à rego dicitur, quod priusquam provinciæ fierent, regiones sub Regibus erant, atque ab iis regebantur. Postea à similitudine earum regionum, in quas orbis dividitur, majores in Urbe partes *regiones* appellari cœpta. Regionis pars est *vicus*: quippe Urbs in *regiones* tanquam in majora membra, & in *vicos* tanquam minora dividitur. Dicitur verò est *vicus*, quod vias circum haberet, nos Germani dicimus, *Eine gassen, oder strassen*. Sed hæc hæctenus. Sequitur nunc ex Onuphrio descriptio regionis primæ.

## AD CAP. XII. PARALIPOMENA.

*Prima distributio trium, & Roma regiones.*

**T** Ot regiones urbis, quot Tribus in principio nempe tres, Fest. Pompeius lib. 17. *Sex Vestæ Sacerdotes constituta sunt, ut populus pro sua quaque parte haberet mi-*

*nistrum sacrorum, quia civitas Romana in sex est distributa partes, in primos secundosque Tatienses, Rhamnes, Luceres.* Propert. l. 4. eleg. 1.

*Hinc Tatii, Rhamnesque viri, Luceresque coloni.* Ovid. l. 3. Fast. de urbe à Romulo disposita:

*Quin etiam partes totidem Tatiensibus ille,  
Quosque vocant Rhamnes Luceribusque dedit.*

## CAP. XIII.

## Descriptio XIV. urbis Romæ regionum, ex Onuphrio Panvinio.

## REGIO URBS PRIMA.

*Porta Capena.*

Almo Fluvius.

*Vici novem.*

Vicus Camœnarum.

Vicus Drusianus.

Vicus Sulpicii ulterioris.

Vicus Sulpicii citerioris.

Vicus Fortunæ obsequentis.

Vicus Pulverarius.

Vicus Honoris &amp; Virtutis.

Vicus trium ararum.

Vicus Fabricii.

Vicomagistri xxxvi. quatuor per singulos vicos.

Curatores II.

Denunciatores II.

*Luci tres.*

Lucus Cuperius Hostiliani.

Lucus Egeriæ.

Lucus Camœnarum.

*Templa quatuor.*

Templum Isidis.

Templum Serapidis.

Templum Fortunæ viatorum.

Templum Martis Extramurani.

*Ædes sex.*

Ædes Martis Quirini.

Ædes Minervæ.

Ædes Mercurii.

Ædes Tempestatis.

Ædes Apollinis.

Ædes Camœnarum.

*Ædiculæ decem.*

Ædicula Fortunæ obsequentis.

Ædicula Honoris.

Ædicula Virtutis.

Ædicula Ridiculi.

Ædicula Herculis. *Reliquæ desiderantur.**Area septem.*

Area Apollinis.

Area Spei.

Area Thalli sive Galli, sive Galliæ.

Area Isidis Ælianæ.

Area Pinaris.

Area Carfuræ.

Area Mercurii.

*Ara dua.*

Ara Mercurii.

Ara Isidis.

Lapis Manalis.

Circus Antonini Caracalli cum obelisco.

Senaculum ad portam Capenam.

Mutatorium Cæsaris.

Campus Ridiculi.

Horti Terentiani.

Tabernæ Cædicæ.

Thermæ Commodianæ.

Thermæ Severianæ.

*Balinea publica sex.*

Balineum Vettii Bolani.

Balineum Torquati.

Balineum Mamertini.

Balineum Abascantiani.

Balineum Mettiani Secundiani.  
Balineum Antiochiani.  
Balinea reliqua privata sine nomine **XXCII.**

*Lacus Fund. XXCIII. In his:*

Lacus Promethei.  
Lacus Vespasiani, aliàs Vipsani.  
Lacus Sanctus.  
Lacus Sudans.  
Lacus Torquati.  
Lacus Publicus.  
Lacus Bivius.  
Lacus Spei.  
Lacus Gratia.  
Lacus Mamertini.  
Lacus Salutaris.  
Lacus reliqui sine nomine **LXXII.**

AD CAP. XIII. PARALIPOMENA.

*Porta Capena.*

**Q**Uæcumque in hac descriptione urbis Romæ nominantur, sigillatim hic exponuntur, quod non alibi idonea magis occasio ea narrandi offerretur: quanquam non sim ignarus, Onuphrium Panvinium, Bartholomæum Marlianum, & Guidum Pancirolium, eruditissimos viros, singula hæc libris suis executos. Romam igitur Augustus in *vicos & regiones divisit*, descripsitque. Suet. c. 30. Prima autem regio censetur porta Capena, de qua præter T. Livium variis in locis, Fest. Pomp. l. 17. in voce Senacula. vet. scholiast. Juvenal. ad v. 11. fat. 3. *Stetit, inquit, expectans rhedam, ubi solent proconsules jurare, in via Appia ad portam Capenam, id est, ad Cumenas.* Corrige, & lege ad *Camenas*; Vicus enim Camenarum in vicinia erat, ut ex notitia urbis apud Onuphrium, & Sext. Ruffo, & P. Victore constat, & Juvenale ipso fat. 3. princ.

- - - *Ejectis mendicant sylva Camenis.*

Simile mendum Frontinum occupaverat, qui pro *Camenis*, *Cumenas* habet. Q. Symmach. l. 1. epist. 20. nomen huic portæ à Capenis. Serv. ad v. 697. l. 7. *Æneid.*

*Et Cimini cum monte lacum, lucosque Capenos.*

Longissima omnium viarum Appia hic erat. D. Paulin. Nolæ episcopus v. Felicit Natali 3.

- - - *Portæque ex ore Capenæ*

*Millis profundens ad amica mania Nolæ*

*Demittit duodena decem per millia densa*

*Agmine, confertis longe latet Appia turbis.*

Huic adiacebat ædes Martis exiã muros. T. Liv. Dec. 4. & 8. *Viam silice sternendam à porta Capena ad Martis ædem locaverunt.* Fest. l. 11. *Manalem vocabant lapidem, petram qua extra portam Capenam juxta ædem Martis.*

Sext. Propert. l. 4. eleg. 3.

*Armaque cum tulero portæ vicina Capenæ.*

P. Ovid. l. 6. Factor.

*Lux eadem Marti sacra est, quem prospicit extra*

*Appositum tellæ porta Capenæ via.*

Aquæductus etiam hic celebris. vet. Scholiast. Juven. loco citato: *Capenam madidam, ideo quia supra eam ductus est, quem nunc appellant arcum stillantem, primum enim usque ibidem fuerunt portæ, qua porta Capenæ vocabatur.*

Et ipse poeta:

*Substitit ad veteres arcus, madidamque Capenam.*

Valer. Martial. l. 3. epigr. 47.

*Capenæ grandis porta qua pluit gutta.*

**REDICULI ÆDES.**

*Male antea Ridiculi erat, Rediculi scribi oportebat.* Fest.

**Arcus IV.**

Arcus Drusi Neronis.  
Arcus divi Trajani.  
Arcus divi Veri Parthici.  
Arcus Bifrons.

**Sepulchra.**

Corneliorum Scipionum.  
Atiliorum Calatorum.  
Serviliorum.  
Cæciliorum.  
Horatiorum.  
Horrea XIV. &c.  
Pistrina XII.  
Domus CXXI.  
Insulæ ∞ 100. CCXXXIII.  
Regio in ambitu continet pedes CCXXX. ∞ ∞ ∞ CCXXXIII.

Pompeius lib. 16. *Rediculi sanum extra portam Capenam fuit, quia accidens ad urbem Hannibal, ex eo loco redierit, quibusdam perterritis visis.* Valer. lib. 3. cap. 7. tit. 10. *Ne hostilium locus castrorum, tum maxime Capenam portam armis pulsantæ Hannibale, minoris veniret, quam si illum Pæni non obtinerent.* Sunt alii qui non Capenam, sed Collinam portam obsidisse Hannibalem contendunt. Aurel. Prudent. lib. in Symmach.

*Afferuntque Libyæ Collinæ à cardine portæ*

*Hannibalem Jovis imperio Martisque repulsam.*

Sidon. Apollin. Carm. 7. vers. 132.

- - - *Si denique dirum*

*Hannibalem juncto terræ calique tumultu*

*Reppulimus, cum castra tuis jam proxima muris*

*Starent, Collina sulmen pro turæ cucurrerit.*

Alii neque ad Capenam, neque ad Collinam portam castra habuisse Hannibalem, sed tantum urbi vicinum volunt. C. Plin. lib. 34. cap. 6. Sil. Italic. de obsidione illa lib. 12. Punic.

*Nunc aditus instrat, nunc clausas enside portas*

*Insesta pulsat, fruiturque timore parentum.*

M. Manil. lib. 4. Astron. princ.

*Quid referam Cannas, admotaque manibus arma.*

Et in eodem opere postea:

*Ignibus Albanas cum condidit Hannibal arces.*

Claudian. de bello Gildon. alteri sententiæ favere videtur:

- - - *Ruptaque emissus ab Alpe*

*Pænis, & attonitæ jam proximus Hannibal urbi,*

*Scilicet ut domitis frueretur barbarus Afris.*

*Muro sustinui Martem, noctesque eruentas*

*Collina pro turæ tuli.*

**ÆDES HONORIS ET VIRTUTIS.**

Q. Symmach. lib. 1. epist. 20. *Bene ac sapienter majores nostri, ut sunt alia ætatis illius, ædes Honori atque Virtuti gemellas junctim locarunt, commenti quod in te vidimus, ibi esse præmia honoris, ubi sunt merita virtutis.* Valer. Maxim. lib. 1. cap. 1. *Cum Marcus Quintus consulatum gerens templum Honori atque Virtuti, Clauditio prius, deinde Syracusis potitus, nuncupatis debitum votis consecrare velle, à collegio pontificum impeditus est. Vectus marior:*

C. Policio. L. F. Bibulo. *ÆD. Pl. Honoris.*

*Virtutisque causa senatus.*

*Consulto. populi. jussu. locus.*

*Monimento. quo. ipse posterique.*

*Ejus. inferrentur. publice. datus est.*

Claudian. paneg. de Consul. Manlii Theodori princ.

*Ipsa quidem virtus pretium sibi, solaque latè*

*Fortunæ securâ nitet. Et paucis interjectis:*

*Attamen in vitam blande vestigat, & ultra*

*Ambit Honor.*

Aurel. Prudent. lib. 1. in Symmachum:

*Pramia Virtutum titulis, & Honoribus aucti*

*Ardua veterini.*

Ædem hanc Anno ab urbe condita 545. M. Marcellus vocit. T. Liv. Dec. 3. lib. 7. Laet. Firmian. divinar. Instit. lib. 1. c. 20. ad hoc illud M. Marcelli de consecratione Honoris atque Virtutis, honestate nominum differt, re congruit. *Votum in Galia factum, septendecim vero annis post à Marcello filio templum structum.* Barthol. Marlian. lib. 4. Topograp. cap. 24. & de ejus consecratione Plut. in vita Marcelli, & M. Tull. lib. 2. de leg. Reparavit, ut apparet. C. Marius. Fest. lib. 17. summiforem aliis ædem Honoris & Virtutis C. Marius fecit, ne si forte officeret auspiciis publicis, augures eam demoliri cogereut. Ara illi erecta, in qua stabat Reverentia, & Majestas.

Ovid. lib. 5. Faistor.

*Donec Honor, placidoque decens Reverentia cultu,*

*Corpora legitimis composuere thoris;*

*Hinc facta Majestas.*

Sacerdicia ejus peragebantur aperto capite, cum sacerdotes in omnibus aliis deorum sacris tecto essent capite. Rationes varias pete à Plutarch. Problem. Roman. cap. 12. solemnitas ejus & festum in Maio, ut opinor. Dio Coccejanus lib. 54. *Τὴν τῆς Τιμῆς καὶ τῆς Ἀρετῆς πανήγυρις τὰς οὖν ἡμέρας μάλιστα.* Festum quod Viriati & Honori celebrabatur, in eam diem, qua hodie agitur, transfudit. Translatio hac festi Honoris incidit in consulatum C. Furnii & C. Silani, qui annus ab urbe condita fuit 737. Culpinian.

#### DE LUCIS ET EORUM CULTU ET RELIGIONE.

Quoniam multi in hac prima urbis regione luci fuerunt, & passim apud autores lucorum urborum sit mentio, videndum de prima institutione, & cultu lucorum. C. Plin. lib. 12. cap. 1. *Arbores fuere numinum templa, priscoque ritu simplicia rura etiam nunc præcellentem arborem deo dicant, nec magis auro fulgentia, & ebove simulachra, quam lucos. Et in ipsis silentia ipsa adoramus.* Er priscei illi Germani lucos ac nemora consecrabant, deorumque nomina arbores appellabant. C. Tacit. lib. de morib. Germanor. De Gallis etiam certo constat, arbores eos pro diis in lucis, non autem templis coluisse, quod liquidum est ex iis, quæ de Druidibus prodiderunt Strabo, Mela, Plinius, & Cæsar lib. 6. belli Gallici cap. 5. Quibus addendum est ad has ipsas arbores hostias humanas ad iis immolari solitas, quæ perierunt peregrini erant & alienigenæ. M. Lucan. lib. 2. Pharsalica:

*Omnisque humanis lustrata cruoribus arbor.*

Cl. Claudian. lib. 1. de laudib. Stilichon.

*Lucosque vetusta*

*Religione truces, & robora numinis instar*

*Barbarici, nostræ ferunt impune secures.*

De Indorum ritu in consecratione lucorum audiendus Q. Curtius Rufus lib. 8. *Inde deos putant quicquid colere caperunt, arbores maxime, quas violare nefas est, & capitale.* Longobardi eidem superstitioni implicati, nam lex Luitprandi regis eorum, ut si quis ad arborem, quam rustici sanctivum appellant, adoraverit, vel incantationes fecerit, componat de medietate pretii sui in sacro palatio, ut ex Paulo Diacono de legib. eorum pag. 108. observare non est difficile, & jam Hottomannus doctissimus notavit. Apud Romanos vero quis querat exemplum? cum omnes scriptorum pagina loquantur celebrem in lucis deorum fuisse cultum. L. Apul. lib. 1. Apolog. nullum in villa ejus delubrum situm, nullus locus aut lucus consecratus. C. Tacit. lib. 14. Annal. excelsi luci sævis superstitionibus sacri. Sic interpretandi poëta: P. Ovid. lib. 3. Faistor.

*Lucus Aventino suberat niger ilicis umbra:*

*Quo possis viso dicere, nomen habet.*

Et lib. 3. Amor. eleg. 12.

*Stat vetus, & densa prænubilus arbore lucus,*

*Aspice, concedes numinis esse locum.*

P. Stat. Papin. lib. 4. Thebaid. v. 423.

*Subter opaca quies, vacansque silentia servat*  
*Horror, & excluse pallet mala lucis imago,*  
*Nec caret umbra deo.*

Idem lib. 6. Thebaid. de incædua sylva:

*Stat sacra fenestæ*

*Numinae.*

Silius Italicus lib. 2. Punicor.

*Prisco inde favore*

*Arbor nomen habet.*

Corruptus est locus, sic, nisi fallor, restituendus suo priori, atque ita contenderim poëtam ipsum scripsisse:

*Prisco inde favore, &c.*

Metus enim præcipua gentibus causa, cur deos esse crederent, nam quum in fontibus, fluviis, aut stagnis altitudinem immensam, in arboribus proceritatem stupendam animadvertissent, existimabant creduli & causerum certarum ignari, aliquid supra naturæ vires iis ineffe, & ob id divinitatem arboribus seu lucis, aquis fluminibusque attribuerunt. Aurel. Prudent. lib. 2. contra Symmachum urbis præfectum:

*Quos penes omne sacrum est, quicquid formido tremendum*

*Suasferit, horribiles quos prodigialia cogunt*

*Monstra deos.*

Idem Romano Martyre:

*Quibus omne sacrum est, quod pavendum vanulus*

*Edentularum cantilene suasferint.*

In veteri codice legebatur:

*Quod pavendum rancida, &c.*

Er forte rectius. Valer. Flacc. Argonautic. lib. 3. quod opus egregium quidem nunc est, multo suavius futurum, si auctor, in juvenili flore præreptus, ad limam revocare potuisset:

*Urque metum, numenque loco, sacramque quietem*

*Addidit.*

Claudian. lib. 3. de Raptu Proserpinæ, de luco à Cerere profanato:

*Inde timor, numenque loci.*

Ut verissimum sit, quod Petronius Arbiter apud Lucatium Placidium, seu Lutatium ad lib. 3. Theb. v. 661. dixerit,

*Quid inventi pectora terres?*

*Primus in orbe deos fecit Timor.*

Et M. Lucan. lib. 1. & lib. 7.

*Nulloque auctore malorum*

*Quæ fixæ timent.*

Ut templa violare piaculum credebatur, nec quicquam in ea citra sacrilegium committi posset, ita nec luci excelsi contuminarive. Illud factum inter illaudata reponitur Caroli Gallorum regis, qui navali exercitu regnum Frisonum ingressus, interfecit plurimos, Popionem eorum ducem interemit, lucosque ac sacra subvertit, anno salutis 729. ut refert auctor incerti nominis in Annalibus Francicis. Nota sunt, quæ Criticus observata in illum ritum ex Cæsare, Servio, & Lucano. Ovid. l. 3. de Arte:

*Multos incædæna sylva per annos.*

#### DE ARIS EARUMQUE IMMUNITATIBUS ET JURE.

De nomine, proprietate, usu & dedicatione earum vide infra l. 2. cap. 2. Hoc loco tantum de earum immunitate & jure dicendum est, quas inviolabiles voluere antiqui esse. Hinc dixit M. Tullius in aram Tribunatus confugere, post reditum in Senatu. L. Flor. lib. 2. cap. 12. *Absens vilis fugit in maria, insulamque Samothracem, fretus celebri religione: quasi templa & ara possent defendere, quem nec montes sui, nec arma potuissent.* Confugientes itaque in fana immunitatem impunitatemque consequebantur, si aras fuissent amplexi. Lutat. Placid. Grammaticus ad Papinii lib. 12. Thebaid. vers. 481. P. Terent. Heautontimorum. act. 5. sc. 2.

*Ne te admisce, nemo accusat Syre te, nec tu aram tibi,*

*Nec precatoræ pararis.*

Quare ara confugii vocatur. Stat. l. 12. Thebaid.

*Sic sacrasse loco commune animantibus agris*

*Perfugium.*

Ovid. l. 4. Trist. eleg. 5.

*Unica formis ara reperta meis.*

Et l. 2. de Ponto eleg. 8.

*Vos eritis nostrae portus & ara fugæ.*

*Vos ego complectur, Geticis si cingar ab armis,*

*Usque meas aquilas, vestra ego signa sequar*

Adhunc morem alluit P. Maro lib. 2. Æneid. de ara Hercæ Jovis, ad quam Priamus, aliique Troiani confugerant, dum urbem Græci diriperent, ut ab injuria hostium tuti forent.

*Hic Hecuba, & nata nequiquam altaria circum*

*Præcipientes atra ceu tempestate columbe*

*Condensa, & divum complexa simulachra tuebant.*

Prima immunitatis hujus institutio, fovendæ Reipublicæ utilissima, & à civitatum conditoribus ideo introducta, ne humilioris fortis homines à potentioribus injuriam paterentur, ut definitur à Martino August. l. 6. C. de his qui ad Eccles. confug. illud est quod in constitutionibus habetur: *ὁ δὲ θεὸς θύατόν*

*ἁριστώτο τῆ ἁκλήσια προσφύγων*, qui propter potentem personam ad Ecclesiam confugerit: quod & jure canonico pari ratione est cautum *e. inter alia. de immunitat. Ecclesiar.* quæ omnia sunt intelligenda, modo ad aram vel templum fugiens injuriam alteri non invulerit, nam illata injuria poterat ab ara ipsa arcelli. Callistratus IC. l. 28. ff. de pan. pulcherrima est Cæstii dissertatio apud C. Tacitum Annal. l. 3. *Fissus quidem est principes instar deorum esse, sed addidit neque à diis injustus supplicem precis audiri, neque quemquam in Capitolium, aliudque urbis templum perfugere, ut ea occasione arrepto flagitiis magis ac magis iniquetur.* De quo ritu multa egregia Justus Lipsius ad eundem librum: id autem non in Latio tantum aut more Romano, sed etiam Græco receptissimum reperio. Æmiliius Probus seu Cornelius Nepos in vita Paulania: *Itaque huic iudici, quid fieri vellent, præceperunt; sanum Neptuni est Tenari, quod violari nefas putant Græci, eò ille index confugit, in ara confedit.* Hæc est illa ara quam idem author in Timothei vita publica pacis appellat; & meminit Plutarchus in Cimonis vita. Euripid. in Hecuba:

*Ἄλλ' ἴδι θέλει, ἴδι ἄποιε Λαμότη.*  
*Sed vade ad templa, vade ad aras.*

Configium illud non nisi deplorato statu, & salute desperata. Virgil. l. 2. Æneid. v. 574. de Helena:  
*Atque aris invisita sedebat.*

Ab aris autem sine piculo nemo avelli poterat, ut jure Pyrrhus ille Neoptolemus vituperetur, qui Priamum regem supplicem, ut habetur eodem libro v. 550.

*Altaria ad ipsa sedentem*

*Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati.*

Quæ ita accipienda sunt, ut magni alicujus sceleris reus eò fugiens, igne admoto cogere tur sponte inde discedere, observavit eruditissimus Hadrian. Turneb. l. 9. cap. 12. Et est locus insignis M. Plauti in Rudente act. 3. sc. 4. ubi sic Labrax:  
*Mihi non liceat ancillas meas Veneris de ara abducere.*

Postea deinde Damones respondet:  
*Ego dabo ignem.*

L. Sen. Herc. fur. v. 505.

*Concertite sylvas, templa supplicibus suis injecta flagrent.*

At obstructis valvis fame enccebant. Elian. l. 9. c. 41. Idemque juris principum Romanorum status concessum erat, sive illa in fano aut loco augurato, sive in triviis, ut testatur IC. l. 17. ff. de adilit. edicto. L. Seneca lib. 1. de Clement. cap. 18. C. Sueton. Tiber. cap. 53. & dicam abundantissime alibi: nec minus templis datum, disseram l. 2. cap. 2.

Aras juraturi tenebant, sive, ut loquitur M. Tullius pro L. Cornelio Balbo, *ut mos Græcorum est, jurandi causâ ad aras accedebant.* Justin. l. 24. principio; Ptolemæus sumptus in manus altarium contingens ipsa simulachra & pulvinaria deorum, in aulis ultimisque excretionibus adjurat. Juvenal. sat. 13. v. 89.

*Atque ideo intrepidat quæcumque altaria tangunt.*

Vet. scholiast. sine ullo timore pejerant. Et sat. 14. v. 219.

*Falsus erit testis, vender perjuriam summa*

*Exigua, & Cæceris tangens aramque pedemque.*

Idem vetus interpret, *ut perjurus erit. Sed hæc præoccupavit*

incomparabilis B. Briffonius in libris lectionis multiplicis & judicii limatissimi de Formulæ. Quod non tantum inter litandum aut sacrificandum fiebat, ut observat Aurel. Theodos. Macrobius l. 3. Saturn cap. 2. sed etiam inter jurandum. Æmil. Prob. in Hannib. *ad aram adduxit, apud quam sacrificare instituerat, eamque cæteris remotis, tenentem jurare jussit.* Sil. Italic. lib. 1.

*Stant ara cælique Deis.*

Subjungit deinde:  
*Hanc mentem juro nostri per Numina Martis.*

*Per manus regina tuos.*

Unde Latinus ille Virgilianus l. 12. Æneid.

*Tiang aras, medioque igues, & numina restor.*

Denique & moriuri aras deorum amplecti jubebantur, quod nescio an ulli hæcenus observatum. L. Seneca in Herc. fur. act. 2. sc. 3. ubi Lycus ad Megaram, quam interficere volebat:

*Conjurgia quoniam pervicax nostra abunus,*

*Regemque terras, fœpera quid possint, scies.*

*Complectere aras, nullus eripiet deus*

*Te mihi.*

Quo sensu accipio illud C. Plinii. l. 35. cap. 10. *Timarchii est Iphigenia, oratorum laudibus celebrata, qua stante ad aras peritura, cum mafios pinxisset omnes, patris vultum velavit.* Q. Horat. l. 2. sat. 3.

*Tu cum pro vitula stans dulcem, Antide, natam*

*Ante aras, spargisque molis caput, improbe, salsa.*

Virgil. l. 2. Æneid. v. 255.

*Vos ara, ensesque nefandi*

*Quos fugi, vestraque Deum, quas hostia gessi.*

T. Lucret. Carus de rerum Natura l. 1.

*Antide quo pacto Triviai virginis aram*

*Iphianassai turparunt sanguine sædo*

*Ductores Danaum dilecti.*

Vel ut alii ex Prisciano Casariensi legunt:

*Iphianassæo turparunt sanguine.*

Legendi formularii, nam in sacris receptissimum vocabulum stare ad aras, de hostia ferienda, aut immolanda.

## DE AREA.

Area quid sit expendendum hic, quod tam frequens arearum mentio in hac regione, & in aliis. Igitur præter significat Grammaticorum Crates pectoris humani denotat, ut notat Joan. Savaro doctissimè ad Sidonium suum l. cap. 13. deinde spatium illud ante deorum ades, quod in privatorum ædificiis vestibulum vocatur, in templis area solet nuncupari. Inde Vulcani area. A. Gell. l. 4. cap. 5. Spei, Minervæ, Fidei, & Capitolini Jovis aream, apud Suetonium, Plinium, & Vitruvium, aliosque authores reperio, & Critici annotarunt: & Circi area; Ovid. l. 6. Factor.

*Prospectis à tergo summum brevis area circum.*

Livius Dec. 3. l. 5.

*Ut multitudinem area Capitolii non caperet.*

Sed quod nemo in hunc diem notavit, Area in campo Martio tyronibus exercendis, atque ut inambulationis gratia basilicis, templis, fanisque deorum addita loca vacua, quæ Festus l. 1. areas appellat, quod nempe sint equalitate tabularum strata, ut loquitur Isidorus Hispalensis Etymolog. l. 15. cap. 13. ita quod inter Tibridem fluvium & septa, interjacebat spatium, tytocinio militum devotum erat, & area dicebatur. Locus est egregius Horatii l. 1. od. 9.

*Nunc & campus & area*

*Lenesque sub noctem susarri*

*Composita repetantur hora.*

Quem locum male exponit Floridus Sabinus l. 1. subsecivior. cap. 9. quem locum male etiam eruditi de Circo Romano putant intelligendum. Claudian. de 6. v. 621. Honor. consul.

*Hic & belligeros exercuit area Insus.*

*Armatus hic sæpè choros, certaque vagandi*

*Textas lege fugas, inconsusosque resonans.*

Quæ sane de Circo perperam, ut puto, Josephus Scaliger interpretatur l'ſag. 2. in M. Manilium. Nam Claudianus antea de Circenſibus, iſto vero loco de Campeſtribus agit, ſive militari-  
bus exercitiis, quæ in campo Martio, aut verius ejus arca: Nec citatus illi Martialis l. 10. epigr. 24. quicquam facit:

*Sed vitæ tribus arcis peractis*

*Lucos Elyſiæ petam puella.*

Nam in venſto codice MS. eſt diſerte:

*Sed vitæ tribus arcibus peractis*

Ut ſila intelligat fatalia, poetarumque omnibus paginis celebrata, quæ ferrea, habebantur mala, inauſpicata; aurea vero bona. Res noſſima paſſim. L. Sen. Apocoloc. de Neronis geneſiaco:

*Aurea formoſo deſcendunt ſæcula ſilo.*

Denique de arca in hoc ſignificatu M. Lucan. l. 6. videri capiendus:

*Coſi arca belli.*

Et quia arca templorum mentio facta eſt, adſcribam inſcriptionis antiquæ verba, eruta è marmore Neapolitano, quibus appareat, non modo in urbe, ſed & in coloniis municipiisque arcaſ ſacrarum adium veſtibus adjectas.

*Ab. colonia. deducta. anno XC. Neufido. M. F. M. Pollio. duovir. P. Rutilio. Cn. Mallio. coſ. operum. lex. II. lex. pariet. faci-  
endo. in. arca. qua. eſt. ante. ædem. Serapis. trans. viam. qui. re-  
demerit. prædes. dato. prædi. que. ſubſignato. dnum. virum. arbitra-  
tu. hoc. opus. omne. tacto. arbitratu. duovir. &. duoviratium. qui.  
in. conſiliis. eſſe. ſolent. Puteolis. dum. ne. minus. viginti. aſſent.  
eum. ca. res. conſuletur. quod. eorum. viginti. jur. at. probaverint.  
probum. eſto. quod. ei. improbaverint. improbatum. eſto.*

Extat apud Wolſgangum Lazium l. 3. Commentar. Republicæ Romanæ cap. 2.

#### DE ARCUBUS TRIUMPHALIBUS, QUORUM FREQUENS IN HAC REGIONE MENTIO.

Inter pompæ triumphalis ornamenta numerabantur arcus, qui veluti victoriæ perpetuum monumentum erectum in urbe, hoſtes ſufos loquebantur. Vet. ſcholiaſt. Juvenal. ad verſ. 135. ſat. 10.

*Et ſummo triſtis captivus in arcu.*

Erecti illi aliquando ſola libidine Imperatorum, ad eò in urbe quatuordecim arcus ex hiſtoricis & P. Victore, diligentiſſimo urbis Romæ deſcriptore, enumeret Onuphrius Panvinus, ſed ante Titum nemo Imperatorum arcum triumphalem. Barthol. Martian. Topographiæ l. 4. c. 17. Et eſt locus inſignis C. Suetonii in Domitiano cap. 13. *Fanus arcusque cum quadrigis, & inſignibus triumphorum per regiones urbis tantos, ac tot extruxit, ut eundem Græce inſcriptum arcuſiſt, Arcem & calvitium:* Scio Turnebus legere *Agens*, ſed cur non calvitium retineamus? maxime cum calvitium probroſa cuiilibet illo ſæculo, ſed præ omnibus Domitiano, cum idem Suetonius dicat, illum *calvitio fuiſſe deformem;* cap. 18. D. Auſon. in luculento de Caſaribus ſuis opere:

*Et Titus imperii felix brevitæ, ſecutus*

*Frater, quem calvum dixit ſua Roma Neronem.*

J. Juvenal. Sat. 4. v. 38.

*Semianimem laceraret Flavius urbem*

*Ultimus, & calvo ſeruiret Roma Neroni.*

Ubi vetus ſcholiaſtes eadem illa explicat, ſed memoria lapsus, epigramma Auſonianum Martiali attribuit.

*Flavia gens, &c.*

A nominibus triumphantium diſti, vel Septimii Severi, Gallieni, Titi, Fabianus. L. Seneca de Sapientis Conſtantia cap. 1. Cornutus ſeu quilibet alius ad Perſii Sat. 4. v. 49. ante diem Triumpho prætinium à ſenatu extrui ſolebant. Claudian. de 6. Hon. conſul. ubi ad Honorium principem hæc Roma:

*Aſi ego frenabam geminos, quibus altior iras*

*Eleſti candoris equos, & nominis arcum*

*Jam molita tui, per quem radiante decorus*

*Ingreſſere toga.*

M. Tull. Act. 2. in Verrem ſornicem Fabianum appellat, ad quæ verba Aconius Pedianus; *Arcus eſt juxta regiam, in ſacra via à Fabio cenſore extructus, qui à devictis Allobrogibus, Allobrox cognominatus eſt.*

M. Martial. lib. 8. epigr. 64.

*Grande loci meritum teſtantur & altera dons,*

*Stat ſacer edomitis hoſtibus arcus ovans.*

Secundus verſus mira varietate, ſed puto non male ſe poſſe lectionem priorem retineri, *edomitis enim, egeliæus*, aliaque ſimilia, idem ac *domitus, geliæus*: ſi nihilominus arriquet altera lectio, ſic interpungatur:

*Stat ſacer, & domitis hoſtibus arcus ovat.*

Et eſt inſcriptio Arcus elegans inter epigrammata veterum:

*Ad divortii Rheni pervasi, hoſtiles depopulatus agros:*

*Dum tibi Roma decus, æternaque ſudo tropæa,*

*Iſter pacatis lenior ibat aquis.*

Non tantum nomina ducum ſive imperatorum triumphantium hiſ arcubus inſcripta, ſed & hoſtium devictorum gens, geſta, habitus, & ſpolia inſculpebantur, veluti manſurum tropæum. Claudian. eodem opere:

*Etæque veſtitis numerofa puppe columnis*

*Conſita, ſubnixæque jugis immanibus ædes,*

*Naturam cumulante manu, ſpoliſque micantes*

*Innumeros arcus, acies ſuſpet igne metalli,*

*Et circumſuſo trepidans obtunditur auro.*

Idem lib. 3. de laud. Stilic.

*Septem circumſpice montes,*

*Qui ſolis radios auri fulgore laceſſunt,*

*Inauroſque arcus ſpoliis.*

Sed cum multi de horum arcuum forma prodiderint, nemo expreſſius elegantiusve Aurelio Prudentio lib. 2. in Symmachum præfectum urbis:

*Fruſtra igitur currus ſummo miramur in arcu*

*Quadrifuges, ſtantesque duces in curribus altis*

*Fabrios, Curios, hinc Druſos, inde Camillos,*

*Sub pedibusque ducum captivos poplite flexo*

*Sub juga depreſſos, manibusque in terga retortis.*

Nec veteris ſolum Romæ ca conſuetudo, ſed & novæ ſive Byzantii, Corippus Africanus poeta elegans qui inaugurationem Juſtini Minoris Auguſti carmine proſequens, arcuum ſape meminit: ſed nescio an triumphales illi; puro ſubita lignorum congeſtione in publica læritia tantum erigi ſolitos; ea abſoluta tolli ſubvertique; cum illi, qui in Italia, perpetuum manerent, ut dixi, monumentum. Ita igitur illè lib. 3. num. 6.

*Quatuor in ſeſe nexos curvaverat arcus.*

Et lib. 4. num. 1.

*Roboribus flexis teretes curvaverat arcus*

*Artificum prædolliæ manus, trabibusque cavatis*

*Aſſigens tabulas pendentes ſtruxerat ædes.*

Et eodem libro num. 3.

*Perque arcus vicofque omnes adſtat utraq;*

*Parte ſarcens vulgus.*

#### REGIO URBIS SECUNDA.

##### Cœlimontium.

Mons Cœlius, aliàs Querquetulanus, aliàs Auguſtus. Cœliolus. Subura.

Ceroliensis.

Vici XII.

Vicomagistri xxxiii.

Cv.

Curatores II.  
 Denunciatores II.  
 Cohortes vigilum v.  
 Lupariæ in Subura.  
 Antrum Cyclopis.  
 Caput Africæ.  
 Arbor sancta.  
 Mica aurea.  
 Spolium Samarium.  
 Luci duo.  
 Templum Tulli Hostilii.  
 Templum Bachi.  
 Templum Fauni.  
 Templum divi Claudii.  
 Templum Deæ Carneæ.  
 Ædiculæ VIII.  
 Dianæ in Cæliolo.  
 Fortunæ Barbatæ.  
 Minervæ captæ.  
 Isæum Metellianum.  
 Minervium.  
 Statua Equestris M. Antonini Imperatoris.  
 Ludus Matutinus.  
 Ludus Gallicus.  
 Regia Tulli Hostilii.  
 Armamentarium.  
 Castra peregrina.

Manfiones Albanæ.  
 Campus Martialis.  
 Campus Fontinarum, aliàs, Forinarum.  
 Campus Cælimontanus.  
 Therma publicæ.  
 Balinæ privatæ xxx.  
 Lacus fund. sine nomine lxxv.  
 Macellum magnum.  
 Horrea xxiii.  
 Pistrina xxiii.  
 Domus cxxxiii.  
*In his:*  
 Domus Vestiliana, aliàs, Vitelliana.  
 Domus Philippi.  
 Domus Septem Parthorum.  
 Domus Laterani.  
 Cæsaris Dictatoris.  
 Mamurræ Formiani.  
 Tiberii Claudii Centumali.  
 Junii Senatoris.  
 Stellæ Poëtæ.  
 Tib. Claudii Clypti Hymnologi.  
 Tetricorum.  
 Turris Mamilia.  
 Insulæ cix cix cix cvii.  
 Regio in ambitu continet pedes ccix ∞ ∞ ∞ ∞ cc,  
 id est, 13200.

## PARALIPOMENA.

## Ad Regionem secundam.

## DE SUBURRA.

**N**on viam aut vicum, ut alii omnes scriptores, sed *regionem urbis frequentissimam* appellat vetus scholiastes Juvenalis ad Sat. 11. v. 50. Sed constat viam, non autem regionem fuisse, celebrem habitatione Cæsaris apud Suetonium cap. 46. nisi forte ante urbem ab Augusto in regiones has quatuordecim distributam, quælibet via nomen regionis obtinuerit, quod forte verum est. Ideo Festus lib. 17. *Suburram* ajunt appellatam & regionem urbis: at urbe jam descripta, *Suburra* sub terreo muro Carinarum secunda regioni attributa, inquit M. Varro lib. 4. de Ling. Lat. Si regioni attributa, ergo non fuit ipsa regio. Juvenal. sat. 10. v. 155. videtur in ipsa urbe non sub muro Carinarum, ut Varro, collocare.

- - - Nisi Pano milite portas

Frangimus, & media vexillum pono Suburra.

Hic tonsores rabernas suas meritorias habebant. M. Mart. l. 2. epigr. 17.

Tonsoris Suburra faucibus sedet primis,

Cruenta pendent quæ stigella tortorum.

Quod si verum, procul dubio *Suburra* non in urbe, sed extra pomerium. Nam servus publicus, seu tortor in urbe habitare non poterat, ut dicam infra hoc opere. Hic etiam venales rure merces exponebantur, puta ficus, oliva, poma, aliæque edulia. Mart. lib. 7. epigr. 30.

Quicquid villicus Umber, aut colonus,

Aut Tursi tibi, Tusculique mittunt,

Aut rus marmore tertio notatum,

Id tota mihi nascitur Suburra.

Idem lib. 10. epigr. 94.

Hæc igitur mediis quæ sunt mihi nata Sulura,

Mittimus, autumnil cæca poma mei.

Ipso primo versu melius MS. Quæ sunt modo nata Suburra, jam-

jam empta in Subura, eo rure illata, & ob id veluti modo nata. In hac via erant & prostibula impudicarum five fornice, infra hac regione, *liparie in Subura*. Idem l. 9. epigr. 38. de meretrice:

Cum sis ipsa domi, mediæque cruce Subura,

Fiant absentes & tibi, Galla, comæ.

Scio locum de galericulo seu falso capillamento posse sumi, sed disertus l. 11. epigr. 62.

Summanianis inquinatior buccis.

Quem cum fenestra vidit è Suburana

Obscena nudum lena fornicem clausit.

In tertio versu non lena, sed *Leda*, legunt docti, ut lenis formosarum mulierum nomina fuisse imposita judicari possit: Nam notissimi nominis productrix est *Leda* apud eundem lib. 4. epigr. 4.

Quod spurca moriens lucerna Leda.

Adi ad Q. Horatii interpretes Epod. od. 5.

Senem quod omnes rideant adulterum,

Latent Suburane canes.

Ubi canis notissimo significatione pro scorto usurpatur, quod ut illud animal impudentissimum est, ita hoc projecti pudoris. Denique exprobratio illa Propertiana huc referenda l. 4. eleg. 7.

Jamne tibi exciderant vigilantis furta Suburæ,

Et mea nocturnis trita fenestra dolis?

## DE SCHOLIS.

Mentio in hac regione *schola capulatorum*. Discutiendum ideo hoc loco, quid proprie *Schola*? Aufon. Eidyll. 32. ad nepotem, & eruditissimus Vinetus:

Grævo schola nomine dilla est,

Iusta laboriferis tribuantur ut otia curis.

Ob id locus in quo tyrocinia literarum exhibita, sic dictus. M. Mart. l. 1. epigr. 36. l. 2. epigr. 64. præceptis schola, exercitiis forum convenit:

Si schola damnatur, fera litibus omnia ferent.



Et lib. 3. epigr. 20.

*An otiosus in schola poetarum.*

Inde tratum nomen scholasticum, pro tyronem, qui primis veluti literarum institutis informatur. Salvian. Massiliens. lib. 1. de provident. Dei: *Id facere annisi, non ut salubres & salutariferi, sed ut scholastici & disertii haberentur.* C. Suet. lib. de clar. Rhetorib. cap. 6. *Declamabat autem genere vario; modo splendide atque adornate; tum ne usquequaque scholasticus existimaretur, circumis: ac sordida.* Peiron. Arbitr. pag. 7. tanquam scholastici ad canum promissus, ut desinat iugari Antonius Delrio in L. Seneca Thyestes, qui poetam venustissimum eruditissimamque ineptis suis ac frivolis commentis dehonestavit: cetè in jure scholastici etiam advocati, officiales & scholastici lib. 2. apud Constantinum Aug. C. Theod. lib. 8. tit. 10.

Schola ista in balneis teste M. Pollione Vitruvio Architect. l. 5. c. 10. aut in porticibus. C. Plin. lib. 35. c. 10. & erat separata scholarum distinctaque consecratio à balneis porticibusque in quibus erat vetus Marmor:

*Bebryx. M. F. L. Drufianus. A. Fabius. Xanthus. Cur. imaginibus. argenteas. deorum. septem. ad. dedicationem. schola.*

Traducta tamen verbi significatio, & ad rem militarem conversa. Ammian. libr. histor. 26. *memorat scholas capientem, sive praefectorum tyronibus exercendis.* Sic intelligendus Claudianus de 6. Hon. consul.

*Intonuit cum verbere signa magister,  
Armatus edum pariter tunc pectora motus,  
In latus illis clypeis.*

Invaluit tamen ut ad res ludicas transferretur, & esset locus exercendis gladiatoribus. Res nota omnibus L. Flor. lib. 3. Histor. cap. 20. *Spartacus, Cryxus, Oenomaus, effralto Lentuli ludo, cum triginta aut amplius ejusdem fortis viris eruperunt.* Aut in sacris Graecorum certaminibus usurpatur. Aurel. Propert. lib. 3. eleg. 13.

*Virginis munera gymnasii.*

Denique ubi tyrones futura militia preparabantur, schola appellata. Magnus Cassiodor. l. 5. epist. 23. *Offendent juvenes nostri bellis, quod in gymnasio didicere virtutis.* Schola Martia mittit examina, pugnaturus ludo qui se exercere consuevit in otio. Editto G. Fornerii, non offendent, habet, sed offendant juvenes, & post, non, quod virtutis didicere, sed quia virtutis. Melius Flav. Renat. Veget. l. 2. de re militari cap. 19. *In legionibus plures sunt scholas.* Et cap. 21. *In orbem quandam per diversas cohortes, & diversas scholas promoventur.* Neque modo militum, sed & speculatorum fuisse scholas disco ex fragmento vetusti marmoris.

*Schola. speculatorum. leg. 1. & 11. ad jupiarum. fidelium. Severianorum. reseda. per. eosdem. quorum. nomina. infra. scripta. sunt. dedicante. Fl. Aliano. leg. Aug. PR. PR. Kalend. Octob. Modesto. &. Probo. coff.*

Wolfgangus Lazius Reip. Rom. Commentar. l. 4. c. 13. scholam Martiam, feutatorum, sagittariorum, gentilium, tyrenum, speculatorum, domesticorum; Palatinam, notatorum, & denique agentium in rebus, allatis auctorum testimoniis, probat. At clarior à Justiniano lux, qui *undecim militum scholas enumerat l. 33. C. de locato.* Erat praeterea & schola Palatinorum, hoc est, protectorum, domesticorum, aut in Palatio agentium. Justinus Aug. l. 13. C. de Judiciis *duarum librarum auri pena afficere, per scholam Palatinam exigenda, quam ille Palatinam appellat scholam, alii domesticorum solent nuncupare, Suida auctore, & aliis, & est formula apud Aurelium Cassiodorum lib. 3. epist. 12. & est pulchra comitum hujus scholae descriptio apud Corippum Africuum de laudib. Justini minoris Augusti. lib. 3. num. 6.*

*Illis summa fides, & plena licentia sacris  
Deservire locis, atque aurea sulcra parare,  
Regales mensas epulis onerare superbis,  
Conferware donum, sanctoque intrare cubile,  
Internas munire fores.*

Apud eundem vox ea saepe corrupta; sive linguae Graecae incititia, seu licentia poetis usurpata; seu denique librarii incuria. legitur enim libro 3. num. 5.

*Ornata est Augusta domus, justique regentis  
Acciti proceres omnes, scholaeque palati est  
Jussu suis adflare locis*

Posset sic versus in legitimos cogi numeros:

*Acciti proceres omnes, scholaeque alta palati.*

Simile mendum irrepit lib. 4. num. 2.

*Protinus officii summam tutantibus aulam*

*Ordinibus propriis, & prisco more notatis*

*Per scholas, turmasque vocans.*

Levi adjectione locus sanabilis, hoc pacto:

*Perque scholas, turmasque vocans.*

Parrhasius ad Orat. Milonianam.

### DOMUS STELLAE POETAE.

Solus Onuphrius in notitia urbis, Stellae ponit domum in secunda urbis regione; tacent P. Victor, & Sext. Rufus, qui iidem tamen diligentissime Romae Topographiam expresserunt. Fuit ergo hic summi ingenii, nec minoris fama poeta, temporibus Domitiani, ut puto, principis; quippe ejus cum Violantilla nuptias, cultissimo & terribissimo carmine exequitur P. Papinius lib. 1. sylv. 2. insigni ortum familia; ibidem cum celebrat Venuis, eumque xv. virum Sibyllinis libris consulendis vult fuisse v. 176.

*Hunc & bisfenos (sic indulgentia pergat*

*Praefidis Ansonii) cernes attollere fesses,*

*Ante diem, certe jam nunc Cybeleia novit*

*Limina, & Euboeica carmen legit ille Sibylla.*

Multus est in ejus encomio M. Valerius Martialis, disertum appellat lib. 5. epigr. 60. *facundum* lib. 12. epigr. 3. celebraverat Columbam l. 7. epigr. 13. elegiaco carmine; scripsit & Amatoria. Stat. libro sylvaque citatis v. 98.

*Arnisferos poterat memorare labores*

*Clarique sacra virum, & torrentes sanguine campos:*

*Hinc tibi plestra dedit, missisque incedere vates*

*Maluit, & nostra laurum subtexere myrto.*

Tam felix in eo calor, ut, sive res vera ita se res haberit, sive adulaus tantum sit Martialis, cum Catullo prætulerit lib. 1. epigr. 8.

*Tanto Stella meus tuo Catullo,*

*Quanto passere major est columba.*

Vetus inarmor, ut puto, ejus meminit:

*C. Alto. Stella. fidei. monumentum.*

*Bythynia. erexit. SENEZIONE. & SURA. coff.*

*PATRONO. optimo.*

Vixit ergo usque ad tempora Trajani Imperatoris cum fama & nomine. Nam sub eo Senecio tertium, & Licinius Sura secundum consil. fuerunt, ut ex Fastis Capitolinis liquet, & fuisse ostendit Joann. Cuspinianus in Commentariis ad Magni Cassiodori Chronicon, qui consulendus. Meminit & ejus forte alia inscriptio apud Lazium lib. 6. cap. 1. Commentar. Reip. Rom.

*C. Cestio. C. F. Stella. Sabino. Trib. coh. xiiij.*

*URB. PP. Legi. Adjutricis. P. F. Leg. viij. PR.*

*Coh. VIII. URB.*

### REGIO TERTIA, ISIS ET SERAPIS MONETA.

Carinae.

Vici VIII.

Vicus Albus.

Vicus Fortunae vicinae.

Vicus Anciportus.

Vicus Bassianus.

Vicus Structorum.

Vicus Asellus.

D

Vi

Vicus Lanarius.  
 Vicus Primigenius.  
 Vicomagistri xxxii.  
 Curatores ii.  
 Denunciatores ii.  
 Caput Suburæ.  
 Tribus Gratia aureæ, aliàs, aræ.  
 Summum Choragium.  
 Caput Sacra viæ.  
 Prætura præsentissima.  
 Lucus Cuperius Scholæ capulatorum.  
 Templum Iſidis & Serapidis Monetæ.  
 Templum Concordiæ virilis cum delubro.

*Ædícula octo.*

Ædícula bonæ Spei.  
 Ædícula Serapidis.  
 Ædícula Sangi Fidonî.  
 Ædícula Minervæ.  
 Ædícula Iſidis.  
 Ædícula Veneris.  
 Ædícula Æſculapii.  
 Ædícula Vulcani.  
 Porticus Livæ, juxta templum Concordiæ virilis.  
 Porticus Claudii Martialis.  
 Amphitheatrum Veſpaſiani, quod capit loca 1000.  
 6000 6000 100 ∞ id eſt, 77000.  
 Ludus magnus.

*Item:*

Ludus Dacicus.  
 Ludus Mamertinus.  
 Caſtra Miſenatium.  
 Caſtra Miſenatium vetera.  
 Schola Quæſtorum.  
 Schola Capulatorum.  
 Schola Galli.  
 Thermæ Titi Cæſaris Auguſti.  
 Thermæ Trajani Cæſaris Auguſti.  
 Thermæ Philippi Cæſaris Auguſti.  
 Balinæ privata Lxx.  
 Lymphem Tiber. Claudii Cæſaris Auguſti.  
 Lacus Paſtoris.  
 Lacus ſine nomine Lxv.  
 Horrea xxix. aliàs, xix.  
 Piſtrina xxiii.  
 Domus clx.

*In his:*

Aurea Neronis cum porticu.  
 Domus Bruttiani.  
 Domus Pompeiani.  
 Titi Cæſaris cum atrio, in quo fuit Laocoontis ſtatua.  
 Inſulæ ∞ ∞ dcccvi.  
 Regio continet in ambitu pedes cc100. ∞ ∞ cdl.  
 id eſt, 12450.

PARALIPOMENA.

*De Regione Tertia.*

DE SERAPIDE.

**I**N hac regione ponunt Iſidis & Serapidis templum auctores qui urbem deſcriperunt. Itaque hic de Serapide nonnulla obiter dicam, plura in lib. 2. infra reſecturus. Egyptii per Iſidem & Serapidem *caelum & terram* ſignificabant. Laſtant. Firmian. lib. i. cap. 13. Artemid. lib. 5. cap. 26. *Χθόνιος ὁ θεὸς νεφελῶν. Τεττατὶς Δεὸς ἐſſεπτῆταις eſt.* At iſtera primus pietio medicinæ artem exercuit, quæ primitus gravita erat. M. Varro in Eumenidibus:

*Ego medicina Serapi utor.*

Sic legitur apud Notium Marcellum cap. 7. num. 104. At doctiſſimus Turnebus lib. 4. cap. 8. Adverſarior. legit:

*Ego medicina à Serapi utor.*

Idem M. Varro:

*Hospes quid miras nummo curare Serapim?*

*Quid? quaſi non curet tantidem Ariſtoteles.*

Huc reſert illud M. Tullii lib. 2. de Divinat. *Quid convenit agros à conjectore ſomniorum potius, quam à medico petere medicinam? an Æſculapius, an Serapis poteſt præſcribere per ſomnium curationem valetudinis?*

Neapolitani marmoris vetus fragmentum meminit apud Wolfgang. Lazio lib. 3. comment. Reip. Rom. cap. 2. Unde liquet non tantum Romæ, ſed & in coloniis municipiſque erecta Serapidi fana, verba adſcribam:

*A. Colonia. deducta. Anno. Xc. Neufido. N. F. M.*

*Pollio. duovir. P. Rutilio. Cn. Mallio. coſſ.*

*Opurum. lex. parieti. ſaciendo. in. arca. que.*

*Eſt. ante. ædem. Serapidis. trans. viam.*

Sed de ſolemnî religioſoque ejus apud Egyptios cultu ſtatuaque mirando artificio penſit, Michael Glyc. Annal. parte 4.

pag. 358. *Adeo ut Capitolio Romano conferri poſſit.* Annian. Marcell. lib. 22. in fine. Locus eſt Strabonis l. 17 Geograph. *Κάνωτος ἔχουσα τὸ τῆ Σεράπιδος ἱερὸν, πολλὴ ἀγιστεία τιμάμενον, καὶ Σεράπειας ἔκφερον, ὡς καὶ τὸς ἄλλοις ματὰ τὸς ἀνδρας πεισθῆναι, καὶ ἰχθυομάσθαι αὐτὸς ὑπὲρ ἑαυτῶν ἢ ἑτέρον.* Vertit Xylander: *Canopus habet Serapidis templum, religioſe cultum, ut etiam nobiliſſimi viri ei credant, & pro ſe, vel pro aliis inſomnia ibi captent.* Subdit deinde & oraculorum virtutes, & curationes inſirmorum ibidem celebrari: eundem cum Oſiride eſſe vult Marrianus Capella lib. 2. de Nupt. Merc. & Philologia:

*Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Oſirim,*

*Diſſona ſacra Mithram.*

Sed ejus ſacra Romanæ translata, fanumque ei in Italia erectum docet M. Tullius lib. 3. de Natura Deor. imo & indignatur: & dicam, ubi de peregrinis ſacris agam. Eidem & in Græcia fanum, Thebis videlicet dedicatum reperio apud C. Plinium lib. 36. cap. 7. quod commune cum Libero patre erat, Pauſan. Bæotic. & apud Romanos devoti templi meminit Michaelius Glycas, Annalium parte 4. pag. 349. Hunc conſulebant ergo pro ſomnia de valetudine ſua ſolliciti. Artemidor. lib. 5. Onecrocrit. cap. 92. *Νοσῶν τις ὑζατο τοῦ Σεράπιδος, εἰ μίλλαι σαθροῦσθαι, τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα διατριπτοῖσθαι, εἰ δὲ μὴ, τὴν ἀριστεράν.* Quidam agrotans precatus eſt Serapidem,

*ut ſi convaleſciturus eſſet, dextram manum ipſi in ſomnis conculceret, ſi minus, ſiniſtram.* De inſigni ipſius in ſomniorum conjectationibus fide, adendum C. Suetonius in Veſpaſiano cap. 7.

*E plebe quidam debilli cruce, item aliis luminibus orbatus, ſedentem pro tribunali pariter adierunt, orantes opem valetudinis, demonſtrantem à Serapide per quietem, reſtitutumque oculos, ſi inſpuiſſet.* Hæc quidem gentiles vario errore deluſi finxere, cum conſiter Egyptiorum regem fuiſſe, ſi fides Adoni Vienneniſi chron. ætate 3. pag. 23. Neque deſunt, qui Joſepho liberatoriſiæ, populum Egyptium, honorem divinum nomine Serapidis de-

detulisse voluit. Otto Frising. lib. 1. cap. 15. Effigies ei crecta cum modio capiti imposito, Suida auctore, vel calathio, ut liquet ex Aricimidoro l. 5. oncir. cap. 93. triplex forma, leonis, canis, lupi, quos suo volumine *serpens* includebat. Britannic. ad lat. 6. v. 536. Juvenal.

*Et mox esse caput visis est argentea serpens.*  
Vetus tamen Scholiastes divertum sentit, *argentea*, inquit, *serpens* qua est in templo *Isidis*: nili forte dicamus in eodem templo *Isidem* & *Serapidem* consecratos, quod facile admiserim. Dio in actis anni 711. in fine: *καὶ τὸν ἐπὶ τῆς Σεραπίδος καὶ τῆς Ἰσίδης ἱερῶσιν αὐτοῦ* Et templum *Serapij* *Isidique* consecravimus, l. 47. Plutarch. lib. de *Iside* & *Osiride*. Valer. Flacc. *Argonaut.* l. 4. forte huc facit:  
*Aspice cincta comas, & ostanti persona sistro.*

Ovid. l. 2. *Amor. eleg.* 13.

*Pyraque labatur circum donaria serpens.*  
Idolum istud non modo erroribus oppresso orbe consecratum lego, sed etiam ab ipsis ethnicis constructum. Dio Coccejan. l. 42. *Ἐδοξε γὰρ αὐτῶν πάντων πάντα ἀδίδι καὶ τοῖς ἰσίδης, καὶ τὰ τῆς Σεραπίδος τεμενίσματα κατακαύσει.* Itaque *arsuspices* iterum omnia templa ejus & *Serapidis* demoliri iusserunt. ad hanc ædem solitos mendicos stipem exigere, licet conicere ex M. Martial. lib. 9. epigr. 30.

*Hec quæ lingua silet? non illam mille catællæ*  
*Vinebant, non quæ turba Serapim amat.*  
Ac si dicat adeo loquacem fuisse *Philenem*, ut dicacitate nec venales servi, (quos à loquacitate commendabat *Augustus* apud *Suetonium*) nec mendicabula, illi possint certare.

## REGIO QUARTA, VIA SACRA, aliàs TEMPLUM PACIS.

Via sacra.

Ad Corneta.

*Vici VIII.*

Vicus Cyprius, post *Sceleratus*.

Vicus Eros.

Vicus Veneris.

Vicus Apollinis.

Vicus trium viarum.

Vicus Anciportus minoris.

Vicus Fortunatus minoris.

Vicus Sandaliarius.

Vicomagistri xxxii.

Curatores ii.

Denunciatores ii.

Carinæ caput.

Æquimælium.

Bucena aurea.

Sorium tigillum.

Meta sudans.

Caput Lynco.

Busta Gallica.

*Templa X.*

Templum *Pacis*, in quo inter cætera ornamenta erant Templi Hierosolymorum.

Templum *Remi*.

Templum urbis *Romæ* & *Augusti*.

Templum *Veneris Cloacinæ*.

Templum *Divæ Faustinæ*, cum porticu.

Templum *Telluris* in *Carinis* cum armamentario.

Templum *Solis*.

Templum *Lunæ*.

Templum *Concordiæ* in porticu *Liviæ*.

Templum *Divi Nervæ* in foro transitorio.

Ædes *Jani Curiatii*.

Ædes *Junonis sororiæ* in *Carinis*.

Ædes *Salutis*.

*Ædicula VIII.*

Ædicula *Musarum*.

Ædicula *Spei*.

Ædicula *Mercurii*.

Ædicula *Lucinæ Valerianæ*.

Ædicula *Junonis Lucinæ*.

Ædicula *Mavortii*.

Ædicula *Juventutis*.

Ædicula *Isidis*.

Volcanale, ubi lotos à *Romulo* fata.

Sacriporticus, aliàs, *Sacriportus*.

Porticus absidata.

Area *Victoriæ*.

Area *Volcani*, in qua sanguine per biduum pluit.

Sacellum *Deæ Strenuæ*.

Colossus *Solis* altus pedum ccc. aliàs, cxx. habens in capite radios vii. singulos pedum xxxi.

*Apollo Sandaliarius*.

*Odæum*.

Forum *Transitorium*, aliàs, *Palladium*, aliàs *Divi Nervæ*, cum porticibus.

Forum *Cupedinis*.

Basilica vetus *L. Æmilii Pauli*.

Basilica *Constantiniana*.

Secretarium populi *Romani*.

Balineum *Daphnidis*.

Balinez privatæ lxxv.

Lacus sine nomine lxxix.

Arcus *Titi Cæsaris Vespasiani Augusti*.

Arcus *L. Septimii Severi*.

Arcus *Constantini Augusti*.

*Horrea* xlix.

*In his:*

*Cantharia*, aliàs, *Testaria*.

*Pistrina* xxiv.

Domus cxxxviii.

Regis *Anci Marci* in *Via Sacra*.

Sp. *Cassii Viscellini* in *Carinis*, ubi postea templum *Telluris* fuit.

Domus *Cn. Pompeii*, post *M. Antonii* in *Carinis*.

Domus *avita Ciceronum*.

Domus *alia C. Cæsaris* in *Sacra via*.

Domus *M. Manilii*.

Domus *Philippi* in *Carinis*.

Domus *D. Cœlii Balbini Impem*.

*Insulæ* ∞ ∞ dclviii. id est, 2758.

Regio continet in ambitu pedes ccxxx. id est, 14000. aliàs, ∞ ∞ ccxxx. i. e. 8000.

## PARALIPOMENA.

## Ad Regionem quartam.

## DE VIA SACRA.

**N**ulla via historicorum scriptis celebratio legitur. Nomen traxit à fœdere inter Romulum & Tatium Reges icto, quod nunquam sine prævio sacrificiorum apparatu, patet liquido ex Dionysii Halicarnassici narratione lib. 2. meminit L. Seneca, qui *viam sacram celeberrimum locum* appellat lib. de consolât. ad Marciam cap. 16. & ante illum Aconius Pedianus Comment. in orat. 2. in C. Verrem. Totam autem velis intexit C. Cæsar, ut et forum Romanum, cui vicina fuerat. C. Plin. l. 19. c. 1. fine: Ibi que ipse Julius Dictator habitavit, ut liquet ex C. Suetonio in ejus vita cap. 46. & quod miror omnes urbis topographos omisisse, *sena fœderis iniri in ea ex-tabant, tempore Servii Honorati, regibus diverso itinere venientibus, Romulo à Palatio, Tatius à Rostris*, ad v. 641. lib. 8. Æneid. Sed illud omitterendum non duxi, Plinium ab Ovidio dissentire; ille enim foro Romano: hic foro Cæsaris, viam sacram facit contiguam, lib. 3. Trist. eleg. 1.

*Paruit, & decens, hæc sunt fora Cæsaris, inquit,*

*Hæc est à sacris qua via nomen habet.*

Suspicio Xyctos inambulationi idoneos aut in ipsa hac via, aut non longe ab ea fuisse. Nam Horat. l. 1. Serm. sat. 9. principio:

*Ibam forte via sacra.*

Et lib. Epod. od. 4.

*Videsne sacram metiente te viam*

*Cum bis ter uliarum roga.*

Sext. Propert. lib. 2. eleg. 23.

*Chi sæpe immundo sacra conteritur via fœco,*

*Nec sinit esse moram, si quis adire velit.*

Celebre hic & à multis rerum venalium emporium, rusticis in urbem commentibus, & fructus villicos conferentibus. M. Terentius Vatro de Re Rustica l. 1. cap. 2.

*Hujuscæ, inquam, (Cn. Tremellii) pomaria summa sacra via, ubi poma veniunt, contra auream imagiæ: & ob id frequentissimum ementium vendentiumque confessum retulit M. Tullius orat. pro Cn. Plancio. Ovid. lib. 1. Amor. eleg. 8.*

*Munera præcipue videat, quæ miserit alter,*

*Si tibi nil dederit, sacra roganda via est.*

Et lib. 2. de Arte amandi:

*Dum bene dives ager, dum rami pondere nutant,*

*Adferat in calathæ rustica dona puer.*

*Rure suburbano poteris tibi dicere missa,*

*Ille tibi in sacra sunt licet empta via.*

Petronius in calectis, seu quicumque alius auctor est Priapeiorum versuum:

*Hæc quæcumque tibi posui vernacula poma,*

*De sacra nulli dixeris esse via.*

Sext. Propert. lib. 2. eleg. 44.

*Et cupit iratum talos me postere eburnos,*

*Quæque nitent sacra vilis dona via.*

Et licet certum sit, primam nominis imponendi occasionem à sacro fœdere defluisse, inter reges icto, tamen non displicet sententia Verrii Flacci apud Festum Pompeium lib. 17. *Quod eo itinere utantur Sacerdotes Etdulium sacrorum causa consuetudinem; vel ut loquitur M. Varro l. 4. de Lingua Latina, quod per eam sacra, quotquot mensibus feruntur in arcem, & per quam angures ex arce profecti solent inaugurare. Denique quod nullus hæctenus observavit, Theodosius Hispanus Aug. & filius Honorius in ea habitantur, diserte Claudianus meus Paneg. de 6. Honorii consul.*

*Hinc te jam patris laribus via nomine vero*

*Sacra referet.*

Nisi forte, indicari quis contendat, sacrificium diis Laribus à reduce Imperatore solum intelligi, quorum adem in Sacra via fuisse, præter alios loquitur C. Jul. Solinus Polyhist. cap. 2. sed nullum hujusmodi sacrum ab eo idolis falsique signentis portentorum oblatum dici potest, quum constet Christiana

addictissimum se exhibuisse pietati, omnibusque, quibus poterat, edictis, monstrosos Echniconum ritus sustulisse.

## PARALIPOMENA.

## De Deæ Streniv. Et de strenarum ritu.

Vitiosum hujus deæ nomen; nam pro *strenia*, *strenuam* sciolus aliquis antiquitatis ignarus reposuerat; & sic concipitur in Romæ descriptione apud Onuphrium Panvinium pag. 175. & apud P. Victorem pag. 243. in quarta regione, & in eadem regione apud Sexuum Rufum pag. 229. qui sacellum *Strenæ* tantum nominat, cum alii ædiculam deæ *Strenæ*. Sed melius M. Terentius Varro lib. 4. de Ling. Lat. *Cerolienis à Carinarum juncin dictus Carinus, postea Cerionia, quod hinc oritur caput sacre viæ à Streniæ sacello.* Fest. Pomp. lib. 17. Itaque neque catenus quidem, ut vulgus opinatur, sacra appellanda est à regia, ad domum regis sacrificuli, sed à regis domo ad sacellum *Streniæ*. Quo loco imperite nonnulli *Sirenæ* legere. Nam *Streniam* deam dictam, quæ *Xenis seu muneribus Calend. Jan. dandis accipiendisque præfess*, auctor est D. August. l. 4. de civit. Dei, cap. 16. *Cui à strenuitate aut bellici fortitudinis nomen adjectum.* Non. Marcell. c. 1. num. 56. ex Pomponio in Pistoribus, vel ut alii verius, in Pictoribus.

*Asside,*

*Si qua est alia ventura strenia sirenæ.*

Sed paulo altius res repetenda est, quanquam satis sciam aliis animadversam. Q. Florens Terull. lib. de Idololatria: *Quærit minus est iniquitamenti eo quem præstat questus & nominibus & honoribus idolo nuncupatis, quàm Minervæ alia Minervæ, quàm Saturnalia Saturni, quàm etiam serviculis sub tempore Saturnalium celebrari necesse est, etiam strenæ captandæ, & septimontium, & brumæ, & cæcæ cognationis honoraria exigenda omnia.* Ex quibus liquet inter præcipua Romanarum solemnitatium festa, *Strenarum diem fuisse.* Usus & origo à Romuli tempestate. Q. Symmach. l. 10. epist. 28. *Strenuarum usus adolevit autoritate Tatii regis, qui verbenas felicis arboris ex loco Streniæ; anni novi auspices, primus accepit: receptam eandem Calendis Januariis solemnitatem idem non obscure indicat eodem libro epist. 20. Calendas anni auspices, quibus mensium recursus aperitur, imperientis strenis dicavit antiquitas: nomen hoc bonum tantum omen significabat.* Fest. Pomp. lib. 17. Plaut. Stich. sc. Salvete.

*Bona, sacra, strenæque obtinam accessit mihi.*

Legendum:

*Bona sacra, strenæque hoc bolo accessit mihi.*

*Obscurare enim idem ac vesiti. eadem Comœdia, sc. Libros:*

*Mustela munem mihi abstulit præter cædæ eam strenna obscuravit.*

Corrigit Palmerius in Spicilegio: *Eam strenam obscuravit.* Ut mus fuerit strenna aut præda, seu bolus, ut antea explicui mustela.

Ovid. ad Janam lib. 1. Pastor.

*At cur læta tuis dicuntur verba Calendis,*

*Et damus alternas accipimusque preces?*

Eo igitur die quo strenas multabant, prodigii instar habebant verba in nomina, sive ominosa, abundantissime docuit I. Lipsius ad Taciti Annales. Idem Ovid. lib. 3. trist. eleg. 13.

*Concipiamque bonas ore favente preces.*

Et eam ob causam novus consul omina suscipia captandis annum novum aperiebat. Aurel. Cassiod. lib. 2. epist. 1. l. l. C. Theod. ne publ. lat. Stat. lib. 4. sylv. 1.

*Insignemque aperit Germanicus annum.*

Neque vero munera hæc lætitiæ insignia alio nomine, quam *strenarum* appellari fas erat, & quia Ulpianus *ἐπινομιδία* distributionem, largitionemque appellat, *τὴν ὑπὸ Παρμασίαν καλεσμένην στήναι κατὰ τοὺς πατριῶν παραδοσὶ λογομένην, καὶ διδομένην τοῖς φίλοις, vocatam à Romanis strenam, patriæ consuetudine sic dictam, amulsi que dari solitam, à Cynulco graviter increpatur apud Athenarum lib. 3. Dignosiphist. cap. 10.*

Donæ hæc, seu strenam, *aurò δούλα μνησκόλα*, interpretatur Symmachus lib. 10. epist. 28. offerri solebant patronis à clientibus. Doctæ nec minus pulchre M. Martialis lib. 8. epigr. 33.

Hoc finitur spatio Jani Carioa Calendis,  
Quam fert cum parvo sordidus asse cliens.  
Et auge ditare lib. 13. epigr. 27.

Aurea porrigitur Jani Carioa Calendis,  
Sed tamen hoc munus pauperis esse solet.

Aut Senatus totaque civitas, veluti publico suo parenti,  
imperatoris strenas largiebatur. Magnus Cassiod. lib. 6.  
epist. 7. supplicum per te fortunae erigimus, Calendis Januariis  
affatim dona largimur, & latitia publica militia tua  
est. Idem Byzantii invaluisse liquet ex Corippo Africano  
de rebus Justinii minoris lib. 4. num. 2.

Dona Calendarum, quorum est ea cura, parabant

Officia.

Introducta, quantum suspicari licet, hac consuetudo ab Augu-  
stus faculo. C. Sueton. in eo cap. 57. Omnes ordines in lacum  
Curtii quotannis ex voto pro salute ejus stipem jaciebant; item Calen-  
dis Januariis, strenam in Capitolio, etiam absentis, ex qua sum-  
ma pretiosissima deorum simulachra mercatus, vicatim deducant,  
ut Apollinem Sandallarium, & Jovem Tragedum. Post eum  
mos idem sub Tiberio principe retentus, idem Sueton. in eo  
cap. 34. Quotidiana usus prohibuit edicto, item strenarum com-  
mercium, ne ultra Calendis Januariis exerceretur. Impudens  
multo scurrilisque C. Caesar Caligula apud Sueton. in eo  
c. 42. edixit, & strenas in eum se recepturum, stetitque in  
v. sibulo adium Calendis Januariis ad captandas stipem, quas, plenis  
ante eum manibus & suis, omnis generis turba frucebat. Ne-  
que modo accipiebant imperatores strenas, sed stipem emen-  
dicabant, ut patet ex loco Tranquilli jam citato, cui adden-  
dus alter ex Augusti vita c. 91. Ex nocturno visu etiam stipem  
quotannis certo die emendicabat à populo, cavam manum asses por-  
rigentibus prebens. Quem rium observabat vir eruditus Jac.  
Casellius Durantius variat. lect. l. t. c. 20. quem miror alios  
suppresso nomine transcripisse. Ammian. lib. 16. Inductis qua-  
dam solemnitate, agentibus in rebus, in consistorium ut aurum ac-  
ciperent, inter alios, quidam ex eodem consortio, non ut moris est,  
expansa chlamyde, sed utraque manu cavata suscepit, & Imperator  
rapere, inquit, non accipere sinit agentes in rebus. Rapina  
ergo per manum cavam expressa, ingenua & liberalis usurpatio,  
reive acceptio per sinum toga expansum significabatur:  
quo sensu El. Lampr. in Commodio Aug. Agebanturque omnia  
per alios, qui etiam condemnationes in sinum vertisse dicuntur.  
Plin. lib. 36. c. 15. Scantus toties princeps civitatis, & Marianus  
fodaliis rapinarum provincialium suus. Inde formulae ista  
locutionum manarunt, ferre sinu. Q. Horat. lib. 2. fat. 3.

Talos Aule, nuceisque

Ferre sinu laxo.

Vacuo sinu remittere. M. Martial. l. 10. epigr. 78.

Rectorem vacuo sinu remittes.

Et sane is mendicantium ritus non inanum protendere, sed la-  
xum togæ gremium. L. Apul. libr. 8. Metamorph. Stipes areas,  
imo vero & argenteas, multis certatim offerentibus, sinu recipere  
patulo, nec non & vini cadum, & lactem, & caseos, & farris, &  
siliginis aliquid. Rutil. Numatian. Gallus Itinerarii sui lib. 1.

Ditiu pacata vent vigilalia terra:

Impleat Augustos barbara prada sinus.

Qui fecus fecisset, non carebat avaritia rapacitatisque argu-  
mento, unde pastor ille Virgilianus Eclog. 1. graviter  
conquerens ait:

Non unquam gravis are domum mihi dextra redibat.

Et amica avara apud Albium Tibullum l. 2. eleg. 4.

Nec profunt elegi, nec carminis auctor Apollo,

Illa cava pretium flagitavit usque manu.

Corippus Africanus de laudib. Justinii l. 4. n. 1. idem in so-  
lemnitatibus Circusium ludicorum observatum ostendit,  
in quibus missilia seu spationes, aut principum donativa;  
non manu, sed toga protensa accipere solum insinuat:

Liberis spectare oculis, manibusque favere,

Et donis aptare sinus, quæ plurima consul

In plebes missurus erat.

Ultima deinde & plebeæ multitudinis rapacitatem adum-  
bratius subdit:

Palmasque capaces

Tendere, quo veniens late pluat aureus imber.

Et dixerat antea:

Exertas ad munera tendere dextras.

Eodem libro Num. 2.

Prætentant dextras, & præmia sumunt.

Et libro eodem Num. 3.

Palmasque sinisque parabat.

Dixi multis ad illud Claudiani l. 2. in Ruffinum, quæ  
constat avaritia omnes mortales superasse.

Dextera quæ etiam ludo concessa vagatur

Aura petens, pænasque animi persolvit avari

Terribili lucro, vicisque imitatus retentus

Cogitur adductis digitos inflectere nervis.

Denique fur manuaris dicitur A. Gellio l. 16. c. 7. Et  
sic intelligendus Laberii antiqui poetæ versus in Fullone.

Manuari pudorem perdidisti.

Sed ut ad strenas, unde digressus sum, revertar, Imperato-  
res dantibus sibi & offerentibus strenas, pares aut majores redde-  
bant. C. Sueton. Tiber. c. 34. Consequatur quadruplam & de  
manu reddere, sed offensus interpellari se toto mense ab iis, qui  
potestatem sui die festo non habuissent, ultra non reddidit. D.  
Aulon. epist. 2. cujus epigraphe sic concepta ad Ursulum  
Grammaticum Trevirorum, cui strenas Calendis Januariis ad im-  
peratore non datus, reddi fecit. Sequitur deinde in epistola:

Primus juveni fuit hic tibi fructus honoris,

Augusta fassum munus habere manus.

Proximus ex longo gradus est, Quæstoris amici

Curam pro strenis excubuisse tuis.

Ad quem locum doctissimus Vinetus videatur, quem  
suspicio in corruptum codicem incidisse. Nam locum  
Nonii supra à me citatum, aliter quam legi debeat profert.

Asside pisteribus

Si qua alia ventura est strenea strenne.

T. Pomponius Comædian scripserat, cui epigraphe in-  
dita, pisteres; itaque Nonius citat primum opus, deinde  
verba expressit. Sed quum nimiam licentiam vellet reprime-  
re Tiberius, ne strenæ amplius darentur, edicto perpetuo  
cavit. præter Sueton. loco citato. Dio Coccejan. l. 57.  
ὁ δὲ δὴ Τιβέριος ἐπέδωκε καὶ μετὰ τὴν ὑσμινίαν τὴν ἐξ ὀ-  
ργῶν αὐτῶν ἀποσθένειαν, ἕτε ἐδίξαστο, καὶ τὴ καὶ ἡγεμονίαν  
περὶ αὐτοῦ τοῦτο ἐξέθετο ἰνῆματι τῆν μὴ Λατίνω χρονοῦ  
voc Tiberius strenam à quibusdam oblatam non accepit, eaque  
de re edictum proposuit, in ea voce non Latina usus.

Interdixit quidem Tiberius, & edicto sustulit strenarum  
commercium, ut & primæ ecclesiæ constitutiones, can. non  
observetis c. 26. quæst. 7. Non observetis dies, qui dicuntur A-  
gyptiaci, aut Calendarum Januarii, in quibus cantilenæ quadam,  
& comæssationes, & ad invicem dona donantur, quasi in princi-  
pio anni boni sati anguria. Quo loco dissuadet quidem eccle-  
sia missionem munerum, at discrete prohibet can. si quis, quæst.  
eadem. Si quis Calendarum Januarii ritum paganorum colere, vel ali-  
quid plus novi facere propter annum novum, aut mensas cum  
lampadibus, vel eas in domibus præparare, & per vicos & pla-  
teas cantores, & choros ducere præsumserit, anathema sit. Quo  
referendum illud Q. Flor. Tertull. lib. de idololat. Saturna-  
lia, & Calendarum Januarii, & brumæ, & matronales frequentantur,  
munera committunt, strenas committunt, lusus, convivia con-  
strepunt. Sed hæc de strenarum abusu, non vero legitima con-  
suetudine intelligenda sunt, quandoquidem moderatum u-  
sum admiscere imperatoria edicta. Anastasius Aug. Eustathio l. 4.  
C. de advocat. divers. Judicium. Laudabile vitæque homi-  
num necessarium advocatōnis officium, maxime principalibus  
præmiis oportet remunerari, ideoque jubemus viros clarissimos,  
sibi, pro tempore, patronos, fore tuæ celsitudinis, solenni die festi-  
vitatibus Calendarum Januariarum ipsius tantummodo anni, quem  
per tale peragunt officium, inter spectabiles sacri nostri consistorii  
comites, divina serenitatis nostræ manu puncti, consequi solatia.  
Qua in lege, solatia, strenas glossa Accursiana reddit, quan-  
quam sciam alios ex Ulpiano IC. l. 1. ff. de Connuu. præd.  
non male interpretatos, solatia, laboris præmia, mercedem.

D 3

Per-

Porro sunt qui putent idem esse strenus & Xenia, sed falsi illi. Hieron. Wollius vir alogui doctus interpretatus Suidæ versiculum ex Archilocho poeta transcriptum:

Ξίνα θυμώτεροι καὶ παρ' ἁριστοῦστος.

Vertit ma:e:

Serenas hostibus acerbas largiens.

Nam Xenia pro Minervæ advocatorum, seu supernumerario munere, C. Plinius Junior l. 5. epist. 14. usurpat: Quam me jureat, quod in causis agendis, non modo passione, dono, munere, eorum clientum Xenia semper abstini. Morem indicat eorum, qui à clientibus fœdite, & cum dedecore dona sibi dari postulabant. Quo respexit Aurel. Macrob. l. 1. Saturnal. c. 7. Occasione Saturnaliorum per avaritiam, à clientibus ambiciose munera exigebant; sed cum id onus tenuiores gravaret, Publicius Trib. pleb. legem tulit, ut non nisi Cerei ditionibus mississentur. Licet aliam causam assignet Cereorum inissorum in Saturnalibus, nempe ut Saturnum antea humana hostia colisolem, accessus in ara ipsius luminibus, placarent; ejusdem libri cap. 11. quo ritu M. Martial. l. 10. epigr. 87.

Linguis, omnibus & favete votis,  
Natalem colimus, tacete lites,  
Abstineat avari clientis.

Vel certe dona que hospitibus oblata ἀπὸ τῶν Ξένων Xenia dicebantur; M. Pollio Vitruv. Architect. l. 6. cap. 9. qualia erant pulli, olera, ova, poma, similesque res agrestes, hospitibus, ad cenam invitatis, missæ. Tertio Xenia sunt quæcumque munuscula à provincialibus per præsidem præfectumque contra jus fæque; venientque ea aut exigi, aut oblata recipi, Valentinianus & Valens Augg. l. un. C. Theodof. l. 1. tit. 11. Ulpianus IC. egregie, ut solet, ex epistola divorum Severi & Antonini, l. 6. ff. de offic. proconsul. non vero in totum, inquit, Xenia abstineri debet proconsul, sed modum adhibere, ut neque morose in totum abstineat, neque avariæ modum Xeniarum excedat; nam valde invidiosum est à nemine accipere, sed passim, viliissimum est; & omnia, avarissimum. in antiquo Codice legebatur male eustoriorum. Pius Antonius Barolinus cap. 6. P. Ovidius l. 1. Amor. eleg. 10. eo respicit,

Non bene stelli iudicis arca patet,  
Turpe reos empta miseris defendere lingua,  
Quod faciat magnas turpe tribunal operes.

Ob hanc, ut puto, causam, prohibicum lata lege, ne magistratus in provinciam proficiscentes uxores comitarentur, ne videlicet fœmine in avaritiam suapte natura propensa potentia subnixæ, provinciales expilarent, dicam alibi fufè. Juvenal. sat. 8. v. 129.

Si nullum in conjuge crimen,  
Nec per conventus, nec cuncta per oppida curvis  
Unguibus ire parat, nummos raptura Celeno.

Venus scholiastes, si uxor, inquit, tua te administrante nihil rapit. ultimo denique convivantium solennius ruius, post epulas munusculum aliquid ad cenam vocatis, in tesseram hospitii gratioris offerre. Plin. Junior lib. 6. epist. 31. adhibebamur quotidie cenæ, erat modica, sincipem cogites; interdum ἀποδοματὰ audiebamus, interdum jucundissimis sermonibus nox ducebatur, summo die abeuntibus nobis (tam diligens in Casare humilitas fuit) Xenia sunt missa. M. Martial. l. 14. epigr. 1.

Divitiis alternas & pauperis accipe sortes,

Premia convivia det sua quisque suos,  
Apophoreta appellata à C. Suetonio in Vespasiano cap. 10. & cit locus apud L. Senecam qui eget manu medica lib. 1. de Benef. cap. 5. Non potest beneficium manu tangi, animo cernitur, multum interest inter materiam beneficii, & beneficium: itaque nec argentum, nec quidquam eorum, que à proximis accipiuntur, beneficium est. I. Lipsius putavit legendum, nec quicquam eorum que pro seminis accipiuntur. Janus Gruterus, que aperto sinu. alii forte non male, que pro maximis, sed omnium ex MS. commodissime Franciscus Modius Novantiquar. lect. epist. 28. eorum, que pro xenia accipiuntur. Et sic cum Apophoretis, Xeniaque plerumque stœnæ confunduntur. Andreas Alciatus IC. Emblemate 45. & Minos ad eum locum:

Rostro novo mihi festigeri suis obtulis amo,

Haec que ciliis ventri Xenia, dixit habe.  
Plura qui cupis, lege Homitiam D. Augustini de Calendis Januariis, quam debet posteritas eruditissimo Savaroni, qui & eandem multiplici doctrina sua illustravit.

DE COLOSSO SOLIS ET RADIATA CORONA.

Colossi in urbe multi fuerunt, aenei triginta sex, marmorei quinquaginta & unus, ut testatur P. Victor in 14. urbis regione. Porro hunc colossium in 9. reg. ponit urbis notitia: Sext. Rufus in 13. reg. zdem antiquam Apollinis cum colosso collocat, denique in reg. 10. Apollinis Palatini colossium statuunt, altum quinquaginta pedibus. M. Martial. l. spectaculor. epigr. 2. & Theodoros Marcellius ibidem:

Hic ubi stiterens propior videt astra colossus.  
Et lib. 1. epigr. 71.  
Nec te detineat miri radiata colossi,  
Quæ Rhodium moles vincere gaudet opus.  
Et lib. 8. epigr. 44.

Ademque Martis & colossium Augusti.

Quo loco Augustus Martialis est Vespasianus princeps, qui dempto capite Neronis, imposuit caput Solis, septem radiis insignire; erectum enim colossium in Solis honorem, satis constat ex iis, qui de septem orbis miraculis post Plinium, Strabonem, Pausaniam, Melam & alios prodiderunt. Commodus deinde ablato Solis capite, suum imposuit. Ael. Lamprid. in eo. Herodian. lib. 1. sed de longitudine ejus anceps est controversia. P. Victor. centum duobus, C. Suetonius in Nerone cap. 31. centum viginti, si modo is est, qui in Nerone vestibulo stetit, cui consonat C. Plin. l. 35. cap. 5. Dissentit, altitudinemque ponit pedum centum decem; Joan. Xiphilin. in Vespasiano pedum ducentorum viginti quatuor; denique Eusebius l. de Temporib. & Aurelius Cassiodorus in Chronico suo consulari, pedum centum septem; ut sit mirum tantam de eadem re scriptorum discrepantiam reperiri.

Mutavit hic colossus sæpius locum, nam & in vestibulo domus aureæ Neronis stetit, ex Suetonio proxime citato, & in eo loco, ubi templum urbis erat, hoc in monte Palatino, ut multis ostendo ad Claudianum illud l. 2. de laudib. Stilich.

Convenit ad tella dea, que candida lucent Monte Palatino.

Translatum autem colossium hunc ab Adriano Aug. prodit Ael. Spartianus in eo. In sacra via stetit ostendit Dio Coccejan. l. 66. ἠπὶ τῆ ὄδῳ σπαρτιανῆν, καὶ ἠπὶ τῆ Τίτου τεταραστον ἀρχόντου, τὸ τῆς ἑπίτης τιμωροῦ καθιερωθῆν, ὃ τε κολλοσσὸς ἀπομαμαίνου ἐν τῇ ἰσπὶ ὁδοῦ ἰδρῶδη, καὶ ἠπὶ αὐτῶν τῆ τῆ ὕψος ἑκατὸν ποδῶν, καὶ τὸ εἶδος ἐὶ μὴν τὸ τῆ Νέρονος, ὃ ἐὶ τὸ τῆ Τίτου ἔχειν, Vespasiano fixum & Tito quartum consulis, templum Paris dedicatum est, & colossi sacra via collocatus, quem ferunt fuisse altum pedes centum, imago Neronis erat, vel Titi, ut aliis traditum est. Alter ejusdem est locus l. 73. ad finem, quem ut solet, ad verbum Xiphilinus descripsit; καὶ μνηστὸς ἀπομαίνου, καὶ γὰρ τὸ κολλοσσὸν τῶν κεφαλῶν ἀπομαίνου, καὶ ἰσπὶ αὐτῶ ἀντιδῶν, καὶ ῥῆπαλον δὲ, λίοντὸ τῆ τῆ χαλκῶν ὕψους, ἀεὶ Ἡρακλεῖ ἰοικίνα, Idque mihi omnes credent falsius, si intelligat eum abscisso colossi capite, sui capitis imaginem reposuisse, data ei clava, leoneque anteo subiecto, ut Herculi similis esset.

Colossus hic Soli sacer, & ob id corona radiata insignitus, talis enim diis majoribus gentium sed præcipue Soli, Jovi & Bacho. & de Sole quidem Martian. Capella l. 1. nupt. Solis Augustinum caput radiis persusum circumdanturque flammantibus. Et post: Septem radiorum coronam solivaga virginitas renudavit.

P. Ovid. l. 2. Metam. fab. 1.  
Circum caput omne micantes  
Deposuit radios.

De Jove, Claudian. de 3. Hon. consul.  
Quis non luciferum vobis cum sole videri  
Crederet, aut junctum Bromio radiare tuantem.

Et Castores. Latin. Drepan. paneg. Theodosii, *Severi credidere majores, Castores geminos, albutibus equis, & stellatis apicibus insignes: stellatum apicem interpretor corona radiata ornatum. Et Aurora. Claudian. lib. 2. in Eutropium:*

*Nec radiis redimita comam, nec flammea vultum*

Sed maxime radians Sol dicebatur L. Sen. Herc. furente act. 4. in choro: Ad cuius similitudinem viri principes, qui dii haberi volebant, similem coronam gestabant. Latinus ille Virgilianus lib. 12. *Æneid.*

*Quadrifido vehitur currui, cui tempora circum*

*Aurati bis sex radii fulgentia cingunt,*

*Solis auri specimen.*

Si ad Imperatores respicimus, longa est impietatis series, qui statuas sibi erigi & aras, fana dicari, flamines institui, non fecerit quam dii voluerunt: princeps ejus ritus usurpator Augustus, cujus species nocturna, apud C. Suetonium cap. 94. mortali specie amplior cum fulmine & sceptro exuvitque Jovis opt. max. ac radiata corona: quod fastidiosus adulator Vell. Paternulus signavit, lib. 2. historiae suae, cum intraret urbem, Solis orbis super caput ejus curvatus aequaliter, rotundatusque in colorem arcus, veluti coronam, tanti mox viri capiti imponens. Et coronas, distinctas Solis ac Lunae specie usurpat Caligula Aug. Sueton. in eo cap. 45. Alludit C. Plin. in panegy. Trajani. *Illi jam dudum radiatum caput, & media inter Deos sedes saret auro & ebore.* Sic interpretor C. Taciti verba lib. 1. *Annal.* qui ait Augustum primum specie numinis coluisse, hoc est, additis simulacro aut statuae suae radio, hasta & fulmine, quod expressum eleganter ab Aurelio Prudentio lib. 1. in Symmachum:

*Tesantur tituli, prodant consulta senatus*

*Cæsarem Jovis ad speciem referentia templum.*

L. Flor. lib. 4. e. 2. affectatum hunc ante Augustum à Cæsare dictatore, seu delatum honorem ab aliis insinuat. Itaque non ingratis civibus, omnes enim in principem, circa templa imagines, in theatro distincta radiis corona, suggestus in curia, fastigium in domo, mensis in caelo.

Sic de Cn. Pompejo tuo M. Lucan. lib. 8.

*Fulminibus manes radiisque ornabit & astris.*

Stat. de Domitiano lib. 1. Thebaid. principio:

*Ise tuis alte radiantem circumis artum*

*Imprimat.*

Et de ejus filio Silius Italic. lib. 3. Punicor.

- - - *Medinnae parens, fraterque locabant.*

*Sidere juxta radiabant tempora nati.*

Imo in privatis principum ædibus, radiata etiam corona usas, discio ex Claudiano lib. 1. de laudib. Stil.

- - - *Radiis auri Tyriaque superbit*

*Majestate thorus.*

## DE BALNEO DAPHNIDIS.

P. Victor & Sext. Rufus in quarta hac regione balineum Daphnidis reponunt, sed quale id fuerit, neuter eorum explicat. An à Daphnide servo extractum? cujus ingens pretium Cn. Pisauensi vendente, & M. Scauro licitante refertur fuisse trium millium septingentorum sestertium. C. Plin. lib. 7. cap. 39. de quo intelligendum puto M. Martialem lib. 3. epigr. 5.

*Protinus hunc adeas, primique in limine tecti,*

*Quos tenuit Daphnis, nunc tenet ille Lares.*

An quia Apollini sacrum? in cuius tutela laurus, quæ frequenter circa balnea, aut in ipsis balneis crescebat; quam ex Plinio & aliis Daphnem vocari ab etymologia. Graeca apertum est; quod luculentum carmine ejusdem Martialis conitat, lib. 12. epigr. 50.

*Daphnonas, platanos, ac aërias cyparissos,*

*Et non minus balnea solus habes.*

Qua occasione venit in mentem celebrata Daphnes oppidi prope Antiochiam historia: cujus meminit Philostratus Lemnius in vita Apollonii Thyaxii lib. 1. cap. 12. ubi & lucus ingens, & opacus, fontanis aquis irriguus, in cuius medio est sanum Apollinis, & Dianæ, & asyllum, prope urbem Orontes labitur, ad ad Strabonem Geograph. lib. 16. nomen urbi indubie à lauro spectatissima defumitur, quæ magna copia ibi visitur. D. Aufon. in urbibus de Antiochia & Alexandria:

*Tertia, Phœbæ lauri domus, Antiochia.*

Cn. Pompejus Daphnensibus aliquantum agrorum dedit, quo lucus ibi spatiosior fieret, delectatus amœnitate loci, ut loquitur Eutropius lib. 6. Ammianus Marcellin. lib. 19. *amœnum & ambitiosum Antiochia suburbanum Daphnem appellat.* Est & constitutum, ne arbores inde cadantur, lara à Theodosio C. de cupressis ex luco Daphnensi, vel pascuis per Ægyptum non excidendis l. 11. Non ergo in hoc luco tantum lauri, sed & magna aliarum arborum copia. Priscian. Cæsariensis ex Dionysio in Periagesi:

*Hic nemorosa virent Daphnes loca, celsa cupressus*

*Erigitur, ramos innectit laurus odora,*

*Crine Dionæo myrtus distenditur, alta*

*Consurgunt pinus, & calum sibi la pulsant*

*Robora, molliconis tellus infernitur herbis.*

Eadem Claudian. lib. 3. de raptu Proserp.

*Tollebant gemina capita inviolata cupressus*

*Cespite vicino, quales non rupibus Idæ*

*Miratur Simois, quales non divite ripa*

*Lambit Apollineæ nemoris nutritor Orontes.*

## REGIO QUINTA, ESQUILINA CUM TURRI ET COLLE VIMINALI.

Mons Esquilinus, aliàs, Cispius, Oppius & Septimius.

Mons Viminalis, aliàs, Fagutalis.

Aggeres Tarquinii Superbi.

Clivus Urbicus.

Vicus Patricius.

*Figlina.*

Puticuli, aliàs, Puticulæ in Esquiliis.

Spes vetus.

Vici XV.

Vicus Sucusanus.

Vicus Ursi pileatis.

Vicus Minervæ.

Vicus Ustrinus.

Vicus Palloris.

Vicus Sejus.

Vicus Silvani.

Vicus Capulatorum.

Vicus Tragædus.

Vicus Unguentarius.

Vicus Paullinus.

Vicus Pafiores.

Vicus Caticarius.

Vicus Veneris placidæ.

Vicus Junonis.

Vicus Africus in Esquiliis antiquus.

Vicomagistri LX.

Curatores II.

Denunciatores II.

Stationes cohort. vigillum VII.

Tabernola.

Tres tabernæ.

Lucus Poëtilinus.

Lucus Fagius, aliàs, Fagutalis.

Lu.

Lucus Esquilinus.  
 Lucus Querquetularius.  
 Lucus Mephitis.  
 Lucus Junonis Lucinæ.  
 Lucus Viminalis, alias, Jovis Viminei.  
 Lucus Rubiginis.  
 Templum Jovis Fagutalis, alias Viminei.  
 Templum Junonis Lucinæ.  
 Templum Minervæ Medicæ Pantheum.  
 Templum Silvani sub Viminali cum porticu.  
 Templum Æsculapii.  
 Templum Veneris Erycinæ ad portam Collinam cum porticu.  
 Ædes Veneris Verticordiæ extra portam Collinam, via Salaria.  
 Ædes Rubiginis via Nomentana, extra portam Catulariam.  
 Ædes Quietis extra portam Collinam.  
 Ædes Felicitatis.  
 Ædes Malæ Fortunæ.

*Ædicula XVI.*

Ædicula Fortunæ Seix.  
 Ædicula Veneris placidæ.  
 Ædicula Castoris.  
 Ædicula Pollucis.  
 Ædicula Silvani.  
 Ædicula Apollinis.  
 Ædicula Cloacinæ.  
 Ædicula Herculis.  
 Ædicula Mercurii.  
 Ædicula Martis.  
 Ædicula Lunæ.  
 Ædicula Serapidis.  
 Ædicula Vestæ.  
 Ædicula Cereris.  
 Ædicula Proserpinæ.  
 Ædicula Fortunæ parvæ.  
 Sacellum deæ Næniæ extra portam Viminalem.  
 Sacellum Querquetularium.  
 Sacellum Jovis Fagutalis.  
 Ara Jovis Viminei.

Ara Malæ Fortunæ.  
 Hercules Silvanus.  
 Isis Patricia.  
 Amphitheatrum Castrense.  
 Circus Aureliani cum obelisco.  
 Forum Esquilinum.  
 Basilica Sicini.  
 Regia Servii Tullii.  
 Campus Esquilinus.  
 Campus Viminalis sub aggere, in quo erat ædicula Fortuna parvæ.  
 Horti Mecœnatis cum turri.  
 Horti Plautiani, alias, Planciani, alias Pallantiani.  
 Horti Torquatiani.  
 Castra Prætoria.  
 Vivarium.  
 Thermæ Olympiadis.  
 Thermæ Novati.  
 Balineum Pauli.  
 Balinea privata LXXV.  
 Nympheum Alexandri Imp.  
 Lavacrum Agrippinæ.  
 Lacus Promethei II.  
 Lacus sine nomine CLXXXIX.  
 Castellum aquarum Marcia, Julia, & Tepulæ.  
 Arcus Gallieni.  
 Macellum Livianum.  
 Horrea XXIII.  
 Pistrina XXI.

*Domus CXXC. In his:*

Domus Regis Ser. Tulli.  
 Q. Lutatii Catulli.  
 M. Licinii Crassi divitis.  
 Aquilii Jurisconsulti.  
 P. Virgillii Maronis.  
 Propertii.  
 Aul. Persii.  
 C. Plinii Junioris.  
 Licinii Imperatoris.  
 Insulæ ∞ ∞ DCCCL.  
 Regio habet in ambitu pedes CCIO. IOO DCCCL.  
 id est, 15950.

PARALIPOMENA.

*Ad Regionem quintam.*

DE PALLORE.

**P** Alloris vicum in quinta regione ponunt notitia urbis, & Sext. Rufus, qui & ædiculam eidem erectam in eadem hac regione scribit; vere, an secus ambigo. Cultum quidem, ut omnes alios affectus humane mentis prodidit D. Augustin. de civit. Dei l. 4. cap. 23. & amplius Lactant. Firmian. l. 1. Divinar. Instaur. cap. 20. Pavorem Palloremque Tullus Hostilius figuravit, & coluit, quid de hoc dicam, nisi dignum fuisse, qui semper deos (sicut optari solet) præsentibus haberet? ut sit mirum non describi a Topographis urbis, cum luculenta extet T. Livii narratio l. Dec. l. 1. Tullus Hostilius in re trepida duodecim vocat Salios, sanaque Pallori ac Pavori, equitem clara increpans voce, ut hostes exaudirent, redire in prælium jubet. Sed non in urbe, verum extra urbis pomerium Pallori structam ædem loquitur Pylarchus in Cleomene. Ipsi autem auctores tantum ea

quæ in ipsis mœnibus continentur, descripserunt.

Et resic Pallorem communi cum Pavore fano coluerunt, quia ex timore seu pavore nascitur pallor, antequam pallescimus exanguis finis, inquit Servius l. 2. Æneid. v. 214.

*Diffugiunt visu exanguis.*

Sive, ut idem loquitur ad v: 30. l. 3. Æneid. pallor nascitur, cum se ad præcordia fugiens contrahit sanguis. M. Tull. l. 5. de finib. bon. & malor. Quis est enim, aut quotusquisque, cui, mors cum appropinquet,

Non refugiat timidus sanguis, atque exaltescat metu. Atque ita semper poetæ: alios citari nihil expedit. Unicus satis erit Claudian. l. 2. in Rufin.

*At procul exanguis Ruffinum perculit horror,*

*Insula pallore gena.*

MS. meus discrete, & melius:

*Exsanguem Ruffinum perculit horror.*

Idem lib. de bello Gildon.

*Semper pallescit regia Bacchi.*

Et eodem opere:



*Palſida tranſlatam jam ſentiat Aſria Rhenum.*  
Nempe calamitatis metu ventura: idem paneg. de 3. Honorii conſul.

*Fanulis Gangem pallescere ripis.*

## DE RUBIGINE AUT RUBIGO DEO.

Ut Furias & Tempeſtatem, aliaque pejoris mundi numina veteres coluerunt, ita & *Rubigum*, ne obſeſſet. T. Livius 1. Dec. libr. 1. in Numæ regno. Laſtant. Firmian. libr. 1. cap. 20. *Hæc enim ſemper eſt excuſatio eorum, qui mala ſua pro diis habent, ut Romani Rubiginem ac Febrim.* M. Terent. Varro Rei Ruſt. libr. 1. cap. 1. *Quarto Rubigum & Floram, quibus propitiis neque rubigo frumenta atque arbores corrumpit, neque non tempeſtate florent: itaque publice Rubigo ſeria Robigalia, Floræ ludii Floralia inſtituti. Quæ ille Robigalia, Servius inſia citandus Rubiginalia appellat.* Jun. Columella libr. 10. de Re Ruſtica:

*Hinc mala Rubigo virides ne torreat herbas, Sanguine lætentis vituli placatur & extis.*

P. Virgil. lib. 1. Georg.

*Mox & frumentis labor additus, ut mala fruges Eſſet Rubigo, ſignisq; horreret in arvis Carvæus.*

Vatro de Ling. Lat. 1. 5. *Robigalia ab Rubigo diſta. ſecundum ſegetes huic Deo ſacrificatur, ne rubigo occupet ſegetes. Sed quale illud ſacrificium? controverſum. Moderatus Columella ſupra citatus, ſanguine lætentis vituli.* P. Ovid. lib. 4. Faſtor.

*Flamen in antiqua lucum Rubiginis ibat, Extæ canis flammis, extæ daturus ovis.*

Sequitur deinde votorum conceptio:

## REGIO SEXTA, ALTA SEMITA.

Mons Quirinalis, alias, Agonius, Salutaris, Latiaris, & Mutialis.  
Campus Sceleratus ad portam Collinam.  
Clivus Publicus.

*Vici XIII. alias, XII. non enim connumerant vicum Bellonæ.*

Vicus Bellonæ, extra numerum.  
Vicus Mamuri.  
Vicus Albus.  
Vicus Publicus.  
Vicus Floræ.  
Vicus Quirini.  
Vicus Flavius.  
Vicus Fortunarum.  
Vicus Paccius.  
Vicus Tiburtinus.  
Vicus Salutis.  
Vicus Calidianus.  
Vicus Maximus.  
Vicus Muſtellarius antiquus, extra numerum.  
Vicomagistri XLVIII. alias, LII.  
Curatores II.  
Denunciatores II.  
Cohortes vigilum III.  
Capitolium vetus.  
Malum Punicum.  
Decem tabernæ.  
Ad Gallinas albas.  
Pila Honoris.

*Aſpera Rubigo parcas Cerealibus herbis;*

*Et tremat in ſumma læne cacumen humi.*

Sacrificium hoc medio vere offerri ſolium, ut eſt in falſis Capitolinis, hoc eſt, ſeptimo Calendas Majas. Feſt. Pomp. l. 16. *Robigalia dies feſtus 7. Calendas Majas, quo Robigo Deo, quem putabant rubiginem avertere, ſacrificabant.* Concoſi ei C. Plin. lib. 18. cap. 29. *Tria tempora ſuicibus metuebant propter quod inſtituerunt ſerias, dieſque feſtos, Rubigalia, Floralia, Vinalia. Rubigalia Numa conſtituit, anno regni ſui undecimo, quæ nunc aguntur ad ſeptimum Calendas Majas, quoniam tunc fore ſegetes rubigo occupat. Alii uno die prius, hoc eſt, ſexto Calend. Majas volunt celebrari iſtud ſacrum.* Alexand. Neapolitan. lib. 6. cap. 8. *At diſſentit Servius Honoratus ad l. 1. Georgic. v. 151. Rubigo genus eſt vitii quo culmi pereunt, quod à ruſticanis calamitas dicitur, hoc autem genus vitii ex nebula naſci ſolet, cum nigreſcunt, & conſumunt frumenta, inde & Rubigus Deus, & ſacra ejus decimo Calend. Majas Rubiginalia appellantur, ſed hæc res abſiſive rubigo dicitur: nam proprie rubigo eſt (ut Varro dicit) vitium oſſiana libidinis, quod huleus vocatur, id autem abundantia & ſuperfluitate humoris ſolet naſci, quæ grece caropiacis dicitur.* Legantur D. Auguſt. l. 4. de civ. Dei. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1. *altis nota. Hinc metaphoriſe loquendi rubigo apud Sidonium Apollinar. lib. 8. epiſt. 6. & rubiginem linguæ abſtergere dixit D. Hieronym. in epiſtolis, de Malcho monacho; & ſtylum rubigine, & ſtra obduci, idem in Epiſtolis in Epitaphio Nepotiani. Denique M. Accius Plaur. Rudente act. 5. ſc. 2.*

*Hoc volo hic ante oſtium extergere:*

*Nam hoc pol quidem eſt rubigine, non eſt ferro factum eſt.*  
Ex quo loco alia ſignificatio hujus nominis, quam ab aliis ſupra diſcere poſſumus.

## Templa XV.

Templum Salutis in colle Quirinali.  
Templum Serapium, alias Serapidis.  
Templum Apollinis & Clatræ.  
Templum Floræ.  
Templum Veneris hortorum Salluſtianorum.  
Templum Quirini cum porticu.  
Templum Minervæ Flavianæ.  
Templum Fortunæ Sejæ.  
Templum aliud Salutis.  
Templum Fidei.  
Templum Fortunæ liberæ.  
Templum Fortunæ ſtatæ.  
Templum Fortunæ reducis.  
Templum Fortunæ publicæ.  
Templum Fortunæ primigenæ.  
Ædes divi Fidii in colle, alias, Sancti Fidii Semipatris.

## Ædicula XVI.

Ædicula Fortunæ parvæ.  
Ædicula Genii Liberorum.  
Ædicula Genii Larum.  
Ædicula Dianæ Valerianæ.  
Ædicula Junonis Juliæ.  
Ædicula Spei.  
Ædicula Sangi, in qua lana, colus, & fuſus Ta-naquillis.  
Ædicula Silvani.  
Ædicula Veneris.  
Ædicula Herculis.  
Ædicula Victoriæ.

E

Ædi.

Ædicula Matutzæ.  
 Ædicula Liberi patris.  
 Ædicula Saturni.  
 Ædicula Jovis.  
 Ædicula Minervæ.  
 Sacellum Quirini.  
 Porticus Quirini.  
 Porticus Milliaris.  
 Area Callidii.  
 Statua Quirini alta pedes xx.  
 Statua Mamuri plumbea.  
 Statua Fortunæ publicæ in colle.  
 Statuæ duæ marmoreæ Alexandri Magni Bucephalum domantis, Phidiæ & Praxitelis.  
 Circus prope portam Collinam, juxta Ædem Veneris Erycinæ, cum obelisco, forte Sallustii.  
 Circus Floræ.  
 Forum Sallustii.  
 Forum Diocletiani.

Senaculum Matronarum in colle Quirinali, quod Antonius Alagabalus fecit.  
 Horti Sallustiani.  
 Thermæ Diocletiani & Maximiani.  
 Thermæ Constantini in colle.  
 Balinea Paulli.  
 Balinea privata LXXV.  
 Lacus LXXV.  
 Bibliotheca Ulpia in Thermis Diocletiani.  
 Horrea XIX.  
 Pistrina XXIII.  
 Domus CLV. *In his:*  
 Domus Corneliorum.  
 Domus Attici.  
 Domus C. Sallustii.  
 Domus Titi Flavii Sabini.  
 Insulæ CIO CIO CIO IOV. id est; 3505.  
 Regio in ambitu continet pedes CCIOO. IOO IOO. id est, 15600.

## PARALIPOMENA.

## Ad Regionem sextam.

## DE SALUTE.

**S**alutem divino honore cultam, sanamque juxta portam salutare habuisse, in monte Quirinali testatur Festus l. 17. Sext. Rufus in *alta semita*, P. Victor in 6. reg. Templum ejus frequenter memoratur. Bartholom. Marlian. Topogr. lib. 5. cap. 24. lib. 2. cap. 5. diæque dedicationis aut inaugurationis, natalis Salutis appellabatur; M. Tull. l. 4. ad Atticum. epist. 1. & observat eruditissimus Adrian. Turneb. lib. 2. Adversarior. cap. 11. T. Liv. 4. Dec. l. 10. *Decemviri libros inspicere, consul Apollini, Esculapio, Salutis dona vocare, & dare signa inaurata, quæ vocis, deditque.* Idem 5. Dec. l. 1. *Senatus majoribus hostiis usque ad litationem sacrificari jussit. Ceteris diis perlitatum ferunt, Salutis Petilium perlitasse negant.* Sunt & nummi apud Lazium lib. 3. Comment. Reip. Rom. cap. 12. quorum inscriptio SALUS PUBLICA. Neque vero placet eorum opinio, qui censent Salutem ab Augusto principe consecratam, cum Cicero votum ei sanum ante Augusti imperium testetur lib. 2. de Natura deor. *Vides Virtutis templum, vides Honoris à Marco Marcello renovatum, quod multis ante annis erat bello Ligustico à L. Maximo dedicatum, quid Opis, quid Salutis, quid Concordiæ, Libertatis, Victoriæ? quænam omnium verum, quia vis erat tanta, ut sine deo regi non posset, ipsa res deorum nomen obtinuit.* Eique ædem dedicavit primus Q. Jun. Bubulcus. Liv. 1. Dec. lib. 10. & fuit à Fabio depicta anno urbis 450. C. Plin. lib. 35. cap. 4. duravitque ea pictura usque ad Plinii ætatem. Renovavit itaque Augustus abolitum jam & intermissum Salutis Angurinum. non consecravit. C. Sueton. in eo cap. 31. Atque *Salus* ista Publica dicebatur. Joan. Saresber. Policratic. l. 3. cap. 1. seu, ut alii loquuntur. popularis. Testis mihi Dio Cocceian. *ὕμνια δὲ δημοτικὰ καὶ ἀριστοὶ δημοτικὰς εἰρήνης τε ἰσχυρὸν εἰκόνας.* Salutis autem popularis, concordiaque, ac pacis posuit imagines. Vide locum versus finis libri 54.

Dedicatio incidit in diem tertium Calendas Apriles; fasti, & Ovid. l. 3. Pastor. in fine:

*Janus adorandus, cumque hoc Concordiæ mitis,*

*Et Romana salus, avaræ Pacis erit.*

Diu vero post hac tempora, Nerone videlicet imperante, ædes Salutis structa, quod video observatum à Joanne Cuspiniano in Fastos Aurelii Cassiodori ex C. Tacito l. 15. Annal.

Quod Romanis erat Salus, id Græcis *θεὸς Σαῦτης*, dii sal-

vatores. Ælian. lib. 1. var. Histor. cap. 30. *Συνοδοῦ τῶν ἰσθμῶν διώξαντες δῖοι κεραι, τοῖς δειλαῖσι γινάμεθα σαῦτες, ἴθα καὶ ἀγαθὸν παραδάται, τούτο δὲ τὸ λεγόμενον ἐπὶ τῶν βῆαν πέτραι.* Velociter persequentes arreperimus miseris quasi Dioscuri salvatores, & opiferi salutem ferentes, quod communis proverbio de his diis vulgatum est. Heliodor. Æthiopic. l. 9. Nilum vocat σαῦτην Ἀγυῶτιν, servatorem Ægypti, & post eodem libro *θεὸς σαῦτης ἀνεβήσαν, dii salvatores exclamant.* Penes hos urela & salus hominum esse credebatur, quique præsto aderant gravi aliquo periculo afflictis, & in angustia constitutis. Jul. Pollux Onomast. lib. 6. cap. 16. *ἄσπερ καὶ διὸς σαῦτηρ κρατὴρ ἰσθμῶν ἦν. Σέντι & Jovis salvatoris poculum sanum est.* Ex quo loco liquet salvatorem hunc Deum Jovem fuisse. Et Athenæus meminit lib. 15. cap. 20. ἀγαθοῦ δαίμονος καὶ διὸς σαῦτης, Boni Genii, & Jovis salvatoris, quem Græci æde structa venerabantur. Pausan. Corinthiac. Neque tantum ibi sed & in Epidauriorum finibus aliud fuit templum erectum. idem Pausan. in Laconic. Neque omnittendum in omni convivio primam calicem Jovi Olympio, secundum heroibus, tertium Jovi salvatori offerri solum, scholastes Pindari ex Æschyli & Sophoclis Tragediis ad oden 6. Isthmior. & ex illo eadem prodidit Gerardus ad Aristophaneum illud in Pluto act. 4. sc. 3.

*Νῦν τὸν διὰ τὸν σαῦτην πολλοῦ γ' ἄξιον*

*\*Ἄπασι τοῖς ἑλλησπιν ὁ θεὸς ἰσθμῶν.*

Vertit Nicodem. Frischlinus:

*Ne, per Jovem servatorem, magni hic deus*

*A Græcis fieri possitac debet omnibus.*

Et in eadem Comœdia:

*Τὸν οὖν διὰ τὸν σαῦτην καλῆς μοι δεῦρ*

*Χαίρει ἰδίας.*

Interpretatur idem:

*Mihi itaque visum sospitatorem ut Jovem*

*Valere sinam.*

Nec tantum Jupiter sic cognominabatur, sed quicumque in difficili & accipiti angustia constitutis liberaturi subvenissent. Heliodor. Æthiopic. l. 2. *σαῦτῶν σι καὶ θεὸς ἰσθμῶν ἡγέσομαι, servatorem te memm ac diis æqualem dicitur.* Idem hic tenet. or. seu salutem adferens deus, Dioscurus, ut ex Æliano liquet, appellabatur; quo nomine geminos Castorem & Pollucem, doctiores intelligi voluerunt. Tzetzet, & Joan. Meursius ad Lycophronem multa erudite, meo judicio, ubi Jovem servatorem ipse poeta à Laperis seu Geminis distinguit pag. 36. & *λατῖσαι* quidem ab oppido Laconia, Strabo lib. 8. & Steph. in *λαῖς*, Eriphus apud Athenæum lib. 4. cap. 3. Jul. Pollux Onomast. l. 7. cap. 2. Hi autem non à quibuslibet pericu-

lis, sed tempestatibus, liberare credebantur, passim omnes poëta; adi ad Homerum in hymno iis dicato, Plinium lib. 2. cap. 37. & Claudian. de bello Gildon.

*Caca sub nocte vocati*

*Nanfraga Ladaei sustentant vela Lacones.*  
Dicam infra lib. 2. cap. 18. Interim hic corrigatur locus e codice Fulgentii, sive, ut alia præferunt membrana, Fabii Planciadis lib. 2. Mytholog. cap. 16. Ex hoc ovo generantur tres, Castor, Pollux, & Helena, nihilominus seminarium in Italiâ & discordia sicut antea diximus, Et geminum luctu concessit adultera mundum. Mutila & manca indubie ferentia, quam eleganter supplet manuscriptus codex, in quo sic legitur. Castor, Pollux & Helena; Helena quidem ponitur quasi seminarium scandalâ & discordiâ, sicut antea diximus:

*Quæ geminum luctu concessit adultera mundum.*

Denique salutare hi diti *απαρσάδας*, opitulantes, opem adferentes vocantur, apud Ælium supra citatum, quam dictionem latiorum fecit Cœlius Rhodigin. Antiquar. lect. lib. 13. cap. 15. Significationem ad rem in iudicio disceptatam tradidit Julius Pollux lib. 1. Onomast. cap. 10. *απαρσάδας*, qui alicui adfuit, & *απαρσάσθαι*, est, in iudicio alicui adesse; Plato apud eundem lib. 8. cap. 6. alludere, ut solent, Poëtæ; P. Ovid. lib. Metamorph. fab. 9. Apollo de se:

*Opiferque per orbem*

*Dicor.*

Ex quo Q. Sammonicus Serenus lib. de Medicina:

*Phœbe salviserum, quod pangimus, asserere carmen,  
Inventamque tuum prompto comitare favore.*

Albius Tibull. lib. 1. eleg. 3.

*Nunc dea, nunc succurre mihi.*

Coripp. lib. 1. Num. 1.

*Et fer opem quaeso.*

PARALIPOMENA.

De Sango Deo & lanificio Tanaquillis.

*Sangi* zdiculam, vicum, sacellumque in urbis Romæ regionibus celebrant Sext. Rufus, P. Victor, Onuphrius, aliique, sed quis ille sit deus non est adeo exploratum, ut præmitti debeat. Herculeum esse contendit Festus lib. 14. Propter etiam sit sacrificium, quod est proficiendum gratia Herculi aut Sango, qui scilicet idem est deus. Et Paulus ex Festo in schedis; Profecturi etiam Herculi, aut Sango sacrificabant. Quem illi Saneum vocant, Dionysius Halicarnassensis lib. 2. *Saneum*, Sabinorum deum, cuius filius Sabus nomen genti imposuit. Sed malo, *Saneus*, præsertim in tanto veterum codicum consensu. Martian. Capella de Nuptiis Mercurii Philologiaque lib. 1. Venit ex altera Fortuna, & Valetudo, Pavore, & Manibus resuratis, quippe hi in conspectu Jovis non poterant advenire, ex duodecima Saneus tantummodo advocatur. Lactant. Firmian. lib. 1. divinar. Instit. cap. 15. Summa veneratione coluerunt, Ægyptii Isidem, Mauri Jubam, Macedones Cabyrum, Peni Uranum, Latini Fannum, Sabini Saneum, Romani Quirinum. Unde corrigendus M. Cato in originibus pag. 19. Equicolos tenent Sabinus, à Sabo conditi, Sabatio Sango gentilitio, inde ad fontes Arni amnis Sabelli Sabinorum proles incolunt, Sanguis gentilis Sabinos pronunciant Sabini, Saneum Romani, Sagani Barbari, à quo & Sagi primi Thusi, id est, pontifices & sacri expiatores; legendum, utputo, Sabatio Sango aut Sanci, quod verius est; gentili hunc eundem volunt esse Saneum; & quidam in citato Festi loco non Sango, sed Sango, reponant. Lilius Gyraldus Ferrariensis hist. deor. gentil. syntag. 1. de quo Sext. Propert. lib. 4. eleg. 10. in fine:

*Sancie Pater salve, cui jam fueret aspera Juno.*

*Sancie, velis libro dexter inuisse meo.*

*Nunc quoniam manibus purgatum iunxerat orbem,*

*Sic Saneum Tatii compungere Cures.*

Posterior versus dupliciter corruptus fuerat, primum *Saneum* scribebatur, quasi non esset nomen proprium: dein-

de *Tatii Cures*. Jos. Scaliger legendum censuit *Tatii*. Et sic legendus Silius Italic. Punic. lib. 8. 421.

*Ibant, & lati pars Saneum voce canebant  
Auctorem gentis, pars laudes ore ferebant,  
Sabe, inas, qui de proprio cognomine primus  
Dixisset populos magna ditone Sabinos.*

In primo versu, antea male, *pars Saneum voce*, In tertio, *patrio de nomine*; pessime; neque enim à patrio nomine, id est, Sanci, seu Sanci, seu Sanci, dicti Sabinus, sed à Sabo, Sanci filio. Francisc. Mod. Novantiquar. lect. Epist. 48. Tranlatus Romam hujus cultus sub Tatio rege, una cum Fidio. Marlian. lib. 5. cap. 24. Topogr. Cultus Nonis Junius. P. Ovid. lib. 5. Fastr.

*Querebam Nonas Saneum, Fidione referrem.*

*Au tibi Semo pater? cum mihi Saneum ait;*

*Cuiusque ex Isis dederis, ego nomen habebō,*

*Nomina terna sero, sic voluere Cures.*

In ade Quirinali monte Dei Sanci seu Sanci, asseveratum Tanaquillis eolum scribit Onuphrius in Roma sua pag. 180. C. Plin. lib. 8. cap. 48. *Lanam cum colo & fuso Tanaquillis, quæ eadem Caja Cæcilia vocata est in templo Sanci, durasse prode se auctor est M. Varro, factamque ab ea togam regiam undulatum in ade Fortuna, qua Ser. Tullius fuerat usus. Indefactum ut nubentes virgines comitaretur colus compta, & fuso cum flamine. Ex quibus laudatissimum in matronis lanificio opus coajicere non est obscurum fuisse. Moderat. Colum. lib. 12. Rei Rust. cap. 3. *Pluvii diebus vel cum frigoribus aut pruiniis mulier sub dno rusticum opus obire non poterit, ut ad lanificio redueatur, preparata sint & pectus lana. Ac primum ignobiles servæ diurna pensa à dominis suis præscripta trahabant. Ovid. Epist. Briseidis:**

*Nos humiles famulæque tuæ data pensa trahemus,*

*Et minuent pleuas flamina nostra colus.*

lisque quadam præposita. Claudian. l. 1. in Eutrop.

*Tu potes alterius studiis herere Minerve,*

*Tu telas non tela pati, tu flamina nosse,*

*Tu seque operum, solers urgere puellas.*

Et virgines in sacerdotii munere castitate mira educat lanificio erudiebantur. Fest. l. 16. *Rica est vestimentum quadratum, fimbriatum, purpureum, quo Flaminica pro palliolo utebantur. Alii dicunt, quod ex lana fiat succida alba, quod consuevit virgines ingenue patrima matrima civis. Augustus apud Suetonium in eo cap. 73. veste non temere alia quam domestica usus est, ab uxore, & sorore, & filia neptibusque confecta. Xenoph. libro tertio memorabilem: "Ἐν δὲ ταλασίᾳ καὶ τὰς γυναῖκας ἐπιδείκνυν ἀρχοῦσας τῶν ἀνδρῶν, διὰ τὸ τὰς μὲν εἰδέναι, ὅπως γὰρ ταλασίᾳ γίνονται, τοὺς δὲ μὴ εἰδέναι. In lanificio etiam mulieres civis præesse monstrabat, quod illa sciunt, quo pacto lanificio sit exercendum, viri contra ignorent. Idem lib. 5. Memorab. "Ἄλλαι δὲ σοὶ ἔφη ἰγῶ. ἰδίαι ἐπιμύλαιαι ἄγναι, ἰδίαι σοὶ γίνονται, ὅπῃ ταν ἀνεπισήμονα ταλασίας λαβοῦσα, ἰτισήμονα ποιήσῃ, καὶ διπλασίῳ σοὶ ἀξία γίνονται. Smit & alia, inquam ego, curationes propriae tuæ, mea uxor, future non injucunde, ut cum imperitam lanificii nacta, peritam effices, atque ea tibi deinde duplo plus erit. Pensum istud ancillis non semper ab eurucho aliquo & ancilla præscribebatur, ut ex Claudiano supra lib. Ovid. 2. Fast.*

*Famule data pensa trahabant.*

Sed etiam ab ipsa matrefamilias. Xenophon eodem lib. Ὅω γὰρ ἀγαπῶν σοὶ δοκεῖ εἰ μόνον ἄλλῃ ἐπιστῆμῃ, ἔργα παραλοῦσα, ἰμάτιον ἀποδείξαι, καὶ ἰσχυρίαι ὡς ἔργα ταλασία θεραπαίνας δίδοται. An non autem boni consulendum tibi videtur, quod saltem venerit perita consuetudine accepta lana vestem, ac animadversa ratione pensu ancillis dandi? Convocat omnes quaslibet, familiæque sordidissimam partem. Petron. Satyr. pag. 310. distribuatur vitius diurnus his ancillis pro operis ratione. Claudian. lib. de bello Gildon. alluit:

*Gaudetque diurnus*

*Ut famula præbere cibos.*

Et erat gynæceum seu conclave in penitentiōi ædium parte.

Ἐλάμος ἰστῶν ταλασίηρος οἶκος. Thalamus esclatum, domus

*eperosi lanificii.* Jul. Poll. lib. 1. cap. 8. ad eundem l. 7. c. 10. Hesychius Grammatic. γυναικωρίς, οίκος γυναικῶν, domus mulierum. Eustath. ad l. 2. Iliad. v. 515. thalamum vocat hujusmodi gynæceum, lanificiis aptum. Egrege in Lucretia historia Ovid. lib. 2. Pastor.

*Et venit in thalamum nupta pudica tuos.*

Cum ante dixisset:

*Inde cito passu petiit Lucretia, cuius*

*Ante thorum calathi, lanaque mollis erat.*

Lucil. lib. 6. Satyr.

*Thaemonio, inquit, valva fororem*

*Lanificam dii sicant, atque absentiam ubi audit.*

D. Hieronym. in Epist. ad Demetriadem virginem. Habeto semper lanam in manibus. Serv. ad v. 646. l. 8. Æneid. Ingressi itaque civitatem Collatinam ubi Lucretia domus, invenerunt eam lanificio operam dantem, & tristem propter mariti absentiam. Morem hunc non Romanum tantum, sed & peregrinum certum est fuisse. Alexander apud Q. Curtium lib. 5. Hanc vestem, qua indutus sum, fororum non solum donum, sed etiam opis vides. Et Xerxes donatus est ab Amestri uxore sua ancilio, quod ipsi venerat. Herodot. lib. 9. Unde senarius ille comicus:

*Ἴσον γυναικῶν ἴεγα κ' οὐκ ἰκνηστας.*

*Tela femininarum opera, non conciones.*

Apud Homerum infinita pene exempla. Nam Calypso nympha Atlantis filia à Mercurio lanificiis occupata deprehenditur, l. 5. Odyss. & Penelope noctu telam retexit, quam die texerat, l. 18. & Pallas pavementum Jovis integripello, quod ipsa paraverat suis manibus l. 8. Iliad. ad l. 12. Iliad. in fine. Celebre refertur de Theano Bronini Crotoniata uxore, ut vult Plotinus, aut Pythagora, quod placuit Theocrito, qua rogata, quam uxorem commendaret, ut retulit Joan. Stobæus serm. 72. respondit versu Homericò è l. 1. Iliad. de Agamemnone:

*Ἴσον ἰτοχόμην, καὶ ἴμὸν λήχος ἀντίοισαν.*

*Telam texentem, & meum lectum sternentem.*

Sappho apud Hephæstionem:

*Πυκνὰ μάρτεγ' ἔτοι δὴναμαί κλέειν τὸν ἴσον*

*Πόθω δαμύστα παιδὸς, βραδινὰν δὲ ἀρροδίταν.*

*Dulcis mater non possum texere telam,*

*Amore cæca pueri per aciem Venerem.*

Pindar. Pythior. od. 9. de Cyrena:

*ἄ μὲν δὴ ἴσον παμυδά.*

*μὲν ἐπίλασεν ἰδὸς,*

*ἔτε δέσπινον κύκριαν*

*μὴ ἔταρᾶν τέρας.*

Hæc neque telarum retrogradas amavit vias, neque cenarum oblectationes inter domesticas solas. Ovid. lib. 1. Amor. cleg. 13.

*Tu ne feminei possint cessare lacerti,*

*Lanificam revocas ad sua pensu manum.*

Idem libr. 12. Metamorph. fab. 5.

*Quid sis nata, vide, vel quid sis passa, colamque*

*I, cape cum calathis, & stamina pollice torque.*

Inde gloria nobilibus matronis, aut heroinis præcis, vestes filii, maritis, amicisque descenditibus manibus propriis confectas dedisse, de Alexandro & Xerxe antea. Claudian. libr. 1. de rapto.

*Ipsa domum tenni mulceus Proserpina cantu*

*Irrita tæxerat reditura muneræ matri.*

Et de consul. Olyb. & Probin:

*Letatur veneranda parens, & pollice docto*

*Jam parat auratas trabeas, curruisque micantes*

*Stamine.*

Et in epigr. de Equo Honorii:

*Et medium te zona liget variata colorum*

*Floribus, & casta manibus sudata Scream,*

*Persarum gentile decus.*

Silius Italic. libr. 7.

*Quod nosra necere manus venerabile donum.*

Virgilius multis in locis aliis observatus, libr. 3. Æneid. Andromache ad Alcanium;

*Vestes manuum monumenta matrum.*

Libr. 4. Æneid.

*Dives qua numera Dido*

*Fecerat, & tenui telas distreverat antro.*

D. Aufon. Parental. carm. 3.

*Morigera uxoris virtus cui contigit omnis*

*Fama pudicitia, lanificaque manus.*

Et ejusdem operis carm. 13.

*Docta satis vitæque colo, famamque tueri,*

*Docta bonos mores.*

D. Juvenal. Sat. 6. vers. 286. de frugalitate antiquarum matronarum:

*Somnique breves, & vellere Thysio*

*Vexata, duæque manus.*

C. Flac. Sertinus libr. 5. Argonautic.

*Accipe Tænari chlamydem de sanguine ahaui,*

*Frænaque, & accinctum gemmis fulgentibus enses,*

*Hoc patrium decus, hæc materni, texta, labores.*

Estat veteris marioris pulcherrimum fragmentum, quod non gravabor adscribere, quoniam illo præcipua matronalis encomii continentur, licet incerto auctor:

*Hospes quod divo, paulum est, asta, ac pellege,*

*Hic est sepulchrum haud pulchrum, pulchrai famique*

*Nomen parentes nominarunt Claudiam,*

*Suam marito corde dilexit suo.*

*Gnatos duos creavit, horum alterum*

*In terra lignit, alium sub terra locat.*

*Sermone lepido, tum autem incessu commodo:*

*Domum servavit, lanam fecit, dixi, abci.*

## REGIO SEPTIMA, VIA LATA.

### Vici XL.

Vicus Ganymedis.  
 Vicus Gordiani minoris.  
 Vicus Novus.  
 Vicus Caprarius.  
 Vicus Solis.  
 Vicus Gentianus.  
 Vicus Sanci.  
 Vicus Herbarius.  
 Vicus Mansuetus.  
 Vicus Sigillarius minor.  
 Vicus Solatarius.  
 Vicus Fortunæ.  
 Vicus Spei majoris.

Vicus Novus ulterior.  
 Vicus Libertorum.  
 Vicus Publici.  
 Vicus Novus citerior.  
 Vicus Statuæ Veneris.  
 Vicus Archæmorium, aliàs, Archæmonium.  
 Vicus Æmilianus.  
 Vicus Pifcarius.  
 Vicus Cælatus.  
 Vicus Victoris.  
 Vicus Vicinus.  
 Vicus Græcus.  
 Vicus Lanarius ulterior.  
 Vicus Pomonæ.

Vicus Caput Minervæ.  
 Vicus Trojanus.  
 Vicus Peregrinus.  
 Vicus Castus.  
 Vicus minor.  
 Vicus Putealium.  
 Vicus Scipionis.  
 Vicus Junonis.  
 Vicus Sellarius.  
 Vicus Iſidis.  
 Vicus Tabellarius.  
 Vicus Mancinus.  
 Vicus Lotarius.  
 Vicomagistri CLX.  
 Curatores II.  
 Denunciatores II.  
 Cohortes VII. primorum vigilum.  
 Pila Tiburtina.  
 Ad Mansuetos.  
 Lapis Pertusus.  
 Templum Solis.  
 Templum novum Spei.  
 Templum novum Fortunæ cum porticu, à Lucullo conditum, in quo erat ſtatua Minervæ facta à Phidia, poſita a Paulo Æmilio.

## REGIO OCTAVA, FORUM ROMANUM.

Mons Saturnius, poſt Tarpejus, demum Capitolinus, aliàs, Capitolium, ubi omnium Deorum ſimulachra celebrabantur.  
 Arx Capitolii.  
 Rupes Tarpeia, aliàs, Saxum Carmentale.  
 Clivus Capitolinus.  
 Porta Stercoraria.  
 Via Nova.

## Vici XII.

Vicus Ligurum.  
 Vicus Jugarius.  
 Vicus Thurarius.  
 Vicus Thuſcus.  
 Vicus Unguentarius major.  
 Vicus Unguentarius minor.  
 Vicus novus.

## Reliqui deſunt.

Vicomagistri XLIIIX.  
 Curatores II.  
 Denunciatores II.  
 Cohortes vigilum VI.  
 Umbilicus urbis Romæ.  
 Milliarium aureum.  
 Porta Carmentalis.  
 Puteal Libonis.  
 Lacus Curtius.  
 Pila Horatia, ubi tropæa locata.  
 Scalæ annulariæ.  
 Sub Novis.  
 Ad Junium ſecundum Tiberim.  
 Luteolæ ad Jani templum.

Templum novum Quirini.  
 Ædicula Capraria.  
 Porticus Conſtantini.  
 Sacellum Genii Sangi.  
 Equi ænci Tyridatis.  
 Forum Syarium, aliàs, Suarium.  
 Forum Archemorium.  
 Caſtra Gentiana, aliàs, Gypſiana.  
 Campus Agrippæ.  
 Horti Argiani.  
 Balinea privata LXXV.  
 Nympeum Jovis.  
 Lacus Ganymedis.  
 Lacus ſine nomine LXXVI.  
 Arcus DD. Marci & Veri.  
 Arcus Gordiani Junioris Aug.  
 Arcus Novus.  
 Piſtrina XVII.  
 Horrea XXV.  
 Domus CXX.

## In his:

Domus Martialis.  
 Inſulæ ∞ ∞ ∞ DCC. id eſt, 3700.  
 Regio in circuitu continet pedes CCID CCID ∞ ∞ ∞ DCC. id eſt, 23700.

Marſyas  
 Faviffæ Capitolinæ.  
 Lucus Veſtæ Cuperius.

## Templa XXI.

Templum Jovis Capitolini, aliàs, Optimi Maximi, in quo erant tria delubra: Medium Jovis; Dextrum Minervæ; Lævum Junonis; ibique in arca lapidea ſervabantur libri Sibyllini.  
 Templum Jovis Feretrii.  
 Templum divi Julii in foro, in quo ſimulachrum erat Veneris e mari exeuntis DD. ab Auguſto.  
 Templum Caſtorum ad lacum Juturnæ, aliàs, Caſtoris & Pollucis, in quo erat ſignum Floræ.  
 Templum Concordiæ cum cella, inter Forum & Capitolium, à Camillo DD. In quo erat Senaculum, ubi Magiſtratus cum Senioribus deliberabant: erantque in eo hæc ſimulachra: Battonis adorantis Apollinem, opus Bedæ; Latonæ puerperæ, Apollinem & Dianam ſuſtinentis, opus Euphranoris; Æſculapii & Hygiæ, opus Nicerati; Martis & Mercurii, opera Piſicratis; Cereris, Jovis & Victoriæ, opera Sthenidis.  
 Templum Veſtæ, cum atrio: ubi erant Palladium, Ignis, & Virgines Veſtales.  
 Templum Deum penatium.  
 Templum Romuli, aliàs, Quirini in Foro.  
 Templum Jani Gemini æreum, quatuor portarum, cum ſigno Jani, opus Scopæ & Praxitelis, ab Auguſto DD.  
 Templum divi Trajani.

Templum divi T. Cæsaris Vespasiani.  
 Templum Carmentæ.  
 Templum Veneris Calvæ novum.  
 Templum Veneris Calvæ vetus.  
 Templum vetus Minervæ.  
 Templum Nemesi cum simulachro.  
 Templum Saturni cum ara, ubi erat ærarium,  
 ante quod erat æneum Silvani signum.  
 Templum divi Augusti.  
 Templum Junonis Martialis.  
 Templum Larum.  
 Templum Veneris Genitricis, aliàs, Veneris &  
 Anchisæ, cum atrio.

*Ædes X.*

Ædes Victoriæ.  
 Ædes Opis & Saturni in vico Jugario.  
 Ædes Martis ultoris in foro D. Augusti.  
 Ædes Vejovis, inter arcem & Capitolium, prope  
 Asylum, cum ejus simulachro cupressino.  
 Ædes Jovis Tonantis in clivo Capitolii, in qua erant  
 signa Jovis Tonantis, opus Locræ. Jovis ex ære  
 Deliaco, opus Hygiæ ut & Castoris & Pollucis.  
 Ædes Herculis Victoris parva & rotunda in foro  
 Boario.  
 Ædes matris Matutæ.  
 Ædes Vortumni in Vico Thusco.  
 Ædes Junonis Monetæ cum officina.  
 Ædes Jovis custodis dd. à Domitiano.  
 Ædes Veneris Cloaciæ.  
 Ædes Veneris Erycinæ.  
 Ædes Salutis.  
 Ædes Libertatis.  
 Ædes Jovis Sponsoris.  
 Ædes Mentis.  
 Ædes Fidei in Capitolio.  
 Ædes Fortunæ primigeniæ.  
 Ædes Aii Locutii.  
 Ædes Fortunæ prosperæ.  
 Ædes Fortis Fortunæ in foro Boario.

*Ædicula XII.*

Ædicula Victoriæ, dd. à M. Porcio Catone.  
 Ædicula Juventutis.  
 Ædicula Termini.  
 Ædicula Concordiæ ærea supra Græcostasim.  
 Ædicula Fortunæ obsequentis.  
 Ædicula Matris Ruma

• •  
 • •  
 • •  
 • •  
 • •

Porticus Julia.  
 Porticus Margaritariorum.  
 Porticus Liviæ.  
 Porticus Augusti.  
 Porticus Minucia: aliàs Numicia.  
 Porticus Nasicæ.

Porticus Porphyretica.  
 Porticus Capitolina.  
 Porticus Constantini.  
 Jani duo, celebris mercatorum locus ad arcum  
 Fabianum, superior, inferiorque.  
 Atrium publicum in Capitolio.  
 Atrium Minervæ.  
 Atrium Vestæ.  
 Area Opis, &  
 Area Cereris in vico Jugario.  
 Area Saturni ante ærarium.  
 Sacellum Sumani.  
 Sacellum Larum.  
 Sacellum pudicitæ patriciæ.  
 Sacellum Herculis in foro Boario.  
 Delubrum Minervæ in foro.  
 Delubrum Larum.  
 Asylum inter duos Lucos, Arcemque & Capitolium.  
 Domus Divi Tatii.  
 Doliola.  
 Sepulchrum Romuli.  
 Sepulchrum Accæ Laurentiæ in via nova.  
 Ficus Ruminalis.  
 Lupercal Virginis.  
 Germalus.  
 Ara Saturni vetus.  
 Ara Saturni nova ad lacum Curtii.  
 Ara Junonis Jugæ in vico Jugario.  
 Ara Jovis Pistoris in Capitolio.

*Signa & statua Deorum.*

Signum Jovis Imperatoris Præneste devecum.  
 Signum æreum Jovis à Sp. Carvilio ex Samnitica  
 præda factum.  
 Signum Iunonis, dd. à Pompejo Bithynico.  
 Signum Apollinis translatum ex Apollonia à Lu-  
 cullo, altum cubitos xxx. aliàs xxxii.  
 Signum Minervæ Catulianæ, opus Euphranoris.  
 Signa duo Herculis; alterum à P. Sempronio Sa-  
 verrione dedicatum: alterum æreum, opus Ly-  
 sippi, à Q. Fabio Maximo Tarento devecum.  
 Signum Herculis tunicati juxta rostra.  
 Victoria aurea in templo Jovis Opt. Max.  
 Fides candida.  
 Signum Vortumni in vico Jugario.  
 Signum Matris Statæ.  
 Tria signa Deorum Nixiorum, ante cellam Mi-  
 nervæ, in templo Jovis Capitolini.  
 Signum Boni Eventus, opus Praxitelis.  
 Signum Bonæ Fortunæ, opus Praxitelis.  
*Simulachra hominum.*  
 Statua Divi Julii equestris in ejus foro.  
 Divi Augusti.  
 Divi Claudii ii. aurea, x. pedum, in templo  
 Jovis Opt. Max.  
 Divi Constantini equestris.  
 Romuli & Remi infantium sub lupa.  
 Septem Regum in Capitolio.  
 Attii Navi Auguris ante Curiam.

I. Junii Bruti primi Cos. in Capitolio.  
 P. Valerii Poplicolæ.  
 Horatii Coclitis in comitio.  
 Mucii Scævola.  
 Annii Fecialis equestris in atrio domus regis Superbi.  
 M. Furi Camilli pro rostris.  
 Tullii Cœlii, L. Roscii, Sp. Nautii, & C. Fulcinius Legatorum populi Romani, à Fidenatibus cæforum, pro rostris.  
 P. Junii, & Ti. Coruncanii Legatorum populi Romani ab Illyriis cæforum, pro rostris.  
 Cn. Octavii in legatione occisi, pro rostris.  
 Equestris togata Q. Martii Tremuli ante templum Castorum.  
 L. Cæcillii Metelli Pont. Max. in Capitolio.  
 Q. Fabii Maximi ærea equestris in Capitolio.  
 P. Scipionis Africani.  
 L. Scipionis Asiatici chlamydata & crepidata.  
 M. Lepidi bullata & prætextata.  
 Trebii Ædilis in Capitolio.  
 Sullæ Dictatoris aurea equestris.  
 Sullæ Felicis Dictatoris ænea.  
 Trium Sibyllarum pro rostris.  
 Clœliæ virginis Vestalis equestris.  
 Cæjæ Suffetæ virginis Vestalis.  
 Corneliæ Gracchorum matris.  
 Hermodorii Ephesii XII. Tabularum interpretis in comitio.  
 Alcibiadis, Pythagoræ in comitio.  
 Tropæa C. Marii aurea in Capitolio.  
 Curus sejuges à Cn. Cornelio positi.  
 Simulachrum Leonis pro rostris.  
 Equus C. Cæsarum in ejus foro.  
 Equus æneus Domitiani Augusti.  
 Equus æneus Trajani Augusti.  
 Equa cernens quatuor satyros.  
 Elephas herbarius.  
 Æreum tauri simulachrum in foro Boario.  
 Signum anseris argenteum in Capitolio.  
 Clypei XII. inaurati.  
 Clypeus Martis cum imagine Hasdrubalis.  
 Ænearum tabularum publicarum tria millia.  
 Ludus Æmilii, alias, Lepidi.

*Fora.*

Forum Romanum, quod dicebatur Magnum, alias, Vetus.  
 Forum Cæsarum, in quo erant Veneris signa duo, alterum loriatum, alterum factum ab Arcesilao.  
 Forum Augusti, in quo erant statuae M. Valerii Corvini, & eburnea Apollinis.  
 Forum Trajani cum porticu.  
 Forum Boarium.  
 Forum Piscarium.  
 Forum Argentarium.  
 Curia.  
 Curia Hostilia sub veteribus.  
 Curia Calabra in Capitolio, ubi Pontifex minor pronuntiabat dies.

Regia Numæ, alias, Curia Pompiliana, in qua sacrum erat Opeconsivæ.  
 Senaculum aureum.  
 Basilica Pauli Æmilii cum Phrygiis columnis in foro.  
 Basilica Julia.  
 Basilica Ulpia, alias, Trajani.  
 Basilica Porcia, ubi fuerat domus Q. Mæni.  
 Basilica Sempronia.  
 Basilica Argentaria.  
 Basilica Opimii.  
 Comitium, in quo erat ficus Ruminalis.  
 Rostra populi Romani vetera.  
 Rostra populi Romani nova.  
 Græcostasis.  
 Carcer imminens foro, à Ser. Tullio ædificatus, media Urbe.  
 Stationes municipiorum.  
 Ludi Literarii.  
 Schola Xantha.  
 Horti Asiniani.  
 Septem, alias, quinque tabernæ argentariæ novæ.  
 Balineum Polycleiti.  
 Balinæ private LXVI.  
 Lacus Juturnæ.  
 Lacus sine nomine cxx.  
 Bibliotheca Capitolina.  
 Bibliotheca templi divi Trajani.  
 Arcus Fabianus.  
 Arcus Titi Cæsarum prope ædem Saturni.  
 Arcus Trajani Cæsarum Augusti.  
 Arcus Severi & Marci Antonini in foro Boario.  
 Fornix Sertinii in foro Boario cum signis auratis.  
 Columna C. Duillii.  
 Columna Mænia.  
 Columna Magni Lud. sæcul.  
 Columna rostrata in Capitolio.  
 Columna divi Julii rostrata pedum xx.  
 Columna Coclidis Trajani Imperatoris, alta pedes cxxiix. habet gradus cxcv. fenestellas xlv.  
 Sepulchrum C. Poblirii Bibuli Ædilis plebis.  
 Macellum....  
 Horrea xxix.

*In his:*

Germanica, &  
 Agrippiana.  
 Pistrina xxx.  
 Domus cl.

*In his:*

L. Tarquini Superbi Regis cum atrio.  
 M. Manlii Capitolini.  
 P. Scipionis Africani.  
 T. Annii Milonis.  
 P. Ovidii Nasonis.  
 M. Valerii Amerini Equitis Romani.  
 Insulæ cjs cjs cjs dccclxxx. i. e. 3880.  
 Regio in ambitu continet pedes ccjccj ccjccj  
 dccclxxii. id est; 14867.

## PARALIPOMENA.

## De Regione Oſtava.

## DE UMBILICO.

**U**mbilicum seu medullium urbis Romæ ponunt in oſtava regione Onuphrius & P. Victor; quid autem id loci fuerit, nemo quod ſciam deſcripſit. Certe ad hanc formam *media libri pars umbilicus* appellatur, quæ in regimine libri, quod non impingebatur, uſi toto abſoluto opere, & ad finem perducto. Q. Horat. Epod. od. 14.

Inceptos olim promiſſum carmen Jambos

Ad umbilicum adducere.

Helenius Acron, id eſt, perſicere, inquit, quia in fine operum, umbilici liquet aut oſſi aut cornu addebantur. Cornua vocavit Ovidius lib. 1. Trift. eleg. 1.

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur,  
Candida nec nigra cornua fronte geras.

Tegmen ergo nigrum, literarum inajufcularum apices minio notari, aut cedrino ſucco; Perſ. fat. 1. v. 56. umbilicus diverſi alterius coloris. Cornutus ſeu verius Pſeudocornutus in fat. 3. Perſii. Membrana bicolor, quod pars crocea, pars glutinata apud antiquos erat. Et ipſe Perſius: Jam liber, & poſitis bicolor membrana capillis.

M. Martial. lib. 4. epigr. ult.

Jam perventurus uſque ad umbilicum.

Et lib. 5. epigr. 6.

Quæ cedro decorata purpuræque  
Nigris pagina credit umbilicis.

Scio Theodorum Marcellium eruditiffimum hæc obſervaffe, & ante illum Turnebum, & utroque priorem Cælium Rhodiginum lib. 1. cap. 20. Addantur Papinius lib. 4. ſylv. ult. ex quo liquet utramque paginam inpoſitis umbilicis decorari ſolitam.

Noster purpureus novuſque charta,  
Et hinc decoratus umbilicis,  
Præter me mihi conſtitit decuſſis.

Q. Valer. Catull. epigr. 19.

- - - Chartæ regie, novi libri,  
Novi umbilici, ſora rubra, membrana  
Diſſeſta plumbo & pumice æquata omnia.

Sic enim ultimum veſium legit Achilles Stadius, at Joſ. Scaliger direſta. alii direſta, & forte non male diſcreta, hoc eſt, lineis diviſa, notataque plumbeis; pumicis uſus poliendo tegmini. Ovid. lib. 1. Trift. eleg. 1.

Gemina poliaunt pumice frontes,

Martial. lib. 4. epigr. 10.

Comitetur pumice libræ  
Spongia.

Legendam pato:

- - - Comitetur Pannica libræ  
Spongia.

Sic enim legit Modius Epiſt. 109. & Joan. Brod. ad lib. 6. Antholog. cap. 26. & ſpongiæ uſus in ſcribendo, ad ſcripta delenda. Sueton. Auguſt. cap. 85. Denique umbilicus hic coronis eſt. Martial. lib. 1. epigr. 8.

Si nimius videor, ſeræque coronide longus  
Eſſe liber.

Eſt etiam *umbilicus terra medietas*, ſeu medullium, translatione deſumpta ab clypeo, cujus media pars *ὀμφαλὶς* vocatur, hoc eſt *umbilicis*. Juſt. Poll. l. lib. 1. cap. 10. *ὀσπίς* καὶ τὰ *μύρια* τῆς *ἀσπίδος*, *ὀμφαλὶς*, καὶ *μυσομφαλίων*. Clypeus, & partes clypei, *umbilicis* & *medium clypei*. nonnulli bullas quædam interpretantur. Suid. γῆς *ὀμφαλὸν*, terre *umbilicum* ai eſſe templum Apollinis. Strabo lib. 9. τῆς Ἑλλάδος ἐν μέσῳ παρὶς τῆς *συμπάσης* τῆς τε ἐντὸς ἰσθμοῦ, καὶ τῆς ἐκτὸς ἐνομίσει δὲ καὶ τῆς *κυκλῆδος*, καὶ ἐκλάσαν τῆς γῆς *ὀμφαλὸν* *ἐν* Delphi jere in medio ſit totius Græciæ, quæ & intra Iſthmum eſt, & extra, quæctiam in medio totius terrarum ortis jacere quidam ſenſerant, terræque *umbilicum* appellatum.

Stat. lib. 1. Thebaid.

Andræus & medius cæli Parnassus.

Ovid. lib. 10. Fab. 5.

Te meus ante genitor dilexit, & orbe

In medio poſiti carnerunt præſide Delphi.

Et lib. 15. Fab. 1.

Auxilium caſte petunt, mediæque tenentes

Orbis humum Delphos, ademt oracula Phœbi.

Pet. Apollon. Collatius, non malus, ut illa ſerebant tempora, poeta, lib. 3. de excidio Hieroſolymitano:

- - - Medium telluris operæ

Credita habere locum, titulo quoque Delphica quo ſe

Inſula jactavit magnis auctoribus olim.

Ille Solymum urbem, non Delphos, umbilicum terre tenuit, ſed contra ſtant alii jam laudati, & præter eos Pindar. Pythior. od. 6.

- - ἀπολλίζουμ

Ὄμφαλὸν ἰπρίβριμ χθονός.

- - - Verſamus

Umbilicum horriſſona terra.

Et od. 8.

- - ἴντι γαίης

Ὄμφαλὸν παγ' αἰοίδιμω.

Enuti terre

Ad umbilicum decantatiſſimum.

Idem od. 11.

Ὄφρα θίμην ἱερὰν, Πυθῶν τῶ, καὶ ὀρθοδίκα

Γῆς ὀμφαλὸν κελαδῆτε.

Ue Themiuſ ſacram, Pythouemque, & reſta judicia dantem *umbilicum* terre reſonētis. Quo è fonte fabula deſluxit, cum Jupiter mundi medium locum vellet cognoscere, exortu atque occaſu duas aquilas dimiſiſſe ſetur, quæ volatu laſtæ in Parnassi vertice conſederunt. Lucretius Placidius ad v. 117. lib. 1. Thebaidos Statanæ. Alii non aquilas demiffas à Jove, ſed corvos prodiderunt, nonnulli etiam cygnos, ſcholiaſtes Pindari, & Plutarchus, ſed communior ſententia de aquilis. Claudian. præfat. ad conſulatum Manlii Theodori.

Jupiter ut perhibent, ſpatium cum diſcere vellet

Naturæ, regni neſcius ipſe ſui,

Armigeros utrimque dnos equalibus alis

Miſit ab Eois occiduiſque plagis.

Denique qui quid medium eſt, *umbilicus* appellatur; Italia *umbilicus* in agro Rheatino. C. Solin. cap. 8. & Etoli Græciæ *umbilicum* incolunt. T. Liv. 4. Dec. lib. 5. & Enna civitas, Sicilia *umbilicus*. M. Tull. Actiæne 6. in C. Verrem, & in homine *ὀμφαλοτομία*, centrum Suidas & Jul. Pollux lib. 4. onomaſt. c. 25. Iliad. Hiſpal. Etymolog. lib. 11. cap. 1. Sed M. Varro contradicit lib. 8. de Ling. Lat. eſt & *umbilicus* diei apud Plaurum Menæchm. acs. 1. ſc. 3. puto pro meridie:

Dies quidem jam ad umbilicum eſt dimidiatus mortuus.

## PARALIPOMENA.

## De Marſya ſtatua.

De Marſya altum omnium ſilentium, qui topographiam urbis deſcripſerunt. At ego exiſtimo ſtatuum eſſe, vel in foro ipſo Romano, vel prope forum, ad quam cauſam patrum conſueverint convenire. Q. Horat. lib. 1. fat. 6.

Deinde eo dormitum, non ſollicitus, mihi quod cras

Surgendum ſit mane, obeundus Marſya, qui ſe

Vultum ferre negat Novitiorum poſſe minoris.

Martial. lib. 2. epigr. 64.

Si ſchola damnatur, ſi litibus omnis fervent,

Ipſe poteſt fieri Marſya cauſidicus.

Atque hæc quidem ratio probatur Adriano Turnebo l. 22. c. 12. De huius ſtamis erigendis pulcher eſt locus apud Servium Honoratum ad lib. 3. Æneid. v. 20.

Auſpicibus captorum operum.

Quod de Libeto diximus, hæc cauſa eſt; ut ſignum ſit libera civitatis. Nam apud majores aut ſtipendiaria erant, aut ſeder. ite.



aut libera, sed in liberis civitatibus simulachrum Marsyæ erat, qui in tutela Liberi patris est. Idem Lyæus apud vrbibus libertatis est Deus, unde etiam Marsyas minister ejus per civitates in foro positus libertatis indicium est, qui erecta manu sebat nubil urbi deesse. Ad v. 57. libr. 4. Æneid.

Legifere Cereri, Phæoque, patrique Lyæo.  
Et notavit Cœl. Rhodiginus lect. Antiquar. l. 28. cap. 12. Lil. Gyrallus syntagm. 8. de Diis gentilib. pag. 234. Juit. Lipsius & alii ad illud L. Senecæ lib. 6. de Beneficiis cap. 32. Forum ipsum in Rostra, ex quibus pater legem de adultæriis tulerat, filius in supra placuisse, quotidianum ad Marsyam concersum. De statu Marsyæ erecta omnes hæctenus sunt interpretati, at vetus scholiastes Juvenal. ad principium sat. 9.

Occurrat fronte obducta, cœu Marsya victus.  
Aut proprie ab eo, inquit, quem Apollo vicit, aut advocatus temporis illius. Vult ille non statim modo in foro positam, sed quendam celeberrimam in aditandis causis famam. Porro fabula de Marsyâ decantatissima est, quippe Pallas excogitavit primam tibiæ usum, sed cum oris deformitatem, inflatæque in palude vidisset buccas, offensa tibiis abjecit; quæ buccarum inflatum foeditas expressa est ab Aristæneto lib. 1. epist. 14. *τὴ δὲ μάτην ἢ νότι διαβήσασθε τὰς γυῖδας ἐμπροσθεν τῆ σούργης, ἢ δὲρ ὕπαις οὐσὺν τὰ κισσάριαματα.* Quid vos ergo juvenes frustra dissumptis buccas inflandi sibilus? nubil vos juvenunt citharæ modulamina. Idem lib. 2. epist. 6. *ἀεὶ ἀυλαγίδος ὕπαις, ἕξαιπὲς τὰς γυῖδας.* Feluci tibiæcine sibilus inflas tucæis. Helicid. lib. 2. *Ἐπιθὴρ ἑπαθὴ κωρυμῶνιν αὐτῆς τὴν παρῆσιν ἐν τοῖς ἀλμύρασι εἶδε, καὶ παρὸς τὸ βίαιον τῶν θυμῶν ἀπετίσθη ἐπὶ τὰς βίνας ἀνισμῶνιν, τίτι ὄμμα κίμπερμινος, καὶ τὸς οὐκὲς ἴσπας ἕξαιπὲς μινος.* Et de causa quod illi intumescente genas inter canendum viderat, & vehementer inflando præter decorum ad naves exurgere, oculis lucens, ac sua sede excedentibus. Locus est mittice contempus Fulgentii lib. 3. Mytholog. Minerva tibiis ex osse invenit, quibus cum in convulso deorum cecinisset, cumque ejus tumentes buccas di omnes irrisissent, illa ad Tritonem paludem pergens, in aqua faciem suam speculatur, dum turpia adjudicasset buccarum, in flumina tibiis eiecit, quibus Marsya repertis, doctior sicutus provocavit Apollinem. Postremorum verborum sensus mancus, quem sic ex M. S. suppleendum censeo, dum turpia adjudicasset hiamenta buccarum, in flumen tibiis abiecit, quibus Marsya repertis. Plutarchum lege in vita Alcibiadis. A. Gell. lib. 15. cap. 17. *Cum accersit Pericles Antigoniðam tibiinam jussisset, ut cum canere tibiis (quod honestissimum tum videbatur) doceret: traditis sibi tibiis cum ad os adhibuisset, inflassetque, pudæ factus oris deformitate, abiecit infregitque.* Claudian. lib. 2. in Eutrop.

Hic cecinit Lilyis jactata paludibus olim  
Fisula, sedatam cum reddidit umbra Minervam.  
Aurel. Propert. lib. 2. eleg. 30.  
Que non jure vado Meandri jacta natasti,  
Turpia cum faceret Palladis oris tumor.  
Prosequitur deinde eandem narrationem; Provocavit Apollinem concertationem de cantibus, sibi que Midam regem judicem deliquit (lege, utriusque Midam regem judicem deliquit) quem, Apollo, cum non recte judicasset, asininis auribus depravarit. Tacet penam Marsyæ, quem constat ab Apolline excoriatum, pellemque Celenis fuisse suspensam. Apollodor. libr. 1. Bibliothecæ. & alludit Martianus Capella libr. 9. Nam fides apud Delphos per Deliacam citharam demonstravit, tibiæ per Tritonem nostri comitem, Marsyamque Lydium sonnerunt. Lucfat. Placid. Marsyam dicit, qui victus, submissus est panæ, ad v. 699. libr. 1. Thebaid.

Tu Phrygia submittis citharæ.  
Et paria scripsit idem de inventione tibiæ ad v. 657. libr. 2. Thebaid.

Fæda Celenæa committere prælia buxo.  
Et in antro ab Apolline superatum idem docet ad v. 686. libr. 4. Thebaid. quod post nullus alius dixit:  
Quis non certamina Phæbi  
Nosset, & illustres Satyro pendente Celenas?  
Et Papinius idem lib. 5. silv. 3.

Et Phrygium silicem, atque ausum contraria Phæbo  
Carmina, nec fissa gravissam Pallada buxo.  
In hoc oppido pellis Marsyæ detrahit, in victoria suæ monumentum, ab Apolline affixa est. M. Lucan. lib. 3. v. 206.

Que tua mænera Pallas  
Lugent damnata, Phæbo victore, Celenæ.  
P. Ovid. lib. 6. Metamorph. fab. 5.  
Clamanti cutis est summos direpta per artus,  
Nec quicquam nisi vulnus erat.

Quid atinet dicere cruorem excoriat in fluvium sui nominis mutatum? cum res sit notissima ex Tito Livio 4. Dec. lib. 8. Strabone lib. 12. Q. Curtio lib. 3. Et Ovidio lib. 6. Fastor.

Provocat & Phæbum, Phæbo superante pendit,  
Cæsa recesserunt à cute membra sua.  
Idem paria habet in Ibiu:  
Nudaque direpta pateant tua viscera pelle,  
Ut Phrygii, cujus nomina flumen habet.

## PARALIPOMENA.

## De Templo D. Julii &amp; Venere Anadyomene.

Julio Dictatori structam eodem loquuntur historici. Appian. Alexandrinus lib. 4. bell. civil. in foro Romano concursus reponit contentus Sexti Rufi, P. Victoris, & Onuphrii. Templum hoc Cæsaris patris appellat C. Plinius lib. 35. cap. 4. in fine, sed planius ad institutum nostrum idem deserit ejusdem libri c. 10. Venerem exenitem mari Divus Augustus dicavit in delubro patris Cæsaris, que Anadyomene vocatur, versibus Græcis, tali opere, dum laudatur, victo, sed illustrato. Cantu centumvirales in eo pertractabantur. Plin. Junior l. 5. epist. ult. Quirinal. apud Parthasium epist. 57. M. Valer. Martial. lib. 6. ep. 38.

Centumque viri, denfumque corona  
Vulnes, & infantii Julia tella placet.

Et lib. 5. Epigr. 10. & laudant Catuli Julia templa senes. Antea male legebatur, Villa templa. Nec tantum Romæ, sed etiam Alexandria C. Cæsari templum structum, quod existimo tunc primum factum, cum Ægyptus ab Octavio Augusto in formam provincie redacta est. Meminit hujus Alexandrini templi idem Plinius, l. 36. cap. 9. & alii duo sunt Alexandria in portu ad Cæsaris templum, quos excidit Mesphees rex quadragesimum binum cubitorum. Templi Romani, quod in foro erat, meminere P. Ovid. l. ult. Metamorph. fab. ult. ubi Cæsare interempto in Curia, sic ad Venerem Jupiter:

Hanc animam interea caso de corpore raptam  
Fac jubar, ut semper Capitolla nostræ, forumque  
Divus ab excelsa prospeller Julius ade.

Et lib. 3. Amor. eleg. 8.  
Quæ licet, affectus coelum quoque; templa Quirinus,  
Liber, & Alides, & nodo Cæsar habent.

C. Sueton. obiter in Augusto cap. 100. Adhibito honoribus modo, bisariam laudatus est, pro æde D. Julii à Tiberio; & pro Rostris sub veteribus; à Druso Tiberii filio. Adulatorie, ut tolet, Valer. Maxim. lib. 1. cap. 6. tit. 12. Tuis aræ, tuæque sanctissima templa, dice Julii, veneratus oro, ut propitio ac ferventi numine, tantorum castus virorum sub tui exempli presidio ac tutela delitescere patiaris. P. Virgil. l. 1. Æneid. v. 296.

Hunc (Cæsarem) tu olim cælo, spoliis orientis onustum  
Accipies securam, vocabitur hic quoque votis.

Vocari votis, ut à formularum scriptoribus notum, idem atque avis fœnisque struttis ac sacrificiis coli flamineque habere. Papin. lib. 1. sil. 1.

At laterum passus hinc Julia templa tventur.  
Venus hæc è mari extens seu emergens celebratissima est poetarum scriptis. Græci ἀναδυομένην, iterum emergentem, seu θαλασσίαν, marinam appellant: sed Plinius supra citatus dictionem Græcam tanquam Latinam usurpavit, ut & ejusdem libri cap. 11. Apellis Venerem, hoc est, depictam elaboratissimo Apellis penicillo. Aristænet. lib. 1. epist. 7. *ἀεὶ δὲ ἰκαπὼς εἶχε τῶν θαλασσίων λυτῶν, εἶπερ αὐτὴν κῆρην ἀνίσχουσαν τῶν κυμῶτων ἰδῶν, ἕτω τῆς θαλασσίας τὴν Ἀρροδίτην εὐπρεπῶς πρῆνσαν γράφουσι οἱ ζωγράφοι.*

F

F

F

F

F

F

F

F

F

F

F

F

F

F

F

F

F

F

F

F

marina lotionis, dixisses visa excurrentibus e fluctibus virgine, ad hunc modum decore pingunt Venerem excurrentem se e mari.

Extat elegans Epigramma Antipatri Sidonii in Anthologia libr. 4. cap. 12. num. 26.

Τὰν ἀναδυσσομένην ἀπὸ μητρός ἀρτε θαλάσσης  
Κύπριν, Ἀπelleis μάχθοι ὄρα γρηγορός,  
Ὡς χερσὶ συμμυρψάσα διὰ βροχοῖ ὕδατι χεῖρας,  
Ἐκθάσει ποτῶν ἀφῶν ἀπὸ πλακάμων.

Emergentem ex matre jam mari Venerem, Apelles laborem intueri pitturae, quomodo manu corripens irrigatam aqua comam, exprimit humidis spumam e crinibus. Hæc quidem interpretatio ad verbum reddita. At D. Ausonius Epigr. 104. metricis legibus inclusit:

Emersam pelagi nuper genitalibus nudis  
Cypri Apellei cerne laboris opus.  
Ut complexa manu madidos salis equore crines,  
Humidulis spumas stringit utraque comis.

Eadem & marina Venus dicta. Fest. Avien. de ora marit. Veneri marina consecrata est insula, Templumque in illa Veneris.

Hanc perfectissimam humani ingenii operam respexit P. Ovid. lib. 1. Amor. eleg. 14. de coma amicae suæ:

Illis contulerim, quas quondam nuda Dionæ  
Pingitur humeris festinasse manu.

Idem lib. 3. de Arte amandi:

Cum feret, lapis asper erat, nunc nobile signum  
Nuda Venus madidas exprimit imbre comas.

Quod ideo factum in pictura Veneris, quia jam antea poetæ eam e spuma maris ortam prodiderunt L. Apul. Apolog. l. 1. Nisi forte hoc vos ad mendacium induxerit, quod Venus dicitur pelago exorta. Arnob. lib. 4. contra gentes: Nunquid vos delectat ex pelagi spuma, & Cæli genitalibus amputatis Cytherea Veneris concretum coaluisse candorem? Sed apud L. Apuleium pulchra est descriptio ejus; Venus est dea, quam carulum profundum pelagi peperit, & ros spumantium stagnum educavit. Hesiod. in Theogonia v. 190.

--- -- ἀμυρὶ δὲ λευκῆς  
Ἄφροδῖτι ἀθανάτου χροῖς ἔρρυτο, τῶ δ' ἐνὶ κέρῃ  
Ἐπιόθη.

Circum vero alba spuma ab immortalis corpore ferebatur, in quo puella immixta est.

Nonnus Panopolitanus Dionys. lib. 41. v. 98.

Πρῶτη Κύπριν ἰδικοῦ φιλοδέξνου πολυαῖν  
Ἐξ ἀλῆς ἀρτιλόχουτο, ὅτι βροχίην Ἀφροδίτην  
Ὀυρανίης ἀθιγῆ ἀπ' ἀλαχῆς ἔγκυσι ὕδαρ.

Prima Venerem excertis hospitali janua, ex mari nuper partu editam, quando submersam Venerem caelestis genuit sulci aqua gravida.

Quintus Calaber paraleipom. Homer. l. 5. v. 71. in clypeo Achillis:

Ἀφρὴν ἔτ' ἀμφὶ κίμαρτι ἔχουσ' ἀνδρόντο ποτίει  
Κύπρις ἰσῆρατος.

Spumam adhuc capillis aspersam habens, emergit salo Venus pulchre coronata.

Meleagri cultum illud Anthologiae libr. 7. epigr. 105.

Θάυμα δὲ μοι πῶς ἄρα διὰ γλαυκοῖο χειρῶτα  
Κύματος, ἔξ ὕλης Κύπρι σὺ πῦρ τίτοκαε.

Mirum est mihi quomodo sine per caruleum apparen fluctum, ex humida Venus in ignem perceris. Ratio hujus fabulae, quod in femina multo majus humidum, quam in viro. Plutarch. Symp. lib. 3. cap. 3. & ideo ob abundantiam humiditatis viris longe salaciores. Albert. Magn. lib. 12. Animal. cap. 3. ut recte Græci lascivos ac petulantes, & in Venerem propensos ὕλην vocent. Epigramma Delphicum testatur:

Ἐγρῆς καὶ πνευστῆς βασίλειος Ἄγλις μ' ἀνέθηκεν.  
Lasciva & delicata rex Agis me dedicavit.

At Aristoteles lib. 2. de generat. animal. cap. 2. quod sal sit spermatis natura, & spumosa, quale est mare. Quod Plomoto placuit lib. de Nat. deor. Alii quod sal ad generatam multum habeat nomen. Plut. Symposiac. lib. 5. cap. 10. Nonnullis placet semen cito surgere, cito cadere. Fulgent.

l. 2. Mytholog. Denique quod sudor sit salinus, quem semper coitus elicit. Servius Danielis ad lib. 5. Æneid. v. 800.

Fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis,  
Unde genus decis.

T. Lucretius de Natura lib. 4. eleganter rationem Servii confirmat:

Teriturque Thalassina vestis

Affidne, & Veneris sudorem exercita potat.

Non trascribo poetas Latinos alios observatos. In hanc rem Oppianus Cyneget. libr. 1. v. 33. ἀδύματα ποίειν γυνεῖς, Iudicia Veneris mari generata.

PARALIPOMENA.

De Templo D. Augusti, & Divinis Imp. Roman. honoribus.

Ambitio nimia & humanum fastigium excedens in Augusto notatur a C. Tacito l. 1. Annal. Quis se templis & effigiis numinum per flamines & sacerdotes coli voluit. Apertius eodem libro in sequentiibus: Templum ut in colonia Tarracoenensi strueretur Augusto, petentibus Hispanis permissura, datumque in omnes provincias exemplum. Servius ad illud Eclogæ 1.

Namque eris ille mihi semper Deus.

Semper, inquit, id est, post mortem, & dum vivit, alii imperatores post mortem in numinum referuntur deorum, Augustus templum vivens emeruit. Aram certe ei crexisse Ubios in Germaniis, Lugdunenses & Narbonenses in Galliis probat disquisitione erudita Jacobi Campii IC. apud Fr. Modium novantiquar. lect. ep. 3. templum Pergamenon C. Tacit. libr. 4. Annal. liquer. Modum præscriptum ab ipso Augusto innotuit C. Suetonius in eo, cap. 52. Tempia quamvis sciret etiam proconsultibus decerni solere, in nulla tamen provincia, nisi communi suo Romæque nomine recepit, nam in urbe quidem pertinacissime abstinuit. Recte quidem, & ut decebat virum humanæ fragilitatis conscientium, & deicide viri furore Augusti tam immodica, & mortalitate altiora poscentis, sive abjectus humilisque animus, in servitium prono impetu mentis fenatus, talia & offerentis, aut stulticia provinciarum tantam impietatem recipientium ab Arriano in dissertationibus Epicteti lib. 1. c. 19. in fin. ἀμέσῶν τις ὑπὲρ ἱερῶσιν ἐδάδα μοι τὸ Ἄργυρον. & quæ sequuntur; quidam hodie mecum locutus est de sacrificio, quod Augusto exhiberi solet. Et invehitur amare Q. Terullianus. Vide multa apud Justum Lipsium ad C. Tacitum. Hæc quidem laudata fuerat principis modestia, si sic semper se continisset: nam ut egregie Callisthenes apud Curtium, mortalitatem interdum sequitur divinitas, nunquam comitatur. At Augustus, sub finem, ut apparet, principatus sui, Deus coli à suis haberique voluit. Prudent. l. 1. contra Symmachum:

Flamine & aris

Augustum coluit, vitulo placavit & agno,  
Testantur tituli, prodans consulta senatus,  
Cæsarem Jovis ad speciem statuentia templum.

Vide quæ supra de radiata corona à me sunt dicta, & de Apotheosi dicam infra latius suo loco.

Q. Horat. libr. 2. od. 3.

Hæc arte Pollux & vagus Hercules  
Innixus, arces attingit igneas,  
Quos inter Augustus recumbens  
Purpureo bibit ore nectar.

Et ejusdem libri od. 5.

Cælo tonantem credidimus Jovem  
Regnare, præsens divus habebitur  
Augustus, adjellus Britannis  
Imperio, gravibusque Persis.

Et adulatione fixidissima lib. 2. epist. 1.

Præsenti tibi maturus largimur honores,  
Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.

Ab hoc ritu derivatum, ut Cæsares pro diis vivos colerent, deofque appellarent. De Caligula L. Seneca de Tranquillit. animi cap. 14. Nec jam procler at timentis, in quo Cæsari Deo nostro sebat quotidianum sacrum. De Nerone M. Lucan. lib. 1. Sed mihi jam nunc, nec si te precare vates.

*Accipiam, Cirrhæa velim secreta moventem*

*Sollicitare Deum.*

De immani monstro Domitiano, quid attinet referre? quod retulit C. Suetonius in ejus vita cap. 13. *Pari arrogantia cum procuratorum suorum nomine formalem dicitur epistolam, sic cepit, Deus & Dominus noster sic fieri jubet.* Unde institutum post-hac, ut ne scripto quidem ac sermone conspiciam appellare alter; & passim adulantes ejus avi scriptores, sed ante omnes Martialis passim, *Deum* vocat, in libro spectaculorum. Epigr. 17. *Crede mihi nomen sentit & ille tuum.*

Lib. 5. epigr. 5.

*Ingenio fructis qui propiore Dei.*

Epigr. 6.

*Nosti tempora tu Jovis sereni.*

Magis ad mentem Suetonii epigr. 3.

*Edictum domini dicitur nostri.*

Lib. 7. epigr. 1.

*Sacrum cui tangere pestus*

*Fas erit, & nostri mente calere Dei.*

Et pene omnibus paginis Papin. l. 1. Thebaid. in principio, de Capitolio ab eo & patre Sabino, bello Vitelliano, occupato:

*Aut defensa prius vix pubescentibus amix*

*Bella Jovis.*

Jupiter de eodem Domitiano apud Silium Italicum Punior. lib. 3.

*Tunc o nate Deum, divosque dature, beatus*

*Imperio terras patrio rege.*

Valer. Flacc. Argonautic. lib. 1.

*Ille tibi cultusque Deum, delubraque genti*

*Instituit, cum tu genitor lucebis ab omni*

*Parte poli.*

Salsè, ut par erat, D. Juvenal. sat. 4.

*Nihil est quod credere de se*

*Non possit, cum laudatur dis æqua potestas.*

Diu post illa tempora manit saltem nomen, etiam sub Christiani principibus, licet cultum immortalis unice Deo concedendum censerent. Latin. Pacat. panegyrico quem Theodosio dixit, *Deum dedit Hispania, quem videmus*: Edictum Theodosii & Valentiniani Augg. extat in hæc verba conceptum, *Indis quoque simulachra proposita, tantum in animis concurrerunt, mentisque secretis nostrum nomen & laudes vixere demonstrant.* C. Theodof. l. 15. titul. 4. l. 1. ubi tamen putaverim non nomen legendum, sed nomen, sequitur enim, *excedens cultura hominum dignitatem feropu nomeni reservetur.* Claudian. præfat. de 3. Honorii consulatu:

*Me quoque Pieris tentantur sepius antris*

*Audet magna suo mittere Roma deo.*

Eleganter Corippus Africanus potentiam regum in Jnrino minore inaugurato, expresse lib. 2. num. ult. in fine:

*Terrarum dominus Christus dedit omnia posse,*

*Ille est omnipotens, hic omnipotens imago.*

Nec modo aras, flamines, templa, statuas, imagines, & sacrificia ad modum cœlestium deorum principibus suis decernebat vetustas, sed etiam rescripta eorum vocabat *Oracula.* Jornand. l. de reb. Getic. *Donatione sacro oraculo confirmata, proprios lares vindicaret.* C. Sueton. Nerone cap. 21. *Flagrantibus cunctis cœlestem vocera, respondit, in hortis se cogiam sui volentibus facturum.* Capito Constantianus objectat Thraseæ Patro apud C. Tacitum l. 16. *Annal. nunquam pro salute principis, aut cœlesti voce immolavisse.* Theodorici rex apud Cassiodorum l. 1. epist. 11. *Quapropter Maniarum supplicatione commoti, presentibus se assamur oraculis, ut si revera mancipia ejus Breones irrationabiliter cognoveris abstulisse.* &c. Q. Symmachus lib. 10. epist. 21. *Hec æternitas vestra venerabilis, cum senatus statuenda mandaret, referri ad se protinus imperavit, ut placita cunctis immortalis lege solidentur, iussis parvulus, expellens amos oraculum, quo salutariter, ut vestro nummi familiaris est, patrum decreta firmetis.* Idem supplendus l. 4. ep. 8. *Intelligo ex mora & cunctatione rescripti, atque divini aliquid in his, qua prætorii filii mei supplicatio comprehendit, incongruum vel dubium judicari.* Legendum forte, ex mora & cunctatione rescripti, atque

divini oraculi aliquid, &c. vel expuncto, atque rescripti divini.

Tollendum & aliud mendum ex vitiosa interpunctione ortum lib. 2. epist. 8. *Neque te exhauserit, quod adcutinim preces indefesso abjolis affatu, quid venerandi principis mentem loqueris? oraculis sunt ista prima, nec tamen sola.* Legit Janus Gruterus, *quod venerandi principis mentem loqueris oraculis, sunt ista prima, &c. Cl. Claudian. paneg. de consul. Manlii Theodori:*

*Terris edicta daturus*

*Supplicibus responsa venis, oracula regis*

*Eloquio credere tuo, nec dignis inquam*

*Majestas meminit sese Romana locutam.*

Idem lib. 2. de laudib. Stilichon.

*Quod nostros, qui consulis omnia, patres*

*De monstris taceas pellendis; denique nulla*

*Dedecoris sanctum violant oracula cœtum.*

Sic etiam loquitur ipse Justinianus §. *Illud proprium.* 11. *Institie de adoptionib. Illud proprium est adoptionis illius, qua per sacrum oraculum fit: quod is, qui liberos in potestate habet, si se adoptandum dederit, &c.* Sacrum hoc oraculum interpretatur Casus IC. principem, l. 2. ff. de adoptionib. Zeno Aug. libr. 9. C. de Aquaductu. *Quod publicum fuit aliquando, minime se privatam, sed ad omnes usus recurat sacris oraculis, vel pragmaticis sanctionibus adversus commoditatem urbis quibusdam impertitis.* Theodosius & Valentinianus Imp. leg. 10. C. de sacrosanct. eccles. *Nec si cœlesti contra proferatur oraculum, sive annotatio sit, sive divina pragmatica sanctio, providentissima legis regulas excusare debbit.*

#### PARALIPOMENA.

#### De Atriis Libertatis, Vestæ, & privatarum domuum.

Atrium templis adjici solitum nemo igoorat.

Coripp. lib. 3. num. 1.

*Apostolici subeuntes atria templi.*

*Atrium Minervæ P. Victor* in hac regione, & ne multis in re obvia & facili morer, atrium Libertatis in 13. reg. ab eodem Victore ponitur, Marlian. Topogr. l. 4. c. 3. *Græchus ex multitudine pecunia crexit.* T. Livius 3. Dec. l. 4. in principio: *Publica acta hic signabantur.* Idem Liv. 5. Decad. lib. 3. *Censores ex templo in atrium Libertatis ascenderunt, & ibi signatis tabellis publicis, clausoque tabulario, & dimissis publicis servis.* Dedicatio illius Eidib. April. facti Capitolini. & P. Ovid. lib. 4. Fastor.

*Hac quoque ni fallor, paulo dignissima nostro*

*Atria Libertas cepit habere sua.*

Videtur in hoc atrio & bibliotheca fuisse; ita enim idem Ovidius lib. 3. Trist. eleg. 1.

*Nec me, que doctis patuerunt prima libellis,*

*Atria Libertas tangere passis sua est.*

In monte Aventino extructum loquitur Festus Pomp. l. 10. Auctorem ejus facit Astinium Pollionem C. Suetonius in Augusto, cap. 29. *Vestæ etiam atrium celebratur in hac 8. regione, de quo Servius Honoratus ad v. 153. lib. 7. Æneid.*

*Centum oratores Augusta ad mania regis*

*Ire jubet.*

*Augusta ad mania, inquit, augurio consecrata.* Hinc paulo post illud est, *rectum augustum, ingens*: & nisi in augurio loci consilium senatus habere non poterat, unde templum Vestæ non fuit augurio consecratum, ne illic conveniret senatus, ubi erant virgines, nam hæc fuerat regia Numæ Pompilii. Ad atrium sane Vestæ conveniebat, quod fuerat à templo remotum. Insolens ergo hoc in templo Vestæ, quod cum omnium aliarum ædium sacrarum contigua essent ipsis atria templis, Vestæ sejunctum remonimque foret.

Ædes privatorum profanæ etiam atria habebant, de quorum ongitudine, latitudine, sternendique ratione, M. Vitr. Pollio l. 6. cap. 3. quibusdam atrium Græce est αὐλή, Homerus δὲ ἄστυ vocat Jul. Pollux l. 1. cap. 8. M. Tull. ad Quintum fratrem lib. 3. epist. 1. *quo loco in portam te scribere ajunt, ut atriolum fiat, mihi, ut est, magis placebat, neque enim satis loci esse videbatur atriole, neque fere solet, nisi in his ædificiis fieri, in quibus est atrium*

majus, nec habere poterat adjuncta cubicula & ejusmodi membra. ubi duo observanda, primum in una domo plura atria fieri potuisse, quod à nullo, ut puto, notatum: alterum, atrio vicina aut juncta cubicula, quod alii non legi. Inter columnas sive peristylis distinguebantur ejus spatia. Claudian. lib. 2. in Rufino.

Purpureis effulsa columnis

Atria.

T. Lucret. Carus de Nat. rer. lib. 4.

Atria versari, & circumcurfare columna,  
Usque adeo fit uti pueris videantur, ubi ipsi  
Deserint verti.

Cereis areisve, ut marmoreis majorum imaginibus decorabantur. L. Sen. lib. 3. de Benef. cap. 28. Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiae suae longo ordine, ac multis stemmatum illigata flexuris, in parte prima aedium collocant, noti magis, quam nobiles sunt. C. Plin. lib. 35. cap. 2. Alter apud majores in atris haec erant, quae spectarentur, non signa externorum artificum, nec era aut marmora: expressi cera vultus singulis disponebantur armariis, ut essent imagines, quae comitarentur gentilitia funera, semperque defuncto aliquo totus aderat familiae ejus, qui unquam fuerat, populus. Ovidius Trist. l. 5. eleg. 6.

Creditor & caecis, & quos praetexta verendos  
Virgaque cum verbis imperiosa fuit.

Idem lib. 1. Amor. eleg. 8.

Nec te decipiant veteris quinquaginta cera,  
Tolle tuos tecum, pauper, anator avos.

Corruptus locus indubie, alii corrigunt, veteris quinque atria cere, sed tot in una domo fuisse atria, non est probabile; nonnulli restituunt, veteri cincla atria cera, quod admitti potest. M. Martialis lib. 2. epigr. 90.

Atriaeque immoialis ardeat imaginibus.

Lib. 4. epigr. 40.

Atria Pisonum stabant cum stemmate toto.

Author carminis ad Pisonem, quem ego certo scio nec Ovidium fuisse, propter temporis rationem; nec Lucanum, quod pauperatem suam desecat v. 241. & Lucanum marmoreis in hortis jacere dixerit Juvenalis sat. 7. v. 79.

Nam quid imaginibus, quid avitis sulca triumphis  
Atria, quid pleni numero consule fasti  
Profuerint?

Juvenal. sat. 8.

Tota licet veteres exornent undique cera  
Atria.

Plin. supra citatus exclusit imagines omnes ab atris, nisi eceras; et contra Papinius lib. 2. sil. 2.

Quid referam veteres ceraeque arisquis figurarum?

Nec modo majorum suorum vultus in hujusmodi atris in tablinis habebant, sed & pretiosa quaque clarorum virorum monumenta. Petron. Satyr. pag. 22. in descriptione domus Trimalchionis. Interrogare ego atriensem capti, quas in media picturas haberent: Iliada, & Odysseam, inquit. Sic enim Jos. Scaliger legit, ut sit Medea porticus instar Paclles Atheniensis, in qua Medei superati depingebantur. Aelian. lib. 12. var. hist. cap. 12. Aemil. Prob. in Miktiade. Strab. lib. 9. L. Apul. lib. 1. A. fin. sed glossarium vet. confirmat nostram sententiam, ubi Tullia, media, vel regia. ideoque consuevit legendum, quas in mediapicturas haberent, ut sit atrium media dicta, quod inter vestibulum & domum ipsam ascendebatur in atrium, quibusdam gradibus, ut apparet ex Martiale lib. 12. epigr. 3.

Atria sunt illic consulis alta mei.

Auro sive laminis aureis & bracteis incrustatum probabo infra. Velis fuisse tectum seu suspensis tapetibus decoratum liquet ex Corippo, qui frequenter eadem Byzantinis assignat atris, quae antiqui scriptores Romani. Sic ille ergo de Laudib. Justinii Minoris lib. 3. num. 7.

Clara superpositis ornabant atria velis.

Et eodem loco:

Vernum su contracto patuerunt iustitia velo  
Ostia, & aurati mienerunt atria velis.

Et forte huc referendum peccommode epigramma cultissimi-

mum Sulpicii Luperci Servasti Junioris, quod propter elegantiam integrum adscribam:

Quod tua mille domus solidas habet alta columnas,

Quod tua marmoreo janua posse nitet;

Aurea quod summo splendent laquearia tecto,

Imum crassa tegit quod pretiosa locum:

Atria quid circum dives tegit omnia cultus?

Hoc animos tollit nempe beate tuos;

Adibus in totis gemma licet omnia claudant,

Turpe est, nil domo turpius esse suo.

Solis nobilibus comperebat jus istud imaginum in atris suis exponendarum. Caula pulchra apud Valerium Maximum l. 5. cap. 8. tit. 3. Videbat se in eo atrio consedisse, in quo illius Imperiosi Torquati severitate conspicua imago posita erat, prudentissimaeque viri succurrebat, effugies majorum suorum cum titulis suis idcirco in prima aedium parte poni solere, ut eorum virtutes non solum posteris legerent, sed etiam imitarentur. Sext. Prop. l. 1. eleg. 4.

Nescit amor prorsis cedere imaginibus.

Præcedenti enim versu dixerat:

Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti.

P. Ovid. lib. 1. Fastor.

Perlege dispositos generas per atria ceras.

Pinacothecis hinc aut tablinis claudendis, conservandis, in finebrem comitatum efferendis præerant servi, quos ab atrii cura atrienfes vocabant. M. Tull. paradox. 5. Atque ut in magna familia sunt alii latiores, ut sibi videntur, serui, sed tamen serui atrienfes, atque tu pari stultitia, quos signa, quos tabula, quos calaturni argentum, quos Corinthia vasa, quos edificia magnifica nimio opere delectant. Quem locum inliguiter posse ex MS. sic suppleri existimo: Latiores, ut sibi videntur, serui, sed tamen serui, ut atrienfes, alii inferiori loco, ut medi. istini, sic stulti quidem omnes, ut tu, pari stultitia, sunt, quos signa, &c. Petronius supra laudatus obiter officium indicavit, sed apertius Junius Moderat. Columella l. 12. Rei Rust. cap. 3. ait, uxorem debere insistere atrienfesibus, ut supellectilem, & ferramentis deterfa nitidetur, atque rubigine liberentur, ceteraque, si refectilem desideret, fabricis concinnanda tradantur. Meinius Phaedrus Tiberii Caesaris libertus l. 2. fab. 36.

Ex alii, nullis vnus atrienfesibus,

Cui tunica ab humeris linteo Pelusso

Erat districta, cirris dependentibus.

M. Accius Plaut. Pseudolo act. 2. sc. 2.

PS. Condus, promus sum, procurator peni.

HA. Quasi te dicas atriensem. PS. imo atrienfes ego impero.

HA. Quid tu servensue es, an liber? PS. nunc quidem etiam seruo.

HA. Ita videre, & non videre dignus qui liber ses.

Superest jam ut ostendatur, quae qualisque aedium pars fuerit atrium. Sunt inter doctos nonnulli, qui locum subdivalem intellumque voluit fuisse, quod Tertullianus subdival dixerit Itaque cum Impluvio confundunt, aut cum loco in mediis adibus patenti, utrumque male. Nam M. Varro l. 4. de Ling. Lat. quod relicum erat in medio, ut lucem caperet, deorsum, quo impluebat, Impluvium dictum, & sursum quo compluebat, Compluvium, & deinde Atrium ab Atriatis Thescis, ejus primis authoribus derivatum contendit, quicquid sciolii togatorum doctissimo oblatent.

Adde locum hunc subdivalem in medio adificio, Impluviumque dictum, cum atrium prima domus pars, testante A. Gellio l. 16. cap. 5. Festus Pomp. genus edificii ante adem continens mediam atriam, in quam collecta ex omni tecto pluvia descendit. Contra Maro diserte l. 2. Aeneid.

Adibus in mediis, nudoque sub aetheris axe  
Ingens ara fuit.

Et utrumque memorat, sed tanquam quippiam discretum distinctumque, Corippus Africanus l. 1. num. 7.

Est domus interior tectorem in parte superna,

Luce sua radians, & aperto libera celo,

Constituto vitrei splendens fulgore metalli.

En subdival, quod ab atrio aliud, ut liquet ex eodem lib. 2. num. 4.

*Jam latus princeps divalia tellis subibat,  
Amplaque gaudentes implebant atria turba.*  
Corrigatur idem l. 3. num. 7.  
*miratur barbara pubes;  
Ingressus primos immensa laque atria lustrans.*  
Legendum omnino est:

*atque immensa atria lustrans.*  
Itaque atrio porticus extrinsecus adiacebant, inter quas & impluvium. Isidor. l. 15. cap. 3. ut non possit concipi qua ratione idem cum atrio fuerit impluvium. Deinde in atrio ignis extrui solebat, ut recte Joan. Britannicus ad Sat. 8. Javenalis v. 8. *summas imagines exponat summa fordidus*, igne in atrio videlicet extincto, at sub dio quis sanæ mentis putaverit ignem veteres quotidie excitasse, nisi forte ut leones terrent? quid quod in atrio, ut jam antea dixi, majorum vultus cetera expressi, nobili-

ris suæ & generis claritudo, asseverantur, quos aperti cœli injuriæ exponere quam ridiculum, quam à re alienum? Denique non tantum *prominentes pinas* habebant atria, sive ut Vitruvius supra citatus appellat, *alas*, sed etiam laquearia, quod qui pertinaciter verius, quam doctè, ad aperitum & subdivalem atrii situm trahunt, delirant. M. Thall. orat. de præf. urbana: *Considerat templum, videt undique rotulum laqueatum pulcherrime*. Et Cicero undique tellum interpretatur *laqueatum*: laqueare autem, non tantum alas habuisse atria, indicio est D. Aulon. in Mosella:

*Innec & Phrygiis sola lavas confere cruxis,*

*Tendens marmoreum laqueata per atria campum.*

Et L. Apul. l. 5. Asini sui. *Suuma laquearia citro & ebore curiose cavatis subeunt aurea columna.* Vide loquum & perpende.

## REGIO NONA, CIRCUS FLAMINIUS.

Collis Hortulorum, aliàs Hortorum.

Campus Martius.

Via fornicata.

Via recta.

Vici XXX.

Vicomagistri cxx.

Curatores 11.

Denunciatores 11.

Palus Caprea.

Mimitia vetus.

Mimitia frumentaria.

Crypta Balbi.

Ciconiæ mixæ.

Meleagricum.

Fregellæ.

Lucus Mavortianus.

Lucus Minervæ vetus.

Lucus Petilius major extra portam Flumentanam.

Lucus Victoriæ.

Lucus Lucinæ ubi erat Terentium.

Templa VIII.

Pantheum Jovis Ultoris, in quo erant signa Herculis humi sedentis; Minervæ ex ebore, opus Phidiæ; Veneris cum unione Cleopatrarum.

Templum Jani prope theatrum Marcelli, cum signo Jani bifrontis.

Templum Bruti Callaici, in quo erat colossus Martis, & statua Veneris Gnidicæ nudæ.

Templum Apollinis.

Templum Neptuni juxta septa.

Templum divi Antonini, cum columna cochlide.

Templum Minervæ Chalcidicæ.

Templum Isis & Serapidis prope ovile.

Ædes XX.

Ædes antiqua Apollinis cum lavacro & colosso.

Ædes Herculis Magni custodis circi Flamini.

Ædes Metelli, ubi erat statua eburnea Jovis à Praxitele facta.

Ædes Martis in circo Flaminio.

Ædes Vulcani in circo Flaminio.

Ædes Juturnæ ad aquam virginem.

Ædes Bellonæ versus portam Carmentalem, in circo Flaminio, intra quam dabatur senatus le-

gatis exterarum nationum, quos in Urbem admittere nolebant.

Ædes Minervæ.

Ædes Fortunæ equestris vetus.

Ædes Apollinis.

Ædes Neptuni in circo Flaminio.

Ædes Larium permarinum in campo Martio.

Ædes boni eventus.

Ædes Veneris Victricis.

Ædes Castoris in circo Flaminio.

Ædes Floræ.

Ædes Junonis Reginæ.

Ædes Dianæ.

Ædes Herculis Musarum.

Ædes Junonis in porticu Octaviæ, ubi erant statuæ

Æsculapii & Dianæ, opera Scopæ; Junonis, Veneris & Jovis, opera Philisici Rhodii; simulachrum Junonis opus Dionysii & Polyclidi; Dianæ, Latonæ, ix. Musarum, Apollinis nudi, Apollinis citharam tenentis, opera Timantidis; Æsculapii & Dianæ, opera Cephisidori.

Ædicula XXX.

Porticus Q. Catuli.

Porticus Philippi.

Porticus Corinthia duplex Cn. Octavii.

Porticus Argonautarum.

Porticus Pompeii Magni, cum curia & atrio.

Porticus Metelli.

Porticus Agrippæ ante Pantheum.

Porticus Octaviæ sororis Augusti, in qua erant schola, curia, & bibliotheca; Delubrum cum signo Apollinis, opus Philisici Rhodii; item statuæ Saturni, Batrachi, & Veneris, opus Phidicæ & Cornelie Gracchorum matris.

Porticus Trajani Augusti in campo Martio.

Porticus Gordiani Imp.

Porticus Gallieni Imp.

Porticus Europæ.

Atrium Pompeii.

Sacrarium Numæ.

Delubrum Jovis Statoris.

Delubrum Cn. Domitii cum signis Neptuni, Thetidis, Achillis, Nercidum & Tritonum, opera Scopæ.

Delubrum Apollinis in porticu Octaviæ.  
 Ara Neptuni.  
 Iſæum.  
 Serapium.  
 Minervium  
 Odæum.  
 Minerva vetus cum luco.  
 Jupiter Pompeianus pedum xxx.  
 Colofius Apollinis.  
 Equiria  
 Circus Flaminius.  
 Circus Alexandri Imp.  
 Stadium.  
 Obeliscus pro gnomone in Campo Martio.  
 Stabula quatuor factionum.  
 Theatrum Pompeii.  
 Theatrum lapideum.  
 Theatrum Balbi, capit loca cc̄iōō cc̄iōō cc̄iōō ∞  
 xcv. id est, 31095.  
 Theatrum Marcelli, capit loca cc̄iōō cc̄iōō cc̄iōō  
 id est 30000.  
 Amphitheatrum T. Statilii Tauri.  
 Naumachia Domitiani.  
 Forum Ahenobarbi.  
 Basilica Mattidii, aliàs, Macidii, aliàs Matidiæ.  
 Basilica Marciana.  
 Basilica Antoniniana, ubi erat provinciarum me-  
 moria.  
 Curia Pompeii cum atrio & porticu.  
 Curia Octaviæ cum porticu, in qua erat signum  
 Apollinis fulmen tenentis.  
 Septa Agrippiana.  
 Septa Trigaria.  
 Ovile.  
 Diribitorium.  
 Villa publica, ubi primum census populi actus est.  
 Carcer centum virorum.

Horti Lucullani.  
 Horti Agrippæ.  
 Schola, porticus Octaviæ, in qua erat statua Cu-  
 pidinis, opus Praxitelis: Quatuor Satyri, &  
 duæ Nymphæ.  
 Thermæ Agrippæ.  
 Thermæ Neronianæ.  
 Thermæ Alexandrinæ.  
 Thermæ Hadriani Imperatoris.  
 Thermæ Decianæ.  
 Balinea privata LXIV.  
 Lavacrum Apollinis.  
 Lacus Therimarum Neronis.  
 Lacus sine nomine.  
 Fons Scipionum.  
 Bibliotheca porticus Octaviæ.  
 Arcus Ti. Cæsaris.  
 Arcus divi Claudii.  
 Columna Coclidis Antoniniana, alta pedes CLXXV.  
 habens gradus ccvi. & fenestras lvi.  
 Columna index belli inferendi, ante ædem Bellonæ.  
 Sepulchrum, sive Mausoleum Augusti, in quo erant  
 duo pares obelisci magni, singuli pedum XLIII.  
 Sepulchrum Domitiorum in colle hortulorum.  
 Sepulchra in Campo Martio Sullæ Felicis Dicta-  
 toris, Juliarum, Cæsaris amitæ & filix, Hic-  
 tii & Panfæ Consulum.  
 Pistrina xxxii.  
 Horrea xxxii.  
 Domus cxl.

*In his:*

Domus Alexandri Imperatoris.  
 Domus Pinciorum, in colle hortulorum.  
 Insulæ ∞ ∞ ∞ 10ccxxcix. id est, 3788.  
 Insula Philidis.  
 Regio continet in ambitu pedes cc̄iōō cc̄iōō cc̄iōō  
 dlx. id est, 30560.

#### PARALIPOMENA.

*Ad Regionem nonam.*

#### DE UNIONE CLEOPATRÆ.

**U**Nio seu margarita Cleopatrx dedicata fuit, tanquam do-  
 narium Veneri, postquam Antonius ab Augusto fus-  
 sus, & illa Romam capta est traducta. C. Plin. l. 9. cap. 35.  
 Duo fuerunt maximi uniones per omne ævum, utrumque possedit  
 Cleopatra, Ægypti reginarum novissima, per marem orientis  
 regum sibi traditos. Vide quæ in celebratissima historia com-  
 prehenſaſequentur, & ex eo Aurel. Macrob. l. 2. cap. 13. qui  
 nonnihil à Plinio variat, qui Veneri tantum donatum unionem  
 prodit, hic templo ejus, quod pantheon vocatur, consecratum,  
 & quem ille L. Plancum, hic Menacium Plancum, sive ut alii  
 præferunt codices, Numatium vocat, cujus narrationem ad  
 verbum sequitur Joannes Saresberienſis Policarici l. 8. cap. 7.  
 postrema tamen ponam, ab utroque prætermissa puto, quia  
 parum sana, viciſſimumque Antonium pronunciat homine irato. le-  
 ge, onine ei rato. quod nempe postea ab Augusto victus fuerit,  
 omnia enim pugna, pro augurio passim. De pretio horum u-  
 nionum controversum, quidam HS. centies, id est, ducenta  
 quinquaginta milia aureorum, pretium statuunt, alii longe

supra, nempe HS. sexcenties, hoc est, quindecies centena  
 milia aureorum. Q. Catull. epigr. 27.

*Ducenties comisset, aut trecenties.*

Et hic est ille ornatu, quem tam magnificentum extulit M.  
 Lucan. l. 10. v. 137.

*Nec streptis contenta suis, nec fratre marito,*

*Plena maris rubri spoliis, colloque comisque*

*Divitiis Cleopatra gerit, cultuque laborat.*

Certe eo lubentius hanc Cleopatrx cum Antonio sponsio-  
 nem exposui, quo memini me animadvertere, eam non  
 tantum luxuria, sed etiam ebrietatis Antonio fuisse comi-  
 tem, nam à diluculo statim menſæ accumbens, usque ad  
 ebrietatem potabat. Socrates Rhodius lib. 3. belli civilis  
 apud Athenarum lib. 4. cap. 7. dipnosophist. Cic. 6. Phi-  
 lip. in fine. Lucan. lib. 4.

*Profugisque bibax Antonius armis.*

Mart. l. 2. epigr. 89.

*Quod vomis, Antoni.*

Immoderatio, inquam ista, non tantum in Antonio, sed & in  
 Cleopatra, quæ & vino Mareotico maxime oblectabatur. Sui-  
 das in voce ἰσχυρα. L. Senec. epist. 83. Marcum Antonium  
 magnum virum, & ingenii nobilis, quæ alia res perdidit, & in  
 externos moves, ac non Romana vitia trajecit quam ebrietas? nec  
 minor vino Cleopatra amor. Legendum putat Lipsius, nec minor

vini, hac illam res hostem republicæ, hac hostibus suis imperem reddidit, hac crudeliter fecit.

Unio eadem gemma, qua aliis margarita, quæ in conchis generatur, timensque piscantium insidias inter saxa se occultat, nec capitur, aut inter canes marinos delitescit, certus est naturæ dux conchis, qua captæ, quæ evaserint, redeunt, ut capiantur. Jul. Solin. polyhist. cap. 56. Matutinus vos candidas facit, hoc est meliores, vesperitius aer obscuras deterioresque. Iliod. l. 16. cap. 10. Est enim illa nascendi lex, ut concha densus oscitandò, ex luvii aspergine, cutum humoris capiant, exindeque gravida, edunt margaritas, quas uniones appellant, quia nunquam nisi una est in una concha. Ammian. l. 23. in fine. Servius Honoratus ad l. 1. Æneid. v. 657. Multi separant gemmam, & margaritam, ut Cero, nullam gemmam aut margaritam, & gemmas voluit dii diversi coloris, margaritas vero albas, vel gemmas integras, margaritas pertusas. Recte ergo Ulpian. IC. margaritas nec lapillorum nomine, nec gemmarum contineri constat. l. 19. ff. de auro & argenteo. Hoc unio proprium esse voluit, ut quo magis à sole occultatur, & radiis ardentibus, eo pulchrior evadat. Athen. l. 3. dipnosophist. cap. 8.

Varius usus: nam aut templa satæque deam ornabantur eo, M. Tull. Actioe 1. in C. Verrem, aut porticus publicæ. Unde P. Victor in 8. reg. ponit porticum margaritariam, hoc est margaritis affixis splendidam, decoratamque: aut mulierum colla, brachia, aures vestesque insigniant, comprehendunturque nomine mundi muliebris. Artemidor. Oneirocrit. l. 2. c. 5. Denique principum virorum equos, arma, ephippiaque, quod alibi fuisse dicam. nunc addatur locus M. Varonis apud Nonium; principum ephippia & phalera margaritis radiabant. Atque hic legitimus usus: at vero Helioabalus habitia calcamentis margaritas, & quidem sculptas, quod omnibus visum novit quasi possent nobilitatem artificum opera in pedibus cerni. Æl. Lamprid. in eo. At C. Caligula exemplo Cleopatrae, pretiosissimas margaritas acetoliquescens absorpsit. C. Sueton. in eo cap. 37. qui ritus frequens nepotibus. Q. Horat. l. 2. sat. 3.

Filius Æsopi detrahit ex aure Metella, Scilicet ut decies solidum exsorberet, aceto Diluit insignem bacam.

Usus Romæ ignotus ante Syllam, qui primus in urbem innoxit, tanto omnium ordinum studio receptus, ut Cæsar dilator ritum sensuenter margaritas gestandi, & lata lege creverit. Sueton. cap. 43. Nascuntur non in Æthiopia modo, India, ubroque mari, sed etiam in Britannico æstuario. D. Aulon in Mossella:

Tota Caledoniis talis pictura Britannis,  
Cum virides algas, & rubra corallia nudat  
Æfusus, & albentes concharum germina bacas.

Sic enim recte legendum puto, non ut antea concharum germina bacas, bacæ enim at boribus proprie congruunt, bacæ de gemmis dicuntur. Corrupti in hac voce, & alii scriptores, quod eruditissimus Levinus Torrentius indicavit; vide ab illo citatos, & adde apud Hadrianum Junium lib. 6. Animadv. cap. 15. C. Petronium. quo Margarita cara, tribaca, Indica. Claudiani locum unum in paneg. de 4. Honorii consul.

Ei variis spirat Nerèia bacia figuris.  
Et alterum in paneg. de 6. Non. consul.  
Subfringitque comam gemmis, & colla mollis  
Circuit, & bacis onerat candentibus aures.

## PARALIPOMENA.

### De Minerva Chalcidice Æde.

Cum diis devictarum gentium, nomina etiam, non solum cultus recipere solebat Romani, unde & Minervæ Chalcidicæ templum in hac 9. reg. collocat Onuphrius, & ante illum P. Victor, ad similitudinem ejus quod Sparta erat, quod Chalcidicam vocant. Meminere scriptores Latini Gracique. T. Liv. 5. Decad. lib. 5. Atoli circa Chalcidicam (Minervæ est templum ætium) congregati cædentur. Pausan. Lacon. ἱστάθαι Ἀθηναῖς ἱερὸν πτωκεῖται, πολέχην καλεῖται, καὶ χαλκίους, τῆς αὐτῆς. Hic Minervæ templum factum est, quæ Polinebus, & Chal-

cæcus eadem appellatur. Non ergo hoc nominis ipsi deæ Minervæ, sed templo competebat: licet certum sit frequentius deæ solere attribui. Suidas locuples est testis: χαλκίους ἢ Ἀθηναῖς ἐν Σπάρτῃ, ἢ ὅτι χαλκῶν οἶκον εἶχεν, ἢ διὰ τὸ τῆς χαλκίδος τὸς ἐξ Ἐυβοίας φυλάδας αὐτὸν πταίας Chalcidæus Minervæ Sparta, vel quod domum arcem habebat, vel quod Chalcidenses, qui sunt ex Eubœa, exules, id templum condiderunt. Et ex eodem multisque aliis auctoribus Cælius Rhodignus Antiquar. lect. l. 19. cap. 8. ergo à structura arcæ, vel simulachro Jovis arcæ, omnium, quorum in venisitate mentio, antiquissimo, fide sanam appellatum, vel à Chalcidensibus conditoribus, impositio Chalcidicæ nomine. Virgil. l. 6. Æneid.

Chalcidicæque leviss tandem superastitit arcæ.  
Vel forte Minervæ id cognomeni impositum, quod bellorum illa habere: ut præfes, in quibus armorum arcorum frequens usus; ferreorum, nullus, quod viri docti observarunt ex Homero & C. Plinio, certe apud Homemum ducum clypei, aut aurei, aut aerei, ferrei nusquam, Iliad. l. 6. v. 235.

Ὅς ἀπὸς Τυδείδῃ Διομήδεα τεύχε' αἰεὶ  
Χρυσέα χαλκίῳ ἐκτόμβοι ἰνιβάδων.

Qui cum Tydide Diomede arma permittavit, aurea arcis, centum bobus valentia, cum iis quæ novem bobus æstimabantur. Hausta etiam, non modo clypei, ex ære eidem describuntur pene ubique l. 3. Iliad. in principio in apparatu monomachia Paridis;

Παρδαλὴν ὤμοισιν ἔχων, καὶ κερπύλα τάχα,  
Καὶ ξίφος, αὐτὰρ ὁ δοῦρε δῦα κερουρβήμια χαλκῷ  
Πάλλων.

Pellem paridi humeris habens, & curvos arcus, & ense, sed hic hastilia duo acuminata arc vibrans. Plutarch. in parallel. Rom. & Græc. cap. 11. φορβήντος δὲ τῆς Ἀργιολίας ὁ πατὴρ μέχρι τοῦ ναοῦ τῆς χαλκίδος συνεδίωξεν ἀθηναῖς, καὶ τὰς θύρας τοῦ τεμένους πλίνθιν φράξας, λιμῶ ἀπὸ κείνου, ἢ δὲ μήτηρ καὶ ἀπαρὸν ἐπίψεν. Depercherum autem Agestilus pater usque ad templum Minervæ Chalcidicæ cum aliis persecutus est, obturatisque fimi foribus latere coactus, fame necavit, ejus autem mater etiam sepultura honore seu intumescitum projecit. Æmil. Prob. sive Corneli. Nepos in Pausania vita. Itaque paucis ante gradibus, quam quæ sequebantur, in ædem Minervæ, quæ Chalcidæus dicitur, confugit: hinc ne exire possit, statim Ephori valvas ejus adis obstruxerunt, testamque sunt demoliti, quo facilius sub dio interiret. Ut mirum mihi videatur, cur nonnulli eruditionis & famæ nomine subvecti, insignesque viri, non Minervam, sed Jnonem hoc epitheti habuisse contendunt. Adeoque interpres Gallicus Plutarchi lapsus nupter, dum in vita

Lycurgi χαλκίκοιο, templum Jnonis Chalcidicæ exponit; deceptus, ut puto, ambiguitate scriptoriorum, qui deam non nominant, sed cognomentum tantum exprimunt. Idem Plutarchus in Ægide & Cleomene. Polyænus stratag. lib. 4. διὰ δὲ συλλαβίσαντες τισὶ τῶν γένων ἐκέρτησεν εἰς τὸ τῆς χαλκίδος τίμενος μετὰ τῶν ὄπλων εἶναι τῆς ἐν ἡλικίᾳ. Propter graves causas, cum quibusdam juvenibus collocuti, proclamari per præconem iusserunt, ut omnes ætate corroborata in templum Chalcidicæ concurrerent. Thucydides belli Peloponnesi. l. 1. p. 89. ἀπὸς τὸ ἱερὸν τῆς χαλκίδος χαρῆσαι δρόμῳ, καὶ σπερκαταφυγεῖν. In templum Chalcidicæ se protiguisse, cuiusque ceteros præconem iussit. Ælian. var. histor. l. 9. cap. 41. ἐπεὶ δὲ ἦν ἀπὸς τῆς χαλκίδος, καὶ διαπάλας τῷ λιμῶ, καὶ ἐμμελλὸν ἀποθνήσκειν ἀθροῦσι τῶν ἀλκιδέων. Cum vero jam esset in Chalcidæo, & cum fame inaretur, jamque calamitosissimam omnium mortem cerneret.

Eadem hæc Minerva quæ Chalcidæus dicitur, & Chalcidicis vocari solebat, notar Philp. Beroald. in l. 10. L. Apuleii de Asino. Pausania prius citato polinechos audit, quod nempe in arcæ edicæ fanum istud, conspiceretur, veluti urbis præfes aut tutela; talis enim erat Pallas. Q. Caullus ep. 1.

Quæcumque quod est, patrona virgo,  
Uxo plus maneat petente sa. lo.  
In quo versu mira diversitas. Nam vetus editio præfert:  
Quæcumque quidem, ora per vitrorum,  
Josephus Scaliger censuit legendum:

Quæcumque, quod ὁ πατρίτιο ὄντρο.  
Sed nostram lectionem ex MS. codice asseruit Achilles Statius

Neapolitanus, & habet ipsum Caullum fautorem, qui *Palladem arium* sive *urbium præsidem* describit Epigr. 64. in *urptis Pelei & Thetidos*:

*Divis quibus retinens in summis arboribus arces  
Ipsa levi fecit volitantem flamine curram.*

Ex illa contumidine dii locorum & maxime urbium præfules *πολιῶχοι* *ἑσθ* vocabantur, ac si *intelares* dicas. Jul. Poll. l. 1. cap. 1. num. 23. Quo respicit C. Suetonius in Vitellio cap. 13. *Hanc quoque (cœnam) exuperavit ipse dedicatione patine, quam ob immensam magnitudinem, clypeum Minervæ, Αἰγίδα πολίῶχε, διῆσταιβatur.* Vide Suicam in voce *πολιῶχοι*. Quod *εἰ* hietri tributum Minervæ. Aristophan. in Equitibus:

*ὦ πολίῶχε Παλλάς, ὦ  
σὺ ἱερατῆς ἀπα-  
σῶν, πολίῶχε τε καὶ ποιη-  
ταῖς, θανάμωσθ' ὑπερφρι-  
σῆς μεδίσα χόρας.*

Venerit Nicodemus Frischlinus:

*Casta Minerva, quæ omnium (maius, custos Minerva)  
Hinc celeberrimam urbium  
Morte poeticaque habes,  
Et valida potentia  
Hinc dominaris oræ.*

Apollon. Rhodius Argonautic. l. 1. apud Gyraldum Feriariensem de diis gentilibus Syntagma. 11. pagin. 294.

At Chalcidicæ Minervæ fanum non in monte aliquo, sed in plano, constat ex situ nonæ hujus regionis, & meminit Dio Cocceian. l. 51. in narratione de Augusto, *ἐπὶ δὲ ταῦτα διετίσσει, τὸ τὸ Ἀθήναων, καὶ τὸ χαλκιδικὸν ἄνομασμίην, καὶ τὸ βουλευτήριον, τὸ Ἰουλίειον, τὸ ἐπὶ τῆ πῆ*

*παρῆς αὐτῷ τιμῆ γυνίμοιον, καθίερωον.* Deinde *Minervæ* templum, quod *Chalcidicum* vocatur, cum curiam *Juliam* in honorem patris sui factam dedicans.

## PARALIPOMENA.

### De Sylla Felicis sepulchro.

Syllam philippiensi obiisse noxam, & ob id in gente *Cornelia* primum crematum liquido patet, ex Plinio, Appiano, & aliis. De loco sepulchri altum inter scriptores silentium, nisi quod *Onuphrius* in nona regione collocet. Sepulchro, ut apparet, secundum illius avi ritum, inculpam eloquium *Felicis*, quod vivus adeo cupide fuerat amplexus. Q. Flor. Tertull. Apolog. contra gentes cap. 11. *Quis ex illis diis vestris gravior & sapientior Catone, justior & militarior Scipione, quis sublimior Pompeio, felicior Sylla, copiosior Crasso, eloquentior Tullio? Valer. Maximus l. 6. cap. 9. tit. ult. Turpem adolescentulum, & virum dicere fortem (L. Syllam) nisi ipse se felicem appellari maluisset. Jul. Sol. polyhist. cap. 7. Qui attingat ad titulum felicitatis, necdum repertus est, & qui felix censei jure debuerit, namque *Cornelius Sylla* dictus potius est, quam fuerit felix. C. Plin. l. 7. cap. 43. Unus hominum ad hoc avi, felicitis sibi cognomen asseruit L. Sylla, civili namque sanguine, ac patriæ oppugnatione adoptatus. Jul. Firmic. Maternus l. 1. Matheos cap. 3. Decreto amplissimi senatus & populi nomine prospera & perpetua felicitatis ornatur. C. Sueton. in Tiberio cap. 59.*

*Aspice felicem sibi, non tibi, Romule, Syllam,  
Et Marium, si vis, aspice, sed redudem.*

Itud vero cognominis sibi ab aliis delatum, cum ipse fortunæ filius dici voluerit. Plutarch. l. de fort. Romanor.

## REGIO DECIMA, PALATIUM.

Mons Palatinus, aliàs, Romulus.

Via nova.

Prata Bacchi, ubi fuerunt ædes Vitruvii Fundani.

Clivus Victoriæ.

### Vici VII.

Vicus Padi.

Vicus Curiarum.

Vicus Fortunæ respicientis.

Vicus Salutaris.

Vicus Apollinis.

Vicus Hujusque Diei.

Vicus Fortunæ redicis.

Vicomagistri xxix.

Curatores 11.

Denunciatores 11.

Roma Quadrata.

Sedes Imperii Romani,

Velia.

Summa Velia.

Ad capita Bubula.

Sicilia in Palatio.

Ad Mammam, hoc est, diætæ mammarum.

Lucus Larum.

### Templa X.

Templum Jovis Statoris.

Templum Fidei.

Templum Apollinis Palatini, dedicatum ab Augusto, ubi lychnuuchi pendebant, instar arboris mala ferentis: cum porticu & area, in quo erant simulachra Dei Apollinis, opus Scopar;

Dianæ, opus Timothei; & Signa quatuor bouum ænearum a Myrione facta.

Templum Lunæ in Palatio.

Templum Jovis, aliàs, Solis Alagabali.

Templum Augusti.

Templum Quirini prope Lupercal, ubi erat signum lupæ, præbentis duobus pueris, Romulo & Remo, mammas.

Templum Jovis propugnatoris.

Templum Matris Deum, & aliàs, Magnæ matris

Idææ, cum simulachro ejus ex Pessinunte deveccto.

Templum Febris in Palatio cum ara.

### Ædes IX.

Ædes Consi.

Ædes Dei Viriplacæ in Palatio.

Ædes Fortunæ Vicinæ.

Ædes Rhamnusiæ.

Ædes Jovis Victoris.

Ædes Dijovis.

Ædes Orci.

Ædes Vestæ.

Ædes Victoriæ.

### Ædicula VII.

Porticus Templi Apollinis cum statua M. Varronis.

Area Templi Apollinis Palatini.

Sacellum Larum in Velia.

Sacellum Volupiarum.

Delubrum Junonis Sospitæ.

Delubrum Palatii.

Delubrum Minervæ.

Delu-



Delubrum Latonæ.  
 Pentapylon Jovis Arbitratoris.  
 Auguratorium.  
 Jovis Cœnatio.  
 Curia Saliorum.  
 Sacrarium Saliorum Palatinorum.  
 Lupercal in Theatro.  
 Casa Romuli.  
 Tugurium Faustuli.  
 Ara Febris.  
 Ara Palatina.  
 Colossus Jovis Opt. Max altus pedes ccl.  
 Fortuna respiciens.  
 Victoria Germanicana.  
 Colossus Apollinis Tuscanici L. pedum in Bibliotheca Palatina.  
 Statua aurea Britannici Cæsaris.  
 Theatrum Statili Tauri in Palatio.  
 Curia veteres xv. id est,  
 Foriensis.  
 Rapta.  
 Vellensis, &  
 Velitia.  
 Balinæ Palatinæ.  
 Balinæ privatæ xv.  
 Arcus Octavii patris Augusti, cum signis Apollinis & Dianæ, ex uno lapide, opus Phidiæ, quadriga & curru.  
 Bibliothecæ Palatinæ duæ, videlicet Latina Apol-

linis, in qua erat statua Numeriani Imp.  
 Bibliotheca domus Tiberianæ.  
 Septizonium Severi Imperatoris.  
 Sepulchrum Cinciorum.  
 Pistrina xii.  
 Horrea xvi.  
 Domus cxxix.

In his:

Domus Tulli Hostilii Regis.  
 Anci Marcii Regis.  
 Servii Tullii Regis.  
 Poplicolæ in Velia.  
 L. Crassi Oratoris.  
 L. Hortensii Oratoris.  
 L. Sergii Catilinæ.  
 M. Æmilii Scauri.  
 C. Cæsaris Dictatoris.  
 L. Annæi Senecæ.  
 M. Valerii Flacci.  
 D. Catuli.  
 M. Ciceronis.  
 Domus Augustana.  
 Domus Tiberiana cum Bibliotheca.  
 Domus Dionysii.  
 Domus Cejoniorum.  
 Insulæ CIOTOC. id est, 1600.  
 Regio continet in ambitu pedes CCIOO ∞ IOC. id est, 11600.

PARALIPOMENA.

Ad Regionem decimam.

DE LYCHNUCHIS APOLLINIS  
 PALATINI.

DE Apollinis Palatini templo, ac Bibliotheca dicam lib. 2. cap. 7. hic tantum de lychnis seu lychnuchis paulo altius repetendum. Lumina ergo veterum, non faces, funalia, candelæ, sed *lychni*, quos generali nomine *lumen* interpretatur Isidor. l. 17. cap. 8. describit D. Ausonius Euidyll. 2. in Cupidine cruci affixo, & testari vult fuisse, quod idem valet, ac si lucernam dicas.

Fert fumida testæ

Lumina Vestica præceptis de terre puella.

Jul. Pollux lib. 7. Onomast. cap. 33. num. 7. *λυχνιοίς*, *λυχνιαίς*, *λυχνέχους*. *Lychnorum confector, lychnorum venditor, lychnuchus*. Heliodor. Æthiopic. lib. 7. *μόνον δὲ τὸν θάλαμον λύχνης καταυλίζοντας*. Solum autem thalamum lychno illustrante. Arrian. dissertat. Epicteti libr. 1. cap. 19. *ἔρχεται εἰς οἶκον, ὑπὸ τῆς λύχνης ἀπὸ μόνου, ἀναβαίνει εἰς τὸ καπιτώλιον, ἐπιθύει*. Domum venit, collucet omnia lychnis, ascendit in Capitolium, sacrificatur. Videtur respexisse ad locum C. Suetonii in Julio cap. 37. *ascenditque Capitolium ad lumina quadragesima elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus*. Non Romanum hunc tantum fuisse morem, sed & Græcum indicio est authoritas Euripidis in Iuo.

Κοίταις ἐν ἀνταῖς λυχνος ὁσπερ Σὴρ μόνος.

Cavis in antris sine lychno tanquam fera solitaria.

Lucianus Placidius Grammaticus: *privatorum usibus videtur lucernas attribere, principum lychnos*, ad v. 521. l. 1. Thebaidos Statianæ:

*Ass alii tenebras, & opacam vincere noctem  
 Aggressi, tendunt auratis vincula lychnis.*  
 Aristophanes in Achatneusibus meminit act. 4. scen. 2.  
 Κρατὴρ κακῶν, τριπτὴρ δικῶν,  
 φαίνει ὑπευθύνος λυχνέχος, καὶ κόλιξ  
 τὰ πράγματ' ἐγκολιάσθαι.  
 Vertit Nicodem. Fischlinus:  
 Erit malorum plurimum  
 Crater, tapetum litium,  
 Fax (lucerna) in reis quadruplandis, & calix in hac  
 Republica obruenda.

Priscianus Cæsariensis in versione periegeseos Dionysii Afii:

*Et flammæ simi is splendenti lumine lychnis.*

Idem in eodem carmine ad finem:

*Hic lychnis lucem simul ut splendore lucerna.*

D. Paulin. Episcopus Nolæ D. Felicis Natali 6.

*Ass alii peltis accendunt lumina ceris,  
 Multiforesque cavis lychnos laquearibus aptant,  
 Ut vibrent tremulas funalia pendula flammis.*

Recte *pendula funalia*, Stadius paulo ante, *tendere vincula* dixit, Virgil. l. 1. Æneid. v. 729. in convivio illo Didus:

*Fit strepitus testis, vocemque per ampla volutant  
 Atria, dependent lychni laquearibus aureis.*

T. Lucret. de Rer. Nat. lib. 5.

*Quinetiam nocturna tibi terrestria que sunt  
 Lumina, pendentes lychni, clavaeque coruscis  
 Fulguribus, pingues multa caligine tædæ.*

En clare, *tædæ* apud Lucretium, *cereæ candelæ* apud Divum Paulinum, discretæ à *lychnis* seu *lucernis*, in quibus nec cera, nec pix, nec sebum, sed oleum. C. Plinii ex. ar. apud Servium locus ad lib. 1. Georgic. v. 390. & ipse Virgilius:  
*Nec nocturna quidem carpentes pensæ puellæ  
 Nescivere hyemem, testæ cum ardente videreus  
 Scintillare oleum.*

G

M

M. Martialis. lib. 4. epigr. 90.

*Diem parvus lychinus modicum consumat olivi.*

*Etesbaïlle, aut ere.* Artemidor. Oneciroc. libr. 2. cap. 9. Et est areus lychinus visendus apud Clariss. virum nostrique saculi lumen, P. Peranium, in supremo fenatu Consiliarium. Porro lychinos non extinguiebant, sed eos sinebant languescere. Petronius Arbitr in Satyrico pag. 16. *Lucerna quoque humore desecta, tenne & extremum lumen spargebant.* Elegans est Gallien Aug. Epithalamium, quod adscribam propter venustatam.

*Itē, agite, o juvenes pariter sudate medullis  
Omnibus inter vos, non murmura vestra columba,  
Brachia non hederæ, non vincant oscula conchæ,  
Ludite, sed vigiles nolite extinguere lychnos,  
Omnia nocte vident, nil cras meminere lucernæ.*

Alludit, ut puto, ad posteriorem versum Philodemus vetus poeta. in Anthologia lib. 7. epigr. 39.

*Νῦξ ἡρῆ, καὶ λύχνος, συνίσερας δ' τινὰς ἄλλους  
Ὅμοις, ἀλλ' ὁμίας εἰλόμεθ' ἀμφοτέροι.  
Χὰ' μὲν ἐμὲ σέρξουν, κίον δ' ἐγὼ ἔποτε κείψην.  
Ὅμοισάμεν κοινὴν δ' εἴχετε μαρτυρίην.  
Νῦν δ' ὁ μὲν ἔρκια φησὶν ἐν ἕδατι κίνα φέρεσθαι.  
Λύχνη δ' ἐν κόλποις αὐτῶν ὄζει ἑτέρας.*

*Nox surta, & lychne, conscios nullos alios juramentis, sed vos appetimus ambo. Et hic quidem se me amaturum, illum vero me nunquam relicturum juravimus: commune habete testimonium. jam vero ille quidem juramenta dicit in aquam illa ferenda, lychne, tu vero in sibus ipsorum vides aliorum.*

Indicavit & M. Martialis l. 11. epigr. 105. ad uxorem:

*Tu tenebris gaudes, me ludere teste lucernæ,  
Et juvat admissu rumpere luce latus.*

Horat. lib. 3. od. 21. lucernas rota nocte atfisse vidit, amoribusque adhibitatis:

*Te Liber, & si læta aderit, Venus,  
Segnesque nodum solvere Gratia;  
Vivæque producent lucernæ,  
Dion rediens fugat astræ Phæbus.*

Sext. Propert. lib. 2. eleg. 15.

*Quam multa apposita narravimus verba lucernæ,  
Quantaque subblato lumine rixa fuit.*

Et lib. 3. eleg. 7.

*Dulcis ad extremas fuerat mihi rixa lucernas.*

De vario ritu lucernas accendendi festis diebus, coronandi, ante ostia sua statuendi, observatum abunde à Criticis, & dicam alibi. Istud certe à nullo animadversum, quod sciam, *Iguem Imperatoribus prælatum in lucernis.* Et quidem de ignis usu apud Romanos ex Herodiano, apud Persas ex Xenophonte, docuit Just. Lipsius ad Tacitum suum lib. 1. Annal. At de lucerna locus est insignis apud Corippum Africanum, de Justino principe in ludos Circenses procedente, lib. 2. Num. 8.

Præmittis ante

*Signa dedit Cursor postea de more lucernæ.*

Signum ergo illud erat Casarem adventare, quociens Cursores lucernas prætulissent, quas in Circo ponebant, veluti sacre & non violande majestatis indicium, sequitur enim apud eundem Poëtam.

*Exoritur lætum juncuda per agmina murmur;  
Intentos oculos ad sedem vulgus herilem  
Extulit assurgens, quoniam plebs læta videre  
Felicem dominum suam cupiebat amore.*

## REGIO XI. CIRCUS MAXIMUS.

### Vici VIII.

Vicus Consivius, alias Consinius.  
Vicus Proserpinæ.  
Vicus Cereris.  
Vicus Argæi.  
Vicus Piscarius.  
Vicus Parcarum.  
Vicus Veneris.  
Vicus Sanctus.  
Vicus Antiquus Publicii ad portam Trigeminam.  
Vicomagistri xxxii.  
Curatores 11.  
Denunciatores 11.  
Porta Trigemina.  
Salinæ ad portam Trigeminam.  
Velabrum majus in foro Olitorio.  
Velabrum minus.  
Argiletum.  
Lucus Semelis minor.  
Lucus Saturni.  
Templum Mercurii.  
Templum Castoris.  
Templum Herculis Victoris in foro Boario.  
Templum Jani ad forum Olitorium.

### Ædes XXII.

Ædes Summani, alias, Ditis patris.  
Ædes Cereris vetus.  
Ædes Proserpinæ.  
Ædes Veneris, opus Fabii Gurgitis.  
Ædes Portumni ad pontem Sublicium, alias Aemilium.

Ædes Herculis Olivarii ad portam Trigeminam.  
Ædes Cereris.  
Ædes Pompeii, in qua erat Herculis signum, à Myrone factum.  
Ædes Portumni vetus.  
Ædes Murcia, alias Veneris Myrtæ.  
Ædes Consi subterranea, alias, Neptuni equestris.  
Ædes Pietatis in foro Olitorio.  
Ædes Junonis Matutæ in foro Olitorio.  
Ædes Junonis.  
Ædes Pudicitæ patriciæ.  
Ædes Pudicitæ plebejæ in vico longo.  
Ædes Fortunæ virilis ad Tiberim, in qua erat statua lignea Ser. Tullii Regis.  
Ædes Spei in foro Olitorio.  
Ædes Apollinis Medici.  
Ædes Liberi Liberæque.  
Ædes Solis.  
Ædes Floræ.

### Ædicula VIII.

Ædicula Veneris.  
Ædicula Junonis.  
Ædicula...  
Ædicula Juventutis in Circo.  
Ædicula Solis in Circo.  
Ædicula Proserpinæ.  
Ædicula Cereris.  
Ædicula Parcarum.  
Area Sancta.  
Area Apollinis.  
Sacrarium Saturni cum luco.

Sacellum Jovis Conservatoris.  
 Sacrarium Numæ.  
 Ara maxima, aliàs, magna Herculis.  
 Ara Confii.  
 Ara Jovis Inventoris.  
 Ara Accæ Laurentiæ in Velabro.  
 Apollo Cœlisipex.  
 Hercules Triumphalis.  
 Signa Dearum Setiæ, aliàs, Segestæ.  
 Metiæ ac Tutilinæ in Circo maximo.  
 Circus Maximus, qui capit loca cccccc  
 10000. id est, 485000. in quo erant obelisci duo  
 magni, quorum major est pedum cxxxii. mi-  
 nor pedum lxxxiiix.  
 Circus Intimus.  
 Forum Olitorium.

Basilica Caji & Lucii Cæsarum.  
 Campus Trigeminorum.  
 Tabernæ bibliopolarum Argiletanæ.  
 Emisarium cloacæ maximæ in Tiberim.  
 Balinæ privatae xv.  
 Lacus sine nomine xv.  
 Fornix Sertinii in circo maximo cum signis auratis.  
 Columna Lactaria in foro Olitorio, ad quam in-  
 fantes lacte alendos deferebant.  
 Lupanaria.  
 Horrea xvi.  
 Pistrina xii.  
 Domus cxxcix. id est, 189.  
 Insulæ ∞ 10c. id est, 1600.  
 Regio in ambitu continet pedes cccccc ∞ 10c. id  
 est, 11600.

## PARALIPOMENA.

Ad Regionem undecimam.

## DE ARGILETO.

**E**vander Argum quendam suscepit hospitio, qui cum de  
 ejus cogitare et interitu, ipse ut regnaret, Euandro hoc non  
 sciens, loci intellexerunt, & Argum necarunt, cui Euander  
 & sepulchrum fecit, & locum sacravit, non quod ille mereba-  
 tur, sed hospitalitatis causa, ergo *Argiletum ab Argo illi: sacra-  
 to, & sepulto. Alii Argum occisum dicunt ab ipso Euandro, auxi-  
 liante sibi Hercule, quod is ex hospite factus esset inimicus. Alii  
 Danaen cum duobus filiis Argo & Argeo, quos de Fineo habuit,  
 venisse in Italiam, & locum, ubi nunc Roma est, tenuisse, ibique Ar-  
 gum Aboriginum insidiis interfectum loco nomen dedisse. Alii  
 Argiletam portam appellari, quod eam Cassius Argilus sive se-  
 cerit, sive refecerit, quod ibi Cassius, post Argilus bello Punico pri-  
 mo sit interfectus ob turbulentam & seditiosam naturam. Alii  
 quod Argilus senator post Cannensem prælium suaserit à Panis pa-  
 cem postulanti, ideo in senatu captivum, domumque ejus dirutam, &  
 locum Argiletum appellatum. Hæc ad verbum Servius Danie-  
 lis, apud quem & plures vide rationes ad illud lib. 8. Æneid.*

*Nec non & sacri monstrat nemus Argileti,  
 Testaturque locum, & letum docet hospitis Argi.  
 M. Terent. Varro l. 4. de Ling. Lat. Argiletum sunt qui scripse-  
 runt ab Argo, seu quod is huc venit, ibique sepultus sit: alii ab  
 argilla, quod ibi id genus terre. Est autem in principio vici  
 Thufci sub Cæliolo inter Circum Maximum & Aventinum,  
 ubi letum Argi simul & sepulchrum est, a quo hic superior  
 Argiletus vocatur. Imus autem est, ubi Janus quadrifrons,  
 qui & Verumnus, in fine vici Thufci ad radices Capitolii,  
 in foro boario. Q. Fabius Pictor l. 1. in fine de Aureo sæculo  
 & orig. urb. Rom. Terminumque ab altero latere habet Marcelli  
 theatrum. Bartholom. Marliani. Topograph. l. 4. cap. 9. Ta-  
 bernæ hic meritoria. M. Martial. l. 1. epigr. 119.*

*Argi nempe Jules subire letum:  
 Contra Cæsaris est forum taberna,  
 Scriptis postibus hinc & inde totis.  
 Et præsertim bibliopolarum. Onuphrius in fine pæne hujus re-  
 gionis, Tabernæ bibliopolarum Argiletanæ. Martial. l. 1. epigr. 4.  
 Argiletanus maxis habitare tabernas,  
 Cum tibi parve liber scribita nostra vacent.  
 Aut sutorum; Idem lib. 2. epigr. 17.  
 Argique letum multus obsidet sutor.*

## REGIO XII. PISCINA PUBLICA.

## Vici XII.

Vicus Veneris almæ.  
 Vicus Piscinæ publicæ.  
 Vicus Dianæ.  
 Vicus Cejos.  
 Vicus Triari.  
 Vicus Signi salientis.  
 Vicus Laci tecti.  
 Vicus Fortunæ Mammosæ.  
 Vicus Colafiti pastoris.  
 Vicus portæ Rudusculanæ,  
 Vicus portæ Nævæ.  
 Vicus Victoris.  
 Vicomagistri XLIX.  
 Curatores 11.  
 Denunciatores 11.  
 Cohortes vigillum III.  
 Caput viæ novæ.  
 Fons Lollianus.  
 Ædes Bonæ Deæ Subfaxanæ.

Ædes Isis.

Ædiculæ XII.

Ædicula Veneris almæ.  
 Ædicula Dianæ.  
 Ædicula Fortunæ Mammosæ.  
 \*

Area Radicaria.  
 Ara Lavernæ.  
 Fortuna Mammosæ.  
 Isis Athenodora.  
 Signum Delphini.  
 Campus Lanatarius.  
 Horti Asiniani.  
 Thermæ Antoninianæ.  
 Balinæ privatae LXIX.  
 Lacus LXXX.  
 Septizonium vetus.  
 Horrea XXIIX.  
 Pistrina xxv.  
 Domus cxxiix.

*In his:*

Domus VII. Parthorum.  
L. Fabii Cilonis.  
L. Cornificii.

Privata Hadriani Imperatoris.  
Insulæ ∞ ∞ CDXXXVI. id est, 2486.  
Regio in ambitu continet pedes CCXXX ∞ ∞ id  
est, 12000.

## REGIO DECIMA TERTIA, AVENTINUS.

Mons Aventinus.  
Clivus Publicii.

*Vici XVII.*

Vicus Fidiæ.  
Vicus Frumentarius.  
Vicus Trium viarum.  
Vicus Cæsæti.  
Vicus Valerii.  
Vicus Laci Miliari.  
Vicus Fortunæ.  
Vicus Capitis Canteri.  
Vicus Trium alitum.  
Vicus Novus.  
Vicus Loreti minoris.  
Vicus Armilustri.  
Vicus Columnæ lignæ.  
Vicus Materiarius.  
Vicus Mundiciei.  
Vicus Loreti majoris, ubi erat Vortumnus.  
Vicus Fortunæ dubiæ.  
Vicomagistri LXXIX.  
Curatores II.  
Denunciatores II.  
Clivus Publicus.  
Caput Armilustri.  
Doliolum.  
Remuria.  
Scalæ Gemoniæ.  
Lauretum.  
Mappa aurea.  
Spelunca Caci.  
Platanon.  
Lucus Lunæ in Aventino.  
Lucus Laurentinus.  
Lucus Platanorum.  
Lucus Loreti majoris.  
Lucus Loreti minoris.  
Lucus Hylernæ.

*Templa VI.*

Templum Lunæ in Aventino magnum.  
Templum commune Dianæ.  
Templum Bonæ Deæ in Aventino.  
Templum Libertatis.  
Templum Junonis Reginæ, DD. à Camillo captis  
Vejis.  
Templum Iſidis.

*Ædes VIII.*

Ædes Consi.  
Ædes divi Tatii.  
Ædes Minervæ, aliàs, Palladis in Aventino.  
Ædes Silvani.

Ædes Mercurii.  
Ædes Herculis & Silvani.  
Ædes Matutæ cum æreis columnis & atrio.  
Ædes Victoriæ in Aventino.

*Ædicula XVII.*

Ædicula Fidiæ, aliàs, Fidei.  
Ædicula Fortunæ dubiæ.  
Ædicula Hylernæ.  
Ædicula deæ Tutilinæ.  
Porticus Aimilia.  
Porticus Fabaria, aliàs, Faberii.  
Atrium Libertatis in Aventino.  
Atrium Matutæ.  
Sepulchrum divi Tatii.  
Area Publica.  
Area Pinaris.  
Ara Jovis Elicii.  
Vortumnus, aliàs, ædes Vortumni.  
Fortuna Horreorum Galbianoꝝ.  
Statua Minucii Augurini præfecti Annonæ.  
Odeum.  
Naumachia.  
Forum pistorium.  
Campus Pecuaris, aliàs, Pascuaris.  
Schola Cassii.  
Thermæ Varianæ.  
Thermæ privatæ Trajani.  
Balineæ privatæ LXXIV.  
Lacus LXXIIX.  
Fons Silvani.  
Emporium extra portam Trigeminam.  
Sepulchrum C. Sestii VII. viri Epulonum.  
Columna P. Mancini præfecti annonæ.  
Horrea XXXVI.

*In his:*

Aniceti.  
Varguntei.  
Galbiani.  
Horrea Domitiani Augusti.  
Pistrina xxx.  
Domus CLV.

*In his:*

Domus Ulpiorum, aliàs, privata Trajani.  
Domus Vitellii Imperatoris.  
Ennii Poëtæ.  
Faberii scribæ.  
L. Licinii Suræ III. Cos.  
Insulæ ∞ ∞ CDXXXIIX. id est, 2488.  
Regio continet in ambitu pedes CCXXX. XXX ∞ ∞  
id est, 16300.

## PARALIPOMENA.

Ad Regionem decimam tertiam.

## DE MAPPA AUREA.

Vicem mappa aurea ponunt in hac regione topographi, Onuphrius Panvinus & P. Victor; sed neuter nominis inpositi rationem explicat; forte à commissionibus Circensibus tractum nomen, quæ mappa extensa indicebantur, voce Punicæ ad id significandum in civitate Latinæ transmissa. M. Quintilian. lib. 1. cap. 5. Sed omnia ab eruditissimè hætenus discussa observataque sunt, ideo & obvia. Adrian. Turneb. lib. 18. cap. 33. Sed nemo melius expresserit Justiniano Aug. de Consulibus Constitut. 105. A. primus quidem illi (Consulibus) in publicis processibus erit Calend. Januariis, quæ die consilium suscipiet, & hujus adquiret codicillos: ab illo secundum produce seculænum equorum cursu certantium, quod sane mappam appellant, & tertium, venationem (ut nuncupant) theatricam, non his, sed semel tantummodo exhibendam. Originem ritus discere non est obscurum ex Georgio Cedreno histor. Compendio pag. 139. μαππῶν τοῖς Ῥωμαίοις ἰδοὺ καλεῖν ἐξ αἰτίας τοιαύτης ἔθος ἐν τοῖς ὑπάρχουσιν ἐν τῶν θεάτρων δωρεῖσθαι μετὰ δὲ τὸ παρῶσθαι τῆς ἐπιτυχίας τὸν χερσὶν ἐκμαχίον ὄντι μαππῶν πατριῶς καθεῖσθαι, ἐξ ἧ καὶ μαππῶν ἐπιτίθεται, ὅτις ὑποδείχθησιν ὁ λεγόμενος μαππῶν, τὸν ἀγῶνα παρασκευάζει. Mappa nomen Romanis tali de causa usurpatum, mos erat, ut consules in theatro epularentur, ac postquam saturati convicio erant, mantile quod manibus tenebant, quod & mappa dicitur, projicerent, idque eis, qui ab ea re mapparius dicitur, arripientes, certamen adornabat. Hæc ille de inventione prima. Antorem fuisse Nerone principem liquet ex Aurelio Cassiodoro lib. 3. Epist. 51. Mappa vero quæ signum dare videtur Circensibus, tali casu fluxit in morem, cum Nero prandium protenderet, & celeritatem, ut assolet, ædibus spectandi populus flagrantem, ille mappam, qua tergendis manibus utebatur, jussit abjici per fenestram, ut libertatem daret certantibus postulandi, sine tractum est, ut ostensæ mappa, certa videatur esse promissio circensium futurorum. Q. Fior. Terullian. lib. adversus Valentinianum ad finem allusit, sed mappa, quod ajunt, missa est. Idem lib. de spectaculis cap. 16. ἀχίνο ad

signum ancilli pendens, unius dementiæ una vox est, cognosce dementiæ de vanitate, misit, divunt, & nuntiant invicem quod simul ab omnibus visum est. Tunc testimonium castratis, non vident missum quid sit, mappam prætant, sed est diaboli ab alto præcipitati figura. D. Juv. Juvencal. sat. 11. v. 191.

Interea Megalesia: spectacula mappæ,

Idem solenne canunt.

Mittebatur hæc mappa, id est, ludii circenses, aut scænici indicebantur à Prætoribus. M. Martial. lib. 12. epigr. 29.

Prætor creatam cum vellet mittere mappam,

Prætori mappam surripit Hermogenes.

Aut interdum à dictatore. T. Liv. 1. Decad. lib. 8. prætoris gravi morbo detento, dictator in Megalesiis ludis mappam misit, aut è libertis aliquis id muneris habebat. C. Sueton. in Nerone c. 22. Univerforum se oculis in circo maximo præhuit aliquo liberto mittente mappam unde magistratus solent, & recte magistratus dixit, nam & Consul quandoque ea provincia committebatur. Juvencal. sat. 10. v. 36.

Quid, si vidisset prætorum in curribus altis

Extantem, & medio sublimem in pulvere Circi

In tunica Jovis.

Vetus Scholiastes, mappam, inquit, mittentem in Circo consulem describit poeta. usus ejus non modo ad signandas circensium commissiones, populunque convocandum, verum etiam ad feras irritandas, & ad iram provocandas, quo ferocius congrederentur. L. Sen. lib. 3. de ira cap. 30. taurum color rubicundus exiit, ad umbram aspis exiit, urfos leonesque mappa provolat. quem locum sunt qui ad strepitum curulium agitationum trahant, sed magis appositi e. i. Lipsius de colore ipsius mappa candidantis intelligit.

Reliqua quæ decima tertia hæc, & decima quarta regionibus describuntur, alibi exponuntur suo loco commodius.

Interim quoræ foræ Romæ fuerint, quæ nominum ratio, pete ex eruditissimo, & veræ senatoriæ dignitaris viro Andrea Tiraquello in Alexandr. Neapolit. lib. 2. cap. 12. genialium dierum.

De portarum numero, nominisque rationibus consule eundem ad lib. 4. c. 16.

De viis extra urbem fratris celebrioribus, earumque curatoribus. Idem lib. 3. c. 13.

## REGIO DECIMA QUARTA, TRANS TIBERIM.

Janiculus Mons.  
Vaticanus Mons.  
Insula.  
Navalia.

Vici XXIII.

Vicus Cenforis.  
Vicus Gemini.  
Vicus Rostratæ.  
Vicus Longi Aquilæ.  
Vicus Statuæ Siccianæ.  
Vicus Quadrati.  
Vicus Raciliani majoris.  
Vicus Raciliani minoris.  
Vicus Janiculensis.  
Vicus Bruttianus.  
Vicus Larum ruralium.  
Vicus Statuæ Valerianæ.  
Vicus Salutaris.  
Vicus Paulli.  
Vicus Sex. Lucei.  
Vicus Simi Publici.  
Vicus Patratilli.  
Vicus Laci restituti.

Vicus Saufei.  
Vicus Sergii.  
Vicus Plotii.  
Vicus Viberini.  
Vicus Grajanarum.  
Vicomagistri xcii.  
Curatores 11.  
Denunciatores 11.  
Cohortes vigillum viii.  
Caput Gorgonis.  
Lucus Forinarum.  
Lucus Publicus.  
Lucus Vaticanus.  
Templum Fortis Fortunæ.  
Templum Apollinis in Vaticano.  
Templum Fortunæ Liberæ.

Ædes sex.

Ædes Forinarum.  
Ædes Iſidis Naumachinæ.  
Ædes Jovis.  
Ædes Fauni.  
Ædes Æsculapii.  
Ædes Dianæ Suburbanæ.

*Ædicula XXII.*

Janus Septimianus.  
 Area Vaticana.  
 Area Septimiana.  
 Sacellum Deæ Maniæ.  
 Aræ XII. Jano dicatæ.  
 Ara Martis.  
 Statua Valeriana.  
 Statua Sicciana.  
 Statua Divi Julii in Insula.  
 Divæ Cornisæ.  
 Hercules cubans.  
 Hippodromus.  
 Circus Vaticanus, aliàs, Caji & Neronis, in quo obeliscus pedum LXXII. erat.  
 Circus Domitiæ in pratis.  
 Stadius publicus.  
 Obeliscus magnus in Insula.  
 Naumachiæ duæ.  
 Tribunal Aurelium.  
 Castra lecticariorum.  
 Castra vetera.  
 Campus Bruttianus.  
 Campus Codetanus.  
 Campus Vaticanus.  
 Horti Cæsaris.

Horti Domitiæ.  
 Horti Galbæ Imperatoris.  
 Horti Martialis.  
 Horti Getæ.  
 Albionæ,  
 Prata Mucia.  
 Prata Quinctia.  
 Nofocomion, ubi ægroti curabantur in Insula.  
 Thermæ Septimianæ.  
 Thermæ hyemales Aureliani Imperatoris.  
 Balineum Ampelidis.  
 Balineum Priscilliani.  
 Balinea privata cxxxvi.  
 Lacus cxxx.  
 Sepulchrum Numæ Regis in Janiculo.  
 Sepulchrum St. Cæcili Poëtæ.  
 Sepulchrum Hadriani Imperatoris.  
 Horrea xxii.  
 Pistrina xxxii.  
 Domus cl.

*In his:*

Domus Martialis.  
 Insulæ ∞ ∞ ∞ cdix. id est, 3409.  
 Regio in ambitu continet pedes cciccc cciccc cciccc  
 ∞ ∞ ∞ cdxxxix. 33489.

*A QUÆ VIGINTI IN URBE ERANT.*

Aqua Appia.  
 Aqua Anio vetus.  
 Aqua Martia, aliàs Aufcia.  
 Aqua Tepula.  
 Aqua Julia.  
 Aqua Virgo.  
 Aqua Halsa, aliàs Halsaetina, quæ & Augusta.  
 Aqua Claudia Albulina, Cærulea, Curtia, Augusta.  
 Anio novus.  
 Rivus Herculaneus.  
 Aqua Crabra.

Aqua Sabatina, vel Cimina, Aurelia, Septimiana trans Tiberim.  
 Aqua Trajana.  
 Aqua Alexandrina.  
 Aqua Damnata.  
 Aqua Annia.  
 Aqua Argentiana.  
 Aqua Severiana.  
 Aqua Antoniana.  
 Aqua Setina.  
 Procopius scribit, suo tempore fuisse in urbe aquaductus xiv.

*QUONIAM QUO LOCO, VEL QUUA URBS REGIONE REPONERENTUR, NON LIQUEBAT, HUC REFERRE PLACUIT.*

Petuscum Palati regio Urbis.  
 Fregellæ, locus in urbe.  
 Argæa, loca in urbe.  
 Esculetum, locus in urbe.  
 Clivus foro proximus.  
 Vicus Publilius.  
 Vicus Cosconius.  
 Compitum Fabricii.  
 Lucus Veneris Lubentinæ.  
*Templa.*  
 Templum Fortunæ Virginis.  
 Muliebris via Latina.  
 Masculæ.  
 Barbatæ.  
 Equestris novæ.

Plebeiz.  
 Privatæ.  
 Viscatæ.  
 Blandæ.  
 Convertentis.  
 Bene sperantis.  
 Avertentis.

*Templa Jovis Visitoris.*

Iniacti.  
 Pugnacis.  
 Prædatoris.  
 Mariani.

Templum Junonis Caprotinæ.  
 Templum Apollinis Soriani.  
 Templum Apollinis Tortoris.

Templum Veneris Lubentinae.  
 Templum Veneris Victricis.  
 Templum Herculis Defensoris.  
 Templum Herculis via Latina.  
 Templum Adonidis.  
 Templum Annonæ sanctæ.  
 Templum Vacunæ.  
 Templum Iustitiæ.  
 Templum Themidis.  
 Templum Erynnarum.  
 Templum Clementiæ Cæsaris.  
 Templum divi Augusti ad Minervam.  
 Templum Iustitiæ Augusti.  
 Templum Fœcunditatis Poppæ.  
 Templum divi Hadriani.

*Ædes.*

Ædes Honoris & Virtutis Mariana.  
 Ædes Deum Consentum.  
 Porticus Vipsani.  
 Porticus Reguli.  
 Porticus Stadiata.  
 Porticus C. columnarum.  
 Porticus curva in hortis Commodianis.  
 Atrium Sutorium.  
 Sacrarium gentis Juliæ.  
 Sacellum Minucii.  
 Sacellum Mutini.  
 Ara Pacis.  
 Ara Larum.  
 Curia novæ proximè compitum Fabricii.  
 Curia Tifata.  
 Curia Titia.  
 Curia Fautia, aliàs Saucia.

*Fora.*

Forum Gallorum.  
 Rusticorum.  
 Aureli.  
 Cædicii.

IN URBE ROMA ERANT MONTES SEPTEM.

Palatinus.  
 Capitolinus.  
 Cælius.  
 Esquilinus.  
 Quirinalis.  
 Viminalis.  
 Aventinus.

*Trans Tiberim.*

Janiculum.  
 Vaticanus.

*Extra vetus Pomærium.*

Collis hortulorum.  
 Regiones XIV.  
 Vici CCX.  
 Ædiculæ totidem.  
 Vicomagistri CCCCL.  
 Curatores XXIIIX.  
 Denunciatores XXIIX.  
 Cohortes Prætoris XVII.

Basilica Vestini.  
 Neptunii.  
 Vascellaria.  
 Flosselli.  
 Sicini.  
 Fulvia.  
 Mammææ.

*Campi.*

Volcani.  
 Jovis.  
 Licinii.  
 Horti Mariani.  
 Horti Serviliani.  
 Horti Commodiani.

*Balinea.*

Ti. Claudii Etrusci.  
 Statili.  
 Martialis.  
 Annæi Senecæ.  
 Tuccæ.  
 Fausti. Fortunati.  
 Grylli. Lupi.  
 Pontici. Severi.  
 Pæti. Titii.  
 Offonii Tigillini.  
 Alexandri Imperatoris.  
 Varii.  
 Nymphæum Marci Imp. prope Septizonium.  
 Gordiani Imperatoris.  
 Lacus Servilius.

*Castra.*

Tabellariorum.  
 Victimariorum.  
 Salgamariorum.  
 Salicariorum.  
 Equitum singulorum.  
 Horrea Sejana.

Cohortes vigilum VI.  
 Cohortes urbanæ VI.  
 Excubitoria XIV.  
 Vexilla II. communia.  
 Castra Peregrina.  
 Castra Prætoria.  
 Castra Misernatium II.  
 Castra Tabellariorum.  
 Castra Lecticariorum.  
 Castra Victimariorum.  
 Castra Salgamariorum.  
 Castra Salicariorum.  
 Castra Equitum singulorum.  
 Castra Gyptiana.  
 Castra vetera.  
 Horrea CCCXXVII.  
 Pistrina CCCXXIX.  
 Balinea C. ∞ IX. id est 909.  
 Lacus ∞ XCIIIX. id est, 1098.

Domus ∞ ∞ cxvii. id est, 2117.

Insulæ xli. ∞ c ∞ xii.

*Lucus XXXII.*

Vestæ Cuperius.  
 Jovis Viminei.  
 Loreti minoris.  
 Loreti majoris.  
 Platanorum.  
 Querquetularius.  
 Cuperius Hostiliani.  
 Cuperius scholæ capulatorum.  
 Mavortianus.  
 Vaticanus.  
 Furinarum.  
 Poëtilinus.  
 Lunæ in Aventino.  
 Lucinæ, ubi erat Terentum.  
 Saturni.  
 Semelis minor.  
 Larum.  
 Minervæ vetus.  
 Victoriæ.  
 Petilinus major extra portam Flumentanam.  
 Fagutalis.  
 Esquilinus.  
 Mephitis.  
 Junonis Lucinæ.  
 Rubiginis.  
 Veneris Lubentinæ.  
 Laurentinus.  
 Hylernæ.  
 Publicus.  
 Egeriæ.  
 Camenarum.  
 Vaticanus.

*Fora XIX.*

Romanum, quod dicebatur Magnum.  
 Cæsaris Dictatoris.  
 Augusti Cæsaris.  
 Boarium.  
 Transitorium, quod & divi Nervæ.  
 Olitorium.  
 Pistorium.  
 Imperatoris Nervæ Trajani, Cæsaris Augusti.  
 Domitii Ahenobarbi.  
 Suarium, aliàs Syarium.  
 Archemorium.  
 Diocletiani Imperatoris.  
 Gallorum.  
 Rusticorum.  
 Cupedinis ad Corneta.  
 Piscarium.  
 C. Crispi Sallustii.  
 Aurelium.

Cædicii.

*Basilicæ XIX.*

Ulpia.  
 L. Paulli in foro.  
 Vestini.  
 Neptunni, aliàs Neptunii, aliàs Neptuni.

Macidii, aliàs Matidii, aliàs Matidiæ.

Julia.

Marciana.

Vascellaria, aliàs Vastellaria.

Filicelli, aliàs Floselli.

Sicini, aliàs Sicimini.

Constantiniana.

Porcia, à Porcio Catone facta.

L. Paulli vetus.

Argentaria.

Opimiana.

Æmilia.

Fulvia.

Mammæa.

Antoniniana.

*Campi XVII.*

Viminalis.

Esquilinus.

Agrippæ.

Martius.

Codetanus.

Bruttianus.

Lanatarius.

Pecuaris.

Vaticanus trans Tiberim.

Ridiculi.

Martialis.

Cœlimontanus.

Furinarum.

Trigeminorum.

Volcani.

Jovis.

Licinii.

*Therma XX.*

Trajani.

Titi Cæsaris.

Agrippæ.

Syriacæ.

Commodianæ.

Severianæ, aliàs Varianæ.

Antoninianæ.

Alexandrinæ.

Diocletianæ.

Decianæ.

Constantinianæ.

Septimianæ.

Olympiadis.

Philippianæ.

Trajanæ privatæ, & publicæ.

Neronianæ.

Novati.

Hadriani Imperatoris.

Varianæ in Aventino.

Jani Quadrifontes xxxvi, per omnes regiones marmoribus incrustati, & adornati insigniis militaribus, & signis.

Duo præcipui ad arcum Fabianum, superior, inferiorque.

*Via,*



## Via XXXI.

Via Appia.  
 Latina.  
 Lavicana, aliàs, Labicana.  
 Campana.  
 Prænestina.  
 Tiburtina, vel Gabina.  
 Collatina.  
 Nomentana, vel Figulensis, aliàs, Ficulnensis.  
 Salaria.  
 Flaminia.  
 Æmilia.  
 Claudia, aliàs, Clodia.  
 Valeria nova & vetus.  
 Ostiensis.  
 Laurentina.  
 Ardeatina.  
 Setia.  
 Quinctia.  
 Gallicana.  
 Triumphalis.  
 Patinaria.  
 Cimina.  
 Cornelia.  
 Tiberina.  
 Aurelia.  
 Cassia.  
 Portuensis.  
 Gallica.  
 Laticulensis, aliàs, Janiculensis.  
 Flavia & Trajana.  
 Capitolia II. vetus & novum.  
 Amphitheatra II.  
 Colossæ II.  
 Columnæ coelides II.  
 Theatra III. aliàs IV.  
 Circi VIII. aliàs IX.  
 Ludi VI. aliàs VII. aliàs V.

Naumachia v. aliàs VI.  
 Stadia II.  
 Nympha XII. aliàs XI. aliàs XV.  
 Macella II.  
 Equi ænei inaurati XXIV.  
 Equi eburnei CXXIV. aliàs XCIV.  
 Equi magni XXIII.  
 Tabulæ & signa sine numero.  
 Arcus marmorei XXXVI.  
 Lupanaria XLVI.  
 Latrinæ publicæ CXLIV.  
 Colossi ænei XXXVII.  
 Marmorei LI.  
 Obelisci magni VI.  
 Duo in circo maximo.  
 Major est pedum CXXXII.  
 Minor est pedum XXXIIXS.  
 Unus in Vaticano, pedum LXXII.  
 Unus in Campo Martio pedum LXXII.  
 Duo in Mausoleo Augusti pares, singuli pedum XLIIIS.  
 In insula Tiberis I.  
 Obelisci parvi XLII. in plerisque sunt notæ Ægyptiorum.  
 Bibliothecæ undetriginta publicæ, ex iis præcipuæ duæ.  
 Palatina & Ulpia.  
 Pontes VIII.  
 Milvius.  
 Ælius.  
 Aurelius, aliàs, Vaticanus.  
 Janiculensis.  
 Fabricius.  
 Cestius.  
 Palatinus.  
 Aimilius, qui ante Sublicius.  
 Mensæ oleariæ 1000 CC100 CC100 ∞ 100. id est, 74000.  
 aliàs, CC100 CC100 ∞ id est, 21000.  
 Portæ XXXVII.

Hæ sunt quatuordecim regiones, in quas Urbem Romam D. Augustus distribuit, ab Onuphrio Panvinio summa diligentia ex optimis Auctoribus conscriptæ: quas idem Auctor etiam Commentario sese explicaturum promissit: eum tamen, sive editus sit, sive adhuc alicubi lateat, mihi videre non contigit. Plurima tamen loca in reliquis libris perspicuè explicabuntur. Quorundam autem vocabulorum, de quibus in aliis non erit commodus dicendi locus, quæque aliquo modo obscura sunt, significationes breviter subungere libet, ne & hoc in loco studiosæ juventuti defuisse videar.

## CAP. XIV.

*Explicatio quorundam vocabulorum, quæ in hac XIV. regionum descriptione usurpantur.*

Quid Regio & Vicus, superius dictum est: de Curatoribus, Denunciatoribus, & Vicomagistris, alibi dicetur, sicut etiam de Lucis, Templis, Ædibus, Ædiculis, Aris, & multis aliis. Item de Circis, Theatris, Amphitheatro, Foris, & Basilicis, &c. De quibusdam tamen in posterum erit silendum. Itaque hoc loco sunt explicanda. Primum autem de Aquæductibus agemus.

## DE AQUAEDUCTIBUS.

Ab Urbe condita per annos CDXLI. contenti fuerunt Romani usu aquarum, quas aut ex *Tiberi*, aut ex *puteis*, aut *fontibus* hauriebant. Verum urbe quotidie crescente, & penuria aquæ laborante, aliæ aquæ in urbem derivatæ sunt: quo factum est, ut tanta in urbe undique aquæ fuerit copia, ut singulæ fere domus suos habuerint fontes. Earum nomina paulo ante sunt recitata: deducebantur aquæ ex diversis locis; & alius aquæductus, præsertim qui per arcus fiebat, alio altior erat, sive depressior. Hæc in *castella* primum: ex illis à *Castellario* certa mensura distributæ in loca destinata effluebant. *Castellum* autem erat locus, qui aquam publicam recipiebat, & in varia alia loca transmittabat: *Castellarius* vero, castellorum custos. Apud antiquos omnis aqua in publicos usus erogabatur; legeque ita cautum erat, ne quis privatus aliam duceret, quam quæ ex lacu abundaret; quam postea *caducam* vocarunt: & hæc ipsa non in alium usum, quam in balnearum aut fulloniarum dabatur: eratque vectigali statuta merces, quæ in publicum penderetur: aliquid & in domos Principum dabatur, concedentibus reliquis. Jus dandæ vendendæque aquæ *Censorum* fuit, quoties in Republica erant: quum non erant, *Ædilium Curulium*. Tutela singularum aquarum locabatur, eorumque operum probandorum cura fuit penes *Consules* aliquando, & *Ædiles*, interdum etiam penes *Censores*. Postea tota res ad *Curatores* transit: primusque *Curator* ab Augusto nominatus *Messala Corvinus*. Jus impetratæ aquæ neque hæredem, neque emptorem, neque ullum novum dominum apud veteres sequebatur. Balneis, quæ publice lavarent, privilegium antiquitus concedebatur, ut semel data aqua perpetuo maneret. Postea omnis aquæ cum possessore instauratum est beneficium. *Familie* duæ erant, quæ aquis operam præberent: una *publica*, *Cæsaris* altera. *Publica* antiquior fuit, quam *Augustus* ab *Agrippa* sibi relictam publicavit, homines circiter CCXL. *Cæsaris* familie numerus CDLX. quam *Claudius*, quum aquas in Urbem perduceret, constituit. Utraque familia in aliquot ministeriorum species diducebatur: *Villicos* videlicet, *Castellarios*, *Curatores Silicarios*, *Tectores*, aliosque officios. *Commoda* publicæ familie ex ærario dabantur, quod impendium exonerabatur vectigalium redditu, ad jus aquarum pertinentium. *Cæsaris* familia ex fisco accipiebat *commoda*: unde & plumbum, & omnes inpenzæ ad ductus, & castella, & lacus pertinentes erogabantur.

Denique magna pœna erat constituta iis, qui *Aquæductus* violassent, vel aquam alio, quàm leges, statuta publica, *Censores*, vel ipsi *Ædiles* permisissent, derivassent: vel plus aquæ, quàm ipsis ab initio concessum esset, sumpsisset. *App. Claudius* primus omnium arcuato opere aquam in urbem perduxisse dicitur, &c. Sed de *aquis ipsis*, *aquæductibus* aliisque rebus ad hæc constitutis: ut de ratione ducendi, *instrumentis*, *mensuris*, *ponderibusque*, duos libros scripsit *Sext. Julius Frontinus*: item *Plin.* libr. 31. cap. vi. & alibi, qui legi possunt. Quædam etiam de iisdem eruditè collegerunt *Georgius Fabricius* in sua *Roma*, & *Aldus Manutius Paulli F. Aldi N.* libr. 1. de quæstis per *Epistolam*: quo lectorem, plura scire cupientem, remitto.

## DE BALNEIS.

Balneæ [*Veteres utrumque dixerunt, Balneum vel Balneæ, in genere fœminino: & Balineum, vel Balinea, sicut supra in Urbis regionibus scriptum est. Vide Ortographiam Aldi Manutii, & Charisium Sospitrum in Inst. Gram. l. 1. Lib. 13. cap. 3. Lib. 9. cap. 1. Lib. 3. Saturn. cap. 15. Lib. 36. cap. 15.*] in Urbe plurimæ fuerunt, cum privatæ in locis diversis, tum publicæ in singulis regionibus. Si quibus autem locis deessent, aut corruptæ essent, eas antiquitus *Ædiles*, suis temporibus vel addiderunt, vel restituerunt *Severus* & *Gordianus Inpp.* inprimis populares & lavationum studiosi. Cum enim apud Romanos lini usus esset rarior, sudorem, sordisque corporis sæpius abluere necesse habebant. Usitato more ante cœnam balneis utebantur: item post ambulationes, exercitationes, operas, sæpe necessitatis causa, non raro voluptatis. Siquidem *Commodus* in die octies, *Gordianum* juniorem & *Rhemmium Grammaticum* septies lavasse legimus. Balneas mixtas haberi *Severus* prohibuit, quod *Commodus* non vetuerat, *Varius* permiserat. Sola & parietes unguentis illinebantur, idque non solum potentiores factitarunt, sed in privato quoque homine, ac demum in servo, *Plinius* notavit: & *Seneca* aquam argenteis epistomiis fundi in plebeis fistulis, & in libertinorum balneis gemmas calcari indignatur. *Valerius* & *Macrobius Sergium Oratam*, hominem voluptuarium, etiam pensiles instituisse balneas, testantur: *Fabricius*, ex quo hæc desumpti, testatur, se prope balneas *Paulli* in projecto lapide, formam strigilis & ampullæ vidisse exsculptam. *Strigile* autem usos fuisse antiquos ad fricandum purgandumque corpus: *ampulla* vase ad abluendas infusione sordes. Numerum balnearum, quæ Romæ fuerunt, habes supra. *P. Victor* ultra octingentas computavit. *Agrippa* CLXX. gratuita balnea præbuit, quæ postea in infinitum, ut *Plinius* tradidit, sunt aucta.

## DE THERMIS.

In nullis antiquorum operibus plus luxus & insanix cernitur, inquit *Georgius Fabricius* in sua Roma, quam in *Thermis Imperatorum*, quas in provinciarum modum fuisse extructas *Ammianus* conqueritur, & reliquæ aliquarum adhuc testantur. Ex aut *æstiva*, aut *hyemales* fuerunt, quales, uno eodemque in loco extruere instituerat *Gordianus*: sed morte præventus non absolvit. *Hyemales* trans Tiberim *Aurelianus* fecit. Primum fervierunt Imperatoribus privatim, postea vulgatæ sunt & populo: & aliquando patebant interdiu: corruptioribus temporibus etiam noctu. Consueto more mixtæ & communes non fuerunt: quod tamen maiorum Principum culpa aliquoties factum est. Hodie in Urbe majora omnia ædificia ab imperitis *Therma* vocantur, propter *Diocletianas* & *Antoninianas*: quod suo quoque factum tempore non dissimulavit *Blondus*. *Thermis*, ut & aquæductibus, adjuncta erant castella, in quibus aqua conservabatur: & subjuncti canales, per quos cadaua aut inutilis effluebat. *Castellorum* parietes malthati erant tam tenaci & dura materia, ut vix ferro frangerentur. *Thermarum* sola, ut & balnearum, interdum sternebantur vitro, ut *Agrippinarum*: frequentius lapide, aut crustis marmoris latis, aut tessellis quadratis varii coloris: nigri, ut *balnea Palatina*: nigri, albiq; ut *Therma Commodi* & *Antonini*. Extat etiam descriptio *Thermarum* apud *Nicolaum Siphontium*, ex qua aliquo modo luxus Imperatorum in ædificandis *Thermis* cognosci potest. Omnium autem diligentissimè nostra ætate de Romanorum *Thermis* scripsit *Andreas Baccius Elxidianus*, Medicus, libro 7. eorum quos de *Thermis* edidit: ex quo hanc *Thermarum Diocletianarum* icona, & brevem singularum partium explicationem defumpsi, prolixior & plenior enarratio petatur ex ipsius *Commentariis*. Sic autem is scribit: *In Thermis adificationis erat varia forma, ac varia dispositio partium: sed area amplissima, quæ in quadrum clausa, tribus veluti perpetuis circuitionibus divisa esset. In primo undique ambitu, quæ maxiorum instar totum ædificium claudebat, erant Gymnasia exercitationum, vario ordine. In secundo longè lateque spatia platearum, Xysta, ac Platanones, ad exercitiæ sub dio. In medio, tota ipsa moles Thermarum, quæ sunt membra balnearum, Atria simul, atque Xysti, & Palæstrarum amplissima porticus, ubi (auctore Vitruvio) Athletæ per hyberna tempora in testis stadii exercebantur, ac transirent statim ad balneas. In prima facie, quæ est ad Meridiem, tertiam ferè partem mediam occupabat Theatridium. Quæ pars erat principalis, & tanquam caput totius hujus ædificii: unde duplicem (ut quibusdam videtur) habebat usum: alterum extrinsecus, alterum intrinsecus. Ambitum enim exteriorem ponunt fuisse arcuato opere distinctum & apertum; unde scilicet ingrederebantur quasi per posticum, sive dextra verterentur, sive sinistra per porticus, apertè venirent in amplissimam plateam, ac exinde quo vellent, sive in palæstras, sive in balneas. In conspectu vero interiori erga plateas, erat Theatri specie distinctum cum sedibus: ubi scilicet populus, & maximè Nobiles, sub umbra meridiei sederent ad ludorum spectacula, quæ in plateis exercitiæ causa fierent. Partes verò, quæ utrinque à Theatridio plures sunt, partim fuerunt ipsius Theatridii membra, & partim loca ad usum Athletarum: id est, eorum, qui exercendi essent coram Theatridio, utpote Conisteria, Elæothesia, & quadam aperte in plateam, forsân equorum carceres. Duo post hæc Peristylija quadrata oblonga, hinc atque hinc unum à Theatridio, quasi palæstræ breves, vel deambulationes. Ac in versuris utrinque, unum Sphæristerium, rotunda forma, cum pluribus (ut scribit *Plinius Junior* de Villa sua) exercitationum generibus. Vel sacella, ut notatur per ediculas, aquis undique spatiis statuarum, hæc erat prima faciei partitio. Porrò in altera facie, quæ ab Aquilone eodem commensu huic respondet, videntur fuisse majori ex parte Gymnasia Philosophis dicata, ac Rhetoribus, reliquisque qui studiis literarum dedissent operam. Utpote pars magis remota à strepitu Athletarum, & situ commodissimo, tum propter amantitatem umbrarum (erant enim in hac platea Platanones) tum propter grata fontium murmura, in Natationem ipsam cadentium. Quapropter est visum pluribus antiquariis, in medio hoc spatium à Septentrione fuisse principale vestibulum totius hujus ædificii. Ex quo per medios Platanones patebat aditus ad Natationem, & hinc in porticus, in Basilicas, Diætas & Atria. Primum verò à dextra vestibuli, & à sinistra, erant Exhedræ plures clausæ ante plateam, & cum sedibus Hemicycli forma, ut disputantes, & tam loquentes, quam audientes sese omnes aspicerent: & aliqua patentes, ceu scholæ nostræ ad leviora studia. Majorem verò partem exercitationum Gymnasticarum continebant duæ utrinque facies laterales, quæ conformes hinc, atque hinc, habebant partitiones. Ac fuisse ad exercitiæ dicatas, videtur: tum quia platea hæ laterales erant libera, & ampla nulle circiter pedum spatium, tum quia membra ipsa partim erant Hemicycli aperti cum sedibus, ac vario ornamento, quod apparet signorum, ac picturarum, & partim Conisteria, Elæothesia, aliaque membra ad usum Athletarum opportuna. Totam hanc autem primam circumferentiam circumdabant continuæ porticus, ducentis columnis uno stylo. Subinde erant platea ampla, & libera, ut dixi, tam quæ ante Theatridium, quam utraque laterales. In ea autem, quæ erat ante Natationem, erant Xystum, Platanones & Stadium, ad exercitationes, maximè æstivas, idonea. Fiebant enim Xysta (auctore *Vitruvio*) inter duas porticus Sylvæ, quæ erant Platani, viventesque id genus arbores consista, aptissimo situ ante Natationem, unde aquarum caperent refrigeria. Post Xystum autem Stadium ita figuratum, inquit *Vitruvius*, ut possent hominum copia sine impedimento Athletarum cursus varique alia spectare certamina. Atque hæc omnes erant partitiones quoquo latere, & Gymnasionum, & Platearum,*

Summa verò operis majestas, erat tota moles in medio, qua communes habebat palæstras cum balneis, ac multimodis earum membris, ac miri artificii. Nam si ædificiorum perfectio proportionibus humani corporis respondere debet, ut Vitruvius tradit, perfectissime respondet in Thermis Diocletianis, ac melius quam constituit ex Græcis Vitruvius. Est enim in his Theatridium, ubi erat vestibulum, tanquam caput: Apodyterium, pectus: Hypocaustum, stomachus: umbilicus, maxima, ac regalis Basilica in medio: venter, Natatio. Membrorum verò utrinque, qua sunt Balnea, Atria, Palæstræ, Porticus, Diætæ, Basilicæ, æquæ ratio, ac mensura est, ut brachiorum, ac femorum, ita ut qua ex una tradetur parte, eadem ex altera pariter intelligenda sit. Incipimus autem à Natatione, qua patetissima pars aspicietur aquilone: & ex ea à latere per basilicas ac diætas veniemus in atria, exinde in palæstras interiores, ac maximam basilicam, & demum ad balnearum membra. Natatio erat in recessu medio ab aquilone, longitudine ducentorum pedum, latitudine dimidio minus, ponte, ac arcubus bipartita ad interiores aditus, ubi nunc facta est majoris altaris basilica. Habebat autem à castello proximo Aquæ Martiæ emissarium, quod per occultos rivulos ferebat ad Natationem ipsam aquas. Habebat & superne ad longitudinem fontes varia specie, ac Musæa, qua, teste Plinio, ex pumicibus, ac erosis vetustate saxi, extructa (ut hodie quoque Romæ sunt in usu) specus imaginem referebant, ac fistulis modo apertis, modo clausis, vario blandissimoque salientium aquarum lapsu, recentes semper aquas in Natationem ipsam fundebant, miris circum adhibitis ornamentis, quorum etiamnum apparent edicule signorum & statuarum, fontiumque vestigia, & columnarum bases. A Natatione plura, ac nobilissima membra: primum ab utroque capite erant amplissima porticus conformes, nimirum ad spectacula Natationum & ad refrigeria constituta. Et alia ad altiore prospectum porticus pensilis, minori stylo. Exeuntibus verò à porticu, tam dextra, quam sinistra, erant primum basilica amœnissima, ubi convenirent omnes, qui vel in palæstras venturi essent, vel in balneas. Idcirco satis ampla, ornata plasticæ, ac picturis adhuc nitet antiquissimis. Hinc recta in Diætam, qua erat eadem capacitate: sed latior tamen basilica, duplici columnarum stylo tripartita, nam mediis parte ceu atriolum, erat aditus in atrium maximum, & in palæstras: capita vero hinc, atque hinc desinebant in hemicyclis, ubi fortasse Athletarum ferebantur judicia. In atrii erant Peristylia, hoc est, circumcolumnia, qua faciebant atrium oblongum trecentis pedibus, latitudine dimidio minus: ubi in porticus Orientali parte, erant hæc membra situ aliquantisper diverso ab eo, quem assignat Vitruvius. Primo Ephebeum in medio. Hoc autem erat Hexædra amplissima cum sedibus, qua tertia item parte longior, quam lata erat ad exercitia juvenum dicata. Sub dextra Ephebei erat Corticium, seu Coryceum, à Coryco, quod videtur pile genus in Galeno l. xi. de Sanitate tuenda: seu Choricium dictum, choreis nimirum saltationibus locus proprius. Proxime Frigidarium, locus ventis persutus, fenestris amplis, ab eoque iter in Sphæristerium oblongum, & simplex, ad pile ludum aptissimum. Ad sinistram Elæothesium, qua erat ad unctiones faciendas cella olearia. Sub hoc Conisterium, ubi siccò pulvere, vel arena luctaturi sese conspergerent. Ab eoque iter in Propnigium, ubi erat in vorsura porticus Laconicum, quod referemus suo loco postea. A Peristylio autem atrioque intrantibus ad interiores Palæstras, erant porticus tres stadiata, quas hodie occupat longitudo Ecclesia. Ex quibus media pars amplissima centum pedum latitudine, super ingentes columnas, altissima prominet testudine, cæterum ita facta secundum Vitruvium, uti latera, qua sunt utrinque ad columnas, margines haberent, quales habet hodie via ab Hadriani mole ad Vaticanum semitas, non minus pedum denum, reliquaque planities octoginta pedum. Ita qui vestiti ambularent circum in marginibus, non impediabantur à cunctis se exercentibus. Hæc autem porticus Έυδός apud Græcos vocatur, in quo Athleta in testis stadiis exercebantur. Quæ quoniam exacte erat in medio, & veluti in corde totius ædificii ubi maxime convenire solebat nobilitas ad exercitia hyberna, ad ambulationes, & ad spectacula: cætera merito excedit partes, tum magnitudine, tum regali majestate operis, altissimis superbissimisque prominens columnis, & patentissima undique in peristylia, in balneas, in Hypocaustum, in Natationem, ac superne fenestris illustratur latissimis. Hactenus illic. Quædam etiam de partibus Thermarum, sive exercitationum locis in Thermis habet Hieronymus Mercurialis, Medicus Patavinus, lib. i. artis Gymnasticæ. Cæterum & illud notandum est, quod campanæ sonitu populus in thermis stans horis vel advocari, vel dimitti solitus fuerit, uti ex Martiale constat, dicente: Redde pilam, sonat as Thermarum, &c. Descriptionem vel picturam Thermarum Diocletiani, quam habet in sua antiqua Roma Bernhardus Gamucci, depingi & huic tractatui addi, ut melius intelligi posset, curavi.

### DE NYMPHEIS.

Quid sint Nymphae, duplex est opinio. Zonaras Monachus, qui de Græcorum Imperatoribus scripsit, in Leone primo, Nymphae esse vult palatia publica, in quibus nuptias celebrarent illi, qui habitarent angustius: eaque ædificiis maximis, in quibus Senatus cogeretur, plerumque adjuncta fuisse, qualia ædificia Romæ erant Curia, Senacula, Basilica. Alii Nymphae putant esse loca publica, delectationis gratia facta, in qua non ut in balneas, aut Thermas propter usum aqua deduceretur, sed gratiæ potissimum, atque amœnitatis causa: & à Nympharum statuis, quibus ornata fuerunt, nomen traxisse. Verum & de forma, aut usu illorum operum non satis constat: ita maxime insignia fuisse, vel illud declarat, quod aut ab.

ab ipsis Imperatoribus construerentur, ut de *Nymphæo Marci* ambitiosi operis, scribit *Ammianus* lib. 15. de Alexandri, *Victor*: de Gordiani, *Capitolinus*: aut ab Urbis Præfectis, quale *Clearchus* Valentiniano & Valente Imperatoribus extruxit Constantinopoli, & Flavius Philippus reparavit Romæ. De *Nymphæis* veteribus nullum ad nostra, aut Patrum usque tempora duravit. Recens nunc est intra Neapolim & montem Vesuvium in villa Leucopetrea, cujus forma est talis: Ædificium ex marmore quadrangulare, ad quod una solummodo porta est aditus, & aliquot gradibus descensus. Ad dextram introeunti ad caput, fons est aquæ limpidissimæ, ad cujus quasi custodiam accubat *Arethusa* nuda, ex candidissimo marmore: solum varium & marmoratum, & canali circumdatum: in quod aqua ex fonte effluit. Parietes ex conchis, lapillisque, albi, nigri, flavi, purpurei coloris, quasi maltha illiti: in quibus ex concharum compositione, tanquam ductibus in pictura, anni menses duodecim, & quatuor virtutes Politicæ expressæ. Item raptus Proserpinæ: Pan canens fistula, & mulcens gregem. Præterea imagines Nympharum nantium, navigantium, in piscinis ludentium: inter quas *Helle* insidens Arieti, *Siren* Delphino, *Europa* Tauro. In eodem ad singula latera quatuor statuarum marmorearum: *Herculis* leoninam gestantis; *Pan* agnum bajulantis: *Genii* cani blandientis: *Najades* nudæ, &c. Hæc *Fabricius*.

## DE SENACULIS.

*Senaculum*, inquit, *Varro*, vocatum, ubi *Senatus*, aut ubi *Seniores* consisterent: dictum ut *Γερωνία* apud Græcos. Idem *Festus* confirmat, indicans, *Senaculum esse locum Senatorum*: & paulo ante: *Senacula*, inquit, Romæ tria fuisse, in quibus *Senatus* haberi solitus sit, memoriæ reddidit *Nicostrat*. in libro qui inscribitur, de Senatu habendo: unum, ubi nunc est *ædes Concordiæ*, inter *Capitolium* & *Forum*: in quo solebant *Magistratus*, ut dicit *Titinius*, cum Senioribus deliberare: alterum ad portam *Capenam*: tertium intra *adem Bellone*, in quo exterarum nationum legatis, quos in Urbem admittere volebant, *Senatus* dabatur. *Lampridius* in *Heliogabalo* *Senatulum* appellat. Eadem etiam *P. Victor* tradit.

## DE PISTRINIS.

*Pistrinum* dicebatur locus, in quo farina molebatur: nomen habens à *pinsendo*, hoc est, contundendo: quod ante inventum molarum usum frumenta in pila comminuerentur. *Pila* autem erant vasa concava, in quæ antiqui siccata frumenta immissa, pinsabant. Deinde mutata re, mansit *Pistrini* nomen etiam illi loco, in quo molis fervorum jumentorumque opera circumactis fruges comminuebantur. Inde servi, qui aliquod flagitium commiserant, pœnæ loco in *Pistrina* tradebantur, & in servitutem eorum perpetuam, circumagendi scilicet molas, adjudicabantur.

*Taberna* dicuntur ædificia qualiacunque popularis usus: præsertim è tabulis constructa: *Krämer* oder *Kaußfläden*, *Werckstädte*.

*Milliarium aureum* fuit columna in capite fori Romani, sub Saturni æde, prope arcum *Septimii*, in qua omnes Italiæ viæ incisæ finirent, & à qua ad singulas portas mensuræ regionum currerent. *Marlianus*. Meminit ejus & *Plin.* l. 3. c. 5.

*Insula* propriè dictæ, quæ non junguntur communibus parietibus cum vicinis, circuituque publico, aut privato cinguntur: à similitudine videlicet earum terrarum, quæ fluminibus, ac mari eminent, suntque in salo positæ. *Festus*.

*Area* locus dicitur, ubi frumenta secta teruntur, & arescunt. Propter horum similitudinem loca in urbe pura, id est, non ædificata, non constructa, etiam aræ appellantur. *Varro*.

### AD CAP. XIV. PARALIPOMENA.

#### De Aquæductuum forma mirabili & jure concessio.

PRIMUS Aquæductuum usus, non est dubium quin Romæ inoleverit, *Marlian.* lib. 4. c. 21. Topographiæ, non anno urbis 441. ut voluit *Lipsius* lib. 3. *Magnitud. Rom.* cap. 11. sed sub *Anco Martio*, *Plin.* lib. 31. cap. 3. dicam paulo infra hic. Postea etiam & coloniis, & municipiis, & provinciis concessus. *C. Plin.* Junior lib. 10. epist. 46. In aquæductum, domine, *Nicomedenfis* impenderunt HS. XXX. CCC. XXIX. qui imperfectus adhuc relictus, ac etiam destruetus est. *Trajanus Aug.* epistola sequenti, curandum est ut aqua in *Nicomedensem* civitatem perducatur. Et extant *Nemausi* & *Narbonæ* etiamnum hodie rudera, ut alias Europæ provincias omittam, quæ aquæductus insignes ibi fuisse loquantur.

*Tubuli* vel *testacei*, vel *lignei* (*C. Plin.* lib. 16. cap. 42.) vel *plumbici*, ut docui supra in tractatu de horis. Adde & *Tubis* fistulibus utilissimum aquam duci. *Plin.* uat. histor. lib. 31. cap. 6.

*lapideos*. *Plinius* nepos laudato; *Manent adhuc paucissimi arcus*, possunt & erigi quidam lapide quadrato, qui ex superiori opere detractus est; aliqua pars, ut mihi videtur, testaceo opere agenda erit, id enim & *facilius & vilius*. Ubi notandum *Aquilegem* esse eum, qui aquam explorat, an facile ex illo fonte derivari alio possit, *querere ac investigare* reddidit *Palladius Rutilius Rei Ruit.* l. 9. cap. 8. *Aurel. Cassiodor.* lib. 3. epist. 53. *comperimus aquilegium Romam venisse*, & in margine, *aquilegem*, habetur, *corrige, aquilegem*, & vide ibidem rationem aquæ inveniendæ, & confecti cum *Palladio Plin.* lib. 26. cap. 6. *habent & hoc signum aquileges*. *Idem & aquilices* ab elicienda aqua dicti. *Callitrat.* l. 10. apud *Budaum* annotat. posterior. in *Pandectas*. *Tarrutenus* l. 1. c. 6. ff. de *Jur. Inmunitatis*. *Tertull.* lib. 3. advers. *Marcionem*, *quia nec statim aquilegem sedens vepromisit*. *Nonius Marcellus* c. 2. num. 8. *aquam colligentem* interpretatur. *M. Terentius Varro* in *Quinquatribus*:

*An hoc præstat hero filius Diogenis*

*Quod ille è ventre aquam misit? an hoc te*

*Justus? at hoc pacto utilior te Thufcus Aquilex.*

H 3

Qui

Qui versus indigent opera & manu critica. Videntur enim corrupti, & sic melius posse legi:

An hoc praestas hero, fili Diogenis,  
Quod illi ex utre aquam mittis? an hoc te  
Fallas?

Sunt quibus placet legi, sed non video cur mutandum:

An hoc praestat Herophilus *Διοφύμης*.

Inventa ergo probataque ab aequile aqua, ducebatur aut forma struicili, aut plumbenis fistulis, aut canalibus ligneis, aut fistilibus tubis, ut loquitur Palladius Emilianus Taurus lib. 9. Rei Rust. cap. 11. tubi isti seu canales appellantur, forma, diserte Aur. Cassiod. lib. 7. epist. 6. In formis autem Romanis utrumque praecipuum est, ut fabrica sit mirabilis, & aquarum salubritas singularis: quod enim illic flumini quasi constructis montibus perducuntur, naturales credas alveos soliditates saxorum. Idem lib. 4. epist. 31. videatur.

Non ergo subterraneis meatibus, sed altis molibus substructis aquae istae in urbem invecat. Sext. Julius Frontinus consularis & aquarum curator lib. 1. in limine de Aqueductibus urbs Roman. Ponam ex quibus locis, & à quoto militario, quantum subterraneo rivo, quantum substructione, quantum opere arcuato, post altitudinem cuiusque modulorumque rationem. Strabo Amatenus lib. 5. οἱ ὑπόγειοι σὸν νόμον λίθο κατακαυθόντες ὄδους ἀμύχαις χόρται πορρωτάς. Isti cuniculi lapideis fornicibus suffulti, nonnulli spatium curvii sano onusio transmitti praebent. Procopius altitudinem definit tantam, ut eques per eos fornice opportunè posset transire. Idem ille Julius Frontinus sublevaros ad centum & novem pedes. Cameratos huiusmodi arcus urbis montes altitudine exaquare loquitur Plinius lib. 36. cap. 15. Obiter Cl. Claudianus panegy. de 6. Honorii consul. 26.

Iude salutato libatis Tibride lymphis

Excipiat arcus, operosaque semita vastis

Molibus, & quicquid tanta promittitur urbi.

Sidon. Apollinaris apertius Carm. 22. v. 184.

Arctus at in thermas longe venit altior annis,

Et cecidit in montem, patulisque canalibus actus,

Circumfert clausum cava per divortia flumen.

Sed propius ad rem Claudius Numatianus Rutilius lib. 1. sui itinerarii ad Roman.

Quid loquar acrio pendentes fornice rivos,

Qua vix imbriferas tolleret Iris aquas?

Hos potius dicam crevisse in sidera montes,

Tale Gigantum Gracia laudat opus.

Intercepta tuis conduntur flumina miris,

Consumunt totos celsa lavacra lacus.

Papin. Stat. lib. 1. filv. 5.

Præcelsis quarum vaga molibus unda

Crescit, & innumero pendens transmittitur arcu.

Quod autem prima aquarum in urbem derivatio facta non fuerit anno urbis conditæ quadringentesimo quadragesimo primo, ut ex Frontino voluit Lipsius, docet supra à me citatus C. Plinius, & accedit Paulus IC. l. 5. ff. ne quid in loco publ. si per publicum locum rivos aqueductus privato nocebit, erit privato alio ex lege duodecim tabularum, nisi vox domino caveatur, Quod si verum est, diu datæ à decemviris leges ante annum 441. nisi forte dicamus decemviraletabulas de aquatio, non de Aqueductum intelligi debere, quod in Glossario veteri ὄδρα-γῶντων, ac si dicas aqueductum, vocatur. Cælius Rhodigin. lib. 26. cap. 3. Antiquar. lectio. Pest. lib. 1. agr. agrum, quasi aque agrum, id est, aqueductum, appellatur. Javolenus IC. l. 3. ff. quemadmodum servit. amittunt aqua si in partem aquagii infudit, in margine repositum, in partem agri. Male Pompon. IC. l. 3. ff. de aqua quotid. & estiva: is aqua quotidiana jus habet, vel fistulam in rivo ponere, vel aliud quodlibet facere potest. Ut existentem aqueductum esse arte quadam, & manu hominum absolutum perfectumque opus; aquagium naturalem veluti alveum aut canalem fontis. Fistulis hinc extima adhibebantur ornamenta, quæ capitibus leonini speciem præferebant. Plurarch. Sympoticæ. lib. 4. c. 5. ratio elegans apud Horapollinem Hieroglyph. lib. 1. cap. 21. ὁ ἡλιος τις λίσσα γινόμενος, πλε-

να τὴν ἀνάσσειν τὴ Νελέω ποιεῖται ἕως τοῦ ἡμίνης τοῦ ἡλίου τῶ ζαθίου πέντε τὸ διμορον τὴν γίνεσθαι πλῆθυσιν πολλὰς, ὅθεν καὶ τὰς χολιδράς, καὶ τὰς εἰσαγαγίς τὰν νεῶν κρητῶν λεοντομόρους κατασκευάσαι οἱ ἀρχαῖοι τῶν ἱερῶν ἐργῶν ἱτασαῖται Rivo obvleat David Heffehelius, & locum vertit: cum sol leonem subit, ampliozem Nilii facit inundationem, quam diu enim sol in hoc signo persistit, sepe numero in duplum ipsius Nilii aqua excrevit, unde & rivos canalesque sacrorum fontium soliti sunt antiqui, qui sacris præstant operibus, leonis effigie fabricari. ubi tecte pro χολιδράς. χολιδράς, reponemus, ut canales significentur, παρὰ τὸ ἰν αὐτοῖς ἀσπίδι χολιδρῶν τὸ ἴδιον, quod in illis videatur aqua germinare ac veluti pullulare. Est & Ennodii Ticinensis versus epigr. 19.

Aspice deposita blandum feritate leonem,

Ore vocant lymphas pectoris obsequio.

Essera dum vitreos effundunt guttura fontes,

Naturam perdes bellua nos satiat.

Nunc ad iura pergo, pauca dicitur, quod clarissimis hæc non ignorem prodita ingeniis. Itaque jus aquaeductus ad hæredem sine principis confirmatione non transferebatur, neque olim ex quocunque loco, sed tantum ex castello aquam derivare per fundum suum poterant, ut patet ex veteri SC. verbis apud Julium Frontinum lib. 1. de Aquæductu. quod intelligendum de aqua publicis usibus adhibenda. Nam è flumine non navigabili quilibet inconsulto princeps jus aquæ ducenda habebat. Ulpianus IC. l. 1. ff. de fluminib. lege doctissimum Franciscum Duarenam Commentariis in titulum de Aquæductu cap. 3. variasque antinomias discutit idem Anniverfariarum disputat. lib. 1. cap. 52.

De usu privato aut publico aquæ in urbem deductæ, hæc sunt intelligenda, quæ discussimus, at de castris & exercitu Romano quid dicemus? Certe apud Historicos passim aquationis castrensium fit mentio, ut & pabulationis, quin nempe ad aquam convehendam calones quidam & lixæ, non milites deputabantur, si forè in locis aridioribus & siccis castrametatum fuisset, quod raro eveniebat, ex Vegetio & Polybio alii annotantur, vide Wolfgangum Lazium Commentarior. Reip. Rom. lib. 4. cap. 6. & ideo frequenter contingebat, ut fluvii alio ab hostibus derivarentur, quo exercitus siti domitus facile superari posset. Herodian. l. 7. apud Onuphrium in urbe Roma pag. 39. Jul. Capitolinus in Maximo & Balbino Augg. Inter hæc Roma iterum seditiones inter populum & milites exorta sunt, & quum mille edicta Balbinus proponeret, nec audiretur, veterani se in castra prætorica contulerunt cum ipsis prætorianis, quos cepit populus obsidere, nec unquam ad amicitiam essent tradituri, nisi fistulas aquarias populus incidisset. C. Claudian. de 6. Hon. consul. de Gothis ad dedicationem siti compulsis:

Uro colle lateus, sitiens inclusaque vallo  
Ereptas quæsitit aquas, quas hostibus ante  
Contignas, alio Stilicho desciverat arcu,  
Mirantemque novus ignota per oppida valles  
Jusserat averso fluvium migrare meatu.

PARALIPOMENA.

De intentione, usu, ornatu Thermarum, & lavandi ritum.

Ducantur inde exordia tractatus difficillimi de balneis & thermis, seu lavacris, ut balinea sine publicæ, balinea privatorum, M. Terent. Varro lib. 8. de Ling. Lat. Quadam igitur Thermæ publicis impensis populo universo extractæ. Theod. & Valent. Augg. lib. 5. C. de Aquæductu. Arcadius Charisius l. ult. ff. de Muner. & hon. alia in privatorum usus. vet. Scholiast. Juvenal. sat. 7. ad v. 237. Meritorias vocat Plinius lib. 2. epist. 17. illas quas publicas alii; quædam æstivales, alia hyemales pro ratione caloris frigorifere. Sidon. Apollinar. Carm. 22. v. 179.

Porticus ad pelidos patet hinc æstiva triones,

Hinc calor innocuus thermis hyemalibus exit,

Atque locum tempus mollit.

Vide notas Joan. Savaronis candidissimi ad lib. 2. epist. 2. Aliz

plana & solo aquata, nonnulla pensiles. M. Tull. Hortensio apud Nonium Marcellum cap. 3. n. 24. *primus balneola suspēdit, inclusit pisces.* Ruilius Numatian. Itiner. lib. 1.

*Intercepta tuis condantur flumina maris,  
Consumunt totos celsa lavacra lacus.*

Quod mirum mihi cum L. Seneca *suspensuras balnearum* suo quo inventas tradat Epist. 90. Nec Seneca credo, quam Sergius Orata primus fuerit auctor. C. Plin. lib. 9. c. 54. qui diu ante Senecam, aut Mithridatis regis & Cn. Pompeii. Græcis eadem confectum, qui se vel voluptatis, vel naturalis necessitatis gratia postulante, lavabant, & deinde ungebant, ut *Unctuarium* pars balnei apud illos foret. Alexis Comicus in Canniis.

Ἐν τῷ βαλανείῳ κίηται τὸ πῦρ τοῦ χαράσαις  
Ἐγὼν, κεκλισμένοι τε τὸ κεφάλιόν.

In balneo nec ignis loco aderat, & clausum erat unctuarium. Sed principium ritus ab exercitiis traductum, quod sudorem aqua abluerit salubre iudicaretur. ideo milites in campo decumbent exercerebanturque. In Tiberi vicino natabant, ut notissimum: cives vero delicatiores aqua calida in balneis se abluebant. Petron. Satyrico pag. 21. *Intravimus balneum, & sudore calefacti momento temporis ad frigidum eximus.* Viri docti annotant. Artemidor. Daldian. lib. 1. Onecirocrit. cap. 66. ἀλλὰ ἢ πόλεμον καταστρεψάμενοι, ἢ μεγάλα παυσάμενοι τὸν ἔσθοντο. ἢ ἔν αὐτοῖς ὑπόμνημα πόνου ἢ πάλιν τὸ βαλανείον, καὶ αὐτὸ τὸ λέσθαι, γὼν δὲ οἱ μὲν οὐ σπρότερον ἰσθίον, εἰ μὴ λέσθοντο, οἱ δὲ καὶ ἑμφαζόντες εἴτα διὰ λέσθοντα μίλλοντες δευτέρησιν, καὶ ἔτι γὼν τὸ βαλανείον οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὅδης ἐπὶ τροφῆν. Sed aut à hello reversi, aut magno labore transfacto digressi lavarentur. Erat igitur iis balneum laboris aut belli monumentum, sicut & ipsum lavari. nunc vero alii non prius edunt, quam laverint; alii vero etiam accepto cibo lavantur, inde videlicet sumpturi cœnam, & est nunc balneum nihil aliud, quam via ad cibum. Plaut. Stich. 4. 1. 62.

*Postea ibo lavatum à pila.*

In balneis autem tres cellæ, prima est *caldaria*, ubi nempe sudabant. Stat. lib. 1. silv. 5. 62. *Hoc iterum sudare neget.* Locus hic erat supra *librum* suspensus, ne uligo refrigeraret, queni *suspensuram balnearum* vocat Rutil. Palladius Rei Rust. l. 1. c. 40. M. Vitruvius lib. 8. cap. 2. *λουτρά τῆς θερμῆς.* *Calida balnea.* Homer. Odys. l. 8. *Leont.* scholiast. lio. 4. Anthol. cap. 18. epigr. 25. Dio Cocceian. lib. 53. *σπιρατήριον* ab igne *ibi succenso* appellat; secunda est *media*, quæ & *tepidaria*, tertia *frigidaria*. C. Plin. nepos de Tusculano lio lib. 5. epist. 6. *Frigidaria cella* connectitur *media*, cui sol benignissime præsto est, *caldariae* magis. In hac tres dissectiones, duæ in sole, tertia à sole longius; à luce non longius. Apodyterio suppositum est *sphaeristerium*, quod plura genera *exercitationis*, pluresque circulus capit. Qui locus egregius, quod doceat in finis balnei *sphaeristerium* fuisse, quo exercitatio deinde abluerentur ante cœnam. Tertull. Apolog. c. 40. *Quotidie passim, statimque præsuri, balneis, & campis, & lupanaribus operati, aquilicæ Jovi immolatis.* Post cœnam autem non nisi nepotes. Plaut. Rudente act. 1. sc. 2.

*Propter viam illi sunt vocati ad prandium.*

*D.A. qui? SC. quia passim cœnam credo laverunt heri.*

At frangi & honesti cives semper epulas adituri, balnea prius petebant, quo ritu L. Apul. lib. 5. *Metamorph.* in principio. *Prohinc cubiculo te refer, & lectulo lassitudinem refere, & ex arbitrio lavacrum pete.* Nos quarum voces accipis, tue famula, scdulo tibi præmissistrabimus, nec corporis cura te, nec regales epule morabuntur. Aul. Perius:

Ἴαμ νῦν ἐν βαλναίᾳ σάλῳ  
Fronte licet cadas, quanquam solida hora super sit  
Ad sextam.

Et antequam ad nonforem irent, in thermas prius se conferebant; quo Pet. Colvius dicit illud L. Apuleii l. 3. A. sini. *Hanc Juvenem, cum è balneis rediret ipsa, tonstrina residentem, besterna die forte conspexit.* M. Plaut. Asinaria. servus in tonstrina residens:

*Ille in balneis iturus est, inde huc venit postea.*

Sed cum horam consuetam balneas petendi idem Apulejus dixerit l. 10. *Metamorphos.* 1, & A. Gellius l. 18. cap. 13. *lavandi tempus*, videndum quodnam id tempus, quodnam hora? dixi jam ante cœnam receptam abluitionem, & testatur Perius fat. 1. in fine:

*His mane editum, post prandia Callirhoën do.*

Pollio Vitruvius Architect. l. 5. cap. 10. *Tempus lavandi à meridiano ad vespertum est constitutum.* Q. Florens Tertull. lib. adversus Ptychicos definit; *Apud quasdam vero colonias præterea anno ritu, facis veluti & cinere conspersi, idolis suis invidiam supplices obijciunt, balnea & tabernacula in nonam usque eluduntur.* Quod præter leges censorias, quibus octava thermis dedicata. M. Martial. l. 10. epigr. 48.

*Nunciat octavam Pharia sua turba juvenæ,*

*Et pilata redit jamque subitque cohorts.*

*Temperat hæc thermas, nimios prior hora vapores*

*Halat, & immodico sexta Nerone calet.*

At cum discrimine temporis C. Plin. Junior libr. 3. epist. 1. *Ubi hora balnei unciata est, (est autem hyeme nona, æstate octava) in sole, si caret vento, ambulat nudus, deinde movetur pila vehementer & diu, nam hoc quoque excitationis genere pugnat cum senectute, lotus acenbut, & paulisper cibum differit.* Quo sensu capio illud M. Martialis l. 4. epigr. 8.

*Sufficit in nonam nitidis octava palestris.*

Ut ab hora octava hyeme pila luderint, deinde balnea accesserint abluendi, inungendi, fricandique. *βαλανεύς*, & *βαλανεύτρια*, balneator & balneatrix. Jul. Poll. l. 7. *Onomast.* cap. 33. ut hi virilibus, itæ muliebribus infervant thermis, licet leiam displicere D. Hieronymo, *adultas virgines lavacra adire*, lib. 2. epist. 15. ad Lætam de Instit. filia, cum luxuria minister Martialis *famincis dilecta caterois balnea* dixerit l. 11. epigr. 48. *Ungebantur deinde vestibus depositis loti.* Petron. Arbitr. in Satyrico pag. 21. *Jam Trimalchio unguento persifusus tergebatur, non linteis, sed palliis ex mollissima lana factis.* Hinc præceptum Cornelii Celsi de re medica l. 1. cap. 2. *Exercitationem recti sequitur, modo unctio vel in sole, vel ad ignem, modo balneum, sed in conlavi, quam maxime & alto, & lucido, & spatiofo.* C. Sueton. in Cal. cap. 37. *Commentus novum balnearum usum, portentosissima genera ciborum atque canarum, ut calidis frigidisque unguentis lavaretur.* L. Apul. l. 4. *Ahni.* *Ex more, calida tumultuario lavacro vestro preparata, in fine sermonis hujus statim se decessunt, nudati- que, & flamma largissima vapore recreati, calidaque persifusi, & oleo peruncti, mensis dapibus largiter instructis accumbant.* A. Per. fat. 6. v. 15. *Martial.* lib. 3. epigr. 12.

*Qui non cœnat, & ungitur Fabulle,*

*Is verò mihi mortuus videtur,*

M. Plaut. in Pœnulo, act. 3. sc. 3.

*Ibi te repleto usque unguentum echeumatæ,*

*Quid multa verba faciam? ubi tu laveris,*

*Ibi ut balneator faciat unguentariam.*

Unde & locus ille *unctuarium* vocabatur. Plinius nepos lib. 2. epist. 17. *unguentaria cella.* Sidon. Apollinar. l. 2. epist. 2. *Vide carmen Alexis ante à me citatum.* Deinde fricabantur. D. Anson. epigr. 105.

*Thermarum in folio si quis Polygitona vidit*

*Ulceræ membrorum se abie putrefacta foventem.*

M. Plaut. in Pseudolo:

*Uncti hi sunt senes, fricari sese ex antiquo volunt.*

Aspernati has voluptatum illecebras Spartani, qui nudi aqua ex Eurota fluente frigidissima abluebantur. Elegans est epigramma 42. Martialis l. 6.

*Ritus si placeant tibi Lacorum,*

*Contentus potes arido vapore,*

*Cruda virgine, Martiaque mergi.*

Qui locus corrigendus ex MS. Francisc. Mod. epist. 23.

*Concepto potes arido vapore*

*Cruda virgine, Martiaque mergi.*

De ritu vide, quæ Cornel. Celsus scripsit lib. 3. cap. 37. de Re Medica.

Tenebræ in principio thermæ, quod critici observaverunt,

ruut, sed deinde specularia addita, ut clarissimum undecun- que admitterent lumen, epist. 99. L. Seneca epist. 86. & l. 5. conuor. 5. & lib. de provid. cap. 4. Quod non in caldarium suum latis specularibus diem admisserit. Domitius Ulpian. IC. l. 12. ff. de Instr. & instrum. leg. Idem ad edictum l. 9. ff. quod rei aut clam. Martial. l. 8. epigr. 14.

Hibernis obiecta notis specularia, puros Admittunt soles, & sine luce diem.

Et de obsecris thermis idem Martialis lib. 2. epigr. 14.

Nec Fortunati spernit, nec balnea Fausi, Nec Grylli tenebras, Aoliisque Lupi.

De apertis & patulis Stat. l. 1. fil. 5. v. 46.

Multus ubique dies, radiis ubi culmina totis Perforat, atque alio flos improbus uritur astu.

Nec modo specularia seu fenestrae vitro illis erant, sed pavimentum eo inferebatur, ut notatum a Lipsio, ex Fl. Vopisco in Firmo, & laquearia incrustabantur, quod praebitundinem balnearum vocat Aurelius Cassiodorus l. 3. epist. 51. idem Papinius eodem loco:

Effulgens camera, vario fastigia vitro In species animosque uident.

Poliebantur quotidie tergebanturque haec seu specularia, seu pavimenta a seruis balneariis, idque non Romana tantum consuetudine, sed etiam Graeca. testem cito Aeschylum:

Αὔται γὰρ μὲν λεπτέριον αὐτὸ δεύτερον, Ἄλλ' ἐκ μετρίων ἑμαρῶν λεπτήριον.

Latum est quidem lavacrum hoc secundo, Sed ex maximis facile lavacris.

Jam vero promiscua non fuisse balnea, sed viros sua à mulieribus discreta separataque habuisse, notissimum. M. Pollio Vitruvius l. 5. cap. 10. Item est animadvertendum, uti caldaria mulieribus viriliisque coniuncta, & in istis regionibus sunt collocata: sic enim efficitur ut in casaria ex hypocausto communis sit usus eorum utrisque. Audior separationis D. Hadrianus Aug. Ael. Spartian. in eo. Et nimia invalescente luxuria sustulit Antonius Philosopher. Jul. Capitol. in ejus vita. adi ad doctissimum Savaronem l. 2. epist. 2. Sidonii Apollinaris. quod apparet consuetum & Graecis. Est & locus Lucilii Sattar. l. 7. fæde corruptus, citante Nonio cap. 2. num. 202.

Sador, subellor, desquamor, pumicor, ornor, Expilor, pingor.

Multis mendis, ut cuivis apertum, sciatet primus versus. Itaque Hadrian. Junius putavit, pro sador sudor, posse commode legi, ut sit à balneo abstergi. Unde & sudum. alii Sabor, nonnulli rador, inter quos Aelian. Turneb. l. 29. Advers. cap. 22. sed melius indubie Carrio, seabor. deinde subellor, recte ab eodem in suppellor, mutatum. M. Tullius l. 9. epist. ad Petum. 22. Quid? ipsa res non modo honesta, modo turpis, suppellere, flagitium est, jam erit undas in balneo, non reprehendes: habes solam Stolicam. Dionysius Lambinus moret in MS. fuisse, suppetit flagitium. Sequitur inde pumicor, vitiose pro, pumicor. Nam pumicari est pumice levigari; cujus usum enervatis effeminatisque nemo nescit solemmem gratumque & frequentem fuisse. Ovid. l. 2. de Arte Amandi:

Nec tua mordaci pumice crura teras. Sext. Propert. l. 4. eleg. 8.

Seria nam taceo vossi carpenta nepotis.

Volfos autem sive depilatos & pumicatos infamia notatos alii docuerunt. C. Plin. l. 36. cap. 21. Pumices levigandis corporibus olim mulieribus in usu, sunt & viris. Vet. Scholiast. Juvenal. ad v. 15. sat. 8. Catina oppidum Sicilia, usque ad probra dissolutum notatur, ut & Bibaculus.

Oste senex, Catinaque puer, Cumana meretrix.

Ob pumicis nempe primos usus, Juvenal. loco citato: Si tenerum attritus Catinensi pumice lumbum.

Revertor ad Lucillum, cujus versus elegantem & omnes voluptatis balnearum gradus exprimentem, effaminatorumque mores exhibentem, sic corrigendum censo & legendum:

Stalor, suppellor, desquamor, pumicor, ornor, Expilor, pingor.

Cum tantum dedecoris in expilando pumicandoque corpora fuerit in calentibus illis thermis, miror, cur Herculi deorum fortissimo calida balnea adscripserit antiquitas: quæ instar muneris Vulcanus Herculi dono dederit. Ibius poeta Lyricus apud Scholiastem Aristophanis Nebulis act. 2. sc. 3. in choro.

Πῆ ἄρχῃ δῖτα πάρος ἴδεις Ἡράκλεια λυτῆρᾶ Καὶ τοὶ τῆς ἀδριεύτιδος ἦν

Verit Fritschlinus:

Et ubi in unquam frigida vidisti balnea Herculana: Et quis erat Hercule fortior.

Et Herculaneas thermas insinuat Athenæus l. 12. dipnosophist. cap. 2. & Pindar. Nemi. od. 4.

Οὐδὲ θεοῦν ἴδῃς τίσσει Γε μαλθακὰ τυῦχῃ Γαῖα. ὅσσοι εὐλογία εἶρ. μύθῃ σῖναςρος.

Neque calida aqua tantum mollia efficit membra, quantum laus cithara comes. In balneis & carmina recitabant, & ea quæ inaudierant, referebant, quare nomine garrulitatis balneatores notati. Erasimus Roterd. Chiliad. l. cent. 6. Adagio 70. & aliquot locis Petronius, ut ab aliis obleratum. Q. Horat. lib. de Arte poet.

Bona pars non unguis ponere curat, Non barbam, secreta petit loca, balnea vitat.

Frequentia in thermis furia. Q. Flor. Terull. lib. de fuga in persequutione; Inter tabernarios, & Lianos, & fures balnearum, & alcones, & lenones Christiani quoque vestigales continentur. Idem lib. de Idololatria; Credo & fures balnearios suis quoque in mibus vivere. Paulus IC. l. 3. ff. de offic. praefecti vig. Adversus capsarios quoque qui mercede servanda in balneis vestimenta suscipiant, iudex est constitutus, ut, si quid in servandis vestimentis fraudulenter admisserit, ipse cognoscatur. Erant ergo hi fures seu capsarii inter feros, eorumque firum par sacrilegio, erant enim ipsa θηρά λητῆρᾶ, sacra calida balnea, ut loquitur Aristoteles Problemate. sect. 24. num. 19. Romæ poena duplionis hujusmodi furibus statuta, Athenis mors. Demosthenes orat. contra Timocratem, cujus verba vide apud Petrum Victorium variar. lectio. l. 7. c. 18. Q. Catull. epigr. 31.

O surum optime balneariorum Vibenius pater, & cinade filii: Nam dextra pater inquinatiore.

Pergo ad ministris reliquos: erant in balneis, quibus aqua commissa; cave tamen confundas eos cum aquaria provinciæ, ut est apud Tullium in Vatinius. Nam aquaria provincia ingenuis concedebatur, quos Zeno Aug. Hydrophyllas vocat l. 10 C. de Aquaeductu. Hoc est, aquarium, ut puto, publicarium, custodes, isti inter servitia, Rhodigio. l. 18. cap. 40. & Jurisconsulti definiunt. Jul. Pollux l. 3. cap. 4. σαφῆρῆς, ἑτα δὲ τῆς μετοικῆς ἀνομαζοῦ, καὶ τῆς γυναικῆς ἀσπᾶν ὑδριαφόρος, ἀπὸ τῆ ἐργῆ ἰκατῆς. Inquinos scaphigerulos, & mulieres eorum equigerulos vocabant, utroque scilicet ab officio nominantes. Quæ non de balnearum modo usu, sed & de qualibet aquæ gestatione. Nam Xenophon expedit. Cyri Minoris l. 4. ὑδροφόρας γυναικῆς, & ὑδριαφόρος, mulieres aquam gerentes, & aghigerulos, dixit; forte ad eum morem Romani venalem aquam per aquarios inferri definebant. Juven. sat. 6. vers. 333.

Veniet conditus aquarius.

Primus usus honestus legitimusque, nam lavantibus aquæ aspersio necessaria, quam eunuchi, alique servi in conchis adferebant, at postea, quia tunc maxime temporis dominas alloqui licebat remonitis festibus, lenones & stupri conciliatores, Aquarioli dicti, Test. l. 1. Aquarioli mulierum intudicaram sordidi asseda. Glossæ veteres, Aquarioli βαλλᾶδες, Bacariones, & in isdem Bacario ποροδιᾶκῆς, Gallice, maquerreau Adrian. Turneb. l. 14. cap. 12. Accius Plaut. Pœnulo act. 1. sc. 2.

Servanturum sordidorum scorta diobolaria.

Aelius Lamprid. in Commodo; Auriga habita curans venit gladiata.



diatoribus convinit, aquam gessit, ut lenonem minister, ut probris natam magis, quam ei loco eum crederet, ad quem fortuna processit. Q. Terullian. Apolog. cap. 43. Si qui forte vorè de sterilitate Christianorum conqueri possunt, primi erunt lenones, productores, aquarioli, tunc scarii, venenarii, magi, item aruspices, arioli, mathematici. Ubi male repositurum pro aquarioli, vinarioli. Renatus Laurentius observat. L. Apul. lib. 2. Apologia: *Histe auditis exacerbatu aquariolus iste uxoris sue, ita ira extenuit, ita exarsit furore, ut in-faminam sanctissimam & pudicissimam, presente filio ejus, digna cubiculo suo diceret.* Cl. Claudian. lib. 1. in Eutrop.

*Pellebat domina crines, & sepe lavanti Nadus in argento lymphas portabat alumne.*  
 Que non tantum de balneis intelligenda, sed de quolibet ex-piamine post coitum, foemina enim ad coitu se expurgabant. Sueton. August. cap. 94. *Quasi ad concubitu mariti se purificasset.* Aelian. lib. 4. var. histor. cap. 1. ait: *Dardanenses Illyrios ter in tota vita oblii solitos, ἰζ' ἄδίων, καὶ γαμύνας, καὶ ἀποθανόντας, post partum, cum nuptias inveniunt, cum mortem spectant.* Et est quædam imago ejus rei apud Plinium de læna. l. 8. c. 16. in principio. Et allusit Alcaus.

*Πόνυ καὶ βακαρίδς τὰ πτόν ἔχου ἔμπροσθε ἔδος, Ἐν ταύτῃ πύλω τόν ἴ' ἀράδον, τόν τε κακόν λέει.*  
*Mercatrix & balnear eundem habent perpetuo morem, in eodem folio & probum, & improbum lavat.* Petronius seu Ovidius, seu incertus auctor in caelestis Priapeus:  
*Vade per has vias, quarum si capseris uvas, Quas aliter sumas, hospes habebis aquas.*

P. Ovid. lib. 3. Amor. eleg. 6.  
*Neve sue possent intatam sître ministra, Dædus hoc sumpta dissimulavit aqua.*  
 Et lib. 3. de Arte:  
*Et tamen ulla viro mulier, non expedit, inquit, Quid nisi quam sumis dic mihi perdis aquam?*  
 M. Tull. orat. pro M. Cælio: *Ideo aquam adduxi, ut ea tu inesse uterere.* Idem Ovid. eodem libro.  
*Silicet obstabit custos, ne scribere possis, Sumenda detur cum tibi tempus aqua.*

M. Valer. Martial. lib. 2. epigr. 50.  
*Qua tibi parte opus est, Lesbia, sumis aquam.*  
 Asservabatur hac aqua curtis calcibus. Idem lib. 1. epigr. 93.  
*Nec curtus Chiones Antiopesque calix.*

Et lib. 3. Epigr. 80.  
*Curtaque Læda sobrius bibat testa.*  
 At in balneis subministrabatur vasis argenteæ, quæ lavationem appellat Icti. Claudian. proxime supra citatus. Ulpian. l. 25. *Ornamenta muliebria sunt, quibus mulier ornatur, veluti in aureas, armilla, viriole, annuli præter signatorios, mundus muliebrius est, quo mulier mundior sit, continentur eo specula, matule, unguenta, vasa unguentaria, & si qua similia dici possunt, veluti lavatio, riscus.* In Antverpiana editione legitur *lavatio*, antiquo ritu, nam B. in V. sæpe permutabant. Antonius Contius censuit legendum, *alabastrites.* Male. Phædrus Tiberii libertus lib. 4. Fab. 63.

*Seponit mocha vestem, mundum muliebrem, Lavationem argenteam, eunthos glabros, Lanificæ agellos.*  
 Lavatio hac argentea vel ea est, quam aquariolus adferbat, vel labrum ipsum, seu lebetes, quos constat argenteos fuisse inivalescente luxu. Stat. l. 1. silv. 5. v. 47.

*Nil ibi plebeium, nusquam Tempesæa notabis Erva, sed argento felix propellitur mada, Argentoque cadit, labrisque nitentibus instat Delicias mirata suas.*  
 Concha fuit privata hæc lavatio. Vet. Glossarium: *ἔνθα καὶ ὄψωσ' ἄρπε χύμας κίχρη, adfer aquam manibus concha.* Paulus IC. lib. 3. sententiar. tit. 17. *Mundo mullebrī legato ea cedunt, per que mundior mulier lautiorque efficitur, veluti speculum, concha.* In principio fides hæc concha. vetus Scholiast. Juvenal. ad sat. 3. v. 277. *Pelvis, inquit, concha, in quibus pedes lavant ut vasa scilla, νεβύλαρα.* At postea è margaritis. Horat. l. 4.

od. 12. sive *onyche.* Catull. epigr. 66. quæ primitus loco tubarum, Meuriius multis observat ad Lycophronem. Aut ex ære. Gloss. Isidor. *Barcanda, concha ærea.* Lucan. l. 9. v. 349.

*Ventosa persstantem marmura concha.*  
 Claudian. de Nupt. Honorii & Mariæ:  
*Seu concha Libycum circumsonat æquor.*  
 Argentea fuisse hæc ornamenta notum. Claudian. epigramate de concha:

*Transferat huc liquidos fontes Heliconia Nais, Et patulo conchæ divitis orbe fluat.*  
*Namque latex docta que laverit ora Serene, Ultra Pegasus unum habebit aquas.*  
 Sidon. Apollinar. l. 4. epist. 8. & ibi eruditissimus Savato:  
*Nam cum dignatur regina hic tangere vultus, Candor in argentum mittitur & scie.*  
 Felix Ennodius Ticinensis epigr. 93.  
*Parturit unda sitim, quam splendens concha ministrat.*  
 Non aqum modo, sed & unguentum his conchis asservatum. Q. Horat. l. 2. od. 7.

*Funde capacibus Unguenta de conchis.*  
 Inde data fabulæ occasio, *Venerem in concha natam; sive, ut alii contendunt, concha in Cyprum delatam.* Dionysius Lambin. ad M. Plauti Rudentem act. 3. sc. 3.  
*Te ex concha natam esse autumant, cave Tu harum conchas spernas.*

Supererat dicendum de linteis, oleo, unguentis, & strigilibus, quibus ad corpus fricandum utebantur, sed omnia jam ab aliis præoccupata sunt, explicataque: uno nomine *balnearia* appellabatur, quæ peregrinaturi secum veluti viaticum necessarium conchebant, ut ex Plauto in Mercatore apertum:

*Tollo ampullam atque hinc eo.*  
 Et de strigilibus Suid. in voce *στρίγις*. vet. Scholiast. Juvenal. sat. 3. v. 263. *strigulam* vel *sistrum* vult dici. Jul. Polux. l. 7. cap. 33. tit. 7. docta invenite est apud Petrum Colvium ad l. 2. Florid. L. Apuleii.

PARALIPOMENA.

De pistrinis & de primo molarum usu.

*Molarum usus antiquissimus fuit, & à Cerere profectus, que homines molere docuit prima.* Plin. l. 7. cap. 50. licet Stephan. libr. de urbib. inventionem *Milanti* cuidam assignet in voce *Μολαρία*. Adeoque etiam temporibus heroicis cognitus. Nam in horto Alcinoi, Phæacum principis, mola reponitur l. 7. Odyss. v. 104. apud Homerum.

*Αἱ μὲν ἀλετριώσι μύλων ἐπὶ μύλοπα καρτὸν.*  
*Alie quidem molunt sub mola pomacei coloris frugem.*  
 Græci à *τρέπω*, verto, *trapetum*, vocarunt, quod nempe circumacto lapide, ut jam dicam, frumenta tererent. Martialis l. 7. epigr. 27. ea voce utitur. Et l. 13. epigr. 36.

*Hec quæ Picens venit subducta trapetis, Inchoat, atque eadem fudit olivæ dapes.*  
 Statius lib. 2. silv. 7.

*Undis Batica provocas trapetis.*  
 Paulus IC. lib. 3. sententiar. tit. 7. *cogendorum fructuum causa comparata, instrumento cedunt, velut corbes, alvei, falces mesoria, & sanaria, item molaolivaria.* Eadem vox usupata, l. 2. r. ff. de instructo. Ad ad legem 19. ff. locati. At Varro, non à vertendo, sed à terendo vult *trapetum* dici. l. 4. de Ling. Lat. ut & *molan* à molendo, quod injecta molentur, sive terantur, aut comminuantur, licet à rotunditate sui vocatum, ut mala pomorum contendat Isidor. l. 20. cap. 8. *Columella Rei Rusticæ* lib. 12. cap. 50. legatur. Dicitur & *Moletrina pistrinum.* Cato apud Nonium cap. 1. num. 320. *Nervo, carcere, moletrina.* Notavit Guil. Budæus in legem si servus §. si fornicarius ff. Commun. prædior. in prioribus annotas. ad pandect. Certum est primitus *trufatiles* fuisse molas, quæ circumactæ manuum agilitate & robore fruges tererent. A. Gell. l. 3. cap. 3. *Obquestrandum vicium*

ad circumagendas molas, quæ transiles appellatur, operam pistori locasset. Ideo manuales dicuntur Servio Honorato ad v. 274. lib. 1. Georg. ubi de rusticorum laboribus:

Sape oleo tardi costas agitator aselli,  
Vilibus aut onerat pomis, lapidemque revertens  
Iucissim, aut atræ massam picis reportat.

Lapidem incutillum rectè dixit (Suidas ἐπιον, vocat, asinum) nam circumagsto lapide frumentum torcebat. Eodem lib. vers. 267.

Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.

Ut & lib. 1. Æneid. v. 184.

Et torrete parvas flammis, & frangere saxo.

Ubi Servius, torrebantur fruges in pilis, & pinscebantur; neque molebantur. Lucet. Carus lib. 1. de Nat. Ret. n. 881.

Fruges quoque sepe minutas,

Robore cum saxi franguntur....

In MS. codice erat exaratum:

Minuas

Robore cum saxi.

Stat. lib. 1. Thebaid. v. 524.

Hic labor inferio tortere exangnia ferro

Viscera cesarum pecudum, his cunulæ canistris

Perdonitam saxo Cererem.

Posterioribus deinde faculis etiam si ritus mutatus fuerit, mansit tamen loquendi eadem consuetudo. D. Aufonius in Mosella:

Nobilibus Gelbis celebratur piscibus, ille

Præcipiti torquens cerealia saxa rotatu,

Stridentisque trahens per levia marmora serras.

Sed tamen ævo Aufonii nullæ rustiles manibus molæ, sed asinariæ, quas nempe asini versarent, tectis capitibus velataque facie. L. Apul. Milesiar. lib. 9. Mole, quæ proxima videbatur, matutinus adstituitur, & illico velata facie, propellor ad incurva spatia stenosticanalis, ut in orbe termini circumstuentis reciproco gressu, nica recalcans vestigia, vagaret errore certo. Achmes onerit. c. 195. μύλων ἀληθινὰ ὄνα θυνάτω, pistinum in quo asinus robustus moleret. Et mali servi pro pœna molis applicabantur. P. Terent. Andria act. 1. sc. 2.

Verberibus casum te Dixe in pistinum

Dedam usque ad necem.

Vet. Scholiast. Juvenal. ad v. 67. sat. 8.

Seginpedes dignique molam versare Nepotis.

Atque hi servi in pistinum detrusi, solebant nomine asinorum appellari, & molæ ipsæ præsepia. Unde in MS. codice Plautino titulus concipiebatur, Plauti Asinil Amphitryo, qui mutandus in situm Plauti Asini Amphitryo. Nam servi ergastulo huiusmodi inclusi tanquam laboris omnigeni patientes, quales sunt asini, molis appliciti sic vocabantur, notatum scio à Joan. Meursio, insigni eruditione viro, Criticar. Exercitat. parte 1. cap. 9. Et certum est ex Aulo Gellio supra laudato, Plautum in pistino quasdam à comædiis suis scripsisse; & servilibus additum fuisse operibus. Locus est apud ipsum in Curcullione act. 2. sc. 1. n. 10.

Paves, parasitus quia non rediit Cmia,

Afferre argentum credo, nam si non ferat,

Tormento non retineri potuit serreo.

Quia reciperet se huc esum ad præsepim suam.

Quem locum longe aliter concipiunt alii, inter quos Nonius cap. 3. num. 160.

Quia reciperet se huc esum ad præsepim suam.

Sed melior prior lectio, vel ipso Plauto iudice in prologo Casina.

Qui sibi uxorem poscat, sit, si id impeset;

Esturum quod amat, intra præsepes suas.

Et videtur mihi non molari tantum servi, sed quilibet alii stationem in domibus privatis dominorum habuisse, quæ præsepe diceretur, quod quasi pars iumentorum & servorum esset conditio. Testis M. Terentius Varro libr. 1. de Republica: Contra hic laudabatur ab illis, is habebat cellam rusticam, unam præsepim latam, cellam vinariam. Huc pertinet locus Claudian. libr. in Eutrop. à nullo hætenus explicatus.

Hæc erat, hæc Ptolemæ fides, hæc profuit ætas.

In gremio consumpta tuo, lectusque jugalis,

Et ducti toties inter præsepia sonni?

Postea & aquariæ mole in asinarium locum substituitur. Pallad. Rutil. Rei Rust. libr. 1. cap. 42. Si aquæ copia est, suspiria balucorum debent pistina suscipere, ut ibi formatis aquariis molis, sine animalium vel hominum labore frumenta frangantur. Quæ ratione confici huiusmodi aquariæ molæ debeant, docet M. Pollio Vitruvius Architect. libr. 10. cap. 10. & mōmīnit Zeno Imp. 1. 10. C. de Aquaductu. Suburbanum vel prædium, vel balneum, vel aquæ mola, vel hortus, ad cuius visum aqua publica fuerit derivata. Licer alii perperam legant pro aqua mola, aquariola. Et Valentinianus & Valens Augg. C. Theodos. de Canone frumentario urbis Romæ libr. 4. Improborum petitiones, qui impudentius ausi sunt postulare pensiones, aqua molarum, quæ urbi venerabili annonæ abundantius præstiterint, quinque librarum anti nullâ infligat. Notat Jacob. Cujacius, aquariæ molæ rotis sublevatis inversisque suppeditabatur aqua, eique muneris iuncti asini, equi, & equæ. Secundus, vetus poeta, lib. 1. Antholog. cap. 33. epigr. 20.

Τίτι τὸν ὀγκωστὴν βραδύτερον Ἴον ἀμύμη' ἐν ἰπποσ-

Τυρίον ἀλαυταῖς ἐξελδάτε δρίμων;

Ὀυχ' ἀλλ' ἐπὶ μύλοις περιβρομεν ἀχθος ἀνάγκης

Στασιπρόν σκεπτός κυκλοδικάτος ἔχω;

Ἄλλ' ἐπὶ καὶ πάλαισιν ἰρίζευσεν.

Cur rudentem tardum asinum simul cum equabus in rotundum in arcis trituranibus agitatis cursum? nomine satis est, quod mole circularium onus necessitatis corvoluntini oculis clausis in gyrum æquis, habeo? quid adhuc cum equis cursu contendunt? Neque illud prætereundum, quod ab Artemidoro Onirocrit. libr. 2. cap. 47. traditum: μύλος αἰπὸν σκεπρόν καὶ πομπρὸν πραγμάτων λύσιν, καὶ πρὸς θέρποντα σημαίνει. Mola semper duorum & difficilium negotiorum solutionem portendit, & fidelem servum significat. Deuique sciendum & pistino seu molæ suum fuisse nomen, summe Deum tutelarem. Jul. Pollux Onomast. lib. 7. cap. 33. tit. 8. μύλωνος, μύλων, μύλη, περιμυλαία θύς, καὶ εὐθυσός. Molor, mola, pistinum, dea mularis, & benevola. Sed & Promylus Deus semper ante molas collocabatur, ob suam alimoniam. Suid. in voce περιμύλος θείος. Adi ad Tiraquellum Commentario ad Alexandrum Neapolitanum libr. 3. Genialium dierum cap. 11.

#### C A P. XV.

### De populo Romano, & ejus prima divisione.

Hætenus de Urbe dixi, quomodo ea à Romulo primum condita, & à sequentibus Regibus, ac demum ab Imperatoribus, subinde aliis atque aliis montibus ac collibus Pomœrio inclusis ampliata, & ab Octavio Augusto in xiv. regiones descripta sit: nunc institutus ordo requirere videtur, ut de incolis etiam nonnihil dicatur. Fuerunt igitur incolæ hujus Urbis appellati cives Romani, quos [Lib. 4. cap. 1. de Antiquo Jure Civium Romanorum.] Carolus Sigonius, vir clarissimus, ita definit, quod sint homines liberi, qui Urbem agrumve Romanum inhabitarent. Quæ definitio cum sit generalior, & potissimum de iis, qui sub Regibus fuerunt, intelligenda; addit deinde aliam specialiozem, & quidem de iis, qui libera Republica opti-

optima lege id nomen habuerunt. *Optima*, inquit, *lege*, *is mihi civis Romanus videtur, qui domicilium, qui tribum, qui honorum potestatem est adeptus*. Atque hæc prolixè & erudite explicat: quæ, qui vult, legere poterit. Nos vero iis omiſſis, de ejus civis, cujus definitionem modo recitavimus, præcipuis divisionibus, quarum cognitio ad multa veterum & classicorum Scriptorum loca intelligenda proderit, agemus. Invenimus autem in veteribus Scriptoribus populum Romanum variè, aliis tamen atque aliis temporibus divisum esse. Primum quidem in *Patricios & plebejos*: inde in *Tribus*: tum in *Curias* distributum: iterum in *Classes & Centurias*: rursus in *Senatores, Equites, & Populum*. Post, in *Optimates & Populares*: in *Nobiles* præterea, *Novos & Ignobiles*: mentionem etiam fieri video *Ingenuorum, Libertorum, & Libertinorum*. De his singulis operæ precium erit, quid veteres Scriptores tradiderint, indicare. De *Tribubus, Curii, Centuriis & Classibus*, cum ea ad tractationem de *Comitiis* commodius referri possint, hic dicere superfluo. *Patriciorum* igitur & *Plebejorum* discrimen, & jura primum recitabo: [*Patricius secundum Plutarchum & Vellejum Patriculum dicti Senatores liberi, quod patres cære possent, ideoque scribendum Patricius per c. non Patritius per t. Aldus Manutius in orthographia ratione. Hadr. Junius in nomenclatore*] Inde de *Patronis & Clientibus*, cum ex hac prima divisione originem suam trahant, dicam: tertio loco de tribus discretis ordinibus, *Senatorio, Equestri, & Populari*, vel *Plebejo*, verba faciam: tum quid de *Optimatus & Popularibus* scriptum repererim, referam: post etiam de *Nobilibus, Novis & Ignobilibus*, quoniam ii fuerint, disputaturus: ad extremum, qui *Ingenui, qui Liberti, quique Libertini* dicti fuerint, explicabo.

Prima igitur divisio post *Tribus & Curias*, facta est in *Patricios & Plebejos*, instituta ab ipso Romulo, primo Romanorum Rege. De qua *Dionysius* lib. 2. sic scribit: *Illustres, inquit, genere, & virtute celebres, opibusque, ut tum ferebant tempora, abundantes, quibus essent liberi, secrevit ab obscuris, egenis, & humilibus. Inferioris fortuna homines Plebejos vocavit. Hi Græcis sunt δημοτικοί: Potiores verò Patres, sive quod ætate antecirent alios, sive quod haberent liberos, sive propter nobilitatem generis, sive propter hæc omnia*. Hæc *Dionysius*. Et addit, hunc morem sumptum esse ab Atheniensium Republica, qui etiam bifariam distributa multitudine, *Patricios* appellavit ex illustribus familiis, & polientes opibus, penes quos fuerit civitatis regimen: cæteros *civæ rusticos*, quibus nullum in Republ. fuerit suffragium. Quod verò officium fuerit, tum *Patriciorum*, tum *Plebejorum*, idem subjicit, inquiens: *Romulus, postquam discrevit potiores ab inferioribus, mox legibus latis præscripsit, quid utrisque faciendum: ut Patricii sacra curarent, Magistratus gererent, jus redderent, secum Republicam administrarent, res urbanas obirent: Plebeji verò ab his negotiis immunes* (quippe qui talium imperiti essent, nec vacaret eis propter inopiam) *agros colerent, pecora alerent, exercerent quaestuosas opificia, ne seditiones orirentur, sicut in aliis civitatibus, dum humiliores protruduntur cubito à potentioribus, aut egeni, ac viles excellentioribus invident, &c.* Hæc ille. Qui tamen paulo post scribit etiam hoc interfuisse inter *Patricios & Plebejos*, ut quoties Patricii convocarentur à Regibus, præco quemque suo ac paterno appellaret nomine: *Plebejos* verò ministri quidam cornibus bubulis concinentes in concionem contraxerint. Et hæc quidem primis temporibus differentia inter *Patricios & Plebejos* fuit. Procedente autem tempore, & impetratis à Patriciis Tribunis plebis, plurima dignitatum & honorum ornamenta: ut, *Sacrorum* quorundam curationem, *Magistratus Curules, Consulatum, Dictaturam, Censuram, &c.* Quæ antea solis Patriciis concessa erant, per Tribunos suos Plebs Patribus extorsit: sicuti etiam connubiorum inter Patricios & Plebejos communionem, ut suo loco dicitur.

## AD CAP. XV. PARALIPOMENA.

*Antiquissima civitatis discretio ab ipso Romulo facta.*

**R**ONULUS utbis fundamentis jactis, curam de ordinando civitatis statu gnaviter adhibuit, & quosdam juniores mille numero armatos pro salute novi regni excubare præcepit, unde & *militis* nomen. *Isidor.* lib. 9. *Etymolog.* capite 3. centum deinde ex senioribus elegit, quorum consilio omnia ageret, quos *Senatores* appellavit, propter senectutem, ut loquitur *Eutropius* statim in limine suæ historici. Unde & lunam in calcæis ferebant dimidiatam, quæ centenarii numeri erat nota, quod nempe in prima divisione civium centum tantum patres fuerint. *Alexander Neapolitanus* lib. 5. cap. 13. qui autem seniores dicantur, qui juniores, *Serv.* ad v. 304. lib. 6. *Æneid.*

— Sed cruda Deo viridisque senectus.

Et secundum hanc divisionem, leges etiam ab eodem Romulo latæ, quarum nonnullæ civicam disciplinam, aliæ castrensem spectabant. *Fragmenta* collegerunt viri docti nostro ævo, & ego digeram lib. 8. cap. 5.

Etiam derivata consuetudo, ut alius in matrimoniis contrahendis esset modus cum senatu, & cum plebe, nempe olium promiscua inter utrumque ordinem celebrabantur, at id postea lege lata sublatum, secutaque ob id ipsam seditio tertia exarsit,

populari multitudine in montem Janiculum duce Canulejo recedente. *L. Flor.* lib. 1. *Hist. Rom.* cap. 25. de qua re dicata infra. Et *Joan. Borcholten* IC. ad tit. 10. lib. 1. *Institut.*

Quæ discretiones ita stabilite, ut in publicis scenicisque spectaculis diu nulla distinctio fuerit. *Valer. Maximus* definit l. 2. cap. 1. tit. 16. *Per quingentos & quinquaginta octo annos Senatus populo nisi spectaculo ludorum interfuit, sed hunc morem Attilius Soranus & L. Scribonius ædiles, ludos matris Deum facientes, superioris Africani sententiam secuti, discretis Senatui & populi locis, solverunt, eaque res avertit animum vulgi, & favorem Scipionis magnopere quassavit* Eleganter eandem rem expressit *M. Tull. Orat. de Auspic. Responsis.* *Quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri majores ante templum, in ipso matris magna conspectu Megalensibus fieri conclebrarique voluerunt? qui sunt more institutisque maxime casti, solemnes, religiosi, quibus ludis primum ante populi concessum senatorii locum, P. Africanus iterum eos, ille major dedit. Ubi puto Megalensibus, esse glossema, delendumque è textu, in quem incitria librarii, aut sciolli alicujus, irrepit. Idem in Orat. pro Cornelio perduelli: P. Africanus ille superior, ut dicitur, non solum à sapientibus hominibus, qui tum erant, verum etiam à se ipso accusatus sepe est, quod cum eos, esset cum T. Longo passus esset, tum primum à populari consensu senatoria subselli separavit? Quod anno septimo post secundam cum Carthaginiensibus pacem fa-*

am contigisse viri eruditi observant ex Appiano Alexandrino in Libycis.

Exinde orta sunt nomina, variaque sedilia in ludis spectaculisque concedi coepere secundum uniuscujusque dignitatem; Senatoribus orchestra, Buleuticum, optimatibus professorium, pulpium, Imperatori podium, equestri ordini quadringentium gradus, feminis cathedra, denique & plebi popularia, ut fusc dissero infra libr. 5. cap. 4.

Divisionem istam exceperit altera, qua tota civitas in plebem & optimates discreta, plebs denovo in classes, tribus, aut centurias distributa, adeo ut Dominus servum suum manumittens tribum ei mercaretur, qui veluti primus civicae dignitatis gradus, ut in tractatu de servis excediam. optimates vel patres erant vel patricii, qui nempe a patribus, quos Romulus instituit, genus ducebant.

## CAP. XVI.

## De Patronis &amp; Clientibus.

Diviso universo populo ad hunc modum in Patricios & Plebejos, artificissimo eos Romulus vinculo colligavit. Commendavit, inquit, Dionysius, Patriciis Plebejos, optione cuique è vulgo data, ut, quem vellet, Patronum sibi legeret. Et inter alia, conferens hunc morem cum Thessalorum & Atheniensium Priscorum instituto, ait: Romulum hoc negotium appellatione decora cohonestasse: nominando Patronatum, tutelam pauperum, & humilium: addidisse etiam utrisque commoda officia, excogitata civili & perhumana copula. Constabat autem jus Patronatus, ut idem refert, officis ejusmodi, jam inde apud Romanos durantibus. Patronos oportebat Clientibus respondere de jure, cujus illi rudes essent, & absentium æquè, ac præsentium curam gerere: facientes quicquid pro filiis parentes solent facere: quod ad pecunias & contractus attinet, & sustinere accusatoris impetum: & ut compendio dicam, quietem eis, qua maximè opus haberent, parare à privatissimis publicisve negotiis. Vicissim Clientum erat, Patronos juvare elocantes filias, si his parum esset pecuniæ: & ab hoste captivos redimere, vel ipsos, vel eorum filios: privatarum quoque litium perditarum estimationem, & multas publicas pecuniarias pro eis solvere, idque sumptu proprio, non quasi fœnoris loco, sed ob referendam gratiam. Publicorum quoque impendiorum, quæ Magistratum honorumve causa fiunt, esse participes, non secus, quàm conjunctos genere. Commune autem utrisque erat, [Idem Agellius docet libro 5. cap. 13. & libro 20. cap. 1.] nefas esse alteris accusare alteros, aut adversum dicere testimonium, ferre suffragium, aut censerî inter inimicos: quod si quis deprehensus esset aliquid horum facere, tenebatur lege de Proditoribus, quam sanxit Romulus: convictumque ejus criminis, cuius licebat, ut Diti sacrum, interficere: (mos enim erat Romanis, quos vellent impunè occidi, eorum corpora devovere Deo cuiquam, præcipuè Diis inferis, quod fecit Romulus.) Quapropter per multas ætates permanferunt mutua Patronorum ac Clientum officia, haud secus, quàm cognatæ necessitudines, posteris per manus tradita. Et maxima laus erat Nobilium, habere Clientes quam plurimos tam hæreditariarum clientelarum, quàm partiarum virtute propria. Ingensque certamen erat utrisque, ne vincerentur mutua gratia & benevolentia: dum Clientes nullum Patronis negarent ministerium: vicissim Patroni nullo corrupti possent pretio, ut Clientes molestari sinerent. Tanta illis erat in omni vita temperantia, & felicitatem virtute, non fortuna metiebantur. Nec tantùm in ipsa Urbe plebs tuta erat Patriciorum patrocinio: sed & coloniarum & fociarum, ac amicarum civitatum, & bello subactarum, quæque suos habebat Patronos, quoscunque vellet è Romanis civibus. Et sæpenumero Senatus controversas civitatum, ac gentium ad earum Patronos remisit, eorumque judicia rata habuit: adeoque ab his initiis ex auctoritate Romuli, firma Romanis coaluit concordia, ut per sexcentos annos nunquam ventum sit ad cædem & sanguinem: multis licet ac magnis inter plebem & honoratos exortis controversiis de Republica, ut solet fieri in omnibus tam parvis, quàm magnis civitatibus: sed parentes, & monentes mutuum, & partim concedentes, partim impetrantes à volentibus, per expostulationes civiles componebant negotia, &c. Hæc Halicarnassensis. Eadem tradunt Livius lib. 1. & Plutarchus in Romulo, sed brevius.

## AD CAP. XVI. PARALIPOMENA.

Qui nomine populi contineantur, quotuplex clientela, quod jus patronatus?

Nome populi tota civitas comprehensa: Donat. in Adelph. prologo. Lucil. lib. 1. Sasyrar.

Quo pacto populum, atque urbem servare potis sit.

Amplius Romanam. L. Flor. lib. 4. cap. 2. Invidens Fortuna principi gentium populo. C. Plin. nar. hist. lib. 22. cap. 3. Corona quidem nulla fuit graminea nobiliter in maiestate populi terrarum principis. L. Sen. lib. 2. controvers. 1. Colit etiamnum in Capitolio casam victor omnium gentium populus; & lib. 4. controvers. 7. Romanus populus hostem veneno vincit. Justinian. Aug. §. plebs, Insit. de jure nat. gent. civili. Plebs à populo so differt,

quo species à genere, nam appellatione populi universi cives significatur, connumeratis etiam patriciis & senatoribus. Sic & Homerus Agamemnonem ubique ποπύλην λέγει, plebem populorum appellat, sub quo nomine & alii reges etiam comprehensit. Q. Horat. lib. 1. od. 2.

Lætus interis populo Quirini.

Ovid. lib. 7. Met.

Dilla refert rector populorum talia centum.

P. Maro l. 1. Eneid.

Hinc populum late regem.

Non tamen sub populi nomine plebs comprehensa, clare T. Livius 1. Decad. lib. 2. Consul Appius negare jus, esse Tribuno in quemquam nisi in plebejum, non etiam populi, sed plebis esse magistratum. Valer. Max. lib. 2. cap. 2. num. 6. Penes quos Senatus & equestris ordinis, & universa plebis summum decus erat. Ad

ad Suidam in voce *πρωξις*. Et Ulpianus IC. *stationarius* habere ad inendam popularium quietem, l. 1. ff. de offic. pref. urbi. ubi populares puto esse omnes urbis incolae.

Claudian. lib. de bello Gildonico:

*Ur dominaba plebem, bellatoreque senatum*

*Classibus estivois alerent.*

Plebs opposita ibi populo, qui & senatus, licet non ignorem distinguere a senatu populum, ut & principem, qui in locum populi succedit, ut doctissimus Budæus notat in annotationibus prioribus ad pandectas. Virgil. lib. 4. *Æneid.* v. 682.

*Extinxi te meque soror, populumque patresque Sidonios.*

Papinius lib. 1. silv. 1.

*Utere perpetuum populi magnique senatus*

*Munere.*

Interdum etiam pro vili abjectissimæque fortis homine popularis usurpatur, sive pro eo, qui inferioris erat ordinis. C. Tacit. hist. l. 4. *Cohortes, quas ex veteri instituto nobilissimi popularium regebant.* M. Tull. orat. de Ansp. respons. P. Claudius repente factus est popularis. Et apertius Actione 7. in C. Verrem. *Homines populares aut nobiles supplicio aut exilio levarentur.* Et Ulpianus voces popularium, dixit, id est, plebejorum, l. 12. ff. de appell. & relat. Et Callistratus IC. *Solent quidam, qui vulgo se juvenes appellant, in quibusdam civitatibus turbulentis se acclamationibus popularium accommodare, l. 28. ff. de penis; licet duplato seu populares sint ejusdem civitatis cives, incolæ, accolæ, ut loquitur Plautus Aulul. sc. Optati. P. Terent. Phorm. act. 1. sc. 1.*

*Amicus summus meus & popularis Geta.*

Donatus Grammat. popularis, ejusdem conditionis gentisque, Salut. popularis sui sceleris, & popularis, populo amatus, & popularis civis, & popularis humilis, & popularis vilis, è populoque factus, ut si quis dicat fordidum, popularem civem. Eustrapius, vetus scriptor, ad eundem locum, ex Salustio socium, exponit, sive ejusdem conditionis. Ex hoc ritu L. Seneca intelligendus, qui populum pro qualibet multitudine sumit.

*Cum tot populis stipatus eas,*

*in tot populis vix una fides.*

Xenophon. Cyropæd. l. 6. post principium *σπαρτιωτῶν δῆμος*, militaris populus, vulgus militum, ut loquitur Tacitus lib. 5. Annal. Derivatum hinc nomen popularis, ut sit is, qui populo charus acceptusque, & popularitas, gratia apud principes populi, seu plebeiam multitudinem inita. Euripid. Hecuba v. 254. *ὄτοι δῆμονόγος ἑλκῶτο τιμῆς*, quicunque populares sectantur honores. Sidonius Apollin. Carm. 23. v. 142.

*Vir semper popularitate crescent,*

*Et juste residens in arce fundi.*

Et eodem carmine v. 400.

*Alter dum popularitate gaudet.*

Papin. Stat. lib. 2. fil. ult.

*Et gratum popularitate Magnum.*

M. Lucan. lib. 1.

*totus popularitatis auris*

*Impelli.*

Quia Seneca populum amicorum pro frequentia usurpavit, aut multitudine, seu quod idem est, pro clientela, de ea hic agamus. Quæ vel in foro, quoties advocacione potentiorum egebant tenuioris fortis homines. Ver. Scholiast. Jureo. lat. 7. v. 142. *Togati sint tibi ante pedes qui litigent, qui te consulant. Et patronus causarum actor.* Diocletian. Imp. l. 4. C. de postul. & advocatos patrocinia prestare dixit Valentinianus Aug. l. 6. C. cod. tit. M. Martialis querulos ob id appellat clientes lib. 1. epigr. 50. & lib. 4. epigr. 89. Isti cum dignam facundiam patroni sui mercedem exhibere non possent, januas tamen corona imposita honestabant. L. Seneca lib. 2. de ira cap. 7. *Judex damnaturus quæ fecit eligitur, & corona pro mala causa, bona patroni voce corrupta.* Justus Lipsius, coronam, audientiam, interpretatur, sive confessum aut multitudinem spectantis populi. Sed indubiè de corona, quæ victoris indicium offerebatur advocato, loquitur Seneca. D. Auson. in professoribus. Carm. 2.

*Palme forensis, & Camenarum decus,*

*Exemplar unicum in literis.*

Elias Vincens bonum oratorem & poetam exponit; sed non sufficit. Quippe palma hæc forensis seu corona foribus, ut dictum est, iustigebatur. Auctor carminis incertus ad Pisonem:

*Licet exercere togata*

*Munera militæ, licet & sine sanguinis hæstæ*

*Misia legitimo sub iudice bella mereri,*

*Hinc quoque servati continget gloria civis,*

*Attaque viltrices intexent limina palma.*

M. Martialis lib. 7. epigr. 27.

*Sic fora mirentur, sic te palatia laudent,*

*Excolat & geminas plurima palma fores.*

D. Juvenal. sat. 7. v. 118.

*rumpe miser censum jecur, ut tibi lassæ*

*Figantur virides scalarum gloria palma.*

Ver. Scholiast. *Scala stationum scilicet, adinstar gladiatoris victoriæ, scalas, armariola gladiatorum, vel ut quidam casæ (legendum est omnino casæ) & stationes. Cicero in Cornelianâ, convespit, inquit, in scalas. Armaria enim advocatorum apud veteres scalas habebant. Quare miror quendam iu re obvia & expedita tricas agere, & de alieno labore triumphare, aut vetius malignè ab aliis tentatum dissimulare, ad C. Suetonii Domitianum cap. ult. cum Ippis & tonsoribus, quod dicitur, res sit decantatissima, & Martialis interpretibus notata, lib. 1. epigr. 118.*

*Et scalis habito tribus, sed altis.*

Denique coronæ hujus forensis mentio apud Maximianum poetam recentem, & styli satis infelicis, laicivi nimis, quod opusculum qui Cornelio Gallo adscribunt, na illi vehementer erant, cum se Maximianum vocet. Is igitur eleg. 1.

*Sæpe perorata percepi lite coronam,*

*Et data sunt lingua præmia digna meæ.*

Hi Calendis Januariis munuscula quadam tenuia, grati animi indicium, patronis offerebant, dixi in tractatu de itrenis supra. Quo sensu Calphurnius Flaccus Declam. 4. *Beneficium hereditatis filio datur, patrono rediit.* Addendus locus D. Augustini in Homilia de Calendis Januariis, quam eruditissimo Savaroni debent literati: *Diabolicas etiam strenas & ab aliis accipiunt, & ipsi aliis tradunt.* Alcuinus; *Diabolicas etiam strenas & ab aliis accipiebant & ipsi aliis tradebant.*

Patronis suis isti omne observantia genus exhibere debebant, & patroni illis fidem, celebre apud C. Suetonium exemplum in Julio cap. 71. *Studium & fides erga clientes ne juveni quidem defuerunt, Masintham nobilem juvenem cum adversus Hiempsalem regem tam enixe defendisset, ut Juba regis filio in altercatione barbani invaserit, stipendiarium quoque pronuntiatum & abstrahentibus statim eripuit occultavitque apud se diu, & mox ex præturâ proficiscens in Hispaniam, inter officia statim prosequentium, fascisque litterarum læticia sua avexit.* Et par conditio clientis & liberti, ut ex Ulpiano ostendit Petrus Gregorius Syntagm. Jur. Universi l. 14. cap. ult. diciturque dictione Longobardica, ut puto, *vassali*, quod patronorum suorum tanquam *vassi* censentur, quasi *vassarii*, quo nomine omne instrumentum magistratus in provincia proficiscens intelligitur. Adrian. Turneb. l. 2. c. 15. dicebanturque, qui rein clientis prodidissent prævaricatores. Antonius Augustinus lib. 1. C. de advocat. divers. judicior. *Et sunt clientes propinqui chariores.* A. Gell. lib. 5. cap. 13. *Maffurius Sabinus juris civilis lib. 3. officium primum tutelæ, deinde hospitii, deinde clientii, tum cognato, postea affini.* Claudian. lib. 1. in Rufin. *Profert arcana, clientes fallit.* Et susceptæque lex Decemviralis: *Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto.* Quam vir multificæ lectionis Theodorus Marcilius plenior uberiorque tulit ex Dionysio Halicarnasæo Hist. Rom. lib. 2. *Patronus si clienti, clientisve patrono fraudem faxit, sacer esto.* Virgilius adumbravit lib. 6. *Æneid.* v. 605.

*Pulsatque parens, aut frans innexa clienti.*

Servius; *Si clientes quasi colentes sunt, patroni quasi patres, tantumdem est clientem, quantum filium fallere, & hoc posse fieri ex Horatii dictis intelligitur, qui cum loqueretur de avaris potentibus, ait de vicino cliente (lib. 2. od. 18.)*

pellitur paternos  
In sint ferens deos.  
Urbano tamen hoc displicet, & dicit rarum esse hoc, magisque contrarium, cum magis patronos decipiant frequenter clientes; vult autem intelligi prævicatoros, qui patroni sunt clientium, quos nunc susceptos vocamus.

Salvian. Massilien. lib. 5. provident. Nihil susceptis tribuunt, sed sibi. Tull. lib. 5. epist. 9. Suscipe me totum. Est & titulus 53. Codicis Justiniani lib. 11. Ut venio ad suum patronium suscipiat instancos, vel vios eorum.

Erant & aliud clientium genus, humiliores scilicet, tenuiorisque foris homines, qui se tuendos protegendosque potentioribus committebant, idque à Romulo introductum magna ambitione omnibus reip. statibus retentum. Dionys. Halic. lib. 2. histor. unde in Philipp. 8. M. Tullius. Verberatur Nucula ne tantus amitteret clientelas. Horat. lib. 2. od. 18. citata:

Trahunt honeste purpuras clientes.  
Viri docti legunt, clienta, id est, ancillæ, quæ penam diurna reddebant dominis, ut dixi supra de lanificiis. Idem Horat. lib. 2. epist. 1. n. 104.

Mane domo vigilare, clienti promere iura.  
Dominos comitantur in forum cunctes. Coripp. l. 2. num. 6.

Intonuit patrum subitus fragor, inde clientum  
Clamores crescunt,

Ut hi à patronis ingentia expectabant beneficia, & consequebantur interdum, ita mutuum iisdem rependebant, adebantque in omnibus periculis negotiisque, non pace tantum & domi, sed bello etiam & militia, licet clientibus omnis militia amicum non sit. Gerardus Niger lib. 1. de Feudis. Claudian. lib. 2. in Ruffin.

Cicumque armata clientum  
Agmina privatis ibant famulancia signis.

Et cœnam popularem dominis suis in æde sacra instruebant. M. Plaut. Trinummus act. 2. sc. 4.

Apposita sit cœna, popularem quam vocant,  
Si illi congesta sine epula à clientibus.

Obiter notandum id interesse inter patronum & dominum, quod inter servum & liberum, seu manumissum. Afcou. Pédian. in Divinationem Tullianam. Justinian. August. lib. 5. C. de testament. Manumiss. quem patronum habere voluerint, dominum suum & forsitan acerbum sentiant. Scio tamen & clientes, nomine servorum olim vocari solitos. Coripp. African. l. 4. num. 5.

Ante pedes domini, faciunt qui iussa, clientes  
Adstant lati.

Ante pedes, recte, quod clientes, adsecras vocet Glossarium vetus, ut notat Jacob. Cujacius, & proprie servi à pedibus, ante pedes, ante pedes. Juvenal. Sat. 7. v. 142. togati ante pedes. L. Sen. Epist. 27. Habebat ad pedes hos. Et lib. 3. de Benef. cap. 27. Servus qui canenti ad pedes steterat. C. Sueron. Calig. cap. 26. At circum pedes dixit Tullius 3. Verrina. M. Martial. l. 12. epigram. 89.

Bis contra solcas perdidisse se questus,  
Dum negligentem ducit ad pedes vernam.

Et quia potiorque meliorque humani corporis pars dextera, clientes patronorum suorum dextera appellabantur, ut fidi. Stat. lib. 5. silv. l. n. 183.

Vidi omni te pridem in flore nitentem,  
Vidi alte propius, propiusque accedere dextera.

Martialis alludit l. 11. epigr. 70.

Lydia dicebat domino fidiissima dextera.  
Inde Astagrus Ruizius exiimavit legendum apud Corippum lib. 1. num. 1.

Et Thomas Lybice nutantis dextera terra.  
Sed male, retinendam enim priscam lectionem ad eum locum docui.

Lybice nutantis destina terra.  
Et contra servi fares, rapaces, aut parum dominis suis fidi, seu census diretores, nepotes aut prodigi, sinistra dicebantur. Q. Catull. Epigr. 45.

Porci & Socraton dua sinistra  
Pisonis.

Lava quippe furtis apta. M. Plaut. Persi act. 2. sc. 2.

Ubi est illa tua sanctifica lava?

P. Ovid. lib. 13. Metamorph. fab. 1.

Conveni & timida, natæque ad furtis sinistra.

Catull. Epigr. 12. n. 1.

Marruine Afni, manu sinistra

Non belle uteris, in joco atque vino,

Tollis lintea negligentiorum.

Andreas Alciatus IC. sui avi inter eruditissimos nominandus patet lib. 11. cap. 7. legit:

Inter cœnam, Afni, manu sinistra.

Idem Caullus Epigr. 27. ubi sinistram liberalitatem usurpat pro concessionibus sinistra factis.

Quid est? an hæc sinistra liberalitas?

Sic Basileensis Horatii Tuscanellæ editio conceptum habet, Lugdunensis item & Parisiensis. Achilles Statius legit, quid est? abit. Josephus Scaliger, quid est? alid, l. c. alius; sed castigatissime idem Alciatus loco laudato:

Quid est alid sinistra liberalitas?

Alid enim idem quod aliud. Lambin. ad Libr. 1. Lucretii. Sed revertor ad clientes. Non fuit hoc primum à Romanis excogitatum institutumque, sed à Thestalis, qui Penestras nuncupabant, & Atheniensibus, quibus Thete dicebantur; At apud illos superbe imo & indigne habiti, mitius clientiumque à Romanis tractati. Wolfgang. Lazius Commentarior. Reip. Rom. l. 12. cap. 3.

Nec in urbe modo clientelae celebres, sed & in agris villisque, urbibus, regnis, & provinciis, qua ultra in potestatem potentis alicujus cedebant, cujus prædium proregerentur. Valentinianus & Valens Aug. C. Theodos. Ne colonis in scio domino. Non dubium est colonis, arma quæ subigunt, usque adeo alienandi jus non esse, ut si quæ propria habeant, inconsultis atque ignorantibus patronis in alteros transferre non liceat. Nec minus collegia artificum suos habebant patronos, quibus status in foro aut loco maxime conspicuo erigebant. Cujus rei amplum satis testimonium ex vetustis inscriptionibus, quam quoddam subsidium. Una est Tergesti in Istria.

L. Vario. Papirio. Papiriano IIIIR. I. D. IIIIR.

ID. Q. Q. Prætor. Fabr. Romæ. & Tergeste.

Flam. HADRI. Pont. Ancur. collegium.

Fabrum. patrono. mercuti.

Alteræ Reatæ in Italia.

T. Fmdillo. Genino. VIVIR. Aug. mag. inv. Augustales. patrono. & quinq. perpetuo. optime. merito. hic. arce. Augustarium. se. viro. HS. XX. dedit. ut. ex. reatu. ejus. summe. die. natali. Sec. IIII. Kalend. Febru. presentes. vescerentur. & ob. dedicationem. statue. decurionibus. &. servis. &. juvenibus. sportulas. &. populo. epulum. &. decum. eadem. die. dedit. Tertia Bergomi in Italia.

C. Cornelio. C. F. Vol. Munitiano. Præf. coh. Prim. Damasc. Trib. mil. leg. III. Aug. præf. Fabr. Curatori. reip. Otheshmorum. IV. viro. I. D. pontifici. Flamini. in. diu. Claudii. Bergomi. Patrono. plebs. Urbana.

Est & alia Urbini in Italia.

C. Vesulo. C. F. Stell. Vindici. populi. Urvini. patrono. suo. & municipii. Edill. IIIIvir. viar. Curandar. Trib. mil. leg. VII. Aug. & quæ sequuntur.

Privato etiam clientes nomine status patronis suis sumptibus privati erigi curabant, collocarique. Unica vetus inscriptio sufficit, quæ in Hispaniis.

L. Domitio. Gallicano. Papiniano. C. V. leg. III. Aug. pr. pr. provincie. Germanie. inferioris. leg. Aug. pr. pr. Dalmatiz. cos. devotissimo. & innocensissimo. Aurelius. Juliano. patrono. incomparabili.

Historicos citare supervacanei foret operis, cum obvii sint passim loci ab aliis in hoc notati. Claudianus tamen & illustrandus, & corrigendus, cujus elegantissimo carmini tot faculis retroactis turpis macula inhaerit paneg. de consul. Manlii Theodori. n. 24.

Hinc te pars Libye moderantem iura probavit,  
 Quæ nunc tota probat, longi sed pigrius amoris  
 Exiens peperere mores, populumque clientem  
 Publica manseris testantur vocibus ara.  
 Inde tibi Macedum tellus, & condita Pelle  
 Mania, quæ fœdulus quondam altavit Hydaspes.

Quatuor primi versus ritum prænotatum significant, quin-  
 tus corruptissimus est, quid enim condita Pelle mania, ha-  
 bent significationis? Torsit me dum hic locus, fatcor, &  
 tandem divinavi oportere legi:

Inde tibi Macedum tellus, & credita Pelle  
 Mania.

Vult enim poeta Manlium Macedoniæ fuisse præpositum,  
 quam conjecturam Claudius Beluegensis, vir literarum  
 Græcarum bono natus, jam ante biennium, sibi à me  
 communicatam, laudavit, nec multo post in MS. codice  
 Bougarliano ita discrete exaratum reperi. Et sane recte pro  
 Macedonia, Pelle usurpatur. Est enim celeberrima urbs il-  
 lius provincie. Marcianus Heracleota de situ orbis v. 624.

Ἐν τῇ μεσογείῳ δ' εἰσὶ μὲν πολλὰί πόλεις,

Ἡ Πέλλα καὶ Βέρροια δ' ἐπιφανέσταται.  
 Vertit Fredericus Morellus Professor Regius:

Urbesque in mediterraneo sunt plurimæ,

Berrhœa nempe Pellaque illustrissima.  
 Est & auxilium M. Manilio adferendum, cujus versus la-  
 cer habetur lib. 1. Astronomic.

— nec te Martia virgo

Præteream, regesque alios, quos Græcia misit,  
 Atque Asia gentes, & magno maxima bella.

Josephus Scaliger censet legendum:

Asia gentes, & Magni maxima bella.

Ut de triumphata à Cn. Pompejo Asia intelligatur. Sunt  
 qui ad Scipionem majorem referant. Sed potior mihi vi-  
 deur sententia Lud. Carrionis Antiquar. lection lib. 3. c. 9.

— Asia gentes, & Magno maxima Pella.

Ut velit Manilius illustratam & in summam claritudinem  
 evectam Pellam, Macedoniæ alioquin ignobile oppidum,  
 factis Alexandri Magni. Quod eo probabilius duco, quo  
 Pelle naturi consistet Alexandrum. Præter historicos, vetus  
 Scholiastes D. juvenalis ad v. 168. sat. 10. & apud eu-  
 dem Claudianum lib. de Bello Gildon. n. 269.

— Pello libertas condidit auro.

Id est, Macedonico.

Hinc descendit jus illud patronatus celebratissimum, de-  
 quo quid opus post tot eruditos, & insignes viros quicquam  
 dicere Gregor. Tholosan, Syntagm. lib. 17. cap. 4. & alii.

## CAP. XVII.

## De tribus ordinibus populû Romani, Senatorio, Equestri, &amp; Populari seu Plebejo.

ET ea quidem, quæ de Patriciis & Plebe, Patronis & Clientibus, dixi à Romulo instituta esse,  
 Dionysii & Livii testimonio confirmavi. Exactis autem Roma Regibus, populus Romanus in  
 tres ordines distributus est: in Senatorium, Equestrem & Popularem. Id quod multis veterum Au-  
 ctorum locis probari potest: ex quibus hæc pauca sufficient: quod Livius lib. 26. Belli Punicii dicit.  
 Consensum Senatus Equester ordo est secutus, Equestris ordinis plebs. Et Aufonius canit:

Martia Roma triplex, Equitatu, Plebe, Senatu.

Quod idem confirmat etiam notissimum illud elogium: Consensum Senatus, & Equestris ordinis, po-  
 pulique Romani. Differt autem hæc divisio à priori: quod illa cives Romani in certa genera vel gentes,  
 hæc in certos ordines distributi sunt. Non enim omnes Patricii, Senatores, neque contra omnes Senato-  
 res posterioribus temporibus Patricii fuerunt. Patricii enim dicti fuerunt, ut alibi est demonstratum,  
 ii, qui à patribus orti fuerunt: vel Patrum progenies, ut Livius loquitur, quorum magna multitudo  
 fuit: Senatorum autem certus fuit numerus. Et cum posterioribus temporibus ex Equestri ordine & Ple-  
 be multi in Senatum lecti sint, manifestum est, non omnes Senatores Patricios fuisse. Sed de Senatori-  
 bus plurima dixi in lib. de Magistratibus Rom. illud tantum hic repeto: Senatores dictos fuisse eos, qui  
 à Regibus primum, deinde à Consulibus, post à Censoribus in Senatum lecti essent, sive Patricii, sive  
 Equites, sive Plebeji, iidem essent. Senatorum autem filii, nondum in Senatum lecti Equites, sive ex  
 Equestri ordine fuere, quod jam planius fiet. Secundus ordo fuit Equester, de quo primum notetur,  
 in hac divisione non intelligi eos, qui à Romulo ex omni multitudine trecenti numero lecti, quos Cle-  
 res dixit, qui que à Tarquinio Prisco ad sexcentorum numerum aucti fuerunt: neque etiam eos, qui  
 equis stipendia meruerunt (ii tamen quasi fundamentum & semina Equestris ordinis erant) sed eos, qui-  
 bus publicus equus, & annulus à Censoribus datus: quique ab iis in equestrem ordinem lecti fuerunt. Du-  
 plices enim fuerunt Equites: alii oppositi peditatui in exercitu: quales fuerunt omnes, qui equo privato  
 meruerunt, & illi nihil ad hunc ordinem pertinuerunt: alii vero oppositi Senatoribus, qui neque Senato-  
 res, neque de plebe fuerunt; ii hunc ordinem constituerunt. Hos necesse erat à Censoribus in Equestrem  
 ordinem legi [Eadem de Equestri ordine habet Alexander ab Alexandro Genial. diar. 1. 2. cap. 29. Plin.  
 l. 33. c. 1. & 2.] Legebantur autem ii, quibus census equestris esset: qui erat Sestertium quadringento-  
 rum millium, teste Suetonio in Julio Cæsare. Assignabatur iis equus publicus à Censore (Varro lib. 7. de  
 Ling. Lat. vocat eum mille asarium) item annulus aureus, qui eos à Plebe distingueret. Utebantur etiam  
 angusto clavo, quo à Senatoribus, quorum insigne latus clavo erat, discernerentur. Sed & hoc obser-  
 vandum: eos, qui ex Equestri ordine in Senatorium lecti fuissent, vel Magistratus gessissent. Equites esse  
 desiisse: sicut contra, qui patrimonio consumpto, censum Equestrem non haberent: vel quibus propter  
 flagitia equum publicum & annulum aureum Censores ademissent, de populo, vel plebe esse cœperunt.  
 Tertius ordo fuit Popularis: sive de populo, vel Plebe. Fuerunt autem de Plebe vel Populo omnes ii,  
 qui neque Senatores, neque Equites erant, Patricii quidem, qui in Senatum nondum lecti essent, neque  
 Equestrem censum haberent. Equites autem, qui patrimonium consumpsissent, vel quibus propter fla-  
 gi-

gita equi publici, & annuli aurei adepti essent. *Plebejus* vero, id est, ex plebejis, vel inferioris fortunæ hominibus natus, qui *Patriciis* opponebatur: si minus haberet  $cd. \infty$  de populo erat: si  $cd. \infty$  haberet, equumque publicum obtinisset, annuloque uteretur: quamvis plebejus, id est, plebeji generis, erat tamen *equus*: & si ex equire in Senatū à Censoribus lectus esset, *Senator*. Sic igitur *Patriciorum* tres ordines fuerunt, sicut & *Plebejorum*: *Cives Romani Patricii & Plebeji Senatores*: *Cives Romani Patricii & Plebeji Equites*: *Cives Romani Patricii & Plebeji de populo vel de plebe*. Qui de populo vel plebe erant, si propter flagitia aliqua à Censoribus notarentur, *ararii* fiebant, & in *Caritum* tabulas referebantur, quod quid sit, alibi explicabitur. Quod etiam in spectandis ludis *Senatores* separatas sedes ab *Equitum & Plebejorum*: *Equites* item separatas suas sedes à *Senatorum & Plebejorum*: *Plebeji*, vel qui de populo erant, etiam suas proprias & separatas à reliquis habuerint: quodque ex ordine Equestri *Judices* lecti fuerint, ex sequentibus libris intelligetur.

## AD CAP. XVII. PARALIPOMENA.

## De Equitibus &amp; præsertim de Judiciis, censu, albo, Transfectione.

**N**otum omnibus primitus tantum duos Romæ fuisse ordines, *Senatorium & Plebejum*, ut ante in divisione urbis dixi. Hinc L. Seneca epist. 31. *Senatorum aut equitum nomina ex ambitione tantum nata ostendit*. Et notius est, quam ut dici debeat. P. Virgil. l. 2. *Georgic. v. 507*. *Hic super attonitus Restris, hunc plausus hiantem Per cuneos, geminatur enim, plebisque patrumque Corripuit*.

Constat tamen postea Afcen. Pedian. in *Divinat. victore Sylla civilibus bellis spoliatus est pop. Rom. potestate tribunitia, iudicandi jure, quod habuit, per equites Romanos, quos secundum post clarissimum locum obtinere voluerunt*. Valentin. & Valens *Augg. tit. 32. lib. 12. Coa. Justiniani. & Cujacius ibi. SCris addi solum: Senatus populisque & equester ordo*: L. Apul. *Milefiar. l. 7. eratque is velut medius quidam inter Senatū plebemque, adeo ut communicata cum iis sint judicia publica*. C. Plin. *nat. hist. l. 33. cap. 2. principio*.

*Dicitque illi iudicis selecti*. L. Seneca. 3. de *Benefic. cap. 7. Non potest ad hac sumi iudex ex turba selectorum, quem census in album & equestris hereditas misit*. P. Ovid. l. 2. *Trist.*

*Nec mea decreto dimissis facta Senatus, Nec mea selecto iudice iussa fuga est.*

Idem l. 1. *Amor. eleg. 10.*

*Non bene conditū vendant perjuriam testes, Non bene selecti iudicis arca patet.*

C. Petron. *Satyr.*

*Ergo iudicium nihil est nisi publica merces, Atque eques in causa qui sedet, empti probat.*

Viri docti recuperatores interpretantur ex Ulpiano IC. in *fragmentis tit. 1. Et multa à doctis observata Ravardo, Turnebo, Budæo, Cujacio*. Tres ordines certum est censu, jure, nominibusque fuisse distinctos, omitto alios auctores. Unicus è *Claudiano* locus abunde erit; is l. 3. de *laudib. Stilichonis*:

*Præterea diversus erat favor: æquior illa Patribus, invisus plebi, popularibus illi Munito stultis, languerat gratia patrum: Omnis in hoc uno variis discordia cessit Ordinibus, latatur eques, plauditurque senator, Potaque patricio certant plebeja favori.*

Primum igitur omnium census præfinitus erat equiti Romano, ut clarum ex *Seneca* proxime laudato; & conqueritur C. Plinius l. 14. præfatione, *Senatorem censu legi, iudicem censu fieri*. Erat hic census HS. *quadringenta*, ut *Hotomanno* doctissimo probatum l. 4. *Antiqu. Roman.* Ad id C. Plinium l. 33. cap. 2. *Suetonium in Cæsare cap. 33. patrimonium vocat equitum* *Juvenalis* vetus scholiastes ad v. 323. *sat. 14. & diserte M. Martialis l. 5. epigr. 26. Quadringenta tibi non sunt, Chærestrate surge.*

Et ejusdem libri epigr. 39.

*Calliodorus habet censum, quis nescit? equestrem, Sed; sed & fratrem Calliodorus habes.*

Q. Hor. l. t. epist. 1.

*Si quadringentis sex septem millia desunt, Est animus tibi, sunt mores, est lingua, fidesque; Plebs eris.*

D. Juvenal. *Sat. 14.*

*Sume duos equites, fac tertia quadringenta. Si nondum implevi gremium.*

Secundum censum hunc vel *Senatores*, vel *equites* in album referebantur. L. Sen. supra. *Suer. Claudio c. 16. Latini sermois ignarum non modo albo iudicium erant, sed etiam in peregrinitatem redegit*. Et in *Domitiano c. 8. Equitem Rom. erant iudicum albo*. *Dio Coccejan. l. 55. λεύκαμα τῶν βουλευτῶν* dixit. Et interpretatus est C. Tacitus l. 4. *Annal. album senatorum. Album autem dicebatur à colore, quod tabula foret albis literis notata*. Et alludunt ad eum ritum varii scriptores. *Fulgent. seu Planciades, ut aliis visum, l. 1. Mytholog. Una è virginiali sum Heliconiadum curia, Jovis albo conscripta*. *Ulpian. IC. l. 1. ff. de edicto. eum quoque edere Labeo ait, qui producat adversarium suum ad album, & demonstrat quid diciturum est, sic restituisse se gloriatur Angelus Polirianus Miscellaneor. capite 82. cum antea esset ad album*. *Corippus Africanus de laudibus seu inauguratione Justinī, libro 4. num. 2.*

*Inde Senatorum sacro recitantur ab albo Nomina, conscripti patres.*

*Sedulius Sotus sacri operis l. 1. in fine:*

*Exignam concede domum, tuus incolæ, sanctis Ut mereat habitare locis, alboque beati Ordinis, æternis conferbi in secula civis.*

Tabula hujus non in censu equestri tantum usus, sed in *decurionum* nominibus excipiendis secundum ordinem. *Arcadius Charifus IC. libro singulari de muneribus civilibus*. Et prætores, quo facilius edicta sua innotescerent, in albo ea proponebant. *Theophilus IC. §. penales. instit. de Abion. Quintilian. l. 12. c. 3. Alii se ad album ac rubricas transferunt*. L. *Seneca* epist. 49. *Turpes infamesque etiam sedantibus ad album exceptiones*. Auctor *declamationum*, quas cum *Pithæo* vulgus *Quintiliano* tribuit, declamat. 374. *Potentius est quod in albo, quam quod in testamento legitur*. *M. Plaut. act. 1. sc. 2. Perfa.*

*Si id fiat, ne isti faxine nusquam appareant, Qui hic albo pariete aliena oppugnant bona.*

Sic optimo sensu legi potest ex *MS. Nam edicta prætorum, ut & leges & SCta parietibus fori affigebantur, ut omnes è plano legere possent*. Vult ergo *Plautus* bona aliena albo fere tabula edicti prætorii parieti suffixa oppugnari, lite contestata adiri. Alii legunt:

*Qui hic albo rete aliena oppugnant bona.*

*Lambinus, Albo rete, id est occulte, & insidiosè, & dolose, vel specie Reip. consulendi, & persona boni civis induta*. Nec desunt, qui *album* parietem interpretantur, *dolum sub aliqua honesti specie latentem, & sibi auctorem faciunt*. *D. Paulum Act. Apost. cap. 23.*

*Denique Cn. Flavius* factus circa *forum in albo* proposuit, non sine magna nobilitatis invidia. *T. Liv. 1. Decad. lib. 9. ad finem.*

In *Album* adscripti equites Romani tantum erant; nam & in *municipiis* provinciisque etiam equester ordo. *Juvenal. sat. 8.*



Hic notans Arpinas, ignobilis, & modo Romæ  
Municipalis eques, galeatum ponit ubique  
Præsidium attonitis, & in omni gente laborat.  
Diversa est apud veterem Scholiastam lectio:  
& in omni monte laborat.

Quæ in montibus, inquit, condita est Roma. Legitur &  
pontibus, propter Mævium, ubi Catilina conjurati, & Allo-  
broges deprehensi sunt. Idem Juvenal. sat. 7. v. 16.

Cappadoces faciunt, equitesque Bithyni.

Vet. Scholiast. Equites Romani ex Græcis facti.

Sed hi longe inferioris dignitatis, quam illi qui Romani  
vocabantur, quibus promiscuus erat cum ipsis Senatoribus  
habitus, communisque vestis: ut notat clariss. Pet. Faber Sau-  
jorian. libr. 1. semestr. cap. 2. tantoque minoris, quanto  
decuriones Senatoribus; isti quippe equo publico donaban-  
tur, de quo inscriptionum antiquarum fragmenta ista me-  
moriatur.

M. Boetio. M. F. Q. N. Arn. Suetrio, Marcello. equo. publi-  
co. Ed. QV. vir. I. D. IV. quin. 11. patrono. munic.  
Flamini. Dicit. Vespasiani. M. Boetius. Suetrius. Mar-  
cellus. & Suetria. Rusia. optimo. hinc. decuriones. funus.  
publicum. statum. equestrum. clypeum. argenteum. locum.  
sepulture. deceverunt. urbani. statum. pedesrem.  
Romæ in horto Baptistæ Jacobi. Laz. lib. 5. cap. 17.

D. M.

M. Atirio. AE. F. Pal. Paterno. scribe. edil. Curul.  
hon. usus. ab. Imp. equo. publico. Honor. Præf. coh. 11.  
Bracar. Augustan. Trib. mil. leg. X. frenensis. a. Divo.  
Trajano. in. expeditione. Parthica. donis. donat.

Ut liquido appareat non tantum equites donari consue-  
visse equo publico, sed & sacerdotibus. Valer. l. 4. cap. 1. tit. 11.  
Traduc equum, inquit, sacerdos, ac lucrisac censoriam notam.  
Certumque est eodem donatos flamines, & eos, quorum  
virtus præclara in bellicis expeditionibus, aut fides in pa-  
cis probata actionibus. Inscripita vetusta marmota apud O-  
nuphrium Panviniem de Civitate Romana pag. 165.

D. M.

Cn. Julii. Cn. Fil. Donati. Prifii.

Ex. equo. publico. adjutoris. harnspicum.

Imperatoris. Pontificis. Albani

Prima tamen origo indubie à censoribus tracta, qui equites  
equo publico donabant. M. Cicero orat. 6. Antoniana: Sed  
hæc una statua altera ab equitibus R. equo publico, qui item ad-  
scribunt, PATRONO, quem unquam ipse ordo patronum  
adoptavit? si quem unquam, debuit me. Ovid. lib. 2. Tiiist.

At meminî vitamque meam moreque notabas,

Illo quem dederas, prætercuntis, equo.

Privato hic sumptu nutriti, licet publice datus, debebat adeo  
ut, qui strigosum aut male habitum equum in censu agendo duceret,  
mult. areret, & equo illo privaretur. Sabinus Maffius apud  
A. Gellium libr. 4. cap. ult. Censui hic transvectionio vocabatur,

quam defuetam, post longam intercapedinem tedato more  
revocavit Augustus Princeps. C. Sueton. in eo cap. 38. Seve-  
re, curiose, nec sine moderatione equites C. Caligula recognovit,  
palam adempto equo, quibus aut probri aliqui aut ignominie in-  
esset: eorum, qui minore culpa tenerentur, nominibus modo in  
recitatione præteritis. Idem cap. 16. in eo. Locus est insignis  
Valerii Maximi lib. 4. c. 1. tit. 12. de P. Scipione posteriore:  
Centurias recognoscens equitum postquam C. Licinium sacerdotem  
citatum processisse animadvertit, dixit illum se sitre verbis con-  
ceptis pejerasse, proinde si quis eum accusare vellet, usum tes-  
timonio suo, sed nullo ad id negotium accedente, traduc equum  
inquit sacerdos, ac lucrisac censoriam notam, ne ego in tua per-  
sona, & accusatoris, & testis, & censoris, & judicis partes  
egisse videar. Ex quo loco multa discimus, primum per cen-  
turias distinctos equites, dum transveherentur, quas numero  
ternario comprehensas docet D. Auson. in Grifho Ternarii.

Tres equitum turma.

Virgil. lib. 5. Æneid. v. 565.

Tres equitum numero turma, teraque vagantur

Duflaves.

Deinde & duas iis superadditas facile est perspicere ex Suet-  
tonii Cajo cap. 16. deinde citatos, hoc est, nomine suo  
compellatos vult Valerius, mox & notam, si deliquissent,  
iurii solitam. Nota illa interdum ignominia, interdum  
equi tantum publici ademptio, quod aliis observatum non  
repeto. Tempus transvectioni statuum Eidus Julis. Dio-  
nysius Halicat. lib. 6. Martial. lib. 5. epigr. 42.

Theatra loqueris, & gradus, & edita,

Trabeasque, & Idus, fibulasque, censusque:

Et punicata pauperes manu monstras,

Sedere in equitum liceat aa tibi scamias,

Videbo, Didyme,

Equi hi publici traducebantur nudi, id est, sine strato aut  
doricali. Nonii auctoritate probant cap. 2. num. 312. Varro  
Cato, vel de liberis educandis; Mihi puero modica una fuit  
tunica, & toga sine fasciis calcamenti, equus sine ephippio,  
balneum non quotidianum, atrox varus. Sed non video qui  
possit locus ille de transvectione equestri accipi, quum de  
puero, non vero equite loquatur M. Varro; & certum sit  
pueris nobilioribus equos donari solitos. Exemplum de  
Astercone Macedonico donato Gytioni apud Petronium satyr.  
pag. 38. Denique oleaginea omnibus corona erat, dum trans-  
vectionio fieret. C. Plinio teste Nat. Hist. lib. 15. cap. 4.

Nota etiam equestris dignitatis erat annulus aureus. Inter-  
pretes ad Julium Suetonii c. 33. vetus scholiast. Juvenal. sat.  
7. v. 89. Equitum de numero, id est, annulo. Et ipse Satyricus:  
Ille & militia multis largitur honorem,  
Senestri vatum digitos circumligat auro.

Et sat. 11. v. 43.

Talibus à dominis post cuncta novissimus exit

Annulus, & digito mendicat Pollio nudo.

#### CAP. XVIII.

### De Optimatibus & Popularibus.

Duas divisiones civium Romanorum hæcenus habuimus: quarum prima *Natura* fuit, altera *Furis*.  
Sequitur nunc tertia quæ est *factio*; qua alii *Optimates*, alii *Populares* sunt dicti. Primum hoc  
loco monendum videtur, vocabulum *populi* non uno & eodem modo semper accipi. In præcedenti enim  
capite *populi* vox certum aliquem ordinem civium Romanorum designavit, eorum videlicet, qui, sive  
*Senatorio*, sive *Equestri*, sive *Plebejo* loco nati essent, à *Censoribus* tamen neque in *Senatorium*, neque in  
*Equestrum* ordinem relati erant. In hoc capite *popularis* notat eum, qui seditiosis civibus res novas mo-  
lientibus adhæret, aut Reipublicæ incommodus est. Et si autem fere semper duo factio num genera in  
Republica fuerunt, ut ex historiarum Scriptoribus liquet: tamen maxime post Appii Cæci censuram, ea  
exaruisse videntur, test. Livio lib. 9. extremo Decadis 1. Cum enim scripsisset de Appio Cenfore, quo-  
modo is primus *Senatum* libertinorum filiis inquinasset, & quomodo *Nobiles* id ægre tulissent, hæc  
verba subjungit: Ex eo tempore, inquit, in duas partes discessit civitas: aliud integer *populus*, *hæc*  
*tor* & *cultor* honorum, aliud *Forensis factio* tenebat: donec Q. Fabius Censor, simul concordie causa,  
simul, ne humillimorum in manu civitatis essent, omnem *Forensis turbam* excretam in quatuor tri-  
bus

bus coniecit, urbanaſque eas appellavit. Hæc Livius. Quibus ex verbis, licet aliquo modo, quinam Optimates, quique Populares dicti fuerint, intelligi poſſit: tamen clarius idem fiet ex Cicerone, cujus inſignem locum de hac re ex Oratione ejus pro Sextio, huc tranſcribam. Sic autem, inquit: Duo genera in hac civitate ſemper fuerunt eorum, qui verſari in Republica, atque in ea ſe excellen- tius genere ſtuduerunt; quibus ex generibus alteri ſe Populares, alteri Optimates, & haberi, & eſſe voluerunt, qui ea, quæ faciebant, quæque dicebant, multitudini iucunda eſſe volebant, Populares: qui autem ita ſe gerebant, ut ſua conſilia optimo cuique probarentur, Optimates habebantur. Et paulo poſt: Omnes Optimates ſunt, qui neque nocentes ſunt, nec natura improbi, nec furioſi, nec malis domeſticiſ impediti, &c. Horum qui voluntati, commodis, opinioni in gubernanda Republica ſerviunt, deſenſores Optimatum, ipſique Optimates graviffimi, & clariſſimi cives nominantur, & Principes civitatis. Quid eſt igitur propoſitum his Reipublica gubernatoribus, quod intueri, & quo curſum ſuum dirigere debeant? Id quod eſt preſtantiffimum, maximeque optabile omnibus ſanis, & bonis, & beatis, cum dignitate ocium. Hoc qui volunt, omnes Optimates: qui efficiunt, ſummi viri, & conſervatores civitatis putantur. Hæc Cicero. Fuerunt ergo Optimates, qui Reipublicæ commo- dis, & majeſtati ſtuduerunt, ſive illi Patricii, ſive Plebeji generis, ſive Senatorii, ſive Equeſtris, ſive Plebeji, vel Popularis ordinis eſſent. Populares autem, ut idem auctor dicit, appellantur ii, qui aut propter metum, peccatorum ſuorum conſcii, novos motus converſionesque Reipublicæ quæerunt; aut qui propter inſitum quandam animi furorem, diſcordiis civium, ac ſeditione paſcuntur: aut qui propter implicationem rei familiaris, communi incendio malunt, quam ſuo deſlagrare, ſive illi Patricii ſint, ſive Plebeji, ſive Senatores, ſive Equites, ſive de populo. Seditioes porro Romæ plurimas inter has factiones ortas, teſtantur Hiſtoriæ. De Imaginibus multa obſervatione di- gniſſima collegit vir clariſſimus Juſtus Lipſius libro Electorum lib. 1. cap. 29. quem conſule.

## AD CAP. XVIII. PARALIPOMENA.

## Qui Optimates?

Senatus cum Equeſtri ordine judicia, ut monui, commu- nicavit, ideo & uno communi nomine utrumque corpus Senatorum & Equitum comprehenſum, dictique Optimates Romanis dicti a Græcis, niſi forte oligarchiam aliud eſſe im- petandi genus dicamus ab optimatum regimine. M. Jun. Ju- ſtin. libr. 1. cap. 9. Optimatibus Perſarum rem indicat. Theodoſius proceres appellat lib. 2. C. de legib. & ſolent optimates à plebe diſtingui, ut à vulgo proceres. Serv. ad libr. 1. Æneid. v. 744. Proceres ideo ſecundum Varronem, principes civitatis dicuntur, quia emittunt in ea, ſicut in adſiſtis mutuli quidam, hoc eſt, capita trabium quæ proceres nominantur. Idem ad v. 403. l. 11. Æneid. Myrmidonum proceres, Græcorum principes, exponit. Ipſe Virgil. lib. 3. Æneid.

Delectos populi ad proceres.

Et lib. 10. Æneid.

Tot leſti proceres ter deus navibus ibant.

Juvenal. ſat. 7.

Quod non dant proceres, dubit hiſtorio.

Sil. Ital. lib. 11. Punicor.

Proceres rerum dimiſerit umbris.

M. Martial. lib. 12. epigr. 6.

Conſiſte Auſonia procerum miſiſſimus aula.

Et epigr. 8.

Parithorum proceres ducesque Serum.

M. Lucan. lib. 7. Cicero ad Pompejum:

Proceresque tuorum

Caſtrorum, reſeque tui, cum ſuſpice mundo

Aſſaſi.

Locus eſt C. Suetonii in Julio cap. 19. quem vide: & alter apud eundem Auguſt. cap. 12. ut exiſtimo, corruptus. Sed ut cognoviſſe Antonium poſt fugam à M. Lepido receptum, ceterosque duces & exercitus conſentire pro patribus, cauſam optimatum ſine emulatione deſeruit. Exiſtimitant vii docti mendose ſcriptum, reponuntque, ceterosque duces & exercitus conſentire pro parti- bus. Cauſa hujus correptionis L. Florus lib. 4. cap. 2. Si duces ejus (belli civilis Pompejani) inſiſtias, totus ſenatus in partibus. Alter Florus Epitome Liviana ad lib. 116. Et ex Caſaris parti- bus D. Brutus. Et lib. 119. Fortunam utriusque partis æquavit. Et libr. 126. Labieno, qui Pompejanarum partium fuerat, duce.

Vell. Patere. lib. 2. Effuſumque alterum Romani Imperii lumen, tot taleſque Pompejanarum partium caſos viros, non recipit enar- randa hic ſcripturae modus. Corrigendum cenſeo, effuſumque alterum R. Imp. lumen. Et eodem libro poſtea, Ingens partium ejus favor bellum excitavit Africanum. Et poſt; Longe ante- quam dimicaretur, exploratiſſima fuit Julianarum partium villa- ri. Et deinde, Cn. Domitius, qui ſolus Antonianarum partium, nunquam reginam, niſi nomine, ſalutavit. Nec temere alter ille loquitur; inhæſit & mendum codici A. Gellii lib. 3. c. 9. Quæſſum Caſſium ſatis notum eſt, villis Parthis, ſuſque exercitu ſuo miſeram mortem appetiſſe. Quid cum Parthis in hiſtoria bellorum civilium; aut quæ de Parthis illo ſæculo victoria? Legendum ergo, villis partibus, ſuſque exercitu. Q. Curtius Rufus, Afri- cæ cum imperio præpoſitus, triumphalia conſecutus orna- menta, ibidem diem obiit ſupremum ſub Claudio principe. C. Plin. Junior lib. 7. epigr. 27. Is ergo lib. 4. cap. 8. n. 13. Myſtlenſis, ob egeſtatem in partes ſuas fidem, & pecuniam ob- ſides reddidit. Poëtæ. C. Claudian. de laud. Stilich. lib. 2.

Mittitur & milles, quavis certamine partes

Jam tumeant.

Eleganter factionem optimatum ſeu partes à vulgo aut plebe diſtinxit Perns Apollonius Collarius Excidiæ Hicro- ſolymitani lib. 4.

Sic alterna movent inſine prælia partes,

Nec minus inter ſe vulgus quoque diſſidet ipſum.

Pentadius vetus poëta cultiſſimo epigrammate, quod in id adſcribam:

Occidere ſimul Caſea, ſimul occubere

Dextra quiſque ſua, qua ſielas auſus erat.

Caſtra eadem ſovere, locus quoque vulveris idem,

Partibus aſſiſtis villis uterque jacet.

Quanta ſunt mentis, tanta eſt concordia ſui,

Et tantulus civerem parvus utroque cepit.

Par fratrum multo celebrandum carnivæ vitam,

Una ſi fierent parte minus gemini.

Et eſt pari venuſtate carmen, parique materia de Mævio quodam, qui bello civili fratrem ignarus interfecerat, Portu Licinii.

Viximus adverſis, jaceamus partibus iſtlem.

M. Lucan. lib. 1. Phariſiæ, v. 311.

Veniat longa dux pace ſolentis

Milite cum ſubito, partefque in bella vocata.

Et ejuſdem libri v. 692.

Conſurgunt partes iterum.

Et libro 5. n. 350.

Nec Pompejanis traditis sua partibus arma.

Denique *Emilius Probus* in *Alcibiade*: *Erant eodem, quo Al-*

*cibiades* *sestis*, *populi potentia non amicus*, & *optimatum sanctior*.  
 Idem in *Phocione* *exprellius*: *Erant eo tempore Athenis due factio-*  
*nes, quarum una populi causam agebat, altera optimatum.*

## CAP. XIX.

*Qui Nobiles, Novi, & Ignobiles fuerint.*

**H**Æc civium Romanorum, quæ nunc sequitur divisio, à jure imaginum est sumpta. Fuerunt autem, ut rem brevissime complectar, *Nobiles* dicti, qui majorum suorum imagines habuerunt; qui suas tantum, non autem majorum etiam suorum imagines habuerunt, *Novi*: qui vero nec majorum, nec suas habuerunt, *Ignobiles* appellati. Ut ita *jus imaginum* nihil aliud sit, quam jus nobilitatis. Sed ut planius intelligatur quid sit habere imagines, prius quid *imagines* fuerint, explicandum erit. *Imago*, ut *Polybius* libro 6. docet, *est insignis alicujus viri simulachrum, oris similitudinem artificiose effictam, coloribus pigmentisque adumbratam, referens, quod in insigniori & celebriori domus parte ligneo armario includebant.* Hæc ille. Non autem omnibus imaginem sui ponere licebat: sed iis tantum, qui *Magistratus Curules* gessissent: quales fuerunt primum *Ædiles Curules*, *Prætores*, *Censores*, & *Consules*. Cumque hi *Magistratus* primum *foliis Patriciis* patuerint, sequitur etiam, *Patricios* primum solos *jus imaginis* habuisse. Postquam autem hi honores plebi communicati sunt, eos jus ponendi imaginem simul accepisse, dubium non est. Cæterum & hoc observandum de imaginibus, Romanos festis diebus, apertis armariis illas exornasse: tumque ex domesticis quispiam esset mortuus, eas in funere extulisse: addito, ut magnitudine quam simillimæ apparerent, reliquo corporis trunco: vestibis autem exornatas: si *Consulares*, aut cum imperio fuissent, prætextis: si *Censorii*, purpurcis: si *triumphales*, auro intertextis, atque curru, fascibus & securibus, aliisque Magistratum insignibus prælati, in *Rostra* esse perlatas, ut *Polybius* loco supra citato annotat: cum quo consentit *Plinius*, cujus insignem locum ex libro 35. capite 2. qui hunc *Polybii* eleganter explicat, etiam adscribam. Sic autem, inquit: *Aliter apud majores in atriis hæc (imagines) erant, quæ spectarentur, non signa externorum artificum, nec ærea, aut marmorea. Expressi cera vultus, singulis disponebantur armariis, ut essent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera. Semperque defuncto aliquo, totus aderat familia ejus, qui unquam fuerat, populus. Stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas: Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in Magistratu gestarum. Alia in foribus, & circa limina animorum ingentium imagines erant, affixis hostium spoliis, quæ nec emptori refringere liceret: quæ etiam dominis mutatis, domus ornamenta erant. Eratque hæc simulatio summa & ingens, exprobrantibus tectis, quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum. Extat *Messalla* Oratoris indignatio, quæ prohibuit inferi genti suæ *Levinum* alienam imaginem. Similis causa *Messalla* seni expressit volumina illa quæ de familiis condidit: cum *Scipionis* *Africanus* transisset atrium, vidissetque adoptione testamentaria *Salutionis* (hoc enim ei fuerat cognomen) *Africanorum* dedecore notam irrepentem *Scipionum* familia. Sed pace *Messallarum* dixisse liceat, etiam mentiri clarorum imagines, erat aliquis virtutum amor: multoque honestius, quam mereri, ne quis suas expeteret. Hæc *Plinius*. Porro poni solitas ejusmodi majorum imagines cum titulis suis in prima ædium parte, ut eorum virtutes posteris non solum legerent, sed etiam imitarentur, docet *Valerius*. Ex his intelligi datur, *Nobiles* eos dictos, qui majorum suorum imagines haberent: id est, quorum majores *Magistratus Curules* gessissent: *Novos* autem, qui suas tantum imagines haberent, hoc est, quorum majores nullos *Magistratus Curules*, ipsi autem gessissent: quorum autem neque majores, neque ipsi, *Magistratus Curules* gesserant, ii *Ignobiles* erant, & dicebantur.*

## AD CAP. XIX. PARALIPOMENA.

*Qui nobiles?*

**N**obilis idem ac notus, ut interpretantur Grammatici. *Servius* *Maurus* ad v. 564. lib. 7. *Æneid.* Fest. *Pomp.* l. 15. Et ex eo *Paulus* ex *Accii* *Plauti* auctoritate. *M. Cicero* 2. *Verrina.* *Oppidum est in Hellesponto Lampsa-*  
*cum, id in primis Asiae provinciæ clarum atque nobile.* *Papin.* lib. 1. fil. ult.

Quicquid nobile Ponticis necitis.

*Gladiator nobilis, & meretrix nobilis dici solet*, inquit *Donatus* ad *Hecyram* act. 5. sc. 2. fin. & scelere nobilis, id est, notus. *L. Sen.* *Agamem.* act. 3. sc. 1. fin. & in *Hippolyto* act. 4. sc. 1. princ. *Adi* ad *Janum Palmierium* in *spicilio.* *Diomedes Accius* *Tragæcus*:

*Argos me referam, nam hic sum nobilis,*

*Ne cui cognoscar noto.*

*C. Lucilius* lib. 7. satyr.

*Phryx nobilis illa ubi amatorem improbius quem.*

Postea tamen usu effectum est, ut vel ex nonobilibus, vel ex generatione generosum dicerent, ut loquitur *Cornelius Fronto*; indeque *nobiles* familias constat antiquissimas habitas, quæque ex *Trojanis* originem deduxerunt. *Serv.* ad lib. 5. *Æneid.* v. 117. ut in assumenda nobilitate sola sanguinis aut generis ratio haberetur, neque enim ulla nobilitas vera, quæ pecuniis opibuscum pararetur, unde vulgatum illud apud *Suidam*, *γεννατος si in βαλαγνις.* *Nobilis es à crumena.* *Scio γεννατος*, verti *generosus*, ab interprete *Julii Pollucis* lib. 3. cap. 25. *D. Aufon.* epigr. 22. in *Epitaphiis* heroum. *Solonis* tamen alia sententia apud eundem in *Septem sapientibus*:

*Pulchrius multo parari, quam creari nobilem.*

K 2

Sed

Sed quam iniq̄ue existimatum nobilitatem non à factis aut virtute cuiusque petendam, sed à majoribus, & præscarum imaginum varietate. Legendus Tullius Orat. pro Plancio. Euripid. apud Stobæum serm. 84.

Ἔτι δ' εὐχέσθαι, ὅλιγ' ἔχον ὀφθαλμοῦ κακὰ,  
Ὅ μιν γὰρ ἰσθλὸς, εὐγενὲς ἑσσοίγ' ἀνίγ.  
De nobilitate parum laudis prædicare possum,  
Bonus enim vir mihi nobilis videtur.

D. Juvenal. sat. 8. principio:

Tota licet veteres exornent undique cere  
Atria, nobilitas sola est, atque unica virtus.

Et Lycus ille eadem pene apud L. Senecam in Hercule Furcense act. 2. sc. 3.

Nobiles non sunt mihi  
Atri, nec altis inelytium titulis genus,  
Sed clara virtus.

Apud Romanos magni habitum multas in atrio imagines majorum numerare. At contra Græci parentes claros ultimo loco rejicbant aliquem laudari. Exemplum est apud Attium veterem Tragicum in Philoæta:

Inclute, parca prædite forma,  
Nomine celebri, claroque potens,  
Pectore Achivis classibus auctor,  
Gravis Dardaniis gentibus ultor,  
Lætiæ.

Notavit disertissimus Antonius Muretus var. lect. lib. 11. c. 10. C. Plin. Junior. lib. 10. epist. 3. Landibus Voconii Romani numeratis, subdit, anget hæc & natalinum, & pater-

narium facultatum splendor. A. Gell. lib. 19. cap. 10. Sedentibus multis doctrina, aut genere, aut fortuna nobilitate viris. De nobilitate per doctrinam parva, videtur intelligendus locus D. Juvenal. sat. 7. de Quintiliano:

Et nobilis & generosus  
Appositam nigra lunam subtexit alata.

Et quia in civitate & republica eminentiores sunt nobiles, fit ut alium pro nobili usurpent poetæ. Serv. ad v. 697. lib. 9. Æneid. Jul. Firmicus Maternus non minus doctus astrologus, quam disertus rerum forensium causarumque patronus lib. 6. c. 31. Erit publicis meritorii prostituta, etiam si ex alto genere videatur esse progenita. Et contra humilem pro ignobili dicunt IC. l. 3. §. legis ff. ad leg. Cornel. de Siciariis; Solent humiliores bestiis subijci, altiores vero deportantur in Insulam. Q. Horat. lib. 2. sat. 5.

Tempore quo juvenis Partibus metuendus, ab alto  
Dimissum genus Æneæ.  
Virgil. lib. 5. Æneid.

Genus alto à sanguine divum.

D. Juvenal. sat. 6.

Quædam de numero lamiarum, ac nominis alti.  
Claudian. lib. 2. in Eutrop.

Pars humilis de plebe duces.

M. Martial. lib. 10. epigr. 72.

Et turpes, humilesque supplicesque,  
Pistorum sela basate regum.

Sed quid tam multa in re obvia? quamque doctissimo volumine illustravit multiscius Tiraquellus, quem, luadeo, tyrones legant.

## C A P. XX.

### De Libertis, Libertinis, & Inguenis.

Sæpe mentio fit in veterum scriptis *Libertorum, Libertinorum, & Inguenorum*: quorum tamen vocabulorum propriæ significationes non omnibus obvix sunt. De iis igitur etiam aliquid est dicendum. Non eodem semper modo hæc vocabula accepta sunt. Primis enim temporibus ita fuerunt distincta, ut *Inguenus* diceretur is, qui ex duobus *Inguenis*, vel *Libertinis* natus esset: *Libertinus*, qui ex duobus *Libertis*. *Libertus*, qui aliquando servitutem servivisset, & ex illa manumissus esset. Aliquanto autem post Appii Cæci Censuram, *Liberti* & *Libertini* pro iisdem accepti fuerunt: & tum *Ingueni* dicti, qui ex *Libertis*, vel *Libertinis*, id est, iis, qui aliquando servierant, & manumissi erant, fuerunt nati. Ubi tamen hoc discrimen inter duo ista, *Liberti* & *Libertini* vocabula, observatum fuit, ut *Liberti* dicerentur respectu *Patronorum*: *Libertini* vero, respectu *Inguenorum*: & ita vocabulo *Liberti* privatus quidam respectus: *Libertini* autem vocabulo publicus respectus, videlicet hominis conditio significaretur: quam differentiam prolixè tradit, & explicat *Laurentius Vallæ* *Elegantiarum* lib. 4. cap. 1. Et hanc postremam horum vocabulorum significationem Jurisconsulti etiam retinuerunt: ut de aliis non dicam, quæ mihi parum sunt cognita. In Institutionibus *Justiniani* lib. 1. tit. 4. *ingenuus* sic definitur. *Inguenus is dicitur, qui statim ut natus est, liber est: sive ex duobus ingenuis matrimonio editus sit, sive ex libertinis duobus: sive ex altero Libertino & altero Ingueno*. Sed & si quis ex matre nascatur libera, patre vero servo, *ingenuus* nihilominus nascitur: quemadmodum qui ex matre libera & incerto patre natus est, quoniam qui vulgo conceptus est, &c. *Libertini* autem tit. ejusdem lib. 5. definiuntur ii, qui ex justa servitute manumissi sunt: & rectè, quia usus hoc jam obtinuerat, ut *Libertini* dicerentur, qui manumissi essent. Fuisse autem primum aliam *Libertorum*, aliam *Libertinorum* rationem, ex verbis Suetonii apparet, quæ in vita Claudii sunt ejusmodi: *Latum clarum* (scilicet Imperator Claudius: de eo enim loquitur) *quamvis initio affirmasset, non lecturum Senatorem, nisi civis Romani abnepotem, etiam Libertini filio tribuit: sed sub conditione, si prius ab Equite Romano adoptatus esset. Ac sic quoque reprehensionem verens etiam Appium Cæcum Censorem, generis sui proauctorem, Libertinorum filios in Senatum allegisse docuit: ignarus, temporibus Appii, & deinceps aliquandiu, Libertinos dictos, non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos*. Hæc Suetonius, cujus postrema verba eum sensum habere Claudium Imperatorem ignarum fuisse, *Libertinos* temporibus Appii Cæci Censoris dictos esse, qui suo tempore erant *Ingueni*, ex manumissis procreati, nemo non videt. Hinc igitur intelligi potest, quod discrimen inter *Inguenos, Libertinos, & Libertos* fuerit. *Carolus Sigonius* libro 1. de Antiquo Jure Civium Romanorum, cap. 6. paulo aliter Suetonii verba enarrat, & cum reprehendens, ac erroris insinulans, ut qui *Libertinos & Inguenos* pro iisdem

acceperit, putat *Libertinos* eos appellatos, qui ex servitute manumissi fuerint: qui autem ab iis generati sint, quod proprium nomen non habuerint, *Libertinorum* filios nuncupatos, non *Libertinos*. Sed cum verba Suetonii clara sint, mihi prior sententia, quam pluribus probat argumentis *Aldus Manutius* junior lib. de quaestis per epistolam, magis placet. *Antonius* etiam *Vacca Jurisconsultus Imolensis* alicubi scribit, antiquioribus temporibus *Libertinorum* appellationem sic acceptam fuisse, ut *Libertini* dicerentur, quicumque in infinitum descendissent ex iis, qui olim manumissi essent: *Ingenui* autem quorum majorum nemo servitutem serviisset. Sed nec hoc convenit cum ullo vetere scriptore. *Libertinorum* enim, qui *Libertorum*, seu manumissorum filii erant, natos, ingenus fuisse, ex superioribus liquet. Sed satis apertam illorum vocabulorum significationem jam esse puto, de jurè quoque eorum pauca addam. *Libertus* antiquis temporibus (de prima enim significatione hic loquor) civis erat, sed publico nullo, nisi *Apparitoris*, aut coactorisungebatur munere. *Apparitores* autem erant, ut post ostendetur, *Scribae*, *Praecones*, *Interpretes*, *Accensi*, *Lictores*, *Viatores*, *Statores*. Hæc enim veteres munera, ut *Ciceronis* ad *Q. Fratrem* epistola declarat, *Libertis* deferebant, excepto tamen scriptu. Postea vero *Scribae* quoque *Liberti* fuerunt: tuleruntque hi suffragium in quatuor urbanis *Tribubus*, quæ rusticis ignobiliores erant.

*Libertinus*, *Liberti filius*, fuit eodem jure.

*Ingenuus*, *Libertini filius*, *Liberti nepos*, fuit jurè meliore: fert enim suffragium in tribu rustica: *Magistratus* tamen non capit, neque *Senatorii*, neque *Equestris* est ordinis, sed *tertii*, id est, de *Plebe*.

*Ingenuus*, *Ingenui filius*, *Libertini nepos*, *Liberti pronepos*, meliore quam pater jure est. *Eques* enim *Romanus* esse potest: sed *aditum* in *Curiam* non habet, quod è *Suetonii* verbis elicitur, qui *Senatorium ordinem* tribui solitum à veteribus ostendit, non *civium Romanorum pronepotibus*, verum *abnepotibus*.

*Ingenuus*, *Ingenui filius* & *nepos*, *Libertini pronepos*, *Liberti abnepos*, meliore quam pater & avus est jure. In *Senatum* enim legi potest, & honores, magistratusque, &c. Et hæc quidem de eorum jure. Nunc, quia *manumissionis* etiam facta mentio in hoc capite est, de ea pauca erunt dicenda. *Tribus* modis servos manumitti consuevit, *Ulpianus* loquitur inquit: *Servi*, qui in *peculio centum* haberent, aut quibus servus consentiente, vel jubente domino nomen suum in censum detulisset, aut virga in caput suum à *Prætore* imposita, quæ *vindicta* dicebatur, in libertatem vindicatus esset, aut à *Domino* testamento liber relictus esset. De *manumissione*, quæ per censum fit, atque à *Servio Tullio*, vi. *Romanorum Rege* originem traxisse creditur, *Ulpianus* loquitur inquit: *Servi*, qui in *peculio centum* haberent, aut quibus eas facultates domini impartirent, si eos domini in censum civium à *Censoribus* adscribi juberent, libertatem consequerentur. *Vindicta* rationem intulisse fertur *P. Valerius Poplicola*, anno primo post exactos *Reges*, cum de præmiis *Vindictis* servi, qui conjurationem indicaverat, ad populum tulisset: à quo etiam *vindictæ* nomen ductum fuisse existimant tum alii, tum *Livius* libro 1. decad. 1. scribens: *Præmium* *indici*, pecunia ex *ærarario*, libertas & civitas data. Ille dicitur *vindicta* liberatus. *Quidam* *vindictæ* quoque nomen tractum ab illo putant, *Vindicti* ipsi nomen fuisse. Post illum observatum, ut qui ita liberati essent, in civitatem accepti viderentur, &c. Hæc autem potestas primum penes *Consulem* fuit, post ab eo ad *Prætorem urbanum* translata est, ut *vindicta*, id est, virga in caput imposita (eam enim *vindictam* dicebant) manumitteret. *Morem* veterem circa hanc *manumissionem* observatum, eleganter descripsit *Carolus Sigonius* ex *Boëtio*, *Festo*, *Valerio Probo*, & *Donato*, his verbis: *Qui manumittere*, inquit, *servum apud Prætorem volebat*, ejus, quem manumittere volebat, caput, aut aliud membrum tenens, ad *Prætorem* ita dicebat: Hunc hominem liberum esse volo: & emittebat eum è manu. *Idem* tamen *Sigonius* alio loco ex *Isidoro* libro 9. refert, *Romanos* eos, quos manumittebant, *alapa percussos*, circumegisse, atque ita de manu misisse. *Prætor* autem *vindicta*, id est, virga ejusdem servi capiti imposita, ita dicebat: *Dico eum liberum esse more Quiritum*. Inde conversus ad *Lictorem* addebat: *Secundum tuam causam, sicuti dixi, Ecce tibi vindicta*. Tum *Lictor*, accepta à *Prætore* *vindicta*, caput servi percutiebat, faciem palma tergumque verberabat. Quibus actis, nomen manumissi in *Acta* à *Scriba* referebatur, adjecta causa *manumissionis*. Addit autem *Sigonius* ex *Cajo*, *D. de manumissis vindicta*, non fuisse omnino necesse pro tribunali manumittere. Itaque plerisque in transitu servos manumitti solere, cum aut lavandi, aut gestandi, aut ludorum causa prodiiisset *Prætor*. Hactenus ille. Hinc deductum esse opinor eum morem, quem hodie observant *Nobiles*, atque alii potentes domini, donantes servos jure gestandi arma, quod nostra lingua dicitur, *wehrlafftig machen*.

Sed ut ad priora redeam, qui manumissi & libertate donati erant, raso capite pileum gestabant, libertatis insigne. Unde proverbium natum: *Ad pileum vocare*, id est, ad libertatem vocare. In cujus proverbii explicatione *Erasmus* in *Chiliadiibus* scribit, videri, *pileum* præcis insigne fuisse spectatæ virtutis, ut inde fluxerit mos, ut, qui *Magistri* *Doctorisque* titulo decorantur, *pileum* accipiant. Hic secundus manumittendi modus fuit. Tertius, qui testamento fit, in Institutionibus satis diligenter explicatur, quare eo *Lectorem* remitto.

Addunt Jurisconsulti & alios tres modos, quos *naturales* vocant, videlicet, *inter amicos, per mensam, & per epistolam*. Manumissionem *inter amicos* appellant, cum presentibus amicis quispiam à domino manumittitur. *Per mensam*, cum libertatis dandæ gratia, servus convivio adhibetur. *Per epistolam*, quando servo aliis in locis agenti, missis literis à domino permittitur, ut liber vivat. Ii tamen, qui his tribus modis manumitterentur, minorem libertatem consequantur, Latini *Juniani* fiebant, ac dicebantur ex lege *Junia Norbana*. Sicut contra ii, qui prioribus tribus modis manumittebantur, majorem & justam consequantur libertatem, & fiebant, ac dicebantur *Cives Romani*. Quod si quis tempore servitutis commississet aliquid crimen, propter quod notis in fronte & stigmatibus compunctus, vel in publicis carceres conjectus fuisset: aut propter delictum aliquod, verberibus affectus illud confessus esset, ac deinde gratia cum domino inita, manumissus ab eo fuisset, ex lege *Ælia Sentia*, *libertus dedititius* fiebat, ac infamam libertatem accipiebat. De *manumissione* multa habet *Jacobus Revardus* lib. 4. Variarum, capite 9. & libro singulari de auctoritate Prudentum, capite 7. ubi omnes modos diligenter explicat. Quædam etiam apud *Antonium Cujacium* Observationum libro 2. Læctionum subsecivarum Juris civilis, cap. 9. Apud *Jacobum Cujacium* Observationum libro 5. capite 13. & libro 7. cap. 20. ut de aliis interim taceam. Notat præterea *Adrianus Turnebus* Adversariorum libro 18. cap. 3. ex Martiale, ordinem quandam inter Patronorum *libertos* fuisse, ut qui majori auctoritate apud Patronos essent, *liberti* primi: qui secundo ab his loco essent, *secundi*: qui tertio, *tertii* dicerentur. Quod etiam in libertabus observatum fuisse, ex veteribus aliquot inscriptionibus idem probat.

Addam Coronidis vice antiquam manumissionis formulam, quam recitat *Jacobus Cujacius* Jurisconsultorum nostra ætate facile princeps, ex antiquo exemplo, unde colligi potest, moris fuisse, ut domini servis suis, quos manumitterent, scripto etiam illam manumissionem confirmarent. Formula autem hæc est: *Ille civis Romanus esto, ita ut ab hodierna die ingenuus, atque ab omni servitutis vinculo securus permaneat, tanquam si ab ingenuis fuisset parentibus procreatus. Eam denique peragat partem, quamcumque elegerit, ut deinceps nec nobis, nec successoribus nostris ullum debeat noxia conditionis servitium; sed omnibus diebus vite sue sub certa plenissimaque ingenuitate, sicut alii cives Romani, per hunc manumissionis atque ingenuitatis titulum, semper ingenuus & securus existat, &c.* Tantum habui, quæ de præcipuis populi Romani divisionibus dicerem. Nunc cum institutus ordo requirat, ut de religione illius populi dicam, hujus libri finem faciam, ac in sequenti, Deo propitio, de Diis agam.

## AD CAP. XX. PARALIPOMENA.

## De jure Libertorum &amp; Libertinorum.

**L**ibertus & libertinus manumissione fieri dicam lib. 9. c. 10. licet sciam discrimen illarum esse ab Ulpiano I.C. ult. ff. si lib. ingenu. esse dicat. l. 4. ff. de his qui sunt sui vel alieni juris. Et notavit doctissimus vir Joannes Borcholten in cruditis ad Justinianum Commentariis: estque *libertus*, quasi *liberatus*. *Idolor*. Etymolog. lib. 9. cap. 4. & res exposita omnibus interpretibus Institutionum Imperialium lib. 1. tit. 5. quos non exscribo. Unica Theophilii definitio sufficit lib. 1. Inst. tit. 5. *Libertus est qui ex iusta servitute manumissus est, seu libertate donatus, verbum adde, & legitima*. In triplici eos fuisse ordine sentit omnes, *Cives Romanos, Junianos, & Dedititios*. Ulp. I.C. in fragmentis tituli 1. singularum definitiones excipitur Pseudocornutus in v. 106. lat. 3. *Per sui, hereditarij, à defuncto prædij manumissi, id est, liberti, & cives Romani facti*. Atque hos quidem dispari fuisse dignitate discis ex Hadriano Turnebo lib. 11. cap. 9. ut *quidam primi liberti, quidam securi, quidam denique tertii forent*; quod ego vel de tempore, quo quisque manumissus fuerit, accipiendum existimo, vel ratione officij, nam ut inter servos alij viliores, alij honoratiores, ita manumissis cur non eadem conditio peritenda? Atque ut ingenuorum variis legibus fortuna coercita administrataque, ita variæ leges libertis indulsissent, ut de jure testamenti faciendi, legata scribendi, colligat idem Turnebus l. 30. Adversar. cap. 25. ex Tito Livio 4. Decad. lib. 9. & licet scribendi testamenta jus iis non esset, poterant tamen adire hæreditates. *Quod Symmachus* lib. 10. epist. 54. *Capiunt legata liberti, servis testamentorum iusta commoda non negantur*. Locus est notandi dignissimus apud Salvianum Massiliensem lib. 3. ad eccles. Catholic. *Si ejus id opus, ac non alterius, meliori conditione quidam relinquunt libertos suos, quam tu relinquis filios tuos, in usu siquidem quotidiano est, ut servi etsi non optima, certe non improba servitutis, Romana à dominis libertatè donentur, in qua scilicet &*

*proprietatem peculii capiunt, & jus testamentarium consequuntur, ita ut & viventes, cui volunt, res suas tradant, & morientes donatione transcribant, nec solum hoc, sed & illa, quæ in servitute positi conquisierant, ex dominorum domo tollere non vetantur, tantum eis interdum gratia patroni liberalitas impavit, ut etiam juri suo detrahant, quod libertorum dominio largiatur, quanto, si quisquis ille est infidelissime pater, quanto domini illius melius cum libertis agunt, quam tu cum libertis? illi quæ donant, perpetuo jure donant, tu temporario, illi testamenti faciendi arbitrium dant libertis, tu tollis libertis, illi postremo suos dant libertati, tu quasi additis filios servituti. Nam quid est aliud, quam servituti addicere, quos tu non vis aliquid quasi ingenuos possidere. Move ergo illorum interis, qui servos suos non bene de se meritos, quia civitate Romana indigenos judicant, jure Latina libertatis addicunt, quos scilicet habent quidem sub libertorum titulo agere viventes, sed nolunt quicquam habere morientes, negato eum his ultima voluntatis arbitrio, etiam quæ superstitibus habent, morientes donare non possunt. Quibus verbis elegantem adfert differentiam inter Latinos Junianos, & cives Romanos, quæ trita est vulgatissimaque.*

Liberti isti cujuscuque conditionis, etiam si civitatem haberent, civicique fuerentur privilegij, tamen multa ingenuis licebat agere, quæ nequaquam libertis concessa, nam nec ipsi, nec eorum liberi unquam jus tribuum habebant, quod *ingenorum* tantum erat, ut jam docuit Lælius Taurellus I.C. neque tutores ingenui libertinis pupillis dari poterant, ut ex Marci Aug. oratione habetur apud Modestinum libro singulari de *excusationibus*. Ad i. de *ret. jure encl.* nec in senatum admitti. C. Suet. in Nerone cap. 15. *Neque sacramento militari se obstringere, aut ut milites in castris esse, unde Augustus princeps libertino milite, præterquam Romæ, incendiiorum causa, & si tumultus in graviore annoa metueretur, bis usus est, senel ad præsidium coloniarum Illyricum contingentium, iterum ad tutelam ripæ Rheni suminis. eosque servos ad bene viris feminisque pecuniosioribus iudiciis, ac sine mora manumissos, sub priore vexillo habuit, neque aut commissos cum ingenuis, aut eodem modo armatos, ut verba usurpem ejusdem Suetonii in Augusto cap. 25. Quare tanquam*

novum, insolens, inusitatumque notat Appianus Alexandri-  
nis de bellis civilibus lib. 1. pag. 379. ἀπελοβήσαν τότε πρῶτον  
ἰε σπαράξαι ἢ ἀπορίαν ἀνδρῶν καταλεγκάντων. Item primum  
libertis, ob vitiorum inopiam, iam militiam missis. Eadem Hir-  
tius seu Oppius, seu quilibet alius auctor libro de bello Afri-  
cano c. 19. Quos postea ex Hybridis libertinis servisque con-  
scripserat, armaverat, equoque frenato uti condocuerat.

Quod autem Suetonius in curiam libertinos nunquam ad-  
missos prodit, caute est intelligendum. Nam Dio Cocceja-  
nus l. 42. pag. 150. diversum sentit: qui sub progressu bel-  
lorum civitium Pisonis consulatus libertianos omnes senatu eiecit  
docet, argumento liquido in senatum adscitos antea, alio-  
quin eiici non potuissent.

Vestiri etiam, non tantum jure distincti libertini à patriciis  
seu ingenuis. Aurel. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 6. Cultum  
ingenue praeferunt in auro. ipsa duxisse, insiduisseque ut pa-  
triciis bulla aurea, cura toga, cui purpura praesentent, uterentur  
dimittaxat illi, quorum patres curulem gesserant magistratum, ceter-  
is autem, ut praetextis tantum uterentur, indulgent. Et postea  
aliquot lineis interjectis: Concessum est, ut libertinorum quoque  
filiis, qui ex iusta dimittaxat matre familiaris nati fuissent, togam pra-  
textam & lorum in collo, pro decore bullae gestarent. Eadem dis-  
criminis nota apud C. Plinium l. 33. c. 1. aliis idem scio ob-  
servatum. verus Scholiastes Juvenalis ad v. 164. sat. 5. Anti-  
quitas pueri nobilium bullas aureas habebant, pauperum de lor-  
is, signum libertatis. Et ipse Juvenalis ibidem loci.

Hetruscum pueri si contingit aurum,  
Vel nodus tantem, & signum de paupere lora.

Nec vestitu tantum discreti illi ab ingenuis, sed & nota cor-  
pori impressa. idem verus Scholiastes ad satyr. 1. v. 104. Ar-  
guit homines, qui cum propter libertatem libertatem mensissent, &  
in libertinorum corpus & scribis relati essent, pertusis auribus signa  
libertinorum calcere non poterant. Ergo pertusis, seu perforatis liber-  
tinitis aures ex hoc loco apparet, quod an aliunde probari pos-  
sit, non video, nec memini legere, nisi forte notam illam servi-  
lis conditionis praerita: intelligamus, nam servis perforari aures  
solitas notissimum est. Sulpitius Severus sacra historia l. 1.  
Hebraeus puer pecunia emptus, sex annis servit, post haec liber erit,  
sponse autem permanenti in servitute, auris forabitur. Servorum  
ergo aures, tanquam argumentum lux sortis, perforbantur, unde  
lux Petronio Arbitro Satyrice, pag. 59. Quid tu inquit Cy-  
tea, & circumcidit nos, ut Judei videamur, & perinde aures, ut  
imitemur Arabes, & in ureta facies, ut suos Gallia iures putet.  
Quem locum transcripsit Isidorus Hispalensis: Nonnulla etiam  
gentes non solum moribus, sed & in vestibus aliqua sibi propria vitu-  
dicant, circumcidunt Judaei praerita, pertundunt aures Arabes,  
Maurus habet tetra nox corporum, Gallos candida cutis. Venalium  
itaque servorum, quantum conicio, Roma nota erat, sub vrom-  
ni scire, cretatos habere calceos, aures perforatas. Nec id modo  
Arabes servi patiebantur, sed & Paeni M. Accius Plaut. Pae-  
nio act. 5. sc. 2. ubi Milphio servus Paeni conspicuus:

Videntur homines sarcinatos conquisi?  
Atque ut optior, digitos in manibus non habent.

AG. Qui jam? Mil. quia incedunt cum annulatis auribus.

Adibo ad hoste, atque appellabo Punice,

Si respondebunt Punice, pergam loqui.

Lybes & Arabes Romae inter servitium habitos nemo ignorat.  
Ea loci corruptus in codice Q. Florentis Tertulliani lib. de  
velandis virginibus: Debeant & ipsi aliqua sibi defendere insi-  
gnia, aut penas Garamantum, aut crobylos barbarorum, aut ci-  
cadas Atheniensium, aut cirros Germanorum, aut signum Brito-  
nium. Beatus Rhenanus bene de illo auctore meritis, putavit in  
prima sua editione legi debere, serubulos barbarorum, ut serubul-  
li, dimioutiva vox à serobe, aurium sint foramina, per quae bar-  
bari trajiciunt genas & annulos. Ad idem Rhenanus in altera  
editione, reponit serubulos, nisi forte retineamus antiquam lecti-  
onem. Nam crobylon mulierum, crobylus virorum, serubius  
puerorum, ut ad Petronii Satyricon notatum viri docti pag. 69.  
Corymbi, oque dominae pueri adornat caput. Quod Graecis pineam  
nucem serubulos significet, gestamen ex auro barbarorum quo-  
tundam. At certe serubulos Julio Pollaci l. 1. c. 9. n. 17. &

1. 4. c. 20. latine turbo redditur à Rudolpho Gualtero. At spro-  
bulax in mundo muliebri reponuntur, rotundas interpretantur,  
puto in aures esse forma rotunda, idem Pollux l. 5. cap. 16.

Hec quaquam de libertis servisque posse accipi, qui Romam  
venales commeabant, scio, solo luxu polente aures  
confluisse perforari, hoc est ad venustatem decoremque con-  
ciliandum. unde D. Juvenal. sat. 1.

Molles quod in aure fenestra.

Quod etiam in sacris literis factum Genes. cap. 24. Exod. 32.  
Judicum c. 8. Esaiæ cap. 3. & apud Ethnicos ab heroicis pei-  
tium temporibus certissimum vel ex unico Homero, qui Jovi  
placitum Junonem inducit lib. 14. Iliad. v. 182.

Ἐν δ' ἀρ' ἐματὰ κεν εὐρηστοίσι λοβοῖσι

Τρίγωνα μορφοῦσα.

Et sane in aures appesit bene perforatis auriculis.

Lustrat trium pupillarum fallas.

Et proci Penelopen donis adferturi in aures adferunt lib. 13.  
Odys. v. 298.

Ἐματὰ δ' Ἐυριδματι δὲ οὐδεὶς ἀποπτες ἐνεγκεν.

In aures autem Euridamanti duo serci portaverunt.

Isidorus Hispalensis in glossis. Bene est lamina auri ab aure  
ad aurem, quo familiares regum utebantur, ornamentum collae ex  
auro & gemmis, quod alio nomine torques potest dici. L. Sen.  
lib. de Constantia sapientis cap. 14. Quos refert quantum ha-  
beat, quot lecticarios, quam ovetas aures, quam laxam sellam?  
I. Lippius ibi. Idem l. 7. de Benefic. cap. 9. Video unione non  
singulos singulis auribus comparatos, jam enim exercitate aures  
ocuri ferendo sunt. Et lib. de vita beata cap. 17. Quare non tua  
locupletis domus censam auribus gerit? Et idem, seu quod ve-  
rius duco, obscurus ille scriptor libelli de Remediis fortuito-  
rum: Duce bene insitutam, nec maternis inquinatam vitulis, non  
cujus auriculis utriusque bina patrimonium dependant. Aurium  
vulnera in gravi illa de corrupta moribus quereia apud C. Plin-  
ium in praefatione ad lib. 12. nat. hist. & quod vitibus mol-  
litie id fuerit argumentum, nulli dubium esse potest. Aurel. Ma-  
crob. Satur. lib. 7. c. 3. Ollavrus. qui nati nobilitate ceteris,  
Ciceroni recitanti ait, non audio quae dicit, ille respondit, certe so-  
lebis bene foratas habere aures. Hoc eo dictum est, quia Ollavrus  
Lybis oriundus dicebatur, quibus nos est aurem forare, ergo  
& generis obscuritatem seu peregrinitatem, effaminatque  
mores uno eodemque cavillans est feromine. Florens Ter-  
tullianus lib. de cultu feminatum, serupulosa dens auribus  
vulnera intulit. Beatus Rhenanus serubulos legi voluit, quod  
quam male retentum ab eo, adendum ad Hadrianum Jun-  
ianum lib. 2. Animadverfor. cap. 1. Meretricium id signum.

P. Ovid. lib. 1. de Arte:

Quid cum mendaci damno mississima piorat?

Elaesusque cava fingitur aure lapis.

Q. Horat. lib. 2. sat. 3.

Filius Aesopi detractam ex aure Metella

Diluit insignem bacam.

Quem locum dilecti supra in reg. 9. M. Martialis lauti-  
tiam meretriciam describens l. 11. epigr. 50.  
Nunc piorat speculo fallax amilla relicto:  
Gemma vel à digitis, vel cadit aure lapis.  
Pretiosissima gemmae perforatis auribus imposita. Sueton.  
in Vitellio cap. 7. Ex aures matris detractam unione signo-  
raverit ad itineris impensas. Elenchos vocat Plinius lib. 9. cap.  
35. Juneval. sat. 6.

Auribus extensis magnos commisit elenchos.

Claudian. de 6. Honorii consul.

Bails ovetat candentibus aures.

Sed magnum inter Graecos Latinoque discrimen, apud hos  
eodem iudicio nobilitatis, apud istos de decoris luxuriaeque  
nota. Isidor. l. 19. cap. 31. In aures ab aurium foraminibus ur-  
cupate, quibus pretiosa genera lapidum dependentur, hanc usum  
in Graecia, puella utraque aure, pueri tantum dextra gerunt. Ad  
quem ritum respexit L. Apuleius lib. de dogmate Platonis:  
Reliquit auri tantum, quantum puer nobilitatis insigne in auri. ula  
gestavit. Hic nobilitas per in aures significata. at per candem  
mollities objecta viris gestantibus apud Romanos. C. Plin.

I. 11. cap. 37. & mulieribus, *Ælian.* var. histor. l. 1. cap. 18. τὰς δὲ οὐ διαφόροι ὑπὸ τρυφῆς αἱ πολλὰ τῶν γυναικῶν, ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς κεφαλῆς σφραγῖς ἐπιτίθειτο ὀφθαλμοῖς δὲ πόδες σιδηραῖαι ὑπέδυντο, ἐκ δὲ τῶν ἄτων αὐταῖς ἰσότητι μακρὰ ἀπέκρημαστο. Vertit *Julius Vultejus*: Nunquid vero pleræque mulierum luxu diffinere? que coronam sublimem capiti imponebant, pedes vero sandaliis induebant, ex auribus longas inanes dependentes habebant. Ex quibus *lux L. Seneca* in *Hippolyto* act. 2. sc. 1.

*Cerix montis vasca, nec niveus lapis*

*Diducat aures, Indici donum maris,*

*Odore crinis sparsus Assyrio vacet.*

In codice MS. legebatur melius:

*Diducat aures, id est, gravet suo pondere.*

Interpretationem hanc meam & correctionem adjuvat *Horatius* lib. *Epodon.* od. 8.

*Nec sit marica que rotundioribus*

*Onusta bacis ambulet.*

*M. Plaut.* *Epidico* sc. male.

*In aurem auream ad te afferre natali die.*

At cum non potuit tolli inaurium luxus, *Alexander Severus* Imperator modum adhibuit, sanxitque, ut viri in universam inanes non haberent, & matrone contenta deberent esse uno reticulo, atque inauribus, & bacato monili. *Æl. Lamprid.* in ejus vita, & non omnino earum usum feminis interdictum videri potest ex eo, quod *Ulpianus* *IC.* licita ornamenta muliebria enumeret *armillas, inanes, viriolas, annulos, præter signatorios, l. 25. ff. de auro arg. mundo mulier. &c. legatiis, & Paulus* *IC.* Quæretur an nihilominus detrahitis elenchis inanes deberentur, in quibus due margarita, & duo smaragdî, respondit deberi, si maneat inauris. l. 32. ff. eo. tit. Videatur *Aristanetus* l. 1. epist. 15. Inanes has *Stalagminum* vocat. *Cæcilius* antiquus poeta in

*Cratino* apud *Festum* *Pompeium* lib. 17.

*Ex aere ejus stalagminum domi habeo.*

Denique ut unico verbo semel dicam, nobiles Græci adulescentes, ut ex *Isidoro* *Antea* dixi, & regum familiares, ut in *glossario*, in verbo *Baen* habetur, laudi ducebant auricularas perforatas habere, adde & ipsos reges hoc ornamento insigniri consuevisse. *Q. Curtius* lib. 9. de *India* regulo.

*Pendebant ex auribus insignes colore & magnitudine gemme.*

Sed ad libertinos revertamur, quid referat omnia eorum arbitrio sub malis Principibus permissa hoc loco referre? quod conqueritur non sine indignatione *C. Tacitus* lib. 1. historiar. Norum enim omnibus puto sub *Claudio Licinio* & *Pallante* præcipua fuisse auctoritate & opulentia ex *Suetonio* cap. 28. *C. Plinio* *Juniore* lib. 7. ep. 29. & lib. 8. epist. 6. *Carum* & *Massam* *Neronis* libertos celebrant *Juvenalis* sat. 1. & vetus ejusdem interpres *Parthenium* libertum *Domitiani* plurimum valuisse. *Suet.* in eo cap. 16. *servilibus* perditisque fuisse moribus. *Tertullianus* in *Apologetico* loquitur, ut & *Asiatum* à patrono suo *Vitellio* *Aug.* ad *equitrem* dignitatem promotum ex *Tacito* l. 2. histor. constat.

Atque ut hi libidini dominorum obsequendo flagitiosaque peperando sibi conciliabant opes, honores, dignitates, ita libertinæ vulgato corpore male sæpe audiebant. *T. Livius* 4. decad. lib. 9. *Scortum nobile libertina Hispania Fesenia.* Et videri posset meietricas seu publica prostituta libertinas fuisse. Adducor auctore *Horatio*, ut id credam, qui in libertina peccanti videtur impunitatem promittere lib. 1. sat. 2.

*Tutior at quanto merx est, in classe secunda,*

*Libertinarum dico, Salsinius in quas*

*Non minus insanit, quam qui meretur.*





# ROMANARUM ANTIQUITATUM

## LIBER SECUNDUS,

DE DIIS, ET EORUM TEMPLIS, SIVE ÆDIBUS SACRIS.

**D**ixi quæ origo fuerit Urbis Romæ, à quibus condita & amplificata fuerit, quæ præcipua in Urbe ædificia, secundum quatuordecim regiones: addidi deinde quædam de Civibus & præcipuis eorum differentiis; jam instituta illius Populi considerata veniunt. Illa vero circa religionem & Reipublicæ gubernationem versantur. Quia autem in omnibus recte & bene constitutus Rebus publicis primum locum obtinet, & obtinere jure debet Religio, ideo nos etiam de ea primum dicendum esse arbitrati sumus. Ciceronis sententia celebris est, à Diis immortalibus agendi nobis capienda esse primordia, qua de causa ipse leges aliquot conscripturus, primum eas recenset, quæ ad religionem & cultum Deorum pertinent: deinde politicas subjicit: quem ordinem & nos sequi volumus. Cæterum antequam de Diis agere incipiamus, non alienum ab instituto & officio etiam nostro esse existimamus, si, quorum, Scriptorum auxiliis præcipue usi simus, indicemus, ut candidus Lector id nobiscum sciat, & si quæ videbuntur hic brevius tradita esse, ex illis, quorum nos auxilio usi sumus, auctoribus, prolixiorum de singulis disputationem petere possit. Ea igitur omnia, quæ hic cum studiosis Lectoribus communicamus, hausimus atque desumpsimus ex rerum Romanarum Scriptoribus, Livio, Plutarcho, Dionysio Halicarnasseo, Dione & aliis, quorum nomina supra recensuimus. Post illos non parum nobis adjumenti attulit lectio Agellii, Macrobbii, Varronis de Lingua Latina, Festi, Nonii Marcelli, Plinii, Augustini de Civitate Dei, & Commentariorum in eosdem libros Ludovici Vivis, Bartholomæi Marliani, Georgii Fabricii, Lillii Georgii Gyraldi, & aliorum, quorum nomina sicubi occurrent, quæ ex iis descripta sunt, nequaquam silentio præteribimus. Scripserunt etiam ante nos de Diis, & genealogia Deorum gentilium plurimi: videlicet ut ex multis paucos adducam, Apollodorus in suæ Bibliothecæ libris, qui à Benedicto Ægio ex Græco in Latinum sermonem translatis sunt: Hesiodus, Phurnutus, Palæphatus, Fabius, Fulgentius, Albricus Philosophus: item apud Romanos Eumerus, cujus libri non amplius extant. Inter recentiores Joannes Boccatus de genealogia Deorum gentilium libros 15. edidit: Georgius Pictorius Apotheosin tam exterarum gentium, quam Romanorum Deorum libris tribus complexus est: Julianus Amelius de cognominibus Deorum gentilium libros tres collegit. Omnium autem diligentissime de iis commentatus est Lilius Georgius Gyraldus, quem ego non semel consului. Porro hac mea scriptione nihil opus fuisset, si adhuc extarent M. Terentii Varronis tres de Diis libri, quorum Augustinus aliquoties meminit. Sed perierunt illi. Itaque si quæ de iis scire volumus, ea oportet nos cum maximis laboribus ex variis & infinitis pene Scriptoribus conquirere. Verum de Scriptoribus, quos ego sequor, satis. Tu benevole, Lector, ista legens, mecum deplora ingentem humanæ naturæ cæcitatem, qualis ea sit, nisi à Spiritu sancto & Dei verbo illuminetur: atque Deo gratias age, quod e tantis ac plus quam Cimmericis tenebris clementer nos eripuerit, nobisque in sacrosancto verbo sui veram cognitionem revelaverit. Videbimus igitur quales Romani Deos & Deas coluerint.

## Unde Deus dicatur, quid sit, &amp; quot differentiæ Deorum apud Romanos fuerint.

DE Diis dicturi, primum unde vocabulum ortum sit, inquiremus. Hic autem variæ sese offerunt eruditorum sententiæ. Alii Latinum vocabulum *Deus*, à dando deducunt, quod Deus det omnia; alii sic dictum putant, quod ei nihil deficit. Contra alii à Græco *δέος*, quod *timorem* sive *metum* significat: *Primus* enim, ut Statius & Petronius Arbiter canunt, *in orbe Deos fecit timor*. Plerique à Græco *δέος* deducunt, cuius derivatio itidem varia & multiplex est. Sunt enim qui à verbo *δίδωμι*, quod *currere* significat, formatum volunt, quia homines *Cælum, Lunam, Solem*, & alia astra propter motus & cursus velocitatem Deos esse putarint, & coluerint. Plures tamen à *θεάομαι*, quod est *video*, vel *speculo*, quia Deus omnia videat, & quia in ipso etiam Deo, tanquam speculo omnia cernantur, derivant; quæ etymologia videtur reliquis verisimilior.

Quid *Deus* sit, nobis ex Sacris Literis ignotum non est. Cum autem de gentium Diis hic nobis sermo sit, ideo etiam quid illi de Deo senserint, & quomodo eum definierint, considerandum est. Sed quis potest omnia commenta Ethnicorum recensere? Videantur variæ Philosphorum sententiæ apud Ciceronem de Natura Deorum, & apud Liliū Gyraldum. M. Terentius Varro, ut est apud Aurelium Augustinum, in ea est opinione, *Deum esse animum mundi, ipsumque mundum Deum*. Ridicula profecto definitio, quam pluribus exagitat & refutat *Augustinus*. Plinius de Deo verba faciens, scribit: *Quisquis est Deus, se modo est alius quam scilicet Sol, & quacunq; in parte, totus sensus est, totus visus, totus auditus, totus anima, totus animi, totus sui*. Ridiculus & hic est, & quid dicat, ipse ignorat. Melius Plato [Lib. 2. c. 7.] definiit *Deum mentem æternam causam boni in natura*.

Cæterum uti de Deo, quis esset, Ethnici nihil certi habuerunt, ita etiam de numero Deorum mirum in modum hæsitaverunt. Plurimi quidem, & ii sapientiores, unum tantum Deum esse voluerunt, cui à varietate & diversitate officiorum varia & diversa nomina sint indita, sicut etiam *Macrobius* [lib. 1. Saturn. capite 17. & sequent. lib. 2. cap. 7.] multis capitibus conatur omnes Deos alios ad Apollinem sive Solem referre: & *Plinius* eos, qui pluralitatem Deorum induxerunt, false ridet: verum tamen invaluit etiam ea opinio, ut plures esse Dii crederentur, nec unus tot muneribus obeundis par esse existimaretur. Atque ut propius ad propositum accedamus, Romanos ingentem Deorum multitudinem coluisse, quis nescit? sed non fuerunt omnes in pari honore & auctoritate: verum in certos ordines, & certas quasdam classes distributi. Alios enim *majorum gentium*, quod præcipuas partes in rerum administratione haberent; alios *minorum gentium*, ob meriti paupertatem appellaverunt. *Varro* Deos Romanorum in duas classes distribuit, in *certos* & *incertos*. *Certos* appellat *publicos*: quibus Romani publice ædes edificarint, & quosque pluribus signis ornatos notaverint. *Incertos* autem, quorum certa ratio reddi non possit, qui sint. Cicero tres ordines Deorum recenset, unum eorum, qui cælestes semper habitati sunt, qui etiam majorum gentium Dii vocantur: alterum eorum, quos in cælum merita vocarint, qui & *Semidei* & *Dii indigetes* appellantur: tertium eorum, propter quos detur hominibus ascensus in cælum. Cujus partitionem nos etiam in hoc libro sequi instituimus, ita ut primum de *majoribus*, deinde de *Semideis*, tum de *virtutibus Deorum* *Dearumve* nominibus insignitis dicamus: quibus addemus etiam alios Deos, quibus singulis sua munia in rerum administratione sunt attributa, quique minores, sive minorum gentium Dii & *Semones* appellantur; ut suo loco docebitur. Jam vero antequam de Diis dicere pergamus: de sacris ædibus, & aliis locis, ubi cultum divinum numinibus suis Romani exhibuerunt, pauca monebimus.

## Quid Templum sit, quid Fanum, Delubrum, Aedes, Ædicula, Ara, Lucus, &amp;c.

RELIGIOSE Romani suos Divos colebant; constituebant enim iis maximis sumptibus templa, fana, delubra, de quibus quomodo inter sese differant, pauca dicemus. *Templum* dici vult *Varro* [lib. 6. de Lingua Latina.] à *templando*, vel *tuendo*, & triplicem habere significationem: primum significare *cælum*: deinde certa loca in aère, vel in terra, quæ Augures captandorum Auguriorum causa definire solebant, quæ *templa* dicebantur, quod ex omni parte, vel quod ex iis omnis pars conspici posset: tertio vero significare loca sub terra. De prima & tertia significatione nobis nihil dicendum est: de secunda significatione agetur libro sequenti, ubi de auguriis disputandum erit. Ab eo vero templo, quod ab Auguribus definebatur, quia id oportet septem esse circumquaque, nec plus quam unum introitum habere, sicuti alibi ostendetur, factum est, ut etiam alia loca *septa*, & unum tantum introitum habentia *templa* appellarentur, etiam si sacra non essent. Ita *Festus*: *Templum* significat & ædificium Deo sacratum, & tignum, quod in ædificio transversum ponitur.

Ædes autem sacræ *templa* dicta fuerunt, quod essent quasi ædes Deorum, sicuti cælum etiam, quod domicilium Deorum esset: *templum* dictum fuisse, paulo ante est indicatum. Solebant porro *templa* illa ab hominibus propter certas causas voveri, cuius rei multa exempla in historiis reperuntur: & paulo post quædam recitabuntur. Quando vota erant, & id, propter quod vota erant, prospere successerat, tum definebantur, vel certi illius templi fines constituebantur, id quod dicebatur *effari templa*, teste *Varrone*, vel *sistere fana*. Sic enim *Pompejus Festus*: [lib. 14. c. 7. lib. 4. Hist.] *Sistere fana* cum in Urbe condenda dicitur, significat loca in oppido futurorum fanorum constituere. Id vero ab Auguribus fieri solitum docet

cet Varro. Ubi ita definita essent, tunc condebantur, condita dedicabantur ab iis, qui ea vovissent: tandem ab Auguribus inaugurabantur: id est, suis auguriis sanctiora reddebantur. Hoc enim nisi fieret, *templa* esse non poterant, teste apud Agellium Varrone: sed *ades* tantum dicebantur, unde discrimen inter *templa* & *ades* sacras facile intelligitur. Extat apud Cornelium Tacitum narratio de lustratione aræ templi Jovis Capitolini, quod à Vespasiano tum restitutum fuit, ex qua cognoscere aliquo modo possumus, quanta religione vel superstitione potius veteres *templa* Diis construxerint. Sic autem Tacitus lib. 4. Histor. Vespasianus curam restituendi Capitolii in L. Vestinum confert, equestris ordinis virum, sed auctoritate famâque inter proceres. Ab eo contracti Haruspices, monuere, ut reliquæ prioris delubri in paludes aveherentur, templum iisdem vestigiis sisteretur: nolle Deos mutari veterem formam. Undecimo Calendas Julias, serena luce, spacium omne, quod templo dicebatur, evinctum vittis, coronisque. Ingressi milites, quibus fausta nomina, felicibus ramis. Dein *virgines Vestales* cum pueris puellisque patrimis matrimisque, aqua rivis & fontibus amnibusque hausta, perluere. Tum Helvidius Priscus Prætor, præeunte Plauto Eliano Pontifice, lustrata Suovetaurilibus arca, & super cespitem redditis extis, *Jovem, Junonem, Minervam*, Præsidesque Imperii Deos precatus, uti cœpta prosperarent, sedesque suas pietate hominum inchoatas, divina ope attollerent, vittas, quibus ligatus lapis innexique funes erant, contigit. Simul cæteri Magistratus, & *Sacerdotes, & Senatus, & Equites*, & magna pars populi, studio lætitiæque connixi, saxum ingens traxere: passimque injectæ fundamentis argenti, aurique stipes, & metallorum primitiæ, nullis fornacibus victæ, sed ut gignuntur. Prædixere Haruspices, ne temeraretur opus saxo, aurove in aliud destinato, &c. Hactenus Tacitus.

*Fanum* à fando dicitur, quod dum Pontifex dedicat, certa verba fatur. Varro [lib. 5. de Lingua Latina] ait, *Fana* nominata, quod Pontifices in sacrando fati sint finem. Quidam tamen à *Fauno*, quod is primus fana condidit, *fanum* dictum esse malunt. [In 2. Æneid.]

*Delubrum* scribit Servius appellari, quod sub uno tecto plura complectatur numina, quia uno tecto diluatur. Alios vero scribit affirmare, *delubrum esse locum ante templum ubi aqua curvat*, à diluendo dictum. Macrobius in Saturnalibus lib. 3. cap. 4. citat Varronem ex lib. 8. Rerum Divinarum de duplici significatione vocabuli *Delubri* differentem hoc modo: *Delubrum*, ait Varro, alii existimant esse, in quo præter ædem sit area assumpta Deum causa, ut est in circo Flamini Jovis Statatoris. Alii esse locum, in quo Dei simulachrum dedicatum sit, ut ita ab Dei dedicato simulachro *delubrum* cœperit dici: quod etiam ipse probat. Ita enim pergit. *Sicut locum, in quo figerent candelam, candelabrum appellatum, ita in quo Deum ponerent, nominatum Delubrum.* Paulus autem Festi Pompeji abbreviator scribit, *delubrum* dictum fuisse fustem delibratum, vel decorticatum, quem venerati sint antiqui pro Deo, id quod & Servius alicubi tradit, cum sic scribit: *Delubrum* dictum propter lacum, in quo manus abluuntur: vel propter tectum conjunctum: aut certe ligneum simulachrum *delubrum*, dicimus, à libro, hoc est, à raso ligno factum, quod Græci ζόανον dicunt.

*Ædicula* diminutivum est, quasi parva ædes sacra, sicut & sacellum. Festus: *Sacella dicuntur loca Diis sacrata sine tecto.*

Cæterum, ut hoc obiter moneam, non omnibus Diis promiscue omni loco ædificari templa solebant. Aliis enim intra Urbem, aliis extra eam, aliis in montibus, aliis in foro, aliis alibi templa construebantur. Nec etiam forma omnium erat eadem: aliis enim rotunda, aliis tecto perforato templa ponebantur. Cœlitibus & superis aliis à terra extare templa volebant, inferis Diis sub terra, terrestribus media ponebant sapius. Qua de re, qui plura cupit, legat Vitruvium & alios.

Jam & hoc non est silentio prætereundum, quod Franciscus Polletus lib. 1. Historiæ fori Romani, cap. 3. annotat templa veterum nostris non fuisse absimilia. Constabant enim, ait, cella sanctiore, nos *Chorum* vocamus, quæ cella sanctior à Basilica & porticibus distinguebatur Pluteo & quasi altero pronæ, nos non male *Pulpitum* vocamus, quod in morem pulpiti, aut tabulati erectum sit; quidam ex vulgo *Threnum* vocant, fortassis quod illic Threni Jeremiæ Prophetæ recitentur, & aliæ Homiliæ sacræ: *Basilica* vero, quam nos *Navem*, aut *Carinam* vocamus: deambulationes, quæ utrinque sunt, omnino porticus sunt veterum, quæ sunt veluti fori in Carina. *Cella* sanctior solis rebus sacris destinabatur: *Basilica* vero & porticus & pronæon fere usibus profanis exponebantur. Illic enim & nundinæ mercium, & proxenetica contractuum, prologi nuptiarum, colloquia transactio-num, ut hodie apud nos, nimis impie exercebantur. Hactenus Polletus. Publius etiam Victor, cum ait in libello de XIV. Urbis regionibus, ante cellam est prodomon, post templum opistodomon. Templum in tres partes dividit, mediamque, ubi est Dei cella, quam hodie *Chorum* dicimus, vocat: quæ antecedit *πρόδομον*, quæ sequitur, *ἠπιοθήδομον*. Turnæbus *Adversariorum* lib. 22. cap. 17.

*Ara* nomen habet vel ab ardendo, quod in ea victimæ incensæ ardeant, vel à similitudine aræ-arum, quod sicut illæ in urbe puræ sunt, ita & aras Deum puras esse oportet: vel ab imprecationibus quas Græci ἀράς vocant. Varro apud Macrobius [lib. 3. Saturn. cap. 2.] ait, *Aras* primum *Anfas* dictas, quod esset necessarium eas à sacrificantibus teneri. Recitatur à Georgio Fabricio [lib. 1. Antiquitatum.] lex dedicatæ aræ, unde cognosci potest, qua fere verborum forma in dedicandis templis, æcris ædibus, aris, &c. Veteres usi fuerint, quam idcirco huic capiti inferere volui. Est autem talis.

## C. DOMITIUS VALENS II.

*Vir praeunte C. Julio Severo Pontifice legem dixit in ea verba, qua infra scripta sunt.*

JUPITER OPTIME MAXIME, QUANDOQUE HODIE TIBI HANC ARAM DABO, DEDICABOQUE OLLIS LEGIBUS, OLLISQUE REGIONIBUS DABO, DEDICABO, QUAS HIC HODIE PALAM DIXERO, UTI INFIMUM SOLUM HUIUS ARÆ EST, SI QUIS HIC HOSTIA SACRUM FAXIT, QUOD IN AUGMENTUM NE PROTOLLAT, IDCIRCO TAMEN PROBE FACTUM ESTO. CÆTERÆ LEGES HUIUS ARÆ EÆDEM SUNTO, QUÆ ARÆ DIANÆ SUNT, IN MONTE AVENTINO DEDICATÆ HISCE LEGIBUS, HISCE REGIONIBUS, SICUTI DIXI, HANC TIBI ARAM JUPITER OPTIME, MAXIME DICO, DEDICOQUE, UTI SIS VOLENS, PROPITIUS MIHI COLLEGISQUE MEIS, DECURIONIBUS, COLONIS, INCOLIS, COLONIÆ MARTIÆ, JULIÆ SALONIÆ, CONJUGIBUS, LIBERISQUE NOSTRIS.

Similis fere inscriptio & dedicatio Aræ Augusti apud Narbonenses, quam, quomodo ab aliis in lucem data est, huc adscribam. Vide Adolphi Occonis Medici Augustani numismata, pag. 46.

## NARBONENSIS NUMINI AUGUSTI DICAVIT.

## LEGIBUS IISQUIS.

NUMEN CÆSARIS AUG. PP. QUANDO TIBI HODIE HANC ARAM DABO, DEDICABOQUE, QUAS HIS LEGIBUS, HISQUE REGIONIBUS DABO DEDICABOQUE, QUAS HIC HODIE PALAM DIXERO: UTI INFIMUM SOLUM HUIUSQUE ARÆ TITULORUMQUE EST, SI QUIS TERGERE, ORNARE, REIFICERE VOLET, QUOD BENEFICII CAUSA FIAT, IUS, FASQUE ESTO: SIVE QUIS HOSTIA SACRUM FAXIT, QUI AUGMENTUM NEC PROTOLLAT. IDCIRCO TAMEN PROBE FACTUM ESTO. SI QUIS HUIC ARÆ DONUM DARE, AUGERERE VOLET, LICETO, EÆDEMQUE LEX EI DONO ESTO, QUÆ ARÆ EST. CÆTERÆ LEGES HUIC ARÆ TITULISQUE EÆDEM SUNTO, QUÆ SUNT ARÆ DIANÆ IN AVENTINO. HISCE LEGIBUS, HISQUE REGIONIBUS, SICUTI DIXI, HANC TIBI ARAM PRO IMP. CÆSARE AUG. PP. PONTIFICE MAXIMO TRIBUNITIA POTESTATE xxxv. CONJUGE, LIBERIS, GENTEQUE EJUS SENATU, POPULOQUE ROM. COLONIS, INCOLISQUE COL. JUL. PATERN. NARB. MART. QUI SE NUMINI EJUS IN PERPETUUM COLENDO OBLIGAVERUNT. DOQUE DEDICOQUE UTI SIES VOLENS PROPICIUM.

Est & alia Narbone Ara, Augusto posita hac inscriptione:

T. STATILIO TAURO  
L. CASSIO LONGINO  
COSS. X. KALEND. OCTOBR.

NUMINI AUGUSTI VOTUM SUSCEPTUM à PLEBE NARB.  
IN PERPETUUM.

QUOD BONUM, FAUSTUM, FELIXQUE SIT IMP. CÆSARI DIVI F. AUGUSTO PP. PONTIFICI MAXIMO TRIB. POTESTATE xxxiv. CONJUGI, LIBERIS, GENTIQUE EJUS, SENATUI, POPULOQUE ROMANO, ET COLONIS INCOLISQUE C. I. P. N. M. QUI SE NUMINI EJUS IN PERPETUUM COLENDO OBLIGAVERUNT, PLEBES NARBON. ARAM NARBONE IN FORO POSUIT, AD QUAM QUOTANNIS ix. KAL. OCTOB. QUA DIE EUM SECULI FELICITAS ORBI TERRARUM RECTOREM EDIDIT, TRES EQUITES ROMANI A PLEBE, ET TRES LIBERTINI HOSTIAS SINGULAS IMMOLENT, ET COLONIS ET INCOLIS AD SUPPLICANDUM NUMINI EJUS THUS ET VINUM DE SUO EA DIE PRÆSTENT. ET viii. KAL. OCTOB. THUS, VINUM, COLONIS ET INCOLIS ITEM PRÆSTENT. KAL. QUOQUE JANUAR. THUS ET VINUM, COLONIS ET INCOLIS PRÆSTENT. vii. QUOQUE IDUS JANUAR. QUA DIE PRIMUM IMPERIUM ORBIS TERRARUM AUSPICATUS EST, THURE, VINO SUPPLICENT. ET HOSTIAS SINGUL. IMMOLENT, ET COLONIS INCOLISQUE THUS, VINUM EA DIE PRÆSTENT.

ET PRIDIE KAL. JUNIAS, QUOD EA DIE T. STATILIO TAURO, M. ÆMILIO LEPIDO COSS. JUDICIA PLEBIS DECURIONIBUS CONJUNXIT, HOSTIAS SINGULAS IMMOLENT. ET THUS ET VINUM AD SUPPLICANDUM NUMINI EJUS COLONIS ET INCOLIS EA DIE PRÆSTENT.

EXQUE IIS TRIBUS EQUITIBUS ROMA. LIBERTINIS UNUS. *Reliqua deficiunt.*

Has inscriptiones eam ob causam huc referre volui, ut inde iudicium fieri posset, qua verborum forma etiam in templis, & sacris ædibus dedicandis veteres fuerint usi. Cæterum *Ara* Diis superis & inferis consecrata erant, *altaria* superiorum tantum Deorum fuerant, ut Servius ait, ab altitudine dicta. Lactantius Grammaticus: Tria fuerunt in sacrificiis loca, per quæ expiationem faciebant, scrobiculo facto in feris, Aris terrestribus, Cœlestibus extructis focus. Unde denominata etiam sunt *Altaria*, ad quæ cum sacrificabant, manus in altum porrigebant. Hæc ille. Prope Deorum templa & *luci* consecrabantur, quod nomen habent à *lucendo*, vel quod minime luceant, propter arborum umbras opacas: vel potius, quod sacrificiorum luminibus, quæ ibi per noctem haberi solebant, quoquo versus lucentes. Hos licebat interdum *conlucare*, hoc est, succidere, & succis arboribus luce implere, sacrificio prius facto, cujus formulam Cato de Re Rustica hanc recitat. Porco piaculo facito. Sic verba concipito: *Si Deus, si Dæes, cujus sacrum est, ut tibi jus fiet porco piaculo facere, illiuscæ sacri coercendi ergo. Harumce rerum ergo, sive ego, sive quis jussu meo fecerit, uti id recte factum fiet. Ejus rei ergo te hoc porco piaculo immolando bonas preces precor, uti sis volens, propitius mihi, domo, familiaque mea, liberisque meis. Harumce rerum ergo mactæ hoc porco piaculo immolando esto, &c.* Hactenus Cato. Meminit ejus rei etiam *Plinius* lib. 17. c. 28. Atque tantum de locis, ubi Diis cultus exhibitus fuit. Sequuntur jam Dii ipsi.

THOMÆ DEMPSTERI IC.

AD CAP. II. PARALIPOMENA.

De templis, eorum partibus, donariis, jure belli, somniis, adibus sacris.

In angulari disciplina *templum est cæli regio*, præter ea quæ alii observant, *Jacobus à Cruce* Bononiensis annotation. in *Ovidium, discite templo*, lib. 1. fab. 7. *Septimius poeta* in hymno Jani, ut scripsit *Victorius Rhetor*:

*Cui referat: mugient aurea cæli templa.*

Licet *Terentianus Maurus* lib. de Meritis, non *templa*, sed *clausura* legat. *Mulus* est in hac significatione *T. Lucretius Carus* lib. 1.

*Nec cæli lucida templa.*

Et lib. 2. Idem:

*Id rursum cæli rellatum templa receperunt.*

Et lib. 2.

*Per cæli volunt passim se immania templa.*

*Festus Pompeius* l. 11. *Minora templa sunt ab arguribus, cum loca aliqua tabulis aut lituis sepimur, ne uno amplius ofio pateant.* *Q. Ennius* in *Annalib.*

*Quaquam multa manus ad cæli cœnula templa*

*Teudebant lachrymans.*

Secundo, *templum est quilibet locus clausus, etiam si profanus, & non augurio consecratus.* Notavit *Janus Parrhalius* in quaestis suis epist. 57. *Festus* l. 3. in *contemplari*. *M. Varro* l. 6. de *Liug. Lat. Curia Hostilia templum est, & tamen sanctum non est.* Hoc est, quicquid palis, hastis, aut aliqua re simili claudri potest. *Serv.* ad l. 4. *Æneid.* v. 199.

*Templa Jovi centum latis immania regnis,*

*Centum aras possit.*

Tertio *templi* nomine significatur *sepulchrum*, nata inde superstitio, quod veteribus cippi seu tumuli amicorum morte obitorum, pro templis religiose colerentur, ut ex *Clemente Alexandrino* in *Protreptico* ostendit *Lilius Gyrardus Ferrariensis* de diis gentilibus synagmate 17. & *Nomius Marcellus* cap. 6. n. 92. Ut intelligi hoc sensu possit *P. Virgilius* lib. 4. *Æneid.* vers. 457.

*Prætrea fuit antiquo de marmore templum*

*Conjunctis antiqui.*

Denique est *edificium Deo consecratum*, (de qua re est volumen *ingens Rndolphi Hospinianii Tubingensis*, de quo quid aliud dicam, nisi librum esse) nam *penates hominum sunt, deorum templa*, ut loquitur *Lactantius Placidius* ad l. 1. *Thebaidos Stætiæ* v. 643. *Artemidor. Dalidian.* l. 3. oneirocrit. cap. 63. l. 4. cap. 39. l. 5. cap. 1. *Jul. Pollux* l. 1. cap. 1. num. 22. & de prima institutione, sequenti superstitione, causis cur templa diis mortales erexerint, & quam multiplici numero? differit *Blondus Flavus Romæ triumphantis* l. 1. Interim corrigendi aliquot auctorum loca. *D. Agobardus Lugdunensium Archie-*

piscopus (qui cœtaneus fuit Carolo Magno) in carmine de obitu *Caroli & Lestradi Episcopi*:

*Hic dum basilicas Deo dicatas,*

*Et Christi subeunt veneranda templa.*

Ultimum versum corrige:

*Et Christi subeunt veneranda templa.*

*Simili mendo corruptus Ovidius* lib. 2. *Fastor.* quæ correctio *Isaaco Casaubono* debent:

*Cætera ne simili caderent labefacta ruina,*

*Cærit sacrati provida cura diis.*

*Sub quo delubris sentitur nulla senectus;*

*Nec sitis est homines, obligat ille deos.*

*Templorum postor, templorum sancte repertor,*

*Sit superis, oro, mutua cura tui.*

Quis tredit templorum Augustum repertorem? quum vel *Pelliso, vel Theffalo, vel Eleuthero, vel Phoroneo, vel Otrita Amazoni, vel Lycaoni* id attribuat *Julius Hyginus* *Fab.* cap. 22 5. vel *Jano*; *Xenon* apud *Macrobius Saturnal.* l. 1. cap. 9. & *Q. Fabius Pictor* de Aureo sæculo l. 1. legendum est indubie:

*Templorum postor, templorum sancte repertor.*

*C. Sueton.* in *Augusto* cap. 40. *Ædes sacras vetustate collapsas, aut incendiis absumptas, refecit. Quem locum Eginhartus* in vita *Caroli Magni* expressit: *Ædes sacras tamen ubicumque in regno suo vetustate collapsas comperit, pontificibus & patribus, ad quorum curam pertinebant, ut restaurarentur, imperavit.*

Nec vero omnibus gentibus templa diis dicare placuit; ac primum *Sicyonii* nullum fanum, nullamque statum *Coronidi* dex sue erigebant. *Pausan.* *Corinthiac.* Ut jure exclamat *Arnobius* l. 5. contra gentes, non omnibus diis templa devota. Exemplum hoc sequitur *Athenienses*, qui *Clementia*, cui lucus in media urbe, nullum simulachrum fieri volebant. *Stattius* lib. 12. *Thebaid.* v. 493.

*Nulla autem effigies, nulli commissa metallo*

*Forma dea, mentes habitare ac pectora gaudet.*

*Persæ* nulla fana admitebant, quod *majestatem Solis*, quem venerabantur, putarent nullis ædificiorum angustiis coercendam. *Strabo* l. 15. sive ut loquitur *Cicero* l. 2. de leg. non esse parietibus includendos deos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera, quorumque hic mundus omnis templum esset ac domus. Quod institutum ex doctrina *Magorum profectum*. *Lært.* l. 1. Extat *Herodoti* in id ipsum locum apud *B. Brissonium* l. 2. de regio *Perfarum principatu* pag. 216. Quare in *Græciam* cum ingenti & numeroso exercitu irrupentes omnia deorum templa vastarunt *Maximus Tyrius* *serm.* 38. ut ob id diis hominibusque invisos dicat *Alconius Pedianus* in 2. *Verrinam*, quod diis dedita templa ruinis & ignibus delivissent, ut loquitur *Alexander* apud *Curtium Rufum* l. 5. foliis *Deliacæ* templo ac *Ephesino* pepercerunt, quod intelligitur in hoc *Apolinem Solem* suum coli, in isto *Dianam*, quam illi *Lunæ* nomine venerabantur. *Scholias.* *Aristoph.* in *Pæcem*, neque deinde *Græci* vastata à *Persis* templa reitaurare voluerunt, ut *hostilis impietatis & barbarici mæueret monumentum.* *Pausan.*

in Phocis. eoque præcipue nomine laudantur Jones ab Ifocrate in panegyrico.

Ad Romanos venio, qui centum septuaginta primis annis, ritu Persico, templis simulacris, decorumque statuis carnerunt, si fides diligentissimo M. Varroni sit adhibenda ex divo Augustino l. 4. de Civit. Dei cap. 36. Et certe aut in silvis seu lucis culta ab antiquis numina, ut supra dixi in Reg. 1. aut in editis montibus. Strabo Amasianus l. 7. Geogr. ἀρὰ δὲ τοῖς ἑταῖς ὁ ἔργον ἀνομαζέτω θεῖς, καὶ τὸ ὄρος ἱμελῶν ἱερὸν, καὶ ἀρσο-ἰορῶσιν ἕτας. Apud Getas sacerdos Deus dicitur, & mons sacer existimatur, & ita appellatur. Idem l. 15. in fine. Indi, inquit, sacrificant ἐν ὕψιστῷ τόπῳ. In sublimi editore loco, ut merito orgia, Bacchi sacra, seu Liberalia, vocentur ἀπὸ τῶν ὄρων, à montibus. Serv. ad v. 303. l. 4. Æneid. Non modo Indorum, Græcorum, Getarum hic ritus, sed & Dæorum. Sic enim interpretor Papinium l. r. fil. r. v. 80.

— Tu tardum in fœdera montem

— Longo Marte domas.

Et lib. 3. fil. 3. v. 169.

Hæc est, quæ vicinis parentia fœdera Cæcis,  
Quæque suum Davis donat clementia montem.

Jam de inauguratione ago: itaque profana loca à templis discreta consecratione. M. Varro in lib. I. sagogico de officio Senatus habendi, referente A. Gellio l. 14. cap. 7. In Curia Hostilia, & in Pompeja, & in Julia, cum profana ea loca fuissent, templa esse per Augustum constituta; inde derivatum, ut templa sancta Augustique, id est, augurio consecrata dicerentur. Notar Joan. Coraf. Miscellaneor. jur. civil. l. 3. cap. 29. Servius Honoratus ad v. 200. l. 4. Æneid. Centum aras posuit, vigilemque sacraverat ignem.

Et expressius P. Ovid. l. 4. Fætor.

Sancta vocant Augusta patres, Augusta vocantur  
Templa, sacerdotum rite dicata manu.

Ergo ut templa Augusta, ita qualibet res augurio sacra, sic appellabatur, præsertim ubi Senatus haberi poterat, aut SC. fieri, abunde enarrat idem Servius ad illud l. 8. Æneid.

— Augusta ad mania regis

— Ire jubet.

Imitatus est Corippus Africanus l. r. num. 11.

— Augusta sacro pede contigit aula.

Et lib. 3. num. 1.

— Augusti limina cæli.

Silius Italiæ. l. 1.

Concilium vocat Augustum, castaque beatos  
Paupertate patres.

Et vetus poëta, ut puto, apud C. Tacitum lib. de morib. Germanor.

Anguvis patrum, & prisca formidine sacrum.

Quare magna quoque, pretiosa, & insignia Augusta vocata. Suid. in voce Αὐγυσιος, Augustus, & principes Romani Augusti, ut Augustissimus princeps. Q. Symmach. l. 4. epist. 7. locus est elegans D. Antonii in Actione gratiarum. Gratianus potestate Imperator, virtute victor, Augustus sanctitate, pontifex religionis, indulgentia pater, ante filius, pietate utrumque. Lege Munacii Planci sententiam apud Sucton. Augustus, cap. 7. Et notissimi sunt Q. Ennii versus apud M. Varronem lib. 3. de R. R. cap. 1.

Et quia, ut principes, templaque eodem nomine, Augusti vocabantur, ita utriusque violati præ pena, nempe legis Julia majestatis. Aurel. Prudent. in Romano martyre:

— Sprevisse templa; respicisse est principem.

Belli tamen jure non minus templa, quam res profanæ occupabantur, & victori cedebant. Licet per eosque sciam reverentia religionis ductos iis pepercisse. Nam Alexander Thebis captis, sacris pepercit, reliquos agros, semprædam divisit. Arrian. lib. 1. de gest. Alexand. neque modo spoliata templa profanari credita, sed & si quis minus reverenter se erga ea gessisset. Salvian. Masiliens. l. 3. de provid. & jud. Dei. Memorabile Agesilai regis factum refert Xenophon historiar. Græcar. l. 4. Qui hostes suos prosequens, non ultra progressus est, quam illi in templa se recessissent. Ὁ δὲ καὶ πρὸς πολλὰ πρῶματα ἔχων, οὐκ ἐπλάκυστο

τῷ θεῷ; Qui quæquam multa vulnera habens, tamen non est oblitus munis. Templum autem illud, in quod profugati se receperunt hostes, fuit Minerva Itonia, ut est in Agesilai vita apud Plutarchum. Quod usque adeo verum est, ut rem in jure controversam non liceat in sacrum dedicari, idque Xviros cavisse proditum l. ult. ff. de litigios. quia scilicet, cum sacrorum inviolabiles essent leges, reus potentiori tradebatur adversario, ut è contra non licet rem sacram alienare. sive profanam facere, alii notantur.

Jus istud est belli, quod ut homines, ita templa, sepulchraque in servitutem rediguntur, de quo liber extat non contemnendæ cruditionis Balthazaris Ayala Juridici Belgicorum exercituum quaestoris. Quem adi. Paul. IC. l. 4. ff. de sepulch. viol. & Pompon. IC. l. 36. ff. de relig. & sumptib. fun. cum loca capta sunt ab hostibus, omnia desunt religiosa vel sacra esse. Sed quia, quale id jus est, nulli exposuerunt, ponam celebria aliquot scriptorum loca. M. Tull. l. 2. in Rullum: Quid Mytilæna, quæ certe, vestra, Quiritis, belli lege, ac victoria jure factæ sunt. Ex Trogo Pompejo M. Junianus Justinus (sic enim in codice MS. Vaticanae bibliothecæ habetur) lib. 31. Civitates belli jure populi Romani factas in integrum restitui jubet. C. Tac. lib. 4. hist. Est armorum aliquodas & jus hostium. Et elegantior hist. l. 3. 51. 2. de fratre, qui io bello inter Flavianos & Vitellianos civili fratre interfecerat, præmiumque petierat, addit, nec honorare illis eam eadem jus hostium, non autem ratio belli permittebat. T. Liv. 1. Decad. l. 2. Portena ad Mutium: nunc jure belli liberam te intantum inviolatamque dimitto. Q. Symmach. lib. 1. epist. 64. Evenit ea tempestate, ut etiam fidei depositum belli jure rapere, quod à summis civitatis, quos religio fuga fecerat, jus erari respicebat. In MS. codice erat, fisci depositum, non fidei, & necessaria videntur mihi correctio. Idem Græco ritu receptum. Heliodor. Emesenus Phœnix lib. 8. πῶτος ὁπαίος πολέμου νόμος, ὅτις ἀπὸν ἀπεκρίματο, δέλεος τῶς ἀρχαλώτες ἀνακινῶντος, ἑνωμοδοί jure belli, ἱππὶς respondit, quod captivos sercos efficit. Et l. 9. Æthiop. σολμῶλος ἀλλῆλος τῶ κρατήσῃσι σκυλοῦσι ὁ πολέμου ἰδιωσι νόμος, Corpus captivi spoliari, victori jus belli concedit. Q. Curt. l. 4. c. 1. n. 13. Ut pote qui ne belli quidem jura in me servaveris. Et l. 7. c. 8. n. 28. Etiam in pace belli jura servantur. Et l. 5. c. 12. n. 17. Pecunia & suppellex regis quasi jure belli diripitur. Et l. 8. c. 7. n. 12. Et te transfugam belli jure prosequimur. Papin. Stat. l. 12. Theb. v. 561.

— Non querimur casos, hæc belli jura, viceque  
— Armorum.

Isto, ut jam admonui, jure, ne templa quidem, superatis bello incolis, tuta erant. D. Augustin. de Civit. Dei l. 18. cap. 44. Civitatem cepit, (Pompejum) templum reserat non devotione supplicis, sed jure victoris. Sed eadem ante illum C. Tacitus l. 5. Historiar. Romanorum primus Cn. Pompejus Judæos domavit, templumque jure victoris ingressus est. Otto Frisingensis lib. 2. cap. 46. Inter alia Orientis regna, Hierusalem veniens, capta civitate, templum quo soli populo Dei immolare licuit, oblati hostiæ polluit. Idem de legatione Philonis Judæi sub Tiberio principe l. 3. Chronic. cap. 13. Non solum spernitur ab eo ob illius populi odium, sed & ut templum profanetur, ipseque ibi ut Deus colatur, ab Augusto præcipitur. Mitius tamen Hegesippus de Excidio Hierosolymitano l. 5. cap. 46. Pompejus templum cepit, sed non diruit. Sic intellige poëtas. Q. Horatium l. 4. od. 4.

— Vastata Panorum temulu

— Fana deos habuere rellas.

Valer. Flacc. Argonaut. l. 5. v. 641.

— Au Martia templa

— Intempera minus, tacitus mihi lucus, & agger,

— Quod ridis, & sels colitur frigentibus umbra.

Petr. Apollon. Collatus Excid. Hierosol. l. 1.

— Nil superest tandem, veteri nisi lege relicta.

— Crudeles iterum templum spoliare Quiritis.

Idem eodem lib. post:

— Magnus & hanc domuit, templique in limina victor

— Irruit, hicque suos jussit stabulare jugales.

Et l. 4. de Tito urbe posito :

*Nam parere facio*

*Ille loco, saltemque urbis monumenta manere*

*Una cupit.*

Aurel. Prudent. l. 2 in Symmachum :

*Aut quoties ductor Macedum fortissimus altis*

*Temporum cineres vultis cumulavit ab Indis.*

Corruptus indubie posterior est versus. neque enim quicquam Alexandro macedoni cum Amyclis seu Spartanis, quorum templa victor dirueret. Optime igitur in MS. meo iudicio :

*Temporum cineres vultis cumulavit ab Indis.*

Nec mendo vacat Silius Italic. l. 17. Punic.

*Ne flammam tadamque velint, ne templa sub uno*

*In cinerem transisse rogo.*

Erratum alii videntur; solus, quod sciam, opem ex MS. codice attulit Fr. Modius Novantiqvar. lect. ep. 62. legitque :

*In cinerem traxisse rogo.*

Sed redeo ad templum Hierosolymitanum, quod à Tito delectum narrat Dio Coccejan. l. 66. ὁ δὲ Τίτος τῶ πρὸς Ἰουδαίους πολέμῳ ἐπιταχθεὶς τὰ Ἱεροσόλυμα εἶδε, καὶ τὸν ναὸν ἐπέγραψε, τοῖς δὲ Ἰουδαίοις ἔχ' ὅτι ὀλεσθῆρος, ἀλλὰ καὶ νίκης, καὶ σωτηρίας. ἰσχυμονία τε εἰναὶ δέκεται, ὅτι τῶ ναοῦ συναπαλόγητο. Titus praefectus bello Iudaeo cepit Hierosolymam, incenditque templum, existimantibus Iudaeis, non suum interitum, sed vicioriam & salutem, & felicitatem, quod una cum templo caderent. Incensum ergo à Tito id templum, cui Pompejus antea pepercerat. Id contigit anno postquam conditum fuerat millefimo octingentesimo nono. Ado Viennensis Ætate 6. Chronic. pag. 115. aut millefimo decessimo secundo. Paul. Oros. l. 7. cap. 9. sed tamen id delecturus flevit Titus. Constantin. Manass. Chron. pag. 55. quod videtur se unicum à Deo puniendis Iudaeis designatum. Michaëlius Glycas Annalium parte 3. pag. 334. & sane subversio incendiumque templorum semper inter flagitiosa habentur; miles ille Caesarianus apud M. Annæum Lucanum l. 1. Pharfalia v. 379.

*Jubeas*

*Si spoliare deos, ignemque immittere templis,*

*Numina miscetis castrensium flamma monetæ.*

Et iratus Caesar apud eund. l. 5. v. 305.

*Non illis urbes, spoliandaque templa ucgasset,*

*Turpejamque Jovis sedem.*

Quod ut in templis observatum, ita in statuis deorum, qua nunquam sine piculo pollui, contrectarique, aut profanari poterant. locum adscribam ex Marciano Heracleota in carmine Geographico v. 694.

*ὃν τὸν μὲν Ἰασίωνα δυσσεβήματι*

*Πεσῆται περὶ Δήμητρος λέγισσ' ἀγαθμα, καὶ*

*Πληρῆ κεραιωθέντα δαιμονία θανόν.*

Latine vitit elegantem Fed. Morellus Regius Græcarum litterarum professor, bene de illo auctore, ut de aliis omnibus miris :

*Ex his Jasiona facinus impium*

*Signum in sacrum patrasse Cereris asserunt,*

*Et callius nullo interemptum fulmine.*

Ad partes jam propero; quas non omnes enumerabimus, sed necessarias magis. Itaque & areas, & vestibula templis adhaesisse Reg. 1. supra docui. Nunc in vestibulo tetraastylum fuisse, id est, locum seu spatium quatuor columnis distinctum, est manifestum. M. Pollio Vitruv. l. 4. Architect. cap. 1. atque hic locus omnibus deambulaturis patebat.

At altera pars, quam *adytum* appellabant, solis sacerdotibus referabatur. Jul. Pollux l. 1. cap. 1. num 8. Ἐἰ μὲν τοι καὶ τι χαρίον ἀέθρον εἶν τὸ ἐπὶ τῶ καὶ ἀθρον ἑποῖς ἀν, καὶ ἀφαιρον, καὶ ἀφαιρομένον, καὶ ἀθιατον, καὶ ἀνακτορον. Templum lucan, quem adire non licet, adytum nominaveris, intadum, sacrosanctum, tectum, & oracularem. Caesar l. 3. belli civilis : Pergami in oculis & remotis templi, quo præter sacerdotes adire fas non est, qua Græci ἀδυτα appellant. Ubi Rhellicanus interpres, Græco vox ἀδυτον, secretum & penetrabile sacrum dicitur, Agrætius vetus Grammaticus, adytum quod adiri non potest. Jul. Firmic. lib. de errore profanar. Relig. in adytis habent idolum Osiridis sepulchrum. Hinc oracula reddebantur.

L. Sen. Thyeste act. 4. sc. 1.

*Responsa dantur certa, dum ingenti sono*

*Laxantur adyto fata,*

Et Jupiter apud Martianum Capellam in Fescennino ad nuptias Mercurii & Philologiae l. 2.

*Quæ occultant adytis sacra latentibus.*

Claudian. l. 1. de Raptu :

*adytis gavisâ Cybelle*

*Proflit.*

Penetrabile pars etiam templi. Servius Maurus ad lib. 2. & lib. 6. Æucid. penetrabilia exponit secreta templorum. Hic honoratorium seu principum cadavera recondebantur. Sueton. Augusto cap. 18. Per idem tempus conditorium, & corpus Magni Alexandri, cum prolatum è penetrabili subiecisset oculis. Hic & victimæ immolabantur. M. Lucan. lib. 2. v. 125.

*Ante ipsum penetrabile Deæ, semperque calentes*

*Maculaverè focos.*

Hic etiam pretiosissima quæque abdebantur, ut metus præsentis numinis sacrilegos detereret. Idem Lucan. lib. 5.

*Illâ pavens adyti penetrabile remoti*

*Fatidicum, prima templorum in parte resistit.*

Quippe hic simulachrum ipsorum deorum erat collocatum.

Claudian. lib. 3. de Raptu :

*penetrabilibus amens*

*Exilit.*

Idem de 4. Honorii consulatu :

*sic numina Memphis*

*In vulgus proferre solet, penetrabilibus exit*

*Effigies, brevis illa quidem, sed plurimus infra*

*Liniger.*

Festus Avienus in ora maritimæ descriptione penetrabile vocat :

*Templum in illa Veneris & penetrabile curvum.*

Inter partes templi & delubrum recensent, quod ibi sacrificaturi se abluerent. Hidor. lib. 15. cap. 4. licet Festus Pompejus lib. 4. interpreteur fiessem delibatum, hoc est, decorticatum, quem venerabantur pro Deo. Quam definitionem Alconius Pedianus reprehendit in Divinat. Tullian. glossæ antiquæ delubrum, καθύρμα ζωόντων, ἀναθήματα. In solemnâ victoriâ & triumpho delubra coronabantur. Sil. Italic. l. 12. Punicor. v. 743.

*Inque vicem amplexi permixta voce triumphum*

*Tarpeji clamant Jovis, & delubra decorant.*

Fade à librario erratum; legendum est, ut multis ostenditur in tractatu de triumpho :

*Et delubra coronant.*

Hic captabantur somnia; nam manifestus est, quam ut dici debeat, rerum futurarum eventum confuevisse in templis pernotantes sciscitari. Baptista Pius Annotationibus post. c. 10. locus est in fragmentis Petronii Arbitri, cujus opus non tam mirum interit, quam nomen ignorari certum. Tacitus enim l. 16. Annalium Cajum vocat; vetus Scholiastes Juvenalis ad v. 635. sat. 6. Publum. Itaque :

*Somnia, quæ humanas ludunt evanida mentes,*

*Non delubra Deum, nes ab æthere numina mittunt,*

*Sed sibi quisque facit.*

Hunc in templis dormiendi morem ad somnia captanda expressit P. Virgilius lib. 8. Æneid.

*Hæc dona sacerdos*

*Contulit & cesarum ovium sub nocte silenti*

*Pellibus incubuit stratis, formosque petivit.*

Videtur ergo prævium fuisse sacrificium, quo oblato incubare pellibus hostiarum solerent. Victima illa aries esse debebat. Cæli. Rhodig. Antiquar. lect. lib. 27. cap. 14. multa interpretes A. Pertii ad fat. 2. v. 56. Pseudocomutus; Acon tradit, quod in porticu Apollinis Palatini fuerunt Danaidum effigies, & contra eas sub divo totidem equestres filiorum Agisthi, ex iis autem statuis quædam dicebantur postulantibus per somnum dare oracula. Ipse Pertius :

*nam fratres inter ahenos*

*Somnia punita qui purgatissima mittunt,*

*Præcipui sunt.*

Vide

Vide quæ de Serapi alibi scribuntur in hoc opere. Et quia eo progressus sum, paulo altius de somniis repetam. De iis eorumque interpretamentis plerique eruditissimi olim scripserunt, quorum opera temporis injuria interciderunt, citantur tamen apud Julium Pollicem, Suidam, Eustathium, & alios, nominatimque ab Hadriano Junio recensentur lib. 1. Animadversor. cap. 18. *Geminus Pyrius* 3. lib. Ea de re conscripsit *Artemon Milesius* 22. libros. Idem studium illustrare *Panyasis Halicarnassensis*, *Alexander Myndius*, *Phœbus Antiochenus*, *Demetrius Phalerens*, *Nicostratus Ephesus*, *Antipho Atheniensis*. Sunt & alii quorum nunc opera extant: *Artemidorus Daldianus*, *Astrampylchus*, *Philo Judæus*, *Achmet Syrimi filius*, *Nicephorus*. Quod magis miror incertum esse adhuc inter scriptores, quis primus divinandi ex somniis scientiam condiderit. Id C. Plinius lib. 7. cap. 57. *Dencaltonis filio Amphylioni* assignat; *Pausanias* in Attic. *Amphiarao vati* qui bello interfuit Trojano, & ex eo Rhodig. lib. 27. cap. 14. Antiqu. lectio. *Philo Judæus* aut quilibet alius auctor libelli de Bibliis antiquitatibus, *Abrahamo Patriarchæ*: sed certior concordia *Josepho* id attribuit, quem venditum Ægyptii primum mortalium volunt somnia interpretatum. *Trogus Pompejus* apud M. Junianum *Justinum* l. 36. *Minimusque inter fratres ætate Joseph fuit, cujus excellens ingenium veris fratres, clam interceptum peregrinis mercatoribus vendiderunt, à quibus deportatus in Ægyptum, cum magicas ibi artes solerti ingenio percepisset, brevi ipsi regi percharus fuit, nam & prodigiorum sagacissimus erat, & somniorum primum intelligentiam condidit.* Corruptus locus seu librarii inciticia, seu ethnica malignitate: melius in MS. codice, cum marginis ibi artes solerti ingenio percepisset. Atque ita legit *Freculphus Lexovientis* Chronic. tom. 1. lib. 2. cap. 1. licet antiquam lectionem retineat *Oto Friiingensis* lib. 1. cap. 14. Et atque interpretatio somniorum pars *aruspicine*; magni olim habita, licet *Heliodor.* l. 2. Æthiopic. dicat: *ὄνειροι πολλὰ τοῖς πάλαισι κηρύσσεται.* *Somnia ut plurimum ex executionibus judicantur.* Tamen *Euripid.* *Hecuba* v. 90.

*Ὁς μοι κηρύσσει ὄνειρους.*  
 Ut mihi interpretentur somnia.  
 Denique non desunt qui ad *Telmiffenses* primum interpretatio- nis somniorum ritum trahant, inter quos est *Tatianus Martyr*, quod ego non de inventione, sed frequenti exercitio sumen- tum existimo. *M. Tull.* l. 1. de Divinat. *Telmessus in Caria est, qua in urbe excellit aruspiciam disciplinam.* Sed fallitur ille, seu memoria lapsus, seu errore poetarum inductus, qui vicinitate locorum pleiumque decepti, regiones confundunt. Nam *Telmiffis* non est *Caria*, sed *Lycia* oppidum, prope promontorium, quod *Dadala* appellatur. *Strabo* *Amasian. Geogr.* lib. 14. pag. 763. quæ urbs usque ad *Alexandri Macedonis* tempora aruspicinæ gloria clarebat; celeberrimus quippe in ea arte *Aristander Telmiffensis* fuit. *Q. Curt.* *Rufus* lib. 4. *Artian.* de gest. *Alex.* lib. 1. *Rigaltius* observat ad *Artemidorum* lib. 1. cap. 33. ejusque auctoritatem usurpat *C. Plinius* lib. nat. hist. 17. c. 25. *Q. Florens Tertullian.* lib. de Anima. cap. 46. *Telmiffenses enim nulla somnia evocant, imbecillitatem conjectationis incusant.* Et est egregia concertatio de cadavere *Alexandri* inter *Ptole- mæum* & *Peddicam*, finita ab *Aristandro Ælian.* var. histor. lib. 12. cap. 64. hæc de inventoribus.

Nunc ad causas. Credidit antiquitas quippiam divinitatis esse somniis. *Xenophon* libro de magisterio equitum in fine: *ἔτοι δὲ πάλαι ἰσάσι, καὶ ἀποσημαίνουσιν ἃ ἀν' ἐθέλουσι, καὶ ἐν ἰσπῶσι, καὶ ἐν κλωσῶσι, καὶ ἐν φημαῖσι, καὶ ἐν ὄνειροις.* Hi vero norunt omnia, futuræque denuntiant, cui valent, in cæcis, auguriis, omnibus, visis somniorum. Ubi *ὄνειρος* datus est poeticus, quod *Xylander* peritissimus interpres admonuit. Sed falsa illa veterum filii credulitas, causarumque naturalium incitia. Nam graviter affecto corpore, animus speciebus violentis agitatur. *Q. Curt.* lib. 3. c. 3. n. 2. *Anxium de instantibus curis agebat etiam per somnium species rerum imminuentium, sive illas agerendo, sive animi præsagientis divinitatio accessit.* *Vanas* appellat species *L. Seneca* lib. de Constant. Sapient. cap. 11. Adscribam lo- cum *Ciceronis* lib. 2. de Divinat. *Cum animus languore corporis nec membratus, nec sensibus potest, incidit in visa variis, & in certis*

*ex reliquiis inherentibus carum rerum, quas vigilans gesserit aut cogitavit, quarum perturbatione mirabiles interdum existunt somniorum species.* *Vetus poëta*, ut quibusdam placet, *Accius*: *Quæ in vita usurpant homines, cogitant, curant, vident, Quæque agunt vigilantes, agitantque, ea si cui in somno accidant,*

*Minus mirum est.*  
*Lucetius Placidius*, seu *Lactantius Grammaticus* ad v. 134. l. 5. *Thebaidos Statianæ*:

— *Deus has, Deus ultor in iras*  
*Apportat, captisque faceret, nec imago quietis*  
*Vana mea.*

*Helenius Acron*, & alii interpretes ad *Q. Horatium*, ipse in *Arte poetica* in principio:

— *Velut ægri somnia vana*  
*Fingantur species.*

*Petronius* seu incertus poëta in fragmentis *Petronianis*

— *Nam cum prostratu sopore*  
*Urget membra gries, & mens sine pondere ludit,*  
*Quicquid luce fuit, tenebris agit. Oppida bello*  
*Qui quatit, & flammis miserandas sarcit in urbes,*  
*Tela videt, versasque actes, & funera regum,*  
*Atque exundantes persuso sanguine campos,*  
*Qui causas orre solent, legesque, forumque,*  
*Et pavidi cervatæ inclusum corde tribunal:*  
*Condit avarus opes, defessumque invenit aurum;*  
*Venator saltus canibus quatit; eripit undis,*  
*Aut premit eversum periturus navita puppim:*  
*Scribit amatori meretrix, dat adultera munus.*  
*Et canis in somniis inelusum corde latrat;*  
*In nollis spatium miserorum vulnera durant.*

Quæ ideo integra, præter consuetudinem meam, adscripti, quod nullus elegantius significativiusque somniorum expressisset naturam, quibus consona sunt, quæ ex *Cl. Claudiano* peti possunt in præfat. ad 6. Honor. consul.

*Omnia quæ sensu voluntur vota diurno*  
*Pectore sospito reddit amica quies.*  
*Venator molli declinat corpora lecto.*

*Mens tamen ad silvas, & sua iustira redit,*  
*Judicibus lites: auriga somnia curvus.*

Atque hæc quidem naturalis ratio persuasit, ut infirmorum, aut inquietorum furiosa sint somnia, ita & digestionem ciborum facta, tranquilla, placida, & vero proxima. Vulgatum illud est *Ovidii*:

— *Media sub tempora noctis,*  
*Tempore quæ, cerni somnia vera solent.*  
*Q. Horat.* lib. 1. sat. 10.

— *Venit me tali voce Quirinus,*  
*Post mediam noctem visus, cum somnia vera.*  
 Iis fidem esse adhibendam persuadet *Sext. Propert.* lib. 4. eleg. 7. ad finem:

*Nec tu sperne piis ventientia somnia portis,*  
*Si pia venerunt somnia: pondus habent.*

Somniorum certe diversitatem portarum involueris tegebant, quas vel eburneas, vel corneas fingeant, & eburnea portæ falsas inutilium rerum species designat, ebur enim solidum est, & non peritium; cornea vera visorum exprimit simulachra, translucentia enim est visumque facile admittens cornuum natura. Auctor est *Porphyrus* apud *Aurelium Macrobius* in *Sonn. Scipion.* lib. 1. cap. 3. in fine. *Oculus Honorat.* ad lib. 6. *Æneid.* v. 894. *Per portam eburneam oculi significantur, quia & cornei sunt coloris, & duriores cæteris membris, cum frigus non sentiant: per eburneam vero portam os significatur, à dentibus, & firmus quia, quæ loquimur falsa esse possunt, & que videmus, sine dubio vera sunt.* Eadem & *Didymus* antiquus *Homeri* Scholiastes scripta reliquit, cujus verba repetit è *Florido Sabino* l. 2. subcliviar. lectio. cap. 24. *Joan. Saresbr.* *Policrat.* lib. 2. cap. 14. utramque rationem complexus est *Plato* in *Charmide*, *ὄρα δὲ κεραιῶν, διὰ ἰλαρατρίδος* Somnium ex cornibus, ex ebore. Hinc intelligendi poëta *Latini.* *P. Virgil.* lib. 6. *Æneid.* in fine.

*Sunt gemine Somni portæ, quarum altera fertur*  
*Cornea, qua veris facilis datur exitus vobris,*

*Altera*



*Altera Tandenti perfecta nitens elephanto,  
Hæc falsa ad superos mittunt insomnia Manes.*  
Claudian. præfat. ad 6. Hon. consul.  
*Additur ecce fides, nec me mea ludit imago,  
Irrita nec vanum somnia misit ebur.*  
Horat. lib. 3. od. 37.  
- - - *an vitiiis carentem  
Ludit imago  
Vana? que porta fugiens eburna  
Somnia ducit.*  
D. Aufon. in Ephemeride:  
*Vana ignororum simulachra locasse soporum,  
Et geminas numero portas, que fornice eburno,  
Semper fallaces glomerat superæ acra formas,  
Altera que teros emittit cornua visus.*  
Idem in Cupidine cruci oratio:  
- - - *Pulsa tandem caligine somni  
Evolat ad superos, portaque evadit eburna.*  
Nec defuerunt poëta Græci. Incertus in Anthologia libr. 3. cap. 26.  
*Ἡ μέγα Βασιλάδα σοφῆ περιπύσον ὄνειρα  
Ἡ ῥ' ἰπέτην κερῶν, οὐδ' ἠλέφαντος ἔβρε.*  
O magnum Bassilada sapientis certum insomnium,  
Certe verum licet non è cornu, neque ebore finis.  
Coluthus Thebanus Lycopolita de Raptu Helenæ v. 210.  
- - - *Διαίε δὲ πύλας ἄβυζον ὄνειρον  
Τὴν μὲν ἀληθείης κερῶν.  
Dnas vero portas aperuit somniorum,  
Alteram veritatis & cornuum.*  
Nonnus Panopolitanus, auctor, meo iudicio sublimis, gratia, rerum verborumque dives, Dionysiac. lib. 34. v. 87.  
*Μερόβια δ' ὑπνολόντα παρήπυρον ὄνειρα  
Κλεψιδιών ἠλέφαντος ἀναίξασα πύλαων.  
Mortua vero dormientem decipit imago somni  
Mentem seducuntibus eboris resiliens è portis.*  
Et lib. 44. v. 52.  
*Φάρματα μὲν πολλοῖο διατρούσεν ὄνειρα  
Ἀπκαίως θροσκοντα δι εὐκερῶν πυλῶνων.  
Simulachra emulantis pertrefecerunt somni  
Dierrantis currentia per corneam portam.*  
Et iis omnibus prior, *misarum lux, immortalis os mundi*, ut loquitur Antipater Anthologie lib. 3. c. 25. Homerus Odysll. lib. 19. v. 564. & Eustathius Archiepiscopus ibidem.  
*Δοιοὶ γὰρ τε πύλαι ἀμνηστῶν εἰσιν ὄνειρα,  
Αἱ μὲν γὰρ κερῶσσι τετεύχεται, αἱ δ' ἠλέφαντι.  
Dna enim porta debiliū sunt somniorum:  
Una enim cornibus fabricata, alia ebore.*  
Efficacia credebantur de republica esse somnia, ideoque qui somniaissent, per præconem sequenti die publice visorum certos cives faciebant. Notarunt alii ad A. Persium: sed illud non sine solemnium expiatione, vulgatum est illud A. Persii sat. 1.  
*Hæc sancte ut postas Tiberino in gurgite mergis  
Manc caput his terque, & noctem siumine purgas.*  
D. Juvenal. sat. 6.  
*Ter matutino Tiberi mergetur.*  
Alb. Tibull. lib. 1. eleg. 5.  
*Ipsæ procurari ne possent sæva nocere  
Somnia, ter falsa deoæeranda mola.*  
Idem lib. 3. eleg. 4.  
*At natum in curas hominum genus, omnia noctis  
Fære pio placant, & saliente sale.*  
Aliter in M. S. Achillis Stati Neapolitani, & forte tectius:  
*Et vanum ventura hominum genus omnia noctis  
Fære pio placant.*  
Sane in eadem dictione corrupti infiniti poëta, & Cicero ipse, ut disquirat Guil. Canterus Novar. lection. l. 1. cap. 8. Addendi & alii. Sil. Ital. lib. 2. Panico. n. 54.  
*Effundunt gemitus, atque omnia tristitia ventis  
In scipem Eneadem.*  
Lege omnia. Idem lib. 4. n. 121,  
*Contra lata Bogus Tyrio canis omnia regi.*

Lege omnia. Idem lib. 9. n. 3.  
- - - *prosperæ pugna  
Omnia ventura.*  
Rescribe omnia. P. Ovid. epistol. 19. Acontii Cydippæ:  
*Omnia re carcant, nihil est violentius illis.*  
Indubie legendum omnia, dico ad illud Claudiani l. 2. de raptu in sine.  
*Omnia perpetuo genitalia sædere sanxit.*  
Ubi reponendum omnia. Quis enim nescit solemnium in nuptiis omnia adhibita: ut idem Claudianus, licet corruptus, lib. de laudibus Serenæ, quem MS. meus attribuit cuidam Magistro Gyraldo:  
*Omnia non audet genitrix tam magna fateri:*  
Et lib. 2. in Ruffinum:  
*Hoc proprium thalamis genialibus omen.*  
Papin. lib. 1. fil. 2. n. 229. male antea legebatur:  
- - - *Et jam socialia præsto*  
*Omnia*  
Valer. Flacc. Argonaut. lib. 7. n. 249. item depravatus:  
*Sola sui, tristes thalamos, infestaque cerno*  
*Omnia.*  
Simili mendo laboraverat etiam Corippus Africanus l. 1. n. 1. ante meam editionem:  
*Hæc ne vana putes, aut credas omnia fingi.*  
Sed regredior ad somnia, quæ loto corpore oblatisque victimis expiabant. Sil. Italic. lib. 8. Punico. n. 124.  
*Que dum abigo menti & sub lucem, ut visa secudent,  
Oro Calicolas, ac vivo purgor in auro.*  
Quis hic purgandi ritus in auro? mendosus est indubie versus, certe vivam aquam lustrationibus adhibitam, seu stuviatilem Persius & Juvenalibus supra docuerunt, & Virg. lib. 2. Æneid. v. 635. at nulli scriptori in expiationibus auri mentio, quod meminisse legisse, legendum est igitur:  
*Oro Calicolas, ac vivo purgor in auro.*  
Secundum hanc expiationem oneroctitæ seu conjectori sua somnia narrabant, atque huic officio plerumque vetula adiectæ, quæ in superstitionem proclives. Sext. Propert. lib. 2. eleg. 4.  
*Que mea non decies somnia versat anus?*  
Aut diis penaribus domesticisque narrabant. Idem lib. eod. eleg. 29. aut ut alii numerant 30.  
*Vadit & hinc castæ narratum somnia vestæ,  
Que sibi, queque mihi non noitura forent.*  
Sic enim hunc locum legit exponitque Hadrian. Turneb. l. 7. Adversarior. cap. ult. At in editione Horatii Tuscanellæ Bassileensi, & in MS. Codice Achillis Stati aliter, & fortasse non male, concipiebatur:  
*Vadit & in casta narratum somnia vestæ.*  
Nunc ad templorum ornamenta, somniis expositis, descendo. C. Sueton. Virell. cap. 5. quæ præconiis in donariis spectabantur, *avis, aut stantis, aut vasificæ.* Aurel. Cassiodor. l. 9. epigr. 15. *τῶν ἱερῶν κόσμος, ornamenta templorum* vocat Appian. lib. de bello Mithridat. pag. 201. *ornatus templi Apollinis.* Hegepsipp. Excid. Hierosolym. lib. 2. cap. 1. Flor. Tertull. Apologetici cap. 26. *Decem victimis, templum donis, gentem fœderibus honoratis.* Servii opinio displicet, qui ad libr. 3. Georg. v. 534. vult donaria esse loca, in quibus æcorum dona reponuntur: eademque repetit ad illud lib. 12. Æneid. *sanctariæ* Diis; non placet inquam, quum Justinianus Aug. definiat donaria, *ea quæ ad ministeria Dei dedicata sunt.* §. 8. *Instituta de rer. divisi.* & Theophilus vertit *δῶρα.* Græcis ἀναθήματα dicuntur generali nomine. Cebes Thebanus in Tabula, quod vocabulum, donarium reddidit Latine Hieron. Wolfius apud Suidam in voce ἀνάθημα. Alian. var. histor. lib. 2. cap. 20. anathemata autem hæc diis vota interpretatur Phalaris Agrigentinorum tyrannus, *τελποδας δελφικῆς καὶ τριπόδας χερσῶς καὶ ἄλλα πολλὰ πολυτελῆ χαριστήρια τῆς σωτηρίας.* Tripodas Delphicos, & coronas aureas, & alia multa ac pretiosa munera, pro actione gratiarum ob recuperatam salutem. epist. 84. Appianus Alexandrinus civil. bellor. lib. 4. pag. 626. Julius Pollux libr. 1. c. 1. onomast. num. 24. ἀνάθημα τοῦ μ

σας θαι, ἀναθήνας τις τὸν ναόν. Anathema facere, templo dedicare. Lucan. lib. 9. vers. 517.

Non illic Libyca posuerunt ditia gentes

Templa, nec Lois splendent donaria gemmis.

Coripp. lib. 4. n. 2.

posseque & limina comunt,

Et sua placandis neclunt donaria templis.  
Martian. Capella de Nuptiis Mercurii lib. 1. Prenitens speculum, quod inter donaria ejus adyti, Sophia defixerat, quo se renovens etiam vellet originem inquirere. Justino lib. 24. c. 6. n. 8. dicuntur munera de Delphico templo: Multa igitur ibi & opulenta regum populorumque visuntur munera, quaeque magnificentia sui, reddentium vota gratam voluntatem, & deorum responsa manifestant. M. Manilius Astronomic. lib. 5.

Hinc Augusta ritent sacrae munera templis

Aurea, Phaebeis certantia lumina templis.

Eadem & dona appellari solent. C. Plin. lib. 37. cap. 1. Sueton. Aug. c. 30. Stat. l. 1. Achilleid. v. 426. flammisque liquefunt dona Deum. Martial. l. 10. epigr. 28. cinguntur limina donis. Corippus Africanus lib. 4. n. 4.

Instituit pulchrum, solidavit robore templum,

Capite, perfecit, donisque ornavit, & auxit.

Et ibidem loci post:

Plurima votorum sacravit dona suorum,

Immensoque pium dixit munere templum.

Erant haec donaria velut argumenta castum praeiterorum; nam emeriti milites arma sua, qui naufragium evasisent, vestes in tabella depictas diis dedicare solebant. Horat. libr. 1. od. 5. Virg. libro 6. Aeneid.

casus effudit in auro.

Alb. Tibull. lib. 1. eleg. 3.

Nunc dea, nunc succurre mihi, nam posse mederi

Fixa docet templis multa tabella tuis.

Duces etiam defuncti arma diis, quos coluissent, suffigenda relinquebant. Parthenius ille moriturus apud Papinium lib. 9. Thebaid. in fine.

Hec autem primis tela infelicia castris

Ure, vel ingratae minus suspense Diana.

Et redces ab expeditione. Ovid. epist. 13. Laodamiz.

Et sua det reduci vir mens arma Jovi.

Tituli & elogia inscribebantur donariis istis. Idem lib. 5. fil. 2. v. 146.

Belligeris haec dona diis, haec tela dicavit,

Cernis adhuc titulos.

Unde votum Hectoris Ajacem interficere cupientis apud Homerum lib. 7. Iliad.

Τέχνη σολήσας, ἕισα ποτὶ Ἰάκω ἱρήν,

Καὶ κρητὰ ποτὶ νῶν Ἀπόλλωνος.

Arma adimens feram ad Ilium sacrum, & suspendam ad templum Apollinis. Unde Κρητὰσας τὸν ἄσπιδα, suspendere clypeum, bello jam confecto, proverbialiter essent apud Suidam, pro eo, quod est pacem agere. Suffigebantur autem non columnis modo & parietibus votiva haec tabulae, sed & tholis ipsis, seu fastigiis aedium sacrarum. Arnob. lib. 6. Multa templa quae tholis sunt aereis, & sublimibus clara fastigiis. Luctar. Placid. ad lib. 2. Thebaid. v. 724. Tholum est in media templi camera locus in quo votentium primitiis aut exuviae figebantur. Mart. lib. 1. epigr. 71.

Et Cybeles picto stae Corybantae tholus.

Virgil. lib. 9. Aeneid. v. 407. frequenter Statius l. 1. fil. 4. v. 33

Tamen accipit omnia

Exuvias Diana tholo captivaeque tela

Bellipotens.

Et lib. 2. Thebaid. in fine:

Has ego majorum pugnas, vulnusque tremendus

Magnanimam effingam regum, soganique superbis

Arma tholis.

Et lib. 7. Thebaid. v. 55.

Terrarum exuviae circum, & fastigia templi

Capta insignibant gentes.

Eadem de templo, ades de profana habitatione curiosus, quam par erat, docuerant Grammatici, sed utrumque esse falsum ostendit multifaria auctoritate eruditissimus Tiraquell. in Alexandrum Neapolitanum Genial. Dieb. quem non excusibo.

De aris pauca hic dicenda. Reliqua repete ex Reg. 1. supra. In sepulchris, aut certe prope sepulchra, erigebantur, doctissimus Hieronymus Magius in Miscellanis probavit: unde in Apotheosis illa mystica Caesaris sui persona Daphnidis Ecloga 6. apud Virgilium in:

en quattuor aras,

Ecce duo tibi Daphni, duoque altaria Phaebo

Et expressius lib. 3. Aeneid.

Stant manibus ara.

Et lib. 5.

Mastisque sacra vimus aras.

Andromache marito occiso lib. 3. eodem:

mansaque vocabat

Hellorum ad tumulum, viridi quem cespite inanem,

Et geminas, causam luctus, sacraverat aras.

In comædiis item acitandis ara in scenis erigebantur duae, sed eo discrimine, ut in comædia Apollini dextra ara esset vota, sinistra ei heroi deo, aut dea, cujus in honorem ludi celebrarentur, seu parentalia, aut funebria sacra: at in tragædia dextra ara erat Bacchi. Licet sciam Olympiodorum comædiæ etiam praesidem facere, cujus verba Fr. Lindenbruchius adfert. At contra stat Donatus in Andriam Terentii act. 4. sc. 3. Ex ara scilicet Apollinis, quem Δάριος Menander vocat, aut quod Apollini comædia dicata est, in cuius honorem aram constituebant comædiam celebrantes. Apollini ergo comædia, Liberopatri tragædia. Et ipse Terentius:

Ex ara hinc sume verbenas tibi.

Quia nempe ara Apollinis verbenae imponebantur, ara Liberi patris hederæ. Jul. Scaliger lib. 1. Poëtices cap. 2. 1.

Aras praetera privatas Laribus consecrabant, ut infra dicetur, sed & mari fluminibusque, quæ & humana colebant effigie, ut notum ex C. Plinio Juniore lib. 8. epist. 8. & aliis. Itaque aræ non minus iis, quam aliis diis votæ. Virgil. lib. 1. Aeneid. v. 112.

Tres notus abreptas in saxa latentia torquet,

Saxa vocant Itali, mediis qua in sulcibus aras,

Dorsum immane mari summo.

Et de fluminum aris locus est egregius D. Aufonii epist. 9. ad Paulinum:

Culpabam properos adverso flumine cursus,

Quis fuit ille dies? non annus longior ille est,

Attica quem docti collegit cura Metonis,

Desertus vasis solisque exerceo aris.

Ac si dicat discedente amico sibi nihil esse solatii, nisi ut deorum aris advolvatur, quas forte licet gramineas existimare, de quibus Turnebus lib. 11. c. 1.

Denique & aras summa cum veneratione dedicare consueville Romanos quis nescit? Adscribam aliquot veterum marmorum fragmenta: unum est Patonione.

Præposito. Jovi. S. Trib. coh. X. præ. cultor. numinis. ipsius.

proficiens. ad opprimendam. factionem. Gallicanam. jussu.

Principis. Sui. Aram. ipsam. posuit.

Alterum est in Bavaria, ut refert Wolfgangus Lazius Commentarior. Reip. Rom. lib. 6. cap. 1.

Nunc. R. &. Minerv. Sac. cen. coh. III. Brit. aram. &. Fl.

Felix. Præf. ex. voto. posuit. L. M. dedicavit. Kalend. Dec.

Geniano. &. Basso. cess.

Tertium Pitius viitur:

C. Urbins. juvennis. Vexil. coh. II. vigil. V. festi. Latini. Mil.

Anno. VI. Me. VIII. Dies. XVIII. in. ejus. tessera. optio

Vexillar. Vixit. Ann. XXVII. aram. cum. basi. sua. P. T.

## CAP. III.

*Qui Dii selecti sint, & de Jano.*

DUODECIM erant Dii Consentes, sive præcipui, quibus velut consiliariis Jupiter in maximis rebus agendis utebatur, & quorum imagines auratæ apud forum stabant, sex mares, & sex fœminæ. Quorum nomina Ennius hoc disticho complexus est:

*Janus, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,  
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

Præter hos alii octo adducuntur, qui cum Consentibus Selecti appellabantur, propter majores in mundo administrationes; vel quod populus magnis innotuissent, majorque illis cultus exhiberetur. Sunt autem Selecti Dii hi: *Janus, Jupiter, Saturnus, Genius, Mercurius, Apollo, Mars, Vulcanus, Neptunus, Sol, Orcus, Liber pater, Tellus, Ceres, Janus, Luna, Diana, Minerva, Venus, Vesta*, in quibus duodecim mares, octo fœminæ. De his ordine dicemus, initium capientes à *Jano*, qui & antiquissimus, & in omnibus sacrificiis primo loco nominatus fuit.

*Janus* ab eundo, quasi *Eanus* dictus, quod Januis præsideret, vel quod cælum & tempus semper iret, vel à *χαίειν* detracta aspiratione, quod fuerit omnium primus. Ab aliis *mundus*, ab aliis *annus*, ab aliis *Sol* esse putatur. Antiquissimus Latii Rex fuit, Cœli & Hecates filius. *Berosus, Q. Fabius Pictor, & Cato*: de quibus tamen auctoribus eruditi non sine causa dubitant, fere in eo consentiunt, *Ogygen*, qui & *Noha*, *Janum* fuisse appellatum, qui in Italiam venerit, & propter merita à posteris divinis honoribus cultus fuerit. *Joannes Goropius Becanus* in 4. libro Originum Antverpianarum, quem *Cronia* inscripsit, *Janum* eundem esse, qui in sacris Literis *Japhet* dicitur, filius *Nohæ*, contendit. Hic ergo, uti *Quintus Fabius Pictor* tradit, primus docuit Italos vinum & far ad sacrificia & religionem magis, quam ad esum & potum. Primus aras, & pomœria, & sacra docuit: & ob id illi in omni sacrificio perpetua præfatio præmittitur, farque illi ac vinum primo prælibatur. Ad pudorem & sanctimoniam domorum primus valvas, seras & claves excogitavit, & invenit, & ab eo dictæ *januæ*. Olympo regio Hetruriæ, fanoque sacro duodenis coloniis totidem pomœria, arasque sacraavit, & ad continentium recentes tum colonias in officio, virgas fascesque singulis singulas dedit. Unde ipse in manu virgam & clavem, subque pedibus bis fenas aras habebat. Hæc *Quintus Fabius Pictor*, nisi titulus libri mentitur. Idem etiam *Macrobius* lib. 1. Saturnal. cap. 9. ex *Xenone* & aliis habet: unde, quod simulachrum *Fani* fuerit, intelligi potest. Hoc tamen addam, quod *Macrobius* & *Plinius* memoriæ produnt, simulachrum ejus, quod in Capitolio fuit, ita formatum fuisse, ut in manu dextra trecentorum, & sinistra sexaginta quinque, sive, ut in *Plinii* exemplaribus legitur, quinquaginta quinque numerum tenuerit, ad demonstrandam anni dimensionem. Qua de re plura *Lilius Gyraldus*. Invenit etiam coronas, navigia, tumultuarios pontes: ac primus in Italia æreum nummum signavit; ut apud *Athenæum* lib. 15. Dipnos. *Dracon*. *Corcyreus* docet: Unde etiam in veteribus quibusdam nummis ab una parte *Janus bifrons*, ab altera *navis*, aut *prora*, aut *puppis* conspicitur: quanquam *Plutarchus* [qu. Rom. 22. vide etiam *Augusti*. lib. 7. de Civitate Dei cap. 8.] Quæstionibus Romanis, quæstione quadragesima prima, aliam hujus rei causam asserat.

Cognomina *Fani* varia fuerunt: dictus enim fuit *Janus Bifrons, Janus Geminus*, vel *Quadrifrons, Janus Pater, Janus Junonius, Consivius* & *Quirinus, Patulcius, Clausius*. Item in carminibus Saliorum DEUS DEORUM appellatur.

*Bifrontis* nomen unde acceperit, causæ asseruntur hæ: Quod genere Græcus ex Perrhæbia fuerit, ac profectus in Italiam, sedibus apud Barbaros positus, linguam vitæque rationem ibi mutarit; vel quod Italos feris utentes injustisque moribus, suadendo ad aliud vitæ genus traduxerit, atque agricultura & civili institutione composuerit. Alii hanc causam asserunt, quod fuerit prudentissimus, videritque procul ventura, & respexerit præterita. Alii, ut *Ovidius* & *Augustinus* ex *Varrone*, quod *Janus* sit mundus gemina facie, hac Ortum spectante, illac Occasum. *C. Bassus* apud *Macrobium* lib. 1. Saturnal. capite nono, dicit, *Janum Bifrontem* fingi quasi superum atque inferum Janitorem.

*Janus Geminus*, sive *Quadrifrons* fictus & appellatus fuit, quod universa climata majestate sua complecteretur. Idem *Bassus* apud *Macrobium*. Hujus sicut & *Bifrontis* simulachrum in nummis veteribus adhuc conspicitur tale: Ut in fronte lib. 2. videre est, notatum litera A. B.

*PATER* dicitur, quasi qui Deorum Deus sit.

*JUNONIUS*, quasi non solum mensis Januarii, sed mensium omnium ingressus teneat, quia in ditione *Junonis* sunt omnes *Calendæ*. Unde & *Varro* lib. 5. Rerum humanarum scribit, *Janus* duodecim aras pro totidem mensibus dedicatas.

*CONSIVIUS* dicitur à *conserendo*, id est, à propagine generis humani, quæ Jano auctore conseritur.

*QUIRINUS* quasi bellorum potens, ab *hasta*, quam Sabini *Curim* vocant.

PATULCIUS, & CLAUSIUS, vel CLUSIUS, quia bello valvæ ejus patent, pace clauduntur; vel ab aperiendi & claudendi vicissitudine, sicut *Ovid.* lib. 1. Fastorum scribit:

*Inde vocor Janus, cui cum Cereale Sacerdos  
Imponit libum farraque mista sale:  
Nomina ridebis, modo namque Patulcius idem,  
Et modo sacrificio Clusius ore vocor.  
Scilicet alterno voluit rudis illa vetustas  
Nomine diversas significare vices.*

CURIATII & SEPTIMIANI nomen unde habuerit, paulo post videbimus.

*Templa Fani tria fuerunt, ades una.*

Primum Fani templum à Romulo conditum fuit, pace inter ipsum & T. Tatium facta, quemadmodum testatur ex Varrone *Augustinus*: in quo signum fuit Fani Bifrontis, ut significaretur duos populos colisse in unum. Hoc templum Numa instituit pacis tempore claudi, bello vero ingruente aperiri; unde à nonnullis ab ipso Numa templum conditum scribitur. Causæ autem hujus instituti à diversis variæ referuntur. Alii dicunt, Romulo contra Sabinos pugnante, cum in eo esset, ut vinceretur, validam aquam ex eodem loco erupisse, quæ fugarit exercitum Sabinorum. Hinc tractum morem, ut pugnaturi aperirent templum, quod in eo loco fuerat constitutum, quasi ad spem auxilii pristini. Quam rationem etiam *Macrobius* explicat aliquanto pluribus verbis. Alii dicunt Tatium & Romulum facto jam fœdere hoc templum ædificasse: unde & Fanus ipse duas facies habet, quasi ut ostendat duorum Regum coitionem; vel quod ad bellum ituri debeant de pace cogitare. Est & alia melior ratio, quod ad prælium ituri optent reversionem. De hoc templo *Virgil.* loquitur his versibus:

*Sunt gemina belli porta (sic nomine dicunt)  
Religione sacra, & sevi formidine Martis:  
Centum aræ claudunt vestes, aternaque ferri  
Robora, nec custos abstulit limine Janus.  
Has, ubi certa sedet patribus sententia pugna,  
Ipse, Quirinali trabea cinctusque Gabino  
Insignis, referat stridentia limina Consul, &c.*

Ex quibus intelligitur, solempni more templum illud clausum & apertum fuisse. Cæterum & hoc non est prætereundum, à Numa regno ad Augustum ter tantum clausum fuisse, ab ipso scilicet Numa. Deinde à T. Manlio Torquato Consule, post primum bellum Punicum, anno ab urbe condita 1011. Tertio post confectum bellum Attiacum ab ipso Augusto, teste *Livio*, & aliis rerum Romanarum Scriptoribus fere omnibus.

Alterum templum Fani Quadrifrontis, amplissimum quatuor portarum in foro Romano fuit, ab Augusto dedicatum. Fanus ipse, qui in eo colebatur, Quadrifrons, ex Faliscis Tusciæ civitate captis in forum transitorium Romam translatus erat. Auctor *Servius*. Hujus templi icon in veteri lapide adhuc videtur talis. AB. vide Fig.

Tertium templum Fani ad forum olitorium, à Duillio, post primum bellum Punicum conditum, longo tempore post à Tiberio restauratum est. *Tacit.* lib. 2. Annal.

Ædes JANI CURIATII ab *Horatio* extructa fuit, in memoriam *Curiatii*, quem ipse in nobili illa trigeminorum pugna interfecerat, de qua multi scribunt. *Festus* hujus ædis meminit in voce *Sororium tigillum*.

JANUS SEPTIMIANUS, ut ego arbitror, ædificium fuit pervium, à *Septimio Severo* fortasse extructum, unde nomen habet.

Jani in plurali numero dicuntur ædificia quadriformia, & pervia, sive stata illa, & lapidea, sive ex materia pro tempore excitata, cujusmodi multi in urbe fuerunt, teste *P. Victore*, cujus hæc sunt verba: Fani Quadrifrontes per omnes regiones marmoribus incrustati, & adornati insigniis militaribus, & signis. Duo præcipui ad arcum Fabianum, superior inferiorque, ubi argentarii ac numularii artem suam exercebant, quo sæpe alludit *Horat.* Vide *Acrone* & *Porphyrionem* in *Horatium*, & *Joannem Brodeum* l. 2. *Miscellaneorum*, c. 19.

#### AD CAP. III. PARALIPOMENA.

##### De duodecim diis, & Jano.

**M.** Terentius Vatro lib. 1. Rei Rust. cap. 1. Et quoniam, ut ajunt, dii facientes adjuvant, prius invocabo eos; nec, ut *Homerus* & *Ennius* Musas, sed duodecim deos Consentes. Neque tamen eos urbanos, quorum imagines ad forum aurate stant, sex mares & totidem feminas, sed illos duodecim deos, qui maxime agriculturarum duces sunt. Eadem pene *D. Augustinus* l. 4. de Civit. Dei c. 23. *Martianus Capella* lib. 1. de Nupt. Metc. & *Philolog.* Tunc etiam ut inter alios potissimi vo-

gantur ipsius collega Jovis qui hissenti cum eodem tonante numerantur, quosque distributione complectitur *Ennianum*.

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jupiter, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Item ex his septem residui, qui inter duodecim non vocantur. Ubi observo sine adjectione, hos deos ab illo, duodecim, simpliciter dici: & quod cum alii omnes habeant *Mercurius*, *Jovis*, *Neptunus*, ille non, *Jovis*, sed *Jupiter* legit; male meo judicio: antiquus quippe non *Jupiter*, in nominativo, sed *Jovis* dicebatur. *T. Liv.* 1. Dec. l. 1. *Jovis Feretri*, inquit, hæc tibi victor *Romulus*, rex regia arma fero. Pro quo nonnulli imperiti substituerunt ineptissime, *Jupiter Feretri*, neque temere alias loquitur *C. Julius*

lius Hyginus Fab. c. 31. Jovis inter eos fulmen misit. Cap. 152. Jovis fulmine ardenti pectus ejus percussit. Cap. 176. Ad Lycæonem Pelasgi filium Jovis in hospitium venisse dicitur. Cap. 179. Jovis cum Semele voluit concumbere. Cap. 195. Jovis, Neptunus, Mercurius in Thraciana ad Bysentem regem in hospitium venerunt. Cap. 271. Ganymedes Erychthonii filius, quem Jovis amavit. In quibus omnibus libris in antiqua editione, in ora libri, Jupiter, cum asterisco scriptum erat, tanquam indicina parum sana sententia, sed vel ab imperio librario, vel à sciolo aliquo: quod & posterior editio Lugdunensis recepit. Est & locus Claudiani apud D. August. de Civit. Dei lib. 5. cap. 26. Sed indubie neque Claudiani, neque à D. Aug. sic scriptus,

O nimium dilecte Deo, cui sumdit ab astris  
Se Jovis armatus, vehemens cui militat aether,  
Et conjurati veniunt ad classica venti.

Ita tamen legit Joann. Cuspinian. Commentario in Fastos Consulares Cassiodori pag. 521. Atque ita habebatur in editione Basileensi 1490: Joannis Amerbacensis, quod & agnoscunt Thomas Valois & Nicolaus Trineth scholasticæ. Cum tamen & Paulus Orosius lib. 7. histor. c. 35. Et Abbas Urspergens. in Chronico pag. 122. Et Paulus Diaconus lib. 13. histor. Miscellæ, unanimes cum D. August. consensu, ut est in vulgata Ludovici Vivis editione, legant:

O nimium dilecte Deo, cui militat aether,  
Et conjurati veniunt ad classica venti.

Et puto patres illos noluisse *Aeolum* nominare, ne Christiana pietati offerent, quam nihilominus in omnibus editionibus constanter legatur, etiam in editione Venetiana 1495. Thadæi Ugolini:

O nimium dilecte Deo, cui sumdit ab astris  
Æolus armatus hyemes, cui militat aether,  
Et conjurati veniunt ad classica venti.

De his duodecim diis puto etiam posse C. Suetonium intelligi in Augusto c. 70. Cuiusque ejus secreta in fabulis fuit, que vulgo *doctæ* deos vocabatur, in qua deorum deorumque habitu discubuisse convivas, & ipsum pro Apolline ornatam, non Antoni modo epistole, singularum nomina amarissime enumerantis exprobrant, sed & sine auctore notissimi versus:

Cum primum isorum conduxit mensa choragum,  
Sexque deos eicit Mallia, sexque deas.  
Impia dum Casar Phœbi mendacia ludit,  
Dum nova divorum canat adulteria.

M. Plaut. in Epidico Sc. male n. 5.  
Si undecim deos prater sese secum adducat Jupiter,  
Ita non omnes ex cruciatu poterunt eximere Epidicium.  
Dionysius Lambin. ad ejsdem Plauti Casinam sc. naa, ex Cicerone ostendit eosdem hos deos, Consentes Varroni dictos, aliis selectos, majorum gentium etiam vocari. P. Ovid. lib. 6. Metamorphos. Fab. I. in tela Palladis:  
Bis sex caelestes medio Jove sedibus altis  
Augusta gravitate sedent, sua quemque deorum  
Inscribit sacies.

PARALIPOMENA.

De Jano, statua, & templo ejus.

De Jano merito ante alios deos agetur, quod in omnium deorum sacrificiis precationis principium à Jano duceretur. Arnob. lib. 3. contra gentes: Atque ita per vos Dei nomen eraditur, quem in cunctis antepositis precibus & viam vobis pandere deorum ad auditum credidit. Xenon l. 1. Rer. Italic. tradit Janum in Italia primum diis templa fecisse, & ritus instituisse sacrorum, ideo eum in sacrificiis præstationem meruisse perpetuam. Refert Aurel. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 9. & pene paria prodit Q. Fabius Pictor lib. 1. de Aureo saculo. Vianum & sar primus illos docuit Janus, ad sacrificia & religionem verius quam ad esum, primus enim aras, & pomaria, & sacra docuit, & ob id ei in omni sacrificio prælatio præmittitur, siveque illi ac civium primo præstatur. M. Tull. lib. 2. de Nat. Deot. Cumque in omni-

bus rebus vim haberent maximam prima & extrema, principem in sacrificando Janum esse voluerunt, quod ab enado nomen est ductum, ex quo transitiones pervia, Jani foreque in liminibus profanarum adium, Janua nominantur. Fest. Pomp. lib. 3. in voce chaos: unde Janus detracta aspiratione nominatur, ideo, quod fuerit omnium primus, cui primo supplicabant, velut Parenti, & à quo rerum omnium factum putabunt initium. A quibus omnibus scriptoribus diversa traditur ratio, cur Jano primitiæ veluti omnium sacrorum offerrentur, quum constet, saltem Romana consuetudine, id semper observatum, quod non modo citati auctores confirmant, sed & poëta. M. Martial. l. 8. epigr. 8.

Principium des, Jane, licet velocibus amnis,  
Et revoces vultu sacula longa tuo:  
Te primum pia thura rogent, te voce salunt,  
Purpura te felix, te colat omnis honor.

In tertio versu MS. codex præferebat, te vota saluent, ut & in secundo versu legitur:

Et renoves vultu sacula longa tuo.  
Recte, meo judicio, quia antea dixerat, principium des licet.  
Idem lib. 10. epigr. 28. ad Janum:  
Annorum nidiq; sator pulcherrime mundi,  
Publica quem primum vota precisque canunt.

Arnobio nuper superius laudato consonat Ovidius l. 1. Fastor.

Cur, quamvis aliorum numina placem,  
Jane tibi primum thura merumque fero?  
Ut possis aditum per me, qui limina serco,  
Ad quosunque voles, inquit, habere deos.

Ubi fuadeo, tyrones Fabium Pictorem *far & vianum* tantum nominasse, quum poëta etiam *thuris* faciant mentionem Jano oblatis, quod vel de suo saculo dictum existimes, vel licentia poëtica confictum. Certum enim est *Illicis* temporibus *thura non supplicatum*, ut loquitur C. Plin. lib. 13. c. 1. Homerus ob id nunquam *thuris* in operibus suis mentionem ullam habet, quum tamen religiones antiquas & caeremonias diligentissime frequenter & ritus sacrorum describat, argumento liquido ne proprium quidem *thuri* esse apud veteres Græcos nomen. *Duro* enim non tam *thus* est, quam *quilibet suffitus*: neque *δεδυδιζαγε*, ut ab aliis vocatur, à *Libano* pueri in id mutato, antiquitatem loquitur, *Lidor*. lib. 17. cap. 8. & *licer sciam* B. Brissonium libro eleganti, de nuptiarum ritu, multa in hanc rem observasse, apponam tamen locum Arnobii è lib. 7. contra gentes: *Percauit amor de thure, nade aut quo tempore nusse illud, aut sive poteritis, ut merito existimetis aut esse diis adandum, aut eorum acceptissimum voluntati: novella enim propemodum res est, neque annorum inexplacabilis series, ex quo ejus notitia profuerit in has partes, & delubris meritis interesse divinis: neque enim temporibus, quemadmodum creditur & perhibetur, heroicis, quidnam esset ritus scitum est, scriptoribus ut comprobatur à prisicis, quorum in libris posita ulla ejus mentio reperitur, neque genitrix & mater superstitionis Hetruria opinionem ejus novit aut famam, sacellorum ut indicant ritus, neque quadringentis annis, quibus Albana res viguit, in usum cuiquam venit, sacra res cum seret, neque ipse Romulus, aut religionibus artifex in communiendis Numæ, aut esse scivit, aut nasci. Sed ad Janum revertor:*

Fuit primus omnium deorum, ideoque peculiari cognomento pater dictus est Janus, quod venerationem cultumque notat, & est omnibus omnino diis conveniens appellatio. Serv. Honorat. ad lib. 2. Georg. in principio, & *in sensu* jusque proprium. Idem Serv. ad lib. 3. Æneid. ibi:

Da pater angurium.  
Sed & Janus privato, ut dixi, nomine patris honoratur. Lactantius Firmianus l. 4. divina. Instit. cap. 3. Itaque & Jupiter à precantibus pater vocatur, & Saturnus, & Janus, & Liber, & ceteri deinceps, quod Lucilius in deorum consilio irridet.

Ut nemo sit nostrum, quin aut pater optimus divum  
Ut Neptunus pater, Liber, Saturnus pater, Mars,  
Janus, Quirians, pater nomen dicatur ad nunt.  
L. Seneca in Apococynthosi, seu Apotheosi Claudiana: *Illo amisso primus interrogatur sententiam Janus pater, is multa dicit, quod in foro vicat, dixit: Septimius antiquus poëta apud.*

Terentianum Maurum lib. de Metris; quod fragmentum propter elegantiam adscribam:

*Jane pater, Jane tuens, dize biceps, biformis,  
O care rerum sator, ð principium dcorum,  
Stridula cui limina, cui cardinei tumultus,  
Cui referata mugunt aurea claustra mundi.*

Jun. Juvenal. sat. 6. v. 394.

*Respondes his Jane pater.*

Virgil. lib. 8. Æncid.

*Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit arcem.*

T. Liv. 1. Decad. lib. 3. *Jane pater, Jupiter, Mars, audite vota.* C. Plin. lib. 36. nat. hist. c. 5. Item Janus pater in suo templo dicitur. Martial. lib. 8. epigr. 2.

*Promisit Pylliam quater senectam,  
Addas Jane tuam pater rogamus.*

Aut melius in MS.

*Addas, Jane pater, tuam, rogamus,*

Et lib. 10. epigr. 28. ad Janum:

*At tu, sancte pater, tanto pro munere gratius,  
Ferreæ perpetua claustra tuere sera.*

Q. Horat. lib. 1. epist. 16.

*Jane pater, clare, clare cum dixit Apollo,  
Labra movet.*

In foro habitare dixit Janum superior Seneca, quod ad statuas ei in foro Romano erectas refert P. Victor in 8. Reg. urbis. *Jani duo, celebris, inquit, Mercatorum locus.* At quippiam diversum T. Livius l. 1. in fine 5. Decad. *Forum porticibus tabernisque claudendum, tres Janos faciendos.* Horat. lib. 2. sat. 3.

————— *postquam omnis res mea Janum*

*Ad medium fracta est.*

Helenius Acron interpretis vetus. *Jani statue tres erant, ad unam illarum solebant concurrere creditores, & saneratores, alii ad reddendum, alii ad locandum scæuus.* Porphyrio eisdem etiam poetæ Scholiastes, omnes ad Janum stabant in basilica saneratores. Unde discimus non sub dno has Jani statuas omnes in foro stetitisse, sed aliquam earum sub rectis, five in basilica; quum ramen ille in basilica Jani statuas fuisse dicit, ad nos Janos ante basilicam Pauli stetitisse, ibique locum fuisse saneratorum scribit Acron ad illud Horatii lib. 1. epist. 1.

————— *hæc Janus summus ab imo*

*Perdoct.*

Et de his statuis intelligendum censeo M. Ciceronem Orat. Antoniana 6. *Janus medius in Antonii clientela sit?* & lib. 2. de Offic. in fin. *à quibusdam viris optimis ad medium Janum sedentibus.* Hæc forte est illa Jani itatus, quæ medius Janus Ciceroni, summus aut imus Horatio dicitur, cujus mentio C. Plinio l. 34. nat. hist. c. 7. in hæc verba: *præterea Janus Geminus à Numa rege dicitur, qui pacis bellique argumento colitur, digitis ita figuratis, ut trecentorum quinquaginta quinque dierum nota per significationem anni, temporis, & ævisse Deum indicaret.* Sed quantum hæc per digitos numerandi ratio multis quidem ea prodita, sed à nullo doctius aut curiosius, quam à Petro Colvio, & Joanne Savarone & Andrea Tiraquello, Lilius Gyrard. Ferraricenf. Dialogo 2. Fab. Quintil. lib. 11. c. 3. alii ergo digitis complicatis numeri, alii conscriptis significabantur. Martian. Capella lib. 2. in principio. *In digitos calculumque distribuit.* & lib. 7. *digitum vero virginis recensantes, & quadam incomprehensa scaturiginis mobilitate verniculati, quæ mox ingressa, septingentos ac decem & septem numeros, complicatis in eos digitis, Jovem salubundam surrexit.* Ille de complicatis inter numerandum digitis hæc eleganter, de conscriptis Sidon. Apollinar. lib. 9. epist. 9. *Chrypsus digitis propter numerorum indicia conscriptis, Euclides propter mensuratum spatia laxatis.* Q. Florens Tertull. Apol. cap. 19. *cum digitorum supputatoris gesticulis assidendum est.* C. Plin. Jun. lib. 2. epist. 20. n. 3. *composit vultum, intendit oculos, movet labra, agit digitos, nihil computat.* D. August. de Civit. Dei lib. 18. cap. 53. *omnium vero de hac re calculantium digitos resolvit & quiescere jubet.* L. Seneca epist. 88. *numerare docet me Arithmetica, avaritiam accommodare digitos.* Quo sensu interpretandi poetæ; Ovid. lib. 1. Fast.

*Sen quia tot digitos, per quos numerare soleamus.*

M. Plaut. Milite act. 2. sc. 2.

*Ecce autem avortit nixus lava, in femore habet maxam.*

*Dextera digitis rationem computat, feriens femur.*

Sed quo res clarior fiat, audiendus L. Apulejus lib. 2. Apologia. *Si triginta annos pro decem dixisses, posses videri pro computationis gestu errasse, quos circularæ debueris, digitos aperuisse, quum vero quadraginta, quæ facilius cæteris porrecta palma significantur, eâ quadraginta tu dimidio angus, non potes digitorum gestu errasse, nisi forte triginta annorum Pendentiam vatus, binos cuiusque anni consules numerasti. Nec minus lucis adferet huic difficultati tenebrosæ locus D. Hieron. lib. 1. in Jovinian. in principio. *triginta referuntur ad nuptias, nam & ipsa digitorum conjunctio, quasi molli osculo se complexus ac fœderans, maritum pingit & conjugem, sexaginta vero ad viduas, eo quod in angustia & tribulatione sumi posita, inde & superiori digito comprimuntur, quantoque major est difficultas expertæ quondam voluptatis illecebris abstinere, tanto majus est præmium.* Porro centesimus numerus de sinistra transferitur ad dextram, & iisdem quibus digitis, sed non eadem mane, quibus in lava nuptia & vidua, circulum faciens virginittatis exprimit coronam. Expressius tamen de his proditum est à venerabili Beda, quem tam multi transcripserunt, eius decem millia significare volebant, medio pectori levam supinam admovebant, digitis ad collum erectis, cum viginti millia, eandem expansam pectori apponebant, cum triginta millia, eandem manu prona, & tamen erecta, pollicem ac cartilagineum medii pectoris affigebant, cum quadraginta millia, eandem in umbilico erectam supinabant, cum quinquaginta millia, ejusdem prona & erecta pollicem umbilico applicabant, cum sexaginta millia, eadem prona femur levam comprehendebant, cum septuaginta millia, eandem supinam femori item levam imponebant, cum octuaginta millia, eandem pronam femori admovebant. Atque hæc quidem ratio magnos numeros exprimit. Minores sic denotantur, eodem Beda auctore, cum dicitur unum, minimum in lava digitorum inflectens in medium palmae figes, cum duo, secundum à minimo flexum ibidem impones, cum tria, tertium similiter inflectes, cum quatuor, eundem minimum levabis, cum quinque, secundum à minimo similiter eriges, cum sex, tertium elevabis, medio in medium palmae defixo, cum septem, minimum super palmae radicem, cæteris levatis impones, cum octo, medium, cum novem, impudicum è regione compones, cum decem, mugnem in indicis in medio pollicis ortu figes, cum viginti, summitatem impudicæ inter nodos indicis & pollicis arte figes, cum triginta, unguem indicis & pollicis blande conjunges, cum quadraginta, interiora pollicis lateri applicabis, cum quinquaginta, pollicem ad palmum inclinabis.*

Celebre refertur Orontis Artaxerxis regis generi dejecti, & honore spoliati dictum, principum amicos videri similes computantium digitis, nam ἀριθμητικῶν δακτύλων ὄν μὲν μυριάδας, ὄν δὲ μονάδα τριῶν δὲ τριῶν, Arithmeticonum digitis, qui modo decem millia, modo unitatem representant, ita regum amicos aliquando summo, mox infimo haberi loco. Plutarch. in Apophthegmat. ex Cæl. Rhodigin. Antiquar. lect. lib. 2. 3. cap. 11. & Valerian. Pier. Hieroglyphic. lib. 37. Huc facit & illud nescio cujus poetæ:

*Utile sollicitis computat articulis.*

In re tam obscura involutaque illud tamen certum indubitatumque reperitur, usque ad centum dextra solitos numerare, exinde sinistra. Licet Suidas dicat in Jani statu. *memor atam in manu dextra notam CCC. in sinistra LXXV. fuisse.* Unde recte Nicarchus vetus poetæ in Antholog. lib. 2. cap. 9. epigr. 5. & Brodus:

*Ἡ φάος ἀριθμῶσ' ἔλαδος πλῆον, ἢ χερὶ λαίῃ  
Γῆρας ἀριθμῶσθαι δούτερον ἀξέμαχον.*

*Quæ sacra vidit cervo plura, quæ manu sinistra senium numero iterum inepit.* D. Juvenal. sat. 10. v. 246.

*Rex Pyllus, magno si quicquam credis Homero,*

*Exemplum vitæ fuit à cornice secunda.*

*Felix nimirum, qui tot per sacula mortem*

*Disulit, atque suos jam dextra computat annos.*

Quid atinet dicere, quod est vulgatissimum, Jani templum pa-

æ per universum orbem parta claudi solere, indicto bello turis aperiri, quod is Deus belli pacisque arbiter haberetur. L. Florus Epitomaftes ex lib. 4. Livii. Servius Honoratus ad illud lib. 1. Æneid.

*Aspera tum postis mitefecit sæcula bellis.*

Claudian. de 6. Honorii consul.

- - - Perpetuisque immoto cardine clausit

Janus bella premens, lata sub imagine pugnae

Armorum innocuos pati largitur honores.

Idem de summa sub Scilichone felicitate lib. 2. de ejus laudibus:

- - - Nullus Boreæ metus, omnis & Austris

Ora silet, cecidit Maurus, Germania cessit,

Et Janum pax alta ligat.

Semel ergo Numa clausit, item Lucatius Catulus isto scedere cum Pœnis coff. M. Attilio, T. Manlio. Paulus Orosius l. 4. c. 10. L. Flor. histor. Rom. lib. 2. cap. 3. tertio ab Augusto, confectis bellis civilibus, narrat Dio Coccejan. lib. 51. in actis anni 725. Freculph. Tom. 1. Claron. lib. 7. cap. 16. Ab Oriente in Occidentem, à Septentrione in Meridiem, ac per totum Oceani circum, cunctis gentibus una pace compositis, Jani portas tertio Augustus tunc clausit, quas ex eo per duodecim ferme annos, quietissimo semper oberatas otio, ipsa etiam rutigo consignavit: nec prius unquam, nisi sub extrema senectute Augusti pulsata Athenicisum seditione, & Draconum commotione patuerunt. Lege Draconum commotione, quorum illo seculo mota arma præter historicos Maro lib. 2. Georg.

*Aut conjurato descendens Dacus ab Istro.*

Oto Frisingensis lib. 3. cap. 3. Chronic. Vell. Patercul. lib. 2. histor. cap. 38. Tertio Augusto principe certa pacis argumentum Janus Geminus clausus dedit. C. Sueton. in Augusto cap. 22. Benenutius de Rambaldis libro Augustali: Reliquum solus cum magna pace & tranquillitate orbis, clauso templo Jani egit. Horat. lib. 4. od. ult.

Janum Quirina clausit.

Et lib. 2. epist. 1.

- - - totum confecta duella per orbem,

*Claustraque exsodem pacis roborentia Janum.*

Templum istud duas fores habebat, uti & ipsi Jani statua biformis, seu duas habens facies. Blondus Lib. 1. de Roma triumphante, seu quod per Janum mundum significarent, cujus due præcipue partes Oriens & Occidens, sive quod in bellum proficiscens de reditu, aut reducendo exercitum salvo cogitare debet. Aluilius Valer. Flacc. lib. 5. Argonaut.

- - - Aut sanguinei magna ostia belli.

P. Virgil. lib. 7. Æneid.

Sunt gemina belli porta.

Statius Papinius lib. 5. Thebaid. v. 145.

Lunatumque putes agmen descendere, ubi armæ

Indulget pater, & saxi movet ostia belli.

Hic consules Romani inaugurabantur, qui ob id dicuntur

annum aperire. Ulpian. 1C. l. 20. ff. de petition. hered. Sidon.

Apollin. carm. 2.

Annun pande novum consul vetus.

Claudian. lib. 2. in Eutrop.

- - - & insanum geminao proclamat ab axe,

Eunuchumque vetat fasces accedere Janus.

Ob id laurea nova singulari Calendis Januariis pro veteri statuz ipsius imponebatur. Licet olim id non in Januario, sed Calendis Martiis solitum, ut liquet ex narratione Aurelii Macrobii lib. 1. Saturnal. cap. 12. quod mutare veteribus virides laureas dixit Julius Solinus Polyhist. cap. 3. Ovidius lib. 3. Faistor.

Laurea flaminibus, que toto perstitit anno,

Tollitur, & frondes sunt in honore novæ.

D. Aufon. in Casarib.

Ter dominante Tito clausit nova laurea Janum.

Sidon. Apollinar. Carm. 2. in principio:

- - - Inque d cui laurea Janæ

Annua debetur, veliga torpore soluto

Quarvis fronde comas, subita nec luce pavefcat

Principis.

Idem Carm. 7. in principio:

- - - Jam necte bifrontes:

Anceps, Janæ, comas duplicique acingere laurus.

## CAP. IV.

## De Saturno &amp; Rhea, Ope matre Deum, Dea Cybele.

Saturnus dicitur, quod saturetur annis; vel à saturandò propter annonæ erogationem; vel à satu, quod stercorationi & agriculturæ præsit; vel παρὰ τὴν σάβην, quod membrum virile significat; propter generationem scil. Joseph. Scaliger [in Varronem de Ling. Lat.] scribit, Saturnum Thuscum esse nomen, & Syriaca lingua significare latentem: unde Latini, vocabulum quasi interpretantes, eum vocarint Latium. Hic Cœli & Hecates filius fuisse, ac cursum conversionemque spatorum ac temporum continere fingitur: unde etiam ex se natos comedit, quia consumit ætas temporum spatia, annisque præteritis infaturabiliter expletur. In lib. de Æquivocis, qui Xenophontem auctorem præ se fert, scriptum est, Saturnos dici familiarum Nobilium & Regum, qui urbes condiderunt, fenissimos. Igitur non unicus Saturnus fuit, sed plures. Quod vero ad Saturnum attinet, quem Itali, & post Romani coluerunt; fuit is unus ex filiis, aut posteritate Nobæ, quem Berofus passim Sabatium & Sagam appellat. Is Jovis Beli insidiis petitus in Italiam ad Janum patrem fugit, a quo humaniter acceptus, & portione aliqua agri donatus est, uti etiam in fragmentis Q. Fab. Pistoris, M. Porcii Catonis. & Dionys. Halicar. dicitur. Cum igitur justus esset, & religionibus deditus, agriculturam etiam Aborigines doceret, ab iis in Deorum numerum est relatus, & religiosissime cultus. Macrobi. id ab ipso Jano factum fuisse dicit, lib. 1. Satur. c. 7.

Justinus lib. 43. ex Trogo Pomp. scribit eum Aboriginum Regem fuisse tantæ justitiæ, ut neque servierit sub illo quisquam, neque quicquam privatæ rei habuerit, sed omnia communia & indivisa omnibus fuerint, veluti unum cunctis patrimonium esset. Joan. Gorop. Becanus eundem Nobam esse multis verbis demonstrat, quem legere potes. Simulachrum Saturni tale fuit: Pingebatur homo fenitus, canus, proluxa barba, curvus, tristis & pallidus, tecto capite, colore glauco, qui manu dextra falcem tenebat, & in eadem serpentis portabat imaginem, qui caudam propriam dentibus commordebat. Manu sinistra filium parvulum ad os applicabat, & eum devorare videbatur. Cujus simulachri mythologia, tum ab aliis, tum à Macrobio proluxè explicatur. Appellatus etiam Sterculius, sive Sterculinus fuit, de quo.

quo post dicemus. In descriptione xiv. reg. Urbis quam l. 1. inferuimus, trium ædium sacrarum Saturni mentio fit, duarum ararum, unius aræ, luci & sacrarum. Primus ædem ei Romæ vovit & extruxit *T. Tatius* Sabinorum Rex in Capitolino monte, *Dionysio*, *Varrone* & *Augustino* testibus.

*Saturni* & *Ops* templum *Tull. Hostilium* eo tempore, quo cum Sabinis bellum gerebat, vovisse, *Dionys.* l. 3. testatur. Et *Macrob.* [lib. 1. *Satur. cap. 8.*] scribit invenire se *Tull. Hostilium* cum bis de Albanis triumphasset, de Sabinis tertio, fanum Saturno ex voto consecrasset, & tunc primum *Saturnalia* Romæ esse instituta. Alia ædes *Saturni* fuit in Clivo Capitolino, incertum à quo condita. *Livius* scribit, anno cclvi. A *Sempr. Atratino*, *M. Minutio* Coss. templum *Saturni* dedicatum. Id quod & *Dionys.* *Halicar.* testatur his verbis: *His Coss. ferunt templum Saturno dedicatum in Clivo Capitolino, quæ foro ascenditur, & ferias publicas decretas in sacrificio anniversario. Aram vero, quæ ibi antea fuerat, sacratam ab Hercule, ubi Græco ritu ab illo tradito adolebantur victime.* Id templum quidam scribunt locatum à *T. Largio* superioris anni Coss. quidam à *Tarquin. Superbo*, dedicatum vero ex S. C. à *Post. Cominio*. *Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 8.* ex *Varrone* notat *L. Tarq.* Regem eam ædem faciendam locasse, *T. vero Largium* Dictatorem *Saturnalibus* dedicasse. Hanc ædem ærarium fecit *P. Valer. Poplicola*, si *Plutarcho* in *Poplicola* credimus. Cujus rei causæ referuntur hæc: quod *Saturno* regnante nullum fuerit commissum furtum, aut quod sub illo nihil fuerit cujusquam privatum. Ideo institutum, ut apud eum locaretur populi pecunia communis, sub quo cunctis fuissent univèrsa communia. *Macrob. Plutarch. in quæst. Rom. q. 42.* addit alias duas rationes, quarum prior est, quod *Saturnus* fructibus & agriculturæ præesse creditus sit. Cum autem ex frugum ubertate & venditione, pecuniæ nascatur copia, fecisse ipsum *Saturnum* pecuniæ auctorem, custodemque. Altera est, quod locus ille munitus, conspicuus & ab insidiis tutus fuerit. Ad hanc ædem legati undecunque Romam missi accedebant, ibique nomina sua Præfectis ærarii dabant; quod eo fiebat, quia *Saturnus* cum peregrinus fuerit, etiam hospitibus gauderet: vel quod hospites, antiquitus munerà à Quæstoribus ærarii acceperint: unde etiam postea sublato sumptu, tamen ærarii præfectos adierint. In hac æde contractuum monumenta, acta quæ susceptis liberis parentes faciebant, & omnium civium Roman. nomina in Elephantinis libris descripta adservabantur & custodiebantur. Illud etiam *Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 8.* annotat, fastigio hujus ædis *Tritonas* cum buccinis superpositos, quo significetur, à *Saturni* commemoratione ad nostram ætatem historiam elatam, & vocalem esse, cum ante eum muta & obscura & incognita fuerit: id quod testantur caudæ *Tritonum* humi mersæ & absconditæ. Meminit etiam ædis *Saturni*, à *Munacio Planco* extructæ, *Suetonius*: quæ tamen ex veteribus aliqua fuerit ab ipso resecta, vel profusa nova, alia à prioribus haud certum est. *Saturni* uxor *Rhea* fuit, de qua etiam nonnulla dicemus: reliqua quæ ad *Saturni* cultum, & ferias in honorem ejus institutas pertinent, alibi explicabuntur.

#### R H E A , O P S , T E L L U S .

*Saturno* additur *Tellus*, de qua ita scribit *Augustin.* [lib. 7. de *Civitate Dei, cap. 23.*] *Varro* in lib. de Diis Select. tres esse affirmat animæ gradus in omni univèrsaque natura. *Unum*, qui omnes partes corporis quæ vivunt transit, & non habent sensum, sed tantum ad vivendum, valetudinem. Hanc vim in nostro corpore permanere dicit in ossa, ungues, capillos: sicut in mundo arbores sine sensu aluntur, & crescunt, & modo quodam suo vivunt. *Secundum* gradum animæ dicit, in quo sensus est. Hanc vim pervenire in oculos, aures, nares, os, tactum. *Tertium* gradum animæ esse summum, qui vocatur animus, in quo intelligentia præeminet; hoc, præter hominem, omnes carere mortales: in qua, quoniam homines videntur Deo similes, hanc partem animæ mundi dicit *Deum*, in nobis autem *Genium* vocari. Sic ergo in anima mundi tres gradus instituens, unam partem ejus lapides esse dicit, ac ligna, & hanc terram, quam videmus, quo non permanat sensus. Aliam vero, quam *sensum* vocat ejus, ut *atber.* Tertiam porro, quam & animam ejus nuncupat, quæ scilicet pervenit in astra: eam quoque asserit facere Deos, & per eam quando in terram permanat, *Deam Tellurem*: quod autem inde permanat in mare, atque Oceanum, *Deum* esse *Neptunum*. Hæc illi.

Est igitur *Tellus* nihil aliud, quam vis, & quidem ut ibidem à *Varrone* dicitur, *farmina*, quæ semina recipit aut nutrit. Vim autem masculinam, quæ semina producit, *Tellumonem* dixerunt. *Telluris* cultum primum instituisse *Melisseum* Lactant. ex *Didymo* docet. Hujus ædes extructa fuit in arca ædium *SP. Cassii*, qui de regni affectatione suspectus, capite punitus est, testibus *Cicerone*, *Livio*, *Dion.* *Plin.* *Valer. Maxim.* & aliis. Collocatur à *P. Victore* in v. reg. Urbis. Quis eam voverit atque extruxerit, non additur. De *P.* quidem *Sempronio Sopho* sic scribit *L. Flor.* *Domiti hinc Picentes, & caput gentis Aseulæ Sempronio duce, qui tremente inter prælia campo, Tellurem Deam, promissa ade placavit.* Terræ motus hujus etiam *Orosius* meminit, & *Frontinus* [lib. 1. *Epitome cap. 19.*] Porro hæc *Dea*, quæ pro *Saturni* uxore, & sorore habita est, *Rhea*, *Ops*, *Mater Deum*, atque *Mater magna* fuit cognominata, & sub iisdem nominibus culta. *Rhea* quidem templum vel ædes extructa fuit nulla. De reliquis vero juvat adferbere, quæ ex *Varrone* profert *Augustinus*, [lib. 7. de *Civitate Dei, cap. 14.*] sic autem is scribit: *Deinde adjuncti Varro, & dicit Tellurem matrem & nominibus pluribus, & cognominibus, quod nomi-*



nominaunt Deos esse existimatos complures. *Tellurem, inquit, putant esse Opem, quod opera fiat melior: Matrem, quod plurima pariat: Magnam, quod cibum pariat: Proserpinam, quod ex ea prosperant fruges: Vestiam, quod vestiatur herbis; sic alias Deas, inquit, non absurde ad hanc revocant.* Hæc ille. Nos de prioribus pauca quædam, quæ legimus exponemus, de *Proserpina & Vesta* alibi dicturi. *Ops*, uti jam ex *Varrone* [lib. 4. de *Lingua Latina*,] audivimus, dicta quod opera fiat melior. Idem sic scribit, *Terra Ops*, quod hic omne opus fuit, ut *Albricus* notat, in cujusdam matronæ similitudinem depicta, quæ aperta manu dextra opem omnibus dare velle prætendebat: panem vero manu sinistra pauperibus porrigebat: *Ædem Opi Romæ* primus òovit & extruxit *T. Tatius* Sabinorum Rex, in regni societatem à Romulo receptus: *Varrone*, *Dionysio* & *Augustino* testibus. Vovit eidem cum Saturno *Tull. Hostilius*, ut paulo ante in Saturno diximus. Festum ejus *Opalia*, ut infra explicabimus.

*Opis Conserua* etiam Deæ mentio fit apud *Varronem*, [lib. 5. de *Lingua Latina*.] quæ nomen habuit à *conserendo*. Sacrarium ejus in regia fuit, ita scribente *Varrone*: *Ope conserua* dies ab Dea *Ope conserua*, cujus in regia sacrarium: quod ideo actum, ut eo, præter virgines *Vestales* & Sacerdotem publicum, introeant nemo. Is cum eat, suffibulum haud habeat. Hanc enim legem ejus ædis fuisse, cum quælibet sacræ ædes suas certas leges haberent, *Joseph. Scaliger* arbitratur. *Mater Deum* unde dicta sit varie traditur. *Diod. Siculus* scribit, cœlum ex *Titæa* conjuge suscepisse liberos v. & xl. muliebris sexus duos, *Reginam* & *Opem*. *Reginam* ætate & prudentia præstantiorem, in gratiam *Matris* fratres omnes educasse, ideo dictam *Matrem Deum*, nupsisseque *Hyperioni* fratri, ex quo *Solem* & *Lunam* genuerit: qui cum scelere avunculorum interissent, ipsam in furorem versam cum tympanis, cymbalisque terram suæ ditionis peragrassæ, moremque ejusmodi mansisse post ejus fatum. Idem tum addit etiam aliam fabulam. *Menoem* vetustissimum *Phrygiæ* Regem ex uxore *Dindymene* filiam procreasse, quam exponi jusserit in monte *Cybello*: infantem à feris euitratam evasisse in admirabilem pulchritudinem, inventamque à muliere pastoria, educatam pro sua, dictamque à monte in quo esset exposita, *Cybelem*, multas artes ingenii acumine & invenisse, & docuisse mortales; videlicet cantum tibia, lusus, choreas, cymbalorum tympanorumque sonitus, artem præterea veterinariam, & infantium morbis lenimenta: quibus quod multi curarentur pueri, idcirco eam *Magnam Matrem* nominatam esse. Cum vero adolevisset, amasse eam juvenem terræ illius nomine *Atym*, ex eoque gravidam factam, a *Menoem* patre, quod famam de virtute factisque ejus acceperat, revocatam esse pro virgine, cognitoque flagitio ejus, *Atym* & nutrices jussu Regis affectos esse supplicio: *Cybelem*, amore incensam ex desiderio *Atys* infanuisse, domoque paterna egressam, solam cum fistula & tympano, sparsis crinibus totam regionem peragrassæ dementatam, venisseque in *Nyssam* ad *Dionysium*; aliquot annos post ejus mortem, cum & difficultate annonæ & morbo in *Phrygia* laboraretur, oraculo jussos *Phryges Atym* & *Cybelem* venerari: hinc sacra, cæremoniasque *Magne Matris Deum* ortas esse. Hæc *Diodor.* Nos *Varronem* sequemur, qui hanc eandem cum *Tellure* facit: sic enim *August.* Eandem, inquit *Varro*, dicunt *Matrem Magnam*, quod tympanum habeat, significari esse orbem terræ: quod turres in capite, oppida: quod sedes fingantur circa eam, cum omnia moveantur, ipsum non moveri; quod gallos huic Deæ, ut fervirent, fecerunt; significat eos, qui semine indigeant, terram sequi oportere, in ea quippe omnia reperiri: quod se apud eum jactant, præcipitur, inquit, quod terram colunt, ne sedeant, semper enim esse quod agant. *Cymbalorum sonitus*, ferramentorum jactandorum ac manuum & cujus rei crepitus in colendo agro quid sit, significat quod ferramenta illa erant ideo ex ære, quod eam antiqui colebant ære, antequam ferrum esset inventum.

*Leonem*, inquit, adjungunt, solum ac mansuetum, ut ostendant, esse nullum genus terræ tam remotum ac vehementer ferum, quod non subigi colique conveniat. Hæc ex *Varrone Augustin.* Aliam tamen rationem *Ovid.* ponit, de qua alibi. Hujusmodi simulachrum in veteri monumento adhuc conspicitur. Porro hæc Dea etiam *Mater Idæa* appellatur ab *Idæ*, monte *Phrygiæ*, in quo eam *Phrygii* plurimum coluerunt. *Berecynthia*, quoque à *Berecyntho* *Phrygiæ* monte est dicta.

*Dea Pessinuntia*, à *Pessinunte* *Phrygiæ* oppido, unde *Romam* transecta & culta est, quod factum est anno v. c. DLII. *P. Cor. Scipione*, qui postea Africanus dictus est, & *P. Licinio Crasso* Coss. tali de causa. Cum eo anno, ut *Livius* scribit, durante bello *Punico* sæpius lapidibus pluisset, & inspectis libris *Sibyllinis* carmen inventum esset: *Quandoque hostis alienigena terra Italia bellum intulisset, cum pelli Italia vincique posse, si Mater Idæa Pessinunte Romam advecta esset*: moti eo carmine *Patres* legatos miserunt ad *Attalum*, *Asiæ* regem, qui *Matrem Deum* petierunt, ab eoque benigne accepti, ac *Pessinuntem* in *Phrygiam* deducti, sacrum lapidem, quem *Matrem Deum* incolæ nuncupabant, acceperunt & *Romam* transtulerunt. Addit *Livius*, *Senatum* oraculo *Delphico*, ut eam, qui vir optimus *Romæ* esset, hospitio exciperet, monitum, *P. Scipionem* juvenem adhuc, necdum *Quæstorium*, virum optimum judicasse, eique munus excipiendæ Deæ delegasse. Is igitur cum omnibus matronis *Ostiam* obviam ire Deæ jussus, Deam de nave accepit, & matronis in urbem ferendam tradidit. Perlata autem est in ædem *Victoria*, quæ est in *Palatio*, pridie *Idus Aprilis*. Is-

que dies festus fuit. Populus frequens dona *Dea* in Palatium tulit, lectisterniumque & ludi fuere, *Megalesia* appellata. Sequenti anno ædem ei propriam in Palatio locarunt *M. Livius*, & *C. Claudius Censores*, quam post anno DLXII. *Cornelio Nasica*, *M. Acilio Glabrione* Coss. dedicavit *M. Junius Brutus*. Sic enim scribit *Livius* in illius anni historia. Per idem fere tempus ædes *Matris magna Idæ* dedicata est. Quam *Deam* is *P. Corn. advectam* ex Asia *P. Corn. Scipione*, cui postea Africano fuit cognomen, *Licinio Coss.* in Palatium à mari detulerat. Locaverant ædem faciendam *M. Livius*, *C. Claudius Censores*, *M. Cornelio*, *T. Sempronio* Coss. xiiii. anno postquam locata erat, dedicavit eam *M. Junius Brutus*, ludique ob dedicationem ejus facti, quos primos *Scenicos* fuisse *Antias Valerius* est auctor, *Megalesia* appellatos. Hæc *Livius*. Ædes illa collocatur à *P. Victore* in decima regione Urbis. *Cybele* dicta est eadem, vel à monte Phrygiæ *Cybelo*, in quo fuit exposita, ut *Diodorus* scribit; vel, ut alii, à *Cybelo*, qui primus ejus *Deæ* Sacerdos fuit. *Festus*: *Cybele Mater* quam dicebant *Magnum*, ita appellabatur, quod ageret homines in furorem, quod Græci *κρόνον*, sive, (ut alii malunt) *κρόνον*, dicunt. *Cybele* vero eadem dicta à loco, qui est in Phrygia. *Servius* ait, *ἐπὶ τῷ κρόνον τὴν κεφαλὴν*, id est, à *capitis rotatione* dictam esse, quod proprium fuerit ejus *Deæ* Sacrodotum, qui per furorem motu capitis comam rotantes ululatu futura prænuñciabant. *Sofides Atticus* apud *Fulgentium* Placiadem *Cybelem* dici ait, quasi *κρόνος βαλίων*, id est, *gloriæ firmitatem*. Quæ præterea ad *Cybeles* historiam pertinent, ea paulo ante in *Matre Deum* sunt explicata.

AD CAP. IV. PARALIPOMENA.

De Saturno & Cybele, ejusque sacris & cognominibus.

**D**E primo & antiquissimo deorum Saturno omnia vulgata, & Cœli fuisse filium, & sub eo sæcula aurea, & cum Titanibus pactum iniisse, victumque & in Tartarum conjectum, Nonnus Dionysiac. lib. 2.4. v. 237. & falcem invenisse, & patri virilia secuisse, & filios ex Rhea uxore susceptos dira voracitate deglubere solitum & à filio regno dejectum, idem Nonnus lib. 2.1. v. 249. Dionysiac. Lucat. Placid. ad v. 44. lib. 8. Thebaid. & ejundem vim meruentem in Italiam fugisse, totique genti nomen imposuisse, nulli ignotum est, quam passim tradiderint Mythologi, Fulgentius, Phurnurus, Albicis, Palæphatus & alii, qui non describendi; & præ aliis Apollodorus Atheniensis Bibliothec. l. 1. sub initium: quem & Antipater vetus poeta celebrat lib. 3. Anthologia cap. 6. epigr. ult. & citat Apollonii scholiastes libr. 3. Argonautic. dum Apollodori auctoritate usus ostendit *Veneri* sacram esse columbam, quod *libidiosa sit avis*, apud *P. Victorium* var. lect. lib. 3. cap. 14. qui locus in Apollodoro, quem manibus terimus, hodie non extat, ut suspicer non eundem esse auctorem. Adde tres tantummodo libros hujus Apollodori superesse, quum cum libro decimo quarto *ἑπι διαίῃ* circè *Mareobius* lib. 1. Saturnal. cap. 17. Sed satis de Apollodoro, ad Saturnum redeo.

Hunc deum præ aliis vinculis oneratum finxerunt, & à filio per vim interceptum, catenamque, poenitusque addictum. Rationem pete ex Luciano lib. de Astrologia apud Christophorum Rufum in Antezegematis. Sylla apud Plurarchum ait, insulam quandam esse in *Gronio mari*, ubi barbari vincum à Jove Saturnum fabulantur. Sic poeta intelligendi. *Palladas* lib. 1. Antholog. cap. 69.

Ἐὶ τὸς ἀνδραποῦνος ἐυδαίμωνας ὄντας ἐπέμειν,  
Ὅν πένυ θαυμάζω, τὸ δῖος ἔστι γέρας.  
Τὸν γὰρ γενήσασθα μεμνηκὸς καὶ ἰκτίος  
Κτίων ἀν. εἰ δὲ Κρίως θύνητος ἐτύχασεν ἀν.  
Ἄσπιδε τὴν κλεινὰν, σὺν τελε τήσασι κολλήσας,  
Δίμιοι αἰς λατρεῖς εἰς τὸ λαπαθὸν ἔστω.

Quod homicidas beatos esse videmus, non adeo miror: munus enim hoc Jovis est. Namparentem odio habens & ipse occidisset, si Saturnus mortalis fuisset, sed pro homicidio ipsum cum Titanibus puniit. dum ipsum vincum tanquam latronem in tartarum mittis. Hercules fatens ille à *L. Seneca* introducitur in tragœdia ejusdem nominis act. 4. sc. 1.

Dubitatur etiam? vincula Saturno exnam,  
Contraque patris impii regum impotens  
Arima resoleam.

Papin. Stat. lib. 8. Thebaid. v. 44.

Habeo jam quassa Gigantum  
Vincula, & athenam cupides cætre sub aere

*Titanas*, miserumque patrem.

Quem locum sic exposuit *Egidius Maserius* in doctis commentariis ad *Valerium Flaccum*, lib. 3. Argonaut.

Fundo veluti unum Caus in imo

Vincta Jovis, fraetorque trabens adamante catenas  
Saturnum Titanique vocat.

Claudian. l. 1. de rapto:

Si didis parere negas, patefacta cibus  
Tartara, Saturni veteres laxabo catenas.

Inde in omnibus fanis Romanorum vincula status Saturni injecta erant, quæ festo ipsius solvabantur, in memoriam securitatis & felicitatis, quam libi egerant homines. *Lucian* in Saturnal. *Arnob.* contra gentes l. 4. *Nuquid parri. idii causa vinculum Saturnum, & suis diebus tantum vinolorum ponderibus relevari.* Eoque puto Martialem alluisse l. 3. epigr. 29.

Has cum gemina compe de dedit catenas  
Saturne, tibi Zolle, annulos priores.

Stat. lib. 1. fil. ult.

Saturnus mihi compe de exolent,  
Et multo madidans mero December,  
Et ridens Jovis, & sales protervi  
Adfuit.

Nec Saturnus modo vincus, sed & alii dicam infra ubi de *interea* urbis agam. Sed quia Saturnaliorum facta est mentio, pauca mihi obiter de eis dicenda, licet sciam *Justum Lipium* elegantissimos duos, & exquisita lectionis libros eo titulo scripsisse, & ante illum diligentissimum antiquitatis investigatorem *Macrobius*. Sed illi uberem ex omnibus pane probatis scriptoribus messem, ego racemationes & spicilegia tantum colligo.

Ac primum cessabat *Senatus*, neque convocari poterant patres, neque judicia ulla peragi. *Sueton.* Augusto cap. 32. & ob id nec caudicis in forum ventitabant. *Martial.* l. 7. epigr. 27.

Sic fora mirentur, sic te palatia laudent.  
Excolat & geminas plurima palma fores.

Otia dum medius præstas tibi parca December,  
Excipe, sed certa quos legis aere Jocos.

Et recte medius December, quia 14. Calend. *Januarius* celebratur *Saturnalia*. *Aurel. Macrob.* lib. Saturnal. cap. 10. in principio. *L. Sen. epist.* 18. *C. Sueton.* Calig. cap. 6. in MS. autem ultimus versus aliter habetur, sed parvo discernimine.


Exipis & certa quos legis aere Jocos.

*Ferix* etiam studiorum, clausuraque scholæ. *C. Plin. Junior.* l. 8. epist. 7. Neque ut magistro magister, neque ut discipulo discipulus, sic enim scribis, sed ut discipulo magister, nam tu magister, ego contra, atque ideo tu in scholam revocas, ego Saturnalia extendo, librum misisti.

Martial. l. 5. epigr. ult.

Jam tristes nuncios puer relidit,  
Clamso revocatur à magistro,  
Et blando male præditus strillo,  
Arcana modo rapta à popina,





*Adilem vocat una alector,*

*Saturnalibus transfere tota.*

Dona passim per urbem conferebantur, ut sexcentis locis è Martiale & aliis, observant Critici. Et *Saturnalibus*, dona *Saturnalibus* missa, interpretatur Laurentius de laBarte ad Q. Terullianum librum de fuga in persulcius. Togas exuebant, *synthesis* indebant. Vide præter alios, interpretes Martialis ad l. 5. epigr. 80. Plena tunc ludendi comedenaque cum dominis servis liberis, ut recoleretur memoria autem & præfici faculi, quo summa inter dominos & servos equalitas paritasque erat. Ut poetarum passim, & præ aliis Albinus Tibull. l. 1. eleg. 3. Freculph. Chronic. Tom. 1. lib. 2. cap. 15. C. Jul. Solin. polyhist. cap. 3. In Martio matrona servus suis cenas ponebant, sicut *Saturnalibus* domini, ille ut honore promptius in obsequium provocarent, hi quasi gratiam repensantem perfecti laboris. Et *Vernus Augustus* vernas in triclinium *Saturnalibus* & diebus festis semper admittebat. Jul. Capitolin. in vita ejus. Adscribam propter elegantiam fragmentum Accii veteris Tragici ex lib. 1. Annalium, citante Prisciano Cæsariensi lib. 5.

*Maxima pars Grævum Saturno, & maxima Athenæ*  
*Conscitunt sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis,*  
*Quæque diem celebrant, per agris urbesque fere omnes*  
*Exercunt epulas læti, famuloseque procurant*  
*Quisque suos, nosque itidem, & mos traditus illinc*  
*Ipse, ut cum dominis famuli tum epulentur ibidem.*

Præter versus aliter legitur in Macrobi editione Lagdunensi, l. 1. *Saturnal.* cap. 7. quod Henric. Stephanus notat:

*Maxima pars Grævum Saturno, & maxime Athenæ*  
*Conscitunt sacra.*

D. Aufon. elogario de mensibus:

*Auræ nunc revocet Saturni festa December,*  
*Nunc tibi cum domino ludere verna licet.*

Plura infra l. 4. cap. 36. Arariorum in ejus templo publica que pecunia & tabularia populi Romani, ut docebo infra l. 7. c. 31. Illi sacrum aperto fiebat capite, cum aliis diis recto. Fulgent. l. 1. Mytholog. *Velato vero capite ideo fingitur*, (Saturnus) quod omnes fructus solorum obnupti tegantur umbraculo. Fest. Pompejus l. 17. *Suturna*, Italia, & mons qui nunc est Capitolinus, Saturnus appellabatur, quod in tutela Saturni esse existimantur. Saturni quoque dicebantur, qui castrum in imo clivo Capitolino intolebant, ubi ara dicata ei deo ante bellum Trojanum videtur, quia apud eam supplicat apertis capitibus. Nam Italici auctore *Aenea* velant capite, quod is cum rem divinam faceret, in litore Laurentis agri Veneri matri, ne ab Ulyse cognitus interromperet sacrificium, caput adoperuit, atque ita conspectum hostis evitavit. Et post: Saturno sacrificium fit aperto capite. Idem lib. 10. lucem facere dicuntur Saturno sacrificantes, id est, capita detegere. Scio, illud & in Herculis sacrificio factitatum, ut notatum aliis ex Aurelio Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 6. sed illud de hujus dei caremonis debere intelligi, facile est & obvium ex Servio Honorato argumentum, qui ad lib. 3. *Æneid.* Sane sciendum, inquit, sacrificantes aïs omnia caput velare consueverunt, ob hoc ne se inter religionem vagis aliquid offerret obtutibus, excepto tantum Saturno, ne nimis imitatio esse videretur, quia Saturno capite velato incenditur. Emendavit doctissimus Meurhus Exercit. part. 2. c. 21. quia Saturno capite velato ibi cernitur, & ipse Virgilius loco laudato:

*Et postis aris jam vota in litore solves.*  
*Purpureo velare comas adoperatus amictu,*  
*Ne qua inter sanctos ignes in honore deorum*  
*Hofitilis facies occurat & omnia turbet.*

#### PARALIPOMENA.

*De Cybeles sacris, Archigallis, tympanis,*  
*buxo, cymbalis.*

De *Cybele*, *Rhea*, aut *Berecynthia*, seu magna deorum matre, omnia vulgata; & quod ejus nomine intelligitur terra, communis omnium mater, docuerunt abunde naturalis hystoriae scriptores.

Hinc & T. Lucret. lib. 2. de Nat. Rer.

*Muralique caput summum cinxere coronæ,*

*Eximiiis munita locis quod sustinet urbes.*

Multa Dionys. Lambinus ibi. Serv. ad vers. 113. lib. 3. *Æneid.* Quod autem turritam gestat coronam, ostendit inperpetitas terre esse civitates, quas insignitas turribus constat. Idem ad l. 10. *Æneid.* vers. 254. *Civitates turrite, quas terra gerit, unde cum turrita corona mater Deum pingitur.* Et ipse Virgilius:

*Alma parens Idea Deum, cui Dindyma cordi,*

*Turrigereque urbes.*

Nec plures in re obvia citabo: unus Claudianus satis erit. Is lib. 1. de Raptu:

*Non buxus, non ara sonant, blandique leones*

*Submisere iugas, adytis gæcisa Cybelle*

*Exiit, & pronas intendit ad oscula turres.*

Et lib. 1. in Eutropium:

*Auræ sanctarum deus immortale comarum*

*Defuxit capiti turris, summoque volans*

*Vertice, crinalls violatur pectore murus.*

*Obsistere truces omen Corybantæ.*

Et lib. 3. de laud. Stilich.

*Huc orgia secum*

*Transiit, & Phrygios genitrix turrita leones.*

Interim supplendus Fulgentius Mythologicôn lib. 3. cujus codici inhærit hæcenus mendum: Ideo turrita pingitur, quod omnis potentia elatio sit in capite, idcirco leonum currui præsidens, quia omnis potentia regno ornata sit. Qui locus mancus est procul dubio, nec sensus completi; itaque supplendus ex MS. hoc pacto: Ideo leonum currui præsidens, quia omnis potentia etiam virtuti dominatur, ideo multiplici veste, quod omnis potentia ornata sit.

*Cybelem* eandem etiam esse cum *dea Syria* docuit Philippus Beroaldus in Annotation. in var. auctor. nominis etymologia Festo l. 3. traditur sic: *Cybele mater, quam dicebant magnam, ita appellabatur, quod ageret homines in furorcm, quod Græci κῦβελος dicunt.* *Cybele* vero eadem dicta à loco, qui est in Phrygia. Malim à ludo; nam lucum pineum ei sacrum fuisse, docebo paulo infra. Et pro κῦβελος, malim κῦβηλος. At Fulgentius supra, *Cybele, quasi κῦβος βαλίων, firmitas gloria.* Serv. proxime citatus, ἀπὸ τῆς κῦβητος τῆς κεραιῶν. à capitis rotatione, quod proprium est ejus sacerdotum. L. Apul. lib. 8. Milefiar. *Diuque capite demisso, cervicibus lubricis intorquentes motibus, crinesque pendulos rotantes, in circulum, & nonnunquam suos incurrantes musculos, ad postremum accipiti ferro, quod gerebant, sua quisque brachia dissecant.* Aut ut in MS. melius, dissecant. Sidon. Apollinar. Carm. 5.

*Fortisque lætoso.*

*Difficite ancipiti miserabile fixitque ense.*

Martian. Capell. lib. 2.

*Aurora primo conveniens habitus,*

*Surgens fenestras dissecavit lumine.*

Sil. Italic. lib. 3. Punicor.

*Impatiem pelagus lævata viscera terræ*

*Dissecit.*

Paul. Silentiarii. lib. 7. Anthol. epigr. 46.

Certe igitur caput torquere, crinem rotare, totumque corpus circumagere solebant *Corybantæ*, aut ut loquitur Nonius Marcellus, cap. 4. *jaçtare*, id est, excutere, inovere. Varro Terentius apud Nonium in Castum:

*Nam que venistas hic adest Gallantibus,*

*Quæ casta vestis?*

Gallantes sunt infani, furiosi, à Gallis matris deum. Turneb. lib. 29. cap. 20. Eudæmonib. vel ut in aliis, in Eumenedib.

*Tibi nunc semiviri teretem comam*

*Volantes jaçtant Galli.*

C. Tacit. lib. 11. Annal. Ipsa crine fluxo, thyrsus quatens, juxtaque Silius hedera vinclis, gerere cothurnos, jacere caput. Ulpian. IC. lib. 1. ad Edictum curvillum: *Apud Picinnum queritur, si servus inter fanaticos non semper caput jaçtaret.* & aliqua præfatius esset, an nihilominus sanus videretur. Plutarch. l. 1. Symposiac. cap. 6. & Guiliel. Budæus ad legem dictam in annotatione.

norationibus doctissimis ad Pandectas. Æl. Lamprid. in Helio. *Just. vit. autem caput inter præcisos sanati. os.* Claudian. l. 1. in Rufinum:

*Tam regale inmens, & principe telsoz ibat,  
Collaque femineo jactabat mollia gesu.*

Idem lib. 2. in Eutrop.

*Quis melius vibrata puer vertigine molli  
Membra rotet.*

M. Lucan. lib. 1. v. 565. Pharsalitz:

*Cœnere deos, crinemque rotantes  
Sanguineum, populis cinerunt tristia Galli.*

Ærea tympana & bœxus in hujus sacris locum habebant. Virg. lib. 3. Æneid.

Et Claudianus lib. 1. de Raptu supra citatus:

*Non bœxus, non æra sonant.*

Sic Sil. Ital. lib. 17.

*Circum arguta cæcis tinnitibus æra simulque  
Certabant rauco resonantia tympana pulsu,  
Semivivique chori.*

Ovid. lib. 3. Factor.

*Ida sonat tinnitibus æris acuti,  
Tutus ut infanti vagiat ore puer.*

Et lib. 5. Factor.

*Tinnitibus æra repulsa dabant.*

Ubi æra putem non tympana tantum significare, æra, aut ferrea, licet sciam Dactylos Idæos ferrum invenisse, quod multi prodiderunt. Freculph. Chron. tom. 1. libro 2. capite 10. sed etiam & nolas. Strat. libro 1. Achill.

*Paulumque exarata pulsu*

*Æra tacent.*

Auson. epist. 25. qui locus elegans:

*Cymbala dant sicū sonitum, dant pulpita saltu  
Ida pædum, tenuis reboant cava tympana tergis,  
Ipsos ægitant Marcotica sistra tumultus,  
Nec Dodonæ cessat tinnitibus æveni,  
In numerum quoties radiis ferientibus illa  
Respondent dociles moderato verberare pelves.*

Campanarum igitur seu nolarum usus in sacris Cybeles, aut Matris Deum receptus, ut ex variis auctoribus probat Hadrianus Junius lib. 3. Animadversor. cap. 11. Erant & in ostiis, ad pulsum eiendum, quo janitores evocarentur. Viri docti ad C. Sueton. in Augusto cap. 91. *Cum dedicatam in Capitolio ædem Tonanti Jovi assidue frequentaret, sonnavit queri Capitolinum Jovem sibi cultores abduci, seseque respondisse, Tonantem pro janitore ei oppositum, adeoque mox tintinabulis fastigium ædis redimitis, quod ea fere januis dependebant. Præterea apud Græcos vigiles in custodiendis civitatum muris tintinabulis mutabantur, Thucyd. lib. 4. ad finem. Illud quoque à doctis animadvertit, ante triumphantis currum nolum gemi solitam: Zonaras Monachus Drungarius Tom. 2. Annal. in Camilli triumpho pag. 32. Cujus rei ratio, ne triumphator superiret supra quam par esset, sed ut sciret se legibus subditum, & posse vel extremo affici supplicio, aut nolum sonitibus appendi solitam gestare; quod ob id factum, ne civis aut carnisfici aut damnato occurrentis pollineretur. M. Accius Plautus Plendio act. 1. sc. 3.*

*Lantos inde accessum dnos cum tintinabulis,*

*Eadem dnos reges virgarum inde ulmarum adgreo*

*Ut hodie ad litationem huic suppetat satias Jovi.*

*In malam crucem isti ibit Jupiter lenouins.*

Sed ad Curetes aut Corybantes magna Matris Sacerdotes redeo, qui & Idæi Dactylis dicti. Solin. Polyhist. cap. 17. & lares. Jul. Hygin. Fabular. cap. 139. His qui præerat, Archigallus nominabatur. Flor. Terullian. lib. de Resurrect. eam. Et tamen calicem non dico Penetrem, in quem mors aliqua videtur, sed filicis, vel Archigalli, vel gladiatoris, aut carnisfici spiritum insectum, quare au minus damnes quam of. ulai pforum? Ubi quid per filicem intelligat, ego ingenue fateor me hæc tenus ignorasse, itaque puto legendum, *Fritricis*. Nam impudica, lamix, balnearices, aut quadrantarix foemina, ut est apud Quintilianum, frictu puriginem concitabant. Sed nimum in re tam obscena reli-

tatum. Ita Laurentius de la Barre legit, alii *Archirecis*, ut sit gladiatoris nomen, Guiliel. Canter. Novar. lectio. l. 4. c. 12. Sed cum gladiatoris mentio à Tertulliano deinceps habeatur, puto priorem lectionem meliorem. Huic in omnes Gallos seu Cybeles Sacerdotes erat summum imperium. Idem Tertullian. Apologet. cont. gent. cap. 24. *Archigallus ille sanctissimus, die 19. Calend. Aprilis, quo sanguinem inspurum lacertos quoque castrando libabat, pro salute Imperatoris Marci jam intercepti, solita æque imperia mandavit.* Hic primus cymbala prælata in illis sacris pulsabat. D. Juvenal. sat. 9. v. 62.

*Cymbala pulsantis legatum fiet amiti.*

Vetus Scholiastes: *Archigalli cymbala percutientes, ac per hoc Gallo, inquit, legetur, id est, legatario donabitur.* Ita intelligo Claudianum lib. 1. in Eutrop.

*Vel, si sacra placent, habeas pro Marte Cybellen.*

*Ranca Celænos ad tympana discite furoris:*

*Cymbala ferre licet, pectusque illidere pinu,*

*Inguinis & reliquum Phrygiis abscondere cultris.*

Cymbala ferre, recte dictum, ad officium Archigalli designandum. M. Vatro *ἔτος λύρα*. Non vidisti simulachrum leonis ad Idam è loco, ubi quondam cum quoniam vidissent quadripedem Galili tympanis adeo ferunt mansuetum, ut tractarent manibus. T. Luctet. lib. 2.

*Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum  
Concava.*

Atque inde quoque effaminatos tympana vel cymbala gettare dicebant. M. Plaut. Trucul. sc. Ite.

*Malacum malacum, tinninnatum, umbraticolam, tympanotribam*

*Amas? hominem non nauci?*

Quod scilicet enervatissimi mollissimique & essent, & haberentur hi Galli, qui Matræ magnæ cum tympanis operabantur. Virgilius l. 4. Georg. v. 64.

*Matris quate cymbala circum.*

Aristanet. libr. 1. epistol. 10. & *τυμπανισμὸς* Florenti Christiano vertitur, sonus tympani. in Lylistrata Aristophanis, pagin. 860. P. Ovid. Epist. Phædra Hippolyto:

*Quæque sub Idæo tympana colle sonant.*

Nec tantum in Cybeles sacris usibus cymbalorum & tympanorum, sed etiam in Bacchi Orgiis. Sidon. Apollinar. Carm. 5. vers. 496.

*Rotat enthea thyrsum*

*Bassaris, & maculis Erythraæ Nebridos horrens,*

*Excitat Odyssos ad maria tympana mystas.*

Valer. Flac. Argonautic. l. 7. de Penthei cæde:

*Tympanaque & mollem subito prior accipit hastam.*

Et lib. 8. in fine:

*Qualem Ogygias cum tollit in arces*

*Bacchens, & Aoniis illidit tympana truncis.*

Secundus venus peeta in Anthologia lib. 4. cap. 12. epigr. 63.

*Τύμπανα καὶ Θύραρον Βερούλις Ἰνδὸς δὲ κρηαυῖς.*

*Tympana & thyrsum Bacchi, & Jovis fulmen.*

Pinus ei dicata, propter Atym puerum formosum, sibi que dilectum, sub illa arbore jacentem. Servii narratio est fusa lib. 9. Æneid. vers. 116. *vel in eam Atys fuit mutatus, ut est in Ovid. lib. 10. Metamorphos. ut alios omittam, eleganter descripsit Q. Catullus epigr. 63. ubi forma elegantia præclarum euconium, solemnique rini sacrificiorum describitur. Omnia sunt pulcherrima, sed tollendam tanien inde mendum, sic ergo ipse Atys;*

*Ego mulier, ego adulescens, ego ephæbus,*

*Ego puer,*

*Ego gymnasiis frâ flos, ego eram decus olei.*

Quid? Atys mulier? fortean effeminatorum usibus applicandus, at non ille in eum deæ amor. Lege igitur:

*Ego inuber, ego adulescens.*

Inuberes enim ostreas A. Gellius, libr. 20. cap. 7. inuberes maræque essent. Inuberes infantes Festus Pompejus dixit. Luctat. Placid. ad libr. 10. Thebaid. v. 146. *Pinus quæ colitur in sacris Matris deum, sub qua jacuit Atys Matræ deum dilectus.* Et ipse Statius:

*Sic Phryga terrificis gentrix Idaea cruentum  
Eliit ex adytis, conjumptaque brachia ferro  
Scire vetat, quatit ille sacras in pectoris pinus,  
Sanguineoque rotat crines.*

Accius in Bacchis apud Nonium cap. 10. n. 12.

*Letum in Parnasso inter pinos tripudiantem,  
In circulis, ludo, atque tædis fulgere.*

Virgilius inducit Cybelen Jovem alloquentem l. 9. Æneid.

*Pinea silva mihi multos dilectis per annos,  
Lucus in arce fuit summa.*

Serv. Maurus ibid. Pinus in tutela Matris deum est. & ad v. 116.

eiusdem libri. Mater magna instituit, ut quotannis in sacris suis

plungeretur, pinumque arborem sub qua jacuerat, tutela sua

adscriptis, & effecit ut cultores sui viriles partes sibi amputarent,

qui Archigalli appellantur. Arnob. l. 5. cont. Gen. Quid sibi

vultis illa pinus, quam semper statis diebus in deum Matris intemit-

tis sanctuario; nonne illius similitudo est arboris, sub qua sibi fu-

rus manus & infelix adolescentulus intulit, & genitrix deum in

solatium sui vulneris consecravit? Et eodem libro ad finem:

*Pinus illa solemniter quæ in Matris insertur sanctum deæ, nonne  
illius imago est arboris, sub qua sibi Atys virum demersis genitri-*

*bus abstulit? & quam memorant deam in solatium sui conse-*

*rassismaroris? Claud. l. 1. in Eutrop. supra laudatus, & lib. 1.*

*de Raptu:*

*Hic sedes augusta deæ, templique colendi*

*Religiosa silva, quam pinus obumbrat*

*Frondebis.*

Sed novam rationem allatam audiamus ex Aurelio Prudentio

in Romano Martyre:

*An ad Cybelles ibo lucum pineum*

*Puer? sed obstat Gallus ob libidinem*

*Per triste vulnus, perque sectum dedecus,*

*Ab impudicæ intus amplexu deæ.*

*Per multa matri sacra plorandus spado.*

Audiendus & Jul. Firmicus de errore profanar. Relig. In

sacris Phrygiis, quæ Matris deum dicunt, per annos singulos arbor

pinæ caditur, & in media arbore simulachrum juvenis subligat-

ur. Denique & in ejus tutela buxum reponunt, quod ex illa

arbore fistula fietet. Lutat. Placid. libr. 8. Thebaid. Scat.

vers. 222. Virg. libr. 9. Æneid. bisferon dat tibi cautum. Et de

modo Phrygio seu lugubri, alibi dicendi est locus. Poetas tan-

tum advocabo. Claudian. l. 1. de Raptu:

*Non buxus, non æra sonant.*

P. Virgil. in Ceiri, v. 166.

*Sæpe velut gelidis Ciconum Bistonis in oris,*

*Itæque barbarico Cybeles antistita buxo,*

*Infelix virgo tota bacchatur in urbe.*

Valer. Placc. Argonautic. l. 2.

*- - - Sacris hinc ignibus Ida*

*Tibrat, & horrissonæ respondent Gargara buxo.*

Sidon. Apollinar. Caum. 9. v. 202.

*Non hic Dydyma, nec crepante buxo*

*Cretas Bercynthiam sonantes.*

Papin. Surenul. Stat. lib. 2. Thebaid. v. 663,

*- - - Celæna committere prælia buxo.*

Et l. 5. v. 94.

*- - - Cum sacra vocant, Idæaque suadet*

*Buxus.*

Et l. 8. v. 221.

*- - - Gemina æra sonant, Idæaque terga,*

*Et moderata sonum vario spiramine buxus.*

Nec tantum in sacris Bercynthiæ, sed etiam & Bacchi usus erat buxæ fistula, forte quod immortalitas deorum majestati conveniret, & hæc arbor cariem nunquam patitur; ut ex rerum naturalium scriptoribus proditum est, & in sacris Liberi patris buxum receptam loquitur Starius idem, & Luctatus exponit tibiam ad v. 480. l. 9. Thebaid.

*Femineis experte choris, cum Bacchica mugit*

*Buxus, & insana maculant Tricetera matres.*

Nisi forte placet ratio ab Andrea Alciato, eruditissimo IC. Emblem. 207. quæ mire amoribus Cybeles quadrat.

*Deliciis apta est, teneris & amantibus arbor:*

*Pallor inest illi, pallet & omnis amans.*

Illud autem obliviscendum non duxi, hujus tibi inventores esse Phryges in honorem hujus deæ. Jul. Pollux Onomast. l. 4. cap. 10. num. 1. & tibiæ quidem materiam ponitur ab eodem.

*κλάμος, ἢ χαλκός, ἢ λωτός, ἢ πέζος, ἢ κίρας, arundo,*

*es, lotus, buxus, coram; eodem libro cap. 9. num. 6.*

Porro quum tam multa de his sacris, & tam varia plerique

tradiderint, mirum venationem non commemoratam ipsius

deæ & Atyos, quum multis Catullus epigr. 63. cum prof-

equatur. Ego locum ex Julio Firmico, eleganti inehercule de

errore profanarum religionum libro, producam. *Tauribolium*

*vel Cribolium scelerata te sanguinis labe persundit. Antea*

*male legebatur: Tauribolium, vel Oriobolium. Scio in Suisa*

*legi ταυροπόλαις Dianam dici, quod omnia, in tauris, cir-*

*cunt. Et eadem quod proferunt feras, ταυροβόλοις appellata*

*est eodem auctore. Hefychius Grammaticus ταυροπόλαις, ἢ*

*Ἀγριμῆς, Tauripula, Diana. At non Diana hæc cognomina*

*sou convenire, sed etiam Magnæ matri, loquuntur deæ in-*

*scriptiones vetustæ, quas à Joanne a Wouwer subministratas*

*hic apponam.*

### M. D. M. I. ET. ATTINIS.

L. CORNELIUS. SCIPIO. OREITUS.

V. C. AUGUR. TAURIBOLIUM.

SIVE. CRIOBOLIUM. FECIT.

TUSCO. ET. ANULLINO. COSS.

Alterius Inscriptionis hæc sunt verba:

### DIS. MAGNIS.

MATRI. DEUM. ET. ATTIDI. SEXTILIUS.

AGESILAUS.

EDISIUS. V. C. CAUSARUM. NON. IGNO-

BILIS.

AFRICANI. TRIBUNALIS. ORATOR.

TAURIBOLIO.

CRIOBOLIOQUE. IN. ÆTERNUM. RENATUS.

ARAM. SACRAVIT. DD. NN. VALENTE. V.

ET. VALENTINIANO. JUNIOR. AUGG. COSS.

Quando illa in urbem recepta fuerint sacra, Pessinuntemque missi, qui deam accesserant, quid attinet dicere? cum ex Strabone Amaseno lib. Geograph. 10. peti possint, & historicis, T. Livio 3. Decad. l. 9. C. Sueton. in Tiber. c. 2. Sil. Italic. 17. Punicor. in principio, & aliis.

### C A P . V .

### De Jove.

**H**ISTORIAM Deorum incipi à Jove, æquum erat, si communem veterum opinionem, qui cum pro summo & principe Deorum habuerunt, sequi voluissent: sed plus apud me valuit ordinis ratio, quæ parentes filio præponi suadebat. Cum igitur de Jovis, qui Deus Deorum in Carminibus Saliaribus dictus fuit, tum de Saturno & Rheæ, sive Ope hæcenus dixerim, sequitur jam Jupiter, de quo hoc cap. agemus.

JUPITER secundum Agellium, Macrobius & alios, dicitur quasi juvenis pater. Cicero ipse,

N 3

Ju-

*Jupiter*, id est, *juvans pater*, quem conversis casibus appellamus à *juvando Jovem*, à Poëtis *Pater divumque hominumque* dicitur. Sunt qui *Jovis* nomen ab Hebraico יהוה *Jehova* ortum esse velint, quod à veritate non videtur usque adeò esse alienum. *Joves*, inquit Cic. tres numerant illi, qui Theologi nominantur: ex quibus primum & secundum natos in Arcadia, alterum patre *Æthere*, ex quo etiam *Proserpinam* natam ferunt & *Liberum*: alterum patre *Cælo*, qui genuisse *Minervam* dicitur, quam principem & inventricem belli ferunt. Tertium Cretensem Saturni filium: cujus in illa insula sepulchrum ostenditur. *Varro* alicubi scribit, se ex varia lectione *Joves* ecc. invenisse, qui hinc inde in terrarum orbe fuerint culti. Sed nos de *Cretensi Jove* dicemus, qui *Saturni* & *Rhææ* sive *Opis* filius fuit. De quo, quis fuerit, & quibus de causis divini honores ipsi sint exhibiti, hæc tradit *Diodorus Siculus*: De *Jovis* genere atque imperio dubitatur: nam quibusdam placet, postquam *Saturnus* ad Deos transit, suscepisse regnum, non vi patrem expulisse, justeque & legitime regno potitum. Alii *Saturno* voluit in ortu filii responsum, fore ut ab *Jove* vi regno pelleretur. Quæ res *Saturnum* impulerit, ut filios sæpius perimeret. Id ægrè ferens *Opis*, cum viri animus placari non posset, *Jovem* in *Ida* ab se editum, clam nutriendum *Curetibus*, juxta *Idææ* montem habitantibus dedit. Hi in antrum ad *Nymphas*, commendata illis infantis cura, detulerunt. Lacte capræ, quæ *Amalthea* dicta est, melleque educatus est. In *Ida* antrum, ubi nutritus dicitur, sacrum est, & circa illud prata manent intacta. *Capræ*, quæ eum nutrit, & alii sunt honores impensæ, & locus ejus est *Ægiochus* vocatus. Adolescentiam egressus, in *Ida* ubi genitus est, civitatem condidit, cujus postmodum destructæ etiamnum extant reliquæ. Excessit hic *Deus* fortitudine, & cæteris virtutibus omnes: accepto enim post *Saturnum* regno maxima plurimaque contulit ad hominum vitam. Primus omnium justitiam docuit mutuo servari inter mortales, omni vi atque injuria remotis. Lites ac contentiones judicio auferens, singula, quæ ad bene vivendum ac pacem pertinerent, summa ope procuravit. Bonos ad virtutem exhortatus est: improbos timore coercuit ac pœna: omnem pœnæ orbem circumiens, bello impiis ac prædonibus indicto, æquitatem ac leges introduxit. Per id tempus & *Gigantes* ab eo sublato ajunt: in *Creta* quidem *Millum*, in *Phrygia* *Typhonem*. Ante pugnam, quæ cum *Gigantibus* in *Creta* habita est, *Jovem* sacrificasse dicunt *Soli*, cælo, ac terræ bovem. Quæ sacra *Jovem* fore superiorem portendentia, primum vires & ab hostibus defectionem, tum finem belli futurum monstrârunt. *Musæus* quippe ab eis descivit, obque id ei honores tribut: à *Diis* autem omnes hostes cæsi sunt. Sed & alios quoque *Diis* præsidium belli tulisse adversus *Gigantes* constat. *Macedones* quidam circa *Pallenam*, in campo, quem olim à loci conflagratione *Phlegraum*, postmodum *Cymeum* cognominarunt, animadversum esse ab *Jove* in *Gigantes* ob eam causam dicunt, quod magnitudine ac robore corporis confisi, adversusque legibus & multa egerint in homines injusta, & propinquas gentes in servitutem redegerint, bellumque his intulerint, qui ob singularia in omnes nationes beneficia *Dii* sint existimati. Feruntur ab *Jove* non solum impij nefariique deleti, sed etiam *Diis*, heroibusque ac hominibus bene meritis honores impensæ. Propter ejus beneficentiam imperiique magnitudinem, omnium consensu & regnum perpetuum tributum est, & habitatio in *Olympo*. Sacrificia insuper illi super cæteros statuta. Postea verò quàm in cælo delatus est, memoria nominis ejus animis hominum, in quos beneficia contulit, adeò infixæ permansit, ut omnium, quæ in cælo fierent, velut imbrium, tonitruum ac fulminum cæterorumque ejusmodi potens existimaretur. Itaque quod vitæ causa hominibus esse videretur, cum fructus terræ ad maturitatem perduceret, *Jovem* dixere. Patrem verò, tum quia singulorum suscepit summa cum benevolentia curam; tum quia tanquam *Dux* hominibus extiterit rectè vivendi imperator ac *Rex*, ob imperii amplitudinem: consultor ac providus, propter consulendi prudentiam appellatus est. Hactenus *Diodorus*: unde discimus, quæ prima origo colendi *Jovis* fuerit. Simulachrum ejus pro diversa illi potestate attributa, variè fuit effectum. Pingebatur, ut ait *Albricus*, in throno eburneo in sua majestatis sede sedens: sceptrum regium in manu sinistra tenens: altera verò fulmina ad inferos mittens, & *Gigantes* repressos fulmine, tenens sub pedibus, & conculcans. Juxta cum verò quædam aquila, quæ volans inter pedes suos quandam pulcherrimum juvenem, scilicet *Ganymedem*, raptum portabat, habentem in manu craterem, ut *Jovi* poculum propinaret. Hæc in genere de *Jove* ex traditione *Diod. Siculi*, cum quo etiam sentiunt *Apollodorus*, *Servius* Grammaticus & alii. Jam verò etiam de cognominibus, quæ *Jovi* à Romanis indita, & de templis, quæ in honorem ejus constructa fuerunt, agamus. Prima appellatio, quæ in Romana historia occurrit, est *Jovis indigetis*, qua consecratus fuit *Æneas*. Cùm enim post prælium cum *Rutulis* & *Mezentio* gestum, non amplius appareret, & alii eum ad Deos discessisse, alii necatum in flumine, apud quod pugnaverant, conjectarent, Latini sacellum ipsi dicaverunt cum inscriptione hac: PATRI DEO INDIGETI, QUI NUMICI AMNIS UNDAΣ TEMPERAT. *Dionysius*: qui tamen addit, esse, qui id sacellum *Æneam* dicasse *Anchisæ* defuncto ante hoc bellum anno proximo scribant: & esse tumulum non magnum, & circum dignas spectatu in ordinem digestas arbores. *Livius* apertè testatur, *Æneam Jovem Indigetem* nuncupatum fuisse; cum quo *Festus* & alii. Alias *Indigetes Dii* dicti fuerunt ii, qui ex hominibus inter Deos sunt relati, quòd scilicet nullius rei egeant, vel quòd in *Diis* agerent, qui ex hominibus ad divinitatem pervenissent. Aliorum derivationes prudens omitto. *Æneas indigetis* etiam *Ovidius* lib. 14. *Metam.* & *Tibullus* lib. 2. meminerunt.



JOVIS INVENTORIS appellatio ab Hercule originem traxit: cum enim *Hercules* cum bobus *Ge-ronis* in agrum *Palatinum* pervenisset, & ibi boni pabuli nactus copiam, armenta per pascua dimississet, ipse autem labore fessus procubuisse, somnoque se dedisset, latro quidam ejus loci, *Cacus* nomine, paucas aliquot, *Hercule* dormiente, abegit, & in propinquam speluncam, ubi debebat, abdidit; quas averfas unam post aliam, caudis eò traxerat, ut quærentem indicium falleret, vestigiis in contrariam partem ducentibus. *Hercules* somno excitus: cum recensuisset numerum, & aliquot boves sensisset deesse, ad speluncam *Caci* contendit, & *Caco* devicto atque ad terram prostrato, boves suas recepit & eduxit, speluncam etiam diruit: cumque cædem expiasset aqua fluminis: in proximo aram *Jovis Inventori* posuit, quæ est Romæ prope portam geminam, & ob inventas boves Deo juvenum unum sacrificavit. Hæc sacra, inquit *Dionysius*, etiam ætate mea Romani Græco ritu faciunt, quemadmodum ab illo instituta sunt. Meminit hujus historix *Ovid.* lib. Fast. *Virg.* lib. 8. *Æneid.* *Livius* lib. 1. Ara *Jovis Inventoris* mentio fit à *P. Victore* & *Onuphrio Panvino* in regione Urbis XI. quæ dicitur *Circus maximus*.

JUPITER FERETRIUS à ferendo vel feriendo hostem dictus, à Romulo consecratus est, testibus *Livio*, *Dionysio*, *Plutarcho* & aliis. *Sext. Pompon. Festus*: *Feretrius Jupiter* dictus à ferendo, quod pacem ferre putaretur. De templo *Jovis Feretrii*, quod Romulus condidit in monte *Capitolino*, quodque in VIII. Urbis Regione à *P. Victore* collocatur, sic scribit *Livius*: Romulus duce hostium occiso, Urbem primo impetu capit, inde exercitu victore reducto, ipse cum factis vir magnificus, tum factorum ostentator haud minor, spolia ducis hostium cæsi suspensa, fabricato ad id apte feruleo, gerens in *Capitolium* ascendit: ibique ea cum ad quercum pastoribus sacra deposuisset, simul cum dono designavit templo *Jovis* fines, cognomenque addidit Deo. *Jupiter Feretri*, inquit, hæc tibi victor *Romulus Rex* regia arma fero, templumque iis regionibus, quas modo animo metatus sum, dedico, sedem opimis spoliis, quæ Regibus, ducibusque hostium cæsis me auctorem sequentes posteris ferent. Hæc templi est origo, quod primum omnium Romæ sacratum est. Hactenus *Livius*. Cum quo *Dionysius*. *Romulus*, inquit, in *Capitolino* vertice *Jovis Feretrii* templi spatium designavit, non magnum. Adhuc enim servatur vetus ejus vestigium vix xv. pedum longitudine, quo infert opima de *Cæninensium* Rege spolia. Testa hujus templi ob vetustatem & Romanorum negligentiam collapsa, restituit *Aug. Cornel. Nepos* in vita *Attici*. Ex hoc templo sumebant Romani sceptrum, per quod jurarent, & lapidem silicem, quo fœdus fererent. De *Jove Feretrio* extat elegia *Propertii* lectu dignissima, quam sic concludit:

————— *Causa Feretri,*

*Omne quod certo dux ferit ante ducent.*

*Seu quia victa suis humeris hæc arma ferebant,*

*Hinc Feretri dicta est ara superba Jovis.*

JUPITER STATOR, à sistendo dictus est, eique Romæ templum dicatum hac de causa. Cum *Sabini* ad ulciscendam injuriam sibi in raptu filiarum à Romanis illatam, arma adversum eos movissent, & quidem arcem *Tarpejam* jam cepissent, Romanos etiam in fugam vertissent, *Romulus*, qui & ipse fugientium turba agebatur, manus ad cœlum attollens, fere his verbis *Dei* opem imploravit, & votum de ædificando ei templo fecit: *Jupiter* tuis justis avibus hic in *Palatino* prima Urbi fundamenta jeci, arcem jam scelere emptam *Sabini* habent, inde huc armati superata media valle tendunt. At tu pater Deum hominumque, hinc saltem arce hostes, deme terrorem Romanis, fugamque fixam siste. Hic ego tibi templum *Statori Jovi*, quod monumentum sit posteris tua presenti ope servatam esse Urbem, voveo, &c. Hæc ferè *Livius*, cui consentit *Plutarchus*. Et *Dionysius* scribit, *Jovem Statorem* dictum, quod exercitum *Romuli* fugientem post preces stare fecisset, & uti viribus. Alii à stando nomen eum habere volunt. *Seneca* contra historix fidem, sed tamen non male, *Statorem* dictum ait, quod ejus beneficio stent omnia. In antiquis nummis conspicitur ejus simulachrum, forma nuda, dextra hasta nitens, sinistra fulmen habens. Templum, quod ei à *Romulo* extructum est, situm fuit in *Palatii* radice, uti *Cicero* testatur, quantum sint, qui non templum, sed delubrum à *Romulo* ædificatum esse velint in *Circo Flaminio*. Templum autem hoc à *M. Attilio Regulo* consule in bello *Samnitico* votum, & postea extructum: qua de re *Livii* verba adscribere libet. Inter hæc, inquit, (de prælio cum *Samnitibus* loquens) *Consul* manus ad prælium attollens, voce clara, ita ut exaudiretur, templum *Jovi Statori* vovet, si constitisset à fuga *Romana* acies, redintegratoque prælio cecidisset, vicissetque legiones *Samnitium*. Et paulo post: *Fabium* ait scribere bellum à *Samnitibus* in *Etruriam* translatum, & ad *Luceriam* pugnatum: in qua pugna *Jovis Statoris* ædes vota sit, ut *Romulus* ante voverit: sed sanum tantum, id est, locum templo effatum, jam sacratum fuisse. Cæterum hoc demum anno, ut ædem etiam fieri *Senatus* juberet, bis ejusdem voti damnatam *Republ.* in religionem venisse. Hæc ille. A *P. Victore* delubrum collocatur in regione IX. quæ dicitur *Circus Flaminius*. Templum in regione X. cui nomen *Palatium*. *Marlianus* scribit, quod tempore *Neronis* hoc templum exustum, nunquam fuerit restitutum. Delubrum *Jovis Statoris* etiam *Terevntius Varro*, citante *Macrobio*, in *Circo Flaminio* fuisse scribit, quod *Vitruvius* prope *Porticum Metelli* fuisse dicit. Et hoc fortasse à *M. Attilio Regulo* Cos. votum est. In templo *Jovis Statoris* *Senatus* nonnunquam habebatur, & *Senatusconsulta* fiebant, uti ex *Cicerone* discimus.

JUPITER ELICIUS ab eliciendo dictus, teste *Varrone*, & *Ovid.* qui in 3. *Fastor.*

*Eliciant cælo te Jupiter, unde ninores*

*Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant.*

Aram ei in *Aventino* extruxit & dicavit *Numa Pompilius* Rex 11. de quo sic *Livius*: Pontificem dein-  
de *Numam Martium* M. F. ex patribus legit, eique sacra omnia exscripta assignataque attribuit. Et  
post pauca: Quaque prodigia fulminibus, aliove quo viso missa susciperentur atque curarentur docuit,  
ad ea elicienda ex mentibus divinis, Fori Elicio aram in *Aventino* dicavit, Deumque consuluit augurii,  
qua suscipienda essent. Juvat hic adscribere fabulam de *Numa*, quo pacto artem Jovis eliciendi edo-  
ctus fuerit, quam *Arnobius* sic recitat: *Numam*, inquit, Regem, cum procurandi fulminis scientiam  
non haberet, essetque illi cupido noscendi, *Egeria* monitu castos XII. juvenes apud aquam ce-  
lasse cum vinculis, ut, cum *Faunus* & *Martius Picius* ad id locorum venissent haustum, (nam illis  
aquandi solemne iter huc fuit) invaderent, confringerent, colligarent. Sed quo res fieri expeditius  
posset, Regem pocula non parvi numeri vino, mulsoque compleisse, circaque accessus fontis insidio-  
sam venturis opposuisse fallaciam: illos de more solito bibendi appetitione correptos ad hospitium nota  
venisse: sed cum liquoribus odoratis offendissent fragrantia pocula, vetustioribus anteposuisse res no-  
vas, invasisse aviditer dulcedine potionis captos, hausisse plus nimio, obdormivisse factos graves:  
tum bis senos incubuisse sopitis, injecisse madidatis pocula, expergitosque illos statim perdocuisse  
Regem, quibus ad terras modis Jupiter possit sacrificiis elici, & accepta Regem scientia rem in *A-*  
*ventino* fecisse divinam, elixisse ad terras Jovem, ab eoque quæsisse ritum procurationis, Jovem diu  
cunctatum: *Expiabis*, dixisse, capite fulgurita. Regem respondisse: *Capitio?* Jovem rursus: *Hu-*  
*mano*. Retulisse Regem, sed capillo. Deum contra; *animali*. Subjecisse *Pompilium*, *piscis*. Tunc  
ambiguus Jovem propositionibus captum, extulisse hanc vocem: *Decepisti me Numa*: nam ego hu-  
manis capitibus procurari constitueram fulgurita, *Numa* capillo capitio. Quoniam me tamen tua  
circumvenit astutia, quem voluisti, habeto morem, & his rebus, quas pactus es, procurationem sem-  
per suscipies fulguritorum. Hactenus *Arnobius*. Eadem habet *Plutarchus* in *Numa*. Huic Deo cum  
non rite sacrum fecisset *Tul. Hostilius*, fulmine ictus cum tota domo conflagravit. *Livius* lib. 1.

JUPITER CAPITOLINUS, qui & OPT. MAX. dictus est, quod velit & possit omnibus prodesse,  
& optimus quidem ante quam maximus: quia majus sit gratiusque prodesse; quam magnas opes habe-  
re, teste *Cicerone*, qui etiam alibi scribit, Jovem à pop. Rom. propter beneficia *Opt.* propter vim  
*Maximum* appellatum fuisse. *Capitolini* nomen habuit à monte *Capitolino*, in quo templum ei condi-  
tum, & cultus divinus institutus fuit: de quo templo, à quo primum extructum sit, quomodo confla-  
graverit, & à quibus restauratum sit, audiemus *Tacitum*. Is vero sic scribit: Voverat hoc templum  
*Tarq. Priscus* Rex bello *Sabino*, jeceratque fundamenta spe magis futuræ magnitudinis, quam quo mo-  
dicæ adhuc populi Rom. res sufficerent. Mox *Ser. Tull.* sociorum studio, deinde *Tarq. Superb.* capta  
*Sueffa* *Pometia*, hostium spoliis extruxere. Sed gloria operis libertati reservata. Pulsis Regibus *Horatius*  
*Pulvillus* iterum *Cos.* dedicavit ea magnificentia, quam immensæ postea pop. Rom. opes ornarent po-  
tius, quam auferent. Iisdem rursus vestigiis situm est, postquam interjecto cœv. annorum spatio;  
*L. Scipione*, *C. Norbano* *Cos.* flagraverat. Curam victor *Sylla* suscepit, neque tamen dedicavit: hoc solum  
felicitati ejus negatum; *Lutatii Catuli* nomen inter tanta Cæsaris opera usque ad *Vitellium* mansit.  
Hactenus *Tacitus*, cum quo facit etiam *Plutarchus*. Sed & hoc templum, ut idem cum *Tacito*  
prodit, in *Vitellii* seditionibus eversum ac dirutum est. Quod iterum à *Vespasiano* de integro restructum,  
una cum ipsius interitu inflammatum atque incensum est. Tandem à *Domitiano* quartum restauratum  
est, columnis ejus ex *Pentelesio* lapide excisis, & ad deaurationem ipsius XII. millibus talentorum im-  
pensis. Idem scribit, *Tarquinius* in fundamenta ejus templi, quod primum conditum fuit, XI. millia  
argenti librarum impendisse. Memorabile est, quod de hoc templo *Dionysius*, *Livius*, *Servius*, & alii  
scribunt, cum id à *Tarq. Prisco* jam votum *Superbus* ædificare vellet, & auguriis Deum voluntatem ex-  
ploraret, qui mons huic templo esset aptissimus, in omnibus autem *Tarpejus* esset inventus, in quo  
erant multa diversorum numinum sacella; factum esse, ut exinde ad alia templa numina evocarentur sa-  
cificiis, quo posset libere & sine piaculo templum Jovis ædificari. Cum omnes Dii libenter migras-  
sent, *Terminus* solum abscedere noluisse, sed illic remansisse; tunc de hoc ipso sacrificio & de-  
prehensum, quod *Terminus* cum *fove* remanens æternum ibi imperium cum religione significaret.  
Unde in *Capitolio* primam partem tecti patere, quæ lapidem ipsum *Deum* spectet. Sed & *Juventutem*  
abscedere noluisse aliqui notant. De magnificentia ejus *Dionysius* hæc tradit, situm fuisse & funda-  
tum in alta crepidine VII. jugerum ambitu, cœ. ferme pedibus patens, per latera singula pari prope-  
modum longitudine atque latitudine, vix xv. pedum differentia frontem ejus *Meridiem* spectantem,  
habuisse porticum cum triplici columnarum ordine; in lateribus autem duplici ordine: tresque ædes  
pares communibus contentas fuisse lateribus, mediam fuisse *fovis*, à dextra *Minerva*, à sinistra *Junonis*.  
Et quia *Minerva* numerorum inventio à veteribus tribuebatur; lex erat scripta, ut qui *Maximus* *Præ-*  
*tor* esset, clavum juxta ejusdem simulachrum pangeret, unde annorum numerus cognosceretur; *Livius*.  
In vestigio hujus templi erat fictilis *Summanus Deus*, cujus caput de cælo tactum decidit in *Tiberim*.  
Habe-

Habebat hoc templum cellam, quam ingredi prophano non concedebatur. In qua cella coronæ aureæ erant duæ: alteram Galli *Jovis Optimo Maximo* consecrarunt: alteram Carthaginienfes, ob partem victoriæ in Samnites congratulationem Romam miserunt. In facello vel delubro Junonis, quod in hoc templo erat, *anseris sacri* alebantur, & in arca lapidea servabantur *libri Sibyllini*. In hoc etiam templo erat *aurea Victoria* vel statua aureæ *Victoriæ*. *P. Victor*. Ante cellam *Minervæ* erant tria signa *Deorum Nixiorum*, de quibus alibi.

Anno ccxlv. *L. Volurnio*, *App. Claudio* *Coss.* ex bonis fœneratorum in publicum redactis, *Cn. & Q. Ogulnii*, *Ædiles Curules*, ænea in Capitolio limina, & trium mensarum argentea vasa in cella *Jovis*, *Jovemque* ipsum in culmine cum quadrigis posuerunt. *Livius* anno 101xxi. *M. Tuccius* & *P. Junius Brutus*, *Ædiles Curules* de multa damnatorum fœneratorum quadrigas inauratas in Capitolio posuerunt in cella *Jovis*, supra fastigium ædiculæ, & xii. clypea inaurata, qualia etiam paulo ante ex multatitia pecuariorum pecunia in fastigio ædis *Jovis* posita fuerunt. *Livius*: *Jovis* simulachri facies diebus festis minio illini solebat. *Servius* in 10. *Eclogam*. & *Plinius*: qui etiam scribit *Turianum* à *Fregellis* Romam fuisse accitum, cui locarit *Tarquinius Priscus* effigiem *Jovis* in Capitolio dicendam. Fictilem eam fuisse, & ideo mirari solere. Fictiles etiam in fastigio templi ejus quadrigas. Fuit in hoc templo etiam signum *Jovis Imperatoris*. Ad hoc templum victimas gratulationis causa mactabant. In hoc templo *Consules* eo die, quo *Magistratum* inibant, singuli singulos boves immolabant, & ex eo togam sumebant. In hoc templo *Imperatores* ad bellum ituri vota nuncupabant, & postea reversi, triumphali pompa, in id deducebantur, *Jovi* in eo sacrum faciebant, & convivium celebrabant. In hoc etiam templo *Senatus* nonnunquam habebatur. In hoc homines religionis causa incubabant. *Plautus* in *Curculione*. Sed quis omnia enumeret?

Præter hoc templum etiam alix duæ ædes *Jovis* in Capitolio fuerunt, votæ à *L. Furio Purpureone*, una ab ipso Prætere bello Gallico, altera ab ipso *Consule*, dedicatæ à *Q. Marcio Ralla* Duumviro, anno ab Urbe condita 101xi. *Livius*.

LATIALIS JUPITER à *Latio* dictus fuit, quod eum Latini populi communiter cum Romanis colerent, consecratus à *Tarquinio Superbo* Rege. Cum enim *Turmus Herdonius* insidiis *Tarquini* neci datus esset, ipse vero Princeps populorum Latinorum declaratus, *Volsci* etiam atque *Hernici* in societatem recepti essent, *Tarquinius*, quemadmodum *Dionysius* scribit, ut id sœdus sempiternum maneret, proposuit designare commune sanum Romanorum, Latinorum, *Hernicorum*, *Volscorum*, eorum duntaxat, qui in societatem recepti erant, quo ad mercatum convenientes quotannis una epularentur fruereanturque sacris communibus. Gratum id fuit omnibus: locus conventui præstitutus est in meditullio fermè harum gentium, mons altus Albanis imminens, ubi singulis annis feriæ celebrarentur, & eo temporis spatium, propter loci religionem legemque de hoc latam, ab omni vi temperarent omnes, sacraque communiter *Jovi Latiali* facerent, & vacarent epulis, constituto prius quantum quisque populus in ea sacra præbere, quantamve portionem recipere debeat, &c. Hæc *Dionysius*. De feriis Latinis post dicemus.

JUPITER SPONSOR etiam à *Tarquinio Superbo* consecratus, templumque ei conditum est, quod postea *Sp. Posthumius Consul* anno ccxcviii. dedicavit. Sic enim *Dionysius* libro 9. in Urbe ædem *Jovis Fidei Sponsoris* (sic *Lapus* vertit, *Gelenius*, *Dii filii*, puto non rectè) *Sp. Posthumius Consul* alter Nonis Junii, dedicavit, in loco *Bellone*, locatam ab ultimo Regum *Tarquino*, non tamen ab illo consecratam, sed tum demum ex S. C. id fecit *Posthumius*, ut testatur ejus ædis inscriptio. Hæc ille. *Lilius Gyraldus* putat eundem hunc esse cum *Dio Fidio*, de quo alibi. Collocatur hæc ædes à *P. Victore* in viii. Urbis regione.

JUPITER IMPERATOR à *imperando* dictus, quod omnibus imperet, dictus: à *Prænestinis* cultus est, cujus simulachrum *T. Quintus* *Præneste* in deditionem accepto, Romam devectum in Capitolium tulit, dedicavitque inter cellam *Jovis* & *Minervæ*, tabula sub eo fixa, quæ esset monumentum rerum gestarum. Tabulæ inscriptio hæc fere erat: *Jupiter atque Divi omnes hoc dederunt, ut Titus Quintus Dictator oppida novem caperet, &c.* *Livius* in *Historia* Anni ccclxxvi. *Onuphrius* ædem quoque ei in Capitolio extructam fuisse putat cum fragmenta illa in tabulis Capitolinis ACTUS EST ET T. DEDICAVIT, sic legenda arbitratur: *Ædem Jovi Imperatori*, qui *Præneste* Romam actus est in Capitolio: *T. Quintus* *T. Fil. N. Cincinnatus* Imp. dedicavit. Fuit & alibi *Jupiter* hoc nomine cultus, verum id huc non pertinet, de quo *Cicero* in 6. *Verrina*.

JUPITER PISTOR à *pinsendo* dictus, cujus ara in Capitolio fuit, de quo sic *Lactantius*: Quo tempore Galli Capitolium obsidebant, *Jovi Pistori* ara posita fuit, quod Romanos Deus in quiete monuisset, ut ex omni frumento, quod haberent, panem facerent, & in hostium castra jactarent, eoque facto, soluta est obsidio, desperantibus Gallis, inopia subigi posse Romanos. Meminerunt hujus historiæ *Livius*, *Frontinus*, & alii. Vide etiam *Plutarchum*.

JUPITER VICTOR cognominatus quod omnia vincere putaretur. Huic ædem vovit *L. Papyrius Cursor* bello Samnitico, ut *Livius* eodem libro docet. *Quintus Fabius* bello cum Samnitibus & Gallis, & construxit postea in monte Palatino, teste *Livio* & *P. Victore*. Huic Deo vovit, si legiones hosti-

hostium fudisset, pauxillum mulsi, priusquam temetum biberet, sese facturum, idque votum Deis cordi fuisse.

JUPITER LUCETIUS, ut scribit *Servius*, lingua Osca dictus à luce, quam præstare hominibus dicitur: ipse est enim nostra lingua *Diespiter*. Agellius: Lucetius, inquit, dictus *Jupiter*, quod nos die & luce quasi vita ipsa afficeret, & juvaret. *Festus*. *Lucetium Jovem* appellabant, quod eum lucis esse causam credebant.

Idem est *DIESPITER*, id est, *diei & lucis pater*, & *DIJOVIS* ut *Servius* & *Agellius* tradunt. *Ædes Dijovis à P. Vittore* in x. collocatur Urbis regione, à quo sit extracta, ignoratur.

*VEJOVIS*, qui & *Vejupiter*, & *Vedius* à Martiano appellatur, unde dictus sit, *Agellius* his verbis docet: Eum Deum, qui non juvandi potestatem, sed vim nocendi haberet (nam Deos quosdam ut prodesse, celebrabant, quosdam ne obessent, placabant) *Vejovem* appellarunt, dempta atque detracta juvandi facultate. Particula enim *ve*, privandi habet hoc loco significationem. *Ædes Vejovis* inter arcem & Capitolium fuit, in qua etiam simulachrum Dei, sagittas tenens, quæ paratæ sint ad nocendum; huic simulachro astitit figmentum capræ. Ea enim solet ipsi immolari. Addit *Agellius*, putare quosdam hunc Deum esse *Apollinem*. *Martianus Platonem* putat. Caput ei cornutum fuisse scribit *Alexander*.

JUPITER LAPIS, secundum *Festum*, dicebatur à lapide silice, quem in sancendis fœderibus juraturi tenebant, ea verba dicentes: *Si sciens fallam ita me Diespiter, salva Urbe, arceque, bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem*. Sunt qui *Jovem Lapidem* dictum esse velint, ab ipso lapide *Jove* vocato, qui Saturno oblatus fuisse ab Ope, & ab eo devoratus fingitur.

JUPITER TONANS, à *tonando* dictus est. Hunc *Octavius Augustus* consecravit, ædemque ei in Capitolio extruxit, liberatus periculo, cum in expeditione Cantabrica per nocturnum iter læticam ejus fulgor prætrinxisset, servumque præluentem exanimasset. *Suetonius*. De hac æde sic *Dionysius* scribit: *Jovis* etiam *Tonantis* templum dedicavit: de qua re duo hæc commemorantur, & in ipso tunc sacrificio tonitrua accidisse, & somnium deinde Augusto tale oblatum. Cum propter nominis ac formæ ejus Jovis novitatem, & quod ab Augusto is consecratus esset, maximè autem quod ascendentes in Capitolium ad eum primo perveniebant, *Jupiter Tonans* ab omnibus frequentaretur & coleretur, imaginatus est in somnis Augustus, *Jovem Capitolinum* secum expositulare, quod secundo jam ipse loco haberetur: seque respondisse, excubito rem hunc *Tonantem* ei Capitolino à se esse postum: ideoque orta die tintinnabulum *Jovi Tonanti* appendit somnii confirmandi causa. His enim tintinnabulis janitores nocturni utuntur, ut si quid usus sit significari possit. Hactenus ille. Ab Auguribus etiam ante hanc consecrationem *Jupiter Tonans* & *fulgens* appellabatur, ut testis est *Cicero*, quia tonitrua & fulgura ipsi tribuebantur. Hinc in veteribus nummis simulachrum semper fingitur, *fulmen trifidum* manibus tenens. Fulminum figuræ in antiquis nummis tales reperiuntur.

JUPITER ULTOR dictus, quod sceleratorum impia facta ulcisceretur. Huic *Agrippa* ædem, quam *Pantheon* appellavit, consecravit, quæ etiam *Pantheon* dictum, quasi τὸν πάντων θεῶν, hodie *Maria rotunda*, & omnium Sanctorum dicitur. Aliquando *Cybeli* sacrum fuit, cujus Deæ caput antiqui operis & saxi, cum duobus piscibus muro templi inclusum adhuc cernitur. De eo sic *Dionysius* & *Plinius*. Juvat etiam addere ea, quæ *Fabritius* in sua Roma de hoc templo retulit. Altum, inquit, est hoc templum pedes cXLIV. totidem latum. Contignationes æneis trabibus canalium modo compactæ, pedum XL. ut testatur *Baptista Leo*. Valvæ ingentes, item trabes ex ære Corinthio, & inauratæ, lithostrotum varii marmoris, aræ duæ marmoreæ, sex marmoratæ. Interstitia sex columnarum spatio distantia. Testudo templi laqueata vacuis circumquaque spatiis relictis, ne nimio pondere ædificium premeretur. Nulla fenestra penitus inest, nisi in medio foramen sphericum, æneis inauratisque trabibus fultum, quod lumen præbet, eique in pavimento subjectum ad imbres excipiendos impluvium. Ad foramen illud in tecto quadraginta gradibus plumbeis ascenditur: ad quod tectum antequam perveniatur, bini ambitus sunt, ad quorum primum ex imo templi per centum quinquaginta gradus est eundum. *Marcellinus* libro decimo sexto, *Pantheon*, regionem teretem spatiosa celsitudine *fornicatam* nominat. In tecto nunc sunt plumbeæ laminæ, quæ olim argentæ fuerunt, quas *Constantinus* Imperator, *Constantini* junioris filius, detraxit. Gradus ænei ante templum sublatis, & saxeis permutati sunt. Ascensum ad templum fuit per gradus duodecim, nunc per totidem descenditur: ex quo intelligitur, quàm altè sit ex ruinis solum exaggeratum. Parietes nunc latericii sunt, olim marmoribus incrustati fuerunt. Inter omnia igitur Urbis opera nullum admirabilius, sive molem, sive artem, sive impensam consideres, nullum etiam ex antiquissimis integrius: nam nec injectis ignibus Gothi corrumpere aut frangere potuerunt. Hæc ille. Paulo antè dicit. Hoc templum *Bonifacium* III. Pontificem à *Phoca* Imperatore, qui rem Pontificiam auxit atque extulit, acceptum beatæ Virginis, & omnibus Sanctis dicasse: fuisseque primum dictum *Virginem ad Martyres*: sicuti nunc à circulari forma, *Sanctæ Mariæ rotunda*. *Dionysius*. *Pantheon* quoque perfecit *Agrippa*: id sic dicitur fortassis, quod in simulachris *Matris & Veneris* multas Deum imagines acciperet: ut verò mihi videtur, inde id nominis habet, quod forma convexa fastigiatum, coeli similitudinem ostenderet. Voluit *Agrippa* in eo Augusti quoque statuam collocare, nomen-

que operis ei ascribere: neutrum autem eo accipiente, in *Pantheo* ipso *Cæsaris* superioris statuam suam & *Augusti* in vestibulo posuit. Et *Plinius*, *Agrippæ* Pantheum decoravit *Diogenes* Atheniensis: & *Caryatides* in columnis templi ejus probantur inter pauca operum: sicut in fastigio posita signa, sed propter altitudinem loci minus celebrata. In honore est & in templo illo *Hercules*, ad quem *Pœni* omnibus annis humana sacrificaverunt victima, humi stans, ante aditum porticus agnationes sitæ.

**JUPITER CONSERVATOR** à *conservando* dictus, à *Domitiano* consecratus est, quod ipsum in seditione *Vitelliana* à furore hostium confervasset: de quo sic *Tacitus* libr. 3. *Histor.* 74. *Domitianus* prima irruptione apud ædituum occulatus, solertia liberti, lineo amictu turbæ sacrificarum immixtus ignarusque, apud *Cornelium*, Primum paternum clientem, juxta *Velabrum* delituit. Ac potente rerum patre, disjecto æditui contubernio, modicum sacellum **Jovi Conservatori**, aramque posuit, casusque suos in marmore expressit. Mox imperium adeptus, **Jovi Custodi** templum ingens, seque in sinu Dei sacravit, &c. Hujus templi, quod in *Capitolio* extructum fuit, meminit etiam *Suetonius* in *Domitiano*, cap. 5. Extant etiam nummi veteres *Jovis Conservatoris* simulacrum & nomen continentes, qualis etiam hic est *Maximiani*, notat. C. D. Ut videre est in fronte libri 2.

**JUPITER SOL**, vel **Sol Heliagalus**, unde dictus, alibi explicabitur.

**FAGUTALIS JUPITER** à *fago* dictus, quæ *Jovi* sacra habebatur: inde ejus sacellum *Fagutal*. *Festus*. *Fagutal* sacellum *Jovis*, in quo fuit *fagus* arbor, quæ *Jovi* sacra habebatur. Meminit ejus & *Varro*, & *Plinius* lib. 16. cap. 6. Qui etiam addit, non procul ab eo sacello & lucum *fageum* esse. Collocatur in regione decima, à quo extructum fuerit, incertum.

**VIMINEUS JUPITER** à *viminibus* dictus: unde etiam *Collis Viminalis*. *Varro*. *Viminalis* à *Jove Vimineo*, quod ibi aræ sunt ejus, aut quod ibi vimineta fuerunt. *Festus*: *Viminalis* porta & collis appellabantur, quod ibi viminum silva fuisse videtur, ubi est & ara *Jovi Vimineo* consecrata.

**ARBITRATORIS JOVIS** templum in decima Urbis regione ponitur à *Victore*: & appellatur *Pentapylon*, quasi quinque portarum.

**PRÆDATOR JUPITER** à *prædæ* appellatus; quod ei è præda aliquid deberetur. *Servius* 3. *Æneid*. Romanis, inquit, moris fuit, ut bella gesturi, de parte prædæ aliquid numinibus pollicerentur, adeo ut Romæ fuerit unum templum *Jovis Prædatoris*, non quod prædæ præest, sed quod ei aliquid ex præda debeatur. Locus hujus templi, & à quo fuerit consecratum, ignoratur.

**MARIANUS JUPITER** à *Mario* dictus est, qui cum cæteris monumentis templum ei condidit. In hoc *Senatusconsultum* factum est de revocando *Cicerone* ab exilio, quod ipsi erat per somnium significatum, ut scribit *Valerius*.

**POMPEJANUS JUPITER**, *Colossus* fuit *Jovis*, eximie magnitudinis, sic dictus à *theatro Pompeji*, cujus vicinus fuit. *Plin.* lib. 34. cap. 7. Moles, inquit, excogitatas videmus statuarum, quas *Colossos* vocant, turribus similes. Talis in Campo Martio, *Jupiter* à *Claudio Cæsare* dicatus, qui ideò vocatur *Pompejanus*, à vicinitate theatri.

**JOVIS PROPUGNATORIS** ædes in Palatio fuit, cujus mentio fit in antiquo Epigrammate:

P. MARCIUS. VERUS.  
IMP. COMMODO. VI. ET PETRO-  
NIO SEPTIMIANO. COS.  
AN. P. R. C. DCCCCXLI. K. DEC.  
IN. PALATIO. IN. ÆDE. JOVIS.  
PROPUGNATORIS.  
IN LOCUM P. VERI.  
L. ATILII. CORNELIANUS,  
COOPTATUS.

**PUGNANTIS JOVIS** templum ubi fuerit, & à quo extructum, cognitum est. Fuerunt & alia cognomina quibus *Jupiter* fuit à veteribus insignitus & cultus: quorum quædam ex *Varrone* recitantur ab *Aurelio Augustino* lib. 7. de Civitate Dei. cap. 12. Dixerunt, inquit, eum *victorem*, *invictum*, *opitulum*, *impulsorem*, *statorem*, *centumpedam*, *supinalem*, *tigillum*, *almum*, *ruminum*, & alia, quæ persequi longum est. Hæc omnia cognomina imposuerunt uni Deo propter causas potestatesque diversas: non tamen propter tot res, etiam tot Deos eum esse coegerunt: quod omnia *vinceret*, quod à nemine *vinceretur*, quod opem indigentibus ferret, quod habeat *impellendi*, *statuendi*, *stabilendi*, *resupinandi* potestatem, quod tanquam *tigillus* mundum contineret ac sustineret, quod aleret omnia, quod *ruma*, id est, mamma aleret animalia, &c. Ad quem locum videndus etiam *Joan. Ludovicus Vives*. *Jovis Opitulantis* etiam *Festus* meminit his verbis. *Opitulus Jupiter*, & *Opitulator* dictus est, quasi *Opis latro*. Adulto *Jovi* in nuptiis sacrificabatur, de quo post. *Dapalis Jovis* *Cato* libro de Re Rustica meminit: fortasse sic dictus fuit, quod ei sacra *dapali* epulo fierent. Sed satis hæc sint de *Jove*, in cujus historia prolixior fui, cum ipse etiam pro Principe & patre Deum hominumque sit habitus. Progrediamur nunc ad alia.

## AD CAP. V. PARALIPOMENA.

## De Jove, &amp; variis ejus cognominibus.

**D**E Jove post tot Mythologos disserere superfluum: pauca tamen remota, ut puto, subrexienda, ac primum à cognominibus, in quorum multiplicia vocabula inveniuntur Arnob. l. 7. Tot monstra, quot Jovis nomina. Hercens Jupiter dicebatur, cui ara intra curiam seu aulam domus alicujus private structa erant, & quicunque Hercem Jovem habebant, jus civitatis etiam habebant, Suidas in voce Ἡρκεῖος Ζεύς, Hercens Jupiter. Hanc aram religiose admodum coluit Priamus, & ante eam à Pyrho tandem Troja capta fuit interfectus. Ovid. in Ibm:

Cui nihil Hercei profuit ara Jovis.

Eurip. in Troadib. Bassus Lollius vetus poeta, Antholog. l. 1. cap. 70. τῷ φεγγί παρὰ βασιλῆος τῆν Πριάμους θυσιῶν.

Phrygiam ad aram Priami victimam.

Trium oculorum erat hic Jupiter, ut terna regnandi potestas significarentur, in celo, aquis, terra. Cæl. Rhodigin. lib. 2. l. 2. Antiq. lectio. cap. 1. L. Scoppa lib. Collectaneor. cap. 9. Meminit & L. Seneca in Agamem. act. 3. sc. 1.

Sparsum errore regis Hercem Jovem.

Incertus poeta, sed elegans, apud Tullium l. 3. Tusc. quaestio. Hæc omnia vidi inflammarī, Priamo vi vitam evitari, Jovis aram sanguine turpari. Hic est ille, quem Durateum vocant, & quem Sthenelus Capanei filius abstulit à Neoptolemo. Pausan. Corinthiac.

Dicitur & Genetas Jupiter, à templo ei in monte Genete structo. Est enim & montis & fluvii montem alluentis nomen, & portus expeditione Argonautarum celeberrimi. Scholiast. Apollonii Rhodii, Strabo l. 16. ut appareat portibus etiam Jovem profectum. Locus est apud Valerium Flaccum varie legendus, lib. 5. v. 147.

Indigena æterni rupem Jovis, hic tibi Mavors

Dant virides post terga manus.

Primus, ut puto, Angelus Politianus restituerat:

Inde Genetæ rupem Jovis, hinc Tibarcum,

Dant virides post terga manus.

Rectissime procul dubio. Nam Tibareni Chalybes populos attingunt. Pompon. Mela l. 1. c. 21. Sigismundus Gelenius, & Hermolaus Barbarus in C. Plinium l. 6. c. 1. Et Lud. Carrius MS. præferat aliam lectionem:

Inde Genetæ rupem Jovis, inde Timos.

Eundem Hospitalem dici vult Scholiastes Apollonii, quod cognomen Romanis usitatissimum. Serv. Honorat. ad lib. 1.

Æneidos v. 735. Lycam cum hospites susceptos necaret, à suscepto Jove, postquam ei epulas humanas apposuit, versus in lupum, ostendit hospitiū jura esse non violanda. Græci τὸν Ἡῖον Δία ἀπὸ τῆν Ἡῖον Ζεύος, hospitalis Jupiter, quod nempe hospitem curam habeat, providæque ne iis injuria inferatur. Et Ἡῖοι Διοί, hospitalis dii. Jul. Pellux l. 1. Onomast. cap. 1. num. 23. Plutarch. lib. de Exilio, Ἡῖος Διὸς πολλὰ τιμὰ καὶ μεγάλα ἰοῖς hospitalis multihonores & munera. Et in Erotico: Ἡῖον καὶ ἰστέον ἀδελφῶν ὁ Ἡῖος ὑπαυτοῦ Κολασῆς Ζεύος. Hospitium & supplicium injurias hospitalis Jupiter audit Vindex. M. Cicero l. 4. de finib. bonor. & malor. Jovem, cum optimum & maximum dicitur, eundem salutarem, hospitalem, statorem, hoc intelligi volumus, salutem hominum in ejus esse tutela.

In MS. tamen est, Salutarem, Hospitalem, Sospitatorum. Estat. in Homerum l. 9. Odyss. v. 270.

Ζεὺς δ' ἰπτιμῆταρ ἰετέων τε Ἡῖον τε

Ἡῖοισι δὲ Ἡῖοισιν ἀμ' αἰδοῖσιν ὀπυδῆ.

Jupiter ultor est supplicumque hospitumque hospitalis, qui hospitibus simul vercerendis optulatur. Notissimus est ille Virgili l. 1. Æneid. ad finem versus:

Jupiter, hospitibus nam te dire jura loquuntur,

Hunc lætum Tyriisque diem, Trojæque profectis

Esse velis.

Valer. Flacc. l. 3. Argonautic. in principio:

— tur talia passus

Arma, quid hospitibus cunctas concurrere dextras

Jupiter? unde tuba nocturnaque moris Erymnis?

SABADIUS Jupiter, vel ut alii SEBADIUS, aut, ut nonnullis visum, SEBASIVS. Ludov. Carrio l. 2. Emendation. cap. ult. vide de Bacchi sacris Sebafis infra c. 11. Jul. Firmic. Matern. lib. de errore profan. Religion. Sebadium colentes Jovem, anguem cum imitantur per sinus ducunt. Aurel. Macrob. l. 1. Saturnal. cap. 18. Item eundem in Thracia haberi Solem atque Liberum accipimus, quem illi Sebadium uncupantes magna religione celebrant. Meminere vultus inscriptiones:

JOVISEBASIO. Q. NUNNIUS. ALEXANDER. V. S. L. M.

Et altera:

Q. NUNNIUS. ALEXANDER. DONUM.

DEDIT. JOVI. SABA ZIO.

Isti quidem Jovis cognomen voluit fuisse, at alii contra Bacchi proprium, cui loca consecrata Sibi appellabantur, ut & sacerdotes ejusdem. Suid. in voce Σεβασίος & Menæas Patarentis non Liberum ipsum, sed filium ejus sic vocatum contendit, apud eundem Suidam, consentiente Scholiaste Aristophanis in Lysistrata p. 861. & eodem Avibus, pag. 583. & in Vespis, pag. 432. M. Tull. l. 2. de legib. Novos vero deos, & in his colendis nocturnas pervigilaciones sic Aristophanes, facetissimus poeta veteris comædiæ, vocat, ut apud eum Sabazius, & quidam alii dii peregrini judicati è civitate ejiciantur. Quod autem Aristophanem citat, petendum ex iis, quas jam memoravi comædiis; in Vespis in principio:

— ἀλλ' ὕπνου μ' ἔχει τις ἐκ Σεβασίου.

Vetit Christianus Florens.

Sopor me incessit ex Sabazio.

Et in avibus:

καὶ φρυγίᾳ Σεβασίῳ,

καὶ στυβῶν μεγάλη

Μητρί θείᾳ καὶ ἀνδράπων.

Vetit Andreas Dinus:

Et Phrygiæ Sabazio.

Et passeri magna

Matri deorum & hominum.

Idem in Lysistrata:

Χ' ὁ τυμπανισμὸς, χ' οἱ πυκνοὶ Σεβαστοί.

Sonusque tympani, & frequens bacchatio.

Adeundi Diodor. Sicul. l. 4. Harporacion, Hesychius in Σεβασίος & alii. Quod autem supra de angue dixerat Firmicus, intelligi potest ex Arnobio l. 5. in hæc verba; Ipsa sacra, & ritus imitationis ipsius, quibus Sebadii nomen est, testimonio esse poterunt veritati, in quibus aureus coluber in sinum demittitur consecratis, & eximitur rursus ab inferioribus partibus. Certe inhi persulsum hac sola ratione Jovis esse cognomen, non autem Bacchi, quod consecrandis serpentes immitterentur. Nam Jovem in anguem muratum reperit, ut posset Proserpina commisceri, quæ à serpentibus custodiebatur. Quod eo ludentius notandum duxi, quod à nullo animadversum intelligerem. Nonnus Panopolitan. Dionysiæ c. 1. l. 6. v. 158.

Νυμφίος ἰερόβουτος δράκων κυκλάμενος ὄκαρῷ

Εἰς μυχὸν ὄφθαλμοῦ δίσταχθ παρθενίας.

Sponsus desideratus draco circumambans tractum, impenetrabile caliginos pertransit virginalis loci. Dixerat enim paucis ante interjectis:

Ἄλλα δράκοντες εἰσὶν ἰνυμοῦθός ὑμῶν αἰετός.

Sed dracones sponsa e nuptiis.

Et lib. 9. v. 325. ut Sencia concubant, eandem Jupiter formam capis, quod non sum ignarus de aliis quoque diis dici, ut antea annotabam in Serapidæ, & de Apolline C. Sueton. in Augusto cap. 94. ex Asclepiade Mender: Accium, cum ad solem Apollinis sacrum media nocte venisset, posita in templo lectica, dum cætera matrone obdormirent, obdormisse, Draconemque repente irruisse ad eam, pauloque post egressum, illamque exasperatam, quasi à contubitu maris purificasse, & statim in corpore ejus exiisse maculam, velus depicti draconis, nec potuisse unquam eximi, adeo ut max publicis balneis perpetuo abstineret, Augustum natum

matrem mense decimo, & ob hoc Apollinis filiam existimatum. Ut Accia, ab Apolline serpente formam gerente, gravida facta est, ita Olympias à Jove eandem figuram gerente, Alexandrum Magnum concepit. De utroque Sidon. Apollinar. carm. 2. v. 121.

*Magnus Alexander nec non Augustus habentur  
Concepti serpente Deo, Phœbumque Jovemque  
Divisere sibi, namque horum quæsit unus  
Cynthia sub Syrte patrem, maculis genitricis,  
Alter Phœbigenam sese gauderat haberi.*

De Augusto solus Suetonius, quod sciam, inter historicos prodidit, quod & de P. Scipione traditum apud A. Gellium lib. 7. noct. Atticar. cap. 1. at de Alexandro idem A. Gellius l. 13. c. 4. Opinione quam ille ingentibus victoris, & adulantium blandimentis, & rebus supra fidem prosperis inliberat, genitum esse sese de Jove. Ob id puto Corinthii statuam ei Jovis habitu erexerunt. Pausan. Corinthiac. & apertius narrat M. Junianus Justinus lib.

11. Namque mater ejus (Alexandri) Olympias confessa viro suo Philippo fuerat, Alexandrum non ex eo, sed ex serpente ingentis magnitudinis concepit. P. Victor. in Galerio Armentario: Insolenter affirmare ausus est, matrem more Olympiadis Alexandri Mingu creatricis, compressam dracone senect concepit. Serv. ad v. 321. l. 7. Æneid. Multi ad gloriam nominis simulat se nuntium filios, ut Romulus ex Marte, Alexander ex Jove Ammon. Ælian. l. 1. var. hist. cap. 25. Ἀλέξανδρος, ὃ τὸ φαίπρασος, εἰ δὲ τὸ δοκεῖ, ὃ τὸ Διός. Alexander Philippi filius, sive si quis nuntium, Jovis. Idem Sidon. Apollinar. eodem carm. v. 80.

*Quæque Draconigena portas non clauserat hosti,  
Tum demum Babylon nimis est sibi visa patere.*

Notat eruditus Joan. Savaro; & carm. 9. v. 46. idem Sidonius:

*Non prolem Garamantici tonantis,*

*Regius principibusque principantem.*

Unde Ammon sive Hammon Jupiter vocatus, ab arena, nam Græci ἀμμου arenam dicunt. Historicos, quorum nullus pæne est, qui non meminerit, silebo. Justin. l. 1. Ad Hammonis nobilissimum templum expugnandum exercitum mittit. Æmil. Prob. Lylandro: Vota suscepisse, quæ Jovi Ammoni solveret. Poetas tantum laudaturus. A. Gell. l. 3. c. 3. Ex quo: duos hos versus exscripsimus, ut historiam quærevimus Oraculi Arietini. nunc illud est, quod Arietini responsum magnis ludis dicitur.

*Perito, si non fecero,*

*Si faxo, vapulabo.*

Ubi Arietinum, vocabulo à forma Jovis desumpto, oraculum est Hammonis, quod exploratæ indubitæque fidei habebatur. Is autem specie arctis colebatur. Hadrian. Turneb. lib. Ad. vers. 3. cap. 3. P. Ovid. l. 3. de Arte in fine. Lucan. l. 9. v. 514.

*Ventum erat ad templum, Libycis quod gentibus unum*

*Inculti Garamantes habent, stat corniger illic*

*Jupiter, ut perhibent, sed non aut fulmina vibrans,*

*Aut nostro similis, sed tortis cornibus Ammon.*

Sil. Italic. lib. 9. Punicor.

*Ac patris flexis per tempora cornibus Ammon,*

Idem forte corrigendus l. 3. in principio:

*Inter aequalantes Garamantes corniger Ammon.*

*Fatidico pandit venientia sæcula Imco;  
Hinc omni captis, & casus sive futuros  
Ante diem, bellique vices novisse petebat.  
Exin clavigeri veneratus numinis aras  
Captivis onerat donis.*

Critici vexarunt hunc locum, ego puto tamen retinendam priorem hanc lectionem; vult enim Hannibalem, antequam ad Ammonis oraculum Bostar mitteretur, *Herculem*, quem *clavigerum Deum* appellat, donis seu prædæ parte oblata honorasse, si tamen de Bostare in Libyam jam profecto, ac non de Hannibale in Hispaniis agente sumendus esset locus, censentem legendum cum Fr. Modio Novanti quat. lectio. epist. 34. ex MS.

*Exin cornigeri veneratus numinis aram,*

*Captivis onerat donis.*

Decimas Apollini in pace, Herculi in bello, dicam infra hoc opere, votas.

Sed eodem libro ad finem, indubie vitiosa lectio habetur; ita enim scribitur:

*Laugeri capitis media inter cornua persans,*

*Marmaricis ales populis responsa canebat.*

Ubi ales monstrum instat est, nam si de columbis Dodonæum oraculum dantibus loqueretur poeta, eleganter diceretur *alitem* responsa canere, quod non sum ignarus à Lactantio Placidio traditum ad v. 105. l. 3. Thebaid. & aliis passim, nunc, quoni de Arietino oraculo fiat narratio, censeo scriberis:

*Marmaricis aries populis responsa canebat.*

Ad cujus imitationem Claudian. l. in Eutrop.

*Marmaricus clavis violatur cadibus Ammon.*

Et de 4. Honor. consul.

- - - tibi corniger Ammon,

*Et dudum taciti rupere silentia Delphi.*

Et l. 1. de laudib. Sillich. Nasamonibus contemnimus id templum facit.

*Et velox Garamas, nec quamvis tristibus Ammon*

*Responsis, alacrem potui Nasamona morari.*

Scholias. Pindari ad oden 4. Pythior. & ver. Scholia. Juvenalis ad sat. 6. v. 552. Laçant. seu Luctat. Placid. ad lib. 3. Thebaid. v. 475. ad lib. 8. Thebaid. v. 201.

*Quin & cornigeri vatis nemus.*

Sidon. Apollinar. carm. 5. v. 264.

- - - docili balatibus Ammon

*Si sentium sub Syrte gemit.*

Erant & histriones in hujus tutela; M. Accius Plaut. Amphitr. in prologo:

*Nunc profiteatur Jovem sacere histrionem,*

*Etiam in histriones cum anno in profanio hic Jovem invocant.*

Sunt & infinita alia, quæ dici possent de Jove; ut, quod *Hecaleus* vocetur; sed doctè diseruit Angelus Politianus Miscellanor. cap. 24. & *Supremus*, quod præoccupatum à Baptista Pio Annotation. posterior. cap. 3. & *Munichius*, quod diligenter ab eodem discussum ejusdem operis cap. 74. *Olympins*, Josephus Castalio, Var. cap. 9.

## C A P . VI .

## De Junone.

Cum præcedens caput de Jove præter opinionem nimium excreverit, ideo de *Junone* seorsum dicam, quam quidem cum *Jove* conjunctura erat, ut puto, cujus & soror & uxor fuisse fertur. Fuit hæc Saturni & Opis filia, sic dicta, quemadmodum *Varro* scribit, quod una cum *Jove* juvat. *Cic.* lib. 2. de Nat. deor. *Aër*, ut Stoici disputant, interjectus inter *Mare* & *Cælum*, *Junonis* nomine consecratur: quæ est soror & conjunx *Jovis*, quod ei similitudo est ætheris, & cum eo summa conjunctio. Effœminarunt autem eum, *Junonique* tribuerunt, quod nihil est eo mollius. Sed *Junonem* à juvando credo nominatam. *Macrobius* etiam in *Somnium Scipionis*: *Junno*, inquit, & soror *Jovis* & conjunx vocatur. Est autem *Junno* aër: & dicitur soror, quia iisdem feminibus, quibus cælum, etiam aër est procreatus: *conjunx*, quia aër subjectus est cælo. Libet hic referre fabulam de *Junone*, qua ratione *Jovi* matrimonio juncta sit, quam.

quam *Lilius Gyraldus* ex Commentariis in Theocritum affert, est autem hæc: Jupiter cum insidiaretur Junoni, ut cum ea jaceret, eam conspexit procul à cæteris Diis, mutatus in *Cuculus* in monte consedit, qui prius *Thronax* dicebatur. Postea ex re *Coccyx* dictus est. *Cuculus* ergo Jupiter tempestatem simul commovit: ubi cum sola in monte *Junone* esset ea parte, qua postea constructa est *Telia Junonis* ædes, *Cuculus* Jupiter ob tempestatis horrorem in virginis Junonis gremium devolvit, quem *Junone* miserata veste contexit. Tum vero *Jupiter* suam indutus formam, *Junonem* est amplexatus. Illa matris metu abnucebat, donec pollicitus connubium, obtinuit. Hactenus ille. *Junonis* passim apud Scriptores Ethnicos fit mentio, cujus historiam vel fabulam potius integram, ut recitemus, non est necesse.

Tantum de simulachro ejus & cognominibus quibus Romæ culta fuit, quædam dicemus. Simulachrum ejus ita figurabatur: Erat fœmina, inquit *Albricus*, in throno sedens, sceptrum regium tenens in dextra, ejus caput nubes tenebant opertum super diadema, quod capite gestabat, cui & *Iris* sociata erat, quæ ipsam per circuitum cingebat: nunciamque *Junonis Iridem* populi appellabant. Ideo juxta illam *Iridem* ancillam paratam ad obsequium Dominæ figurabant. *Pavones* autem ante pedes ejus à dextris & sinistris stabant, avesque *Junonis* specialiter vocabantur, &c. Hujus varia apud Romanos fuerunt, pro diversis ejus officiis & muneribus, nomina. Prima quæ occurrit appellatio est, quod dicitur *Junone Curis* ab hasta. Nam hastam *Curim* Sabini appellabant. *Cato* in Originibus (si, quæ leguntur fragmenta, legitima sunt.) *Quirinalis* collis à Junone, Sabinorum dea, quam illi *Curitum*, id est *hastatam Junonem* vocant. Idem tradit *Festus*. Huic deæ Romæ in omnibus Curis mentas posuit *Titus Tatius* Sabinorum Rex, quas suo etiam tempore Romæ fuisse, *Dionysius* testatur.

SORORIA JUNO dicta est à sorore Horatii. Huic in expiationem cædis fororis suæ aram *Horatius* consecravit. *Festus*.

REGINA JUNO à Latinis cognominata, quod & conjux Jovis, deorum atque hominum Regis esset. Hæc à *Camillo Dictatore* Vejis transvecta in Aventinum, & celebri die, summo matronarum studio dedicata est. Collocatur à *P. Victore* in XIII. Urbis regione. *Livii* verba de ea Romam transducta adscribam: Cum jam humanæ opes egestæ à Vejis essent, amoliri tum Deum dona, ipsosque Deos, sed colentium magis, quam rapientium modo cepere. Namque delecti ex omni exercitu juvenes, pure lautis corporibus, candida veste, quibus deportanda Romam *Regina Juno* assignata erat, venerabundi templum iniere, primo religiose admoventes manus, quod id signum more vetusto, nisi certæ gentis Sacerdos attretere non esset solitus: deinde cum quidam seu spiritu divino tactus, seu juvenili joco *visne Romam ire Juno*, dixisset? *annuisse*: cæteri *Romam conclamarunt*: inde fabulæ adjectum est, vocem quoque dicentis, *VELLE*, auditam: motam certe sede sua, parvi molimenti adminiculis, sequentis modo accepimus, levem ac facilem translatu fuisse, integramque in Aventinum, æternam sedem suam, quo vota Romani Dictatoris vocaverant, perlata, ubi templum ei postea idem, qui voverat *Camillus*, dedicavit. Hæc *Livius*, eadem *Plutarchus* habet, & prolixius quidem. Fuit aliud *Regina Junonis* templum in Capitolio, quod, *Livio* teste, à *Cn. Flamini* bello adversus Ligures votum est. Meminit ejus & *Cicero* in oratione ad Equites, antequam in exilium iret.

CAPROTINA JUNO unde nomen accepit, *Plutarchus* docet in Romulo de *Camillo*, & *Macrobius*, cujus hæc sunt verba: Post Urbem captam, cum sedatus esset Gallicus motus, res vero publica esset ad tenue deducta, finitimi opportunitatem invadendi Romani nominis aucupati, præfecerunt sibi *Posthumium Livium* Fidenatium Dictatorem. Qui mandatis ad Senatum missis, postulavit, ut si vellent reliquias suæ civitatis manere, matresfamilia sibi, & virgines dederentur. Cumque Patres essent in ancipiti deliberatione suspensi, ancilla, nomine *Tutela*, seu *Philotis* pollicita est, se cum cæteris ancillis sub nomine dominarum ad hostes ituram, habituque matrumfamilias & virginum sumpto, hostibus cum prosequentium lachrymis ad fidem doloris ingestæ sunt. Quæ cum à *Livio* in castris distributæ fuissent, viros plurimum vino provocaverunt, diem festum apud se esse simulantes. Quibus soporatis, ex arbore caprifico, quæ castris erat proxima, signum Romanis dederunt: qui, cum repentina incurfione superassent, memor beneficii Senatus, omnes ancillas manu jussit emitti, dotemque eis ex publico fecit, & ornatum, quo tunc erant usæ, gestare concessit, diemque ipsum *Nonas Caprotinas* nuncupavit, ab illa *caprifico*, ex qua signum victoriæ ceperunt, sacrificiumque statuit annua solemnitate celebrandum, cui lac, quod ex caprifico manat, propter memoriam facti præcedentis adhibetur. Hactenus ille.

JUNO MONETA à *monendo* dicta: cum enim non multo ante Urbem captam à Gallis terræ motus factus esset, ferunt vocem exitisse à Junonis templo, quod erat in arce, ut de sue plena fieret procuratio. *T. Livius* scribit, *L. Furium* creatum Dictatorem contra Auruncos, quod bellum, ab repentina populatione coeptum erat, inter ipsam dimicationem ædem *Junoni Moneta* vovisse, cujus voti, cum damnatus victor fuisset, Senatum ædem faciendam jussisse, locumque in arce destinatum, quæ arca ædium *M. Manlii Capitolini* fuerat, anno postquam ædes vota erat, *Moneta* dedicatam fuisse. *Macrobius* Calendis Junii hoc factum fuisse scribit. Servabantur in æde *Moneta Junonis* libri lintei, qui dicebantur, in quibus Imperii Romani fata continebantur. Non est verosimile, quod de *Junone Moneta* *Suidas* scribit, cum Romani pecunia indigerent in bello contra *Pyrrhum* & *Tarentinos*, eos Junonem invocasse: quæ ipsos monuerit, si justitiæ armis uterentur, pecuniam eis non defuturam; cumque id Romanis rectè con-



contigisset, *Monetam Junonem* veneratos esse, ejusque rei signum fuisse, quod numisma, id est, *moneta* inscripta in ejus templo asservaretur.

JUNO SOSPITA, à Græco *σάξω*, quod *servare* significat, antiquis etiam *Sospes* appellata est, teste *Festo*. Hæc inprimis Lanuvii colebatur magno cultu, ut docet *Livius*. Simulachrum ejus fingebatur cum pelle caprina & hasta, & scutulo, & cum calceolis repandis. *Cicero*. Hanc Junonem, cuius Lanuvii ædes erat, Romani etiam colebant: sic enim *Livius*: Lanuvinis, inquit, civitas data, sacraque sua reddita, cum eo, ut ædes, lucisque *Sospita Junonis* communis Lanuvinis municipibus cum populo Romano esset. Quare sæpe apud *Livium* & alios legimus, misisse Romanos Lanuvium, qui sacrificio facto *Junonem Sospitam* placarent. Postea verò & Romæ in foro Olitorio eidem ædes fuit extructa à *C. Cornelio*. Sic enim *Livius* lib. 32. Consul principio pugnae ædem vovit *Sospita Junoni*, si eo die hostes fusi fugatique essent. Item lib. 34. Ædes eo anno aliquot dedicatæ sunt: una *Junonis Sospite* in foro Olitorio, vota locataque quadriennio ante à *C. Cornelio* Consule Gallico bello, Censor idem dedicavit. Huic Consules magistratum ineuntes sacrificare solebant. *Cicero* pro *Muræna*.

JUNO LUCINA inde nomen habet, quod *lucem* nascentibus dare crederetur: unde etiam *Lucretia*. *Varro* de Lingua Latina lib. 4. Idco videtur à Latinis *Juno Lucina* dicta, vel quod terra, ut *Physici* dicunt, juvat & lucet: vel quod ab luce ejus, qua quis conceptus est, una vivat, donec mensibus actis produxit in lucem. Facta igitur à *juvando* & *luce*, *Juno Lucina*: à quo parientes eam invocant. Unde illud *Glycerii* apud *Terentium*:

*Juno Lucina fer opem, serva me obsecro.*

*Plinius* verò eam sic dictam ait à *luco*, ubi ejus ædes condita fuerit, ubi lotos fuerit miræ ventustatis, quam opinionem etiam *Ovidius* in *Fastis* recitat. Hujus templum in v. regione Urbis à *P. Victore* recensetur, ubi & lucus ei dicatus fuit. Ædícula ipsi in v. regione extructa & dedicata fuit, teste eodem. Scribit *Dionys.* *Servium* Tullium Regem ærarium *Junoni Lucinae* instituisse, in quod pro singulis nascentibus parentes, sive cognati certi pretii nummum inferrent.

JUGA JUNO appellata, vel quod *Juges*, ut ait *Pompejus*, sunt enim ejusdem jugi, pares, unde & *conjuges*: vel, ut scribit *Servius*, propter jugum quod imponebant matrimonio conjungendis. *Juge Junonis* ara fuit Romæ in vico, qui ideo *Jugarius* dictus erat, ut *Festus* ait. Scribit alii, quod ad hanc aram veteri ritu nubentes vinculis juncti fuerint, in omen futuræ concordia.

Fuit & JUNONIS JULIÆ ædícula in regione v. & templum *Junonis Martialis* in regione VIII. Horum verò cognominum mentio extat in nummis *C. Vibii Trebonii Galli* Imperatoris.

Præter hæc, quæ hæctenus recitavimus, etiam *Junoni* alia fuerunt indita cognomina: *Interduca*, *Domiduca*, *Unxia*, *Cinxia*, in nuptiis invocabatur, de quibus infra.

CALENDARIS JUNO vocabatur ab antiquis, quoniam omnes *Calendæ* ipsi attributas existimabant: in primis *Laurentes* patriis religionibus suis servabant, qui & hoc cognomen *Calendaris Junonis* cæremoniis addiderunt, & omnibus *Calendis* huic *Dææ* supplicabant. Sed & Romæ Pontifex minor in Curia Calabra *Junoni* rem sacram faciebat, & *Regis uxor*, id est, Regina sacrorum, porcam, vel agnam in regia Junoni immolabat.

NOVELLA JUNO calabatur à Pontificibus: id est, vocabatur in mensium *Calendis*. *Varro*.

FEBRUATA, vel FEBRUALIS dicebatur à *Februario*, quod ipsi eo mense sacra fiebant. *Festus*. FLUONIAM JUNONEM mulieres colebant, quod eam sanguinis fluorem in conceptu retinere putabant. *Festus*.

OPIGENAM etiam JUNONEM matronæ colebant, quod ferre eam opem in partu laborantibus credebant. *Idem*.

POPULONA, seu POPULONEA JUNO etiam cognominata, quam populus seu plebs precabatur, ut innuit *Martianus*. Sed de JUNONE hæctenus.

## AD CAP. VI. PARALIPOMENA.

## De Junone.

UT viris singulis sui *Genii*, vitæ præfides, actuumque arbiiri adesse credebantur, ita fœminis *Junones* semper præsto erant. Quomodo *Junius Philargyrus* interpretatur illud *Virgilio* *Ecol.* 4. in fine:

*Nec Deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.*

*Deus*, id est, *Genius*, seu vitæ præses, cui mensam antiquitas sacra vitæ, *Dea*, id est, *Juno*, in cuius tutela læsti geniales, puerperia multi *virii* & parvi jam nati. Quod *Angelo Politiano* acceptum referre debemus, qui primus, ut existimo, hunc ritum annotavit *Miscellaneor.* cap. 89. *C. Plin.* l. 2. nat. hist. c. 7. *Major cælitum populus etiam quam hominum intelligi potest, cum singuli quoque ex semetipsis totidem deos faciant, Junones Geniosque ad-*

*optando sibi.* In MS. codice *Jacobi Dalecampii*, qui optime non de *Plinio* modo, sed & de aliis multis auctoribus meritis est, legebatur, *adaptando sibi.* In *Fuxienti*, *adoptantes sibi.* *Plaut.* in *Mercatore*:

*I hæc mecum, ut videas simul*

*Tuam Alanciam pellicem, Juno mea.*

*L. Sen. epist.* 110. *Ita tamen hoc seponas, volo, ut memineris majores nostros, qui crederent hoc, Stoicos fuisse, singulis enim & Genium & Junonem dederunt. Sed quum virorum sint Genii, fœminarum Junones, malim legere cum disjunctione, singulis enim aut Genium aut Junonem dederunt. Licet & virorum Junonem fuisse præfideum videri possit ex *Juvenale* sat. 2. v. 98.*

*Et per Junonem domini jurante ministro.*

At *Satyricus* de molli effœminatoque loquitur, ideo recte quod mulieri conveniebat, ei attribuit. *Vet. Scholiast.* non per *Jovem*,

*Jovem, sed per Junonem, ita inquit servi jurant, quomodo solebant ancille Neronis, adulantes per Junonem tuam.* Albius Tibull. lib. 4.

*Natalis Juno sanctos cape thuris acervos,  
Quos tibi dat tenera dolla tenere manu.  
Tota tibi est hodie, tibi se latissima compset,  
Scaret ut ante tuos conspicienda focos.*

Tertius versus, nisi fallor, non caret mendo, itaque censebam legendum:

*Tota tua est hodie.  
At discretè in MS.  
Lota tibi est hodie.*

Et rectè quidem meo judicio, nam ornatrices seu pŕsecades dicebantur *Speculum Junoni tenere*, quod illa munditiei & ornatus curam habeat: quare & ejus itatuz crines addebant, eosque curiosa superstitione disponebant. D. August. de Civit. Dei l. 6. ex L. Senecæ libro de superstitione, qui intercedit: *Sunt que Junoni & Minervæ capillos disponant, longe à templo, non tantum simulachro, stantes, digitos movent, ornantium modo, sunt que speculum tenent.* Idem Epist. 95. *Vetemus lintea & strigiles Jovi ferre, Junoni speculum tenere.* Prudent. lib. 2. in Symmach. de Victoria:

*- - - non pexo crine virago,  
Ant undò suspensa pede.*

Huc refert J. Liptius illud Tertulliani lib. 1. de Junoniis. *Qui in idolis comendis & ornandis, & ad singulas horas salutandis adulantur, orationem facere dicuntur.* Unde defluxit consuetudo loquendi vulgata, ut mulieres Junonem suam appellarent. C. Petronius Satyrice pag. 19. *Minor est ista, quam ego fui, cum primum virum passa sum, Junonem meam iratam habeam, si unquam me meminere virginem fuisse.* Alb. Tibull. l. 3. eleg. ult.

*Et si perque ac suos fallax juravit ocellos,  
Junonemque suam, perque suam Venere.*

Idem lib. 4. ad finem:

*Hæc per sancta tuæ Junonis numina juro,  
Quæ sola ante alias est tibi magna deas.*

Hæc Vestæ & Ceretis soror habita. D. Aufon. Eidylio 4. in Grypho Temarii:

*Vesta, Ceres, Juno, sexus muliebre, sorores.*

Ita Vineri editio habet, ita & Silvius in Veneta repererat, & habet hæc lectio patronos suos, nam *sexus* in neutro genere dicitur: notat Priscianus Castariensis l. 5. Siferua hist. lib. 4. *Tum in muro virile ac muliebre sexus populi multitudine omni collocata.* Salust. l. 2. hist. *At Metellus in ulteriorem Hispaniam post annum regressus, magna gloria concurrentium undique virile ac muliebre sexus, per vias & tella omnium viscebat.* At Mariangelus in Julium Solinum legit:

*Vesta, Ceres, & Juno, decus muliebre, sorores.*  
Vulgata enim dicendi forma Virgil. Eclog. 4. & alii passim:  
*Tuque adeo decus hoc avi.*  
Et Ecloga 5.

*Tu decus omne iuis.*

Invaluit tamen Criticorum opinio, ut legeretur:

*Vesta, Ceres, & Juno, secus muliebre, sororum.*  
Quod Solipatri Charini auctoritate idem sit *secus* neutri generis ac *sexus*. Josephus Scaliger lib. 1. Aufon. lect. cap. 16. citat locum ex Eidylio 5. seu Techno paginio, sed Elia Vineto indicante:

*Nota Caledoniis nurbus muliebre secus stryx.*  
Licet editiones vulgatæ habeant:

*Nota & parvorum cunis muliebre secus stryx.*  
Quæ lectio nihil habet, cur placeat, meo judicio. Et ut *Jupiter Stygius* de Plutone apud poetas, ita & *Juno infera*, seu *inferna* pro Proserpina, usurpatur. *Quia inferius terra hemispherium per illam ab antiquis Physicis significat.* Macrobi. lib. 1. Saturnal. cap. 21. Inde poëtæ, Claudian. lib. 1. de Raptu in principio:  
*- - - caliganteque profunda  
Junonis thalamos.*

Sil. Italic. lib. 13. Punicor.

*- - - conjux Junonis Averna.*

Sat. lib. 5. silv. 3.

*- - - umbrarum reges Etnæque Juno.*

Et lib. 4. Thebaid. v. 524.

*Funestorum operum Eumenides, Stygiæque severis  
Junonis thalamos, ac mesta cubilia cerno.*

Luceat. Placid. Pythagorus dicit, duo esse hemispheria, quibus proprios deos assignat, & facit superioris regem Jovem, & reginam Junonem, inferioris Ditem Jovem esse infernum, Proserpinam Junonem infernam, & duas Veneres, unam supernam, & alteram Libitinam, & alios deos binos constituit. Hecaten, sicut & Ditem Jovem, ita & hanc Stygiam Junonem & Junonem infernam interpretatur Proserpinam Servius ad illud lib. 6. Æneid.

*Anveus & foliis, & lento vimine ramus,  
Junoni inferne dicitur sacer.*

Præposita erat & sacris nuptialibus, neque legitimæ celebrati poterant nuptiæ sine illius interventu, quæ & matronalis reverentiæ seu majestatis, & ornatus seu munditiei muliebris præses credebatur. Dicam lib. 5. cap. 37. Eam autem nomine illo pro ære cultam ab Assyriis & Afris docet Jul. Firm. lib. de errore prof. Rel. & ante illum Pausan. Attic. Plutarch. Crassd. & omnibus prior Herod. l. 1. Probus in Eclog. 6. Virgili. Cic. lib. 2. Nat. deor. *ær interjectus inter mare & calum Junonis nomine consecratur.*

## C A P. VII.

### De Apolline & Diana.

#### Sequuntur inter Selectos Deos, Apollo, & Diana.

**A**POLLO à plerisque putatur idem esse qui *Sol*, quidam diversum ab eo faciunt. *Cotta* apud Cicero-  
nem varios esse Apollines dicit, & ex iis quatuor recenset. *Apollinum*, inquit, antiquissimus is, quem paulo ante ex Vulcano natum esse dixi, custodem Athenarum. *Alter Corybantis filius*, natus in Creta: cujus de illa insula cum Jove ipso certamen fuisse traditur. *Tertius Jove tertio natus & Latona*, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse. *Quartus* in Arcadia, quem Arcades *Nomionem* appellant, quod ab eo se leges ferunt accepisse. Ex his quatuor tertium potissimum à Romanis cultum fuisse suspicari licet. Is enim celebratissimus apud eos fuit. *Diane* frater, de quo sic *Manilius* vel *Manlius* apud Varro-  
nem: *Latona* parit casto complexu Jovi Deli deos geminos, id est, Apollinem & Dianam: ut interpretatur Varro idem: *O sancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum obtines.* Unde nomen *Apollo* habeat, variant Scriptores. *Macrobius* aliquot diversas sententias & cognomina recenset lib. 1. Saturn. cap. 17. Hunc quatuor artibus antiqui præferunt. Nam primum *Citharædum*, ac *Citharædorum Deum*: deinde *Medicina inventorem*, post *ŕculatorem & Sagittarium*, tum *Vatem & vaticinii Deum* constituerunt. Fabulam ejus prolixè recitare nolo. Pingebatur in specie impuberis juvenis, modo facie puerili, mo-

modò juvenili, semper imberbis: interdum autem cana diversitate apparentis: licet verò tali facie esset formatus. Is super caput portabat tripodem aureum. In dextra verò manu habebat fagittas, arcum & pharetram: in sinistra autem citharam tenebat. *Albricus*, item *Macrobius* & alii. Nunquam etiam ita figurabatur, ut manu dextra Gratiâ gestaret: arcum cum fagittis sinistra: quare multa habet *Macrob.* lib. 1. Saturn. cap. 17. Religiose hic fuit à Romanis cultus, ac multa est consecutus templa, ædes, aras, multaque cognomina. Dicitur enim *Cælisfex*, *Medicus*, *Palatinus*, *Sandaliarius*, *Sosianus*, *Thuscænicus*, *Tortor*.

COELISPEX fortasse dicitur, quòd ita figuratum sit ejus simulachrum, ut cælum aspexerit. Ut videre est in fronte lib. 2. nota E.

MEDICUS dicitur, quòd medicinæ fuerit inventor. Huic ædem extruxit *M. Fulvius Nobilior* Censor anno 121. *L. Manlio Acidino*, & *Q. Fulvio Flacco*. Liv. lib. 40.

PALATINUS, qui & ACTIACUS & NAVALIS, & PARÆTONIUS, dicitur fuit Apollo à templo, quod ipsi in monte Palatino Augustus, Antonio & Cleopatra devictis, ex marmore (ut *Servius* testatur) Lunensi fecit. Templum hoc fuit donis opulentissimum, siquidem *Augustus* aureas argenteasque staturas sibi positas ei donavit, fuit etiam opere magnificentissimum. Valvæ erant eburneæ, auro picturisque ornatae, de quibus detracta hostibus spolia suspensa erant. Describit hoc templum elegantissimè *Propertius*, cujus versus aliquot ex castigatione *Josephi Scaligeri* adscribam: sunt autem hi:

*Tum medium Clario surgebat marmore templum,  
Et patria Phœbo charius Ortygia.  
Auro Solis erat supra fastigia curvus,  
Et valvæ Libyci nobile dentis opus.  
Altera dejectos Parnassi vertice Gallos,  
Altera mœrebat funera Tantalidos.*

*Deinde inter matrem Deus ipse, interque sororem  
Pythius in longa carmina veste sonat.  
Illic aspicias scopulis hævere sorores,  
Et canere antiqui dulcia furta Jovis.  
Ut Semele est combustus, ut est deperditus Io:  
Denique ut à Troja testagolarit avis, &c.*

Fuit hoc templum etiam porticum circumdatum, quæ templi Apollinis Palatini appellata, uti ex eodem *Propertio* liquet, dicente:

*Quæris cur veniam tibi tardior? aurea Phœbi  
Porticus à magno Casare aperta fuit.  
Tota erat in species Pænis digesta columinis:  
Inter quas Danaï femina turba senis.*

*Hic equidem Phœbo visus mihi pulchrior ipso  
Marmoreus tacita carmen biare lyra.  
Atque aram circum steterant armenta Myronis,  
Quattuor artificis vivida signa boves, &c.*

Fuit & ibidem Area Apollini Palatino consecrata. Hodie ne vestigia quidem illius templi relicta sunt: diruto etiam *S. Lucie* sacello, in quod Apollinis illud conversum fuerat.

SANDALIARIUS APOLLO, simulachrum fuit Apollinis, quod Augustus Cæsar ex strena, quam ipsi Equites Kalendis Januariis in Capitolio præbebant, mercatus est, & in vico quodam regionis quartæ dedicavit, unde vicus ipse *Sandaliarii* nomen accepit. *Onuphrius Panvinius* & *Sext. Rufus*. Dicitur autem est *Sandaliarius*, ut quidam volunt, à *Sandalio*, quod simulachrum istud *Sandalis* fuerit ornatum. Quod ferè probat *Theodorus Pulmannus*, qui annotat, in antiquis duobus Suetonii exemplaribus, pro eo, quod in excusis est, *Apollinem Sandaliarium*, fuisse *Apollinem Sandaliatum*. Est autem *Sandalium* genus calceamenti, quod Germanicè *pantoffelen* dicimus. *Antonius* tamen *Sabellius* non vicum ab Apolline, sed Apollinem à vico *Sandaliarium* appellatum fuisse vult, quod in eo vico, in quo hæc Apollinis effigies dedicata fuerit, plurimi *Sandaliarii* opifices habitarent, cum quo etiam facit *Lævinus Torrentius*.

SOSIANUS etiam APOLLO; simulachrum fuit Apollinis cedrinum è Seleucia Romam advectum, & in æde ejus collocatum. Meminit hujus *Plinius* lib. 13. cap. 5.

TORTORIS quoque APOLLINIS simulachrum fuit Romæ, de quo *Suetonius* scribit, Apollinem hoc nomine in quadam parte Urbis cultum fuisse. *Antonius Sabellius* putat, eum *Tortorem* dictum fuisse à vico, in quo venalia tortorum flagella pependerit, vel quem *tortores* incoluerint. Idem probat *Lævinus Torrentius*.

THUSCÆNICUS APOLLO Romæ fuit in Bibliotheca templi Augusti, quinquaginta pedum à polle, de quo *Plin.* lib. 34. cap. 7. dubium esse dicit, ære mirabilior sit, an pulchritudine?

APOLLINEM DIADEMATUM, ejus denique colossus, cubitorum triginta, centum & quadraginta talentis in eo sumptis, *Lucullus* ex Apollonia Ponti in Capitolium transfudit. *Plinius*. Reperiuntur & alia Apollinis cognomina in vetustis monumentis & nummis, quæ libens prætereo.

## D I A N A.

Apollinis soror DIANA fuit, sic dicta, ab *Fana*, si *Macrobio* credimus, *d* litera addita: *Fana* enim *Luna* est. Alii à *Δία* appellatam eam volunt: hoc est, à *Jove*, quasi *Joviana*, Jovis enim est filia. Quidam quasi *Devianam*, quoniam venantes per devia, & silvas deviare solent captantes feras. Alii *Devianam*. *Dianas* tres *Cicero* connumerat lib. 3. de Natura Deorum: *Primam* Jovis & *Pro-*

Proserpinæ filiam, quæ pennatum Cupidinem genuisse dicitur: *secundam* notiorẽ ait, quæ Jove tertio & Latona nata sit: *tertia* patrem *Upin* fuisse dicit, matrem Glaucon, quam sæpe Græci *Upin* paterno nomine appellunt. Ex iis secunda celebratissima fuit, à Græcis, & postea à Romanis culta. Simulachrum ejus tale erat: Pingebatur specie fœminæ coma dissoluta, quæ arcum tenebat & sagittam, cervos quoque cornutos in venatione insequi videbatur, sicuti adhuc in nummis antiquis cernitur.

Primum *DIANÆ* templum Romæ in Aventino monte extructum fuit à populis Latinis, *Servio Tullio* regnante. Cum enim, ut *Dionysius* scribit, cupido *Servium* Regem invasisset ex populis Latinis, quasi unum corpus constituere, ne à se invicem dissentientes, mutuis cædibus ruerent, convocatis Latinorum optimatibus, suasis eis ut templum cum inviolabili refugio communi sumptu Romæ construerent, quo convenientes civitates, quotannis privatim simul & publicè sacra facerent, exererentque forum rerum venalium certis temporibus: & si qua offensa populis incideret, inter sacra Deorum conciliarentur ex aliorum populorum arbitrio. Hæc & alia multa commoda proponens, quæ consequerentur, & communi concilio, omnibus persuasit, qui tum aderant. Collatis deinde oppidatim pecuniis, *Diana* templum ædificavit in Aventino, eminentissimo urbis tumulo, & fœderis leges conscripsit civitatibus, ritusque celebrandi festi atque fori constituit. Et ne ulla injuria temporum aboleretur, in ærea columna incidit decreta concilii & civitates ejus conventus participes. Ea columna permansit usque ad nostram ætatem in *Diana* templo dedicata, inscripta literarum characteribus Græcicis. Hactenus *Dionysius*. Huic templo boum cornua erant affixa, cum reliquis *Diana* fanis cervorum cornua affigerentur, cujus rei causam hanc recitat *Plutarch.* esse id monumento antiqui casus. Fuisse quendam in Sabinis, *Autronem Coratium*, qui vaccam habuerit & magnitudine & forma reliquis præstantem, monitumque à vate quodam ei, qui in Aventino bovem hanc *Diana* immolasset, fara summam potestatem deferre, Urbemque ipsius Italia totius regno potituram, Romam se contulisse bovis ibi mactandæ gratia. *Servum* autem Regi *Servio* clam id vaticinium, Regemque *Cornelio Pontifici* indicasse. Tum *Cornelium Autroni* mandasse, ut ante sacrificium aqua *Tiberis* profuente sese ablueret: sic enim legibus præscriptum esse litituro: ita hunc lotum abiiisse. Interim *Servium* occasionem immolandæ vaccæ in honorem *Dianæ* præcepisse, mactatæque cornua templo affixisse. Hactenus *Plutarchus*. Eandem fabulam & *Livius* recitat.

Fuit ædes *DIANÆ* in Cœliolo, quæ hodie est templum *S. Joannis* Evangelistæ, ante portam Latinam, minimam & nullorum plane ornamentorum. Idem in Subura, unde nomen *DIANÆ Suburana*.

Ædicula quoque *DIANÆ VALERIANÆ* in regione Urbis vi. fuit. Item in vico Patricio ædes *Diana* fuit, quam non intrârunt viri, cum ab aliis non arcerentur. Ejus rei hanc causam *Plutarchus* quæst. 3. affert, fieri id ob sermonem vulgatum. Mulierem enim quendam Deæ ibi cultum exhibentem à quodam vi fuisse compressam, eumque à canibus discerptum: unde superstitione nata sit, ne viri eo intrarent.

#### AD CAP. VII. PARALIPOMENA.

##### Apollinis cognomina & Oracula celebria.

**L**ocus *Fulgentii* lib. 3. Mythol. cap. 9. ubi agit de *Apolline* & *Marsya*, mire corruptius, quem fide *M.S.* codicis restituit *Fr. Modius*. Quem *Apollo*, cum non recte judicasset, asinus auribus depravatis, ille criminis sui notam tonsori tamen ostendit, præcipiens ei, ut, si crimen ejus celaret, eum participem regni efficeret, ille secretum domini sui in terram fodit, & in defosso terra dicit & opernit, in eodem loco calamus natus est. Legendum, tonsori tantum ostendit, promittens ei, ut, si crimen ejus celaret, participem regni efficeret, ille in terra fodit, & secretum domini sui in terra dicit, & terra opernit. Sequitur deinde, quæ cum per. utebatur, dicebat, *Midas* Rex aures asinales habet, lege asininas.

Variis hic cognominibus compellatus, pro diversis seu regionibus, seu cultibus, aut populorum ritu. Primum igitur, ut inde ordiatur, *Deliacus*, à *Delo* insula, ubi est natus, dicitur est. *Διὸς ἤϊου πέδῳ*, Deum celebravit prima. *Callimachi*. Hymno in *Delum*. v. 5. non ergo tantum quod ibi natus sit, ut ex *Pindari* Scholiaste putat, & sexcentis aliis, sed quod primus à *Deliacis* *Apollini* sit exhibitus cultus, primaque sacrificia. Unde sex mensibus æstivis *Delo* dabat responsa. *Serv.* ad v. 144. lib. 4. *Æneid.* ut abunde narrat *Plutarchus* in *Pelopida*. Idem etiam & *Genitor*. *Diogen. Laërt.* 1.8. c. 13. Βασιλεὺς περιεκοινησας μόνος ἰν ἀλάφῳ τῷ Ἀπίλλωνος, τῷ γένετορος, ὃς ἰσὺν ὄπισθεν τοῦ Κερατίνου. Adorasse modo *Apollinis* *Genitoris aram* in *Delo*, quæ retro iorueam est posita. De *Pythagora* *Macrob.* 1. 3. *Saturnal.* cap. 6. *Marsa* de hoc cognomine disquiris *Clostinus Vernus* *Ordinatorum* lib. 2. *Delo* ara est *Apollinis* γένετορος, in qua nullum animal sa-

crificatur, quam *Pythagoram*, velut involutam adorasse produnt. Meminit & *M. Cato* libr. de liberis educandis, in *Fragmentis* historicor. pag. 14. Nutrix hæc omnia faciebat in verbenis ac tubis, sine hostia, ut *Delo* ad *Apollinis* *Genitoris aram*. Et alludit *Valer. Flacc.* *Serinus* lib. 5. *Argonautic.* v. 403.

Cum comes orsa loqui, *Phæbi* *Genitoris* ad aram *Ventum*, ait.

Ara hæc cornea, seu, ut aliis placet, cornuta erat, id est, è cornibus compacta. *Angelus Politian.* *Miscellaneor.* cap. 52. *Theodorus Marcellus* *Regius* eloquentiæ professor ad epigr. 11. *Amphitheatri* *Martialis*. *P. Ovid.* epist. 20. *Cydippes* *Aconio*.

Miror & innumeras structam de cornibus aram,

Et de qua pariens arboris nixa dea est.

*Callimachus* *Cyrenæus* in *Hymno* *Apollinis* vers. 62. cam depingit:

Ὅ δ' ἴπλεον βασιλῶν Ἀπίλλων.

Δεῖματό μιν κερὰσσι ἰκισθῆλια, πῆξι δὲ βασιλῶν

Ἐκ κερῶν, κερὰς δὲ περίε ὑπεβάλλετο ποιχε.

Id est ad verbum. Ipse vero compingebat aram, *Apollo*, construxit quidem cornibus fundamenta, compegit vero altaris ex cornibus, cornua item circum parietes posuit. Metricis legibus elegantissime includit *Bonaventura Vulcanius*:

Aram texebat *Apollo*,

Cornua sternebat fundamenta, cornibus ara

Surgebat, cornu murum quoque duxit in orbem.

Atque ista quidem inter mundi miracula habebant. *Martial.* loco citato:

Disimuletque Deum cornibus ara frequens.

Abunde, ut solet, nec minus curiose, *Plutarch.* lib. de *Solitã* Animal. ex veteri poetâ quodam:

Διὰ δὲ τῶν τοῦ Ἀπόλλωνος παρὰ τῶν.  
Τὸν κεράτιον ἑαμίον εἶδον ἐν τοῖς ἱππῶν καλαμῆνοϊς θεάμα-  
σιν ὑμῖν μόνον, ὅτι μίτη κόλλης δέσμενος, μίτη τινὸς ἀλλὰ  
δισμῆ, διὰ μίαν τῶν δέξιν συμαίτην καὶ συνήρμους κερά-  
ται. Vertit Guil. Xylander.

Tale quid in Delo, & Phœbi me cernere templo  
memini: nempe aram ceruicium sive coronatam (mellius reddi-  
dissent. corneum) quæ inter septem mundi mira. nra celebratur,  
quod neque glutine ullo, neque aliis vitæulis coherens, è solis de-  
trivis cornibus compacta est.

Isto quidem apud Græcos cognomento colebatur. At apud  
Romanos, Palatinus, seu Atilianus, sive quia Augustus videri  
volebat se Apollinis esse filium, ut Suetonius refert cap. 94.  
sive quod navali prælio victor, Antonio profugato, ad Actium  
promontorium fanum ei exeret, ut nairat Dio Coccejanus in  
actis Anni 724. lib. 51. in principio. A similitudine autem lu-  
dorum ibi exhibiturum, alios Romæ post triumphum dedit,  
& Apollinem, cuius, ut credebatur, beneficio victoriam fuerat  
adeptus, templo sancto venerandum esse: quod quia in Pala-  
tio structum fuit, Apollo Palatinus inde cognominatus. Suetonius  
in Aug. cap. 29. *Exstruxit forum cum eade Martis Ultoris,  
templum Apollinis in Palatio, eadem Tonantis Jovis in Capito-  
lio.* Et cap. 52. ex quibus aureas corinas Apollini Palatino de-  
dicavit. In hoc templo Bibliotheca Latina & Græca erat, ut ex  
Suetonio cap. 29. laudato constat; meminere vetusti inarmoris  
fragmenta.

O S S A.

VIBIÆ. SUCCESSÆ. LIVIÆ. AUG. SER.  
AB. ARGENTO.  
POTORIO. ITEM. A. VESTE. L. VIRIUS  
AUG. SER.  
PAMPHILUS. SCRIBA. LIB. ET. A. BI-  
BLIOTHECA.  
LATINA. APOLLINIS. CONJUGI. FI-  
DELISSIMÆ. ET. PISSIMÆ.

B. D. S. M.

Est & alia inscriptio, cujus hæc sunt verba,

SULPICIÆ THALLUSSÆ.

ANTIOCHUS. TI. CLAUDI. CÆSARIS  
A. BIBLIOTHECA. LATINA. APOLLI-  
NIS. CONJUGI. SUÆ. BENE. MERITÆ.

Istæ quidem inscriptiones meminerunt Bibliothecæ Latinæ.  
Est quoque Græcæ mentio in ista.

D I S. M A N I B U S.

C. JULIUS. FELIX. A. BIBLIOTHECA.  
GRÆCA. PALAT.

Frequentem eam laudant poëtæ ejus ævi. P. l. 34. Nat. histor.  
cap. 3. in fine. Et l. 36. cap. 5. Virgil. l. 6. Æneid. post prin-  
cipium:

Tam Phæbo & Trivia solido de marmore templa  
Institam, festoque dies de nomine Phæbi.  
Servius Maurus, ut solet, miscet historiam; nam hoc templum  
in Palatio ab Augusto factum est. D. Juvenal. Satyr. 7. v. 38.

— Ansvram & Apollinis adeo relicta.

Martial. lib. 12. epigr. 3.  
Jure tuo veneranda novi pete limina templa;  
Reddita Pieria sunt ubi templa choro.

Sext. Propert. lib. 2. eleg. 31. Et lib. 4. eleg. 6.  
Musa Palatini referamus Apollinis ædem.

Helenius Acron, Porphyrio, aliique Horatii interpretes ad  
illud lib. 1. Satyr. 9.

— Sic me servavit Apollo.

Et lib. 1. epist. 3.  
Privatus ut querat opes, & tangere vitæ  
Scripta Palatinus quæcumque recepit Apollo.

Ur de Bibliotheca Græca, Latinæque nulli dubium esse possit;  
addc & Ovidium l. 3. Trist. eleg. 1.

Quæque viri docto veteres fecere novique  
Pælore, læturis inspicenda patent.

Illud certe non æque obvium, aut cuiquam hæcenus animad-  
versum, juxta illud templum convenire solitos Jurisconsultos,  
de libris ambiguis disceptaturos. Vetus Scholiastes Juvenalis  
ad v. 128. Sat. 1. *Aut quia juxta Apollinis templum Jurisperiti  
sedebant, & tractabant, aut quia bibliothecam juris civilis, & li-  
beralium studiorum in templo Apollinis Palatini dedicavit Augus-  
tus: nam hic est Apollo, cuius memini Horatius. Pseudocornutus  
ad Sat. 2. A. Persii v. 56. In portu Apollinis Palatini fuerunt  
Danaidum effigies, & contra eas sub ditotidum cæcæstræ fili-  
orum Ægæthi. Ob eam certe causam totum Palatium, & totus  
mons Palatinus in tutela erat Apollinis. P. Ovid. lib. 3. de Art:*

Quæ nunc sub Phæbo ducibusque palatia surgunt,

Quid nisi araturis pascua bobus erant?

Et eodem libro deinde:

Visite laurifero sacrata palatia Phæbo,

Ille Paratonius versis in alta rates.

Habere etiam & barbari suum Apollinem, quem, quod ab  
Hyperboreis, Scythiæ ultra Aquilonem populis, ut exponit  
Luctatius Placidius ad lib. 5. Thebaidos Statianæ v. 390. religio-  
se coleretur, Hyperboreum appellaverunt. Serv. Honorat.  
ad v. 114. lib. 4. Æneid. *Agathyrsi populis sunt Scythiæ, colentes  
Apollinem Hyperboreum, cuius elogium, id est, responsa feruntur.*  
At historici Geographicaumque rerum scriptores fabulosa  
omnia de hac gente existimant. Eratosthenes apud Strabonem  
libro Geograph. 1. qui idem Strabo usquam illum populum  
existere docet contra commenta Pitheæ Massiliensis lib. 7. pag.  
335. Fest. lib. 8. *Ultra Aquilonis statum habitantes;* Herodotus  
nullo omnino esse asserit; Possidonius *Alpibus conterminos*  
locat. Raphaël Volaterran. Geographiæ lib. 7. pag. 221.  
Sunt qui ultra Scythas Ise donas esse tradant, quibus conterminos  
Arimaspos, atque his adjacere Rhiphaeos montes, quorum  
juga incolant Hyperborei. Sed omnia esse ficta, qui regiones il-  
las lustravit, prædidit Adamus Mathæus à Micham. Tamen  
usque adeo antiqui fidem adhibuerunt, ut Ab. eris Scythæ, Scy-  
thæ filius, oracula scripserit, quæ Scythica vocabantur, nuptias  
Hebræi fuerit, lustrationes, eorum origines soluta oratione, Apol-  
linis adventum ad Hyperboreos, versu. Fertur & oraculum hu-  
jus celebre, laborantibus peste Græcis, oportere a populo A-  
theniensi vota fieri pro omnibus. Suidas in voce "Αἰαρις  
auctoritate magni Basilii. Jamblich. lib. de vita Pythagoræ cap. 19.  
ὄθε μὲν "Αἰαρις ἀπὸ Ὑπερβορέων ἱερὸν τῷ Ἀπόλλωνος. Venit  
Abaris ab Hyperboreis sacerdos Apollinis. Scholiast. Pindari  
Olymp. ode 3. in principio:

Δάμων Ὑπερβορέων πέλαος, Ἀπόλλωνος θεράπνεα.

Populo Hyperboreorum quem persuasisset, Apollinis cultori. Me-  
minit & Pythior. ode 10. Ælian. Var. hist. l. 2. cap. 26. "Αἰαρις  
τέλεος λέγει ὑπὸ τῶν Κροτωνιατῶν τὴν Πυθαγόραν Ἀπόλλωνα  
Ὑπερβόρειον προσαγγεῖν σάει. Aristoteles dicit Crotoniatis Pytha-  
goram Apollinem Hyperboreum cognominari. Qui locus in scriptis  
Aristotelis non habetur. Claudian. de 6. Hon. contul.

Augeat spes Italæ, & certius omnia surgunt  
Videtur concepta solo, quum pulcher Apollo  
Lustrat Hyperboreas Delphis cessantibus aras,

Primus versus corruptus: lege:

— & certius omnia surgunt.

Idem lib. 3. de laud. Stilichon.

— Hyperboreis Delos prælata pruinis.

Multa dona à Græcis ad hos Apollinis cultores mittebantur.  
Diodor. Sicil. lib. Biblioth. 2. apud Deliderium Heraldum  
lib. ad Jamblichum cap. 7. Animadversor. Callimach. Hymno  
in Delum v. 281. *Decimas inquit tibi obtulerunt, qui ad Aures-  
ram, Vesperam & meridiem.*

— καὶ οἱ καθ' ἑσπερὸς Βορέας

οἶκία θινὸς ἔχουσι, πολυχρονίατατον αἶμα.

Et quia supra Boræam domicilia litæ habent, valde longævum ge-  
nus. Sed & illi per virgines probatissimas primitiæ frugum Apol-  
lini Delio miscebant. C. Jul. Solin. Polyhist. cap. 21. Sequitur  
autem in Claudiano.

At si Phabus adest, & frenis grypha jugalem  
Rypheo tripodas respiciens detorsit ab axe.

Gryphes ergo Hyperboreo Apollini dicatos insinuat, ut puto, propter sagacitatem, miramque in proficiendis futuris providentiam, quos collocaet L. Apul. l. 1. Miletiar. in mysteriis Iſidis. Hinc Dracones Indiæ, inde Gryphes Hyperborei, quos in speciem pinnae alitis generat mundus alter. Sciv. ad Eclog. 8. Gryphes, genus ferarum in Hyperboreis nascitur montibus, omni parte leones sunt, alis & facie aquilis similes sunt, equis vehementer infestis, Apollini adeo delectantur, ut homines ne tangere illud quidem exturbantes permittant. Pompon. Melal. 3. de situ orbis cap. 1. Gryphi, saxum & pertinax ferarum genus, arxum terra penitus egressum mire amant, mireque custodiunt, & sunt infestis attingentibus. Et lib. 3. cap. 7. paria Jul. Solin. Polyhist. cap. 20. Cum auro & gemmis affluant, gryphes tenent universa, alites ferocissimas, & ultra omnem rabiem sevientes, quorum inimicitate obfistente, aditus advenis difficilis est ac rarus, quippe visos disceperunt, veluti genitæ adplectendam ac raritatem temeritatem. Aurel. Cassiod. l. 9. epist. 3. Gryphes auro magis jussit leguntur effodere, atque hujus metalli inspectione gaudere. Claudian. epist. ad Serenam:

Causaeo crystallæ ferunt de vertice lynces,  
Gryphes Hyperborei pondera sulva soli.

Fatidicus vates, angor, fortilegus, & corinzipotens idem hic Apollo nominabatur, quod oraculis præfesset: quæ, quo magis ambigua & perplexa, eo laudatiora. Non. cap. 1. num. 45. Crepera res proprie dicitur dubia, M. Varro in Mysteriis, primum horrida silent oraculis, prisca, crepera in nemoribus. Martian. Capella l. 1. de Nuptiis: Ipse pedibus talaria vertit aurea, & nunc in senis, quibus aut vaticinia obliquis fundebantur ambagibus, aut denuntiata pendunt eade, fissulatis extorum proficiis viscera loquebantur. Unde & veteribus quibusdam poetis affectata ex industria obscuritas, & sub imagine anigmaturum proposita veritas. Scholiast. Æschyli in Prometheus vindto, οἱ παλατοὶ τὰ ποσὶματὰ αὐτῶν πρὸς τοὺς μὴ αἰνίζουσι γυρπῶσαν, Antiqui poemata sua primum anigmatis scribebant. Et Scholiast. Juvenal. ad sat. 1. v. 128. Sive quod Cicero domum Scævolæ oraculum dixit, sive quod tam de via Jurisconsultorum responsa sint, quam Apollinis. Luciat Placid. ad v. 509. lib. 1. Thebaid. Oraculi fædem latentem vocat Placid. ad v. 509. lib. 1. Thebaid. Oraculi

Salve prisca fides tripodarum, obscurique recessus.  
Idem l. 3. Thebaid. v. 614.

Espectare quam, dum pallida virgo tremendas  
Nuntiet ambages.

Adscribam celeberrimum aliquot poetarum loca, qui oraculorum ambiguitatem egregie expresserunt, si prius oraculorum præfidem Apollinem ab ista obscuritate nomen deduxisse, id ipsum significans, dixerit. Αἰζηίας enim ἀλέγεσε, ab incurvis & obliquis existentibus oraculis, ut Jodocus Velareus interpres Phurnuti, Latine reddidit. Scholiast. Sophoclis. Synef. lib. de somniis. Tacit. l. 2. Annal. Ferebatur Germanico, ut mos est, per ambages oraculum, maturum exitum cecinisse. Chrystippus apud Tullium l. 2. de Divinar. Flexiloga & obscura vocat oracula. Lucan. Libro 1. v. 639.

- - Flexa sic omnia Thesus  
Involvens, multaque regens ambage carcat.  
Et lib. 5. v. 225.

Terræc ambiguis frustration sortibus.

Lib. 6. v. 772.  
- - tripodas vatesque deorum  
Sortes obscura tenet.

Valer. Flacc. lib. 1. Argonautic.  
Jam dudum longa Minyas ambage ducentibus  
Terrificat.

Et lib. 4.  
- - Dedit tacitis iterum responsa tenebris.

Sil. Italic. lib. 9. Punicor.  
Jamque alter tibi, nec perplexo carmini, ceram  
Fata cano vates.

L. Seneca in Oedipo act. 2. sc. 1.  
Responsa dubia sorte perplexa latent.

Sæquitur deinde ibidem:

Ambage nexa Delphico mos est Deo  
Arcana tegere.

Legendum ex MS.

Ambage flexa Delphico mos est Deo.  
Claudian. lib. 2. in Rufin.

Hæc canit ambages, occulto fallitur ille  
Omine.

Et lib. de bello Getico:

O semper tacitas sortes ambage maligna,  
Exentique potens, & noxia vatiibus ipsis  
Vere sacra fides.

Unde quia Icti res maxime controuersas forti committebant, ideo & oracula fortis nomine audiunt. Cicero lib. 1. de Divinat. post principium: Quæ est autem gens, quæ iocitas, quæ non aut exitis pendunt, aut monstra, aut fulgura interpretantur, aut augurum, aut astrologorum, aut sortium, ea enim fere artis sunt, prædictione mouentur? Et post eodem libro: Cujus generis oracula etiam habenda sunt, non ea quæ æquatis sortibus ducuntur. Et ibidem post: Si fors contemenda non est, si auctoritatem habet vetustatis. Horatius de Arte poetica, dilata per carmina sortes. Helenius Aeron responsa Apollinis interpretatur; & Oraculi Geryonis sortes. C. Sueton. in Tiber. c. 14. T. Livius l. Decad. l. 1. Delphos ad maxime inclitum in terris oraculum mittere statuit, neque responsa sortium ulli alteri committere ausus. L. Apul. 5. Miletiar. Dicitur me, & cui scopulo fors addidit, sistite, de Apolline Miletio C. Jul. Hygin. Fab. cap. 69. Adrastus memor sortium suarum, id est, oraculi. Et cap. 101. Petit sortem ab Apolline, quod esset remedium. Amniam. Marcell. l. 14. in fine. Urnam sortium temperat, accidentium vires alternans. Virgilius passim. l. 7. Æneid. non patrio ex adyto sortes. Serv. sortes abesse pro oraculis. Alb. Tibullus l. 1. eleg. 3. eleg. 8. l. 2. eleg. 5. Sidon. Apoll. Carm. 5. v. 263.

Si Lyzi sapimus sortes.

Et Carm. 9. v. 187. & eruditissimus Savaro:

Non sortes Lyziæque Ceritumque.

Terentian. Maurus lib. 1. de Metris:

Fatidicas sortes docuit deponere Pæm.

Q. Ennius in Annalib.

Ut se edoceres, obsecrans Apollinem,  
Quo sese vertant tante sortes.

Corrigendus interea ex Ouidio locus l. 15. Metamorph. Fab. 2.

Falantesque homines passim, ac rationis egeutes  
Desperare procul trepidisque, obitusque timentes.

Sic exhortari, sortemque evolvere sati.

Hercules Ciofanius Sulmonensis, qui optime de hoc poeta est meritis, cor ferens cum viginti tribus codicibus MSS. putavit ex illis esse legendum, forte non male:

Sic exhortari, sortemque evolvere sati.

Ita tamen, ut non quælibet sortes, oraculis essent; nam quædam vaticinia per sortes agebantur, id est, talis conjectis in mensam, cujus rei forma hujusmodi præscripta est apud Pindari Scholiasten ad oden 4. Pythior. ἰὰν βάλῃσθε μὲν τὸς ἀναβῆν, ἀποβῆσθε δὲ σφίτας, τὸς δὲ μὴ, ἐκ ἀποβῆσθε δὲ σφίταις. Si, me jacente, hæc ceciderit, eveniet, sin minus, non eveniet.

Notavit Joan. Hartungus Decuria ex optimis auctoribus 2. cap. 8. num. 4. Deinde certum est quosdam sortes esse Apollineas; ut loquitur Servius ad vers. 376. lib. 4. Æneid. Alcas ab antiquitate. Mercurio dicatas, erudite, ut solet, probat Adrianus Junius libr. 2. Animadvers. cap. 4. Denique quum omne oraculum aut in templis, aut in antris edi solet, sortes etiam in profundum aliquem fontem jactari, divinandi gratia, notum est. C. Sueton. Tiber. cap. 14. Cum juxta Patavium adisset Geryonis oraculum, sorte tracta, qua monebatur, ut de consultationibus in Aponi fontem talos aureos jaceret, evenit ut, summum numerum jacti ab eo ostenderent, hodieque sub aqua visuntur hi tali. Quod Isaacus Casaubonus, vir doctissimus, in Græcorum consuetudine motibusque fuisse ostendit ex Sozomeno libr. 5. histor. Ecclesiast. cap. 19. allato etiam exemplo Inus fontis, ex Pausania in Laconic. & alluist Claudianus de 6. Honor. Consul.

Cumque omnibus una  
Sic natura vasis, similes ut corporis umbras  
Ostendant, hæc sola novam jactantis sortem,  
Humanos proferant imitari flumina mores.

Et ob id in fontes dona quædam, ceu accepti beneficii præmia conjiciebant, percepta sorte discessuri, non minus quam illi, qui oracula consulebant, donaria votivæ templorum seu tholis, seu parietibus affigebant. C. Plin. l. 8. epi. 8. Hunc sibi terrens exit & exprimitur pluribus venis, sed imparibus, elenctusque facit gurgitem, qui lato gremio patescit, purus & vitrens, ut numerare jactas stipēs, & relucens calculos possis. Stipes quidem apparet in fundum jactas, sed & alia donaria juxta affigebantur. Claudian. in celebratissimo illo de Apono fonte elegidio:

Tunc omnem liquidi vallem mirabere fundi,  
Tunc veteres hasta, regia dona, micant.

Sed quia oraculorum incidit memoratio, dicam obiter quædam de consensu veterum scriptorum etiam ethnicorum, quia, Salvatore humani generis nato, perpetuo illa silentio damnata obtrivisse prodiderunt, super qua te & Plutarchus elegantem conscripsit libellum, sive quod demones oraculis præpositi moriantur aut senescant, seu quod ætas illa sapientibus abundabat, quorum responsa instar oraculi esse poterant. Hæc fere Plutarchus. Sed vera causa, assertoris nostri natiuitas. Suet. in Augusto. Et diu ante sua tempora Jovem Ammonem siluisse, Strabo dixit l. 17. qui sub Tiberio principe vixit. Nec impietatis assertor negare id aulus Q. Symmachus l. 4. cap. 33. Non vides oracula olim locuta desuisse, nec ullas in intro Cumano literas legi, nec Dodonam loqui sruentibus, nec de spiraculis Delphi. is ullum carmen audivi? Et Appian, ut est apud M. Lucanum l. 5. Pharsalia v. 67.

Sollicitat superas, multosque obdulta per annos  
Delphica fatidica referat penetrata Phœbi.

Cicer. l. 2. de Divinat. & ex eo Arnob. lib. cont. gent. 8. De Pyrrho Evinis Apollinis Pythii responsa consinxit, cum jam Apollo versus facere desisset, cujus tunc cautum illud & ambiguum defectu oraculum, cum & politiores homines, & minus creduli esse cœperunt: & Demofthenes, quod sicut responsa simulata, & ΠΙΔΙΤ-ΠΙΘΩΝ Pythiam quærebatur. Joannes Britannicus ad v. 554. lat. 6. Juvenalis: & vetus Scholiast. ibidem: Tanquam sit à Jove ipso Ammonē dicitur: Apollo nam indignos homines putat, quibus futura respondeat, nam magis sic intelligitur, quod Alexander dimenavit templum Apollinis in Delphis ne sint homines futurorum præfici. Quod nescio an ab ullo sit scriptum, certe & post Alexandrum Macedonem præcipuus honor Delphico oraculo habitus, ut appareat illud ab eo non fuisse damnatum, neque puto id verum esse. De defectu ipse Juvenalis loco proxime laudato:

Dixerit astrologus, credent à fonte relatum  
Ammonis, quoniam Delphis oracula cessant.

Ambrosiole, ut pane solet, Papin. Stat. l. 8. Thebaid. v. 196.

Musique diu plorabere Delphis.

Hic Tenedon, Cyrrhamque ales partuque ligatam  
Delon, & intonsi claudet penetrata Branchi.  
Nec Claras hæc luce fores, Didymæque quisquam  
Limina, nec Lyciam supplex consultor adibat.  
Quin & cornigeri vatis nemus, atque Molossi  
Quercus in heta Jovis, Trojanæque Thymbra tacebit.

Quæ eo lubentius apposui, quo scirem apud nullum auctorem tot oraculis celebra loca simul recenseri. Aurel. Prudent. in Apotheosi:

Ex quo hominis Deus induit artus,  
Delphica damnatis tacerunt fortibus antra,  
Non tripodales regit, non sprmat in hclus  
Fata Sibyllinis fanaticus edita libris,  
Perdidit insanos mendax Dodona vapores,  
Nec responsa refert Libycis in Syrtibus Ammon.

Diana ad Proserpinam à Dite raptam apud Claudianum l. 2. de Raptu:

Mæstoque diu lugere Cyntho,  
Delphica quin etiam fratris delubra tacebant.  
Idem poetica, ut puto, levitate, auradulandi studio, reserata

vult fuisse nascente Honorio principe oracula, de 4. ejusdem consulatu:

Quis vatium discursus erat, tibi corniger Ammon,  
Et dudum taciti ruperè silentia Delphi.

Sandaliarium Apollinem notarunt alii cognominatum, sed aptam, quantum intelligere ex scriptis eorum potui, nemo causam edocuit: nam quod à vico Sandaliario denominatum contendant, falso id creditum, cum vicus potius à deo nomea acceperit. Ejus mentio in lapide antiquo.

GERMANICO. CÆSARE.

C. FONTEIO. CAPITONE. COS. KAL. JUN. SEIÆ FORTUNÆ. AUG. SACR. SEX. FONTEIUS. L. TROPHIMUS. CN. POMPEIUS. CN. L. NICEPHORUS. MAG. VICI. SANDALIARI. REG. IV. ANNI. XVII. D. D.

Existimo ab examinato cultu fidei dicitur Apollinem, quod scilicet sandaliis, calcis muliebribus, indutus esset, id autem vituperio fœminis cessisse, & mollitie argumentum testatur Ælianus l. 1. var. hist. c. 18. πᾶς δὲ ἰδιότροπος ὑπὸ τρυφῆς αἰ πολλαὶ τῶν γυναικῶν; ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς κεφαλῆς ἐσθλὴν ἐπετίθεισιν ὑψέλλων, τὸς δὲ πόδας σαυδαλοῖς ὑπέδεντο. Nunquid vero pleræque mulierum luxu desuere? sublimem capiti imponebant coronam, pedes vero sandaliis induebant. Lucianus Samosatensis lib. de scribenda historia, de Hercule jam mancipato καὶ Πιθαμνον ὑπὸ τῆς Ὀμφαλῆς σαυδαλοῖς, & vulpantem ab Omphale sandalio. Turneb. l. 29. advertarior. cap. 7. Mira festivitate Gnatho ille Terentianus Eunuchus act. 5. sc. 7.

TH. Qui minus quam Hercules servavit Omphala?  
GN. exemplum placet.

Utinam tibi committigari videam sandalio caput.

Ælius Donatus, si modo is est, sandalio, mire calceamento capne verberari. Eugraphius item vetus Grammaticus; Omphalei dicitur Hercules amisse vehementer, ita ut nudus muliebri habitu, opera quoque faminea faceret, & habitum suum amica eidem daret. Et deinde, Sandalium, genus calcamenti est. Vet. gloss. σαυδαλιον, gallicula. Sic Rufinus exposuit locum è Josepho l. 4. Antiquitat. Judaicar. c. 8. ὑποπόδια ἡ γυνὴ τε ἀδελφεῦ τὰ σαυδαλία, καὶ πύσσα αὐτοῦ εἰς τὸ πρόσωπον, solvens mulier fratris galliculas, & expuens in faciem. Aliumque ejusdem scriptoris textum restituit e l. 5. cap. 11. Fr. Lindenbruchius in observationibus suis ad Terentium, quod in aruspina usque adeo observatum, ut de sandaliis somniant, uxor portendatur. Achmet Seirem cap. oneitoc. 229. Turpilius Comicus in Lindia apud Nonium cap. 4. num. 293. & recitavit vit acerriumi iudicii Petr. Victorius l. 14. variar. lection. cap. 15.

Mifero mihi mitigabat sandalio caput.

Quod autem usus ejus non tantum Romanis, sed etiam Græcis fuerit, testantur Menander, Ciatinus in legibus, & Eupolis in aurea ætate, referente Julio Polluce l. 7. Onomast. cap. 22. quibus addendus Cephilodorus in Trophonio:

Σαυδαλιὰ τε τῶν λεπτοχρῆδων,  
Ἐφ' οἷς τὰ χρυσὰ ταῦτ' ἐπισυν ἄνεδα.

Sandalia vero tenuiter divisorum,  
Quibus aurei insunt flores.

Neque præterierim Nabathæos alio calcamenti genere non usos. Strabo Amalenus Geograph. l. 16.

PARALIPOMENA.

De Diana & venationibus.

DE Diana post Apollinem dicendum, sive quod iisdem orti parentibus, quod fabularum præferunt deliramenta. C. Jul. Hygin. Fab. 53. Serv. ad v. 6. l. 3. Georg. & sexcenti alii. & prior nata Diana, posterior Apollo, idem Serv. ad v. 73. lib. 3. Æneid. sive quod una eadem fierent utrique Deo sacra, & juncti colerentur. Unde apud Topographos urbis Romæ in Reg. 10. Penitur arcus Octavii patris Augusti, cum signis Apollinis & Dianæ, ex uno lapide, opus Phidie, quadriga & curru. sive denique

quod una educatos celebret vetustas. Ambitiose, ut alios omit-  
tam, deseribit Claudian. l. 2. de Latona:

In validum dextro portat Titana lacerto,  
Nondum luce gravem, nec pubescentibus alte  
Cristatam radiis, primo clementior ævo  
Pingitur, & tenerum vagitu desponsit ignem,  
Læva parte soror vitæ libamina potat  
Uberis, & parvo signatur tempora cornu.

Ejus quam varia nomina, quam inultiplex potestas, pete ex  
Mythologis, Phurnuto, Albico, Palaphato, Fulgentio, &  
aliis. Ego quædam intermiscipponam, & vide infra in tractati-  
bus de Luna, Hecate, Proserpina, Trivia & Lucina. Nam idem  
est cum omnibus illis numen.

Primum parturientibus erat preposita. Abdias Babyloniz primus  
Episcopus l. 3. histor. Apostolica, si modo is auctor est  
libri, qui a Julio Africano Latinitate donatus ejus nomine circum-  
feruntur. Ibi ergo in hæc verba scribitur: *Contigit ut mulier  
Calliope nomine, que homidi de conjuncta, conceptum susceperat illi-  
citurum, magnis in partu doloribus arderetur, nec partum proferre  
posset: hæc ad forem suam inquit, vade queso, & invoca Diana-  
nam, deam nostram, ut misereatur mei, ipsa enim habet patro-  
cinium offerendi.* Nonnus Panopolitan. Dionysiac. lib. 36.  
v. 59. ubi Juno Dianam vulneratam alloquitur:

Παρθενική ευχόμεμαι, μοχθήσει, σερβήμεν ἰσάτων  
Κεσὸν ἔχων ἀφελαιε ἀσσοπίτρα λογιέει.

Virgo lætos jugiens, labores suscipiens, trajectum amorum Ce-  
stum habere debuisse, adiutorempartus. Idem lib. Dionysiac. 42.  
vers. 412.

Ἀχρυσίνην κέρην δὲ μοχθήσειν ἔλλαχε Ἄρτων,  
Ἄρτεμιν Ἐπειθεύαν, ἀρηγόνα θνητοτέρων.

Dolentem puelam ægre partu editam sortita est Latona, Dianam  
Ilithiam, auxiliatricem faminarum. Quare puerpera statim  
doloribus defuncta, Junoni quidem sacrificium iustinebant,  
vestimenta Diana consecrabant, quæ & Λαχία. Lochia, à λεω-  
δο seu curando partu. Plut. l. 3. Symposiac. cap. ult. Scholiast.  
Callimachi in Hymnum Jovis, quare & Χιτών dicebatur, ac  
si tunicatam appelles. Verus marmor memiuit:

CHITONI VIRGINI SACRVM.

Et ipse Callimachus loco laudato, v. 78.

Τρυχούσας δ' Ἄρνος, ἰσακλήρας δὲ Χιτώνες  
Ἄρτιμίδος.

Milites Martis, venatores vero Chitones Diane. Et de sacrifi-  
candi ritu post partum. M. Plaut. in Truculento, sc. Puerio  
illi. Ubi sic Phroneusium meretrix:

Enimque gero ornatum, ut ægra quasi puerperio cubem.  
Date mihi hæc stallam, atque ignem in aram, ut venerer  
Latinum meam,  
Hic apponite atque abite ab oculis, ò Pithæciam,  
Face ut accumbam, adiutore sic decet puerperam,  
Ubi est Asaphium? fer huc verbenam mihi, thus & bellaria,  
Soleas mihi date, pallium in me hæc injice Archibis,  
Date aquam manibus.

Venatoribus præposita: Q. Symmach. l. 9. Epist. 28. C. Plin.  
Junior l. 1. Epist. 6. unde Venatrix cognomentum illi impo-  
nunt, ut pulcherrime descripsit Nonnus Dionysiac. lib. 22.  
v. 50. Unde quod venatorum continuus sit motus, neque unquam  
eius loco consistant, circulatores, & erronei in ejus sunt tutela.  
Suidas in voce ἡ τιμωρία Ἄρτεμιν, Περιγεν Diana. Artemidor.  
l. 2. Oneirocrit. cap. 35. Ἄρτεμιν ἀγροτέρα καὶ ἰασηβόλος,  
Diana Agrotera aut agrestis & certos persequens. Nimmus  
Felix in Octavio, Diana interim sic alte succinella venatrix.  
Arnob. lib. adversus gentes 4. Sunt in sideris montibus lu-  
stra, silvæ sunt nemora, ut venationum prætopens habeatur in  
expeditionibus Diana. Ab Orpheo poetarum antiquissimo  
κυνήγρις, canum alitrix, & à Callimacho θηρίταις, fera-  
rum ustratrix aut interfecitrix appellatur. Oppian. Cilix, qui  
Severi principis tempore vixit, l. 2. in lumine ejus operis,  
quod cultissimum de venatione scripsit:

Νῦν δ' ἄγε μοι Ζηνὸς Δούρατος κἀλλίστουρῳ οὐδὲν  
Σὺν ἀπὸ χερῶν ἀμὲρ μὲγαλὰ δῖρα θέρης,

Nunc age mihi ò Jovis filia pulchris pedibus Diana, quis tua de  
manu acceperit illustres artes venationis? Ideo omnem lucum  
dedicantur ei. Lucrat. Placid. lib. 4. Thebaid. vers. 425. Omnis  
lucis Diana est consecratus, sius quercus Jovi. Et ipse Statius  
loco citato:

Nec caret umbra deo, nemori Latonia cultrix  
Additur.

Horat. de Arte poet. in principio:

Cum lucus & ara Diane.

Serv. ad v. 117. l. 6. Æneid. Solam Proserpinam dicere non po-  
tuit propter lucos, qui Diane sunt. Q. Catull. in carmine se-  
culari:

Montium domina ut fores,  
Sitarumque virentium,  
Saltuumque reconditorum,  
Anniumque sonantium.

Paulus Silentiarius insignis poeta in Anthologia lib. 1. cap. 60.  
Epigr. 5.

Ἡ παῖχα που τριμακαίρα φιλαγρίτης ὄρνι ἀείδῳ  
Ἄρτεμιν ἐνυμίπτει λῦσον ἀνακτὶ λῦρε.

Forte ter beata venatrix avem cantatorem Diana bene sonantis solvit  
regi lyre. Unicum tantum poetam Claudianum producunt  
l. 2. de Raptu:

Nec quæ Parthenium canibus seruat odoris  
Aspernata choros.

Et de 4. Honorii consul.

Tibi sæpe Diana  
Menalios arcus venatricesque pharetras  
Suspendit puerile decus.

Et de consul. Olyb. & Prob.

Illæ feros saltus, & desolata relinquens  
Menala, lassato Cretam venatibus arcu.

Est & egregius ritus indicatus ab eruditissimo Joanne Brodzo  
in Anthologiam, ex Scholiaste Pindari; Creditum ab antiquis  
Dianam Idibus Augusti venari abstinere, ideoque nec venari tunc,  
cessante dea, licuisse, sed coronari consuetos canes, facisque accendi  
spicatas, juxtaque suspendi quicquid erat venatoriorum instru-  
mentorum, Notavit etiam Adrianus Turnebus l. 7. Adversar.  
cap. ult. Grætius in Cynegetico suo:

Spicatasque faces sacrum ad nemorale Diane  
Sisinnus, & solito catuli velantur honore,  
Ipsaque per fores, medio in discrimine luci,  
Straveræ arma sacris.

Papin. Surculus l. 3. fil. 1. v. 54.

Jamque dies aderat, profugis cum regibus aptum  
Fumat Arilium Trivia nemas, & face multa  
Conscius Hippolyti splendet lucus, ipsa coronat  
Emeritos Diana canes, & spiculis tergit,  
Et intas sinit ire feras, omnisque pudicis  
Itala terra fovis, Hecatejas excolit ludas.

Vocabatur etiam propter venandi studium Ditymus. Plutarch.  
l. 3. Symposiac. cap. ult. & lib. de Solertia animal. in fine, a reti-  
bus scilicet venatoriis, que græce δίχτυα nominantur, inquit Lu-  
cretius Placidius ad v. 632. l. 9. Thebaid. Stacionæ; & pars præ-  
dæ captæ ei suspendebatur, ut facete admodum Lucillius poëta  
Marcum dicat, non prætam, sed canes ipsos suspendit in  
Antholog. l. 2. cap. 28. τὸς κύνες ἐκρήμασιν, canes suspendit  
ipfos. Q. Symmach. l. 5. epist. 66. Honorii numinum datur cor-  
vina sacrate cervorum, & aprinos dentes liminibus affigere. Ergo  
& Dianæ statuis addita retia, tanquam necessaria venatus in-  
strumenta, ut & venabula, lineæ versicolors, canes catenati, de  
quibus suo loco dicam ordine sigillatim.

Ac primum de castibus seu retibus quid operæ pretium  
quicquam dicere? Jul. Pollux lib. Onomast. 5. cap. 4. ἀρκυς  
καὶ δίχτυα, καὶ ἰνδία, τὸ μὲν λῖνον αὐτῶν ἀργύρεον, ἢ εὐ-  
στανικόν, ἢ κερχινδόνον, ἢ σαρδιανόν εἶναι δει. Retia, laquei,  
& castes horum quidem linum Ægyptiacum, Phasianicum seu Colchi-  
cum, Carthaginense, aut Sardinum esse oportet. Subdit deinde  
omnia quæ picari possunt, retia seu δίχτυα dici, vel ἰρκυ, septa,  
ex auctoritate Pherecræti. Virgil. l. 4. Æneid.

Retia tara, plaga, lato venabula ferro.



L. Seneca in Hippolyto act. 1. sc. 1.

*Alius var. s.*

*Cervice gravi portare plagas.*  
Et de lino, quod Pollux dixit, transfuit, ut p̄o, ex Gratio, qui in Cyneq. & magnitudinem retis, & linum, ex quo confici debeant, praescribit:

*Et his vicinos spatium praetendere passus  
Rete velim, plenisque decem consurgere nodis,  
Optima Cynipia, ne quid emittere, paludes  
Lina dabunt.*

Erat & aliquis, qui inter venandum retibus praepositus sedebat, seu verius stabat. C. Plin. l. 1. epist. 6. *Apros tres, & quidem pulcherrimos cepi. Ipse? inquit; ipse, non tamen ut omnino ab inertia mea & quiete discederem, ad retia sedebam, erat in proximo non venabulum aut lancea, sed stylus, & pugillaris, & Clusor statarius qui ad retia sedet.* Sidon. Apollinar. l. 2. epist. 2. *Subsessorem Seneca vocat in Hippolyto in initio ἀρχόμενον, retium custodem Xenophon lib. de venatione pag. 983. 984. 986. Aufon. epist. 5. Subsidiisque fero? Servius ad v. 268. l. 11. Aeneid. Paulus IC. l. 3. sententiar. Retia avaria, & cetera venationis instrumenta continentur. Et de eorundem confectio est Nemesiani Carthaginienis poetae luculentissimi praecipuum in Cyneq.*

*Nec non & casset isdem venatibus aptos,  
Aique plagas, longoque mentia retia trahit,  
Adfiscant raris semper contendere nodis.*  
Aprini retia IC. posuit, & cervina. Ovid. epist. 4. Pluxdra Hippolyte:

*Jam mihi prima dea est, cornu praefugis obunco  
Delia, judicium subfigor ipsa tunc.  
In nemus ire lubet, pressisque in retis cervis  
Hortari celeres per jugis summa canes.*

Erycius poeta in Antholog. l. 4. cap. 12. epigr. 83.

*Οἱ τε λίνοι βασιλεῖς πετεινότες, οἱ τε σιδήρη,  
Οἱ τε καὶ ἰχθυεὶ καθ' ἑκάστην δύνανται.*

*Quique lino confidentes inceditis, quique ferro, & qui viscatario aucupatorio calamo.*

*Venabulum* hasta erat oblongior, qua ferae incurrentes excipiebantur. Plinius proxime supra citatus. Graeci ob id ὀφειλον quod feris obijciatur, appellant, notavit Aemilius Porcius. Xenoph. lib. de venat. passim pag. 991. πρὸς δὲ τὸν ἔν τὸν ἀρχοῖον κεντῶσαι κύνες Ἰνδικαί, Κρητικαί, Λοκρίδαι, Λακαίαι, Ἐλευθεροί, ἀκύντια, ἀροβόλια, πεδοσπαλάς. Verit Guilicem. Xylander: *At in aprum silvestrem canes comparat Indicas, Creticas, Lotrenses, Lucanas, casset, jacula, venabula, tenduntur.* Serv. ad v. 131. l. 4. Aeneid. *Venabula ob hoc dicta, quod sint apta venatui, quasi excipiebula.* Isidor. lib. 18. Etymolog. cap. 7. *Venabula, quasi venatui habilita.* Nonius Marcell. cap. 18. num. 23. *Venantium telum latissimum à ceteris aciei longissima.* M. Varro *ἕνος ὄργανο:*

*Nempe sues silvaticos*

*In montibus scellaris venabulo aut cervos.*  
Interpretatus est L. Seneca in Hippolyto act. 1. sc. 1.

*In grave dextra laevaue simul  
Robur lato dirige ferro.*

Sidon. Apollinar. carm. 7. v. 199.

*Colluclantique lucro  
Vasta per adversas venabula cogere praedas.*  
M. Lucan. l. 1. v. 212.

*Torta levis si lancea Manri  
Hereat, aut latum subeant venabula postus.*

Stat. l. 2. sil. 5. in Leone:

*Non formidato supra venabula saltu  
Incitus.*

Gratius Cyneget. formam describit:

*Ille etiam valido primus venabula dente  
Induit, & proni moderatus vulneris iram.*

*Linea versicolor ad concludendas saltubus feras, vel ad reddendos apros, vulpes, lupos, urfos, & praecipue cervos. In ea alterius plumarum contextus, sed vulturis & cygni praecipue laudantur, sed & inierdum sandyce fucabatur. Adrian. Turnebus*

l. 5. Adversarior. cap. 5. Cael. Rhodigin. l. 16. Antiquar. lect. cap. 11. M. Aurel. Olympius Nemesian. Cynegetico:

*Linea quin etiam magnos circumadare saltus  
Quae possit, volucresque metu concludere praedas,  
Duxerit innoxas non una ex alite pinas.*

Et post eodem opere:

*Liniq̄ vetat conscendere septum.*

Colorum diversitas ex avium circumferarum plumis. Oppian. Cilix l. 1. Cyneq. v. 154.

*Φάσγαν, βατλήνας τε, λαζωρόφον τε πείλαινα,  
Ἀγκυλίδας σκυλιάς, μολιδοσφιλίας τε κορώνας,  
Σπαγρίδων μίτριον.*

Verit Conradus Kiterhusius Brunsvicensis, vir, meo iudicio, variae doctrinae, & multiplicis lectionis: *Gladius, securisque & leporicidam tridentem, uncinus incertus, plumboque praefixas clavos, & sparto tortam formidini. Communior tamen color his lineis purpureus erat. Valer. Pierius l. 7. Hieroglyph. Cervus praeterea pinna purpurea prooreem significat.* D. Hieronym. in dialogo Luciferiani & Orthodoxi. *Providorum more cervorum, dum vicos exitatis pinnarum volatus, fortissimis retibus implicamini.* Q. Symmach. l. 1. epist. 53. *Unde est haec in epistolis tuis sensuum novitas, verborum vetustas, (malim legere, verborum vetustas, licet non male novitati opponi possit vetustas) sit tantum nodosa retia, vel pinnarum formidines, & sagaces canes, omneque rem venaticam meliorum oblitus affectus? Parum apposite Servius Honoratus ad v. 750. l. 12. Aeneid. Insidiis, pinnarum scilicet, instrumentum quoddam in fune ad terrendas bestias factum. Ipse Virgilius loco eodem:*

*Inclusum veluti si quando in flumine nactus  
Cervum, aut punicea septum formidine pinna  
Venator cursu canis, & latratibus instat.*

Et lib. 3. Georgic. v. 374.

*Hos non immixtis canibus, non cassibus ullis,  
Puniceae agitant pavidos formidine pinnae.*

Et quod terculamentum inferret, Latinis formido dicitur. P. Ovid. l. 5. Fastror.

*Pavidos formidine cervos.*

Et l. 15. Metamorphos. fab. 43. in fine:

*Retia cum pedibus, laqueisque, artesque dolosas  
Tollite, nec volucres visitata tollite virga,  
Nec formidatis cervos includite pinas.*

Et lib. 1. de Remedio amoris:

*Aut pavidos terre varia formidine cervos,  
Aut cadat adversa cuspidis fossis aper.*

L. Sen. in Hippolyto in limine:

*Pilla rubenti linea pinna,  
Vano claudat terrore feras.*

Et licet hi vel purpureum, vel puniceum, vel ruberentem colorem fuisse contendant huic formidini, ego multicolorem ostendam ex Oppiano l. 4. Cyneq. v. 337.

*Πολύχρμα δελματα θυρών.*

*Versicolora terculamenta ferarum.*

Et v. 403. ejusdem libri:

*Συόμενοι καὶ δέμα πολύχρμα.*

*Agitantes & formidinem varii coloris.* L. Apulejus l. 1. Apolog. ad finem. *Ego ista propterea commemoravi, non quod pinnarum formidines, & fuliginis maculam, te praesertim iudice, timerem.* D. Augustin. l. 1. de Nupt. & Concupisc. *Et cum crearent insamiam falsam, veram incurruunt, instar ferarum, quae circumdantur pinis, ut cogantur in retia.* L. Sen. l. 1. t. de Clementia c. 12. *Sic feras lineis & pinis conclusis continet, easdem à tergo eques telis incessit, tentabunt fugam per ipsa quae fugerant, praeulebantque formidinem.* Lib. 2. de ira cap. 12. *Nec mirum est, quum maximos ferarum greges linea pennis distincta continet, & in insidias agat, ab ipso effectu dicta formido, vanis enim vana terrori sunt.* Gratius in his cygni plumas probat, vulturis improbat in Cynegetico:

*Tantum inter nivei jungantur vellera cygni,  
Et satis armorum hoc, hac clara luce coruscant,  
Terribilis species, à vulture dirus avaro  
Turbat odor silvas, meliusque alternis valet res.*

Fer-

Ferdinandus Pincianus in loco Senecæ proxime laudato, legat, *linea pennis distincta conterreat*, quod melius fornicidinis nomen exprimit, quam *contineat*, quod in priore erat & vulgata editione, & puto commodius sic posse legi. Ut & in prioribus locis legendum, sic *feras lineæ & pinna clausas continent*, ex M.S. codice, non ut antea, vel nullo, vel vacillante sensu legabatur, *feras lineis & pinnis conclusas contine*. Artian. Dissertationib. Epicteti l. 2. cap. 1. in principio, λοιπόν ἡμεῖς τὸ τῶν ἰλδρων πῶστρομα ὅτι φοβόμαστε φόβους αἰθέρα τοῦ πῆνα, πού τρέπονται καὶ ἀπὸ τινὰ ἀνταρροσίου ὡς ἀσφαλῆ, ἀπὸ τὰ δίκτυα ἰαλλὰ ζῶσα. Vertit Jacobus Schegkius Tubingentis: De cætero autem nobis idem accidit, quod cervis solet, quæ dum exterrite fugiunt volucrum infestationem, aliquo se vertunt, & in loca quædam irretita laqueis concedunt. Denique Opianum non in venatu tantum, sed etiam in piscatu usum fornicidinis ostendit lib. 4. Halicæutic. v. 575. quem locum vide, ἰψάσας, videntes inquit:

Σχόλιος κινεμέναις, ἀκινεῖσθαι δὲ μὲν ἔχουσαι,  
Funes agitatas, varios metus habentes.

At frequentior receptorque in re venatoria usus, præter citatos, adde M. Lucanum l. 4. v. 437.

Sic dum picidos formidine cævos  
Claudat, odorata metuentes aëta penna.

Et ambitiosius multo D. Aufon. epist. 5. ad Theonem; adferibam quædam, quod nusquam melius ritus venantium expresserit, sic ergo:

An cum fratre vagos æmæta per avia cervus  
Circumdas maculis, & multa indagine pinna?  
Ans spumantis aprî cursum clamoribus urges,  
Subsidisque sero? monco tamen, usque recessus  
Stringere fulmineo venibula cominus hosti.

Sed jam ad canes pergo, quos à gentibus nobiles, venatuique idoneos existimabant. Marellus Donatus, Ponzatus Conies in dilucidationibus suis in Ammianum Marecellinum pag. 863. Adrian. Turneb. l. 18. cap. 1. Adversarior. de quibus quid opus post Gratium, Nemesianum, Ovidium lib. 2. Metamorph. Opianum, Senecam in Hippolyto, & alios dicere? Ego tantum unicum è Claudio ponam locum è lib. 3. de Laud. Stilich.

Varia formis & gente sequuntur

Ingenioque canes, ille gravioribus apte  
Moribus, hæc pedibus celeres, hæc nare sagaces.  
Hirsutaque fremunt Cressa, tenuisque Lacena,  
Magnaque taurorum fratrum colla Britanna.

De cæteris canum generibus passim scriptores, de Britannis non adeo vulgatum, cuius tamen nobilitatis indicia etiamnum hodie in Anglicis canibus prodigiosa magnitudinis mirantur exteri, & laudantur veteres. Gratinus in Cynegetico:

O quanta est merces, & quanta impendia supra!  
Si non ad speciem, mentiturosque decores,  
Protinus hæc una est catulis jactura Britannis.

Sed expressius Aurelius Nemesianus in Cynegetico

Sed non Spartanos tantum, tantumque Molossos  
Pascendum catulos, diuisa Britannia mittit  
Veloce, nostrisque orbis venatibus aptos.

At Anglorum canum nupera hæc gloria, Scotorum antiquissima, quibus solis, ut puto, id proprium, fures indefesta indagine, donec comprehenderit, insequi, tanta pertinacia, ut nec clausæ portæ, nec objectæ flumina remorari possint, quod relictum est à Simone Majolo in laborioso de diebus canicularibus opere. Et canum Scoticorum pulchritudinem, velocitatem, laboris patientiam & audaciam laudat Hector Boëthius ejusdem gentis lucenti styli historicus l. 6. pag. 97. Cui ego nolim credi, nisi idem antiquissimi disertissimi que Scripitoris Q. Symmachi probari posset l. 2. epist. 77. Ut nunc septem Scoticorum canum probavit oblatio, quos præfulonis die ita Romam mirata est, ut fereis cavetis putaret advectos. Et sane ante natum assertorem humani generis auno ducentesimo septuagesimo Dornadilla, Magini filius, Scotorum rex, præcepta venandi scriptis commisit, & subditis suis servanda proposuit; auctor est Balzus Sudovolca lib. de Scripiorib. Britannicis, & ex eo Andreas Tiraquellus in luculento de Nobilitate commentario: & nostro adhuc avo

leges illæ cæta sacre observantur. Georg. Buchananus Rer. Scotic. lib. 4. Et fuit semper nostratibus venandi summum studium. Idem Buchan. in Epithalamio Francisci Valefii & Mariæ Stuartæ regum Franciæ & Scotiæ.

Ille phætrevatis est propria gloria Scotis,  
Cingere venatu saltus, superare natando  
Flumina, ferre fameni.

Sed quod Claudianus paulo ante canes Cressas, Lacenas, Britannas dixit, respexit morem antiquum. Nam ut in curulis Græcorum studiis equa majori in pretio, quod, ut inquit Probus Grammaticus ad l. 3. Georg. Urinam inter currendum emitterent, ita canes fornicinæ maribus præstantiores ad venatum æstimata. L. Apul. lib. 8. Milefiar. Cones venationis indagini generose, mandato cubilividentes, invadere bestias immittuntur, statimque solertes discipline memores, partita totos præcingunt aditus. Varius de morse apud Aurelium Macrobius l. 6. cap. 2. Ceu canis umbrosam lustrans Gortynia vallem, si veteris potius cervæ comprehendere iustra, Sævit in absentem, & circum vestigia lustrans, Athera per nitidum tenuis sectatur odores.

Q. Ennius lib. 10. Annal.

Animusque in peltore latras,  
Stuti si quando vinclo venatica ahano  
Apta solet canis, forte seram si ex nare sagaci  
Sensit, voce sua nilatque ululatuq, ibi acutè.

Vel, ut Georg. Metula legit, & vide Festum lib. 12. in Nictæce

Veluti si quando vinculis venatica velox  
Apta solet, si forte seram ex nare sagaci.

L. Sen. Hippolyto act. 5. sc. ult.

Mæstaque domini membra vestigia canes.

T. Lueret. Carus l. 1. de Rer. Nat.

Namque canes ut montivage persepe ferat

Naribus venantur intactas fronde quætes:

Si semel insisterunt vestigia nota viæ

Sic enim rectè legendum. Virgil. l. 2. Æneid. obstupui, steteruntque comæ. Male in vulgatis editionibus. Si semel insisterint. Idem in venatu Græcorum observatum. Adans Smyrnæus vetus poeta in Anthologia l. 1. cap. 33. epigr. 32.

Μέναις ἔστε γυναιξὶν ἐπιήκοος, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς  
Συδίθηκε σαζῆτι Ἀρταμῆος ἰδί κύνας,

Non solis mulieribus benigna, sed & ipsas una secum venantes servare Diana novis canes. In catenis ista canes semper, nisi in venatu ipso, sic & omnibus Dianæ statuis, quæ in comitis, vel templis erigebantur, appositi in catenis canes. Ahana vincula Ennius supra laudatus appellavit. Glossæ Græcolatinæ κλωσὴ, βολῆ, cæuleam, item κλωσὴ περιθήκη, in boiam do. Sic enim Theodoros Marcellus emendavit, eum antea esset, in boiam Vide eum ad legg. Xvirales cap. 63. Sed ibi de cane ostiario, sive domestico, quem ostio alligatum alibi dico, et hic de venatorio cane tantum agendum. Sidon. Apollinar. Carm. 7. v. 198.

Tensa catenati submittere colla Molossi.

P. Ovid. l. 8. Metamorph.

Vincula pars adimunt canibus.

Aurel. Nemesian. Cyneget. de catulis venaticis:

Sed neque conclusos tenet, neque vincula collo  
Impatiens circumdederis.

Claudian. lib. 1. in Eutrop.

Dum validis servare gregem, vigilique rapaces

Latratu terrene lupos; cum tardior idem

Jam scabie laceras dimisit sordidus aures,

Solvit, & exuto laceratur vincula collo.

Illi vincula appellant, ego copulam nominari memioi me legere, quod bini una copula venatui conjungerentur canes: qui ritus etiamnum hodie observantur; Æmil. Probus in vita Datam. Ornari etiam torque atque armillis aureis, cæteroque regio cultu, ipse agresti duplicique amiculo circumdatus, virgaque tunica, gerens in capite galcam venatoriæ, dextra manu clavam, sinistra copulam, qua vinculum ante se Thyum agebat, ut si seram bestiam captam diceret. Ovid. l. 5. Trist. eleg. 9.

Utque canem pavida nallum vestigia cervæ

Lustrantem frustra copula dura tenet.

Sic enim optime legitur, *Insultantem*, quasi vi summa à socio cane divelli separatique nitentem. At Hercules Ciofanius aliter, sed minus recte legit:

*Lustrantem frustra copula dura tenet.*  
Idem Ovid. lib. 7. Metamorph. fab. 27.  
*Ille levi velox superabat retia saltu,*  
*Summæque transibat postarum lina plagarum,*  
*Copula detrahitur canibus, quos illa frequentes*  
*Effugit.*

Sed quomodo eventum sit, de venatione non gravabor quadam adferre, non ignarus multa doctæ ex variis auctoribus utriusque linguae, Andream Titiacolum super re ista digessisse in Commentario de Nobilitate, quem non exscribo. Jul. Poll. in præfat. ad lib. Onomast. 5. venatum heroicum & regium appellat studium, καὶ αὐτὸς ὑπομαχίαν αἶμα καὶ ὑψηλὰς ἀσκή, καὶ ἐστὶν ἱερῆς τε καρτερίας αἶμα καὶ πολυκίχης πέλμας μελέτημα, πρὸς ἀνδρείαν φέρον, ἱεραλίον τε εἶναι γυμναζέει, καὶ ποδάρκην, καὶ ἰπτικὸν, καὶ ἀρχίλιν, καὶ φιλεγγόν. Et ad corporis animique bonam constitutionem confert, esse tam placide fortitudinis, quam militaris audacia specimen, ad virilitatem utile, & exercitatione reddit robustum, celerem, equestrem, solertem & laboriosum. Consule Joachimum Zehnerum in sacris adagiis. M. Tull. libr. 2. de nat. Deor. Venatione ferarum nos exerceri ad similitudinem bellicæ disciplinae. Et Pelopidas rudimenta militiæ à venatu auspiciatus est. Plut. in eo. Et Alexander dies totos à prædando in eo absumebat. Et Philopemenes à militiâ cessans, ei incumbebat. Eodem Plutarcho auctore; neque minus Aristoteles justam gerendi belli occasionem cum venatoriis exercitiis conjungit, lib. 1. Politicor. cap. 4. in fine. Et in Republica Platonis lib. 7. in fine, a adolescentibus istiusmodi studium commendatur, nec minus heroicis temporibus à venatu laudabantur, Scamander lib. 5. Iliad. in principio. Et Telemachus centum viginti canibus committitur in concione procedit lib. 4. Odyss. in principio: ut de ejus usu illo sæculo dubitari non possit; id cur ferret, habes apud Horatium lib. 1. epist. 18.

Opus utile famæ,  
Vitzque & membris.

Pari studio Romani, Græci & Pærsæ id operis affectarunt. De Romanis certum, nam magna cogitationis eruditæ inde sunt incitamenta. C. Plin. Jun. l. 9. ep. 10. Et inter rei rusticæ commoda, & laudes id recenset Hor. Epod. 1. Od. 2. l. 2. fat. 6. ut non alius fuerit precibus victus, quam qui quæreretur inde. Virg. lib. 8. Æneid. v. 316.

Asper Vitem venatus albat.

Virgil. lib. 1. G. v. 139.

Tunc liquetis captare feras, & fallere visco  
Inventum, & magnos canibus circumdare saltus.

Et de Anthemio Aug. Sidon. Apollinar. Carm. 2. v. 145.

Inventas agitare feras, & fronde latentes  
Querere, depressas modo claudere cassibus arvis.

De Persis non minus indubitant, quom extet apud M. Junianum Justinum lib. 1. in historia Artaxagis & Cyri, & Xenophonem lib. 1. Pærsæ in limine. C. Tacit. lib. 2. Annal. eadem de Parthis; Accendebat dedignantibus & ipse diversus à majorum institutis, raro venatu. segni equorum cura, quoties per urbes incederet, lectica gestamine. Qui multa cupis, adiad B. Brissonium de Regno Persar. princ. lib. 2. unicum addam è Claudiano locum, quem correxi ex fide MS. mei optimi lib. 1. de Laud. Stilichonis. n. 63. qui ad Persas legatus missus venandi curam prætulera:

Quis quando sociis tecum venatibus ibant,  
Suis Stilichone prior ferro penetrare leones  
Cominus, aut longe virga transfigere tigres?

Lege mecum:

Longe virgatas figere tigres.

Nam tigres virgatas sunt maculis, instar virgarum transverfis, distinctæ, quod emendatum ab eruditissimo Justo Lipsio animadverti, l. 4. Poliorceticæ c. 6. Favet huic lectioni ipse poeta lib. 3. de Raptu:

Fremet illa marito

Mobilior zephyro, totamque virentibus iram  
Disperst maculis.

Idem in præfat. ad lib. 2. de Raptu:

Concordes varia ludunt cum tigris damæ.

Sil. Italic. Punicor. lib. 5.

Caucasum infrenatus virgato corpore tigrim.

L. Seneca Hippolyto. act. 1. in choro:

Tum virgatas India tigres

Decolor horret.

Est & alius locus apud eundem depravatus de 6. Honor. consul. n. 618. cui medela adferenda:

Nec solis hic cursus equis, affucta quadrigis

Cingunt arva tigres, subitæque aspectus arena

Diffundit Libycos aliena valle crures.

Cum sensum videret non constare, coniecit Josephus Scaliger

lib. 2. in M. Manilium, debere legi:

Affucta quadrigas

Cingit rava tigris.

Ut color tigridis designetur, qui rava est, unde Horatio dictum l. 3. od. 27.

Rava decurrens lupæ.

Sed ad Dianam redeo, quæ summa in veneratione & dignatione olim erat, ut solebant jurandum per illam conciperetur. Plautus apud Joannem Meursium correctus in hanc rem Critic. Exercitationum parte 1. cap. 5.

Insuper OPS nominabatur, non quidem illa, quæ Saturni uxor, seu Rheæ aut Cybele audit, sed quæ parturientibus pariter ac venatoribus præerat, dicta fuit ἰλαρηκόας cervipeτα. Plutarchus libr. de Solertia animalium. D. Augustin. de Civit. Dei lib. 4. cap. 11. Ipse, Lucina quæ à parturientibus invocatur, ipse, opem ferat nascentibus, excipiens eos sinu terre, ut vocetur Opis. Non ergo à perspicacitate visus, qui venatori necessarius, sed ab auxilio, quod hominibus præstat sublati noxiis bestiis, vel ope puerperis exhibita, id nomen est consequuta. Serv. ad vers. 325. libr. 6. Æneid. Scholiast. Callimachi ad hymnum 3. Aurel. Macrob. lib. 5. Saturnal. cap. 22. Alexander Ætolus, poeta egregius, in eo libro qui scribitur Muse, refert quanto studio populus Ephesus, dedicato Diane templo, curaverit præmiis propostis, ut, qui tunc erant poetæ incensissimæ, in decem carmina diversa componerent. In his versibus, non comes Diana sed ipsa Diana Opis vocata est. Subjungit deinde Alexandri carmina quædam. Eadem Servius ad lib. 11. Æneid. Ops terra est, uxor Saturni, quam Græci Rheam vocant, sine & hoc nomen ipsius Diane fuit. Sed Virgilius comitem tantum, non vero ipsam Dianam facit lib. 11. Æneid. citato:

Velocem interea superis in sedibus Opim

Unam ex virginibus sociis, sacraque cetera

Compellat — Latonia.

Denique Bubastis dicta Diana, ab oppido Ægypti nobili, ubi colebatur. Steph. libr. de Urbib. Nicomachus Gerasinus in Theocriticis, ut sit mirum juvenalem fat. l. 5. v. 8. dixisse:

Illis ceruleos, hic piscem fluminis, illic

Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.

Ubi reponunt, meo judicio recte:

Illis aluros, hic piscem fluminis.

Mirum, inquam, cura confect Dianam ab Ægypti nomine Bubastidis cultam. Vet. Scholiast. Antholog. lib. 1. cap. 70. ep. 3. & ibidem Nicarchus poeta:

Ὅπτα Βύβαστις καταλύεται εἰ γὰρ ἐκείνη

Τέξεται ὡς αὐτὴ, τίς θεῶν ἐστὶ λόγος;

Vertit Eilhardus Lubinus: Sic autem Diana evertitur, si enim unaqueque pariet ut hæc, quamam dea est ratio? Herodot. lib. 2.

μάδιστα ἢ ἐν Βυβλίῳ τίλις ἐξεχάσθη, ἐν ἧ καὶ ἰπὸν ἐστὶ Βυβέστιος ἀζιανηπότου. Præcipue in urbe Bubasti, ubi terra exaggerata, in qua urbe templum est Bubastis (sequitur glossima in interpretatione Laurentii Valla, quæ nostra lingua Diana dicitur, glossima, inquam, quia verba illa à codice Græco abfunt) omnium maxime memorabile. Sed clare idem Herodot. in sequentibus pag. 171. Αἰγυπτίσι δὲ Ἀπόλλων μὲν Ὀρος, Δημήτηρ δὲ Ἴσις, Ἀγρεμὶς δὲ Βύβαστις Ἀγρεμὶς quidem Apollo Heros dicitur, Ceres Isis, Diana Bubastis. Ovidius tamen lib. 9.

Meta-

Q

Metamorph. fab. ult. non ipsam *Dianam Bubastim* facit, aut *Ilidem*, sed unam ex *Ifidis* comitibus:

- - - Cum qua latrator *Ambis*;

Sanctaque *Bubastis*, variisque coloribus *Apis*:

Quique premit vocem, digitoque silentia suadet:

*Sistræque* erant, nunquamque satis questus *Osiris*,

Plenaque somniferis *serpens peregrinus venenis*.

Et *Bubastis* apud *Gratum* in lumine *Cynegeticæ* interpret sacrificia *Ægyptiaca* seu *Ildi*, seu *Dianæ* offerri solita. Sic enim ille:

Vix operata suo sacra ad *Bubastis* lino

Velatur sonipes *Æthiæ* turba *Canoi*.

## CAP. VIII.

### De Sole & Luna.

**A** Pollini & *Dianæ* subjecimus *Solem* & *Lunam*, qui quamvis iidem sint, quia tamen superstitione Ethnica nonnunquam eos distinxit, ideo etiam nobis seorsim de illis dicendum. Fuerunt *Sol* & *Luna* filii *Titæ*, sive *Matris* magnæ & *Hyperionis*, si *Diodoro* credimus, qui lib. 4. *Antiquitatum*, cap. 5. hæc scribit: Regina filia *Titæ* prior annis, prudentiaque & virtute reliquis præstantior, in gratiam matris fratres omnes educavit, eoque magnam ajunt *Matrem* appellatam. Postea vero quam pater post obitum ad Deos transit, communi populorum fratrumque consensu regnum cepit, adhuc virgo, cum nulli antea nupisset. Postmodum cupiens filios relinquere successores regni, unum ex fratribus *Hyperionem* virum sumpsit: ex quo duos peperit liberos, *Solem* & *Lunam*. Quorum formam prudentiamque admirantibus singulis, tradunt fratres prolis invidia motos, veritosque, ne quando imperium ad *Hyperiona* perveniret, scelesto facinore excogitato, fratrem communi consilio obrunxerunt. *Solem* adhuc puerum in flumen *Eridanum* projectum, suffocatum esse. Qua re vulgata *Luna* præter modum fratrem diligens, ex tecto se præcipitavit. Matri quærenti juxta flumen corpus, cum in somnum incidisset, visum per somnium est, à *Sole* se consolari, rogarique ne lugeret natorum mortem. Nam homicidas meritum esse supplicium passuros: se vero ac sororem quadam *Dei* providentia futuras immortales. Nam ignem cœli, sacrum antea vocatum, *Solem* ab hominibus appellandum fore: quæ vero *Mens* prius dicebatur, *Lunam*. A somno experrecta, cum omnibus tum somnium, tum infortunium suum narrasset, filios ut Deos coluit, ipsa innupta vivens. Postmodum in insaniam versa, cymbala tympanaque quatiens, edito sonitu, ipsarum criuibus per patriam errabat. Quo aspectu misero obstupebant homines. Cum vero singuli ejus dolori misererentur, quidam corpus sustinerent, maximo imbre coorto, continuoque fluminis casu *Reginam* ajunt disparuisse. Quare admiratus populus, *Solis* *Lunaque* nomen ad astra transtulit, matrem etiam *Deam* existimavit. Et erecta ara cymbalis ac tympanis, cæterisque rebus illius gesta imitatus, sacra illi & *Deorum* honores instituit. Hæc *Æneus* *Diodorus*. Dicitur autem est *Sol*, vel quia solus ex omnibus sideribus sit tantus: vel quia, cum est exortus, obscuratis omnibus solus appareat. *Luna* à lucendo nominata est, eadem est *Lucina*. *Cic.* lib. 2. de nat. Deor. Primus *Soli* & *Lunæ* ædes Romæ consecravit *T. Tatius* Sabinorum Rex, & *Ter. Varrone*, & *Dion. Halicarnæse* auctoribus. Postea etiam aliæ iis ædificatæ commemorantur in descriptione xiv. regionum Urbis tria *Solis* templa, ex quibus unum est templum *Solis Heliogabali*, quod condidit Imp. *Antonius Varius Heliogabalus* in monte Palatino, eo loco, ubi prius fuerat ædes *Orci*. Colebatur is *Heliogabalus* in Syria, cujus sacerdos cum aliquando fuisset *Antonius*, postea Imperator factus, Romæ etiam ipsius instituit cultum, ita ut omnia omnium aliorum *Deorum* mysteria & sacra etiam ad hunc unum vellet transferri: qua de re *Lampridium* loquentem audiamus: Ubi primum, inquit, *Antonius* ingressus est Urbem, *Heliogabalum* in Palatino monte juxta ædes Imperatoris consecravit, eique templum fecit, studens & *Matris* typum, & *Vestæ* ignem, & *Palladium* & *Ancilia*, & omnia Romanis veneranda in illud transferre templum: id agens, ne quis Romæ Deus, nisi *Heliogabalus* coleretur. Dicebat præterea *Judæorum* & *Samaritanorum* religiones & *Christianam* devotionem illuc transferendam, ut omnium culturarum secretum *Heliogabali* sacerdotium teneret. Hæc ille. Collocatur hoc templum à *P. Victore* in regione Urbis x.

*Luna* etiam templa tria, ædícula una, referuntur. In monte *Aventino* magnum templum *Luna* fuit. Fuit item templum in *Capitolio*, & in monte Palatino templum *Luna noctiluca* fuit, in quo noctu lumina solebant accendi. Unde etiam *noctiluca* dicitur, teste *Varrone*. Tantum de his.

#### AD CAP. VIII. PARALIPOMENA.

#### De Sole & Luna; potestate & cognominibus.

**O**mnēs deos ad *Solem* referri seu *Apollinem*, omnes deas ad *Lunam*, notum ex *Mythologis*, & docuit *Aurelius Macrobius* lib. 1. *Satur.* cap. 17. Ego tantum hic docebo *Solem* in Oriente specie leonis, nomine *Mithræ* cultam; si prius dixero *Anaxagoram* censuisse *solem* ignitum esse lapidem *Peloponneso* marginem. *Suidas* in voce *Μῆθρα*, *Luctatius Placidius* ad versum

ultimum lib. 1. *Thebaidos* *Statiæ*: *Perse* in spelæis *solem* coluit, & hic sol proprio nomine vocatur *Mithras*: est autem ipse sol leonis vultu, cum tiarâ *Perstico* habitu, & utrisque manibus bovis cornua comprimens. Quæ interpretatio ad *Lunam* dicitur, quæ in designata sequi fratrem, occurrit illi, & lucem ei obscurat. Nudavit autem *mysteriorum* partem. Sol ergo quasi *Lunam* minorem docens, (*malini, ducens*) ideo aurum torquet. *Mire* autem cornua posuit, ut *Lunam* manifestius posset exprimere, non animal, quo illa vehi figuratur, sed quia locus non est *deorum* istorum secreta, juxta tenorem interna *Philosophia* asserere, de figuris tamen, quibus credi-

sur, panis dicamus. Sol est ineffabilis, quia principale signum inculcat, & frenat, leonem scilicet, idcirco & ipse hoc vultu fingitur, vel quod hic deus ceteros sui nominis & potentie impetu excellat, ut inter reliquos seras leo, vel quia sit rapidum animal: luna vero quia propius tauri adheret adducitur, ideo vacca figurata est. Ceterum divini & regii isti dii, ut comparentur in orbe, sic sunt ex partes mortalis figuræ, tani hominis, quam belluæ, non habentes initium, terminum, vel quod interpleter medium, ut dii minores, & reliqui, ut supra ipse ait, mox turba vagorum semideum; id enim ratio æternitatis exposulat. Hæc ille, doctæ, & pie, sed propius ad communem alium sensumque antea scripserat. Simulachrum ejus fingitur reluctantis tauri cornua retentare, quo significatur lunam ab eolumen accipere, cum exerit ab ejus radiis segregari. Ipsum audiamus Papiniut:

Sen te raptum Titana vocari  
Gentis Achœmia ritu, sen præstat Osirim

Fringiferum, sen Persei sub rupibus antri  
Indignata sequi torquentem cornua Mithram.

Jul. Firmic. de Error. profan. Relig. Hunc Mithram dicunt, sacra vero ejus in speluncis abditis tradunt, ut semper obscuro tenebrarum squallore demersi, gratiam splendidi ac sereni luminis videant. D. Hieron. epist. ad Lætam: Græchus speluncam Mithræ subterit. Porphyrius Commentario de Nympharum antro. Primum Zoroastres apud Persas, ut narrat Eribulus, speluncam natura factam in Persia montibus consecravit, in honorem rerum omnium auctoris, & parentis Mithræ, ut per speluncam significaret mundum à Mithra conditum. Helychius Grammaticus Μίθρας ἔδνωσεν παρά Πέρσας. Mithras sol apud Persas. Strabo Amasen. lib. Geograph. 15. pag. 847. Τιμῶσι τὸν ἄλιον ὃν καλεῖσι Μίθρα. Venerantur (Perse) solem, quem appellant Mithram. Q. Flor. Terrullian. lib. de Baptismo: Nam & sacris quibusdam per lavacrum initiantur Isidis alicujus aut Mithræ, ipsos etiam deos lavationibus effecunt, hujus sacerdotes milites vocabantur. Idem lib. de præscript. advers. hæret. Tincti & ipse quosdam neque credentes & fideles suos, expiationem delictorum de lavacro repro mittit, & sic initiat Mithræ, signat illic in frontibus milites suos. Idem lib. de Corona militis in fine. Quæ Mithræ miles in castris, in spelæis tenebrarum initiatur, coronam interposito gladio sibi oblatam quasi nimirum martyrii, dehinc capiti suo accommodatam, mouit ut obliam capite depellere, & in humerum transferre, dicens, Mithram esse coronam suam, atque exinde nunquam coronatur, id quod in signum habet approbationem sui, sicuti tentatus fuerit de sacramento, statimque creditur Mithræ miles, si dejecerit coronam, si eam in deo suo esse dixerit. Et qui a statua leonina effigie erat, iidem nystæ leones etiam vocabantur. Idem Tert. l. 1. adversus Marcionem. Sicut arida & ardentis nature sacramenta leones Mithræ philosophantur. Qui plura cupis, consule Liliun Gyraldum Ferratiensem de diis gentilibus Syntagm. 7. Ael. Lampr. in Commod. Sacra Mithrica hominibus vero polluit cum illic aliquid ad speciem timoris vel dicit vel fingi soleat. Q. Curtius de Gest. Alex. l. 4. Mithram sacrumque & æternum invocans ignem. Sic enim optime legitur ex fide MSS. codicum, observante Joanne Bernartio: alii male, Solem & Martem. Principium denominationis forte defluxit à Mithræ quodam, qui Heliopolis vel in Solis urbe regnavit. C. Plin. lib. nat. hist. 36. c. 8. cujus tantus deinceps cultus, ut per eum Perfarum reges jurarent. Ael. var. hist. l. 1. c. 37. Artaxerxes obestatur, in τὸν Μίθρα. Per Mithram. Justus Vulteius, per Solem, vertit. Locus est insignis Martiani Capella de Nupt. Merc. & Philologia, varia folis cognominia complectens, quem idcirco apponam:

Hunc Phabum perhibent prodentem occulta futuri,  
Vel quia dissolutis nocturna admissa, & Iseum,  
Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirim,  
Dissona sacra Mithram, Diteaque servatque Typhonem,  
Atys pulcher item, curvis & puer almus aratri,  
Ammon & ærentis Libyes, ac Bilibus Adon,  
Sic vario cunctis te nomine convocat orbis.

Denique & marmor vetus:

PERSIDICQUE. MITRÆ. ANTISTES.  
BABILONIE. TEMPLI. & aliud:

DEO SOLI INVICTO. MITRÆ. FL. SEP-  
TIMIUS.  
ZOSINUS. V. P. SACERDOS. DEI BRON-  
TONTIS.  
ET. ÆCATÆ. HOC. SPELÆUM. CON-  
STITUIT.

PARALIPOMENA DE LUNA.

Veneficiis, nocturna gesta ei adscripta, expiatio  
fluxus, & deliquum.

Necquicquam de Luna, nisi Romæ fuisse cultam & No-  
biluæ nomine templum in Palatino monte habuisse. In-  
terpreses Q. Horatii ad od. 6. lib. 4. Atque aliud in A-  
ventino, P. Victor in reg. 13. T. Liv. 4. Dec. lib. 10.  
in princip. P. Ovid. lib. 3. Factor, in fine:

Aventino luna colenda iungo.

Neque minus apud Græcos solemnè religione observata,  
vana ei erigebantur: Et quoties naturali defectu laborabat,  
toties veneficiis deduci credebant, ideoque & cymbala  
omnis generis, ne illa veneficium magicas incantationes  
audiret, pullabant. Quanquam scio alios id amoribus, non  
magicis artibus adscribere. Q. Catull. epigr. 66.

Ut Triviam quondam per Latmia saxa relegans

Dulcis amor gyro decinet aërio.

At revera ne incantatrices exaudiret magas, cymbala pul-  
sabant. Longa est Plutarchi narratio in vita Pauli Æmilii,  
& in præcept. Connubialib. ad finem pag. 145. vet. Scho-  
liast. Juvenalis ad sat. 6. v. 44t. Sontium fieri adsolet quan-  
do luna deficit. Petron. Satyrico pag. 100. Solent, inquit,  
hæc fieri, & præcipue in hac civitate, in qua mulieres etiam  
lanam deducunt. Luctat. Placid. ad v. 106. l. 1. Thebaidos  
Stacionæ: Pagani magis artibus credebant lunam posse mu-  
tari. Idem ad v. 687. l. 6. Thebaid. Sic sibi insania homi-  
num & frustra persuasio vindicat, quod carnibus lanam celo  
eripiunt. Et deinde, ad opinionem hominum recellit, quod ar-  
bitrentur deficienti lune auxiliari, si æra percussant.

Atque ira perpetuo poetæ audiendi. Sext. Propert. libr.  
1. eleg. 1.

At vos deducte quibus est succallia lænæ,

Et labor in magis sacra piare sois.

Alb. Tibull. lib. 1. eleg. 8.

Cantus & è curru lunam deducere tentat,

Et sacret, si non æra repulsa forent.

Melius sic, quam in antiqua editione Vicentina:

Cantus & è curru deducere lumina tentat.

M. Marcial. lib. 9. epigr. 30.

Quæ nunc Thessalico lanam deducere rhombo,

Quæ sciet hos, illos vendere lens thoros.

Et lib. 12. epigr. 57.

Dicit quot æra verberent manus urbis,

Cum scilicet Colcho luna vapulat rhombo.

In MS. Pulmanni aliter, & forte rectius concipiebatur:

Cum scilicet Colcho luna vapulat bombo.

Pet. Apollon. Collatius de Excidio Hierosolymitano l. 1.

Candida nec magicas artes, inimicæque verba

Passa, nec à radiis, terræ molimine, fratris

Intercepta sui, bis senas Delia noctes

Horruit, & suscitæ exit caligine vultum.

Et eodem libro post:

Quantum pavida succurrere luna

Certantes populi tumilibus æris acuti

Ingeniant, surdasque deæ nituntur ad aures

Thessalicum ne carmen eat, detraclaque celo

Suppositas lato terras simul obruat orbe.

M. Manil. Astron. l. 1. in principio:

Sed prius Eos quaerunt tra lumina gentes,

Seræque in extremis quatuntur gentibus æra.

Claudian. lib. 1. in Ruff. de bello Gerico:

Quo Thessala cantu eripiat lunare jubæ.

Unde constat Theſſalas veneficas ab antiquitate celebrari, ut eſt apud eundem:

*Nec credunt vetito fraudatam ſole ſororem  
Telluris ſubemite globo, ſed caſtra ſequuntur  
Barbara, Theſſalidas propriis lunare venenis  
Incaſſare iubar.*

L. Sen. in Medea act. 4. ſc. 2.

*Inque auxilium Dictynna tuum  
Pretioſa ſouent ara Corinthi.*

Idem in Hippolyto act. 2. in Choro:

*At nos ſolliti lumine turbido,  
Traſtan Theſſalidis carminibus rati  
Timidis dedimus.*

P. Ovid. lib. 7. Metamorphoſ. fab. 2.

*Te quoque luna traho, quavis Temeſea labores  
Æra tuos minuant.*

Et lib. 12. fab. 4.

*Mater erat Mycale, quam deduſiſſe canendo  
Sepe reluctantis conſtat cornua luna.*

D. Juvenal. ſat. 6. v. 441.

*Una laboranti poterit ſuccurrere luna.*

Papin. l. 6. Thebaid. v. 686.

*Sic cadit attonitis quoties avellitur aſtris  
Solis opaca ſoror, procul auxiliatam gentes  
Æra crepant, ſriſtraque timent; at Theſſala vilſtrix  
Ridet anhelantes audito carmine bigas.*

Idem corrigendus lib. 1. Thebaid.

*Qualis per nubila Phabus  
Atracia rubet arte color.*

Legendum omnino ex fide MS. codicis.

*Atracia rubet arte labor.*

Nam per artem Atraciana Theſſalica incantamenta intelligit. Notiffimum quippe inſaſum maxime fuiſſe veneficiis Theſſaliam, vel ex L. Apulejo lib. 1. Mileſiar. Itaque defectum luna per colorem nibeſcentem explicare non poteſt commode, quum deliquium illud non ruborem, ſed verius pallorem indicat. Optime ergo per laborem expreſſit Virgil. lib. 2. Georg.

*Deſectus ſolis varios, Inque labores.*

Quod ex Steſichori & Pindari ſententia diligentiffime, ut omnia alia, traditum eſt à C. Plinio libr. 2. nat. hiſt. c. 9. 12. Sidon. Apollinar. Carm. 15. v. 80.

*Deſectum ut Phabi, nec non lunaque laborem.*

Denique C. Petron. in Satyrico pag. 108.

*Quid leviora loquar? luna deſcendit imago  
Carminibus deducta meis.*

Hæc variis impoſitis nominibus, ſecundum naturæ ſuæ conditionem, modo *cornuta*, modo *plena*, modo *minuens* appellabatur: & quod cornuta vocaretur, omnes poëtæ paſſim. Ovidius ep. 2. Phyll. Demoph.

*Cornua cum luna pleno ſemel orbe coeſſent.*

Valer. Flacc. lib. 4.

*Plena referentem cornua Phabes.*

M. Lucan. lib. 5. v. 595.

*Sen Phabum videat, ſeu cornua luna.*

Sedul. Scoris lib. 1.

*Qui ſolem radiis, ac lunam cornibus implet.*

Plenaia autem lunam pulchritudinis typum eſſe volebant, & quemadmodum illa nubibus interjectis non nihil regi obumbrarique ſoler, ita nimbis ſeu limbis formoſarum frontes vinctas legimus. Petron. Satyr. pag. 97. *Delectata illa riſt tam blandum, ut videretur mihi plenum os extra nibeſca luna proferre.* Arnobius lib. 2. contra gentes; *Laminus pertunderent antrum, imminerent frontes nimbis, fulgine oculus obumbrarent.* In vulgatis editionibus habetur, *frontes imminerent limbis*, ſed ita Joannes Meurſius legit parte 1. Criticæ. exercitationum. Et eſt par locus apud Servium ad illud libr. 2. Æneid.

*Jam ſummas arces Tritonia, reſpice, Pallas*

*Inſedit, limbo eſſulgens, & Gorgone ſeiva.*

Legi poteſt, *nimbo eſſulgens*. Licet antiqua lætio non ſit reji-

cienda. *Limbus enim tenuis eſt, ſeu vinculum fronti tegenda.* Claudian. de conſulatu Manlii Theodori:

*Continuo frontem limbo velata pudicam.*

Scio & veſtis extremam oram *limbum* vocari, ſeu virilis, ſeu muliebriſ. De virili Stat. lib. 6. Thebaid. 540.

*Mæonio circumſua limbo*

*Pro meritis Admete chlamys.*

De muliebri, idem de Achille fœminæ veſtem induente lib. 1. Achilleid.

*Et ſiſturato cohibet veſtigia limbo.*

Unde & limbolarii artiſices, qui limbos conſciebant, ut jam obſervatum ex Aulularia Plautina. Trebell. Pollio in Zenobia: *Galatea ad concionem proceſſit cum limbo purpureo.* Et de qualibet veſte Ovid. lib. 6. Metamorph. fab. 3.

*Ultima pars tela tenui circumdata limbo.*

Sed redeo in orbitam, *limbata ergo ſrons*, id eſt, pulchra, limbo obducta, niimbata, quæ lunam imitatur ſe exferentem extra nubem. Plaut. in Poenulo.

*Quam magis aſpecto, tam magis eſt niimbata.*

Q. Horat. lib. 1. ſat. 8.

*Nec prohibere modo, ſimulac vaga luna decoram  
Protulit os.*

Claudian. de Serena & Maria filia jam deſpondenda Honorio principi in Epithalamio ejus:

*Hæc modo crescenti, plena par altera luna.*

Corip. African. lib. 2. num. 3.

*It ſaxum comitata latus pulcherrima proles.*

*Luce ſua plenum quæ poſſit vincere lunam.*

*Minuens luna*, id eſt, decreſcens, nota eſt fabula, quam prodidit Plutarchus in Sympoſio ſapientum, lunam à matre pe. iſſe *tunicam ſibi congruentem*, ſive *χρῆστίον ὀμμοπερον*, & illam reſponſiſſe, καὶ πᾶς ὀμμοπερον ὀρῆνω, νῦν μὲν γὰρ ὄρω οὐ παντῆλινον, ἀδῆς δὲ μενοειδῆ, ποτὶ δὲ ἀμυκικυρον. *Quomodo congruum poſſim, cum te jam plenam, mox in cornua attenuatam, rursus dividio orbe videam?* Fulgent. l. 1. Mythol. de Sole; *Quia auſcendo & renaſcendo ſemper eſt junior, ſicut quod nunquam in ſua virtute deſiciat, ut luna quæ creſcit & minuitur.* Sedul. lib. 1. facti operis de Idolorum cultoribus:

*Sed luna quoque vota ſerunt, quam creſcere cernunt*

*Et minui, ſtellisque ſunt.*

Corip. in praſatione ſua:

*Ardua ſuſcipiens minuentis cornua luna.*

Sic enim cortex ex Virgilio & Ovidio, quum antea legeretur, *ſuſcipiens*, hic lib. 9. Æneid.

*ſuſcipiens altana lunam.*

Ille lib. 1. Trift. eleg. 3.

*Hanc ego ſuſcipiens, & ab hac Capitoli cernens.*

Certe in concipiendis votis oculus manique in cœlum tendere ac erigere ſolebant, tanquam deos voti teſtes facturi, ac praſertim ſolem & lunam, notavit Alexander Bracticanus in lib. 2. Salviani de Jud. & provid. ex Ariſtotele lib. de Mundo, Claudian. l. 2. in Ruſſin.

*Tandem indignatus ad aſtra*

*Extollit pulmas.*

Et proprie *luna decreſcens*, dicebatur *minui*. Corip. African. lib. 2. num. 2.

*Cornua luna*

*Paulatim minui, paulatim creſcere juſſit.*

Hoc illud eſt, quod *dammum* vocant. Scholiaſt. Theocriti. Janus Mellerus in ſpicilegio. A. Gell. lib. 20. cap. 7. *Eam ob cauſam eſſe dicunt ſacerdotes Aegyptii, cur Peluſiote cape non edant, quia ſolum oleum omnium contra lunæ aſtra (lege aſtra) atque damna, vices minuendi atque angeali habes contrarias.* Jul. Firmic. Matern. Junior. cauſarum olimi patronus (ut eſt in praſatione ad lib. 4.) praſat. ad l. 1. Matheſ. *Quid luna velox motus, aſſiduaque luminis vel augmenta, vel damna.* M. Manil. lib. 2. Aſtron.

*Et cum damna tuas imitantur Delia vires.*

Sidon. Apollinar. Carm. 15. v. 41.

*Quid noſtis lucifque vices, quid menſtrua luna  
Incrementa parent, totidem cur damna ſequantur?*

Cl. Claudian. de 6. Honor. consul.

- - - Nudatæque litora fluctu

Deferit, Oceani lunæ emula damnis.

Damna hæc five decreta regere cursus maris fluentis, vel refluens creditum. C. Jul. Solin. Polyhist. cap. 26. At il, qui siderum sequuntur disciplinam, contendunt meatus istos commoveri lune cursibus, adeo ut sic vicissitudines inter maclum aquarum & plenitudinem respiciant ad auctus ejus vel deflectiones. Phavorinus Philoſophus apud A. Gellium l. 14. c. 1. Aestus Oceani cum luna curriculo congruit. Philoſophum citare placita nihil jam opus; poetæ passim. Lucan. l. 10. Pharsalia v. 216.

- - - Ut Oceanus lunaribus incrementis

Justus adest.

Sil. Italic. l. 3. Punicor.

Cymothos ea regna vaga pelagique labores

Luna movet, luna inimicis per cavula bigis

Ferique referre fretum, sequiturque reciproca Thetis.

Joan. Jovian. Pontan. l. 1. Uranus:

Quod varii maris accessus, varique recessus

Opidunt.

Sidon. Apollinar. carm. 22. v. 107.

At cum summotus lunaribus in rementis

Ipsæ Garumna suos in terga recolligit aestus.

Claudian. paneg. de consul. Theodori:

- - - Tumidos quæ luna recurſus

Nutrat Oceanis.

Erat & luna bellorum præses, quod inanimadverſum hæctenus

fuit, adeo ut victores arma captivorum hostium ei cremarent.

T. Liv. 5. Decad. l. 5. Cetera omnis generis arma cumulatæ in ingentem acerum, precatas Martem, Minervam, Lunamque matrem & ceteros deos, quibus spolia hostium dicere jus fasque est, ipse imperator face subacta succendit, deinde circumstantes tribuni militum pro se quisque ignes consecerunt. Sic enim legendum est, non, ut Adriano Turnebo l. Adverſar. 16. cap. 20. visum est legere. Lunamque matrem, quam ille à luendo, hoc est, expiando, vult dici. Sed retinenda vulgata lectio, quippe multa noctis & lunæ præsidio aggrediebantur exercitum duces. Titus ille Quintius apud Livium 4. Dec. l. 2. Noctitænera fieri jubet, & pernox erat luna. Quia, ut manifestæ victoriæ sol, ita furtivæ erat dux luna. Neque omitendum, quod eodem auctore T. Livio proditum 5. Decad. l. 4. Sulpitius Gallus tribuni militum secundæ legionis qui prætor superiore anno fuerat, consulti permissum ad conclonem militibus vocatis, pronuntiavit nocte proxima, ne quis id pro portento acciperet, ab hora secunda usque ad quartam horam noctis lunam defecituram esse, id quia naturæ ordine statim temporibus fiat, & fieri ante, & prædici posse: itaque quemadmo-

dum solis luneque certi & ortus & occasus sunt, nunquam pleno orbe, nunc senescente & exiguo cornu fulgere lunam, non mirarentur: ita ne obscuram quidem, quum condatur umbra terræ, trahere id iam prodigium non debere. nocte, quam pridie Nonas Septembres infequitur est dies, edita luna cum defecisset, Rom. militibus Galli prope sapientia divina videri Macedonas, ut triste prodigium, occasum regit, perniciosæque regni portendens monuit: nec aliter vates, clamor, ululatusque in castris Macedonum fuit, donec luna in suam lucem emerſit. Neque unquam sine castrorum tumululæ deliquium contigiſſe est animadverſum. Celebre exemplum apud C. Tacitum lib. 1. Annal. Nollem minacem & in scelus erupturam fors lenivit, nam luna clariore pane celo visa languescere, id miles rationis ignarus, omen præsentium accepit, ac suis laboribus deflectionem sideris adſimilans, prospereque cessura quæ peragerent, si fulgor & claritudo deæ redderetur: igitur tubarum sono, æris cornuumque concentu strepere, ut splendor, obscuriorve, latari, mævere. At postquam oborta nubes officere visis, concitatamque creditum tenebris, ut sunt mobiles ad superſtitionem percussa semel mentes, sibi æternum laborem portendi, suis factiora lamentantur deos averſari. Ergo & victoriarum futurarum certa à lunæ aspectu ducebantur præſagia, ut defectus ejus exitium, clarus fulgor prosperos eventus denotaret.

Quare & noctis luneque præsidio Troja à Græcis capta. Ubi non parva difficultas, meo judicio oritur. Nam Servius Maurus ad v. 255. lib. 2. Eneid. Et ſilendum septima luna captam esse Trojam, cujus simulacrum apud Argos est, quod relata victoria constitutum est, ab Imaginæ ejus, quæ tunc erat dividua orbis re... & P. Mato ipse loco prius laudato:

Jamque Argiva phalanx infractis navibus ibat

A Tenedo, tacita per amica silentia luna

Litora nota petens.

Vult Virgilius Trojam captam luna ſilente, hoc est nova luna, aut quum exiguus ejus eſſet fulgor. Id ipsum, est quo. l. septimam lunam appellat Servius: at C. Petronius in Satyricon pag. 45. plena luna Trojæ halosin contigiſſe cecinisti verbis:

Jam plena Phæbe candidum extulerat jubar,

Minora ducens astra radianti face,

Cum inter ſepultos Priamidas nocte & mero

Danai relaxant claustra, & eſſudant viros,

Tentant in armis se duces.

Denique inter prodigia habitum eam deliquium luminis sui

passam. C. Petron. & alii de bellis civilibus Pompejanis:

- - - Pleuros extinxit Cynthia vultus.

Jul. Obsequens de Prodig. cap. 30. 31. 92.

### C A P. IX.

### De Mercurio & Minerva.

**M**ercurium & Minervam etiam veteres conjunxerunt: non quidem conjugio, sed communitate studiorum, de quibus hoc capite dicemus.

Mercurius à Latinis quasi medicurius, vel medius currens, quod sermo medius inter homines sit, cujus ipse Deus ab antiquis credebatur. Arnob. Festus ait, Mercurium à mercibus dictum esse: hunc enim negotiorum omnium Deum veteres existimarunt; Fulgentius, Mercurium dici, quasi Mercium curam. Cicero lib. 3. de Natura Deorum, quinque Mercurios numerat. Unum qui cœlo patre, & Die matre natus sit, cujus obscœnis excitata natura traditur, quod aspectu Proserpinæ commotus sit. Alterum Valentis & Phoronidis filium, eum qui sub terris habitet, & Trophonius appelletur. Tertium Jove tertio natum, & Maja: ex quo & Penelopa Pana natum ferunt. Quartum Nilo patre: quem Ægyptii nefas habeant nominare. Quintum quem colunt Pheneatæ, qui Argum dicatur interemisse, ob eamque causam Ægypto præfuisse, atque Ægyptiis leges & literas tradidisse: quem Ægyptii Thetin appellant. Laëtantius Grammaticus tantum quatuor numerat. Inter hos celebratissimus fuit ille, qui Jovis & Maje filius, de quo extat lepidissimus Dialogus Luciani, quomodo à prima pueritia, imo infans adhuc in cunis jacens furacissimus fuerit. Multa munia Mercurio tribuerunt, crediderunt eum Deum sermonis, unde & intermuncius Deorum est existimatus. Mercatorum etiam Deus fuit, ut puta, qui pondera, & mensuras, & quæstum ex mercatura facere, Diodoro teste, instituerit. Literas, Musicam, Palastram & Geometriam invenisse

dicitur, de quo eleganter *Galenus Pergamenus* in *Suasoria* (si libellus est legitimus) *Mercurium*, inquit, ut orationis parentem & artium omnium auctorem, in aliam effigiem, quam *Fortunæ* effinxerunt tum pictoribus, tum plastæ. Effingunt enim juvenem formosum, non tamen fucatum, aut contemptum, sed nativa quadam virtutis specie, vultu hilari, acribus oculis, in basi quadrata, quæ stabilitatis & firmitatis figura est. Assignavere ei in capite & in pedibus alas, significare volentes volucrum per aëra ferri sermonem: item *caduceum*, cui duo dracones sint implicati, eo quod præconis munere fungatur, & pacis auctor habeatur. *Statuas Mercuriales* appellarunt, quæ in viis extructæ iter facientibus. Vide Fig. ejus in fronte lib. 2. in F.

CYLLENIUS dictus MERCURIUS, vel à *Cyllene*, monte *Arcadiæ*, in quo & nutritus & diversatus sit: vel quod somnum animantibus conciliat, ut qui potestatem *κλύειδων* habeat. *Festus* ait ideo *Cyllenium* dictum, quod omnem rem sermo sine manibus conficiat, quibus partibus corporis, qui careant, *κλύειδης* vocari. Hujus duæ ædes, totidem ædiculæ, aræ, & templum *Romæ* fuerunt, uti ex XIV. regionum descriptione apparet.

MALVOLII MERCURII signum, ait *Festus*, appellabant ideo, quod in nullius tabernam spectabat.

CAMILLUS dictus fuit ab *Hetruscis*, quod esset minister *Deorum*: *Camillos* enim ministros *facrorum veteres* appellabant, ut infra docebimus: Verum de *Mercurio* non addam plura, de quo vel solo integrum volumen confici posset. Ad *Minervam* progrediamur.

### D E M I N E R V A.

DE MINERVA, unde nomen habeat, plurimæ, æque diversæ veterum scriptorum extant sententiæ, quas hoc loco commemorare volo. *Cicero* ait *Minervam* dictam esse à *minuendo*, vel *minando*, quia prudentiæ Dea sit & belli. *Festus* etiam, quod bene *moveat*, *Minervam* esse dictam vult. *Arnobius* quasi *Meminevram* appellatam esse dicit, quod à quibusdam eadem memoria esse affirmetur. *Cicero* quinque *Minervas* recenset. *Minerva* prima, inquit, quam *Apollinis* matrem supra diximus. *Secunda* orta *Nilo*, quam *Ægyptii* *Saitæ* colunt. *Tertia* illa, quam *Jove* generatam supra diximus. *Quarta* *Jove* nata, & *Coryphe*, *Oceani* filia, quam *Arcades* *Coryphæstiam* nominant & *quadrigarum inventricem* ferunt. *Quinta* *Pallantis*, quæ patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem: cui pinnarum talaria affigunt. *Tertia* ex his ex cerebro *Jovis* prognata dicitur, qua de re extat elegantissimus *Luciani* *Dialogus*. De *Minerva* in hunc fere modum scribit *Isidorus*: *Minervam* gentiles multis ingeniis prædicant: hanc enim primam lanificii usum monstrasse, hanc etiam telam ordisse, & colorasse lanas perhibent: olivæ quoque dicunt inventricem & fabricæ, & multarum artium repertricem, ideoque illi vulgo *Opifices* supplicant. Sed & hoc poetice fingitur. Non enim *Minerva* istarum artium princeps est: sed quia sapientia in capite dicitur esse hominis, & *Minerva* de capite *Jovis* nata fingitur, hoc est, ingenium: ideoque sensus sapientis, qui invenit omnia, in capite est. Ideo & Dea artium *Minerva* dicitur, quia nihil excellentius est ingenio, quo reguntur universa. Effingebatur *Minerva* vultu virili & truculento, galeam in capite gerens, armis insignibus, oculis torvis & glaucis, cum hasta prælonga & crystallino clypeo, caput *Gorgonis* inscriptum habente, quomodo ex capite *Jovis* profuissse fingitur. Ut videre est litera G. in fronte lib. 2.

PALLAS eadem dicta est, vel à *Pallante* Gigante occiso, ut scribit *Servius*, vel quod in *Pallante palude* orta esset, ut *Festus*, vel ἀπὸ τῆς πάλλειν τὸ δόρυ, i. e. à vibranda & concutienda hasta: vel à *saliendo* & *saltando* in bello, ut *Plato* ait. Hujus simulachrum *Palladium* dicebatur, de quo in *Vesta* dicam.

MINERVÆ templa & ædes plures *Romæ* fuerunt: in reg. I. ædes ejus fuit: in II. reg. ædícula *Minervæ Captæ*, cujus appellationis causas aliquot recitat *Ovid.* vel quod ingeniosa Dea sit, cum capitale ingenium solers dicamus; vel quod feratur profuissse ex capite *Jovis*: vel quod domitis *Faliscis* captiva *Romam* fuerit deducta; vel quod capite puniatur, si quis ex ejus templo furto quicquam subtrahat. Addit *Paulus Marfus* aliam, *Minervam* captam fortasse dici posse, quod captus locus ex *Festi* sententia ad sacrificandum legitime constitutus videretur.

Templi MINERVÆ MEDICÆ P. *Victor* meminit, quod fuit in regione V.

Templum MINERVÆ FLAVIANÆ in VI. regione collocatur.

Fuit & à *Pompejo Magno* delubrum *Minerva* consecratum, confecto bello annorum 30. de quo *Plinius* l. 7. cap. 26. Quod fuit magnifice ornatum, in quo etiam fuit breviarium rerum in Oriente gestarum à *Pompejo Magno*.

MINERVÆ, sive PALLADIS AVENTINÆ templum in *Aventino* monte antiquissimum fuit, *Livii Andronici* Poëtæ donariis celebre, quibus ipse ab aliis Poëtis & ab Historicis, quibus fabulas scripserat, honoratus, eadem ad *Minervam*, ingeniorum præsidem, grata pietate detulerat. De hoc templo *Ovid.* l. 6. *Fast.* De delubro *Minerva* in *Capitolio* antea diximus. *Minervam* custodem *Cicero* domi suæ privatim coluit, quam postea abiturus in exilium, in *Capitolium* detulit, & consecravit. *Dion.* lib. 38.



CHALCIDICÆ MINERVÆ templum in nona Urbis regione C. Octavius Augustus dedicavit.

Dion. lib. 38.

Signum MINERVÆ CATULIANÆ à Q. Lutatio Catulo dedicatum est: unde & nomen habet.

Plinius.

MINERVIUM, MINERVÆ templum dicebatur. Tantum de Minerva.

MERCURIO & MINERVÆ, quos artium bonarum inventores & præsidēs fuisse diximus, *Musas* adjungamus, quamvis ad Apollinis historiam referri potuissent & debuissent etiam.

AD CAP. IX. PARALIPOMENA.

De Mercurio, & ejus zona, & statuis in tri-viis, cognominibus.

Vetus glossographus, sive is Comutus, seu quilibet alius in Aulian Persium commentator, ad Satyr. v. 5. v. 112. *Ipsium deum lucri dicunt, unde & cum sacello pingitur, & à negotiatoribus plurimum colitur.* Fest. Pomp. lib. 11. *Mercurius à mercibus est dictus, hinc etenim negotiorum omnium existimabant esse deum.* Adde & capite canino effingi solitum, quod canis sagacissimum sit animalium. *Isidor. lib. 8. Etymolog. cap. ult. Fulgent. lib. 1. Mytholog. Mercurium dii voluerunt, quasi mercium curam, pennata salaria, quod negotiantium pedes ubique peragendo quasi pennati sunt: virgam serpentibus necnam, quod mercatoribus det aliquando regnum, ut sceptrum, & vulnus, ut serpentium: galero cooperio capite pingitur, quod omne negotium sit semper absconditum.* Vide reliqua. *Quæ ille ad mercatorum refert, de natura Mercurii planetæ: exponit Lufatius Placidius ad lib. 1. Thebaid. v. 304.*

Tanto cultu à mercatoribus observabatur, ut Idus Majas ei dedicarent, quod illis natus haberetur, vel quod tunc ades illi vota. Posterus exarapud Festum Pompejum l. 11. *Majis Idibus mercatorum dies festus erat, quod eo die Mercurii ades esset dedicata.* Prius placuit M. Martiali l. 12. epigr. 68.

*Majæ Mercurium creasit Idus.*

D. Aulon. Idyllio 25.

*Et medius Idus Maji Augustique recursu,*

*Quas sibi Mercurius quasque Diana dicat.*

Et quod apud Romanos *Saturalia*, id apud Cretenfes *Mercurialia*. Vigeat enim illa insula plurimum mercatorum frequentia, ut ex Diogene Laërtio notavit Joan. Brodaus: Estque epigramma Nicarchi l. 2. Anthol. c. 47. epigr. 35.

Quod autem cum sacello aut sacro cum depinxerant, interpretor *marfupium* è zona pendulum, recondenda pecuniæ. Scholiast. Anthol. l. 7. epigr. 12. *σακελον, ἀργυροβόλον, μαρσούριον*, sacellum, pecuniæ repositorium, *marfupium* exponit. Ex Aristophane, Antiphane. Apollodoro, sacellum reddidit Rudolphus Gualtherus apud Jul. Pollucem l. 7. Onomast. c. 33. num. 9. Neque enim in manu bursa illa, ut imperitissimus quidam affirmavit, sed è cingulo propendens, in qua antiqui pecunias suas circumferebant. C. Suet. in Vitellio cap. 16. *Simul dilabentibus cunctis, zona se aurorum plena circumdedit, confugitque in cellulam janitoris.* L. Apul. l. Milesiar. 7. *Fugientis comes & infortunii socius, tonso capillo, in masculinum faciem reformato habitu, pretiosissimis moniliis & auro monetali zonis referatis inuncta.* A. Gell. l. 15. c. 12. *Cum Roma profectus sum, zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli.* Unde liquet, non tantum mercatores hujusmodi zonas usos, sed & magistratus. Nam Gellius verba C. Gracchi posuit, qui Sardiniam administraverat. Ulpian. IC. l. 6. ff. de bon. damnator. *Nec si zonam circa se habuerit, proinus aliquis sibi vindicare debet, sed vestem, qua is fuerit indutus, aut nummulus in ventrali.* Sic enim lego ex Andrea Alciato l. 1. Parerg. cap. 40. nisi si cui placet, laterali, ut legitur in l. pen. ff. de legat. 3. Certe corruptissime antea concepim, in ventrali, quod nullum admittit sensum. Plaut. in Mercatore, sc. Divum. *Zonam festuli.* D. Juvenalis Satyr. 14. v. 295. *Nocte cadit fractis trabibus, sustinque premetur Obrutus, & zonam, levia morsuque tenebit.*

Vet. Scholiast. *zonam, qua ferti solidas.* Non minus Græcam

quam Romanam fuisse consuetudinem, discere est facile ex carmine Simonide in Anthol. l. 7. epigr. 12.

*Ἐμπορὸς καὶ φορητὴ τὸ σὸν βαλλάντιον εἶδεν*

*Καὶ ποθεν εἰ ζῶνας, καὶ ποθεν οἱ πινάκεις.*

*Mercator & nautæ, tua crumena novit, & unde hæc zona, & unde hæc tabella? Aristophanes in Thesmophoriazulis apud Julium Pollucem lib. 10. cap. 32. Onomast.*

*Σακελον, ἐν ᾧ πρὸς τὸ ἀργύριον ταμείριον.*

*Sacellum in quo argentum reponit.*

Ego vel *facion*, vel *sacellum*, vel *marfupium*, vel *sacellum* ad zonas refero; occurrit quod Chrysippus scripsit; *Megaritis quendam auro zonam refertam efferentem, apud carponem diverfisse vesperi, ab eoque oculis in aurum conjeclis, occisum, quem, cadaverem in currum, quo firmam veberet, conjeclto, efferre voluerit.* *Ælianus* referente Suida in voce *τιμαρτίωνος*. At sciendum non circa lumbos, ut nunc fit, has zonas gestari solitas, sed è collo pendulas, quod licet sciam aliis præoccupatum, docebo tamen ex M. Plauto in Truculento sc. ult.

*Pecunia ad hanc collo in crumena obligata defero.*

Et in eadem fabula, sc. *Rus male.*

*Homo crumenam sibi de collo detrahit.*

*Minus viginti mihi dat, accipio lubens.*

Idem in Epidico, sc. *Fecisti:*

*Ipsè in meo collo tuus pater crumenam collocavit.*

Et in *Agnar.* sc. *Cur me.*

*Hic istam colloca crumenam in collo plane.*

Communis Deus vocatur Mercurius, & cum quis in itinere quippiam invenisset, solebat præfari, *Communi Mercurio, qui rei inventæ confcius est, ut qui in viis vestetur, ut ait Jodocus Velareus interpres Pharnuti lib. de nat. deor. Nam cum deorum alii αἰθέριαι, αἰθῆ, alii ὀψαλύτοι, αἰετες, alii θαλάσσιοι, marini, alii denique χθόνιοι, terrei.* Solus Mercurius utraque veluti naturam coelestium, terrestrium, & æriorum habere judicans est. Q. Horat. lib. 1. od. 10.

*Tu piæ lætis animas reponis*

*Sedibus, virgæque levem coëctes*

*Aurea turbam, superis deorum*

*Gratus & imis.*

Et cultissime Claudian. lib. 1. de Raptu:

*Atlantis Tegæ nepos, commune profundis*

*Et superis nanaen, qui fas per limen utrumque*

*Solus habes, geminoque facis commercia mundo.*

Leonidas tamen, vetus poeta, eum inter terrestres collocat deos Anthol. lib. 3. cap. 6. epigr. 55.

*Ἀλλὰ πρὸς ἑστῆσαν Ἀιδωνείος, Ἐμεῖς το*

*Καὶ νεκτῆς, ταύτης ἐντὸς ἢ ἀτραπιτίου.*

*Sed per Plutonen & Mercurium terrestres,*

*Et noctem, hæc extra ite semitam.*

Cultus præcipua veneratione à Germanis antiquis. C. Tacit. l. 13. *Annal. Victores Hermunduri diversam aitem Marti ac Mercurio sacravere.* Idem in lib. de Morib. Germanor. *Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus, humanis quoque hostiis litare fas habent.* Annus Viterbiensis in lib. 5. *Beroti Babylonii, si modo ejus est libellus, qui circumferretur, indignus quidem, meo judicio, tanto auctore.* Porro *Tentanes Germanis Mercurius existit, cui cognomentum sacrificios utrumquid: reddebat eum pallentes eos, qui sibi gratis immolabantur.* Quæ ego non assequor, nisi subit aliqua idiomatis à me non intellectæ proprietatis, aut argutia. Quid enim commune habent *Palleus* & *Tentanes*? Certe hæc viri docti Teutamem vocarunt, inducti testimonio M. Lucani lib. 1. v. 443.



## CAP. X.

## De Marte &amp; Venere.

Conjunxerunt etiam hos Deos, non quidem quod conjuges essent, sed quod amafii.

MARS dictus, ut Varro scribit, ab eo, quod maribus in bello præest: aut quod à Sabinis acceptus fuerit, ibi *Mavors* dictus. *Mavors* vero, ut ait Cicero, quod magna vertat: vel, ut Servius notat, figurate dicitur, ut *induperator*, pro imperator, ita *Mavors* pro eo, qui est Mars. De patria ejus varia à scriptoribus traduntur, quæ ab Arnobio lib. 4. contra gentes recitantur. Volunt aliqui ipsum solius Junonis filium esse, quæ eum, cum per vireta vagaretur, ex contractu & olfactu florum conceperit. Alii ex Jove & Enyo natum tradiderunt. Jupiter apud Homerum dicit, Martem ex se & Junone procreatum esse. Hunc Romani summo cultu venerati sunt, quod existimarent parentem ipsum fuisse Romuli: unde etiam in nummis quibusdam expressus videtur Mars accedens ad Rheam Sylviam, Romuli matrem, concubiturus cum ea, quorum unum hic adjecimus. Effingebant eum ardentem, nunc in curru, nunc in equo armatum cum hasta & flagello, interdum gallum ei appingebant ob militum vigilantiam. De cognominibus & templis ejus hæc traduntur. Vide in fronte lib. 2. in nota H.

Dictus fuit GRADIVUS à gradiendo, vel progrediendo. Festus sic scribit: Gradivus Mars appellatus est à gradiendo in bella ultra citroque: sive à vibratione hastæ, quod Græci dicunt *ραδιών*: vel, ut alii dicunt, quia gramine sit ortus, quod interpretatur, quia corona graminea in re militari maximæ est honorationis. Hujus templum elegans & magnum extra Urbem, prope portam, in via Appia fuit, quod etiam templum Martis extramuraneum à P. Victore appellatur. Hoc templum à L. Corn. Sulla Felice restitutum ampliaturque, ac supra c. columnas positum ferunt. Juxta hoc templum extra portam Capenam erat manalis lapis, quem cum propter nimiam siccitatem in Urbem deferrent, sequebatur statim pluvia, hinc eum, quod aquas manaret, manalem lapidem dixerunt. Festus.

MARS QUIRINUS à Sabinis nuncupatus, à Quiri hasta, qua hic Deus uti existimabatur. Etiam hujus templum in I. regione collocatur. Fuit prope portam Capenam, intra Urbem.

Antiquissimum Martis templum in campo Martio fuit: unde etiam campus ille nomen habet, de quo alibi.

In Circo Flaminio ædes Martis fuit, cujus meminit Corn. Nepos, citante Prisciano: In Circo Flaminio, inquit, fuit ædes Martis, architectata ab Hermodoro Salaminiæ. In Capitolio etiam ædes Martis fuit, a T. Tatius vora & extructa, cujus simulachrum Jovi Capitolino cedere noluisse ab aliquibus proditur.

MARS ULTOR, ab ulciscendo dictus. Huic templum in foro suo maximum & sumptuosissimum cum opere, tum artificio Augustus extruxit, bello Philippico, quod patris sui ulciscendi causa susceperat. Suetonius. Magnificentiam ejus multis verbis celebrat Ovidius lib. 5. Fastor. In aditu templi ante fores ab urroque latere Martis & Veneris statuerant. Ovidio lib. 2. Trist. teste. Ad idem templum Apellis tabulam posuit Augustus, in qua Alexander triumphans Belli imaginem vincis ad tergum manibus, quasi captivam ducit. Nunc in eo templo picta cohors Romana, cujus vexillifer pro signo labrum habet. Idem Augustus non multo post templum Marti secundum Ultori, sive (ut ipse dici voluit) bis Ultori, in Capitolio crexit, in quo suspensa signa sunt, à Parthis reddita. Suetonius in Augusto, Dio. lib. 55. ubi scribit, factum id fuisse ad similitudinem Fovis Feretrii. Ieones horum templorum in nummis conspiciuntur, sicuti in præcedenti figura demonstratur. Vide in fronte lib. 2. nota I.

Fuit in Vaticano Martis ædes, & Mavortis ædicula, regione IV. Sed de Marte hætenus: cui adjecimus etiam, quia huc pertinent, Bellonam & Victoriam.

## B E L L O N A.

BELLONAM à bello, ante Duellonam, à duello dictam Varro scribit. Ea bellorum Dea fuit, quæ, ut Statius in Theb. canit, Marti in bella cuncti, curram & equos pararet, quæque, ut Hyginus refert, acum invenit: unde etiam vult, eam ab acu, quæ Græce ἡ βελώνη dicitur, Bellonæ nomen accepisse. Quidam eam Martis uxorem, quidam sororem fuisse scribunt, quidam & sororem & uxorem faciunt. Ædem habuit in IX. Urbis regione, extat versus portam Carmentalem, in Circo Flaminio, intra quam dabatur Senatus legatis exterarum nationum, quos in Urbem admittere nolebant: Item Ducibus è bello redeuntibus. Ante ædem columella erat, quæ bellica vocabatur, supra quam hastam jaciebant, cum bellum indicabatur, Ovidio, P. Victore, & Fesfo auctoribus. Condidisse ædem hanc dicitur App. Claudius Cæcus, bello Tusco confecto. Ovidius lib. 6. Fastor. Sacerdotes hujus Deæ dicuntur à Crone Bellonarii, qui seipso cultris feriebant, & proprio sanguine numen placabant, furentesque vaticinabantur. Tertul. in Apol. Lactant. l. 1. Divin. Instit. Alia, ait sacra Virtutis, quam eandem Bellonam vocant, in quibus ipsi Sacerdotes non alieno, sed suo cruore sacrificabant: sectis namque humeris, & utraque manu districtos tenentes gladios

R

cur.

currunt, & efferuntur, & insaniunt. Meminit eorum etiam *Tibullus*, *Juvenalis*, *Lucanus*, *Horatius* & alii. Fingebatur hæc Dea furens flagello pugnam concire. *Lucano* in 7. ita canente:  
*Sanguineum quatiens veluti Bellona flagellum.*

## VICTORIA.

VICTORIAM à vincendo dictam, nemini obscurum est, quam *Phurnutus* Pallantis filiam, *Lycæonis* neptem fuisse, cum *Minerva* nutritam, & in numerum Deorum relatum ab ipsa, & *Victoriam* appellatam, docet. A Romanis religiose culta est. Simulachrum ejus fuit, ut in antiquis nummis & marmoribus cernere est, virgo alata, volans, coronam vel palmam proferens. *Ædes* Romæ habuit tres, ædículas duas, lucum etiam & aream, ut de reliquis taceam.

Antiquissimum VICTORIÆ templum in Aventino fuit, conditum ab Arcadibus, ut *Halicarnassens* meminit. Alterum in Palatino fuit, eo loco ubi antea *P. Valerii Poplicola* domus fuit: quod *L. Posthumius Ædilis* curulis ex multatitia pecunia extruendum curavit; in quo matronæ Romanæ simulachrum *Matris Deam* Pefinunte adfectum, antequam propria ædes consecraretur, intulerunt. *Livius* lib. 9.

Ædiculam VICTORIÆ virginis *Mar. Porcius Cato* Consul anno 10LV. bello Hispaniensi vovit, & biennio post dedicavit. *Livius* lib. 34.

VICTORIÆ simulachrum aureum cccxx. pondo ab *Hierone* Siciliæ rege gratulationis causa Romam missum, & in Capitolini Jovis templum illatum est. *Livius* lib. 22.

## NEMESIS.

Ad Deos militiæ præfides etiam *Nemesis* pertinet, quæ alio nomine *Rhamnusia* & *Adrastia* est appellata. *Nemesis* dicitur ἀπό τῆς ἐκείτης διανεμίσιως; id est, à distributione, quæ unicuique fit. Quænam hæc Dea fuerit, & quomodo à Romanis fuerit culta, tum alii, tum *Ammianus* & *Pomponius Latus* docent. *Ammiani* verba sunt: *Nemesis* Dea est, ultrix facinorum impiorum, bonorumque præmiatrix: arbitra rerum, regina causarum, quam Theologi veteres fingentes *Justitiæ* filiam, ex abdita quadam æternitate tradebant, omnia despectare terrena. *Pomponius* autem *Latus*, Romani, inquit, profecturi ad bellum, *Nemesis* sacrificabant, & munus gladiatorum edebant: quod non sine ratione factum arbitramur. Virgo & Victrix *Nemesis* numen fuit, quo, qui ex malefactis delinquebant, puniebantur. Unde Victores *Nemesis* non frustra invocabant. Romani enim semper justa movere arma. Cæteræ nationes odio & malevolentia livoreque, quod imperium tantæ Urbis justitia augetur, tela in populum Romanum capiebant. *Nemesis*, quam plerique existimavere esse vim Fortunæ, alii filiam justitiæ, alii vim quandam inter cælestes discurrentem, prima rerum semina, quæ fatorum & sortium vires temperat atque emendat, rebus humanis trutinam adhibens, cæque cælo terrena despectans, nocentes punit, bonis præmia largitur: & cum sit velocissima, quia diu non permittit impios præesse atque grassari, alata fingitur à veteribus: & ejus pedibus supponitur rota, cum citissime discurrat. Sed tandem multitudine scelerum indignata, oculos jamdiu à rebus humanis avertit & cum genitrice in remotiore parte cæli, ultra terrarum regiones non reditura, renascentem orbem expectat. Hactenus ille. Effingitur etiam nonnunquam cum freno & mensura cubiti, quo significatur, nihil sine mensura & freno agi oportere. Culta hæc Dea Romæ fuit in Capitolio, teste *Plin.* lib. 11. & 23. Ubi etiam templum habuit, si *P. Victori* credimus.

## VENUS.

VENUS, generationis, voluptatisque, & formæ Dea à gentibus credita est: ideoque dicta *Venus*, quod ad omnes res veniat, vel quod per eam omnia proveniant. *Cicero*. *Varro* autem, Poëtæ, inquit, de cælo semen igneum cecidisse dicunt in mare, ac natam è spumis *Venerem* conjunctione ignis & humoris, quam haberet vim significantes. A qua vi nateis dicta vita, & illud à *Lucilio*:

*Vis est vita vides, quæ nos facere omnia cogit.*

*Veneris* antiquum fuisse nomen *Cincius* & *Varro* testes sunt, qui nec Græcum ejus, nec Latinum sub *Regibus* fuisse, apud *Macrobius* testantur. *Cicero* quatuor *Veneres* commemorat in 3. de *Natura Deorum*: *Venus*, inquit, prima Cælo & *Die* nata, cujus in *Elide* delubrum vidimus. *Alteræ* spuma procreata, ex qua & *Mercurio Cupidinem* secundum natum accepimus. *Tertiæ* Jove nata & *Dione*, quæ nupsit *Vulcano*: sed ex ea & *Marte* natus *Anteros* dicitur. *Quarta* *Syria*, *Syroque* concepta, quæ *Astariæ* vocatur, quam *Adonidi* nupsisse traditum est. Hactenus *Cicero*. *Causam*, cur *Venus* è spuma procreata esse fingitur, *Plutarchus* in *Sympof.* lib. 5. cap. 10. scribit putare se *Venerem* à Poëtis è mari ortam fingi, fabulamque de ipsa editam fuisse, tanquam è salo nata, ut sub hoc involucro salis vim genitalem proponerent. Simulachrum ejus varium fuit. Interdum effinxerunt eam puellam in concha è mari exeuntem: interdum mulierem manu concham tenentem, rosis floribusque coronatam, pone quam *Charites*, & utrinque *Cupido*, & *Anteros*. Curru etiam nonnunquam vehebatur, columbis tracto, quod fiebat propter columbæ puritatem & casti-

stitatem: alii cygnis vehi currum istum tradunt. *Plutarchus* in Præceptis connubialibus, *Venerem* scribit testudinem pede calcantem, Eleis Phidiam effecisse, ut domesticæ custodiæ & silentii mulieribus symbolum esset. Idem in libro de *Iside & Osiride*, de hac *Venere* agens ita interpretatur, quod *virgines* custodia indigeant: *nuptas* vero deceat domus gubernatio & silentium. *Eusebius* libro tertio Præpar. Euangel. fabulam ejus ita exponit: *Venerem*, inquit, dicunt generandi vim possidere, feminis & cupiditatis causam, mulierisque ei formam accommodant, propter generationem: pulchram effingunt, quia *Phosphorus* est, quæ pulcherrima est in cælo stella. Illi & *Cupido* assistit, propter cupiditatem. Utera, & partes genitales obteguntur, quia feminis & nutritionis hæc membra causa sunt. Nata vero è mari perhibetur, quod elementum humidum calidumque est, & motu crebro spumas ejicit, quæ res est spermatis symbolum. Hanc deam, quemadmodum *Martem*, religiose coluerunt Romani, à qua originem ducere videri voluerunt, cum finxerunt ex ea & *Anchise* natum *Æneam*: qua de causa in nummis quibusdam expresserunt *Mercurium* deducentem *Venerem* ab *Anchise* in *Ida* monte decumbentem, ut cum eo congreddiatur. Hinc plurimis cognominibus & templis eam honorârunt. Vide ejus Fig. in fronte libr. 2. nota K.

CLUACINA VENUS, dicta à *cluere*, quod antiqua lingua *pugnare* significat. *Plin.* lib. 15. Ei templum vovit & construxit *Titus Tatius* Rex, in ea fori parte, qua Romani & Sabini armis depositis pacem inierunt, & facto sacrificio sese purgaverunt. Alii confundunt hanc cum *Cloacina*, quæ tamen diversa est, ut infra post docebimus. Quidam hanc *Venerem* armatam interpretantur. *Veneris Cluacina* templum, ædes, & ædícula recensentur ab *Onuphrio*.

MURTIÆ VENUS, prius *Myrtia*, à *myrto* Veneri dicata nomen habet. *Plin.* lib. 15. Quin & ara vetus fuit *Veneri Myrtæ*, quam nunc *Murtiam* vocant. Idem habet *Plutarchus* in Quæstionibus Romanis, quæst. 20. Hujus ædes fuit in regione XI. teste *P. Vittore*.

LIBITINÆ VENERIS ærarium *Servius Tullius* instituit, in quod pro defunctis certi pretii numeri inferrentur. *Dionysius* lib. 4. In hujus templo vendebantur ea, quæ ad funera pertinebant. Cujus rei causas requirens *Plutarchus* dicit, aut esse hoc unum de *Numæ* Regis sapienter institutis, quo discerent homines, ab his rebus non abhorre, neque pro piaculis eas ducere: aut voluisse veteres hac ipsa re mone-re caducum esse, quod esset natum, una eademque Dea & ortibus, & interitibus præsidente.

Alia ab hac est VENUS LIBENTINA, à *libendo* dicta, cujus meminit *Varro*, *Cicero*, & *Nonius Marcellus*, cui puellæ, quæ excefferant annos pueritiæ, pupas ætatis suæ insignia dicare solebant, uti ex *Perfio* discimus. Locus ubi hujus templum fuerit, ignoratur.

ALMA etiam VENUS dicta est, id est, *sancta*, sive *pulchra*. *Festus*. Hujus ædícula fuit in regione XII.

CALVA VENUS ab eventu nomen habet. Sic enim *Lactantius* lib. 1. capite 20. Urbe à Gallis occupata, obfessi in Capitolio Romani, cum ex mulierum capillis tormenta fecissent, ædem *Veneri Calvæ* consecrarunt. Meminit hujus historiæ & *Vegetius* libro 4. In obsidione Capitolii corruptis jugis, ac longa fatigatione tormentis cum nervorum copia defecisset, matronæ abscisos crines viris obtulere pugnantibus: reparatisque machinis, adversariorum impetum repulerunt. Maluerunt autem pudicissimæ fœminæ deformato ad tempus capite libere vivere cum maritis, quam hostibus integro.

ERYCINA VENUS cognominata est ab *Eryce*, monte Siciliæ, in quo *Æneas* matri templum construxerat, de quo multi scribunt. Postea & Romæ *Q. Fabius Maximus* Dictator ædem ei vovit cum ex fatalibus, vel Sibyllinis libris edictum esset, ut is voveret, cujus maximum imperium in urbe esset. *Livius* libro 22. Eam idem creatus Duumvir in Capitolio dedicavit. *Livius* lib. 23. Fuit & alia ædes *Veneris Erycina* ad portam Collinam, vota à *L. Porcio Lucinio* Consule, bello Ligustino, & ab eodem Duumviro dedicata eo anno, quo *Aquileia* Colonia Latina in agro Gallorum est deduc-ta. *Livius* lib. 40. Meminit ejus *Ovid.* lib. 2. de Remedio amoris:

*Est prope Collinam templum venerabile portam,*

*Imposuit templo nomina celsus Eryx.*

Hoc templum fuisse ex nominatissimis constat ex *Appiano* lib. 1. bellorum civilium.

VERTICORDIÆ VENERIS ædes extra portam Collinam via *Salaria* fuit. Hæc ædes facta est, cum tres *Vestales* uno tempore incestum commississent (quemadmodum *Julius Obsequens* ait) ut puellarum animos lascivos ad castitatem verteret. De eodem *Valerius Maximus* lib. 8. cap. 15. *Ovidius* libro 4. Faistorum.

*Roma pudicitia proavorum tempore lapsa*

*Cumaam veteres consuluisti anum.*

*Templa jubet Veneri fieri, quibus ordine factis,*

*Inde Venus verso nomine corda tenet.*

VENERIS ROMANÆ, vel *Veneris & Romæ* consors delubrum fuit in via sacra, testante id contra *Symmachum Prudentio*:

*Ad sacram resonare viam mugitibus, ante*

*Delubrum Romæ: colitur nam sanguine & ipsa.*

*More Dea, nomenque loci, ceu numen habetur,  
Atque Urbis, Venerisque pari se culmine tollunt  
Templa, simul geminis adolentur thura Deabus.*

Hoc templum inter singularia & admiratione digna loca numerat *Marcellinus*. De *Venere*, custode hortorum Sallustianorum, nihil opus est dicere.

*VICTRIX VENUS* à *vincendo* dicta est, cui ædem dedicavit *Pompejus* altero consulatu, editis celeberrimis & sumptuosissimis ludis. *Plutarchus* in ejus vita. *Plinius* lib. 8. *Victricis Veneris* imago talis in nummis antiquis cernitur. Ut videre est in fronte lib. 2. nota L.

*VENERIS GENITRICIS* templum ante pugnam Pharsalicam vovit, & potitus victoria, in foro suo posuit *Cajus Julius Cæsar*, quia ab *Julo*, *Æneæ* filio, *Veneris* nepote, genus ducere videri volebat, eique spolia de hostibus dedicavit, ut thoracem de margaritis Britannicis. Et in eo statuam posuit nondum plene ab artifice absolutam, quia dedicari ædem festinabant. In hoc collocavit *Octavianus Augustus* statuam æneam Cæsari Divo cum stella crinita supra caput ipsius fulgentem, quia ejusmodi post mortem ejus stella visa est. Templi hujus meminit *Dio* lib. 43. *Appianus* lib. 2. de Bell. civil.

*JOVIS* etiam Ultoris templum prius *Veneris* & *Martis* dictum fuisse *Dio* scribit.

*VENERIS CAPITOLINÆ* in *Caligula* & *Galba* meminit *Suetonius*.

*PLACIDÆ* etiam *VENERIS* ædícula fuit in regione v.

*VENERI* adduntur *CUPIDO*, & *ADONIS* & *GRATIÆ*, de quibus paucis verbis aliquid monebo.

### C U P I D O .



*CUPIDINEM*, inquit *Servius*, Latini vocant, eo quod faciat amorem: interdum etiam, more Græco, *Amorem* ipsum appellant. *Cicero* lib. 3. de *Natura Deorum*, tres *Cupidines* enumerat, quorum *primus*, inquit, *Mercurio* & *Diana* prima natus dicitur: *secundus*, *Mercurio* & *Venere* *secunda*: *tertius* quidem est *Anteros*, *Marte* & *Venere* *tertia* genitus. *Servius* *Æneid.* 1. scribit, *Simonidem* dicere, *Cupidinem* ex *Venere* tantum esse progenitum: alios tradere ex *Venere* & *Marte*: alios ex *Venere* & *Vulcano*: alios *Chai*, & *primæ* rerum naturæ filium eum facere. Hic effingebatur puer nudus, alatus, arcum & sagittas gestans: qua de re sic *Servius*: Quia turpidinis est stulta cupiditas, puer pingitur: item, quia imperfectus est in amantibus sermo, sicut in puero. *Alatus* autem ideo, quia nihil amantibus levius, nihil mutabilius invenitur. *Sagittas* vero idcirco gestare dicitur, vel quia amorem & libidinem sequitur punctura poenitentia & dolor, vel quia & ipsæ incertæ velocesque sunt. Hactenus ille. De imagine *Cupidinis* eleganter luserunt *Propertius* libro primo *Elegiarum*, *Marullus*, *Angerianus*, *Andreas Alciati* Emblemate centesimo decimo tertio, & alii, de quibus vide *Claudium Minoem* *Divionensem*, *Commentariis* in *Alciati* Emblemata.

### A D O N I S .

*ADONIS VENERIS* minister esse fingitur, teste *Servio*, qui ait veteres singulis Diis inferiores potestates ministros addidisse, ut *Veneri* *Adonin*, *Diana* *Virbium*, &c. Hic *Adonis* *Cýnaræ* Regis *Cypriorum*, ejus natæ *Myrrhæ* filius fuit. Nomen habet ἀπὸ τῆς ἄδου τοῖς ἀνθρώποις, id est, ab eo quod hominibus canat, secundum *Phurnutum*. *Hyginus* scribit in *Astronomico Poetico*, *Venerem* cum *Proserpina* ad judicium *Jovis* venisse, cui earum *Adonin* concederet, eisque *Calliopen* à *Jove* datam judicem, quæ *Musa* *Orphei* mater fuit. Itaque *Calliopen* judicasse, uti dimidiam partem anni earum unaquæque possideret. *Venerem* autem indignatam, quod non sibi proprium concessisset, objecisse omnibus, quæ in *Thracia* essent mulieribus *Orpheum*, ut sibi quæque appeteret, membraque ejus discerneret. Hæc ille. Plura de *Adonide* non addam. Legantur *Ovidius* *Metam.* *Fulgentius*, & alii.

### G R A T I Æ .

*VENERI GRATIAS* etiam addunt, quas Græci *Charites* appellant. Has quidam *Jovis* & *Eury-nomes*, vel *Eurymedusa*, alii *Junonis*, alii *Liberi* *Patris* & *Veneris* filias esse tradiderunt, de quibus tantum ea, quæ apud *Servium* leguntur, adscribam. *Acidalia*, inquit, *Venus* dicitur, vel quia curas injicit, vel à fonte *Acidaliæ*, qui est in *Orchomeno* *Bœotiæ* civitate, in quo se *Gratiæ* lavant, quas *Veneri* constat esse sacratas. Ipse enim & *Liberi* filia sunt, nec immerito: *Gratiæ* enim per horum fere numinum munera conciliantur. Ideo autem nudæ sunt, quod *Gratiæ* sine fuce esse debent: ideo connexæ, quia indissolubiles *Gratiæ* esse decet. Quod vero una averfa pingitur, duæ nos respicientes, hæc ratio est: quia profecta à nobis *Gratiæ*, duplex solet reverti. Hactenus *Servius* *Æneid.* 1. Huc refer *Emblema* *Andreas Alciati* 162. de *Gratiis*, & quæ ad id commentatus est *Claudius Minos* *Divionensis*. Tantum de *Venere* & ejus comitibus.







AD CAP. X. PARALIPOMENA.

## De Venere &amp; Marte, communibus sacris, adulterio.

**V**ENUS Marti concubuit, Sol Vulcano prodidit, ille catenas adamantina excogitavit, quibus adulteros vinciret, illa in dolorum vindictam, ut videbatur, legitimam, quinque Solis filias amoribus succendit, Pasiphaën, Medeam, Phædræ, Circeam, & Dürceam: nota res est omnibus: sed tamen supplementus insigniter ope MS. codicis, Furii Publii Fulgentius Episcopus l. 2. Mythol. Hæc itaque quinque solis filias, id est, quinque humanos sensus luci ac veritati decitos, quasi solis fetus hæc corruptela fuscet: ob hanc rem etiam hujuscemodi nomina quinque ipsius solis filiabus volvere. Primam Pasiphaën, ut visum, quasi *μαρσιαν*, quod nos Latine omnibus apparentem dicimus: visus enim reliquos quatuor sensus inspicit, qui, eum qui clamat, videt, & palpando notat, & degustando aspicit, & odorando intendit, secundum Medeam, quasi auditum, hoc est, *μυδν ιδιαν*, quod nos Latine nullam visionem dicimus. . . . . quarta Phædra, quasi odoratus, velut si dicatur *φιδρω ιδδν*, quasi offrens suavitatem. Quinta Dürce, saporis iudex, quasi *δυσωπιον*, quod nos Latine acre iudicium dicimus. Aliquid interisæ, & abesse liquido patet, quod nulla terræ solis filia fiat mentio, quam prætermitti, alius enumeratis explicatisque, non decuit. Itaque post illa verba, *visionem dicimus*, subiunge tertiam Circeam, id est, *ταλυν*, quasi diceret Græce *χρησιν κρησιν*, quod nos Latine manuum iudicium dicimus. Audendum insuper quinque has filias exitiali morbo detentas intreruisse, Lutatius Placid. ad v. 2. 4. l. 3. Thebaidis Papiuinæ. Et de hoc adulterio Poëtar, P. Ovid. l. 2. de Arte Amandi, & l. 4. Metamorphos. fab. 5. l. 1. Amor. eleg. 9.

Mars quoque depresso fibrilla vincula sensit,  
Notior in celo fabula nulla fuit,  
Sidon. Apollinar. Carm. 11. v. 24.  
Quæ pro Lemniacis damnavit furta catenis.  
Et carm. 23. v. 287.  
Sic Martem simulat, modo in catenas  
Missum Lemniacas.  
M. Martial. l. 5. epigr. 7. ad Volcanum:  
Parec pater, sic Lemniacis lasciva catenis  
Ignoscit coniux, & patienter ames.  
Non, ut antea legebatur, & patienter amet. CI. Claudian. lib. 3. de Rapnu:  
- - - en audiet noti Cytheræa pudoris  
Ofentare suos post Lemnia vincula vultus?  
Aurel. Prudent. in Romano martyre:  
Deos catenæ colligant adulteros.  
Stat. lib. 1. fil. 2.  
Lemnia depresso verserunt vincula lecto.  
Et lib. 3. Thebaid. Venus ad Martem:  
Hoc mihi Lemniacæ de te meruere catenæ.  
Et lib. 7. Thebaid.  
- - - talem divinis Muldibr arte  
Ediderat, nondum radiis monstratus adulter  
Fada catenato luerat connubia lecto.  
Valer. Flacc. lib. 2. Argonaut.  
- - - meritas postquam Dea conjugis iras  
Horrui, & tacite Martem tenuere catenæ.  
Denique & Aufon. Idyllio 2. in Cupidine Cruci affixo:  
- - - natiq; in crimina confert  
Dedecus ipsa suum, quod vincula cæca mariti  
Depresso Mavorte tulit.  
Et alluist Juvenalis sat. 16.  
Quam si nos Veneris commendet epistola Marti.  
Sed ad Solis filias, quas antea ex Fulgentio nominavi, regredior, quas foedis pudendisque amoribus correptas, aut miserabili exitu defunctas poëta passim narrant; & quidem de Medea & Circe constat, eas beneficiis fuisse insarum, ut omnia magicorum rituum incantamenta iis assignarent. Furia illa apud Claudian. l. 1. in Rufinum:  
- - - Nec me latere scientes

Arboribus succi, funestamque potestas  
Herbarum, quicquid lethali gramine pollens  
Caucasus, aut Scythia vernant in carmina rupes,  
Quas legit Medea ferox, & callida Circe,  
M. Lucan. l. 6. Pharfalix v. 441.

- - - & terris hospita Colchis  
Legit in Emoniis, quas non advexerat herbas.  
P. Ovid. Amor. l. 1. eleg. 14.  
Nec te cantata læserunt pellis herba.  
Et lib. 2. de Arte:  
Non facient, ut vivat amor, Mediceis herba,  
Mixtaque cum magicis Colcha venena sonis.  
Et l. 1. de Rem. Amor.  
Quid te Phasaca juverunt gramina terræ,  
Cum cuperes patria Colchi manere domo?  
Stat. l. 9. Thebaid. v. 735.  
Secretis que Colchidas ipsa sub antris  
Nocite docet, monstratque feras querentibus herbas.  
Sil. Italic. l. 8. Punicor.  
Ætæ prolem Angitiæ mala gramina primam  
Præmonstrasse ferunt.  
Alb. Tibull. l. 1. eleg. 2.  
Sola tenere malas Medæ dicitur herbas,  
Sola feras Hecate perdomuisse canes.  
Sic enim recte, notu ut in MS. Achillis Stati: malas Medæ dicitur artes. Sext. Propert. l. 4. eleg. 7.  
Sed tibi nunc mandata damus, si forte moneris,  
Si te non totum Chloridos herba tenet.  
Ita in editione Josephi Scaligeri, & vulgatis omnibus. Editio Horatii Tuscanella Basileensis:  
Si te non totum Doridos herba tenet.  
Recepta lectio posset defendi ex incerti scriptoris auctoritate, quem Ceuforinum esse putant, certe ante L. Carrionis curas, continuato cum die natali titulo legebatur. Is ergo cap. 10. Chloridem filiam facit Tyresie. Suspicio itaque ut hunc augurandi scientiæ & divinationibus clarum, ita istam magicarum scientiarum notitia præstantem: & forte illa eadem est Chloris, quæ aliis Mavro appellatur, quamque L. Seneca in Oedipo patris in sacrificando comitem facit. Puto tamen commodius posse legi:  
Si te non totum Colchidos herba tenet.  
Adducor exemplo C. Pedonis Albinovani in elegia de obitu Mæcenatis, quam qui Ovidio assignant, falluntur.  
His te Mæcenæ juvenescere posse dicebat,  
Hæc utinam nobis Colchidos herba foret.  
Fabula data occasio, ut ad Martem & Venerem revertar, sive quod indomita quæque ab amore superentur, sive quod Martis planete cum Venere conjuncti benignissimus sit influxus, ut Mathematici docent. Unde commuot templo utriusque Deo data altaria. Claudian. Carmine de Magnete:  
Mavros sanguinea qui cuspidè verberat urbes,  
Et Venus humanas que laxat in otia curas,  
Aurati delubra tenent communia templi.  
Supereit tantum ut currum seu comitatum Martis describamus. Homerus Iliad. l. 14. *δῆμον*, Terrorem, *φόβον*, Pavorem, *ἔπιδά*, contentionem, ponit Martis comites, talis enim est belli panra. Paulo aliter Virgilius l. 8. Æneid.  
- - - tristisque ex æthere diræ,  
Et scissa gaudens vadit Discordia palla,  
Quam cum sanguine sequitur Bellona flagello.  
Idem lib. 12. Æneid.  
- - - circumque atræ Formidinis ora,  
Iraque, insidiæque, Dei comitatus, aguntur.  
At ambitiosius Papinius l. 3. Thebaid. v. 425.  
- - - comunt Furor, Iraque crissus,  
Frenâ ministrat equis Pavor aliger, ac vigil omni  
Fama sono, varios rerum succincta tumultus,  
Autevolat currum.  
Lutat. Placid. Ac si dicat Famam esse Martis aurigam. Valer. Flacc. l. 3. Argonaut.  
- - - Terrorque Pavorque

*Martis equi, sic contextis umbonibus harent.*  
Denique Claudian. l. 1. in Ruffin.  
*Fer galeam Bellona mihi, uexisque rotarum*  
*Tende Pavor, frenet celeres Formido iugales.*  
Et l. 2. de Laudib. Stilichonis:  
- - - currum patris Bellena truentum  
Ditibus exuriis, tendentem ad sidera quercum,  
Præcedit, libtorque Metus, cum fratre Pavore  
Barbara ferratis innectunt colla catenis,  
Formido ingentem vibrat succincta securim.  
De Bellona sic dicendum fuerat, illa enim etiam belli dea, Martis soror, sed commodius infra de ea sermo instituitur l. 4. c. 10.

## PARALIPOMENA.

## De Victoria dea ejusque statua.

Victoria non à vincendo dicta est, sed quod vixit hostes vincuntur. M. Varro l. 4. de Ling. Latin. olimque quam nos Victorianam vocamus, Victianam dicebant. Isidor. Hispalens. libr. 10. in dictione periclas. L. Flor. hist. l. 3. cap. 1. Ille quoque (Jugurtha) quamvis vixit & vincit vixit urbem, quam venalem & quandoque perituram, si habuisset emptorem, frustra cecinerat. Paul. Oros. hist. l. 7. cap. 37. Sine praelio victum ac vincitum (Radagaisum Gothorum regem) sub iugo catenisque despiciant. C. Jul. Solin. cap. 44. Polyhist. Veneni mali poculo animam expulit, & a Romanis se vin. ulis morte defendit. Notissimus in triumphis ritus, duces hostium in vinculis urbe circumlatos. Josephus belli Judaici l. 7. cap. 24. Dicam in tractatu de triumphis. Alb. Tibull. l. 1. eleg. 7.

- - - novos pubes Romana triumphos  
Vixit, & exultans brachia capta duces.  
Stat. lib. 3. sil. 2.  
Alis Ansoniam fugit Cleopatra catenis.  
Et recte post Martem & Bellonam de Victoria agimus. Nam Mars, Bellona, Victoria, dii communes: d'Agost. Nulli certe sphaera alligati. Servius Maurus ad v. 118. l. 12. Æneid.  
In medioque focos, & alis communibus aras Gramineas.

Depingebatur virginis alate habitus, unum liberatis & blando, capite lauro coronato, manus dextera protensa ramulium lauri ostentante, humeris alatis, ut ex antiquis numismatis apud Goltzium & alios patet. Unde apud Claudianum de 3. Honorii consulari, & Horatium lib. 1. epist. 18. Velox appellatur, propter alas, cum quibus pingi solebat. Ennodius Felix Ticinensis Episcopus epigr. 18.

Ecce tenet vixitrix pennatum dextera numen,  
Venit, & ad reditum non habet arma vie.  
Quod de Victoria dici, explicat epigraphe epigrammati ab ipso auctore praefixa, in vixitorio, quod habet loci, cum juvenem super equum, tenentem victoriam in manu. Trinatius vetus poeta, ut citat A. Gellius lib. 6. cap. 6. reprehendebatur ab Hygino, quod l. 2. Iliados cecinisset:

Dum dat vincenti præpes Victoria palmam.  
Cum tamen celeritatem eventuum in bellis gerendis, levitatemque & inconstantiam fortis, modo in hanc, modo in illam partem propendens, nihil melius explicet, quam rō præpes, ut ex augurali clarum est disciplina, ut ex eo utaripavit D. Antonius Eidylio 8.

Hoc mihi præpetibus Victoria nuntiat alis.  
Dubia ergo armorum fors, incertaque belli alea per alas Victoria significabantur. Ovid. l. 8. Metamorph. Fab. 1. diuque  
Inter utrumque volat dubiis Victoria pennis.

Pet. Apollon. Collat. l. 3. de Excid. Hierosol.  
Romanae planctus voluitus Victoria classi.  
Porphyrius pennatos deos enumerat apud Adrianum Turnebum, Mæas, cuphyas, vlex, ipi, ipata, Kad' Epeas, Anstis, Seivnas, Victoriam, Iridem, Amorem, & Mercurium, lib. 27. Adversar. cap. 5. Latinus Drepanius Pacatus in Panegyrico; Recte profecto germana illa pictorum poetarumque commenta, Victoriam fuisse pennatam, quod hominum cum fortuna cur-

nam, non cursum est, sed volutus. Aurel. Prudent. libr. 2. contra Symm.

Marmorco in templo rutilas Victoria pennas  
Explicet, & multas surgat formata talentis.  
Aufon. epigr. 1. aut verius in praefatione ad epigrammata:  
Tu quoque ab aërio præpes Victoria lapsus.

Statuebatur illa in templis, in domibus privatis, in Circo, in Senatu, seu curia, ubi habebatur Senatus: denique & in castris, in templis quidem, simulachris quibusdam suppositis, eorumque exporrectis manibus sustentabatur. M. Tull. lib. 3. de Nat. Deor. Idem victoriosas aureas, & pateras coronasque, quae simulachrorum porcellis monibus suscinbantur, sine dubitatione collebat. In privatis civium porticibus aut xylitis etiam collocebatur. L. Apul. l. 2. Miletiar. de magnificis Byrrhenæ adibus: Atria longe pulcherrima, columnis quadrifidi, imper singulos angulos flaribus, attollebant statuas Palmaris deæ, facies quaque pinus explicitis sine gressu pile volubilibus, instabile æscijum plantis rostratis decitantes, nec ut maneat inhaerent, & jam volare creduntur. In Circo etiam Victoria simulachrum pompæ præferbatur. P. Ovid. l. 3. Amor. eleg. 2.

Prima loco fertur sparsis Victoria pennis,  
Huc ades, atque meus fac, dea, vincat amor.  
In Senatu semper ara Victoria posita erat, ut transferretur ea ara in quemcumque ædem, pro ratione loci, in quo habitus Senatus. Aelius Lamprid. in Severo; Pater eadem nocte in somnis vidit, alis se Romana Victoria, quæ est in senatu, ad caelum vehi. Hæc est illa, quam ne tolleret Imperator, Q. Symmachus, urbis præfectus, gravi & dispersa oratione contendit, nec tamen obtinuit. Sigebertus Miseraclensis in Chron. Ann. Dom. 407. Radaisus Scythia enim ducentis millibus Gothorum ex Scythia veniens, Italiam invadit, ex hoc murmur multorum blasphemantium insensit in Christum. Christianitatis temporis culpantes, felicitatem gentium attollunt, inter quos præcipue Symmachus orator furebat, qui etiam scriptis & epistolis suis agebat de Idololatria, & repetenda ara Victoria: quorum latrantium ora in iusto eis vericatis esse obstruxerunt, Augustinus libro de Civitate Dei, & Orosius historiæ suæ. D. Prosper Aquitanicus de Promissionibus Dei parte 3. Symmachus ille mirabili eloquio & scientia præditus, tamen paganus, præconio laudatum in consistorio recitavit, subtili arte, qua valuit, aram Victoriae in Senatu: effugit, Christiano, ut noverat principi, intimavit. Magnus Felix Ennodius Ticinensis:

Dicendi palmam Victoria tollit amico,  
Transit ad Ambrosium, plus valet ira deæ.  
Ipse Symmachus in relatione sua: Quis ita familiaris est barbaris, ut aram Victoria non requirat? Pompejus vetus Epigrammatographus Anthol. l. 4. cap. 20. epigr. 2.

Ἦσαν παραβατικὰ τῶν κλέεσσι ποτ' ὀλίγαι,  
Νῆκν γὰρ σὶ φορεῖν ἀπλεροὺς ἔδωκαται.  
Roma omnium dominatrix, in gloria unquam interitit, Victoria enim sine alis te fugere non potest. Erat eadem & in castris observata. Claudian. de 6. Hon. consul.

Adfuit ipsa suis talis Victoria templis  
Romane tutela togæ, quæ divite pennis  
Patricii reverenda fovet savaria cætus,  
Castrorumque eadem comes indefessa tuorum.

Et l. 3. de laudib. Stilich.  
- - - quam certa fivere  
Gaudia, cum totis exurgens ardua pennis  
Ipsa duci sacras Victoria panderet ades,  
Et palma viridi gaudens, & amicta tropæis,  
Custos imperii virgo.

P. Ovid. lib. 2. Trist.  
Sic assueta inis semper Victoria signa,  
Nunc quoque se præset, notaque signa petat,  
Ansoniamque ducem solitis circumvolvet alis,  
Ponat & in nitida laurea ferta coma.

Color illi aut simulachro videtur fuisse purpureus, nam Q. Symmachus proxime supra, rutilas pennas dixit, aut candidus, quod ut ille majestatem, ita & hic pacem, lætitiæque denotat. Sil. Italic. lib. 15.

niveis Villorū concolor alis. Neque Romana tantum hæc dea, sed & Græca. Nonnus Pannonopolitanus Dionysiac. l. 5. v. 115. de Victoria in nuptiis saltante Cadmi:

Αἰδομένη πτερὰ πάλαι παρὰ πτερόεντων ἑρωτῆς. Verecunda pennas vitætraxit circa alas Amorum.

Pindar. Pythior. od. 9.

Πολλὰ δὲ πτερόεντων πτερὰ δέξαστο νίκης. Multas antea alas accepit Victoria.

Byzantini principes eam in artibus etiam suis habebant. Corippus de palatio Justiniani Minorislibr. 3. num. 6.

Quætor in sese nexus circumerat arcus, Per dextram lævamque tenens Victoria partem, Altius crectis pendebat in ære pennis.

Depingebatur tamen olim globo insidens sine alis, quas primus addidit pater Bubali & Athenidens. Scio esse inter antiquos scriptores, qui ad Pergamenum Carytium hoc referant, alioque, qui ad Aglaophontem pictorem, ut disserit Aristophanis Scholiastæ in Avibus ad hæc:

Ἀυτῆκα νῦν πύταιται πτερόεντων χρωσαίν.

Statim Victoria volavit aureis alis.

Jam vero alas istas Apuleius supra laudatus, explicitas pinnas vocavit; Ovidius, sparsas pennas, ut credibile sit habitu volaturæ depictam. Antipater Sidonius poëta, Anthologia l. 1. c. 54. epigr. 2.

Cultam illam non tantum iis, quæ dixi, locis, sed etiam sana habuisse probat narratio Dionis l. 51. pag. 459. Q. Tertullian. Apologet. contra gent. sed & Victorias adoratis. Eam pinxit Iphis. C. Plin. l. 35. cap. 11. C. Jul. Cæsar bellor. civil. l. 3. cap. 10. Tralibus in templo Victoria, ubi Cæsari statuam consecraverant, palma per eos dies in tecto inter cœnæ lapidum ex pavimento extitisse ostendebatur. Eadem narrat Valerius Maximus l. 1. cap. 6. tit. 12. Adde & templorum fastigia Victoria suffixo simulaculo solere insigniri. Jul. Obsequens prodig. c. 73. Denique nudo pede, veste laxa suspendebatur. Aurel. Prudent. l. 2. in Synmach.

Vincendi quæris dominam? sua dextera cuique est;

Et Deus omnipotens, non pecto eritæ virago,

Neq. unq. suspensa pede, strophigæ revincta,

Idas sinitante sinu vestita papillas.

R A R A L I P O M E N A.

Gratiis, earum numero & pictura.

Placid. Lactant. l. 2. Thebaid. v. 284. Nomina Gratiarum sunt tria, Pasithea, Aglæa, Euphrosyne. Jovis & Hermiones filie, Veneris famula. L. Seneca l. 1. de Benef. cap. 3. Num dicam quare tres Gratiæ, & quare sorores sint, & quare manibus implexis, quæ præsententes, juvenes & virgines, solutæque ac pellucida veste? al. eundem videri volunt unam esse, quæ det beneficium; alteram, quæ accipiat; tertiam, quæ reddat; alii tria beneficiorum, promerentium, reddentium, simul & accipientium reddentiumque. Plut. lib. philosopho cum principibus viris esse disputandum; ἀλλὰ σοφὸς ἢ ὁ τὰς χάρισι τὰ ὄνματα θέμενος, Ἀγλαΐην καὶ Εὐφροσύνην, καὶ Ἀλκίην, τὸ γὰρ γαλλόμενον, καὶ τὸ χαῖρον ἐν τῷ δίδόντι. Et sciat, qui Gratiis nomina imposuit. Aglæa, Euphrosyne & Thalia, major enim & purior est lætitia in eo qui dat. Theocrit. Eidyll. 16. Meleager Anthol. l. 2. cap. 27. epigr. 1.

Τρῖσαι μὲν χάριτες, τρεῖς δὲ γλυκυπάρθενοι ἑραι.

Tres quidem Charites, tres virginitatis studiose horæ.

Paul. Silentiar. in eadem Anthol. l. 7. epigr. 46.

Μορφήν τριχθαδίνην χάριτων τριά. ἀμειψολογίας.

Formam triplicem Gratiarum trias comitatur.

Martian. Capella l. 1. de Nuptiis Merc. & Philol. in limine:

Comere verniferis florentia limina fertis, Seu consanguineo Gratia trina dedit.

Idem l. 9. in principio:

Ipsi etiam sulceris redimicula nestere facta Flora decens trina naxia cum Charite.

De numero earum nemo dubitat, quin tres fuerint. D. Augustinus epigr. 114.

Tres fuerant Charites.

De nominibus tamen aliqua est contentio. Nam & Homer. l. 14. Iliad. v. 269. Pasithea in Gratiarum numero reponit, ut & Papinius l. 2. Thebaid.

Non hoc Pasithea blandarum prima sororum.

At Orpheus pro com muni stat sententia in Hymno Gratiarum:

Ἀγλαΐην τε Ἀλκίαν, καὶ Ἐυφροσύνην πολυδακῆς, Χαρμοσύνης γυνήτερας, ἰσάσμαι.

Aglæaque Thaliæque, & Euphrosyne dives, gaudii genitricis, amabiles. In comitatu Veneris, ut dixi, eas ponunt. Furius Publius Fulgent. l. 2. Mytholog. Hæc etiam tres Charites adjuvant (Veneri) duas ad nos conversas, unam à nobis averfam, quod omnis gratia simplex est, duplex redeat. Ideo unde sunt Charites, quia omnis gratia nescit subtilem ornatum. Martian. Capell. lib. 2. Præterea tres puellæ vultuque decoreque parill. ac venustate luculenta, fertis religatæ invicem manus, rosarumque speculis redimitæ, ad virginem convenere, quarum una desulcata Philologiæ frontem, illiæ ubi pubem ciliorum discriminat glabella medietas, alia ejus os, tertia pectus apprehendit, videlicet prima, ut lotos oculis afflaret honores, secunda gratiam ejus lingua inspirabat, animo tertia comitatem: quippe ille Charites dicebantur, & quicquid apprehenderant, venustabant, quæ quidem virginem postquam lumine replevere, Musis admixtæ. Ob id ergo Veneris comites Gratiæ, quod animos inspirarent, corporisque pulchritudini prodesse augenda. Aristænet. ep. 10. l. 1. πρὶ καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς χάριτες ἢ τρεῖς, καὶ ἑστῶσαν, ἀλλὰ δευδύθεν περιχορσῶσαι δευδῶς. Tum oculus ejus non trina, secundum Hesiodum, sed decies dena pererrant Gratiæ. Et ejusdem libri epist. 11. ὀφθαλμοῖς ὀφθαλμοῖς ἐκείνων αἱ χάριτες ἴδων. Propitiis illam oculis viderunt Gratiæ. Sidon. Apollinar. carm. 11. v. 113.

Hic triplex uno comitatur Gratia nexu.

Claudian. in Epithalamio Palladii & Celerinæ, non ut vulgo Serena. Nam Celerina Palladii Cof. fuit. uxor. Et sic legitur in MS. meo, & ipse Claudianus gentilium nomen insinuat: Immensamque trahit Celerini robore lucem. Is in eo poemate: Idalia juxta famula, triplexque viçissim Nexa sub ingenti requisivit Gratia quærecu. Alias pete rationes ex Plutarcho lib. de præceptis connubialibus in limine. Et Scholiasten consule Aristophanis in Nubes; Tzetzen in Pindarum, & ipsum poëtam Olympior. od. 2. od. 14. Pythior. od. 5. od. 11. Helenium Acronem ad Horat. l. 1. od. 4. Junilæque Nymphis Gratia decentes. Et od. 30. ad Venerem: Fervidus tecum puer, & solutis Gratiæ zonis. Et lib. 3. od. 21. Te Liber, & si læta aderit Venus, Segnesque nodum solvere Gratiæ, Te viræ producent lucernæ.

Denique lib. 4. od. 7. Gratia cum Nymphis, geminisque sororibus andet Ducere nudæ choros.

Gratiæ ergo & Nympharum, & Mufarum, & Veneris, & omnis venustatis erant comites. Adde & una cum Suada & Mercurio, ut ex Plutarcho alii notarunt, collocari solitas, sed ad alia propesandum.

## De Libero patre, sive Baccho, &amp; Cerere.

Sicut *Joves, Martes, Apollines, Mercurii, &c.* etiam *Bacchi* plures fuerunt. *Philostratus & Diodorus* Siculus tres diverso tempore fuisse affirmant. *Cicero* quinque numerat, cujus hæc sunt verba: *Dionysios*, inquit, multos habemus: primum à *Jove & Proserpina* natum: secundum *Nilo*, qui *Nysam* dicitur interemisisse: tertium *Caprio* patre, eumque regem *Afix* præfuisse dicunt, cui *Sabazea* sunt instituta: quartum *Jove & Luna*, cui sacra *Orphica* putantur confici: quintum *Niso* natum & *Thione*: à quo *Trietevides* constituta putantur. Hæc ille. Communis tamen *Poëtarum* opinio est, *Bacchum* *Jovis & Semeles* filium fuisse, cum quibus faciunt & *Diodorus Siculus*, & *Eusebius*. *Diodori* verba lib. 4. rerum antiquarum, cap. 2. hæc sunt: *Cadmum* *Agenoris* tradunt ex *Phœnicia* ad pervestigandam *Europam* à Rege ea lege missum, ut aut virginem secum reduceret, aut in *Phœniciam* non rediret. Cum diutius quæsitam ab se virginem non inveniret, postposita patria in *Bœotiam* pervenisse. Ubi cum responso oraculi *Thebas* condidisset, *Hermionem*, postmodum *Veneris* filiam in uxorem sumpsisse: ex qua *Semelem*, *Ino*, *Autonoëm*, *Agavem*, ac *Polydorem* genuerit. *Semelem* *Jupiter* ob pulchritudinem in forma hominis cognovit. Quod illa existimans ab *Jove* in sui contemptum agi, rogavit, ut secum, prout cum *Junone* assueverat, coiret. *Jupiter* Dei majestate assumpta cum tonitribus ac fulgure ad eam descendit. At illa prægnans, cum neque fulguris, neque tonitruum vim ferre posset, abortum fecit, & incendio absumpta periit. Infantem *Jupiter* *Mercurio* dedit, ad antrum *Nysæ*, quod inter *Phœniciam* *Nilumque* est, deferendum, à *Nymphisque* omni studio curaque educandum. Unde ab *Jove* *Nysaque* *Dionysium* dixerunt: quod etiam *Homerus* in *Hymnis* testatur, inquit: Est *Nysa* supra montem floridum silva procul à *Phœnicia* ferme *Ægypto* fluente. Nutritum à *Nymphis* ajunt vini; vineæque extitisse auctorem. Orbem quoque ferme obambulantiem, multas regiones reddidisse domesticas: ac propterea maximis apud omnes honoribus celebratum. Docuisse eos insuper, quorum regio vires ferre non posset, potum ex hordeo conficere, quem nonnulli *Zithum* dicunt, paulum à vini sapore differentem. Exercitum quoque secum non tantum virorem, sed etiam mulierum circumducens, nefarios homines, atque iniquos merita multavit pœna. Hæc & plura alia de *Baccho* *Diodorus*.

Dicitur *BACCHUS*, *DIONYSIUS*, & *LIBER PATER*: nam de aliis appellationibus non agam. Unde *DIONYSIUS* dicatur hic *Deus*, ex verbis *Diodori* intelligimus, nimirum à *Jove* Patre, ἀπὸ τοῦ Διὸς, & *Nymphis* *Nysæis*, à quibus fuit educatus.

*BACCHUS* appellatur ἀπὸ τοῦ βακχίου: hoc est, ab incompositæ vociferando: quidam à *βακχία* genere, quæ *Baccha* dicebatur, derivant. *Eustathius* dici voluit ἀπὸ τοῦ βακχίου, quod signi- ululare, & incondite clamare, ut *Baccha* facere solebant.

*LIBER PATER* vocatus est, vel à lingua licentia, ut plerique putant. Nam vini potus magis liberi mortales fiunt; vel potius quod animum curis liberet, & pellat tristitiam. Unde *Ovidius*.

Cura fugit, multo diluiturque mero:

Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit,

Tunc dolor & cura, rugaque frontis abit.

*Seneca*, *Liber*, inquit, non ob licentiam linguæ dictus est inventor vini: sed quia liberum servitio curarum animum asserit, vegetumque & audaciorem in omnes conatus facit. Sunt qui dicant, quod in liberis civitatibus coleretur, eum *Liberum* esse appellatum.

Simulachrum ejus varium fuit: effingebatur nudus, ut vini naturam ostenderet, quæ secreta revelat, item puer imberbis & lætus, cum corniculis in fronte: nonnunquam senex & calvus. *Macrob.* lib. 1. *Saturnal.* *Liberi*, inquit, *Patris* simulachra partim puerili ætate, partim juvenili fingebantur: præterea barbata specie, senili quoque. Coronabatur pampineis, hedera, & ficulneis frondibus. *Pampino* quidem, & ficu, ex memoria *Nympharum* *Staphylæ* & *Sycæ*; hedera vero ex memoria *Cissi* pueri, qui fuerat in hanc plantam conversus. Effictus est aliquando in curru *Pampineo*, & triumphans, qui pantheris modo, modo tigribus, aut lyncibus trahebatur. *Silenus* pando asello propter astans *Bacchis* & *Satyris* thyrsos & ferulas vibrantibus, cæteroque *Bacchantium* comitatu, tum præeunte, tum subsequente. De *Bacchi* simulachro elegans extat *Dialogismus* *Andreae Alciati* in *Emblematis*, quem vide, & qui in eum commentatus est, *Claudium* *Minoem* *Divionensem*.

*BACCHI* templum collocatur à *P. Vittore* regione 11. de quo ita *Georgius Fabricius*: *Bacchi* templum nunc *S. Constantiæ* & *Satyris* thyrso & ferulas vibrantibus, circulari & vermiculato opere.

*Liberi* *Patris* ædícula fuit in regione vi. De *Liberi* *Liberaque* æde postea dicam.

*CERE*s, quæ *Saturni* & *Opis* filia, à *Poëtis*, non à *Romanis* solum, sed & à *Græcis* culta est. Credita fuit *Dea* frugum, à creando dicta, vel quasi *geres*, à gerendis frugibus, teste *Cicerone* lib. 3. de *Nat. Deorum*. Epitheton ei tribuitur, *Alma*, quia nos alat. *Græci* Δημήτην, quasi γημήτην appellant, id

id est, *Terra matrem*, quod cunctarum frugum creatrix sit & alrix: item *Thesmophoron*, id est, legum laticrem. De ea in hunc modum *Diodorus*: Ceres, inquit, frumenti, quod forte inter alias herbas nascetur ignotum cæteris, prima usum invenit, docuitque homines nascendi servandique & ferendi modum. Est autem ab ipsa frumentum ante genitam Proserpinam repertum. Nam post ejus à Plutone raptum, frumenta omnia tum in Jovis odium, tum propter dolorem filix incendisse ferunt. Sed ea inventa reconciliata esse Jovi, & Triptolemo frumenti dedisse semen, mandasseque, ut cum omnibus id donum participans, modum seminandi monstraret. Traditur à nonnullis illam leges quoque dedisse, quibus homines juste vivere assuescerent: unde & *Legifera* dicta est. Et quoniam maximorum bonorum causa humano generi extitisset, ab omnibus, non solum Græcis, sed Barbaris quoque, ad quos frumenti pervenit usus, honoribus, sacrificiis solemnibus ac celebritate præcipua colitur. Hactenus *Diodorus*. Ceres igitur filia *Proserpina* fuit, quæ à *proserpendo* dicta, nihil aliud est, nisi ipsa terræ fecunditas, quæ cum aliquando defuisset, posteaque reperta esset, fabulæ de raptu *Proserpina* occasionem dedit, uti *Angust.* ex *Var.* docet. De raptu Proserpinæ extant lib. tres elegantissimi Poëtae *Claudiani*.

## C E R E S.

CERES etiam LIBERA dicta fuit, quanquam nonnulli *Venerem* hoc nomine appellatam velint; *Ludovicus Carriv* IC. *Commentar.* 1. *Antiquarum lectionum*, cap. 3. scribit, videri sibi, eandem Deam in sacris *Pandam* nuncupatam fuisse: idque ex *Nonio Marcello* probare conatur: apud quem sic legendum existimat: *Pandere*, inquit *Nonius*, *Varron* existimat ea causa dici, quod qui ope indigerent, & ad asyllum Ceresis confugissent, panis daretur. *Pandere* ergo, quasi *panem dare*: & quod nunquam sanum talibus clauderetur. De vita populi Romani lib. 1. Hanc Deam *Aelius* putat esse *Cerevem*: sed quod in asyllum qui confugissent, panis daretur, esse nomen fictum à pane dando, *pandere* quod est *aperire*. Hactenus *Nonius*: apud quem *Varronis* locum manifeste de *Panda* accipiendum esse *Carriv* arbitratur. Idem tamen addit, alias etiam rationes hujus appellationis afferri posse. *Arnobium* enim libr. 4. adversus Gentes auctorem esse, quod *Tito Tatiano*, Capitolinum ut caperet collem, viam *pandere* atque *aperire* permisum fuerit, Deam *Pandam* esse appellatam, vel *Panticam*. Alios item esse, qui Deam *pacis* esse *Pandam*, velint, eo quod pacis tempore urbium portæ aperiantur: ex quo Glossarium Latinum, *Pandæ* εἰρήνης θεός. Hæc *Ludovicus Carriv*. Idem nomen *Panda* Dea restituit in versibus *Varronis*, *Satyræ Menippææ*, qui apud *Agellium* lib. 13. cap. 21. Sed corrupti extant: sic enim legendos eos esse censet: *Sed Anna, Perenna, Pandate Lato, Pales, Nerienes & Minerva, Fortuna, ac Ceres.*

In quibus versibus etiam *Josephus Scaliger* vocem *Pandæ* retinet: quamvis reliqua paulo aliter leguntur. Effingebatur hæc habitu matronali, ornata spicea corona, nonnunquam mœsta cum lampade scæpæ face describitur, interdum manipulum spicarum & papaverum gerens, quemadmodum cernitur in nummis antiquis.

Hæc coli cœpta fuit in Urbe Palantio, quam *Arcades* in monte Palantio condiderunt, & in ea *Ceres* templum, teste *Dionysio* lib. 1. Addiderunt ei etiam Græcam sacerdotem. Postea vero anno Urbis conditæ cccxvi. *Coss. A. Posthumio, T. Virginio*, ut idem refert lib. 9. ab *A. Posthumio* Dictatore post *Victoriam* à *Volsis* hostibus reportatam, de spoliis ædes Ceresis locata est. Cum enim, ut *Dionysius* scribit, initio belli laboraretur victus inopia, & magnus metus esset, ne in totum deficeret, terra fructus negante, & bello, ne comæatus subveherentur, vetante, libri *Sibyllini* jussu Dictatoris inspecti sunt à suis custodibus, & monumentibus oraculis, placanda esse hæc numina, votum fecit *Posthumius*, priusquam exercitum educeret, si imperii sui tempore felix proventus fieret, qualis antea, templa se illis constructurum, & instituturum in singulos annos sacrificia. Exaudierunt Dii, dedcruntque magnum proventum frugum, tum arborearum, tum terrestrium, & *Posthumius* voti damnatus templum eis promissum reddidit. Hanc ædem triennio post alter *Consulum Sp. Cassius* in Urbe relicta dedicavit. Sita est in fine *Circi* maximi super ipsos carceres. Fuerunt & aliæ *Ceresis* ædes, quarum meminit *P. Victor*.

## AD CAP. XI. PARALIPOMENA.

De Baccho seu Libero Patre, cognominibus, statua, & sacris.

**L**iberi cognomentum Baccho impositum, quod vindex & asessor liberatis à civitatibus, crecta in foro statua colebatur, is enim liberis fecit *Bootia* civitates, & primus triumphavit. *Vet. Scholiast. Juvenal.* ad sat. 14. v. 193. Et cum cordatos libertas faciat, Bacchum cordis præsidem faciebunt. *Suidas* in voce *Καρύβητος*. Unde cognomen ei *Eleutherii* impositum. *Diodor.* Sic

libr. 4. cap. 2. *Biblioth.* Vide quæ de *Marsya*, in *Reg.* 8. superius dixi. Colebatur una cum *Proserpina* communi ara. In *Hypercritico* suo *Jul. Cæsar Scaliger* annotavit. Et dii Inferi ponuntur, *Pluto, Proserpina, Ceres, Core, Jachus, Serapis, Isis, Anubis, Harpocrates, Hecate, subterranea, Erynnes*, & demones qui juxta hos sunt. *Artemidor.* lib. 2. cap. 35. *Oncirocrit.* Et quod lam genis facrorum utique erat commune, quod σαβάζια dici placuit. *Oppian.* *Cilix* lib. 1. *Cynegitico*:

Ὅμη' ἔδλω' τρεῖσ' σε τὰ νῦν ἰρίσκαχον ἀείδων,  
Ὁὐ χορὸν Ἄωνι παρὰ βένθεσιν Ἀσωποῖο  
ἀείψομαι, ἄς κίλει, τὰ σαβάζια νυκτὴρ δίδου.  
S. Na.

Nolo tritericum te nunc montium Bacchum canere, nolo choros  
 Botici ad sinenta Asopi, missa faciam, ut inbes Sabasia nocturna  
 sacra. Sic ergo optime legitur, non ut Joannes Bodinus *quod*  
*sacrum, venerari*, sic etiam puto communia ista sacra in  
 veteri inarmore denotari, ubi Hecate Deo Brontonti con-  
 jungitur, quem ego Bacchum puto, ob turbas, quas salu-  
 minum instar ebrietas commoveret. Blond. Flavius Romæ  
 triumphantis lib. 1. *Bacchus & Liber Pater & Brontinus*  
*quandoque dicitur est.* Pag. 13. Verba inscriptionis sunt:

JOVI SANCTO BRONTONTI. ECA-  
 TÆQ. AUR. POPLIUS.  
 Et alterius expressiora:  
 DEO SOLI INVICTO MITHRÆ. FL.  
 SEPTIMIUS ZOZIMUS. V. P.  
 SACERDOS DEI BRONTONTIS. ET  
 ÆCATE. HOC SPELEUM. CONSTI-  
 TUIT

Claudian. lib. 1. de Raptu totum apparatus mysteriorum,  
 id est, sacrificiorum Bacchi, ut exponit Placid. Lactant. ad  
 v. 11. lib. 1. Thebaid. eumque Hecate conjungit:

*Ecce procul terris Hecate variata figuris*  
*Exoritur, lætusque simul procedit Jachus,*  
*Criminali florens hedera, quem Parthica velat*  
*Tigris, & auratos in nodum colligit ungues,*  
*Ebriis Mœniiis fulcis vestigia thyrsi.*

Ultimus versus varie legitur; antiqua lectio, *fulsit, pessi-*  
*me; Jani Parthasii codex, figit.* MS. Delrii & Stephan.  
 Clamerii, *firmat.* Virgil. l. 3. Æncid.

*Trunca manum pinus regit, & vestigia firmat.*  
 Stat. lib. 2. Thebaid. v. 12.

*It tamen, & medica firmat vestigia virga.*  
 M. Lucan. lib. 4. v. 42.

*Dum labat, & fixo firmat vestigia pilo.*  
 Sidon. Apollinar. Carm. 5. v. 520.

*Lubrica præmissa firmis vestigia conto.*  
 Et Carm. 11. v. 46.

*Lubuntur firmantque pedum vestigia pinnis.*  
 Illi *firmare vestigia*, & alii non minus eleganter *figere ves-*  
*tigia*, usurparunt, & parum interest, nisi quod magis ge-  
 nuina videatur ipsi Claudio loquendi formula, in con-  
 sultu Manlii Theodori ad finem:

*Pendula librato figat vestigia saltu.*  
 Et *constituntur aliorum locis;* Stat. l. 10. Thebaid. v. 856.

*Plana velut terra certus vestigia figat.*  
 Fest. Avien. in descript. orb. ter.

*Nam directâ solo tentus vestigia figit*  
 Sed ad Bacchum redeo, quem, licet certum sit, esse inter deos  
 Consentes, & ab omnibus populis ejus cultum receptum, tam-  
 en Scythæ non admiserunt Dionysiacæ sacra. quod *nefas du-*  
*cerent Deum colere, qui ad insaniam adigeret.* Herodot. lib. 4.  
 pag. 283. & principium ejus cultus ab Indis, quibus impera-  
 vit primus. Fr. Laziardus hist. universal. Epitoma cap. 16.  
 Albert. Stadenfis Chron. pag. 6. Roma ejectione testimonio  
 Q. Florentis Tertulliani probatur. Apolog. cap. 6. Etiam cir-  
 ca ipsos Deos vestros, quæ perspete decreverant patres vestri, iidem  
 vos obsequentissimi resististis. Liberum patrem cum mysteriis, con-  
 sules, senatus auctoritate non modo urbe, sed universa Italia elimi-  
 naverunt. Quæ ille hausit à Cicerone libr. 2. de legibus: *Quid*  
*ergo aget Jachus Eumolpidaeque nostri, & angusta illa myste-*  
*ria, siquidem sacra nocturna tollimus? non enim populo Romano,*  
*sed omnibus bonis firmisque populis leges damus.* Jul. Firmic. lib.  
 de errore profanar. relig. Nec à salutaribus tuis legibus exorbi-  
 tat Posthumus consul noster. Nam sicut in libris Annualibus in-  
 venimus, Bacchanaliorum sacra, Ebutio quodam adolescente de-  
 ferente detecta sunt. Vide paulo inf. a. Neque vero admodum  
 antiquus ejus cultus. Nam *Eleuther primus simulachrum Liberi*  
*Patris constituit, & quemadmodum coli deberet, ostendit, ut lo-*  
*quitur Julius Hygin. Fabul. cap. 225. Depingebatur pectore*  
*nudo, muliebri, capite cornuto, vitibusque coronato, tigridi in-*  
*equitans, manu dextera racemum prætendebat, sinistra poculum.*  
 Albnc. libr. de Imaginibus Deor. Plurnut. libr. de Natura

deor. Poculum istud è cornu bovis. Nonn. Dionys. libr.  
 12. v. 201.

*Kai ðépas ἀγκύλον εἶχε βοῦς κίρας.*  
 Et poculum curvum habuit bovis cornu.

Arnob. l. 6. ad finem: *Mercurius pinnatus Argiphontes, Æsu-*  
*lapius baculo, Ceres mamma cum grandibus, aut in Liberi dex-*  
*tera pendens potioris cantharus: ille dextra poculum, Albric-*  
*us finistrix attribuit.* Et de insignibus sigillatim agamus.

Tigridem ei sacrarunt, quod ferocissima sigillatim agamus.  
 vino dometur. Martial. lib. 8. epigr. 26. Ovid. l. 1.  
 Amor. eleg. 2. Horat. lib. 3. od. 3. Polyan. lib. 1. Stra-  
 tegemat. Claudian. de 4. Hon. consul.

- - - *Trent blande sub vincula tigris.*  
 Sil. Italic. lib. 17. Punicor.

*Qualis odoratis descendens Liber ab Indis*  
*Ëgit pampinos frenata tigride curvus.*

Thyrsum autem in ejus sacrificiis receptum quis nescit?  
 id est, hastam hedera (unde *Hederens* dicitur Paulan. At-  
 tic.) involutam? quam exercitus ejus in India ad decipien-  
 dos rudes Indorum animos, belloque inidoneos gestavit.  
 Et de cymbalis & tympanis Bacchiis diximus antea, ubi  
 de Cybele agebamus. Nunc de thyrsu, qui & Veneri di-  
 catus, Sidon. Apoll. carm. 9.

*Oculos Veneri rotasse thyrsos.*  
 Et Baccho Virgil. lib. 6. Æncid. v. 660. Horat. l. 2. od.  
 19. C. Tacit. lib. 11. Annal. *Ipsa erunt fluxo thyrsu quatens.*  
 Sidon. Apollinar. ut alios omittam, carm. 5. v. 501.

- - - *Rotat autem thyrsu*  
 Bassaris, & maculis Erythræa Nebrilos horrens,  
 Exiit Odryfos ad marcidâ tympana mystas.

Et apposite idem carm. 22. v. 31.  
 - - - *Sagittiferas Euan populatus Erythras,*  
*Vite capistratas cogebat ad fœda tigris.*

*Cantharus & thyrsus, dextra levaque feruntur.*  
 Sacra ejus seu mysteria nocturna erant, & facibus accensis.  
 per urbem discurrebant, crateres vini plenos itaquentes, ne-  
 que quicquid turpitudinis scelerumque vino & nocte sua-  
 dentibus omittent. D. August. de Civit. Dei libr. 18.  
 cap. 13. Clemens Alexandrinus in protreptico. Aurel.  
 Prudent. lib. 1. in Symmachum:

- - - *Quod & ebria jam tunc*  
*Ante oculos regis Satyrorum insania fecit,*  
*Et fuisse reor stimulis furialibus altas*  
*Menadas, inflamante nero, in scelus omne rotatas.*

In cistis sacra hæc condita erant, & singulis tribus annis  
 exhibebantur magno totius Græciæ concursu. Antonius  
 Delio multa corogessit in illud L. Senecæ in Herc. Octavo  
 act. 2. in choro:

*Nos Cadmeis Orgia ferre*  
*Tecum solite condita cistis,*  
*Cum jam pulso fidere brumæ*  
*Tertia solis evocat astus.*

Ineunte vere igitur Orgia celebrata noctu, unde & Bacchus Ny-  
 ctelus dicitur Pausan. Attic. vel Nyctelius, ut alii vident. Serv.  
 ad vers. 302. libr. 4. Æneid. *Liberi sacra tertio quoque anno in-*  
*novabuntur. Sane sciendum, Orgia apud Græcos dici sacra om-*  
*nia, sicut apud Latinos cerimonie dicuntur, sed jam abusive*  
*sacra Liberi Orgia vocantur, vel ἀπό τῆς ἑγῆρας, à furore, vel*  
*ἀπό τῆς ὄργης, à montibus. Nocturnus: quod nocte celebraren-*  
*tur, unde ipsa sacra Nyctelia dicebantur, quæ populus Roma-*  
*nus exclusit causâ turpitudinis. Ipse Virgilius loco laudato:*

- - - *Qualis commotis excita sacris*  
 Thyas, ubi audito stimulant triterica Baccho  
 Orgia, nocturnisque vocat clamore Cytharæ.

Valer. Flacc. Argonaut. lib. 6. ad finem:  
 Ut fera Nyctelæ paulum per sacra resistunt,  
 Mox vapere Deum, jamjam quodcumque parata  
 Thyades.

P. Ovid. lib. 1. de Arte Amandi:  
 Nyctilemque patrem, nocturnaque sacra priores,  
 Ne jubeant capiti vina nocere uno.

Nescio, quid Josepho Scaligero in mentem venerit, qui sensu optimo perturbato, legendum censuit,

*Ne subeant capiti vina nociva suo.*

Inter deos vero antiquorum nullus est, quem tam diversis nominibus insignierint. Lege cultissimum Archii poetae carmen lib. 1. Antholog. cap. 38. epigr. 11. Aufon. epigr. 28.

*Αἴψυλός μὲν Ὀρίσιος ἴνα, μουσαῖος δὲ Φραῦνος,  
Βάκχος ἰσὶ Ζώϊοισι, ἰσὶ Ὀδυσσεύσι Ἀιδωνεύς,  
Πυρραγῆς, Δίκερος, Τιταλοῦτος, Διθύσιος.*

Id est; *Aegypti quidem Osiris ego, Mystrarum vero Phanaes, Bacchus inter ceteros, inter mortuos Edoneus, Ignigena, Bicornis, Titamida, Dionysius. Idem Aufonius epigr. 29. sequenti, & doctissimus Elias Vincetis ibid.*

*Ogygia me Bacchum vocat.*

*Osirim Aegyptus patat.*

*Mystic Phanaeum nominant.*

*Dionysion Indi existimant.*

*Romana sacra Liberum.*

*Arabica gens Adoneum.*

*Lentiniacus Pantheum.*

*Eliau. Var. Histor. lib. 3. cap. 41. Phleconem, Protrygam, Staphylitam, Omphecritam, Bacchum cognominatum, variisque aliis vocabulis scribit. Q. Ennius in Athamante multa ejus cognomina complectitur, citante Fl. Sosipatro Charisio:*

*His erat in ore Bromius, his Bacchus pater,*

*Illis Lyas vitis inventor sacrae,*

*Tum pariter Evan, Evae, Evae, Evius,*

*Ignotus juvenum catus, aeterna vice*

*Inibat sacris, Bacchio insultans modo.*

Adde P. Ovid. lib. 4. Metamorph. fab. 1.

- - - *Bacchumque vocant, Broniumque, Lyaeumque,*

*Ignigenamque, satumque iterum, solumque bimatrem,*

*Additur his Nysensique, indetonsusque Thyoneus,*

*Et cum Lenao, genialis consistor vocae,*

*Nyctiensique, Eleusque parens, & Tacchus, & Evan,*

*Et quae praeterea per Grajas plurima gentes*

*Nomina Liber habes.*

Quibus omnibus cognominibus quantumvis eum compellaverint varii populi, tamen receptus in sacris nomen erat *Evius*. Ennius paulo supra citatus: seu quod ea vox fuerit *Jovis patris in Gigantomachia cum discipulum putantis, ut Albricus in imaginibus deorum, & Phurnutus de Nat. deor. prodiderunt; vel quod in tonem mutatus, perhitantibus diis, Gigantem lanxerit, & ob id à Jove collandatus sit ea voce. Helenius Acron & Porphyrius antiqui interpretes ad Horat. lib. 1. od. r8. & libr. 2. od. 19. Lij. Gyrald. Ferrariensis de diis gentilib. Syntagm. 8. Papin. lib. 1. fil. 2. nuptiarum praefidem facit:*

- - - *Tibi Phabus, & Evan*

*Et de Menalia volner Tegeaticus umbra,*

*Serta servat.*

Et libr. 5. Thebaid. vers. 497. & Lutat. Placid. ibid. & libr. 2. Thebaid.

*Et jam sorte dies noto signata tonantis*

*Fulmine, procepti quum te tener Eryae partus*

*Transmisere patri.*

Virgil. lib. 7. Aeneid. v. 389.

*Evae Bacche fremens.*

Sidon. Apollinar. carm. 5. v. 232.

*Atque Pelethronios Lapythas Semeleius Evan*

*Miscuit, Aemonias dum flammant Orgia matres.*

Et carm. 22. in principio:

*Fortis sagittiferus Evan populatus Amyclas.*

Vitifer, seu vini inventor: describit fuse Nonnus Dionysiacum l. 7. v. 87. Et Abbas Urspergensis in Chronico quippiam diversum tradit: *Hac tempore Dionysius, qui & Liber Pater, vitam dicitur ostendisse hospiti suo in Attica terra. Eadem Freculph. Chron. Tom. 1. l. 2. c. 11. Fur. Publ. Fulgent. l. 2. Mytholog. Liber vero Pater dicitur esse, quia vini passio liberat mentes faciat; Indos vero vicisse, quod haec gens sit valde vino dedita, duobus scilicet modis, sive quia servor solis cos faciat potare, sive quia ibi sit Scraptennum vinum, vel Meroitanum, cujus vini tanta virtus*

*est, quo vix quilibet ebriosus sextarium toto mense bibat. Ille vult ante Bacchum Indos vini usum habuisse, ideoque nec vini cum inventorem, at ejus inventum esse videt, omnes contendunt. Alb. Tibull. l. 2. eleg. 3.*

*Et tu Bacche tener incundae consistor uvae,*

*Tu quoque devotos Bacche relinque lacus.*

Et vini quidem genera sigillatim alibi in hoc opere recenset: nam & *Praminum, Chium, Thasiun, Lesbium, Creticum, Polium, Comum, Rhodium.* Cael. Rhodig. libr. 13. Lect. Antiq. cap. 1 r. Aurel. Macrob. lib. 3. cap. ult. Virgil. libr. 2. Georg. Athen. libr. 1. capitibus multis. M. Plaut. Poenulo, sc. jam istuc. in sine.

*Leucadio, Lesbio, Thasio, Coe, non Thasio, ut antea ventisate vino edentulo. Nunc unicus e Corippo meo locus, quia pauc omnia vina Graeca complectitur: quem, quia eget correctione, in medium adducam e lib. 3. num. 3.*

- - - *Dulcia Bacchi*

*Munera, quae Serapta ferax, quae Gaza crearat*

*Ascalon, & latis dederat quae Graeca colonis,*

*Quae antiqua Tyros, quae fertilis Africa mittit,*

*Quae Meroi, quae Memphis habet, quae candida Cypros,*

*Quaeque ferunt veteres maturo robore vites,*

*Quas manibus propriis Ithacus plantavit Ulysses.*

*Arce sub Italia Laertia lumina servans,*

*Nondum Trojani vitans discrimina belli,*

*Quaque Methymnaeis expressit cultor ab vvis*

*Pocula.*

In primo versu, non *Serapta*, sed *Serapte* legendum est ex Fulgentio supra. C. Plin. lib. 5. cap. 19.

Sidon. Apollinar. carm. 17.

*Quaeque Serapteno palmite missa libas.*

In versu quarto *Meroi* vinum est *Aegyptium*, regum epulis adhibiturum. M. Lucan. lib. 10. v. 162.

*Nobile sed paucis sentium tui contulit annis*

*Indomitum Meroi cogens spumare Falernum.*

In sexto versu vites ab Ulyssae plantatas exprimit, qua de re & ipse Ulysses, *ὁμολογεῖ αὐτὸς πολλὰ ἰδὴναι, καὶ τεχέτιος αὐτὰν ἴσται.* Fatetur multa se scire, & quae sicut manibus excipit. *Eliau. Var. histor. l. 7. cap. 5.* In septimo versu mendum manifestum; censueram legendum, *arce sub Oebalia*, sed melius apertiusque sic legi posset:

*Arce sub Inachia Laertia lumina servans.*

In nono denique versu, *quaeque Methymnaeis*, pessime haec tenus. Expunge τὸ quae, & lege, *quae Methymnaeis.* Graecis enim *Μεθύμνα* est. Callimach. epigr. 16. Q. Horat. l. 2. sat. 8. P. Virg. Georg.

*Quae Methymnao capitis de palmite Lesbos.*

M. Martial. lib. 8. epigr. 51.

*Sic Methymnao gavisus Arione Delphin.*

Sil. Italic. lib. 7. Punicor.

- - - *Methymna ferax Latius cessura Falernis.*

Ex MS. codice legit Fr. Modius Novantiquar. Lect. epist. 31. & meo judicio rectius:

- - - *Methymna ferax lacubus cessura Falernis.*

Ad Liberum patrem regredior, cujus comites seu ministri sunt

*Sileni, Satyri, Bacche, Lene, Thyia, Mimallones, Naiades, Tytiri,*

*& Nymphae.* Jan. Parthaf. ad illud Claudiani l. 2. de Raptu:

- - - *Quae referunt Baccho solemnia Nymphae.*

Licet *Maonia* Suidas tantum *Bacchas, Satyros, Panes, & Silenos* in comitatu Liberi ponat, in voce *Βάκχα*, *Bacche*. Adde & *Bassaridas* dictas fuisse Bacchi ministras. Pseudo-Cornutus ad v. 101. sat. 1. A. Perlii. *Bassarides, Bacche:* quibusdam videtur à genere vestis, qua Liber Pater utitur, demissa ad talos, quam Thraeces Bassaridum. Quidam à vulpibus, quarum pellibus *Baccha* succingebantur, vulpes Thraeces *Bassarides* dicunt. Interpretes ad Horat. libr. 1. od. 18. *candida Bassaridum qdlaay sic.* *Bassaridum phalanges.* Stat. l. 2. silv. ult.

*Et tu Bassaridum rotator Evan.*

L. Sen. Oedipo act. 2. in choro:

*Te Bassaridum comitatus cohors,*

*Nunc Edoni pede pulsanti*

*Sola Pangæi, nunc Thraciæ  
Vertice Pindæ, nunc Cadmeas  
Inter matres, impia Mænas  
Comes Ogygio venit Jaccho.*

Secundus versus an sanus sit, ambigo. Causa dubitandi, quod in nonnullis editionibus exaratum sit: *Nunc Edonii pede pulsant Pangæa soli.* Sed male, Scriv. adv. 365. *Æneid.* lib. 12. *Edonii, Thracii; nam Edon mons est Thraciæ. Sane sciendum est, hoc loco errasse Donatum, qui dicit Edonii legendum, ut Dobrevius sit, secundum Lucanum, qui dicit. (lib. 1. v. 675.)* Edonii Ogygio decurrit plena Lyæo.

Namque certum est, sylvæ fecisse Lucanum, unde Edonii legendum est, ut sit hic Edonus, hujus Edoui. *Statius & Virgilium & artem sequuntur ait (lib. 10. Thebaid.)*

*Tristibus Edonas hiemes, Hebrumque nivætera.*

Idem lib. 5. Thebaid. v. 78.

*Dulcius Edonas hiemes, Arctonque frementem  
Excipere.*

Corrigendum est:

*Dulcius Edonas hiemes.*

Simile mendium in vulgatis Claudiani codicibus, licet rectius in MS. meo & Veneta editione antiquissima legatur lib. 1. de Laudib. Stilich.

*Quoties sub pellibus egit,  
Edonas hiemes, & tardi subra Bootæ?*

Lege, Edonas hiemes.

*Mimallones* autem in Liberi Patris comitatu, ut antea dixi. *Plutarch.* in Alexandro in principio: *Corvus in A. Persii sat. 1. v. 99. Mimallones dicuntur ministri Liberi Patris, ἀπὸ τῆς μιμῆσεως (ab imitatione).* Calpurnius Ulyssiorum rex in Macedoniam cum exercitu venit. Macedones, eum parvum exercitum haberent, plurimas mulieres cothurnis & thyrsis in modum Baccharum oraverunt. Illi evedentes exercitum adventare, discesserunt. Ipse Persius omnem illorum factorum apparatus describit loco citato:

*Torva Mimallonis implevunt cornua bombis,  
Et raptum vitulo capiti oblatura superbo  
Bassaris, & Mænas lynxem flexura corymbis  
Evion ingeminat.*

Stat. lib. 4. Thebaid. v. 659.

*Spolia armentalia portant,  
Seminefque lupos, scissasque Mimallones ursas.*

P. Ovid. lib. 1. de Arte:

*Ecce Mimallonides sparsis per terga capillis,  
Ecce leves Satyri prævia turba Dei.*

Et vir multæ eruditionis, limatissimique iudicii Petr. Petavius, supremæ Galliarum Curia Senator, censet legendum *Mimallonis*, non *Mimallones*, apud quem asservatur insignis antiquitatis monumentum æneum, *Mimallo*, sive ut illi placet, *Mamello*, unde & antiqua gallica dictio forte derivata *Mamelve*. Bacchis his tegmen capitis erat *Mitra*. *Sext. Propert.* lib. 3. eleg. 16.

*Candida laxatis onerato colla corymbis,  
Cinget Bassaricas Lydia mitra comas.*

Et eodem habitu, quo ipse Bacchus, inducebantur pellibus scilicet pantherarum, hinnulorum, aliorumque quosdam animalium. *Nonnus Panopolitan.* lib. 14. *Dionysiac.* v. 356.

*Ἄλλη ποιμνίσματα ἐπὶ σέροιο καλύπτειν  
Παρδαλίαν, ἐπὶ δὲ κατὰ χροῖς, οἷα χιτῶνα  
Στικτὰ φιλοσκώπιαν ἐνδύσαστο δίρματα νεβῶν.*

*Alia vero varium humentum habens in pectore tegumentum pantherarum, alia vero supra corpus, tanquam tunicam, varios flosculos animalium induit pelles hinnulorum.* C. Tacit. lib. 15. *Annal.* *Femine pellibus accinctæ assultabant, velut sacrificantes, vel insipientes Baccha.* *Fest. Avien.* in *descript. orb. ter. Orgia ludentes, & nebride pectora cinctæ  
Deduxere choros.*

Sidon. Apollinar. *Carm.* 5.

*Maculis Erythræ nebridos horrens.*

Et *Carm.* 11. idem:

*Hinc distincta lacus maculosa nebride Thyas.*

Unicum superest de Sileno dicendum, quem concors poetarum consensus Bacchi educatorem facit: ut disquirit Ant. Delrius. *Julianus Cæsar.* in *Cæsaribus suis.* *Martian.* *Capella* lib. 2. *Silenus alumnus & nutritius Bacchi, senex calvus.* *Scholias* Nicidri in *Alexipharmacis* Silenus vult ἀπὸ τῆς σιλαθῆν, à convitiari, coisq; esse & Satyros. *Interpres* P. Virgil. ad illud *Ecloga* 6.

*Silenum pueri somno videre jacentem,  
Inflatum hesternæ venas, ut semper, Jaccho.*

Sidon. Apollinar. *Carm.* 22.

*Bassaridas, Satyros, Panas, Fannosque docebat  
Ludere Sileus, jam univine pleus alumnus.*

Q. Horat. in *Arte poetica*, & *interpres*:  
*Au castos famulusque Dei Silenus alumnus.*

L. Seneca act. 2. in *Choro*, *Oedipo*:

*Te senior turpi sequitur Silenus asello,  
Turpida pampineis redimitus tempora fertis,  
Condita lascivi ædunt Orgiis mysæ.*

Certe enim asello vectabatur Silenus, ut significaretur in turpissimum velut transigrari animal per ebrietatem.

Poeta passim, & præsertim Ovid. lib. 1. de *Arte*:

*In caput aurito cecidit delapsus asello.*

Et lib. 3. *Metamorph.* Fab. 1.

*Bacche Sytyricæ sequuntur,  
Quicquid senex ferula titubantes ebrinus artus  
Sistinet, & pando non fortiter hæret asello.*

Aurel. *Olymp. Nemeseianus*:

*Tum primus roso Silenus iuncta musco  
Plena senex avide non æquis viribus hausit,  
Ex illo venas inflatus neclare dnti,  
Hesternoque gravis semper videtur Jaccho.*

Nicanor *Alexipharmac.*

*Ὁς δ' ἀπὸ τῆς ἀγρίεσσας ὑπεβλήσαντις ἰσάριον  
Σιληνὸν Κεραῖο Διόνυσιο τῆβναι.*

Vertit *Joannes Gorraus*:

*Ac veluti expressis Sileni agrestibus uvis,  
Cornibus insignem qui nutrire Lyæum.*

Hic quidem poetarum omnium est unanimes consensus. At quippian diversum traditum est à Joanne Sarsberienti, scriptore gravi, erudito, & ut illa ferebant tempora, eloquenti, qui ad Hadrianum Pontificem maximam, pacis inter Hevionum Regem Angliæ & Hibernos futurus auctor missus fuit, nec multo post pontificatum Carvotensem obtinuit. *Richardus Scaniahutus Dublinensis* de *Rev. Hibernic.* lib. 3. pag. 154. *Quem certum est Epigraphæ fidem promissam non implelle, nec exolvisse, ut omittam mendacissimam impudentiam adeo præ se tulisse, ut tam illi historia scribenda, quam bovi elitella conveniant.* Is ergo Sarsberientis Polieratici lib. 1. cap. 4. *In semiviri Chironis antro (si Græcis per omnia creditur) est institutus Achilles hyæ modis & citharæ, & inde in silvas in strage ferarum cadibus & fædo viciis assuescens, reverentiam naturæ, timoremque mortis abiecit, quid quod Bacchus eundem habuit nutritorem? nempe qui his studiis aut desiderijs instituit, semiferi sunt, & abjecta potiore humanitatis parte, ratione morum prodigijs conformantur.* De Baccho, non memini me id legere, edoctum cum à Chitone, & non à Sileno. De Achilles eorum, dum puer esset, Chironem audivisse, grandiorum natu, Phœnicem. Q. Aurel. *Symmach.* lib. 3. *epist.* 13. *Ælian.* lib. 12. var. hist. c. 5. *Aristænetus* l. 2. *epist.* 5. *Claudian.* de 3. *Hon. consul.*

*Non oculus hausit Achilles  
Semiferi præcepta senis, sen cuspidis artem,  
Sive hyæ cantus, medicis seu diceret herbas.*

Livius *Andronicus* apud *Festum* in *Ocri*:

*Hand ut quem Chiro in Pelio docuit Ocri.*

Papin. *Stat.* lib. 2. fil. 1. v. 88.

*Tenero sic blandus Achilli  
Semifer Amonium viacebat Pelea Chiron,  
Nec senior Peleus natum comitatus in armis  
Troica, sed charo Phœnix hærebat alumnus.*

Et de eod. l. 1. *Achilleid.* v. 117. idem *Statius*:

*Nam tunc labor unius, inermi*



Nesse salutaris anibus animantibus herbas,  
Aut monstrare lyra veteres heras alumnis.

Pindar. Nemeor. od. 3. & Scholiastes:

Ξανθὸς δ' Ἀχιλλεύς τὰ μὲν μί-  
γαν Φηλοῦρας ἐν δόμοις,  
παῖς ἰὸν. ἦδυρε  
μεγὰρ ἔγρα χερσὶ Σαυδ.

Flavus autem Achilles commorans in Philyra editus, puer  
existens lustrabat magna opera manibus crebro. P. Ovid. l. 2.  
Metamorph. fab. 10.

Semisfer interea divina stirpis alumna  
Larus erat.

Et lib. 3. de Ponto eleg. 3.

Præmia nec Chiron ab Achilli talia cepit.

Et lib. 1. de Arte:

Phillyrides puerum cithara perfecit Achillem,  
Atque animos molli contudit arte feros.

Sidon. Apollinar. Carm. 9. v. 132.

Quorum hic Peliato putatur antro  
Venatu, sedibus, palæstra, & herbis,  
Sub Saturnigena senec institutus.

Cæsar Germanicus in Phænomenis Arati:

Hic erit ille pater Chiron, iustissimus omnes  
Inter umbigenas, & magni doctor Achillis.

Denique, (ut ad Bacchum redeam) ei tempore tantum pluvio  
hostiæ immolabantur, Clidemo auctore apud Saidam in vo-  
ce ἕως. Meminit vetus lapis:

LIBERO. PATRI. SANCTO. SACRUM.  
S. CELIUS. PRIMITIVUS. ET. PUBLICIA.  
ANTILLA. VOTO. SUSCEPT. D. D.

Cur plures illi apposita nutrices, disquirat Plutarchus Sym-  
poc. lib. 3. cap. 9. nam Orpheus in hymno ejus, Hippam  
nutricem memorat, Enlathæ. Corouidem, Ino Pausan. in  
Lacon. adi ad Antholog. lib. 2. cap. 20.

PARALIPOMENA.

De Cerere, ejus sacris, raptu filie, facibus, ta-  
citurmitate, frugum inventione.

Jul. Firmic. Marern. lib. de errore profanar. religion. Se-  
quitur hanc sacri (Liberi Patris) contagionem, & imitatur ordi-  
nem funeris, à Cerere Hæmensi muliere, mors filie consecrata,  
nam quicquid in Creta pater ob filium fecerat, hoc totam Ce-  
res apud Hænam, amissa filia, impatientiæ materni doloris  
instituit. Narrat dein luculentis verbis historicæ rei se-  
riem, quam vide, & lege ubique Enna, non Hæmi & Hæ-  
mensis, ut infra dicam. Lacus prope quem illa à Dite rapta fin-  
gitur, illi est *Perous*, Claudiano lib. 2. de Raptu *Perous* voca-  
tur, & mira utriusque quadrat descriptio:

Nec procul inde lacus, *Perous* dixere *Siani*,  
Panditur, & nemorum frondoso margine ciuilis  
Vitis pallescit aquis.

Et quia omnium instar unus mihi Claudianus, celebriora in  
illo opere sigillatim illustrabo; ac primum affectum Ceretis  
in Proserpinam filiam immodicum exprimens, vaccæ illam  
comparavit lib. 1. de Raptu:

Hanc fovet, hanc sequitur, vitulam non blandius ambit  
Torva parens.

Expressum indubie ex Euripide in Hecuba, v. 204. ubi sic  
Polyxena matrem alloquitur:

Σκόμιον γὰρ μ' ὡς τ' οὐρίθελαν  
Μόσχον διπλαία διπλαίαν  
ἰσόψυι χερσὶ ἀναρπασάν  
σᾶς, ἀπολαίμοτόμοι τ' Ἀΐδα  
γὰρ ὑποπυμπούμεν σκότον.

Vent. Guil. Canterus: Catulam enim me veluti aut monti passim  
vitulam misera miseram videbis manu abreptam tua, decollatam-  
que Plutoni terre missam sub tenebris. Eundem materni doloris  
amorem in orbeta matre, filiam raptam quærente, illustrat  
comparacione à tigride desumpta; lib. 3. de Raptu:

Ardens Hircana quatitur sic matre Niphates,  
Cujus Achæmenio regi ludibria natos  
Avenit tremebundus eques, fuit illa marito  
Mobilior zephyro, totamque virentibus iran  
Dispergit maculis, nimiumque hausura profundo  
Ore virum, vitæ tardatur imagine formæ.

Quo loco pulcherrime summi amoris stimulus, furori & tru-  
culentiæ tigridis, abreptos foetus persequentis conjunxit, talis  
enim est ejus animalis natura. D. Ambros. Hexam. lib. 6. cap. 4.  
C. Jul. Solin. Polyhist. cap. 21. Pedum motum vesio velocitas,  
an pervicacia magis adjuvet, nihil tam longum est, quod non bre-  
vi penetrent, nihil adeo antecedit, quod non illi assurgentur: at  
maxime potentia earum probatur, cum maternis curis incitantur,  
cum catulorum insistant vaporibus: succedant sibi equites licet, &  
astu quantumlibet amoliri prædam velint, nisi in presidio maris sue-  
rint, frustra est ausum omne. Quæ ille ex C. Plinio transcripsit,  
qui lib. 8. nat. hist. cap. 18. Totus ejus sætus ab insidiantè rapti-  
tur equo, quam maxime pernici, atque in recentem subinde traus-  
fertur, at ubi vacuum cubile reperit facta (maribus enim sobolis non  
est cura) fertur præceps odore vestigans. Allulere & poetæ. Ipse  
Claudian. lib. 1. in Ruffinum:

Aut Hircana premens raptorem bellua partus.

M. Martial. lib. 3. epigr. 44.

Non tigris catulis citata raptis.

Et lib. 8. epigr. 26.

Non tot in Eois timuit Gangeticus arvis

Raptor, in Hircano qui fugit albus equo.

Magnus Fe. ix. Eumodius Ticinensis lib. 1. carm. 9.

Cassia non aliter cum tigris facta Niphatem

Circuit, aut catulos rapiendi format ad usus,

Ardet in absentes, sævis mortalia mandit

Membra animis, hominumque necem petit ore cruento.

Sil. Italic. lib. 12. Punicor.

Hand secus amisso tigris si concita sætu

Emicet, attonita paucis lustratur in horis

Caucasus, & saltu transmittitur alite Ganges,

Donec fulmineo partus vestigia cursu

Colligit, & rabiem presso consumit in hoste.

Petrus Apollon. Collat. de Excid. Hierosolymitan. lib. 3.

Incaluit, quantum lustris Hircana peractis

Dum redit, & raptos tigris circumspicit antro

Audaci furto catulos, furibundaque cantum

Insequitur raptorem, & pervolat ocyns Euro.

Valer. Flacc. Argonautic. lib. 1.

- - - Hand aliter sileus vastatque pernix

Venator cum lustra fugit, dominoque timentem

Urget equum, teneras complexus pectore tigris,

Quas ipse rapuit pavido, dum sæva relinquit

Mater in adverso catulis venatur Amano.

Amorem & affectum in prolem habes apud Oppianum Cili-  
cem lib. 3. Cyneg. v. 96.

- - - εἰλην ἀγρόσαστο γενέθλην

Ἐθῆλοι λόγους σε, περιγῆλοι τε λέοντες

Παρθάδες τ' ὄλοαι, καὶ τήγριες ηὐμεύουσαι.

Caram amant sobolem, & perspicaces lynces, & oculis flammantes  
leones, pantheræque exitiose, & tigrides rapidæ. Tanta hæc ti-  
gridis velocitas etiam in Cerere expressa est apud Poëtam, &  
invaluit opinio, concipere ex vento tigrides. Historicos citare  
nihil necesse est. Idem Oppian. Cyneg. lib. 1. v. 322.

Τήγριες οἶα θεοὶ, κραττέε Ζεφύροιο γενέθλην.

Tigrides ut veloces, pernicii zephyri soboles.

Et lib. 3. Cyneg. v. 354.

Ἄσπῆ γὰρ σε θεῖον ἰκέλη Ζεφύροιο γενετήρη.

Ipsi enim cursu similis zephyro genitori.

Ut bene Claudianus antea dixerit, marito mobilior zephyro

Cæl. Symposius Ænigmatè 38.

A fixio dicitur, fluxus vel dicitur ex me,

Junctaque sum vento, vento velocior ipso,

Et mihi dat ventus natos, nec quæro maritum.

Ad Cererem redeo, quæ cum abesset, per dolum educta extra  
limen domus filia rapta est à Plutone. At à Julio Scaligero  
poëti-

poëtices lib. 6. cap. 5. reprehenditur. Ad sollicitudinem Proserpina fatum in futuram nuptias, iussu Jovis agit in Siciliam Venetam, sane reelle, Palladem addit. sane non reelle, Dianam vero etiam ridicule. Utramque virginem, hanc etiam virginatatis vindicem. Ego contra puto summo id ingenio ab eo factitatum, ut rudes & puellares animi, aliarum virginum comitatu facillius deciperentur, neve dolos Veneris malignè rapienda persentirent. Clare Cyane ad Cererem lib. 3. de Rapto:

Suspectaque nobis

Ne sceret, hinc Phobon comites, hinc Pallada junxit. Et habet ab aliis parocucium. Nam nulatam & strepitum aliarum puellarum, dum Proserpina raperetur, commemorat Firmicus loco citato; & D. Autonius coxtaneus Claudiano, epiit. 5.

Qualis florivona quendam poplater in Æna Virgineas inter choros Deoidi raptam

Suscepit, emerfas Stygiis fornacibus Orcus. Valer. Flacc. lib. 5. Argonaut. Aut Sicya sub rape chores, hinc gressibus herens Palladis, hinc clara Proserpina juncta Diana, Altior, & nulli comitum cessura, priusquam Palluit.

Stat. lib. 2. Achilleid. v. 150.

Qualis Sicula sub rapibus Æna Naiades Æthæas inter Diama, seroque Pallas, & Elysi lucebat sponsa tyranni.

Et de hoc comitatu existimo intelligendum Navium lib. 2. belli Punicii:

Prima incedit Cereris Proserpina puer.

Quippe lib. 2. de Rapto dixit Claudianus:

Quas inter Cereris proles, nunc gloria matris,

Max dolor, equali tendit per gramina passu.

Ceres ergo redux Ennam Siciliæ civitatem venit, ubi filia raptus adnotata est. Unde & Enna dicitur. Lactant. Firmian. lib. 2. Divin. Instit. cap. 4. sive Ænaea, quod cognominis ab Æna. sub qua rapta filia, ut est apud Valerium Flaccum, Statiū, & Autonium nuperrime citatos Claudian. lib. 1 de Rapto:

Ænaea Cereri proles optata virobat

Unita.

Hadrianus Turnebus lib. 8. Adversarior. cap. 12. censuit legendum, & tota pane Criticoium caterva post illum:

Ennaea Cereri proles optata virobat

Unita.

M. Tull. Orat. 4. in C. Verrem: Cereris nomen, sacrarum vestustatem, sacrarum religionem, istius sceleratissimi, atque audacissimi supplicio expiari volebant, omnia se ætera pati, ac negligere dicebant, hic dolor erat tantus, ut Verres, alter Orcus, venisse Ennam, & non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur: Etenim urbs illa, non urbs videtur, sed fatum Cereris esse, habitare apud sese Cererem Emneses arbitrantur, ut milii non civis illius civitatis, sed omnes sacerdotes, omnes æcclæ, atque universitates Cereris esse videantur. Enna in simulacrum Cereris tollere audebas? Arnob. cont. gent. lib. 5. Contimiliter & in altera fabula: Ennaea, nemus, & fiores quid sunt? quid sumptus ignis ex Æna, comprehensæque istæ faces, quid peragratio cum his orbis, quid Artica regio, quid Elysianus pæcus, quid Banbanis incensum atque hospitium rusticarum? Hinc ergo & Cereris, & Proserpina Ennae nomine passim appellatur. L. Sen. Herc. Furcente ad. 3. sc. 2.

Teque, quam tela irrita quaesivit Æna mater.

In melioribus editionibus habetur:

Quaerivit Enna mater.

Sil. Ital. lib. 1 Punicor.

Hic crine effuso, atque Ennae numina dira, Acheronta vocat, Stygia cum vesce sacerdos.

Et lib. 13. Punicor.

Ceditur Ennae casta cervicæ juvenca.

P. Ovid. lib. 4. Fastor.

Sic des, nec retinet gemitus, & concita carpsu Fertur, & à campis incipit Enna ius.

Et eodem libro;

Grata domus Cereri, multas ea possidet urbes, In quibus est casto fertillis Enna solo.

Et lib. 5. Metamorphoticos.

Hanc procul Ænaeis locus est à manibus altis Nomine Pergusa.

In MS. codice Herculis Ciofani:

Hanc procul Ennaeis locus est à manibus.

M. Lucan. l. 6. v. 742.

Evocatur immenso terra sub pondere, quæ te Contineant, Ennae, dapes.

Conjecturam quidem Turnebi & emendationem hæc promoveat. At ego priorum lectionem posse defendi puto: præter auctores citatos proxime supra. Stat. l. b. 4. Thebaid. v. 124.

Et qui terra demant Epidauria, dexser Jaccho Colis, at Ænae Cereri negat avia Dyme

Servius ad v. 39. lib. 1. Georgic. illud Lucani laudatum legit: Detineant Æthææ dapes.

Hinc ergo errores suos Ceres exorta est, & frustra diu filiam quaesivit, ut inde natum sit proverbium: Ceres Proserpinam quaerit, de his, qui incassum laborant. Suid. in voce ἀζνοια.

Et in voce ἀμυζια τὴν ἀζνοζια μετὰ τῶν, Ceres Proserpinam quaerit. Claudian. lib. 1. de Rapto:

Sillito genitrix errorerit avia carpsu.

Et lib. 3. de Rapto, hic Ceres de se:

Impius errantem videat: per terra, per urbes Furiter.

Q. Aurel. Prudent. in Romano Martyre:

Car si deorum nemo rapuit virginem, Quam nocte quaerens mater eras perigil.

Investigata tandem diligeret filia Proserpina, deprehendit Ceres apud inferos eam agere. Servius ad v. 39. lib. 1. Georg.

Cum raptam à Platone Proserpinam filiam àin Ceres quaesisset, tandem aliquandò eam esse apud inferos comperit, pro qua re, cum Jovis implorasset auxilium, ille respondit posse eam reverti, si nil apud inferos gustavisset; illa autem jam Punicii mali gram in Elysi gustaverat, quam rem Ascalaphus, Stygis filius prodidit, unde Proserpina ad superos remeare non potuit. Sane Ceres à Jove meruisse postea dicitur, ut Proserpina sex esset cum matre mensibus, sex cum marito. Ex hoc rapto sequuntur et beneficium frugum inventarum: nam apta homines solis vescebantur glandibus. Claud. lib. 1. de Rapto:

Et glands relicta

Cesserit inventis Dodonia querqus arifis.

Et lib. 1. de Rapto:

Si frangant communia pabula glandes.

Scio multis hoc proditum; sed tamen celebriores auctores advocabo. Macrobi. l. 2. in som. Scipion. c. 10. A. Gell. l. 5. c. 6.

L. Apul. lib. 11. Miletiar. in principio: Sive in Ceres alma frugum parvus originalis, quæ reperit letat a filie, vœntia glandis ferino remoto pabulo, nuti comonstrato cibo, Eleusiam glebam percœlis. Fur. Pub. Fulgent. lib. 1. Mytholog. in præfatione.

Quidam sunt, qui stricta capitis generositate, Atrivinis atque Arvadæis sensibus, glandium quippiam sumpunt. Vet. Schollia. Juvenal. adv. 57. fat. 12. Divitiæ autem in fragis & in glande taxabantur.

& ad v. 184. fat. 14. Quæ ante homines fraga & glandes comedebant. Arnob. lib. 2. cont. gent. Sit panis ex farre, aut ut sæcula initemur antiqua, rex calido cinere glandes. C. Plin. lib. 7. Nat. histor. cap. 56. Inventit Ceres fragmenta, cum ante a glande vescerentur. Et in præfat. ad lib. 12. Primæque munus homini dænam, arbores, silæque intelligebantur, hinc primum alimentum.

Jul. Pollux lib. 6. cap. 7. Βαλαραδρὴς, Βαλαραρᾶνός, glandiam comestores, glandes comedere. Hioc poetæ. Ovid. l. 3. Amor. eleg. 9. Virgil. lib. 1. Georg. in principio. & Serv. ibid. Tibull. l. 2. eleg. 3. Hor. l. 1. fat. 3. Juvenal. fat. 6. in princip.

Et sape horridior glandem ructante marito.

T. Lucret. lib. 5.

Glandiferas inter carabant corpora querqus.

Sulpitia Poëtria in Satyra sua:

Non aliter quam cum primo surreximus ævo, Glandibus, & pua rursus promondere lymphæ.

Valer. Flacc. lib. 1. Argonaut.  
*Flava quercum damnavit arista.*  
 Fests. Avien. descript. orb. terra n. 235.  
*Conjugebus nascique simul tibus aspera glando.*  
 D. Aufon. in Monosyll.  
*Olim communis hominis cibus & pecori glans.*  
 Aurel. Prudent. lib. 2. in Symmach.  
*Lignis melius saturatur glandibus alvus.*  
 Quod non Romanæ tantum consuetudinis, sed & Græcæ fuit. Nam apud Athenienses in nuptiis puer canistrum præferat panem plenum, clamabatque *ἄρορον κακόν, ἔσρον ἀμεινον.* *Fringi malum, invenit melius.* Sed & antiquiores Atheniensibus Arcades non alios, quam glandes, cibos habebant; unde & in notan: antiquitatis sicut appellantur *βαλαναζῆος, glandivori.* Cæli. Rhodigin. lib. 16. Antiquar. leca. c. 3. Jul. Pollux lib. 1. cap. 12. num. 9. *ἄρορος, τὰχα δ' ἀρὲς ἀμφοκόλος πρὸς τῷ ἔργατα διὰ τὸς βαλαναζῆος Ἀρκαδίας καὶ μάλισα, ἢ πρὸ πυρῶν τὸς ἀνθρώπους ἔσραψεν ἢ ἑλλανος ἔσραψεν, dum autem mox erit, aufringijera habebat propter glandivores Arcades, & maxime quod homines ante frumenti usum glande vescerentur.* Elian. var. hist. l. 3. cap. 39. *ὅτι βαλανός Ἀρκαδίας, Ἀργείος δ' ἀρίστος, Ἀθηναῖοι δὲ σῖκα, Τυρῆνιοι δ' ἀχράδας δῆπρον εἶχον.* Arcades glandes, Argivi pyra, Atheniensis ficus, Tyrrhenii vero silvestris pyra comedebant. Artemidor. Daldian. l. 2. Onirocrit. c. 25. *ἄρορος ἀνδρας σημαίνει πικρῆς, διὰ τὸ πρῶτον, ταῦτις γὰρ τὸν καρπὸν ἴσθιον οἱ Ἀρκαδίας, καὶ ὁ Ἀργαῖος φησι.*  
*Ἀρκαδίας ἴσσαν βαλαναζῆος.*  
*Quercus vitros significat opulentos, ob alimentum, hujus enim fructum comedebant Arcades, & Archæus inquit: Arcades sunt glandivori. Huc pertinet oraculum illud vetustissimum, quod exat: apud Herodotum lib. 1. pag. 28.*  
*Ἀρκαδίην μὲ αἰτεῖς; μίγα μὲ αἰτεῖς. ἔποι δάσσα, Πολλὰ ἐν Ἀρκαδίῃ βαλαναζῆος ἀρῶρος ἔσσι.*  
 Vertit Valla:  
*Me petis Arcadium? multum petis, haud tibi tradam, Multis apud Arcadium vescentes glandivori sunt.*  
 Unde in Xviralibus tabulis cautum, ut glandem in alienum fundum prociendum colligere liceret, inquit Plinius lib. 16. c. 5. Rævardus ex illo in legg. 12. Tabular. cap. 26. Ludov. Charondas ad eandem leges cap. 73. Theodor. Marcilius in eadem cap. 51. Hinc puto derivatum, ut *glans* pro qualibet fructu usurpetur. Nam glandes palmarum apud Suidam in voce *βαλανός*, ubi ait, *σελεστας* quasdam glandes dominorum fuisse, alias in servorum usus expositas, ex hisque & vinum factum. Et cervus glandifera arbor apud Moderatum Columelliam lib. 8. c. 17. Et diserte Ulpianus IC. de finit glandis nomine omnes fructus intelligi, l. *im. ff. de verbor. significat.* ut mihi sit mirum in tanto antiquitatis consensu Homerum siluisse, qui glandibus pinguiores heri suos l. 13. Odyss. scripsit, de hominibus toto opere sicut, quod non fecisset puto, si suo saculo ullus glandium usus mortalibus fuisset cognitus.  
 Cereis quidem id beneficium, sed Triptolemi opera fungum satio gentibus cognita, is & *Celeus pater Græcis* dicitur. Aristoph. Acharnensibus, act. 1. sc. 2. Martian. Capella l. 1. de Nupr. Merc. & Philolog. *Qui primi mortalibus usura rerum, majoraque commoda præstiterunt, ut vitem Dionysius apud Thebas, Osiris apud Ægyptios hauritum vini, resumque competens, frumentum Isis in Ægypto, Triptolemus apud Atticos docere, eademque Isis lini usum, sementemque monstravit.* Narrat felse C. Julius Hyginus Fabular. cap. 147. Et obicit eodem opere cap. 259. *Lyncus rex Siciliæ fuit, qui missum à Cere Triptolemem, ut hominibus frumentum monstraret, susceperat hospitio, interimere cogitavit.* Et c. 277. *Ceres fruges serere, boves domare, & alumnus suo Triptolemo fruges serere monstravit.* Eleganter Freculphus Lexovientis Chton. Tom. 1. lib. 2. cap. 12. *His temporibus (Pelopis regis) Triptolemus, quem Philochorus ait, longa nave ad urbes accedente, distribuisse frumenta, & ob id de disse suspitiones, quod navis ejus serpens pennatus fuerit, sive ut alii fingunt, quod jubente Cere, anguibus portatus altibus, indigentibus terris frumenta volando contulerit.* Lege, *Triptolemus*, & est auctor opti-

mus fæde in nominibus propriis saepe corruptus. Quod in animum mundi 3797. rejicit Ado Viennensis Chton. pag. 27. *His temporibus fabula fæca sunt de Triptolemo, quod jubente Cere serperum pennis gestans, indigentibus frumenta volando distribuit.* Dionys. Halicar. l. 1. hist. Rom. pane in limine. Et curiose Hubertus Vellejus, & Fr. Laziardus in histor. univers. Epitoma c. 21. *Triptolemus agriculturam ampliasse, & quadrigas junxisse dicitur. Ceres etiam, præter instrumenta arandi, mensuras invenit, cum prius per acres triticum numeraretur.* Lutat. Placid. ad v. 658. lib. 4. Thebaid. *Cum Triptolemus beneficio Cereis, fruges per omnes spargeret gentes.* Et ad l. 12. v. 629. *Ceres à Dite filiam raptam dum quarit, hospitio regis Eleusi fertur fuisse suscepta, cujus filium Triptolemem pro beneficii gratia suscipi nutriendum, uti agriculturam, & invenienda frumenti artificia Ceres ostendit.* Ipse Stat. præter loca citata lib. 4. fil. 2.  
*Triptolemi.*  
 Sidon. Apollinar. carm. 9. v. 180.  
*Non cum Triptolemo verendam Eleusin,*  
*Qui primas populis dedere aristas,*  
*Pulsis Chaoniam per ilicetum.*  
 D. Aufon. epist. 22.  
*Triptolemon olim, sive Medon, quem vocant,*  
*Aut Tullianum Buzigen.*  
 Nonnus Panopolit. lib. 19. v. 84.  
*Τριπτόλεμος σπέρων ἄρορ ἔσραψεν ἰπὶ δίφρων.*  
*Triptolemus segetem invenit spiriferis in curribus.*  
 Claudian. lib. 1. de Raptu in limine:  
*Angues Triptolemi fridunt, & squamma curvis*  
*Colla levant attrita jugis.*  
 Quem versum, nescio, cur insana criticis prurigne in deterioriorem, & minus numerosum mutare voluerit Scaliger senior hoc modo:  
*Triptolemi fridunt angues.*  
 L. Sen. in Hippolyto act. 3. sc. 1.  
*Sum quarta Eleusis dona Triptolemi fecat.*  
 Valer. Flacc. lib. 1. Argonaut.  
*Aut cursu sevos frenasse dracones*  
*Triptolemi, ignaras Cereis qui vomere terras*  
*Imbuat.*  
 Martian. Capella lib. 2.  
*Arys pulcher item, curvi & puer albus aratri.*  
 In memoriam accepti hujus beneficii decreto totius populi Atheniensis, in honorem Cereis instituta sunt sacra, quæ *Thestnophoria* dicebantur, ut infra probabo, & à patre Triptolemi *Eleuso Eleusina*, præter laudatos scriptores, narrat Claudian. Placid. ad v. 383. lib. 2. Thebaid. Statianæ. Strabol. l. 5. Geographia. Noctū celebrabantur.  
 Cinnagoras lib. 1. Antholog. cap. 28. epigr. 3.  
*Διμωγτες μυζαλας ὑβρας ἰδης ἰσραῖ.*  
*Cereis magnas noctes videas savorum.*  
 Stat. lib. 7. Thebaid. v. 412.  
*Et non assuetis pernox ululavit Eleusis*  
*Menibus.*  
 Et lib. 12. Thebaid. v. 132.  
*Noctivagumque gregem, quamvis sibi luget, Eleusina*  
*Flevit, & aranos errantibus extulit ignes.*  
*Arcani ignes sunt faces, quæ in Thestnophoriis accensæ gestabantur; exemplo Cereis, quæ sub noctem quæritæ fuit laborem exorta est. Claudian. l. 3. de Raptu:*  
*Noctivago tadas inflammatura labori.*  
 Apollodor. Atheniens. Bibliothec. l. 1. *Διμωγται μὲν παρὰ λαμῶ παδαῖν ὑκτός τε, καὶ ἡμέρας, κατὰ πάσαν τὴν γῆν ζήτῶσα περὶ εἶ.* Ceres accensis facibus, nocteque & dies universum terrarum orbem illustravit vestigando L. Sen. Herc. Fur. act. 3. in Choro:  
*Libra Phæobos tenet aqua curvus,*  
*Tumba secretam Cereem frequentat,*  
*Et citi tellis properant relitibus*  
*Attici noctem celebrare mystæ.*  
 Ideo & faces adhibita. Claudian. l. 1. de Raptu in principio:  
*Tim*

Templumque remugit

Cerropidam, sanctisque faces attolit Elenfis. Quod usque adeo verum est, ut Ceres semper cum face accensa videatur, seu locata, seu pietā. Martian. lib. 2. de Nupt. In eo sfsra Nilotica, Elenfinaque lampas, arcnfque Dilymna, tympanaque Cybeleia videbantur. Et Dianæ Sēgetar: inulachum dextra manu facem praferebat, tanquam materni laboris & sollicitudinis argume: tum, M. Tull. 6. Verrina. Aur. Prudent. in Romano matyre:

Facem teindis vofte prastendis Ceres. Lactant. Firmian. lib. 1. c. 2. t. Quia facibus ex Aene vertice accensis Proferpinam Ceres quafiffe in Sicilia dicitur, id. irco sacra ejus ardentium radaram jactatione celebrantur. Cum istis faculis luto & furee oblitis currebant, observat Brodæus. Ver. Schol. Juvenal. fat. 15. v. 141. egregium ritum tradit; nam unaquaque non gestabat facem, sed currentes sibi mutuo tradebant. Face arcana dignus sacerdotis, ac per hoc jusus. Arcana, imbutum facris dicit pontificem, aut arcana dicit mystica, cum in templo Cereris sibi invicem facem cursores tradunt. Quod fiebat hac potiffimum ratione, unus ab ara facem accensam manu comprehendebat, & ad certum in templo locum currebat, quo cum pervenisset, alteri succensuro & cursuro eandem tradebat. Georgius Alexandrinus ex M. Varone in Re Rustica notavit antique dictum Tite trado, id est, tibi. Quod nolim de Cereris sacris tantum intelligi, nam Athenienses tria festa agebant lampadis, Parnatheis, Vulcanalibus, Prometheis; & primus quidem lampadis in sacrificiis usus Vulcano tribuitur, quod is ignis usum primus reperisset, & mortalibus ostendisset, ut scribit Ister apud Suidam in voce λαμπάδορ. Communior tamen est & receptor confuetudo, in Cereris mysteriis faces gestari solet; unde poetæ. P. Ovid. epist. 2. Phyllid. ad Demoph.

Et per tedifera mystica sacra dea,

Et lib. 3. Fafor.

Enos cum tedifera nunt habet ille dea.

D. Juvenal. fat. 2. v. 91.

Tulia secreta coluerunt Orgia tada Ceretopiam soliti Baptæ lassare Cotyton.

L. Sen. Agamem. act. 2. in Choro:

Tibi totivam matres Graja Lampada jactant.

Et in Herc. Furente.

Longas Elenfi tacita jactabo faces.

Et in Hippol. act. 1. sc. 2.

Jactare tantis consias sacris faces.

Scholias. Apollontii Rhodii citat Bacchylidus lyrici versum hunc:

Ἐκάτη θεροφύρ' ἠυκτὸς μεγακόλπτῃ δύχαιε.

Hecate tedifera nobis magnum habentis Junum filia.

Inde δαδύχλα, facis gestatio solemnis in Thelinophoriis, & isopoditas δαδύχοι, doctores sacrorum, faciferi, in sacris recep. a sunt vocabula. Jul. Poll. l. 1. c. 1. Onomast. num. 31. & Callias, Cereris sacerdos δαδύχοι, tada gestator, appellatur a Plutarcho in Aristide in principio. Et facis itius non in sacrorum annua celebratione tantum, sed & in omnium sacerdotum initiationibus. Tektis Heliodor. l. 9. pag. 424 Juvenal. fat. 15. pulchre, ut semper:

Quis enim bonus, & face dignus

Arcana, qualem Cereris culti esse sacerdos.

Stat. lib. 4. sil. 8.

Tuque Aëlea Ceres, curfu cui semper anelo,

Totivam tantū quassimus lampada mystica.

Et lib. 2. Thebaid. in fine:

Aëleas tibi ritē faces, & ab arbore casta,

Nescient purpuras niveo discrimine vitas.

Vitium autem in editionem Georgii Cedreoi irrepsit. Nam in historiar. Compendio pag. 139. à Xylandro, Daduchus, pro Claduchus, versum est.

In his facris perpetua taciturnitas observabatur; ideo Papius paulo ante laudans, tacitos mystas dixit. Ad quorum ritum & Cereales ludi instituti, ut expediā infra l. 5. cap. 14 C. Sucton. in Augusto cap. 93. Athenis institutus, cum postea

Roma pro tribunali de privilegio sacerdotum Attica Cereris cognosceret, & quaedam secretiora proponerentur, dimisso consilio & corona circumstantium solus audis disceptantes. L. Sen. lib. 7. Nat. quast. cap. 31. Non semel quaedam sacra traduntur, Elenfis servat, quod ostendat reversionibus. Rerum natura sacra sua non simul tradit. Initiatos nos credimus, in vestibulo ejus habemus, illa arcana non promittuntur ne omnibus patent, reducta & in interiori sacrorum clausa sunt. Mytheria ob id dicta ἀπὸ τοῦ μύθου, quod est os claudere, etantque duplicia: parva, quæ Prole. pinz silit. Plur. in Demetrio. Tarian. Orat. cont. gent. magus, quæ in honorem ipsius Cereris instituta. Scholiast. Aristophanis in Pluto act. 4. sc. 2. addit Gerardus, parva sacra fuisse veluti προκτάθασθαι, καὶ κατὰ χροίον, instructionem primam & instructionem. Et in magnis lacris qui initiari volebat, moris fuit, ut, quam vestem quis eo tempore gestaret, quo initiaretur, non prius eam exueret, quam longo usu detrita, gestari amplius non posset: nam tum ferebatur in templum dicanda illi deo, cujus religionis candidatus esset, qui sacrandam offerebat. Ipse Aristophanes leco laudato:

Μῶν δὲ ἐμυθὸς δῖπ' ἢ αὐτῶ τὰ μὲγέλα;

Verut Nicodemus Frischlinus:

Numquam hac ea vestis est, qua tu magnis sacris Initiatus es?

Helenius Acton, Interpres Horatii ad lib. 3. od. 2. Sacra Cereris mystica erant, nec vulgari licebat, propter hoc, quod consiliis occulte dea usa est, donec filiam reperiret. Ipse Horatius:

Qui Cereris sacrum

Vulgurit arcana.

Lactant. Firmian. l. 2. Divinar. Instit. cap. 4. Unam libes commemorare de Cerere Caranensi vel Ennensi, quarum alterius tanta fuit religio, ut adire templi ejus secreta penetrabilia viris nefas esset, alterius antiquitas tanta, ut omnes historie loquantur. Idem alibi l. 5. rationem reddit. Ea silit. et a callidis hominibus instituta, ut populus, quid coleret, ignoraret. D. Aufon. epist. 24. At tu jpratis velut alta silentia sacris Devotus teneis, perfas in lege tacendi.

P. Ovid. l. 1. de Arte:

Tedique sint solita mystica sacra fide.

Et l. 2. de Arte:

Quis Cereris ritus audet vulgare profanis,

Magnaque Threicia sacra reperta Samo?

Mofchus Etydilio 3. v. 75. ὑβίαντος δαμύχλα, bene velata Ceres.

Licma Cereris etiam dicta, à ventilabro, cum quo depingebatur. Suid. in voce κικμάλα.

Elenfina, & Attica, & Aëlea, à locorum nominibus, ut supra dictum est.

Profunda, Jan. Parthas. epist. 55.

Flava, à colore frugum jam maturiscentium.

Panda, & Pantica, Lud. Carrio in Antiquis lectionibus docuit, quem adi.

Mammofa, quod grandibus & protensis mammis depingetur. Arnob. l. 5. cont. gent. & l. 3. Arer animus, atque ardes in Chalcidibus illis magnis, atque in palatiis cæli, deos deique conspiciere intellectis corporibus atque nudis, ab Jaccho Cererem (Musa ut tradit Lucretii) mammosam. Locus autem, quem ex Lucretio laudat, l. 4. Rer. Nat. extat:

At gemina, & Mammofa Ceres, est ipsa ab Jaccho, Sic enim emendat Dionys. Lambinus, cum antea legeretur in aliis editionibus, nec sensu, nec lege metri constante:

At lamina & mammo sacer est ipsa ab Jaccho.

Alumna, quod frugum beneficio alantur homines. Ceres autem nihil aliud quam frumentum. Marrian. Capella l. 1. sive, ut alii volunt, quod terra omnes nutrit. Orpheus in hyinnis:

Ἐν μύθε πᾶντων, δέμντες πλωτόδότημα.

Terra mater omnium, Ceres emitta subministrans.

Aucto carminis ad Mesalam:

Communis alumna

Omnibus injecta tellus emulavit arena

Sancta Ceres.

Claudian. l. 2. de Raptu:

Si tu sancta Ceres, & te non Caspia tigris

Ecliat,

Edidit, huius sulvas animo transgressa leones.  
Legendum est, nam Proserpina loquitur:  
- - - Et me non Caspia tigris

Edidit.  
Quam correctionem debeo Flavio conjectancor. cap. 9. & ille  
MISS. At ego priorum verum sic legi posse censo ex MS.

Si tu nota Ceres.  
Hoc est, si levitas indulgentiae materna mihi haec tenus  
probata fuit, & innovit. Vel sic melius:

Si tu sulva Ceres.  
Id est, si mecum non ipsa peristi.  
Legifera denique Seiv. Honorat. ad libr. 4. Æneid. vers. 57.  
Leges Ceres dicitur invenisse, nam & sacra ipsius Thesmophoria, id  
est, legum latio vocantur, sed hoc ideo fingitur, quia ante inventum  
frumentum à Cereve passim homines sine lege vagabantur, quae feritas  
interrupta est, postquam ex agrorum discretione nata sunt iura:  
Thesmophoria autem vocantur legum latio, an quia in æde Cerevis  
in ære inesse fuerunt leges. Clemens Alexandrin. in Protept. Ar-  
nob. libr. 5. cont. gent. Vultis considerare mysteria & illa divi-

na, quae Thesmophoria nominantur à Græcis, quibus gente ab  
Attica, sancta illa pervigilia consecrata sunt, & pamy. hisni  
graves? Herodot. lib. 2. Καὶ τῆς Δήμητρος τελετῆς περὶ ἧς  
οἱ Ἕλληνες Θεσμοφόρια καλεῖσι, καὶ ταύτης μοι περίευσμα  
κεῖθω, πλὴν ὅσον αὐτῆς ὄσιν ἐστὶ λέγειν. De Cerevis quoque  
initiatione, quam Græci Thesmophoria vocant, absit ut eloquar,  
nisi quatenus sanctum est, de illa dicere. Plutarchus lib. ad-  
versus Colotem Δήμητραν Θεσμοφόρον, Cerevem legiferam ap-  
pellat. Et inter recentiores adi ad Liliam Gysaldum syn-  
tag. deor. gentil. 14. Wolfgang. Lazium libr. 11. Com-  
mentarior. Reip. Rom. cap. 7. Baptist. Pium Annotat.  
posterior. cap. 9. Callimach. in Hymno ejus:

Ὅς πολίεσσι ἁδόντα τέμνει δάκνα,  
Ut urbibus pla. idas leges daret.  
Virgil. lib. 4. Æneid.  
Legifera Cereri.  
Calvus, antiquus poeta, de Cerere:  
Et leges sanctas docuit, & chara iugavit  
Corpora conjugis, & magnas condidit urbes.

## CAP. XII.

## De Vulcano &amp; Vesta.

VULCANUM etiam & VESTAM, utpote duos ignes, veteres conjunxerunt, de quibus hoc capite  
nonnihil dicemus. VULCANUS, ut Servius docet, quasi Volcanus dictus est, quod per aërem  
volet. Varro autem eum à majore ignis vi & violentia nomen hoc accepisse tradit. Quis hic Deus  
fuerit, non liquido constat: variant enim inter se scriptores veteres. Cicero libro 3. de Natura Deorum,  
plures à veteribus Vulcanos proditos fuisse affirmat, ex quibus quatuor ipse recenset. Primus, in-  
quit, Cælo natus, ex quo & Minerva Apollinem eum, cujus in tutela Athenas antiqui historici esse  
voluerunt. Secundus Nilo natus, Opas, ut Ægyptii appellant, quem custodem esse Ægypti volunt.  
Tertius ex tertio Jove & Junone, qui Lemni fabricæ traditur præfuisse. Quartus Mænalio natus,  
qui tenuit insulas prope Siciliam, quæ Vulcania appellantur. Horum ille, qui Jovis & Junonis fi-  
lius fuisse à Cicerone traditur, is fortasse est, qui usque adeo cultus ab antiquis est. Hesiodus &  
Lucianus scribunt, eum à sola Junone citra virilem congressum editum, admodum fortunatum: clau-  
dum etiam ex ruina cum præceptis à Jove datus esse de cælo, ubi periturus fuisset, nisi à Lemniis pro  
sua bonitate, dum adhuc in aëre ferretur, fuisset susceptus. Hic ignis inventor fuisse ab Ægyptiis  
proditur, Diodoro teste, fabrorumque fornacis auctor, quia sine igne nullum metalli fundi  
extendique posset. Isidorus, Eusebius libro de Præparatione Evangelica scribit: Ignis virtutem Vol-  
canum appellatum, & in forma hominis ei simulachrum constitutum, in cujus capite pileus esset  
cæruleus, cælestis symbolum volutionis, ubi integer syncerusque ignis invenitur, nam qui de cælo  
in terram delapsus est, cum imbecillior sit, materiaque indigeat, claudicans fingitur. Venus ei  
uxor fuit, quam tamen Cincius Majam, Piso Majestam appellatam dicit. Templum Vulcano Romæ  
vovisse Titum Tatium Varro & Dionysius Halicarnassensis lib. 2. scribunt. Plutarchus in Quæstioni-  
bus, sive causis Romanis, quæstione 47. prodit, ipsum Romulum Vulcani fanum ædificasse extra  
urbem, & causas ejus rei inquirens, dicit fecisse id Romulum, vel quod cum Martis filius existi-  
maretur, propter fabulosam illam Vulcani adversus Martem, Veneris causa similitudinem, Vulcanum  
in eadem urbe, eodemque cum Marte domicilio esse noluerit: vel quod in hoc templum illud à Ro-  
mulo conditum sit, ut ibi una cum Tatiao collega curiam haberet, in qua de rebus arcanis cum Se-  
nato absque interventoribus quietè possent consultare: vel denique cum Romæ ab incendiis statim à  
primis temporibus multum periculi esset, colendum quidem Deum igni præfectum: sed extra urbem  
locum ei assignandum Romulus statuerit. In hoc templum Romulus cum reliquis spoliis ex Camera  
quadrjugum æreum currum deportavit & statuit, siveque statuam ex victoria coronatam locavit.  
Auctor in vita ejus Plutarchus. Augustinus passim Vulcani meminit, de Civitate Dei, quod ei  
templum à Tatiao votum sit, & libro 7. cap. 16. ignem mundi leviolem Vestæ esse, violentiorem  
Vulcani; ubi Vives ex Phurnuto addit, Vulcanum esse ignem hunc crassum, quo passim utimur.  
Ille enim subtilior Jupiter est, & idem Prudentius:

----- Ipse ignis nostrum qui servit ad usum,  
Vulcanus perhibetur, & in virtute suprema  
Finitur, ac delubra Deus, & nomine & ore  
Assimulatus habet: nec non regnare caminis  
Fertur, & Æolia summus faber esse, vel Ætna.

T

V E.

Unde *Vesta* nomen acceperit, inter scriptores non convenit: Ovidius enim à *vi stando* derivat, cum scribit:

*Stat vi terra sua, vi stando Vesta vocatur,*

Alii à *vestiando*, quod terra variis tum herbis, tum plantis, cæterisque vestiatur. Cicero *Vesta* nomen à Græcis esse vult: Ea enim, inquit, est, quæ ab illis *ἑστία* dicitur: vis autem ejus omnis ad aras & focos pertinet. Libro de Divinationum generibus ait, *Vesta* & *ἑστία*, nomen nihil significare, neque Latinorum neque Græcorum lingua, sed utramque vocem Latinam, & Græcam Hebrææ originis esse, & quidem compositam ex *ἑσθία*, quod ignem Dei significat: unde etiam probatur hanc colendi ignis consuetudinem defluxisse à Patribus, & remansisse inter Ethnicos cum tenui umbra depravatorum rituum. Fuit *Vesta*, ut *Diod. Siculus* & *Apollodorus* volunt, Saturni filia: ut vero *Q. Fabius Pictor*, Jani uxor, cui etiam adstipulatur *Berosus* ille, de quo tamen eruditi non sine causa dubitant, qui cam Noæ, qui *Janus* dictus est, fuisse uxorem scribunt, cujus proprium nomen cum fuerit *Tidea*, *Arctium*, id est, terram, & *Estam*, id est, ignem, post mortem eam cognominatam esse, quia fuisset Regina sacrorum, & puellas docuisset sempiternum ignem sacrorum inextinctum servare.

Simulachrum ejus varium fuit. Pingebatur nonnunquam forma mulieris sedentis, & gestantis tympanum, quod terra ventos in se contineat: interdum aliter, ut ostendit hic, quem adjeci, nummus, notatus littera M. Fuit *Vesta* diu ante Romam conditam culta in Italia, maxime à Tyrrhenis, teste *Myrsilo Lesbio*, qui eam Tyrrhenorum lingua *Labith Horebiam* appellatam esse dicit, quam appellationem etiam auctore *Herodoto* apud Scythas habuit.

*Macrobius* eam unam ex Diis Samothracibus, sive *Penatibus*, vel saltem eorum comitem esse vult. Huic ignis sacer est, & à virginibus, quæ ob hoc *Vestales* dicuntur, custoditur, de quibus alibi; tandem etiam à Romanis culta fuit. Alii ab Romulo putant ei templum primum conditum fuisse: alii ab Numa, quod libr. 2. vehementer *Dionys.* probare nititur: qui tamen paulo ante scribit, & cum eo *Terentius Varro*, Titum Tatium receptum à Romulo in regni societatem tum aliis Diis, tum *Vestæ* etiam templum condidisse. *Onuphrius Panvinius* in descriptione xiv. regionum Urbis meminit templi *Vestæ*, ædis, & ædiculæ, cujus sicut etiam templi meminit *Sextus Rufus*, & *P. Victor*.

Templum *V E S T Æ* extruxit *Numa Pompilius*, de quo sic *Plutarchus*: Traditur Numam custodiæ causa perenni igne *Vestæ* templum circumdedisse: quod rotundum ab eo extractum est, non ut terræ (quasi ea *Vestæ* esset) sed ut universi figuram exprimeret, in cujus medio ignem collocatum Pythagoræi censent, eumque *Vestam* & *Unitatem* appellant. *Festus*. Rotundam ædem *Vestæ* *Numa Pompilius* Rex Romanorum consecrasset videtur, quod eandem esse terram, qua vita hominum sustentaretur, crediderit, eamque pilæ forma esse, ut sui simili templo *Dea* coleretur. In hac æde præter ignem *Vestæ* alia quoque sacra aservata fuisse à quibusdam traditur, qua de re *Dionysii* & *Plutarchi* verba adscribam: *Dionysius* libro 2. ita scribit. Alii tradunt præter ignem occulta quædam sacra in *Dea* fano esse deposita, solis æditus cognita, & virginibus: adduntque argumentum non leve ex ejus incendio, quod accidit, quando primum Romani cum Pœnis bello conflictabantur, propter Siciliam: tunc enim Virginibus metu diffugientibus, ædituorum unus *L. Cæcilius Metellus* vir Consularis, is qui devictis in Sicilia Carthaginensibus in celebri illo triumpho cxxx. elephantos traduxerat, posthabito publicæ utilitati privato periculo, irrupit in ardens penetrans, sacraque à virginibus deserta e flammis eripuit: quamobrem honores maximos à civitate grata est promeritus, sicut ex elogio patet, quod adscriptum est ejus statuæ in Capitolio. Ex hac confessa re neçtunt conjecturas proprias: quidam dicunt hic servari partem sacrorum Samothraciæ, quæ quondam ex hac insula *Dardanius* in Urbem à se conditam deportaverat, eaque capta *Æneas* Troja profugus secum attulit in Italiam. Alii *Minervæ Iliensis* effigiem esse veram, & notam *Æneæ*, perito rerum talium, cum alteram, ad hujus similitudinem formatam, Achivi furto sustulerint: cujus facti crebra mentio reperitur apud poetas, æque ac historicos. Ego sane a multis accepi, custodiri à virginibus non solum ignem, sed & sacra quædam, vulgo incognita: ea tamen nec ipse scrutari ausim curiosus, nec aliis fas puto. *Plutarchus* in Camillo: Alii ignem, ut & apud Græcos, in vestibulo templi ardere lustrationis causa censent, reliqua sacra intus abscondi, neque à quoquam, præter *Vestales virgines*, conspici ea fas esse. In iis autem arcanis esse Trojanum illud *Palladium*, ab *Ænea* in Italiam allatum, multorum sermonibus est traditum. Alii fabulam addunt, *Dardanum* è Samothracia asportatum *Palladium*, cum Trojam condidisset, in ea urbe consecrasset: *Æneam* id, quo tempore Troja capta est, clam sustulisse, ac usque ad migrationem in Italiam adservasse. Qui sibi majorem harum rerum notitiam arrogant, duo dicunt dolia haud ita magna ibi esse reposita: alterum apertum & inane, alterum plenum, & obsignatum: solis autem sacris istis Virginibus licitum ea videre. Alii hos errare putant, eos decptos quod tum (scilicet bello Gallico) *Vestales* pleraque sacra in duo dolia conjecta, terra obruerint sub templum *Quirini*: cui loco etiam nunc à dolis nomen sit. Hactenus *Plutarchus*. De *Palladio*, quia ejus mentio facta est, adhuc dicendum videtur, de quo *Joannes Ludovicus Vives* ad caput 2. libri 1. *Augustini* de

Civitate Dei, hæc collegit: *Palladium* simulachrum est Palladis, de quo tam varia tradunt rerum scriptores, ut ineptum ducam perfectique longius eorum opiniones. Excerptam tamen ex *Varrone*, *Dionysio Halicarnasseo*, *Ovidio*, *Plutarcho*, & *Servio*, quæ mihi verisimiliora videbuntur. Chrysis Pallantis filia, cum Dardano nuberet, pro dote secum attulit *Palladium*, & magnorum Deorum simulachra, quibus templa Dardanus in Samothracia construxit. Quæ postea sacra in Ilium sunt, nepotum tempore, transecta, accepto oraculo mansuram Urbem, quamdiu & in ea *Palladium* illud. Quocirca in intimam arcis partem est reconditum, efficto altero quodam Palladio illi simillimo, quod in publico negligentius asservabatur. Cumque Pyrrhus ex Heleno vate, Priami filio, inexpugnabilem esse Trojanam urbem, salvo in ea *Palladio*, cognovisset, idque Principibus Græcorum renunciasset, Ulysses & Diomedes per fraudem primum ingressi, deinde facta in custodes vi, *Palladium* illud imaginarium surripuerunt. Alterum capta jam urbe Sycas Æneæ tradidit cum magnis Diis, quos *Penates* Trojanos vocant. Æneas in Italiam illa omnia secum advexit. Hinc ex Alba longa, sive, ut *Varro* putat, ex Lavinio Romam *Palladium* translatum est, staturumque in æde Vestæ, quæ cum deflagraret, *L. Metellus Pontifex Maximus*, *Palladium* medio ex incendio sustulit, amissis luminibus. *Palladium* vulgo conspectum est. Heliogabalo Imperatore incensa æde Vestæ. *Herodianus*. Fuit alterum *Palladium*, quod Athenis in arce dicavit *Nicias*. Hæc *Vices*. In veteribus nummis & Vestæ templum rotundum, & Æneas patrem Anchisen in humeris portans, atque una manu *Palladium* ferens, altera filium *Fulum*, alia sacra gestantem ducens, cernuntur, quorum duo notati litteris N. O.

## AD CAP. XII. PARALIPOMENA.

*Vesta cultus, statua, templa, ignis, virgines, earum jura & privilegia.*

**P**eculiare hoc Trojanorum numen. Sidon. Apollinar. carn. 9. vers. 172.

*Thebis Eubion, Ilioque Vestam.*

Et in senatu Athenienium aram habebat, notat Joan. Brodaus. Eamque pene omnes scriptores, quantum reminiscor, ignem interpretantur. Servus Honoratus, pro terra sumit, quam ignem, inquit, habere non est dubium, ad illud lib. 1. Æneid.

*Lana fides & Vesta.*

Idem ad v. 283. lib. 3. Æneid. Nam & Vestam ideo Trojani colunt, quia eadem terra, terrigenas autem Athenienses nemo dubitat. Et hanc depingebant muliebris forma, tympanum gestantem, quod terra ventos in se contineat. Suidas in voce *ἡὲ ἀγαμέμνη*, terra simulachrum. Cæl. Rhodigin. lib. 15. cap. 14. scio ab Ovidio dictum l. 6. Pastor.

*Effigiem nullam Vesta nec ignis habet.*

Sed & Plutarchus lib. de primo frigidio ad finem, Vestam eandem cum terra esse in veteri Theologia docet, nec dissentit Isidorus Hispalensis l. 8. Etymolog. cap. 12.

Inter Penates colebatur, & deos domesticos Romanorum, ideoque & Mater peculiari nomine dicebatur. M. Cic. Orat. pro domo sua. Teque Vesta mater, cuius castissimas sacerdotes ab hominum amicitia, furore & scelere defendi. P. Virgil. lib. 1. Georg. in fine:

*Di patri, indigetes, & Romule, Vestæque mater,  
Quæ Thysum Tiberina, & Romana palatia servas.*

Et recte palatia servas, quod in omnibus ædium privatarum vestibulis apud Romanos Vestæ simulachrum staret, ut Mercurii apud Athenienses, quemadmodum supra explicui. Eugraphius vetus grammaticus in Andriam Terentii act. 4. sc. 3. Romanis omnibus nos est in atrio, hoc est, in vestibulo, habere Vestam (quippe cum inde vestibulum nominarint) cui sacrificium quotidie facerent, illic ei fuerat collocata ara, idcirco dictum est:

*Ex ara sume hinc verbenas tibi.*

Neque vero hujus sacrificii idem ritus, qui in aliorum deorum sacris, (sicut sciam molam etiam in illis receptam, Fest. lib. 3. in casta) nam sal rufum tantum offerebatur, Lil. Gyrard. syntag. deor. gent. 17. quod in calcibus scilicet asservabatur; Helinius Acron & Porphyrio veteres Interpretes ad Q. Horat. libr. 1. od. 31. non adhibita qualibet aqua, sed tantum ex Nunico flum. inc. Servius ad illud lib. 7. Æneid.

- - - Hæc fontis stagna Numici.

Aut libo, aut farce. Juvenal. sat. 6. v. 384.

*Cum farre & vino, Vestam, Janumque rogabat.*

Perpetuus æternisque ignis in templo ejus, tanquam imperii certissimum pignus asservabatur. Valer Maxim. libr. 5. cap. 4. tit. 6. Ignoscite vetustissimi foci, veniamque æterni date ignes, si de vestro sacratissimo templo, ad necessarium, magisque speciosum urbis locum contextus operis nostri progressus fuerit. T. Liv. 1. Decad. libr. 5. Quod de æternis Vestæ ignibus, signoque, quod imperii pignus, custodia ejus templi tenetur? Idem 3. Decad. lib. 6. Vestæ ædem petivimus, & æternos ignes. Poëtæ passim. P. Virgil. libr. 2. Æneid.

- - - Manibus vitæ, Vestæque potentem

Æternumque adytis offert penetralibus ignem.

Et Servius ad illud l. 4. Æneid.

- - - Vigilemque sacraverat ignem.

Illud notari dignissimum, ignem hunc non in focus aut altaribus, sed suspensum in valculis quibusdam scilicet, ut jam supra admonui proximo. Valer. Maxim. libr. 4. cap. 4. in fine: Namque per Romuli casam, perque veteris Capitolii humilia tecta, & æternos Vestæ foci, scilicet etiamnum vasis contentos, juro. Serv. ad illud lib. 7. Æneid.

- - - Consilii habitus non futilis auctor.

Tantum fiducia in hoc igne erat, ut oportuerit enim nunquam extingui, quod si contigisset, non carebat res infantitatis præfagia, quare inextinctum vocant. P. Ovid. libr. 6. Pastor.

*Ignis inextinctus templo celatur in illo.*

Vetus marmor.

ANTIQUA. GENEROSE. DOMO.  
CUI. REGIA. VESTÆ.  
PONTIFICI. FOELIX. SACRATO.  
MILITAT. IGNE.

Vide quæ sequuntur in cultissimo Epigrammate apud Orpheum de Civitate Rom. pag. 149. Orpheus in hymnis:

*Ἡ μέσση δίκον ἔχεις πυρὸς ἀείρωτο μέγιστη.*

*Quæ mediæ domum habes ignis æterni maximæ.*

Sil. Italic. lib. 1. Punicor.

*Et vos virginea lucentes semper in ara*

*Læomedontæ Trojanæ altaria flamma.*

Et libr. 3.

- - - Et Vesta secreta seramus.

Et libr. 7.

- - - Primum Vestæ dexters honoravit.

M. Lucan. lib. 9. v. 995.

*Dî cinerum, Phrygiæ colitis quicunque ruitas,*

*Aeneae mei, quos nunc Lavinia sedes  
Servat, & Alba lares, & quorum lucet in aris  
Ignis adhuc Phrygius, nullique aspecta virorum  
Pallas, in abstruso pignus memorabile templo.*

Et nunquam sine portento aut prodigio credebatur extingui, & anxia sollicitudine expiabant: notavit Galpar Peucerus in Divinat. extiplic. quod contigit ante initia bellorum civilium, motaque inter Caesarem & Pompeium arma. Praeter historicos idem Lucanus libr. 1. v. 549. certissimum futurorum argumentum ab eo igne delirium insinuat:

*- - - Vestalis raptus ab ara  
Ignis, & ostendens confectas flamma Latinos,  
Scinditur in partes, geminoque cacumine surgit  
Thebanos imitata reges.*

Ovid. lib. 15. Metam. fab. ult.

*- - - Facinusque repellite, neve  
Cade sacerdotis flammam extinguite Vestae.*

Quod ubi contigerat, omnia publica privatae intermitterantur negotia, etaque iustitiam indicium, donec procuratio solemnibus institueretur, & tandem deorare imperium, quamdiu ignis fuisset inextinctus. Papin. l. 4. lil. 3.

*Donce Troicus ignis, & renata  
Turpejus pater innotabit aula.*

Et virgo, cuius incuria id evenisset, a pontifice severè pledebatur; nam puo virgines igni fovendo excubuisse alternatim, seu forte, seu praeter pontificis ad id officii ductas. Valer. Maxim. l. 1. cap. 1. tit. 7. Licinio pontifici maximo, virgo Vestalis, quia quadam nocte parum diligens aeterni ignis custos fuisset, digna visa est, qua flagro admoeretur. Malim legere: admoneretur. Jul. Obsequens de Prodigis cap. 62. Vestae penetralis ignis extinctus, virgo iussu Aemilii pontificis maximi flagro casti. Fess. Pomp. libr. 9. Ignis Vestae si quando interstinctus fuisset, virgines verberibus affliciebantur a pontifice, quibus mos erat tabulam felicitatis materiae tamquam terebrare, quansque exceptum ignem cribro aeterno virgo in aedem ferret. Ubi scio viros doctos legisse, non tabulam felicitatis materiae, sed clabulam. Diminutivum enim id a clava esse voluit. B. quippe & V. olim saepe in se invicem transibant, & in nonnullis editionibus non terebrare, sed verberare scriptum extat. Q. Flor. Tertullian. lib. de Penitentia: Quid illum thesaurum ignis aeterni asinumus, cum sumariola quadam inter eius tales ignis flammarum suscitent? Atque etiam non fuisset extinctus, accendebatur tamen quotannis Calendis Martiis, & renovabatur ignis, quem aservabant in operto, non autem sub tecto. Ostendit Jan. Parthaf. epist. 57. P. Ovid. l. 3. Fastor.

*Adde quod arcana feri novus ignis in aede  
Dicitur, & vires flamma refecta capit.*

Interim corrigendus è M. Manilio l. 4. Astronomic. locus insigniter corruptus:

*Festinos, Capricorne, foves penetralibus ignes,  
Hinc artes, studiumque trahis.*

Sic legit Josephus Scaliger, & exponit ignes festinos à natura elementi; velocissimi motus, *ταχυδααδρος*. Sunt, qui censuerint legendum:

*Feste tuos, Capricorne, foves.*

Alii placuit potior haec lectio:

*Vestinos Capricorne foves.*

Neque desunt, quibus placuerit:

*Festivos Capricorne foves.*

Ut ignes festivi sint festi, seu sacri, sed nulla harum lectionum placet, ideoque suadeo legas:

*Vesta tuos, Capricorne, foves penetralibus ignes.*

Quam lectionem optimam esse, vel ex iis, quae subiungit ipse Manilius eodem loci liquet:

*Hinc artes studiumque trahit, nam quicquid in usus  
Ignis alit, possidet novus ad munera flammis,  
Sub te censendum est.*

Et eodem libro:

*Asi Augusti fovet Capricorni sidera Vestae.*

Claudian. lib. de bello Gildonico:

*- - - Sanctaeque memor Tritonia Vestae.*

Ad virgines eius descendendo, de quibus multa sunt à viris doctis observata, istud tamen, quod à C. Plinio l. 7. epist. 19. à Tulio, quod sciam, est animadversum, nec meminimus me alibi legisse, post illum notat Cal. Rhodigin. Antiquar. lect. l. 15. cap. 14. ita igitur ille: *Angit me Fannia valetudo, contraxit hanc, dum assidet Junia virginis Vestalis, sponte primum. (si enim assinis) deinde etiam ex auctoritate pontificum, nam virgines, cum vi morbi atria Vestae coguntur excedere, matronarum cura custodiæque mandantur, quo munere Fannia dum sedulo fungitur, hoc discrimine implicata est, insidens febres, insis increpsit. In aliis libris legitur, insidens febris insis iniecit. Quod probabilis duco. Niamertinus in panegyrico Juliani: Nulli ex istis emul, in reminem feciatis, toto in orbe terrarum nullius virginis fama valetur, sit lectulus etiam sine inconvessis, sed legitimis voluptatibus Vestalium thoris purior: corrigendum est, sit lectulus etiam sine concessis, & legitimis voluptatibus, Vestalium thoris purior. Fr. Modius Novantiquar. lection. epist. 25. Jam vero quantus iis exhibitus honor, quanta dignatio, nemo ignorat. Nam & servitia fugitiva, nondum urbem egressa, retineri in loco eorum precatione credebantur ab iis, ut loquimur C. Plinius l. 28. nat. histor. cap. 2. Et Claudia Vestalis, cum patrem suum è curru triumphante, violenta Tribuni plebis manu detrochi animadversisset, mira celeritate utriusque se interponendo, amplissimam potestatem inimicitias accensam depulsi, igitur alterum triumphum pater in Capitolium, alterum filia in aedem Vestae duxit. Ut verba usurpenti Valerii Maximi l. 5. cap. 4. tit. 7. Scio Suetonium in Tiber. cap. 2. non patrem hunc, sed fratrem Claudia facere. Et Julius Caesar per virgines Vestales, Manerum Aemilium, & Aurelium Cottam, propinquos & affines suos, verum imperavit. Sueton. in eo cap. 1. & Aulus Vellius l. 9. Snaest senatus, ut legatos cum virginibus Vestalibus mitterent, pacem, aut certe tempus ad consultandum petitores, inquit idem Suetonius in vita eius cap. 16. Ergo inde liquet, gravissima dissidia earum intervenit componi consuevisse. Adde & Vibidia Vestalis precibus Messalinam tentasse veniam à Claudio principe marito obtinere, nanante C. Tacito l. 11. Annal. Huc spectant & illa M. Ciceronis Orat. 2. Agraria. Si quicquam deliquero, nulle sunt virgines, quae me à vobis deprecantur. Testamenta penes eas erant aservata. De testamento M. Antonii Plurarchus in eo. De testamento Augusti C. Sueton. cap. ult. Ubi notandum inter eas unam fuisse auctoritate praecipuam, quae Maxima dicebatur. Idem Sueton. in Caesare cap. 83. Testamentum eius aperitur, recitaturque in Antonii domo, quod Idibus Septembribus proximis in Lurricane suo fecerat, demandaveratque virgini Vestali Maxima. Et in Domitiano cap. 8. Corneliam virginem Maximam vocat. Sed nemo melius earum praerogativas expresserit L. Seneca l. 6. Controv. 8. Tibi (Vestali virgini) magistratus, fides, suus submittant, tibi consules praetoresque via cedunt, nunquid exigua mercede virgo es? sacerdos raro juret, nec unquam, nisi per Vestam suam, moriatur. nunquid de nuptiis appellatur es?*

Sed ut magnus eis honor habitus, ita & delinquentes gravissimis affliciebantur suppliciis; nam adultera verberibus necebat, ex lege, quam in Libertatis aetio fixam M. Cato loquimur apud Festum Pompeium l. 14. in voce probrum Virginis Vestalis. De virginis poena, vet. Scholia. Juvenal. ad lat. 4. v. 10. Haec virginibus Vestae poena fuit decreta, si vitiatæ fuissent, virae in partibus statuebantur, aut sub terra obruebantur. C. Plin. l. 4. epist. 1. Fremebat Domitiano aservabatque iugenti invidia, desitutus, nam cum Corneliam Maximam Vestalem desodere vitam concupisset, ut qui illi strari scelum suum ejusmodi exemplo arbitrarer, pontificis Maximi jure, seu potius immunitate tyranni, licentia demini, reliquos pontifices non in regiam, sed in Albanam villam convocavit: legendum est omnino: Nam cum Corneliam Vestalium Maximam desodere vitam concupisset. Auctor. correct. Suet. lau dato loco in Domit. cap. 8. supra. Tota lucebat civitas, ut in clade publica, eratque is dies lugubris, ut ostendit multis Andr. Tiraquellus in Alexandrum Neapolitanum lib. 5. c. 12. quod usque adeo observatum, ut in amalibus, pro prodigio Vestalis damnatio notetur. Euseb. Chronic. Olymp. 73. Locus



in quem defodiabantur, erat prope portam Collinam. T. Liv. 1. Decad. l. 8. de Minucia Veitili. Festus l. 17. in *sceleratus campus*. Ovid. lib. 6. Fast.

*Nec viva defodietur humo.*

Sil. Ital. lib. 13.

*Nec par panis tamen sceleri, sacraria Vestæ Polluti exant. sibi virginitate sacerdos.*

Cum defosâ in terram Veitili virginis panem & sac ponebant, ne videretur fame interisse. Guilielin. Canterus Novar. Lection. l. 7. cap. 6. ex Scholiaste Sophoclis ostendit. Rationem habes apud Jacobum Durantium Casellum l. 2. variar. lect. cap. 2. ex Clemente Alexandrino Pad. 3. quod terra, impura hujusmodi, & libidinosa corpora purgari crederentur; ideoque in terra occultabantur expianda. Juvenal. loco proxime citato:

*Nemo malus felix, minime corruptor, & idem*

*Incestus, cum quo nuper vittata jacebat,*

*Sanguine adhuc vivo terram subitura sacerdos.*

MS. meus, cum quo vitata jacebat. Sed male, ut infra ostendam. Ut ignis nihil patitur impuri, ita virgines ista omni corpori contagii labe carere debebant, utque ad annum ab electione trigessimam, quo tempore licebat nubere; præter scriptores ab aliis observatos. Sexr. Propert. l. 4. eleg. 4.

*Et satis una male potuit mors esse puella,*

*Quæ voluit flammam fallere Vestæ tuas.*

Fallere flammam Vestæ, interpretor impediam esse, aut adulterium admittere, aut ad nuptias convolare, quod ante trigessimam annum, ut monui, non licebat. Aurel. Prudent. l. 2. in Q. Symmachum: Tandem Virgineam fassidit virgo senellam. Et post in eodem opere:

*Transfert emeritus ad sulcra jugalia rugas,*

*Disiit & in gellido nova nupta testere lecto.*

D. Aulon. epist. 7. de triginta otreis:

*Quot numero amorum Vestalis virgo ministrat.*

Qui anni sic dividebatur, ut primis decem sacros ritus diligenter discerent, aliis insequentibus decem ministrarent, denique ultimis decem, quæ perciperent, alias docerent. Dionys. Halicarnasi. l. 2. hist. Rom.

Locum in Amphitheatralibus & scenicis, Circensibusque

habuisse ludis, ostendam infra l. 5. c. 4. Carpentis seu pilentis, ut alias matronas, veetas, certum ex C. Suetonio in Tib. cap. 2. & dicam alibi. Ad ornatum descendo. Vestitus suffibulum appellabatur. Fest. Pomp. lib. 17. Suffibulum vestimentum album prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite Vestales virgines sacrificantes habebant, idque sibi comprehendebatur.

Vittas capitis ornamenta, ut alia matronæ, gestabant, vide l. 5. cap. 35. infra. D. Ambros. epist. ad Valentinianum. Fix septem Vestales capiuntur puellæ, & totus numerus quem insula vittati capitis.

M. Lucan. l. 1. Phaulia v. 596.

*Vestalemque chorum ducit vittata sacerdos,*

*Trojanam soli cui fas vidisse Minervam.*

P. Ovid. l. 3. Factor.

*Decidit ante sacros lænea vittata focos.*

Idem l. 6. Factor.

*Nullaque dicitur vittas temerasse sacerdos.*

Alludere poetæ. Virgil. l. 2. Æneid.

*Virgineas anxi divæ contingere vittas.*

Valer. Flacc. Argonautic. l. 8.

*Ultima virginis tum fleus dedit oscula vittis.*

Nec Vestales modo vittata, sed & alii sacerdotess. C. Tacit.

l. 1. Annal. Sacerdos apud aram Ubiorum creatus, nuperat vittas.

Virgil. l. 3. Æneid.

*Rex Anius, rex idem hominum Phœbique sacerdos,*

*Vittis, & sacra redimitus tempora lauro.*

Aurel. Prudent. in Romano Martyre:

*Summus sacerdos nempe sub terram scrobe*

*Alta in profundum consecrandus mergitur,*

*Mixte insulatus, fessa vittis nectens tempora.*

Denique est hæc vetus inscriptio:

MANSIONES. PALATINORUM. SALIORUM. A. VETERIBUS. OB. ARMORUM. MAGNATIUM. CUSTODIAM. CONSTITUTAS. LONGANIMITATE. NEGLECTAS. PECUNIA. SUA. REPARAVERUNT. PONTIFICES. VEST. Æ. VV. CC. PROMAGISTRO. PROTI. JACILII. LUCILII. PRÆTEXTATI.

## CAP. XIII.

## De Neptuno.

NEPTUNUM à nubendo dictum putavit Varro, quod nubat, id est, operiat terras, quod idem scribit Arnobius. At M. Cicero à nando vocatum existimat. A Græcis dictus Ποσειδών, quod pedibus terram quatit, quamquam alii alias hujus appellationis rationes afferant, quas hic prætereo.

Fuit NEPTUNUS Saturni & Rheæ filius: qui, cum navigandi artem invenisset, classem instituisse, ejusque præfectus à Saturno factus esse dicitur. Quapropter traditum est posteris, Neptunum imperasse mari, sacraque ei à navigantibus facta. Addunt etiam Neptunum equos primum domuisse, artemque equitandi ab illo traditam: ex quo Hippius sit appellatus. Diodorus lib. 6. cap. 15. Hic à primo Urbis exordio à Romanis cultus fuit, Dionysio, Livio, Plutarcho, aliis minorum gentium auctoribus, cognomine Consi, quod ei fuit inditum à consiliis dandis. Sunt tamen, qui Consuum diversum à Neptuno faciant, videlicet Deum consilii, à quo Romulus consilium de rapiendis Sabinis acceperit. Aurelius Augustinus Consuum à consilio dando denominatum ait. Cyprianus Romulum dicit, Consuum Deum fraudis, velut consiliorum Deum coluisse. Arnobius in 3. adversus Gentes lib. Consuum dictum putat, quod salutaria & fida consilia nostris suggerat cogitationibus. Cum etiam Dionys. lib. 2. docet, quosdam Neptunum & Consuum eundem Deum, quosdam diversos eos fecisse. Verum utut hæc sint, non anxie laborandum nobis est. Conso, teste Dionysio, ara subterranea fuit constructa juxta Circum maximum: in qua sacra ipsi fiebant Consualibus, de quibus agemus suo loco. Ideo autem hujus Dei ara subterranea erat, ut significaretur consilia occulta esse oportere. Plutarchus.

EQUESTER NEPTUNUS dictus est Græce Hippius, quia primus equos domuisse, artemque equitandi tradidisse fertur, quemadmodum ex Diodoro audivimus.

REDUCIS NEPTUNI mentio extat in antiquis nummis quorum unum hic subjecimus, litera P. not.

Templum NEPTUNI Romæ fuit in regione Urbis IX. item ædes, cujus meminit P. Victor.

NEPTUNO addunt SALACIAM & VENILIAM. *Salaciam* quidam putant *Neptuni* uxorem fuisse, sic dictam à *salto*, quod salum moveret, teste *Varrone. Festus. Salaciam* dicebant Deam aquæ, quam putabant *salum* ciere, hoc est mare movere. *Augustinus* ex *Varrone* lib. 7. cap. 22. scribit, *Veniliam* undam esse, quæ ad litus venit, *Salaciam* undam, quæ ad salum redit. *Joseph. Scaliger* in appendice ad conjectanciam in *Varronem: Venilia*, inquit, est accessus seu exæstiuatio maris: *Salacia* recessus. *Varro*, ut citatum reperi, *Venilia* unda, quæ ad litus venit: *Salacia*, quæ ad salum redit. Atque ita quidem Romani vocabant maris reciproca incrementa, aut decremента. Sed postquam in Oceanum Germanicum penetrarunt (quod primus *Drusus Germanicus* fecit) Germanicis nominibus veterum Saxonum ea vocarunt, pro *Venilia Malinam*, pro *Salacia Lidunam* dicentes. Atque ita quidem Saxonum reperi in veteri libro *Bedæ Anglosaxonis*. Hæc ipse. Paulo post addit, *Veniliam* & *Salaciam* significare accessus & recessus maris quotidianos: *Malinam* & *Lidunam* etiam lunaria Oceani incrementa, & decremента, &c. Atque tantum de his. Dicendum etiam de aliis marinis Diis, & Nymphis, &c. Sed cum ad Græcam potius historiam pertineant, nos hic ea prætermittimus: *Ægeria* tantum & *Futurna*, quæ à Romanis cultæ fuerunt, mentionem facientes.

ÆGERIAM Nympham Numæ Pompilii Regis uxorem ajunt fuisse. Sic enim de ea *Dionys. libr. 2.* Fabulantur congressum Numam sæpius cum *Ægeria* Nympha, cujus è præceptis hauserit regiam prudentiam. Alii non Nympham, sed unam Musarum palam ad eum ventitasse perhibent. Addit deinde *Dionysius* narrationem, quo facto Numam Romanis, parum credulis, suum cum *Ægeria* congressum probavit. Cum, inquit, prisce illi Quirites parum creduli, pro figmentis haberent, quæ audirent de Diis, ajunt voluisse Numam eis manifesto signo facere fidem suæ cum numinibus consuetudinis, *Ægeriaque* jubente vocasse domum præcipuos civium, ostensaque vili suppellectile atque apparatu, qui non caperet frequens convivium, tunc dimissos, invitasse ad cœnam sub vesperam, quibus ad condictam horam reversis, ostendisse lectisternia splendida, mensasque refertas multis egregiis poculis, ac mox discumbere jussis, epulum præbuisse instructum omnigenis ferculis, qualia nemo facile pararet quantumvis longo tempore. Romanos vero attonitos, tam vario spectaculo constanter posthæc opinatos, Deam quampiam cum illo familiariter degere. Hastenus ille. Plura de *Ægeria Plutarchus* & alii habent.

Huic ædem Romani extruxere, cujus meminit *P. Viñor*. Dicitur ei & lucus fuit, quem, ut ait *Livius*, medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua, qui lucus Camœrnis sacer erat. *Pompejus Festus* *Ægeria* lucum juxta portam Capenam constituit. *Ovidius* libro *Metamorphoseon 15. Ægeriam* inducit in fontem mutari à Diana. De *Ægeria* sive *Egeria*, cui sacrificabant prægnantes, suo dicemus loco.

JUTURNAM Nympham *Varro* scribit dictam fuisse, quæ juvaret. Itaque multos ægrotos propter id nomen aquam petere è fonte *Futurna* solitos. *Servius* in *Virgilium: Futurna*, inquit, fons est in Italia saluberrimus, juxta Numicum fluvium, cui nomen à jucando inditum est. De hoc autem fonte Romam ad omnia sacrificia aqua afferri consueverat. Tradunt alii, *Futurnam* in lacu submersam ei nomen indidisse.

Ædes ejus Romæ fuit ad aquam Virginem, ut ait *P. Viñor*, in regione Circi Flamini. *Ovidius* in *Fastis* innuit, fuisse illam ædem in campo Martio prope aquam Virginem. Verba ejus sunt:

Te quoque lux eadem, Turni soror, æde recepit,  
Hic ubi Virginea campus obitur aqua.

PORTUNUS etiam ab his Diis non est segregandus: de quo tamen uno tantum atque altero verbo dicam. *Portunus*, sive, ut aliis magis placet, *Portunus*, aut geminato, *n. Portunus*, Deus marinus erat, portubus præfectus. *Festus: Portunus*, qui & *Palamon*, à Romanis inter Deos colebatur. Hic alio nomine *Melicerta* dictus, de quo fabula hæc refertur. Athamas post furorem à Junone immissum, cum occiso *Learcho* qui etiam *Clearchus* dictus, *Melicertam* alterum filium cum *Ino* uxore sua persequeretur, & illi se in mare præcipitasset, voluntatè numinum in Deos versi sunt. *Melicerta* in *Portunum*, qui Græce *Palamon* dicitur, *Ino* in matrem *Matutam*, quæ Græce dicitur *Leucothea*. Historiam prolixè recitat *Ovidius* in 4. *Metamorph.* Ædes *Portuni* Romæ duæ fuerunt, utraque in XI. Urbis regione, altera rotunda ad pontem *Æmilium*, olim publicum appellatum; altera in *Apollinem Cœlispicem*, & *Herculem Olivarium*. Atque hæc tantum de his.

#### AD CAP. XIII. PARALIPOMENA.

##### De Neptuni sortitione.

Sortitum *Plutonem*, cum fratribus forti hæreditatem subnitere placet illic, nemo ignorat. Et prodidere *Diodorus Siculus* lib. 4. *Bibliothec. & Homerus* v. 190. lib. 15. *Iliad. Serv.* ad v. 143. l. 1. *Æneid. Jupiter & Neptunus, & Dis Pater, Saturni & Opis filii, non de mundi positione certamen inissent, placuit ut imprium sorte dividerent, ita effectum est, ut calum Jupiter,*

*maria Neptunus, Dis Pater inferos sortirentur.* Id ego corrigendum ducerem, legendumque de mundi possessione certamen inissent. Idem l. 10. *Æneid. v. 39. Sors rerum, id est, regnum: nam per sortem inter se fratres Jupiter, Neptunus, & Pluto mundi regna dividerunt.* Vet. Scholiast. *Juvenal.* ad v. 50. sat. 13. *Cum adhuc nec Jupiter regnum calesse reueret, nec Neptunus mare, nec Pluto infera cum Proserpina. Luctat. Placid.* ad l. 8. *Thebaid. v. 169. Claria civitas est, in qua tres dii, id est, Jupiter, Neptunus, & Pluto, mundum dicuntur fuisse sortiti.* *Euhemerus* antiquus historicus, qui ex sacris Inscriptionibus & titulis templorum

gesta deorum colligit, apud Lactantium lib. 1. Divinar. In-  
tit. cap. 11. Ajunt Jovi calum obsequisse, Neptuno mare,  
inferna Plutoni. Cur non terra potius in sortem tertiam ven-  
nit? Sic intellige poetas. Cl. Claudianum l. 1. de Rapru:

*Tertia suprema patior dispendia sortis.*

Valer. Flacc. l. 1. Argonaut.

*Tuque fretum, divosque pater sortite biformes.*

Sil. Italic. l. 17. Punicor.

*- - - Cujus proles terramque fretumque*

*Sideraque & manes, regnorum sorte gubernat.*

P. Virgil. in Æna:

*- - - Sors data calo*

*Prima, sequuta maris, subseditque infima tellus.*

Alb. Tibull. l. 3. eleg. 5.

*Parcite pallentes umbras quicumque tenetis,*

*Duraque sortiti tertia regna Dei.*

D. Aufon. in Mosella:

*- - - Haud ille fuit, cui cura secunda*

*Sortis, & æquoræ cessit tutela tridentis.*

Tellus ad Jovem apud Ovidium l. 2. Metamorph.

*- - - Cur illi tradita sorte*

*Æquora decreverunt?*

L. Sen. Hercule Octavo:

*Et si placerent tertia sortis loca*

*Regnare poteram.*

Quod tamen factum negat Callimachus in hymno Jovis.

Quod licet fabulosis poetarum involucris traditum sit, non

caret tamen antiquitatis insigni ratione. Nam regna olim sorte

inter heredes dividebantur. Id Alexandri successores, mortuo

eo fecerunt. Plutarch. in Eumene. Et Augustus, Antonius,

& Lepidus, orbis terrarum imperium sorte inter se sunt partiti.

Appian. bellor. civil. lib. 1. quin imo & Apolloni in omnes

mundi partes cum Evangelii luce missi, provincias sorte elegerunt.

Ruffin. histor. Ecclesiast. lib. 10. Id consuetudinis Persicæ

suæ fuisse docemur ex Paulo Orosio l. 2. cap. 8. Anno ab urbe

condita 245. Darius, Cyro apud Scythas interfecto, post aliquan-

tem intervallum, sorte regnum adeptus est. Quod Idem in-  
ter Græcos prodidere Herodot. lib. 3. & ex illo Polyænus  
strategemat. l. 7. inique posterior Ammian. Marcellin. lib. 23.  
Gothos idem factitaliè videri posse ex Sidonio Apol-  
linare lib. 6. epist. 6. *Limes Gothicæ sortis.* Et libr. 8. epist.  
3. *Promota limitem sortis.* Lib. 9. epist. 5. *Diversarum sortium*  
*jure revocemur.* In Italia idem juris observatum. Vell. Pa-  
tercul. l. 1. cap. 1. *Per hæc tempora Lydus & Tyrrenus fra-*  
*tres cum regnarent in Lydia, sterilitate frugum compulsi, sor-*  
*titi sunt, uter cum parte multitudine decederet patria, sors*  
*Tyrrenum contigit.* Eadem Servius ad l. 2. Æneid. v. 161.

*- - - Ubi Lydus arva*

*Inter opima virum leni fuit agmine Tibris.*

Et ad illud l. 8. Æneid.

*- - - Lydia quondam*

*Gens bello præclara.*

Denique & in Græcia invaluisse testes sunt Ethocles & Po-  
lynices, qui regnum Thebarum sortis arbitrio inter se di-  
viserunt, ut est apud Diodorum Siculum l. 5. c. 6. & Eu-  
ripidem in Phœnissis. Quod voluntate patris factum narrat

Julius Hyginus Fabular. cap. 67. L. Sen. Thebaid. act. 2.

*Jam regna repetens frater ex pacto venit.*

Siat. Papin. l. 1. Thebaid.

*- - - Jam sorte cadebat*

*Dilatus Polyætiis honos.*

Et lib. 2. Thebaid.

*Quippe animum subit illa dies, qua sorte secunda*

*Fratris, Echionia steterat privatus in aula.*

Et eodem libro postea:

*Quæ sors justa mihi, quæ non indebitis armis*

*Sceptra dicavit honos, tenco.*

Idem in dividendo Mycenarum regno Atteus & Thyestes

administerunt. L. Sen. Thyeste act. 1. in Choro:

*Alternæ scelerum ne redeant vices.*

Plura fuisse infra l. 4. cap. 11. Ubi de Neptunilibus, sive

Neptuni feriis agetur.

## CAPUT XIV.

## De Genio.

SEquitur inter Deos selectos GENIUS, de quo non omnes idem sentiunt. Sextus Pompejus Festus:  
*Genium* appellabant Deum, qui vim obtineret rerum omnium gerendarum. Aufustius, *Genius*, in-  
quit, est *Deorum filius, & parens hominum, ex quo homines gignuntur, propter ea Genius meus nomi-*  
*natur, quia me genuit.* Sunt, qui dicant, duodecim signa cœlestia esse *Genios*, universaliores scilicet.  
Nam alioqui suus est cuique loco *Genius*, quem ei faciunt præsidere. Quin & unicuique hominum *Ge-*  
*nius* est. Aurelius Augustinus: *Genius*, est Deus, qui præpositus est, ac vim habet omnium rerum gign-  
endarum. Et paulo post Varronem affirmare dicit, *Genium esse uniuscujusque animum rationalem,*  
*& ideo esse singulos singulorum.* Geniorum etiam meminit præter alios multos Ammianus Marcelli-  
nus, plurimis verbis. Servius Grammaticus triplices *Genios* facit, in 1. Georgicorum Virgilio: *Genium,*  
inquit, dicebant antiqui, naturalem Deum, uniuscujusque loci, vel rei, aut hominis. De *Genio* hominis  
sic Censorinus. *Genius* ita nobis assiduus observator appositus est, ut ne puncto quidem temporis  
longius abscedat, sed ab utero matris acceptus, ad extremum vitæ diem comitetur. Appellatum au-  
tem hoc numen *Genium* ait, sive quod in ejus tutela, ut quisque natus est, vivit: sive quod, ut gene-  
remur, curet: sive, quod una gignatur nobiscum: sive etiam, quod nos genitos suscipiat ac tueatur.  
Cæterum veteres unicuique hominum duos *Genios* attribuebant, alterum bonum, alterum malum;  
non aliter atque nos ex sacris literis edocti scimus, unumquemque suum *Angelum* custodem habere,  
& contra malum *Angelum*, insidiatorem. Docet id præter alios Servius Grammaticus in hoc Vir-  
gili, *Quisque suos patimur Manes:* Cum nascimur, inquit, duos *Genios* fortimur, unus est, qui  
hortatur ad bona; alter, qui depravat ad mala, nec incongrue dicuntur *Genii*, quia cum unusquis-  
que genitus fuerit, ei statim observatores deputantur: quibus assistentibus post mortem, aut asserimur  
in meliorem vitam, aut condemnamur in deteriorem: per quos aut vacationem mereamur, aut redi-  
tum in corpora. Ergo Virgilius *Manes*, *Genios* dixit, quos cum vita fortimur. Censorinus scribit,  
à nonnullis binos *Genios* in his duntaxat domibus, quæ maritæ essent, colendos creditum esse. Alii  
*Genios* proprie masculis, Junones fœminis affirmarunt, qua de re alibi erit dicendi locus.

Si.

Simulachrum *Genii* fuit varium, interdum effingebatur imagine serpentis: interdum puerili, vel juvenili forma. Interdum etiam senis, ut apud Cebetem. Coronabatur vero *platani* foliis, utpote arboris genialis. *Albins Tibullus* poeta ita cum suis versibus exornat:

*Ipse suos adsit Genius visurus honores,  
Cui decorent sanctas flores ferta comas.  
Illius è puro destillent tempora nardo,  
Atque satur libo sit, mædeatque mero.*

In vetustis nonnullis monetis Trajani & Adriani, aliorumque Principum, *Genius* pateram dextra supra aram porrigere, quæ ara esset fertis ornata: læva vero manu propendulum flagellum, vel simile quiddam tenere videbatur.

*GENIO* res sacra fiebat mero ac floribus, cujus rei causam explicant *Varro* & *Censorius*, his ferè verbis: id moris inquirunt, institutique majores nostri tenuerunt, ut cum die natali munus annuale *Genio* solverent, manum à cæde & sanguine abstinere, ne die, qua ipsi lucem acceperint, aliis demerent. Et addit *Censorinus*, quod sacro *Genio* factò, neminem oportuerit ante gustare, quam eum, qui sacrum fecisset.

De genis plurima habet *Plutarchus* in eo Commentario, in quo disputat, cur oracula edi desierint, ubi etiam docet alium *Genium* alio & virtute, & sapientia, & viribus præstitisse.

In descriptione XIV. regionum Urbis mentio fit ædiculæ *Genii Liberorum*, & ædiculæ *Genii Larivum*, regione VI. Sacelli *Genii Sangi* regione VII. A quibus autem condita fuerint, vel mihi non liquet. Hactenus de *Genio* diximus, quibus, antequam ad alia accedamus, adjicimus quædam de *Penatibus* & *Laribus*, quia vicina numina fuerunt. Ac de *Penatibus* primum.

### P E N A T E S.

*PENATES*, quasi *penites*, quod penitissimi Dii sint & proprii. *Macrobio* illorum sententia placet, qui *Deos Penates* dixerunt, per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. Itaque *Penates* sunt præsidēs & custodes Dii. *Cicero* existimat *Penatum* nomen à penu dictum esse, quod vocabulum significet omne id, quo homines vescuntur, vel ab eo, quo penitus insideant: ex quo etiam *Penetrales* a Poëtis dicantur. Varia *Penatum* genera fuerunt. Alii *Penates* totius generis humani, quales putarunt esse *Pallada* summum æthera, *Fovem* medium æthera, & *Funonem* infimum: alii *Penates cæli*, ut *Martianus Capella* in nuptiis ludit: alii terræ, alii cujusque civitatis: alii cujusque domus. Sed ut de *Penatibus* dicam, quos *Æneas* in Italiam portavit, quorumque templum in octava Urbis regione collocatur, quinam illi fuerint, inter auctores non convenit: alii enim volunt *Neptunum* & *Apollinem* eos esse; de quibus legitur, quod muros Trojanos extruxerint: alii *Vestam* dicunt: alii alios. *Dionysius Halicarnassens* refert, se vidisse Romæ in templo obscure & humili, quod non procul à foro abist, simulachra Deorum Trojanorum, cum hæc inscriptione, *Denates*, per quod vocabulum *Penates* intelligat, quia verisimile sit, veteres ante inventum P. pro eo literam D. usurpasse. Fuisse autem duos hastatos juvenes, habitu sedentium, admodum antiqui operis, & addit similia horum Deorum simulachra, militari habitu, etiam in multis aliis templis conspici. *Ludovicus Vives* dicit, putare se *Vestam* non tam fuisse ex *Penatibus*, quàm *Penatibus* additum focum, & duos illos juvenes, de quibus *Dionysius* loquitur, putat esse *Castorem* & *Pollucem*, quos tamen negat *Penates* Trojanorum fuisse, cum sub ipsum bellum Trojanum, rapta jam Helena, primum vitæ concesserint. *Penatibus* & *Vestæ* Dictator, cæterique Magistratus Romani, quo die dignitatem inibant, sacra faciebant.

### L A R E S.

*LARES* sunt Dii domestici: unde & pro ædibus ipsis accipiuntur, atque hinc *Lar familiaris*, qui ab antiquis, teste *Plauto*, in canis figura efformabatur. Fuerunt *Lares Maniæ* filii, quemadmodum *Varro* & *Macrobius* docent. *Ovidius* in Fastis, *Mercurii* & *Laræ Nymphæ*, quæ & *Muta* dicta est, filios eos facit. *Lactantius* & *Ausonius* *Larundæ*. De *Lara* verò, sive *Larunda*, hæc fabula narratur, quod *Nympha* hæc *Tiberiona* fuerit, cui ab *Jove* lingua sit abscissa, quod *future* cum *Jove* concubitus *Junoni* indicasset. Quæ cum postea à *Jove* *Mercurio* tradita esset, ut ad inferos eam deferret, *Mercurius* inter eundem formam puellæ illectus, rem cum ea habuit, unde nati sunt gemini *Lares*. *Arnobius* scribit, *Lares* vicorum atque itinerum Deos esse, ex eo, quod Græci vicos cognominant *Lauras*. *Nigidius* modò tectorum domuumque custodes, modo *Curetas* illos, qui occultasse perhibentur aribus *Jovis* vagitum, *indigetes Samothracios*. De simulachris ipsorum *Plutarchus* scribit, *Laribus*, quos proprie *Præstitæ* vocant, canem assistere: ipsosque *Lares* canina pelle vestiri, ejusque rei hanc ponit causam: cum scilicet custodia & curæ domus committantur, convenire eos alienis terrori, domesticis autem mansuetos, qualis sit natura canum. Addit & alteram causam, quod *Lares* à quibusdam putentur esse *Genii* quidam diri, ac furiarum naturæ affines ad puniendum facti, qui in vitas & familias hominum inspiciant: itaque canum

canum exuviis eos vestiri, & canem eis assidere, ut puta qui sint callidi ad scrutandum & ulciscendum malorum facinus. Solebant & coronari Lares. De cultu eorum suo dicemus loco.

In VIII. Urbis regione templum, sacellum, & delubrum Larium fuerunt: fuit item lucus Larium, & sacellum eorundem in Velia regione x. Primus Laribus ædem vovit & extruxit T. Tatius Sabinorum Rex, teste Varrone.

LARIBUS PERMARINIS in campo Martio ædem vovit bello contra Antiochum Regem L. Æmilius Regillus. quæ annis undecim post dedicata fuit, supra cujus ædis valvas tabula cum hoc titulo fixa est: *Duello magno Regibus dirimendo \* caput \* subigendis \* patrandæ pacis \* hæc pugna exequenti L. Æmilio M. F. Regillo Pratori auspicio, imperio, felicitate, ductuque ejus inter Ephesum, Samum, Chiumque classis Regis Antiochi ante diem XI. Kalend. Jan. victa, fusa, contusa, fugataque est, ibique eo die naves longa cum omnibus sociis capta XLII. ea pugnata Rex Antiochus, regnumque ejus \* ejus rei ergo ædem Laribus Permarinis vovit.* Eodem exemplo tabula in æde de Jovis in Capitolio supra valvas fixa est. Hæc Livius l. 40. Quæ quidem misere depravata sunt: quæ Carolus Sigonius ad hunc modum ex parte restituit. Permarinos autem Lares vocavit L. Æmilius, quia in mari sibi adfuerant.

Aram Laribus Præstitibus dicavit Curius, quod præfuisent mœnibus Urbis, auctore Ovid. lib. 5. Fastor. Sed de his hætenus.

AD CAP. XIV. PARALIPOMENA.

De Genio, ejus cultu. sacrificiis, statua.

Genium virorum esse tutelam & veluti præsidem, supra exposui, ut & mulierum Junonem, cap. 6. hoc libro. Nunc dicendum non modo hominum, sed & regionum, regionum, urbiumque esse Genios. Plutarch. lib. de Otacul. def. τὸ τῶν δαίμωνων γένος ἐν μίᾳ τῶν καὶ ἀνθρώπων. Demonum genus in medio inter Deos & homines. Genios exponit & nuncios inter Deos & homines Plato apud eundem lib. de Itide & Oliride. Jan. Parthaf. in Milonianam. Servius Maurus ad v. 742. lib. 6. Æneid. Manes esse vult. Et Genius Larum in 6. reg. ponitur à Sexto Ruso. Q. Symmachus in Relatione sua ad AAA. pro restaurando deorum gentilium cultu: *Suis cuique mos, suis cuique ritus est, varios custodes urbibus civitatis mens divina distribuit, ut animæ nascentibus, ita populis fatales Genii dividuntur.* Et obsessis Hierosolymis audita vox est, nomen urbis alio migrare, id est, Genium. Nicephor. Histor. Ecclésiast. lib. 3. c. 4. Et inter Ethnicos C. Tacit. lib. 5. Historiar. Tertull. lib. de Idololat. Anton. Delr. in Troadas L. Sen. observat. Et huc trahit illud ejusdem poetæ act. 1. sc. 1. Troad.

Superique testes sceleris, & quondam sacrum Regni jacentis.

C. Petron. in Satyr.

Peritura Troja perdidit primum deos.

Sil. Italic. carm. 7. v. 475.

Fortuna priorem Arripit Genium.

Cl. Claudian. Epist. ad Serenam:

Quid non proficient scribentis voce Serenæ,

Vel Genius regni, vel pietatis amor.

Aurel. Prudent. lib. 2. in Symmachum:

Aut fatum aut Genium, cujus moderamine regnant.

Aufustius vetus scriptor apud Festum Pompejum lib. 7.

Alit Genium esse putarunt uniuscujusque loci Deum. Arnob.

l. 1. cont. gent. Qui Faunos, qui statuas civitatumque Genios, qui Pansas reverentur, atque Bellonas. Vetus lapis

Viennæ cujus hæc sunt verba:

I. O. M. JUNONI. GENIO. LOCI. HUJUS. Q.

CECILIIUS. SECUNDUS. LEG. C. SERE-

NI. PROCOS. GALLIÆ. TRANSALPINÆ.

V. S. L. M.

Et alter lapis:

FORTUNÆ. CONSECRATUM. GENIO-

QUE. HUJUS. LOCI. HONORATE. JUN-

TIBERINIACI. TRIB. MIL. LEG. X. C. PP.

T. CLAUD. VALENTINUS. CORNICULA-

RIVUS. EX. VOTO. AQUIL. ET. Æ. MIL. COSS.

At, si quis hic Deus sit? disquiramus, rem totam, Theologiam-

que Ethnicam aperiet Isidorus Hispalensis lib. 8. Etymologiar.

cap. ultim. Genium dicunt, quod quasi vim habeat omnium rerum

gignendarum, seu à gignendis liberis, unde & geniales lecti dicebantur à gentibus, qui novo marito sternerantur. Cenforin. libello elegantissimo de die Natali c. 3. Genius est Deus, cujus in tela, ut quisque natus est, vivit, sive quod, ut generetur, curat, sive quod una genitur nobiscum, sive etiam, quod nos genitos suscipit ac tuetur, certe à genendo Genius appellatur. Eundem esse Genium & Larem multi veteres memorie prodiderunt, in quibus etiam Grævius Flaccus, in libro, quem ad Cæsarem de Indigetamentis scriptum reliquit. Hunc in nos maximam imo omnem habere potestatem, creditum est. Nonnulli binos Genios in iis dunt axat donibus, que essent marita, colendos putaverunt. Euclides Socraticus duplicem omnibus omnino nobis Genium dicit appositum, quam rem apud Lucilium in libro Satyrarum non licet cognoscere. Et deinde paucis interjectis: Genius autem ita nobis assiduus observator appositus est, ut ne puncto quidem temporis longius abscedat, sed ab utero matris exceptos ad extremum vite diem comitetur. Fest. lib. 7. Genium appellabant Deum, qui vim obtineret omnium rerum gignendarum. Malim legere, ex Cenforino supra, nam gignendarum, vel rerum gignendarum. Sequitur enim infra apud eundem Festum: Genius est Deorum filius, & parens hominum, ex quo homines gignuntur, & propterea Genius mens appellatur, quia me genuit. Et rectissime Nonius Marcel. c. 2. n. 392. Genius generis Deus. Certe enim veteres Geno pro gigno efferebant. M. Cic. l. 2. de Orat. Si mihi filius genitur, isque prius natus, in margine erat pignitur. Et l. 2. de Inventione: Si mihi filius genitur, pluresve, is mihi hæres esto. M. Varro Rei Rust. l. 1. cap. 31. Id ex pabuli segete viridi festum, antequam genat siliquas. T. Lucret. Carus l. 3. apud Priscianum l. 10.

Tantum posse extra corpus durare genique.

Corrigendus idem lib. 1. in eadem dictione:

Nobis est ratio, solis lunæque meatus

Qua fiant ratione, & qua vi quæque gerantur.

Ante male legebatur, quæque gerantur. Laberius poeta in imagine:

Genius generis nostri parens.

Sed elegantissima extat apud Ammianum Marcellinum l. 21.

in hac verba disertatio: Posthæc confessus est convictioribus proximi-

nis, quod tanquam secretum desolutus aliqui dè videre deservit, quod

interdum adfuisse sibi squalidius estimabat, & putabatur Genius

quidam entele salubris appositus, cum reliquisse mundo citius dis-

gressurum. Ferunt enim Theologi in lucem editis hominibus cur-

dis, salva firmitate fatali, hujusmodi quadam velut allus re-

lura numina sociari, admodum tamen paucissimis visis, quos

multiplices auerere virtutes. Idque & oracula & auctores do-

cuerunt præclari, inter quos est etiam Menander Comicus, apud

quem hi senarii duo leguntur:

\* Απαιτι δαιμων ἀνδρῶν τῶν γενεῶν

\* Απαιτις ἐστὶ μουσαγῶνδς τῶ βίῳ.

(Omni homini nascenti Genius totius vite mysticus ductor est)

isidem ex septemtrinis Homeri carminibus intelligi datur non Deos

celestes cum viris fortibus colloquitos, nec adfuisse pugnantibus

vel iurisse, sed familiares Genios cum iisdem versatos, quorum administris precipuis Pythagoras enituisse dicitur, & Socrates. Et de Socratis Genio, seu Damonis liber est Plutarchi. Q. Hor. l. 2. epist. 2. v. 187.

*Seis Genius, natale comes qui temperat astrum,  
Naturæ Deus humana, mortalis in unum-  
quodque caput, vultu mutabilis.*

Sacrificia illi non minus quam aliis diis oblata, & præcipue die natali; libatumque illi interdum mola salsa. Calphurn. Sicul. Eclog. 5.

- - Tu cessite vivo

*Pone focum, Geniumque loci, Faunumque, Laremque  
Salso farre voca.*

Animali hostia; idem Horat. l. 3. od. 17.

- - Cras genium mero

*Placabis & porco hincstri.*

Aut floribus; idem lib. 2. epist. 1. v. 144.

*Tellurem porco: Sylvanum lacte piabant,*

*Floribus & vino Genium, memorem brevis ævi.*

Aut vino solo. A. Persius sat. 6. in limine:

*Funde merum Genio.*

Aut thure. Alb. Tibull. lib. 4. de Natali Chierinthi:

*Magne Geni, cape thura libens, votisque faveto,*

*Si modo cum de me cogitat, ille cadet.*

In quo veru multiplex est lectio. Alii enim legunt, *Mane veni*, alii *mane Geni*. Ut manutinum tempus potior dici pars ei nuncupetur, qui nascentibus lucis exordium præbuit. In secundo versu legunt, *ille valet*, alii, *ille volet*.

Tu lector elige. Plaut. in Persa, sc. Jovi.

*Nunc & amico meo prosperabo, & Genio*

*Meo multa bona faciam.*

Idem corrigendus in Bacchidib. sc. Petulans; ut Dionysius Lambinus admonuit:

*Petulans, protervo, iracundo animo, inadomito, incoagato,*

*Sine modo & modestia sum, sine bono iure, atque honore.*

*Incredibilis, impostque animi, inamabilis, illepidus vivo,*

*Malevolente ingenio natus.*

Legendum est, *Malevolente Genio natus*: quia natis infanribus custos apponebatur, ut dixi, Genius. Similiter mendo laborat P. Terentius Afer Heautontim. act. 3. sc. 1.

*Aut ego profecto ingenio egregie ad miseriam*

*Natus sum, aut illud falsum est, quod vulgo audio.*

Rescribendum censetur Janus Mellerus Palmerius in Spicilegio suo, non male, meo iudicio, imò necessaria correctione:

*Aut ego profecto genio egregio ad miseriam*

*Natus sum.*

Invenio & mentionem Genii centuriæ in antiqua inscriptione, cujus verba apponam ex Wolfzango Lazio lib. 4. Commentar. Reip. Rom. cap. 8.

C. MARCIUS, C. F. SERE. SALVIANUS.  
HORBA. GENIO. CENTURIÆ. COH. X.  
PR. ET. MARI. BASSI. IN. QUA. MILI-  
TAVIT. ANNIS. XIX. VOTO. SUSCEP-  
TO. MISSUS. HONESTA. MISSIONE. PR.  
NON. JANUAR. Q. FABIO. CAPULLINO.  
M. PLAUTO. APRO. COSS. ANIMO. LI-  
BENS. ARAM. SUA. PECUNIA. POSUIT.

Huic Deo & in urbe votum extructumque templum, ut habetur, in Dionis Coccejani narratione libro 50. pag. 423. *Ἐν τῷ ναῷ τοῦ Γενίου τοῦ δῆμος ἰδρύθη. In templo Genii populi confedit.* Idem libro 47. in lumine inter prodigia recenset, *vultures templum Genii P. R. insedissee.* Nec minus in provinciis Genii erecta fana. Nam & Alexandria templum commemorat Ammianus Marcellinus lib. 22.

Inde derivata est consuetudo Genium principis obtestandi. L. Apuleius lib. 9. Mileliar. *Contra committentes; ibi nec usquam eum delitescere, adjuvantes Genium principis, condebant.* Quod interpretatur C. Suetonius in Julio cap. 85. *Interpositio per Casarem iurejurando.* Eleganter C. Ta-

cit. libr. 1. Annal. ad finem: *Rubrio crimini dabatur violatum perjurio nomen Augusti.* Minutius Felix in Octavio: *Est eis tutius per Genium Jovis pejerare, quam regis.* Et Claudius neque crebrius, neque sanctius sibi iusjurandum instituit, quam per Augustum Sueton. in eo c. 11. Q. Flor.

Tertullian. Apolog. cap. 28. *Citius denique apud vos per omnes deos, quam per unum genium Cesaris pejeratur.* Et in eodem opere cap. 32. *Sed & juramus sicut non per Genios Cesarum, ita per salutem eorum, que est augustior omnibus Geniis.* Nescitis Genios demones dici, & inde diminutiva voce demonia? Et pauculis interjectis: *Ceterum demones, id est, Genios adjurare consuevimus, ut illos de hominibus exigamus, non dejerare, ut illis honorem divinitatis conferamus.* Ita intelligendus Ulpian. l. 12. ff. de iurejurando, si quis iuraverit in re pecuniaria per Genium principis, dare se non oportere, & pejeraverit, sufficiens eum esse castigandum. Alexander Aug. l. 2. c. de reb. cred. *Esti per principis venerationem quodam calore fuerit pejeratum, inferri non placet.* Itaque principis nomen venerationemque violare censebatur, qui per Genium eius pejerarent. Sic accipe M. Lucanum de Pompejo suo lib. 7.

*Inque Deum templis iurabit Roma per umbras.*

*Claud. de bello Gildon.*

- - Venerabilis illi,

*Gen præses nomenque vocor.*

Et de 6. Hon. consul.

- - Juratur Honorius absens,  
Sed de iurejurandi formulis, auctoritate & ritu dicam infra hoc opere abundantissimè, Deo duce. Genio huic loci sacra reduces instituebant, eumque tanquam custodem soli, ut propitius foret, venerabantur. Rem multi inter Criticos notant. Q. Symmach. l. 5. epist. 72. *Octava demum die, multa cluclatus itineris difficultate, Larem patrum salutavi.* Scholiast. Apollonii in fine l. 2. Argonautic. Stephan. de urbis. in *βιβλίῳ τριῶν*, Sic Æneas Italiam saluaturus lib. 7. Æneid.

- - Frosidenti tempora myrto

*Implicat, & Geniumque loci, primamque deorum*

*Tellurem, Nymphas, & adhuc igitur precatur*

*Flumina.*

Sil. Italic. lib. 6.

- - Nymphas, numenque precamur

*Gurgitis ignoti.*

Ovid. lib. 3. Metamorph. Fab. 1.

*Cadmus agit grates, peregrineque oscula terra*

*Figit, & ignotos montesque agroque salutat.*

M. Acc. Plaut. Bacchidib. sc. Herilis:

*Herilis patria salve, quam ego biennio*

*Postquam hinc in Ephesum abii, conspicio libens.*

Et Cydippe ad Acontium apud Ovid. in epist.

*Protinus egressæ, superis quibus insula cura,*

*Flava salutatis thura merumque damus.*

Hanc sive tutelam, seu regionis numen, seu denique genium, anguis specie depingebant. Isidor. l. 12. Origin. cap. 4. *anguis autem apud veteres per Geniis locorum erant habitus semper.* Et sic describunt poetæ. Virgil. l. 5. Æneid. post ambitiosam serpentis descriptionem, subdit deinde:

*Incertus Geniumque loci, famulumque parentis*

*Esse putet.*

Et non minori pompa idem non tentat modo, sed asequitur etiam Statius lib. 5. Thebaid.

*Interea campis, nemoris sacer horror Achai,*

*Terrigena erigitur serpens, tralique soluto*

*Immanem sese vebit, ac post terga relinquit.*

Et paucis interjectis:

*Inachio sanctum dixere Tonanti*

*Agricola, cui cura loci, & silvestribus aris*

*Pauper honos.*

Sext. Propert. lib. 4. eleg. 8.

*Lanuvium amos vetus est tutela Draconis.*

Persius sat. 1. & interpretet:

*Pinge duos angues, pueri, sacer est locus, extra*

*Mejite.*

## De Orco sive Plutone, &amp; reliquis Diis inferorum, Parcis, &amp; Furiis.

INTER Deos selectos, sive præcipuos, & *Orcus* fuit, quem ab *urgendo* dictum volunt: tametsi quidam Græcum potius nomen putavere, à juramento deductum, & cum aspiratione scribunt *Horcum*. Festus. *Orcum*, quem dicimus, ait *Verrius*, ab antiquis dictum *Vragum*, quod & V. literæ sonum pro O, efferebant, & per C, literæ formam nihilominus G, usurpabant; sed nihil affert exemplorum, ut ita esse credamus, nisi quod is Deus nos maxime urgeat. Hactenus ille. *Orcum*, ait *Varro* apud *Augustinum*; terrenam & infimam partem mundi esse putabant. Hic fuit Saturni filius, *Jovis* & *Neptuni* frater, alio nomine *Pluto* nuncupatus à divitiis.

*PLUTO* nuncupatur à divitiis; *πλοῦτος* enim *divitiis* significat, quas veteres solis terris deputari credebant. Extat elegans distichon, quo comprehenduntur nomina trium illorum fratrum Deorum, *Jovis*, *Neptuni* & *Orci*, sive *Plutonis*, & quomodo imperium paternum inter se dividerint:

*Jupiter astra, fretum Neptunus, tartara Pluto,  
Regna paterna tenent tres tria, quisque suum.*

*ORCUS* sive potius *ORCUM*, genere neutro, dicebatur etiam locus inferorum. Cur autem veteres *Plutoni* imperium inferorum, & hominum mortuorum tribuerint, docet *Diodorus Siculus* lib. 6. cum scribit: *Plutonem sepulchrorum, funerum, atque honorum, qui mortuis impenduntur, usum introduxisse, cum antea nulla eorum apud homines esset consuetudo. Quæ causa extiterit, ut vitæ functis dominari sit existimatus, antiquitate illi hujus cura principium tribuente.* Cæterum & aliæ hujus Dei appellationes erant: dicebatur enim *Dis Pater*, *Summanus*, *Altor*, *Rusor*, & *Februus*.

*Dis* appellatus est, ut ait *Cicero*, quod terrena vis omnis ac natura ipsi dicata putaretur: nam & omnia in terras recidunt, & ex iis oriuntur. Alii tamen, ut est apud *Fabium Quintilianum*, inde *Ditem* vocatum volunt, quod minime dives sit. Mortui enim omnibus exuti bonis credebantur.

Idem etiam *SUMMANUS* erat, quasi *summus Manium*, cui (ut *Plinius* scribit) attribuebantur nocturna fulmina. Hujus simulachrum fictile in fastigio templi *Jovis Opt. Max.* fuit, quod cum cœlo ictum esset, nec usquam ejus caput inveniretur, haruspices in Tiberim id depulsum esse dixerunt: idque inventum est eo loco, qui est ab haruspicibus demonstratus. *Cic.* de *Divinat.*

*ALTOR* dictus, quod ex terra alantur omnia, quæ nata sunt.

*RUSOR*, quod rursus cuncta eodem revolvantur.

*FEBRUUS* appellatus est à purgationibus & lustrationibus funerum, de quibus alibi. *Ædes Orci* in x. Urbis regione fuit.

*Summani* sacellum fuit in regione viii.

*Ædes* autem in regione xi. quam vocit *Titus Tadius Rex*, *Varrone* teste.

*ORCI*, sive *Plutonis* uxor *Proserpina* fuit, *Cereris* filia, cujus paulo ante in *Cereris* historia meminimus.

*PLUTONI* adduntur *Parca* & *Furie*, de quibus uno atque altero verbo.

*PARCAS* nomen habere volunt *κατὰ τὴν ἀντίφρασιν*, quod nemini parcant: & tres numerant, *Clotho*, *Lachesis*, *Atropos*; quarum *Clotho* colum teneat, *Lachesis* fufum, *Atropos* filum rumpat: vitæ cursum statumque designantes. Unde versus ille;

*Clotho colum retinet, Lachesis net, & Atropos occat.*

*Fulgentius*; *Tria*, inquit, ipsi *Plutoni* destinant fata, quarum prima *Clotho*, secunda *Lachesis*, tertia *Atropos*. *Clotho* enim Græcè, *Evocatio* Latinè dicitur: *Lachesis* verò fors nuncupatur: *Atropos* quoque sine ordine dicitur: hoc sentire volentes, quod *prima*, sit natiuitatis evocatio: *secunda*, vitæ fors, quemadmodum quis vivere possit: *tertia*, mortis conditio, quæ sine lege vivit. Hæc ille. Græci aliter de *Parcis* scribunt, quæ apud *Lilium Gyvaldum* videri possunt. *Hesiodus* auctor est, *Noctis* & *Erebi* filias esse, propter occultam & abdicatam fatorum vim. *Varro* apud *Agellium* lib. 3. c. 17. scribit antiquos *Parcis* nomina fecisse à *pariendo*, & à nono atque decimo mensè. Nam *Parca*, inquit, immutata litera una, à partu nominata: item *Nona* & *Decima*, à partus tempestivo tempore. *Cesellius* autem *Vindex* in lectionibus suis antiquis: *Tria*, inquit, nomina *Parcarum* sunt, *Nona*, *Decima*, *Morta*. Et versus hunc *Livii* antiquissimi Poëtæ ponit ex *Odyssæa*:

*Quando dies adveniet, quem profata Morta est.*

Sed homo minime malus *Cesellius*, *Mortam* quasi nomen accepit, cum accipere quasi *μολπην* deberet. Atque hæc quidem ille.

*FURIAE*, etiam Græcè *Erynnies*, *Plutoni* deserviebant, quibus veteres commotæ mentis affectus adumbrabant, proptereaque furoris Deas existimabant. Semper verò virgines etiam proverbio dictæ, quod cum malefactorum ultrices sint, facile corrumpi non possint, quin etiam pœnas de delinquentibus sumunt. *Suidas*. Erant autem tres *Furiæ* sorores, *Alecto*, *Tisiphone*, & *Megara*, quidam & quartam addunt *Lysiam*, id est,

est, *Rabiem*. *Isidorus* de Furiis sic scribit. Ajunt & tres *Furias* antiqui, fœminas crinitas serpentibus, propter tres effectus, qui in animis hominum multas perturbationes gignunt, & interdum cogunt ita delinquere, ut nec ad famam, nec ad periculum sui respectum habere permittant. *IRA*, quæ vindictam cupit. *CUPIDITAS*, quæ desiderat opes. *LIBIDO*, quæ appetit voluptates, quæ ideò *Furia* appellantur, quòd stimulis suis mentem feriant, & quietam esse non sinant. Rectè de Furiis *Cicero* in 1. de Legibus: *Agitant & insectantur impios Furia, non ardentibus tadis, sicut in fabulis, sed angore conscientia.* Atque hæc quidem de Diis inferiorum repetere hoc loco volumus. Plura qui cupit, legat *Lilium Gyraldum* Syntagmate 6. historix Deorum Gentilium, & alios.

## CAPUT XVI.

## De Fortuna.

**E**xplicatis Diis Majorum gentium, quos & *Selectos* dicebant, eorum historia nunc nobis pertexenda est, qui ex hominibus inter Deos relati sunt, quique communi nomine *Indigetes* dicuntur. De quibus tamen antequam dicere aggrediar, videor mihi non absurde facturus, si de *Fortuna* cultu, & templis nonnihil in medium afferam, quæ licet inter *Selectos* Deos à veteribus non sit numerata, credita tamen ab iisdem vel potentissima fuit, & pluribus nominibus ornata, id quod *Juvenalis* graviter reprehendit, inquires:

*Nullum numen abest, si sit prudentia: sed te  
Nos facimus, Fortuna, Deam, cœloque locamus.*

Et *Plinius* lib. 2. cap. 7. *Toto*, inquit, *mundo & locis omnibus, omnibusque horis, omniumque vocibus Fortuna, sola invocatur, & una nominatur, una accusatur, una agitur, una cogitur, una laudatur, una arguitur, & conviciis colitur, volubilis vero à plerisque & cæca existimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorumque faulrix: huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium sola utramque paginam facit: adeoque obnoxia sumus sortis, ut Sors ipsa pro Deo sit, quæ Deus probatur incertus.* Hactenus *Plinius*. *Fortunam* definiere quidam accidentium rerum subitum ac inopinatum eventum. Verum plurimorum & *Oratorum*, & *Poëtarum*, & aliorum *Scriptorum* dicta & testimonia de *Fortuna* coacervare, nobis propositum non est; reperiuntur illa alibi. Satis est scire, potentissimum id numen creditum fuisse, quemadmodum etiam servus ille *Pseudolus* apud *Plautum* testatur:

*Centum doctum hominum consilia hæc devincit Dea  
Fortuna, atque hoc verum est, perinde ut quisque Fortuna utitur,  
Ita praellet, atque exinde sapere eum omnes dicimus.*

Jam vero, quod institutum, cognomina *Fortuna* recitabimus, & quæ illi templa consecrata fuerint, quantum ex veterum monumentis cognoscere poterimus, ostendemus. Etenim permulta ei, quemadmodum *Plutarchus* ait, antiqua & splendida omnis generis fere honoribus posita sunt templa, & permixta partibus, ac locis *Romæ* potissimis.

Primus *Romæ Fortuna* templum dedicavit *Ancus Martius* sorore *Numæ* natus, quartus à *Romulo* Rex. Videturque *Fortunam* cognomen fecisse *Fortitudini*, cui ad obtinendam victoriam *Fortuna* plurimum confert. *Plutarchus* *Commentario de Fortuna Romanorum*. Consecravit autem *Fortunam virilem*, id quod idem auctor lib. eodem docet his verbis: *Virilis Fortuna templum ab Anco Marcio quarto Rege est adificatum, nomenque inde petatum, quod ad Victoriæ parandam Fortitudini Fortuna plurimum adfert adjuvanti.* Meminit hujus templi præter alios *P. Victor* in descriptione xvi. *Urbis regionum*.

Post *Ancum* religiose *Fortunam* coluit, & plurima templa ei posuit *Servius Tullius*, qui omnium regum maxime & potentiam auxit populi, & *Republicam* ornavit, ordinemque census, ordinem militiæ instituit, primusque censor & inspector vitæ ac modestiæ civium fuit; creditusque est vir fuisse fortissimus ac prudentissimus: is se ipsum ad *Fortunam* rejecit, eique regnum suum acceptum tulit: ita ut etiam cum eo consuescere *Fortuna* putaretur per fenestellam in domum ejus descendens. Is ergo *Fortuna* templa posuit *Primigenia*, *Obsequentis*, *Privata*, & *Viscosa*, quarum appellatio- num rationes paucis annotabimus.

*PRIMIGENIÆ FORTUNÆ* templum in *Capitolio* fuit, *Plutarcho* teste, qui in *Quæstionibus Romanis* causam, cur hoc nomine à Romanis colatur, inquirens, ait, ideo id fieri, vel quod ejus beneficio, *Servio* *Tullio* ex ancilla nato, *Romæ* regnum obtigerit: vel potius, quod ipsi *Romæ* sui ortus initia suggererit, vel quod omnium rerum principium sit *Fortuna*, & quod natura ex eventis fortuitis constituatur, quando fortuita eventa ordinem inter se sortiuntur. *Dio*. lib. 42. scribit *Primigeniam dictam*, quod omnia quæ ante oculos ac post se posita sint, cernat atque expendat, moneatque debere unumquemque meminisse, à quibus majoribus ortus, qualisque ipse sit.

Fuit & alia *Fortuna primigenia* ædes, vota à *P. Sempronio* *Consule* cum *M. Cornelio* *Cethego*, anno *DCXLIX*. bello secundo *Punico*, quem ipse *Censor* postea locavit in colle *Quirinali*. *Q. Marcius* *Ralla*, *Duumvir* ad id ipsum creatus, dedicavit, anno *DCLV*. decem annis postquam vota erat. *Livius* lib. 26. & 34.



OBSEQUENS FORTUNA dicta est, quasi indulgens, vel clemens. Hujus ædes fuit in regione octava.

PRIVATÆ FORTUNÆ, sive propriæ, delubrum in Palatio à Servio fuit excitatum. *Plutarchus.*

PUBLICA FORTUNA in valle Quirini, quæ inter Esquilias fuit & Quirinalem collem, culta est. *Ovidius* meminit 4. Factor.

VISCOSA dicta, quod nos eminus captet, & rebus adhibeat. *Plutarch.* in Quæstionibus Romanis, & Commentariolo de *Fortuna Romanorum*. Ædes hæc collocatur à P. Victore in regione Urbis XIV.

PARVA dicta ab eodem *Servio*, vel quod initio humilis & obscurus, matre natus captiva, *Fortuna* beneficio ad regnum Romæ evectus fuerit: vel quod significare voluerit *Servius*, animum rebus esse advertendum, nihilque eorum, quæ offeruntur, ob parvitatem esse negligendum. *Plutarch.* in Quæstionib. Rom. quæst. 47.

MASCULÆ FORTUNÆ ædes, quæ prope templum Veneris fuit, meminit *Plutarchus* Commentariolo de *Fortuna Romanorum*, dedicata est à Servio.

BARBATÆ FORTUNÆ ædem in Regia sua *Tullius* habuit.

Fuerunt & *Fortune Bonæ spei, averrunctæ, blanda, convertentis, bene sperantis, & virginis* à *Servio* *Tullio* ædes extructæ, & consecratæ. *Plutarchus* in Quæstionibus Rom. quæst. 74.

DUBIÆ FORTUNÆ vicus in Aventino fuit, in regione Urbis XIII. ut *P. Victor* tradit.

PLEBEJÆ FORTUNÆ templum etiam à *Servio* conditum est, quod is ex plebe ad Imperii gubernationem venerit. *Ovid.* 6. Factor.

*Plebs colit hanc: quia qui posuit, de plebe fuisse*

*Fertur, & ex humili sceptræ tulisse loco.*

FORTUNA MULIEBRIS, culta, eique templum constitutum est, in memoriam liberatæ Urbis ab obsidione *C. Marci Coriolani*, intercessione *Veturia*, & *Volumnia*, quam historiam prolixè describunt *Dionysius Halicarnassens* lib. 8. *Plutarchus* in *Coriolano*, & alii, qui etiam annotant, *Fortuna* hujus simulachrum, cum dedicatum esset matronis præsentibus, bis Latinè locutum esse, his verbis: RITE ME MATRONÆ DEDICASTIS. *Valerius Maximus* lib. 1. cap. 8. *Fortuna* etiam *Muliebris* simulachrum, quod est via Latina, ad quartum miliarium, eo tempore cum æde sua consecratum, quo *Coriolanum* ab excidio Urbis maternæ preces repulerunt, non semel, sed bis locutum constitit, his pene verbis: RITE ME MATRONÆ VIDISTIS, RITEQUE DEDICASTIS. Addit *Dionysius*, mulieres monitu primæ sacerdotis hunc morem instituisse, ne simulachrum hoc à nuptis coronaretur, neque à viduis: sed ut solis recens nuptis, hoc honoris & ministerii tribueretur. Plura apud *Dionysium* vide.

EQUESTRI FORTUNÆ ædem *Q. Fulvius Flaccus* Prætor in Hispania eo die, quo postremum cum Celtiberis pugnavit, vovit: eandem Cenfor locavit, eoque studio fecit, ne ullum Romæ amplius aut magnificentius templum esset, qua de causa *Junonis Lacinia* ædem in *Brutiis* ad partem dimidiam detexit, ut ædem suam ornaret tegulis illis, quæ erant marmoreæ. *Livius* lib. 41. & 42. Collocatur hæc ædes à *P. Victore* in regione Urbis IX. *Corn. Tacitus* autem lib. 3. *Annal.* scribit, *Tiberio* Romæ imperante, nullum ibi *Fortuna Equestris* templum fuisse: quod certe mirum est.

FORS FORTUNA quæ à plerisque *Fortis Fortuna* appellatur, non recte, à *Servio Tullio* consecrata est, qui ei primus ædem fecit, extra Urbem in ripa Tiberis, quam bello Hetrusco vel auxit, vel restituit *Carvilius*, multoque post *Claudius Tiberius* Imperator. Hanc Deam colebant qui sine arte aliqua vivebant. Vide *Donatum* in *Terentii Phormionem*, & in eundem *Georgium Fabricium*, itidem hujus Romam cap. 9.

FORTUNA hujusce diei consecrata à *Q. Catulo* est, docet *Plutarchus* in *Mario*, de bello Cimbrico agens: Vovit *Catulus* etiam sublatis manibus, se consecraturum *Fortunam* illius diei. Ad hujus Deæ ædem signa feminuda fuisse à *Pythagora Samio* pictore facta, *Plinius* lib. 34. cap. 8. scribit: ubi tamen pro *Fortuna* hujusce diei, perperam legitur, *Fortuna* hujus Deæ, quem errorem observarunt, ac notarunt *Adrianus Turnebus* *Adversariorum* lib. 16. c. 12. & *Paulus Leopardus* *Emendationum* lib. 1. cap. 14. *Fortunæ* hujusce diei etiam meminit *Cicero* lib. 2. de legibus.

FORTUNÆ MALÆ templum, seu (ut *Cicero* ait) ara consecrata in Esquiliis fuit, de quo apud suspectum sibi scriptorem se legisse, scribit *Livius*.

FORTUNÆ SEIÆ ædem extruxit *Nero* Imperator, de quo *Plinius* l. 37. cap. 22. A *Nerone* principe in Cappadocia repertus est lapis duritia marmoris, candidus atque translucens, etiam qua parte fulvæ inciderant venæ, ex argumento *Phengites* appellatus: hic construxerat ædem *Fortuna*, quam *Seiam* appellatione dicebat, à *Servio* Rege sacratam, aurea domo complexus: quare etiam foribus opertis interdiu claritas ibi divina erat, haud alio, quam specularium modo, tanquam inelusa luce, non transmissa. Unde cognomen hoc habuerit, incertum.

MAMMOSA FORTUNÆ ædes fuit in capite viæ Novæ, à qua etiam vicus nomen accepit: dicta vel ab ubertate, vel à forma statuæ.

FORTUNÆ REDUCIS templum à Domitiano factum est. *Martialis* lib. 8. Ara etiam Fortunæ reduci consecrata Romæ est, ob reditum Augusti. *Dion.* lib. 54. Atque de *Fortuna* hæc jam sufficiant.

## AD CAP. XVI. PARALIPOMENA.

## De Fortuna Dea, ejus cultu, cognominibus, simulachro.

**A**B Anco Martio à Romanis cultam Fortunam ex historica constat relatione, quam varie, docet ex infinitis scriptorum locis diligentissime collatis Andreas Tiraquellus in *Alexandrum Neapolitanum* lib. 1. c. 13. *Lactant. Fimian.* l. 3. *Divinar. Inst.* cap. 23. *Simulachrum Fortune cum copia & gubernaculo fingitur, tanquam hæc & opes tribuat, & humanarum rerum regimen obtineat.* *Suid.* in voce ἀστυλοσ. *Françis. Luitin.* *Parer.* l. 1. cap. 22. Alas ad incontentiam notandam appositas habebat. *Q. Horat.* lib. 3. od. 29.

*Si celeres quatit*

*Pennis, resigno, que dedit.*

Etiam ejus inconstantia, levitas cæcitasque tempore antiquissimo memorata. *Aristor. Problem.* 8. sect. 29. *Pacuvius* poëta, ut retulit *lib. 2. Rhetoricor. ad Herennium* seu *Cornificius*, seu quilibet alius, certe *Ciceronis* non illud est opus, certe varia ejus cognomina complectitur:

*Fortunam insanam esse, & cæcam, & hinc perhibent philosophi*

*Saxoque illam globoso instare prædicant volubili,*

*Malum legi, volubilem.*

*Ideo, quo saxum impulerit Fors, cadere eo Fortunam autumat.*

*Cæcam ob eam rem esse iterant, quia nihil cernat, quo sese applicet, insanam autem ajunt. Quia atrox, incerta, instabilisque sit.*

*Brutam, quia dignum atque indignum nequeat interuoscere. Sunt alii autem Philosophi, qui contra Fortunam negant esse ullam, sed temeritate omnia autument regi, id magis*

*Verisimile esse ajunt, quod usus reapse experiendo edocet:*

*Velut Orestes modo fuit rex, modo mendicis factus est:*

*Nansragio res contigit; nempte ergo haud Fortuna obtigit.*

*M. Manil. Astronom.* lib. 4. in lumine:

*Fortunæve suis invitam prædere votis,*

*Aut fugere instantem.*

**C. Petron.** in *Satyrico:*

*Rerum humanarum divinarumque potestas*

*Fors.*

*Auson. Epigr.* 133. in *Profestorib.* *Carm.* 19. *Eidyllio* 7. & alii sæpe. Mirum mihi, veteres quosdam tantum potentia & auctoritatis illi attribuisse, ut unicam rerum humanarum, adeoque etiam actuum nostrorum dominam, non modo arbitram eam fingerent. Res notissima, & mihi dicta ad principium libri 1. in *Ruffinum*, apud *Claudiam*, cujus versus correctione egentes apponam:

*Vacuo qui currere semina motu*

*Affirmat, magnæque novas per inane figuras*

*Fortuna, non arte regi, qui numina censet*

*Ambigua, vel nulla putat, vel nescia veri.*

Optime *MS.* meus codex:

*Qui numina sensu*

*Ambiguo, vel nulla putat, vel nescia nostri.*

Mirum inquam, illud mihi videtur, quam in perfectissimo illo humani ingenii opere *Homerus* nusquam ejus meminerit, quod à *Joanne Spondano* observatum video, licet *futilibus* in divinum poetam curis. Sed ante illum jam prodiderat *Salisburyensis* lib. 3. *Policrat.* cap. 9. *Siquidem hæc (malum legere huic, id est, Deo) adscribenda sunt omnia, potius quam Fortuna, que aut ab ipso, aut quod magis reor, omnino non est. At enim Ethicus (Valerius Caro:)*

*Noli Fortunam, que non est, dicere cæcam.*

*Homerus quoque in illo celeberrimo perfectionis opere, dedignatus est nosse Fortunam, adeo quidem ut in nulla parte tanti carminis*

*nominetur; maluit enim soli Deo, quem Morphan nominavit, universa regenda committere, quam ut aliquid adscriberet temeritati Fortunæ, quam atque sic consuetudine esse Deam, sicut certum est dii & piagi cæcam. Frustra ergo cæcitas ejus arguitur, quia in rerum natura inveniri non potest. Locus corruptus est; referendum est enim hoc pacto, maluit enim soli Deo, quem Μάρτυρα (id est, fatum) nominavit, universa regenda committere. Auctor mihi se conjecturæ, seu emendationis certissimæ *Aurel. Macrobius* lib. 5. *Saturn.* cap. 16. *Fortunam Homerus nescire maluit, & soli Deo, quem Μάρτυρα vocat, omnia regenda committit, adeo ut hoc vocabulum τῶν in nulla parte Homeri voluntinis nominetur. Contra Virgilius non solum novit, & meminit, sed omnipotentiam quoque eidem attribuit, quam & philosophi, qui eam nominant, nihil sua ei posse, sed decreti, sive providentia ministram esse voluerunt. Locus, quem ex Virgilio innuit, est lib. 8. *Æneid.***

*Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum.*

Quod apud *Homerum* nomen Fortunæ non reperiri afferant illi, dissentiant à *Pausania*, qui in *Atcad.* in hymno *Cereris* se ait reperisse id nominis, certe hodie non extat, ut præteream piosque non *Homero*, sed alteri cuidam hymnos adscribere. Sit penes *Grammaticos* discrepatio.

Utique aden tamen potentia adscripta, ut quicquid ductu alicujus Imperatoris gestum esset, id *Fortunæ* daretur. *Serv.* ad *v. 41. lib. 9. Æneid.* *Fortunam, bellum casum, exponit. Mamerinus Panegyrico Maximiani Augusti. Vestra Fortuna, vestra felicitatis est, Imperator, quod jam milites vestri ad Oceanum pervenere victoria. Malim legere, vestros. L. Flor.* l. 4. *hitor. Rom.* cap. 7. *Stabat pro partibus invicta Fortuna & ultoris, & qui vindicabatur. Q. Horat.* lib. 4. od. 14.

*Fortuna lustro prospera tertio*

*Belli secundos reddidit exitus.*

*Claudian.* lib. de bello *Gildon.*

*Si mihi tempestas Libyam ventique negabunt,*

*Augusti Fortuna dabit.*

*Coripp.* in præfat. operis sui:

*Cum milite tuo*

*Alternas gentes domini Fortuna necaret.*

Hoc ipsum alii fatum, nonnulli auspiciis appellant, utriusque producunt exempla. *Q. Curt. Rufus* lib. 5. *Novis initiis & omnibus opus est, auspiciis & imperiis alii trade.*

*Amnian. Marc.* lib. 16. *Quicquid per omnem terræ ambitum agebatur, felicitibus auspiciis ejus assignantes. P. Ovid.* l. 1. de *Arte amandi:*

*Auspiciis animisque patris puer arma movebis,*

*Et vinces animis, auspiciisque patris.*

*Claudian.* de 4. *Hon. consul.*

*Civile secundis*

*Conficiis auspiciis bellum.*

*Et lib. de bello Gildon.*

*Illius auspiciis immensa per æquora miles,*

*Non planstris ætlove regor.*

*Fata*, inquam, dicuntur pro *Fortuna* hujusmodi bella administrandi. Idem *Claudian.* de 3. *Honor. consul.*

*Pugnastis uterque*

*Tu fatis, genitorque munus.*

*Sidon.* *Apollinar.* *catin.* 5.

*Certatum est jure magistris,*

*Augusti fato.*

Atque etiam absente duce prospere gesta, ejus fortunæ imputabantur. *C. Sueton.* in *Augusto* cap. 21. *Domus autem partium auspiciis suis, Cantabram, Aquitaniam, Pannoniam, Ita est, ut puto, Fortuna, quæ in vetustis marmoribus, SALUTARIS vocatur, ut ex fragmento isto appareat, quod reperitur apud *Fr. Modium* *Novatiquar.* *lection. epist.* 3. vel 5.*

FOR-

FORTUNIS. SALUTARIBUS..... ÆSCU-  
LAPIO. HYGI Æ..... Q. VENIDIUS. RUF.....  
MARIUS. MAXIM..... CALVINIANU.....  
LEG. LEG. I. M. P..... LEG. AUG..... PR.....  
PROVINC. CL..... C..... D.....

Sed jam celebrata ejus cognomenta exequar; ac primum à loco, in quo colebatur, PRÆFESTINA, vocata. Vet. Scholiast. Juvenal. Sat. 14. v. 90. Apud Præneste & Fortuna & Herculis habeat aedes: aut certe quod in Capitolio, post aedem Diane & Jovis, secundum de miraculo operis habent gloriam Fortuna atque Herculis aedes. Fortuna apud Præneste aedem pulcherrimam servavit fuisse. Suet. Domitian. c. 15. Prænestina Fortuna sortem letam dicit affueta. T. Livius 5. Decad. 1. 2. in principio. Itaque censuo Herculeum cum Fortuna simul cultum, ut fortitudo casibus fortunis conjuncta certatur. Juvenal. ibidem 90.

- - Vincens Fortuna aut Herculis aedem.

Papin. lib. 1. silv. 3.

Quod ni templa darent alias Tyrinthia sortes,  
Et Prænestina poterant migrare sorores.

Sil. Italic. 1. 8.

- - Sacrisque dicatum  
Fortuna Præneste jugis.

M. Lucan. lib. 2.

- - Vidit Fortuna colonos

Prænestina suos cunctos simul ense revisos.

Regia Fortuna, quæ in interiori principum cubiculo colebatur.

C. Tacit. l. 15. Annal. Nero præcepit, ut effigies Fortunarum aureæ in folio Jovis Capitolini collocarentur. Jul. Capitolin. in Antonino Pio: Fortunamque auream, quæ in cubiculo principum ponit solebat, transferri ad eum iussit. Idem in Antonino Philosopho: Signo equanimitatis Tribuno dato, Fortunam auream, quæ in cubiculo solebat esse, ad Marci cubiculum transferre iussit. Forte eadem est cum illa, quam Publicam lego apud L. Senecam lib. 1. de Ira c. 11. Habuit in consilio Fortunam publicam.

Obsequens. P. Viator. in 1. Reg. L. Sen. in Octavia act. 2. sc. 2.

Crede obsequenti parcus, levis est dea.

Hera, seu domina. Q. Ennius apud Ciceronem lib. 2. de Officiis:

Nec carponantes bellum, sed belligerantes.  
Vosne velit an me regnare hera, quidne ferat fors,  
Quorum virtuti belli Fortuna peperit.

In MS. erat. Quidne ferat Fors. Plaut. in Mercatore act. 5. sc. 2. in lumine:

Divum atque hominum quæ spectatrix, atque hera  
Eadem est vobis inibus.

Spem speratam quum hanc obtulisti mihi, grates ago.

Equestris. De qua I. Lipsius in Commentar. ad lib. 3. Annal. C. Taciti.

Redux: quam celebratam reditu ducum exercitumque victorum constat ex Claudiano de 6. Hon. consul.

Aurea Fortuna reduci si templa priores  
Ob reditum vovere ducum, non dignius unquam

Hæc dea, pro meritis, amplas sibi posceret aedes.

Fortis. Jul. Obsequens lib. de Prodig. c. 38. Romæ intra cellam fortis Fortuna, de capite signum, quod in corona erat, in manus sponte sua prolapsum. P. Ovid. lib. 6. Faistor.

Quam cito venerunt Fortuna fortis honores.

Mullebris. D. August. de Civit. Dei lib. 4. c. 19. ejus imago sepius loquuta. Plutarch. l. de Fort. Romanor. Valer. Maxim. lib. 5. cap. 2. tit. 2. Super hoc aedem & aram Fortuna muliebri in eo loco, quo Coriolanus exoratus fuerat, faciendam curavit. Fuit ergo hujus aedes extra urbem, non intra urbis pomerium. Adendum est istud; Fortunam hanc muliebrem à bis nuptis non potuisse coronari, ut loquitur Servius ad illud lib. 4. Æneid.

Huic uni forsari potui succumbere culpa.

Prospera, seu secunda. Ælian. Var. Hist. lib. 13. cap. 43. aliique passim. Stobæus serm. 105. Cebet Thebano in Tabula est ἀγαθὴ τύχη, id est, bona Fortuna.

Comitem hanc Fortunam Fides faciebant. Horat. l. 1. od. 35.

Te spes & albo rara Fides colit

Velata panno.

Quod, ut Ovid. loquitur, cum Fortuna sitque cadatque fides. Sive quod dubii amici Fortuna faventior sequantur nutum. Suid. in voce ἀχρηστος. Nam Fides, consilia, Fortuna opes sequat, Fides, ut velit, Fortuna, ut possit, promissa implere, vel Fortuna, de nostris possessionibus, Fides, quantum nobis creditur ab inimicis. Serv. ad l. 9. Æneid. v. 260. C. Petron. Satyr.

Cum Fortuna manet, vultum servatis amici,

Cum cecidit, turpi vertitis ora fugâ.

Corrige mecum; Cum cedit. Cedere enim, id est abire, & redire dicitur Fortuna. Viri docti auctoritatibus confirmantur,

## CAPUT XVII.

## De Diis Indigetibus.

CICERO secundo *Nomothesta* suæ lib. leges de religione ferens, tres Deorum classes, quibus divini honores & cultus tribuendi essent, facit: primam eorum, qui cœlestes semper sunt habiti, alteram eorum, quos merita in cœlum vocarint: tertiam Divarum, propter quas detur ascensus in cœlum. Hæc enim sunt ipsius verba: Divos & eos, qui cœlestes semper habiti sunt, colunt, & illos, quos in cœlum merita vocarint: Herculem, Liberum, Æsculapium, Castorem, Pollucem, Quirinum. Ast illa, propter quæ datur homini ascensus in cœlum, mentem, virtutem, pietatem, fidem, earumque laudum delubra sunt. Cum igitur de prima Deorum classe hætenus fati multa attulerimus, consequens est, ut de altera etiam & tertia classe quædam proferamus. Et quidem de alterius classis Diis hoc capite agere propositum nobis est, qui dicti sunt *Indigetes*, vel quod nullius rei egerent, secundum *Lucretium*, vel quod in Diis agerent, qui ex hominibus ad divinitatem pervenissent. Sic *Glossarium* vetus, testante *Scaligero*: *Indigetes* ἰνδιγετοὶ καὶ ἰνδιγες. Alii alias appellationis rationes afferunt, quas hic omitto. Festus *Indigetes* Deos putat esse eos quos *indigetari*, hoc est, vocari, & nuncupari nefas sit. Sed nos de iis tantum dicemus, qui ex hominibus Dii facti sunt, quales apud Romanos fuerunt, *Hercules*, *Faunus*, *Carmenta*, *Evander*, *Castor*, *Pollux*, *Æsculapius*, *Acca Laurentia*, *Quirinus*.

## DE HERCULE.

HERCULEM dictum volunt \* *Macrobius* lib. 1. Saturnalium, cap. 2.

Plures autem hoc nomine fuerunt. *Diodorus Siculus* tres numerat, *Cicero* sex, *Terentius Varro* quadraginta quatuor fuisse scribit. *Ciceronis* verba ex 3. libro de Natura Deorum hæc sunt: Plures, inquit, *Hercules* tradunt nobis ii, qui interiores serutantur, & reconditas literas. Antiquissimum Jove natum, sed

sed antiquissimo item Jove. Nam *Joves* quoque plures in prisca Græcorum literis invenimus. Ex eo igitur & *Lysito*, est is *Hercules*; quem concertavisse cum Apolline de tripode accepimus. Alter traditur Nilo natus *Egyptius*, quem ajunt Phrygias literas concripisse. Tertius est ex *Idæis Dactylis*, cui inferias afferunt. Quartus Jovis est & *Asteræ Latonæ* sororis, quem Tyrii maxime colunt, cujus *Cartaginæ* filiam ferunt. Quintus in India, qui *Belus* dicitur. Sextus ex *Alcmena*, quem Jupiter genuit, sed tertius. Hactenus Cicero. De hoc *Hercule*, quem ille sexto loco commemorat, ejusque natalibus, videatur *Plauti Amphitryo*, & *Hyginus*. Meminit ejus & *Diodorus Siculus* libro 5. cap. 2. Cujus hæc sunt verba: Jovem, inquit, ferunt tribus noctibus in unam redactis, (alii duas tantum ponunt) *Alcmenæ* operam dedisse, maximumque futuri roboris indicium, tantum temporis in eo puero creando impensum. Quod non amoris cupiditate, prout in aliis mulieribus contigit, factum est, sed pueri gignendi gratia. Itaque nolens vi *Alcmenam* aggredi, neque fidens posse illi coitum, ob ejus prudentiam persuadere, dolo mulierem aggressus est, *Amphitryonis* forma assumpta. Adveniente partus tempore Jovem Diis astantibus, prædixisse ferunt, ea die puerum, qui nasceretur, se *Perfidarum* regem facturum. Quibus verbis mota Juno, *Lucinam* filiam jussit comprimere *Alcmenæ* partum, *Eurystheum* ante tempus in lucem educere. Jupiter licet consilio frustratus, quod prædixerat ratum, & *Herculis* famam claram esse volens, dixisse Junoni fertur permittere se, *Eurystheum*, ut prædixerat, Regem esse, *Herculemque* ei subjici velle: duodecim quoque certamina ab eo perfici, quæ *Eurystheus* mandasset: quibus consummatis fieret immortalis. *Alcmena* post partum Junonem verita, puerum in loco exposuit, quem nunc ab eo *Herculeum campum* dicunt. Quo tempore *Minerva* una cum Junone profecta, cum infantis naturam admiraretur, Junoni suavit, ut illi mammam præberet. Qua, præter ætatem, violentius sumpta, Juno dolore mota puerum abjecit. *Minerva* illum matri detulit nutriendum. Hactenus *Diodorus*. Ex quibus verbis intelligitur, quomodo à Jove procreatus sit. Cum autem tantæ virtutis hic *Hercules* fuerit, ideoque factum, ut omnes viri fortes *Hercules* dicerentur, & omnia præclara fortissimorum Heroum facinora uni *Herculi* adscriberentur. De duodecim laboribus *Herculis* multa habet *Diodorus Siculus* lib. 5. cap. 2. *Hyginus*, *Servius*, & alii; & noti sunt versus *Ausonii*, falso hactenus *Virgilio* adscripti:

*Prima Cleonæ tolerata arumna leonis.*

*Proxima Lernæam ferro face contudit hydram.*

*Mox Erymantheum vis tertia percussit aprum.*

*Æripedis quarto tulit aurea cornua cervi.*

*Stymphalidæ pepulit volucres discrimine quinto.*

*Threiciam sexto spoliavit Amazona balteo.*

Quorum laborum mythologiam eruditissimo hoc carmine complexus est *Andreas Alciatus* Emblemate 137.

*Roboris invicti superat facundia laudes,*

*Dicta sophistarum laqueosque resolvit inanes:*

*Non furor aut rabies virtute potentior ulla est.*

*Continuum ob cursum sapienti opulentia cedit:*

*Spernit avaritiam, nec rapto aut fœnore gaudet:*

*Vincit fœmineos, spoliaturque insignibus astus:*

*Septima in Augia stabulis impensa laboris.*

*Octava expulso numeratur adorea tauro.*

*In Diomedæis victoria nona quadrigis.*

*Geryone extincto decima dat Iberia palmam.*

*Undecimum mala Hesperidum distracta triumphum.*

*Cerberus extremi supremæ est meta laboris.*

Quorum laborum mythologiam eruditissimo hoc carmine complexus est *Andreas Alciatus* Emblemate 137.

*Expurgat sordes, & cultum mentibus addit.*

*Illicitos odit coitus, abigitque nocentes:*

*Barbaries, feritasque dat impia denique pœnam:*

*Unius virtus collectos dissipat hostes.*

*Invehit in patriam externis bona plurima aboris:*

*Docta per ora virum volat, & non interit unquam.*

Quos versus eleganter & multis verbis explicat *Claudius Minos*, in suo ad *Alciati* Emblemata Commentario. Verum nos iis omissis, hoc loco dicemus qua occasione à Romanis cultus fuerit. Id vero *Dionysius*, *Livius*, *Plutarchus*, *Diodorus Siculus*, & *Aurelius Victor*, in fragmento illo de Origine gentis Romanæ, quod primus nuper in lucem protulit *Andreas Schottus*, docent: videlicet eum (fragmentum *Aurelii* Victoris refert, alio nomine *Recaranum* dictum, quod sane apud nullum alium scriptorem hodie legitur) *Geryone* devicto, armenta agentem in Italiam venisse, quanquam *Dionysius* & *Diodorus Siculus* ipsum non armenta egisse, sed cum exercitu in Italiam devenisse scribant, quod etiam est verissimilius: quem ubi *Euander* adesse didicisset, admonitum à matre *Carmenta* esse in fati, ut natus *Jove* & *Alcmena* *Hercules* immortalis ex mortali, virtutis ergo fieret, divinis eum dignatum esse honoribus, extructaque arca ei juvenem mactasse, oraculo prius cum hospite communicato, precatumque cum esse ut libaret. De hac ara maxima *Dionysius* lib. 1. Ara in qua *Hercules* obtulit, à Romanis vocatur maxima prope forum boarium, nulla inferior, quod ad civium venerationem attinet: nam & jusjurandum apud eam, ac conventa, quæ volunt esse firma, peragunt, & decimas facultatum ex voto sæpe illuc offerunt. Apparatus tamen ejus parum respondet opinioni hominum. De decimis, quæ *Herculi* offerebantur; scribit *Diodorus Siculus*, dixisse *Herculem*, eos qui sibi, postquam ad Deos translatus esset, decimas bonorum dicarent, vitam felicem victuros. Et addit, evenisse hoc usque ad sua tempora. Multos enim Romanorum non solum mediocri censu, sed & qui ditissimi sunt habiti, decimas *Herculi* vomisse, posteaque fortunatiores factos bona sua ad quatuor talentorum millia *Herculi* sacrasse. De qua re vide etiam *Plutarchum* in *Quæstion. Rom. quæst. 18. Aurelium Victorem*, *Macrobium*, *Servium*, & alios. Multa  
hujus

hujus Divi cognomina fuerunt. Dicitur enim *Cubans, Defensor, Magnus, Triumphalis, Sylvanus, Victor Musarum*, quorum pleraque per se sunt aperta. *Herculis Cubantis* simulachrum fuit in regione Urbis XIV.

HERCULIS DEFENSORIS templum in regione eadem fuit, in quo, ut in Jovis propugnatoris milites honesta missione missi, & gladiatores emeriti, arma clypeosque suspendebant.

HERCULIS MAGNI ædes fuit in regione IX. quam *L. Cornelius Sulla* ex carmine Sibyllino ædificasse dicitur. *P. Victor*. Ædes *Herculis Magni* custodis Circi Flamini.

HERCULIS TRIUMPHALIS simulachrum fuit in foro boario positum, quod iis diebus, quibus Romæ triumphus agebatur, triumphali habitu induebatur.

HERCULES VICTOR dicitur, quod omne genus animalium vicerit. *Varro* lib. 4. Rerum divinarum. Ejus Romæ ædes duæ fuerunt, una ad portam Trigemina, altera in foro boario. Hæc ad aram maximam extracta fuit rotunda, in quam nec servi, nec mulieres admittebantur. *Plutar. Aurel. Victor*, qui scribit ex Cassio propterea ab *Hercule* sancitum, ne cui fœminæ fas esset, vesci ex eo, quod aræ maximæ sacramentum esset; sed ut ab ea re divina fœminæ in totum removerentur, quod Carmentis ab *Hercule* invitata ad id sacrum non venissent. Hanc ædem nec muscæ nec canes intrabant. *Plin.* lib. 10. cap. 29. In hac etiam æde nullum fieri lectisternium *Macrobius* in Cornelio Balbo, & *Servius* docent.

Alteram autem *Herculis Victoris* ædem, quæ ad portam Trigemina fuit, fortasse extruxit *Marcus Octavius Herennius*, de quo *Massurius Albinus* lib. 1. Memorabilem apud *Macrobius*: *Marcus*, inquit, Octavius Herennius prima adolescentia tibicen, postquam arti suæ diffusus est, instituit mercaturam: & bene re gesta, decimam *Herculi* profanavit. Postea cum navigans hoc idem ageret, prædonibus circumventus fortissime pugnavit, & victor recessit. Hunc in somniis *Hercules* docuit sua opera servatum, cui *Octavius* impetrato à Magistratibus loco, ædem sacravit & signum: *Victoremque* incisus literis appellavit. Dedit ergo epitheton Deo, quo & argumentum veterum victoriarum *Herculis*, & commemoratio novæ historiæ, quæ recenti Romano sacro causam dedit, contineretur.

HERCULI MUSARUM ædem extruxit *M. Fulvius Nobilior*, Censor anno 101. triennio postquam de Ætolis triumphavit, in qua *Musarum* signa, quæ capta Ambracia Romam transtulerat, posuit *Livius* lib. 38. *Plin.* lib. 37. cap. 10. Hanc ædem vetustate collapsam restituit *Marcus Philippus*, vitricus Augusti. *Sueton.* in Augusto. Cur sic dicitur fuerit, *Plut. arch.* docet quæstione 59. videlicet, quod Euandrum literas docuerit. Melius *Eumenius* Rhetor oratione de Scholis instaurandis ad præsidem Galliæ, cujus hæc sunt verba: *Ædem Herculis* in Circo Flaminio *Fulvius* ille *Nobilior* ex pecunia Censoria fecit, non id modo secutus, quod ipse literis, & summa Poëtæ amicitia duceretur: sed quod, in Græcia cum esset Imperator, acceperat, *Herculem Musagetem* esse, id est, comitem ducemque Musarum: Idemque primus signa novem, hoc est, omnium Camœnarum, ex Ambraciensi oppido translata, sub tutela fortissimi numipis consecravit: quia mutuis operis & præmiis juvari ornarique deberent, Musarum quies, defensione *Herculis*: virtus *Herculis*, voce Musarum. Hæc ille. De Musis, quia notissima sunt, quæ de ipsis traduntur, hic dicere supersebo.

HERCULEM MUSAGETEM & novem Musas diverso habitu representat nummus *Q. Pomponii Muse*, quem habet in suis Emblematis v. c. *Joannes Sambucus*. Reperiuntur & alia *Herculis* cognomina in veteribus lapidum inscriptionibus, ut *Paciferi, Invidi, Olivarii*, & alia, quæ petantur ex *Thefauro Huberti Goltzii*.

## F A U N U S.

Duo fuerunt FAUNI Reges Aboriginum, testibus *Manethone Ægyptio, Dionysio Halicarnasseo*, & aliis, priscus & junior: *Priscus* vixit circa annum mundi 2520. secundum *Funccium*, regnante apud Assyrios Amynta. *Faunus junior*, anno 2724. regnare cœpit. Hic Pici filius fuit, & cives suos ritu ferarum viventes, mitiorem vitam docuit, & primus loca certis numinibus, & ædificia quædam ac lucos sacravit, à quo & *fauna* sunt dicta, teste *Probo*; ideoque cum inter homines esse desiisset, antiquitas eum tanquam Deum coluit. Sic enim *Dionysius*: Forte tum apud Aborigines regnum à majoribus acceptum tenebat *Faunus*, à Marte, ut ferunt, oriundus, vir fortis ac prudens, à Romanis post, tanquam unus Indigetum facris honoratus & carminibus. *Plut. arch.* eum *Mercurii* filium fuisse dicit, alii vero *Picem* patrem habuisse volunt, quorum verior est sententia. *Virg.* eum *Faunorum, Satyrorum*, & reliquorum agrestium numinum patrem facit. Hic *Terentius Varro Faunos Deos Latinorum à fando* dictos esse scribit, propterea quod in silvestribus locis soliti fuerunt fari, cujus rei exemplum *Dionysius*, quod in prælio inter *Hetruscos* & Romanos de restitutione *Tarquiniorum*, vox è silva propinqua castris audita fuerit, quæ jussit Romanos bono animo esse, esse eos victores, & uno plus *Hetruscorum* in acie cecidisse. Ibidem addit, ad hunc Deum *Faunum* Romanos solere referre *Panicos* terrores, spectraque variis formis formidinem mortalibus incutientia, & ab eo dicere edi horrendas voces *Dæmoniacas*. *Porphyrus* scribit, *Faunum* existimatum Deum inferum ac pestilentem. Apud *Ciceronem* *Cotta* omnino negat *Faunos* esse, aut eorum voces unquam auditas fuisse. Habuit hic Deus Romæ post *Romulum* templum in monte *Coelio*, circulari forma multis in ambitu columnis adornatum: & ædem in insula *Tiberina*, quæ *Domitius Abenobarbus* & *Scribonius Ædiles*, cum multo plurimos ad populi judicium adduxissent, ex eorum qui condemnati fuerunt, multa pecunia extruxere.

## C A R M E N T A.

CARMENTA, quæ alio nomine *Themis*, item *Nicostrata* dicta est, mater fuit Euandri, mulier fatidica. Sic enim de ea *Dionysius* scribit: Euander Mercurii filius, & Nymphæ cujusdam Arcadiæ, quam Græci *Themis* dicunt, plenam numine. Romanarum antiquitatum scriptores *Carmentam* patriam linguam nominant, quod Nymphæ nomen fatidicam significet, deductum à carmine, juxta Romanam etymologiam. Hanc mulierem affirmant Dæmonis spiritu correptam futura populo præcinere solitam. Hæc ille. *Plutarchus*, qui etiam scribit, quosdam putare *Carmentam* esse *Parcam*, aliam hujus appellationis rationem indicat, quod scilicet dicta sit *Carmenta*, quasi *carens mente*, ob instinctus divinos, quibus ad fatiloqua fundenda carmina fuerit impulsæ. Romani religiose eam coluerunt: aram enim ei, ut *Dionysius* scribit, dedicarunt apud Carmentalem portam sub Capitolio. Eadem templum Romæ habuit in regione 11x. quæ dicitur forum Romanum, quod templum ei matronas dedicasse *Plutarchus* scribit, tali de causa: Cum usu vehiculorum, quibus trahendis jumenta jungerentur, Senatus matronis interdixisset, conspirasse eas inter se, neque uterum gerere se, neque parere velle, ac viros hac ratione ulcisci, idque fecisse, donec mutata sententia, usus vehiculorum iis rursus concessus fuerit. Exinde cum parerent, fecundas, & liberorum copia claras, templum Carmentæ posuisse.

## E U A N D E R.

EUANDER Mercurii & Carmentæ filius, eo tempore quo Hercules in Italiam venit, Aboriginum Rex fuit. *Livius* tamen eum non Regem fuisse, neque imperio, sed auctoritate magis Aborigines rexisse, auctor est. Hunc *Aborigines* primum propter excellentem ejus eruditionem, & summam sapientiam, ut *Deum* coluerunt: deinde Romani etiam divinos ei honores tribuentes, aram condiderunt, & quotannis sacrificia obtulerunt, sicut & aliis heroibus iidem fecerunt, ut testatur *Dionysius* libro primo. Ara autem ei dicata fuit apud Aventinum collem, prope portam Trigeminam.

## C A S T O R E T P O L L U X.

Hi duo fratres fuere, Græcis dicti *Dioscouri*, id est, Jovis filii, sive pueri. *Cicero* libro 3. de Natura Deorum: *Dioscouri* etiam apud Graecos multis modis nominantur: *primi* tres, qui appellantur *Anaxædes* Athenis, ex Jove Rege antiquissimo, & Proserpina nati, *Tricopatrens*, *Eubuleus*, *Dionysius*. *Secundi* Jove tertio nati ex Leda, *Castor* & *Pollux*. *Tertii* dicuntur à nonnullis *Alco* & *Melampus*, *Emolus*, Atrei filii, qui Pelope natus fuit. Hæc *Cicero*. de *Castore* & *Polluce*, Jovis & Ledæ filiis, Helenæ fratribus varia fabula est: alii enim tradunt Jovem in formam stellæ mutatum Ledam vitiasse, & *Castorem* atque *Pollucem* genuisse: deinde *Helenam*. Alii scribunt, Jovem in cygnum convertum Ledæ congressum, & nocte eadem Tyndarum. Ex Jove *Pollucem* & *Helenam* natos, ex *Tyndaro* *Castorem*: mortalem hunc, immortales illos. Juvat adscribere *Hygini* hac de re verba, quæ habet in Astronomico poetico, in olore: Jupiter, ait, cum Nemesim flectere non posset, ut secum cubaret, jussit Venerem, aquilam simularet, se in olorem versum insecuturum eam: quo facto ipse fugiens aquilam Venerem, in Nemesios gremium confugit: quem non averfata, & consopita, ab Jove compressa est: statutoque tempore ovum peperit, quod Mercurius in gremium Ledæ projecit, ex quo nata *Helenus*, *Servius* auctor est, *Helenam* & *Pollucem* de Jove natos, immortales fuisse. Nam *Castorem* Tyndari filium fuisse, cujus mortem suo interitu fraterna pietas redemerit: & addit, hoc ideo fingi, quia horum stellæ ita se habeant, ut occidente una, oriatur altera. Plura de iis passim leguntur.

Eadem sive templum CASTORI & POLLUCI vocit, extruxitque bello Latino *A. Posthumius* Dictator, anno Urbis cclvii. tali de causa; cum in bello Latino cum *Octavio Mamilio Tusculano*, & *Turquinii* Equitibus Romanis, apparuissent duo primæ lanuginis juvenes, præstantiore statura & forma, quam quæ videri posset mortalium, præcedentes Romanum equitatum, hostemque hastis ferientes cominus, & in fugam cogentes, ac rursus post fusos fugatosque *Latinos*, & castra eorum capta, fere jam finito prælio in Romano foro visi essent adolescentes duo, militari cultu procerissimi, & pulcherrimi vultu adhuc retinente quam in pugna habuerant speciem, & equis sudore madentibus, cumque de equis descendissent ambo, lavissentque fontana, quæ ad ædem Vestæ profluens, parvam, sed profundam facit lacunam, multis eos circumstantibus rogantibusque, eequid ab exercitu novi afferant, pugnam indicassent atque victoriam: degressique foro, nusquam comparuissent postea, quamvis valde quæsitæ à Præfecto Urbis essent. Senatus certior factus à *Posthumio* eos in prælio etiam visos esse, verisimili conjectura, credidit *Castorum* cas imagines fuisse. Ideoque templum eis constructum in foro Romano, ubi visæ sunt eorum imagines, vicinusque fons hic sacer dictus. *Dionysius* lib. 6. *Livius* lib. 2.

Hanc ædem vetustate collapsam refecit de manubiis hostium *L. Metellus*, qui subactis Dalmatis, Dalmaticus est appellatus. *Cicero* 3. *Verrina*, & in eandem *Asconius*, item pro *M. Scauro*. Quanquam autem hoc templum utriusque & *Castori* & *Polluci* consecratum esset, tamen vulgo plerumque *Castoris* tantum,

aut

aut *Castorum* templum appellatum fuit. Unde jocus ille *M. Bibuli* apud *Suetonium*, qui, cum *C. Cæsaris* in consulatu collega esset, & cum eo communi impensa venationes ac ludos ederet, omnium autem illarum impensarum & magnificentiarum *C. Cæsaris* solus gratiam caperet, dixisse fertur, idem sibi evenisse, quod *Polluci*. Ut enim geminis fratribus ædes in foro constituta, tantum *Castoris* vocaretur: ita suam *Cæsaris*que munificentiam unius *Cæsaris* dici. *Suetonius* in *Cæsare*.

## ÆSCULAPIUS.

ÆSCULAPIOS tres fuisse *Cicero* lib. 3. de *Natura Deorum* docet. Primum, Apollinis filium, quem *Arcades* colunt, quique specillum invenisse, primusque vulnus obligavisse dicatur. Secundum, secundi *Mercurii* fratrem, qui fulmine percussus, *Cynosuris* humatus sit. Tertium, *Arrippi* & *Arifnoxi* filium, qui primus purgationem alvi, dentisque evulsionem invenit, cujusque in *Arcadia*, non longe à *Lusio* flumine sepulchrum & locus ostendatur. *Æsculapium* autem illum nobilem Medicum, *Tarquiti* de *Illustribus* viris differens, ut est apud *Lactant.* ait, incertis parentibus natum, expositum, & à venatoribus inventum, canino lacte nutritum, *Chironique* traditum, didicisse medicinam, fuisse autem *Messenium*, sed *Epidauri* habitasse. Hunc *Cornel. Celsus* propterea in *Deorum* numerum receptum esse tradit, quod medicinam adhuc rudem paulo subtilius excoluisset. Qua ratione *Romæ* coli cœpit, multi tradunt. Cum enim *Q. Fabio, Maximi filio, Gurgite, D. Junio Bruto Scæva* *Coss.* ingens pestilentia *Urbem* & agros infestaret, lib. *Sibyllini* aditi, & quæsitum quinam finis, aut quod remedium ejus mali à *Diis* daretur; inventumque in libris, *Æsculapium* ab *Epidauro* *Romam* accersendum, quod paulo post factum. Missi enim *Legati* in *Epidaurum*, & ab incolis benignissime accepti, & in templum *Æsculapii* perducti, anguem, quem *Epidauri* pro *Æsculapio* colerant, sponte ad *Romanorum* navem pergentem, *Romam* vexerunt, ibique templo condito colerunt. Scribunt hanc historiam *Valerius Maximus* proluxe *Livius* lib. 10. & *Florus* *Epitome* libri 11. *Orosius* lib. 3. capite 22. *Aurelius Victor* de viris illustribus: qui liber hætenus falso *Cornelio Nepoti*, item *Plinio* secundo adscriptus fuit. *Ovidius* libro 15. *Metamorph.* ac alii.

Templum ei *Romæ* conditum extra *Urbem* in insula *Tiberina*, cujus rationem *Plutarchus* in *Quæstionib. Romanis*, probl. 94. reddit, & *Festus*. In *Insula*, ait, *Festus*, *Æsculapio* facta ædes fuit, quod ægroti à Medicis aqua maxime sustententur, ejusdem esse tutelæ draconem, quod vigilantissimum sit animal, quæ res ad tuendam valetudinem ægroti maximè apta est. *Canes* adhibentur ejus templo, quod is uberibus canis sit nutritus. *Bacillum* habet nodosum, quod difficultatem significat artis. *Laurea* coronatur, quod ea arbor plurimorum sit remediorum. Huic galline immolabantur.

In hoc templo incubabant ægroti valetudinis causa, unde qui morbo levatus non erat, apud *Plautum*, his verbis incusat Deum:

*Migrare certum est, jam nunc è fano foras,  
Quando Æsculapii ista sentio sententiam.*

Vide *Hieronimum Mercurialem Variarum lectionum* lib. 1. cap. 13.

## ACCA LAURENTIA.

Quæ *ACCA LAURENTIA*, sive, ut alii malunt, *LAURENTIA*, fuerit, & qua occasione coli cœpta, in tanta veterum scriptorum discrepantia sane obscurum est. Vix enim duos reperias, qui uno & eodem modo de ea scribant. *Plutarchus* auctor est, duas fuisse *Accas*, & utrasque à *Romanis* cultas: alteram *Accam Laurentiam*, quæ *Anco Marcio* regnante, *Tarrutio*, sive *Taruntio* nobili civi nupserit, à quo forte etiam *Tarruntius*, vel *Taruntius*, sive *Tarratia* est cognominata. *Plutarcho*, qui tamen etiam non ita distincte de iis scripsit, assentitur *Varro*, si verba ejus ita, quemadmodum *Joseph. Scaliger* emendavit, legamus. *Laurentine*, inquit, feræ, is dies, quem diem quidam in scribendo *Laurentalia* appellant, ab *Acca Laurentia* nominatus: cui sacerdotes nostri publice parentant festo die: quia altera dicitur ob ditem *Taruntium Accæ Taruntia*. Hos ergo auctores secuti hanc *Accam Laurentiam* *Romuli* & *Remi* nutricem esse dicemus, cui aram & ferias annuas *Romulus* constituerit; quæ mense *Decembri* sunt habitæ, sicuti alio loco diceretur. De altera vero *Accæ Tarratia*, sive *Taruntia*, quæ eadem *Flora* à plurimis putatur, infra agemus.

## QUIRINUS.

*CURIS*, inquit *Festus*, *Sabinis* est *hæsta*; unde *Romulus Quirinus*, qui eam ferebat, est dictus, & *Romani* à *Quirino Quirites* dicuntur. Quidam eum dictum putant à *Curibus*, quæ fuit urbs opulentissima *Sabinorum*, cui postremæ sententiæ etiam adstipulatur *Varro*, nisi quod addit, *Quiritium* *Martem* esse quemadmodum & *Servius* scribit, *Quirinum* *Martem* esse, qui præsit paci, & intra civitatem colatur. Sed non inepta est etiam eorum sententia, qui per *Quirinum* *Romulum* intelligunt, cui divinos honores tributos fuisse, & templum conditum, vel solus *Flamen Quirinalis*, cum alius sit *Martialis* testis esse potest, ne alias rationes & veterum scriptorum testimonia necesse habeam in medium afferre. De apotheosi autem

tem Romuli, sive *Quirini* eleganter *Plutarchus* in Romulo, cum populus tumultuaretur, atque vociferaretur à Patribus sublatum è medio fuisse Romulum, eisque extrema quæque minaretur, *Filius Proculus*, vir inter Patres genere, virtute, auctoritate primus, fidus Romulo in primis, & ex Albanis Colonis necessitudine & familiaritate conjunctus, procedens in forum, juratus maximum & sanctissimum jusjurandum, præsentibus ait, *Romulum* sibi, dum iter faceret, è regione obviam se obtulisse, specie ipsa & forma insigni, ut antea nunquam, ornatum fulgentibus armis, ac se priorem illum ita allocutum: *Qua injuria, ô Rex, & qua mente impulsus, nos iniquis & improbis criminibus circumventos, Urbem orphanam in luctu & gemitu, in squallore & sordibus reliquisti?* At contra regem respondisse: *O Proculè ita Diis visum, nos è cælo dimissos, condita Urbe imperium per maximum & gloriam habitura, rursus in cælum reverti: proinde bono animo sis, ac Romanis nuntia, uti prudentiam & fortitudinem colant: his artibus fore, ut amplissimam inter homines potentiam consequantur. Ego vobis *Quirinus* facilis, propitiusque ero Deus. His verbis & viri auctoritate, & jurejurando fide adhibita, veluti divino quodam furore afflatis mentibus, nemo contradicere, nemo adversari, sed rejecta omni suspitione & calumnia, invocare *Romulum* votis, Deumque appellare. Et paulo post: *Quirinum* autem *Romuli* cognomen, martium ac bellicosum quiddam referre existimant: quidam ex eo dictum, quod cives *Quirites* appellarentur. Alii tradunt, veteres lanceam *Quirim* vocare solitos, ac *Cureta Junonis* signum in pilo sublatum. Ad hæc lanceam in Regia positam, *Martem* vocari: lancea quoque donari consuevisse illos, qui in bellis quam acriter strenueque pugnantes fortitudinis laudem meruissent: proinde effectum esse, ut *Romulus*, veluti *Martius* quidam *Deus* ac pugnax, *Quirinus* diceretur. Illius fanum in tumulo *Quirino*, ab eo nuncupato, constitutum est, &c. Id quod etiam *Varro* testatur lib. 4. de Lingua Latina. De *Proculo*, quæ *Plutarchus* narrat, etiam *Livius* habet, sed brevius.*

Pæne præterissem de *ANNA PERENNA* dicere, quæ & ipsa à Romanis culta: cujusque festum maxima hilaritate celebratum fuit, uti in Calendario in Mense Martio dicemus. Quæ autem fuerit hæc *Anna Perenna*, varie traditur. Plerique existimant fuisse sororem *Didonis*, hoc nomine appellatam: cujus etiam *Virgilius* meminit, quæ extincta *Didone*, & Carthagine ab *Jarba* Getulorum Rege occupata, relicta *Africa* in *Melitam* insulam fugerit: inde ob metum fratris *Pygmalionis*, navi consensa in agrum *Laurentum* delata, & ab *Ænea* hospitio excepta fuerit: ibique in somniis à *Didone* monita insidias sibi à *Lavinia*, *Æneæ* uxore, strui, ideo suspectum hospitium fugerit, per fenestram nocte dilapsa ad amnem *Numicium* venerit, ac in eum se præcipitaverit. Postridie insanis clamoribus per *Laurentum* agrum diu quæsitâ, cum præter vestigia ad fluvium usque nihil appareret, visa fuerit clamantibus ex fluvio respondere:

Placidi sum Nympha Numici  
Anne perenne latens, Anna Perenna vocor.

Itaque deinde pro Dea coli cœperit: id quod *Ovidius* prolixè explicat, ubi etiam hoc adjicit, esse, qui hanc *Annam Perennam Lunam* esse putarint, quæ *Anna* vocaretur, quod annus ex mensibus, quos motu *Lunæ* metimur, fiat. Alios eam unam ex *Atlantidibus*, quæ *Jovi* ubera præbuerit, putasse: alios *Io*: quosdam etiam *Themis*: sic enim scribit:

Sunt, quibus hæc Luna est, qui mensibus impleat annum,  
Pars Themis, Inachiam pars putat esse bovem.  
Invenies, qui te Nymphæ Atlantida dicant,  
Teque Jovi primos, Anna, dedisse cibos.

Postremo etiam hanc opinionem asfert, fuisse *Annam* vetulam quandam *Bovillis* oriundam, quæ plebi, cum in *Aventinum* montem secessisset, & jam comætu destitueretur, placentas quasdam rusticas in montem detulerit. In cujus beneficii memoriam plebs, pace cum Patribus facta, statuerit, ut perenne nomen ejus coleretur, ipsaque *Anna Perenna* nuncuparetur. Quam narrationem sic concludit:

Pace domi facta signum posuere Perenna.  
Quod sibi defectis illa tulisset opem.

*Macrobius* à perennitate annorum *Annam Perennam* dictam scribit. Hujus & *Varro* in *Satyra Meippæa* meminit apud *Agellium* lib. 13. cap. 21. his versibus, quemadmodum eos legendos censet *Ludovicus Carrio*, IC. Comment. 1. Antiq. lect. cap. 1.

Ted Anna Perenna, Panda, te Lato, Pales,  
Nerienes & Minerva, Fortuna ac Ceres.

De celebritate, quæ in ejus memoria peragebatur, in Calendario. Atque hæcenus de iis diximus, quos merita in cælum vocarunt. De *Tiberino*, *Pico*, & aliis Latinorum Regibus, quos *Romulus* consecrasset fertur, nihil dicam: sicuti nec de Imperatoribus quicquam agam, qui tamen & ipsi post mortem consecrati, & templis, sacris, ac sacerdotibus honorati sunt, quod, qua ratione factum sit, libro proxime sequenti exponemus.



## AD CAP. XVII. PARALIPOMENA.

*Dii Indigetes, Æsculapius, ejus cultus, sanum, statua.  
De inventione Medicina, Medicorum primo usu.*

**D**e diis omnibus, qui isto capite describuntur, eruditissime & copiose Andr. Tiraqueil. ad Alexandrum Neapolitanum libr. 4. Genial. dier. cap. 4. supple locum P. Fulgentii libr. 3. Mytholog. de Berecynthia. Ideo & apud Romanos Indigetes. Ergo Berecynthiam Rescribit: Ideo & apud Romanos Indigetes, quasi nihil Indigentes. Ergo, &c. A. Gell. l. 2. cap. 16. ex Apollinari Sulpitio qui hæc dicit ad filium; *Sciebat eum, cum ex hominum vita discessisset, immortalem indigetem futurum, & longo perpetuoque ævo positurum.* Valer. Maxim. in præfat. Reliquos deos accepimus, *Cæsares dedimus.* Sil. Italic. l. 9. Punicor.

*Hinc Vestia, & capta simulatus cæde Saguntii Amphitryoniades, pariter veneranda Cybelle, Indigetesque dei, Fannusque, Siveque Quirinus: Ateriusque animæ mutato Casfore Pollux.*

Virgil. l. 1. Georgic. in fine M. Lucan. l. 1. Pharsal. v. 556. *Indigetes flevisse deos.*

Fr. Modius Novantiquar. lect. epist. 80 putavit legendum; *Indigenas flevisse deos.* Ovid. l. 15. Metamorphos. fab. ult.

*Di præcor Æneæ comites, quibus censis & ignes Cesserunt, dique Indigetes, genitorque Quirine, Vestaque Cæsareos inter sacra penates.*

Claudian. lib. de Bello Gildon.

*Mavent Indigetes: & si quos Roma recepit, Aut dicit ipsa deos.*

Alb. Tibull. l. 2. eleg. 6.

*Illic sanctus eris, cum te veneranda Numinis Unda deum celo miserit Indigetem.*

In istorum deorum numero & Æsculapium ponunt, quem medicæ artis claritudo æternitate donavit. D. Aulon. in præfat. Gryphi. *Quem tu, ut Æsculapius, redintegrabis ad vitam.* Socrates infirmus vocit Æsculapio, si convalesceret, gallum. Plato in Phædon. Cujus cultus origo primum à Scythiis, ad alias gentes, ut opinor, dimanavit. Suidas in voce *Æsculapio, sanctum.* Locus, inquit Hieronymus Wolfius interpret, *Scythia, in quo Æsculapius colitur, sanctum appellatur.* Sed & celebris ejus Epidauri cultus instituebatur, res nota, sed illud minus obvium, cruenta hostia ibi placatum, quod ab eodem Suida productum in voce Epidauri. T. Liv. l. Decad. lib. 10. *Inventum in libris, Æsculapium Romam Epidaurio accersendum, neque eo anno, qui consules bello occupati erant, quicquam ea de re actum, præterquam quod unum diem Æsculapio supplicatio habita est.* Et 3. Decad. l. 9. *Nullas dum in Asia habebat socias civitates Populus Romanus, tamen memores Æsculapium quoque ex Græcia quondam haud ullo federe sociata, valetudinis populi causa, accersimus.* L. Sen. Hippolyto act. 4. sc. 1.

*Numen Epidaurii dei.*

Unde oraculum apud Ovidium l. 15. Metamorphos. fab. 50. ipse Apollo consultus:

*Quod petis hinc, propiore loco, Romane, petisses,  
Et pete nunc propiore loco, nec Apolline vobis  
Qui minuat luctus, opus est, sed Apolline nato.  
Ite bonis acibus, prolemque accersite nostram.*

Corrigendus C. Petronius in civilibus:

*Quid porro in, Dive, tuis cunctaris in armis,  
Non frangis portas, non muris oppida solvis,  
Thestamque rapis? nescis tu, Magne, tueri  
Romanus acies? Epidauria mania quare.*

Ultimus versus affectus est; legendum quippe suadeo:

*Romanas arces, Epidauria mania quare*

Ratione non tantum probabili, sed & clara; historici omnes. C. Sueton. in Cæsare cap. 34. *Secundum superum mare Brundisium intendit, quo consules Pompeiusque confugerant, quam primum transfretaturi.* Viris doctis observatum ex Cicerone l. 7. ad Att. ep. 10. & lib. 8. ep. 25. *Et apertius ep. 2. Nihil ulla in gente, nunquam ab ullo auctore reip. & duce turpius factum est, quam à nostro amico, cuius ego vicem doleo, qui urbem reliquit, id est, pa-*

*triam, pro qua & in qua mori præclarum fuit.* Romanas arces ergo Pompejus nescivit tueri, quod nomine male audiit; M. Lucan. lib. 1. Pharsal. v. 513.

*Urbem populis vicissique frequentem  
Gentibus, & generis, coëat si turba, capacem  
Hæbraani, facilem venturo Cæsare prædam  
Ignava liquere manus*

Et recte arces, ad magnificentiam notandam ædificiorum, quæ illa ætate ad septuaginta cubitorum altitudinem atrollebantur, ut jure, *alta Roma*, vocetur passim apud Poëtas. Et significantius est, *Carthaginis arces*, quam Carthago, & Pergamæ arces, quam Pergamus; ipse Petron. ibidem:

*Omnia, quæ tribui Romanis arcibus, odi.*

Claudian. lib. de bello Get.

*Securas jam Roma levat tranquillior arces.*

P. Virgil. l. 2. Georgic.

*Imbellem avertis Romanis arcibus Indum.*

Et lib. 4. Æneid.

*Ascaniove pater Romanas invidet arces.*

L. 10. Æneid.

*Cum fera Carthago Romanis arcibus olim*

*Exitium magnam, atque Alpes immittet apertas.*

Fugiens itaque Roma Pompejus Dyrachium le contulit, quod melioris vocabuli nomine sic dicebatur, quum antea Epidamnus fuisset dictum. Pessimo ergo nomine, infortunatoque auspicio eo fugit. M. Plaut. Manechm.

*Ne mihi damnum in Epidamno datus.*

Palmerius in spicilegio trahit huc illud Albinovani Conlat. ad Liviam Augustam:

*Et nomina magna totorum.*

Romam, Epidaurio ut regrediar, Æsculapius, pestis levaude gratia translatus, in Insula Tiberina sanum extra urbem recepit (C. Sueton. & Claudius cap. 25. *Ægra & afflicta municipia, Æsculapii, tadio medendi, in insulam exponerent*) quod Æsculapium appellabant. M. Pollio Viruvius præfatione ad l. 7. & ex eo aliqui Criticor.

Inventorem hunc facit Medicæ artis M. Capella l. 2. de Nuptiis. *Comminuenda frugis farrisque fragmenta Pilumno signat Italia, adscribit Æsclepio Græcia medicinam.* Q. Tert. Apol. cap. 23. *Ipse iste Æsculapius, medicinarum demonstrator.* Arnob. lib. 1. cont. gent. *Æsculapium medicaminum repertorem, post panas, & supplicia fulminis, custodem nuncupavisset & presidem sanitatis, valetudinis & salutis? certe primus vulnus obligavit.* Cic. l. 3. de Nat. Deor. Et tamen patrem habuit Apollinem. Serv. ad v. 316. l. 10. Æneid. qui Ovidio scribente lib. 1. Metamorphos. fab. 9. Medicinæ inventionem sibi vindicat:

*Inventum Medicina meum est, opifereque per orbem*

*Dior, & herbarum subiecta potentia nobis.*

Et epist. 5. Oeone Paridi:

*Ipse repertor opis vaccas pavisse Phæas*

*Dicitur.*

Idem l. 3. Pastor. ad finem, & l. 3. Trist. eleg. 3. Q. Horat. Carmine saculari, & Helenius Acron. ibi. Aurel. Macrob. l. 1. Satur. cap. 17. Fab. Quint. l. 3. cap. 9.

Diod. Sicul. Biblioth. l. 6. Virg. l. 12. Æneid. v. 393. Plato in Symposio; unde Apollinis cognomen tum, *Acetius*, Pausan. Eliac. Et *Alexicæus* apud Athenienses, idem Arcad. Denique Q. Sammonicus Serenus ap. 1. Rei Medicæ:

*Phæbe saluiferum, quod paugimus, asserere carmen,*

*Luventumque tuum prompto conitare favore.*

Istis Apollinem auctorem Medicinæ facere placuit, non Æsculapium; alii inventam assignant Chironi Centauro, saltem eam partem, quæ ex herbis est. Jul. Hygin. Fabular. cap. 274. *Chiron Centaurus, Saturni filius, artem Medicinam Chirurgicam ex herbis primus instituit.* Vide quæ supra hoc opere de illo dixi.

Probus Grammatic. ad l. 3. Georg. atque hic Æsculapii doctor fingitur. Ovid. l. 2. Metamor. fab. 9.

*Non tulit in cineres labi sua Phæbus eisdem*

*Semina, sed natum flammis uterique parentis*

*Eripuit, geminique tulit Chironis in antrum,*

X 3.

APOM.

Apollodor. Bibliothec. l. 3. Ἀπόλλων ἀετρίδας τὸ βίβριος ἐκ τῆς πυρᾶς, πρὸς Χείρωνα τὸν Κένταυρον ἵππευε, παρ' ᾧ καὶ τὴν ἰατρικὴν, καὶ τὴν κνηστρικὴν τετραήμερος ἰδιδάχθη  
 Verit. Benecatus Ægius: Apollo sapiens infantem ē γρη, ad Chironem Centaurum alendum tulit, a quo etiam Medicinam & venandi artem perdidit. Pindar. Nemceor. od. 3. in principio.

Pocēt solvi hic nodus, auctoritumque dissensus componi ex loco laudato Hygini. Nam Medicinam Chirurgicam Chiron excogitavit primus, Apollo ipse oclariam, ejus filius Aesculapius Clinica. Quare Plutarchus lib. 8. Symposiac. cap. 14. καὶ τὰς ἰατρὰς Ἀσκληπιὸν ἔχοντα ἰσμεν ἡγάθη. Et medicos habere Aesculapium præfideri sinitus. Lucertus poeta lib. 1. Antholog. cap. 39. epigr. 6.

Παῖδων, Χείρων, Ἀσκληπιὸς, Ἰπποκράτης τε,  
 Τοῖς δ' ἐπὶ Νικαῖδος προφρέστερον ἔλαχεν εὖχος.  
 Id est, ad verbum: Παιδῶν, Chiron, Aesculapius, Hippocratesque, post hos Nicomedem clarissimam consequutus est laudem. Unde data levitati poetica occalio fingendi Plutonium apud Jovem conquestum peritiam Aesculapii Inferncis delitui, neque amplius mori homines, aut certe jam mortuos resuscitari ab eo. Quo alludit Bassus, vel ut aliis vitium, Nicomedes:

καὶ νεκρῶν ἢν σαδνὸς εἰν αἶδῃ.  
 Et mortuorum erat egestas in inferno.  
 Pindar. Pythior. od. 3.

Ἀσκληπιὸν  
 Ἄρεα παυτοπαπῶν ἀλυτῆρα νέσαν.  
 Aesculapium heroum omniperiorum propulsatorem morborum. Et cum Hippolytum ad vitam revocasset, fulmine percussus ab indignante Jove fatalem iterum seriem ab illo rumpi. Athenagoras in Apologia Lucian. in concilio deor. D. Augustin. lib. 18. de Civit. Dei cap. 10. Euseb. Præparat. Euangel. l. 3. cap. 14. Arnob. lib. 4. cont. gent. Nunquid cupidinis atque avaritiæ causa (sicut ante Evotius Pindarus) Aesculapium submissis transfugum esse selo. Cyprian. lib. de Idolor. vanitate. Aesculapius, ut in denm fergo, subminat: Hercules, ut hominem exuat. Oetris ignibus concremat. Tarquinius de Illustribus viris; Inceris parentibus natum, expositum, & a venatoribus inventum, canino lacte nutritum, Chironii traditum, didicisse Medicinam, fuisse autem Messenium, sed Epidauri moratam scribit, ut refert Lactantius Firmianus l. 1. Divinar. Instit. cap. 10. M. Minutius Felix in Octavio, & Gevcrhardus Elmenhoist. in Notis ad eundem auctorem. Varia disquisivi ad illud Claudiani lib. de Bello Getico; licet alia historia ibi:

Quem senior vates avium clangore repertum  
 Gramine restituit.

Sed quia de Medicina crebra hic mentio, annotabo paucis primam apud Romanos ejus administrationem servorum tantum fuisse, non autem ingenuorum, eamque illo sæculo quaestu exerceri solitam; si prius ostendero Aesculapium ad vitam plerisque revocasse, quod & proditum à Xenophonte lib. de venat. in principio. Bocarius in Geneal. deor. l. 2. cap. 27. & Hyginus; Ideo, ait, anguinem in Aesculapii intela esse, quod ejus beneficio monstrata herba vitam silio regis restituerit. P. Ovid. l. 6. Fastor.

Ufus & auxilium est anguis ab angue dato.  
 Disertus medicus, & elegans poeta, Q. Sannonicus Serenus de Medicina in limine:

Tuque potens artis, reduces qui tradere vitas  
 Nostri, ante in calum manes revocare sepultos,  
 Qui colis Ægeas, qui Pergama, quique Epidaurum,  
 Huc ades.

Primi ergo medici servili conditione. L. Seneca l. 3. de Benef. cap. 24. Imperavit (Domitius) medico, eidemque servo sibi venenum daret, & patris interpositis, visis Domitius, servatus à Casare, prior tamen cum servus servaverat, dominum hoc consolatius est, non tanquam mortiferam, sed tanquam somniferam potionem dedisset. Eadem narrat Suetonius in Ner. cap. 2. Ut banstium venenum patientia evomerit, medicumque muniverit, qui idem sibi prœdatis ac siens minus noxium temperasset. M. Tul. in Orat. pro rege Dejotaro. Philippum medicum servum regium,

qui cum legatis missus esset, ab ipso adolescente esse corruptum. Fr. Robortellus corrigit C. Suetonii locum è Julio cap. 4. Mansitque apud eos, non sine summa indignatione diebus quadraginta, cum uno medico & duobus ubiculariis. Legit ille, cum uno amico, quod zelos, amicum, cum appeller Plutarchus in Casare, hanc ipsam historiam describit. Sed lectionem vulgaram posse retineri docuit pridem vir multificus Isaac Casaubonus ad eum locum. Itaque avo Augusti non omnes medici servi, sed quidam etiam in interiori principum cultu. C. Tacit. Annual. lib. 4. Semitar in consuetam Eudemus amicus ac medicus Livia. L. Sen. lib. 6. de Benefic. cap. 16. Quare medico & præceptori plus quiddam debeo, nec adversus illos mercede defungor, quia ex medico & præceptore in amicum transivimus, & nos, non arte, quam vendunt, obligant, sed benigna & familiari voluntate: Et vide plura egregia disquisitionis apud eundem.

Quæ licet aliquatenus fatear vera esse, tamen usitatus erat, medicos in familiario esse. C. Suet. Calig. cap. 8. ex Angulfi epistola: Mito prætere a cum eo ex servis meis medicum. Q. Aur. Syn. l. 2. ep. 18. Certe Eusebius medicorum potissimus, obsequio tuo à me traditus, & ad leniendam opportunitus offensus, jam poterit amara condire, de cuius fucetis duo spondeo, nec affectioni temperamentum, nec tibi defuturam esse solatium. C. Plin. Junior lib. 10. ep. 4. Proximo anno, domine, gravissima valetudine, usque ad periculum vite vexatus, Jatralsipem assumpsit, cujus sollicitudini & studio, tua tantum indulgentia beneficio, referre gratiam partem possim, quare rogo des ei civitatem Romanam, est cuius peregrine conditionis, manumissus à peregrina, vocatur ipse Harpocras, patronam habuit Theomuthin Theonis, quæ jam pridem defuncta est. Et eisdem libri epist. 22. Ago gratias quod Romanam civitatem Harpocrati Jatralsipem meo sine mori indulgisti, sed nunc annos ejus & censum, sicut præceperas, edorem, admonitus sum à peritoribus, debuisti me ei ante Alexandrinam civitatem impetrare, deinde Romanam, quoniam esset Ægyptius, ego autem, quia inter Ægyptios, caterose peregrinos nihil interesse credebam, contentus fueram hoc solum scribere tibi, cum scilicet à peregrina manumissum, patronamque ejus jam pridem dececessisse. Claudian. lib. de bello Gildonico:

Noxia pollicentur domum misere venena  
 Fabricius regi, nudata fraude, remisit,  
 Injusso quem Marte petis, bellumque negavit  
 Per famulis patrare nefas.

At quis hic famulus? Explicant historici. A. Gell. Regis Pyrrhi amicum l. 3. cap. 8. vocat. Valerio Antiat veteri historico Timochures Ambraciensis dicitur; Q. Quadrigarius antiquus item historia scriptor, Nicium nominat. Antiat concors est Valerius Maximus l. 6. cap. 5. tit. 4. At T. Livius non amicum, aut familiarem vult fuisse, ut illi, sed medicum 5. Decad. lib. 2. Non per insidias & nocturna prælia, aut simulatam fugam, improvisosque ad incautum hostem reditus, nec ut astu magis, quam vera gloria viderentur bella majores gessisse, eadem fide indicatum Pyrrho medicum, vite ejus insidiantem, eadem Falstis vinculum traditum præceptorem. Huc refero illud L. Apulcii lib. 1. Apol. Falstis, quod leporem marinum fuisse dixerunt, alius enim piscis fuit, quem mihi Themison servus vasser, medicina non ignarus, ut ex ipso audisti, ultro atulit ad inspicendum. Et alio loco ejusdem operis; Themison medicus, à quo mulier ad inspicendum prodenta est. Autea legebatur pessime, meo quidem iudicio, Themis confertus. Auctor correctionis L. Liptius in Elect. & firmatur lectio ista ex L. Seneca epist. 95. Itaque alia est Hippocratis secta, alia Aesclepiadis, alia Themisonis. Ut conjectura mihi nascatur nobilissimi medici nomen, servo seu medico domestico attributum. Nam reperio Themisonem quandam medicæ peritia scientiæ usque eo elatum, ut, cum in comitatu regis Antiochi esset, Macedonia oriundus, quemadmodum Insipiter vocari voluerit Menecrates, ita ille Heracles. Athen. lib. 7. Dipnosophist. cap. 13. Fuit & alter medicus ejusdem nominis tempore Vespasianorum, auctore veteri Scholiaste Juvenalis ad v. 221. sat. 10.

Quot Themion exegros autumnno occiderit uno.  
 Nec tantum id ex historicis liquet & poetis, sed & Jurisconsultis. Scævola l. 41. ff. de fideicommiss. libertat. Lucius Titius ita

testamento cavit, medicos tibi commendo, illum & illum, in tuo iudicio erit, ut habeas bonos libertos, & medicos, quod si ego libertatem eis dedissem, veritus sum, quod forori meæ charissimæ fecerunt medici servis manumissi ab ea, qui sulario expleto reliquerunt eam. Papinianus l. 10. ff. de manuis leg. Ideo nec sumptuum medicamentorum medicus libertus recte petet, quem ut patronam & inique familiam curaret, acceptabat. Justin. Aug. l. 3. C. Commun. de legat. Et in Sacris licentis, Joseph præceptis servis suis medicis, aromatis patrem condirent. Geneleos cap. ult.

Narrationem de Æsculapio susceptam proficior. Depingebatur senili facie, barba prope, nodoso in manu baculo. Signi ejus meminit C. Suetonius in Augusto c. 59. De barba M. Tull. lib. 3. de Nat. Deor. Dionysius Æsculapii Epidauri barbam auream demi iussit, neque enim corvine barbaturum esse filium, cum in omnibus fœnis pater imberbis esset. Legendum censio, Æsculapii Epidaurii barbam. Neque enim res Epidauri acta est, sed in Sicilia. Ælian. var. hist. lib. 1. cap. 20. Simile mendum in Valerio Maximo lib. 1. cap. 2. Idem Epidauri Æsculapio barbaturum auream demi iussit, quod affirmaret, non corvine patrem Apollinem imberbem, ipsum vero barbaturum consilii. Lege, Epidaurio Æsculapio. M. Minutius Felix in Octavio: Æsculapinus bene barbaturus, etsi semper adolescentis Apollinis situs.

Pallium & crepidas Græco more, nempe Græcus deus gerebat. Q. Flor. Tertull. lib. de Pallio: Ipsum hoc pallium mo-

rosius ordinatum, & crepida græcæ & græcæ Æsculapio adulantur.

Cum baculo etiam ethiæ illi posita. Fest. Pompejus lib. 9. In insula Æsculapio facta ædes fuit, quod egroti à medicis aqua maxime sustententur; ejusdem esse tutelæ draconem, quod vigilantissimum sit animal, quæ res ad tuendam valetudinem egroti maxime apta est; canes adhibentur ejus templo, quod is uberibus canis sit nutritus; bacillum habet nodosum, quod difficultatem significat artis; laurea coronatur, quod ea arbor plurimorum sit remedium; huic gallinæ immolabantur. Sidon. Apollin. l. 4. ep. 3. Tenere non abuit cum Orpheo plestrum, cum Æsculapio baculum, cum Archimede radium, cum Euphrate horoscopium, cum Perdice circinum, cum Vitruvio perpendiculum. Et sic puto intelligendum L. Apulejum lib. 1. Miletiar. principio. Dices dei medici baculo, quod ramulis semiampulatis nodosum gerit, serpentem generosum lubricis amplexibus inherere. Baculus iste in lava manu, dextra barbæ admota, qui fere lenium mos solet esse. P. Ovid. lib. 15. Metamor. fab. 50.

Cum deus in somnis opifer consistere visus  
Ante tuum, Romane, thorum, sed qualis in æde  
Essi solet, baculumque tenens agreste sinistra,  
Casaricum longæ dextra deducere barbæ.

Varia de illo apud Lilius Gyraldum quare egregio de diis Gentilibus volumine. Et Artemidorum Daldianum lib. 2. Onirocrit. cap. 42. & lib. 5. cap. 9. 61. 66.

## CAPUT XVIII.

## De iis, propter quæ datur ascensus in cælum.

AST Olla, inquit Cicero, propter quæ datur ascensus in cælum, mentem, virtutem, pietatem, fidem, earumque laudum delubra sunt. Nec ulla vitiorum sacra solemnia obeunt. Et paulo post in hujus legis explicatione: Bene vero, quod mens, pietas, virtus, fides, consecratur manu: quarum omnium Romæ dedicata publice templa sunt: ut illa qui habeant (habent autem omnes boni) Deos ipsos in animis suis collocatos putent. Tertia hæc est Deorum, sive Dearum gentilium classis, de quibus hoc capite ordine dicemus, initium à mente capientes.

## DE MENTE.

MENTEM propterea consecrarunt veteres, quemadmodum Varro, Laëntius, Augustinus & alii tradunt, ut bonam mentem concederet. L. Balbus apud Ciceronem libro 2. de Natura Deorum: Tum autem res ipsa, in qua vis inest major aliqua, sic appellatur, ut ea ipsa vis nominetur Deus, ut Fides, ut Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus proxime à M. Emilio Scauro: ante autem ab Attilio Calatino erat fides consecrata. Hactenus apud Ciceronem L. Balbus. Livius lib. 22. T. Otacilium Prætozem (sic enim emendavit Carolus Sigonius, cum antea legeretur Attilius, Menti ædem votiſcribit, quam postea idem Duumvir ad hoc creatus, dedicaverit. Livius lib. 23. ubi etiam addit, hanc Mentis ædem & Veneris Erycinæ in Capitolio esse, uno tantum canali discretas. Vires Ciceronem ita intelligendum esse vult, Mentem esse consecratam proxime à M. Emilio Scauro, cum jam ante fuisset ab Attilio consecrata.

## DE VIRTUTE ET HONORE.

VIRTUTEM à viro dici auctor est Cicero, eo quod virum Virtus maxime honestet. Quid sit virtus, plurimorum insignes disputationes ostendunt, quas hoc loco referre non est necesse. Lactantius dicit, virtutem esse perferendorum malorum fortem ac invictam patientiam. Hanc Romani religiose coluerunt, eique divinos honores habuerunt, ut scilicet virtutem daret, teste Aurelio Augustino ex Varrone lib. 4. cap. 20. & alibi. Simulachra Virtutis varia fuerunt, nonnunquam matronali habitu, nonnunquam virili, nonnunquam senili efficta.

Primus Virtuti fanum posuit Scipio Numantinus: deinde Marcellus Virtutis & Honoris. Plutarchus in libro de Fortuna Romanorum, & in vita Marcelli: Marcellus templum Honoris & Virtutis, à se ex manubiis Siciliensibus extructum dedicare cupiens à Pontificibus impeditus, quod ii non recte una æde duos Deos includi dicerent, priori alterum adjicere cœpit, ægre ferens id impediementi, ac quasi in omen trahens. Idem Valer. Maximus habet libro 1. cap. 1. Livius l. 29. Ædem Virtutis eo anno (qui fuit 1041. P. Cornel. Scipione Africano, P. Lucinio Crasso Divite Coss.) ad portam Capenam M. Mar-

cellus dedicavit. XVII. anno postquam à patre ejus primo consulatu vota in Gallia ad Clastidium fuerat. Cicero l. 2. de Natura Deorum: Vides *Virtutis templum*, vides *Honoris* à M. Marcello renovatum, quod multis ante annis erat bello Ligustico à Q. Maximo dedicatum. Cæterum *Virtutis* & *Honoris* templa ita extructa erant, ut per *Virtutis* templum ingressus esset ad ædem *Honoris*, quo ostendebatur non patere aditum ad verum honorem consequendum, nisi per *virtutem* ipsam.

Fuit & alia Romæ *Honoris* & *Virtutis* ædes consecrata à C. Mario, devictis Cimbris: diversas tamen cellas habebat, cujus meminit præter alios *Vitruvius* lib. 7. & vetus inscriptio, quæ habetur in libro Epigrammatum, C. MARIUS PR. TR. PL. Q. AUGUR. &c. DE MANUBIIS CIMBRICIS, ET TEUTONICIS ÆDEM HONORI ET VIRTUTI VICTOR VESTE TRIUMPHALI CALCEIS PUNICEIS. *Festus*, Summissiorem aliis ædem *Honoris* & *Virtutis* C. Marius fecit, ne si forte officeret auspiciis publicis, Augures eam demoliri cogerentur. *Honoris* & *Virtutis* simulachra in nummis antiquis videntur talia litera R. notata.

## D E P I E T A T E.

PIETATIS vox late patet: proprie quidem convenit in *Deos*, quibus omnia debemus: deinde in *patriam* atque in *parentes*, quorum charitas proxime accedit ad *Deos*: tertio loco, erga omnes *propinquos*: postremo, erga *optime meritos*, quos diligere ut propinquos, & colere parentum fere loco, æquum est. Cicero lib. 1. de Natura Deorum: *Pietas justitia est adversus Deos, & cultus erga majores, aut sanguine conjunctos*. Hanc ut *Deos* cæteros colebant Romani. Ædem ei consecravit M. *Acilius Glabrio* Duumvir in foro Olitorio, eo loco, quo quondam mulier habitaverat, quæ matrem suam inclusam carceri mammis suis clam aluerat, ob quod factum impunitas ei concessa fuit. Ita fere *Festus*, nisi quod pro matre patrem ponit, cum tamen reliqui scriptores, qui hujus historiæ meminerunt, omnes matrem carceri inclusam fuisse, non patrem, scribant. *Livius* l. 40. *Valerius Maximus* lib. 5. cap. 4. *Plinius* lib. 7. cap. 36. *Pietatis* exempla infinita quidem toto orbe extitere, sed Romæ unum, cui comparari cuncta non possunt. Humilis in plebe, & ideo ignobilis puerpera, supplicii causa carcere inclusam matrem, cum impetrasset aditum à janitore, semper exclusa, ne quid inferret cibi, deprehensa est uberibus suis alens eam: quo miraculo matri salus donata filię pietate est, ambæque perpetuis alimentis, & locus ille eidem consecratus est Deæ C. *Quintio*, M. *Attilio* Coss. templo *Pietatis* extructo in illius carceris sede, ubi nunc Marcelli theatrum est. Hactenus *Plinius*.

## D E F I D E.

FIDEM etiam divinis honoribus coluerunt Romani. Ædes ejus in Capitolio fuit, ut *Plinius* libro 35. Naturalis historiæ innuit. Cicero lib. 3. de Offic. *Fidem* ait vicinam Jovi in Capitolio; & in 2. de Nat. Deor. ab *Attilio Calatino* consecratam ait. *Festus* ex *Agathocle* auctor est, ante ipsum Romulum ab Ænea in Palatio *fidem* consecratam. *Dionysius Halicarnassæus* lib. 2. & *Plutarchus* tradunt, Numam Pompilium primum publice templum sacrasse *Fidei*, eique assignasse ex ærario victimas, quemadmodum Diis cæteris. Quod in tanta diversitate Scriptorum sequendum sit, difficile est judicare. Me tamen *Plutarchi* & *Dionysii*, quibus etiam accedit *Livius*, auctoritas movet, ut omnino credam à Numa Pompilio primam ipsi ædem consecratam, eandemque vetustate collapsam ab *Attilio Calatino* resectam, aut novam extructam esse. Ejus imaginem vide litera S.

## D E S P E.

Hujus etiam Deæ ædem à *Calatino* consecratam esse Cicero in 2. de Legib. docet. *Livius* lib. 21. ædis *Spei* in foro Olitorio meminit, quam dicit fulmine ictam esse. Et lib. 4. *Q. Fabio filio* & *T. Sempronio Graccho* Coss. eandem scribit incendio esse conflagram, quæ paulo post creatis ad id ipsum Triumviris, resecta fuit. *Livius* lib. 25. *P. Victor Spei* novum templum in VII. Urbis regione statuit, hoc est, in via lata. Fuit & ad Tiberim *Spei* ædes extructa à M. *Fulvio Censore*. *Livius* lib. 40. *Spei* effigies in antiquis nummis talis cernitur, ut videre est in litera T. Fœmina est stans, institæ laciniam sinistra manu nonnihil attollens, dextra in cubitum elata pateram profert, in qua repositum inest velut ciborium: id est, vas in floris similitudine, cum hac inscriptione, *Spes P. R.* Quidam etiam *Spem Deam* viridi indutam palla effinxerunt, & sedentem supra dolium cum cornice, quidam etiam *Spem* cum Nemesi.

*SPES* templum demum incensum scribit *Dio* lib. 50. ante bellum Actiacum, cum aliis plerisque ædificiis: quod factum quidam crediderunt libertorum opera.

## DE PUDICITIA.

PUDICITIA etiam à Romanis ut Dea culta fuit, eaque duobus nominibus, *Patricia*, & *Plebeja*. PUDICITIÆ PATRICIÆ ædes in foro Boario fuit ad ædem rotundam Herculis, quam non licebat ingredi, nisi iis quæ semel nupsissent. Hanc ædem ab *Æmilio* consecratam ajunt.

PLEBEJÆ PUDICITIÆ ædícula in vico longo extracta est à Virginia, quæ familia *Patricia* orta, post Plebejo nupta, à sorore sacris *Patricia Plebeja* arcebatur, de qua re notatu digna sunt, quæ scribit *Livius*: Insignem, inquit, supplicationem fecit certamen in sacello *Pudicitia* Patricia, quæ in foro Boario fuit ad ædem rotundam Herculis, inter matronas ortum. *Virginiam* Auli filiam *Patriciam* Plebejo nuptam L. Volumnio Consule matronæ, quod è Patribus enupsisset, sacris arcerant. Brevic altercatio, inde ex iracundia muliebri in contentionem animorum exarsit: cum se *Virginia* & *Patriciam* & pudicam in *Patricia Pudicitia* templum ingressam, & uni nuptam, ad quem virgo deducta sit; nec se viri, honorumve ejus, ac rerum gestarum pœnitere vero gloriaretur. Facto deinde egregio magnifica verba adauxit. In vico longo, ubi habitabat, ex parte ædium, quod satis esset loci, modico sacello exclusit, aramque ibi posuit, & convocatis plebejis matronis, conquesta injuriam *Patriciarum*; Hanc ego, aram, inquit, *Pudicitia Plebeja* dedico: vosque hortor, ut quod certamen virtutis viros in hac civitate tenet, hoc *Pudicitia* inter matronas sit: detisque operam, ut hæc ara, quam illa, si quid potest, sanctius & à castioribus coli dicatur. Eodem ferme ritu & hæc ara, quo illa antiquior, culta est, ut nulla nisi spectatæ *Pudicitia* matrona, & quæ uni viro nupta fuisset, jus sacrificandi haberet. Hactenus *Livius*. Hinc *Valerius Maximus* l. 2. de Institutis. Quæ uno contentæ matrimonio erant, inquit, corona *Pudicitia* honorabantur. *Festus* auctor est, exilitare quosdam *Pudicitia* simulachrum, quod in foro Boario fuit, *Fortunam* esse.

## DE CONCORDIA.

CONCORDIA DEa dicta, quæ daret *concordiam*. Hujus diversæ ædes Romæ fuerunt, quarum primam *M. Furius Camillus* Dictator v. in Capitolio vovit & extruxit, *Plutarcho* & *Ovidio* testibus. *Plutarchi* verba ex interpretatione *Xylandri* sunt hæc: *Camillus* vovit, sedata seditione se templum *Concordia* dedicaturum. Et paulo post: Postridie concione habita scriptum est, ut templum *Concordia* in rei memoriam, ad Forum & Comitium spectans ædificaretur, &c. In hoc templo Senaculum erat, ubi Magistratus cum Senioribus deliberabant. Erant & multa simulachra, quorum passim meminit *Plinius*.

*Alteram* Cn. Flavius Appii Cæci Scriba, Anno libertino patre genitus, qui dies *fastos* publicavit, æream fecit in Græcostasi, de qua in hunc modum *Plinius* lib. 33. cap. 1. *P. Sempronio Longo*, *L. Sulpicio Coff.* Flavius vovit ædem *Concordia*, si populo reconciliaisset ordines. Et cum ad id pecunia publica non decerneretur, ex mulctatitia fœneratoribus condemnatis ædicolam æream fecit in Græcostasi, quæ tunc supra comitium erat, inciditque in tabula ærea, eam ædem ccciv. annis post Capitolinam dedicatam. Meminit hujus & *Livius* lib. 9.

*Tertiam* vovit *L. Manlius* Prætor bello Gallico, propter seditionem militarem. Facienda est locata à Duumviris Cn. Puppio Casone, *Quintio Flaminio* ad hoc creatis à Prætoribus Urbis, dicata in arce à M. & Cn. Attiliis. *Livius* lib. 22. & 23.

*Quarta* est in foro Romano prope Græcostasim, ædificata à *L. Opimio* Cos. deletis Gracchanis partibus, ubi etiam est basilica *Opimia*. *Varro* lib. 3. de Lingua Latina. Erecta est ea ædes ingenti indignatione populi Romani, ad quam etiam cum construeretur, inscriptum est: Opus *Vecordia* templum *Concordia* facit, veluti *Xylander* hunc locum vertit: *Vecors* facinus *Concordia* fanum facit. *Plutarchus* in C. Graccho. *Appianus* lib. 1. de Bellis civilibus.

*Quinta* ædes *Concordia* posita est à *Livia Augusta*, nisi eadem sit antiquissima, quam fecerat *Camillus*, reparata à *Livia*, quod vetustate laberetur. *Suetonius* in Tiberio. *Ovidius* in 1. Factorum. Dedicavit *Tiberius Augustus*. *Dio* lib. 50. De ædibus *Concordia* etiam *Augustinus* lib. 3. de Civitate Dei, cap. 25.

His Diis qui consecrati sunt nominibus virtutum, etiam eos adjiciemus, quibus nomina rerum expectandarum sunt indita. Quoniam, ut inquit *Cicero*, expectatione rerum bonarum erigitur animus. Tales fuerunt, *Pax*, *Quies*, *Salus*, *Felicitas*, *Libertas*. De quibus omnibus pauca tantum verba faciemus, ac de *Pæce* primum.

## DE PÆCE.

PACIS templum Romæ fuit magnificentissimum, foro proximum, quod *Vespasianus* à Claudio inchoatum, construxit. *Josephus*, *Plinius*, *Suetonius*, & *Dion*. In hoc templo sunt qui tradant, divum *Hieronymum* secuti, vasa, & donaria templi Hierosolymitani à *Tito Vespasiano* reposita fuisse. In hoc templo omnium rationalium artium Professores convenire ad disputandum consuevissent, *Galenus* in Sermonem de libris propriis docet. *Lilius Gyraldus* etiam ægrotos hoc templum frequentare solitos fuisse, ex quodam

parum intellecto Galeni loco aserit, quem errorem notavit & reprehendit *Hieronymus Mercvialis* lib. 1. Variarum lectionum, cap. 13. Hoc *Pacis templum*, quod supra cætera maximum ædificium & pulcherrimum ac opulentissimum fuerat, *Commodo* imperante, incendio consumptum esse, *Herodianus* lib. 1. auctor est. Simulachrum *Pacis* fuit varium: effingebatur nonnunquam cum spicis, interdum cum oliva, & cum lauro coronabatur, quin & cum rosa: nonnunquam solo caduceo significabatur. Fuit & *ara Pacis* Romæ.

### DE QUIETE.

*QUIETEM*, inquit *Aurelius Augustinus* lib. 4. de Civitate Dei, cap. 16. appellant, quæ faceret quietem. Hæc ædem habebat extra portam Collinam. Publice enim, inquit *Augustinus* suscipere illam noluerunt. *Livius* quoque lib. 4. scribit, *forum Quietis* fuisse via Labicana. *Vices* ad Augustini illum locum supra citatum, scribit, se conjectura adductum existimare, *Quietem* hanc ad mortuos pertinuisse, cum & *Orcus* ab Antiquis *Quietalis* dictus sit.

### DE SALUTE.

Et hanc Romani sancte & religiose coluerunt, ita ut feræ etiam antiquis essent, quoties quis *Sr-lutem Deam* nominasset, teste *Macrobio* lib. 1. Saturnal. lib. 16.

*Ædes Salutis* à *C. Junio Bubulco* Censore locata fuit, anno Urbis cōxlvj. ut *Livius* l. 9. & 10. prodit, quam ipse Consul bello Samnitum voverat, mox idem Dictator eam dedicavit. Hanc ædem à *Fabio Pictore* depictam esse *Plinius* docet. Ab hac æde vicina nomen habet *Porta Salutaris*. Sic enim *Festus*: *Salutaris* porta Romæ appellata, quod prope ædem *Salutis* esset. *P. Victor* in v. regione eam collocat.

Porro & *Salutis* augurium apud Romanos celebrabatur, cujus Scriptores veteres sapius meminunt: quale autem id fuerit, solus, quod ego sciam, *Dio* lib. 37. his verbis docet: Annuo, inquit, tunc spatio Romani bellis vacarunt, ita ut longo tempore intermissum augurium *Salutis* repeterent. Est autem quoddam divinationis genus, quo probatur, concedantne ipsi Dii, ut populo *Salutem* postulent, quasi nefas esset eam prius, quam concedatur, perere. Ad id dies destinabatur singulis annis, ad quam diem nullus exercitus ad bellum esset profectus, nullus hostis in aciem eduxisset, aut pugnatum esset. Hanc ob causam in continentibus malis, maximeque intestinis, non celebrabatur: alioquin etiam difficillimum erat Romanis, ut eam diem exacte ab his omnibus puram servarent: præterea absurdissimum est, quod, cum ipsi sese mutuo est in seditionibus ultro malis infandis affigerent, ut, sive vincerentur, sive adeo vincerent, in miseris essent, ita *salutem* à Deo flagitare velent. Hactenus ille. Et sic *Salutis* Augurium explicat *Angelus Politianus* in Miscellaneis, cap. 13.

### DE FELICITATE.

*FELICITAS* etiam, ait divus *Augustinus*, Dea est, ædem accepit, aram meruit, sacra ei congrua perfoluta sunt. De nomine non opus est multa verba facere. Simulachrum ejus *Archelesio* plastæ, quemadmodum *Plinius* scribit l. 35. locatum à *L. Lucullo* hs. LX. cui mors utriusque invidit. In antiquis numismatis talis *Felicitatis* cernitur effigies: Fœmina in folio sedens, dextra caduceum, sinistra grande cornu copiæ tenens. Ædem ei anno ab Urbe condita 1061. xvi. *L. Lucullus* Consul cum *M. Cotta* locavit. *Augustinus*. Sed & *M. Lepidus* Magister equitum templum *Felicitati* Cæsaris ex Senatusconsulto construxit. *Dio*, lib. 44.

### DE LIBERTATE.

*LIBERTAS* imprimis à Romanis Dea habita & culta est, ut qui maxime ei studerent, ab eo videlicet tempore, quo in libertatem sese vindicaverent. *Libertatis* templum *P. Victor* in Aventino constituit, & ibidem atrium *Libertatis*, cujus crebra apud Scriptores mentio. Templum *Libertatis* *Livius* ex mulctatitia pecunia cum æreis columnis & statuis pulcherrimis à patre *Tib. Gracchi*, & conditum & dedicatum: ejus atrium ab *Ælio Pato*, & *Cornelio Cethego*, Censoribus instauratum & auctum, demum & à *Pollione* restitutum, *Suetonius* scribit.

*Cicerone* in exilium profecto, domum ejus *P. Clodius* Tribunus plebis *Libertati* consecravit. *Cicero* pro Domo ad Pontifices. *Dio* quoque lib. 44. auctor est, Romanos ingratiæ Jul. Cæsaris publico decreto *Libertatis* templum construxisse. Atque de his hactenus. Plurima templa, quæ in Imperatorum Romanorum gratiam extructa & consecrata fuerunt, ut *Clementia* Cæsaris, de quo *Plutarchus*: *Fustitia* *Augusti*, de quo *Ovidius*: *Fœcunditatis* *Poppææ*, de quo *Tacitus*: & multa alia, de quibus, præter *Poëtas* & alios veteres Scriptores, *Hubertus Goltzius* in Thesauro Antiquitatis, & alibi, *Adolphus Occo*, Medicus *Augustanus*, in Numismatibus Romanorum Principum. *Æneas Vicius* & alii nos docent, prætermitto. Nam translata ad unum Imperii potestate, superstitiosa assentatio modum non invenit.

## CAPUT XIX.

## De Diis Semonibus, sive minoribus, in quorum tutela homo esset.

DE Diis majoribus, sive Selectis hactenus diximus, tum de Indigetibus, sive iis, quos merita vocarunt in cœlum: postremo de iis, propter quos daretur ascensus in cœlum. Sequitur igitur, ut de Semonibus, sive minoribus verba faciamus. Semones autem, uti Fulgentius Placiades in libello Obscurarum vocum tradit, dici voluerunt Deos, quos nec cœlo adscriberent, ob meriti paupertatem, sicut sunt Priapus, Hippona, Vertumnus: nec terrenos eos disputare vellent pro gratiæ veneratione. Hos Fufius Lipsius lib. 2. Antiquarum lectionum, c. 18. Semones dici ait, quasi hemihomones, id est semihomines. Antiqui enim hominem dicebant hemonem. Augustinus lib. 6. de Civitate Dei, cap. 9. auctor est, Varronem commemorasse & enumerasse Deos à conceptione hominis, & exorsum à Jano, eam seriem perduxisse usque ad decrepiti senis mortem, & Deos ad ipsum hominem pertinentes clausisse ad Nænam Deam, quæ in funeribus senum cantetur. Deinde cœpisse ipsum Deos alios ostendere, qui pertinerent non ad ipsum hominem, sed ad ea, quæ sunt hominis, sicuti est vitæ, vestitus, & quæcunque alia, quæ huic vitæ sunt necessaria, ostendisseque in omnibus, quod sit cuiusque munus, & propter quid cuique debeat supplicari. Sed cum libri isti interierint, impossibile nobis est de iis eo ordine, quo Varro dicere, & omnes illos Deos, nemine omisso, recensere: faciamus tamen, ut, quantum fieri poterit, eorum, quorum apud Scriptores passim fit mentio, Deorum nomina & officia vel munera, breviter enumeremus, accuratorem descriptionem iis commendantes, qui & ingenio valent, & ocio magis abundant.

## Dii, qui nascentibus &amp; infantibus præerant.

A JANO incepisse Varronem Augustinus docet, de quo nos ante multa diximus.

OPIS, inquit Augustinus, dicitur, & invocatur ut opem ferat nascentibus, & excipiat eos sinu terræ.

NASCIO, sive NATIO Dea, quæ nascentibus præesse credebatur. Cicero lib. 3. de Natura Deorum: Nascio quoque Dea putanda est, cui, cum fana circumvis in agro Ardeatino, rem divinam facere solemus.

VATICANUS Deus dictus, qui in vagitu os aperit, vel qui infantum vagitibus præsidet. Agellius lib. 16. cap. 17. duas diversas de hoc sententias recitat, quarum prima est, quod præsit agro Vaticano, & nomen habeat à Vaticanis, quæ ipsius vi atque instinctu in agro illo fieri consueverint. Alteram deinde subjungit, ex Terentii Varronis libris rerum divinarum, videlicet: Vaticanum Deum nominatum esse, penes quem essent vocis humanæ initia: quoniam pueri, simulatque nascantur, eam primam vocem edant, quæ prima fit in Vaticano syllaba, qua de causa etiam vagire dicantur, exprimente verbo sonum vocis recentis. Apud Augustinum lib. 4. cap. 8. de Civitate Dei, legitur Vagitanus: pro quo tamen in veteribus codicibus Vaticanus invenitur. Vives annotat.

LEVANA, quæ de terra levat infantes.

CUNINA, quæ præest cunis, infantisque in cunis decumbentes tuetur: vel quæ cunas infantum administrat. Augustinus lib. 4. de Civitate Dei, cap. 8. 14. & alibi. Lactantius lib. 1. Divinarum Institutionum, c. 20. Cunina à cunis dicta, eo quod infantes in cunis tueatur, & fascino submoveat.

RUMINA, quæ mammam parvulo immulgeat: quia rumam dixerunt veteres mammam. Augustinus lib. 4. cap. 8. Varro Cato, vel de liberis educandis, apud Nonium. His Semonibus (sic enim emendavit Fufius Lipsius lib. 2. Antiquarum lectionum, cap. 18. cum antea legeretur, hisce manibus) lacte fit, non vino. Cunicæ, propter cunas: Ruminæ, propter rumam: id est, prisco vocabulo, mammam, à quo subrumi etiam nunc dicuntur agni.

DIVA POTINA, quæ potionem ministrabat.

DIVA EDUCA, sive EDUSA, quæ escam infantibus præbebat. Augustinus lib. 4. c. 8. & alibi. Varro Cato, sive de liberis educandis, apud Nonium: Cum primore cibo & potionem initiarent pueros, sacrificabantur ab edulibus Eduse, & à potionem Potine nutrices.

OSSILAGO Dea solidatrix ossium. Arnobius lib. 4. Nam quæ durat & solidat infantibus parvis ossa, Ossilago ipsa memoratur.

NUNDINA Dea antiquorum, ut scribit Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 16. à nono nascentium die dicta, qui dies Iusticus nuncupatur quo scilicet infantes Iustrabantur, & nomen eis imponebatur. Is maribus erat nonus, scæminis octavus: cujus moris causas inquirat Plutarchus in Quæstionibus Rom. quæst. 102. quem hac de re lege.

STATILINUS & STATANUS, Dei præsidēs & astantes. Lactantius. Alii educationi illos adscribunt eo videlicet tempore, cum standi & consistendi potestatem habere incipiunt.

FABULINUS Deus dicebatur, qui colebatur cum *fari* pueri auspicarentur. De his duobus Diis ita Nonius: *Statilinum*, & *Statanum*, & *Fabulinum* præsidēs Deos, *Varro* de liberis educandis puerilitatis affirmat, ab *Statano* & *Statilino*, quorum nomina habent scripta Pontifices. Sic cum primo *fari* incipiebant, sacrificabant divo *Fabulino*.

PAVENTIAM Deam antiqui constituerunt ut averteret ab infantibus *pavorem*. *Augustinus* lib. 4. de Civitate Dei, cap. 11.

CARNEA vel potius CARNA Dea, vitalibus humanis præesse putabatur, ab eaque petebatur, ut jecinora, & corda, quæque sunt intrinsecus viscera, salva conservaret. Cui templum, pulso Tarquinio, *Junius Brutus* in Caelio monte construxit, *Calendis*que *Junis* sacrum voti reus fecit. Huic Deæ pulve fabacea, & larido res sacra fieri solebat. Quin & *Calendæ* ipsæ *Junia Fabaria* dicebantur. *Macrobius* l. 1. Saturnal. c. 2. D. *Augustinus* l. 4. de Civitate Dei, cap. 8. & alibi, *Cardeam* eam appellat, nisi mendosi sint codices.

JUVENTUS, sive JUVENTAS, quod *Ludovico Vivi*, & *Carolo Sigonio* magis placet, inquit, *Augustinus* l. 4. c. 11. & alibi, Dea est, quæ post *prætextam* excipit juvenilis ætatis exordia. Hanc Romani à *Servio Tullio* usque in Capitolio coluerunt: quare cum *Tarquinius Priscus* templum Jovi Capitolino extruere vellet, & propterea omnium aliorum Deorum, qui in Capitolio colebantur, templa exauguraret, *Terminus* & *Juventus* cedere noluerunt, quod Romani in omen traxerunt, fore, ut nunquam *termini Urbis* moverentur, nec unquam *juvenilis vigor* deesset. *Dionysius Halicarnassæus* l. 3. *Augustinus* de Civitate Dei, l. 6. cap. 1. *Juventus* Dea cum *Termino* Deo Jovi noluit concedere in Capitolio condendo. *Livius* l. 5. extremo. Aliam *Juventutis* ædem vocit *M. Livius* Consul, quo die *Hasdrubalem* exercitumque ejus cecidit, quam idem Censor *M. Cornelio*, *P. Sempronio* Coss. faciendam locavit, *C. Licinius Lucullus* Duumvir dedicavit, xvi. annis post, quam vota erant. *Livius* lib. 36. & qui addit, ludos etiam hujus ædis dedicandæ causa factos, & quidem cum majore religione, quod novum cum *Antiocho* bellum tum instaret.

ORBONA Dea colebatur, ne orbos faceret. *Arnobius* l. 4. ait, in hujus tutela fuisse orbatos liberis parentes. Ara ejus *Plin.* l. 2. c. 7. teste, ad *Larium* ædem erat. Quamquam vocabulum *Orbona* inde ejectionem erat. Restituit autem *Adrianus Junius* l. 3. Animadversorum, cap. 1.

VOLUPIA Dea, à *voluptate* dicta est, quod *voluptatem* hominibus afferret. *Augustinus* l. 4. de Civitate Dei, cap. 8. Nihil de ea apud Scriptores veteres invenitur, nisi quod sacellum habuerit prope portam Romanulam, in via nova. Sic enim *Josephus Scaliger*, ubi vulgati habent, *navalia*. In eo sacello, teste *Macrobio*, in ara *Voluptæ* fuit simulachrum *Augeroniæ*, de qua Dea alibi. Sacellum *Voluptæ* à *P. Victore* collocatur regione *Urbis* x. quæ dicitur *Palatium*. De simulachro hujus Deæ *Lilius Gyraldus* scribit esse, qui *Voluptatem* effingerent in throno, instar reginæ, sed pallidiori aspectu, & quæ virtutes subtus habere videretur: quam tamen opinionem ipse non magni facit. Meminit & *Cicero* *Voluptæ* lib. 2. de Nat. Deorum.

LUBENTINA, sive LUBENTIA, à *lubendo* dicta, teste *Varrone*, qui & *Venerem* eam esse significat. *Augustinus* à libidine eam habere docet.

ANCULI & ANCULÆ Dei, Deæque erant ancillarum, ab iisque colebantur. Appellati sic sunt ab *ancillis*, quod iis præessent: vela verbo *anculare*, quo antiqui utebantur, pro *ministrare*. *Festus*.

### Dii Nuptiales.

In nuptiis etiam peculiare Dii multi adhibebantur & colebantur, quos jam enumerabimus. *Plutarch.* in *Quæst. Rom.* q. 2. auctor est, matrimonium contrahentes secundum vulgi opinionem, quinque Deorum ope indiguisse: *Foris perfecti*, sive adulti: *Junonis perfecta*, sive adultæ: *Veneris*, *Suadæ*, ac *Diana* (ea *Lucina* est) quam parturientes invocant. Sed & multi alii adhibebantur, quorum hæc nomina apud *Augustinum* & alios reperiuntur.

JUGATINUS dicebatur, quod *conjuges conjungeret*: hic colebatur, cum mas & fœmina jungebantur. *August.* lib. 4. cap. 11. & l. 6. cap. 9.

DOMIDUCUS Deus colebatur, cum *domum ducenda* erat, quæ nubebat. Dicebatur etiam *Juno domiduca* eandem ob causam.

DOMITIUS celebrabatur, ut esset *in domo nova* nupta.

MANTURNA Dea adhibebatur, ut nova nupta cum viro maneret.

VIRGINENSIS Dea adhibebatur, cum *virgini* zona solveretur. De his omnibus *Augustin.* l. 4. de Civitate Dei, & l. 6. cap. 9.

CINXIA etiam Juno colebatur, de qua sic *Festus*. *Cinxia Junonis* nomen sanctum habebatur in nuptiis, quod initio conjugii solutio erat *cinguli*, quo nova nupta erat cincta.

MUTINUS, qui & *Priapus*, super ejus immanissimum & turpissimum fascinum federe nova nupta jubebatur, more honestissimo & religiosissimo matronarum. *Lactant.* l. 1. cap. 20. *Augustinus* l. 6. cap. 9.



DEUS PATER SUBIGUS adhibebatur, ut virgo à viro subigeretur.

DEA MATER PREMA colebatur, ut subacta virgo, ne se commoveret, cum premeretur. *Martianus Capella* l. 2. de Nuptiis Mercurii, & Philologiae. Meminit etiam *Junonis interduca, Domiduca, Unxia, Cinxia*: quia scilicet nuptiarum itinera protegeret, eas in aedes novorum maritorum duceret, unctio- ni postium adesset: de qua re post dicitur in ritibus nuptiarum. Huc pertinet etiam *Dea Viriplaca*.

VIRIPLACA Dea, à placando nomen habet, quod viros placaret, de qua *Valerius Maximus* l. 2. cap. 1. Quoties, inquit, inter virum & uxorem aliquid jurgii intercesserat, in sacellum *Deae Viriplacae*, quod est in Palatio, veniebant: & ibi invicem locuti, quæ voluerant, contentione animorum deposita, concordēs revertebantur. Dea nomen hoc à placandis viris fertur assecuta; veneranda quidem, & nescio an præcipuis, sed exquisitis sacrificiis colenda: utpote quotidianæ & domesticæ pacis custos, in pari jugo charitatis, ipsa sui appellatione virorum majestati debitum, ac sœminis reddens honorem. Hæc ille. Sacelli ejus meminit *P. Victor*, regione x. Urbis Romæ, & in eadem *Onuphrius Panvinius*.

### De Diis, Deabusque quæ parturientibus præerant.

MENA Dea fuit, quæ fluoribus menstrui mulierum præesse putabatur. *August.* l. 7. Jovis filia hæc Luna credita, quippe Græcè *Μηνή Luna* dicitur. *Menam* idem *Augustinus* privignam Junonis dixit.

DE JUNONE FLUONIA, & JUNONE LUCINA, diximus supra.

PERTUNDA etiam parientium Dea erat, & ab iis colebatur.

LATONA, Apollinis & Dianæ mater fuit. Huic ait *Ælianus* in varia historia, existimatum gal- lum gallinaceum in amore fuisse, propterea quod ei parienti adfuerit, & quod etiam nunc parien- tibus adsit, eisque faciles partus efficiat.

EGERIAM Deam mulieres colebant, quod eam credebant opitulari partui egerendo. Ita *Festus*. *Egeria Nympha* sacrificabant prægnantes, quod eam putabant facile conceptam alvum egerere.

NIXII Dei dicti fuerunt ab enitendo, id est, pariendo. *Festus*. *Nixii Dei* tria signa appellantur in Capitolio ante cellam *Minervæ*, genibus nixa, velut præsidentes parientium nixibus: quæ signa sunt, qui memoriæ prodiderint. *Antiocho* rege *Syriæ* superato *M. Attilium* subtracta a populo Ro- mano deportasse, atque ibi posuisse.

PROSA, vel PRORSA & POSTVERTA, Deæ fuere apud Romanos celebratæ, quibus & aræ, & sacra fuerunt constituta, ob pariendi discrimina. *Prosa* enim præesse illis existimabatur, quæ rectum ac legitimum partum ederent: *Postverta* vero, ab ægris & infirmis, & cum præpostere partus edebatur. *Agellius* libro 8. cap. decimo sexto, ex *Varrone*: Quando infantes contra naturam forte conversi in pes- des sunt, brachiis plerumque diductis retineri solent, ægriusque tunc mulieres enituntur. Hujus peri- culi deprecandi gratia aræ statuatæ sunt Romæ duabus *Carmentibus*: quarum altera *Postverta* nominata est, *Prosa* altera: a recti perverisque partus & potestate & nomine. A *Macrobio* tamen *Postverta* & *Antever- ta*, sive *Postvorta*, alia ratione explicantur. Dicit enim veteres eas ideo coluisse, quod ea omnia intelligi oportere existimarent, quæ præterita & futura essent. Qua ex re *Comites divinitatis* eas appellaverint, non secus ac *consilium* & *providentiam*, quibus humana omnia & divina expendantur & prævideantur.

Mulieri facta, post partum tres Deos custodes adhiberi, commemorat apud *Augustinum* l. 6. cap. 9. *Varro*: ne *Sylvanus* Deus per noctem ingrediatur & vexet, eorumque custodum significando- rum causa tres homines circumire limina domus, & primo limen securi ferire, postea pilo, tertio deverrere scopis: ut his datis culturæ signis, *Deus Sylvanus* prohibeatur intrare: quia, inquit, ne- que arbores caduntur, atque putantur sine ferro: neque far conficitur sine pilo, neque fruges co- cervantur sine scopis. Ab his autem tribus rebus, tres nuncupati Dii, *Intercidona* à securis intercessione: *Pilumnus* à pilo: *Deverra* à scopis, quibus Diis custodibus, contra vim Dei *Sylvani* facta conservatur.

Ad mulieres etiam proprie pertinet *Mater Matuta*, quam, ut ait *Festus*, antiqui ob bonitatem sic appellarunt. Hæc fuit *Ino*, *Cadmi* filia, quæ & *Leucothea* Græcis dicebatur. Fabulam ejus habet *Ovid.* in 3. *Metamorph.* & 6. *Fastor.* *Ædem* ei primus posuit *Servius Tullius* rex, quam postea refecit *Camillus*, confecto bello *Vejenti*. *Livius* lib. 5. *Camillus* Dictator fatis jam omnibus ad id bellum (*Vejentinum* scilicet) paratis ludos magnos ex *Senatusconsulto* vovit *Vejis* captis se facturum, ædemque *Matutæ matris* refectam dedicaturum, jam ante ab Rege *Serv. Tullio* dedicatam. Idem *Plutarchus* in *Camillo*. Ab hujus Deæ templi aditu servæ prohibebantur. Unam duntaxat matronæ introducebant, & colaphos genis ejus infligebant. Cujus rei causam inquirat *Plutarchus* in *Quæstio- nibus Rom.* quæst. 16. Ab hac Dea nulla mulier suis, sed sororum liberis bona precabantur. *Plutar- chus* quæst. 17. Ideoque in sacris ejus sororum liberos pro suis in ulnas accipiebant. *Plutarchus* in *Camillo*. *Livius* l. 34. meminit in foro *Olitario* dedicatæ ædis *Junonis Matutæ*. Verum *Carolus Sigo- ninus* pro *Matutæ Sospitam* legendum, nec *Matutæ* cognomen Junoni tributum fuisse, docet.

BONA etiam Dea muliebris Dea fuit, de qua *Plutarchus* in *Cæsare* hæc scribit: Colitur Romæ Dea, quam *Bonam* appellant, ut Græci *muliebrem*. Hanc *Phryges* *Midæ* Regis matrem fuisse putant.

Romani *Nympham Dryadem* Fauni uxorem: Græci de nutricibus Bacchi unam Deam, scilicet, quam nominari nefas est: itaque apud hos, cum sacra ei fiunt, vitium palmitibus scenæ tectæ gestantur, & secundum fabulam, Draco facer apud Deam collocatur. Cum ea sacra peraguntur, virum accedere, aut iisdem in ædibus esse nefas ducitur: ipsæ inter se mulieres multa cum *Orphicis* convenientia obire feruntur. Eorum *orgiorum* tempus & celebrandi munus cum ad Consulem vel Prætorem devenit, ipse & omne quod est masculum, ædibus egrediuntur: uxor domum exornat, & pleraque noctu fiunt, joci ad nocturna sacra admixtis, musicaque multa adhibita. Hactenus *Plutarchus*. *Lactant.* ex *Sext.* *Clodio* refert, *Faunam* uxorem *Fauni* fuisse, quæ contra morem decusque regium clam vini ollam ebibisset, & facta ebria esset, virgis myrticis a viro usque ad mortem cæsa fuerit: postea cum *Regem* facti sui pœniteret, & uxoris desiderium ferre non posset, divinum illi numen delatum esse: idcircoque in sacris ejus obvolutam vini amphoram poni solitam. Quæ *Plutarchus* in *Quæst. Rom.* quæst. 20. paulo aliter narrat. *Macrob.* lib. 1. Saturni. cap. 12. multa de hac apud *Macrobium* lege. Hujus Deæ sacra violavit *P. Clodius*, is qui postea *Ciceronem* in exilium pepulit, de quo *Cicero* ipse in *Oratione de Aruspicum responsis* & alibi. *Plutarchus* in *Cæsare*, *Cicerone*, & alii.

Fuit & MANA GENETA à Romanis culta, quam *Plutarchus* in *Quæst. Rom.* q. 52. à *manando* dictam fuisse, & ortui atque partui præesse putat, non aliter atque apud Græcos *Hecate*. Huic canem immolari, votoque ab ea peti dicit, ne quis domi natorum bonus fiat.

### Dii alii ab hominum actionibus sumpti.

MURCIA Dea desidii existimata est, quæ faceret hominem *murcidum*, id est, nimis desidiosum. *Augustinus* lib. 4. cap. 16. & *Arnobius*. *Festus*: *Murcia* Dea sacellum erat sub monte Aventino, qui antea *Murcus* dicebatur. *Tertullianus* libro de Spectaculis: *Murcia* quoque idolum fecit. *Murciam* enim Deam amoris esse volunt, cui in illa parte ædem vovère. Vide *Josephum Scaligerum* castigationibus in *Festum*.

STRENUA, quæ impellebat homines, ut strenue quid agerent. Ejus sacellum fuit in via sacra. *Varro* lib. 4. de *Lingua Latina*.

STIMULA Dea, quæ ultra modum ad agendum stimularet. *Augustinus*.

AGENORIAM vocabant, quæ ad agendum excitaret, ab *agendo* dictam. *Augustinus*.

AGONRUS etiam Deus dictus, qui præesset rebus agendis.

HORTAM, ab *hortando* dictam, quod ad honestas actiones exhortaretur, & incitaret. *Plutarchus* in *Quæstionibus Romanis*, quæst. 46. ex *Antistio Labeone* docet: quam tamen ait aliis videri eam esse, quæ post *Hora* fuerit appellata, Dea agilis, & multis intenta negotiis. Alios etiam dicit existimare, hoc nomen à Græco ὄρᾶν, quod est, videre, ei tributum esse, quod sit Dea inspicies res. *Ennius* & *Ovidius* memoriæ produnt, eam *Quirini*, vel *Romuli* uxorem fuisse, quæ alio nomine *Herfilia* dicta sit. Ejus templum semper apertum mansisse *Plutarchus* scribit, vel quia Dea sit hortans & incitans ad honestas actiones, ut significetur industriam eam semperque occupatam nunquam cunctari debere, nunquam inclusam impedit amve teneri: vel ut significetur nunquam ab ea res humanas negligi debere, cum omnia observet, & sollicita sit de omnibus, vel etiam ut omnia videre possit. In qua Urbis regione templum hoc, sciri non potest. *Nonius Marcellus*, ubi *Ennii* versum ex l. 1. *Annal.* recitat:

*Teque, Quirine pater, veneror, Horamque Quirini.*

*Juventutis* Deam fuisse dicit. *Agellius* lib. 13. cap. 21. *Quirini* uxorem vocat. *Vires* ad *Augustinum* l. 4. c. 16. eandem cum Dea *Stimula* fuisse putat.

CATIUS Deus dictus, qui homines catos, id est, acutos faceret. *August.* l. 4. cap. 21.

VOLUMNUS Deus, & VOLUMNA Dea, à *volendo* dicti, quod bona vellent: fuerunt etiam Dii nuptiales, ut bene conjungerentur conjuges.

ADEONA & ABEONA Deæ cultæ fuerunt, quæ adeundi & abeundi facultatem præstarent. *Augustin.* lib. 4. cap. 21. & lib. 7. cap. 3.

VACUNAM ait *Varro* l. 1. *Rerum divinarum*, *Victoriam* dictam esse à *Sabinis*, & ea maxime gaudere eos, qui sapientia vincunt. Alii alia de ea tradunt. *Porphyrus* *Horatii* interpres aliquot auctorum sententias recitat, sic scribens: *Vacuna* apud *Sabinos* plurimum colitur Dea, quæ est sub incerta specie formata: quidam *Minervam*, alii *Dianam* putaverunt: nonnulli & *Cerere* esse dixerunt: sed *Varro* *Victoriam*. Hæc ille. Quidam volunt, *Vacunam* Deam creditam fuisse, quæ vacantibus & otiosis præesset. Ejus templum Romæ fuit, quemadmodum in 1. *Commentario Reipublicæ Romanæ*, in descriptione XIV. Urbis regionum *Onosphrius Panvinius* docet: locus tamen ignoratur.

VITULAM Deam *Hyllus* in libro, quem de Diis composuit, vocari dicit, quæ latitiæ præesset.

Piso ait, *Vitulam Victoriam* nominari: hujus rei argumentum hoc profert, quod postridie Nonas Julias, re bene gesta, cum pridie populus à Thuscis in fugam versus sit (unde *Populifugia* dicuntur) post victoriam certis sacrificiis fiat *vitulatio*. Quidam nomen ejus animadversum putant, quod potens sit vitæ tolerandæ: ideo huic Deæ pro frugibus fieri sacra dicuntur, quia frugibus vita humana toleratur. *Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 2.*

PELLONIA, pellendorum hostium potens credebatur. *Arnob. & August. l. 4. c. 21.*

NUMERIA Dea, quæ *numerare* docere credebatur, vel ad numeros pertinere. *Augustinus l. 4. cap. 11.*

FESSONIA colebatur, ut *fessos* juvaret. *August. l. 4. cap. 21.*

VIBILIA, quæ ab erroribus viarum liberabat. *Arnobius lib. 4.*

AVERRUNCUS Deus erat, qui *avertere* credebatur mala: sic dictus, ab *averruncare*, quod *avertere* veteres dixerunt, quemadmodum *averruncare* pro *vertere*: sic *Pacuvius*; Dii monerint meliora, atque amantiam *averruncassint*. Ab hoc igitur Deo precari solebant, ut pericula *avertere*. *Varro.*

ANGERONA silentii Dea fuit, sic dicta, ut habet *Festus*, quod *angores* ac animi sollicitudines propitiata depelleret. In hujus Deæ tutela fuisse Romam, à quibusdam proditur. *Macrob.* Simulachrum Deæ fuit ore obligato atque signato, & in ara Voluptatis collocabatur, propterea quod, qui suos dolores anxietatesque dissimulant, pervenirent patientiæ beneficio ad maximam voluptatem. Sacrificari ei ideo dicit *ful. Modestus*, quod populi Rom. morbo & angina, qua omne genus animalium consumeretur, præmisso voto, liberatus fuerit. Hæc fere *Macrob. Fest. Plin. & alii.*

HEREM MARTIAM antiqui accepta hereditate colebant, quæ à nomine appellabatur *Heredum*: & esse una ex Martis comitibus putabatur. *Festus.*

STATÆ matris simulachrum, inquit *Festus*, in foro colebatur, postquam id collustravit (*Joseph. Scaliger, Cælius, statua* legendum opinatur) ne lapides igne corrumpentur, qui plurimus ibi fiebat nocturno tempore, magna pars populi in suos quisque vicus retulerunt ejus Deæ cultum.

LAVERNAM Deam Romani fures precabantur, ut instituta sua & consilia furandi ac mentiendi fortunaret. *Plautus Cornicularia: Mihi Laverna in furtis celebrassis manus.* Horat. *Pulchra Laverna, da mihi fallere.* Erat autem hæc Dea tantum caput, sine reliquo corpore. Vide *Josephi Scaligeri* castigationes in *Festum*. Hujus Deæ lucus erat Romæ, de quo *Festus*. *Laverniones* fures antiqui dicebant, quod sub tutela Deæ *Lavernæ* essent, in cujus luco obscuro abditoque soliti furta prædamque inter se *luere* (id est, *dividere*.) Hinc & *Lavernalis* porta vocata est.

NANIA Dea funerum erat. Ejus sacellum extra portam Viminalem fuit dedicatum. Aliàs *Nania*, ut ait *Nonius*, significat ineptum & inconditum carmen, quod adducta pretio mulier, quæ *præfata* diceretur, iis, quibus propinqui non essent, mortuus exhiberet. *Varro l. 4. de vita populi Rom.* Ibi à muliere, quæ optima voce esset (sic legit *Guil. Canterus*) per quam laudari, deinde *Naniam* cantari solitam ad tibias & fides. *Festus: Naniam* est carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Sunt qui eo verbo *funem* significari putant. Quidam volunt *Naniam* ideo dici, quod voci similior querimonia silentium sit.

De *Libitina, Orco, Plutone, &c.* alias diximus. Illud etiam non est silentio prætereundum, veteres singulis partibus humani corporis singulos Deos præfecisse. *Caput Jovi* deferebant: *Neptuno pectus: cinctum Marti: Frontem Genio* sacram facit *Servius*: unde inquit, Deum venerant *frontem* tangimus. *Supercilia* in Junonis tutela fuisse, ait *Sextus Pompejus*, quod iis protegerantur oculi, per quos luce fruimur, quam à Junone tribui putabant, *Lucina* inde dicta. *Oculos Cupidini*, Veneris filio, in quibus excubet, ceu specula quadam, tribuit *Philostratus: Minerva* eos sacros tradit *Fulgentius. Aurem Memoria* consecratam refert *Servius*. Locus retro aurem dextram *Nemesi* attributus fuit, quo referimus, ut *Plinii* verbis dicam, tacto ore proximum à minimo digitum veniam sermonis à Diis ibi recordantes. *Dextra Fidei* sacra est: nam in fide porrigitur. *Dorsum & postica partes Plutoni* propriæ adscribuntur ab *Artemidoro. Renes & inguina Veneri* adjudicantur. *Pedes Mercurio. Genua Misericordie* consignavit antiquitas, quod ea supplices attingant, ad hæc manus tendant, hæc ut aras adorent, ut inquit *Plin. Tali, plantæve pedum in Thetidis* potestate fuerunt. *Digitum Minerva* consecrati, *Servio* teste. Vide *Lilium Gregorium Gyraldum* Synagmate 1. Deorum gentilium, & *Hadrianum Junium* libro 4. Animadversorum, cap. 12.

#### AD CAP. XIX. PARALIPOMENA.

De Dea Levana, ritus infantes natos in terram deponendi, & è terra levandi, deque pueris Alexandrinis.

Nati infantes in humum abjiciebantur. C. Plin. præfat. ad lib. 7. Nat. histor. *Hominem tantum nudum, & in nuda humo, natali die abjicit (Natura) ad vagitus statim, & plora-*

*tim.* C. Sueton. August. cap. 5. Hoc quoque Patribus Conscriptis allegaret, se esse possessorem, ac velut aditum soli, quod primum Divus Augustus nascens attigisset. Idem in Nerone cap. 6. Nero natus est, ante novem menses quam Tiberius excessit, octavo Calendas Jannarias, jam tum quidem exoriente sole, pane, ut radiis prius quam terra contingeretur. Locus suspectus mihi; ideo censeo legendum, jam tantum quod exoriente sole. Atque ita in codice MS. Henrici Memmii fuisse, testatur Dionys. Lambinus, qui etiam in Augusto apud eundem auctorem cap. 98. legit;

De Alexandrina nati, quæ tantum quod appulerat. Antea legabatur: de Alexandrina nati, quæ tunc quidem appulerat. Et in eisdem vita c. 63. Tantumque pueritiam egresso, lege, tantum quod pueritiam egresso. Valeatque ea loquendi formula pro iam tunc, aut modoprimum. Sic frequenter loquitur M. Tull. l. 7. epist. famil. ep. 23. Tantum quod ex Aspinati veneram, cum mihi à te literæ reddidit sunt. Et ad Attic. l. 15. epist. 13. Hæc cum scriberem, tantum quod existimabam egresso, ad te esse perlata. Idem 3. Orat. Verrina. Tantum quod aratoribus Aletellus obfides non dedit. Emil. Prob. Datame. Qui tantum quod ad hostes pervenerat. Sed de diverticulo in viam.

De nuper nati partus in terram depositione, intellexit Plin. idem lib. 2. cap. 63. Sequitur terra, cui nisi verum naturæ partium, eximia propter merita, cognomen indiditum materne venerationis. Sic hominum illa, ut celum Dei, quæ nos nascentes excipit, natos alit, semelque editos suscipit semper. Obstetricum hoc munus in terra pueros locare nudos. M. Varro l. 2. de vita populi Romani, apud Marcellum cap. 12. Natus si erat vitalis ac sublatu ab obstetrice, statuebatur in terra, aut aspiceretur rectus esse, diis conjugalibus Pluvio & Picumno in adibus lectus sternebatur, qui genialis dicebatur.

Non igitur tantum Levana præfes natiemum, sed hi quoque dii, atque ut ab obstetrice deponerentur in terram, ita à patre terà infantes levabantur. Alludit L. Seneca Consolat. ad Marciam, c. 17. Consulti de nobis parentes nostri, qui cum conditione vite noscerent, in hanc nos susulerunt. Cestius Pius apud eundem l. 2. Controvers. 9. Divos suscipit unum filium, non fuit contentus; quid enim erat diviti unum suscipit, poterat unum in adoptionem dare, abdicavit unum, alterum, tertium. Jam nihil diviti superesse putatis? quartum abdicat. Et de utroque ritu passim poeta. Ovid. in Ibin.

Qui simul impure matris prolapsus ab alvo,  
Cyniphiam fædo corpore pressit humum.

Locus est Claudian. lib. 1. in Rust.

Est mihi prodigium cunctis immanis hydrix,  
Arius Harpyis, restis incertis midis  
Ruffinus, quem prima meo, de matre cadentem  
Suscepit gremio.

In secundo versu reponunt, flavis incertis undis. Sed retineatur recepta lectio, auctore Cotippo l. 1. num. 7.

Et probent restus angustis faucibus undas.

Estque magis germana ipsi poetæ de 3. Honor. consil.

Tethys alterne restus calcavit arenis.

Et de tollendi ritu, idem l. 2. de laudib. Stilich.

Susceptum puerum redimitæ tempora Nymphe  
Auri fonte lavant.

Sidon. Apollinar. Carm. 23. v. 204.

Jam primo tenero calentem ab ortu  
Excepere suum novem sorores,  
Et te de genitrice vagientem  
Texere vitæ vado Hippocrenis.

Alludit ad ritum quo pueri nati impositi aquis explorabantur, de quo alibi mihi dicendum. Multus est Papinius in hoc ritu, l. 2. silv. l. v. 79.

Raptum sed protinus alvo

Suscepit exultans, ac prima lucida voce  
Astra salutantem dominus sibi mente dicavit,  
Amplexusque sinu tulit, & genuisse putavit.

Eiusdem libri silv. ult.

Natum protinus, atque humum per ipsam  
Primo inurmare dulce vagientem  
Blundo Calliope sinu recepit.

Et lib. 1. Thebaid. v. 60. Oedipus ad Tisiphonem:

Si bene quid merui, si me de matre cadentem  
Fovisti gremio, & trajectum vulnere plautas  
Firmasti.

Et lib. 1. sil. 2. in fine:

At me nascentem gremio mea blanda recepit  
Parthenope.

Denique lib. 5. sil. ult. quem locum adscribam, quod explicatione pariter & manu critica egeat:

Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces  
Delicias, doctumque sui convivia Nili  
Infantem lingua simul salibusque protervum  
Dilexi, meus ille, meus, tellure cadentem  
Excepi, & vincum genitrali carmine fovi,  
Postentemque novus tremulis ululatibus auras  
Inserui vite.

Primum verum explicat Suetonius in Aug. cap. 93. Quare admodum exhilaratus, quadragesimo auro comitibus distit, jusque jurandum & cautionem exegit à singulis, non alio dila sumnam, quam in emptionem Alexandriarum mercium ab imperturos. Alexandriæ merces, historico, & loquaces de Pharia puppe delicia, sunt Statio, pueri Egyptii, dicaces, & ob id conviviis gratissimi. C. Petron. in Sarty. pag. 23. Tandem ergo distribuitur pueri Alexandriæ aquam in manus vivatam insuidentibus, alisque insipientibus ad pedes. M. Fab. Quintilian. lib. 1. cap. 2. de effeminata puerorum suo seculo educatione: In lectulis crescant, si terram attingerit, & manibus utriusque suscipiantur pendant, gaudemus, si quid licentius dixerit, verba ne Alexandriis quidem permitienda delicias, visu & osculo excipimus: nec mirum, nos docuimus, ex nobis audierunt, nostras amicas, nostros concubinos vident, omne convivium operantis cantibus strepit, pudenda dictu spectantur. Jul. Capitol. in Vero Aug. Adduxerat secum & siditinas, & tibitinas, & histiones, surreptisque mimarios & prestigiatos, & omnia mancipiorum genera, quorum Syria & Alexandria passitur voluptate. M. Martial. lib. 4. epigr. 42.

Si quis forte mihi possit prestare locanti,

Audi, quem puerum, Flacce locare nolum.

Niliacis primum puer hic nascitur in oris,

Nequitias tellos sit dare nulla meis.

Nequitias in re obscena Martialis dixit, delicias Quintilianus, & Papinius proxime supra laudatus; adde eundem l. 2. sil. 1. v. 71.

Tu modo delicias, dulces modo pectore curæ,

Non te barbæ viæ versavit verna catasæ,

Net mixtus Phariis venalis meribus insans,

Compositisque sales, medicatæque verba loquans,

Quæssisti lascivus bonum.

Alludit Claudianus lib. 2. de laudib. Stilichon. & dicam abunde infra, quando de conviviis agetur:

Non pueri lasciva sonant.

Statii versus repeto: quorum tertium repugnante metri ratione, ex MS. imperiti, indubie manu exarati fide, nonnulli legunt:

Infantem, lingua sinium, salibusque protervum.

Sed melius, eruditissimus vir, vereque senatorie doctrina Petrus Petavius, correxit ex MS. primus, quod sciam:

Infantem, lingua sinium, salibusque protervum.

Firmat ille correctionem suam testimonio Ciceronis, apud quem insigni dicacitate, & conviviandi licentia Samii audiunt. Quod mihi non lectum. In versu quivato in eodem MS. egregie præferunt:

Aspexit, atque unctum genitrali carmine fovi.

Castigatissime. Nam infantes nuper nati, & adhuc de matre rubentes, ut verba Satyrici nuperem, aqua abluentur, unguentis perfundebantur, ut suo loco dicitur. Sed ad institum de Levana sermonem redeo.

Infans non habebatur legitimus, nisi pater præfens, vel eo absente, procurator pro eo, infantem terra levasset, sinui imposuisset; itaque tollere infantem, est, suum agnoscere, alere in spem familiaris, & heredem habere, non tollere, familia eiecere, abdicare, aut exponere. L. Seneca apud Laetantium Firmianum lib. 1. divina Insti. cap. 16.

Quid ergo est, quare apud poetam salacissimus Jupiter deserit liberos tollere? utrum sexagenarius factus est, & illi lex Papia sibiulum imposuit, an impetravit jus trinni liberorum? D. Juvenal. sat. 9. v. vers. 84. aliis in hanc rem citatus:

Tollis enim, & libris altorum spargere gaudes

Argumenta viri, foribus suspende coronam,

Jam pater es, dedimus, quod fama opponere possis,

Juv. 9.

*Jura parentis habes, propter me scriberis haeres, Legatum omne capis, nec non & dulce caducum. Quem locum, quia à paucis intellectus, explicabo. Filium ex uxore sublatum, num fecisti, ejus uxoris beneficio civis Romani fruetur privilegiis, ut etiam ad caducarum hæreditatum admittaris successione. Gloss. Isidori. Bona caduca, quibus nemo succedat haeres. Et alibi in isdem glossis; Caducarius, ad quem pertinent, quæ cadunt defuncto aliquo, cui non est, qui succedat. Q. Symmachus lib. 2. epist. 13. Ego certe veror, ne improborum sitis ad se existimet pertinere quæstum caducum, siatque innocentium causa deterior. si ad eos tantum fulsi videret octavo, qui neque lego, neque pisdore cohibentur. In MS. non pertinere quæstum, legitur, sed pervenire, rectius, id est, jure devolvi. M. Manil. libr. 4. Astronomic.*

*Quæremus lucrum navi, Martemque sequemur In prædas, pudeat tanto bona velle caduca. Audiatur vetus Scholiastes. Jura parentis habes: hæc omnia ad jus civile poetæ retulit, id est, meo labore habes filios, & scriberis haeres, & non patris pænas orbitatis. J. Lipsius in l. 3. Annalium C. Taciti. Et primus de lege Papia Poppæa debere intelligi, docuit Joannes Cuspinianus ad Fastos Aurelii Cassiodori, in consulari Q. Sulpitii, & C. Pompeji.*

Denique de tollendi consuetudine, idem vetus Scholiastes loco citato: Tollis, nutris, & libris altorum propter professionem scilicet. . . . quia apud ærarum patres natorum deserebantur filiorum, vel nominum notitiam àvulgare contestatione publica. C. Tacit. vitæ Agricola. *Auctus est ibi filia in subsidium simul & solatium; nam filium ante sublatum brevi amisit. Q. Curt. Rufus lib. 9. Genitos liberos non parentum arbitrio tollunt aluntque, sed eorum quibus spectandi infantium habitum cura mandata est. P. Terent. Adelph.*

*Qui sine hac jurabat se unum nunquam vitænum diem, Qui in suo gremio posturum puerum dicebat.*

Et in Heautontim.

*Meministi me esse gravidam, & magno opere Interminatam, si puellam parerem, Nolle me tolli: CHREME. scio quid feceris. Susulisti.*

Reliqua quæ vel hoc capite, vel superiori continentur, seu quia ante à me explicata sunt, seu quia deinceps dicentur, prætermittenda in præsentiarum duxi.

#### PARALIPOMENA.

*De Domiduco Deo, & ritu ex patris domo in mariti transeundi.*

De diis Nuptialibus, ut & de Nuptiis, plenissime differetur lib. 5. c. 37. infra; interim hic de Domiduco solum agam. Erat hic cujus numine putabatur virgo matrona esse, & patriæ potestatis jugo soluto, in mariti jus migrare. Nonius Marcell. c. 2. num. 431. *Lunbere postum pro transire, quod hæc, quæ nubunt ad maritorum transseunt domos. Quod intelligendum jam consummatæ nuptiis, nam sponsalia non faciunt domum mutare sponsam. Modest. IC. l. 32. ff. ad Municipal. Eaque desponsa est, ante contractas nuptias non mutat domum. Papinian. IC. l. 68. ff. de jure dotium: In domum absentis uxore deducta, nullis in eam interea ex bonis viri sumptibus factis, ad exhibitionem operis promissas usuras reversus vir improbe petit. Ulp. l. 15. ff. de condit. & demonstrat. Cui fuerit sub hac conditione legatum, si in familia nupsisset, videtur impleta conditio, statim atque ducta est uxor, quamvis nondum in cubiculum mariti venerit. Et diserte idem Papinianus l. 68. ff. de jur. dot. Et si minor annis duodecim, ut major deducta sit, tunc primum petatur, cum major annis apud eundem esse cæperit. Tull. Orat. 2. Verr. Hic est decimus, ad quem iste deduxerat tertiam Isidori Mimi filiam. Alludunt poetæ: Nicodem. Heraclæot. Antholog. lib. 6. cap. 4. Παιδὶ τὸν ἄνδρα γοῦν. Virginem duximus. Cl. Claudian. l. 2. de Raptu:*

*Ducitur in thalamum virgo. M. Lucan. l. 8: v. 89. Cornelia hæc de se queritur: Infelix conjux, & nulli lata marito, Bis nocui mundo, me promba duxit Erynnis.*

Alb. Tibull. lib. 3. eleg. 4.

*Ut juveni primum virgo deducta marito, Inficitur teneras ore rubente genas.*

P. Virgil. l. 7. Æneid. v. 358.

*Exulibusque datur ducenda Lavinia Tenoris.*

Ovid. l. 6. Fastor.

*Cum primum cupido Venus est deducta marito.*

Et epist. 15. Paridis ad Helenam:

*Pæne suis manibus ad te deduxit amantem.*

M. Accius Plautus Aulularia sc. Narravi:

*Si idem faciant ceteri*

*Opulentiores, pauperiorum filias*

*Ut indotatas ducant uxores domum,*

*Et multo fiat civitas concordior.*

Itaque nocturno tempore, flammæque velatæ sponsæ in domum mariti futuri deducebantur carpento, seu pileto vêtæ, comitantibus duobus amicis aut confanguineis, quos chamæpos, parochos, & paranympchos vocabant, ut suo loco infra fusissime disquiretur.

#### PARALIPOMENA.

*De Diis puerperarum, Nixiis, Bona dea, & Hecate.*

Puerperas voluerunt in certo quorundam numinum præsidio esse (vide quæ infra de Sylvano discutio hoc libro) nam puerperii ipsius Deos, Nixios appellabant, à Nixendo nempe, quod vel partus in lucem venire niteretur, vel mater dolore defungi. Alludunt poetæ. D. Aufon. Eidylio 12. in fine:

*Sed novo incumbens signo, cunctantia matrum*

*Vota levat, trigono vires sociante sequenti,*

*At si difficiles trahit Ilithia. . . .*

*Tetragono absolvet dubiarum vincula morarum.*

Tertium versum facillimum erit supplere hoc modo:

*At si difficiles trahit Ilithia labores.*

Vel, si hoc displicet, dolores.

Ovid. epist. 4. Phædra Hippolyto:

*O utinam placitura tibi, pulcherrime rerum,*

*In medio nixu viscera rupta forent.*

Eidem medela adhibenda libr. 9. Metamorphos. Fab. 5. ubi Alcmenæ Herculeum parientis describitur historia:

*Dum loquor, horror habet, parsque est meminisse doloris.*

*Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus,*

*Fessa malis, tendensque ad cælum brachia, magno*

*Lucinam ad nexos partus clamore vocabam.*

Legendum est, nisi ego fallor, castigatus apertiusque:

*Tendensque ad cælum brachia, magno.*

*Lucinam, nixusque pares clamore vocabam.*

Atque hujus necessitatis, ut videtur, correctionis auctor est Adrianus Turnebus l. 7. Adversarior. c. 8. qui super hac re consulatur.

De Bona dea hic quoque obiter aliquid perstringendum: cujus in ædem ventitare viris nefas habitum. M. Tull. Paradoxo 4. *Familiarissimus tuus de te privilegium tulit, ut si in opertum Bona dea accessisses, exulares. In margine legitur, familiarissimus tuus Cornificius de te. Arnob. lib. 1. cont. gent. Fauna fatua, Fauni uxor, Bona dea quæ dicitur, sed in vini meliori & laudabiliori potu. C. Plin. libr. 16. cap. 2. Aurel. Macrobr. ex Cornelio Labæone libr. 1. Satur. cap. 12. Auctor est Cornelius Labæo, hinc Maja ædem Kalendæ Majis esse dedicatam sub nomine Bona dea, & eandem esse Bonam deam & terram, ex ipso ritu occultiori sacrorum doceri posse confirmat: hanc eandem Bonam deam, Faunamque, & Opem, & Fatuam pontificum libris indigitari: Bonam, quod omnium nobis ad vitæ bonorum causa est. Poëtæ. D. Juvenal. Satyr. 6. v. 316.*

*Nota Bona secreta Dea.*

Alb. Tibull. lib. 1. eleg. 6.

*Exibit quam sæpe cave, seu visere dicat*

*Særa Bona maribus non adenda Dea.*

Sext. Propert. lib. 4. eleg. 10.

*Femineæ loca clausa Dea, fontesque piandos,*

*Impune & nullis sacra retecta viris.*

Z

Non

Non ergo viri intrare templum poterant ejus, ut tutum esset confugium puellis, quæ se ornari extra virilem conspectum volebant. Ovid. l. 3. de Arte:

*Quæ male crinita est, custodem in limine ponat,  
Orneturque Bonæ semper in ade Deæ.*

Et post eodem opere:

*Cum fuget à templis oculos Bona diva virorum?  
Præterquam si quos illa venire jubet.*

Ergo & adulteria sæpe in fano illo commitebantur, clam adulteris intrumentibus, quod ab unico P. Clodio factum, ut omnibus notum. Vet. Scholiast. Juvenal. ad v. 335. sat. 6. De Psaltria, id est, de Clodio dicitur, qui templum Bonæ Deæ ingressus habitu psaltria adulterium admisit. Et ad v. 314. Templum ubi intravit Clodius, & cum uxore pontificis concubuit, ibi non saltat matrona cum tibia, & Clodius psaltria habitu ingressus est. Et graviter conqueritur M. Tull. Orat. de Arusp. Resp. Sacrificium violavit, quod sit incredibili cerimonia, sit ei deæ, cuius ne nomen quidem viros scire fas est, quam iste (Clodius) idcirco Bonam dicit, quod in tanto scelere sibi ignoverit. Et de eodem: Hominemque eum, qui pulvinaribus Bonæ deæ suprum intulerit, eaque sacra, quæ viri oculis, ne imprudens quidem, aspicere fas est, non solum aspectu virili, sed flagitio stuproque violavit. Nec modo viti ingressu prohibiti, sed ne deorum quidem picturæ masculæ aperta in illo templo. Juvenal. sat. 6. v. 340.

*Velari pictura jubetur,*

*Quæcumque alterius sexus imitata figuram est.*

Vet. Inscrip.

ANNA. P. L. FLORA. EX. TESTAMENTO.  
BONA. I. DEAL. SACRUM. SALVIA. SO-  
ROR.

LIBERTA. SUA. PECUNIA. FAC. CU-  
RARUNT.

Et altera:

ÆLIA. NICE. SACERDOS. BONÆ. DE. Æ.  
SE. BIBA. COMPARAVIT. SIBI. ET.  
ALUMNÆ. SUÆ.

Et tertia, ex Aldo Manutio in C. Julii Cæsaris Commentariis, cuius hæc sunt verba:

D. M.

CL. NICE. SACERDOS. BONÆ. DE. Æ.  
ET. ÆLIÆ. THALUSSÆ. ET. ÆLIÆ. SE-  
RAPIÆ. ET. CL. FORTUNÆ. ET. LU-  
GIÆ. FELICITATI. ET. VALERIO.  
MENANDRO. F.

Ejus sacrificia vino peracta ebibito, quod tamen non suo nomine, sed lactis appellabatur, puto, quod illa vinum bibens à marito suo interfecta fuit, vinum hoc in amphora illatum, quod Mellariam dixerit. Quo refert Joannes Britannicus illud D. Juvenalis satyr. 9. v. 115.

*Taceant illi, sed prodece malum*

*Arcanum, quam subrepti potare salerni,*

*Pro populo faciens, quantum Lausella bibebat.*

Licet vetus Scholiastes ibidem, de virgine Vestali sacrificante intelligi velit, sed facile est dissidium illud componere. Nam & virgines Vestales Bonæ deæ sacrificabant, teste Cicero Orat. de Arusp. Resp. Id sacrificium nemo vir aspicere non horruit, quod sit per virgines Vestales, sit pro populo Romano. Hostiam animaleam ei oblatam videri potest ex Juvenale eodem sat. 2. v. 84.

*Atque Bonam tenere placent abdomine porcæ,*

*Et magno crateræ deam.*

Templum ei in Aventino fuit monte. P. Victor in Reg. 23. & P. Ovid. lib. 5. Factor.

*Templa patres illic oculos exosa viriles*

*Leniter acclivi consistere jugo.*

Sequitur de Hecate, quæ & in cælo Luna, in inferis Proserpina, in silvis Diana dicitur, venæotium præfes, uti antea exposui. Adde Euripidem in Hecuba, referente Plutarcho lib. de Iside & Osiride:

*Ἐκείνη δὲ γὰρ μὰ φασγῶν Κίον ἰστίη.*

*Hecates simulachrum lævisera fies caris.*

Adde hoc loco, præter ea quæ diximus, canes Hecates ap-  
positos statuis, & præsertim hic de Vertago agimus: sic enim à venatoribus appellari solebat, ut præfert lemma Epigrammatis 200. lib. 14. apud Mart.

*Non sibi sed domino venatur vertagus acer,*

*Ille sine leporem qui tibi dente feret.*

At in MS. codice rectius:

*Intantum leporem qui tibi dente feret.*

Turneb. lib. 18. adversarior. cap. 1. censuit legendum, *ferratus*, quasi ferarum venatur interceptarum tractorum dicat. Nam F. in V. mutari solebat, nisi à tragula (retis id genus) nomen desumptum credamus; sed apud Gratium in Cynege.

*Petronios (sic fama) canes, volucresque Sicambros,*

*Et piscam macula vertraham deligere falsa.*

Canes hi venatorii erant, & ob id lattare eos fixere creduli. Theocrit. Eidyll. 2.

*Κύνες ἄμυν ἀπὸ πέλους ἀρβύρας*

*Ἄ θὰς ἐν τριπόδισι.*

*Canes nobis per urbem latrant, dea autem adest in triviti.*

Virgil. lib. 6. Æncid.

*Vesque canes ululare per urbem*

*Advenit ante dea.*

L. Sen. act. 4. sc. ult. ad finem Medæ.

*Vota tenentur, ter lattatus*

*Audax Hecate dedit.*

Et cum illa præfret magicis incantamentibus, puto illud mystice de ea dictum in Pharmaceutria, seu Ecloga 8. apud Virgil.

*Et Hylax in limine latrat.*

Imo & ejus vestigia canes. Sophron. in Mimis: *Quod eorum latrans monstratas visiones, & incantamenta solvit.* Tzetzes in Lycophronem, qui dixit de Hecates sacrificio. Bernardin. Realin. Annot. cap. 13.

*Ἄντρον κύνων ἄνδρα δὲ δῖα.*

*Antrum canivore deæ.*

Theocritus in Pharmaceutria, & Scholiastes ejusdem apud Joannem Brodzum Miscellaneor. lib. 1. cap. 24.

Ejus triplices vultus perstrinxit L. Apulejus lib. 11. Miscell. in principio: *Seu nocturnis ululatus horrenda Proserpina, triformi facie larvales impetus comprimens, teraque claustra cobibens, lucos diversos intrans, vario cultu propitiaris.* Varias ejus rei rationes pete ex Servio Honorato ad illud lib. 4. Æncid. quas non exseribo:

*Crines effusa sacerdos*

*Ter centum tonat ore deos, Herubumque, Chaosque.*

*Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.*

L. Sen. in Medæ act. 1. sc. 1.

*Tacitisque præbens consilium sacris jubar*

*Hecate triformis.*

Jul. Hygin. Astronomic. lib. 4. ad finem. Et ex eo Prudent. contra Symm. lib. 1.

*Denique cum Luna est, sublusivi splendet amictu,*

*Cum succincta jacit calamos, Latonia Virgo est,*

*Cum subnixæ sedet solio, Platonica conjunx.*

Eisdemque versus repetitos invenitis apud Isidorum Hispanensem lib. 8. Etymologiat. cap. 11. & refert huc vulgatos illos, sed ingeniosissimos vestus.

*Terret, lustrat, agit, Proserpina, Luna, Diana,*

*Ima, superna, feras, sceptris, fulgore, sagitta.*

Claudian. lib. 1. de Raptu, in limine:

*Ecce procul tenuis Hecate variata figuris*

*Exoritur.*

Valer. Flacc. lib. 1. Argonautic.

*Tergeminam tum placat heram, stygiasque supremo*

*Obsecrat igne domos.*

Idem lib. 7. Argonautic.

*Utque sub altis*

*Pervenere trabes, disæque triformis in umbras.*

Aurel. Prudent. lib. 1. in Q. Symmachum. Vide locum:

*Nunc etiam volucres caprearum in terga sagittas*

*Spargere, terque suas eadem variare figuras.*

D. Auson. in Grypho Ternarii numeri:

Tergemina est Hecate, tria virginis ora Diana.  
Lutatius Grammaticus ad v. 456. lib. 4. Thebaid. & ipse  
Statius lib. 10. Thebaid. v. 362.

Arcane moderatrix Cynthia noctis,  
Si te tergeminis perhibere variare figuris  
Numen, & in sistris alio descendere cultu.

Malim legi, alio descendere vultu. Denique extat venustis-  
simum epigramma lib. 2. poemation & epigrammaton  
vetorum, & apud Onuphrium Panvinium in civitate sua  
pag. 194. quod proprie elegantiam integrum adscribam.

M. D. M. I. D. E. T. A. T. T. I. D. I. S. M. I. N. O. T. A. U. R. A. N. I. A. R. A. M. I. I. I. I. D. M. A. R. T. I.

GRATIANO. IV. ET. MEROBAUDE.

COSS. DEDICAVIT.

ANTIQUA. GENEROSE. DOMO. CUI.

REGIA. VESTÆ.

PONTIFICI. FELIX. SACRATO. MILI-

TAT. IGNE.

IDEM. AUGUR. TRIPPLICIS. CULTOR.

VENERANDE. DIANÆ.

PERSIDICI. QUE. MITRÆ. ANTISTES.

BABILONIE. SACRI.

TAURIBOLI. QUE. SIMUL. MAGNI.

DUX. MYSTICE. SACRI.

Non esse tamen semper idem nomen Dianam, Prosperpi-  
nam & Hecaten, doceamur ex Hesiodo in Theogonia, qui  
diversas facit deas has: eratque Hecate interdum tannim-  
modo animarum præsēs. Lutat. Placid. ad v. 481. l. 4.  
Thebaid. Hecate & Mercurius pias animas ducant, nocen-  
tes Tisiphone. Ipse Poëta:

Ferte simul gressus, nec simplex manibus esto

In lucem remeare modus, tu sepere cultu

Elysius Persæ pios, virgaque potenti

Nubilus Arcas agat: contra per crimina, &c.

Sic enim optime legendum docuit Janus Parrhasius in  
quæstis suis epist. 55. cum antea pessime esset:  
Elysius Persæ pios.

Huic divites olim singulis mensibus epulas magnificas pa-  
rabant, quibus pauperes vescerentur. Scholiast. Aristophan.  
in Pluto. apud Joann. Hartungum Locor. Memorabil. De-  
cad. 1. cap. 8. num. 34. Ipse Aristophan. act. 2. sc. 5.  
ad finem:

Τὸς μὲν ἔχοντας, καὶ πλεῖστας δειπνῶν

Κατὰ μὲν πρῶτον.

Opulentos & divites, quovis mense sibi apponere cenam. Ad  
alia pergo.

MURCIA dea ignavorum, quam frustra confundunt  
cum Venere, quæ sic appellata est à myrto, quam in tutela  
sua habet. C. Plin. lib. 15. cap. 29. Plutarch. Problem.  
Rom. cap. 19. Ita tamen censuit Philipp. Beroaldus in An-  
notationibus, cap. 49. Sabellic. in Annotat. in T. Livium  
lib. 1. Verba sunt ipsius historici. Inde ingenti præda poti-  
tus, Romam rediit, tum quoque multis millibus Latinorum in  
civitatem acceptis, quibus ut iungeretur Palatio Aventinum,  
ad Mercæ data sedes. Nomen illi desumptum à Murcis,  
id est, ignavis, quique pollicibus truncati inhabiles bellis  
gerendis habebantur. Nam huiusmodi homines, Murci,  
Murcidi, Murcilli, Murcicidi, ut alii notantur, appellaban-  
tur. Amnian. Marcellin. lib. 15. Ad militandum omnis ætas  
aptissima, & pari pectoris robore senex ad prociñdium ducitur,  
& adultus, gelu duratis artibus, & labore assiduo, multa  
contempturus, & formidanda, ne eorum aliquando quispiam,  
ut in Italia, minus martium pertimescens, pollicem sibi præ-  
cidit, quos joculariter Murcos appellabant. C. Sueton. Aug.  
exemplum consuetudinis subministrat, cap. 24. Equitem  
Romanum, quod duobus filiis adolescentibus, causa detrectan-  
di sacramenti, pollicem amputasset, ipsum bonaque subiecit hu-  
ilia. Isidor. Hispanensis in glossis. Murcinarius, mutilus.

Sed ut Venerem esse credamus Murciam hanc Deam,  
scu Murtiam, (Cujus meminir etiam Tertull. lib. de Spe-  
claculis apud Adrianum Turnebium lib. 22. cap. 17. &

cap. 4. laudati libri, Murciam amoris, inquit Tertull. deam  
esse volunt.) facit L. Apulejus lib. 6. Mlefiar. Si quis à  
fuga retrahere, vel occultam demonstrare poterit fugitivam re-  
gis filiam, Veneris ancillam, nomine Psyche, conveniat retro  
metas Murtias Mercurium prædicatorem. Ubi metas Murtias,  
desidia, ignaviaque interpretor. Tales enim illorum mores,  
qui Venerem sequuntur, licet sciam, vitis suis patrocinan-  
tem dixisse P. Ovidium lib. 2. de Arte:

Militia species amor est, discedite segnes,

Non sunt hæc timidis arma tuenda viris.

Nox, & hyemis, longæque via, sævique dolores,

Mollibus in castris, & labor omnis adest.

Et lib. 1. Amor. eleg. 9.

Qui non vult fieri desidiosus, amet.

Sed quis ille labor? ipse eodem loci explicat, inconcessos  
scilicet in alienum thalamum assultus:

Nempe maritorum somnis utentur amantes,

Et sua sopitis hostibus arma movent.

Redeo ad Murcos. Constitutio est in veteri Saxonum lege,  
in hæc verba cap. 13. Pollex totus abscessus CCLX. sol. se  
dimidius. CLXXX. si minimus, si totus, ut supra, si index,  
CLXXX. & per singula membra tertia pars nullæ componatur,  
medius & medicus, utique sol. CXX. & per membra corum.  
ut de cæteris dictum est, pollex pedis medietate pollicis manus  
componatur, tres articuli medietate compositionis medii & me-  
dici, digitorum componantur, minimus articulus, medietate  
unius de tribus articulis componatur. Itaque apparet solemnè  
fuisse metu militiæ, digitis amputatis mutilos se facere con-  
suevisse, & ob id secundum varium digitorum in bellis obeun-  
dis usum (neque enim is non diversus est) panas detrunctan-  
tis se statuas etiam varias, majores minore scæ. Est & al-  
tera huic similis constitutio, in antiqua lege Bajuvarior.  
c. 3. num. 11. cujus hic ferme tenent.

1. Si quis alienjuss pollicem absiderit, cum XII. Sol. com-  
ponat.

2. Et si proximum à pollice, vel minimum absiderit, cum  
IX. Sol. componat, unum sic, & alium sic.

3. Illos medianos duos digitos, cum X. solid. componat,  
unum cum quinque solid. & alium cum V.

4. Et si non fuerint abscessi, & est mancus, stat rectus,  
ut non possit plicare, hoc impedimentum est ad arma ba-  
julare, major est compositio, quam de abscesso, tertiam  
partem supra addet, ad XII. adde IV. sunt XVI. ad  
IX. adde tres, sunt XII. ad V. adde duos, & tremis-  
sim, sunt VII. sol. & tremissis. sic eum debes judica-  
re, & sic componere.

Pollices ergo sibi absceidebant militiam detrectaturi, vel  
absceidebantur in pœnam, ne utilis quispiam esset fereodis  
armis. Tull. l. 3. de Offic. Durius Athenienses, qui  
siverunt, ut Aginetis, quia classe (malim, qui classi) pol-  
lebant, pollices præciderentur. Et certe varios animi motus  
pollicis diverso gestu significabant, nam & laudem favo-  
remque junctus signabat. C. Plin. libr. 28. cap. 2. Inter-  
pretes Q. Horatii ad libr. 1. epist. 18.

Consentire suis studiis, qui crediderit te,

Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.

Et laudandos amatoresque, pollice exerto ostendebant, ut  
& alios indicie extento, ut alibi dicam. Cl. Claudian. dc  
6. Honor. consul.

Gaudet metuens, ac pollice monstrat.

Contra pollicem invertere, denegati favoris certissimum symbo-  
lum, odii averseque animi indicium. Ver. Scholiast. Juvenal. ad  
Satyr. 3. v. 37. pollice verso, id est, fortuna mutata. Ipse Juvenalis:

Muuta nunc edunt, & verso pollice vulgus

Cum libet, occidunt populariter.

Sic enim melius, quam in editionibus vulgaris:

Quemlibet occidunt populariter.

Q. Aurel. Prudent lib. 2. in Symmach.

Et quoties visor ferrum jugulo inserit, illa

Delicias ait esse suas, pectusque jacentis

Virgo modesta jubet converso pollice rumpi.

## CAPUT XX.

## De Diis rusticis.

MARCUS Terentius Varro conscripturus præcepta de Re Rustica invocat XII. Deos Consentes, non eos, de quibus supra diximus, qui à Jove adhibebantur in consilium, sed eos, qui præerant agricultura. Verba ejus sunt hæc: Quoniam, inquit, ut ajunt, Dei facientes adjuvant, prius invocabo eos: nec ut *Homerus*, & *Ennius*, Musas: sed XII. Deos Consentes. Neque tamen eos *urbanos*, quorum imagines ad forum auratæ stant, sex mares, & fœminæ totidem, sed illos XII. Deos, qui maxime agriculturalum duces sunt. Primum, qui omnes fructus agriculturæ cœlo & terra continent, *Jovem* & *Tellurem*. Itaque duo hi parentes magni dicuntur: *Jupiter* pater appellatur; *Tellus* terra mater. Secundo *Solem* & *Lunam*, quorum tempora observantur, cum quædam seruntur & conduntur. Tertio *Cererem* & *Liberum*, quod horum fructus maxime necessarii ad victum. Ab his enim cibus & potio venit è fundo. Quarto, *Robigum* ac *Floram*: quibus propitiis, neque *rubigo* frumenta, neque arbores corrumpit, neque non tempestive florent. Itaque publicæ *Robigo* feriæ, *Robigalia*; *Floræ*, ludi *Floralia* instituti. Item adveneror *Minervam* & *Venerem*, quarum unius procuratio *oliveti*, alterius *hortorum*: quo nomine rustica *Vinalia* instituta. Nec non etiam precor *Lympham* ac *Bonum eventum*: quoniam sine aqua omnis arida ac misera agricultura: sine *successu* ac bono eventu, frustratio est, non cultura. Hactenus *Varro*: unde qui rustici Dii præcipui fuerint, facile intelligimus. De *Jove*, *Tellure*, *Sole*, *Luna*, *Cerere*, *Libero*, *Minerva*, *Venere*, & *Nympha*, sive *Nymphis* diximus ante: itaque de reliquis hoc capite agemus, quibus etiam alios huc pertinentes adjiciemus.

## P A L E S.

DE PALE Dea quæ dicam, pauca habeo: *Servius* ait, eam fuisse *Deam pabuli*, cui sacrificati sunt pro felici proventu *pabuli*, & incolumitate *pecorum*. Idem scribit alios putare eam *Vestam* esse, alios *Matrem Deum*; *Festus*: *Pales* dicebatur *Dea Pastorum*. An templum ei Romæ constructum fuerit, nondum apud quenquam legi: culta tamen ab iis fuit, in ejusque honorem festum, quod *Parilia*, vel *Palilia* dicebant, celebratum, ut alio libro ostendam, propterea multa ejus mentio est apud *Virgilium*, *Ovidium*, *Tibullum*, *Propertium*, *Varronem*, & alios. Notat etiam *Servius* *Palen* à *Virgilio* genere fœminino dici: ab aliis genere masculino.

## F L O R A.

DIXIMUS supra duas à Romanis *Accas* fuisse cultas, alteram *Larentiam*, Romuli & Remi nutricem, alteram vero *Tarrutiam*. De *Larentia* ante verba fecimus; de *Tarrutia* hic agemus. Scribunt *Plutarchus* in *Quæstionibus Romanis*. *Macrobius* libr. 1. *Saturnal.* cap. 10. *Augustinus* lib. 6. cap. 7. de *Civitate Dei*, & alii. Anco Martio regnante æditum Herculis per ferias ociantem Deum tesseriis provocasse, utraque manu alternante, in una constituisse *Herculem*, in altera seipsum, adjecta conditione, ut victus cœna scortoque multaretur. Victore itaque *Hercule*, æditum *Accam Larentiam*, nobilissimum per id tempus scortorum, intra ædem inclusisse cum cœna, eamque postero die distulisse rumorem, quod post concubitum Dei accepisset munus, ne commodum primæ occasionis, cum se domum reciperet offerendæ aspernaretur. Evenisse itaque ut egressa mox templo à *Taruntio*, sive *Tarrutio*, capto ejus pulchritudine, compellaretur, cujus voluntatem secuta, sumptaque nuptiis, post obitum viri omnium bonorum ejus facta compos, cum decederet, pop. Romanum nuncupavit hæredem. Et ideo ab *Anco* in *Velabro*, loco Urbis celeberrimo, sculpta sit, ac solemne sacrificium eidem constitutum, quo Diis Manibus ejus per *Flaminem* sacrificaretur. Addunt quidam, quod à vero non est alienum, ipsam hac conditione populum Romanum hæredem reliquisse, ut sibi quotannis suum natalem celebrarent, editis ludis; quod cum Senatui flagitiosum visum fuisset, ab ipso nomine argumentum sumi placuisse, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur. *Deam* igitur finxisse, quæ floribus præfesset, quamque placari oporteret, ut fruges cum arboribus aut vitibus bene prospereque florescerent. Hæc *Lactantius* lib. 1. *Divinarum Institutionum* cap. 20. & addit, eum colorem secutum in *Fastis Ovidium* narrasse, *Floram* fuisse non ignobilem *Nympham*, quæ sit *Chloris* vocitata, eamque *Zephyro* nuptam, quasi dotis loco id accepisse muneris à marito, ut haberet omnium florum potestatem. De *Floralibus*, quæ in hujus Deæ honorem celebrabantur, post dicemus.

POMONA Dea fuit, quæ, ut *Varro* & *Festus* ajunt, levissimo agrorum fructui pomis præerat. Hæc proprium habebat *Flaminem*, qui dicebatur *Flamen Pomonalis*.

VERTUMNUS, sive, ut alii scribunt, VORTUMNUS. Etiam hunc Deum inter rusticos referre placuit. Sic autem appellabant eum *Deum*, qui præerat rebus *contrahendis* ac *vertendis*, id est, permutandis: vel ab anno verso nomen hoc habebat: vel ab eo, quod anni vertentis poma percipiat: de quo *Propertius* libr. 4.



*Quid mirare meas tot in uno corpore formas?*

*Accipe Vertumni signa paterna Dei.*

*Tuscus ego Tusci orior: nec pœnitet inter*

*Prælia Volscinos deseruisse focos.*

*Nec me turba juvat, nec templo lator eburno,*

*Romanum satis est posse videre forum, &c.*

Plura lege apud *Propertium*. Propterea autem quod hic Deus ad omnes figuras ac formas opportunus erat, credebatur etiam menteis hominum & cogitationes in rebus emendis ac vendendis, vertere, immutare, ac varie afficere, itaque mobili ingenio & inconstantes homines iratis *Vertumnis* natos dicebant, ut *Horatius Satyra* 7. lib. 2. *Antonius Fanensis* in lib. 6. Factorum *Ovidii* multa de Vertumno habet, & inter alia dicit, esse qui *Vertumnium* affirmant fuisse vetustissimum *Thufcorum* Regem, qui vinearum & pomiferarum arborum serendarum tradiderit rationem, cui *Thufci* illi, qui cum *Lucumone* in auxilium *Römuli* venisse dicuntur, *Romæ* templum ædificarint. *Afconius* in 3. *Verrinam* ait, *Vertumnium* Deum esse rerum invertendarum, id est, mercaturæ: Hujus signum & templum in *Vico Thufco* ad *Opis* & *Cereris* aras constituerunt. Festa ejus, quæ mense *Octobri* celebrabantur, *Vertumnalia* appellarunt.

*SEJA* & *SEGECIA*, sive *SEGESTA*, harum duarum *Divarum* ex *Varrone* meminit *Augustinus* lib. 4. de *Civitate Dei*, cap. 8. cum ait: Sata frumenta quamdiu sub terra essent; præpositam voluerunt habere *Deam Sejam*: cum vero jam super terram essent, & segetem facerent, *Deam Segetiam*. Quam vero hic *Augustinus Segetiam*, eam *Plin. Segestam* appellat, libro 18. capite 2. Ubi etiam *Seria* meminit. Verba ejus sunt: *Sejam* à serendo, *Segestam* à segetibus appellabant, quarum simulachra in *Circo* videmus. Ex eodem *Plinio* discimus, à *Numa Pompilio* eas consecratas esse. Has *Deas* qui nominasset, eum ferias observare solitum, *Macrob.* lib. 1. *Saturn.* cap. 16. docet.

*TUTILINA*, vel *Tutelina* à tuendo dicta frumentis collectis atque reconditis, ut tuto servarentur, præposita fuit, quemadmodum *Aug.* lib. 4. de *Civitate Dei*, cap. 8. docet. Hanc *Adr. Turnebus* arbitratur esse, cujus nomen sub dio proferri non fas fuerit. *Plin.* lib. 18. cap. 2. auctore. *Macrob.* lib. 1. *Satur.* cap. 16. docet eos, qui eam invocarent, ferias egisse. *Ædicula* ejus in *xiii.* *Urbis* regione, in monte *Aventino* fuit, teste *P. Victore*. Simulachrum ejus etiam in *Circo* fuit; *Plinius* lib. 18. cap. 1. Quidam etiam *Titulinam* vocant, cui aram in *Aventino* dicatam ad populi *Romani* tutelam, *Josephus Scaliger* in *Varronem* scribit.

*TUTANUS* & *TUTILINA* Dii, qui rebus tuendis præerant. *Nonius Marcellus*. Hunc *Varro* in periculosis subitisque rebus invocari dicit, non aliter atque *Herculem* malorum depulsorem. *Tutilinam* inauspicato nominari nefas est. Fuerunt & alii Dii frumentis præpositi, de quibus *Augustini* verba adscribam: *Proserpinam*, inquit, præfecerunt frumentis germinantibus: geniculis nodisque cultorem *Deum Nodotum*: involumentis folliculorum *Deam Volutinam*: cum folliculi patefcunt, ut spica exeat, *Deam Patelenam*: cum segetes novis aristis æquantur, quia veteres æquare hostire dixerunt, *Deam Hoftilinam*: florentibus frumentis *Deam Floram*: lactescentibus *Deam Lacturciam* (*Servius* in 1. *Geor.* *Lactantem* Deum esse ait, qui lac infundat segetibus, & eas faciat lactescere) maturefcntibus *Deam Matutam*: cum runcantur, id est, à terra auferuntur *Deam Runcinam*. Hactenus *Augustinus* lib. 4. cap. 8. Idem cap. 21. meminit *Deæ Fruffesæ*, quæ fructibus præeset: *Dei Spinienfis*, qui spinas ex agris eradicaret.

*ROBIGUS* Deus à *robigine*, sive *rubigine* dictus, *rubiginem* à segetibus avertere putabatur: cui etiam festa *Robigalia* celebrabantur. Ejus multa mentio apud *Varronem* lib. 5. de *Ling. Lat.* & lib. 1. de *Re Rustica*, apud *Festum*, *Augustinum* lib. 4. de *Civitate Dei*, cap. 21. ubi dicitur *Robigo*, genere fœminino. Vives *Robigum* quasi *Rodigum* dici putat, à *rodendo*. Meminit hujus etiam *Plinius* lib. 18. cap. 17. & 29. De *Robigalibus* dicemus alibi.

*BONUS* quoque *Eventus* ab antiquis cultus est. Hujus simulachrum, ut *Plin.* lib. 35. scribit, ab *Euphranore* ita factum erat, ut dextera pateram, sinistra spicam ac papaver teneret. *Boni eventus* meminit *Varro* in lib. 1. de *Re Rust.* inter *Consentes divos* agricolarum, ut modo diximus. *Plinius* auctor est, *Praxitelem* ejus simulachrum in *Capitolio* fecisse. Templi *Boni Eventus* quædam etiam hodie vestigia *Romæ* cernuntur, inter *Minervam* & *S. Eustachium*, ut à plerisque creditur. *Lilius Gyraldus*.

*POPULONIAM* & *FULGOREM* coluerunt, *Augustinus* lib. 6. de *Civitate Dei*, cap. 10. & *Seneca* in libro de *Superstitione*, fortasse ideo ne populationes & fulgura fierent.

*PILUMNUS* & *PICUMNUS*; de his duobus *Servius* in 6. *Æneid.* *Pilumnus* & *Picumnus* fratres fuerunt Dii: horum *Picumnus* stercorendorum agrorum invenit usum: unde & *Sterquilinus* dictus est. *Pilumnus*, vero *pilendi*, seu *pinsendi* frumenti: unde à pistoribus colitur, & ab ipso *pilum* dictum est. Hactenus *Servius*. *Nonius Marcellus* *Pilumnus* & *Picumnus* Deos vocat, præsidēs auspiciis conjugalibus; citatque *Varronem* lib. 2. de *Vita populi Romani*, cujus hæc sunt verba: *Natus si erat vitalis ac sublatus ab obstetrice* statuebatur in terra, ut auspicaretur rectus, Diisque conjugalibus, *Pilumno* & *Picumno* in ædibus lectus sternebatur.

STERCULIUS etiam cognomen erat Saturni, qui sic dicebatur, quod ipse primum *stercore* fecunditatem agris comparaverit. *Macrobius* lib. 1. Saturn. cap. 7.

BUBONA Dea, præerat bobus. *Augustinus* lib. 6. de Civitate Dei, cap. 9.

HIPPONA, Dea equarum & stabuli fuit. Meminit ejus *Plutarchus* in Parallelis. *Apulejus* lib. 3. de Asino aureo, *Tertullianus* in Apologetico. *Fulgentius* de obscuris vocibus, & alii.

MELLONA, mellificationis Dea erat. Idem eodem loco, & *Arnobius*.

JUGATINUS Deus, jugis montium præsidebat.

COLLINA, collibus: hæc tamen ab *Augustino* *Collatina* dicitur, mendose, ut puto.

VALLONIA, vallibus. *Augustinus*.

RUSINA Dea à rure nomen habuit, quia ipsi rura commissa fuerunt. *Augustinus* lib. 4. cap. 8. Hanc *Lilius Gyraldus* ab aliis *Rurinam* dici scribit. Huc etiam pertinent *Terminus*, *Pan*, *Sylvanus*, & *Priapus*.

### T E R M I N U S.

TERMINUS Deus, inquit *Festus*, dictus, quod in ejus tutela essent agrorum fines. Hic secundum *Varronem* à *T. Tatio* consecratus est, secundum alios à *Numa Pompilio*. Sic enim *Dionys.* lib. 2. Ut Romani contenti propriis, aliena non concupiscerent, Numa lege cavet, de terminandis prædiis. Cum enim unumquemque jussisset agrum suum circumscribere, ac in finibus statuere lapidos, hos sacros esse Jovi Terminali voluit, jussitque, ut quotannis stato die res divina in eo loco paganorum cœtu fieret, sacro cum primis nobili festo in honorem Deorum, qui terminis tutelares præsentent. Id Romani vocant *Terminalia*, sicut lapides ipsos terminos, quos nostri variant una litera, *Termonas*, quos, si quis transferre ausus fuisset aut tollere, lege terminali, caput ejus his Diis devovit, interfectori ipsius, tanquam sacrilegi, impunitate promissa, & puritate à scelere. Nec de privatorum tantum agris hoc jus sanxit, verum etiam de publicis. Hos quoque certis complexus finibus, ut Romanum agrum à vicinarum urbium agris *terminales* Dii discernere, & privatum à publico: qui mos ex illo seculo reliquus Romanis religiose servatur, etiam nostro tempore. Nam Deos putant terminos, eisque sacra faciunt, non hostias cædentes, quod nefas sit cruentari hos lapides, sed liba Cerealia frugumque afferentes primitias. Hactenus *Dionysius*. Coluerunt *Terminus* in Capitolio, ubi, cum *Tarquinius Superbus* templum amplissimum Jovi Optimo Maximo extruere vellet, & propterea omnium aliorum Deorum ædes exauguraret, *Terminus* & *Juventus* ei cedere noluerunt; qua de re *Livius*, *Dionysius*, *Ovidius*, *Augustinus*, & multi alii. Et de hac re intelligendum ænigma apud *Agel.* lib. 12. cap. 6.

*Semel, minusve, an bis minus sit, non sat scio,*

*An utrumque horum, ut quondam audiri dicier,*

*Jovi ipsi regi noluit concedere.*

Significatur enim *Terminus*: & sic explicat *Angelus Politianus* *Miscellaneorum* cap. 35.

PAN Deus, Mercurii filius, Latine *Funus* dictus, nomen accepit, quod πᾶν significat omne, quia sub ipso universa rerum natura colatur, sive mundus. *Funus* dictus ab cundo passim cum omnibus animalibus. Simulachrum ejus caprina facie effingebatur, rubro colore, hirtis cornibus, pectore sideribus radiante, infima sui parte hispida, & caprino pede: altero pede incurvum, quod ejus simulachrum eleganter interpretatur *Macrob.* lib. 1. Satur. cap. 22. & ad rerum naturam transfert. De *Pane* etiam *Silius Italicus* lib. 13. Bellorum Punicorum. Antiquissimum hoc fuit & honoratissimum Arcadum numen, qui, cum in Italiam venissent, sedibus sub colle acceptis, & exædificatis more patrio domiciliis, omnium primum *Pani Lycaeo* templum construunt. Themide jubente, in loco, quem Romani *Lupercal* nominant, cujus meminerunt *Livius*, *Justinus*, *Plutarchus*, & multi alii, *P. Dionysius* lib. 1. Erat tum, ut fertur, spelunca sub tumulo magna, denso querceto contexta, & sub petris profundi fonticuli, solumque rupibus contiguum, nemorosum, & frequentibus ac proceris opacum arboribus. Ibi ara dicata Deo more patrio sacra fecerunt, quæ nostro quoque tempore faciunt Romani mense Febuario, post brumam nihil mutantes ex ritu pristino. Hæc ille. Plura habemus, ubi de *Lupercis* & *Lupercalibus* dicendum erit.

### S Y L V A N U S.

*Servius* scribit, publicam cæremoniarum opinionem hoc habere, *Sylvanum* esse Deum pecorum & agrorum: prudentiores tamen dicere esse ὄλιον θεῶν, hoc est, Deum τῆς ὄλης. *Helen* autem esse *facem* omnium elementorum: id est, ignem fordidiorem & aërem: item aquam & terram fœdiorem, unde cuncta procreentur. Quam Græci ὄλαν, Latini materiam appellarint, unde *Sylvani* nomen factum. Et apud *Ælianum* de Historia animalium, Crathin Sybaritam concubuisse cum capra, & inde natum puerum, qui caprina haberet crura, & humanam faciem, qui fuerit in Deorum numerum relatus, & *Sylvanus* Deus appellatus. Quod *Sylvanus* infestus fuerit puerperis *August.* lib. 6. & 15. de Civitate Dei docet, & nos paulo ante meminimus.

## PRIAPUS.

IMPURUS & obscœnus hic Deus fuit, de quo, ut multa dicam, pudor meus non sinit, hoc tantum moneo, fuisse ipsum hortorum Deum & custodem, quod ex illo *Virgilii*, Ecloga 7. liquet.

*Sinum lactis & hac te liba Priape quotannis*

*Expectare sat est, custos es pauperis horti, &c.*

Servius: Priapus fuit de Lampfaco, civitate Hellepontii, de qua pulsus propter virilis membri magnitudinem, post in numerum Deorum receptus, meruit præsidem esse hortorum. Dionysii & Veneris filius fuit, cujus fabulam describunt *Apollonii* interpretes, *Stephanus*, *Suidas*, & alii. Fuit etiam Deus nuptialis, dictus *Mutinus*, de quo supra. Et de Diis rusticis hæc tenent.

## AD CAP. XX. PARALIPOMENA.

De Diis Rusticis, Flora, Termino, Sylvano, Priapo, nuditate Deorum, eorumque statuis.

**D**ii rustici agrorum erant præsidēs, agriculturamque promovere censebantur. Horum in numero Flora est. Aurel. Olymp. Nemesian. Eclog. 1.

*Dat piskas Flora coronas.*

Sidon. Apollinar. carm. 11. v. 115.

*Hic spargit calathos, hic flores Flora peremes.*

In urbem recepta ex oraculo Sibylla, anno urbis conditz quingentesimo decimo sexto. C. Plin. lib. 18. Nat. histor. cap. 29. exhibitricque illi ludi, quibus, ab ipsa, Floralia nomen fuit. Wolffgang. Laz. Comment. Reip. Rom. l. 10. cap. 10. celebrataque illa 4. Calend. Majas, ut alios omittam, D. August. l. 6. de Civit. Dei cap. 7. Oprime, ut solet, descripsit vetus Scholiastes Juvenal. sat. 6. v. 249. Florali tuba, qua committuntur Indi Florales, in quibus meretrices nudatis corporibus per varias artes ludendi discernunt, & armis certant gladiatoris, atque pugnant; hi ludi à Flora meretrice instituti sunt in honorem Floræ deæ, quæ floribus præcti, ludi sunt impudici. Primum itaque est, ostendere etiam in ludicris Romanis & fœminas armatas produci consuevisse. Puto autorem esse incertum, qui primus id facturarit. Statius libr. 1. silv. ult.

*Hos inter fremitus novosque luxus*

*Speltandi levis effugit voluptas,*

*Stat sexus nudis insciusque ferri,*

*Et pugnas capit improbus viriles.*

*Credas ad Tinnam, ferumque Phasim*

*Thermodontiacas calere turmas.*

M. Martial. Amphith. epigr. 6.

*Belliger invicis quod Mars tibi sevit in armis,*

*Non fuitis est Cesar, sevit & ipsa Venus.*

Juvenal. sat. 1. v. 23. inter vitia urbis corruptæ, & ista enumerat, mulcices venationi Circensii adhibitas.

*Cum tener uxorem ducat spado, Mævia Tinnam*

*Fingat aprum, & nuda teneat venabula mamma.*

Et sat. 6. v. 250.

*Nisi si quid in illo*

*Pellere plus agitat, veraque paratur arena,*

*Quem præstare potest mulier galeata pudorem?*

*Quæ fugit à sexu, vires amat.*

Galeatæ ergo, & armis decretoriis accinctæ, certabant eodem, quo gladiatores, ritu. L. Sen. lib. 7. Nat. quæst. cap. ult. Deinde sub persona, cum diu trita frons est, transitur ad galeam. Juvenal. sat. 6.

*Et quanto galea curvetur pendere.*

Luctabantur, non modo armis gladiatoris dimicabant. Idem Juvenalis sat. 2.

*Luctantur panca, comedunt colyphia panca.*

Maximus istius rei usus sub Domitiano principe. C. Sueton. in eo, cap. 4. Venationes, gladiatoresque, & noctibus ad lychni-  
chos, nec virorum modo pugnas, sed & fœminarum. Qui tamen illud ad eum referunt auctorem, graviter errant; nam & Titus frater ante illum idem in ludis suis fecerat. *Ἐμπία γυρῆντος*  
*ἔπειτα τῶν ἰσχυρῶν οὐχ ἡλιθίου, ἀσπῆτος, Φέρας γυναῖκες ἰσχυροὺς*

confecerunt. Dio Coccejan. lib. 66. ad finem. Idem denique sub Nerone factitatum, qui utrumque præcessit in imperio, ut videri possit, frequenter gestum. Sueton. Ner. cap. 11. *Ludis*, quos pro æternitate imperii susceptos, appellari *Maximos* voluit, ex utroque ordine & sexu, ludicras partes sustinuerunt. Sed infœcra, & veluti præter naturam libido, constitutione Severi Aug. penitus sublata. Io. Xyphilin. in eo. Neque vero mihi persuadeo Romanos primos fuisse, qui cum viris luctari exercebique fœminas voluerint. Quippe idem Spartanis in usu positum. Sext. Propert. l. 3. eleg. 13.

*Multa tue, Sparte, miramur jura palæstra,*

*Sed mage virginæ munera gymnasi.*

*Quod non infames exercet corpore ludos,*

*Inter luctantes nuda puella viros.*

At quæ infames laudes? an forte strenue cum viris luctari, quod probrosum mulieri, atque inde laudem querere? au potius error subest, & rescribendum cum Yvo Villiomar. lib. 4. cap. 1. in Rob. Titium:

*Quod non infames exercet corpore ludos.*

Nisi forte laudes corpore exerceri, cum Tibullo l. 4. dici posse fateamur. Achill. Stat. Neapolitan.

*Laudis & assiduo vigeat certamine miles.*

Et de ritu illo palæstræ Lacedæmonix, Papin. lib. 4. sil. 8.

*Qualis maternis Helene jam ægna palæstris*

*Inter Amycleas reptabat candida fratres.*

Sidon. Apollinar. carm. 9. v. 184.

*Unctas Tyndaridis dicasse luctas.*

Martial. lib. 4. epigr. 55.

*Aut libidinosa*

*Ledaas Lacedæmonis palæstras.*

P. Ovid. epist. 15. Paris Helenæ:

*More eue gentis nitida dum nuda palæstra*

*Ludis, & es nudis fœmina mixta viris,*

*Quod rapuit laudo.*

Sed redeo ad Floralia; in quibus Ædiles fabas, cicer, aliaque similia in vulgus mistilia spargebant. Valer. Maxim. l. 2. cap. 5. Pseudo Cornut. in A. Persii sat. 5. v. 175. *Ludi* Floralibus omnia semina spargebantur in populo, ut Tellus velut muneribus suis placaretur.

Perlius ipse:

*Cicer ingere large*

*Rixanti populo, nostra ut Floralia possint*

*Aprici meminisse senes.*

Et quia ipsa Flora meretrix fuisset notissima, meretrices aper-  
tis nudatisque pudendis producebantur, cursuræ, saltaturæ.

Martial. lib. 1. epigr. 3.

*Festosque ludos, & licentiam vulgi.*

Et ejusdem libri epig. 36.

*Quis Floralia vestit, & stolatum*

*Permittit meretricibus pudorem?*

D. Aufon. Eidyll. 25.

*Nec non lascivi Floralia lata theatri,*

*Quæ spectare volunt, qui voluisse negant.*

Commitebantur, seu choreæ, seu lusus isti, fœminarumque nudarum discursus, sono tubæ. Juvenal. sat. 6. v. 249.

*Dignissima certe*

*Florali matrona tuba.*

Nec modo in Floralibus scorta producta, sed & in quibuslibet theatralibus ludis, habebis infra lib. 5. cap. 4.

Denique in his non leones, ursi, elephantis, aut tigrides exhibita, aliaque ferocitate aut truculentia nota animalia, sed lepores. Ludovicus Pipraus præceptor meus in Maximiliano suo, divino carmine:

*Imbellis lepores Floralis præmia campi.*

Martial. lib. 8. epigr. 67.

*Cum modo distulerint rauce vadimonia charta,  
Es Floralitias lassæ arena seras.*

Vide Cornelium Vitellium Annotat. cap. 22. Cæl. Rhodigin. lib. 25. cap. 30. Antiquar. Lectio. Et quod pæne omiferam, inter popularia sacra erant Floralia, quæ toti populo exhibebantur. Adrian. Turneb. lib. 30. Adversatior. cap. 30. ex M. Martiale lib. 10. epigr. 41.

*Et populare sacrum bis millia dena tulisset.*

#### PARALIPOMENA.

*De Termino Deo, statua ejus, ritu ei sacrificandi.  
Lapides, arboreque Terminales. Priapus. Sylvanus.*

Inter antiquissimos Romanorum Deos Terminum habitum, loquuntur legum Regiarum fragmenta, à viris doctis digesta; & argumento liquido est, nullum Deum prius illo, ex legum præscripto cultum: vide infra lib. 4. cap. 6. nomen à terminando finiendove desumptum Græcâ origine. Xenoph. lib. de Laced. Rep. Το τέρματι τῷ θίῳ τῆν ἁγίαν προοῦσι. Judicium retulit ad finem vite, pag. 684. Statua illi erecta erat, quadrato lapide, vel stipite dedolato, uncto, coronato. Arnob. cont. gent. lib. 1. Venerabar (ô cecitas) inper simulachra modo ex fornacibus prompta, incedibus deos & malleis fabricatos, elephantorum ossa, pisuras, veteruosis in arboribus rarias, si quando conspexeram lubricatum lapidem, & ex olivæ unguine ordinatum, tanquam inuestis vis præsens, adulabar, assabar; rescribæ mecum, irrigatum, alii legunt exornatum, quibusdam placet, olivæ unguine divatum, hoc est, divinum factum. Idem Arnob. lib. 8. ut aliqua præferunt editiones; revera liber ille non Arnobii est, sed M. Minucii Felicis. Ut tam luculento die in lapides eum patiaris impingere, effigiatos sane, & unctos, & coronatos. Clemens Alexandrin. l. 7. Stromat. & in Pronept. Lucian. in Charonte. L. Apul. l. 1. Florid. Vel enim colliculus sepimine conservatus, vel truncus dolamine effigiatos, vel cespes libamine humigatus, vel lapis unguine delibutus. Et lib. 1. Apolog. Negant se vidisse aut lapidem unctum, aut ramum coronatum in finibus ejus. Siculus Flacc. lib. de conditionibus agrot. Cum terminos disponerent, ipsos quidem lapides in solidam terram collocabant, proxime ea loca, quibus fossis fallis defixuri eos erant, & unguento velaminibusque, & coronis eos coronabant. Plura vide apud Pet. Colvium in Apuleji locum laudatum. L. Sen. Hippolyto act. 2. n. 528.

*Nullus in campo sacer*

*Divisit agros arbiter populis lapis.*

D. Juvenal. sat. 6.

*Inprobus aut campum mihi si vicinus ademit,  
Aut sacrum effodis medio de limite saxum.*

Aurel. Prudent. lib. 2. in Q. Symmachum:

*Et lapis illic*

*Si stetit antiquus, quem cingere fuerat error  
Fascioli.*

T. Lucret. Carus lib. 5.

*Velatum sepe videri*

*Vertier ad lapidem, atque omnes accedere ad aras.*

P. Virgil. lib. 12. Æneid. in fine:

*Saxum circumspicit ingens,*

*Saxum antiquum ingens, campo qui forte jacebat*

*Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.*

Papin. lib. 5. Thebaid. v. 569.

*Quo discretus ager.*

Et terminales lapides vocavit Ammianus Marcellin. l. 18. & arbores terminales pari sensu lego apud Paulum IG. lib. 5. Receptar. sentent. tit. 22. & indiferece arbores lapidesque terminales dixere ICI legg. t. 3. ff. de Term. moto. Signate Ovid. l. 2. Fastr.

*Terminæ, sive lapis, sive ex desertis in agro*

*Stipes, ab antiquis tu quoque nomen habet.*

Tibull. l. 1. eleg. 1. ex Ovidii imitatione:

*Nam veneror, sen stipes habet desertis in agris,*

*Sen vetus in trivio florida ferta lapis.*

Frequentius tamen lapis Terminus erat. Idem libro eodem eleg. 3.

*Non domus ulla fores habuit, non fixus in agris,*

*Qui vegeat certis subibus arva, lapis.*

Sext. Propert. lib. 1. eleg. 4.

*Nullas illa suis contemnet stilibus aras,*

*Aut quicumque sacer qualis ubique lapis.*

Denique donec plura inferius dicantur, addendus unicus est M. Aurelii Olympii Nemesiani ex Eclog. 1. locus:

*Sub te ruris amor, sub te reverentia iusti*

*Floruit, ambiguus signavit terminus agros.*

SYLVANUS & ipse inter rusticos deos habitus, & maternalis pudicitia infidator. D. August. de Civit. Dei, lib. 15. c. 22.

Quoniam creberrima fama est, multique se expertos, vel ab iis, qui experti sunt, de quorum fide dubitandum non est, audisse confirmant, Sylvanos & Fannos, quos vulgo Incubos vocant, improbos

sepe existisse mulieribus, & earum appetisse ac peregrisse concubitum. Eundem sane esse Sylvanum & Incubum pater ex Glossario veteri, in quo Παν ὁ δαιμόν, Incubus Sylvanus. Et pueris

statim post partum custos adhibebatur, ne Sylvanus per noctem ingrederetur, & jacentem vexaret, ut id significaretur,

constituebatur quidam, qui pilo limen ferret, ut disseruit D. August. lib. 6. de Civit. Dei cap. 9. & notavit J. Meursius Criticar. Exercitat. part. 2. cap. 1. Et ante illum Blond. Flav. Rom.

Triumph. lib. 1. & lib. 2. eisdem operis pag. 44. Hunc inquam inter numina, quæ agrorum præsidebant cultui, censuræ locum habere. Jul. Obsequens lib. de Prodig. e. 8. Si-

lencia noctis ex silva Arisa ingens vox audita, que Silvani credita est fuisse. A silvis itaque nomen sortitus videtur. Hor. l. 3.

od. 29. Dnnetæ Sylvani. P. Virgil. lib. 1. Georg.

*Et teneram ab radice ferens Sylvane cupressum.*

Gratius Cynegetic. in limine:

*Latii cultor qui Fannus amani,*

*Maulasque puer, donatrix Idææ leonum*

*Mater, & inculto Sylvanus termitæ gaudens.*

Itaque suspicor statum illi positam, manu protensa & cupressu armata, cujus rationem primus invenit. Martian.

Capella lib. 5. de Nupt. Merc. & Philolog. in principio:

*Tunc primum posita Sylvanus forte cupressu*

*Percit, ac trepidam dextram tenebat inermem.*

Interim corrigendus è Lucilio locus, corruptissimus apud Nonium Marcellum, cap. 2. num. 324. Nam Lucilii verba ibi loci sunt 26. lib. Satyr.

*Luporum exaustorem Malvanum, ac fulguritam arborum.*

Nullò plane sensu, quod ut vidit J. Lipsius, iusserat rescribi, meo iudicio rectissime:

*Luporum exaustorem Sylvanum, ac fulguritarum arborum.*

Q. Horat. lib. Epod. od. 2.

*Qua muneretur te, Priape, & te, pater*

*Sylvane, tator finium.*

Scio alios eandem correctionem recepisse, seu excogitasse, inter quos & Adrianus Turneb. l. 29. Adversatior. e. 23. sed alio sensu, ut crederent Sylvanum eundem esse cum Marte,

in cujus tutela est lupus, animal ferum & truculentum; & certe M. Cato lib. de Re Rustica favet cap. 38. cui Mars Sylvanus dicitur: jam vero lupum Martis facrum, quis dubitet?

Et ut unico verbo dicam, Grammaticis Sylvanus est, πᾶσι δὲ θεῶν ὕπατος, omnis Deus silvicola. Sed Sylvani mentio in vetustis

hæc marmoribus, quorum fragmenta apponam:

SYLVANO. SANCTO.  
LARUM. PHILEMON.  
P. SCANTI. ELEUTHERI.  
D. D.

Alterius hæc sunt verba:

SYLVANO. SANCTO. SACRO. LARUM.  
CÆSARIS. N. ET. COLLEGI. MAGNI.  
CN. TURPILIUS. TROMPHIMUS. VOTO.  
SUO. SUSCEPTO. ARAM. DE. SUO. D. D.

Extat & tertii lapidis inscriptio, etiam hic ponenda, unde iudicium quoddam & conjectura esse possit, non tantum sylvestrem Deum fuisse Sylvanum, sed etiam domesticum, unum nempe & Larum numero. Sic itaque inscriptio se habet:

SYLVANO. SACRUM. SODAL. EJUS.  
ET. LARUM. DONUM. POSUIT. TI.  
CLAUDIUS. AUG. LIB. FORTUNATUS.  
A. CURA. AMICORUM.

Ad sacrificia ejus venio; cui inter Romanos tantum, quod sciam, cultus exhibitus fuit, peractaque sacrificia, à viris tantum suscipiebantur. Vet. Scholiast. Juvenal. ad v. 446. SATYR. 6. *Sylvano mulieres non licet sacrificare.* Hostia illi primitiva, ut rusticum decebat Deum, lac oblatum erat. Q. Horat. libr. 2. epist. 1.

*Tellurem Porco, Sylvanum lacte piabant.*

Aut animalia hostia. Juvenal loco proxime citato:

*Cedere Sylvano porcum.*

PRÍAPUS obscenitatis & spurcitie præses etiam inter deos rusticorum, divino honore cultus, cujus nomine nihil aliud, quam pudenda significabant: adeo ut lascivi ex pone sua Priapo biberent, didique illi drillopotæ. Vet. Scholiast. Juven. sat. 2. v. 95.

*Vitreo bibit ille Priapo.*

Nec rusticum tantum hic nomen, sed & marinum, navigantibusque præpositus. Leonidas vetus poeta in Antholog. lib. 1. cap. 56. epigr. 4.

*Ταὐθ' ὁ Πρίηπος ἐζ' ἂν ἐπιτέλλομαι, ὁ λιμενίτης.*

*Hæc Priapus ego impero, portibus præfatus.*

Et Antipater Sidonius;

*Ἀλλεῖα δ' εὐφρία προσιζήτε, ταὐθ' ὁ Πρίηπος*

*Ἵμμῖν ἰνομήταις παῖς ἰνίτα Βρομῖς.*

Vela bene texita extendite, hæc Priapus vobis in portu consistentibus puer dico Bacchi. Et Marcus Argentarius vetus item Epigrammatographus:

*Τῷ σὺ Πρίηπῳ*

*Πιθόρμενος, πόντος ἀπὸ ναντιλίν.*

Hoc tu Priapo credens, omnem tange navigationem. Et à Satyro Thyillo antiquo poeta appellatur λιμενομήτης. Portuum præses. Et ab eodem λιμενὸν δαίμονι, portuum demoni. Archias illum πῆμα φύλακα, loci custodem vocat: & eadem ara, ceu littorali Deo, id est, Porinnno, aut Neptuno, crigi solebant. Agathias Scholasticus:

*Ἰνομήταισιν παραὶ βοιωτίσιν Πρίηπῳ.*

*Portuum præses: in aris Priapi.*

Paulus Silentarius. Πιθὸς νοσὶ Πρίηπος, fidelis navibus Priapus. Theætatus Scholasticus, ὀρμολοτῆρι Πρίηπῳ, portuum datori Priapo.

Sed communior poetarum sententia, hortorum rei que rusticæ præsidem faciebat. Auctor Priapejor.

*Villinus, arari quondam, nunc cultor agelli,*

*Hæc tibi Persæus templa Priape dico.*

In aliis editionibus:

*Arari quondam custos, nunc cultor agelli.*

Sed parum interesse existimo. Petrus lib. 4. Antholog. cap. 12. epigr. 88. *Λαζάριον φύλακα, olerum custodem efficit.* Lucian. *Ἐγὼ κλημάτιδαν φύλακα, aridorum palmitum custodem.* Argentarius: *φύλακα σῶσαν ἔχων, custodiam ficum habens.* Antistius, *φυτὰ ῥόδμενος, fructices servans.*

Ejus statua expressa est ab Apollonida egregie in hæc verba:

*Ἄνθρ' Ἄναξαγόρης με τὸν ἐκ ἐπὶ ποσσὶ Πρίηπου,*

*Ἐτ' ἔχοντ' ἀμφοτέρω γένει κεκλιμένον.*

Posuit Anaxagoras me non erectum pedibus Priapum, in terra

utroque genu inclinantem. Super qua re nihil est, quod notari debeat, nisi nudum eum, ut & omnes alios Amoris deos depingi solitum. Auctor Priapejor:

*Taliacumque puer dominus florentis agelli*

*Imposuit mensæ, nude Priape, tua.*

Alb. Tibull. lib. 1. eleg. 4.

*Quæ tua formosus cepit solertia, certe*

*Non tibi barba nitet, non tibi culta coma est.*

*Nudus & hibernæ productis frigora brumæ,*

*Nudus & æstivi tempora siccæ canis.*

Amor etiam seu Cupido nudus depingebatur. Philostrat. in icone ejus. Et simulachrum Cupidinis nudus est apud C. Plinium lib. 36. c. 5. Rationes vide apud Alexandrum problemat. c. 87. Moschus in Amore fugitivo, Eidyll. 1. *Γυμνὸς τὴν σῆμα, νῦς δὲ οἱ ἐμπαύκασαι.*

*Nudum corpus habet, mentem fallacia velat.*

Sive ad verbum: Corpore quidem nudus, at mens illi tecta est. Marullus Tarchaniota in Epigrammatis:

*Cur sine veste Deus? simplex puer odit operam.*

Sext. Propert. lib. 1. eleg. 3.

*Crede mihi, non ulla tua medicina figura est,*

*Nudus Amor formæ non amat artificem.*

Venus itidem sine ulla veste depicta. Lucian. lib. cui titulum fecit ἔρωτες, Amores. Vide quæ superius dixi Reg. 1. de Venere Canadomene. Arnobius l. 6. *Ad libidinem concitat Venus nuda.* Et paucis interjectis. *Venus nuda, & aperta depingitur, ac si dicas illam publicare ac devovere meritorii corporis formam.* L. Apul. libr. 16. Milesiar. *Qualis Venus, cum virgo fuit, nuda & intecto corpore.*

M. Martial. lib. 8. epigr. 1.

*Nuda recede Venus.*

P. Ovid. libr. 1. Amot. eleg. 14. *Nuda Dionæ.* Epist.

Didus ad Æneam:

*Quia mater Amorum*

*Nuda Cythereis edita fertur aquis.*

Lib. 3. de arte Amandi:

*Nuda Venus madidas exprimit arte comas.*

Sidon. Apollinar. Carm. 7.

*Nuda Venus, fœcuada Pales, phætrata Diana,*

*Junæ gravis, prudens Pallas, turrita Cybelle.*

Ratio est, quod crimen celari non possit. Furinus Fulgent. libr. 2. Mytholog. *Vel quod offrenata voluptas inanes, & nudo dimittat.* Altercatio Hadriani & Epicteti:

*Quare nuda Venus? nudi pinguntur Amores?*

Bassianus Aug. novercam nudam videns, in uxorem duxit.

El. Spartian. in eo. D. Ambros. l. 3. de virginib. *An*

*quicquam est tanta pronum ad libidines, quam inconditis motibus,*

*ea que vel natura abscondit, vel disciplina velatis,*

*membrorum operia nudare? Propert. lib. 2. eleg. 15.*

*Nam modo nudatis mecum est luctata papillis,*

*Interdum tunica duxit operata moram.*

Cæll. Rhodig. l. 4. Antiquar. Lect. c. 7. exponit eodem

sensu illud ejusdem poetæ l. 4. eleg. 9.

*Cantabant serdo, nudabant pectora manu.*

Martial. lib. 11. epigr. 105.

*At mihi nuda satis nulla puella placet.*

D. Aufon. epigr. 38.

*Nec his cincta Diana placet, nec nuda Cythere,*

*Illæ voluptatis nil habet, hæc nimium.*

Et impudica Mevia, nuda mamma tenet venabula. Juvenal. sat. 1. vers. 24. & Messalina Augusta, nuda in fornice stetit prosternito corpore intrantibus. Sat. 6. v. 124. &

*nudam spumanti labello viderit.* Sat. 9. v. 35. Ovid. libr. 1. Metamorph. Fab. 9.

*Landat digitosque manusque,*

*Brachiaque, & nudos media plus parte lacertos.*

Et est apud eundem conciliandi amoris, seu verius concitandæ libidinis præceptum l. 3. de Arte:

*Pars humeri tamen ima tui, pars ima lacerti*

*Nuda sit, à læva conspicienda manu.*

Bene itaque Q. Ennius, & Græcorum & Romanorum mores

A a

in

in gymnasiis reprehendens, qui nudas foeminas, nudosque & formosos adolefcentes producebant lucturos, ut refutit M. Tull. lib. 4. Tusculanar. quaestion.

*Flagitii principium est, nudare inter cives corpora.*

Quæ omnia notissima sunt, & facile tyroni sexcenta similia observare exempla. Et disquisivit vir eruditissimus, & literarum bono natus Andreas Tiraquellus in Commentariis suis de Legibus Connubialibus, & alii.

## CAPUT XXI.

## De aliis Diis Miscellaneis.

**R**estant pauci aliquot Dii qui in prioribus capitibus locum habere non potuerunt, de quibus hoc capite dicemus.

## PAVOR &amp; PALLOR.

Hos Deos *Tullus Hostilius* 111. Romanorum Rex vocit in prælio contra Fidenates, tum, cum Albani, duce Metio Suffetio, sive, ut multis placet, Fufetio, discessu suo ab exercitu Romano, eos non parum turbassent. Ita *Livius* l. 1. Tullus in re trepida xii. vocit *Salios*, fanaque *Pallori* ac *Pavori*. Meminit eorum *Aurel. Augustinus* sæpe, ut lib. 4. cap. 15. & l. 6. cap. 10.

## CLOACINA.

ALIA hæc est à *Venere Cloacina*, quemadmodum ex veteribus Scriptoribus docet *Joannes Vives*, quem hic libenter sequor. Dicta est *Cloacina* à *cloaca*, quod Romæ in *Cloaca* magna fuerit effigies ejus inventa, cumque ignoraretur cujus ea esset, ex loco nomen ei inditum, *Cloacinaque* appellata fuerit: *Lactantius*. Apud Augustinum *Clacacina* legitur, quod tamen *Ludovicus Vives* in *Cloacina* mutandum esse contendit. Est igitur hæc à *Tarquino Prisco* consecrata. *Tertullianus* adyta *Cloacina* ludens, cum dicit, *Cloacam* intelligit, his verbis in libro de *Pallio*: sed omnino totum *Empedoclem* in adyta *Cloacina* detulisset. Vide & *Turnebi* Commentarios in *Varronem* de *Lingua Latina*.

## AËTUS LOCUTIVUS.

Hic Deus à *loquendo* nomen habet, quod locutus fuerit, & præmonuerit Romanos de adventu Gallorum, de quo ita *Livius* libro 5. *M. Ceditius* de plebe nunciavit Tribunus, se in nova via, ubi nunc sacellum est, supra ædem *Vestæ*, vocem noctis silentio, audivisse, clariorem humana, quæ magistratibus dici juberet, *Gallos* adventare; id, ut fit, propter auctoris humilitatem spretum. Et paulo post: *Camillo* expiandæ etiam vocis nocturnæ, quæ nuncia cladis ante bellum Gallicum, audita neglectaque esset, mentio illata, iustumque & templum in nova via *Ajo Locutio* fieri. Eandem historiam recitat *Cicer.* l. 1. de *Divin.* & *Plutarch.* lib. de *Fortuna Rom.* & in *Camillo*. Ædes hujus Dei à *P. Vitore* ponitur in 8. Urbis regione: à *Cicerone* tamen & *M. Terentio Varrone* apud *Agellium*, non ædes, sed ara tantum ei constructa esse scribitur.

## RIDICULUS, vel REDICULUS.

REDICULUS etiam Deus à Romanis cultus est, cujus extra portam Capenam fanum constructum accepimus. Nam cum secundo bello Punico Urbem oppugnaturus *Annibal* accessisset, à Diis injecto metu recessit. *Festus*.

## TEMPESTAS.

TEMPESTATIS ædes à *M. Marcello* extra portam Capenam constructa fuit, cum is liberatus esset à periculo & tempestate, quam passus erat, cum in *Corficam* & *Sardiniam* navigaret. *Ovid.* in *Fastis*.

## FEBRIS.

Colebant veteres quosdam Deos, ut prodesse: quosdam, ut ne obessent, placabant; uti *Orbonam*, *Robigum*, *Febrim*, &c. De *Febri Dea* ita scribit *Valer. Maxim.* *Febrim* ad minus nocendum templis colebant, quorum unum adhuc in Palatio, alterum in arce Marianorum, tertium in summa parte vici *Longi*, in eaque remedia, quæ corporibus ægrotorum innexa fuerant, deferbantur. Meminit ædium hujus Deæ aliquoties *Cicero*.

## FUGIA.

*Fugiam* existimat *Lud. Vives* Deam lætitiæ de fugatis hostibus fuisse, ad *August.* lib. 2. cap. 6.

## FORNAX.

FORNAX Dea etiam existimata est, quoniam ante triticum & ejus usum, far *fornacibus* torrebat: unde est *Dea Fornax* constituta, cujus meminerunt *Festus*, *Lactant.* & *Ovid.* in *Fastis*.

## CACIA.

CACIA Dea culta Romæ, quæ *Caci* soror fuit, ut scribit *Lactantius*, quæ de furto boum *Herculi* fecit indicium: unde etiam sacellum meruit, in quo ei per *Virgines Vestales* fiebat res sacra, ut *Servius* scribit in 8. *Æneidos*.

## VICEPOTA.

Quæ hæc Dea fuerit, incertum. Apud *Livium* libro secundo, cum de demolitione ædium *Valerii Publicolæ* agit, sic legitur in vulgatis: Delata confestim materia infra *Veliam*, & ubi nunc vicus publicus est, domus in infimo clivo ædificata. Ubi pro *vicus publicus*, *Beatus Rhenanus* annotat, se in uno veteri libro legisse, ubi nunc *Vica pota est*, quod tamen in *Viriplacæ* mutandum censet. *Carolus Sigonius* legit; Ubi nunc *Vicus publicus est*, quemadmodum & apud *Plutarchum* in *Publicola* vertit *Xylander*; Ubi nunc templum est, & vicus publicus dicitur. *Iustus Lipsius* lib. 2. *Epistolicarum Quæstionum*, epistola 11. legendum apud *Livium* arbitratur, Ubi nunc *Vicepota est templum*; & sic *Plutarchum* etiam emendandum. Quæ autem, & qualis ea Dea fuerit, ignorare se dicit.

Meminit & *MINUCII* Dei *Festus*, sed qualis is fuerit, non exprimit. Hæc enim sunt ipsius verba: *Minucia* porta appellata est, eo quod proxima esset sacello *Minucii*. *Paulus*, *Festi* abbreviator: *Minucia* porta Romæ est dicta, ab *ara Minucii*, quem Deum putabant.

Fuit & *VOLTURNUS* Deus, cujus *Festus* his verbis meminit: *Volturnalia* *Volturno* Deo sua sacra faciebant, cujus sacerdotem *Volturnalem* vocabant.

Foribus tres Deos præficiabant, *Forculum*, *Cardeam* & *Limentinum*: & *Forculus* quidem foribus dabatur, ut ait *August.* l. 4. de *Civitate Dei*, cap. 8. *Cardea* cardini, *Limentinus*, limini-*Cardeam* quidam libentius *Carnam* vocant, quæ (ut canit *Ovidius* in 6. *Fastorum*) ab *Jano* compressa, acceperit cardinum potestatem, prius *Grane* nuncupata, deinde per *antifichon Carna*.

## CAPUT XXII.

## De Diis peregrinis.

**SUPEREST**, ut adhuc de *Dio Fidio*, *Iside*, *Ofride*, & *Serapide* dicamus, quos *peregrinos Deos* appellamus, quod ab aliis gentibus in Urbem recepti & culti sunt. Quamquam eorum plures fuerunt, de quibus tamen antè, occasione sic oblata, egimus.

## S AN C T U S , vel D E U S F I D I U S .

*SABINORUM* hic Deus fuit, à *Reatinis* plurimum cultus, ubi etiam editus esse putatur: de quo *Dionysius Halicarnassæus* lib. 2. hæc scribit: In agro *Reatino*, quo tempore *Aborigines* eum tenebant, virgo quadam indigena, claro genere prognata, choros ducebat in templo *Enyalii*, quem *Sabini*, sicut & *Romani*, *Quirinum* nominant: verum repente divino furore correpta, choream deseruit, & in sacrarium se cursu proripuit. Deinde à loci genio compressa, ut vulgo visum est, filium edidit, nomine *Medium*, vel potius *Dium Fidium* cognomine. Is virilem ætatem ingressus, & forma supra hominem fuit, & in re militari longè præcellentissimus est habitus. Cumque captus esset condendæ *Urbis* cupidine, collecta magna manu ex agris finitimis, brevi *Ceres* replevit habitatoribus, vocatas, ut quidam putant, à genio, cujus dicebatur filius: aut ab *hasta*, sicut malunt alii. *Ceres* enim *Sabini* *hastas* nominant. Ita *Terentius Varro* scriptum reliquit. Paulò post *Dionysius* refert ex *P. Catone*, *Dium* illum *Fidium*, *Sabum* alio nomine dictum fuisse, quem *Sabini* coluerint.

Ædes *Dii Fidii* in *Urbe* dedicata est à *Sp. Posthum.* *Consule*, anno *U. cccxcviii.* *Nonis Junii* in loco *Bellonæ*, locata ab ultimo *Regum Tarquinio*, non tamen ab illo consecrata. *Dionysius* l. 9. qui etiam addit, eo demum anno ex *SC.* ædem hanc à *Posthumio Consule* dedicatam esse, probari ejus æde inscriptione.

## I S I S .

Hanc *Diodorus Siculus* lib. 1. *Rerum antiquarum filiam Saturni* & *Rheæ*, *Ofridis* sororem atque uxorem fuisse, & eandem cum *Cerere* esse scribit. Quæ prima invenerit triticum & hordeum, hominibus prius incognita. Leges quoque statuerit, quibus justitia æquè omnibus servaretur, vi, atque injuria timore pœnæ sublatis: qua de causa à *priscis Græcis Isis Legifera* appellatur, tanquam prima legum inventrix. Paulò post scribit: hanc *Deam* à nonnullis *Isidem*, ab aliis *Cererem*, *Thesmophoram*, *Lunam*, *Funonem*, ab aliis alio nomine appellari. Subjicit etiam inscriptionem columnæ ejus, quæ talis est: *Ego Isis sum, Ægypti regina, à Mercurio erudita. Quæ ego legibus statui, nullus solvet. Ego sum prima frugum inventrix. Ego sum Ofridis Regis mater. Ego sum in astro Canis refulgens. Mibi Bubastia urbs condita est. Gaude, gaude Ægypte, quæ me nutriti.* Hæc & plura alia *Diodorus Siculus*: quæ apud ipsum potius leges. Non pauciora, imò plura etiam sunt apud *Plutarchum* in bello de *Iside* & *Ofride*.

*Isidis ades* & ædiculæ *Romæ* multæ fuerunt, ut videre est in descriptione *xiv.* *Urbis regionum*, quam ab *Onuphrio Panvinio* mutuati primo libro inferuimus.

## O S I R I S &amp; S E R A P I S .

*OSIRIS* etiam *Saturni* atque *Rheæ* filius fuit, *Isidis* frater & maritus, rex *Ægypti*. Hunc & *Ofridem*

dicunt, & Serapidem, Dionysium, Plutonem, Ammonem, & Jovem. Nolo hic prolixè commemorare, quæ plurima à Diodoro Siculo, Plutarcho, & aliis de eorum in medium afferuntur, nisi tantum inscriptionem columnæ ejus, quæ apud Diodorum extat talis: *Mibi pater Saturnus, Deorum omnium junior. Sum verò Osiris rex, qui univèrsam peragravi orbem, usque ad desertos Indorum fines. Ad eos quoque profectus sum, qui Arcto subjacent, usque ad Istri fontes. Et iterum alias quoque orbis adii, usque ad mare Oceanum, partes. Sum Saturni filius antiquior, germen ex pulchro & generoso ortu: cui non semen genus fuit. Neque ullus est in orbe, ad quem non accesserim, locus, docens omnes ea, quorum inventor fui.* Hæc & alia plura in columna Osiridis scripta fuisse, Diodorus auctor est.

De Osiride hæc Suidas, quemadmodum ea citata & versa sunt à Joanne Ludovico Vive, ad cap. 5. lib. 18. Augustini de Civitate Dei. Hunc Deum alii Jovem esse dixerunt, alii Nilum, propter modum, quod in capite habet, & cubitum, mensuram aquæ scilicet: alii vero Joseph. Sunt qui Apim quemdam fuisse dicunt hominem locupletem: & regem in Memphide Ægypti urbe, qui in difficultate annonæ maxima Alexandrinorum proventibus eos propriis aluerit. Ideo mortuo templum est erectum, in quo bos nutriebatur, indicium ferens agricolæ, & notas in colore certas habens: diciturque & bos ipse Apis de nomine regis illius. Sepulchrum autem hujus Apidis, in quo est ejus corpus conditum, Alexandriam translatum est, & à Soro atque Apide composito nomine, vocarunt eum Sorapin, postea dictus est Serapis. Hactenus Suidas. Alii alia afferunt, quæ sciens prætereo. Cultus hic Deus postremis temporibus etiam Romæ fuit, pluresque ei ædes & templa extructa sunt, ut ex P. Victoris, & Onuphrii Pancinii descriptionibus XIV. regionum Urbis, & ex aliis quoque Scriptoribus manifestum est. Verum de Diis Romanorum, eorumque ædibus, templis, ædiculis, &c. hactenus. De ministris jam eorum dicemus.

#### AD CAPP. DUO ULT. PARALIPOMENA.

*De Isis Dea cultu, sacris, fano, sacerdotibus, adulteris in templis, lineis vestibus.*

**D**E plerisque istis diis dixi supra hoc opere. Et de

*Præve & Pallore, Regione 5.*

*De Rediculis, fute disserui Regione 1.*

*De Fornace, cap. 13. lib. 1.*

*De Tempestate Tritici, Turneb. lib. 5. Adversarior. cap. 22.*

**Q.** Horat. Epod. od. 10.

*Libidinosus immolabitur caper,*

*Libidinosus immolabitur caper,*

*Et agna tempestatibus.*

Ex D. Augustino, Tertulliano, Firmico Materno, & aliis, quam poëtæ Hyemem vocant. Virgil. lib. 3. Æneid.

*Nigram Hyemem pecudem.*

Et lib. 5. Æneid.

*Noctem hyememque serens.*

Valer. Flacc. Argonaut. lib. 1.

*Illicitas tentare vias, hyememque mereri.*

Stat. lib. 3. sil. 2. v. 75.

*Luque hominem surrexit hyems.*

Et lib. 6. Thebaid. v. 21.

*Sen Thyrenam hyemem, seu stagna Ægæa lassant.*

Ovid. epist. 7. Didus ad Æneam:

*Quo fugis? obstat hyems; hyemis mihi gratia proest,*

*Aspice, ut eversas concitet Enrus aquas.*

Quamquam non sum ignarus, occultum latere sensum in iis

versibus, ut hyems Ovidio sit idem quod *fidus hybernus*. Virgilio lib. 4. Æneid. v. 309. Nam maria claudabantur à tertio

Idium Novembris usque ad sextum Idus Martius. Flavius Veget.

Renatus l. 4. de Re Militari c. 39. sed idem inter Græcos Hesiodus prodiderat. Quod nempe illo ut plerumque tempore

tempestatibus maria infestantur. Ob id Idibus Martius solemn

ritu, litoralibus diis, sacrificiis peractis, navigia in mare deducebantur, tanquam concessa jam à natura navigatione. **Q.**

Horat. l. 1. od. 4. & interpretres ad illum locum:

*Solvitur acris hyems, grata vice veris & Favoni,*

*Trahuntque siccas machina carinas.*

De Sauro, seu Sauro, seu Sauro, dictum etiam à me ad

Regionem quintam.

De Iside pauca subnectam, non ignarus vulgaria esse

omnia, quæ de illa tradenda habeam. Ex ar enim liber

Plutarchi, de Iside & Osiride. Suidas, & Lucian. Placid.

ad l. 1. v. 267. Theb. & libro 6. Theb. v. 279. quam

optime descripsit Papinius idem l. 3. sil. 2. 101.

*Ipsa Phoroneis quondam stabulata sub antris,*

*Nunc regina Phari, numenque orientis anheli,*

*Excipe multiformis puppers Marcotida sistro.*

Idem numen fuisse cum Ceteri putant Stephan. l. 1. de Urbib.

in Bægyptis. Tertullian. *Prima Isis repertas spicas capiti circum-*

*tulit.* Tzetzes apud Brodæum. ad Philippi veteris poëta epi-

gramma l. 6. Antholog. cap. 7. Et licet Alexandrini præsertim

eam coluerint, non scripsit Aurelius Macrobius l. 1. Saturn.

c. 20. tamen à Senaru Romano recepta. Lucan. lib. 8.

*Nos in templi nam Romana recepimus Isin,*

*Semideosque cines.*

Lib. 9. v. 159.

*Evolvam busto jam numen gentibus Isin.*

Eademque in Italia ei sacrificia instituta quæ olim in Ægypto,

fulsissime L. Apulejus l. ult. Milesiar. Et in ejus mytæris, no-

vem noctibus integris secubabant. Ovid. l. 1. Amor. eleg. 8.

*Sæpe nega noctem, capitis modo finge dolorem,*

*Et modo quæ causas præbeat, Isis erit.*

Et lib. 3. eleg. 8.

*Quid in vœno secubuisse thoro?*

Sext. Propert. lib. 2. eleg. 37.

*Tristitia jam redempti iterum solemnia nobis,*

*Cynthia jam noctes est operata decem.*

*Atque utinam Nilo percat, quæ sacra repente*

*Misit matronis Iuachis Ansoniis!*

*Quæ Dea tam cupidus toties divisit amantes,*

*Quæ, unque illa fuit, semper amara fuit.*

Conqueritur deinde eam in urbem receptam:

*An tibi non satis est suscis Ægyptus alumnis,*

*Cur tibi tam longa Roma petita via est?*

Narrat vetus Scholiastes Juvenal. sat. 6. v. 524. Juno indignis

pellit, & reversi in suam signam recepta est inter deas: & ipsi est

dea Isis, inde etiam sacra de Ægypto. D. Aulon. Eidyll. 25.

*Natalem Herculæum, vel raris Isiacæ.*

Aliquoties tam en postea, receptis reliquis omnibus gentilibus.

diis urbe exacta ista, Pisonè & Gabinio Coss. T. Terullian.

Apolog. cap. 6. Sed quamvis Romæ fuit, nulli deorum majori

superstitione, quam ei, litatum. Nam maximus honor ejus

sacerdotibus delatus, summaque dignatio, M. Volusius ad illis

plebis proscripitis assumpto Isiaci habitu, per itinera, viasque publi-

cas sibi petens, in Bruti castra pervenit. Valer. Max. l. 7. cap.

3. tit. 8. Et Domitianus Isiaci habitu velans, inter sacrificios

vane superstitionis latuit. C. Sueton. c. 1. hoc ego attribuo re-

verentia, quæ ejus mystas prosequerantur Romani.

Templi ejus Romæ in vicinia Ælii Spartianus in vita Had-

riani. Aug. Dionysius Halicarnass. l. hist. Rom. 5. Ælius

Lam-



Lampridius in Severo: *Isium & Serapim decenter ornavit, ad ditis signis, & Deliacis omnibus, & mysticis.* Juvenal. sat. 6.

*A Merco portabit aquas, quas spargat in ade  
Isidis, antiquo quæ proxima surgit ovili.*

Quod ille templum prope septa, seu ovile collocat, id est, in 9. Regione, ut & in Topographia urbis apud Onuphrium Panvinium, in 5. regione ponit P. Victor. Mane aperiebatur. Luc. Apul. l. 11. *Templi matutinas apertiones.* Porphyrius Philosophus Colvio ad eum locum laudatur, quem vide. *In templi hujus conspecto, ut ait Apulejus, five penetrali, habitabant sacerdotes.* Ruffin. hist. Ecclesiast. l. 2. cap. 23. *veloque a populo ferebantur.* Alibi dicam. M. Varro de hoc templo audiendus, *ovis adpat.*

*Non vidisti simulachram leonis ad Isidem*

*Et loco, ubi quondam cum vidissent quadrupedem  
Galli.*

Certe non longe ab hortis, ut apparet, publicis; nam prostituta sæpe eo condicebant. Scholiast. Juvenal. ad v. 48. sat. 6. *Apud templum Isidis lena conciliatricis, qui a in hortis templorum adulteria committuntur.* Et ego non in hortis, sed in ipsius ædibus factis adulteria istiusmodi commissa probabo. Q. Tertullianus Apolog. cap. 15. *In templis adulteria componi, inter aras lenocinia tractari.* Panlinia Saturnini uxore in Isidis sacra à D. Mundo violata, specie leonis, qui Anubim putabatur, sacerdotes omnes in cruce acti, templum solo æquatam sub Tiberio imperatore. Joseph. Antiquit. l. 18. c. 4. Nec de sola id Romanorum veterum consuetudine, quin & apud Græcos ea invaluit. Nam Menalippus & Comete quod coissent in templo Diane, ut nefas expiaretur, homines immolati. Paulan. Achaic. & ex illo Cal. Rhodigin. lib. 13. Antiquar. lectio. cap. 34. poetæ. P. Ovid. lib. 2. Amor. eleg. 2. Et lib. 2. Trist.

*Quis locus est templis inferior? hæc quoque vitet,  
In culpam si qua est ingenuosa fuam.*

Paucis interpolitis idem exponens:

*Isidis ade sedens, &c.*

Et lib. 4. Metamorph. fab. ult. in fine:

*Hanc pelagi rector templo vitasse Mæneus  
Fertur.*

Et lib. 1. de Arte:

*Neu fuge linigera Memphitica sacra juvenca,  
Multas illi facit, quod fuit illa Jovi.*

Et Venus graviter conqueritur ab Hippomene violatum suum adulterio templum lib. 10. Metamorph. fab. 11.

*Luminis exigui fuerat prope templa recessus,  
Spelunca simili, nativo pumice telus,  
Religione sacer prisca, quo multa sacerdos  
Ligna contulerat veterum simulachra decorum.  
Hunc init, & vetito temerat sacraria probro.  
Sacra retorserunt oculos.*

Joan. Jovian. Pontan. insignis, meo judicio, poetæ. Lib. 1. de Amore conjug.

*Templa pudicitium violant.*

Juvenal. sat. 6. v. 488.

*— Jamque expectatur in hortis,  
Aut apud Isiacæ potius sacraria lenæ.*

Et sat. 9. v. 22. licet vetus Scholiastes non de templo, sed de stans exponat:

*— Ut repeto, famum Isidis, aut Ganymedem  
Pacis, & advellæ secreta palatia matris,  
Et Cererem, (nam quo non profuit femina templo?)  
Notior Ausidio machus scelerare salubis.*

Isiaci, quos supra memoravi, sunt Isidis sacerdotes: de quibus M. Martialis. l. 10. epigr. 48.

*Nunciat ostentam Phariæ sua turba juvenca.*

Ad quorum ritus intelligendos, notandum, suillis & ovillis carnis abstinerere illos solitos ex religionis præscripto. Herodot. lib. 2. Neque saltem tibus adhibebant, ne castitatem violarent. Plutarch. lib. 5. sympoticæ. cap. 10. *Vinum non bibebant, aut certe bene ditantur, perperamque.* Cal. Rhodig. l. 5. cap. 12. *Caput radebant.* Æl. Lamprid. in Pescenino Nigro; *Ridemus sacra Isidis ferentem, quibus Commodus adeo decius fuit, ut & caput raderet, &*

*omnes partes expleret.* Hadrian. Junius Comment. de Coina cap. 2. *Pisyracis tantum calcis utebantur.* Herodot. l. 1. *Ferebant & hi ipsius deæ simulachrum subiectis humeris.* Æl. Lamprid. in Commod. *Sacra Isidis coluit, ut & caput raderet, & Anubim portaret.* L. Apul. l. 11. Metamorph. *Erat & bos omniparentis deæ secundum simulachrum, quod residens humeris suis præferbat unus è ministerio beato, grossu gestuoso, ferebatur ab alio ista secretorum capax, penitus celans opera magnificæ religionis, gerebat alius felici suo gremio summi sui numinis venerandam effigiem.* Cl. Claudian. de 4. Hon. consul. cultissimè.

*— Sic numina Memphis*

*In vulgus proferre solet, penetrabilibus exit  
Effigies, brevis illa quidem, sed plurimus infra  
Lingera, imposita suspirans veste sacerdos  
Testatur sudore deua, Nilotica sistris  
Ripa sonat, varioque modos Ægyptia dicit  
Tibia, submissis admugit cornibus Apis.*

Neque vero semper à sacerdotibus effigies Isidis gestabatur, sed ab alio interdum. L. Apul. l. 8. Milesiar. *Pedes Iuteis induti (Isiaci) calcis, deam serio contestam amiculo mihi (Apulejo jam in alium vertio) gerendam imponunt, brachiisque suis humero tenuis renudatis, attollentes immanes gladios ac securas, evantes exillunt, excitant tibia cantu lymphaticum tripudium.* Gabrias fab. 6. sive forte Babrias, qui decem libris Ælopi apologos prosequutus est, ut scripsit Suidas.

*Ἄνωτος οὐκ ἀπαγγέλει ἀγροῦν βεβήτα,  
Ὅτις ἀναβλήν τὰς τις ἀδ' ἐπιπροῦν,  
Τόσο δ' ἐπαχθίς, μὴ δέλον μὲν ἴος,  
Ἥκωσεν, ἔθεις σὺ, τὴν θεὸν δ' ἀγεις.*

Id est, humeris asinus gestabat argenteam effigiem, quam unusquisque occurrens adorabat, superbia vero elatus, volens manere asinus, audit, non es tu Deus, sed fers Deum. Versione metrica sic reddidit Gabriel Faënius:

*Simulachrum asellus bajulans argenteum,  
Cum id transeuntes flexo adorarent genu,  
Sui hoc honoris gratia fieri est ratus,  
Jamque insolenti elatus arrogantia,  
Nolebat ambulare, donec aspero  
Probe dolatus sistere clunes, audiit:  
O stulte, non es tu Deus, sed fers Deum.*

Andreas Alciat. IC. clariss. Emblem. 7.

*Isidis effigiem tardus gestabat asellus,*

*Pando verenda dorso habens mysteria.*

Claudian. supra laudatus, *linigeros* vocavit sacerdotes Isidis, qui lineis vestibus induebantur. Hadrian. Jun. l. 4. Animadversor. c. 29. *Cujus rei rationem puto inde deductam, quod illa lini usum prius mortales docuisset.* Marrianus Capella l. 2. de nupt. Merc. & Philolog. *Qui primi mortalibus usum rerum, majoraque commoda præstiterunt, ut vitam Dionysius apud Thebas, Osiris apud Ægyptios hausura vini, usumque comperiens, frumentum Isis in Ægypto, Triptolemus apud Atticos docuerunt, eademque Isis lini usum sementemque monstravit.* C. Suet. Othone: *Sacra etiam Isidis sæpe in lintea religio saquo veste propalam celebrasse.* Cap. ult. poetæ. M. Lucan. l. 9. v. 159. non Isidem, at alios quoque Ægyptiorum Deos lino velatos eorumque sacerdotes prodidit:

*Et testum lino spargam per vulgus Osirim.*

At communis est frequentiusque de Iside id proditum, præter Apulejum, qui nimius est in ejus deæ sacris pompaque describendis, Alb. Tibull. l. 1. eleg. 3.

*Ut mea votivas persolvens Delia noctes,*

*Ante sacras lino vesta fores sedeat.*

Non itaque tantum ipsius Isidis mystæ linea induti veste, sed & quæcumque supplicare ei deæ vellent, dispersis promissisque crinibus, qui ritus clade aliqua afflictarum aut lugentium consuevit. Sequitur in eodem Tibullo:

*Bisque die resoluta comas, tibi dicere lundes,*

*Insignis turba debeat in Pharia.*

C. Plin. l. 18. c. 1. vestes inde (è lino) sacerdotibus Ægyptiis gratissimæ. Juvenal. sat. 6. v. 532.

*Ergo hic præcipuum, summumque meritis honorera,*

*Qui grege linigera circumdatus, & grege calvo,  
Plangentis populi curvis derisor Anubis.*  
Ovid. lib. 2. Amor. eleg. 2.  
*Nec tu linigeram fieri quid possit ad Isin  
Quaeris.*  
Nonnulla editiones habent, & hic, & lib. 1. de Arte ver-  
su supra citato:  
*Nec tu Niligenam.*  
Sed male, neque enim Isis in Aegypto nata, sed in Graecia,  
Inachi fluvii filia, ut notum, atque in Aegyptum translata,  
ob id patronymico vocabulo *Inachis* dicta: Philip. Beroaldus  
notat. Et lib. 1. Fast. *Inachi* laeta. Florid. Sabin. l. 3.  
subcelsior. cap. 1. abundantissime. Ovid. idem l. 3. de Arte:  
*Cum sedeat Pharia sistris operata juventa,  
Quaque sua comites ire jubentur, cat.*  
Melius in codice MS. Herculis Ciofanii:  
*Cum sedeat Pharia sacris operata juventa,  
Quaque sua comites ire vetantur, cat?*  
Hoc est, cum illa sacra factura templi intima & secreta  
ingreditur penetralia, quo viri non admittuntur. Idem lib.  
1. de Ponto eleg. 1.  
*Vidi ego linigera numen violasse satentem  
Isidis, Isiacos ante sedere focos.*  
Et par mendum irrepit in l. 1. Metamorph. fab. 14. sic  
enim illic:  
*Nunc dea Niligena colitur celeberrima turba.*  
Rescribe, ut antea:  
*Nunc dea linigera colitur celeberrima turba.*  
M. Martial. lib. 12. epigr. 29.  
*Linigeri fugiens calvi, sistrataque turba,  
Inter adorantes cum stetit Hermogenes.*  
Sistrum concutiebant sacerdotes ipsius. Præter auctores lau-  
datos L. Apul. l. 2. Milesiar. *Miserere per sidera caelestia,  
& arcana Memphisica, & sistra Phariaca.* Et l. 11. *Sacerdos  
appropinquat, dextra sistrum præferens.* Rationem habes apud  
Lucretium paulo ante laudatum; Servium v. 696. l. 8.  
Æneid. *Isis est genius Aegypti, qui per sistrum motum, quod  
gerit in dextera, Nil accessus significat & recessus; per situ-  
lam, quam sinistra retinet, ostendit finentiam omnium lacu-  
narum: Isis autem lingua Aegyptiorum est terra.* Baptista  
Pius Annotation. Poster. c. 40. Virgil. loco laudato:  
*Patrio vocat agmina sistro.*  
Valer. Flacc. lib. 4. Argonautic.  
*Aspide cincta comas, & ovanti persona sistro.*  
Alb. Tibull. l. 1. eleg. 3.  
*Quid tua nunc Isis mihi Delia? quid mihi profert  
Illa tua toties sistra repulsa manu?*  
Melius sic, quam antea:  
*Illa tua toties ara repulsa manu?*  
Persius sat. 5. v. 186.  
*Cum sistro lusca sacerdos.*  
Pseudo Cornutus ibi; *Sistrum sacerdotes Isidis portant. Lusca  
autem adeo, quod nobiles deformes, cum maritos non inven-  
erint, ad ministeria deorum se conferant.* Forma ejus ovalis,  
& manubriata circa oras tinninabula pendentia habens.  
Ovid. fab. ult. lib. 9. Metamorph.  
*Crepitusque sonabile sistrum.*  
Adrian. Turneb. l. 26. Adversarior. c. 33. materia illi argu-  
mentum, argentum, æs. Apul. l. 11. *Æreis & argenteis,  
imo vero aereis sistris argutum tinnitum constrepentes.* M. Lucan.  
l. 8. v. 833.  
*Senidæque canes, & sistra jubentia luctus.*  
P. Ovid. l. 3. Amor. eleg. 8.

*Quid nos sacra juvant, quid nunc Aegyptia profert  
Sistra?*  
Adscribam alterum ex eodem Scriptore locum l. 9. Meta-  
morph. fab. 12. qui non modo ludis sacra, sed & pom-  
pam totam plene describit:  
*Inachis ante thorum pompa comitata sacrorum  
Aut stetit, aut visa est, inerat lunaria fronti  
Cornua, cum spicis nitido flarentibus auro,  
Et regale decus, cum qua latrat Anubis,  
Sanctaque Bubastis, variisque coloribus Apis,  
Quique premit vocem, digitoque silentia suadet,  
Sistræque erant, nunquamque sitis quæsitus Osiris,  
Plenque somniferis serpens peregrina venenis.*  
D. Aufon. epist. 25. Paulino:  
*Isiacos agitant Mareoticæ sistra tumultus.*  
Sistra hujus usus in bellis, eo quippe Amazones pro tuba  
in expeditionibus utebantur. Isidor. l. 2. Etymolog. c. 21.  
Sext. Propert. l. 3. eleg. 10.  
*Romanamque inebam crepitanti pellere sistro,  
Baridos & contis rostra Liburna sequi.*  
Denique D. Juvenal. sat. 13. v. 94.  
*Decernat quodcumque voluit de corpore nostro,  
Isis, & irato seriat mea lacrima sistro.*  
Vet. Scholiast. *feriat lumina, etiam caecum faciat.* Nam &  
excacare putabatur noxios Ias. Lucil. Antholog. l. 2. c.  
22. epigr. 4.  
*Ἦν τιν' ἔχεις ἰχθῆρι Διονύσι, μὴ καταρῶν  
τῆν Ἰσιν τότῃ, μὲν τῆν Ἀμυρικτῆν,  
Μῆδ' εἰ τις τυρῶν ποιεῖ, Διόν.*  
Si quem habes hostem Dionysi, non impreceris Isidem huic, ne-  
que Harpocratem, neque si quis caecos facit, deum. Sed jam  
de aliis agamus.  
De Serapide dixi lib. 1. supra in Reg. 3. Et de eodem pul-  
chra apud Rufinum l. 2. Hist. Ecclesiast. c. 23. *De Serapidis  
origine diversæ fertur opinio, alii Jovem putant, cujus capiti  
modus superpositus, vel quia cum mensura, modoque cuncta indicet  
moderari, vel vitam mortalibus frugum largitate præberi. Quidam  
in honorem nostri Joseph formatum perhibent simulachrum, ob di-  
mensiouem frumenti, qui tempore famis subvenit Aegyptiis.*  
Aliud Nymphodorus apud Clementem Alexandrinum l. 1.  
Stromar. Sed conformia Rufino sunt, quæ prodit Julius Fir-  
micus Maternus lib. de errore profanar. relig. qui tamen sæ-  
dissime interpolatus est, & corruptus: *Quomodo esurientibus &  
ementibus frumenta diriserat, capitis superpositus est.* Legendum  
indubie: *Quo medio esurientibus & ementibus frumenta di-  
viserat, capiti is superpositus est.* Sequitur deinde in eadem nar-  
ratione; *hujus simulachrum Neororum turba custodit; lege  
mecum, Neocororum turba custodit.*  
Vide oraculum de potentia Serapidis, relatum ab Aurelio  
Macrobi. l. 1. Saturn. c. 20. & ex eo à Petro Crinito honest.  
discipl. l. 24. c. 16. Est & apud Apollodorum l. 2. Bibliothec. in  
principio, *Apim tyrannica dominatione regnantem, Telxionis ac  
Telchonis insidiis proditum, excessisse è vita, & mutato nomine  
pro Api Serapim vocatum.* De Api vero legendi Justinus l. 1.  
c. 9. *Cambyfes offensus superstitionibus Aegyptiorum, Apis, cate-  
rorumque deorum ædes dirui jubet.* C. Sueton. in Tito cap. 5.  
Jul. Solin. cap. 36. & alii passim. Ovid. l. 2. eleg. 13. Amor.  
*Et comes in pompa corniger Apis eat.*  
M. Lucan. l. 9. v. 157.  
*Et sacer in magni cineres mastrabitur Apis.*  
Stat. Papin. lib. 3. silv. v. 107.  
*Aut quo se gurgite Nili  
Mergat adoratus trepidis pastoribus Apis.*

# ROMANARUM ANTIQUITATUM LIBER TERTIUS, DE SACERDOTIIS.

**N**ulla unquam in terris gens fuit tam fera, quæ absque omni Deorum metu fuerit: sed omnes naturali luce edocti, esse aliquem, qui imperium in universum mundum haberet, & cujus voluntate & nutu omnia gubernarentur & fierent, elegerunt sibi, quem colerent, ejusque cultus gratia templa, aras, condiderunt, sacrificia instituerunt, eisque sacerdotes ceremoniarum & sacrorum peritos præfecerunt: id quod in omnibus omnium gentium historiis videre est. Præter omnes autem alios populos præcipue Romani fuerunt in Deorum cultu supersticiosissimi, & religiosissimi, uti hætenus vidimus. Quot enim Deos Deasque effinxerunt? quot templa, delubra, fana, arasque iis construxerunt? & ut omnia, quæ ad Deorum cultum pertinent, ritè peragerentur, suos plerisque Diis sacerdotes instituerunt: his Pontifices præfecerunt, qui reliquos sacrorum omnium rationem edocerent, atque ne qua in re peccaretur, viderent: de quibus nobis hoc libro dicendum est, ut etiam ea in re horrendæ Ethnicorum tenebræ nobis innotescant. Insistemus autem vestigiis L. Fenestellæ, sive, ut jam malunt nonnulli, Dominici Flocci Florentini, Pomponii Læti, Onuphrii Panvini & aliorum, qui ante nos de iis sunt commentati, initiumque à prima Latinorum religione, unde Romani suam illam hausserunt, sumemus.

## CAPUT I.

### De prima Latinorum religione.

**H**omines præcos, agrestes, asperos, & more ferarum viventes, ad mitiorem cultum vitamque Saturnum & Janum, qui in Latio regnarunt, redegisse fama est, cum eos agrorum cultum & politiore vivendi rationem docuissent. Ipsi vero, qui hætenus sine ulla religione fuerant, primus Deorum cultum, metumque injecit Saturni filius, Faunus, qui lucos sacravit, templa constituit, & sacrificiorum jus ordinavit. A quo etiam ædes sacræ fana appellata sunt. Post Faunum, cum Picus, Latinus, Evander & alii, qui in Latio regnaverunt, novas semper ceremonias commenti essent, novissimè Dæmonum cultum maximè in Latio auxit Æneas, sacris Phrygiis in Italiam transportatis. Cujus postea exemplum secuti cæteri Reges, Albani primum, deinde Romani, multa & ipsi sacra addidere, usque ad Numam, qui, cum omnia in certum ordinem sacra direxisset, divini apud Romanos juris conditor creditus est. Qui verò singulis illis sacris præfecti, & qui sacerdotum ordines, munia, & ceremoniæ fuerint, hoc libro, quantum fieri poterit, ex veterum monumentis ostendemus.

## CAPUT II.

### De Lupercis, Panos Lycaei, vel Jani Sacerdotibus.

**L**uperci, quod Pani Lycaei sacra facerent, sic dicti, sacerdotes omnium vetustissimi fuerunt ante Urbem conditam ab Euandro Arcade, Arcadum rege, solemni ex Arcadia translato, in monte Palatino instituti; de quibus Dionysius lib. 1. in hunc modum scribit: *Arcades, inquit, in colle Palatino firmati, cum adificia alia, more patrio, exornassent, templa quoque construxere, ac primum quidem Pani*  
Ly-

*Lycaeo: admonente eos Carmenta (est enim apud Arcades Pan vetustissimus, plurimumque in honore habitus) loco congruo invento, quem Romani Lupercal vocant, Græci Lycæum dicunt.* Erat enim antiquus antrum magnum sub colle, arbusculo denso contextum, & fontes sub petris profundi, adhærensque rupibus saltus, crebris arboribus, & quidem magnis opacus, ubi ara Deo constructa, sacrificia perficiebant, quæ Romani postea mense *Februario* peragebant. Et post scribit quidam Auctor, oportuisse juvenes *Palatinum*, qui postea *Palatinus* mons dictus est, incolentes, sacris peractis ex *Lupercali* circuire vicum cursu nudos ipsos succinctos pudenda pellibus immolatorum paulo ante aimentium. Hanc enim velut purgationem sive lustrationem quandam incolarum patriam habitam fuisse. Meminerunt horum sacrorum & sacerdotum *Livius* libro 1. *Festus* lib. 43. *Varro* libro 4. de Ling. Lat. *Sext. Pompejus*, *Val. Maximus*, lib. 7. cap. 1. & alii. *Plutarchus* in Quæstionibus Romanis, quæst. 68. & in *Romulo*, inquit: *Luperci* sunt, qui *Lupercalibus* per *Lasciviam* discurrunt, *pellibus* obvios cadunt. Idem alibi: Jugulant capras, tum duos ex genere adolescentes eo sistunt, quorum frontes alii cultro sanguine perfuso pingunt, alii statim lanam lacte madentem admoventes abstergunt: oportet etiam abstersos adolescentes ridere. Deinde incisus in corrigias caprarum pellibus, discurrunt in orbem, & si qui obstant, feuticis cædunt. Mulieres adulta ætate, ultro se ad verbera offerunt, ratæ eam rem ad fecunditatem conducere. Proprium ac suum ejus celebritatis est, ut *Luperci* canem immolent. Meminit hujus rei, & *Ovidius*, ut alibi notamus. Porro duo *Lupercorum* ordines fuerunt, alii *Fabiani*, alii *Quintilianiani*, à præpositis suis *Fabio*, & *Quintilio* sic appellati, quorum *Fabiani Romuli*, *Quintilianiani Remi* partium fuerunt, *Festo* & *Ovidio* testibus. Quibus deinde tertius ordo, vel sodalitas adjecta est, eorum, qui *Fuliani* dicti sunt, quod in Cæsaris honorem sint instituti. *Suetonius* in Julio. *Dio*. lib. 44. initio. *Adrianus Turnebus* Adversariorum lib. 7. cap. 3. Meminit eorum etiam *Cicero* in *Philippicis*.

## AD CAP. II. PARALIPOMENA.

*Lupercalium ritus, qui Arcades, quis Panis cultus.*

**D**E sacerdotis Romanorum ex ar libellus *L. Fenestella*, saltem epigraphæ sic præferente, quod non ita se habere, clarum aperitque cuilibet ex eo, quod *L. Fenestella* citent, *Plinius* sæpe, *Macrobius* lib. 1. Saturnal cap. 10 *Fulgentius* lib. 3. *Mytholog.* in principio, & alii innumeri antiqui Scriptores. Cum tamen is, quisquis est, indignus certe illo nemine, novitius sit & nuperus, longæque iis, à quibus citatur, posterior, & ipse libello isto laudet *A. Gellium* nostrum *Atticorum* scriptorem cap. 5. Sed non ita pridem prodiit hoc opusculum, æternis tenebris, meo judicio, damnandum, sub nomine cuiusdam *Dominici Flocci*. Sed ad rem.

*Lupercalia* explicuerunt, eorumque ritus Interpretes *Juvenalis* ad *Satyram* 2. vet. *Scholast.* ad v. 142. *Steriles* mulieres februantibus *Lupercis* se offerant, & *ferula* verberantur, hoc homine, qui infra textum. . . . . multi feminis credit contractus ob fecunditatem dandam: palmas ideo dicit, quia ant. . . . . catonibus cadebantur, aut quia manibus vapulant cunei per civitatem, tunc & in solio, si qui post ipsum descenderit, statim concipit. Nudi transcurrant *Luperci*. *Aurel. Prudent.* in Romano Martyre.

Quid illa turpis pompa? nempe ignobiles

Vos esse monstrat cum *Luperci* curritis

Quem serenorum non reat vilissimum,

Nudus plateas si per omnes curritis

Pulset puellas verberare istas ludicro?

In aliis editionibus, parvo legitur discrimine:

Pulset puellas verberare actas ludicro?

Ut & in *C. Petronio* in *Civilibus*: Quo mens ista jubet, aut, ut alius visum, Quo mens acta jubet. Idem *Prudent.* lib. 2. in *Symmach.*

Inde *Lupercales* ferule, nudique petuntur

Discursus juvenum.

*Virgil.* lib. 8. *Æneid.*

Hinc exultantes *Sallios*, nudosque *Lupercos*.

Sed cum pudori consultum cuperet *Augustus* princeps, statuit, ne imberbes inter *Lupercos* nudi per urbem curstarent. *C. Sueton.* cap. 31. Et certe non semper nudi, ac interdum etiam pelle caprina accincti. Ut est apud *M. Junianum Justinum* lib. 43. aliquando & oleo permitti. *Plutarch.* in *Antonio*. Et subligaculo interdum succincti, quo pudendas corporis partes velarent, & ob id

cincti, à cinctu appellabantur. *Porphyrio*. *Horatii* in *epitres* ad *Artem* poeticæ. & *Ovid.* lib. 5. *Fast.*

*Semicaper* coloris cinctus *Favus Lupercis*. *Pellibus* inducebantur itaque, & *pellibus* scintillis obvias matronas cadebant ut nomine a crepitu deducto *Crepi* fuerint vocati, ut mirum sit, *ferulas* iis à *Prudentio* supra proxime assignari, nisi forte dicamus, *ferulas* hæc *pellibus* etiam & corio teclas: quod & admitti possit. *Fest.* *Pomp.* lib. 3. *Crepos* Romani *Lupercos* dicebant, à crepitu *pellicularum*, quem sicut verberantes: mos enim Romanis in *Lupercalibus* nudos discurrere, & *pellibus* obvias quasque faminas ferrere. *Jun. Moderat.* *Columella* lib. 10. *Rei Rust.*

*Cappadocamque* premit *ferali* mense *Lupercus*. *Germanos* vocat *M. Cicero* in *Orat. pro Calio*. *Fera* quædam sodalitas, & plane pastoritia, atque *agrestis* *Germanorum* *Lupercorum*. *Julius* eisdem appellat 2. *Philip.* eosque plenissime ibi describit. *Fabiani*, à *Fabio* quodam dicti idem. Quod ab *Adriano Turnebo* notatum lib. 7. *Adversarior.* cap. 3. & post illum à *Marcello Donato Ponzano*, *Commentarior.* cap. 76. *Sext. Propert.* lib. 4. eleg. 1.

*Vellera* *pellibus* *setosa* movebat *arator*, *Unde* *licens* *Fabius* *sacra* *Lupercus* *habet*. *Denique* & à *Quintilio*, *Quintilianiani* adiunt ab *Ovidio* lib. 2. *Fastor.*

*Risit*, & *indoluit* *Fabios* potuisse, *Remumque*

*Vincere* *Quintiles* non potuisse suos.

Fuerunt hi sacerdotes *Panis*, qui *Latinis* *Fannus* est ἀργόστην *Ἰδίο*, *ruficornus* *deus*. *Apollonium* *Smyræus*, ἱερὸδωτός, per montes ambulans. *Erycius* poeta, τρεπόμενος δόνακι, delectatus *stifula*. *Alexus*, de quo quædam non vulgaria subnectam, ac primum ex adulterio eum susceptum à *Mercurio*, matre *Penelope*. *M. Tull.* lib. 3. de *Nat. deor.* *Jul. Hygin.* *fabular.* c. 224. *Pan* *Mercurii* & *Penelopes* filius ex mortali saltus est immortalis. Id contigisse *Mercurio* in hircum mutato, ob quam causam & *Pan* *hircinis* pedibus cingatur. *Simonid.* *epigr.* 84. lib. 4. *Antholog.* cap. 12. *Thætetus* ibidem loci *epigr.* 85. *Auson.* *Eidyll.* 3. *Mosellav.* 174. *Capripedes* agit, cum *lata* *protervia* *Panes*. *Narrat* *Herodotus* lib. 2. *Probus* *Grammaticus* ad *illud* *Ecolg.* 4. *Virgiliana* idem docet: *Pan* *Dens* *Arcadia*.

Alius ex *Luciano* in *Dialogis* *Deorum*, & *D. Gregorio* *Nazianzeno* *Orat.* 1. in *Julianum* *Aug.* observatum, addendus *Nonnus* *Panopolit.* lib. 24. *Dionysiac.* v. 87.

Τὴν Πανολόης κεραλκία Πάνα κημήτην.

Filium *Penelopes* cornua trahentem *Pana* comatum.

Quod eo lubentius retuli, ut vulgarem de castitate *Penelopes* opinio

opinionem rescinderem, quam ex fide Homeri notissima pudicitia, poëta panē omnes tradiderunt, at contra historicorum veterum nonnulli impudicissimam fuisse, omnibusque sui corporis vulgari copiam fecisse. Duris Samius lib. de Agathoelo, & Lyfander historix venustissimus Scriptor. Tzetzes Schol. Domestica turpitudine offensum Ulyssē ad Circeū rediisse, & à Telemacho filio necatum prodit ad Lycophronis Alexand. cui illi dicitur *βαρβάρη πορνόστρα* Baccha scortans; aliis placet, Ulyssē, ob admisso protos cum illa divortio facto, Lacedæmonia concessisse, inde Mantineam, ibique diem extremum elansisse, quod relatum à Paulānia in Arcadic. Et Helen. Acton. Penelope meretrix fuit, qua amatores suos pulchritudine sua luxuriosos reddebat. Ad illud Q. Horatii lib. 1. epist. 2.

Sponsi Penelopes, nebulones.

Probatque impudicitia ex eo, quod à proci munera acceperit, quod meretricii animi certissimum argumentum. Homer. l. 18. Odyss. & mariti sui Ulyssis interfectori nupsit, ex quo conubio natus Italus. Jul. Hygin. fab. c. 127. Et ob id ipse Ulysses apud Sabinum poëtam in responsoriis Epistolis:

Tot juvenes inter, tot vina liquentia semper,

Hæc mihi! quid credam? pignore casta manes?

P. Ovid. lib. 1. de Arte:

Penelopen ipsam, perles modo, tempore vines.

Et procorum habito delectu, ut fortiori valentiorique possent concumbere, arcu tentabat singulos. Auctor incertus Priapejorum carminum:

Penelopen vires juvenum, tentabat in arcu,

Qui latus argueret, corneus arcus erat.

Nemo meo melius nervos tendebat Ulyssē.

Et est apud IC. Paulum l. 3. si pars hered. petat. Locus diversitate scripturæ controversus: Alioquin tradiderit non leves auctores quinque quaternos enixam Penelopen. Quæ lectio placuit Fr. Accursio, licet in aliis editionibus, Peloponensem, legatur, in aliis, Peloponensiam, denique in nonnullis, Procounensiam, ut & apud C. Plinium lib. 7. cap. 3. Sed parum refert.

Ad Pana redeo, quem constat iustum deum habitum, vel ex omnibus poëtis. De quo intelligi posset locus Prudentii in Romano Martyre.

Quid rusticorum monstra detestor deum?

Fannos, Priapos, fistularum præsidēs,

Nymphas natantes.

Proptereaque rustica hæc Lupercorum societas & agrestis à Cicerone vocatur. Addendum & apes alveariaque in ejus tutela fuisse. Zonas poëta Antholog. lib. 1. cap. 60. epigr. 7.

Ὅρα μελισσός Πάν ὀπικυφίλιος.

Ut apum servator Pan subalvearius.

Inter semideos collocat Placidius ad v. 112. lib. 6. Thebaidos Statiana. Hercules & Mercurii socium facit Philodemus Epigrammatographus Antholog. l. 4. cap. 12. epigr. 86. Et Echus soni inventorem celebrant. Alcaeus ideo amore ejus captum inducit:

Ὁ Πάν μὲ τὸν δυσίροτα, καὶ ἐξ ἰδύτων φύγεν ἤχῳ.

Pana me amantem infelicem, & ex aquis fugit Echo.

Arabius Scholasticus:

- - - Ἀρύμαχος δῆρα τὸν ἤχῳ.

Frustratus instabilem Echo.

Denique Panis oraculum apud Pisas fuisse loquitur Lucatius Placidius ad v. 479. lib. 3. Thebaid.

- - - Rusticus accola Pise

Pana Lycæonia nocturnum exaudit in umbra.

Et templi idem meminit lib. 3. ad v. 206.

- - - Procul usque Lycæos,

Parthenioque super salus.

Ut Luperci ab arcendis ab ovilibus Iapis dicebantur, ita & ipse Pan Lycæus vocatus, vel à monte ejus nominis, vel ab urbe Lycæa. Ovid. lib. 2. Pastor.

Quid vetat Arcadiæ dīctos de monte Lupercos?

Et quia venatores montibus plenius gaudent, Panem venatus præsidem fecere, Zozius Thafius lib. 6. Antholog. c. 15. epigr. 11.

Σοὶ τὰδε Πάν θρησκευτὰ ἀνητήσαντο σύναιμος

δίχτυα, πριχθὰδιος δῶρα κυνηγετίας.

Tibi hæc Pan venator suspenderunt consanguinei retia, trina munera venationis. Julian. Diocles:

Δίχτυα σοὶ τὰδε Πάν ἀνεθέκαμεν δίκος ἀδελφῶν.

Retia tibi hæc Pan deposuimus donus fratrum.

Satyrius poëta eodem capite:

Θρησκευτὴς δολιχὸν τὸδε δίχτυον ἄνεθο Δᾶμιε.

Τῷ Πάνι.

Venator longum hoc rete posuit Damis Pani. Sed obvia sunt omnia.

### CAPUT III.

#### De Cereris Græca Sacerdote.

Sacerdotis Græca Cereris sæpe fit in Livio mentio: sed quænam ea sit, non explicatur: atque haud scio, an ab ullo alio, præterquam à Dionysio lib. 1. ejus origo referatur. Is enim de ea in hæc verba scribit: Arcades post occupatum montem Palatinum, sibi à Fauno Aboriginum Rege concessum, tum alia templa ædificaverunt, tum vero Cerevi ædem extruxerunt, & per fœminas sacerdotes sacra ei fecerunt abstemia, more Græco: additque deinde suo etiam tempore nihil eorum mutatum esse. Plura de ea reperire non licuit.

### CAPUT IV.

#### De Potitiis & Pinariis, Herculis Sacerdotibus.

Antiquissimum fuit etiam Potitiorum & Pinariorum sacerdotium, ab ipso scilicet Hercule institutum, de quo Halicarnassensis lib. 1. hæc tradit: Postquam condita Herculi ara ab Euandro fuisset, & sacrificium factum, ferunt incolas regionis (Aborigenes) ab Hercule rogatos, ut quando se ultro inter Deos recepissent, ferventem honores ipsius perpetuos, quotannis juvenum indomitum mactantes, & ritu Græco peragentes id sacrificium. Et ut semper libens adesset suis sacris, præfecit illis edoctas prius rituum duas nobiles familias. Hi fuerunt Potitii atque Pinarii, penes quas gentes multis seculis duravit cura sacrorum, ita uti ille juxta Græcorum disciplinam instituerat: Potitii solis extorum dape vescientibus, à quibus arcebantur Pinarii in communi officio semper potiozem partem cedentes collegis sacerdotii Potitii, ea fuit tarditatis multa & negligentia, quod jussi mane præsto esse, adesit demum extis ad cæteram dapem

venerint. Nunc tamen illorum posteritas non habet curam horum sacrorum, sed operantur eis servi empti ære publico. Hæc *Dionysius*. Eadem *Livius* lib. 1. docet, & *Servius* in 8. *Æneid.* cujus verba cum notatu digna sint, libet adscribere. Is postquam de *ara Maxima Herculis* constituta verba fecisset, hæc subjungit: Cum *Hercules* de suo armento ad sua sacrificia boves dedisset, inventi sunt duo senes, *Pinarius & Potitius*: quibus, qualiter se coli vellet, ostendit, scilicet, ut mane & vesperi ei sacrificaretur. Perfecto itaque matutino sacrificio, cum circa Solis occasum essent sacra repetenda, *Potitius* prior advenit, *Pinarius* postea extis jam redditus. Unde iratus *Hercules* statuit, ut *Pinarium* familia tantum ministra esset, epulantibus *Potitiis* & complentibus sacra. Unde etiam *Pinarii* dicti sunt ἀπὸ τῆς πίπης, id est, à fame. Nam senem illum *Pinarium* constat alio nomine esse nuncupatum. Hactenus ille. Porro addit *Livius*, *Potitios*, qui ab *Euandro* edocti antistites sacri ejus per multas ætates fuerant; postquam tradidissent servis publicis familiæ ministerium, ad unum omnes interiisse, id quod factum est, uti ex eodem auctore constat, anno ab Urbe condita cclxi. Consulibus *M. Valerio Maximo*, *P. Decio Mure*, in Censura *Appii Claudii*, cui postea *Cæci* cognomen fuit. Sic enim in illius anni historia scribit: Eodem *Appio* auctore *Potitia gens*, cujus ad aram Maximam *Herculis* familiare sacerdotium fuerat, servos publicos ministerii delegandi causa, solemniter sacri ducerat. Traditur inde dictum mirabile, & quod dimovendis statu suo sacris religionem facere posset. Cum duodecim familiæ ea tempestate *Potitiorum* essent, puberes, ad triginta, omnes intra annum cum stirpe extinctos: nec nomen tantum *Potitiorum* interiisse, sed Censorem etiam *Appium* memori Deum ira post aliquot annos luminibus captum. Hæc *Livius*, quæ etiam habet *Valerius Maximus* lib. 1. cap. 1.

## CAPUT V.

## De Regibus.

**R**eges tam apud Græcos quam apud Romanos Sacerdotes fuisse manifestissimum est. *Virgilius* enim de Rege Deli Anio ita scribit:

*Rex Anius: Rex idem hominum, Phœbique Sacerdos.*

De Romanis autem *Livius* lib. 1. & *Dionysius* lib. 2. scribunt; *Numam*, quamvis multa sacerdotia instituisset, ipsum tamen etiam quædam obiisse, ea maxime, quæ postea ad *Dixlem Flaminem* fuerint delata. Ejectis vero Urbe Regibus, Rex sacrificulus creatus est, qui regia sacrificia curaret, de quo post dicemus.

## CAPUT VI.

## De Fratribus Arvalibus.

**F**ratres Arvales, ut scribit *Varro* lib. 4. de Ling. Lat. dicti sunt, qui sacra publica faciunt; propterea, ut fruges ferant arva: à ferendo & arvis Fratres Arvales dicti, quia Fratres dixerunt. Eorum institutionem & originem tradit apud *Agell:* lib. 6. cap. 7. *Massurius Sabinus* in 1. Memorab. *Accam Laurentiam* Romuli nutricem fuisse dicit: eamque mulierem ex xii. filius maribus unum morte amisisse, in cujus locum Romulus *Acca Laurentia* sese filium dederit, seque & cæteros ejus filios Fratres Arvales appellavit. Ex eo tempore Collegium mansisse Fratrum Arvalium numero xii. cujus sacerdotii insigne sit spicea corona & albæ infulæ. Eisdem *Plinius* libro 17. cap. 2. tradit: ubi inter alia dicit, spiccam coronam, quæ vitta alba colligaretur, & sacerdotio huic pro religiosissimo insigni data esset, primam apud Romanos fuisse coronam. Honorem quoque hunc non nisi vita finiri, & exules etiam captosque comitari. De iis etiam *Fabius Fulgentius* in lib. 1. de Vocib. antiq. in hunc modum scribit: *Acca Laurentia*, Romuli nutritrix consueverat, pro agris semel in anno sacrificare xii. filiis suis sacrificium præcedentibus; unde cum ex iis unus mortuus esset, propter nutritricis gratiam Romulus in vicem defuncti se succedere pollicetur: unde & ritus processit, cum xii. jam deinceps sacrificare, & Arvales dici fratres, sicut *Rutilius Geminus* in libris Pontificalibus memorat. Hactenus ille. Fratres Arvales de finibus & terminis motis cognovisse, *Jac. Cujacius* IC. lib. 11. Observat. cap. 5. docet, ex veteribus glossis, in quibus sic scriptum reperitur: Arvales sodales οἱ περὶ τὸν διαγινώσκοντες διακασαί. Ideo autem Arvales de terminis motis cognovisse arbitratur, quod termini sancti & inviolati haberentur, de quibus *Juvenalis*:

*Improbis aut campum mihi si vicinus ademit,  
Aut sacrum effodit medio de limite saxum,  
Quod mea cum vetulo coluit puls annua libo.*

Seneca in Hippolyto:

- - - Nullus in campo sacer  
Divisit agros arbiter populus lapis.

*Adrianus* tamen *Turnebus* libro *Advers.* 21. cap. 1. Non sacerdotes illos Fratres Arvales de agris &

eorum terminis iudicasse, sed iudices, qui de agrorum finibus cognoscerent, mutuatio nomine, de *Erarium Arvalium* vocabulo, *Arvales Sodales* appellatos, scribit. Utrius sententia sit verior, iudicent eruditi.

## CAPUT VII.

## De LX. publicis Sacerdotibus.

DE his LX. publicis Sacerdotibus à Romulo institutis *Dionys.* libr. 2. scribit Romulum post conditam Urbem & multitudinem in *Tribus & Curias* divisam, multos addidisse divino cultui; ita ut in nulla urbe recens condita ostendi possint tot Sacerdotes & Sacrifici. Nam præter *Gentilia sacrificia*, inquit, qui publice pro civitate sacra tributim & curiatim facerent, LX. illo regnante designati sunt, ut *Ter. Varron* in *Antiq.* auctor est, vir ætate sua doctissimus. Deinde, quod cum alii temere plerumque ac inconsiderate Sacerdotes eligant, quidam licitatoribus proponentes hunc honorem, quidam committentes sortibus: ipse neque venalia voluit esse sacerdotia, neque forti subdita: sed lege sanxit, ut è singulis *Curii* legerentur bini, annum ingressi quinquagesimum, qui virtute ac genere præcellerent cæteros, sensumque sufficientem haberent, & integro essent corpore. His non ad certum tempus, sed in omnem vitam eum honorem concessit, immunibus ob ætatem à militia, & propter privilegium exemptis ab urbanis negotiis. Hæc ille. Alibi non memini me quicquam de iis legere.

## CAPUT VIII.

## De Auguribus &amp; eorum Collegio.

AUGURES nomen habent ab *avis* gerendoque, quia per eos avium gestus educuntur, sive ab *avium garritu*, unde & *augurium*. Augurum disciplina vetustissima fuit, à *Chaldeis & Græcis* usurpata: maxime autem in *Hetruria* floruit, unde ad *Latinos & Romanos* pervenit. Verum nobis non est propositum ejus rei originem hoc loco superstitiose investigare: sed contenti erimus, si, quæ apud *Romanos* circa *Augures* observata sunt, habere poterimus: Apud eos igitur primi *Augures* à Romulo instituti sunt, quia & ipse excellens *Augur* fuisse constanter asserit à *Dionysio, Livio, Plutarcho, & aliis*. Fuit autem ab eo trium *Augurum Collegium* institutum, ita ut singuli ex singulis *Tribubus* legerentur, quorum sacerdotium deinde confirmavit *Numa*. Is enim, ut *Dionysius* libr. 2. scribit, cum octo genera *Sacerdotum* instituisset, & illorum omnium religiones & cerimonias octo libris complexus esset, quartum ordinem fecit de cælo signa observantium, eaque publica à privatis discernentium, qui ab una suæ artis specie *Romanis* dicti fuerint *Augures*, Græcis hominibus *οἰωνοπιδοι*, totius divinatoriæ peritissimi; sive quid è celestibus signis, sive terrestribus conjiciendum esset. Hactenus *Dionysius*. His tribus *Auguribus* deinde unus additus, *iv. Augurum Collegium* fecit. Putant nonnulli eum à *Servo. Tullio* *vi. Rom. Rege*, cum in *iv. Tribus* Urbem divisisset, additum reliquis esse: non enim traditur. Illud constat anno ab Urbe condita *col. iv. Appulejo Pansa. M. Val. Corvo* *v. Cos.* quatuor *Augures* fuisse, *Patricios* omnes, quibus, ut *v. ex plebe* adderentur, & *ix. Augurum Collegium* fieret, *Q. & Cn. Ogulni* *Tribuni plebis* ad populum tulerunt, & magnis contentionibus tandem obtinuerunt. *Livius*. Tradit *Alex. Neapolitanus* libr. 5. *Genial. dier.* cap. 13. cautum fuisse tum *Senatusconsulto*, ut non ultra novem *Collegium* excederet, quod quidem apud *Livium* non invenio. Mansit tamen hic numerus usque ad *Dictaturam Sulla Felicis*, quo tempore, ut ex *Livio Florus* *epit. lib. 89.* tradit, *Sulla Augurum Pontificumque Collegium* ampliavit, ut essent *xv. Augures*, totidemque *Pontifices*, qui numerus postea mansit. Nam quod *Alexander Neapolitanus* refert, additis à *Sulla* *xv. Auguribus*, ad *xxiv.* numerum *Collegium* auctum fuisse, in eo fallitur, adductus haud dubie depravatis *Epitoma Liviana* exemplaribus. Totus igitur *Augurum coetus Collegium* dicebatur, qui inter eos major erat, & reliquos ætate anteibat, iisque præerat, *Magister Collegii* appellabatur. Et hactenus de *Augurum* numero: jam qua ratione creati illi sint videbimus. Primi quidem *Augures* à Romulo instituti & creati sunt, fortasse *Comitiis Curiatis*. Postea vero in more fuit, ut ab *Augurum Collegio*, si qui decessissent, alii crearentur, ea ratione, ut in defuncti locum unusaliquis à duobus nominaretur, & à toto deinde *Collegio* expeteretur & cooptaretur; qui, postquam ad sacerdotium admissus erat, mox inauguratus, ut mos erat, captatis auguriis, in *Collegium* admittebatur. Et hic mos per multos annos à *Romanis* observatus fuit, donec anno ab Urbe condita *ocli. C. Mario* *iii.* & *L. Avelio Oreste* *Consulibus*, primus *Cn. Domitius Enobarbus*, *Tribunus Plebis*, *Neronis Imperatoris* avus, *Pontificibus* offensus, quod alium, quam se, sui patris in locum cooptasset, lege lata, jus *Sacerdotum* subrogandorum à *Collegiis* ad populum transtulit, cujus legis meminit *Cicero* 2. *Agraria*: ubi tamen dicit, non ad universum populum, sed ad minorem tantum ejus partem selectam, *Augurum*, sicut & aliorum *Sacerdotum*, creandorum jus tranflatum esse, ut qui ab ea factus esset, is à *Collegio* cooptaretur, & *Tributis Comitiis* renunciaretur: permissum etiam ea lege esse dicit, ut absentes possent petere *sacerdotia*, quod antea nemini licuit. Ea tamen *Domitii* lege postea sublata, *Sulla Felix* rerum potitus, sanxit, ut *Sacerdotes* iidem à *Collegiis* crea-

rentur, teste *Pediano* in *Divinationis Commentario*. Sed quemadmodum legem *Domitiam* abrogavit *Sulla*, sic legem *Sullæ* aliquot annis post *T. Attius Labienus* Tribunus plebis abrogavit, *Domitiamque* restituit, *M. Tullio Cicerone*, & *C. Antonio Coff.* anno ab Urbe condita DCXC. Fecit autem hoc auctore *C. Casare*, qui, si populus in mandando sacerdotio suffragium ferret, se, qui popularis admodum erat, *Pontificem Maximum* in demortui *Metelli Pii* locum creatum iri, non sine causa petebat, quod & factum est. Rursum, lege *Labieni* abrogata, jus cooptandorum *Sacerdotum* à populo ad Collegia retulit, post cædem *Cæsaris*, *M. Antonius Consul*, eo consilio, ut facilius, ac certius *M. Æmilius Lepidus*, cujus filio filiam suam collocaverat, *Pontifex Maximus* in *Cæsaris* locum subrogaretur. Cæterum cum *Antonii* omnes leges anno sequenti, *C. Vibio Pansa*, *Aul. Hirto Coff.* ex Senatuseonsulto abrogatæ essent, quod ex *M. Tullii Philippicis* & *Dione* intelligitur: hæc quoque, quam de sacerdotiis tulerat, fracta est, lexque *Domitia* restituta. Postea sub *Augusto* abrogata, tertio lege *Domitia*, Collegiorum primo, deinde *Romanorum Principum* arbitrio, *pontifices*, *Augures* & reliqui *sacerdotes* cooperati cœpti. Viguit autem *Augurum Collegium* Romæ usque ad *Theodosii* senioris Imperatoris tempora.

Porro *Augurum* dignitatem non parum declarat, quod cum cæteris fere omnibus sacerdotibus simul ac in iudicium ducti & damnati essent, alium substitui moris fuisset, *Augures* hac lege immunes essent. Dum enim viverent, licet maximorum criminum convicti essent, sacerdotio tamen potiebantur, neque unquam privari poterant: cujus rei *Plutarchus* in *Problematis* Roman. problem. 99. tres rationes affert: vel, quod, *Romani* sacrorum eorum arcana neminem, qui *Augur* non esset, cognoscere voverint: vel quod cum qui *Augur* esset cooptatus, jurejurando adigeretur, *Augurum* res nemini scisci dicturum, privatum eum postea factum, eo sacramento liberum esse noluerint: addit deinde tertiam, quod *Auguris* vocabulum non honoris, nec magistratus, sed scientiæ atque artis eujusdam nomen sit: eamque ob causam nemini *Augurum* vim ac facultatem divinandi, vel augurandi detrahi posse, licet appellatio ei detrahatur. Idem auctor *Problemate* 73. scribit, *Augures* si ulcera haberent, in augurandi causa federe prohiberi, ejusque rei causam recitat, signum hoc esse, non oportere eos, qui morsum aliquem, ut ulcus, & perturbationem in animo haberent, res divinas tractare: sed tum Deorum mentem hominibus prodere, cum & liquido & integro animo essent: vel etiam hanc causam esse putat, cum neque victimam sanandi ulceris causa quisquam adhibeat, nec avibus ulceratis ad auspicandum utatur, existimasse *Romanos* ea multo magis in ipsis *Auguribus* servanda esse, ut ad ea, quæ à *Diis* significarentur, puri & integri accederent: cum ulcus mutilatio quædam & pollutio corporis videatur.

Officium *Augurum* fuit, ex avibus vaticinia observare, signaque rerum futurarum, & à *Diis* monita contemplari: si opportune evolassent, aut sedes idoneas accepissent, obnunciare: de prodigiis, somniis, auguriis atque oraculis, & portentis responsa dare; tum observationes *auspicio*rum, procuraciones expiationisque, vatum libros, portentorum explanationes, & monita *Deorum* edicere: si quid ingruente fato casurum foret, & quod salvis auspiciis fieret. Quodve *augurium* lætum, quodve peculiare esset, quod minas cœlestes, ingruentesque calamitates, aut fatale exitum afferret, præmonere & vaticinari: quæ omnia comprehenduntur lege *augurali*, quæ apud *Cicronem* libr. 2. de *Legib.* extat ejusmodi: *Interpretes*, inquit, *Jovis Optimi Maximi*, *publici Augures* signis & auspiciis postea vidento: disciplinam tenento: *Sacerdotes* vineta, virgetaque, & salutem populi auguranto, quique agent rem duelli, quique populare auspicium, præmonento: oblique obtemperanto: divorumque iras providento, iisque parento: cœlique fulgura regionibus ratis temperanto: Urbemque, & agros, & templa liberata, & effata habento: quaque *Augur* injusta, nefasta, vitiosa, dira dixerit, irrita, infectaque sunt: quique non paruerit, capitale esto. Et infra: Ipsique auguriis auspiciisque captandis interesse debent, eaque notare ac inspiciere &, referre: & an egregie esset litatum, declarare: quibusque hostiis, & quibus sacris ac supplicationibus, & quæ ad pulvinaria tetra prodigia procurarentur, aut expiarentur, enunciare, &c. Hactenus *Cicero*, qui etiam plura de *Augurum* dignitate & excellentia, ac differentia inter *Augures* sui temporis, & præscos illos annotat.

## AD CAP. VIII. ET IX. ET XI.

## PARALIPOMENA.

*Augurii dignitas, inventio, species, vulturis auspicium, omina, sternutatio, aurium pulsus, occursus quorundam fugiendus.*

Quis primus futura ex aruspicina, aut augurio, prædicendi auctore gentibus extiterit, incertum penitus ex veterum scriptis est & inexploratum, quantumlibet antiquissimum ejus artis usum reperiam, non modo apud Græcos etiam heroicis temporibus, ut de *Melampode* *Apollodorus* scribit libr. 2. bibliothec. *Hom.* libr. 15. *Odyss.* *Amphiaroo*

*Jul. Hygin.* fab. cap. 73. 128. *Papin.* lib. 1. *Thebaid.* v. 399.

*Non dolle futuri Amphiaroo vides.*

*Sidon.* *Apollinar.* carm. 9. v. 194.

*Nec quos Amphiaroo, aut Melampus.*

Sed & apud barbaras quasque nationes, *Allian.* l. 2. var. hist. cap. 31. *Αἰγυπτιοὶ καὶ οἱ Ἴνδοι, καὶ προνοεῖν ἡμῶν, καὶ προσμαίνειν τὰ μέλλοντα, καὶ διὰ ὀρίθων, καὶ διὰ συμβόλων, καὶ διὰ σπλάγγων, καὶ διὰ ἄλλων τινῶν μαθημάτων τε καὶ διαγμάτων.* Dicunt & esse deos, & nostri curam gerere, & præsignificare futura per aves, signa, vel omina, viscera, & alias quasdam observationes atque doctrinas. Ex quo liquet etiam apud barbaros quoque prædictiones hæc in pretio & dignatione fuisse, hanc ad Græcos scientiam manasse tradente *Telegono*, primo ejusdem inventore, prodidit *Suidas* in voce *Ἐπιχρύσιος*.



At *Hetrusci* se auctores prædicabant, & à se Romanis concessum divinandi istiusmodi munus. *Claudian.* l. 1. in *Eutropium*:

*Fulminos solers Hetruria consulat ignes,  
Immensamque nefas fibris exploret arripes,  
Que nova portentant Superi?*

Repertorem extitisse *Tages* quemdam, diffusè *M. Tull.* l. 2. de *Divinat.* Adscribam elegantem de certitudine & inventio-  
ne huius disciplinæ locum, licet hominis ethnici, *Anmiani*  
*Marcellini* l. 2. *Anguria* & *auspicia* non voluerim arbitrio,  
*futura* nescientium, colligantur (neque enim hoc vel inspicere quis-  
quam diceret) sed volatus avium dirigit *Dens*, ut rostrum sonans,  
aut prætervolans penna, curvato meatu vel leni sutura præmon-  
stret: amat enim benignitas numinis, seu quod merentur homines,  
sen quod tangitur eorum affectione, his queque artibus prodere qua  
impudent: extis item pendum astenti fatidicis, in species con-  
verti facti immunitas; accidentia sciunt. Cuius disciplina *Tages*  
nomine quidam monstrator (ut fabulantur) in *Hetruria* par-  
tibus emerisse subito visus è terra. *Joan. Saresber.* manifestè  
auspiciam cum auspicio confandit. l. 1. *Policrat.* cap. 12.  
*Auspiciam* quoque in extorum inspersione viget, quam artem  
*Tages* quidam dicitur invenisse. *Martian.* *Capella* l. 2. de  
*Nupt. Merc.* & *Philolog.* *Tages* sulcis emicuit, & ritum sta-  
tim gentis *Syracusanæ* monstravit. *Concors* in hanc rem *La-*  
*tinorum* sententia. *M. Lucan.* l. 1. v. 635. *Pharsal.*

*Sed venient majora metu, di visis secudent,  
Et fibris sit nulla fides, sed conditor artis  
Fixerit ista Tages.*

*P. Ovid.* l. 15. *fab.* 47.

*Lidigena* dixere *Tages*, qui primus *Hetruscam*  
Edocuit gentem casus aperire futuros.

In eadem fabula legunt:

*Fatalem glebam motis asperxit in arvis.*

Melius, meo iudicio, in *MS.*

*Mediis* asperxit in arvis.

Hujus *Tages* præcepto aſini caput præsepibus affigi solebat  
ruri ad arcena incommoda, ita exponente *Joanne* *Brit-*  
*tannico* *fat.* 11. v. 97. *D. Juvenal.*

*Pavens* frons arca lectis

*Vile* coronati caput ostendebat aſelli.

*Jun. Moderat.* *Columella* de *Re Rustica* l. 10. in horto-  
rum cura:

*Hinc* caput *Arcadici* nudum cute fertur aſelli.

*Tyrrhenus* fixisse *Tages* in limite raris.

Imo, & quod nulli adhuc animadvertum, *Tages* hic scriptis  
auguralem hanc artem in mandavit, nam in voce, *Præsemina*,  
*Furius Fulgentius* libello de vocibus antiquis ad *Chalcidicum*  
citat *Tagerem* in *Aruspiciis*, dicentem, *Præseminibus*  
*aruspiciis*. Et peculiari nomine, disciplina *Hetrusca*, divinandi  
peritia vocantur, quam complexus est *Labeo* quindecim  
voluminibus, que *Tages* & *Bacchidæ* appellabat, eodem  
*Fulgentio* inibi auctore in voce *Labeo*. Sed ad augures venio.

Erant hi summa veneratione, dignitatem ostendit perpetuus,  
& non nisi cum vita finiendus magistratus; adeo ut *Q. Fabius*  
*Maximus* sexaginta tribus annis Augur fuerit. *C. Plin.* l. 7. c. 48.  
quibus & collegium celebre in urbe, & honor amplissimus, eo  
tamen discrimine, ut quidam *minores*, quidam *maiores* dicerentur,  
nempe ex plebe, aut patriciis electi, sive, quod idem est, quidam  
*privati*, quidam *publici*, ut ex venisto marmore constat:  
*M. MARCIO. MEMMIO. FURIO. BALBUTIO. CÆCILIANO. PLACIDO. C. V.*  
*PONTIFICI. MAIORI. AUGURI. PUBLI-*  
*CO. P. R. QUIRITIUM. QUINDECIM. VIRO.*  
*SACRIS. FACIUNDIS. CORRECTORI. V.*  
*NETIARUM. ET. HYSTRÆ. PRÆFFECTO.*  
*ANNONÆ. URBS. SACRÆ. CUM. IURE.*  
*GLADII. COMITI. ORDINIS. PRIMI. COMI-*  
*TI. ORIENTIS. ÆGYPTI. ET. MESO-*  
*POTAMIÆ. IUDICI. SACRARUM. CO-*  
*GNITIONUM. TERTIO. IUDICI. ITERUM.*  
*EX. DELEGATIONIBUS. SACRIS. PRÆ-*

*FECTO. PRÆTORIO. ET. IUDICI. TER-*  
*TIO. CONSULI. ORDINARIO. PATRO-*  
*NO. PRÆSTANTISSIMO. REGIO. PALA-*  
*TINA. POSUIT.*

Atque hi quidem appellabantur *publici augures* populi *Roma-*  
*ni Quiritium*, ad distinctionem *privatorum* seu *Impera-*  
*toriorum*. Nam & *Augusti* domesticos habebant augures,  
hoc est, qui pro sua salute excubarent, & auspicia capta-  
rent, & puto eadem libidine vivos imperatores augures ha-  
buisse, qua mortuos flammes. *Vetus Inscripção.*

D. M.

CN. JULI. CN. FILI. DONATI.  
PRISCI. EX. EQUO. PUBLICO.  
ADIUTORIS. ARUSPICUM. IMPERATO-  
RIS. PONTIFICIS.  
ALBANI.

Habuerunt porò augures collegium *Romæ*, cuius mentio  
frequentissima apud *historicos*. *Cicero* *Orat.* 2. *Philipp.*  
*Quod enim ipse me augurem à toto collegio expetitum* *Cn. Pom-*  
*pejus*, & *Q. Hortensius*, neque enim licebat à pluribus nomi-  
nari. Et in veteri lapide, cuius verba apponam:  
COLLEGIUM. AUGURUM. AUCTORE. IMPERATORE. CÆSARE. DIVI. TRAIANI.  
PARTHICI. FILIO. DIVI. NERVÆ. NEPOTE. TRAIANO. HADRIANO. AUG. PONT.  
MAX. TRIB. POT. V. COS. III. PROCOS. TER-  
MINOS. POMOERII. RESTITUENDOS.  
CURAVIT.

Ad species jam augurii descendendo, quas omnes in quinque  
signa distribuunt; ex *calo*, *volucris*, *bipedibus*, *quadripeditibus*,  
*avis*. *Blondus* *Flav.* l. 1. *Romæ* Triumphantis. *Andreas* *Tira-*  
*quellus* in *Alexandrum Neapolitanum* l. 5. cap. 19.

Augurium ex fulminibus, quorum procuratio ad biden-  
tal, ritulque notissimi, & dixi ad principium libri 2. in  
*Eutropium* *Claudian.* *M. Lucan.* l. 7. in fine:

*Inclusum* *Thysco* veneratur cespite fulmen.

Aut ex ventis ipsis, quod nescio an ulli notatum hæctenus,  
testatur tamen ex iis captata auguria *Luctatius* *Gramma-*  
*tice*. ad v. 665. l. 3. *Thebaid.* *Solent* *Augures* ventorum *fla-*  
*tibus* futura cognoscere. Ipse *Stautus* ibidem:

*Ventisque* aut alite visa

*Bellorum* proferre diem.

Hinc finere ventos deorum esse nuncios, & vota homi-  
num precosque ad eos deferre. *Venus* illa *Ovidiata* l. 10.  
*Metamorphos.* *fab.* 11.

*Detulit* aura preces ad me non invida blandas.

*Virgil.* *Eclog.* 3.

*Partem* aliquam venti diuini referentis ad aures.

Que autem vota irrita cadebant, neque ex animo evenie-  
bant, ea à ventis ad Deos non fuisse perlata credebant,  
sed vel dissipata, vel in longinquam regionem aucta &  
procul exportata. Et quicquid evenire nolebant, aut aver-  
sabantur, ventis differri dissiparique exorabant. *Alb. Ti-*  
*bull.* l. 1. *eleg.* 5. & l. 3. *eleg.* 4. apud *Adrianum* *Tur-*  
*oebum* *libr.* 1. *Adversar.* cap. 23. *Virgil.* l. 9. *Æneid.*

*Multa* patri portanda dabat mandata: sed *Euri*

*Omnia* disperunt, & nubibus irrita donant.

Et l. 10. *Æneid.*

*Partem* succedere voti

*Mente* dedit, partem celeres disperfit in auras.

*Q. Catull.* *epigr.* 68. & alii passim:

*In vento* & rapida scribere oportet aquam.

Ex avibus vero esse delumpta auguria auspiciæque, de earum  
differentiis, speciebus, aut nominibus, nihil hic dicendum,  
nisi eas deorum ministras, ab iisdem iussas hominibus men-  
tem suam & voluntatem præsignificare. *Ovid.* l. 5. *Fast.*

*Nam* dis ut proxima queque

*Nunc* penna veras, nunc datis ore notas.

*Græci* hoc divinandi genus *ὀρνιθελαγ*, *διωνυστικὴ*, *ὀρνιθοσκο-*  
*πικὴ*, *ὀρνιθομαγείαν*, vocarunt, ac si dicas ex avibus delumpta  
præfagia, vaticinia ex avibus, aut divinationem captatam.

Caspar Peucerus Commentario de præcipuis Divinationum generibus. Suidas ex Aristophane:  
 Ὀυδέτε μὲ θεῶν πλὴν ὁ παρῆλθαι ὄρνις.  
 Nemo me contuetur, nisi prætervolans avis.  
 Sil. Italic. l. 4. Punicor.  
 Ni vano cassi volatu  
 Mentitur supero præpes.  
 Valer. Flac. l. 1. Argonautic.  
 Seu plenum certis interroget æra pennis.  
 Ennius Annalib. de augurantie Romulo, ut refertur à Tulio l. 1. divinatur.  
 Et simul ex alto longe pulcherrima præpes  
 Letis volavit avis.  
 In aliis est significantius:  
 Leva volavit avis.  
 Levum enim seu sinistrum, & dextrum in augurali disciplina diligentem observabantur, ut omnibus notum. Sidorius Apollinaris carn. 7.  
 Si Lycie sapinut sortes, si nostra volatu  
 Fata loquuntur aves.  
 Papin. l. 3. Thebaid. v. 470.  
 Nam te pernicibus alis  
 Addere consilium volucresque implere futuri.  
 Sext. Propert. l. 2. eleg. 28.  
 Et jam Luna negat toties descendere celo,  
 Nigraque funestum condidit omen avis.  
 Nigra avis est inauspicata, augurii infortunatissimi. L. Apul. l. 1. Milestar. Fests avibus Larissam accessi. Scio aliter in codice Achillis Stati Neapolitani esse:  
 Nigraque funestum condidit omen anas.  
 Quod ferri potest. Nam anus veneficiis & incantationibus infames celebrat antiquitas. Ovid. l. 1. Amor. eleg. 8. & dixi alibi in hoc opere.  
 Romulum observato vulturum auspicio urbem condidisse liquet, ut inde dignitas Augurum par censeatur regum honoris, & antiquissimum divinandi ex avibus inspectis auditisque genus intelligatur. M. Varro apud Centorinum de Die Natali cap. 17. colligit ex visis illis vulturibus spatium urbis duraturæ. M. Lucan. l. 7. Pharsaliæ:  
 Vulturis ut primum levo fundata volatu  
 Ronulus infami complexit mania lupo.  
 Aurel. Prudent. in Romano Martyre:  
 Antiquitatem Romuli, & Alavortiam  
 Lupam venaræ, primum & omen vulturum.  
 Sidon. Apollinar. carm. 7.  
 Quid rogo bisseño mihi vulture Thuscus aruspex  
 Portendit?  
 Et in eodem carmine:  
 Jam prope fata tui bisseñas vulturis alas  
 Complebant, scis Roma tuos, scis ipsa labores.  
 Claudian. lib. de Bello Getico:  
 Tunc reputant annos, interceptoque volatu  
 Vulturis, incidunt prope ratas sacula metis.  
 Alii quidem avibus observatis Romam conditam volunt, sed alias illas ab vulturibus fuisse, quas inter inauspicatas aves numerant, quibus amissio regni Tarquinio significata sit. P. Ovid. lib. 5. Fastor. Sic Remus ad Faustulum:  
 Qui modo, si volucres habuissent regna jubentes,  
 In populo potui maximus esse meo.  
 Propert. l. 4. eleg. 6.  
 Quam nisi descendes, mirrorum Romulus angur  
 Ire Palatinus non bene vidit aves.  
 Ennius de disceptatione inter fratres, referente Cicerone l. 1. de Divinat.  
 Cedunt ter quatuor de celo corpora sancta  
 Acium, præpetibus sese pulchrisque locis dant.  
 Denique rationem istius significatonis elegantem lege apud Papinium l. 3. Thebaid. v. 483.  
 Cui tu Diææ secundus  
 Impuleris manifestus aves, mirum unde, sed olim  
 Hic honor alitibus? superæ seu conditor aula

Sic dedit effusum chaos in nova semina textens:  
 Seu quia mutata, usqueque ab origine versis  
 Corporibus subiere notas, seu prior axis,  
 Anomumque nefas, & rarum insistere terris  
 Vera docent.

Quæ ab animalibus seu occusantibus ab auguribus, seu macclatis ab aruspiciibus duci consueverint prælagia, aliis dicta, non repeto. Ad ultimum genus propero, quod in Divis quæ vel omnia, vel offensiones, vel voces incerto cultore emisse & audita, aut denique occursus hominum, aliorumve animalium minus auspicatorum.

Omina pro quolibet auspicio augurioque. Propert. supra. Tibull. l. 1. eleg. 3.

Aves dant omnia dira.

C. Petron. Satyr.

Fortior omnibus moris Martia signa Cesar.

Id est, auguribus. Suet. Ner. cap. 46. Terrebatur evidentibus portentis formiorum, & auspicioum & ominum. Jul. Obsequens cap. 86. Proditum est, Gracchum, die quo perit, tristia neglectisse omnia. Lucat. ad libr. 6. Thebaid. v. 932. Omnia sunt rerum futurarum signa, sive bonarum, sive malarum.

Tamen strictius fumendum nomen. Nam, cum Aufonius in Gripho dixit:

Omina triua.

Non quamlibet divinandi formam intellexit, sed eam, quæ παρὰ, πλάγι, σαίστιο, στερνυτιο, & τινυτιο avibus. Joseph. Scailg. l. 1. Aufonianar. lectio. cap. 16. de auris pulsu, seu tinnitu, vetus poëta incerti nominis in poemat. & Epigrammat. vet.

Garrulus quid totis resonas mihi noctibus auris?

Nescio quem dicit nunc meminisse mei.

Hic quid sit quaris? resonant tibi noctibus aures,

Et resonant totis: Delia te loquitur.

De sternutamento fasius agendum, cujus vetustas etiam ab heroicis temporibus repetenda est. Nam Penelope mala prociis ominante, Telemachus sternutat. Horac. l. 7. Odyss. in fine. Et Xenophonti concionanti ad milites felix inde auspiciu, ut imperator postea feret, lib. 6. Et sternutamenta quippiam divinitatis habere augurabantur, eaque in Cereris potestate esse volebant. Suid. in voce στυμνυτιο. Sed longè dispari ratione Græci quam Latini illa observabant, siquidem hi inter minima reponebant. C. Plin. l. 2. cap. 7. Fulgurum monitus, oraculorum prædicta, Aruspicum prædicta, atque etiam parva didu in auguribus, sternutamenta & offensiones pedum. M. Tull. l. 2. de Divinat. Quæ si suscipiamus, & pedis offensus nobis, & corrigiæ abruptio, & sternutamenta erunt observanda. At isti summo cultu, imo superstitione proferebantur adeo, ut sternutantes genuflexo salutarent. Athen. l. 2. dipnosoph. cap. 27. & bene precarentur. Ammian.

Ὀὐδὲ λίγυ Ζεὺ σῶσον, εἰς πλάγῃ, & γὰρ ἀνέσι

Ἰεῖ πῖος, ποδὲ γὰρ τῆς ἀνέσις ἀπῆσι.

Vertit Thomas Morus Angliæ sub Henrico 8. Cancellarius:

Quando Jovem inclamas sternutans, quippe nec audis,

Tam procul ab nasus prominat aure tuus.

Petron. Satyr. Gyton collectione spiritus plenus, ita continuo sternutat, ut grabbatum concerneret, ad quem motum Encolpius conversus, salvere Gytona jubet. L. Apul. l. 9. Milestar. Crebras ei sternutationes commovebat, & quod cum putaret ab ea profectum, solito sermone salutem ei fuerat imprecatus. Et Themistocle sternutante in sacrificio solemnitate petagenda, certa victoria argumenta capta sunt, captivique immolati. Plutarch. in vita ejus. Theocrit. Eidyll. 13.

Ἀγῶσις τις ἰνὴ πλάγῃ ἐρχομένη τοι

Εἰς Σπάρταν.

Bonus tibi quispiam ad sternutatit proficiscenti ad Spartam. Ergo itineris eventus denotans sternutatione, ut de Tiberio legimus, qui se salutantem graviter & tristi animo tulit, cum sternutatisset. C. Plin. l. 28. cap. 2. Et in genere, matutine sternutationes infanda ominantur, meridiane firmi sunt augurii. Aristor. Problem. sect. 33. cap. 11. Joan. Brodæus doctè ad Antholog. l. 1. cap. 19. epigr. 5. ubi Macedonii Principis habetur versus:

Ἐπὶ

Ἐπ' ἄρα δ' ἄρα τὰ φέοι.

Sternuntam prope sepulchrum.

Et deinde sequitur omen:

Ἐπ' ἄρα εἰς ἀνέμους.

Sternuntam in ventos. hoc est, frustra.

Q. Catull. epigr. 43.

Hoc ut dixit, Amor, sinistra, ut ante

Dextra, sternuit approbatione.

In Veneta editione Achillis Statii:

Hoc ut dixit, Amor, sinistram, ut ante

Dextram, sternuit approbationem.

Sed ego cenfuerim legendum:

Hoc ut dixit, Amor, sinistram amanti

Dextra sternuit approbationem.

At quam hoc ineptum & nullius ponderis, sed frivola plenum superstitionis, egregie Joan. Saresber. lib. 2. de Nugis Curial. cap. 1. Quid enim refert ad consequentiam veniri, si quis fante, aut amplius sternuit. vorrit? Et tamen efficacissimum id in amore. Aristenar. l. 2. epist. 5. Ἡδὲ μὲν μάλα ἔπ' ἄρα μεταξὺ γράφεται, ἄρα, ὁ νόος, τοῦ μὲν μέγιστα, διμυροῦντος μὲν; Sed ecce hac dum scribo, jucundissime sternuit. vixi; num forte juvenis, mea cura, meminit mei? Sext. Aurelian. Propert. l. 2. eleg. 3.

Num tibi nascenti, primis, mea vita, diebus,

Aridus argentum sternuit omen Amor?

Nunc de offensivibus dicendum, quæ inde nascebantur, si extitit linen infonnisset, pes hæssisset. C. Plin. l. 2. cap. 7. Plutarch. in Demetrio, & in Græchis. Valer. Maxim. libro 1. cap. 4. de eodem Græcho. C. Sueton. Ner. cap. 19. Ipso profectiois die desinit, turbans simul religione in periculo. Nam cum circumis templis in ad Vestæ resedisset, confurgenti ei primam latinia adbestit. Cic. abunde l. 2. de Divinat. alii notantur. Et apud maximum poetam, certissimum ducitur Trojæ evertenda argumentum, quod equus l. 2. Æneid.

Quater ipso in limine porta

Substitit.

Et Proserpina egrediente, præfagium raptus fuit, quod, ut ait Claudian. l. 2. de Raptu:

Ter cardine verso

Præfaga sonuere fores.

Ovid. epist. 13. Laodamiæ:

Hinc, fateor, volui revocare, animisque ferebat,

Substitit auspicii lingua timore mali:

Cum foribus velles ad Trojam exire patennis:

Pes tuus offensus limine signa dedit.

Alb. Tibull. l. 1. eleg. 3.

O quoties ingressus iter, mihi tristia dixi

Offensum in porta signa dedisse pedem.

Restant ultima omnia, voces incerto auctore prolata sub tempus nocturnum, & occusies. Et voces quidem perpetuo sinistri augurii: præter Ciceronem l. 2. de Divinat. Halicarnasum l. 7. in fine, & l. 8. in fine. Euseb. l. 3. præparat. Euangel. cap. 6. Plutarch. in Themistocle. Et anno Urbis condita sexcentesimo decimo septimo, M. Emilio, C. Mancino Hostilio Coss. in portu Herculis, cum Mancinus consul conscenderet navem, petens Numantiam, vox improviso audita, mane Mancine. Jul. Obsequens lib. de Prodig. cap. 83. C. Sueton. in Ner. cap. 46. De Mausoleo sponte foribus patefactis exaudita vox est, nomine enim ciens. P. Ovid. libr. 15. Metamorphos. fab. ult.

Mille locis lachrymarit ebur, canensque sermunt

Anditi, sanctis & verba minantia lucis.

Et epist. 7. Didus:

Hinc ego me sensu noto quater ore citari,

Ipse sono tenui dixit, Elisa venit.

M. Lucan. l. 1. Pharsaliæ:

Magnæque per avia voces

Audita memorum.

P. Virgil. l. 1. Georg. in fine:

Vox quoque per locos vulgo exaudita silentes

Ingens, & simulachra modis pallentia miris

Visa sub obscurum noctis.

C. Petron. in civilibus:

Nec non horrendi nemoris de parte sinistra

Insolita voces flamma sonuere sequenti.

Ultima angurii pars in occusis posita, cum nempe negotium aggressuris, iter inepturis, inauspicata offertur persona. Cujus ritus antiquitatem ex Luciano demonstravit apud Græcos invaluisse Brodæus. De Romanis Sueton. in Augusto cap. 83. Pumilos, atque distortos, & omnis generis ejusdem, ut ludibria Natura malique omniis, abhorrebat. Simile quippiam de bellorum civilium narrat successu L. Florus lib. 4. histor. Rom. cap. 7. M. Tull. Orat. in Vatin. Cum viderint, tanquam auspiciam malum detestantur. Plut. in Bruto. In hoc genere naturali aliquo defectu insignes continebantur. L. Sen. Sacerdos non integri corporis, quasi mali omnis res vitanda est. Aut Æthiopes & Mauri, nam occurrenti sibi Mauro, insauficitatis argumenta duxit Adrianus Aug. adde & Eunuchos occurrentibus infames habitos, docemur auctoritate Claudiani l. 1. in Eutropium:

Hoc dedecus addidit oris

Luxuria Fortuna sine, cum pallida nudis

Offibus horrorem dominis præberet imago

Difcolor, & macies occusis lederet omnes,

Aut pueris latura metus, aut tadia mensis,

Aut famulis crimena, aut procedentibus omen.

Huc facit & illud Juvenalis sat. 3. v. 177.

Cum persona pallentis hiatum

In gremio matris formidat rusticus infant.

Interim de omine illud est Ovidianum libr. 1. Fastor.

Omina principis, inquit, inesse silent.

Et corrigendus Lucanus l. 3. Pharsal. v. 100.

Fuit hæc mensura timoris:

Velle putant, quodcumque potest, non omnia festa,

Non sisto latas voces simulare tumultu,

Vix obisse vocat.

Theodorus Pulmannus existimavit legendum esse, nescio an recte in secundo versu:

Non omnia fausta,

Sed indubie melius significantiisque:

Non omnia fassta.

Alludit ad morem revocandi in urbem Imperatoris, quem cum victore exercitu reducem faustis acclamationibus recipiebant, fausta illi omnia apprecantes.

Et ut finem huic de Anguribus Aruspiciisque tractatui imponam, observo, cum aliis magistratibus posse esse auguratum connexam. Vetus marmor.

PRÆFECT. IUVENTI. . . . . equo Publico. ADIECTO. IN. V. DECUR. ORNATO. MILITIÆ. PRÆF. COH. AFRICÆ. FLAMINI. VIRBIALI. AUGURI. ÆDILI. AUGUSTALI. Q. Q. IUVENUM.

Et altera inscriptio vetus apud Aldum Manutium Orthographiæ pag. 40. cuius hæc sunt verba.

D. M.

M. ANTONII. ANTI. LUPI. PR. PATRICII. AUGURIS. QUÆSTORIS. SODALIS. TITII. TRIB. MIL. LEG. II. Adin. PIÆ. FIDEL. X. NIR. STL. IUDICAN. PRÆFECT. FER.

Lat. CUIUS. MEMORIÆ. PER. VIM. OPPRESSI. IN. INTEGRUM. SECUNDUM. AMPLISSIMI. ORDINIS. CONSULTUM. RESTITUTA. EST. SEPULCHRUM. AB. EO. COEPTUM.

Magistratus hujus summi & honoratissimi dignitas vel ex eo elucet, quod oportuerit primis nascentis Reipublicæ primordiis in Hetruriam mitti duodecim optimatum filios, ut insternerent auguralis hujus discipline initiis, quæ deinde, totius vitæ tempore exercebant: quod abunde ab aliis animadversum, hic prætermino.

## CAPUT IX.



## De Auguriis.

POSTquam de *Auguribus* præcedenti capite, quantum potui, non quantum debui, dixi, libet nunc ipsorum etiam *auguriorum* rationem ostendere, non dubitans, quin hæc tractatio præcedens caput mirum in modum sit illustratura. *Augurium* quasi *avigerium*, quod aves gerunt, ut *Servius*, vel uti *Festus*, ab avium garritu dictum, generaliter vocarunt quodvis omen, quod vel subito & ex improviso, aut in corporibus nostris perciperetur, aut intra edes, aut extra domos in itineribus objiceretur, cujuscunque esset generis, vel quod ritu aliquo solemniori raroque prænotatum, cæli regionibus circumspicendis, ex avibus peteretur, moneretque de ignotis & futuris, quæ ars & disciplina conjectorum atque interpretum signis pensitatis explanabat. Speciatim autem appellatio usurpata est de eo genere divinationum, quod ex cantu volatuumque avium, & tripudiis pullorum futura auguraretur ac præfigeret. Nos hoc loco de utroque significatu agemus, initium facientes ab *auguriorum* divisionibus. *Auguriorum* alia erant prospera, quæ ex *Augurum* disciplina censebantur annuere ac suffragari deliberatis, & spondere successus, rebus motis aut de consilio Senatus incipiendis, vel sancire decreta de magistratibus aut honoribus distribuendis. Alia adversa, infausta, & piacularia erant, quæ proposito adversari, vel abrogare aut improbare latas sententias, & facta decreta de rebus quibuscunque, vel detrectare successus putabantur. Utrorumque alia oblativa dicebantur, quæ non poscebantur: alia impetrativa, quæ oprata veniebant. Oblativa nihil adferre, & remere emissæ esse, aut sine ratione, sua quadam concitatione prorupisse putabantur; nisi commotos, & velut percussos animos ita afficerent, ut ad se pertinere assentirentur: si hoc negarent, nihil sese percipere aut experiri eorum, quæ illa prænuntiarent, ex *Augurum* disciplina persuasum habebant, & in potestate nostra positum affirmabant, auspicia non petita amplecti, aut recusare. Impetrativa vero fuscitari divinitus, & raro fallere, ex multorum eventuum notatione & collatione, ac sese ipsa afferere atque explicare observatione, constantia, & æqualitate sua putabant. Hæc igitur ritu solemniori ab avibus periebantur, vel captabantur, hæc, uti accepimus, ratione: *Augur* captaturus auspicia ex arce cælo non turbido, nec procelloso, sed silenti, placido, sereno, & puro aëre lituum sine nodo, hoc est, baculum à summo inflexum in parte, qua robustior est, manu tenebat. (Vide lit. V.) Erat is insigne augurale, quo cæli regiones describebant, & designabant metas, intra quas se observaturos signa constituerant, ut quod dextrum esset, quodve sinistrum oculis animoque metiri possent. Manu enim hæc spatia, quæ templa vocabantur, definire & notare, salvis Auspiciis non licebat. Verba, quibus *Augures* templa definebant, vel effabantur, extant apud *Varronem*, sed miris modis corrupta, quæ, uti *Joseph. Scaliger* emendavit, hic adscribam. Concipitur templum, inquit *Varro* [lib. 6. de *Lingua Lat.*] non iisdem verbis usquequaque: in arce autem sic, TEMPLA. TESQUAQ. INCITA. SUNTO. QUO. AD. EGO. CASTE. LINGUA. NUNCUPAVERO. OLLA. VETER. ARBOR. QUISQUIS. EST. QUAM. ME. SENTIO. DIXISSE. TEMPLUM. TECTUMQ. ESTO. IN. SINISTRUM. OLLA. VETER. ARBOR. QUICQUID. EST. QUOD. ME. SENTIO. DIXISSE. TEMPLUM. TECTUMQ. ESTO. IN. DEXTERUM. INTEREA. CONCRETIONE. CONSPITIONE. CORTUMIONE. UT. EIQ. RECTISSUME. SENSI. Hæc *Varro* ex emendatione *Scaligeri*. Captato igitur prospectu in agros, atque Urbem, & conversa facie in ortum, regiones ab Oriente in Occasum terminabat, limite decumano. Et cardine ex transverso signo metato, quo oculi ferent quam longissime. Ex distinctis regionibus antica in Ortum vergebat, postica à tergo Occasum, dextera Meridiem, Boream sinistra respiciebat. His peractis cæsa victima, longum prætatus carmen, preces effundebat, quibus signa illarum rerum, quas S. P. Q. R. meditabatur, poscebat: & ne inter precandum forte ritubaret, aut hallucinaretur, vel aliquid omitteret, aliquo præeunt: repetebat. Utebantur autem inter precandum his fere verbis: *Fovis pater, si mihi es auctor, Urbi populoque Romano Quiritium hæc sane sarteque esse, uti tu nunc mihi bene sponis, beneque volueris.*

A precibus confidebat velato capite, & duplici amictus toga augurali, quæ lena dicta est, vel trabea ex purpura & cocco, defixisque in cælum oculis, & attente sollicitæque circumspicendis, ac perlustratis cardinibus omnibus, expectabat, numquid alicunde ostenderet sese, & unde nasceretur ac prodiret: & si objiceretur avis aliqua, huc ne an illuc volaret, an prono, obliquo, supinove motu corporis ferretur: quo flecteret, contorqueret, porrigeret, contraheret membra: an hæc, vel in illa se parte occultaret: à dextrane, vel sinistra parte canerent oscines? Visis auspiciis surgebat è templo. Non autem satis erat unum *augurium* vidisse, nisi confirmaretur ex simili. Nam si dissimilia essent posteriora, solvebantur priora. Quod si post acceptum *augurium* ad aquam venisset, inclinatus hauriebat exinde manibus, & fufis precibus vota promittebat, ut visum perseveraret *auspicium*, quod aquæ interventu dirumpi credebatur. *Servius*.

Porro *Auguriorum* genera erant quinque, ex quibus auspiciandis rebus, continuandisve, aut abrum-


pendis



p. 200


p. 204

p. 209




p. 213


p. 213



p. 218



p. 214



p. 214

pag. 200



pendis accommodata præsenſio prænotioque futurorum eventuum peti putabatur. Eorum primum è cælo naſcebatur: alterum præbebant *aves*: tertium *pulli*: quartum *quadrupes*: quintum *dira movebant*. Ex cælo tonitrua & fulmina *auguria* dabant in hunc modum. Si aut lævum aut impari numero intoniſſet, aut ſi ex ortu emiſſa fulmina cœli circumactu in eandem partem rediſſent, quale *Sulla Dictatori* oblatum memorant: aut ſi in exortivas recurriſſent partes: vel ſi excuſſa nubibus à terra reſiliſſent, & crebris in ſublimi ignibus fulſiſſent: aut ſi fulgura à ſiniſtra ad dextram emicuiſſent, proſperos eventus, & ſummam felicitatem nuntiare hæc à Diis putabantur. Non enim tam adventus ſpectabatur fulminum, quam reditus, ſive ab ictu reſiliret ignis, ſive opere conſecto, aut igne conſumpto ſpiritus remearet. *Serena tempeſtate* tonuiſſe, hominesque, aut ædes ſacras de cælo tactas eſſe, inſauſti auſpicii fuiſſe, sæpe notatum eſt. Si ab *Occaſu* tonitrua increpitaiſſent, aut per *Septentrionem* in *Occaſum* tranſcurruiſſent, aut multiplicati ictu pari deſiſſent numero, diros eventus, & calamitates portendebant. Sic *Marco Craſſo*, caſtra, quæ trans *Euphratem* metatus fuerat, bis ictu fulmine cladem, quam paulo poſt perpeſſus eſt, designavère. *Paulo Emilio* ad *Amphipolim* ſacrificanti, fulmen cælo eliſum cum ſacra combuſſiſſet, Regni amiſſionem denuntiavit.

Diſtinguebantur *fulmina* & auctoribus, & uſu, ac finibus. [*Plin. lib. 2. cap. 52.*] Romani *diurna Jovi*, *nocturna Summano* (quem *Plutonem* dicebant.) [*Plin. lib. 28. cap. 2.*] attribuebant: & ea, quæ ſolus *Jupiter* ejacularetur, læta promittere, quæ habito Deorum concilio, adverſa munitari putabantur. Cumque quando vel ſolus, vel communicato conſilio *Jupiter* intonaret, in dubio eſſet: fulgetra adorare, & poppyſmatibus obſtrepere, conſenſum gentium fuiſſe, *Plinius* notavit.

Porro fulminum alia *bruta* erant, vanaque, quæ nulla ratione naturæ: alia *fatidica*, quæ ex alto, ſtatificque de cauſis, & ex ſuis venire ſideribus cenſebantur. Horum alia *conſiliaria* vocabantur, quæ negotiis cogitatis: alia *auctoritatis*, quæ decretis ac ſuſceptis iſdem ſuperveniſſent: alia *ſtatus*, quæ nec opinantibus conſuſſent. Alia item *publica*, alia *privata* notabantur: *publica* non ſupra triceſimum, niſi in deductione oppidorum: *privata* non ultra decimum annum, niſi in ſponſalibus aut natali die, *auſpicata* portendebant. [*Plin. lib. 2. cap. 52.*] Ex iſdem rursus quædam *poſtularia*, ſacrorum emendationem exigebant: quædam *peſtifera*, mortem intentabant: quædam *monitoria*, latentia aperiebant fata: quædam *auxiliaria* erant: quædam *hoſpitalia* ſeu *regalia*: quædam *peremptoria*, quæ fata præcedentibus designata fulgetris perimere credebantur. *Familiaria* prima ſiebant, familiam ſuam cuique adepto, & in totam vitam *fatidica* habebantur. [*Plin. lib. 2. cap. 54.*] Cumque in lucos pollutos crebriora, & quati ac vibrari & trajici fulmina *haruſpices* notaſſent, ea ut averterent, reliquias fulminis cum ſacrificio ſepelire, diſperſoſque ignes in unum cogere, & tacita prece terra condere ſolebant in loco, quem *bidental* vocabant. Thuſci in ſedecim cœlum partes diviſere, prima erat à *Septentrionibus* ad *æquinoctialem* exortum, ſecunda ad *Meridiem*, tertia ad *æquinoctialem occaſum*, quarta obtinebat quod reliquum eſt ab *occaſu* ad *Septentriones*. Has iterum in quaternas diviſerunt partes, ex quibus octo ab exortu *ſiniſtras*, totidem è contrario appellavere *dextras*. Ex his maxime dira, quæ in *Septentrionem* ab *Occaſu* porrigebantur, omninoque multum referebat, unde venirent fulmina, & quo ferrentur, atque excurrerent.

Secundo *augurium* præbuiſſe *aves* diximus. *Avium* aliæ erant *oſcines*, aliæ *præpetes*; *oſcines*, aves dicebantur, quæ ore canentes faciebant *auſpicium*, ut corvus, cornix, noctua: *præpetes*, quæ ſecundo volatu ante eum, qui auſpicabatur, volabant, & *auſpicium* faciebant. [*Agell. lib. 6. cap. 6.*] Et hæ quidem aut ſuperiora tenebant, & *præpetes* vocabantur: aut inferiora, & *inferæ* dicebantur. *Præpetes* autem ideo, quia omnes aves priora petunt volantes. Erant etiam aliæ *avium* differentiæ. Quædam enim dicebantur *ſiniſtra*, quæ ſinebant aliquid fieri. Quædam *funebres*, quæ averſo omine impediabant aliquid fieri. [*Servius in 2. Æneid.*] Et hæ aut *arcula* dicebantur, ab *arcendo*, quod arcerent, vel vetarent: aut *clivia*, quia difficilia vocabant *clivia*, aut *remores*, à *remorando*: aut *inebræ*, & *enebræ*, ab *inhibendo*: quo nomine omne obſtaculum intelligebatur: aut alteræ aves, cum alteræ ſuperveniſſent, quæ felici auſpicio vitium facerent: aut *volsgræ*: quæ ſe vellendo malum auſpicium faciebant. *Supervacaneæ* erant, quæ ex ſummo acumine vocem emittebant. Ex *præpetibus* erant *aquila*, *vultures*, *buteones*, *ſanqualis*, *immuſculus*, & aliæ. *Picus* autem *Martius*, *Feronius*, *Pavra* & in oſcinibus, & in *præpetibus* habebantur.

*Aquila* ſi dextra parte advolarent, ſive patulis & porrectis perſtreperent alis, omen futuri boni certiffimum præbebant, *Homero* teſte. *Ariſtander* augurio aquilæ trajicientis in hoſtes, *Alexandrum* victorem portendit ante conſiſtum. Cum *Tarquinio Priſco aquila* pileum detractum capiti vexiſſet in ſublime, moxque repoſuiſſet, regnum ei ominatum ferunt. [*Dionyſ. lib. 3.*] Foetus aquilarum implumes à vulturibus roſtro pedibuſque à paſtu abacti, & raptati, concerptique cum ipſis nidis, *Tarquinio Superbo* exilia portenderunt, ac regni amiſſionem. *Faculum* de ſatellitum manibus roſtro extortum & dejectum in profundum ab aquila, *Dionyſio Syracuſano* regnum abrogavit, & diras incuſſit calamitates.

Duodecim vulturum numerus *Romulum* condentem Urbem, de tempore durationis monuit. Sæpe tamen *vulturem* in ædem *Jovis* aut Deorum volaſſe, prodigii loco habitum eſt. *Vultures*, *corvi*, & *aquila* ſi coiſſent, conſiſtus & cædes indubias denuntiabant. *Ciconia* concordiam ferebant. Ex *accipitrum* genere *circi* nuptias, & rem pecuariam fortunabant. *Buteones*, quos *τρίχαις* vocant, à numero teſtium, & *ſcalcones*

nes futuri maximi boni spem certam, si apparuissent, faciebant. Dario conspectus accipitrum, duo paria vulturum vellicantium, spem de regno Persico injecit, quo, conjuratis supplicio affectis, esset potiturus. *Miloi* diri semper, inauspicatique fuere ominis, sicut & *incendiaria avis*; Ea quæ sit, nec invenitur, nec traditur: Quidam ita interpretantur, eam *incendiariam* esse, quæcumque appareret, carbonem ferens ex arboribus vel altariis, alii *spinturnicem* eam vocant: sed & hæc ipsa quæ sit, nescitur. [Plin. lib. 10. cap. 13.]

*Picus Martius & Iulianus*, atque inter *ardeolas* illa quam *λευκὸν πέλλον* vocant. [Plin. lib. 10. c. 15.] si ad Austrum volatu contenderet, aut Septentrionem, prospera felicitate decernere, & omni periculorum metu solvere existimatum est. *Pici Martii* præcipue *Latii* fuerunt in auguriis, à Rege qui nomen huic avi dedit. Cum in capite Prætoris urbani *L. Tuberonis* in foro jura pro tribunali reddentis, *Picus* sedisset ita placide, ut manu prehenderetur, responderunt vates, exitium imperio portendi, si dimitteretur: si exanimaretur, *Prætori*. Ille autem protinus concepit, nec multo post prodigium implevit.

*Hirundinum* circumvolitationes decubitusve, aut incessus infausti habiti. Earum conspectus *Dario* in Scythas cum exercitu proficiscenti interitum: confessus vero in *Pyrrhi* tabernaculo & nave *Antonii*, funestas utriusque clades attulisse creditum fuit.

*Columbam* angurium designare felix *Homero* placuit. Præposteros aut vespertinos *gallorum* cantus optimi eventus signa aliqui notavere. *Gallinarum* cantus nunquam exaudiri, nisi quando dirum aliquid immineret. *Corvi* inauspicatæ garrulitatis aves, à dextra, ut *cornices* à sinistra, spes non ambiguas: si ab *Ortu* occiderent clara voce, præsentem felicitatem significabant. Ab *Occasu* vel *læva*, si proclamarent, aut glutirent vocem, velut strangulati, exitium apportabant.

*Corvi* discerptos devorantes pullos, reliquiasque deferentes in nidum, ante civile bellum inter *Syllam* & *Marium*, quo plurimo depugnatum est sanguine, visi, & crudelitatem, qua in sua illi sævierunt viscera, portendisse judicati sunt. Eadem aves *Alexandro* Babylonem ingressuro, & *Ciceroni* vitaturo insidias ab *Antonio* structas, garritu strepituque ingrato impendens periculum & ærummas extremas minitatur fuit.

*Bubo* funebris, & maxime abominatus, publicis præcipue auspiciis, noctis monstrum nec cantu aliquo vocalis, sed gemitu, si in urbibus, aut omnino in luce viseretur, dirum ostentum præbuit. Cum *Sexto Papellio Istro*, & *Lucio Pedonio* Consulibus cellam Capitolii *bubo* intrasset: eo anno Nonis Martiis Urbs lustrata est. Idem factum *Luc. Cassio*, *C. Mario* Consulibus, *bubone* viso. Privatorem si domibus insedisset, aut si taceret, non semper feralis compertus, utpote qui *Agrippa* captivo Judæor. Regi regnum promississe putabatur. *Bubonis* vox audita anno Urbis DCXC. & insequentis exercitus Romani oppressionem ad Numantiam portendisse credita est. Rursus, visus non auditus *bubo* felix omen attulisse judicatus est aliquoties.

*Noctua* si volasset, victoriam nuntiare: si sereno cecinisset, turbare aërem: si tempestate occideret, serenare observatum est. Hæc cum in hasta *Pyrrhi* Regis, contra Argos euntis confedisset, factum illi & discrimen extremum portendit & attulit. Ante Pharsalicam pugnam *apes* aræ insidentibus, & in navibus conspectæ, *Dioni* & *Pompejo Magno*, cladem paulo post secutam prænotarunt; idcirco cum in Bruti exercitu *examen apum* procubuisse, haruspices castra mutare eum jusserunt, ne in hoc loco damni aliquid & detrimenti acciperet. Cæterarum etiam avium & insectorum volatus multiplici discrimine in omina conversa sunt. *Chalcas* apud *Homerum*, ex *passerum* numero belli Trojani annos auguratur. De *tripudio* pullorum post dicam, capite peculiari.

Ex quadrupedibus *lupos*, *vulpes*, *capras*, *juvencas*, *asinus*, *arietes*, *lepores*, *mustelas*, *mures*, omina movisse & *auspicia*, quæ *pedestria* dicebantur, compertum est. *Lupus* si ad dextram commearet pleno ore, prosperæ & magnæ rei argumentum putabatur. *Lupos* castra introiisse, & laceratis obviis intactos abiisse, exercitibus cladem portendisse: eisdem, si in foro Romano visi essent, & incolumes evasisent, oppressionem Urbis, aut alia designasse pericula animadversum est. *Romanis* coloniam in Lybiam ducturis, *C. Graccho* Tribuno plebis legem rogante, cum *lupus* metas aggeri definitas subruisset & dissi-passet, fecit ut à proposito desisterent. *Cerva* à lupo fugata, cum inter duas acies illæsa evasisset, Romanis victoriam addixit. Adeo inauspicatus *luporum* in Urbe conspectus habitus est ut, quotiescunque viserentur, sive oppressi insectantium industria interficerentur, sive evaderent, semper Urbis solemnibus lustratione expiaretur, qua averti atque depelli calamitates, quas apportassent *lupi*, credebantur. *Examina apum*, quæcumque se dimisissent, polluere & infortunare locum credita sunt: quare quoties in Urbe comparuerunt, lustratam Urbem ex *Sibyllinis* institutis legimus. *Bovem*, si loqueretur (quod sæpe compertum est) Urbem læsi Numinis ream peragere, & lustrationem Urbis exigere censuerunt Romani. *Agmina* etiam *locustarum* anxia semper ac sollicita procuracione eorum, quæ ad placanda facerent Numina, depulerunt. *Mulam* gemellos peperisse, aut *leonem* conspectum, aut ab *asino* laceratum esse *leonem*, aut *mures* derossisse aliquid, tristis dirique fuit ominis, & magni terroris. Suburbana *colubris* plena, & equi ab illis depasti, præfagierunt *Cræso* Lydororum regi, fore, ut regnum ab exteris subigeretur.

*Dirarum* nomine complector tum ea, quæ in nostris fiunt corporibus, aut iidem alioquin accidunt insolite; tum quæ in domibus, agris, itineribus, quocumque modo præter rationem & morem eveniunt atque objiciuntur.

*Leporem* iter ineundum transverso saltu velut diremisse, aut foetam *vulpem*, vel prægnantem *canem* ob-



obviasse, aut *serpentem* commeantium iter interrupisse, aut procidisse, aut offendisse pedibus, aut lacinia adhaesisse, aut subito contituisse, aut expavisse, vel defecisse viribus absque manifesta causa, aut spectra conspexisse, aut circumfusas, aut scintillantes flammæ, aut risus, gemitus, compellationem sui exaudivisse, & quidquid fuit hujusmodi, infortunata prælagire, & infesta itinera creditum est. [*Plin. lib. 28. cap. 2.*] Mulieres per itinera ambulantes torquere fusos, aut omnino detectos esse, spei omnium præcipueque frugum adversabatur. Introire in ædes atrum alienum canem, anguem per impluvium decidere de tegulis, infaustum erat utrumque. [*Terentius in Phormione. Plin. lib. 28. cap. 2.*]

*Mustela* conspecta, aut *serpens*, erat, salinive eversum, dispersi cineres, oleum effusum, aut mel, si quid à muribus esset corrosum, quod de sua Platonis politia Cicero annotavit: Si cibus prolaberetur, si incendia nominarentur inter epulas, aut sub mensas aquæ profunderentur, recedente aliquo ab epulis simul verri solum, aut bibente conviva mensam vel repositorium tolli, aut repente conticescere convivium, inauspicatissima erant. Revocari sternutamento mensas & fercula, inter diras erat. Ita si tigna genuissent, aut crepassent mensæ trabesque, dira portendebant.

*Vinum effudisse*, aut vino vestes inquinasse, bonæ fortunæ signum erat.

Si vibrata salitione in suetum alter oculorum, dexter vel sinister palpitaret: si concuterentur, ac veluti exilirent, aut trepidarent muscoli, humeri aut femora: si prurire pedes inciperent: si inæquali vibratu cohorresceret cutis: si tinniret alterutra auris, aut insolitum striderent dentes: si sternutationes pari imparive numero crebræ vel raræ fierent: si vagis incertivæ motibus huc illuc membra jactarentur: si membra obrigescerent subito, velut stupore affecta, aut titubaret, vel insisteret lingua, mali erant ominis.

Voces etiam vel ex occulto missæ, vel responsi instar redditæ, suspiciones sæpe de variis moverunt eventibus in utramque partem. Sæpe *veridica exaudita voces* in rebus turbidis, & tanquam monita Deorum acceptæ sunt, qualem ex luco *Vesta* exitisse memorant, non multo ante captam à Gallis *Urbem*, ut muri & portæ rescicerentur: futurum enim, nisi præstitum hoc, atque effectum esset, ut *Urbs* caperetur. *Latratus* canum, ejulantium gemitus imitantes, & *noctuarum ululatus*, diri semper fuere ominis. *Equos* hiinnitu alacriore & ferociore fremitu victoriam ominari prælia ininituris, etiam nunc militibus persuasum est.

Cum maxima *Urbs* clades perpeffa esset, & ancipiti contentione agerent Patres, an relicto solo patrio, *Vejos* migrarent? vox *Centurionis* audita, *Hic manebimus optime*, retinuisse in Urbe cives & confirmasse fertur. [*Livius lib. 2. Extrem.*] Hostilio Mancino Consuli Romano, anno Urbis DCXVII. consensuro navem & *Numantiam* petiuro, vox objecta de improvviso scribitur, *Mane Mancine*: paulo post devictus ipse & *Numantinis* deditus est. *Crasso* in Parthos ituro, qui *Cauneas ficus* venales clamabat, omen illud innuit, quo paulo post fortunis expoliatus omnibus, fama, vita & exercitu amissis, interiit. *Neronem* paucis diebus ante mortem vox è *Mausoleo* reddita appellavit: *Augustum Casarem* supremo digressu ab Urbe vox temere emissa monuit, non amplius eum Romæ futurum. *Cassio & Bruto* proditoris in aciem, *Ethiops* obvius eventum pugnæ præsignificavit. Quin etiam ab ovibus & piscibus auguria perebant veteres, uti *Plinius & Plutarchus* docent. Sed sufficiant ista hoc loco. Plura ex veterum monumentis magna cura & diligentia acquisivit *Alexander Neapolitanus*, & eum secutus *Gasparus Peucerus* in suis doctissimis Commentariis de Divinationum generibus, quæ videri & consuli possunt.

## CAPUT X.

## De Pullariis &amp; Tripudiis.

**P**ullarii à pullis dicti sunt, teste *Cicerone*, qui in 2. de Divinat. sic scribit: Attulit in cavea pullos, qui ex ea nominatur *Pullarius*. Hic cavæ pullorum curam agebat, è quorum pastu auguria *Augures* captare solebant: quæ quoties ossa, quæ pullis dabatur, aliquo modo cadebat in solum, *tripudia solistima* dicebantur. Ita *Festus*. Puls potissimum dabatur pullis in auspiciis, quia ex ea necesse erat aliquid decidere, quod *tripudium* faceret, id est, *terripavium*. Pavire enim ferire est. Captabantur autem auguria ex pullis hoc modo: Quotiescunque de inchoanda re quapiam, exequendaque, Deorum per pullos sensa placitaque exploratum ibant (oportebat autem id fieri summo mane, & primo diluculo) imperato de more silentio, pulsem illis aut ossam cavea reclusa objiciebant. Quod si ad oblatam escam mox pulli è cavea non profilirent, aut serius egressi, vel non attingerent eam, vel alarum planctu dissiparent, vel relicta esca oberrarent, aut occinerent, aut prorsus non vescerentur, vel avolarent penitus, omen præ se ferebant magni terroris & sollicitudinis, eventusque tristissimos, & *pullarius* exitum animo præmetiens, ne quid molirentur, sed vel desisterent ab incepto, vel differrent deliberationes, vel mutarent hoc prorsus, quod præ manibus erat, hortabatur. Quod si pulli mox prouerent cum impetu, certatimque in escam involarent, & avidè depascerent, ita ut vescentibus illis aliquid ex ore relaberetur, & terram paviret, quod *tripudium* faceret *solistimum*; inde spe hausta mirifica *pullarius*,

ut constanter fortiterque coepa negotia urgerent, jubebat, & successus optatos, ac prospera à Diis omnia spondebat. *Cavea & pullorum* hæc icon in antiquis monumentis cernitur: ut in Fig. notata litera X.

Solebant autem, ut Cic. lib. 2. de Divinat. ait, in auspiciis apud veteres adhiberi non passim omnes, sed hi tantum, qui essent periti. *Peritos* enim oportebat esse eos, qui quid silentium foret, intelligerent. *Silentium* id in auspiciis dicebatur, quod omni vitio careret. Rogabat hinc *Augur*, an adhuc *silentium* esset; respondebat statim *pullarius*, silentium sibi esse videri. Tum ille, si aves pascerentur, petebat, aut ubi, non, quod ad auspicia pertineret, utrum pascerentur, necne *pulli*, quos *pullarius* attulisset? sed quia, cum pascebantur, necesse erat aliquid ex ore decidere, & terram pavire, ex hoc *terripavium* primo, post *terripudium*, deinde *tripudium* est dictum. Cum igitur offajam ex ore pulli deciderat, tum auspicanti *tripudium solistimum* nuntiabatur. Extabat decretum Collegii *Augurum* vetus, avem omnem *tripudium* facere posse. Hunc augurandi modum *Claudius* 1. bello Punico & 2. *Flaminius* derisere. De P. Claudio *Valerius Maximus* lib. 1. cap. 4. sic scribit: P. *Claudius* bello Punico primo cum prælium navale committere vellet, auspiciaque more majorum petisset, & *pullarius* non exire cavea pullos nuntiasset, abjici eos in mare jussit, dicens: *Quia esse nolunt, bibant.* Et L. *Funius* P. Claudii collega, neglectis auspiciis classem tempestate amisit. Quorum ille populi judicio concidit, damnationisque hic ignominiam voluntaria morte prævenit; cujus meminit etiam *Polybius* lib. 1. *Cicero* lib. 1. & secundo de Divinatione, & lib. secundo de *Natura Deorum*. De *Flamini*o vero *Livius* lib. 22. scribit, quod is, cum *tripudio* auspicaretur *pullarius*, diemque committendi prælii propterea differret, ex eo quæsierit, si ne postea quidem pulli pascerentur, quid faciendum esset, cum ille quiescendum censeret, dixerit ei: *Præclara esse auspicia, si esurientibus pullis res geri, saturis autem nihil geri possit*: signa itaque convulserit, atque pugnaverit ad *Thrasimenum*, & cum xv. Romanorum millibus ab *Hannibale* cæsus fuerit.

Quod si *pullarius*, quæ Dii divulgata voluissent, dissimulasset, aut veteratorie suppressisset, idem contrahi nefas credebatur, ac si quæ oculenda & tacita ferenda erant, palam fecisset. Si vero mentitus fuisset, aut omine conficto, aut eo, quod ostensum esset, subdole & fraudulenter depravato, & in contrarium detorto, sensum non illi, qui consulebat, fraudi esse, sed in auctoris retorqueri caput censebatur, cujus rei exemplum refertur à *Livio* libro decimo, ubi *pullarius* mentiri ausus, & *tripudium solistimum* Consuli *Papirio* nuntians, paulo post patefacta fraude ab altero *pullario*, in initio pugnae emissio temere pilo ictus cecidit, & sui mendacii poenas dedit. Porro quia de *tripudiis* dixi, addendum & hoc est, fuisse etiam *tripudium sonivium*, de quo ita apud *Festum* legendum docet *Josephus Scaliger*: *Sonivio* significat in carmine *Saliari*, item in commentario *Augurali*, sonanti. *Sonivium tripudium* dicitur, ut ait *Pulcher*, quod sonet, ut cum pullo excidit puls, quadrupede aliquid ex ore. *Servius* ad illud *Virgilii*: *Tremere omnia visis repente*. Hoc *augurium*, inquit, juxta auguralem disciplinam dictum est, quod appellatur *tripudium sonivium*: id est, à *sono*. Ad quod pertinet, si arbor sponte radicibus cadat, si terra tremat, quod hic *Æneæ* factum ostendit, antequam voce divina responsa perciperet. *Plinius* libro decimo quinto, cap. vigesimo secundo etiam ejus meminit his verbis: Quæ causa eas (de nucibus juglandibus loquitur) nuptiis fecit religiosas, tot modis sætu munito, quod est verisimilius, quam quia cadendo *tripudium sonivium* faciunt.

Meminit *Festus* & *tripudii oscini*: *oscinum*, inquit, *tripudium est*, quod oris cantu significat quid portendi, cum cecinit *corvus*, *cornix*, *noctua*, *parva*, *picus*. Atque hæc etiam de *pullariis*, de *auguriis*, quæ ex pullis captarentur, & *tripudiis*. Restant de *aruspiciis*, *aruspicina*, & *extispicio*, quædam, de quibus capite sequenti.

#### AD CAP. X. PARALIPOMENA.

##### De solistimo tripudio, ejus præfectis. Gallorum gallinaceorum pugnacitas.

ET istud genus divinandi maximæ auctoritatis habitum, quum pullos cavea inclusos vesci juberent, non quidem *pullarii* seu custodes pullorum, sed magistratus ipsi, sive urbici, sive militares. De his *Sueton.* *Tiber.* cap. 2. *Apud Stiliam non pascentibus in auspicando pullis, ac per contemptum religionis mari demersit, ut biberent, quando esse vellent, prælium navale inivit* (*Claudius Pulcher*) *superatusque est.* *Jul.* *Obsequens* prodig. cap. 83. cum *Lanuvii* auspicarentur, pulli è cavea in silvam *Laurentinam* avolarunt, neque inventi sunt. Et semper exercitus sequebantur hi *pullarii*, locum prope signa in mediis castris habebant, intrantibus vallum ad manum levam, quem *augurale* appellabant, ut observat *J. Lipsius* ad l. 2. *Annal.* C. *Taciti*; sub principium, ubi frustra alii legendum putant, *nocte capta egressus Augurall.*, *Augurali* enim placet. *Sil. Italic.* l. 5. *Punicor.*

Tunc ales, prisum populis, de more, Latinis Auspicium, cum bella parant, mentisque deorum Explorant super eventum, seu præfata luctus, Damnavit vesci, plautique alimenta resugit.

Et eodem libro paucis interjectis:

- - - Tunc signa sequentur

Nulla vulsa manu, vestique interventus ales Gandeat.

De urbicis magistratibus *Aurel. Prudent.* in Romano *Martyre*:

Cum consulatum initis, ut verne solent,

Pudet fateri, farre pullos pasctis.

Utrumque conjunxit C. *Plinius* l. 10. c. 21. *Ut plane digna alii tantum honoris præbeat, (C. in MS. perhibeat) Romanis purpura, horum sunt tripudia solistima, hi magistratus (alii magistros) nostros quotidie regunt, domosque ipsi suas claudunt, aut referant, hi fasces Romanos impellant, aut retinent, jnbent acies, aut prohibent, victoriarum omnium toto orbe partarum auspices, hi maxima terrarum imperio imperant.* E pullis itaque gallis desumpta auguria, quod omnium animalium ii sint pugnacissimi: notat

Com-

Conradus Rittershusius ex Polybio lib. 6. & Philone Judæo. Achmes Seirim Oneirocrit. c. 295. Ὅτι μάχηςτο μετά ἀλεκτρούνης, pugnatæ cum gallo gallinæo. Artemidor. lib. 3. cap. 5. Ἀλεκτρούνης δ' οἱ μάχης, εὐδαιμονία καὶ φιλοτικῶν μόνον οἷσι σημαίνονται. Galli vero pugnaces, seditionum & contentionum sollemnem significatiui sunt. Id vetustissimum; nam gallinæi tonforis Mida aduersus Callia penosis ac rostro, ipsestante Socrate, pugnant. Diogen. Laert. lib. 2. Eratque Athenis certamen gallorum, cuius auctor fuit Themistocles. Elian. var. hist. l. 2. c. 28. Μετά τὴν κατὰ τῶν Περσῶν νίκην Ἀθηναῖαι νόμον ἔθεντο, ἀλεκτρούνης ἀγωνίζεσθαι δημοσίᾳ ἐν τῷ θεάτρῳ μίαις ἡμέραις. Post relictam de Persis victoriam Athenienses legem posuerunt, ut galli gallinæi quotannis uno die certamen in theatro inirent. Id a Themistocle institutum, cum maxime cum Persæ superati fuerunt, ut restaret veluti de devictis tropæum. Nam avis ista è Perside primum in alias regiones transmissa est, ut narrat Athenæus l. 14. Dipnolophist. cap. 25. & à Syris divinum cultum obtinuit. Lucian. lib. 16. de Syria dea. De ejus pugnantitate Oppian. Cilix. Cyneget. l. 2. v. 189.

Ὅτι δ' αἱ θύραισι ἀλεκτρούνηςσι μαχονται.

Ut semper impetiosis gallinæis bellatoribus.

Pindar. Olympico. od. 12.

Ἐνδεμάχας ἀπ' ἀλέκταρ.

Domus pugnans velut gallinæus.

Phile de Animal. propriæ. cap. 12.

Ἀλεκτροῦν μὲν τοὶ γυναικῶν τὴν μάχην

Σαργάτε καθαῖρας, καὶ σοβῆ, καὶ τίρπιται.

Νικήμενος δὲ μετράζει σαργάτας,  
καὶ ἢ σιαπῶν ἰσαριθμῶσιν χέρον.

Verit Georgius Berfinannus:

Vitor duello, voce gallinæus,

Gestusque fastum prædit insolentia,

Sed victus idem se gerit remissus,

Latusque paululum tenet silentia.

Ob id Marti gallum sacravit antiquitas. Præter Mythologos Aristophanes in Avibus:

Ὅστις ἀφ' ἡμῶν τῶ γένος τῶ Περσικῷ

Ἄσος νεοτῆος ἢ νεοτῆος διαποτα.

Verit Andreas Divus Justinopolitanus:

Aviis à nobis genere Persico

Martis pullus, è pulle domine, id est, dominator.

D. Aufon. in Griffo Ternarii:

- - - Ter clara instantis Eoi

Signa canit serus depresso Marte satelles.

Revertor ad solitimum tripudium, verbalolemia in eo capienda sunt, *amunare*, ut ex superioribus patet, & *addicere*, & *damunare* quidem in sinistro præfatio tristitique evenu, *addicere* in fortunatis prosperisque auguriis. T. Liv. Decad. 1. l. 1. Cum omnium sacellorum inaugurationes admisterent aves, in Termini templo non addicere. Et 3. Decad. lib. 10. Fabio aspicianti priusquam egrederetur à Tarento, aves semel atque iterum non addixerunt. Ovid. lib. 15. Metamorph. Fab. 50.

- - - Certant ita dicere sortes.

Legendum est omnino:

- - - Certant addicere sortes.

## CAPUT XI.

## De Haruspibus, Haruspicina, &amp; Extispicio.

**H**aruspices à victimis in ara aspiciendis, dici, quia postquam hostia immolata est, inspectis extis futura prædicant: unde *extispices* appellantur, ignotum non est. Cum igitur distincti ab *Auguribus* sint, proprium eis caput attribuimus, quo quid notatu de iis dignum est, trademus. A Romulo primum sunt instituti, teste *Dionysio* libro 2. Primum autem *haruspices* omnes *Hetrusci* fuerunt, in quorum patria hæc disciplina maxime viguit. Hinc est illud apud *Cic. lib. 2. de Legibus: Prodigia, portenta ad Hetruscos & haruspices, si Senatus jussit, deferunt.* Et huc spectat, quod *Livius* lib. 5. refert: *Prodigia interim multa nuntuari, quorum pleraque, & quia singuli auctores erant, parum credita, spretaque, & quia Hostibus Hetruscis, per quos ea procurarent, haruspices non erant, &c.* Postea vero Senatus decrevit, ut Principum filii sex singulis Hetruriæ populis in disciplinam traderentur, teste *Cicerone* libro primo de Divinatione: id quod & *Valerius Maximus* lib. 1. capite primo confirmat: qui tamen non sex docet, verum decem Principum filios mitti solitos in Hetruriam. Verba ejus sunt: *Tantum autem studium antiquis, non solum observanda, sed etiam amplificanda religionis fuit, ut è florentissima tum & opulentissima civitate decem Principum filii Senatusconsulto singulis Hetruria populis, percipiendæ sacrorum disciplina gratia traderentur.* Hæc ille. Quo in loco, quemadmodum & apud *Ciceronem*, non sex, vel decem, vel duodecim legendum esse censet *Henricus Glaveanus*: ut cum duodecim Hetruria populi fuerint, singulis unus fuerit traditus. Huc lex illa *Ciceronis* pertinet: *Hetruria Principes disciplinam doceto.* Fuit igitur *haruspicum* officium, victimas in ara inspicere, considerare, & ex iis futura, arte Dæmonum divinare, qua de re libet nonnulla hic annotare. Considerabant *haruspices* aut hostias ipsas, priusquam jugularentur: aut earum, postquam dissectæ erant, exta; aut flammam, quæ ex incensis & ardentibus evolabat victimis: aut farinas, vel farinæ materiam, ex quibus liba pinsebantur, & molæ: aut thus, quod adolebatur: aut vina & aquas.

Primum in vivis adhuc victimis dum producerentur, aut consistenter ad aras, & tractarentur sacrificantium manibus, observabant indicia & notas futurorum. *Mali ominis erat*, si victima ductorem non sponte sequeretur, sed vi trahenda esset: vel si ex ducentium manibus sese proripuisset, si profugisset: vel elapsa ictum sefellisset: vel percussa aut exillisset altius aut horridius exclamasset, aut non statim, & quidem placide concidisset: vel si semianimis provoluta in terram, eandem pedibus calcitrasset importunius: vel difficulter expirasset: vel jugulata non copioso diffuxisset sanguine: vel si inter jugulandum ariste aliquid infausumve oculis auribusve occurrisset. Signa hæc offensi & alienati numinis, pœnasque munitatis esse putabantur. Contra *lati ominis* indicia & faventis Dei testimonia adferebat, cum emissâ ad aram sponte acceleraret, & sine tumultu ictum perferret, collapsaque placide, sineque deformi strepitu, aut pedum comploione animam exhalaret, & confossa tandem copiosum spirantemque &

cum impetu stridoreque prorumpentem effunderet cruorem. Talem *lati*, & cum gratulatione acclamationeque excipiebant: ad alterius conspectum expavescabant, & animis consternebantur, moxque & trepide suspectas aras adibant, ritusque absolvebant cæteros, & sollicite, qua ratione offensum numen reconciliarent, deliberabant. Deinde in disiectis jam victimis, ex signis salubribus noxiisque, ex habitu coloreque extorum & fibrarum, defectu aliquorum particularum in præcipuis organis, aut præter naturam adnatis, collectivæ ex humorum adfluxu abscessibus, sumebant conjecturas de eventuum conditione, & in quam partem numen, cui adornabatur sacrificium, inclinatum esset ac propenderet. *Extæ* autem dicebantur, quod ea Diis profecarentur, quæ maxime extarent eminentique, qualia erant *jecur*, *pulmo*, *lien*, *cor*, *præcordia*, *renes*, & *lingua*, &c. in quibus præcipuum erat *jecur*. Ab hoc igitur contemplationem extorum inchoabant. Id si grata & nativa purpura ruberet, nullaque esset contaminatum labe: vel si *caput jecinoris* auctum duplicatumve, aut *geminum jecur* reperiretur: vel si *extrema fibra* versus interiora replicata, aut convoluta viserentur: hæc eximie felicitatis argumenta certissima dare, & magnas accessiones, potentie amplificationem, prolationem finium, triumphos, summa dignitatum fastigia designare augurabantur. Constitutis etiam in *hepate* geminis capitibus, unum hosti, alterum illi, in cuius gratiam instituebatur divinatio, destinabant: alterutrum eorum si vel corrugatum emarcuisset, vel colorem habitumque suum quovis modo mutasset: *ruinam* aut *inclinationem*, adversaque omnia minitari: si velut inflatum, atque distentum intumisset, & florido enituisse colore, motuque alacri & continuo micasset, *victoriam certam* spondere, & *successus* felicissimos illi putabatur, cujus nomine cædebat. Si vero aut obstum ulceribus pustulivæ, aut livore deforme, aut duritie contractum, corrugatumve abscessibus, aut humoribus vitiosis imbutum esset atque obstructum: vel in sua non conspiceretur sede, sed aut à præcordiis avulsim subfedisset, aut permutatis fedibus, lienis locum occupasset, illo in dextram regionem translato, aut procidisset in interiora: vel si contabuisset, aut alioquin gracilius justo, aridiusque appareret: vel si totum defuisset, aut solo caruisset capite. Denique si inter coquendum purulentam inquinaretur sanie, aut ad eum exaresceret modum, ut inter exta non emineret, aut colligatum dissolveretur in pulvem: hæc *piacularia* esse, *funestaque*, adeo persuasum erat, ut secus accidere, atque de his demonstratum erat, nihil posse affirmaretur. Anno Urbis 1000xxvi. *Catoni* consuli immolanti exta emarcuerunt, & caput jecinoris evanuit. *Cajo principi* & *M. Marcello* jecur subito extabuisset annotatum est: quare prælio periisse existimatus est.

A jecinore *cor* inspiciebant: id si palpitaret, aut exiliret, aut flaccesceret, aut minus justo appareret, aut omni desitueretur pinguedine, aut coivisset in rugas, aut inter exta omnino non viseretur, *exitii*, *diræque* atque infestæ fortunæ omnia præbebat. Nam & *Julio Casari*, quo die purpurea veste processit, & à conjuratis interfectus est, *côr* bis in opimis bobus defecit; & *Cajo Mario* Uticæ immolanti. *Pertinaci Casari*, utriusque visceris, hepatis & cordis defectus in ea, quam ante mortem mactari iussit victima, interitum portendit. Si vero aut solito grandius, aut spissum glabrumque & humectum, nec flaccidum, nec ex ariditate in plicas rugasque contractum, inveniretur, aut si in summa basi largiore pinguedine vestitum foret, aut abriperetur ab aquila: *propitios hæc Deos*, & cæptis annuentes, flatusque secundos aspiraturos confirmabant.

Corde explorato, ad *fellis*, *lien*, *pulmonum*, & membranarum viscera ambientium considerationem se vertebant, si *κῶσι γολυδῶχο* geminam, qualem *Augusto* exhibiram ferunt, eo die, quo *Antonium* profligavit ad *Aëtium*: aut copiosa bile turgentem atque effluentem notassent, *acris* & *felicia prælia* expectabant. Si suo loco positum *lienem* sine pustulis, duritie, corrugatione, sineque alieno colore conspexissent, *felicia* propositæ rei ominabantur. Si contra in dextrum *lien* vergeret, aut antrorsum propenderet, aut reperet deorsum, aut notas alienas à natura sua haberet: Si exta ex sacrificantium manibus decidissent: Si viscera aut eruore sædius aspersa, aut livido fœdata colore, aut maculis variata forent: Si *peritonæum* ruptum alicubi hiaret, aut sanguine suffusum esset: si phlyctænis & ampullis pure aut falsilagine refertis scaterent intestina, aut lacerata essent intus, vel rupta ac divulsa: Si *dracones* inter exta serperent: Si fœterent viscera aut putrilagium redolerent: *fatalium* hæc, & jam *imminentium malorum* indicia erant, quæ pro conditione earum rerum, de quibus victimæ consulebantur, vates interpretabantur. *Pulmones bifidi* incisique, moras adferebant rebus, & cunctationes: simplices & solidi, mora rupta, continuabant rerum curricula, & executionem maturabant. Hinc sacrificiorum alia *Muta* erant, in quibus nulla inerant signa: alia *Arguta*, quæ conspicuas, & illustres notas exhibebant: alia *Regalia* vocabant, quæ vultum fortunæ & felicitatis pollicebantur. Et tanti faciebant has divinationes Romani, ut & libris describi rationem consulendi, eosque instar oraculorum custodiri publice, & in ea disciplina suos exerceri à teneris curarint liberos, nihilque moverint, aut cœperint, nisi sacrificiis diligenter perulstratis & examinatis. Affici enim victimas, notisque monitricibus eventorum subito seu consignari ab iis numinibus, quæ adessent coram vocata, & ritus spectarent, persuasissimum habebant.

Tertio *flammas in sacrificiis* considerabant, & ex iis futura divinabant hac ratione: Si admota *flamma* victimas statim corripere, & diffusa repente totas occuparet ac consumeret: Si tranquilla, pura perspicua & nitida, nullis infecta coloribus alienis, ut nigro rutilove, aut pallido: nec permixta vel for-

dibus, vel caligine fumivæ, sineque strepitu, & sine egestione, atque ejaculatione favillarum turbulenta, & crepitante, recto ductu turbinatæ pyramidis instar attolleretur & insurgeret: Sique non nisi tota victima depasta atque exusta moreretur: *placide* numen hostiam acceptare ac complecti, annuereque quæ requirebantur, conjiciebant: Si contra multo vix excitari statu posset, & cum exarsisset, non coiret, sed funderetur atque in hiatus dehisceret, nec in totam subito spargeretur ac penetraret victimam, sed viciniora sensim velut serpens lamberet, atque ustularet, nec recto ductu niteretur sursum, sed in vertiginis gyrosque convoluta, atram secum & densam everheret caliginem, aut reperet deorsum, aut dilaberetur ad latera, aut aliena nasceretur specie: Sique aut ventis disploderetur, aut restringeretur pluviis, aut insolitum crepitaret, & circumquaque multum eructaret ardentium favillarum: aut si palleret plus nimio, vel nigricaret, aut evanesceret sponte, priusquam tota conflagrasset victima: aut si intactæ aliquæ partes remanerent, & integræ: *lase infestique numinis* & sacrificium respicientis omen esse suspicabantur.

Scrutabantur & *fumos*, quos *vertigines* facerent, quantumque se attollerent, & quo motu, rectove, an obliquo, vel in orbem contorto, aut complicato, agglomeratione quadam in tortiles spiras: & quo redolerent nitore, alienove, an eo, qui ex carnibus ustis effumaret.

Quin & pice, quæ ex *tadis* colligitur, comminuta in pulverem, & hoc in ignem conjecto, futura divinabant, hoc modo: Si exardescens inde flamma coiret, nec dispergeretur, *fausta*: si divideretur, aut dissiliret, *infesta* designare credebatur. Si pugnantem, diductum in diversa, procumbentem in focum, crepitantem, *agris* malum, evanescentem *isdem* mortem minitari putabatur.

Ex incenso *thure* divinabant: Si ignis mox illud arroptum dissolutumque verteret in fumum, & suffitum cieret gratum, *lata*: si refugeret, aut odorem exprimeret inde fœdum & à natura thuris diversum, *abominandæ* ostendi putabantur. Meminit loci cujusdam *Dion* in historia Romana, quem *Nymphaum* appellat, in quo hoc modo ex suffito *thure* præcisa de omnibus rebus petita fuerint, præterquam de *morte* & *conjugio*. Tandem etiam ex vini consecrati ad libationes, & ex sacre aquæ, qua abuebantur & decoquebantur victimæ, *coloribus*, *sapore*, *motu*, *strepitu*, subitis mutationibus, argumenta eventuum colligebant, tum *molus*, & *libamenta*, & præcipue materiam eorum, ut *hordeum*, *far*, & inde confectas farinas, quibus victimæ conspergebantur, scrutabantur & expendebant. Sed quis omnia possit enumerare? Collegit hæc diligenter & erudite tractavit clarissimus vir D. D. *Gasparys Peucerus*, in suis de generibus Divinationum Commentariis, ex quibus ea desumpsimus. Extat apud *Agell.* exemplum perfidie *haruspicum Hetruscorum*, & eorundem pœna, unde versus ille scite factus & pueris decantatus sit: *Malum consilium consultori pessimum est.*

Unum adhuc, antequam ad aliorum *sacerdotum* considerationem accedamus, monendum videtur, quis auctor hujus disciplinæ fuerit? Celebrarunt autem *Hetrusci* universæ hujus disciplinæ auctorem, puerum, profissione terræ exaratum, nomine *Tagem*, qui ut ex *Hetruscorum* lib. 2. de *Divinat.* *Cic.* commemorat, cum terra araretur, & sulcus altius impressus esset, repente extitit puerili specie, sed senili prudentia, & eum affatus est, qui arabat. Ad hujus conspectum cum obstupuisset *bubulcus*, clamoremque majorem cum admiratione edidisset, concursus est factus, totaque brevi tempore in eum locum *Hetruria* convenit. Tum plura ille locutus multis audientibus qui omnia ejus verba exceperunt literisque mandarunt: omnis autem oratio fuit ea, qua *haruspicina* doctrina continebatur. Atque hæc de *Auguribus* & *haruspibus* hactenus. Progrediemur in instituta *sacerdotum* descriptione.

## CAPUT XII.

## De Tribuno Celerum.

DE *Tribuno Celerum* nihil hoc loco dicturus eram, nisi *Dionys. Halic.* lib. 2. monuisset, ipsum etiam quædam sacra peregrisse. Hæc enim ejus sunt verba: Tertiam sacrorum administrandorum partem *Numa Tribuno Celerum* tribuit, quem *Romulus* equitum, quos *Celeres* vocabant, Præfectum constituit, quos equites ac pedites Regum stipatores fuisse diximus. Nam & hi solemnia quædam habebant sacrificia. Hactenus *Dionysius*: præter quæ de sacris *Tribuni Celerum* nihil invenio.

## CAPUT XIII.

## De Curionibus XXX. &amp; Curione Maximo.

CURIONES à *curiis* dicti sunt: cum enim *Romulus* populum Romanum in tres *tribus* & triginta *curias* distribuisset, singulis *curiis* præposuit unum aliquem virum, quem *Curionem* dixit, qui sacra *pro curia* sua curaret. Hoc sacerdotium *Numa Pompilius* Rex 11. confirmavit: sic enim de eo *Dionysius* lib. 2. *Numa*, inquit, omnia, quæ ad religionem ac ceremonias pertinent, octo libris juxta totidem *sacerdotum* genera complexus est. Primus sacra triginta *Curionum* continebat, quorum erat publice

pro suis *curialibus* rem divinam facere. Hæc ille. *Curia* autem non tantum erant triginta illæ partes populi, sed sic etiam singularum earum partium ædes dicebantur, in quibus quæque *curia* sua sacra publica faceret, *serialisque* observaret. Ad hæc rite efficienda singulæ *curia* singulos *sacerdotes* habebant, qui *Curiones* dicebantur. Quia igitur triginta *curia*, seu partes populi erant, *Curiones* etiam tot fuisse necesse est. Hi singuli à singulis *curiis* eligebantur. Unus autem, qui reliquis omnibus præsidebat, & *Curio maximus* dicebatur, cuiusque auctoritate cæteri *Curiones* regebantur, omnium *curiarum* suffragiis, *comitiis curiatis* creabatur, uti alio loco pluribus ostendemus. Sacra, quæ in *curiis* fiebant, *curionia* dicebantur, & *curionum as*, quod dabatur *Curioni* ob sacerdotium *Curionatus*. *Festus*.

## CAPUT XIV.

## De Sodalibus Titiis vel Titiensibus.

Horum sacerdotum *Dionysius* & *Livius* non meminerunt. *M. Terentius Varro* lib. 4. de Ling. Lat. eorum meminit scribens, *Sodales Titiis* dictos esse à *Titiis avibus*, quas in auguriis certis observare sint soliti. Hi sacerdotes quando, & à quo sint instituti, incertum est: cum quia antiquissimi Scriptores id in suis monumentis non tradiderunt, tum quia *Tacitus*, qui duobus locis eorum meminit, non uno modo de iisdem scribit: jam enim tradit, eos à *Tito Tatio* Sabinorum Rege, à *Romulo* in Urbem Romanam recepto, mox eos non à *Tito Tatio*, sed à *Romulo* post *Tatii* obitum, in ejus honorem institutos fuisse. Verba *Cornelii Taciti* Historiarum lib. 11. sunt hæc: *Æces Augustales subdidere: quod sacerdotium, ut Romulus Tatio Regi, ita Cæsar Tiberius Julia genti sacravit.* Alibi vero ita scribit: [Lib. 1. 54. *Annalium.*] *Idem annus novas ceremonias accepit, addito Sodalium Augustalium sacerdotio, ut quondam T. Tatiis retinendis Sabinorum sacris Sodales Titiis instituerat.* Hæc *Tacitus*: quem si sequamur, conjicere possumus, *Titiis Sodales* non à *Titiis avibus*, uti *Varro* vult, sed à *Tito Tatio* ita appellatos esse, quemadmodum etiam *Titiensis tribus*. Libet tamen etiam addere, quæ de his *Adrianus Turnebus* Advers. l. 21. cap. 1. tradit. *Titiis* inquit, *Varro* dictos esse ait, à *Titiis avibus*: sed illæ aves cui hodie aucupi notæ sunt? Equidem esse neminem puto, qui eas magis cognoscat, quam *spinturnicem*, hominibus ignotam, ut censet *Plinius*. Et post pauca: *Vetus Interpres Persi* in illum locum, *Ingentes trepidare Titos*, à *titis Titos* vocatos dicit. *Servius* dicit *palumbes* vulgo appellari *tetas*. *Isidorus*, *Palumbes*, inquit, eo quod sunt fartæ pabulo, quas vulgus *tetos* vocat. An hæc sint *Titia* aves, intelligentioribus & doctioribus judicandum relinquo. Hæc ille. Eadem habet Commentario in *Varronem*.

## AD CAP. XIV. PARALIPOMENA.

## De Sodalibus Titiis, aliisque sacerdotibus.

Sacerdotia omnia ista pæne descripsit *M. Lucanus* l. 1. *Pharsaliæ* v. 595. cuius versibus adscribam:  
*Pontifices sacri, quibus est permissa potestas,  
 Turba minor sequitur ritu succincta Gabino,  
 Vestalemque chorum ducit vittata sacerdos,  
 Trojanam soli cui fas vidisse Minervam,  
 Tum qui fata Deum, secretaque carmina servant,  
 Et lotam parvo revocant Almonæ Cybellem,  
 Et doctus volucres Augur servare sinistras,  
 Septemvirque epulis festis, Titiisque sodales,  
 Et Salius lato portans ancilia collo,  
 Et tollens apicem generoso vertice Flamen.*  
 Fratres *Arvales* omisit, nisi forte de iis secundum versum intelligamus, quod non puto. De quibus est cap. 6. hujus libri supra, & mentio in vetusto marmore ex *Aldo Manutio Orthographiæ* pag. 25.

L. CÆSONIUS. C. F. QUIRINA. LUCILIUS. MACER. RUFINIANUS. COS. FRATER. ARVALIS. PRÆFECTUS. URBI. ELECTUS. AD. COGNOSCENDAS. VICE. CÆSARIS. COGNITIONES. PROCOS. PROV. AFRICÆ. XX. VIROS. EX. SENATUS. CONSULTO. R. P. CURANDÆ. CURATOR. AQUARUM. ET. MINICIÆ. CURATOR. ALVEI. TIBERIS. ET. CLOACARUM. URBS. LEGATUS. PROV. AFRICÆ. EODEM. TEMPORE. VICE. PROCONSULIS. CURATOR. R. P. SUESSANO.

RUM. PRÆTOR. KANDIDATUS. QUÆSTOR. KANDIDATUS. ELECTUS. IN. FAMILIAM. PATRICIAM. X. VIR. STIL. IUDICANDIS.

Quæ ideo plenissime exscripsi, ut intelligeretur, plectroque ex his magistratibus posse cum honoribus urbis conjungi & coherere. Adde & sodales *Titiis* plerumque adolescententes fuisse. Fragmentum lapidis antiqui.

Q. CÆCILIO. FEROCII. KALATORI. SACERDOTII. TITIALIUM. FLAVIALIUM. STUDIOSO. ELOQUENTIÆ. VIXIT. ANNIS. XV. MENSE. I. DIEBUS. XXIV. FILIO. OPTIMO. AC. REVERENTISSIMO. M. GAVIUS. KARINUS.

Et de *Septemviro Epulonum*, de quibus est cap. 28. hujus libri infra, succurrit hæc verus inscriptio, qua constat non modo cum honore civibus in urbe concedi consuevisse, sed & in castris, militantes eundem gerere solitos. Verba ipsius marmoris sunt apud *Omphium* in Urbe *Roma* pag. 64.

CN. DOMITIO. SEX. F. AFRO. TITIO. MARCELLO. CURINO. LUCANO. COS. PROCOS. PROVINCIÆ. AFRICÆ. LEGATO. EIUSDEM. PROVINCIÆ. T. VI. FRATRIS. SUI. SEPTEMVIRO. EPULONUM. PRÆTORI. LEGATO. PROVINCIÆ. AFR. IMPERAT. CÆS. AUG. PRÆF. AUXILIORUM. OMNIUM. ADVERSUS. GERMANOS. OMNES. DONATO. AB. IMP. VESPASIANO. CÆS. ET. T. AUG. F. CORONIS. MURALI. VALLARIA. AUREIS. HASTIS. PURIS.

## CAPUT XV.

## De Flaminiis in genere.

DE *Flaminum* sacerdotio dicturus, primum in genere, quoniam *Flamines*, & unde dicti fuerint, explicabo: deinde cum præcipua dignitas *Flaminis Dialis* fuerit, de eo, quæ passim reperiuntur recitabo, ad extremum de aliis *Flaminibus* verba faciam.

*Flamines* unde dicti fuerint, notum satis est, videlicet à *filo*, quasi *Filamines*. Sic enim *Terentius Varro* libro 4. de Ling. Latina: *Flamines*, quod licio in capite velati erant semper, ac caput cinctum habebant filo, *Flamines* dicti. Horum singuli cognomina habent ab eo Deo, cui sacra faciunt: sed partim sunt aperta, partim obscura. Sic *Servius*: *Flamines* in capite habebant pileum, quod cum per æstus ferre non possent, filo tantum capita religare cœperunt. Nam nudis penitus capitibus incedere nefas erat: unde à filo, quo utebantur, *Flamines* dicti, quasi *Filamines*. Cum quo facit etiam *Sex Pompejus Festus*. *Plutarch.* eos à *pileo*, *Pileamines* primo, post *Flamines* dictos putat. Sunt etiam, qui eos à sacris infulis *Flamines* dictos existimant, quas in capite gestabant, quæ ab antiquis *flama* dicebantur: sive à *flammeo*, quod genus est tegminis capitis: mulierum tamen potius, quam virorum. At hæc quidem de nomine eorum traduntur, ubi videmus plures inclinare in eam sententiam, quod à filo *Flamines* nomen acceperint. Et cum toties pilei *Flaminum* mentio fiat, non videtur alienum ab hoc loco, si descriptio ejus quoque addatur, quam habet *Joseph. Scaliger* in Conjectaneis in *Varro-nem*: Totus pileus, inquit, vel potius velamenta, *flammeum* dicebatur: unde *Flamines* dicti. Porro designabat in conum, unde *apex* dictus. Summum autem fastigium vocabatur *tutulum*. Addebatur virgula ex felici arbore, quæ in *Flaminibus* dicebatur *stroppus*, in *Flaminicis* *inarculum*. Totus apex filo laneo velabatur, dicebaturque *apiculum*. Ab hoc putat quasi *Filamines* dictos *Varro*: Infra mentum pertinebant *amenta*, quæ pileum retinebant. Ex dicuntur *offendices* quod se mutuo offenderent & convenirent. *Solius* tamen *Flaminis Dialis* pileum dicebatur *alvogalerus*: fiebat enim ex hostia alba, Jovi cæsa, quæ dicebatur *idulis*, de qua alibi. Hactenus *Scaliger*, quæ omnia veterum Scriptorum testimoniis confirmari possunt. *Apex* enim, inquit *Festus*, sacerdotum insigne, dictus est ab eo, quod comprehendere antiqui vinculo, *apere* dicebant, unde *aptus* is, qui convenienter alicui junctus est. *Tutulum* vocari ajunt *Flaminicarum* capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea innexa crinibus, & extructum in altitudinem, quidam *pileum lanatum*, forma tali figuratum, quo *Flamines*, ac *Pontifices* utantur eodem nomine vocari ajunt. *Stroppus* est, ut *Atejus Philologus* existimat, quod Græce *σπρόπιον* vocatur, & quod *sacerdotes* pro insigni habent in capite: quidam *coronam* esse dicunt, aut quod pro corona insigne in caput imponatur, quale sit *strophium*. *Inarculum* dicit, virgula erat, ex malo Punico incurvata, quam *Reginæ* sacrificans in capite gestabat. *Servius* etiam, quemadmodum doct. *Scaliger* ex schedis *Petri Danielis* docet, scribit *arculum* esse virgam ex malo Punico incurvatam, quæ fiat quasi corona. Et imam summamque inter se alligari vinculo laneo albo, quam in sacrificiis certis *Reginæ* in capite haberet: *Flaminicæ* autem *Dialis* omni sacificatione uti deberet. *Apiculum*, filum est quo *Flamines* velati, apicem regerunt: sic legendum *Scaliger* docuit, & addit: Pone enim regerebant *apicem*, ne gravis esset summis ætatis caloribus. *Amentis* enim, quæ *offendices* dicebantur, sub mentum adductis religabant, ut cum vellent regerent, & pone pendere permitterent. *Offendices Titius* ait esse nodos, quibus apex retineatur & remittatur. At *Veranius Choriola* existimat, quæ sint in loris apicis, quibus apex retineatur & remittatur, quæ ab *offendendo* dicuntur. Nam quum ad mentum perventum est, offendit mentum. *Alvogalerus*, à galea nominatus, est enim pileum capitis, quo *Diales Flamines*, id est, *sacerdotes Jovis* utebantur. Fiebat enim ex hostia alba Jovi cæsa: cui adfigebatur apex virgula olcagina. Hujus iconi in antiquis monumentis videtur talis, ut videre est in fig. Y. Cæterum quo tempore creati primum *Flamines* fuerint, de eo inter veteres Scriptores non convenit. *Plutarch.* enim eorum primam creationem & institutionem *Romulo* attribuit: *Dionysius* vero Romanarum rerum investigator acerrimus, & *Livius* eandem *Numæ* adscribunt. *Plutarchi* in *Numa* verba sunt hæc: *Jovis Martisque sacerdotibus à Romulo constitutis, tertium ipse Romuli constituit, quem Flaminem Quirinalem nominavit.* *Livius* vero l. 1. Tum sacerdotibus creandis animum adjecit: quamquam ipse plurima sacra obibat, ex maxime, quæ nunc ad *Dialem Flaminem* pertinent. Sed quia in civitate bellicosa plures *Numæ* quam *Numæ* similes Reges putabat fore, iturosque ipsos ad bella: ne sacra regis vicis desererentur, *Flaminem Jovi* assiduam sacerdotem creavit, insignique eum veste, & curuli regia sella adornavit: huic duos *Flamines* adjecit, *Marti* unum, alterum *Quirino*. Hæc *Livius*: quæ eadem confirmavit *Dionysius*. Maxime igitur consentaneum vero est, *Numam Pompilium* 11. Romanorum Regem, *Flamines* primum instituisse, tres videlicet numero, *Dialem, Martialem, & Quirinalem*. Non autem semper hic numerus mansit. Sed processu temporis xii. alii aliis additi sunt, & ita ad xv. numerum *Flamines* aucti. Erat tamen inter eos differentia: priores enim tres, quorum originem ad *Numam* referri diximus, ex *Patriciis* creabantur, & majoris dignationis erant, ideoque *Flamines majores* dicebantur: reliqui ex

plebejis, & minores appellabantur. Docet id *Sext. Pomp. Festus* cum scribit: *Majores Flamines* appellabantur Patricii generis, *minores plebeji*. Inter omnes autem maximæ dignationis erat *Flamen Dialis*, teste eodem *Pompejo* his verbis: Maximæ dignationis *Flamen Dialis* est, inter quindecim Flamines, & cum cæteri discrimina majestatis suæ habeant, minimi habetur *Pomonalis*, quod Pomona levissimo fructui agrorum præsidet, pomis. Priores item tres *Flamines* ex patriciis creatos esse docet *Cic.* in oratione pro domo sua. Quamquam autem xv. *Flamines* essent, qui nomine convenirent: collegæ tamen non erant, neque eorum quoddam collegium vocabatur. Siquidem *Flamen* unius Dei sacerdos erat, habebatque sua quisque sacra, quæ per se quisque procuraret, quæque ad alios nihil omnino attinerent: quod *Cic.* libr. 2. de Legibus satis indicat, hujusmodi legem recitans. Divisque aliis *Sacerdotes*, omnibus *Pontifices*, singulis *Flamines* sunt. *Flamines* autem (de *majoribus* potissimum loquor) tametsi non essent *Pontifices*: ita tamen erant adscripti in Collegium *Pontificum*, ut, si quando de re aliqua apud *Pontifices* ageretur, ipsi una *Judices* sederent ejus rei, de qua ad Collegium *Pontificum* relatum esset: quod potest ex Oratione *Cic.* pro domo sua intelligi, quæ cum sit habita apud *Pontifices*, ad quorum Collegium rejectum erat de domo à Clodio consecrata iudicium: in ea tamen Oratione iudices sedisse *Regem sacrorum*, & *Flamines* ostendit.

Creabantur *Flamines* à populo comitiis curiatis, uti ex Lælio Felice docet *Agell.* libr. 15. cap. 27. Creati inaugurabantur à *Pontifice Max.* quod cum fieret, capti ducebantur à patribus, velut ab hostibus, ideoque *Flamines capti* dicebantur, eodem *Agellio* lib. 1. cap. 12. teste. Ejus dicto omnes suberant, id quod ex plurimis veterum scriptorum locis patet: unico *Livii* lib. 37. contentus ero, cum de *Qu. Fabio Pittore* sic scribit: priusquam in provincias Prætores irent, certamen inter *P. Licinium Pont. Max.* fuit, & *Q. Fabium Pittorem Flaminem Quirinalem*, quale Patrum memoria inter *Q. Metellum & Posth. Albinum fuerat.* Consulem illum cum *C. Lutatio* Collega in Siciliam ad classem proficiscentem ad sacra retinuerat *Metellus Pont. Max.* Prætozem hunc, ne in Sardiniam proficisceretur, *P. Licinius* tenuit. Et in Senatu, & ad populum magnis contentionibus certatum est, & imperia inhibita ultro citroque, & pignora capta, & multæ dictæ, & *Tribuni* appellati, & provocatum ad populum est. Religio ad extremum vicit, & dicto audiens esse *Flamen Pontifici* justus. Hactenus *Livius*. Qua de causa *Flamini Diali* antiquitus nec magistratum petere, nec capere permissum erat. In cujus rei gratiam ei *lictore & regia sella curuli* uti permissum est. Inde *Cornelius Merulam Flaminem Dialectem* *Coss.* in locum *Cinnæ* Urbe pulsus fuisse, pœnas dedisse violati antiqui quidam crediderunt. In magistratu enim paulo post occisus est. *Flaminium* autem sacerdotium ita perpetuum erat, ut tamen ob certas quasdam causas *Flamines* etiam sacerdotio privari possent, dicebanturque *Flaminio abire*, alique subrogabantur. Quod si nullis illarum causis coacti fuissent sacerdotium deponere, id, dum vivebant, retinere solebant. Sic enim *Val. Max.* lib. 1. cap. 1. Consimili ratione post *P. Clælium Siculum*, *M. Corn. Cetbegus*, *C. Clodius* propter exorta parum curiose admota aris Deorum immortalium, variis temporibus, bellisque diversis *Flaminio abire* iussi sunt, coactique etiam. At *Sulpitio* inter sacrificandum apex è capite prolapsus, eidem sacerdotium abstulit. Sed & aliæ erant causæ ejus deponendi sacerdotii, de quibus alibi dicitur. *Flaminium* uxores *Flaminice* vocabantur, ut tradit *Festus*, quibus divortium facere non licebat. Ministri eorum *Flaminii* dicebantur, & ministræ *Flaminie*, *Flaminia ades*, *domus Flaminis Dialis*, &c. His ita in genere de *Flaminibus* præmissis, seorsum nunc de singulis dicemus, incipientes a *Flamine Diali*.

## CAPUT XVI.

## De Flamine Diali.

**F**laminem Dialis, inquit *Festus*, dictus, quod filo assidue veletur, indeque appellatur *Flamen: Dialis* autem appellatur, à *Dio*, à quo vita dari hominibus putabatur. *Terentius Varro* à Jove eum dictum ait, qui sit *Dijovis*. Constitutus igitur à *Numa* erat, ut assidue Jovi præsto esset, eique sacra faceret. Plurimæ hujus erant ceremoniæ, quas observare cogebatur. *Agellius* lib. 10. cap. decimo quinto, ex libris, qui de sacerdotibus publicis compositi fuerant, & ex primo *Fabii Pittoris* libro has recenset: 1. Equo *Dialectem Flaminem* vehi, religio est. 11. Item classem *procinetam* extra pomerium, id est, exercitum armatum videre: idcirco rarerent *Flamen Dialis* creatus consul est, cum bella consulibus mandabantur. 111. Jurare *Dialectem* fas nunquam est, 1v. Annulo uti, nisi pervio, castoque fas non est. v. Ignem è *Flaminia*, id est, *Flaminis Dialis* domo, nisi in sacrum efferi jus non est. vi. *Vinellum*, si ædes ejus introierit, solvi necessum est, & vincula per impluvium in tegulas subduci, atque inde foras in viam demitti. vii. *Nodum in apice*, neque in cinctu neque in alia parte ullum habet. viii. Si quis ad verberandum ducatur, si ad pedes ejus supplex procubuerit, eo die verberari piaculum est. ix. *Capillum Dialis*, nisi qui liber homo est, non detonset. x. *Capram* & carnem incoctam, & hederam, & fabam, neque tangere *Diali* mos est, neque nominare. xi. *Propaginem* è vitibus altius prætentis non succidet. xii. *Pedes lecti*, in quo cubat, luto tenui circumlitos esse oportet, & de eo lecto trinoctium continuum non decubat: neque in eo lecto cubare alium fas est, neque apud ejus lecti fulcrum capsulam esse cum strue atque ferto oportet.



xiii. *Unguium Dialis*, & capilli segmina sup̄ter arborem siliquam (alii *felicem* legunt) terra operiuntur.  
 xiv. *Dialis* quotidie festatus est. xv. *Ac sine apice*, sub dio esse licitum non est, sub tecto, uti libet, & non pridem à *Pontificibus* constitutum. Addit hoc loco *Agellius*, Masurium Sabinum scripsisse, & alia quædam ei remissa, gratiamque aliquot ceremoniarum factam esse. xiv. *Farinam fermento* imbutam attingere ei fas non est. xviii. *Super Flaminem Dialem* in convivio, nisi *Rex sacrificulus*, haud quisquam alius accumbit. xix. *Uxorem* si amisit, Flaminio decedit. xx. *Matrimonium* Flaminis, nisi morte dirimi, non est jus. xxi. *Locum* in quo bustum est, nunquam ingreditur. xxii. *Mortuum* nunquam attingit. *Fanus* tamen exequi religio non est. Hæc *Agellius*, & paulo post subjicit verba Prætoris ex edicto perpetuo de *Flamine Diali*, & *Sacerdote Vestæ* hæc: SACERDOTEM VESTALEM, ET FLAMINEM DIALEM IN OMNI MEA JURISDICTIONE JURARE NON COGAM. Addit etiam verba ex 2. libr. Rerum divinarum *Varronis*, quod *Flamen Dialis* solus album habeat galerum, vel quia maximus sit, vel quia Jovi immolata hostia albato fieri oporteat. Non poterat *Flamen Dialis* antiquitus ut magistratum petere, aut capere, ne sacris avocaretur, & multa contra religionem facere cogeretur. *Plutarch.* in Quæst. Rom. q. 113. Hæc fere fuerunt *Flaminis Dialis* ceremoniæ, quarum quidem in Script. antiquis testimonia extant. *Plutarch.* aliquot earum causas inquiri in Problemat. vel Quæst. Rom. q. 109. ut, quod non liceat *Flamini Diali* farinam, aut fermentum tangere: quia videlicet farina alimentum sit imperfectum & crudum, & neque manserit triticum, id quod fuerat, neque factum sit, quod fieri debebat, nimirum panis: sed simul seminis vim amiserit, & usum cibi non sit assecutum. Eandem ob causam eidem interdictum esse dicit contactu carnis crudæ. *Fermentum* autem tangere ei non licere ait, quod & ipsum natum sit ex corruptione, & farinam, cui admiscetur, corrumpat, ut languidior fiat, & inefficax. Cur à tactu & nominatione *capræ* & *canis* abstinere cogatur, causas has affert: de *capra* quidem, vel quia esset lasciva, & foetida, ideoque abominari; vel quod morbo comitali animal istud obnoxium esset, ideoque metuerint, contagione mali ad eos perventuram, qui tum vescerentur *capra*, aut eam tangerent, cum in morbo esset. De *cane* vero hanc causam affert, quod sit animal pugna, ideoque a sylis & sacrosanctis prohibetur sacrificiis, in quibus omnis periculi exorsus perfugium supplicibus concedatur. [ *Questione* 110. *Questione* 111. *Questione* 112. ] Cum ergo *Fovis* quoque *sacerdotem*, utpote vivum sacrumque perfugii simulachrum deceat ad se libere admittere quosvis supplices & deprecantes, nemine argente, aut terrente, à *canibus* ipsi abstinendum esse dicit, ne illi petitueros hanc veniam terrent atque arcerent. Non licere ei *hederam* tangere dicit, vel quod sit sterilis & inutilis hominibus, imbecillaque, & ea de causa aliis, quibus innitatur, opus habeat, umbraque & virore suo multis quasi præstigiando imponat: vel quod ad eam mulieres Bacchicis furoribus deditæ recta ferantur, eamque manibus discerpant & vorent: ideoque nonnullos existimare, inesse spiritum *hederæ*, qui de statu rationis deturbet, mentemque abalienet exagitetque, & prorsus ebrietatem à nullo ortam vino inducat. Debere autem *Fovis sacerdotem* Orgia Bacchi vitare. Quam etiam ob causam scribit eidem vitium esse transire per viam, ubi vitium propagines in sublimi prætentæ sint: volucrum videlicet significare, nefas esse eum inebriari, sed vino moderari, nec ab eo vinci, cum, qui ebrii sunt, eorum superius capitibus sit vinum, eaque degravet & premat. *Fabam nec tangere*, nec nominare *Flamini Diali* licebat, quod ea putaretur ad mortuos pertinere, & in flore ejus luctus literæ apparere viderentur, testibus *Sext.* *Pompejo Festo*, & *Plinio*. Cæterum à *Numa* usque ad *Marii* & *Sullæ* tempora perpetua & continuata serie *Flamines Diales* semper fuerunt, usque ad *L. Cornel. Merulam*, qui in seditione civili *L. Cornel. Cinna*, & *Cn. Octavii* anno dclxvi. in magistratu occisus fuit. Post quem, cum *C. Jul. Casar*, qui postea *Dictator* fuit, id sacerdotium consecutus fuisset, non longe post à victore *Sulla*, & *sacerdotio*, & *uxoris dote* multatus est. Ita ut nullus deinceps *Flamen Dialis* inauguratus fuerit, usque ad finem Imperii *Augusti Cesaris*. Sub quo anno plus minus c. postquam sacerdotium id vacaverat, *Flamen Dialis* inauguratus est *Sext. Corn. Maluginensis*, post quem perpetuo ordine *Flamines Diales* multi fuerunt, usque ad novissima imperii tempora, quibus cum reliquis sacerdotiis veteris superstitionis ab Imp. *Theodosio* id sacerdotium omnino sublatum est. Hæc de *Flamine Diali*. Ejus uxor dicebatur *Flaminica*, quam & ipsam seorsum eandem fere ceremonias observare solitam, idem *Agell.* lib. 10. cap. 15. docet: videlicet 1. quod benenato operiretur. 2. Et quod in rica surculum de arbore siliqua (sive *felici*) haberet. 3. & quod *scalas*, quæ Græce *κλίμακες* appellantur, ascendere ei plus tribus gradibus religiosum esset. 4. Atque etiam cum it ad *Argeos*, quod neque comeret caput, neque capillum deprecet. Hactenus *Agellius*. Accedemus nunc ad reliquos *Flamines*.

## CAPUT XVII.

## De reliquis Flaminibus.

**D**iximus ante primum à *Numa Pompilio* tres *Flamines* institutos fuisse, *Dialem*, *Martialem*, & *Quirinalem*, postea temporis progressu pluribus additis ad quindecim numerum eorum excrevisse. Cum igitur de *Flamine Diali* satis multa in medium attulerimus, consequens est, ut reliquorum

rum etiam rationem explicemus: quod quidem paucis expediemus, cum multa ad eos pertinentia ante sint dicta.

MARTIALIS igitur, qui dignitate proximus erat *Diali*, & major *Flamen*, atque ex *Patriciis* creabatur, *Marti*, qui *Romuli* pater esse putabatur, institutus est, eique sacra fecit, quod clare docet *Varro*. Sed & *QUIRINALIS* *Flamen* major, & *Patricii* generis, à *Numa* in *Romuli* honorem institutus est, quod *Romulus Quirinus* appellatus, parens & *Urbis* conditor fuisset. Frequens hujus *Flaminis* mentio extat apud *Livium*, *Varronem*, *Sext. Pompejum Festum*, & alios. Reliquorum aliquot *Flaminum* cognomina docet nos *Ter. Varro* lib. 4. de *Lingua Latina*, cum scribit: *Flaminum* singuli cognomina habent ab eo *Deo*, cui sacra faciunt; sed partim sunt *aperta*, partim *obscura*. *Aperta*, ut *Martialis*, *Volcanalis*: *obscura*, ut *Dialis* & *Furinalis*: cum *Dialis* à *Jove* sit, qui est *Dijovis*: *Furinalis*, à *Furina* cujus etiam in *Fasteis Furinalis Feria* sunt. Sic *Flamen Falacer*, à *divo Patre Falacre*. Idem alibi: Eundem *Pompilius Numam Ennius* ait fecisse *Flamines*, qui cum omnes sint à singulis *Deis* cognominati, in quibusdam apparent etyma: ut cur sit *Martialis*, *Quirinalis*. Sunt in quibus *Flaminum* cognominibus latent origines: ut qui sunt in versibus plerique: *Volturnalis*, *Palatualis*, *Furinalis*, *Floralis*, *Falacer*, *Pomonalis*, *obscura* est eorum origo. *Volturnus*, *Palatua*, *Furina*, *Flora*, *Falacer*, *Pomona*, pomorum patrona.

*VOLCANALIS* igitur *Flamen* & minor fuit, & plebejus, *Volcano* institutus.

*VOLTURNALIS*, *Volturno*, vel *Deo*, vel *Flumini* fuit dicatus, ut ei sacra faceret.

*PALATUALIS*, *Flamen* fuit constitutus ad sacrificandum ei *Deæ*, in cujus tutela *Palatium* erat. *Sext. Pompejus Festus*. Eam *Deam Varro Palatiam* vocat.

*FURINALIS*, *Deæ Furinæ* institutus est.

*FLORALIS*, *Deæ Floræ*, de qua, sicut & de reliquis *Diis* & *Deabus*, libro præcedenti multa.

*FALACER*, quemadmodum *Varro* scribit, *Divo Patri Falacri* est institutus. Quis autem iste *Deus* fuerit, à nomine veterum traditur. *Adr. Turnebus* Comment. in *Varronem* suspicatur, *Falacrem* fortasse fuisse eum *Deum*, qui præfuerit *salis Circi*, quorum meminit *Jurenalis*:

Consulit ante *salas*, *Delphinorumque columnas*.

*POMONALIS*, *Pomonæ*, *Deæ pomorum*, institutus est. Et quemadmodum *Sext. Pompejus Festus* docet, minimi habebatur, quod *Pomona* levissimo fructui agrorum præsideret, pomis.

Fuit etiam *Flamen Carmentalis*, qui *Carmentæ* *Euandri* *Arcadis* matris sacra curabat, cujus *Cicero* in *Bruto* ita mentionem facit: *M. Popilius*, cum *Consul* esset, eodemque tempore sacrificium publicum cum *læna* faceret, quod erat *Flamen Carmentalis*, plebis contra *Patres* concitatione & seditione nuntiata, ut erat *læna* amictus, ita venit in concionem, seditionemque tum auctoritate, tum oratione sedavit. Et hic quoque *Flamen minor*, & plebejus fuit, quia *Lænas* hic, cujus à *Cicerone* mentio fit, ex plebe *Consul* electus est.

*Flaminis Virbialis*, qui *Deo Virbio*, id est, *Hippolyto* consecratus fuit.

*Laurentialis*, qui *Accæ* *Laurentiæ* institutus fuit.

*Lavinialis* quoque, & *Lucularis*, nullus veterum *Scriptorum*, sed epigrammata tantum quædam, quæ ab *Onuphrio Panvino* proponuntur, meminerunt. Hæc itaque xv. illorum *Flaminum* nomina sunt. Officia autem, ut singuli suis *Diis* sacra facerent.

Præter hos vero aliorum *Flaminum* in *Scriptoribus* & lapidum epigrammatis vetustioribus fit mentio, eorum scilicet, qui *imperatoribus Augustis* vita defunctis, & inter *Divos* relatis fuerunt instituti, iisque sacra peregerunt, quorum quidem tot fuerunt, quot *Imperatores* à *Romanis* consecrati sunt, quorum omnium nomina & testimonia summa diligentia collegit *Onuphrius Panvinius*, secundo suo *Reipublicæ Romanæ* *Commentario*.

Cum autem hic mentio incidere *consecrationis Imperatorum Romanorum* vita defunctorum, operæ pretium me facturum arbitror, si quibus ceremoniis ea peracta sit, paucis hoc loco explicem: id quod capite sequenti faciam, ex traditione *Huberti Goltzii*.

#### CAPUT XVIII.

##### De consecratione Imperatorum vitâ defunctorum apud Romanos.

Romanis mos erat à *Cæsare Augusto* primum institutus, deinde à *Tiberio* instauratus, eos consecrare *Impp.* qui *superstitibus* filiis, vel *successoribus* moriebantur, quique eo erant honore affecti, inter *Divos* relati dicebantur. Sic primus omnium *Augustus* *Julium Cæsarem*, *Tiberius* *Augustum* mortuos consecraverunt. Cum *Imperator vitâ defunctus* consecrandus erat, tota *Urbe* primum quasi *luctus* quidam esse videbatur, festæ celebritati promiscuus: quippe functum vita corpus ritu hominum sumptuoso funere sepeliebant; ceream deinde imaginem defuncto quam simillimam fingebant, eamque in *Palatii* vestibulo propositam supra *eburneum lectum* maximum, atque sublimem, vestibus instratum aureis, locabant. Et quidem imago illa ad ægroti speciem pallida recumbebat. *Circæ lectum* vero utrinque magnam partem diei sedebant, à *læna* quidem *Senatus* omnis vestibus atris amictus, à *dextra* vero *matrona*, quas

virorum aut parentum dignitas honestabat. Hincque nulla vel armorum gestibus, vel ornata monilifera conspiciebatur, sed vestibus albis exilibus induta, morentium speciem præbebant. Hæc ita per septem dies continuos faciebant, *Medici* ad lectum quotidie accedentes, inspectumque veluti ægrum detentius se habere subinde pronuntiantibus. Deinde ubi jam visus esset obituæ diem, lectum hinc inde tollebant *Equites Romanique* nobilissimi ac lectissimi juvenes: perque viam sacram in vetus forum deferiebant, ubi *Magistratus* Romani deponere *Imperium* conferebant. Extructum vero erat in ipso Romano foro coloris lapidei tribunal ligneum, super quod ædificium quoddam fabricatum erat, quod colomaz undique sustinebant, etique eodem varte ornatum & auro: eo illius fuerat usus lectus consimilis, cui, stragulis perpercis atque auro intextis ornato, erant circum capta belluarum terræ marisque: in eoque situm ceream *Principis* conjurandi, et dæxi, ex *Palatio* illarum, ornatu triumphali collocabant, à qua puer egregia forma, ita ut *Imperator* dormiret, pennia pavonis mæstas agebat. Ea ita jacente superflues *Imperatores*, & *Senatus*, *Senatorumque* ætates vestibus influm induti accedebant pone lectum, dum in forum ipsi devenissent, ubi *matres* quidem in populiis, *Senatus* vero sub dio sedebant. Ab utraque autem fori parte gradus quidam erant ad scularum similitudinem extructi, in quibus altera ex parte prætorum chorus erat & *Nobilissimi*, atque *Patricii*, altera summarum illustrium, *Hymnos* in defunctum, pernaque cunctatum, verendo ac lamentabili carmine emodulatos. Quibus ita dispositis, funebris pompa in foro inchoabatur extra Urbem in *campum Martium* tendens. Primum anteferebantur litæz omnium veterum *Romanorum* illustrium, qui unquam ab ipso *Romulo*, usque ad ejus consecrationis tempus fuissent. Deinde *Provinciarum* & nationum omnium, quæ Romano Imperio subiectæ erant, ænea simulacra, variâ distinctâ ornamentis, ut erant cujusque gentis patria conferebatur. Sequiebantur post varia generâ *Cæsarum*, *Lætorum*, *Senatorum*, *Prætorum*, & qui sunt ejusdem generâ, Sequiebantur deinceps signa diversorum illustrium virorum, quos præclare fecisse aliqui, vel excogitasse, vel in aliquo studio floruisse censere. Veniebant postea *Equites* ac *pedes* *romani*, terræque equi, atque ea, quæ ad paratendam pertinebant, quæ ab ipis *Principibus* & *sacerdotibus*, æorum *uroribus*, & à clarissimis *Equitibus* ac *populis*, & à civium congregatione missa fuerant. Postremo ferebatur *altare insaratum*, ornatumque eodem & lapillis *Indicis*. Quæ postquam transferunt, *Imp. totus* *Rogus* ascendebat, defunctumque *Imp.* iustitiam. Cumque curret, crebro à *Senatoribus* adstantibus exclamabatur, partim laudantibus defunctum, partim lamentibus: sed oratione habita multo magis à factitabant, ac tandem cum lectum de loco, in quo erat, moveri oporteret, omnes simul *Senatores* lamentabantur ac debant. Quibus peractis, iterum lectum à tribunali tollebant *Prætoribus* & *Magistratus*, non modo qui tum erant, sed etiam hi, qui in sequentem annum designati fuerant, eandemque postea tradebant nonnullis *Equitibus* ferendum. Pars *Senatorum* lectum intebat, ex quibus multi dolere se simulabant, querulas voces emittendo, multi canebant debile carmen ad tibias. *Imperatores* postremi sequebantur. Ita extra urbem in *Martium campum* veniebant. Ubi qui latissime campus patet, *rogus* sive *sugges* quidam specie quadrangula, lateribus æqui assurgens, nulla præterquam lignorum ingentium materia compactus in tabernaculi formam: id quidem *interius* totum erit arida somnibus opplentur: extra autem intextis auro stragulis, atque eboreis signis, variisque exornatum: *supra* vero alteram minusculem quidem tabernaculum positum erat, sed forma & ornatu pessimile porus parvique patentibus. *Terram* item, & *quiritum*, semper superiore tabernaculo constructus, ac deinceps illud donec ad extremum, quod est omnium brevissimum, perveniebatur. In summo ejus *curras insaratus*, quo mortuus *Imperator* olim vehebatur, collocatus erat. Potest ejus ad dæxi forma comparari turris his, quæ portibus imminentes, noctu igne prælato naves in turris stationes dirigunt. *Pætri* vulgo appeuntur. Ejus quoque tabernaculi formam adhuc in antiquis acclimatibus *Syriæ Augustæ*, *Ant. Pa.*, *Taberna Augustæ*, & *matris* & *filii*, *M. Aurelii Antonini*, *L. Aur. Veri*, *P. Helvii Pertinacis*, *L. Septimii Severi*, & *Falæ Piz Augustæ* consecratorum videntur, quorum deo subiecti ut videre est in *F. g. Z.* notati.

Igitur lecto in *secundum tabernaculum*, quod primo contractus est, sublato, aromati & succulentis omnis generis, fructus, herbasque & succos omnes odoratos conculcatis, acervatum effundebant. Quippe neque gens erat, neque civitas, neque qui honore illo aut dignitate præcelleret, qui certum pro se quisque suprema illi mæneri *Principis* honori deferrent. Ubi vero ingens irromatum, ac eorum, quæ parentandi causâ illata fuerant, succulentorum acervus magnus aggregatus est, ac locus omnis oplentus, *Imperator* superflues, cæterique *Imperatores* mortui proæqui ejus statum osculabantur. quo facto *Principes* tribunal ascendebat: *Senatores* vero, exceptis *Magistratibus*, in tabula parati assidebant, ut tuto simul, & commode spectarent, quæ gerebantur. *Magistratus* & cæteri ex ordine collocabantur, ut cujusque dignitas postulabat. Tum circa ædificium illud idque itabant *antecessi Equites* *antecessi* cæteri quidam lege, ac securis, motuque *Pyrrichus*, numeroque in ordem decurrentes: *pedes* quoque circum ipsam rogum cæstis urbanos & confictos peragebant. *Curras* item circumagebantur *intelligi* *perperis* *Rehoribus*, qui personis ferebant *Duorum omnium Romanorum*, *Principumque* *vis* *hinc*. Quæ ubi celebrata erant, *facem* captebat *Imperii* successor, eumque tabernaculo idemovebat, tum *Caesules* primo cæterique omnes *Magistratus*, & alii ordine undique subijciabant, cunctaque illico somnibus illis

aridis, odoramentisque referta, igni valido corripiebantur. Mox ab extremo minimoque tabernaculo, tanquam è fastigio quodam, simul cum subjecto igni aquila dimittebatur, quæ in cœlum ipsam Principis animam deferre credebatur. Ac jam ex illo, unâ cum cæteris Numinibus Imperator defunctus colebatur: unde etiam in nummis quibusdam videntur *aquila*, vel *pavones* expressæ defunctos Imperatores, vel *Augustus* in cœlum ferentes, ut videre licet Figg. notatis a. b.

Hæc autem habentur in *Pertinacis* & *Severi* consecrationibus à *Dione* & *Herodiano* descriptis: quibus, quo omnia accuratius percipiuntur, *Augusti* quoque consecrationem adiciam à *Dione* ita descriptam: Postquam ejusmodi præcepta recitata sunt, funus *Augusti* ducitur. Erat lectus ex ebore & auro factus, stragulis purpureis auroque intextis ornatus, subter quem, tanquam in foretro, corpus ejus jacebat occultum. Ante omnia vero *statua* ejus *cereæ* vestitu triumphali videbatur, eaque ex palatio ferebatur ab iis, qui in sequentem annum *Magistratus* designati fuerant: deinde ex *Curia* altera aurea, tertia *curru triumphali* vehebantur ferebanturque statuae majorum ipsius, atque propinquorum, qui e vita discesserant, uno tantum *Cæsare* excepto: propterea quod jam esset in Deorum numerum relatus: portabantur deinde statuae civium *Romanorum* omnium, quicunque in *Magistratu* unquam ab ipso Romulo ad ea usque tempora fuissent. Sed & quædam *Cn. Pompeji Magni* statua ferri visa est. Adebant etiam omnes provinciæ & nationes pictæ, quæ aut in societatem ab ipso acceptæ, aut devictæ fuerant. Eadem propemodum ratione mulieres *Augustæ*, quæ consecrabantur, inter *Dios* referri solitas crederim: neque enim alia mulierum consecrandi ratio tradita est: prima autem omnium *Livia Augusta* consecrata est. Porro autem tam *Imperatoribus*, quam eorum uxoribus, vel filiis, aut fororibus consecratis *Flamen* & *Sodales*, qui ab eo nomen acciperent, ex *SC.* addebantur, tempusque, in quo hymnos in ejus honorem compositos tenerent, construebatur. Hactenus *Goltzius*.

## AD CAP. XVIII. PARALIPOMENA.

De apotheosi Imperatorum Romanorum, quam antiquus hic mos, mutata nomina, erecta statua.

Non fait hæc consuetudo tantum Romanorum, quum prima ea fuerit bene merentibus referendi gratiam species, divinis civis post obitum afficere honoribus, sed aliorum. Sic consecrati omnes dii veterum non quidem publicè modo, sed & privatim unicuique id permittam. *Pet. Nann. lib. 7. Miscellaneor. cap. 16.*  
*Elias Vinerus ad D. Aufonii epigr. 26.*

Nunc ego sum *Cynicus primus*, & ille deus.

*Aur. Macrobi. lib. 2. in Somnium Scipionis cap. 17. Ejus anima in deos relata, quod nunquam desinit virtutes, semper exercuit.* Et quidem de *Hercule*, *Libero Patre*, *Castoribus*, aliisque diis Confidentibus quis post tam multos rein vulgatiſſimum notare velit? De *Alexandro Macedone* clarum magis, sed minus notum exemplum est, fuisse vel exinde discamus præter *Arrianum*, *Plutarchum* & *Q. Curtium* *Ælian.* var. hist. l. 5. cap. 12. *Ἐκκλησία δὲ θεῶν Ἀθηναίων παραβάν ὁ Διμύδιος, ἰψοῖσατο θεῶν τὴν Ἀλεξάνδρου τρισηκονταετηρίαν. Convocata Atheniensium concione, Demades surgens, decreto jussit, ut Alexander scriberetur Deus decimus tertius. Sed cum indignum Græcis id moribus viderent, multa centum talentorum ei irrogata est. Et Anaxarchus cognomento Eudæmonicus κατηύχετο Ἀλεξάνδρῳ, ἑαυτὸν ἰκεῖν ἔσθαι, ἵλεσθαι Ἀλεξάνδρῳ, quod se deum faceret. Idem *Ælianus* lib. 9 var. hist. cap. 37. E: *Olympias* mater ipsius: ὦ τέκνον, ἵπταν, ἀλλὰ σὸ μὴν ἑρᾶν μετασχὴν βυρλόμειος, καὶ πῶτο πρὸς δαίμον, τὴν δὲ τῶν κείνων δόξαν, καὶ ἴσως πᾶσιν ἀνθρώποις μετασχὴν ἔχουσ, γὰρ τίς ἕμερ, καὶ ταφῆος Ὀσίου, inquit, tu vero cum inter cælestes locari volueris, & id perficere summo studio conatus sis, nunc neque illorum quidem quorum omnibus mortalibus æquale & parius est, participes fieri potes, terræque simul, & sepulchra, aut tumuli. Idem operis ejusdem lib. 13. cap. 30. id autem ab eo non nisi superata *Perside*, & profugato *Dario* ipsius *Alexandri* epistolis denuntiamus est Græcis. Nam tunc ἰπτισεύει τοῖς Ἑλλήσι θεῶν ἑαυτὸν ἰψοῖσατο θεῶν, γὰρ τοῖς γὰρ ἑστῆσι Græcis, ut se deum facerent satis equidem stultes: & cum mandata ad singulas Græciæ civitates referrentur, quidam metu, quidam commodi & emolumentis specie invitati, decreverunt, quod ille petebat, humane frævitutatis oblitus: at *Lacedæmonii*: ἰπτιδὴ Ἀλεξάνδρου βέλῃται θεῶς ἡμεῖς, ἔσθαι θεῶς. Quoniam Alexander vult esse deus, esto deus. *Ælian.* var. ejusdem hist.*

lib. 2. cap. 19. Fied tamen decimus tertius inter deos Conſentes factus. *Pier. Hieroglyph. lib. 43. sed ad Romanos.* Longum foret, si *Antoninos*, *Trajanum*, *Claudium*, *Vespasianum*, filios ejus *Augustum*, (*D. Aufon. Cæsarib.*

*Addit Augustum diviis matris sanctus.*)

Et *Cæsarem* *Dictatorem*, inter deos relatos persequi vellem, quod diligentissime *Quauphrius* in *Fatis suis*, & *Goltzius* in *Numismatis* exequuti sunt, & ex *Vopisco*. *Æl. Lampridio*, *Spartiano* collegit *Joan. Kirchmannus*, lib. 4. de *Funerib. Rom.* cap. 13. 14. Unicum hoc sufficientia dixisse, omnes Imperatores inter deos post mortem referri solitos. *Servius Honoratus* ad illud lib. 1. *Georg. v. 24.* Tuque adeo, quem mox, quæ sint habitura deorum *Conſilia*, incertum est.

*Juvenal. sat. 6. v. 115. Rivoales divorum.* *Ver. Scholiast. Ridens, quia imperatores inter deos referuntur.*

Factum illud est *Vespasiani* principis, qui prima morbi accessione, ut inquit, puto deus fit. *C. Sueton.* in eo cap. 24. in fine. De *Augusto*, & *Domitiano*, vide quæ fuisse dixi supra lib. 1. *Reg. 8.* & quia tam multa de *Augusti* divinis honoribus *Scriptores* disseverunt, quidam inſperite ortum ejus consuetudinis ad illum retulerunt, sed falsi illi; nam *Dictator* ante illum consecratus fuit. *Sueton.* in *Julio* cap. 88. *Stella* crinita per septem dies continuis fuisse, exorients circa undecimam horam, creditumque est animam *Cæsaris* esse in cælum recepti, & hæc de causa simulachro ejus in vertice additur stella. Aliuter aliis prodicium: verba *Servii Mauri* ascribam: Apparet sidus in vertice, hoc est, super galcam; nam ex quo tempore per diem stella visa est, dum sacrificaretur *Veneri* genitrici, & ludii *funebres* *Cæsari* exhiberentur, per triduum stella apparuit in septentrione, quod sidus *Cæsaris* putatum est *Augusto* persuadente: nam ideo *Augustus* omnibus statuis, quæ ob divinitatem *Cæsari* statuit, hanc stellam adiecit. Ipse vero *Augustus*, in honorem patris *Augusti*, stellam in galeæ capitis habere depictam: Hæc ille ad v. 631. l. 1. *Æneid.*

— Geminas cui tempora flammæ

Leta vomant, patriumque aperitur vertice sidus.

*Sil. Italic. lib. 13. Puniceor.*

— Ille deum genus

Stelligerum attollens apicem *Trojanus* *Julo*

*Cæsar* avo, quantas moles, cum sede reclusa

Hæc tandem erumpent, terræque marique movebunt.

*Propert. l. 4. eleg. 6.*

Tunc pater *Idæio* mirans *Cæsar* ab astro,

Sum deus, & nostri sanguinis ista fides.

Jupiter Ovidianus l. 15. Metamorph. fab. ult. ad Venetem :

*Hanc animam interca caso de corpore raptam  
Fac jubar.*

Et postea ambrosiosae apotheosis describitur :

*Cæsaris eripuit membris, nec in aëra solvi  
Pessis recentem animam, caelestibus intulit astris.  
Dumque tulit, nomen capere, atque ignescere sensit,  
Emissisque simul, simul altius exolat illa,  
Flammiferumque trahens spatioso limite crimem  
Stella micat.*

In tertio versu alii legunt non male, ut mihi videtur :

*Dumque tulit, lumen capere, atque ignescere sensit.*  
Rinnu. plenissime in deos referendi expressum legere potes apud Herodianum lib. 4. hist. Rom. quem ex illo describere multi, Blondus Flavius Roinæ Triumphantis lib. 2. Bernardin. Realin. Annoat. in varia Scriptorum loca cap. 16. Francise. Robertell. l. 2. Emendat. cap. 38. Apotheosis vocare hanc solemnitatem solemus. Juvenal. sat. 6. v. 622. *Defendere iussit in caelum.* vet. Scholiaist. *Ridens, pro ad inferos. & apotheosis dicitur. Nam demum fecit imperatorem.* M. Tull. l. 1. ad Atticum epist. 13. *Idesic consularum illum nostrum, quem Curio ante a  $\alpha\pi\theta\epsilon\omega\sigma\iota\varsigma$  vocabat?* Erl. 12. ad eundem epist. 13. *Insula Aprias habere potes germanam  $\alpha\pi\theta\epsilon\omega\sigma\iota\varsigma$ .* Et epist. 36. *Fatum fieri volo, neque hoc mihi erui potest (aut ut in aliis, neque hoc mihi suaderi potest, aut neque hoc mihi dissuaderi potest) sepelchri similitudinem effugere, non tam propter penam legis fudeo, quam ut maxime assequar  $\alpha\pi\theta\epsilon\omega\sigma\iota\varsigma$ .*

Est autem idem apotheosis ac consecratio, quam vocem advocavit idem Cicero lib. 1. ad Quintum fratrem epist. 1. *Quoniam in istis urbibus cum summo imperio & potestate versaris, in quibus tuas virtutes consecratas, & in domum numero collocatas vides.* vet. Scholiaist. Juvenal. ad sat. 11. v. 63. *Aeneas, qui in Numicum fontem lapsus, creditur consecratus, ideo aut, aquis, flammis vero Hercules, qui in Octa monte se incendit, non tolerans ardorem vestis.* C. Plin. Caecil. Junior in Panegyrico elegantissimo : *Dedicavit celo Tiberius Augustum, sed ut majestatis nomen induceret, Claudium Nero, sed ut irideret, Vespasianum Titus, Titum Domitianus, sed ille, ut dei filius, hic frater ut videretur, tu sideribus patrem intulisti.* Est ergo apotheosis, quasi dei studio, aut divinitatis collatio, veteres glossæ,  *$\alpha\pi\theta\epsilon\omega\sigma\iota\varsigma$ , divitio.* Quod proprie facere verti potest, aut deos dare, ut dixi supra l. 2. cap. 17. M. Manil. l. 4. Astronomic.

*Jam facit ille deos, mittitur ad sidera nomen,  
Majus, & Augusto crescit sub principe calum.*

L. Sen. Herc. Furente :

*Hæc quæ calites  
Recepit, & quæ fecit, & (sua sit loqui)  
Fortasse faciet.*

Et in Octavia; si modo illius est, & non alterius peioris poetæ. act. 2. sc. 2.

*Stulte verebor esse, cum faciam deos.*

Et in eadem scena :

*Pietate nati facinus eximium deus*

Alludit, ut puto, M. Marcial. l. 8. epigr. 24.

*Qui fingit sacros, auro vel marmore cultus,  
Non facit ille deos, qui rogat ille facit.*

Aliquos ritus apotheosis, nulli in hunc diem, quod sciam, observatos subjiciam; ac primum NOMINA MUTABANTUR inter deos referendis. Sic apud præcos Io dicta est Isis, Melicerta Porumnus, Ino Leucothea apud Græcos, apud Latinos præcos Aeneas consecratus legitur, nomenque inmutatum. T. Livius l. Decad. l. 1. non longe a principio: *Situs est, quemcumque cum dii jus fasque est, super Numicum flumen, Jovem indigetem appellavit.* Ea propter Heroum templa transitori, ne in deos receptum heroëin alio nomine, quam quod impositum ex apotheosi fuisset, compellentes offenderent, taciti & silentes, indictoque sibi silentio, precabantur. Observavit Nannius Miscellaneor. lib. 4. Ad Romanos defendere quid opus? cum omnes historici loquantur, Romulum post consecrationem *Quirinum* vocatum. Poëtæ. Sil. Italic. l. 15.

*Ledaos referam fratres, vestrumque Quirinum.*

Claudian. lib. de bello Getico :

*Delubra Numæ, sanctumque Quirini.*

Sic in MS. meo, in aliis hætenus lectum fuit :

*Delubra Numæ, sedemque Quirini.*

Q. Horat. epod. od. 16.

*Quæque carent venis & solibus, ossa Quirini  
Nefas videre, dissipabit insolens.*

P. Ovid. l. 3. Amor. eleg. 7. & lib. 2. Factor.

*Proxima lux vacua est, & tertia disca Quirino,  
Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit.*

M. Lucan. lib. 1. Pharsal. v. 196.

*Rapti secreta Quirini.*

Et P. Ovid. lib. 14. Metamorph. fab. 15.

*Ut fratrum genitrix divino corpus odore  
Unxit, & ambrosia cum dulci ucture mixta  
Contigit os, festique dentem, quem turba Quirini  
Numquam indigetem, templisque arisque recepit.*

Et ejusdem libri fab. ult.

*Priscum pariter cum corpore nomen*

*Mutat, Oranque vocat, quæ nunc dea juncta Quirino est.*

Ob id, ut puto, Homerus alia apud deos alia apud homines nomina quibusdam imponit, nam Paris illi perpetuo Alexander appellatur, ut l. 3. Iliad. in Iunice, & passim, licet Carolus Sigonius, unam nomen, alteram vero appellationem cognomen esse contendat, bello de Nominibus Rom. c. 3. Ipse Homer. lib. 14. Iliados v. 291.

*Χαλκίδα κικλήσκουσι θεῶν, ἄνδρες δὲ Κύμαδιν.*

*Chalcidem nominant dii, homines vero Cymadina.*

Et lib. 20. Iliad. v. 73.

*Ὅν Σάββον κικλήσκουσι θεῶν, ἄνδρες δὲ Σαμμανδρον.*

*quem Xanthum vocant dii, homines vero Sammandrum.*

P. Ovid. lib. 11. Metamorph. fab. 10.

*Hunc Icelon superi, mortale Phœbatorum vulgus*

*Nominant.*

Effigies ei, pari splendore, paribusque insignibus, atque dum vivus erat, erigebatur. Exemplum nobile apud Arianum var. hist. lib. 13. cap. ult. quod uuper incredibili Europæ dolore, cuento supra fidem spectaculo, in Henrico Magno efferendo in regia mœsti attonitique vidimus. Nihil magnificentia itaque aberat, sed crebra famulantium turba circumflabat ministratura; inter deos referendo omnia ornamenta, adeoque etiam corona imponebantur. M. Cic. pro L. Flacco. notavit Pet. Victorius var. lect. l. 2. c. 7. dicam infra l. 5. c. 39. abunde, ut de Flaminibus, aris, templis, iis creâtis consecratisque. Imerim locum adde Corippo Africano lib. 1. de laudib. Juliani, num. 13.

*Ipse videbatur cunctis plangentibus unus*

*Effigie gaudere pia, diademate comptus,*

*Purpureaque in veste jacens requiescere somno.*

Denique ab hac apotheosis consuetudine emanavit, ut *divos* deosque Imperatores appellarent, numenque eis adscriberent. Theodosius & Valentinianus Augg. C. Theod. l. 1. c. 11. tit. 4. *Ludis quoque simulachra propostia tantum in animis concurrentium mentisque secretis nostrum numen & laudes vigere demonstrat.* Q. Symmach. lib. 3. epist. 18. *Solemne est divo nostro Theodosio.* Gunther. Ligurini l. 6.

*Hæc de responsis divi, pater optime, regis*

*Salva pace tua, tibi rescribenda putamus.*

Venus marmor apud Aldium Manutium in Orthographia sua pag. 292.

IMP. . . . . CÆSAR. . . . . L. DOMITIO AURELIANO. PIO. FELICI. INVICTO. AUG. PONTIFICI. MAX. GOTHICO. MAX. GERMANICO. MAX. TRIB. POT. V. COS. DESIGNA. III. IMP. III. P. P. PRO. COS. RESTITUTORI. ORBIS. INVICTISSIMO. ET VICTORIOSISSIMO. PRINCIPI.

FURIUS. ORFITUS, V. C. PRÆF. URB. DEVOTUS. NUMINI. MAIESTATIQUE. EIUS.

Et

Et statua huic seu effigiei subijciebant aquilam, quam credi volebant animam defuncti in caelos, & ad deorum confessum alis suis efferre. Quare Hæctoris raptator Achilles à Lycophrone Aquila appellatur. Joan. Meursius notat. Artemidor. Oneirocrit. l. 2. c. 10. Ἔθος γὰρ παλαιῶν

ἀποθνήσκοντας πτερυγίζουσαν τε καὶ γράφειν ἐπ' αὐτῶν ὄχημους, καὶ διὰ τῶν ἀναισθημάτων τιμᾶν. Mos enim vetus est, hos mortuos tam fingere, tam pingere iis (antea dixerat, ὄχημα ἄσπετον, ubi aquila) insidentes, & per huc jussimodi opifilia colere.

## CAPUT XIX.

## De Virginibus Vestalibus.

Vestales dicebantur hæc, quod *Veste* sacra curarent, & ignem ejus custodirent. De quarum prima apud Romanos institutione non admodum inter Scriptores convenit. Fuisse quidem eas *Lavinii* & *Albe* ante Roman conditam, dubium non est, cum quod *Æneas Veste sacra* una cum *Pentibus* & *Palladio* ex Troja in Latium tulcrit, & condito Lavinio, *Veste* ibi ædcm sacraverit, cui deinde *Africanus* etiam condita *Alba longa* templum in monte Albano extruxit: tum vero quod *Rhea Silvia*, Romuli mater, a Numitore patruo *virgo Vestalis* creata fuerit. Utrum vero *Romulus*, ut quidam volunt, an qui ei successit, *Numa Pompilius*, quod pluribus placet, *Veste* ædem Romæ construxerit, eique *virgines custodes* ignis æterni assignaverit, de eo valde discrepant. *Dionysius* certe, cujus in historia Romana non minima est auctoritas, *Numa* id institutum tribuit: & contrarium sentientes graviter refutat; cujus verba, quæ quidem huc spectant, libet adscribere: *Romulus*, inquit, *nullas virgines Veste sacerdotis instituit, memor fortasse materni dedecoris, quæ inter illius ministeria virginitatem amiserat: haudquam idoneus futurus, qui, si quam violasse pudorem deprehendisset, eam juxta leges patrias puniret, ne sibi met refricaret probum domesticum.* Hæc ille, quem sequuti dicemus à *Numa Pompilio virgines Vestales* primum esse creatas & institutas. Quo vero numero, quod earum officium, quæ dignitas fuerit, de his porro *Dionysium* loquentem audiamus. Sic autem is scribit: *Quinto loco erant virgines ignis sacri custodes, quas illi à sua Dea Vestales nominant, cui Rex hic primus templum sacravit, & cultrices virgines.* Et paulo post: *Virgines* autem, quæ *Dea* sacris operabantur, quatuor erant ab initio, & jus optandi eas penes *Reges* esse, *Numa* voluit: postea tamen propter sacrificiorum multitudinem ad senarium numerum auctæ (à *L. scilicet Tarquinio Prisco V. Romanorum*, ut idem auctor alibi docet) in eo hodieque permanent degentes in *Dea sano*, à cujus aditu nemo arcetur interdiu, sed pernoctare intus fas est viro nemini. Has necesse est per triginta annos manere puras à nuptiis, sacrario servientes, & legitimis ceremoniis, ac primo decennio rationem sacrorum eas oportebat discere, sequenti exercere, postremo docere alias. Post exactum vero annum trigessimum, nihil vetabat eas positum coronis, reliquisque insignibus sacerdotii, qui vellent nubere: feceruntque id paucæ aliquot, sed parum læto vitæ exitu, & ominoso apud cæteras, ita ut libenter posthac *virgines ævum*. exigenter in *Dea* contubernio, ac tum demum in defunctæ locum alia sublegebatur à Pontificibus. Honores autem eis exhibentur à civitate multi & eximii, propter quos nec liberorum, nec nuptiarum tanguntur desiderio. Pœnæ quoque, si qua delinquant, graves sunt propositæ, quas *Pontifices* ab illis exigunt, flagris cædentes deprehensas in leviori crimine, *stupratæ* vero miserabili, longeque fœdissimo tradentes supplicio. Vivæ enim funebri pompa efferuntur, amicis ac cognatis cum lacrymis læticiam prosequentibus; delatæque ad *Collinam* portam extra muros, in subterranea cella sepeliuntur, nec monumentum dignitatis, nec parentatione, aliisve solemnibus defunctorum honoribus. Admissum autem circa *sacra piaculum*, tum aliis prodigiis deprehenditur, tum maxime, si *ignis* extinguatur, quod formidolosissimum Romanis habetur, ut perniciem civitati minitans, quacunq; tandem causa acciderit, & post multam procurationem, alium ignem in templum inferunt. Hactenus *Dionysius*. Ubi quæ scribit de pœna *Vestali* impudicarum; quam quidam à *L. Tarquinio Prisco* institutam esse volunt. Plenius à *Plutarcho* explicantur: cum de iis verba faciens in hunc modum scribit: Si quid deliquerit, inquit, *Vestalis*, verbera ei à summo *Pontifice* infliguntur, aliquando etiam nudæ, linteo prætensæ, in obscuro & umbroso loco. At quæ virginitatem polluit, viva defoditur juxta portam *Collinam*. Est ibi intra urbem tumulus quidam terreus, in longum porrectus, *aggerem* Latini vocant: in eo domus subterranea non magna, in quam ex superiori parte descensus sit, paratur: in eaque lectus constratus, lucerna ardens, paucæque eorum, quæ ad vitam fovendam necessaria sunt, primitiæ reponuntur, ut *panis, aqua, lac* in vasculo, & *oleum*, tanquam nescias putent fore, si corpus summis consecratum sacrimoniis fame pereat. Tum illum, quæ supplicio est afficienda, læticiæ impositam extra operatæ, lorisque revinctam, ita ut ne vox quidem exaudiri possit, per forum vehunt: ei omnes via decedunt taciti, & ingenti cum mœstitia silentes transmittunt, neque est horribilius ullum spectaculum, aut dies, quam urbs agat tristiolem. Ubi ad locum, quem dixi, læticiæ pervenit, vincula lictores solvunt: at *princeps sacerdotum* secreto quædam comprecatus manibus ad Deos sublatis, antequam necessitati supplicii satisfaciat, obvelatam educit, & in scalis deorsum in domum deferentibus constituit, ita ipse cum reliquis *sacerdotibus* revertitur. Postquam damnata descendit, sursum gradus attrahunt, multaque superne terra ingesta domus occultitur, complanaturque. Hactenus *Plutarchus*.

Sextus

*Sextus Pompejus Festus* tradit, *Sceleratum* campum appellari proxime portam *Collinam*, in quo *virgines Vestales*, quæ incestum fecerint, vivæ sunt desossæ. Causas autem, propter quas *Vestales* tali supplicio, non alio, afficiantur, idem auctor inquiri, & tradit has: vel, quod mortuos tantum cremant, injustum autem esse eam cremare, quæ sacrum ignem non pie custodiverit: vel quod corpus summis consecratum cæremoniis interficere, & manus adferre *sacra mulieri*, nefas censcant, ipsamque ultro mori volentes, infra terram demittant, in extructum ad hoc domicilium. Hæc *Plutarchus*. Morem eum à Græcis desumptum esse *Guilhelmus Canterus* docet. Quod si ignis negligentia earum extinctus esset, nequaquam eum accendere ab alio igni licebat, sed renovabant eum, flammamque eliciebant à Solis radiis puram & sinceram. Eam ad rem instrumentis utuntur, quæ *σκαφεία* nominant. Sunt autem excavata in modum turbinis rectanguli: hæc si adverso Soli opponantur, fit ut radii solares in circumferentiam undique incidentes, ad centrum omnes concurrant, itaque & aërem tenuem reddant, & materiam (quæ levissima siccissimaque instrumentis imponitur) statim inflamment, quia videlicet radii solares à corpore renitente ita coguntur & stipantur, ut naturam ignis accipiant. Hactenus *Plutarchus*. Cum quo etiam *Festus*: Ignis *Vestæ*, inquit, si quando interstinctus esset, virgines verberibus afficiebantur à *Pontifice*, quibus mos erat tabulam felicitatis materiam tam diu terebrare, quousque exceptum ignem cribro æneo virgo in aëdem ferret. Honores illis redditi fuerunt, ut etiam vivo patre testamentum condere, ac cætera gerere sine curatore possent, quemadmodum & trium filiorum matres, ut cum fascibus, si prodirent, deducerentur. Et si casu in quemquam incidissent, qui ad lethum ageretur, necari eum non licebat: verum dejerare virginem oportebat, senon ultro, sed forte; non autem dedita opera, & de industria obviam factam. Qui autem occurreret, cum ipsa feretro veheretur, moriebatur; *Plutarchus*. *Plinius* scribit, *Vestales virgines* servos fugitivos, ne urbe exirent, precationibus suis retinere, item crinem suum ad *loton* arborem Romæ vetustissimam, cognomento *capillatam*, consecrandum deferre fuisse solitas. Cæterum cujus ætatis, ex qua familia, & quo ritu virgo *Vestalis* capi solita fuerit, eleganter docet *Agellius*, cujus verba, quemadmodum a *Lud. Carrione* restituta sunt, adscribam. Qui, inquit, de *Vestali virgine* capienda, scripserunt (quorum diligentissime scripsit *Labeo Antistius*) minorem quam annos vi. majorem quam annos x. natam negaverunt capi fas esse. Item, quæ non sit *patrima* & *matrima*. Item, quæ lingua debili sensuve aurium deminuta, aliave quavis corporis labe insignita sit. Item, quæ ipsa, aut cujus pater emancipatus sit, etiam si vivo patre in avi potestate sit. Item, cujus parentes alter ambove fervicrint, aut in negotiis fordidis deserierint. Sed eam, cujus soror ad id sacerdotium lecta sit, excusationem mereri ajunt. Item, cujus pater *Flamen*, aut *Augur*, aut *Quindecimvir* sacris faciendis, aut qui *Septemvir Epulonum*, aut *Salvus* sit. Sponsæ quoque *Pontificis*, & *tibicinis* sacrorum filix vacatio à sacerdotio isto tribui solet. Præterea *Capito Attejus* scriptum reliquit: Neque ejus legendam filiam, qui domicilium in Italia non haberet, & excusandam ejus, qui liberos tres non haberet. *Virgo autem Vestalis*, inquit *Agellius*, simulatque capta, atque in atrium *Vestæ* deducta, & *Pontificibus* tradita est, eo statim tempore sine emancipatione, ac sine capitis minutione à patris potestate exit, & jus testamenti faciendi adipiscitur. De more autem, rituque capiendæ virginis, literæ quidem antiquiores non extant: nisi quod fertur, quæ capta prima est, à *Numa Rege* esse captam. Sed *Papiam legem* invenimus, qua cavetur, ut *Pontificis Maximi* arbitrato *virgines* à populo viginti legantur: sortitioque in concione ex eo numero fiat, & cujus virginis ducta erit, ut eam *Pontifex Maximus* capiat, eaque *Vestæ* fiat. Sed ea sortitio ex lege *Papia* non necessaria nunc videri solet: nam si quis honesto loco natus adeat *Pontificem Maximum*, atque offerat ad sacerdotium filiam suam, cujus duntaxat, salvis religionum observationibus, ratio haberi possit, gratia *Papia legis* per Senatum fit. Capi autem virgo propterea dici videtur, quia *Pontificis Maximi* manu prehensa ab eo parente, in cujus potestate est, veluti bello capta abducitur. In lib. 1. *Fabii Pistoris*, quæ verba *Pontificem Maximum* dicere oporteat, cum virginem capit, scriptum est. Ea hujusmodi sunt: SACERDOTE M. VESTALE M. QUÆ. SACRA. FACIAT. QUÆ. IOUS. SIET. SACERDOTE M. VESTALE M. FACERE. PRO. POPULO. ROMANO. QUIRITIBUSQUE. UTIQUE. OPTUMA. LEGE. FIAT. ITA. TE. AMATA. CAPIO. Præterea in commentariis *Labeonis*, quæ ad duodecim tabulas composuit, ita scriptum est: *Virgo Vestalis* neque hæres est cuiquam intestato, neque intestatæ quisquam, sed bona ejus in publicum redigi ajunt. Id quo jure fiat, quæritur? Amata inter capiendum à *Pontifice Maximo* appellatur: quoniam quæ prima capta est, hoc fuisse nomine, traditum est. Hactenus *Agellius*, qui etiam alibi recitat verba Prætoris ex edicto perpetuo de *Flamine Diale*, & de sacerdote *Vestæ*, hæc: SACERDOTE M VESTALE M ET FLAMINEM DIALEM IN OMNI MEA JURISDICTIONE IURARE NON COGAM. Alebantur *Vestales* sumptibus publicis. Duravit autem earum sacerdotium usque ad *Theodosii* senioris Imperatoris tempora, quo regnante, una cum aliis sacerdotiis, nequicquam reclamante Senatu, omnino est sublatum, id quod ex *Epistolis Symmachi*, & *Ambrosii* responsionibus manifestum est.

## De Saliis Palatinis XII.

Sexta pars legum ad religionem pertinentium, inquit *Dionysius*, traſtabat jura eorum quos Romani vocabant *Salios*, de quibus nos hoc cap. agemus. Unde nomen acceperint, dubitatur inter veteres Scriptores. Plerique enim à *ſaliendo* vel *ſaltando* eos dictos fuiſſe ſcribunt, quod id facere in comitio in ſacris quotannis & ſolerent, & deberent. Quidam tamen eos à *Salio* quodam, vel *Saone* ſic appellatos volunt, id quod *Sextus Pompejus Feſtus* his verbis docet: *Salios*, inquit, à *ſaliendo* & *ſaltando* dictos eſſe, quamvis dubitari non debeat, tamen *Polemon* ait, Arcada quendam fuiſſe nomine *Salium*, quem *Æneas* à Mantinea in Italiam deduxerit, qui juvenes Italicos *ἰοπατίοι* *ſaltationem* docuerit. At *Critolaus* Saonem ex Samothrace cum *Ænea Deos Penates* qui Lavinium tranſtulit, *Saliare* genus ſaltandi inſtituiſſe, à quo appellatos *Salios*. Plerique tamen à *ſaltando* id nomen deducunt, quos & nos ſequimur. Inſtituti primum ſunt, *Livio*, *Dionyſio* & *Plut. arch.* teſtibus, à Numa Pompilio Rege, qui, ut pleraque ſacra inſtituit, & ſacerdotes ſingulis præfecit, ita etiam *Salios XII.* ex Patricio ordine elegit, qui *Marti* ſacra in Palatio celebrarent: unde etiam *Palatini* ſunt appellati. Hi erant, ut *Dionyſius* lib. 2. inquit, ſaltatores quidam, & laudatores Deorum belli præſidium. Feſtum autem eorum incidit in *panathenæa* Græcorum, menſemque *Martium*, agiturque publice ad dies aliquot, per quos tota Urbe choreas ducunt uſque in forum & *Capitolium* aliaque loca, tam privata, quam publica, æreis balteis ſuccincti ſuper pictas tunicas, & induti aſtrictas fibulis prætextas, quas vocant *trabeas*, quæ Romanorum veſtis eſt propria, & honorata cum primis. Geſtant etiam in capitibus, quos vocabant *apices*, ſaſtiatos in altum pileos. Græci appellant *Cyrbasias*. Accinguntur autem ſinguli gladio, dextra tenentes lanceam, aut virgam, aut tale quid aliud: ſiniſtra vero *ancyle*, Thraciæ cetræ ſimile. Et paulo poſt: Geſtulantur militariter ad tibiarum modulos, nunc ſimul, nunc per vices, interim canentes præna quendam patrium. *Saltationem* autem armatam, quæ collis ſcutum gladiis crebros ciet ſtrepitus, ſi quid credendum eſt antiquis Scriptoribus; primi *Curetes* inventam tradiderunt poſteris, &c. Haſtenus ille. Eadem *Livius* tradit, ſed brevius. *Salios*, inquit, duodecim *Marti Gr. idio* legit, tunicæque pictæ inſigne dedit, & ſuper tunicam æneum peſtori tegmen: cæleſtiæque arma, quæ *ancylis* appellantur, ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis, ſolemnique ſaltatu juſſit. Cœtus *Saliorum* dicebatur *collegium*, quibus, qui præerat, & eos quaſi moderabatur, dicebatur *Magiſter Saliorum*: item *Præſul*. Unde *Lucilius*:

*Præſul ut amptruat, inde & vulgus red. amptruat olli.*

Redamptruare, ait *Feſtus*, quemadmodum *Joſeph. Scaliger* in lucem edidit, dicitur in *Saliorum* exultationibus, cum præſul *amptruavit*: quod eſt, motus edidit, & referuntur invicem iidem motus. Cæterum carmina, quæ à *Saliis* fiebant & canebantur, vel in Deos facta erant, & dicebantur ab eorum nominibus verſus *Januarii*, *Junonii*, *Minervii*: vel in univerſos homines componebantur, & appellabantur *axamenta*, auctore *Feſto*, ab *axare*, quod eſt nominare: vel, uti *Scaliger* placet, quod in axibus, ſeu tabulis deſcribebantur, quemadmodum apud Græcos leges. Primum *Saliare carmen* compoſuiſſe fertur *Numa Pompilius*, quod omnium Latinorum carminum antiquiſſimum fuiſſe dicitur, & idecirco obſcuriſſimum, id quod & *Cicero* ac alii veteres Scriptores ſæpiſſime teſtantur, & multa vocabula ex eo à veteribus Grammaticis citata probant. De *Ancylibus*, quibus uſi *Salii* fuerunt, vel potius quorum cuſtodix præpoſiti fuerunt, pauca adhuc adjiciam. *Feſtus*: *Numa Pompilio* regnante à cœlo cecidiſſe fertur *ancyle*, id eſt, ſcutum breve, quod ideo ſic eſt appellatum, quia ex utroque latere erat reciſum; ut ſummum inſimumque ejus latius medio pateret, unaque edita vox, omnium potentiſſimam fore civitatem, quam diu in ea manſiſſet. Itaque facta ſunt ejuſdem generis plura, quibus id miſceretur, ne internofci cœleſte poſſet, probatum opus eſt maxime *Mamurii*: qui præmii loco petiit, ut ſuum nomen inter carmina *Salii* canerent, &c. Unde *Mamurii Veturii* nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant. Vide & *Servium*, *Plut. arch. Ald. Mamutium* lib. 2. de Quæſtis per epistol. Et alios.

## VIRGINES SALIARES.

Virginum *Saliarium* ſolus, quod ego ſciam, meminit *Sext. Pompejus*, his verbis: *Saliæres Virgines* Cincius ait eſſe conductitias, quæ ad *Salios* adhibebantur, cum apicibus paludatæ, quas *Ælius Stilo* ſcripſit ſacrificium facere in Regia cum Pontifice, paludatas cum apicibus, in modum *Saliorum*. Hæc ille. Vide Fig. c. notat.

## De Fetialibus, &amp; Patre patrato.

**F**etiales dicti, quod fidei publicæ inter populos præerant. Nam per hos fiebat, ut juſtum conciperetur bellum, & inde deſitum. Et ut fœdere fides pacis conſtitueretur. Ex his mittebant, antequam conciperetur, qui res repeterent: & per hos etiam nunc fit fœdus. Haſtenus *Varro*. Quando *Fetiales* primum Romæ



Romæ instituti & creati sunt, quæque eorum munera fuerint, perspicue docet *Dionysius* lib. 2. cujus hæc sunt verba: Septima legum sacrarum pars dicata erat *collegio Fetialium*, quos Græci *εἰρηνοδίκας* dicebant: hi sunt selecti & præstantissimis familiis, fungunturque per omnem vitam eo *sacerdotio*, primo *Numa* hujus sacri magistratus auctore, &c. Et paulo post: Longum autem esset recensere omnia *Fetialium officia*, sed in summa sunt hæc: Dare operam, ne Romani ulli fœderatæ civitati injustum bellum inferant: quod si qua prior contra fœderis conditiones aliquid commiserit, *legatos agere*, & verbis primo suum jus repetere: quod si dedignetur facere postulata, tum vero bellum indicere. Itidem, si qui illatam sibi contra fœdus querantur injuriam, causam eorum cognoscere, & comperto crimine fontes comprehensos laesis dedere: judicare item de *legatorum injuriis*, & dare operam, ut ferventur concitiones fœderum: pacem etiam conficere, aut si parum legitime facta videatur, irritam reddere: præterea si quid *Imperatores* contra jusjurandum peccaverint, cognoscere atque expiare. Eadem fere *Plutarchus* scribit in *Numa*, sed brevius: *Fetiales* inquit, quidam pacis custodes, & (ut mea fert opinio) ab re ipsa nomen capientes, *controversias* sedabant, cum non permitterent prius militare, quam omnis judicii species abscissa esset. Etenim *pacem* Græci vocant, quando verbo, non vi inter se utentes, *controversias* solvunt. At Romanorum *Fetiales* sæpe ad eos ibant, qui injuriam inferrent, illisque suadebant, ut se benevole & amice gererent: iis autem inimice sese, & pro voluntate gerentibus, *Deos testatis*, & multa gravia in eos eorumque patriam imprecanti, nisi juste rem aggrediantur, sic eis bellum indicebant: *Fetialibus* verò prohibentibus, aut minus comprobantibus, neque militi fas erat, neque regi Rom. arma movere: sed ab his necesse erat initium belli pro jure *Principem* accipere, & tum demum communi commodo prospicere. Hactenus *Plutarchus*. Unus *Fetialium* dicebatur *Pater patratus*. Erat autem is, cui pater & cui filii erant, & maximus habebatur, teste *Plutarcho*, ubi appellationis causas inquirens, has adfert: vel quod & liberos reverentur suos, & timeant genitores, vel quod sint perfecti, ut ipsum nomen sonat. *Patratus* enim esse quasi perfectum & absolutum, *perfectiorem* autem esse, qui vivo patre pater esset factus, vel quod jurisjurandi & pacis præsidem oporteat simul prorsum & retrorsum videre: id vero maxime præstare posse eum, qui & filium habeat, & de quo consulat, & patrem quicum deliberet. Addit *Plutarchus*, *Fetiales* etiam suo tempore privilegium, auctoritatemque aliquam retinere. *Prætores* enim corpora, quæ ob formam & florem ætatis custodia opus habuerint pudica, eorum fidei commendasse. De *Fetialibus* loquitur lex *Ciceronis*: Fœderum, pacis, belli, induciarum, *Oratores Fetiales* judices duo sunt, bellaque disceptant. Obsolevisse autem hunc morem per *Fetiales* res repetendi, & bellum indicendi suo tempore, *M. Ter. Varro* docet, cum ait: Per eos factum esse, ut justum conciperetur bellum, & inde desitum. Sic enim illud verbum *Adr. Turnebus* & *Joseph Scaliger* exponunt; & lib. 2. de vita populi apud Nonium sic scribit *Varro*: Itaque bella & tarde, & nulla licentia suscipiebant, quod bellum nullum nisi pium putabant geri oportere, & priusquam indicerent bellum iis, a quibus injurias factas sciebant, *Fetiales* legatos res repetitum mittebant. quos *Oratores* vocabant. Et lib. 3. Si cujus legati violati essent, qui id fecissent, quamvis *Nobiles* essent, ut dederentur civitati, statuerunt, *Fetialesque* xx. qui de his rebus cognoscerent, judicarent, & statuerent, & constituerent. De ritibus indicendi belli & feriendi fœderis, libro de *militia* dictum.

## AD CAP. XXI. PARALIPOMENA.

*Fetialium origo, hasta Imperii symbolum, hasta Roma ipsa.*

DE belli indicendi per fetiales ritu, expeditam l. 10. cap. 1. infra. Hic solum pauca obiter de iis perstringam. Ac primum, adhibebantur illi in consilium belli indicendi. T. Liv. 4. Decad. l. 1. in principio. *Consulti fetiales à consule Sulpitio, bellum quod indiceretur regi Philippo, utrum ipsi utrique nuntiari juberent, an satis esset in sinibus regni, quod proximum præsidium esset, eo nuntiari, Fetiales decreverunt, utrum eorum scilicet, recte facturum.* Origine eorum antiquissima, nam tempore regum fit fetialium in historia Romana mentio apud eundem T. Livium l. 1. Decad. l. 1. in rebus Romuli, & clarius in Anco Martio. Imo & apud antiquos Aborigines eorum usus, dicitur *αρχαιοτάτοι, libaminum latores*. Dionys. Halycarnass. l. 1. Meminit frequentissime Servius Maurus ad lib. 8. *Æneid.* Principio ad illud l. 1. *Æneid.*

*Principium pugne.*  
Et ad illud l. 10. *Æneid.*

*Tunc res rapuisse licebit.*

Denique ad illud l. 12. *Æneid.* verbera coronabantur:

*Verbera tempora vincit.*

Et capite velute hostibus bellum indicebant. Jac. Schegkius Præfessor. libello epist. 10. Mentio etiam fetialium in anti-

quo marmore, cujus fragmentum inferam, ex Aldo Marnutio in Orthographia sue ratione pag. 352.

P. CORNELIO. LENTULO. SCIPIONI.  
COS. PRÆF. ÆRARI. LEGATO. TI.  
CÆSARIS. AUG. LEG. LEG. VIII. HISPANICI. FETIALI.

D. D.

Corrigendus locus è Bucolico carmine Titi Calphurnii Sicuti, tersissimi & elegantissimi poetæ; ita ille Ecloga 1. v. 53.

*Candida Pax aderat, nec solum candida cultu,  
Qualis sæpe fuit, que libera Marte profuso,  
Quæ domito procul hoste, tamen grassantibus armis  
Libera dissuadet tacito discordia ferro.*

Primus versus desumptus videtur ex Albio Tibullo, apud quem l. 1. eleg. ult.

*Interea Pax arva colat, Pax candida primum  
Duxit araturos sub juga panda boves.*

C. Petron. in Civilibus:

*Pax prima ante alias, niveos pulsata latentes,  
Abscondit galea victum caput.*

Consuerim tamen legendum, in laudato Calphurnii versu hoc modo.

*Nec solum candida cultu.*

Auctor lectionis mihi Corippus Africanus l. 2. num. 3.

*Equiparans humeris matrem, sic læciã cultu,  
Sic niveis formosã genis.*

M. Martial. l. 8. epigram. 64. eodem modo corrigendus:

*Hic laurus redimita comas, & candida cultu*

*Roma, salutavit voce manique ducem.*

In secundo versu Calphurnii pessime hæcenus, *Marte profuso*, nisi forte dicamus, *Martem diffusum* esse cladem belli in omnes dispersam, sed nugæ: lego ergo:

*Libera Marte professo.*

Id est, bello indicto, aperto, aut per feriales denunciato. In ultimo versu, *diffundere libera discordia*, fateor mihi non intellectum, nisi fides adhibenda sit Victori Gilelino, qui fe in quinque codicibus manu exaratis, apud Aurelium Prædantium reperit *ait discordium*, pro dissidio, contentione, sed nusquam id mihi lectum, nec auditum. Eodem modo, *discordis*, id est, *disfors*, in nova vocis origine reperitur. Pomponius Bononicus in Sætira citante Prisciano l. 7. in fine:

*Blanda, fallax, impotens, superba, discordis.*

Et hanc vocem in Claudiano reponendam admonuit me vir literatissimus, & de Græcis Latinisque pariter auctoribus optime meritis Franciscus Zizæus Xantho. Ita igitur ille de 4. Honor. consul.

*Hanc tamen hand quisquam, qui non agnovit ante*

*Semet, & incertos animi placaverit æstus,*

*Inveniet, longis illuc ambagibus itur,*

*Discordis quod quisque sibi.*

Antea nullo sensu legebatur:

*Disce, orbis quod quisque sibi.*

Existimo nihilominus commodo sensu posse in eo carmine legi:

*Libera diffudit tacito discrimina ferro.*

Ad feriales regredior, qui bellum indicturi hastam in fines hostium intorquebant, quod non minus in consuetudine Barbaris quam Romanis fuit, & Græcis. Nam *Alexander in Persidem profecturus*, è navi in litus hastam ejaculatus est, terramque primus egressus navigio, quasi captivam cepit. Diodor. Sicul. l. 7. c. 2. in principio. Et Romani Carthaginiensibus bellum indixerunt *missi hastam*. Fest. Pomp. l. 8. Illi autem bellum illatum propullarunt, *missis hastis caduceoque*. A. Gell. l. 10. c. 27. Alludit ad ritum Ammianus Marcellinus lib. 19. in limine: *Ubi Grambates hastam insectam sanguine, ritu patrio, nostrisque consuecerat more scilicet, armis exercitus conceptans intolat in muros*. Fest. Pompejus l. 2. *Bellona dicebatur dea bellorum, ante cujus templum erat columella, quæ bellica vocabatur, supra quam hastam iacebant, quum bellum indicebatur*. Meminit P. Victor in 9. Reg. Ovid. l. 6. Factor.

*Prospectit à tergo summam brevis arca circum,*

*Est ubi non parva parva columna nota.*

*Hinc solet hasta manu belli prævultu mitti,*

*In regem, & gentes, cum placet arma capi.*

Poëta passim. Sidon. Apollinar. Carn. 5. v. 61.

*O Latii sopite vigor, tua membra ridet*

*Infidis cessisse suis, non contentis hastam?*

Stat. l. 12. Thebaid. v. 659.

*Ite alares, tantæque, precor, confidite causæ*

*Dixit, & emissa præcepit iter inchoat hasta.*

Virgil. l. 9. Æneid. in limine, de Turno Audeam obfidente:

*Sic ait, & jaculum emittens intorsit in auras,*

*Principium pugne.*

Hasta hæc sanguine erat infecta, quod de Marco Antonio in Marcomanicum bellum profectenti notavit ex Diomede Cocceiano, Adrianus Turnebus l. 25. c. 18. ut non immerito Bellonam belli præfidem hastatam fingerit Papius Statius lib. 2. Thebaid. v. 721.

*Nec minus ardentis Mavors, hastataque pugna*

*Impulerit Bellona tubas.*

Et l. 7. Thebaid. v. 72.

*Regit atra jugales*

*Sanguinea Bellona manu longeque satigat*

*Cuspide.*

Puto, quod telum bellis maxime idoneum fuit hasta, maximè & præ.ii, & ulus, in qua veluti vis quadam imperii tacita continebatur, quare & deorum statuis hastas addebant. Servius ad illud Virgilia l. 1. Æneid.

*Hi: illius arma,*

*Hi: curvus fuit.*

Et ipsa dea Roma hastata depingebatur, locabatur in urbe, in Italia, in provinciis, neque modo florent antiquæ Reip. statu, sed etiam posterioribus delevit, & jam lapsi in peit temporibus. Claudian. lib. de bello Gildonico, de Roma macta:

*Hunavis vix sæsinet agris*

*Squalentem chypæna, laxata casside prodit*

*Canitum, plenumque trahit rubiginis hastam.*

Et l. 2. de Lardib. Stilichon.

*Cuspis trabe surgit cherna.*

Et de consul. Olybii & Probini, de eadem Roma:

*Sive petat Partbos, seu cuspide turbet Hydaspem.*

Sidon. Apollinar. Carn. 2. in ejusdem deæ descriptione:

*Micat hasta mixta.*

Et Carn. 7. in limine:

*Pendent crines de vertice testis*

*Pulvere, non galea, chypænsque impiagitur agris*

*Gressibus, & pondus, non sercor, fertur in hasta.*

## CAPUT XXII.

### De Pontificibus & Pontifice Maximo.

Ultima Numæ institutionum, inquit *Dionys.* lib. 2. continebat sacra maximi apud Rom. sacerdotii, & cujus potestas est amplissima. Hi ab uno suorum operum, videlicet faciendo ponte publicio, vocantur *Pontifices*, summa auctoritate præditi, &c. Quod hic de etymologia nominis *Dionys.* tradit, dictos eos esse *Pontifices* à ponte & facere, id confirmat *Varro*, cum lib. 4. de Ling. Lat. sic scribit: *Pontifices* ego à ponte arbitror dictos. Nam ab iis *publicius* est factus primum, & restitutus sæpe, quum idco sacra & uls & cis Tiberim non mediocri ritu fiant. Idem tamen annotat, *Scævolam Pontificem* maximum voluisse, eos à posse & facere hoc nomen habere: quod scilicet *facere*, id est, offerre, vel sacrificare possint. Hi, quemadmodum *Dion.* l. 2. scribit, à Numæ temporibus usque ad annum Urbis circiter 1061. à collegio *Pontificum* cooptari soliti fuerunt. Non enim comitiis à populo creabantur, donec *Cn. Domitius, Cn. F. Abenobarbus* Tribunus pleb. *Pontificibus* offensior, quod alium, quam se, in locum patris sui *Cn. Domitii* cooptassent, lege lata, jus sacerdotum subrogandorum à collegiis ad populum transtulit, id quod & *Cicer.* in Rullum, & *Tranquil.* in Nerone tradunt. Hanc vero legem à *L. Sulla* dictatore plebi offensiore abrogatam, restituit *M. T. Cicerone, M. Antonio Coss. T. Labienus* Trib. pleb. teste *Dione* l. 37. Postea sub Augusto iterum abrogata lege *Domitia, collegiorum* primo, deinde Romanorum Principum arbitrio *Pontifices* & reliqui sacerdotes cooptari cœperunt.

Ad numerum *Pontificum* quod attinet, iv. tantum à *Numa* instituti traduntur, qui omnes ex *Patriciis* sem-

semper cooptati sunt, usque ad annum Urbis cdliv. quo tempore *Q. Apulejo Pansa, & M. Val. Corvo v. Coss. Q. & Cn. Ogulnii* Trib. pleb. legem tulerunt, ut numerus *Augurum & Pontificum* augetur, & pars eorum ex plebe crearentur. Qua de re *Livius* ita scribit. Hoc anno, ne undique tranquillæ res essent, certamen injectum est inter *primores civitatis, patricios, plebejosque* à Tribunis pleb. *Q. & Cn. Ogulniis*. Qui undique criminandorum patrum apud plebem occasionibus quæsitis, postquam alia frustra tentata erant, eam actionem susceperunt, qua non infimam modo plebem accenderent, sed ipsa capita plebis, *Consulares, triumphalesque plebejos, quorum honoribus nihil præter sacerdotia, quæ nondum promiscua erant, deesset, Rogationem ergo promulgarunt, ut cum iv. Augures, iv. Pontifices* ea tempestate essent, placeretque augeri *sacerdotum numerum, v. Pontifices, v. Augures* de plebe omnes allegerentur. Eam rem juxta ægre passi *Patres*, quam cum *Consulatum* vulgari viderent: simulabant ad Deos id magis, quam ad se pertinere, ipsos visuros, ne sacra sua polluantur: Id se optare tantum, ne qua in Rempubl. clades veniat. Minus autem tendere, assueti jam tali genere certaminum vinci, & cernebant adversarios non id quod olim vix speraverint, affectantes magnos honores: sed omnia jam, in quorum spem dubiam erat certatum, tamen adeptos multiplices *Consulatus, Censurasque & Triumphos, &c.* Et paulo post: Vocare *Tribus* ex templo populus jubebat, apparebatque accipi legem: ille tamen dies est intercessione sublati: postera die deterritis *Tribunis* ingenti consensu accepta est. *Pontifices* creantur, suavis legis *P. Dec. Mus, P. Sempr. Soplus, C. Marc. Rutilius, M. Livius Dentor, &c.* Ita *ix. Pontificum* numerus est factus, qui usque ad *L. Sulla Felicis* Dictaturam mansit. Is enim cum adversæ partis factionibus cæsis, *Diffator* renuntiatus fuisset, inter multa quæ antè abrogavit, aut addidit, *Pontificum* quoque & *Augurum collegium* ampliavit, ut essent *xv. Pontifices, & xv. Augures*. *Florus* Epit. 89. Ex quo *Sullæ* factò duplex factus est *Pontificum* ordo. Primi enim *ix.* & *ii* deinceps, qui in eorum locum cooptati sunt, *Pontifices majores* appellati, reliqui vero *vii. minores Pontifices* dicti sunt, quorum passim & apud veteres Scriptores, & in vetustis Epigram. mentio fit. Univerfus *Pontificum* cœtus *Collegium* vocabatur, quemadmodum ex *Cic.* oratione ad *Pontifices* pro Domo, & de *Haruspicum responsis*, item ex antiquis inscriptionibus liquet.

De *Pontificum* muneribus & dignitate hæc tradit *Dionys.* lib. 2. *Pontifices*, inquit, de omnibus causis ad sacra pertinentibus judicant, tam inter magistratus sacrificos, quam inter privatos homines: novæque leges de sacris arbitrari suo condunt, sicuti destituuntur scriptis legibus: & magistratus, penes quos ceremonia sunt, ac sacrificia, *sacerdotesque* omnes examinant: *ministros* quoque sacrorum in officio continent, ne quid præter solemnes ritus faciant, à profano etiam & imperito vulgo consuluntur de cultu *Deorum*, ac *geniorum*, aliisque religionibus, quod si quem animadvertant præscripta sua contempnere, eum multant pro delicti magnitudine. Ipsi nullius potestati sunt obnoxii, nec tenentur ad reddendam rationem vel *senatui*, vel *populo*. Id genus *sacerdotes*, sive sacri *doctores*, sive sacrarum legum consulti, sive *sacrorum custodes* recte dicendi sunt: ego *hierophantus* nostris appellari dixerim. In defuncti locum alius solet subrogari, non populi suffragiis, sed qui *collegio* maxime videatur idoneus ex omni numero: nec nisi inauguratus ad sacerdotium admittitur. Hactenus *Dionysius*. Quæ fere eadem etiam à *Cicerone* referuntur, cum in oratione pro Domo sua ad *Pontifices* sic loquitur. Cum multa divinitus *Pontifices* à majoribus nostris inventa atque instituta sunt, tum nihil præclarius, quam quod vos eisdem & religionibus *Deorum* immortalium, & summæ Reipublicæ præesse voluerunt, ut amplissimi & clarissimi cives *Rempublicam* bene gerendo, *Pontifices* religionem sapienter administrando, *Rempublicam* conservarent. Quod si ullo tempore magna causa in *sacerdotum* populi Romani judicio ac potestate versata est: hæc profecto tanta est, ut omnis Reipublicæ dignitas, omnium salus, vita, libertas, aræ, foci, *Dii penates*, bona, fortunæ, domicilia, vestræ sapientiæ, fidei, potestatique commissa & credita esse videantur. Et paulo post ad *Lentulum*, unum ex *Pontificibus*: Te appello, inquit, *Lentule*, tui sacerdotii sunt *tensa, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulaque ludorum*. Vosque *Pontifices*, ad quos *Epulones* Jovis Optimi Maximi, si quid est prætermisum, aut commissum, afferunt: quorum de sententia illa eadem renovata atque instaurata celebrantur, &c.

*Pontificum collegium* usque ad *Theodosii* senioris Imperatoris tempora Romæ fuit. Quibus, religione *Christiana* omnia jam obtinente, Imperatoribusque antiquæ superstitioni adversantibus, uno edicto *sacerdotum* omnium reditus fisco applicati sunt. Quare postea plane *Pontifices, Augures, & reliqui sacerdotes* fieri desierunt, cum redditus omnibus multati essent. *Zosimus*. Unus *Pontificum* omnium supremus erat, qui & *Maximum* dicebatur, à *Numa* institutus, quod ut *Dionysius* tradit, maximarum rerum, quæ ad sacra & religionem pertinent, iudex esset, & vindex contumaciæ privatorum & magistratum. De ejus creatione sic scribit libro primo *Livius*: Minoribus *Pontificibus* creatis, *Numa Pontificem* deinde *Maximum* *Numam Marcium, M. F.* ex Patribus legit, eique sacra omnia exscripta, exsignataque attribuit: quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ templa sacra fierent, atque unde in eos sumptus pecunia erogaretur. Cætera quoque omnia publica privataque sacra *Pontificis* scitis subjecit, ut esset, quo consultum plebs veniret, ne quid divini juris negligendo patrios ritus, peregrinosque adsciscendo, turbaretur. Nec cœlestes modo ceremonias, sed iusta quoque funebria, placandosque manes, ut idem *Pontifex* edoceret, quæque prodigia fulminibus, aliove quo visio missa susciperentur, atque curarentur.

Hactenus *Livius*. Festus etiam ait, *Pontificem Maximum* iudicem atque arbitrum rerum divinarum, atque humanarum esse. Cæterum *Pontifex Maximus* ex collegio Pontificum creabatur, non quidem collegarum cooperatione, ut in cæteris sacerdotiis mos erat, sed populi tributis comitiis, ut ex omni *Livii* historia facile intelligi potest. Multo etiam tempore non nisi ex patribus creabatur, donec postremo omnibus honoribus plebi communicatis, *Pontifex* quoque *Maximus* ex plebe primus creatus est *T. Coruncanus*. Post quem multi tam *Patricii*, quam plebei *Pontifices Maximi* creati fuerunt, usque ad *C. Julium Cæsarem*. Quo mortuo, in ejus locum *Pontificatum maximum* per vim invasit *Lepidus*; post cujus mortem id sacerdotium suscepit *Augustus*, quod Lepido vivo nunquam, quanquam oblatum, recipere sustinuerat, ut *Tranquillus* tradit. Decens autem visum est, cum, qui totius imperii possessionem adeptus esset, ipsam quoque supremam divinarum rerum auctoritatem, quæ hoc sacerdotio comprehendebatur, habere. Quare post *Augustum* omnes Romani Principes, qui sub Imperatoris nomine rei Romanæ præfuerunt, *Pontificatum maximum* vel susceperunt, vel se *Pontifices Maximos* appellari passi sunt: ut *Constantinus*, *Constantius*, *Valentinianus*, *Valens*, & *Gratianus Augustus*: qui Christianæ religioni addicti, quanquam à *Pontificis Maximi* munere abhorrent, id tamen elogiis suis adscriptum non aspernati sunt vel rejecerunt.

Primus omnium *Gratianus* Imperator edicto proposito (ut *Zosimus* docet) se *Pontificem Maximum* appellari vetuit, atque ita ea sacerdotii dignitas in Imperatoribus defecit. Seriem *Pontificum Maximorum* à Numa Marcio usque ad Titum Flaviu[m] Vespasianu[m] Imperatorem Augustum collegit *Onuphrius*.

## CAPUT XXIII.

## De Saliis Collinis XII.

**S**ALII Palatini, de quibus ante diximus, à Numa instituti sunt. Hos vero *Tullus Hostilius* Rex ex voto creavit, de quibus *Dionysius* lib. 3. hæc memoriæ prodiit: Pugnatum est ad Heretum cvii. ab Urbe stadio, multis utrinque cadentibus. Cumque tum quoque diu æquo Marte certaretur, *Tullus* protensis ad cælum manibus votum Diis fecit, si eo die *Sabinos* vinceret, *Saturno* & *Opi* se institutorum ferias, quas Romani post comportatas terræ fruges celebrare solent publice, duplicaturumque *Saliorum* numerum. Hi sunt genere *Nobiles*, certis temporibus armati saltantes ad tibiæ modulos, & patrios quosdam hymnos concinentes: Et ante cum de *Saliis Palatinis* loquitur: *Agonales*, inquit, sive, ut quidam appellare malunt, *Collini Salii* habent in Collino tumulo sacrarium, post Numam instituti à Rege Hostilio, sicut bello *Sabino* voverat. Meminit horum & *Varro* l. 5. de Ling. Lat. his verbis: in libris *Saliorum*, quorum cognomen *Agonensum*, &c. Ex quibus omnibus manifestum est, *Salios* hos non à Numa, verum à *Tull. Hostilio* rege ex voto institutos fuisse, ideoque à prioribus aliquo modo distinctos: & *Collinos* vel *Agonenses* dictos fuisse à monte, in quo sacrarium habuerunt. Aliter tamen de iis *Servius* Virgillii interpres scribit, qui à *Josepho Scaligero* sic citatur. Duo sunt genera *Saliorum*, ut in *Saliaribus* carminibus invenitur, *Collini* & *Quirinales* à Numa instituti: ab *Hostilio* vero *Pavorii* & *Pallorii*. Addit *Scaliger*: Quos *Quirinales* hic vocat, sunt, qui aliter *Agonenses*. Nam & mons Quirinalis dicebatur *Agonalis*. Quæ præter hæc ad horum munus pertinent, ex *Saliorum Palatinorum* descriptione repetantur.

## CAPUT XXIV.

## De Duumviris, Decemviris, &amp; Quindecimviris sacris faciundis.

**S**acerdotium hoc à *Tarquino Superbo* Rege institutum est. Qua de re *Dionysius* l. 4. ex *Varronis* traditione hæc scribit: Venit ad Tyrannum externa quædam mulier ix. libros *Sibyllinorum* oraculorum venales offerens: cumque *Tarquinius* nollet eos tanti emere, quanti illa indicaverat, abiit, & tres exussit ex eo numero: nec multo post reliquos relatotantidem obtulit: derisiveque pro delira, quod tantum pro paucioribus peteret, quantum pro pluribus obtinere non potuerat, rursus discedens reliquorum cremavit dimidium: relativæque tribus, auri quantum antea, petiit. Tum rex miratus mulieris consilium, accessit *Augures*: reque denarrata, quid faciendum esset, eos consuluit. Illi *auguribus* quibusdam edocti, aspernatum eum rem missam divinitus, & piaculum grave admissum, quod non omnes libros emerit, iusserunt numerari mulieri auri quantum peteret, & reliquum oraculorum redimi. Mulier datis libris diligenter eos servare monuit, nec posthac usquam visa est inter homines. *Tarquinius* Duumviros creavit ex numero *Nobilium*, hisque addidit duos ministros publicos, & per hos custodiri libros voluit. *Duumvirorum* alterum *M. Atilium*, visum non bona fide rem gerere, & ab uno ministrorum delatum parricidii, in culeum insutum projecit in mare. Expulsis postea Regibus *Sibyllinorum* cura devenit ad populum; is nobilissimos viros custodes eorum creavit, qui per totum vitæ tempus fungerentur eo munere, liberi alioqui ab omnibus militaribus atque civilibus muneribus, hosque libros publice accipiunt, nec sine his cuiquam licet eos inspicere. Et ut compendio dicam, nullam rem, ne sacra quidem, Romani tam diligenter quam

quam *Sibyllina oracula* custodiunt. Utuntur autem eis ex SC. si quando seditionibus turbatur status Reipublicæ, aut in bello insignis aliqua clades accepta est, aut prodigia quæpiam dubia, magnumque aliquid portendentia nuntiata sunt, ut plerumque fit. Hi libri manserunt incolumes usque ad bellum *Marsicum*, in templi Capitolini cella subterranea, inclusi arcæ lapideæ, asservati à *Decemviris*: post exactam vero 111. supra c. & L. Olymp. cremato *Capitolio*, sive de industria, ut quidam autumant, sive fortuito incendio, cum aliis donariis Jovis hi quoque igne absumpti sunt: Nam qui nunc extant è multis locis comportati sunt, partim allati ex Italicis urbibus, partim ex *Erythris* Asiæ, ex SC. legatis illuc ad transcribendum missi, partim ex aliis urbibus, etiam à privatis hominibus descripti, in quibus inveniuntur quædam supposititia. Hactenus *Dionysius*, quæ etiam habet *Agell.* lib. 1. cap. 19. *Solinus* cap. 8. & alii. *Lactantius* tamen cap. 6. lib. 1. Divinarum Institutionum, & *Serius* non Tarquinio Superbo, sed *Prisco* id adscribunt: quod temporibus est conformius. Nam (ut *Solinus* auctor est) fuit hæc *Sibylla* Romæ Olymp. L. qua regnavit *Tarquinius Priscus*. Ad libros etiam illos quod attinet, scribit *Plinius* l. 13. c. 13. non IX. sed 111. tantum ad Tarquinium allatos esse, quorum 11. fuerunt cremati, non vi. unus à *Tarquinto* emptus. *Duumviri* creati sunt usque ad annum cccxcix. tum numerus eorum auctus est. Tulerunt enim ad populum Trib. Pleb. C. *Licinius*, & L. *Sextius*, ut pro *Duumviris* sacris faciendis *Decemviri* crearentur, ita ut pars eorum ex plebe, pars ex patribus fieret. *Livius* l. 6. id quod usque ad L. Sullæ Felicis tempora est observatum; inde *Quindecimviro* mentio fit, ita ut verisimile sit, L. *Sullam*, qui & reliquorum aliquot sacerdotum numerum auxit, *Decemviris* aliis quinque additis, *Quindecimviro* instituisse. Post *Sullam* idem sacerdotium mansit usque ad *Theodosii* tempora, quibus cum cæteris veteris superstitionis sacris abrogatum est. Porro autem ex 4. *Cælii* ad *Cic.* epistola colligi potest, populi suffragiis sacerdotes hujus collegii aliquando creatos, idque per legem *Domitiam*. Nam quod à collegiis ante eam legem cooptarentur, passim in *Livii* historia legitur, ubi de suffectis in demortuorum locum sacerdotibus loquitur. Munus horum sacerdotum quod fuerit, ex iis *Dionysii*, quæ attulimus, verbis satis intelligitur, videlicet libros *Sibyllinos* custodire, cum ex SC. adeundi essent, adire, & quæ legissent, Senatui renuntiare, & ea SC. decreta procurare, ludos *Saculares* celebrare, & postremo omnia peragere, quæ *Sibyllinorum* carminum jussu facienda erant, id quod præter *Dionysium* & *Licium*, *Suetonius*, *Tacitus*, & alii docent. Libet tamen hoc loco addere *Varronis* locum de libris *Sibyllinis* & *Sibyllis*, qui extat apud *Lactantium Firmianum* libro primo Divinarum Institutionum, capite sexto: *Sibyllini* libri, inquit, non fuerunt unius *Sibyllæ*: sed appellantur uno nomine *Sibyllini*, quod omnes fœminæ vates *Sibyllæ* sunt à veteribus nuncupatæ, vel ab unius Delphidis nomine, vel à consiliis deorum denuntiandis. Σῆς enim Deos, non Θεὸς, & consilium non βῆλος, sed βουλὴ appellabant, Æolico genere sermonis, itaque *Sibylla* dicta est, quasi Θεοῦ βῆλος. Cæterum *Sibyllæ* decem numero fuerunt. Prima fuit de *Peris*, cujus mentionem fecit *Nicanor*, quæ res gestas *Alexandri Maced.* scripsit. Secunda *Libyæ*, cujus meminit *Euripides* in *Lamiæ* prologo. Tertia *Delphica*, de qua *Chrysippus* loquitur in eo libro, quem de Divinatione composuit. Quarta *Cumæa*, in Italia, quam *Nævius* in libris belli Punic; *Piso* in *Annalibus* nominat. Quinta *Erythræa*, quam *Apollodorus* *Erythræus* affirmat suam fuisse civem: eamque *Graji* Ilium petentibus vaticinatam, & perituram esse Trojam, & *Homerum* mendacia scripturum. Sexta *Samia*, de qua scripsit *Eratosthenes*, in antiquis *Annalibus* *Samiorum* reperisse se scriptum. Septima *Cumanæ*, nomine *Amaltheæ*, quæ ab aliis *Demophile*, vel *Herophile* nominatur. Ea novem libros attulit ad Regem *Tarquintum Priscum*, ac pro eis trecentos Philippeos postulavit. Rex aspernatus ob pretii magnitudinem, derisit mulieris insaniam. Illa in conspectu Regis tres combussit: ac pro reliquis idem pretium postulavit. *Tarquinius* multo magis mulierem insanire putavit, quæ denuo tribus aliis exustis, cum in eodem pretio perseveraret, motus est Rex, ac residuos trecentis aureis emit: quorum postea numerus est auctus, *Capitolio* refecto, quod ex omnibus civitatibus & Italicis, & Græcis, & præcipue *Erythræis* coacti allatique sunt Romam, cujuscumque *Sibyllæ* nomine fuerunt. Octava *Hellepontica*, in agro Trojano nata, vico *Marpesso*, circa oppidum *Girgithium*; quam scribit *Heraclides Ponticus* *Solonis* & *Cyri* fuisse temporibus. Nona *Phrygia*, quæ vaticinata est *Ancyra*. Decima *Tiburis*, nomine *Albunea*, quæ *Tiburi* colitur ut *Dea*, juxta ripas amnis *Antenis*, cujus in gurgite simulachrum ejus inventum esse dicitur, tenens in manu librum, cujus sacra Senatus in *Capitolium* transtulit. Addit *Lactantius*: Harum omnium *Sibyllarum* carmina & feruntur, & habentur, præterquam *Cumææ*, cujus libri à Romanis occultantur: nec eos nisi à *Quindecimviris* inspicere fas est. Et sunt singularum singuli libri: qui, quia *Sibyllæ* nomine inscribuntur, unius esse creduntur, suntque confusi, nec discerni, ac suum cuique assignari potest, præter *Erythrææ*: quæ & nomen suum carmini verum inferuit: & *Erythræam* se nominatum iri, prælocuta est: cum esset orta *Babylonicæ*, &c. Et paulo post de *Erythrææ* plura verba faciens adducit *Fenestellam* de *Quindecimviris* sic scribentem: Restituto *Capitolio* retulisse ad Senatum C. *Curionem* Consulē, ut legati *Erythræis* mitterentur, qui carmina *Sibyllæ* conquisita Romam deportarent. Itaque missos esse P. *Gabinium*, M. *Otacilium*, L. *Valerium*, qui descriptos à privatis versus circiter mille Romam deportarunt. Hactenus *Lactantius*. De Augusto Imperatore scribit *Tacitus* libro sexto *Annal.* Cum eo tempore multa vana nomine *Sibyllarum* ferrentur, jussisse eum conquisita *Samo*, *Erythris*, *Ilio*, *Africa*, & per Italicas colonias carmina intra certum diem ad Præfectum Urbis

Urbis adferri, & iudicium, censuramque *Quindecimviro*rum adhiberi, ne haberi privatim liceret, quod jam à majoribus erat cautum.

Trium *Sibyllarum* statum Romæ erant juxta rostra: una, quam *Pacuvius Taurus* Ædilis plebis instituit: duæ, quas *M. Messala*. *Plinius* libro 34. capite 5. *Solinus* eas nominat *Cumanam*, *Delphicam*, & *Erythraeam Heriphylem*. Plura de *Sibyllis* videas apud *Ludovicum Vicem* ad cap. 23. lib. 18. *Aurelii Augustini* de Civitate Dei, & alios.

## AD CAP. XXIV. PARALIPOMENA.

*Oracula Sibyllina, libri fatidici quomodo scripti, quot Sibylla, ut consulerentur à XV. viris.*

**S**acerdotium istud, ut omnia alia sapissime immutatum est. Nam primitus duo tantum designati erant, quorum curæ, fatalia regni pignora, seu libri Sibyllini committerebantur inspicendi, ut veluti decorum oraculis præmoniti, malo obviam ire possent cives, quo ritu, quo exordio, qua dignatione, dicam paulo hie infra: Si prius in omnibus rebus dubiis Sibyllinos libros consuli consuevisse est historica fide, ostendero, Deinde quamdiu duraverit hæc consuetudo, & quot fuerint Sibyllæ, à quibus gentibus cultæ, clare ostendam.

Ac primum in omni relatione prodigiorum seu duumviri, seu decemviri, seu denique quindecimviri libros, ut mederi possent, consulebant. *T. Liv.* frequentissime, & alii, sed præcipue 1. *Decad.* lib. 1. in *Tarquinio Superbo*. In principio videtur prodigia expiata lentire, decreto tantum & præscripto augurum, non duumviro; ita enim: *Augur ex lignea columna clapsus cum ad publica prodigia Hetrusci tantum vates adhiberentur, ob hoc unum prodigium aruspices in senatum vocati, atque ex responso eorum supplicatio populo in unum diem indicta.* 4. *Decad.* lib. 2. in limine. *Incertum, mas an femina esset, qui natus erat ad aruspices ex Hetruria acciti, sed cum ac turpe prodigium diceret.* 3. *Decad.* lib. 7. In prodigium versa ea tempestas, procurarique aruspices iusserunt 4. *Decad.* libro decimo principio. Eadem *M. Lucan.* libr. 1. v. 584.

*Hæc propter placuit Tibiscos, de more vestro Aciri vates.*

Utrumque *Claudianus* conjunxit libr. 1. in *Eutropium* in principio:

*Pandite Pontifices Cumanæ carminæ vatis,  
Inmensumque nefas sibi explorat aruspex,  
Quæ nova portendunt superi.*

Tamen frequentius prodigia inspectis Sibyllinis oraculis expiabantur. Idem *Livius* 4. *Decad.* lib. 1. in limine. *M. Claudio*, *M. Livio* cons. deportatus similis prodigiis factus, nihilominus decemviro adire libros de portentis iusserunt, decemviri ex libris res divinas easdem, quæ proximè secundum id prodigium facta essent, imperarunt. 1. *Decad.* lib. 3. *Libri per duumviro*s sacerorum aditi, pericula à conventu alienigenarum prædicta, ne qui in loca summa urbis impetus cadesque inde ferent, inter cetera monitum, ut à seditionibus abstinerent. 4. *Decad.* lib. 6. Eorum prodigiorum causa libros Sibyllinos ex *SC.* cum decemviri adissent, veniunturanti jejunium institutum *Cereri* esse. Eiusdem *Decadis* lib. 7. in principio. *Supplicatio* fuit, quibus diis, decemviri ex libris ediderunt, ut ferret, & decemviri in lentibus nocte rem divinam fecerunt. 3. *Decad.* lib. 2. in limine: Cum decemviri libros inspexissent, eorum monitu decretum donum diis. 4. *Decad.* lib. 8. *Supplicatio* in trianum pro collegio decemvirorum imperata fuit in omnibus compitis. Et libr. 10. *Decreverunt* patres, ut cons. quibus vellet diis, hostiis majoribus sacrificarent, & decemviri libros adirent, eorum decreto supplicatio circa omnia pulvinaria *Rome* in unum diem indicta.

Libri isti non in chartaceis voluminibus descripsi, sed lineis. *Q. Symmach.* l. 4. epist. 34. *Itane de me Indos facis, ut quæ apud te incuriosus legor, in styli canide, aut illic per pillares censeas transferenda, ne facile senectus papyri scripta corrumpat;* (in aliis melius, ne facilis senectus papyri) & *Mar. iorum* quidem ratum divinatio caducis corticibus inculcata est, monitis *Cumanos* lineæ texta sumpserunt: in etiam fericis voluminibus,

*Achamencio more iasandi literas meas præcipis.* *Claudian.* lib. de bello *Getico*:

*Quid meditentur arces? quid cum mortalibus æther  
Fulmine vellet igne lequi? quid carmine possat  
Fatidico, cæsis Romani carbasis ævi?*

Quæ tamen non ita intelligenda velim, ut sibi Sibyllini libri in huiusmodi lineis tabulis, seu lineæ tela inductis scriberentur, cum alios etiam sic scriptos reperiam, leges nempe; *Constantinus August.* tit. 27. lib. 11. *C. Theodos.* de alimentis, quæ inopes parentes de publico petere debent. Lib. 1. ad *Ablavium*. *Æneis* tabulis, vel cernissatis, aut lineis mappis scripta per omnes civitates *Italiae* preponitur *Lex, quæ parentum manns à parricidio arceat.* Aut private epistola principum *Fl. Vopisc.* in *Aureliano*, *Inveni nuper in Ulpis Bibliotheca, inter lineos libros epistolam D. Valeriani.* Fœdera etiam publicaque acta, iisdem in mappis exarabantur. *T. Liv.* 1. *Decad.* lib. 4. *Prætermissa nomina consulum horum. Licinius Macer auctor est, & in fœdere Ardeatino, & in lineis libris ad Monetæ inventos.* Et quæcunque ludicra, *Sidon.* *Apollinar.* l. 9. epist. 16.

*Præter heros, joca multa, multis*

*Tæxi pannis elegos*

*Accurate, ut solet, rotam difficultatem expedit C. Plin.* lib. 13. cap. 11. *In palmam foliis primo scriptum, deinde quarundam arborum libris, postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & privata lineis consilii cepta, ut cereis.* Quem locum Critici aliter legendum censuerunt, & inter hos *Jacobus Dalecampius*, & *Guilandinus*, licet hoc pacto, in *malvarum foliis* primo scriptum, quæ restitutor placet impentius, auctore *Lidoro Hispalensi* lib. 6. *Etymologicum* cap. 12. *At vero historia major modum scribebatur, & non solum in charta, vel membranis, sed etiam in momentis elephantis, (lege, orientis elephantis) textilibusque malvarum foliis, atque palmarum.* *C. Helvius Cinna* vetus poeta:

*Hæc tibi Arateis multam invigilata lucernis  
Carmina, quæcis ignes movimus æthereos.  
Lexis in arido malva descripta libello  
Purpura texti mueræ navicula.*

Et de hoc scribendi ritu intelligendus *Plautus Bacchidib.* sc. *Hunc hominem.*

*Stilum, ceram, & tabellam, & linum.*

Alio longe sensu dixit *Ovidius* lib. 6. *Metamorphos.* Fab. 7.

*Stamina barbarica suspendit candida tela,  
Purpureasque notas filis intexit albis.*

*D. Aufon.* epist. 23.

- - - per licia texta querelas

*Edidit, & tacitis mandavit crimina telis.*

Ad *Sibyllas* revertor, quantum antiquissimum constat esse vaticinium vasisque, adeo ut ex *Sibylla Delphicæ* operibus *Homerus* multa operi suo inferuisse dicatur. *Bocchius*, & ex eo *C. Jul. Solin.* *Polyhist.* cap. 8. Et de ea *Aufon.* epigr. 18. *P. Virgil.* lib. 6. *Æneid.* & *Servius* ad illud:

- - - ruit totidem responsa *Sibyllæ.*

*D. Juvenal.* sat. 8.

- - - solium recitare *Sibyllæ.*

*Q. Horat.* *Carmine* saculari:

*Quod Sibyllini monere versus.*

*Claudian.* lib. 2. in *Eutrop.* in præfat.

*Miror cur, aliis qui panacæ fata solebas,*

*Ad proprios casus, cæca Sibylla, rases?*

Et de 4. *Hon.* consil.

- - - *Cumanæ* rursus

*Intonit rupes, rapida delibra Sibylla.*

Et lib. de bello *Gudonico* in principio:

*Si mea mansuris meruerant monia nase  
Jupiter, auspiciis, si stant immota Sibylla  
Carmina.*

Et lib. 3. de Laudib. Stilichon.

*Hec angustis firmata Sibylla,  
Nec sacris animata Numæ.*

Extant etiamnum hodie oracula Sibyllina, sed non illa, ut puro, quæ antiquitas tantopere suspexit, ut unquam certe liquet heroicis carminibus illa scripta. Alb. Tibull. l. 2. eleg. 5.

*Te duce Romanos nunquam frustrata Sibylla est,  
Adita quæ sensu fata canit pedibus.*

Eorundem oraculorum auctoritatem extulit C. Sueton. in Julio cap. 79. Quoniam libris fatalibus contineretur Parthos, nisi a rege, vinci non posse. Duravere hæc oracula in summa religione, multis sæculis, & ab Augusto reddita dignatio. Idem Sueton. in eo cap. 3. Qui, quid fatidicorum librorum Græci Latineque generis nullis, vel parum idoneis auctoribus vulgo ferebatur, supra duo millia contracta undique cremavit: ac solos retinuit Sibyllinos: hos quoque delectu habito: condiditque duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi. At quadringentis plus minus post illum annis, imperante Theodosio seniore, conversa melior senatus pars ad fidem, cœpit contemnere inania hujusmodi

figmenta, & demum sub Honorio principe, Stilicho combussit. Rutil. Numatian. Gall. Itinet. lib. 2. quod scio à multificio & immortalitate dignissimo, Cæsare Baonio in excellentissimo Chronicorum Ecclesiasticorum opere observatum. Sic itaque ille:

*Nec tantum Geticis grassatus proditor armis,  
Ante Sibyllina fata cremavit opis.*

*Odimus Althæam consumpti funere torris,  
Nysæum crimen flere putantur aves.*

*At Stilicho æterni fatalia pignora regni,  
Et plenas voluit præcipitare colus.*

Dixerat enim paulo antea:

*Quo magis est facinus divi Stilichonis acerbum,  
Proditor arcani qui fuit imperii.*

Jam ad numerum Sibyllarum descendendo, quas alii decem enumerant, genere, patria, parentibus, fama, tempore diversas. Chronicon Bergomense lib. 7. ex testimonio Varionis, & alii novem, inter quos Suidas. Quatuor constituit Elianus Var. Histor. lib. 12. cap. 35. nonnulli unam tantum. C. Plin. lib. 12. cap. 33. ad stipulante Aulo Gellio lib. 1. cap. 19. Denique nonnulli tres. Aufon. Griph. Ternarii:

*Et tres fatidicæ, nomen commune, Sibyllæ.*

## CAPUT XXV.

### De Rege sacrorum, sive Rege sacrificulo.

Qua causâ hoc sacerdotium institutum sit, & unde nomen habeat, eleganter docet Livius lib. 2. his verbis: Regibus exactis, & parta libertate, rerum deinde divinarum habita cura, & quia quædam publica sacra per ipsos Reges factitata erant, necubi Regum desiderium esset, Regem sacrificulum creant. Id sacerdotium Pontifici subjecere, ne additus nomini honos aliquid libertati, cujus tunc prima erat cura, officeret. Et Dionys. libr. 5. sic scribit: Sed quoniam multa magna beneficentia collata videbantur in Republic. à Regibus, volentes hoc nomen in Urbe servari perpetuo; jusserunt ut Pontifices & Augures designarent unum aliquem è senioribus ad hoc idoneum; qui sacris tantum præset, immunis à militia, vocareturque Rex sacrificulus, primusque hunc honorem Romæ accepit Manius Papirius, vir Patricius, quietis amantissimus. Creabatur Rex sacrorum Comitibus Centuriatis, quemadmodum apud Agellium lib. 15. cap. 27. refert Lalius Felix, & quidem quamdiu religio mansit, semper ex Patriciis, ut Cicero scribit pro Domo. Huic neque magistratum gerere, nec orationem ad populum habere licebat. Cujus rei causam hanc Plutarch. in Quæstionib. Romanis, quæst. 63. affert, ut scilicet nunquam nisi in sacris servire, utque in gratiam Deorum regnum sustinere videretur. Unde etiam hunc ritum à majoribus traditum esse Plutarchus dicit, ut Rex sacrorum ante Comitium, postquam rem divinam fecisset, fuga sese inde & foro proriperet.

Non licebat Regi sacrorum feriis opus videre, quemadmodum nec Flaminiibus, ideo per præconem denunciabat, ne quid tale ageretur; & præcepti negligens mulctabatur. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 16. ad Regem sacrorum virgines Vestales certa die ibant, & dicebant, *Vigilante Rex? vigila.* Servius in 10. Æneid. Mansit autem hoc sacerdotium usque ad Theodosii senioris tempora, quibus cum reliquis sacris abrogatum est.

Regis sacrorum uxor appellabatur Regina sacrorum, quæ & ipsa aliquot sacra facere solebat: cujus meminit Macrob. Satur. lib. 1. cap. 15.

## CAPUT XXVI.

### De Sacerdotibus foemina Bonæ Deæ.

Sacerdotes Bonæ Deæ dictæ fuerunt matronæ illæ, quæ operatæ sunt sacris Fauna, sive Fatua. Cum enim ea tantæ fuisset pudicitæ, ut nemo illam, dum vixit, præter virum sumam, mas viderit, nec nomen ejus audierit: Propterea illi mulieres sacrificabant, & Bonam Deam nominabant. Varro de hujus Deæ sacris. Plutarchus in Quæstionibus Romanis, quæst. 20. scribit, matronas domi suæ sacellum muliebri Deæ, quam Bonam vocent, ornantes, myrtum non inferre: cum tamen omnibus aliis germinantibus & florentibus studiose ea in re utantur, & causam ejus moris hanc fuisse dicit, quod mulieres cum ab aliis rebus puræ, tum maxime re Venerea, sacra ista peragant, quodque non solum maritos, sed omnes in universum mares domo exterminet, cum Deæ sacris operantur ritibus, itaque myrtum, ut Veneri sacram, abominentur. Hæc sacra P. Clodius Ciceronis ætate polluit: cum enim C. Cæsaris Pontificis Maximi uxorem

*Mutiam* adamaret, muliebri habitu in operto *Bona Dea* inventus est ab *Aurelia C. Cæsaris* matre, quod non nisi mulieribus ingredi fas erat. Unde *Cicero* in P. Clodium acerrime invecus est; quod ausus fuisset ea sacra, quæ in operto pro salute populi Romani in Pontificis Maximi ædibus fiebant, sua præsentia polluere. Tantum de his. [Dixi abunde supra lib. 2. hujus operis cap. 1. quæ adi.]

## CAPUT XXVII.

## De Gallo &amp; Archigallo sacerdotibus Deæ Cybeles.

DE Cybele, quæ eadem est *Mater Deum* diximus libro superiore. Ejus sacerdotes dicti fuerunt *Galli*, quorum præses vel summus, *Archigallus* fuit appellatus. Nomen habent à flumine Phrygiæ *Gallo*; sic enim *Sext. Pompejus Festus*: Galli qui vocantur, *Matris Magnæ* comites, dicti sunt à flumine, cui nomen est *Gallo*, quia qui ex eo bibissent, in hoc furere incipiant, ut se privent virilitatis parte, quod etiam *Ovidius*, *Herodianus*, & alii testantur. Quanquam alii aliam afferant etymologiam, dictos videlicet eos fuisse à *Gallo* quodam, qui primus *Cybeles* sacerdos fuerit. De *Archigallo* Gallorum Antistite testimonium dicunt & veterum aliquot marmorum inscriptiones, quales à *Lilio Gyraldo* Syntagmate 4. historiæ Deorum Gentilium, & ab *Onuphrio Panvino* recitantur, & *Plinius* atque *Tertullianus*, qui eorum meminerunt, ut de reliquis taceam. Testes sibi præcidebant *Samia* testa: ut *Plin.* lib. 11. cap. 49. & lib. 35. cap. 12. scribit, cujus rei origo hæc fuisse fertur: Cum *Dea Cybele* puerum Phrygem formosissimum, *Atyn* nomine, suis sacris ea lege præfessisset, ut perpetuo castitatem servaret, haud longe post *Sangaritudem* Nympham compressit: quare ab irata Dea in furorem actus, cum *Dyndima* venisset, manusque sibi afferre conaretur, miseratione Deæ furor liberatus à se interficiendo abstinuit, virilitatem tamen sibi amputavit, & ideo *Cybele* castratos sacerdotes habere mavult: qua de re extat prolixum carmen *Catulli*. De his sacerdotibus in hunc modum scribit *Dionys.* lib. 2. Romæ nulla peregrina sacra sunt recepta publice, ut fit in multis urbibus: sed etiam si qua oraculorum jussu aliunde introducta sunt, suo more coluntur à civibus, abdicatis fabularum miraculis, sicut in matris *Idææ* sacris fit. Prætores enim quotannis Romano ritu victimas ei cædunt, & ludos faciunt: sacerdotio vero ejus funguntur *Phryges*, vir & mulier, eamque vicatim circumferunt, more suo circulatorio pectora plangentes ad cantum tibiarum, tympanorumque sonitum: ingenuus autem Romanus nemo est *Mitriacus*, nec oberrat ad Phrygios modulos indutus synthesium, neque ex decreto Senatûs initiatur *magna matris* Orgiis. Hactenus *Dionysus*. His sacerdotibus licebat stipem colligere, cum reliquis id prohibitum esset. Sic enim *Cic.* lib. 2. de Legibus. Præter *Idææ matris* famulos, eosque justis diebus, ne quis stipem cogito. Et paulo post interpretans hanc legem, *Stipem*, inquit, sustulimus, nisi eam, quam ad paucos dies propriam *Idææ matris* excepimus. Implet enim superstitione animos & exhaurit domos. Plura de his sacerdotibus habebimus libro sequenti, ubi sacra hujus Deæ explicabimus. [De *Cybeles* sacris, translatione in urbem, sacerdotibus ipsius, seu *Archigallis*, dictum est à me lib. 2. supra cap. 6. hujus operis, quæ consule.]

## CAPUT XXVIII.

## De Septemviris Epulonum.

UT fere omnes veterum sacerdotes, sic *Epulones* vario numero fuerunt. Quando enim primum instituti sunt, tres creati sunt: quemadmodum ait *Livius* lib. 33. qui ita scribit: Anno Urbis DLIII. L. *Furio Purpureone*, M. *Cl. Marcello* Coss. Romæ eo primum anno III. *Epulones* viri facti, C. *Licinius Lucullus*, T. *Romulejus*, qui legem de creandis his tulerat, & P. *Porcius Lecca*. His Triumviris item, ut Pontifici, lege datum togæ prætextæ habendæ jus. De his Triumviris *Cic.* lib. 3. de Orat. ita scribit. Sed ut Pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem tres viros *Epulones* esse voluerunt, quum essent ipsi a *Numa*, ut etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti. A posterioribus temporibus *Septemviris Epulones* fuisse, ex veteribus cum scriptorum, tum lapidum monumentis intelligi potest. *Antistius* enim *Labeo* apud *Agellium* lib. 1. cap. 12. ita scribit: Item cujus pater *Flamen*, aut *Augur*, aut *Quindecimvir S. F.* aut qui *Septemvir Epulonum*, aut *Salus* est. Quis autem eum numerum auxerit, ut pro Triumviris *Septemviri* crearentur, nemo tradit. *Onuphrius* aliquot conjecturis ductus, putat à L. *Cornelio Sulla* id factum fuisse. Cui interim assentiemur, dum alii certius aliquid in medium proferent. *Cæsarem* quoque Dictatorem aliis tribus ad collegium *Septemvirorum* additis, *Decemviros Epulonum* constituisse, auctor est *Dio*, qui lib. 43. extremo, hæc scribit: Cum *Cæsar* plurimis beneficia deberet, Magistratibus & sacerdotiis collatis eis satisfecit. Itaque xv. sacerdotibus unum, collegio *septenario* tres addidit. Notat *Hubertus Goltzius*, *Septemviris Epulonum* à C. Julio *Cæsare* tres alios additos esse, ita ut *Decemviri* facti sint. De munere horum sacerdotum *Cic.* Oratione de *Aruspicio* responsi. ita loquitur: Ludos minus diligenter factos pollutosque. Quos ludos? Te appello, *Lentule*, tui sacerdotii sunt thesæ, curricula, præ-



centio, ludi, libationes, epulæque ludorum publicorum: vosque Pontifices, ad quos *Epulones Jovis Opt. Max.* si quod est prætermisum, aut commissum adferunt, quorum de sententia illa eadem renovata atque instaurata celebrantur. Ludi sunt minus diligenter facti? quanto aut quo scelere polluti? respondebis & pro te, & pro collegis tuis, & pro collegio *Pontificum*, nihil cujusquam aut negligentia contemptum, aut scelere esse pollutum. Ex quibus verbis intelligimus, non modo quod esset munus *Epulonum*, sed etiam fuisse eorum quoddam collegium. Et hi, ut cæteri *sacerdotes*, à collegiis subrogabantur ante legem *Domitiam*; quod ex tota *Liviana* historia liquet. Post legem vero *Domitiam* populi suffragiis quoque honor mandari cœptus. Tantum de his.

## CAPUT XXIX.

*De Duumviris ædis locandæ, faciundæ, dedicandæ, & Triumviris, ædibus sacris incendio consumptis restituendis, & sacris conquirendis, donisque persequendis.*

HI quidem proprie *sacerdotes* non erant, sed tamen verisimile est ex *sacerdotibus* eos potissimum creatos fuisse. *Duumvirorum* frequens mentio apud *Livium*: & præsertim libr. 7. & 22. Nam ubi ædes aliquo casu vota erat, statim qui locarent, facerent, & dedicarent, *Duumviri* populi comitiis tributis, lege *Papiria*, renunciabantur, quod ex *Agell.* lib. 15. cap. 17. facile intelligi potest.

De *Triumviris Livius* libr. 25. ita scribit: Comititia deinde à Prætoribus Urbano de Senatus sententia plebisque scito sunt habita, quibus creati sunt *Quinquéviri*, muris, turribusque reficiendis, & *Triumviri* bini, unus sacris conquirendis, donisque præsignandis, alter reficiendis ædibus *Fortuna* & matris *Matuta* intra portam, quæ priore anno incendio consumptæ fuerant. Plura de his addere supervacaneum.

## CAPUT XXX.

*De Pontificibus & Sacerdotibus Deorum singulorum.*

P RÆter eos, de quibus hætenus diximus, inquit *Onuphrius* libr. 2. de Republ. Rom. multi quoque erant in Urbe *sacerdotes* publici, variis nominibus appellati, & recentioribus temporibus instituti, quorum memoria in vetustis tantum superest *epigrammatibus*, ex quibus, quanta potui, diligentia eos collegi atque hac ratione hoc loco in antiquitatis studiosorum gratiam accurate exscripta subjunxi. Hætenus ille. Nos, cum ad propositum nostrum nihil faciant, *epigrammata* illa, quæ ipse adducit, omisimus.

## CAPUT XXXI.

*De ministris sacerdotum populi Romani.*

S ACERDOTIIS populi Romani explicatis, de *ministris* etiam quædam addenda sunt, id quod nos hoc capite faciemus.

## CAMILLI, ET CAMILLÆ.

HI à Romulo sunt instituti, de quibus *Dionys.* lib. 2. scribit: *Romulus* voluit uxores cum suis maritis fungi sacerdotio, & si qua sacra viros obire vêtaret mos patrius, ea relinqui foeminis, in ejusque ministerii partem debitam venire illorum etiam liberos, quod si qui prole carerent, eis licere optare ex quacunque tribu puerum puellamque, elegantissimos: alterum ministraturum sacris, donec pubesceret: alteram tantisper dum pura esset à nuptiis.

## FLAMINII, VEL FLAMINIÆ.

De his in hunc modum scribit *Festus*: *Flaminus* Camillus puer dicebatur ingenuus, patrimus & matrimus, qui *Flamini Dialis* ad sacrificia præministrabat. Antiqui enim ministros *Camillos* dicebant, *Flaminia* dicebatur sacerdotula, quæ *Flaminica Dialis* præministrabat, eaque patrima & matrima erat, hoc est, patrem & matrem adhuc vivos habebat.

## ÆDITUUS, VEL ÆDITUMUS.

*Agellius* libr. 12. capite 6. *Varro*, inquit, censet *adituum* dici oportere, non *adituum*, quod alterum sit recenti novitate fictum; alterum antiqua origine incorruptum. Quo respexit etiam *Varro* libr. 1. de re Rustic. c. 2. cum scribit: *Sementinis* feris in ædem *Telluris* veneram, rogatus ab *aditumo*, ut dicere didicimus à patribus nostris: ut corrigimur à recentibus urbanis, ab *adituo*. At lib. 6. de Ling. Lat. notat, alios *adituum* dici malle. Hæc enim sunt ipsius verba. Tueri duo significat; unum ab aspectu, ut dixi: unde est illud, *Tueor te senex, proh Jupiter!* Et *Quis pater aut cognatus vobis nos contra tueri?* Alterum à curando, ac tutela: ut cum dicimus, *Bellum tueor*, & tueri villam, à quo etiam quidam dicunt, illum qui curat ædeis sacras, *adituum*, non *adituum*. Quod officium hujus fuerit, manifestum est. Fuerunt præter hos Scribæ Pontificum à Commentariis *Quindocimvirum* sacris faciundis, *Adjutores Haruspicum*, & *Kalatores*, quorum mentio extat in vetustis epigrammatis. Vide Thesaurum *Huberti Goltzii*.

## TIBICINES.

*TIBICINUM* Romanorum frequens apud veteres auctores mentio est: hi tibus concinentes sacris populi Romani interesse solebant. De his scribit *M. Varro* libro 4. de Lingua Latina. *Quinquaginta* minusculæ dictæ *Junia* idus ab similitudine majorum, quod tibus concinentes tum feriat per Urbem vagantur, & conveniunt ad ædem *Minervæ*. Quomodo hi aliquando, quod prohiberentur in æde Jovis vesci, *Tibur* secesserint, & post Romam inde reducti fuerint, alibi ex *Livio*, *Valerio Maximo*, & *Plutarcho* docemur.

## TUBICINES.

DE *tubicinibus* sic scribit *Sextus Pompejus*: *Tubicines* ii appellantur, qui sacerdotes viri speciosi publicè sacra faciunt, tubarum lustrandarum gratia, &c. Qui enim tubis canebant, *tubicines* dicebantur.

## POPÆ.

*POPÆ* ministri sacrorum erant, qui hostias & victimas ligabant, & laureati succinctique, atque ad illa usque nudi, eas ante aras deductas feriebant. Unde *Suetonius* in *Caligula*: Admota altaribus victima succinctus poparum habitu cultrarium mactavit. Et *Spartianus* in vita *Getæ*: Percussit hostiam popa.

## VICTIMARIUM.

Et hi sacerdotum ministri erant, qui victimas ligabant, & cultrum, aquam & molam parabant, & reliqua, quæ sacris erant necessaria. *Valerius* lib. 1. cap. 1. Libros *Petilius* Prætor urbanus ex auctoritate Senatus, per *victimarios* facto igne in conspectu populi cremavit. *Livius* libr. 40. Libri in comitio igne à *victimariis* facto in conspectu populi cremati sunt. *P. Victor* Romæ castra *victimarium* fuisse refert.

## PRÆCIÆ.

*Præciæ*, sive *praclamitatores* dicebantur qui à *Flaminibus* præmittebantur, ut denuntiarent opificibus, ut manus abstinerent ab opere, ne, si vidisset sacerdos facientem opus, sacra polluerentur. Habuerunt etiam *Flamines* & *virgines Vestales* suos lictores, de quibus aliàs dicitur.

## PRÆFICA.

*Terentius Varro* libro 6. de Lingua Latina: *Præfica*, ut *Aurelius* scribit, mulier ab luctu, quæ conducebatur, quæ ante domum mortui laudes ejus caneret. Hoc factitatum *Aristoteles* scribit, in libro, qui inscribitur *τοῦ κρηνα βραβείων*, quibus testimonium est, quod fretum est *Nævii*.

*Hæc quidem verè opinor præfica est:  
Nam mortuos collaudat.*

*Claudius* scribit, ea quæ præficeretur ancillis quemadmodum lamentantur, *præfica* est dicta: utrumque ostendit à præfectione, *præficam* dictam. *Plautus* in *Truculento*:

*Sine virtute argutum civem mihi habeam pro præfica.*

*Sext. Pompejus*: *Præfica* dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductæ, quæ dant cæteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum præfectæ. *Nonius Marcellus*: *Præficæ* (inquit) dicebantur apud veteres

veteres, quæ adhiberi solent funeri mercede conductæ, & ut flerent, & fortia facta laudarent. *Lucilius* 22. Mercede quæ conductæ flent alieno in funere *præfca* multo, & capillos scindunt, & clamant magis.

## DESIGNATOR ET VESPA, SEU VESPILLO.

*Designatores* dicebantur, qui constituendæ funebri pompæ præerant, unicuique incedendi locum ordinemque præscribentes: ita *Sext. Pompejus*.

*VESPILLONES* autem cadaverum *funeratores* erant: ita dicti, quod vespertino tempore mortuorum efferre solerent: unde & funera à *funalibus* dici autumat *Donatus*, quia noctu efferebantur, ob sacrorum celebrationem diurnam. Hi *Vespa* à *Sexto Pompejo* appellantur: *Vespa*, inquit, dicuntur qui funerandis corporibus officium gerunt, non à minutis illis volucris, sed quia vespertino tempore eos efferrunt, qui funebri pompa propter inopiam duci nequeunt. Hi etiam *vespillones* dicuntur. Hactenus de sacerdotibus & ministris eorum, ea, quæ à veteribus memoriæ prodita sunt, exposuimus, quibus adjiciemus quædam generalia de sacrificiis, si prius vasa, quorum usus in sacrificiis fuit, explicaverimus, atque ita hæc libro finem imponemus.

## AD CAP. XXXI. PARALIPOMENA.

## Qui aditui, tibicines, &amp; eorum collegium.

**A**dium sacrarum custodes aditui, vel aditumi appellantur. *Adrian. Turneb. lib. 14. Adversar. cap. 12.* Græce ἱεροδράκτες nominantur, quam vocem Latinam fecit *Scævola IC. l. 20. ff. de annuis legat. Attia fidei commissum his verbis reliquit, quisquis mihi hæres erit, fidei ejus committo, uti det ex reditu canaliculi mei, vel horrei, post obitum, sacerdoti vel hierophylaco, & liberis, qui in illo templo erunt, denaria decem, æte mundianorum, quas ibi posui.* Erat *Alexander Neapolitanus lib. 5. Genial. diet. cap. 17.* qui pro hierophylaco, aut hierophylace, legi contendit debere hierosarchum. Quæ dictio neque Latinis usui recepta, neque ab aliquo auctore usurpata. *Legodras, sacrarum ceremoniarum doctores, leguntur apud Julium Pollicem lib. 1. cap. 1. num. 31.* Plutarchum in vita *Numæ*, & *Philæstratum Lemnium* in vita *Apollonii Thyanci lib. 4. c. 6.* *Dionys. Halicarnast. lib. 2. D. Hieronym. de Monogamia ad Geruntiam.* Atque hos nonnulli confundunt cum *Nomophylacibus*, de quibus *Jun. Moderat. Columella lib. 12. cap. 3. in fin.* *In bene moratis civitatibus semper est observatum, quorum prioribus atque optimis, non satis visum est bonas leges habere, nisi custodes earum diligentissimos viros creassent, quos Græci ἱεροδράκτες appellant.* *M. Tull. lib. 3. de legib. Legum custodiam nullam habemus, itaque hæc leges sunt, quas apparatus vestri volumus, à librariis petimus, publicis literis consignatam memoriæ publicam nullam habemus; Græci hoc diligentius, apud quos Nomophylaces creantur.*

Ex quo loco licet conjicere nullam apud Romanos fuisse custodiam legum officium, ac ne nomen quidem. Itaque tantum in usu erant isti, qui adium sacrarum curam gererent. *C. Suet. Augusto cap. 5. se esse possessorem, ac velut aditum soli, quod Divus Augustus nascens utiçisset.* De quo nonnullas apponam inscriptiones. Prima ex *Omphrio Panvino* de iurata est in Civitate sua pag. 551.

## SOLI. ÆTERNO.

## SACR.

PRO. SAL. P. VALERII. CRISPI SEPTENTRION. SACERDOT. DELINVICTI. M. ANTONIUS. M. F. LIBER. MESOPYLUS. ÆDITUUS. COLLOCAVIT.

Altera in hæc verba extat:

COSMUS. ÆDITUUS. MATRIS. D. .... ANTI-  
TIOCHOS. SACERDOTE. ANNIS. XII. IUS. ....  
AB. IMP. AUGUSTO. GRATIS. MANUMIS-  
SUS. OB. .... SUPRA. SUNT. HS. N. L. DO-  
NATIONIS. CAUSA. MANCIP.

Tertia Romæ visitur, his verbis:

## D. M.

ABASCANTO. AUG. LIB. ÆDITUO. ÆDIS.  
NEPTUNI. .... QUÆ. EST. IN. CIRCO. FLA-

MINIO. FLAVIUS. ABASCANTIUS. ET  
PALLANS. CÆS. N. SER. ADIUTOR. A.  
RATIONIBUS. PATRI. PISSIMO. FEC.

Quantum marmoris vetusti fragmentum extat Romæ in ædibus *Atilii Delphini*.

## D. M.

T. FLAVIO. AUG. LIB. LIBERALI. ÆDITUO. MARTIS. ULTORIS. CLAUDIA. EXOCHE. CONIUGI. BENEMERENTI. ET. SIBI. FECIT. VIXIT. ANNIS. LVII.

Denique & quintum apponam ex *Aldo Manutio Orthographæ pag. 17.* ex *Vinca Joan. Poggii Episcopi Tropien.* cujus hæc sunt verba:

DIIS. MANIBUS. SAL. SER. SULPITIO. AUG. I. ALCIMO. ÆDITUO. AB. ISEM. PELAGIAM. VIX. AN. XXXVII.

Sacerdotum, seu verius sacrorum ministri erant & tibicines, de quibus omnia vulgarissima quædam tibias *dextras*, quædam *sinistras*, *Joan. Bod. lib. 1. Miscellan. cap. 6. adnecas, eburneas*, *Hieron. Magius l. 1. cap. 13. Dextre unum foramen, sinistre duo habebant.* *Varron apud Servium ad illud 9. Æneid.*

————— *Biforem dat tibia cantum.*

*Lucret. lib. 2.*

*Et Phrygio stimulat numero cava tibia mentes.*

Quosdam modos lugubres, seu Phrygios, quosdam incitato, quosdam remissos, neque in Italia aut Romæ modo, sed & apud Græcos, ut de *Maiyæ* & *Apollinis* certamine dixi ad l. 1. supra in Reg. 8. & apud *Ægyptios* *Claudian. de 4. Hon. consul.*

————— *variosque modos Ægyptia dicit*

*Tibia.*

Multiplicem tibarum usum nemo expressit aptius *P. Ovidio lib. 4. Fastor.*

*Temporibus veterum tibicinis usus avorum*

*Magnus, & in magno semper honore fuit.*

*Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,*

*Cantabat massis tibia funeribus.*

*Quæritur in cæna cava tibia.*

Male antea legebatur meo iudicio:

*Quæritur in scena cava tibia.*

Et de ejus in funebribus usu dicam infra lib. 5. cap. 39. in conviviis, eodem libro, receptos tibicines ostendam, & disputat ex *Aristotele* & aliis *Dionys. Lambinus* in *Emilium Probum*, in vita *Epaminondæ*.

Denique & ludis solemnioribus, seu commissionibus adhibitos liquet ex *M. Varrone* apud *Nonium* in *Ramices. Prinsquam in Orchestra Pithanles insitet tibias, domi suæ ramices rumpit.* Dixi ad illud *Claudiani* panegyri. de consilatu *Manlii Theodori*:

*Qui nutu, manibusque loquax, cui tibia statu,*

*Cui pleuro pulsanda chelys.*

Sed & illud, ut puto, à Palmerio solo adnotatum est, amantes ante dominarum suarum fores noctu tibiis canere confueville. At in templis nulla tibia, nisi ex buxo, apud Græcos Lariñosque. Athen. Dipnosophist. l. 4. cap. 24. & Lilius Gyrald. syntagm. deor. gentil. 17. cum alix ex *cervinis ossibus compacta forent*. Aristophanes citatus à Suida in voce *δὲ τριβίαι*. Vide supra lib. 2. c. 4. quæ à me dicta sunt. Ad dendi hoc loco poëtæ. Claudian. lib. 3. de Raptu, ubi Cybele de se ipsa confternata somniis:

*Si buxos inflare velim, ferale gemisunt;*  
*Tympana si quatiam, placidam tibi tympana reddunt.*

L. Sen. Agamem. act. 2. Choro:

*Tibi multifora tibia buxo*  
*Solenne canit.*

Papin. Stat. l. 8. Thebaid.

*Et moderata sonum vario spiramine buxus.*

Virgil. l. 9. Æneid.

*Tympana vos buxusque iuvat Boreynthia.*

P. Ovid. loco citato. Minerva tibiaarum inventrix loquitur in hæc verba:

*Prima terebrata per longa foramina buxo,*  
*Ut daret, effecti, tibia longa sonos.*

Et certe in illius, tanquam primæ Musices repertricis, tutela erant tibiae, & tunc plena iis concessa potestas vagandi, popinas etiam, censore contempto, subintrandi. M. Martialis. ob id *ebriam* vocavit *tibiinam*. l. 14. epigr. 64. Fest. Pomp. l. 11. *Minuscule quinquatrus* appellantur *idus Junii*, quod *is dies festus est tibiae*, qui colunt *Minervam*, cuius *deus festus est propriè dies quinquatrus*, mensis *Martii*. Et l. 4. de ling. lat. M. Varro: *Quinquatrus minuscule dicitur Junie idus*, ob similitudinem majorum, quod tibiae tunc ferati per urbem vagantur, & conveniunt ad eam *Minervæ*. Martian. Capella de Merc. & Philolog. l. 9. Nam *fidēs apud Delphos per Delicam citharam de-*

*monstravi, tibiæ per Tritonidem nostri comitem, & Marisam Lydium sonnerunt, calamos Marylandini, & Aones, in laudes inflavere caelestium, panduram Ægyptios attentare permisi. Antonius Delrio legit, pandorium, ex Isidoro Hispanensi l. 3. Etymolog. Interim tibiaicum, qui sacris adhibebantur, meminit Juvenal. sat. 6. v. 314.*

*— cum tibia lambos*

*Inciat.*

Suid. in *ἀγαθῶν* *Agathonium tibiæ cantum diffusatum enervatumque* appellat. Hæc veteris marmoris fragmenta meminerunt.

IMP. CÆSARI. M. AURELIO.  
ANTONINO. PIO. FELICI. AUGUSTO.  
TIBICINES. ROMANI.

QUI. SACRIS.

PUBLICIS. PRÆST. SUNT.

Alterum in hæc verba concipiuntur:

DIANÆ. LUCINÆ. INVICTÆ.

CN. POMPEIUS. CN. LIB.

BARBUS. PROCURAT. TIBICIN.

ROM. VOTO. SUSCEPTO.

L. M.

Collegium eos in urbe habuisse, ex Tito Livio & antiquis inscriptionibus, alii observant, & habetur discrete apud Valerium Maximum l. 2. cap. 1. tit. penult. Qui plura cupis, ad Julium Solinum Polyhist. cap. 11. Scaligerum patrem Poeticorum l. 1. cap. 20. Cælium Rhodigium l. 9. cap. 7. Theophrastum l. 4. de caus. Plantar. Jul. Pollucem l. 4. Onomastic. cap. 10. & alios. Demades denique referente Isocrate, τῆς ἀθύρσεως ἕνεκα δὲ τῶν ἀθῶν. ἂν εἰ τις ἀθῶν τὴν γὰρ τῶν, τὰ λαγῶν εἶδος ἔστω. Athenienses similes dicebat esse tibiis, quæ adempta lingua nihil restitui rationis haberent. Joan. Stob. Serm. 2.

## CAPUT. XXXII.

### De vasis, quorum usus apud Romanos in sacrificiis fuit.

Vasa, quibus veteres in sacrificiis usi sunt, plurima fuerunt, de quibus Lilius Gregorius Gyraldus peculiarem librum conscripsit: qui tamen ad meas manus non pervenit. Nos hoc capite quædam, & quidem præcipua, enumerabimus, eorumque iconas ex Guilhelmi Brassicani antiquitatibus, Gallica lingua editis, subjiciemus. Sunt autem præcipua vasa hæc: *acerra*, *thuribula*, *prefericula*, *sympula*, seu *sympuvia*, & quas Cicero in Paradoxis *capedines* & *fistiles urnulas* vocat: item *candelabra*, *patera*, *disci*, *secespita*, *seve*, *enclabria*, *dolabra*, *olla*, *aquiminaria*, *asperforia*. Quorum icones hic addimus, & literis suis adnotavimus.

*Acerra*, inquit, *Festus*, ara, quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebantur. Alii dicunt *arculam* esse thurariam, scilicet ubi thus reponebat: sic Glossarium vetus, *acerra thuraria*, *ἀκέραιος*.

*Thuribulum*, vas, quo thura adolentur.

*Prefericulum*, vas æneum, sine ansa patens summum, velut pelvis, quo utuntur in sacrario *Opis Consvæ*.

*Sympulum*, sive *sympuvium*, vas parvum, non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur, unde & mulieres rebus divinis deditæ, *simpulatrices* dicuntur. Varro l. 4. de Lingua Latina, *sympulum* à sumendo dictum vult. *Josephus Scaliger* diminutivum esse dicit, à *sympone*, quod sit à Græco σίφων, ac significet vasculum cum tenui fistula vel angusto collo ad pitissandum vinum.






### CAPEDUNCULA, SECURIS, URNULA, LITUUS, PATELLA.

*Capis* poculi genus, dictum à capiendo, *Festus*. Varro: *Capis* & minores *capula* à capiendo, quod ansatæ, ut prehendi possint, id est, capi. Harum figuras in vasis sacris ligneas, & fistiles antiquas etiam nunc videmus. Idem l. 1. de Vita Pop. Rom. etiamnum pocula, quæ vocant *capulas*, ac *capides*, quod est poculi genus. Has Cic. in Paradoxis *capedines*, & *capedunculas*, & *fistiles urnulas* appellat.


*Candelabra*, vasa erant, in quibus candelæ figebantur. Varro l. 4. de Ling. Lat. *Candelabrum* à candelâ. Ex his enim funiculi ardentes figebantur. *Festus*: *Candelabrum* dictum; quod in eo candelæ figantur.

*Patera*,

*Tab. III.*



*pl. 230.*



*Patera*, eo quod pateant, latine ita dicta. Hisce etiam nunc in publico convivio, antiquitatis retinendæ causa, cum Magistri fiunt, potio circumfertur, & in sacrificando Deis, hoc poculo Magistratus dat Deo vinum. *Varro* lib. 4. de Ling. Lat. Hinc diminutivum *patella*, vasa picata, parva, sacrificiis faciendis apta.

*Secespitam*, inquit *Festus*, alii securim, alii dolabram æneam, alii cultellum putant. Et mox: *Secespita* cultrum ferreum oblongum, manubrio eburneo, rotundo, solido, vincto ad capulum auro, argentoque fixo clavis æneis, ære Cyprio, quo *Flamines*, *Flaminica*, virgines *Pontificesque* ad sacrificia utebantur, dicta autem *secespita* à secando.

*Difcus*, lanx dicebatur, & magis in quo astæ carnes reponebantur.

*Dolabra*, instrumentum, quo in dolando utebantur.

*Anclabria*, sive potius *anclabria*, appellabantur vasa ænea quibus sacerdotes utebantur. *Anclabris*, mensa ministeriis divinis apta. *Sext. Pomp. Festus*. Dicebantur autem *anclabria* & *anclabris*, ab anculare, quod erat ministrare, sive ab *anclare*, quod erat haurire.

*Asperforium*, quo aquam lustralem aspergebant: dicebatur etiam *aspergillum*, & *lustrica*.

*Aquinarium*, sive *amula*, vas lustrale, deportandæ aquæ religionis expiationisque ergo deputatum. Hæc & alia vasa sacrificiis destinata erant, quibus explicatis, de sacrificiis etiam quædam in genere dicemus: plura sequenti libro explicabuntur.

## CAPUT XXXIII.

## De Veterum sacrificiis.

**S**acrificium, inquit *Isidorus*, est victima, & quæcunque in ara cremantur, seu ponuntur. *Victimæ* vero, ut idem ait, sunt *sacrificia*, quæ post victoriam devictis hostibus immolabantur: sic dicta quod *vi ictus percussæ* caderent, aut quod vincæ ad aras ducerentur. Erant autem *victimæ* majora sacrificia, quam *hostiæ*: plerumque tamen confunduntur hæc vices. *Festus*: *Hostia*, inquit, *sacrificium* quod Laribus immolabant, quod ab illis hostes arceri putabant. Alibi dicit *hostias* ab antiquo verbo *hostio*, quod *ferio* significat, dictas esse. *Ovidius*:

*Hostibus a victis hostia nomen habet.*

*Hostiarum* multæ erant differentiæ, aliæ enim *pracidaneæ*, quæ ante solemnia sacrificia pridie matabantur. *Festus*: *Pracidaneam* *porcam* dicebant, quam immolare ante erant soliti, quam novam frugem incidere. Item *pracidaneæ agnæ* vocabatur, quæ ante alias cædebatur.

*Succidaneæ* dicebantur, si primis hostiis litatum non erat, aliæ post easdem ductæ cædebantur, quæ quasi prioribus jam cæsis, luendi piaculi gratia subdebantur, & succedebant, ob id *succidaneæ* nominatæ.

*Eximia* hostiæ erant, teste apud *Macrobium* l. 1. Saturn. c. 5. *Verano* in Pontificalib. Quæstionibus, quæ ad sacrificium destinatæ *eximebantur* è grege: vel quod *eximia* specie quasi offerendæ numinibus eligerentur.

*Ambegui*, bos, aut verrex appellabantur, cum ad eorum utraque latera agni in sacrificium ducebantur. *Festus*.

*Ambegna*, vel *Ambiegna*, oves in sacris dicebantur, quas circum aliæ hostiæ constituebantur. *Varro*, *Fulgentius Placidus*.

*Harviga*, vel, ut *Josephus Scaliger* legit, *aringa*, dicebatur hostia, cujus adhærentia inspiciebantur exta.

*Caviaræ* hostiæ dicebantur, ait *Festus*, quod *caviar*, id est, pars hostiæ, cauda tenus diceretur, & ponebatur in sacrificio pro collegio Pontificum quinto quoque anno.

*Prodigia* hostiæ appellabantur, quæ consumebantur.

*Bidentes* hostiæ quæ fuerint, varie disputatur. *Festus*, *Ambidens*, sive *bidens* ovis appellatur, quæ superioribus & inferioribus est dentibus, & hoc probat *Joseph. Scaliger*, cum in *Varronem* scribit: *bidentes* erant hostiæ, quæ & cornigeræ essent, & duos dentes eminulos haberent.

*Amburbales* hostiæ, quæ circum terminos urbis Romæ ducebantur.

*Amburuales* hostiæ appellantur, quæ pro arvis à XII. fratribus sacrificabantur. *Festus*. Et mox: *Amburualis hostia* est, quæ rei divinæ causa circum arva ducitur, ab iis qui pro frugibus faciunt.

*Injuges* hostiæ, quæ nunquam domitæ, ac jugo subditæ fuerunt. *Trebatius* apud *Macrob.* l. 3. Saturn. c. 5. duo imprimis hostiarum genera fuisse dicit: *alterum*, in quo voluntas Dei per exta disquirebatur: *alterum*, quo sola anima Deo sacrabatur: unde & *animales hostia* vocabantur.

Cæterum, sacrificia hac ratione peragebantur. Cum sacerdos victimam ad aram adduxisset, stans manum aram prehendebat, & preces fundebat. Principium precationis à *Jano* & *Vesta* fieri oportebat, quæ in omnibus sacris præcipua numina erant, & in votis nuncupandis compellationem primam meruerant: inde, quod

quod per eos aditus ad cæteros patere opinio erat. Et observabatur in ea precatione, ut *Jupiter Pater Optim. Maxim.* omnesque Dii cæteri patres advocarentur. Ne quid vero verborum præteriretur, aut præpostere recitaretur, de scripto præire aliquem rursusque alium custodem dari, qui attenderet sedulo. Alium qui favere linguis juberet & tibicinem canere, ne quid infaustum exaudiretur, oportebat: quod cum diræ obstrepentes nocuissent, aut precatio errasset, repente extis capita adimi, vel corda, geminarive, stante adhuc victima compertum esset. His peractis sacrum ab immolatione sacerdos inchoabat. *Fruges* aut *mola* *salsam* in caput victimæ deponebat, addito *thure masculo*. Vocabatur ritus ille *immolatio*, quasi molæ in caput victimæ collocatio. Deinde vinum aspergebat: sed prius quam id affunderet, scipulo, aut *simpulvio ligneo*, vel fictili admodum parvo & ipse leviter delibabat, & astantibus gustandum deferebat, ut pariter libarent. Vocabatur hic ritus *libatio*. Quo factio fetas inter cornua victimæ manu evulsas tanquam prima libamina projiciebat in ignem, conversusque ad ortum, obliquum cultrum à fronte victimæ ad caudam ducebat, tandem victimam Diis exhibitam & dedicatam jubebat jugulare ministros: qui, quod mactarent eas, *cultrarii* & *victimarii*, à nonnullis *pops* & *agones* vocabantur: reliqui partim admotis vasculis emanantem cruorem excipiebant, partim victimam excoriabant & abluebant, partim ignem accendebant. Ubi perpurata erat, mox *aruspex*, *flamen*, aut *sacerdos* cultro ferreo viscera rimabatur, attenteque explorabat, an perlitatum foret. Non autem manu licebat contrectare viscera, ne qua offensa pollutis sacris intercideret. Inspectis tandem & exquisitis singulis, ex omni viscere & membro ministri partes certas, decimas, *farina farvis* involvebant, & in calathis sacrificanti offerebant, *sacerdos* aris impositas, foculo incenso comburebat, quod reddere erat, & *litare*. Eum ignem ex olea, lauro, aut quercu corticis crassioris, aut cujus caudex cavus fungosusque esset, accendere, vel numinibus, adolere nefas erat; suspecta enim erant ligna illa, tanquam diri & mali ominis. Ubi quod Diis tributum erat, conflagrasset, ad epulas ipsi & convivia convertebantur. Inter vescendum Diis laudes canebant, pedibusque circum aras complodentes ad numeros psallebant, & pulsatis cymbalis choreas agebant. Cujus rei causam *Servius* in 5. Virg. eclog. hanc annotat, voluisse nimirum majores, nullam corporis partem esse, quæ non sentiret religionem: *cantus* autem ad animum, *saltationem* ad mobilitatem pertinere corporis. Porrò suæ singulis Diis victimæ etiam deputatæ erant, *superis* albæ & impares: *inferis* nigra & pares mactabantur. *Jovi prodigiali* thure & mola salsa, *Jovi Flamini* bove candido litabatur. *Neptuno*, *Apollini*, & *Marti*, tauro, verve & ariete: *Heroidibus* tauro, capro, & ariete: *Cereri* primum lacte, vino, & favis, postea porca: *Cybeli* itidem porca: *Æsculapio* capris & gallinis: *Laribus* gallo: *Soli* & *Marti* equo: *Luna* tauro: *Junoni* agna: *Veneri* columba: *Pani* & *Minerva* capra: *Diana* cervæ: *Libero Patri* melle, vino, & lacte, interdum capro & hirco: *Sylvano*, porco: *Fauno*, agna vel hœdo, de quibus alibi. Atque hæc de sacerdotiis, & in genere sacrificiis hæcenus. Dicemus jam de diebus festis.

## AD CAP. XXXIII. ULT. PARALIPOMENA.

De vocabulis usitatis, & formulis sacrorum, stare, sedere, transferre sacra, circumagere se, manum osculari.

**F**ormulæ supersunt, quæ ex eruditissimo B. Trifonio clarissimo de formulis volumine peti possunt. Ac primum adorantes deos stabant erecto corpore, ampliore angustiorisque cultum exhibitari. M. Martial. l. 12. epigr. 78.

Multis duon precibus Jovem salutat,  
Stans summos respiciens usque in unguis,  
Æthon. in Capitolio.

Hic quidem mos in communioribus sacris observatus aliis animadvertitur, ac in parentali, seu funebri solemnitate, operantes sacris sedebant. Q. Curt. l. 8. *Assidebat ei una ex neptibus, super amissum Hephæstionem, cui nupserat, lugens.* *Servius Honoratus ad principium l. 9. Æneid. Ad augurandi tantum consuetudinem, & sententia in senatu dicendi trahit.* Sed certum etiam parentantes, & lugubria peragentes officia, sedere solitos, vel ex Hebræorum ritu, ut ex sacris literis clarum, D. Matth. c. 27. Atque ita intelligi potius. M. Martiale l. 2. epigr. 41.

Te mæssa decet assidere matri,

Lugentem virum, piunique fratrem.

Et lib. 8. epigr. 57.

Tres habuit dentes, pariter quos expuit omnes,  
Ad tumulum Picens dum sedet ipse suum.

Papin. Stat. l. 5. fil. 3. v. 65.

Tepido genitrix super aggere nasi

Mæssa sedet.

Alb. Tibull. l. 2. eleg. 7.

Illius ad tumulum fugiam, supplexque sed. to,

Et mea cum muto fata querar cinere.

P. Virgil. l. 6. Æneid. in limine:

Luco tum forte parentis

Pilumni Turris sacrata valle sedebat.

Aurel. Propert. l. 3. eleg. 15.

Adferet hic unguenta mihi, fertisque sepulchrum

Ornabit, custos ad mea busta sedens.

Ab hac consuetudine dimanavit, ut sedem pro sepulchro, seu tumulo usurpemus. Ammian. Marcellin. l. 22. *Metuens, ne collectis supremis sedes illi, ut reliquis extruerentur.* Sidon. Apollinar. l. 2. epist. 8. *Perpetuis sedibus dormienti similior illata est.* Ad quem locum doctissimus Savaro id ipsum observavit, ex l. ult. C. Theod. de sepulch. etol. ubi sedes Apostolorum, pro tumulo. Et Valentinian. Aug. Novella de sepulch. eodem loquendi genere usus est, & Paulus l. c. l. 40. ff. de Religios. & sanctib. funer. *Si quis eo animo corpus intulerit, quod cogitabat inde alio postea transferre, magisque temporis gratia deponere, quam quod ibi sepeliret mortuum, & quasi æterna sede dare destinaverat, manebit locus profanus.* In Pandectis Florentinis legitur, *æternam sedem dare destinaverat.* Sed parum interest. Vetus marmoris cuiusdam fragmentum:

HANC SEDEM SIBI VIVI POSUERUNT.  
Et aliud in epigrammatis & poematis veterum l. 4. cuius hæc sunt verba:



LÆVITIAE. CONIUNX. PETRONIA. FOR-  
MA. PUDORIS.  
HIS. MEA. DISCEDENS. SEDIBUS. OS-  
SA. LOCO.  
PARCITE. VOS. LACHRIMIS. DULCES.  
CUM. CONIUGE. NATÆ.  
VIVENTEM. QUE. DEO. CREDITE. FLE-  
RE. NEFAS.

Et Poëta hoc fensu, Claudian. de bello Getico. Et alii passim :  
- - Delubra Numa, sedemque Quirini.

Et Virgil. lib. 6. Æneid.

Sedibus hunc refer ante suis, & conde sepulchro.

Idem eodem libro:

- - Quam sedibus ossa quierunt.

Porro sedem hanc perpetuum appellavit Sidonius supra, è qua scilicet ossa transferri inconsulto facorum rege, aut pontifice, nefas erat, ut infra dicam, non quod corpora non resurgant, ut quibusdam impie persuasum: sed ut discrimen sit inter temporarium sepulchrum, & æternum. Diocletiani & Maximiani rescriptum id fitimat. Paul. IC. l. 1. Receptar. sententiar. l. 1. tit. ultim. Qui corpus perpetua sepultura traditum, vel ad tempus alieno loco commendatum nudaverit, & solis radiis ostenderit, piaculum committit. Et l. 4. C. de sepulch. viol. qui sepulchra violant, domos, ut ita dixerim, defunctorum. Epitaphium Crestine in antiquo lapide:

NE. QUIS. NOS. INQUIETET. EX. AR-  
CA. MEA. NEQUE. IN. ALIAM. PONAT.  
AUT. COMMUTET.

D. Aufon. in professorib. in fine:

Sedem sepulchris servet immotus cinis.

M. Varro Pseudonea, laudante Prisciano Cæsariensi:

Per æternum hominum domum  
Tellurem proprio gradum.

Quare & sacra inconsulto pontifice, uti jam proxime supra exposui, sine tumultu ossa efferre, seu donaria deorum, statuasque in alium locum exportare, non concessum. C. Plin. Junior l. 10. epist. 73. ad Trajanum Aug. Petentibus quibusdam, ut sibi reliquias suorum, aut propter injuriam vetustatis, aut propter fluminis incursum, aliisque his similia quæcumque, secundum exemplum proconsulum, transferre permitterem, quia scilicet in urbe vestra ex ejusmodi causis collegium pontificum admitti solere, te, domine, maximum pontificem consulendum putavi, quid obsecrare me velis. Respondet Trajanus Plinio Epistola sequenti: Divum est injungere necessitatem provincialibus pontificum ad eundem, si reliquias suorum propter aliquas justas causas transferre ex loco in alium locum velint. Vet. Scholiast. Juvenal. sat. 4. v. 61. Romani Tullio Hostilio rege, cum deseruissent Albam, sacra sublata Romam transfulerunt, & Deos Penates: quorum penetratam tam venerabile deprehensum est, ut lapidatio de calo caderet supra. . . . memorati ponderis. Propter quod prodigium ex libris Sibyllinis jussi pontifices ex SC. Albe sacra renovarunt; tanta enim repente, cum ea vellet transferre, grando cecidit, ut intelligerent suis locis sacra non esse movenda. Alludunt poëta ad hanc facorum translationem. Ovid. lib. 13. Metam. 625.

- - Sacra & sacra altera, patrem

Fert humeris, venerabile omnis, Cythereus heros.

Virgil. l. 2. Æneid. & alibi passim:

Sacra suosque tili commendat Troja Penates,

Hos cape fatorum comites.

Quæ translatio proprie deorum peregrinorum erat, qui evocati ex civitatibus obfessis invitabantur à sacerdote Romano, toto coram exercitu, Romam ne dedignerent migrare, habituri augustiora templa, amplioraque sacrificia, magis solennes culus, ut dicam lib. 10. hoc opere infra cap. 18. Eleganter Festus Pompejus lib. 14. Peregrina sacra appellantur, quæ aut evocatis diis in oppugnandis urbibus, Romam sunt seculata (in aliis editionibus habetur, coacta, in aliis conata,) aut quæ ob quasdam religiones, aut pacem sunt petita, ut ex Phrygia Mater Magnæ, ex Græcia Cereis, Epidaurio Esculapii, quæ coluntur totum more, à quibus sunt accepta. Servius Maurus ad illud l. 8. Æneid.

- - Hanc tanti numinis aram

Vana superstitio, veterumque ignara deorum  
Imposuit.

Cautum fuerat apud Athenienses & Romanos, ne quis novas religiones introduceret, & ideo Socrates damnatus est Athenis, & Chaldei & Judæi urbe expulsi sunt. Idem ad illud l. 8. Æneid. in fine: Omnigenumque deum monstra.

Monstra dixit, quia necdum sub Augusto Ægyptiæ sacra Romam receperant, & Varro Alexandrinos Deos Romæ colli indignatur. Sed vide illi adversantem Lucanum lib. 2. supra hujus operis. Et legendus C. Suetonius in Augusto cap. 93. Denique huc pertinet comminatio illa Caji Caligule apud eundem Suetonium in eo cap. 22.

Εἰς γὰρ τὰν Δαυαῶν πεπλοῦ σὲ,

Ad terram Græcorum transferam te.

Ad alia pergo. Deos salutantes, sive adorantes, sive adorantes, adeo ut ritum antiquissimum sacrificantium fuisse ex eo conjicere liceat, quod piacularis & expiatorii sacrificii genus à circumlatione dictum contendat Servius ad lib. 6. Æneid. v. 229. T. Liv. l. Decad. l. 5. Converterentem se inter hanc venerationem traditur memoria prolapsam cecidisse. C. Plin. l. 28. c. 2. In adorando dextram ad osculum referimus, totum corpus circumagimus, quod in levum fecisse Galli religiosius credunt. Sæpissime Plutarchus in Numa, in Camillo, in Marcello, C. Sueton. in Vespasiano cap. 7. Cum adem Scrapidis submotis omnibus solus intrasset, ac propitiato multum Deo se convertisset. Sed expressius cultuique multo idem in Aulo Vitellio c. 2. Idem miri in adulando iugeni, primus C. Cæsarem adorari ut Deum instituit, cum reversus ex Syria non aliter videre ausus esset, quàm capite velato, circumvertensque se, deinde procumbens. Eadem Dio Coccejan. l. 59. ad finem. Non de C. Cæsare Dictatore id intelligendum, sed de Caligula C. Tacitus lib. 6. Annal. Exemplar apud posteros adulatorii decore habetur. Ita audiendus L. Sen. præfat. ad lib. 4. nat. quæst.

Alius adulatione clam utetur, parce, alius, ex aperto, palam resistit simulata, quasi simplicitas sit illa, non ars: Plancus artifex ante Vilejum maximus, M. Anton. Muretus putavit legendum, Plancus artifex ante Vilejum maximus. Ut intelligatur C. Vellejus Patereulus, qui sub Tiberio eleganti stylo scriptam historiam M. Vinicio consuli dedicavit, à quo nemo fidem expectet, quum turpissima & probrosa adulatione Pompejanum partium studia taceat, ducum virtutes celet, contra Cæsareanos etiam immerentes extollat, & supra humanam virtutem gesta quantumvis exigua elevet. Joan. Obsopeus, ex Justo Lipsio, reponit, Plancus artifex ante Vitellium maximus, quæ ex dictis paulo ante clara est conjectura.

Sed ad modum se convertendi in adorationibus regredior, qui poëta expressus P. Ovid. l. 3. Factor.

Atque aliquis modo trux, visa jam vertitur ara,

Vinaque dat tepidis sarraque salsa sociis.

Idem lib. 5. Factor.

Cumque manus purè fontana perluit unda,

Vertitur, & nigras accipit ore sabas.

T. Lucret. Carus lib. 5. de Rer. Nat.

Nec pietas ulla est, velatum sæpe videri

Vertit ad lapidem, atque omnes accedere ad aras,

Nec procumbere humi prostratum.

Sext. Aurel. Propert. lib. 1. eleg. 16.

Aut tuos quoties verti me perfida posses,

Debitaque occultis vota tui manibus?

Et lib. 3. eleg. 7. idem:

Quæ nulli gravida jactat convicia lingua,

Et Veneris magna volvit ante pedes.

Corrige ex MS. castigatiusque mecum lege:

Et Veneris magna vertitur ante pedes.

Rationem assignant, quod minus ille exprimat similitudinem universæ hujus, quam infra supraque velimus, aspiciamus, molis, quæ perpetua indefessaque vitæ, nunquam cessatura, raptatur; & morem quidem apud Colchos illum invaluisse testis Valerius Flaccus Setinus lib. 8. Argonautic. in nuptiis Jasonis & Medæ:

*Inde ubi sacrificas cum conjuge venit ad aras*

*Æsonides, unaque adent, unaque precari*

*Incipiunt, ignem Pollux, undamque jugalem*

*Præmit, ut dextrum pariter vertantur in orbem.*

Unde oritur dissidium, in quam circumagentes se partem verterent? quibusdam videtur ad sinistram, quod in augurali scientia, cœli pars dextera, id est, oriens, respectu totius universi, ratione nostri habita, læva nominetur. Ennius l. 6. *Annal.* apud Tullium l. 1. de *Divinat.*

*Cum tonuit lævum bene tempestate serena.*

Servius Honoratus Maurus ad illud libr. 2. *Æncid.* Virgilianæ:

*Intonuit lævum.*

Sed potius crediderim, ad dextram verti se sacrificantes consuevisse. Nam supra proximè Valerius dixerat:

*Dextrum vertantur in orbem.*

Et Iocuples testimonium ex Plauto in *Curculione*, citante eruditissimo Ægidio Maferio:

*Quo me vertam, nescio:*

*Si Deos adoras, dextroorsum censeo.*

Postquam se vertissent, corpusque sic circumegissent, manum ad osculum referbant. D. Hieronym. libr. 1. in Rufinum:

*Quia enim, qui adorant, solent deosculari manum, & capita submittere, & Hebræi juxta linguæ suæ proprietatem deoscultationem pro veneratione ponunt. L. Apul. l. 4. Milesiat. Admoventes oribus suis dexteram, priore digito in erectum pollicem residente, ut ipsam prorsus deam Venerem, religiosi adorationibus venerabantur. Et Apolog. lib. 1. Si sanum aliquod prætereat, nescis habet adorandi gratia manum labris admovere. Minutius Felix in Octavio: Cecilius simulachro Serapidis viso, (ut vulgus superstitiosus solet) manum ori admovent, osculum labiis preffit. Multo plura & erudita invenies apud Pet. Pithœum lib. 1. subsecutor. c. 7. & alios Criticos. Capita velare etiam ex locis supra citatis liquet in more fuisse, sed alibi à me dicitur fuisse: ut & ad orientem spectare, lavare, silentium præstare; Denique de expiatorio sacro latus infra dixeram.*



# ROMANARUM ANTIQUITATUM

## LIBER QUARTUS.

DE ANNO, MENSIBUS, ET DIEBUS.

**R**ostquam de Diis, quos Romani coluerunt, tum de Deorum ministris, sive sacerdotibus diximus: requirit nunc propositæ tractationis ordo, ut de sacris etiam eorum, & diebus in eorum honorem feriat, quædam subjiciamus: qua quidem in re, quantum fieri aut præstari à nobis potest, sequemur potissimum Kalendarium, sive Fastos Romanos, ex vetustis marmoribus descriptos, & ab aliquot doctissimis viris in publicum editos: à quibus tamen Ovidius in iis, qui adhuc extant, vi. Fastorum libris, non raro discrepat, cui nos illorum auctoritatem semper prætulimus, discrepantiam simul illam annotantes. Cum autem hic de diebus potissimum festis, & eorum ceremoniis agere instituissemus, operæ pretium nos facturos arbitrati sumus, si paulo altius initium repetentes tractationi huic de festis quædam de anni ratione apud eos observata præmitteremus, ut ita universam doctrinam de anno, mensibus & diebus conjunctam in conspectu habere studiosi possent. Equum præterea erat, ut de partibus in hoc libro dicturi, de diebus videlicet rationem totius nimirum anni, explicaremus. Sed omissa longiore præfatione, rem ipsam aggrediemur, dicturi primum de anni ratione: post Kalendarium Romanum è marmore descriptum, sicuti à Paulo Manutio, Huberto Goltzio, & Benedicto Aria Montano editum est, in medium proponemus: huic subjiciemus explicationem & divisionem dierum: postremum, secundum ordinem mensium de diebus festis, ut quique occurrent, differemus, non neglectis etiam iis, quorum hoc in Kalendario nulla fit mentio. Atque hæc de ordine.

### C A P U T I.

#### De triplici anno Romanorum.

**T**RIPlici anno Romani diversis temporibus usi sunt: primo Romuli: altero Numæ Pompilii: tertio C. Jul. Cesaris. Primus annus à Romulo ordinatus habuit menses x. dies ccciv. (quantum alii velint, Romuli annum in xii. menses distributum, cccliv. dies habuisse, nos tamen priorem numerum, quem etiam Varro Romanorum doctissimus probat, retinebimus) Numæ annus in xii. mensibus cccliv. dies habuit. Julius autem ex diebus ccclxv. & quadrante annum constituit. De his singulis Macrobius disputantem audiemus, qui libro primo Saturnal. c. 12. hæc scribit: Romani auctore Romulo annum suum x. mensibus ordinatum habuerunt: qui à Martio incipiebat, & conficiebatur diebus ccciv. Ut vi. quidem menses, id est, Aprilis, Junius, Sextilis, September, November, December, tricenum essent dierum, quatuor vero, Martius, Majus, Quintilis, October, tricenis & singulis expedirentur, qui hodieque Septimanas habent Nonas, cæteri quintanas. Septimanas autem habentibus, ab Idibus revertebantur Kalenda, ad diem septimum decimum: verum habentibus quintanas, ad decimum octavum remeabat initium Kalendarum. Hæc Romuli constitutio. Sed cum hic numerus, ut idem Scriptor tradit, neque Solis cursui, neque Lunæ rationibus conveniret, nonnunquam usu veniebat, ut frigus anni æstivis mensibus, & contra calor hiemalibus proveniret. Quod ubi contigisset, tantum dierum, sine ullo mensis nomine patiebantur assumi, quantum ad id anni tempus adduceret, quo cæli habitus instanti mensi aptus inveniretur. Sed secutus Numæ, quantum sub cælo rudi & sæculo adhuc impolito, solo ingenio magistro comprehendere potuit, vel quia Græcorum observatione forsan instructus fuit, quinquaginta dies addidit, ut in trecentos quinquaginta quatuor dies, quibus duodecim Lunæ cursus confici crederet, annus extenderetur: atque his quinquaginta diebus à se additis, adjecit alios sex, retrahens illis sex mensibus, qui triginta habebant dies, id est, de singulis singulos, factosque quinquaginta, & sex dies,

dies, in duos novos menses pari ratione divisit: ac de duobus priorum *Januarium* nuncupavit, primumque anni esse voluit; secundum dicavit *Februo Deo*, qui lustrationum potens creditur. Paulo post in honorem imparis numeri, unum adjecit diem, quem *Januario* dedit, ut tam in anno, quam in mensibus singulis, præter unum *Februarium*, impar numerus servaretur. Nam quia duodecim menses, si singuli, aut pari aut impari numero putarentur, consummationem parem facerent: unus pari numero institutus, universam putationem imparem facit. *Januarius* igitur, *Aprilis*, *Junius*, *Sex-tilis*, *September*, *November*, *December*, underricenis censebantur diebus, & *quintanis Nonas* habebant. Ac post *Idus* in omnibus ad septendecim *Kalendas* computabantur. *Martius* vero, *Majus*, *Quintilis*, & *October*, dies tricenos singulos possidebant. *Nonæ* in his septimanæ erant. Similiterque post *Idus* decem & septem dies in singulis usque ad sequentes *Kalendas* computabantur. Sed solus *Februarius* viginti & octo retinuit dies, quasi inferis & diminutio, & par numerus conveniret.

Cum ergo Romani ex hac distributione *Pompilii*, ad lunæ cursum, sicuti *Græci*, annum proprium computarent, necessario & intercalarem mensem instituerunt more *Græcorum*. Nam & *Græci*, cum animadvertenter, temere se trecentis quinquaginta quatuor diebus ordinasse annum, quoniam apparet de solis cursu, qui trecentis sexaginta quinque diebus, & quadrante *zodiacum* conficit, deesse anno suo undecim dies, & quadrantem, *intercalares* statuta ratione commenti sunt, ita ut octavo quoque anno nonaginta dies, ex quibus tres menses tricenum dierum composuerunt, intercalarent. Id *Græci* fecerunt, quoniam erat operosum atque difficile, omnibus annis undecim dies & quadrantem intercalare. Itaque maluerunt hunc numerum octies multiplicare, & nonaginta dies, qui nascuntur, si quadrans cum diebus undecim octies componatur, inferere, in tres menses (ut diximus) distribuendos. Hunc ergo ordinem *Romani* quoque imitari placuit, sed frustra: quippe fugit eos, diem unum (sicut supra admonuimus) additum à se ad *Græcum* numerum, in honorem imparis numeri. Ea re per octennium convenire numerus atque ordo non poterat. Sed nondum hoc errore comperto, per octo annos, nonaginta quasi superfundendos *Græcorum* exemplo computabant dies: alternisque annis binos & vicenos, alternis ternos vicenosque *intercalares*, expensabant intercalationibus quatuor. Sed octavo quoque anno *intercalares* octo affluabant dies ex singulis, quibus vertentis anni numerum apud *Romanos*, super *Græcum* abundasse jam diximus. Hoc quoque errore jam cognito, hæc spesies emendationis inducta est. Tertio quoque octennio ita *intercalandos* dispensabant dies, ut non nonaginta, sed sexaginta sex intercalarent, compensatis viginti quatuor diebus pro illis, qui per totidem annos supra *Græcorum* numerum creverant. Omni autem *intercalationi* mensis *Februarius* deputatus est, quoniam is ultimus anni erat. Quod etiam ipsum de *Græcorum* imitatione faciebant. Nam & illi ultimo anni sui mensi superfluos interlerant dies. Verum una re à *Græcis* differabant: nam illi confecto ultimo mense, *Romani* non confecto *Februario*, sed post vigesimum tertium diem *intercalabant*, *Terminalibus* scilicet jam peractis. Deinde reliquos *Februarii* mensis dies, qui erant quinque, post intercalationem subjungebant: Credo, veteris religionis suæ more, ut *Februarium* omnino *Martius* sequeretur. Sed quum sæpe eveniret, ut *nundinæ* modo in anni principem diem, modo in *Nonas* caderent (utrumque autem perniciosum Reipubl. putabatur) remedium, quo hoc averteretur, excogitatum est. Dies ille, quo abundare annum diximus, eorum est permissus arbitrio, qui fastis præerant ut cum, vellent, *intercalarent*: dum modo eum in medio *Terminaliorum*, vel mensis intercalaris ita locarent, ut à suspecto die celebritatem averterent *nundinarum*. Et hæc anni ordinatio à *Nume* regis regno, ad *Jul. Cæsaris* Imperium *Romæ* duravit. Is enim tertius fuit, qui annum ordinavit, quem nos adhuc hodie sequimur. Illam vero constitutionem *Macrobius* l. 1. Saturn. c. 14. sic describit. Verum fuit tempus, inquit, cum propter superstitionem *intercalatio* omnis omissa est, nonnunquam vero per gratiam *sacerdotum*, qui cum *Publicanis* proferri, vel imminui consulto anni dies volebant: modo auctio, modo retractio dierum proveniebat, & sub specie observationis emergebat major confusionis occasio. Sed postea *C. Cæsar* omnem hanc inconstantiam temporum, vagam adhuc & incertam, in ordinem statutz definitionis coegit, adnitente sibi *M. Flavio Scriba*, qui scriptos dies singulos ita ad *Dictatorem* retulit, ut & ordo eorum inveniri facillime posset, & invento certus status perseveraret. Ergo *C. Cæsar* exordium novæ ordinationis initurus, dies omnes, qui adhuc confusionem poterant facere, consumpsit: eaque re factum est, ut *annus confusionis* ultimus in CDXLIII. dies protenderetur. Post hoc imitatus *Egyptios*, solos divinarum rerum omnium conficios, ad numerum solis, qui diebus CCCLXV. & quadrante cursum conficit. Nam sicut *lunaris annus* mensis est, quia luna paulo minus quam mensem in zodiaci circuitione consumit, ita *solis annus* hoc dierum numero colligendus est, quem peragit, dum ad id signum se denuo vertit, ex quo digressus est, unde *annus cærens* vocatur, & habetur *magnus*, cum lunæ annus *brevis* putetur. *Julius* ergo *Cæsar* x. dies observationi veteri superadjecit, ut annum CCC. & LXV. dies, quibus sol lustrat *zodiacum*, efficerent: & ne quadrans deesset, statuit, ut quarto quoque anno, *sacerdotes*, qui curabant, mensibus ac diebus unum *intercalarent* diem: eo scilicet mense ac loco, quo etiam apud veteres menses intercalabantur, id est, ante quinque ultimas *Februarii* mensis dies, idque *bisextum* censuit nominandum. Dies autem decem, quos ab eo additos diximus, hac ordinatione distribuit: In *Januarium*, *Sextilem*, & *Decembrem* binos dies inseruit. In *Aprilem* autem, *Junium*, *Septembrem* & *Novembrem* singulos. Sed neque mensi *Februario* addit

dit diem, ne Deum inferum religio immutaretur: & *Martio, Majo, Quintili, Octobri* servavit pristinum statum, quod satis pleno erant numero, id est, dierum singulorum tricenorumque. Ideo & septimanas habent *Nonas*, sicut Numa constituit, quia nihil in his *Julius* mutavit. Sed *Januarius, Sextilis, December*, quibus Cæsar binos dies addidit, licet tricenos singulos habere post Cæsarem cœperint; *quintanas* tamen habent *Nonas*, & ab Idibus illis sequentes *Kalendæ* in undevicesimum revertuntur: quia *Cæsar*, quos addidit dies, neque ante *Nonas*, neque ante *Idus* inferere voluit, ne *Nonarum* aut *Iduum* religionem, quæ statuto erant die, novella comperendinatione corrumpere. Sed nec post *Idus* voluit inferere, ne feriarum quarumque violaretur indictio. Sed peractis cujusque mensis feriis, locum diebus advenis fecit. Et *Januario* quidem dies, quos dicimus quartum & tertium *Kalendas Februarias*, dedit: *Aprili*, tertium *Kalendas Majas*: *Junio*, tertium *Kalendas Julias*: *Augusto*, quartum & tertium *Kalendas Septembris*: *Septembri* tertium *Kalendas Octobris*: *Novembri*, tertium *Kalendas Decembris*: *Decembri* vero, quartum & tertium *Kalendas Januarias*. Ita factum est, ut cum omnes hi menses, quibus dies addidit, ante hanc ordinationem habuissent mensis sequentis *Kalendas* ad septimum decimum revertentes, postea ex augmento additorum dierum, hi qui duos acceperunt ad nonum decimum: qui vero unum, ad octavum decimum haberent reditum *Kalendarum*. *Feriarum* tamen cujusque mensis ordo servatus est: nam si cui fere tertius ab Idibus dies festus, aut *feriatus* fuit, & tunc ad sextum decimum dicebatur, etiam post augmentum dierum, eadem religio servata est, ut tertio ab Idibus die celebraretur: licet ab incremento non jam ad decimum sextum *Kalendas*, sed ad septimum decimum, si unus, ad decimum octavum, si duo essent additi, diceretur. Nam ideo novos dies circa finem cujusque mensis inseruit, ubi finem omnium, quæ in mense erant, reperit feriarum, adjectosque omnes a se dies factos notavit, ut majorem daret actionibus libertatem, & non solum nullum *nefastum*, sed nec *comitalem* quemquam de adjectis diebus instituit, ne ambitionem *Magistratum* augeret adjectio. Sic annum civilem *Cæsar* habitis ad lunam dimensionibus constitutum, edicto palam posito publicavit.

Et huc usque error stare potuisset, ni *sacerdotes* sibi errorem novum ex ipsa emendatione fecissent. Nam cum oporteret diem, qui ex quadrantibus consistit, quarto quoque anno confecto, antequam quinta inciperet, *intercalare*: illi quarto non peracto, sed incipiente, intercalabant. Hic error sex & triginta annis permansit, quibus annis *intercalati* sunt dies duodecim, cum debuerint intercalari novem.

Sed hunc quoque errorem sero deprehensum correxit *Augustus*, qui annos duodecim sine intercalari die transigi jussit, ut illi tres dies, qui per annos triginta & sex, vitio *sacerdotalis* festinationis excreverant, sequentibus annis duodecim, nullo die intercalato devorarentur. Post hoc unum diem, secundum ordinationem *Cæsaris*, quinto quoque incipiente anno, intercalari jussit, & omnem hunc ordinem æræ tabulæ ad æternam custodiam incisione mandavit. Hactenus *Macrobius*.

Cum quibus eadem tradunt *Censorinus* de die Natali, *Dio, Suetonius, Plinius, Solinus, Florus*. Dissentit aliquo modo *Plutarchus*, qua de re vide *Lil. Gyraldum* in libro de Anno, Mensibus, ac Diebus, & *Aldum Manutium* lib. primo de Quæstis per epistolam, epistola tertia. Ut autem lucis aliquid his accedat, illam annorum & mensium differentiam brevi tabella lectori ob oculos ponemus.

ANNUS ROMULI DIERUM ANNUS NUMÆ DIERUM  
CCCIV. menses habet decem. CCCLIV. menses habet duodecim.

MARTIUS,	} dies habuit	XXXI.	JANUARIUS,	} dies habuit	XXX.
APRILIS,		XXX.	FEBRUARIUS,		XXVIII.
MAJUS,		XXXI.	MARTIUS,		XXXI.
JUNIUS,		XXX.	APRILIS,		XXIX.
QUINTILIS,		XXXI.	MAJUS,		XXXI.
SEXTILIS,		XXX.	JUNIUS,		XXIX.
SEPTEMBER,		XXX.	QUINTILIS,		XX XI.
OCTOBER,		XXXI.	SEXTILIS,		XXIX.
NOVEMBER,		XXX.	SEPTEMBER,		XXIX.
DECEMBER,		XXX.	OCTOBER,		XXXI.
		XXX.	NOVEMBER,	XXIX.	
			DECEMBER,	XXIX.	

ANNUS CÆSARIS DIERUM CCCLXV. MENSES  
habet duodecim.

JANUARIUS,	} dies habuit	XXXI.
FEBRUARIUS,		XXVIII.
MARTIUS,		XXXI.
APRILIS,		XXX.
MAYUS,		XXXI.
JUNIUS,		XXX.
QUINTILIS,		XXXI.
SEXTILIS,		XXXI.
SEPTEMBER,		XXX.
OCTOBER,		XXXI.
NOVEMBER,		XXX.
DECEMBER.		XXXI.

## CAPUT II.

## De Kalendario Romano.

Cognitis his, quæ de triplici anni ordinatione apud Romanos passim traduntur, de singulis mensibus & diebus in iis festis agemus: quod antequam aggrediamur, operæ pretium nos facturos arbitramur, si præmittamus Kalendarium Romanum antiquum è marmore, quod est Romæ in ædibus Maffeorum ad Agrippinam, descriptum, & à Paulo Manutio, ac filio illius Aldo aliquoties editum, cum quo etiam consentit illud, quod in charta patente, curante Benedicto Aria Montano Antverpiæ excusum est, & illud quod ab Huberto Goltzio in publicum datum est, quod meum studium benevolus Lector boni consulet.

*Vetus Kalendarium Romanum è marmore descriptum in ædibus Maffeorum ad Agrippinam, in tabula marmorea superne fracta.*

JANUARIUS.	FEBRUARIUS.	MARTIUS.	APRILIS.
A. K. JAN. F.	H. K. FEBR. N.	D. K. MART. NP.	C. K. APR. N.
B. F.	A. N.	E. F.	D. C.
C. C.	B. N.	F. C.	E. C.
D. C.	C. N.	G. C.	F. C. LUDI. Matri
E. NON. F.	D. NON.	H. C.	Magnæ.
F. F.	E. N.	A. NP. Hoc die Cæsar	G. NON. LUD.
G. C.	F. N.	Pont. Max. factus est.	H. NP. LUDI.
H. C.	G. N.	B. NON. F.	A. N. LUDI.
A. AGON.	H. N.	C. F.	B. N. LUDI.
B. EN.	A. N.	D. C.	C. N. LUDI.
C. CAR. NP.	B. N.	E. C.	D. N. LUDI. in Circ.
D. C.	C. N.	F. C.	E. N.
E. EID. NP.	D. EID. N. P.	G. C.	F. N. LUDI. Cereri.
F. EN. dies vitiof. ex S. C.	E. N.	H. EN.	G. EID. NP. LUDI.
G. CAR.	F. LUPER. NP.	A. EQ. NP.	H. N. LUDI.
H. C.	G. EN.	B. EID. NP.	A. FORD. NP. LUDI.
A. C.	H. QUIR. NP.	C. F.	B. N. LUDI.
B. C.	A. C.	D. LIB. NP.	C. N. LUDI.
C. C.	B. C.	E. C.	D. N. LUDI.
D. C.	C. C.	F. QUIN. N.	E. CER. N. Lud. in Circ.
E. C.	D. FERAL. F.	G. C.	F. N.
F. C.	E. C.	H. C.	G. PAR. NP.
G. C.	F. TER. NP.	A. N.	H. N.
H. C.	G. REGIF. N.	B. TUBIL. NP.	A. VIN. N. P.
A. C.	H. C.	C. Q. REX. C. F.	B. C.
B. C.		D. C.	C. ROB. NP.

C. C.  
D. C.  
E. F.  
F. N.  
G. C.

A. EN.  
B. EQ. N. P.  
C. C.

XXVIII.

XXXI.

E. C.  
F. NP. Hoc die Cæsar  
Alexandr. recepit.  
G. C.  
H. C.  
A. C.  
B. C.

XXXI.

D. F.  
E. C.  
F. NP. LUDI Flor.  
G. C. LUDI.  
H. C. LUDI.

XXX.

MAJUS.

JUNIUS.

JULIUS.

AUGUSTUS.

A. K. MAJ. N.  
B. F. COMP.  
C. C.  
D. C.  
E. C.  
F. C.  
G. NON. N.  
H. F.  
A. LEM. N.  
B. C.  
C. LEM. N.  
D. NP. LUDI Mart.  
in Circ.  
E. LEM. N.  
F. C.  
G. EID. NP.  
H. F.  
A. C.  
B. C.  
C. C.  
D. C.  
E. AGON. NP.  
F. N.  
G. TUR. NP.  
H. Q. REX. C. F.  
A. C.  
B. C.  
C. C.  
D. C.  
E. C.  
F. C.  
G. C.

XXXI.

H. K. JUN. N.  
A. F. MART. Car. Mo-  
net.  
B. C.  
C. C.  
D. NON.  
E. N.  
F. N.  
G. N. MENTI. in Capit.  
H. VEST. N. FER. Vc-  
str.  
A. N.  
B. MATR. N.  
C. N.  
D. EID. N.  
E. N.  
F. Q. ST. D. F.  
G. C.  
H. C.  
A. C.  
B. C.  
C. C.  
D. C.  
E. C.  
F. C.  
G. C.  
H. C.  
A. C.  
B. C.  
C. C.  
D. F.  
E. C.

XXX.

F. K. JUL. N.  
G. N.  
H. N.  
A. NP.  
B. POPLIF. N.  
C. N. LUDI APOLLINI.  
D. NON. N. LUDI.  
E. N. LUDI.  
F. N. LUDI.  
G. C. LUDI.  
H. C. LUDI.  
A. NP. LUDI.  
B. C. LUDI in Circ.  
C. C. MERK.  
D. EID. NP. MERK.  
E. F. MERK.  
F. C. MERK.  
G. C. MERK.  
H. LUCAR. NP. MERK.  
A. C. LUDI VICT.  
CÆSAR.  
B. LUCAR. LUD.  
C. C. LUDI.  
D. NEPT. LUDI.  
E. N. LUDI.  
F. FURR. NP. LUDI.  
G. C. LUDI.  
H. C. in Circ.  
A. C. in Circ.  
B. C. in Circ.  
C. in Circ.  
D. C.

XXXI.

E. K. AUGUST. N.  
F. C. FER. hoc die C.  
Cæf. Hispalin. vic.  
G. C.  
H. C.  
A. NON. F.  
B. F.  
C. C.  
D. C.  
E. NP. Hoc die Cæsar  
Hispalin. vic.  
F. C.  
G. C.  
H. C.  
A. EID. NP.  
B. F.  
C. C.  
D. C.  
E. PORT. NP.  
F. C.  
G. VIN. F. P.  
H. C.  
A. CONS. NP.  
B. EN.  
C. VOLC. NP.  
D. C.  
E. OPIC. NP.  
F. C.  
G. VOLT. NP.  
H. NP. H. D. ara Victo-  
rix in Curia dedic. est.  
A. F.  
B. F.  
C. C.

XXXI.

SEPTEMBER.

OCTOBER.

NOVEMBER.

DECEMBER.

D. K. SEPT. N. Hoc  
die Fer. Nep.  
E. N.  
F. NP.  
G. C. LUDI Romani.  
H. NON. F. LUD.  
A. F. LUDI.  
B. C. LUDI.  
C. C. LUDI.  
D. C. LUDI.

B. K. OCT. N.  
C. F.  
D. C.  
E. C.  
F. C.  
G. C.  
H. NON. F.  
A. F.  
B. C.  
C. C.

A. K. NOVEME. N.  
B. F.  
C. F.  
D. F.  
E. NON. F.  
F. F. LUDI.  
G. C. LUDI.  
H. C. LUDI.  
A. C. LUDI.  
B. C. LUDI.

G. K. DEC. N.  
H.  
A.  
B.  
C. NON. F.  
D. C.  
E. C.  
F. C.  
G. C.  
H. C.

E. C.

E. C. LUDI.	D. MEDI. TR.	C. C. LUDI.	A. AGON. NP.
F. C. LUDI.	E. AUGUST. NP.	D. C. LUDI.	B. EN.
G. N. LUDI.	F. FONT. NP.	E. EID. NP. Epul. ind.	C. EID. NP.
H. EID. NP.	G. EN.	F. F. Equor. prob.	D. F.
A. F. Equor. prob.	H. EID. NP.	G. C. Lud. pleb. in Circ.	E. CONS. NP.
B. LUD. Rom. in Circ.	A. F.	H. C. in Circ.	F. C.
C. C. in Circ.	B. C.	A. C. in Circ.	G. FERIE SATURN.
D. C. in Circ.	C. C.	B. C. MERK.	H. C.
E. C. in Circ.	D. ARM. NP.	C. C. MERK.	A. OPAL. NP.
F. C. in Circ.	E. C.	D. C. MERK.	B. C.
G. C. MERK.	F. C.	E. C.	C. DIV. NP.
H. C. MERK.	G. C.	F. C.	D. C.
A. C. MERK.	H. C.	G. C.	E. LAR. NP.
B. NP. MERK. H. D.	A. C.	H. C.	F. C.
Augusti natalibus Lud.	B. C.	A. C.	G. C.
Circ.	C. C.	B. C.	H. C.
C. C.	D. C. LUD. VICT.	C. C.	A. C.
D. C.	E. C. LUDI.	D. C.	B. C.
E. C.	F. C. LUDI.	E. C.	C. F.
F. C.	G. C. LUDI.	F. C.	D. F.
G. C.	H. C. LUDI.		E. C.
H. F.			
A. C.			
	XXXI.	XXX.	XXXI.

Sequitur hujus Kalendarii explanatio.

### C A P U T III.

#### De discrimine dierum apud Romanos.

**D**E anno & mensibus diximus; sequuntur *dies*, qui minores anni partes sunt. Non autem propositum nobis est, hoc loco ea adducere, quæ de diebus ab *Astronomis* dicuntur: ut quod alius sit *dies naturalis*, alius *artificialis*. Sed de *civili* tantum agemus, qui est spatium viginti quatuor horarum. Apud *Romanos* autem est spatium à media nocte ad proximam mediam. Illi enim à media nocte diem suum incepterunt, quod *Terentius Varro* testatur, quum *Athenienses* ab occidente sole, *Babylonii* ab eodem oriente, *Umbri* à meridie diem inciperent. Diei partes primum duæ apud Romanos erant, *ante meridiem* & *post meridiem*. Auctor *Censorinus* de Die natali, c. 19. Alii postea eundem in quatuor partes, sicuti & noctem similiter dividerunt, id quod testatur similitudo illa militaris, cum dicitur, *Vigilia prima*, item *secunda*, & *tertia*, & *quarta*. Tandem vero plura noctis & diei tempora notata, & propriis discreta nominibus, quæ apud veteres Poëtas, ut *Censorinus* ait, passim scripta inveniuntur. Primum diei tempus dicebatur *media nox*: alterum *media noctis inclinatio*, vel de media nocte: tertium *gallicinium*, sive galli cantus: quartum, *conticinium*, quod & galli conticescerent; & homines etiam tum quiescerent: quintum, *diluculum*, cum incipit dignosci dies: sextum, *mane*, cum est dies clarus. Dictum autem *mane* est, aut quod ab inferioribus locis, id est, à manibus exordium lucis emergeret, aut ab omne boni nominis, quod Lanuvini *mane* pro bono dixerint. *Varro* ait, *mane* dictum à *manando*, quod tum manaret dies ab oriente: *septimum*, tempus antemeridianum: *octavum* meridies, quæ ipsa est medii diei pars. Sunt qui *meridiem* dictum putent, quod merus sit dies, id est, purus. Nam *meridies* est purior diei pars, quia sol in medio cælo rutilat, & omnem orbem pari illustrat claritate: nonum, tempus *pomeridianum*: decimum, *solis occasus*, sive suprema tempestas, hoc est, novissimum diei tempus: undecimum, *vespera*, quæ à stella, quæ Græcis *ἑσπερος* dicitur, nomen habet, quod tum appareat: duodecimum, *crepusculum*, sic fortasse appellatum, quod res incertæ crepere dicuntur: idque tempus noctis sit, an diei, incertum est: decimum tertium, *prima fax*, quod lumina tum accendebantur. *Livius* *primas tenebras* appellat, *Horatius* lib. 2. *Epist.* *prima lumina*. Decimum quartum, *concupia nox*, cum itum est cubitum: decimum quintum, *intempesta nox*: id est, multa nox, quia nihil agi est tempestivum. *Ælius*: *Intempestivum* est, inquit, cum tempus agendi est nullum, quod alii *concupium* appellarunt, quod fere omnes tunc cubarent. Alii ab eo quod siletur, *silentium noctis* dixerunt: decimum sextum, *inclinatio ad mediam noctem*. Hæ partes breviter hoc typo comprehenduntur.



DIES civilis conti- net	} Lucem, cujus par- tes sunt	} Mane. Ad Meridiem. Meridies. De Meridie, sive tempus occiduum. Solis occasus, sive suprema tempestas.
} Tenebras, seu no- ctem, cujus par- tes sunt.	} Vesper. Prima fax. Concubium. Nox intempesta. Ad mediam noctem. Media nox. De media nocte, vel mediæ noctis incli- natio. Gallucinium. Conticinium.	

Cæterum non omnes dies unius generis erant, sed quædam earum discrimina & diversitates. *Nu-  
ma* enim cum annum in duodecim menses distribuisset, eundem etiam in certa dierum genera divisit.  
ita ut quidam *dies* essent *festi*, alii *profesti*, alii *intercisi* *Festi* dicebantur, qui Diis dicati erant. *Pro-  
festi*, qui hominibus ad administrandam rem privatam publicamque concessi erant: sic dicti, ut *Fes-  
tus* ait, quod procul sint à religione numinis divini. *Intercisi*, erant Deorum hominumque communes;  
quibusdam enim illorum horis fas erat, quibusdam non fas erat jus dicere. Nam cum *hostia* cadebatur,  
fari nefas erat: *inter casa* & *porrecta*, fari licebat: rursus cum adolebatur, non licebat. Ideoque *intercisi*,  
vel quomodo veteres pronuntiabant, & quomodo etiam in Calendario notantur, *endoterasi* vocabantur,  
aut quod intercederet fas, aut quod intercisum esset nefas. *Festi* porro dies, inquit *Macrobius* libro primo  
Saturn. cap. 16. dividuntur in *sacrificia*, *epulas*, *ludos*, *ferias*. Sic & profesti in *fastos*, *comitiales*, *com-  
perendinos*, *statos*, & *præliares*. Sacra celebritas est, vel cum sacrificia Diis offeruntur: vel cum dies di-  
vinis epulationibus celebrantur: vel cum ludi in honorem aguntur Deorum: vel cum feræ aguntur.

*Feriarum* autem alia sunt *publica*, alia *privata*. Publicarum porro genera sunt quatuor: aut enim  
*stative* sunt, aut *conceptive*, aut *imperative*, aut *nundina*. Et *stative* quidem feræ sunt universi populi  
communes, certis & constitutis diebus ac mensibus, & in fastis statis observationibus annotatæ, in quibus  
præcipue servantur *Agonalia*, *Carmentalia*, *Lupercalia*. *Conceptive* sunt, quæ quotannis à magistratibus,  
vel sacerdotibus concipiuntur in dies vel certos, vel etiam incertos: ut sunt *Latina*, *Paganalia*, *Semen-  
tina*, *Compitania*. *Imperative* sunt, quas Consules vel Prætores pro arbitrio potestatis indicant. *Nun-  
dina* sunt paganorum, id est, rusticorum, quibus conveniunt negotiis propriis, vel mercibus provisuri.

*Privata* autem feræ sunt vel propriæ familiarum, ut familiæ *Claudia*, aut *Æmia*, aut *Julia*,  
aut *Cornelia*, & si quas ferias proprias quæque familia ex usu domesticæ celebritatis observat, de qui-  
bus loquuntur duodecim tabulæ: *Sacra privata* perpetua manent, vel sunt singulorum, ut natalium,  
fulgurumque susceptiones, aut funerum atque expiationum. *Festus*: *Privata ferie* vocantur sacro-  
rum propriorum, velut *dies natales*, *operationes*, *denecales*. Apud veteres quoque quicumque nomi-  
nasset, ut ait *Macrobius*, *Salutem*, *Semoniam*, *Sejam*, *Segetiam*, *Tutilinam*, ferias observa-  
bat: Item *Flaminica*, quoties tonitrua audisset, *feriata* erat, donec Deos placasset.

Cæterum ad *ferias publicas* quod attinet, indicabantur illæ, & proclamabantur singulis mensibus  
à Rege sacrorum, & à Prætoze. Ab hoc quidem vacationis à forensibus negotiis: ab illo autem sa-  
crorum rite peragendorum gratia. De Rege *sacrificulo* testis est *Varro* libro quinto de Lingua Lati-  
na: Rex cum ferias menstruas Nonis Februariis edicit, hunc diem *Februatum* appellat. Et paulo  
post: Harum rerum vestigia apparent in sacris *Nonalibus* in arce: quod tunc ferias primas menstruas,  
quæ futuræ sint eo mense, Rex prædicit. Ex quibus verbis satis perspicuum est, *Regem sacrificu-  
lum* singulorum mensium ferias proclamasse. Videlicet (ut *Arnobius* adversus gentes libro 1. p. 7.  
scribit) in hunc modum: *Lavatio* Deum matris est hodie: *Jovis epulum* cras est: *Æsculapii* gerit-  
ur celebraturque vindemia: *Lecliternium* Cereris erit Idibus proximis: *Telluris* natalis est, &c.  
Prætozem autem etiam ferias, quæ *Compitania* dicebantur, more majorum, verbis olim solemnibus  
concepisse, *Agellius* lib. 10. cap. 24. *Macrobius* lib. 1. Saturn. cap. 4. auctores sunt.

Postquam enim modo *die quinti*, modo *die quinto* veteres dixisse docuissent, ad demonstrandam hanc veterum consuetudinem conferre plurimum astitantes, addiderunt hæc solemnia verba, quibus more majorum *Comptitalia* Prætor concipere solet: *Die Noni populo Romano Quiritibus Comptitalia erunt*. Nec quidem *Comptitalitas* duntaxat, sed etiam ferias omnes *conceptivas & imperativas* indicere Prætorum consuevisse, ex eodem Macrobio & Suetonio probari potest. *Macrobio* verba supra sunt recitata. *Suetonius* in Claudio scribit: Observavitque sedulo, ut quoties terra in Urbe movisset, ferias advocata concione Prætor in Urbe indiceret. Vide hæc de re plura apud *Jacobum Ravardum* lib. 5. Variorum, cap. 19.

Quid porro feriis fieri deberet, docet *Cicero* libro 2. de Legibus, his verbis: Feriis jurgia amovendo: easque in famulis, operibus patris, habento: itaque, ut ita cadat in annuis anfractibus, descriptum esto: certasque fruges, certasque baccas *sacerdotes* publice libanto: hoc certis sacrificiis ac diebus. Itemque alios ad diesubertatem lactis fortisque fervando: idque ne committi possit, ad eam rem & rationem cursus annuus *sacerdotes* finiunto, quæque cuique Divo decoræ gratæque sint *hostia*, providento. Et paulo post hanc legem explicans, hæc dicit: *Feriarum, festorumque* dierum ratio in liberis requietem habet litum & rusticorum, & ad remissionem animorum: per quod tempus, ut sacrificiorum libamenta ferventur fortisque pecorum, quæ dicta in lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est, &c. Hæc *Cicero*.

De feriis etiam hoc notandum est, quod *Macrobius* libro primo Saturnaliorum, capite decimo sexto habet: *Sacerdotes*, inquit, affirmabant, ferias pollui, quoties iis indictis conceptivæ opus aliquod fieret. Præterea non licebat *sacrorum Regem & flamines* videre feriis opus fieri. Atque ideo per *præconem* denuntiabant, ne quid tale ageretur, & præcepti negligens mulcatur. Præter mulctam etiam affirmabant eum, qui talibus diebus imprudens aliquid egisset, porco *piaculum* dare debere: prudentem expiare non posse *Scævola Pontifex* asseverabat. Sed *Varro* negat eum pollui, qui opus vel ad eos pertinens, sacrorumve causa fecisset, vel aliquid ad urgentem vitæ utilitatem respiciens actitasset. *Scævola* denique consultus, quid feriis agi liceret? respondit, id quod prætermisum noceret: quapropter si bos in specus decidisset, eumque paterfamilias adhibitis operis liberasset, non est visus ferias polluisse: nec ille, qui trabem tecti fractam fulciendo ab imminente vindicavit ruina.

Ad *profestos dies* venio, quorum alii fuerunt *Fasti*, alii *Comitiales*, alii *Comperendini*, alii *Stati*. *Fasti* sunt, quibus licet fari Prætori tria verba solemnia, Do, Dico, Audico: quibus contrarii sunt *Nefasti*. His enim non licebat Prætori tria illa verba solemnia fari. *Comitiales*, quibus cum populo agere licet. *Comperendini*, quibus vadimonium licet dicere. *Stati*, qui iudicii causa cum peregrino instituuntur. Et quidem *Fasti dies*, qui proprie sic appellantur, in Calendario notati omnes sunt litera F. ac sunt numero xxxxi. ix. Non tamen his solum, verum etiam aliis diebus Prætori tria illa solemnia verba dicere licebat: *Comitialibus* scilicet, & illis qui dicuntur *Nefasti* primo. Eam ob causam *Paulus Manutius* tria *Fastorum* dierum genera facit. Primum genus eorum, de quibus jam diximus, quibus fari semper & licebat, & solebat: atque hi proprie erant *Fasti*, & toti proprie, quod per eos, nisi cum aliquis casus extra ordinem interveniret, nunquam Prætor jus non dicebat: *toti*, quod fari omnibus horis licebat. Alterum genus eorum, qui & ipsi proprie *fasti* erant, sed non *toti*: hoc est, quibus quidem fari licebat, sed non omnibus horis: quales sunt, qui in Calendario notantur literis his, EN. NP. F. P. Q. REX. C. Q. ST. D. quæ notæ sic explicantur: EN. *Endotercifos*, vel *Intercifos* denotat, de quibus supra. NP. *Nefastos* primo: id est, quibus quidem horis matutinis jus dicere non licebat, postmeridianis autem licebat. His contrarii erant F. P. id est, *Fasti primo*. His enim antemeridianis horis *justitium* erat, post meridiem vero fari licebat. Q. REX. C. significat: Quando Rex *Comitiavit*. Q. ST. D. Quando *stercus* defertur, de quibus suo loco plura. Hi autem erant omnes lxxv. Tertium genus *Comitiales* fuere, qui casu tantum, non autem proprie *Fasti* erant. Quia, cum comitia non haberentur, tunc fari solum Prætor solebat. Hi modo *toti* erant *Fasti*, cum nulla scilicet comitia haberentur: modo ex parte, cum haberentur illa quidem, sed minime per totum diem. Atque hi numero erant cxxciv. qui reliquis duobus generibus additi, cxxcvi. numerum efficiunt. Reliqui, præter hos omnes, erant *Nefasti*, hoc est, non licebat iis Prætori tria solemnia verba fari. Causas tamen agere, concionem habere, & legem promulgare licebat. Porro quod ad rem militarem attinet, ibi etiam non erant unius generis dies omnes. Alii enim erant *preliaves*: alii non *preliaves*. Iustus enim à præliaribus *Macrobius* segregat. *Preliaves* erant, quibus fas erat res repetere, vel hostem læsere. *Fusti* erant continui triginta dies, quibus exercitui imperato vexillum rufi coloris in arce positum erat. Non *preliaves* erant, quibus res repetere, aut hostem læsere non licebat, quales erant *dies justi*, item *atri*, ut postridie *Kalendas*, *Nonas* & *Idus*. *Inominales*, ut ante quartum *Kalendas*, *Nonas* & *Idus*, & *Feria* Latinarum, Saturnaliorum, *Ditis*, ac *Proserpinæ*.

De diebus atris *Verrius Flaccus* libro quarto, de Verborum significatione, apud *Agellium* lib. quinto, capite decimo septimo, cur ii, qui sunt postridie *Kalendas*, *Nonas*, *Idus*, quos vulgus imperite *Nefastos* dicat, ita sint appellati & habiti; his verbis docet: Urbe, inquit, à Gallis Senonibus recuperata, *Lucius Attilius* in Senatu verba fecit: *Quintum Sulpitium* Tribunum militum ad Alliam adversus Gallos pugnatum, rem divinam dimicandi gratia postridie *Idus* fecisse. Tum exercitum populi Romani occisione occisum, & post diem tertium ejus dici Urbem, præter Capitolium, captam esse. Compluresque alii *Senato-*

res recordari sese dixerunt, quoties belli gerendi gratia res divina postridie *Kalendas, Nonas, Idus*, à Magistratu populi Romani facta esset, ejus belli proximo deinceps prælio Republicæ male gestum esse. Tum *Senatus* eam rem ad *Pontifices* rejecit, ut ipsi, quod videretur, statuerent. *Pontifices* decreverunt nullum iis diebus sacrificium recte futurum. Ante diem quoque quartum *Kalendas*, vel *Nonas*, vel *Idus*, tanquam *Inominalem diem* plerique vitant. Ejus observationis an religio ulla sit tradita, quæri solet. Nihil super ea rescriptum invenimus, nisi quod *Q. Claudius Annali* quinto, cladem illam pugnae *Canensis* vastissimam, factam dicit ante diem quartum *Nonas Sextileis*. Hactenus *Agellius*. Idem habet *Macrobius* libro primo *Saturnaliorum*, capite decimo sexto. De atris diebus etiam multa *Plutarchus* in *Quæstionibus Romanis*, quæstione vigesima quinta. De feriis Latinarum, *Saturnaliorum*, *Ditis* ac *Proserpinæ* ita *Macrobius*: Nam cum *Latiar*, hoc est, Latinarum solemne concipitur, item diebus *Saturnaliorum*: Sed & cum mundus patet, nefas est prælium sumere. Quare nec Latinarum tempore, quo publice quondam induciæ inter Romanum populum Latinosque firmatæ sunt, inchoari bellum decebat: nec *Saturni festo*, qui sine ullo tumultu bellico creditur imperasse: nec patente mundo, quod sacrum *Diti patri & Proserpinæ* dicatum est, meliusque occlusa *Plutonis* fauce, eundem ad prælium putaverunt. Unde & *Varro* ita scribit: Mundus cum patet, Deorum terrestrium atque inferum quasi janua patet, propterea non modo prælium committi, verum etiam delectum rei militaris causa habere, ac militem proficisci, navem solvere, uxorem liberum quærendorum causa ducere, religiosum est, &c. Verum tamen hi dies observabantur in inferendo bello, non in excipiendo. Tum enim omnes *præliares* erant. Atque hæc in genere de dierum discrimine dicta sint, quæ omnia hoc typo comprehenduntur.



## De Kalendis, Nonis, &amp; Idibus.

Singulos menses Romani ex ordinatione Romuli distribuerunt in partes tres, in *Kalendas*, *Nonas*, & *Idus*. *Kalendas* dixerunt primum cujuscunque mensis diem, à Græco verbo *καλῶ*, id est, *voco*: quo etiam prisca Latini frequenter usi sunt. Cur autem primum singulorum mensium diem *Kalendas* vocarent, causa hæc fuit: Priscis temporibus, antequam Fasti à *Cn. Flavio* Scriba in vitibus in omnium notitiam proderentur, Pontifici minori hæc provincia delegabatur, ut novæ luna primùm observaret aspectum, vitamque Regi sacrificulo nuntiaret, atque tum sacrificio à Rege & minore Pontifice celebrato, idem Pontifex *Kalata*, id est, vocata in Capitolium plebe, juxta *Curiam Kalabram*, quæ casæ Romuli proxima erat, quot numero dies à *Kalendis* ad *Nonas* superessent, pronuntiabat: & *quintanas* quidem, quinquies dicto verbo *καλῶ*, *septimanas* repetito septies prædicebat. Et hunc diem, quod ex his diebus, qui kalarentur, primus esset, placuit *Kalendas* vocari. Ideo autem minor Pontifex numerum dierum, qui ad *Nonas* superessent, kalando prodebat, quod post novam lunam oportebat *Nonarum* die populares, qui in agris essent, conflueri in Urbem, accepturos causas feriarum à Rege sacrorum, sciturosque quid esset eo mense faciendum. Hæc *Macrobius*, cum quo facit etiam *Terentius Varro*, qui libro 5. de Ling. Lat. sic scribit: Primi dies mensium nominati *Kalende*, ab eo, quod his diebus kalentur ejus mensis *Nonæ* à Pontificibus, *quintanæ*, à *septimane* sint futuræ, in Capitolio, in curia *Kalabra* sic: *Dies te quinque kalo Juno Novella. Septem dies te kalo Juno Novella*: hoc enim modo legendum esse docet *Josephus Scaliger*, & addit, non male etiam pro Junone, *Janam* legi, quo nomine *luna* sit appellata à veteribus: item pro vocabulo *Novella*, in vetustioribus excusis, quod etiam *Turnebus* indicat, legi *Covella*, quod ipse deducit à *covum*, quomodo veteres cælum appellarunt, ita ut sit Juno, vel *Jana Covella*: Juno, vel Jana cœlestis. Sed hæc ἐν παρρησίᾳ. Venio ad *Nonas*, quas quidem sic dictas putant, quasi novæ observationis initium, quod in eas occurreret principium *lunæ*, vel quod ab eo die semper ad *Idus* novem dies putarentur. His diebus populus ex agris in Urbem conveniebat in arce, ibique *Rex sacrorum* prædicebat primas (vel *privas*, uti *Josepho Scaligero* placet: id est, singulas) *ferias menstruas*, qua dere paulo ante diximus. Porrò quidam menses habebant quatuor *Nonas*, quidam sex, inde usque à Romulo primo Rege. Is enim cum ita menses distribuisset, ut alii essent dierum triginta unius, alii undetriginta, tum, ut ex die *Nonarum*, *Idus* nono die essent, & inter *Idus* ac sequentes *Kalendas* sedecim dies intercederent, in mensibus illis, qui triginta unum dies habebant, inter *Kalendas* & *Nonas* interjecit duos illos, quibus mensis augebatur, dies: inde fiebat, ut alius mensis *quatuor*, alius *sex Nonas* haberet, quod etiam *Caesar*, cum annum aliter ordinaret, observavit, ne statâ sacra, quæ à prisca instituta fuerant, transferrentur. Restant *Idus*, quæ in quovis mense sunt octo: dictæ *Idus*, vocabulo *Thufco*, apud quos idem dies *Itis* vocabatur, quod significat *Jovis fiduciam*. Cum enim Jupiter sit auctor lucis, unde etiam *Lucetius* & *Dieस्पiter* dicitur, hujus autem diei lux non cum solis occasu finiatur, sed splendorem diei & noctis continet, luna illustrante, quod semper in plenilunio, id est, medio mense fieri solet, ideo jure Jovis fiduciam vocari eum putant. Alii volunt *Idus* dictas quasi *vidus*, à *videndo*, vel ἐπὶ τῷ εἶδεν, id est, *videre*, quod eo die plenam speciem luna demonstraret. Alii ab *ove iduli*, quæ Idibus omnibus immolatur. Alii putant *Hetruscam* vocem esse, apud quos *iduvæ* erat *dividere*: ideoque hunc diem *idus* dictam, quod mensem dividat, quia plerumque in medium mensem incidunt. Ab Idibus dies reliqui omnes referuntur ad *Kalendas* sequentis mensis: Dies postridie *Kalendarum*, *Nonarum* & *Iduum* atros vel infaustos religiosos, hoc est, tristi omine *infames*, impeditosque esse, in quibus & res divinas facere, & rem quampiam novam exordiri non liceat, jam ante monuimus. Sed tempus est, ut jam ordine de singulis mensibus, & diebus in iis festis agamus.

## AD CAP. IV. PARALIPOMENA.

Quam multiplex anni nomen, annus Platonis, Eudoxi, Metonis, annus Julianus, Hippocratis.

Quam varia & multiplex in numerandis suis annis vetustas fuerit, enarrare hic longum foret, consulatur D. August. lib. 12. de Civit. Dei cap. 10. & l. 15. ejusdem operis cap. 14. C. Plin. l. 7. cap. 48. A. Gell. l. 3. Noct. Atticæ. cap. 48. Xenoph. in libello de Æquivocis, si modo ejus ille excellentissimus vir auctor fuit, quod non puto. Censorin. elegantè de Die Natali opusculo cap. 25. Ludovic. Carrio Emendation. lib. 2. c. 1. & alii Critici, sed copiosissime Cornelius Vitellius c. 28. Philipp. Beroald. Annotat. cap. 47. Florid. Sabin. Subscivor. lib. 2. c. 2. Jan. Parthal. Epist. 63. Pet. Nannius Miscella-

neor. lib. 5. cap. 7. Carol. Sigon. l. 1. Emendat. cap. 16. Servius Honoratus ad illud l. 1. Æneid.

Triginta magnis volvendis mensibus orbes.

Et primi mortuorum Ægyptii ante usum literarum inventum draconem ore caudam retinentem, ad motus reciprocos astrorum, & vicissitudines exprimentas, pro anno effinxerunt. Isidor. Hispalens. libro 5. Etymolog. cap. 36. & alii. Idem Servius ad illud lib. 5. Æneid.

Adytis cum lubricis Junonis ab imis.

Annum autem Jovi, menses Junoni consecrabant. Plutarch. problemat. Rom. c. 7. Constatque initio unius tantum mensis spatium annum habuisse, quem, quia ad lunæ cursus metiebantur, *lunarem* appellabant. Joann. Jovian. Pontan. lib. 1. Vranix, de luna.

Orbitus orbes

*Mutat, agens circun, & parvem convertitur annum.*  
 Alii bimetricispatio annum terminabant, inter quos & Ægyptii. Idem Pontanus eodem loco:

*Ægypti primum veteres fecere bimestrem.*  
 Idem illi Ægyptii interdum in tres menses, aliquando in quatuor annum suum fecabant. Plutarch. in Numa. Cares & Acarnanes sex mensium spatium annum claudabant. Censorin. lib. de Die Natali cap. 19. ut & Hebræi ad lunæ motum annum sex mensium effecere: Suid. in voce *ἐπιετρός*, annus. Atque hi quidem pro summo deo lunam venerabant, ideo ad ejusdem cursum annos suos circumscribebant: aliis aliter visum, qui celestium siderum decem solem agnovērunt, ejusque incientes cursus, annos suos, ad motum illius conformabant. Serv. ad illud lib. 3. Æneid.

*Interea magnum sol circumvertitur annum.*  
 Annum hunc constar Perfarum, Græcorum, & Latinorum fuisse, licet aliqua differētia, ut quidam pauciores in eo menses, alii plures constituerent, nam & decem, & duodecim fuisse in eo menses vulgarissimum est, adde & tredecim, ante Romanam conditam, hoc est, trescentos septuaginta dies, C. Jul. Solin. Polyhist. cap. 3. Oritur hinc crebra celebriorum scriptorum auctoritas, qui pro scientia rerum celestium varia, qua pollebant, ita quoque varium solis siderumque aliorum cursum observantes, annos diversis durationibus circumscribebant, suoque indito nomine, à se appellabant. Quare & *annus Hippocratis* legatur in libro de seprimestri partu, quem diem trecentorum & sexaginta fuisse probat Marcellus Cagnatus lib. 4. Observation. variar. cap. 14. Sed & *Julianus annus* a Julio dictatoris, cujus studii & cura impensius facti correcti, ut suo loco dicitur, hoc est, Censorio observat Fr. Modius epist. 14. Interim corrigendus Papinius lib. 1. Achilleid.

- - - & expleto teneri jam sine pudoris  
*Virginitas matura thoris, autinque timentes.*  
 Censorio referendum:

*Virginitas matura thoris, autinque timentes.*  
 Allatum est enim ad illud P. Virgilii lib. 7. Æneid.

*Jam matura virgo, jam plenis nubilis annis.*  
 Claudian. l. 1. de Raptu:

*Jam matura virgo plenis adoleverit annis*  
*Virginitas.*

Et l. 1. de laudib. Stilichon.

*Nubilis interea matura virginitas ætas.*  
 Est & *annus Metonis*, ab auctore nomen sortitus. Nam Metro astronomus celebratissima fama. Ælian. var. hist. l. 13. cap. 12. Plutarch. in Nicia, & in Alcibiade. Diodor. Sicul. lib. 12. Bibliothec. Complectebatur autem novemdecim annos vertentes; Suidas in voce *ἐπιετρός Μετωνος*, annus Metonis. Ammian. Marcellin. l. 26. Spatium anni vertentis id esse periti mundani motus & siderum desinunt veteres, inter quos Menon, & Eudæmon, & Hipparchus, & Archimedes excellunt, cum sol perenniorem sublimium lege, polo percursu signifero, quem Græcus sermo zodiacum appellat, trecentis & sexaginta quinque diebus emensis & motibus, ad eundem redierit cardinem; corrigendum necessario est, inter quos Meton & Eudæmon, & Hipparchus, & Archimedes excellunt. Cujus reformationis auctor est eruditissimus Petrus Pichæus l. 2. Subsecivor. cap. 13. ex M. Vitruvio Pollione l. 9. Architectonic. cap. 7. Quorum inventa seculi, siderum & occasus & ortus, tempestatunque significatus, Eudæmon, Eudæmon, Callistus, Metro. Joan. Tzetzes etiam ejus meminit, ut & Theon sophista, & Nicetas Acominatus Choniates in Imperio Alexii Duca Marcufi, in annualibus. Et M. Tullius epist. ad Atticum, proverbialiter annum Metonis usurpat pro longissimo temporistractu, ut & D. Ausonius ad Theonem epist. 9.

*Quis fuit ille dies? non annus longior ille est,*  
*Attica quem docti collegit cura Metonis,*  
*Desertus, vacuis solisque exorcor aris.*  
 Antea corruptissime legebatur, in omnibus panè codicibus impressis, ante Eliam Vinerum:

*Quis fuit ille dies? non annus longior illo est,*  
*Atticaque indocti collegit cura Medonis,*  
*Desertus vacuis,*

Lego etiam & Eudoxi annum, scribente Strabone Amaseno lib. 14. Geogr. Cæsar de festis à se corrigendis apud M. Lucanum lib. 10.

*Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.*  
 Continebat autem iste, ex nostris, seu solaribus annis, octo. Servius Maurus ad illud l. 5. Æneid.

*Jamque dies, ni fallor, adest.*  
 Denique Platonicus nominatus est quidam annus, ab auctore Platone Philosopho, qui efficiebatur, omnibus sideribus in suum orbem recurrentibus, ita, ut post omnium omnino stellarum conversionem factam, ad eundem, unde regressæ fuerant, locum redeant illa, hoc est, post spatium duodecim millium ex nostris annorum, adjectis quingentis quinquaginta quatuor, vel, ut aliis nonnullis visum est, post quindecim annorum nostrorum millia; vel denique, ut quibusdam placuit, exactis è nostris triginta sex millibus annis. M. Tull. in Hortensio. Fest. Pomp. libr. 1. in *Magnum annum*. Poëta passim. Sil. Italic. libro 13. Punicor.

*Hæc animæ celum repetunt, ac mille peractis,*  
*Oblite Ditem, redeunt in corpora Iustriæ.*

Claudian. de Raptu. l. 1.

- - - certisque ambagibus ævi  
*Rursus corporeus animæ mittuntur in artus.*  
 Et l. 2. in Rufinum ad finem:

*Quos ubi per varios annos, per mille figuræ*  
*Egit lethæo purgatos flumine, tandem*  
*Rursus ad humanæ revocat primordia forma.*

Hæc quidem nobiliores annorum sunt denominationes. At Romani *annum novum* vocabant. A. Gell. lib. 18. cap. 1. in limine, *estote anni novi*. L. Seneca Apocolocyntosi, seu Satyræ Claudiana in principio, *initio anni novi*. Sunt qui existiment annum primum alicujus novi Imperatoris sic dici, quod placuit Adriano Turnebo l. 24. Adversarior. c. 8. Alii malunt annum esse novum principium magistratus initi, sive primum diem. Q. Symmach. lib. 1. epist. 22. *Abunde gaudeam te consulem novus annus expectat*. Aurel. Cassiodor. l. 2. epist. 1. *Felix à consule sumat annus inspicium*. l. 1. C. Theodof. *ne publ. lætæ*. hoc est, quod dicitur, annum novum a consule aperiri. Sidon. Apollinar. l. 18. epist. 6. *Consul Aferius anni sui fores votorum apernerat*. & Carm. 2. in principio:

- - - En effulgens trabeculis mole metalli,  
*Annum pande novum, consul vetus.*

Stat. lib. 4. sil. 8.

*Insigneque aperit Germanicus annum.*

Claudian. paneg. de 3. Hon. consul.  
*Tertia Romulei sumant exordia fasces,*  
*Terque tuas ducat bellatrix pompa curules,*  
*Festior annus eat.*

Et de 4. Hon. consul.

*Auspicis iterum sese regalibus annus*  
*Induit, & nota fruitor jactantior auri.*

Et lib. 2. de Laud. Stilich. ubi sic Roma de Stilichone consule designato:

- - - Quanto me dignius incitat ardor,  
*Ut præsentè fruatur, consendentemque tribunal*  
*Prosequar, atque anni pandentem clausura salutem.*  
 Nihilominus aliis nuda placet interpretatio, ut *annus novus* sit veris initium. D. Auson. in præfat. Consulatus.

*Jano venit, novus annus venit.*

Alb. Tibull. l. 1. eleg. 1.

*Et quodcumque mihi pomum novus educat annus,*  
*Libatam agricolæ ponitur ante deo.*

P. Ovid. l. 1. Pastor.

*Dic age frigoribus quare novus incipit annus,*  
*Qui melius per ver incipendus erat?*

De die, nocte, variisque earum partibus ac differentiis seu in Urbe, sive in castris, item deinde de horis, & horologiorum usu, infra dicendi dabitur locus. Interea apponam & Calendarii alterius descriptionem longe istâ luculentiorē.

## CALENDARIUM.

**MARTIUS, MAIUS, JULIUS, OCTOBER,**  
nonas 7. idus 15. die habent. Cateri 5. & 13. Cedren. compendio  
hisor. pag. 139. in quo præter ortum & occasum signorum cele-  
stium, quæ in sex lib. Fastorum notantur, Iudi item & temple-  
rum dedicationes Romanorum & Græcorum per seriem integri  
anni habentur.

## JANUARIUS.

- A 1 Kal. Jan. Jani & Junonis, Jovis 5. & Æsculap. in inf. Tibe-  
rina. Ovid. Gamella Junoni hoc mense celebrantur, unde &  
mensi nomen.  
b 2 4 Dies ater.  
c 3 3 Cancer occidit. Tertia mensis Minervæ sacra cujusque.  
Paus.  
d 4. Pr. Non. Votum pro salute principis. Cajus.  
e 5 Nonis Tacitus  
f 6 8 Lyra oritur, tempestatem significat.  
g 7 7 Idus æstivæ, id est, accessus. Plut. Octavus cujusque men-  
sis dies Neptuno sacer est apud Athenienses. Plut.  
A 8 6 Sacrificium Jani. Verus Cal.  
b 9 5 Agonalia. Ovid. Delphinus oritur.  
c 10 4 Media hyems.  
d 11 3 Carmentalia. Juturnæ ædes dicata in campo Martio.  
e 12 Pri. Id. Compitalia. Gell. & Macro.  
f 13 Idus Jovi. Octavus Augustus dictus, & provinciæ in for-  
mam redactæ. Ovid. & tibicines habini muliebris urbem  
lustrabant. Plut.  
g 14 19 Cal.  
A 15 18 Carmentalia relata, & Porrimæ Postvertæ.  
b 16 17 Concordiæ templum à Camillo ex voto positum.  
Sol in Aquario.  
c 17 16  
d 18 15  
e 19 14  
f 20 13  
g 21 12  
A 22 11  
b 23 10 Lyra occidit.  
c 24 9 Leonis, qui est in pectore, clara stella occidit.  
d 25 8 Semeninxæ feria. Ovid. Varro. Fest. Macro. non  
c 26 7 statæ quidem, sed indictæ Castori & Polluci. rem. ad  
f 27 6 Juturnæ stagnum dedicatum.  
g 28 5  
A 29 4 Equiria in campo Mart. Vet. Cal. Paci.  
b 30 3  
c 31 Prid. Cal. Sacr. Diis penat. Vet. Cal. qui patrii & Urba-  
ni dicuntur.

## FEBRUARIUS.

- d 1 Cal. Feb. Sospitæ templi die. Lucaria ab Asyli luco. Ovid.  
Fest. Item Jovi ær. de bidente Dianæ sacra fiebant, à cervis  
Elaphebolia nuncupata.  
Lyra & medius Leo occidunt, Delphinus occidit.  
e 2 4  
f 3 3  
g 4 Prid. No.  
A 5 Nonis. Aug. dictus Pater patriæ Ovi. Aquarius oritur. Ze-  
phyrus flare incipit.  
b 6  
c 7 7  
d 8 6  
e 9 5 Veris initium.  
f 10 4  
g 11 3 Arctophylax oritur.  
A 12 Prid. Id.  
b 13 Idus. Fauni festum & Jovis. Fabiorum cædes. Corvus,  
Crater, & Anguis.  
c 14 16 C. M. oriuntur.  
Lupercalia Plut. Ovid. Varr.

- d 15 15 Sol in Piscibus. Venti per sex dies vehementius flant.  
e 16 14  
f 17 13  
g 18 12 Quirinalium stultorum ferix. Festus. Ovid. Varr. Et  
Fornacalium inditio de Fornacali, quæ & Fornax dicta  
fuit, à quo indicta. Plin. Ovid. & Diis Manib. sacra feralia  
Dea Mura.  
A 19 11 Charistia. Val. Max. Ovid. id est, sacra cognatorum  
V. Kal.  
b 20 10  
c 21 9 Terminalia. Ovid. Bedas vero VI II.  
d 22 8 Cal. & regis fugium. v. Cal. Mart. cui convenit locus  
biflexi.  
e 23 7  
f 24 6 Regis fugium. Ovid. Quidam VI. Cal.  
g 25 5 Hirundinum adventus.  
A 26 4  
b 27 3 Equiria in campo Mart. Varr. Fest. & Ovid. Prid. C.  
Tarquinii superati. Plut.  
c 28

## MARTIUS.

- d 1 K. Mart. Matronarum dies festus. Porph.  
c 2 6 Serv. Ovid. Matronalia. Junonis Lucinx, Martis. Ancy-  
liorum festum, nec nubere bonum quousque condantur.  
Porph. aliam causam adfert. *Munychia sacra* Dea Munychiz,  
id est, Dianæ.  
f 3 5 Alter è piscibus occidit.  
g 4 4  
A 5 3 Arctophylax occidit. Vindemiator oritur.  
b 6 Prid. Non. Aug. pont. max. sacro. Fest. Ovid.  
c 7 Nonæ. Pegafus oritur. Vejovistemplum ad duos lucos Asy-  
li. Ovid.  
d 8 8 Corona oritur.  
e 9 7  
f 10 6  
g 11 5  
A 12 4  
b 13 3 Equiria altera apud Tyberim vel; si.  
c 14 Prid. Id. aquis inciteverit, in Cœlio monte. Ovid. Fest.  
d 15 Idus. Annæ Perennæ. Parricidium, id est, cædes C. Cæf.  
Plin. & Suet.  
e 16 17 Cal. A. Scorpium medius occidit. Lyfander Athenis po-  
tius. Plut.  
f 17 16 Liberalia. Varro. quo die virilem togam pueri ingenui  
sumebant. Ovid. Agonia. Varro.  
Milvius oritur.  
g 18 15 Sol in Ariete.  
A 19 14 Quinquatria. Minervæ natalis, & Minerval magistris  
solvebatur.  
b 20 13 Quinquatria.  
c 21 12 Quinq. Primus dies seculi, quidam VI II I. Bedas.  
d 22 11 Quinquat.  
e 23 10 Quinquat. Tubilustrium, factorum tubæ lustrantur.  
Varro.  
f 24 9  
g 25 8 Æquinoctium vernum. Hilar. Matris.  
A 26 7 Deum festa. Lamprid. Macro.  
b 27 6 Matris Deum. Amnian. Marc. Herod.  
c 28 5 Megalesia. Varro.  
d 29 4  
e 30 3 Jani. Concordiæ, Salutis, Pacis.  
f 31 2 Prid. Lunæ. i. Dianæ in Aventino. Ovid.

## APRILIS.

- g 1 C. April. Scorpium occidit. Veneris sacrum cum floribus &  
myrto. Plut. Ovid. Item Fortunæ virili. Targelia sacra Apol-  
lini & Dianæ. Mensis hinc Græcis auspiciatissimus.  
A 2 4 Pleiades occidunt.  
b 3 3

- c 4 Pr. No.  
 d 5 Nonæ. Megalesia matri Deûm. K. V. Ovid.  
 e 6 8 Fortunæ publicæ primig. in colle Quir. Ovid. Var.  
 Dianæ nativ.  
 f 7 7 Apollinis dies natalis, quæ dies quoque Socrat. &  
 Platon. sunt. Laërt.  
 g 8 6 Ludi ob victoriam Caf. Libra occidit.  
 dies pluvius.  
 Orion occidit.  
 A 9 5 Cercal. Ludi. Circens. instaurationis dies  
 Circensibus additus. Macrobo.  
 b 10 4  
 c 11 3  
 d 12 Prid. Id. Magna mater Romam adducta.  
 T. Livi. xxix.

- c 13 Idus. Jovi victori & libertati. Ovid.  
 f 14 18 C. M.  
 g 15 1 Fordicidia vel fordicalia, de forda bove. Varro. Ovid.  
 A 16 16 Aug. Imp. salutat. Hyades occidunt.  
 b 17 15  
 c 18 14 Equiria in circo max. & vulpium combustio. Ovid.  
 d 19 13 Sol in Tauro.  
 e 20 12 Palilia. Romæ natalis. Varro. Ovidius. Fest. Plut.  
 alii. Falluntur multi. Agonia altera. Ovid. quæ & ago-  
 nalia dicuntur.

- f 21 11  
 g 22 10 Vinalia priora Jovi & Veneri. Ovidius. Plut. Varr.  
 Plin. Fest.  
 A 23 9 Ilii destructio.  
 b 24 8  
 c 25 7 Medium Veris. Aries occidit. tempe. signif.  
 d 26 6 Canis oritur. Robigalia.  
 Plin. Fest. Ovid. Varro. alii.  
 e 27 5 Latina feræ in sacro monte. Titus Livius.  
 Aparuta etiam hoc mense agebantur, à Venere dicta.  
 Tribus diebus celebrabantur: 1. *ἀγορία*, 2. *ἄνδρῶν*, 3.  
*καρπῶν*, vel *ἰνικήα*. Simplicius in Physicis. Suidas, alii.  
 Quidam Pyaneptione agi dicunt.  
 f 28 4 Floralia. Plin. Cal. V. Ovid.  
 g 29 3

- A 30 Pr. Cal. Vestæ Palatinæ. Ovid. hoc mense. ut Plut.  
 in Romulo & probl. Larentalia: & distinguit à Lau-  
 rentalibus, quæ mense Decembri celebrantur.

## M A J U S.

- b 1 Cal. Maji. Capella oritur. Laribus præstit. ara posita.  
 Ovid. & Bonæ Dex sacr. Macrobo. Plut. Varr. Laëtant.  
 Ovid. alii. & Flerales Iudi triduo V. Cal. Umbraculo-  
 rum festum, quæ *οἰσα* dicuntur. *Σνοπιάς*. Pallas.  
 c 2 6 Argest. flare incipit. Hyad. oriuntur.  
 d 3 5 Centaurus oritur.  
 e 4 4  
 f 5 3 Lyra oritur.  
 g 6 Pri. Non. Scorpius medius occidit.  
 A 7 Nonæ.  
 b 8 8  
 c 9 7 Lemuria, quæ noctu agebantur, & triduo.  
 d 10 6 Ovid. Varr. Porph. malum nubere, & Luminaria.  
 e 11 5 Lemuria. Vet. Cal. Orion occidit.  
 f 12 4 Martis ultoris, bifukorem ait Ovid. Alii Post. Lem.  
 Vet. Cal.  
 g 13 3 Pleiades oriuntur. Æstatis initium. Lemuria. Vet. Cal.  
 A 14 Pr. Id. Taurus oritur.  
 b 15 Idus. Argeorum simulachra scirpea de Ponte.  
 c 16 17 Calen. Jun. in Tyberim dejicerebantur. Dion.  
 Euseb. Plut. Ovid. Macr. alii. Et Mercatorum dies festus.  
 Fest. Ovid. Mercurium hoc die natum Martialis ait.  
 Ædes dedic. T. L. & Fer. Jov. V. Calend.  
 d 17 16  
 e 18 15  
 f 19 14 Sol in Geminis.

- g 20 13  
 A 21 12 Agonia: seu Agonalia Jan. Ovid. Varr. Vejovi.  
 V. Cal. alii, superioribus diebus Canis oritur.  
 b 22 11 Vulcani feræ V. Cal. Vulcanalis flamen rem di.  
 Majæ faciebat. Macrobo. alii Tubilustrium. Var. Ovid.  
 alii. x. Cal. V. Cal. Ovid. alii XIII.  
 c 23 10  
 d 24 9 Regis fugium alterum. Vet. Calen. Ovid. alii aliter.  
 e 25 8 Templum Fortunæ datum. Vet. Calen. Ovid. A-  
 quila oritur.  
 f 26 7 Arctophylax occidit.  
 g 27 6 Hyades oriuntur.  
 A 28 5  
 b 29 4  
 c 30 3  
 d 31 Pr. Cal.

## J U N I U S.

- e 1 Kalen. Jun. Junonis Monetæ ædis dedicatio. Macrobo.  
 Bed. Carnæ deæ in Calio monte, Marti sacra extra par-  
 tam Capenam. Tempestati delubrum. Ovid. Fabaria  
 Cal. Marc. Aquila oritur. Hecatombæ hoc mense plures,  
 unde & illi nomen. Anni initium apud Athenien. vel  
 quod sol Hecatombæus diceretur.

- f 2 4  
 g 3 3  
 A 4 Prid. Non. Bellonæ fact. Hercu. ædes in Cir.  
 b 5 Nonæ. Templum fidei sponsoris Jovis. Dion. alii Sa-  
 crum Fidio Semipatri. Vet. Calend. Ovid.  
 c 6 8 Vestæ templum.  
 d 7 7 Piscatorii ludi in campo. Mart. Ovid. Fest. Mentis  
 templum dic. Ovid. Vet. Cal. Arctophylax occidit.  
 e 8 6 Vestæ Vet. Cal. Ovid. a fini coronantur.  
 f 9 5 Ara Jovis pistoris.  
 g 10 4 Delphin vesperi oritur. Matralia.  
 A 11 3 Fortis Fort. Concordiæ ædes.  
 Matris Marutæ V. Cal. Ovid.

- b 12 Prid. Id.  
 c 13 Idus Jovis invicti minuscule quinq.  
 d 14 18 Cal. Jutria Miner. Var. Fest. Cenforin.  
 e 15 17 Stercus ex æde Vest. defertur. Varro. Ovid. Hyades  
 oriuntur.  
 f 16 16 Zephyrus flat. Orion oritur.  
 g 17 15 Delphinus totus apparet. Æqui & Volsci à Post-  
 humo fugati.

- A 18 14  
 b 19 13 Sol in Cancro. Minervæ in Aventino. Vet. Cal.  
 c 20 12 Ophiuchus oritur. Summani sacrum ad Circum  
 max. Vet. Cal. Ovid.  
 d 21 11  
 e 22 10  
 f 23 9 Flaminius victus à Pœnis. Ovid.  
 g 24 8 Fortis fortunæ. Vet. Calend. Ovid. Varr. Naves  
 coroneas per Tyberim convivia ducebant.

- A 25 7  
 b 26 6 Orionis zona oritur. Solstitium.  
 c 27 5 Jovis Statoris & Laris. Ovid.  
 d 28 4 Quirini templum in coll. Quir. Ovid.  
 e 29 3 Vet. Cal. III. Cal.  
 f 30 Pr. Cal. Herculis & Musarum. Ovid. Populi fuga in  
 Juno dies. Varro.

## J U L I U S.

- g 1 Cal. Jul. Hoc die apud Rom. febant migrationes ex  
 ædibus in alienas ædes, id quod ex Cicer. Suetonio, &  
 Martiale colligunt docti.  
 A 2 6  
 b 3 5  
 c 4 4  
 d 5 3  
 e 6 Pr. No. Capitol. incensum tempore Sylla.

f 7 Nonæ. Romulus non apparuit. Lamp. in Commodo.  
Plutarch. Caprotinz. Juno Caprotina. Ancillarum festum.  
Macrob. Plut. Ovid. Varro.  
g 8 8  
A 9 7  
b 10 6  
c 11 5 Ludi Apollinares. Tit. Liv. V. K. Varr. Livius  
alio loco tertio Non. ait.  
d 12 4 Jul. Cæs. natalis, unde mensis. M. Ant. consule  
legein ferente. Macrobius Fortunæ Pr.  
e 13 3  
f 14 Prid. Id. Fortunæ muliebr. dedic. Dion. Liv.  
g 15 Idus. Castoris & Poll. Equites Rom. ab æde Hono-  
ris in equis in Capit. Plin. Vet. Kal. Dion.  
A 16 17 K. A.  
b 17 16 Kal. Aug. Dion.  
c 18 15 Allienis dies atra. Plin. Tacit. xvii. Cal. Plut.  
xvi. Cal. in Camillo.  
d 19 14  
e 20 13  
f 21 12 Mundi natalis. Solinus ex Ægyptiorum sacerd.  
sententia.  
g 22 11  
A 23 10  
b 24 9  
c 25 8 Hoc mense rutilæ canes caniculæ sacrificabantur.  
Vide Festum.  
d 26 7  
e 27 6  
f 28 5 Neptunialis etiam hoc mense. Vet. Kalend. & Varro.  
g 29 4  
A 30 3  
b 31 Pr. K.

AUGUSTUS.

c 1 K. Aug. Spei ad forum olitorium. V. Kl. Consecratio tem-  
pli Martis. Dion. in historia. Boëdromia celebritas hoc men-  
se agebatur, unde & mensis dictus. Apollo etiam Boëdro-  
mius vocatus. Plutar. Paul. Harpocr. alii. Xerxes victus. Plut.  
d 2 4 Feriæ quod Cæs. Hisp. ceteriorem vicin. Vet. Kal.  
e 3 3  
f 4 Pr. No.  
g 5 Nonæ. Saluti in colle Quir. V. Kl. & Spei.  
A 6 8  
b 7 7  
c 8 6 Solis indigetis in colle Quir. V. K.  
d 9 5  
e 10 4 Aræ Opis & Cereris in vico Jugario Vet. K.  
f 11 3  
g 12 Pr. Id. Herculi magno custodi in Circo Flam. Vet. Cal.  
A 13 Idus. Dianæ sacra. Martialis. Currebant in nemus Arici-  
num. Item natalis Augusti. Porphy. Dies festus servorum &  
ancillarum. Plut. & Vertumno in Laureto majore. V. K.  
b 14 19 Cal. Sept.  
c 15 18  
d 16 17  
e 17 16 Portunalia ad pontem Æmyl. V. C. & Vat. Ja-  
no ad theatr. Marcelli. V. K.  
f 18 15 Consualia Plut. in Numa. Vel sequenti die. Sa-  
binarum raptus.  
g 19 14 Augusti mors. Dion. hist. Suet.  
A 20 13 Vinalia secunda. Plin.  
b 21 12 Vinalia rustica. Varro. Festus vero xiv. Cal.  
idem & Vet. Kal.  
c 22 11 Mystera magna. Plut. & Liber Patēr ex urbe in  
Eleutinem transferebatur.  
d 23 10 Vulcanalia in Circo Flam. Vet. Cal.  
e 24 9  
f 25 8 Opi consive in Capitolio Vet. Cal.  
g 26 7  
A 27 6 Voltumnalia Vet. K. Varr. cujus feriæ mense Octob.  
Vortumnalia.

b 28 5 Harpocratis festum hoc mense fiebat ab Ægyptiis.  
Plut.  
c 29 4 Vulcanalia. Festus.  
d 30 3 Mundus Cereris pater.  
e 31 Pr. Cal. Nat. D. Cæs. Germanici. Vet. Cal.  
S E P T E M B E R.

f 1 Cal. Septemb. Vulcani tutela Septemb. Vet. Calen.  
Maunactes Jupiter, & inde mensis. Harpocr. & alii.  
g 2 4 Augusti victoria navalis ex M. Anton. & Cleo. Dion.  
A 3 3  
b 4 Pr. Non.  
c 5 Nonæ.  
d 6 8  
e 7 7  
f 8 6 Hierosolyma à Tiro Vesp. capta. Josephus.  
g 9 5  
A 10 4  
b 11 3  
c 12 Pr. Id.  
d 13 Idus. Prætor Max. clavum pangit. Tit. Liv. & Ca-  
pitoliæ dedic. ab Horatio. Plut. T. L. Jovi. Vet. Cal.  
e 14 18 Cal. Oct.  
f 15 17 Ludi. V. Calend. qui Romani & magni, Afc.  
Pad.  
g 16 16 Ludi. V. Calen. Parentatio eorum, qui contra  
Persas pugnando occubuerunt. Plut.  
A 17 15 Ludi V. Cal.  
b 18 14 Ludi V. Cal.  
c 19 13 Thoth, id est, Mercurio Ægyptii sacrificant. Plut.  
d 20 12 Romuli natalis. Plut.  
e 21 11  
f 22 10  
g 23 9 Natalis Augusti Dion. Hist. Suet.  
A 24 8  
b 25 7 Veneti. Vet. Cal.  
c 26 6  
d 27 5  
e 28 4  
f 29 3  
g 30 Prid. Calend. Epulum Minervæ. V. Calend. Medi-  
trinalia hoc mense celebrabantur, & Metrina Dea, quo  
die primum mustum bibebant. Fest. Varro.  
O C T O B E R.

A 1 Oct. Martis tutela Octob. V. Cal.  
b 2 6 Pyanepesia hoc mense celebrabantur.  
c 3 5  
d 4 4 Mundus Cereris pater. Fest.  
e 5 3  
f 6 Pr. No.  
g 7 Nonæ.  
A 8 8 Panopsea Apollini, imo Pyanepesia.  
b 9 7 Eresione plectitur.  
c 10 6 Oichophoria, id est, Ramalia celebrabantur, Plut.  
Suid. Comment. in Nicand.  
d 11 5  
e 12 4  
f 13 3  
g 14 Pr. Id.  
A 15 Id. Mercatores Mercurio. Virgilii natalis. Mart. Ocho-  
ber equus Marti immolatur. Fest. Plut.  
b 16 17 K. Non.  
c 17 16  
d 18 15  
e 19 14  
f 20 13  
g 21 12  
A 22 11 Chalceæ Minervæ solemnitas, ut Hypetides, vel  
ut Phanodemus ait. Vulcani. Harpocr.  
b 23 10  
c 24 9  
d 25 8



f 26 7  
 g 27 6  
 g 28 5 Myſteria minora hoc menſe agebantur. Plut. Galenus.  
 A 29 4  
 b 30 3  
 c 31 Pr. Cal. Sacrum hoc menſe Libero fiebat. V. Cal. Et Vertumni feria. Varr.  
 N O V E M B E R.  
 d 1 K. Nov. Hoc menſe Jovis epulum celebrabatur. Vet. Cal. Anthefteria hoc menſe agebantur, quæ & Bacchanalia. Theoph. Suid. Harp.  
 e 2 4  
 f 3 3  
 g 4 Prid. Non.  
 A 5 Nonæ.  
 b 6 8  
 c 7 7 Mundum patere. Feſt.  
 d 8 6  
 e 9 5  
 f 10 4 Limna Baccho. Thucyd.  
 g 11 3 Maria clauduntur. Veget. alii. uſque in vi. Id. Mart.  
 A 12 Pr. Id. Choes. Suid.  
 b 13 Idus. Pithœgia.  
 c 14 13 Cal. D. Chytra. Alii in Lenæone menſe conſtituunt. Commentar. in Heliod. Harp.  
 d 15 17  
 e 16 16 Ludi plebeji per hos dies. Suet.  
 f 17 15  
 g 18 14  
 A 19 13  
 b 20 12  
 c 21 11  
 d 22 10  
 e 23 9  
 f 24 8 Bruma, quæ & Brumalia, feſtum Romanorum. Conſtant. in Re Ruſt.  
 g 25 7  
 A 26 6  
 b 27 5  
 c 28 4  
 d 29 3  
 e 30 Pr. Cal. Hic menſis fuit in tutela Dianæ V. Cal.

& inferiæ fiebant Gallis deſoſis & Græcis in foro boario. Plur.

## D E C E M B E R.

f 1 K. Dec. Fortunæ muliebris feſtum, quoniam hoc die bellum ſublatum. Poſtea tranſlatum. Prid. Non. Quinti. Dionyſ. Halicarn. in viii. Poſidonia à cætanine Pallad. & Neptuni.  
 g 2 4  
 A 3 3  
 b 4 Pr. No.  
 c 5 Nonæ. Faunalia. Porphy.  
 d 6 8  
 e 7 7  
 f 8 6  
 g 9 5  
 A 10 4  
 b 11 3 Alcyonii dies.  
 c 12 Prid. Id.  
 d 13 Idus.  
 e 14 19 Cal. Ja. Brumalia feſtum hec menſe & Ambrôſia. Proclus in Hætiôd.  
 f 15 18  
 g 16 17  
 A 17 16 Saturnalia incipiunt, & per tres dies durant. Quibus adduntur Sigillaria, quæ ſeptem dies complent. Macrobi.  
 b 18 15  
 c 19 14 Opalia & Saturnalia. Macr. Var.  
 d 20 13  
 e 21 12 Angeronalia Angeronæ deæ. Macrobius. Herculi & Cereri de muſo. Macrobi.  
 f 22 11 Feriæ Laribus dicatæ. Macr. Compitalia. Ludi Laribus. Plin.  
 g 23 10 Feriæ Jovis. Larentinalia vel Laurentinalia. Plur. Var. Ovid.  
 A 24 9 Juvenalis dies viii. Saturn. additus. Suet. unde Juvenales ludi.  
 b 25 8  
 c 26 7  
 d 27 6  
 e 28 5  
 f 29 4  
 g 30 3  
 A 31 Prid. Cal. December Saturno facer. Macrobi. Tutela vero Veſtæ. V. Cal.

## C A P U T V.

## De menſe Januario, &amp; diebus in eo feſtis.

**D**iximus ſupra, Romulum annum ſuum decem tantum feciſſe menſium, quorum primus fuerit *Martius*. Iſis vero Numa Pompilius duos alios adjecit, ut duodecim menſes eſſent, *Januarium* ſcilicet & *Februarium*. Primum menſem appellavit *Januarium*, à Jano, de quo alibi diximus: quod ſicut *Janus Deus* eſt bifrons, & præterita & futura videt, ita etiam iſ menſis reſpiciat & finem tranſacti anni, & principium futuri.

Cur ab hoc menſe annum inceperint Romani, *Plutarchus* docet, has cauſas afferens: vel quod Numa Pompilius, pacis ſtudioſus, & cives à re bellicâ ad agriculturam tranſducere cupiens, *Januario* principem locum aſſignaverit, *Janoque* magnos honores detulerit, ut qui civilis vitæ, & terræ colendæ, quam belli fuiſſet ſtudioſior, cum *Romulus*, homo bellicoſus & *Martis* filius, *Martium* cæteris præpoſuiſſet: vel quod *Numa* ad naturæ potius ordinem reſpiciens, cum poſt brumam ſol progrediendi ſine facto, convertatur, & ad nos curſum reſſectat, ac quaſi de novo curſum ſuum incipiat, optimum judicaverit, idem anni, quod ſolis, eſſe principium: cui ſententiæ etiam *Ovidius* accedit, ita canens:

*Bruma novi prima eſt, veteriſque noviffima ſolis,*

*Principium capiunt Phœbus & annus idem.*

Porro hic menſis in Junonis tutela erat, quod cum ex aliis, tum ex *Kalendario veteri* ruſtico manifeſtum eſt: atque ex conſtitutione *Numæ Pompilii* xxix. dies habuit; ex ordinatione autem *C. Julii Caſaris* xxxi. Videamus igitur, qui dies in eo fuerint *feſti*, idque præeunte nobis *Kalendario Romano*, & *Ovidio* in *Faſtis*,

## De Mensis Januarii Diebus Fests sic habet Kalendarium.

A. k. JAN. F. Id est, Kalendæ Januarii Fastus. Priores literæ A. B. C. D. E. F. G. H. quarum serie totum conteritur Kalendarium, dies mundinarum demonstrant.

*Kalendæ omnes in Junonis tutela erant, teste Ovidio in 1. Fastorum :*

*Vindicat Ansonias Junonis cura Kalendas, &c.*

Januarii autem *Kalendæ* præter cæteras maxime celebres erant, propter anni initium.

Primum his *Kalendis* omne genus operis in sua quique arte inchoabant instaurabantque, ut scilicet, cum omnia principiis inesse soleant, si prima anni die industrii & solertes essent, de totius anni diligentia & solertia augurarentur. Ita Ovidius Fast. 1. v. 165.

*Postea mirabar, cur non sine litibus esset*

*Prima dies: causam percipe, Janus ait.*

*Tempora commisi nascentia rebus agendis,*

*Totus ab auspicio ne foret annus iners.*

*Quisque suas artes ob idem delibat agendo,*

*Nec plus quam solitum testificatur opus.*

Hoc eodem die, qui designati *Consules* erant, *Consulatum* inibant, & comitati frequenti populo ascendebant in Capitolium, & *Fori Optimo Maximo* injuges juvenecos mactabant, multaque odorem facientia in templis, & pro foribus templi cremabantur. Quod observatum fuit ab anno Urbis facti. quo *Q. Fulvius Nobilior*, & *T. Annius Luscus* *Consules* fuerunt. Ab eo enim anno regulariter hic dies solemniter *Consulatu* ineundo fuit. Testatur id præter veterum historicorum innumeros locos Ovid. his versibus Fast. 1. v. 75.

*Cernis odoratis ut luceat ignibus æther,*

*Et sonet accensis spica Cilestia focus.*

*Flamma nitore suo templorum verberat aurum.*

*Et tremulum summa spargit in æde jubar, &c.*

*Kalendas* Januarii amici lætis precationibus faustas sibi invicem ominabantur, teste præter *Plinium* & alios, Ovidio:

*At cur lata tuis dicuntur verba Kalendis,*

*Et damus alternis, accipimusque preces?*

Item munera sibi invicem mittebant boni ominis causa, videlicet *caricas*, *caryotides*, & *mella*, ut dulces dies anni à dulcibus rebus auspicarentur: & *stipem*, id est, nummum signatum: quæ omnia simul *strenas* appellarunt: cujus rei origo ad ipsum *T. Tatium Regem à Symmacho* refertur, quod is verbenas è luco *Strenia Dea* acceperit, significans strenuis viris istas deberi. *Strenam*, inquit *Festus*, vocamus, quæ datur die religioso ominis boni gratia, à numero, quo significatur alterum, tertiumque venturum similis commodi, veluti *trenam*, præposita *S.* litera, ut in loco & lite solebant antiqui. Constituta autem per *C. Octavium Augustum* Monarchia, hic mos inolevit, ut equites ac reliquis populus, ipsis etiam Imperatoribus *Strenam* *Kalendis* Januarii conferrent: qua de re sæpe loquitur *Suetonius*.

Hoc item die erat festum *Jani*, cui sacra fiebant ex libo, quod ab eo *Janual* antiqui dicebant, auctor est *Festus*. Item ex *mola*, quæ farina horna & sale miscebatur: quæ etiam thure & mero. Ovidius:

*Jane tibi primum thura merumque fero.*

Erat etiam festum dedicationis templorum *Æsculapii* & *Jovis* in insula Tyberina, quod Ovidius ex ipsis Fastis se didicisse scribit his verbis:

*Quod tamen ex ipsis licuit mihi discere Fastis,*

*Sacravere Patres hac duo templa die.*

*Accepit Phœbo, Nymphæque Coronide natum,*

*Insula, dividua quam premit amnis aqua.*

*Jupiter in parte est, cepit locus unus utrumque,*

*Functæque sunt magno templa nepotis ævo.*

Plurimum autem celebritatis *Kalendis* Januarii festo duorum templorum dedicatione accessit. Cum *Servius* auctor sit, nihil apud Romanos tam solemne fuisse, quam diem consecrationis, sive dedicationis. Cæterum *Æsculapio* de capra res divina imprimis fiebat: quoniam capra nunquam sine febre esse dicitur, sed & gallus, quidam etiam gallinas scribunt ei oblatas fuisse, & has quidem rostro nigro, nigrisque pedibus, & digitis imparibus. Si enim luteo essent rostro, vel pedibus, *impura* dicebantur ab haruspicibus. De *Jovis* sacris dicemus postea.

Sequitur in Kalendario.

BF. Secundus Januarii dies, qui quartus *Nonarum* vel postridie *Kalendas* Latine dicitur, *festus* erat. Idem etiam erat alter, ut paulo ante docuimus.

C. C. Tertius Januarii dies, Latine tertius Nonarum, & erat *comitialis*.

D. C. Quartus Januarii dies, pridie Nonas. Hic etiam *comitialis* erat.

E. NON. F. Quintus Januarii dies, *Nonæ* Januarii erant, dies *fastus*. De Nonis diximus ante.  
Hæ in nullius Dei tutela erant. Ovidius: *Nonarum tutela Deo caret.*

F. F. Sextus, postridie *Nonas* Januarii, vel octavus *Iduum*, & erat *fastus*, item *ater*.

G. C. Septimus dies, Latine septimus *Iduum*, *comitialis*.

H. C. Octavus, sextus *Iduum*, *comitialis*.

A. AGON. Nonus dies Latine dicitur quintus *Iduum*.

Hoc die celebrabantur AGONIA, sive AGONALIA; de quibus Varro lib. 5. de Lingua Latina: Dies *Agonales*, per quos Rex in regia arietem immolat, dicti ab *agone*, eo quod interrogatur a principe civitatis, & princeps gregis immolatur: Festus: *Agonium* dies appellabatur, quo Rex hostiam immolabat. Hostiam enim antiqui *agoniam* vocabant. *Agonium* etiam putabant Deum dici præsentem rebus agendis, cujus festa *Agonalia* dicebantur. Sive, quia *agones* dicebant montes: *Agonia* sacrificia, quæ fiebant in monte. Hinc Romæ mons Quirinalis *Agonius*, & Collina porta *Agonensis*. Ovidius lib. 1. Fastorum quinque rationes hujus vocabuli affert, quarum prima cum *Varronis* sententia convenit, videlicet dicta *Agonalia*, quod minister sacrorum, sive victimarius cultrum manu tenens, atque hostiam ferituro rogare solet, *agone*? id est, ferione? nec nisi jussu hostiam percuteret: quem morem etiam *Seneca* Controv. lib. 2. explicat. Altera est, quod *Agonalia* nomen habeant ab *agendo*, quod pecudes non sponte ad sacrificium veniant, sed *agantur*, unde etiam hostia, *agonia* dicatur. Tertia, quod ab agnis, quasi *Agnalia*, nomen habeant: quamvis Rex sacrorum arietem immolaret. Quarta quod sic appellentur a metu hostiarum, quæ viso cultro, quo erant feriendæ in aqua, sive in mola, ubi tingebantur, trepidabant: nam *ἀγών* *trepidationem* significat. Ultima quod *Agonalia* nomen habeant à ludis Græcorum, qui *Agones* dicebantur, cui sententiæ ipse accedit. Versus Ovidii sunt:

Quatuor adde dies, ductis ex ordine Nonis, 3. Pars putat hoc festum præcis *Agunalia* dictum,

Janus Agonali luce piandus erit.

Una sit ut proprio litera dempta loco.

1. Nominis esse potest, succinctus causa minister, 4. An quia prævisos in aqua timet hostia cultros,

Hostia cœlitibus quo feriente cadit.

A pecovis lux est ista notata metu.

Qui calido strictos tincturus sanguine cultros

5. Pars etiam, fieri solitis ætate priorum

Semper agatne, rogat, nec nisi jussu agit.

Nomina de ludis Græca tulisse diem.

2. Pars quia non veniant pecudes, sed agantur, ab *ἀγών*

Et prius antiquus dicebat *Agonia* sermo,

Nomen Agonalem credit habere diem.

Veraque judicio est ultima causa meo.

Agonibus autem Rex sacrorum arietem immolabat, Ovidio teste:

Utque ea nunc certa est, ita rex placare sacrorum.

Numina lanigera conjuge debet ovis.

B. E. N. Decimus Januarii dies, quartus *Iduum*, *endotercisus*, sive *intercisus* erat: de quo nomine supra diximus.

C. CAR. NP. Undecimo die, tertio *Iduum*, *Carmentalia* celebrabantur. Et hic dies erat *nefastus* primo, quod, quomodo sit intelligendum, paulo ante docuimus.

CARMENTALIA, inquit Varro, nominantur, quod sacra tum, & feriæ Carmentis. Ovidius hoc die ferias esse *Carmenta* multis versibus docet, quem vide. Fuit autem *Carmenta* Euandri mater mulier fatidica, quæ post obitum in Divarum numerum relata est, conditaque ei ara sub Capitolio ad portam *Carmentalem*, de qua libro secundo diximus. Ad hanc igitur aram sacra ei hoc die facta sunt. Ovidius:

Proxima prospiciet Tithono aurora relicto,

Arcadiæ sacrum Pontificale Deæ.

At vates felix, ut Dis gratissima vixit:

Possidet hunc Fami sic Dea mense diem.

Eodem etiam die ædes *Juturnæ* dicata est in campo Martio, de qua nos supra. Ovidius:

Te quoque lux eadem Turni soror ade recepit,

Hic ubi virginea campus obitur aqua.

D. C. Duodecimus dies Januarii, pridie *Idus*, *comitialis*.

E. E. ID. NP. Decimus tertius *Eidus*, *nefastus*, primo. *Idus* omnes Jovi sacræ erant; ideoque ipsi ovis mactabatur, quæ ab hoc dicebatur *Idulis*. Ovidius:

Idibus Albx Jovi grandior agna cadit.

Festus: *Idulis* ovis dicebatur, quæ omnibus *Idibus* Jovi mactabatur. *Macrob.* etiam libro primo Saturnaliorum, cap. 15. Sunt qui existiment, *Idus* ab ove *Iduli* dictas, quam hoc nomine vocant *Thufci*: & omnibus *Idibus* ovis immolatur à flamine. *Idibus* autem Januarii vervecem Jovi mactatum & immolatum esse Ovid. tradit, inquit:

Idibus in magni castus Jovis ade sacerdos

Semimaris flammis viscera libat ovis.

Hoc eodem die *Octavius* Imperator *Augustus* dictus, & Provincia in formam redacta. *Ovidius*, *Plutarchus* auctor est, hoc die tibicines habitu muliebri Urbem lustrasse, quod alii ad Idus Junii referunt, ubi & nos de eo ritu dicemus.

F. E. N. Decimus quartus dies, qui est XIX. Kalendarum Februarii, *Endotercisus* in Calendario additur, quod sit ex Senatusconsulto vitiosus.

G. C. A. R. Decimus quintus, qui dicitur XIII. Kalendar. Februarii.

C A R M E N T A L I A.

*Carmentalia* hoc die referebantur, vel iterabantur, de quibus non omnes idem sentiunt. Alii enim à *Carmenta*, quemadmodum priora illa, alii a duabus *Carmentis*, *Porrina* scilicet & *Postverta*, hæc *Carmentalia* dicta esse autumant. Qua causa hæc feriæ instituta, & a matribus famul. observata sint, *Plutarch.* docet in Quæstionibus Romanis, quæstione 56. Memoria, inquit, proditum, matres, cum usu vehiculorum, quibus jumenta trahendis jungerentur, *Senatus* ipsis interdixisset, inter se conspirasse, neque uterum gerere se, neque parere velle, ac viros hac ratione ulcisci; idque fecerunt, donec mutata sententia, usus vehiculorum concessus fuit. Exinde cum parent, fecundæ, & liberorum copia claræ, templum *Carmenta* posuerunt, eique sacra fecerunt. Eadem etiam *Ovid.* habet, & addit piaculum fuisse *scortea*, hoc est, sua morte percempta in his facris attulisse. Versus hi continentur in *Fast.* l. i. v. 617.

*Respiciet Titan actas ubi tertius Idus,*

*Fient Parrhasia sacra velata Dea.*

*Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant,*

*Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor, &c.*

Hactenus *Ovidius*. De *Porrina*, quæ ab aliis *Prosa*, sive potius *Prorsa*, sive potius *Postverta* diximus alibi.

Post *Carmentalia* secunda nullæ amplius Januarii mensis feriæ in *Kalendario* annotatæ sunt; sed dies omnes, usque ad IV. Kalendas Februarii, comitales fuisse dicuntur. Cum autem in *Ovidio* adhuc aliquot celebratum mentio fiat, nolumus eas hoc loco silentio præterire.

Die igitur proxime *Carmentalia* sequenti, qui est XVII. Kalend. Februarii, festum erat dedicationis templi *Concordia*, quod à *Camillo* positum est, de quo templo nos supra ex *Plutarcho* quædam in medium attulimus. *Ovidius* *ibid.* v. 637.

*Candida, te niveo posuit lux proxima templo,*

*Qua fert sublimes alta Moneta gradus,*

*Nunc bene prospicies Latiam, Concordia, turbam,*

*Nunc te sacratæ constituere manus.*

Subjungit *Ovidius*, & illud *Concordiæ* templum à *Livia* constructum, dedicatum hoc die esse, de quo nos supra, cum de *Diis* ageremus. *Concordia* sacrificium *Seneca* in *Medea* his versibus explicat:

- - - Et asperi

*Martis sanguineas qua cohibet manus,*

*Quæ dat belligeris fœdera gentibus,*

*Et cornu retinet divite copiam,*

*Donetur tenera mitior hostia.*

Die XXIV. qui est IX. Kalend. Februarii, *Sementina* feriæ celebrabantur. Hæ tamen non statæ, verum conceptivæ erant, uti ante ex *Macrobio* audivimus. Ita etiam *Ovidius*: *Ibid.* v. 657.

*Ter quater evolvi signantes tempora Fastos,*

*Nec sementina est ulla reperta dies.*

*Cum mihi (sensit enim) lux hæc indicitur, inquit,*

*Musa, quid à Fastis non stata sacra petis? &c.*

*Varro* lib. 5. de *Lingua Latina*: *Sementina* feriæ dies is, qui à Pontificibus dictus: appellatus à *semente*, quod sationis causa susceptæ. *Festus*: *Sementina* feriæ fuerunt institutæ, quasi ex iis fruges grandescere possint. His feriis sacra in æde *Telluris*, *Cereri* & *Telluri* fiebant. *Varro* lib. 1. de *Re Rustica*, cap. 2. Orationem ad *Terram* & *Cererem* pro felici frugum proventu habet *Ovidius*, quem etiam leges.

Die XXVII. qui est VI. Kalend. Februarii, festum dedicationis templi *Castoris* & *Pollucis*, de quo ita *Ovidius*, *ibid.* 705.

*At qua venturas præcedit sexta Kalendas,*

*Hæc sunt Ledaïs templa dicata Deis.*

*Fratribus illis Deis fratres de gente Deorum*

*Circa futurna composuere lacus.*

Die xxx. qui est III. Kalendarum Februarii festum *Pacis* erat, de quo item Ovidius. Ibid. 709.

*Ipsum nos carmen deduxit Pacis ad aras,  
Hac erit a mensis fine secunda dies, & post,  
Thura, sacerdotes, pacalibus addite flammis,  
Albaque percussa victima fronte cadat.  
Utque domus, que prestat eam, cum pace perennet,  
Ad pia propensos vota rogate Deos.*

Hactenus de mense Januario. *Lilius Gregorius Gyraldus* in suo *Kalendario Romano* xxix. Januarii diem assignat *Equitiis*, idque auctoritate veteris *Kalendarii*, ut ipse ait: de quibus nos postea.

Hoc item mense sacrum *Diis Penatibus* factum, clarum est ex *Kalendario* veteri rustico, ab *Hu- berto Goltzio* edito, cum quo etiam utud *Kalendarium*, quod *Georgius Fabricius* 2. *Antiquitatum* libro inseruit, convenit.

## CAPUT VI.

## De Febuario, &amp; diebus in eo festis.

ET hic mensis à *Numa* additus est, cum à *Romulo* fuisset præteritus. Nomen habet à *Februo*, Deo lustrationum, cui à *Numa* erat dicatus. *Lustrari* autem eo mense civitatem necesse erat, quo statuit, ut iusta *Diis* manibus solverentur. *Macrobius* lib. 1. *Saturnaliorum* c. 13. Festus: *Februarius* mensis dictus, quod tum, id est, extremo mense anni populus *februaretur*, id est, lustraretur ac purgaretur: vel à *Junone februatata*, quam alii *februatalem*, *Romani februlim*, vocant: quod ipsi eo mense sacra fiebant, ejusque ferie erant *Lupercalia*, quo die mulieres *februabantur* à *Lupercis* amiculo *Junonis*, id est, pelle caprina; quam ob causam is quoque dies *februarius* appellabatur. Quæcumque denique purgamenti causa in quibusque sacrificiis adhibentur, *februa* appellantur. Id vero quod purgatur, dicitur *februatum*. Hactenus *Festus*: à quo non dissentiunt *Censorinus*, *Plutarchus*, & *Ovidius*, quorum hic etiam docet, apud præcos hunc mensem fuisse anni ultimum, & præcessisse *Januarium*: à *Decemviris* autem legum scribendarum primum institutum, ut post mensem *Januarium* collocaretur. Versus ejus sunt hi:

*Sed tamen (antiqui ne nescius ordinis erres), Primus enim Jani mensis, quia Janua prima est.*  
*Primus ut est, Jani mensis & ante fuit. Qui sacer est imis manibus, imus erat.*  
*Qui sequitur Janum, veteris fuit ultimus anni. Postmodo creduntur spatio distantia longo,*  
*Tu quoque sacrorum, Termine, finis eras. Tempora bis quini continuasse viri.*

Dies habuit hic mensis ab ultima *Numa* constitutione viginti octo, quod *Numam* eo fecisse *Macrobius* docet, quod cum in honorem imparis numeri, tam in anno, quam in mensibus singulis imparem numerum esse voluerit, huic tamen mensi parem dierum numerum tribuerit, ut universa putatio totius anni impar fieret, quod alioqui factum non fuisset, si etiam huic mensi imparem dierum numerum assignasset. Vel etiam ob hanc causam fecit, quod Deo infero, cui hic mensis sacer erat, diminutio & par numerus conveniret. Quare etiam *Julius Cæsar*, cum annum aliter ordinaret, & aliquot diebus adjectis augeret, nullum huic mensi diem addidit, ne *Deo infero* religio mutaretur.

Hic item mensis *intercalationi* destinatus erat, qua de re initio hujus libri satis multa diximus, fuitque in tutela *Neptuni*.

## De diebus mensis Februarii festis.

In *Kalendario* illo Romano, quod supra posuimus, à *Kalendis* hujus mensis ad *Idus* usque dies omnes *Nefasti* esse scribuntur, nec ullum notatur festum. In *Ovidio* tamen aliquorum fit mentio, de quibus pauca hic dicemus.

Ita *Kalendarium* habet:

H. k. FEB. N. Hoc est, *Kalenda Februarii*, *Nefastus* dies.

*Kalenda Februarii*, sicut & *Januarii*, & sequentium mensium omnium in tutela *Junonis* erant, quod in *Januario* diximus, nec amplius repetemus.

*Kalendis Februarii* festum erat dedicationis templi *Junonis Sospite*, de quo ita canit *Ovidius*:

*Principio mensis Phrygiæ contermina matri,  
Sospita delubris dicitur aucta novis.*

De hoc templo diximus libro secundo. Erat hoc die festum *luci Asyli*. *Ovidius*:

*Tunc quoque vicini lucus celebratur Asyli,  
Qua petit aquoreas advena Tybris aquas.*

De *lucio Asyli Livius*, *Dionysius*, & alii multa habent.

Eodem die etiam rem divinam faciebant in æde *Vesta*, & æde *Fovis Tonantis*: atque in *Capitolio* mactabant *Fovi* bidentem. Ovidius:

*Ad penetrabile Numa, Capitolinumque Tonantem,  
Inque Fovis summi caditur arce bidens.*

Die Februarii V. in quem Nonæ incidebant, C. *Offavii Augustus* Pater Patriæ dictus est, qua de re *Suetonius*, *Dio* & alii multi loquuntur. Ovidius:

*Dum canimus sacras alterno pessime Nonas,  
Maximus his fastis accumulatur honos, &c. & post:  
Sancte Pater patriæ, tibi plebs, tibi Curia nomen  
Hoc dedit, hoc dedimus nos tibi nomen eques:  
Res tamen ante dedit, sero quoque vera tulisti  
Nomina, jam pridem tu pater orbis eras.*

Idibus rursus ovis *Idulis* mactabatur, uti in *Januario* notavimus, *Februarii* Idibus etiam *Fauni* feræ erant, de quibus Ovidius:

*Idibus agrestis fumant altaria Fauni,  
Hic ubi discretas insula rumpit aquas.*

Idem dies ater sive religiosus erat, ob eandem *Fabiorum*, de qua omnes prope historiæ Romanæ & *Ovidius* loquuntur.

F. LUPER. N. P. Hoc est, LUPERCALIA, Nefastus primo.

Die xv. Februarii, qui Latine dicitur xv. Kalend. Martii, *Lupercalia* celebrabantur.

LUPERCALIA, inquit *Varro*, dicta, quod in *Lupercali* *Luperci* sacra faciunt. Rex cum ferias menstruas Nonæis Februareis edicit, hunc diem *Februatum* appellat. *Februum* Sabini *purgamentum*, & in sacris nostris verbum. Nam & *Lupercalia* *Februarii*, ut in antiquitatum libris demonstravi, &c. Hæc ut scribunt *Dionys. Livius, Plutarchus*, & multi alii ab *Euandro* ex *Arcadia* in *Italiam* translata sunt; alii ab ipso *Romulo* & *Remo* instituta esse volunt. Et hujus posterioris qui sunt sententiæ, non omnes unam eorum institutorum causam afferunt. Quidam enim in memoriam nutritorum à *lupa Romuli* & *Remi*; quidam propter factam sibi à *Numitore* avo potestatem condendæ urbis in monte *Palatino*, ubi servati fuerant, instituta & celebrata primum à *Romulo* & *Remo* tradunt. Hanc causam *Valerius Maximus* libro secundo explicat, illam *Plutarchus* à *Buta* quodam afferri dicit. *Valerii Maximi* verba primum adferbam. *Lupercalium*, inquit, mos à *Romulo* & *Remo* inchoatus est, tunc, cum lætitia exultantes, quod his avus *Numitor*, rex *Albanorum*, eo loco, ubi educati erant, urbem condere permisit sub monte *Palatino*, hortatu *Faufstuli* educatoris sui, quem *Euander* *Argivus* consecraverat; facto sacrificio, cæsisque capris, epularum hilaritate, ac vino largiore provecti, divisa pastorali turba, cincti pellibus immolarum hostiarum jocantes obvios petiverunt, ejus hilaritatis memoria annuo circuitu feriarum repetitur. Hactenus *Valerius. Plutarchus* autem de *Lupercalibus*, eorum institutione & ceremoniis in *Romulo* ita scribit: *Lupercalia*, si ad tempus respiciatur; lustrationis causa instituta videri possunt. Fiunt enim diebus nefastis mensis *Februarii*, qui ab expiationibus nomen habet, atque illa dies antiquitus *Februata* nuncupabatur. *Lupercalia* Græcis *Lycea* vocantur, ejus nominis ratione videntur esse pervetusta & ab *Arcadibus*, qui cum *Euandro* fuerant, deducta: possunt tamen etiam à *lupa*, quæ iis *Lycanis* est, dicta videri, cum *Luperci* cursum suum ab eo loco, quo *Romulus* expositus fertur, ordiantur. Sed quæ aguntur *Lupercalibus*, eorum causa conjectu difficilior est. Mactant enim capras: tum duo nobiles adolescentes adducuntur ad eos, quorum alii frontem gladio eruentato contingunt; alii confestim detergunt lana lacte madefacta: adolescentulis istis interim, dum deterguntur, ridendum est. Deinde caprarum pellibus in scuticis dissectis, subligaculis præcincti, cætera nudi, discurrunt, ac obvium quemque iis scuticis cædunt. Mulieres autem juniores istos illos nequaquam fugiunt, credentes eos ad pariendi facilitatem & conceptum conducere. Id quoque peculiare festi hujus est, quod canis à *Lupercis* immolatur. Porro *Butas* quidam *Ælegiacis* versibus causas *Romanarum* rerum fabulosas perscripsit. Is tradit *Romulum* cum suis, victo *Amulio*, lætitia exultantes ad eum locum accurrisse, ubi infanti ipsi *lupa* ubera præbuisset: itaque & ad imitationem hujus cursus *Lupercalia* agi, & currere nobiles, ac

*Percutere oblatos: velut ense cucurrit ab Alba  
Armatus quondam Romulus, atque Remus.*

Quod autem gladius eruentatus fronti eorum adhibetur, id esse cædis ac periculi signum: sicut *deterfio*, quæ fit lacte, nutritionem indicat. At *C. Acilius* narrat, pecudes *Romuli* ante Urbem conditam amissas fuisse: eum itaque cum suis *Fauno* votis factis, ad eas quærendas nudos excurrisse, ne sudore molestantur: ideoque *Lupercos* etiam nudos currere. Quod ad canem attinet, si quidem id sacrum lustrationis causa peragitur, haud abs re expiationis causa immolari dicemus. Nam in id genus sacrificiis Græci *catulos* adhibent, varieque utuntur iis, quos à *catulis perisylacismos* nominant. Quod si instituta sunt *Lupercalia* ad agendas *lupæ* gratias, pro nutrito & servato *Romulo*: haud absurde canis

maclatur, animal lupis inimicum: nisi potius ideo pleclitur, quod *Lupercis* circumcurrentibus in-  
terturbet. Hæc *Plutarchus*. De *Lupercalibus* præter eos, quos dixi, *Ovidius* multa habet, quæ  
legere potes, & *Joannes Goropius Becanus* l. 4. Originum, quem inscripsit *Cronia*, ubi omnium  
rituum in his sacris observatorum causas diligenter inquirat & explicat.

H. QUIR. N. P. Hoc est, QUIRINALIA, Nefastus primo.

Die Februarii XVII. qui Latine XIII. Kalend. Martii dicitur, *Quirinalia* erant.

QUIRINALIA, inquit Varro, à *Quirino*, quod ei Deo feriæ, & eorum hominum qui *Fornacalibus* diebus non fuerunt feriati. *Quirinalia* igitur *Quirino*, id est, Romulo celebrabantur,  
de cuius ἀποδείξει supra libro secundo, & de ejus fame, qui *Quirinalis* dicebatur, libro tertio  
diximus. *Ovidius*:

*Proxima lux vacua est, at tertia dicta Quirino,*

*Qui tenet hoc nomen Romulus ante fuit.*

Eodem die etiam feriæ stultorum erant, unde & *Quirinalis feriæ stultorum* dicebantur, ob hanc  
causam, quod, cum quisque in sua curia *Fornacalibus*, quæ indictivæ feriæ erant, feriretur &  
sacra faceret, stulta populi pars, quæ sua curia esset, ignorans, rem divinam *Fornacalibus* omif-  
sam, *Quirinalibus* faciebat. Ita *Festus*, quemadmodum restituit *Josephus Scaliger*, cum antea hæc  
essent corruptissima: *Quirinalia* mense Februarii dies, quo *Quirini* fiunt sacra. Idem *Stultorum*  
*feriæ* appellantur, quod quidam, qui suorum *Fornacalium* sacra Romæ ignoraverant, eo potissimum  
rem divinam faciunt. Idem vel potius *Præulus Diaconus* paulo inferius: *Stultorum feriæ* appellaban-  
tur *Quirinalia*, quod eo die sacrificabant ii, qui solemnibus die, aut non potuerunt rem divinam fa-  
cere, aut ignoraverunt.

*Fornacalium* autem (nam ea hoc die à Curione maximo indicebantur) festa erant, non stata illa qui-  
dem, sed indictiva, quæ fiebant *Deæ Fornaci*. Festus: *Fornacalium* feriæ institutæ sunt farris tor-  
rendi gratia, quod ad fornacem, quæ in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat. Idem: *Fornaca-*  
*lia* sacra erant, cum far in fornaculis torrebant. *Plinius* lib. 18. cap. 2. auctor est, à Numa *Fornaca-*  
*lia* esse instituta. Sic enim scribit: Numa instituit Deos fruge colere, & mola salsa supplicare,  
atque (ut auctor est *Hemina*) far torrere, quoniam tostum cibo salubrius esset. Id uno modo con-  
secutum, statuendo, non esse purum ad rem divinam nisi tostum. Is & *Fornacalia* instituit, farris  
torrendi ferias, & æque religiosas terminis agrorum. Hos enim Deos tunc maxime noverant. De  
*Fornacalibus* & feriis stultorum *Ovidius* lib. 2. Fastorum:

*Fæta Dea est Fornax: lati fornace coloni*

*Orant, ut fruges temperet illa suas.*

*Curio legitimis tunc Fornacalia verbis*

*Maximus indicit, nec stata sacra facit.*

D. FERAL. F. Hoc est, Feralia. Fastus.

Die XXI. qui est IX. Kal. Martii erant *Feralia*, quæ tamen ab *Ovidio* ad XIII. Kalend. Martii, hoc  
est, XVII. Februarii diem referuntur.

FERALIA, inquit *Varro*, ab inferiis & ferendo, quod ferunt tum epulas ad sepulchrum, qui-  
bus ibi parentare. Festus: *Feralia* Diis manibus sacrata festa à ferendis epulis, vel à feriendis  
pecudibus appellata. Hæc *Macrobius* lib. primo Saturnaliorum cap. 13. à Numa Pompilio instituta  
scribit. *Ovidius* ab *Ænea* eorum originem deducit, cujus versus, quia notatu digni sunt, & multa  
de ritibus *Feraliorum* habent, huc referam. Sic autem scribit, lib. Fast. 11. v. 533.

*Est honor & tumulis animas placare paternas,*

*Parvaque in exstructas munera ferre pyras.*

*Parva petunt manes, pietas pro divite grata est*

*Munere, non avidos Styx habet ima Deos.*

*Tegula projectis satis est velata coronis,*

*Et sparse fruges, parvaque micæ salis, &c.*

Hoc eodem die religiosum esse nubere, aut Diis superis sacra facere, docet idem, cum ita pergat: v. 557.

*Dum tamen hac fiunt, vidue cessat puella,*

*Expectet puros pinea tædæ dies.*

*Nec tibi, quæ cupida matura videre matri,*

*Comat virgineas hasta recurva comas, &c.*

Ipsis *Feralibus* etiam *Deæ Mutæ* sacrificium fieri *Ovidius* docet, quod erat sacrum quoddam magi-  
cum ad compescendas detrahentium linguas: cujus rationem *Ovidius* his versibus explicat: ibid. v. 571.

*Ecce anus in mediis residens annosa puellis,*

*Et digitis tria thura tribus sub limite ponit,*

*Sacra facit Tacita, nec tamen ipsa tacet.*

*Qua brevis occultum mus sibi fecit iter, &c.*

Quorum versuum enarrationem petes ab *Antonio Fansenj*, *Paulo Marso*, & aliis, qui hos *Ovidii*  
libros suis Commentariis illustrant.

Proxi-

Proximo à Feralibus die *Charistia* ab amicis celebrari, *Ovid.* scribit his versibus:

*Proxima cognati dixere Charistia chari,  
Et venit ad socios turba propinqua deos.*

Et qui sequuntur.

Meminit etiam eorum mense Februario Kal. Rusticum. De *Charistiis* *Valerius Maximus* libro secundo capite primo. Convivium etiam, inquit, solemne majores instituerunt, idque *Charistia* appellaverunt, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur: ut, si qua inter necessarios querela esset orta, apud sacra mensæ & inter hilaritatem animorum, fautoribus *Concordia* adhibitis, tolleretur. Hactenus *Valerius*: Sic & *Ovid.*

*Dis generis date thura boni, Concordia fertur  
Illo præcipue mitis adesse die.*

*Et libate dapes, ut grati pignus amoris  
Nutriat intinctos missa patella cibos.*

*Famque ubi suadebit placidos nox humida somnos,  
Larga precaturi sumite vina manu.*

*Et bene nos, bene tu patria Pater optime Caesar,  
Dicite suffuso per sacra verba mero.*

Revertamur ad *Kalendarium* nostrum in quo die Februarii xxii. sic scriptum extat:

F. TER. NP. Id est, Terminalia, Nefasti primo.

TERMINALIA, inquit *Varro*, quod is dies anni extremus constitutus. Duodecim enim mensis fuit *Februarius*, & cum intercalatur, inferiores quinque dies duodecimo demuntur mense. *Festus*: Termino sacrificabant, quod in ejus tutela fines agrorum esse putabant: denique *Numa Pompilius* statuit eum, qui terminum exarasset, & ipsum, & boves sacros esse. *Terminalia* *Numa Rex* instituit, quemadmodum *Dionysius*, *Plutarchus*, *Plinius*, & alii docent. *Dionysius* lib. 2. cum multa de Terminis Deis verba fecisset, tandem ita concludit: nam Deos putant *Terminos*, eisque sacra faciunt, non hostias cædentes, quod nefas sit cruentari hos lapides, sed liba Cerealia frugumque offerentes primitias. *Plutarchus* causam inquirens, cur *Termino*, quem Deum censerent & sacris *Terminalibus* honorarent, nullum animal immolaretur, ita tandem respondet: An, quia *Romulus terminos* agro populi nullos posuit, ut liceret progredi, aliisque adempum adjicere suo, & putare omnem ditionem ad se pertinere, quam (ut *Laco* ille dicebat) hasta assequi possent? *Numa* autem *Pompilius*, homo justus, civilis ac Philosophus, limitibus suum agrum a vicino distinguit, iisque *Terminum* nuncupans, inspectorem atque custodem amicitiae & pacis existimavit sanguinis purum, nulla inquit. natum cæde debere servari. De sacris etiam *Terminalibus* ad hunc modum *Ovidius*, 2. *Fastor.* v. 639.

*Nox ubi transierit, solito celebretur honore,  
Separat indicio qui Deus arva suo.*

*Termine, sive lapis, sive es defossus in agro  
Stipes, ab antiquis tu quoque nomen habes.*

*Te duo diversa domini de parte coronant,  
Binaque ferta tibi, binaque dona ferunt, &c*

Sequitur in *Kalendario*:

G. REGIF. N. Hoc est, REGIFUGIUM. Nefastus. Die Februarii xxiv. qui est vi. Kalend. Martii erat *Regifugium*.

REGIFUGIUM, inquit *Festus*, sacrum dicebant, quo die *Rex Tarquinius* fugerit à Roma, de quo ita *Ovidius*:

*Nunc mihi dicenda est Regis fuga, traxit ab illa  
Sextus ab extremo nominis mense dies.*

Meminit etiam *Ausonius* in *Ecloga* de feriis Romanis:

*Nec Regifugium pulsus ex urbe Tyrannis,  
Letum Romanis fas reticere diem.*

Historiam illam de fuga vel exilio Romanorum Regum, *Tarquiniorum* scilicet, quia ea vulgo notissima est, & plerisque *Scriptoribus* veteribus decantata, hoc loco repetere nolo.

B. EQU. NP. Hoc est: EQUIRIA, Nefastus primo.

Die Februarii xxvii. qui est iii. Kalend. Martii, *Equiria* erant.

EQUIRIA, inquit *Varro*, dicta ab equorum cursu. Eo enim die currunt equi in campo Martio. De iisdem *Festus* ira scribit: *Equiria* ludi, quos *Romulus* Marti instituit per equorum cursum, qui in campo Martio exercebantur. Meminit eorum & *Ovidius*:

*Famque dua restant noctes de mense secundo, Ex vero positum permansit Equiria nomen,  
Marsque citos junctis curribus urget equos. Quæ Deus in campo perspicit ipse suo.*

Pridie *Kalendas* Martii, qui est xxviii. idem ultimus Februarii, *Tarquinius* Tyrannos prælio separatos à Romanis esse, nonnulli tradunt. Meminit ejus rei *Plutarchus* in *Poplicola*. Tantum de mense *Februario*.



## CAPUT VII.

## De Martio, &amp; diebus in eo festis.

**A** NNUM, ut supra diximus, decem mensium fecit Romulus, quorum primus fuit *Martius*, sic dictus, vel à *Marte*, quod is Romuli pater crederetur, vel ab illius gentis in re militari alacritate. Varro: *Martius* à *Marte* dicitur. *Macrobius* lib. 2. *Saturnaliorum*, cap. 12. *Romulus* primum anni mensem genitori suo dicavit. *Ovidius*:

*A te principium Romano ducimus anno,* Vox rata fit, patrioque vocat de nomine menssem,  
*Primus de patrio nomine mensis erit.* Dicitur hæc pietas grata fuisse Deo.

Festus, *Martius* mensis initium anni fuit & in Latio, & post Romam conditam, eo quod gens erat bellicosissima. Cujus rei testimonium est, quod posteriores menses, qui annum finiunt, à numero appellati, ultimum habent *Decembrem*. Auctor est *Ovidius*, *Martium* mensis nomen, etiam ante Romam conditam, Italiæ populos habuisse, licet non omnibus fuerit mensis anni primus. Alii enim tertio, alii quarto, alii quinto, alii sexto, alii decimo loco eum collocarunt. Versus *Ovidii* sunt:

*Quod si forte vacas, peregrinos inspice fastos,* Quintum Laurentes, bis quintum Æquicolus acer,  
*Mensis in his etiam nomine Martis erit.* A tribus hunc primum turbæ Fovensis habet.

*Tertius Albanis, quintus fuit ille Falisicis,* Et tibi cum proavis, miles Peligne, Sabinis  
*Sextus apud populos, Hernica terra, tuos.* Convenit huic genti quartus utrique Deus.

*Inter Aricinos, Albanaque tempora constat,* Romulus hos omnes ut vinceret, ordine saltem,  
*Esæaque Telegoni maxia celsa manu.* Sanguinis auctori tempora prima dedit.

Quod autem hic mensis apud veteres Romanos ex prima *Romuli* constitutione primus anni fuerit, & ex his, quæ jam adduxi, testimoniis constat, & *Macrobius* ac *Solinus* multis rationibus convincunt: quales sunt, quod hoc mense & publicè & privatim ad Annam Perennem sacrificatum iverint, ut annare, perennareque commode licuerit: quod hoc mense mercedes exolverint magistris, quas completus annus deberi fecisset: quod *comitia* auspiciati fuerint: *vestigalia* locarint: quod *matronæ* servis cœnas apposuerint, quemadmodum domini *Saturnalibus*: illæ, ut principio anni ad promptum obsequium honore servos invitarent: hi, quia gratiam perfecti operis exolverent. Reliqua in Kalendis *Martii* referimus. Habuit *Martius*, qui in *Minervæ* tutela fuit ex *Romuli*, *Numæ*, & *C. Julii Cæsaris* constitutione, dies xxxi.

## De diebus mensis Martii festis.

D. K. MAR. NP. Hoc est, Kalendæ Martiæ, vel Martii Nefastus primo.

Kalendæ Martiæ, quod is mensis olim anni primus esset, valde celebres fuerunt. His enim quemadmodum *Macrobius* lib. 1. *Saturnaliorum* cap. 12. & *Solinus* in *Polyhistor* cap. 3. & alii scribunt, ignem novum *Vesta* aris accendebant, ut incipiente anno, cura denuo servandi novati ignis inciperet.

Isdem Kalendis tam in regia, curiisque, atque in *Flaminum* domibus, quam in fascibus *Consularibus* laurea veteres novis mutabant: de quibus *Ovidius* libro 3. *Fastorum* vers. 135.

*Neu dubites, prima fuerint quin ante Kalenda* Laurea, *Flaminibus quæ toto perstitit anno,*  
*Martis, ad hæc animum signa referre potes.* Tollitur, & frondes sunt in honore nova. &c.

Kalendis Martii etiam *Matronalia* erant, quæ à matronis Marti celebrabantur, cujus rei causas *Ovidius* recenset quinque: quarum prima est, quod mulieres Sabinæ à Romanis raptæ, sua intercessione atrox bellum, quod inter maritos & patres atque amicos jam motum erat, sedavissent: ideoque constitutum est, ut quotannis eo die Marti sacrificarent. Altera est, ut favore Martis eam felicitatem consequerentur in filiis, quam videbatur iis Deus Iliæ concessisse, quæ à Marte compressa, Romulum summæ felicitatis filium peperit. Tertia, quod mense Martio terra fecunda esset, quales matronæ fieri cuperent: Quarta, quod Kalendis Martiis Junoni Lucinæ templum datum esset in Esquilis. Quinta, quod Mars Junonis, quæ conjugii præerat, filius diceretur. Versus *Ovidii* sunt: 3. *Fast.* vers. 229.

*Inde diem primasque meas celebrare Kalendis*  
*Oebalides matres non leve munus habent.*

*Aut quia committi strictis mucronibus ausa,*  
*Finierant lacrymis Martia bella suis.*

*Vel quod erat de me feliciter Iliæ mater,*  
*Rite colunt matres sacra, diemque meum.*

Hoc eodem die *Saliorum* festum incipiebat, qui *ancylia* circumferebant, & *Mamurium* canebant. Sic enim *Ovidius*:

*Quis mihi nunc dicet, quare cœlestia Martis*  
*Arma gerant Salii, Mamuriumque canant?*

K k

Dein-

Deinde causam hujus rei subjiciens, quomodo videlicet *Numa* Jovem ad se elicerit, colloquium cum eo habuerit, signum Imperii Romani petierit, & quid *Jupiter* responderit, ita tandem scribit: 3. Fast. vers. 367.

*Dum loquitur, totum jam sol emoverat orbem, Ter tonuit sine nube Deus, tria fulmina misit.*  
*Et gravis aethereo venit ab axe fragor. Credite dicenti mira, sed æta loquor, &c.*

Idem etiam *Ovidius* docet, his diebus, quibus circumferrentur *ancyliæ*, priusquam condita rursus esset, ominosum esse nubere, neque etiam licere *flaminicam Dialectem* sese pectere atque ornare. Hæc enim sunt ipsius verba:

*Nubere si quis voles, quamvis properabitis ambo,*  
*Differ, habent parva commoda magna mora.*  
*Arma movent pugnam, pugna est aliena maritis,*  
*Condita cum fuerint, aptius omen erit.*  
*His etiam conjux capitis discincta Dialis*  
*Lucibus impexas debet habere comis.*

De hoc *Saliorum* festo & saltatione, ac circumgestatione *ancyliorum*, *Plutarchus* in *Numa*, ubi de *Saliorum* institutione & nomine agens ad hunc modum scribit: *Salii* nominantur, non (ut fabulantur nonnulli) à *Salio* quodam *Samothrace*, aut *Mantinesi*, qui saltationem armatam docuerit: sed ab ipsa potius chorea, quæ saltibus constat, quam per Urbem circumeuntes ducunt, cum mense *Martio* peltas gestant, puniceas tunicas induti, mitrisque latis æreis cincti, & galeas æreas ferentes, pugionibusque arma pulsantes. Reliqua tripudii pars pedum officio constabat. Movebantur enim elegantiter, celeriter, atque celeriter orbes implicantes evolventesque, multumque in eo roboris & agilitatis ostendentes. Et paulo post: At *Mamurio* mercedis nomine datum ajunt, ut eum *Salii* inter *Pyrhicam* saltationem cantarent, alii *Veturium Mamurium* eum, qui caneretur, fuisse tradunt, alii veterem memoriam. Hæc *Plutarchus*, secutus, opinor, *Varronem*, qui libro 5. de *Lingua Latina* ait, *Salios*, cum cantant *Mamurium Veturium*, significare veterem memoriam. *Festus* brevis hujus moris rationem indicat his verbis: *Mamurii Veturii* nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant hac de causa. *Numa Pompilio* regnante, cælo cecidisse fertur *ancyle*, id est, scutum breve, quod ideo sic est appellatum, quia ex utroque latere erat resicilum, ut summum infimumque ejus latius medio pateret, unaque edita vox, omnium potentissimam fore civitatem, quamdiu id in ea mansisset: Itaque facta sunt ejusdem generis plura, quibus id misceretur, ne internosci cæleste posset, probatum opus est maxime *Mamurii*, qui præmi loco petiit, ut suum nomen inter carmina *Salii* canerent. Hactenus *Festus*. Historiam de *ancyli* habent scriptores rerum Romanarum plerique; qui sunt consulendi. De *Saliorum* saltatione *Dionysius* etiam *Halicarnassæus* quædam habet, cujus pauca verba adscribam: *Gesticulantur*, inquit, *Salii* militariter ad tibiæ modulos, nunc simul, nunc per vices: interim canentes *Pæana* quendam patrium: *Saltationem* autem armatam, quæ collis ad scuta gladiis crebros ciet strepitus. Si quid credendum est antiquis Scriptoribus, primi *Curetes* inventam tradiderunt posteris, &c. Hactenus ille. Sed de veterum saltationibus alibi dicemus prolixius.

VI. Die *Martii*, qui est pridie *Non. sacrum Vestæ* erat. Eodem die *C. Octavius Augustus* Imperator Pontificatum maximum inierat, quod & in veteri *Kalendario* notatum est his verbis: HOC DIE CÆSAR PONTIF. MAXIM. EST FACT. De utroque *Ovidius*, 3. Fast. vers. 415.

*Sextus ubi è terra clivofum scandet Olympum*  
*Phæbus, & alatis aethera carpit equis:* *Quisquis ades, castaque colis penetrata Vestæ,*  
*Gratare, Iliacis thuraque pone focus, &c.*

De *Vestæ* sacris *Alexander ab Alexandro* Neapolitanus libro quinto, capite duodecimo: *Vestæ* si quando *Vestales* virgines sacra libarent, vel rem divinam facerent, eo cultu ornataque erant, ut, licet vittatæ incederent, album tamen præterea vestimentum, quod *suffibulum* vocabatur, oblongum & prætextum, & quadrangulum in capite sumerent, fibulaque subnecterent: tum casta mola, & sale tuso, ac in ollam fictilem misso, mox in aquam injecto, sacra facerent: calicibusque fictilibus, quos *culillos* dicebant, *Vestæ* & *Diis* libarent. Hæc ille. In veteribus etiam nummis sacra *Vestæ* expressa videntur, cujusmodi duos ex *Guilhelmi Crassiani* antiquitatibus hic subjeci notatos l. m.

*Nonis Martii*, qui est dies ejus septimus, *Vejovis* templum consecratum est ad duos lucos *Asyli*. De quo ita *Ovidius*:

*Una nota est Marti: Nonis sacrata quod illis*  
*Templa putant lucos Vejovis ante duos.*




De *Vejove* supra diximus.

Pridie *Id. Martii*, qui est dies ejus mensis *xiv. Equiria* altera erant. Sic enim *Kalendarium* habet, A. EQ. NP. *Id* est, *EQUIRIA*. Nefastus primo.


DE *EQUIRIIS*, paulo ante diximus. *Ovid.*

*Sex ubi suffulerit, totidem quoque deseret orbes,*  
*Purpuream rapido qui vehit axe diem.*

Lib. IV.



Lib. X.





*Altera gramineo spectabis Equiria campo,  
Quem Tiberis curvis in latus urget aquis.  
Qui tamen ejecta si forte tenebitur unda,  
Caelius accipiet pulverulentus equos.*

Significat Ovidius, Equiria hæc in campo Martio juxta Tiberim fuisse celebrata, nisi Tiberis inundasset. Tum enim in montem *Calium* translata unde in eo monte locus dictus *Campus Martialis*, in quo Equiria solebant fieri, si quando aquæ Tiberis Campum Martium occupassent. *Festus*.

Idibus Martii *Anna Perenna* festum erat, in quo largioribus poculis indulgebant, & pro cyathorum numero annos mutuo precabantur, de quo festo ita scribit Ovidius 3. Fast. vers. 523.

*Idibus est Anna festum geniale Perenna,  
Non procul a ripis advena Tibri tuis.  
Plebs venit ac virides passim disjecta per herbas  
Potat, & accumbit cum pare quisque sua.  
Sub fovee pars durat, pauci tentoria ponunt,  
Sunt, quibus è ramis frondea facta casa est, &c.*

Causas cur *Anna* festum tanta læticia fuerit celebratum, Ovidius duas refert; quarum una est, quod ii, qui *Annam Perennam* apud *Æneam* exultantem, & post uxoris ejus *Lavinia* insidias fugientem quæsierant, responso accepto, esse eam *Nympham Numici* amnis, totum illum diem in agris lætis conviviis celebrarint. Altera, quod *Anna* anus quædam *Bovillis* oriunda, plebi seditiosæ in montem sacrum digressæ, & penuria laboranti, quotidie liba attulerit & diviserit, in cujus rei memoriam plebeji pace cum *Patriciis* facta, hoc festum solemne instituerint. De priori causa ita scribit Ovid. 3. Fast. vers. 649.

*Sidonis interea magno clamore per agros  
Quaritur, apparent signa notaque pedum,  
Ventum erat ad ripas, inervant vestigia ripis,  
Sustinuit tacitas conscius amnis aquas.*

*Ipsa loqui visa est: Placidi sum Nympha Numici,  
Amne perenne latens Anna Perenna vocor.  
Protinus erratis lati vescuntur in agris,  
Et celebrant largo seque diemque mero.*

Alteram causam his explicat versibus:

*Hæc quoque, quam referam, nostras pervenit ad aures  
Fama, nec à veri diffidet illa fide.*

*Plebs vetus, & nullis etiam tunc tuta Tribunis  
Fugit, & in sacri vertice montis erat, &c.*

Idem etiam subjicit hoc die festo puellas, jocosa quædam & obscæna carmina cantare consuevisse, eam ob causam, quod *Anna* inter divos relata, & à *Marte* precibus sollicitata, ut *Minerva*, cujus amore tenebatur, nuptias sibi conciliaret, eum deluserit, affirmans se inflexisse *Minerva* animum, eamque paratam esse ad conjugium: in cujus tamen locum ipsamet flammeo, tanquam nova nupta velata ad *Martem* deducta, & dolus detectus fuit, quam narrationem *Ovid.* his versibus concludit:

*Ludis amatorem chara nova nupta Minerva,  
Nec tes hæc Veneri gratior ulla fuit.*

*Inde joci veteres obscænaque dicta canuntur,  
Et jurat hæc magno verba dedisse Deo.*

Idem dies dictus est *Parricidium*, quod *C. Julius Cæsar* Dictator à conjuratis in Senatu collecto in curia Pompeji, xxiiii. vulneribus confossus est, de qua re *Suetonius* in *Cæsare*, capite penultimo, *Florus* Epitoma Liviana libro 116. *Plutarchus*, *Ovidius*, *Dio*, & alii multi. Est & hoc non abs re meminisse, *P. Cornelium Dolobellam* Consullem, ut est apud *Appianum* lib. 2. de bellis civilibus, legem tulisse, ut hic dies, quo *C. Julius Cæsar* interfectus esset, in posterum natalis Urbis haberetur, quasi scilicet hæc *Julii Cæsaris* nece libertas Reipub. restituta esset.

xvi. Kalendarum Aprilis, qui est dies Martii xvii. *Liberalia* erant, sic in Kalendario notata.

D. LIB. NP. Hoc est, *Liberalia*, Nefastus primo.

*LIBERALIA*, inquit *Festus*, Liberi festa, quæ apud Græcos dicuntur *Διονύσια*. *Varro* libr. quinto de Lingua Latina: *Liberalia* dicta, quod, per totum oppidum eo die sedent sacerdotes *Liberi*, hedera coronatæ anus cum libis & foculo pro emptore sacrificantes. In libris *Saliorum*, quorum cognomen *Agonensium*, forsan hic dies ideo appellatur potius *Agonia*. Quem locum explicans *Adrianus Turnebus*, vir eruditissimus, in iis Commentariis Varronianis, quos post obitum ipsius hæredes in lucem dederunt, ait, *sedere*, hic significare feriari, & per *foculum* ignitabulum intelligi, parvumque focum, quo usi veteres fuerint, cum rem divinam extra templa in locis non sacris, aut in quibus ara non erat, facerent. Unde *Cicero* pro Domo: *C. Attinius* bona *Q. Metelli* consecravit, foculo posito in rostris, adhibitoque tibicine. Hæc ille. Quod *Varro* dicit, in libris *Saliorum* hunc diem *Agonia* appellari, idem confirmat etiam *Masurius*, qui libro 2. Factorum, ut est apud *Macrobium* lib. 1. Saturnaliorum, cap. 4. *Liberalem* diem à Pontificibus *Agonium* Martiale appellari scribit. Rituum, qui *Liberalis* observabantur, causas diligenter explicat *Ovid.* multis versibus, quos legere potes, nos aliquos tantum adducemus. Sic igitur scribit 3. Fast. vers. 725.

*Carminis hujus opus causas exponere, quare  
Vilis anus populos ad sua liba vocet.*

*Ante tuos ortus ara sine honore fuerunt,  
Liber, & in gelidis herba reperta focis. &c.*

Et paulo post vers. 761.

*Melle pater fruitur libo que infusa calenti,  
Fure repertori splendida mella damus.  
Famina cur praestit, non est rationis operata,  
Famineos thyrsos concitat ille choros. &c.*

Eodem etiam *Liberalium* die toga libera adolescentibus, pueritiam egressis, dabatur; cujus rei causas *Ovidius* commemorat quatuor, de quibus ipsum audire placet. Sic inquit: *ibid.* vers. 771.

*Restat, ut inveniam, quare toga libera detur  
Luciferis pueris, candide Bacche, tuis.  
Sive quod ipse puer, semper juvenisque videris,  
Et media est aetas inter utrumque tibi. &c.*

De toga, & aliis vestium generibus dicemus suo loco.

Hoc etiam die & praecedenti ibatur ad *Argeos*, ut *Ovid.* docet. *Argei* loca erant in Urbe, ubi sacra fiebant, à Numa consecrata. *Liv.* libr. 1. Locaque sacris faciendis, quæ *Argeos* Pontifices vocant, dedicavit: qualia viginti septem per quatuor primas Urbis partes dispersa fuisse, ex *Varrone* discimus, qui lib. 4. de Lingua Latina scribit: Reliqua Urbis loca olim discreta, ut *Argeorum* sacra in 7. & 20. partes Urbis sunt disposita. Horum etiam verborum hunc esse sensum *Josephus Scaliger* in Conjectaneis docet, *Argeorum* sacraria 27. diffusa esse per quatuor illas Urbis partes, sive tribus urbanas, in quas Urbs primum distributa fuit: quod & ex sequentibus pagellis *Varronis* manifestum fit. *Argeos* autem, inquit *Varro*, putant dictos à principibus, qui cum Hercule Argivo venerunt Romam, & in Saturnia subsederunt, &c. Festus: *Argei* (quamvis in vulgatis sit *Argei*) loca Romæ appellantur, quod in his sepulti essent quidam Argivorum illustres viri. Apud *Agellium* libro 10. cap. 15. Lex de Flamine Dialis extat, ut cum iret ad *Argeos*, neque caput comeret, neque capillum deperteret. De *Argeis*, quæ effigiès scirpæ erant, & singulis annis per virgines *Vestales* in Tiberim jaciebantur, paulo post dicemus.

XIV. Kalend. Aprilis, qui est XIX. dies Martii, *Quinquatria* incipiebant & quinque dies continuabatur, quorum sic meminit *Kalendarium*.

F. QUIN. N. Hoc est, *Quinquatria*, Nefastus.

QUINQUATRUS, inquit *Varro*, hic dies unus à nominis errore observatur, proinde ut sint quinque, dictus ab *Tusculaneis*. Post diem sextum Eidus similiter vocatur *Sextatrus*: & post diem septimum, *Septimatrus*: sic hic, quod erat post diem quintum Eidus, *Quinquatrus*. In quam sententiam *Festus* ita scribit: *Quinquatrus* appellari quidam putant à numero dierum, qui fere hic celebrantur, qui scilicet errant, tam Hercule, quam qui triduo Saturnalia, & totidem diebus *Compitalia*. Nam omnibus his singulis diebus fiunt sacra. Forma autem vocabuli ejus exemplo multorum populorum *Italicorum* enuntiata est, quod post diem quintum Iduum est is dies festus, ut apud *Tusculanos* *Triatrus*, & *Sextatrus*, & *Septimatrus*, & *Faliscos* *Decimatrus*: Minervæ autem dicatum eum diem existimant, quod eo die ædes ejus in *Aventino* consecrata est. Hactenus *Festus*. De *Quinquatribus* & ritibus ac ceremoniis, quæ illis diebus observari solebant, ad hunc modum scribit *Ovid.* 3. Fastor. vers. 809.

*Una dies media est, & fiunt sacra Minerva,  
Nominaque à junctis quinque diebus habent.  
Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro,  
Causa, quod est illa nata Minerva die.  
Alterx, tresque super strata celebrantur arena,  
Eufibus exsertis bellica lata Dea est. &c.*

Ultimo *Quinquatrum* die, qui est dies Martii XXI. Latine X. Kalend. April. dicitur, *Tubilustrium* erat. Sic enim habet *Kalendarium*:

B. TUBIL. NP. Hoc est, *Tubilustrium*, Nefastus primo.

*Tubilustrium*, inquit *Varro*, appellatur, quod eo die in atrio Sutorio sacrorum tubæ lustrantur. *Festus*, quemadmodum *Josephus Scaliger* legendum censet, *Tubilustria* dies, quibus diebus adscriptum, in atrio Sutorio agna tubæ ut lustrantur, ab eis diebus appellant, quod genus lustrationis ex *Arcadia*, *Pallante* eo transferente, venisse dicunt: *Ovidius*:

*Summa dies è quinque tubas lustrare canoras  
Admonet, & forti sacrificare Dea.*

Dies proxime sequens, qui est XXIV. Martii in *Kalendario* ita notatus est:

C. Q. REX. C. F. Hoc est, *Quando Rex comitavit, fas*.

Dies qui sic vocatur. *Quando Rex comitavit, fas*, inquit *Varro*, dictus ab eo, quod eo die *Rex sacrificulus* itat ad comitium (sic enim *Scaligero* placet, cum vulgati habeant, *dicat*) ad quod tempus est nefas, ab eo fas. Itaque post id tempus lege actum sæpe. *Festus*, sive potius *Paulus* mutilator ejus: *Quando Rex*

*Rex comitiavit, fas*, in factis notari solet, & hoc videtur significare, quando Rex sacrificulus divinis rebus perfectis in comitium venit: ex quibus tamen verbis nihil certi intelligi potest. Ut autem diei hujus celebritas & ritus cognoscantur, sciendum est, *Regi sacrorum* neque magistratum gerere, neque verba ad populum habere fas fuisse. Propterea in comitium ire illi non licebat, nisi hoc die, qui notatus est in factis. Ibat enim in comitium sacrificii causa, quo propter antro patratro protinus fuga se è comitio eripiebat. Docet hoc *Plutarchus* in Quæstion. Romanis, quæst. 63. his verbis: Cur *Regi sacrorum* magistratum gerere, aut orationem ad populum habere non licet? An quod antiquitus Reges pleraque & potissima sacra peragebant, inque immolandis hostiis sacerdotibus aderant, cum vero modum non fervarent, sed superbe iniqueque dominarentur, Græci plerique iis omnem ademerunt potentiam, id tantum relinquentes, ut Diis sacra facerent. Romani autem, Regibus omnino ejectis, sacrificiis alium præfecerunt, neque magistratum gerere eum, neque cum populo agere sinentes, ut nunquam, nisi in sacris servire, & in gratiam Deorum sustinere regnum viderentur? Sane à majoribus tradito ritu, ante comitium *Rex sacrorum*, postquam rem divinam fecit, fuga se inde è foro proripuit. Hæc *Plutarchus*.

Die xxv. Martii, qui est iix. Kalend. Aprilis, *Hilaria* erant, cujus tamen festi neque Kalendarium, neque *Ovidius* meminerunt. *Macrobius* autem libro 1. cap. 21. de eo sic scribit: Ad iix. Kalend. Aprilis celebratur exordium lætitiæ, quem diem *Hilaria* appellant, quo primum tempore sol diem longiorem nocte protendit. Celebrabantur *Hilaria* in honorem *Matris Deum*, quod & ex *Macrobio* constat, & ex *Lampidio*, qui in Alexandri Severi vita ita scribit: *Kalendis Januariis* & *Hilaris Matris Deum*, & *ludis Apollinaribus*, & *Jovis epulo*, & *Saturnalibus*, & hujusmodi festis diebus *Festanus*, &c. Loquitur de temperantia & frugalitate Alexandri. *Flavius Vopiscus* in Aureliano: *Hilaribus*, quibus omnia festa & fieri debere scimus, & dici. Ad quem locum *Johannes Baptistæ Egnatius* annotat: *Hilaria* Pani Deo, omnium auctori, dicata esse, male opinor. Contrarium enim docent hæc, quas adduxi auctoritates, & *Turnebus* libro 24. *Adversariorum* cap. 45. ubi Maximum *Dionysii* interpretem citat in hæc verba de *Hilaribus* scribentem: ἡτάν τινες ημέραι τοῖς εἰδωλολάτραις, ὡς ἰλαρίας ἐκάλεσαν, καὶ αἱ μὲν ἦσαν ἰδίαι καὶ ἰλαριοί, ὡς ὅταν τις ἐγγυμῶν, ἢ υἱὸν ἐκπέτο. Αἱ δὲ κοινοὶ καὶ δημοσίου ἰλαρία ἐκαλεῖτο, ὡς ὅταν βασιλεὺς ἀναγορευόμενος τὰς δημοσίας ἰλαρίας παρεῖχε, καὶ ἔτε πένθιμα ἐν ταύταις φερεῖν ἐξῆν, ἀλλὰ καὶ θεοὶ καὶ θυγαῖς, καθ' ἑκάστην ἡμέραν διετελεῖτο δημοσίου, καὶ οἱ πένθοντες ἐπαύοιο, καὶ ἐθάρων καὶ ἐν εὐνοχίαις ἀπαύσοις διήγον τὰς ἀρεστέρας ἡμέρας ταῖς τοιαύταις ἰλαρίαις. Ἦν δὲ ἰλαρία ἑορτὴ ἰδικὴ Ῥωμαίων εἰς τιμὴν τῆς μητρὸς τῶν θεῶν αὐτῶν, μᾶλλον δὲ δαιμόνων, αἱ φησι *Δημόφιλος* ἐν τῷ περὶ τῶν παρ' ἀρχαίοις θυσιῶν. Quæ verba ita reddi possunt: Habebant aliquot dies idololatræ, seu idolorum cultores, quos nuncupant *Hilarios*. Horum autem dierum alii erant privati, & *Hilarii* appellabantur, veluti si quis celebravit nuptias, aut si filius alicui natus fuerit, alii vero erant vulgares & publici, qui *Hilaria* nominabantur, ut cum *Rex* aliquis publice proclamatus, publicas *Hilarias* subditis exhibebat, & his quidem diebus neque lugere licebat, sed spectacula & sacrificia quotidie perficiebantur publice: quin & judicia haberi cessabant, ludos spectabant, & conviviis continuis peragebant dies *Hilarii* deputatos. Erant autem *Hilaria* festum proprium Romanorum, in honorem *matris Deum*: imo vero dæmonum, quemadmodum inquit *Demophilus* in libro de sacrificiis antiquorum. Cæterum & *Herodianus* in *Commodo*, libro 1. suæ historiæ, docet hæc festa principio veris celebrata fuisse, maxima populi lætitia, & nobilissima pompa, quovis è populo insignia cujusque dignitatis mentiente atque simulante, libere & impune, ut internosci magistratus à simulatore plerumque non posset: ubi tamen *Hilariorum* nomen non habet.

*Tres ubi luciferos veniens promiserit Eos,*

*Tempora nocturnis aqua diurna feres.*

*Inde quater pastor saturos ubi clauserit hœdos,*

*Canuerint herba vore recente quater:*

*Fanus adorandus, cum quo Concordia mitis,*

*Et Romana salus, araque Pacis erit.*

Ultimo Martii die Lunæ sacra fiebant in monte Aventino. *Ovid.*

*Luna regit menses, hujus quoque tempora mensis*

*Finit Aventino Luna colenda iugo.*

Quidam hos versus de *Diana Aventina* accipiunt, quos reprehendit *Lilius Gyraldus*, Lunæ tauri mactabatur, quod cornua haberet similia cornibus tauri.

Pridie Kalendas Aprilis *Mater Deum*, magna pompa à Gallis ad *Almonem* fluvium producebatur, qui non procul ab Urbe Tiberi miscetur, ibique ad confluentem duorum amnium abluebatur veteri instituto. Nam quo primum die ex Asia illuc est advecta, à sacerdote lota est, isque mos postea per singulos annos est servatus, & dies ille dictus, *Lavatio Matris Deum*. *Arnobius*: *Lavatio Matris Deum* est hodie. *Lucanus* in 1.

*Et lotam parvo revocant Almonæ Cybellen.*

Ovidius lib. 4. Fastorum.

Est locus, in Tiberim quo lubricus influit Almo,

Et nomen magno perdit in anne minor.

Illic purpurea canus cum veste sacerdos

Almonis Dominam, sacraque lavit aquis.

Prudentius in Romano:

Nudare plantas ante carpentum scio

Proceres togatos matris Idæe sacris.

Lapis nigellus evebendus effedo,

Muliebris oris clausus argento sedet:

Quem dum ad lavacrum præeundo ductis,

Pedes remotis atterentes calceis,

Almonis usque perventis rivulum, &c.

Meminerunt hujus lavationis etiam Papinius, Silius Italicus, Martialis, atque alii. Hactenus de Martio, sequitur Aprilis.

AD CAP. V. PARALIPOMENA.

De Crepusculo. Kalendis, Kalend. ivio, Ephemeridibus.

**C**Arptim & sine ullo certo ordine quædam percurramus. Crepusculum est tempus illud, quum noctescere incipit. Exrunt autem, qui existimant, crepusculum etiam esse dubiam illam lucem, antequam diescat, cum apud præcos & probatos auctores, solum illud tempus sub vesperam esse perpetuo reperitur, diluculum vero sub auroram. Inducti illi in errorem verbibus Ovid. epist. 14. Hypetmnefta Lynceo:

Sed tamen experiar, modo facta crepuscula terris,

Ultima pars noctis, primaque lucis erat.

Sed corruptissime ita legitur, melius enim in MS. codice Achillis Stati Neapolitani, & observavit Hercules Ciofanus, non male de cive suo meritis:

Ultima pars lucis, primaque noctis erat.

Lutat. Placid. ad v. 340. l. 1. Thebaidos Papinianæ. Crepusculum dicitur, quod inter finem diei est, & exordium noctis, unde & decrepiti senes dicuntur, jam prope occasum salutis, & initium mortis, utriusque enim tempus ostendit, & diei initium, & extremum noctis, sive crepuscula, quia præcedentis solis radii perveniuntur à crepusculo, id est, ab extrema parte noctis.

Ipse Statius:

Sed nec puniceo rediturum nubila celo

Promisere jubar, nec rarefcentibus umbris

Longa repercusso nitere crepuscula Phæbo.

P. Ovid. lib. 1. Amor. eleg. 4.

Qualia sublucent fugiente crepuscula Phæbo,

Aut ubi nox abiit, nec tamen orta dies.

Et lib. 11. Metamorph.

Dubieque crepuscula lucis.

In MS. codice Stephani Pighii erat:

Dubieque crepuscula noctis.

M. Martiau. Mineus Capella l. 2. in fine, de Nupt. Mercurii & Philologia, aliter videtur sentire:

Quæ tam morosis implicata ductibus

Tenui lucernam palpitare lumine

Coigit instans innitens crepusculum.

Scio viros doctos crepusculum cum diluculo confundisse, quod Græcis *λυξίρας* & *ἀρχαυρον*, Festo exponente *primam tempus lucis*. *ἀπὸ τοῦ λευκῆ φωτός*, ab alba seu albescente luce. Sed potior Josephi Scaligeri in observationibus suis & castigationibus in Festum, opinio, qui *ἀπὸ τῆς λύρας*, à luce, delimit; ea enim vox antiquitus lucem significabat. Aliis hoc displicet, quum tempus illud sic dictum velint, quod prima nascente luce lupi exeat ad passum, maxime idoneo ad venatum tempore. Scholiast. Apollonii Rhodii, & Alian. l. 5. histor. Animal. & in profectioe ad venationem Hippolytus apud L. Senecam in Tragedia ejusdem act. 1. sc. 1.

Dum lux dubia est, dum signa pedum

Rosida tellus impressa tenet.

Oppian. Cilix lib. 1. Cyneg. v. 135.

Κίλομα δ' ἐπὶ ἀέθρον ἰκάνει

Πρόσπυρον ἀμφιδύκη.

Jubeo vero in certamen descendere

Primum sub crepusculum, id est, diluculum.

Malo tamen distingui illa duo dici tempora, ut antea admonui. Idem L. Seneca Troade act. 2. sc. ult.

Dum premitur dubius nocte vicina dies.

Idas pastor apud Calphurnium Siculum Buolico carmine Ecloga 2. in fine:

Carmina possit Amor, nec fistula cedit Amori,

Sed fugit ecce dies, revocataque crepuscula vesper,

Hinc tu Daphni greges, illinc agat Alphesibæus.

Rutil. Numatian. Gallus Itinerarii sui lib. 1.

Rosida puniceo fulsere crepuscula celo,

Pandimus obliquum linteæ flexa sinu.

Adi ad Julium Pollucem l. 1. Onomast. c. 7. Isidorum

Hispalensem lib. 5. Etymologiar. cap. 31. qui dubie; Cre-

pusculum est dubia lux: nam creperum dubium dicitur, hoc est, inter lucem & tenebras. Eadem Nonius Marcell. c. 1.

num. 45. Pacuvius Dulorest.

Nox vetet animum agriitudine in re crepera conficit.

Accius Phocnisi.

Quæ ego cuncta esse fluxa in mea re crepera

Comperi.

Ambrosiense D. Paulinus Nola Episcopus, licet contra Grammaticos, Natali sexto D. Felicis.

Tanque rubescabant rumpente crepuscula mane,

Noctis & extrema fuga rarefcentibus astris,

Luce subobscura, vel subducentibus umbris,

Cæperat ambiguos rerum referare colores.

De Kalendis nihil est, ut puto, repetendum, quum vulgata sint omnia, tantum advertendum, receptiorem usum neotericorum Calendas scribere, cum lapides antiqui, & præci Scriptores Victorinus Afer, Diomedes Grammaticus l. 2. c. 1. Terent. Scaurus, & ipse Grammaticus Seivius Maurus, quorum quidam *Calendas*, alii *Kalendas*, probant dici.

Videatur Seivius ad illud l. 8. Æneid.

Tatioque seni, Curibusque severis.

Apponam quædam inarmoris antiqui fragmenta. Primum est:

A. ATINIO. A. F. PAL. P. ATERNO. SCRIB.

ÆDIL. CUR. HON. USUS. AB. IMP. EQUO.

PUBL. HONOR. PRÆF. COH. II. BRAC.

CAR. AUGUSTAN. TRIB. MIL. LEG. X.

FRETENS. A. DIVO. TRAIANO. IN. EX-

PEDITION. PARTHICA. DONIS. DONAT.

PRÆF. ALÆ. VII. PHRYG. CUR. KAL.

FRABATERNOR. NOVOR. ATINIA. A.

F. FAUSTINA. PATRI. OPTIMO. FECIT.

Alterum reperi his verbis conceptum, quod adscribam, ex

hortis Carpenfibz Roma:

M. AURELIO. AUG. LIB. ONESIMO. CUBICUL.

ET.



ET. A. LOCIS. CUBICUL. STATI. M. AU-  
RELIIUS. DIONYSIUS. PATRONA. PIEN-  
TISSIMO.  
ET. BENE MERENTI. FEC. OSSUA. POSITA.  
SUNT. VI. IDUS. NOVEMBR. CRISPINO. ET.  
ELIANO. COS. AR. A. XV. KAL. IANUAR.  
Tertium ibidem loci visitur, in hac verba:  
SYLVANO. SANCTO. L. VALLIUS. SO-  
LON. PORTICUM. EX. VOTO. FECIT.  
DEDICAVIT. KAL. APRILIB. PISONE.  
ET. BOLANO. COS.

Adi ad lib. 2. supra hujus operis cap. 8. ubi de Mithra seu Sole; transcripsi enim ibi veterem lapidem, qui huc facit, adde & istum erutum in hortis Colotianis.

FORTUNÆ. AUG. L. LICINIUS. L. F. PALA-  
TINA. SABINUS. VOT. D. D. XIV. KAL. FEBR.  
M. IUNIO. SILANO. ET. L. NORBANO. COSS.

Denique in domo Episcopi Ferrarini:  
SIGNUM. GENIUM. CENTURIAE. CUM.  
ÆDICULA. ET. MARMORIBUS. EXOR-  
NATA. ET. ARAM. SUA. PECUNIA. FE-  
CIT. DEDICAVIT.

KALEND. MAI. IMP. COMMODO. III. ET.  
BURRO. COSS.

Qui plures inscriptiones super hoc vocabulo cupis, consule Aldum Manutium in Orthographia sua, pag. 452. qui quadraginta quatuor veterum lapidum fragmenta collegit; & aliis id ante illum effectum.

Hinc Calendarium librum vocabant, in quo accepti expensive ratio continebatur. Q. Florens Tertallian. lib. de habitu muliebris in sine. *Graciles avarium cutes calendarium expendunt.* L. Seneca lib. 1. de benef. cap. 2. *Nemo beneficia in calendario scribit, nec avarus exactor ad horam & diem debitorem appellat.* Et lib. 7. cap. 10. *Quid fenus, & calendarium, & usura, nisi humana cupiditatis extra naturam quæstia nominat* Et epist. 88. *Quia magnus calendarii liber evolvitur.* Scævola. IC. l. 27. ff. de instrum. vel instrum. leg. §. *libert. respondit verbis; que proponerentur, contineri, nisi manifeste contrariam voluntatem coherentes approbant, in eo fundo instrumenta calendarii (in Pandectis Florentinis, calendarii) & nummis reliquit, responsum est, de nummis quoque, ut supra. Coripp. African. lib. 2. de laudib. Iustini Minoris Augusti, num. 10.*

*The saures fides privatus ferre ministris Imperat, innumera mox advenere cateræ, Fortis centenis onerata brachia libris.*

Ratio nominis impositi hac erat, quod *Calendis singulis collybilla pecunias favori exponendas in foro haberent.* Helen. Acron, & alii interpretes Horatii lib. Epod. od. 2. in sine:

*Omne relegit Idibus pecuniam,  
Quærens Calendis ponere.*

Sed fuit de fœnerandi ritu differam, & speciebus usuræ legibusque. quibus seu sublatum, seu permittum fœnus, infra hoc opere l. 8. c. 20. Interim calendaria Ephemerides dici lego apud M. Tullium orat. pro Quincio. Sextum Propertium l. 3. eleg. 22.

*Me miserum, hic aliquis rationem scribit avari,  
Et ponit duras inter Ephemeridas.*

P. Ovid. lib. 1. Amor. eleg. 12.

*Inter Ephemeridas melius, tabulasque jacerent,  
In quibus amissas steter avarus opes.*

Interim hoc monumenti antiqui fragmentum adscribam, quod Beneventi extat.

C. OCTAVIO. C. F. PAL. MODESTO. AUGUR. II.  
VIR. I. D. QUÆST. I. I. PRÆF. F. FABR. ROMÆ.  
PRÆF. COH. II. PANNONIOR. PRÆF. COH.  
III. ITHYREOS. TRIB. MIL. LEG. IV. SCY-  
THIC. CURAT. REIP. ÆCANOR. ITEM. HON-  
ORATO. AD. CURAM. CALENDARI. REIP.  
CANUSINOR. A. DIVO. TRAIANO. PARTHICO.  
ET. A. B. IMP. HADRIANO. AUG. HIC. OPUS.

QUADRIGÆ. CUM. EFFIGIE. IMPERA-  
TORIS. HADRIANI. DEDICAVIT.

Nec tantum in privatis ædibus civium, liber ille calendarium vocabatur; sed in exercitiis, & publicis collegiis, quod nulli ad hunc diem observatum est, quod sciam; quum tamen & Iduaria & calendaria publica reperiam nominari in veteri lapide, cujus verba exscribo ex Wolfgango Lazio l. 2. commentarior. Reip. Rom. cap. ult.

L. VAL. L. FIL. CAL. FAVENTINO. HVI-  
RALI. QUI. ANNONA. FRUMENTARIA.  
EMPTA. PLEBEM. ADIUVIT. ET. OB. ALIA.  
MERITA. EIUS. COLLEGIA. CALEN-  
DARIORUM. ET. IDUARIA. DUO. CIVI.  
GRATISSIMO. POSUERUNT.

De solemnitate Calendarum Januarii mensis repetere, quæ à me sunt dicta supra hoc opere lib. 1. Reg. 4. & lib. 2. cap. 3. & res perspicua satis per se ulteriori non eget disquisitione.

## AD CAP. VI. PARALIPOMENA.

## Fornacalia, Terminalia.

DE diebus atris, factis, nefastisque locus erit dicendi infra cap. 9. Nam in omnibus pane mensibus illi iurcurrunt.

*Fornacalia, eorumque ritus explicantur à Plutarcho, Problem. Rom. cap. 89. Lactant. Firmiano lib. 1. Divinar. Institut. 20. P. Ovid. lib. 2. Fast. & lib. 6. Fastor.*

*Sola prius fœnus torrebant fœra coloni,  
Et Fornacali sunt stata sacra deæ.*

Nomen à Fornace dea desumptum, sive, ut aliis placet, ab igne, qui Græcis *παρ*; appellatur. Ilidor. lib. 19. Erymologiar. cap. 6. Et diu Romani sola pulve victitabant, incognito panis usu, ut ostendi lib. 1. supra hoc opere, cap. 14. ubi molatrum manualium vetustatem, pinfendi-que panis rationem probavi.

*Terminalia à Terminio deo (de quo D. Augustin. lib. 7. de Civit. Dei, c. 7. Angelus Politian. Miscellaneor. c. 36.) ut docui l. 2. c. 20. supra hoc mense Februarii, magna rusticorum solemnitate celebrabantur: sed variato pro seculorum ratione cultu, quippe Numa nihil animatum ei immolari volebat deo, ut ait apud Plutarchum in vita eius; & cap. 14. Problem. Rom. postea tamen mutata ea fuit sacrificandi ratio, & Terminio animata, ut ceteris diis, casta hostia: M. Cicero Phillip. 12. & alii: quæ vel porca. P. Ovid. l. 2. Fastor.*

*Nec queritur, lactens cum sibi porca datur.  
Aut agnus, idem eodem loci;*

*Spargitur & caso communis Terminus agno.  
Q. Horat. lib. Epod. od. 2. & interpretes ibidem:*

*Vel agnus fœstis casa Terminalibus.*

Corrigendus interea Servii Honorati codex depravatus ad v. 446. l. 9. *Æneid. Cum omnes dii libenter inde migrassent, Terminus solus, hoc est, limitum deus, descendere noluit, sed illic remansit, tum de hoc ipso sacrificatum est, & deprehensum, quod Terminus cum Jove remansens, æternum urbi imperium cum religione significaret, unde in Capitolio prorsus pars telli patet, que lapidem ipsum Termini (malim Terminum; nam è lapide Terminus, Hieron. Magius Miscellaneor. l. 4. c. 7.) scilicet, nam Terminio non nisi sub divo sacrificabatur. Apertum & pudendum vitium, legendum est omnino, non nisi sub divo sacrificabatur. Notissima quippe res est, ingens & patulum fuisse foramen (sub divo, vel dico vocat) in templis omnibus Termini.*

Denique locus est T. Livii 5. Decad. l. 3. de Terminalibus non adeo obvius: *Hoc anno intercalatum est, tertio die post Terminalia, Kalendæ intercalatæ fuere.* Sed diligenter, & multicia lectione discutit Marcellus Donatus Pontanus in Scholiis suis, quæ consule, ex quibus totam intercalandi methodam, formamque percipere non erit difficile.

Neque attinet legem Numæ Pompilii vulgarissimam huc transferte; qui *Terminum exarasset, ipse & hoc sacer esto.* An-  
dreas

deas Alcivius IC. Emblem. 157. formam Termini seu imaginem expresse eleganter:

*Quadratum infoditur firmissima tessera signum,  
Stat cincta super pectore imago tenus.*

*Et sese nulli profectur cedere, talis  
Terminus est.*

Erant etiam hic de Lupercalibus sermo instituendus, sed preoccupavi lib. 3. supra cap. 2.

## CAPUT VIII.

*De mense Aprili, & diebus in eo festis.*

**E**X ordinatione Romuli Regis, *Aprilis* secundus anni mensis fuit, uti supra ex *Macrobio* audivimus, quod & alii Scriptores cum eo multi testantur. Unde nomen habeat, de eo inter vetustissimos etiam auctores non convenit. Alii enim dictum eum volunt, quasi *Aphrilem*, à spuma, quam Græci vocant ἀφρῖν, unde orta *Venus* creditur. Et hanc Romuli asserunt fuisse rationem, ut primum quidem mensem à patre suo *Marte*, secundum ab *Ænææ* matre *Venere* nominaret: ut hi potissimum principia fervarent, à quibus esset Romani nominis origo, unde in sacris quoque *Martem* Patrem, *Venerem* genitricem vocabant. Alii putant, Romulum vel altiore prudentia, vel certi numinis providentia ita primos ordinasse menses, ut, cum præcedens *Marti* esse dicatus, Deo plerumque hominum necatori, secundus *Veneri* dicaretur, quæ vim ejus, quasi benefica, leniret. Sed *Cincius* in eo libro, quem de fastis reliquit, ait, imperite quosdam opinari, *Aprilem* mensem antiquos à *Venere* dixisse: cum nullus dies festus, nullumque sacrificium in signum *Veneri* per hunc mensem à majoribus institutum sit: sed nec in carminibus quidem *Saliorum* *Veneris* ulla, ut cæterorum cælestium laus celebretur. *Cincio* etiam *Varro* consentit, affirmans, nomen *Veneris*, ne sub Regibus quidem apud Romanos, vel Latinum, vel Græcum fuisse, & ideo non potuisse mensem à *Venere* nominari: sed cum fere ante æquinoctium vernum triste sit cælum, & nubibus obductum, sed & mare navigantibus clausum, terræ etiam ipsæ aut aqua, aut pruina, aut nivibus contegantur, eaque omni verno, id est, hoc mense, aperiantur: arbores quoque, nec minus cætera, quæ continet terra, aperire se in germen incipiant: ab his omnibus mensem *Aprilem* dici merito credendum, quasi *Aperilem*, sicut apud Athenienses ἀπριλιος idem mensis vocatur, ab eo, quod hoc tempore cuncta florescant. Non tamen negat *Verrius Flaccus* hoc die postea constitutum, ut matronæ *Veneri* sacrum facerent. Hæc fere *Macrobius*. *Varro* lib. 4. de Lingua Latina: Secundus mensis *Aprilis* (ut *Fulvius Flaccus* scribit, & *Junius Gracchus*) à *Venere* dictus, quod ea sit Ἀφροδίτη, cujus nomen ego, antiquis literis, quod nusquam inveni, magis puto dictum, quod ver omnia aperit, *Aprilem*. De utraque vocis hujus etymologia etiam *Plutarch.* in *Numa*, & *Ovid.* multa, ut de aliis taceam, meminere: posterior tamen sententia pluribus probatur. *Joannes Goropius Becanus* in *Cronio* opinatur, *Aprilem* hunc mensem dictum fuisse à *Cymbrico Operil.* & per *syncopen Operil.* quod inter eos menses, qui tellurem recludunt, sit excellentissimus. Cæterum hic mensis, qui in *Veneris* tutela fuit, ex ordinatione Romuli & *Julii Cæsaris* dies habuit xxx. ex ordinatione autem *Numæ* xxix. ex quibus, quinam festi fuerint, ordine videbimus.

*De diebus mensis Aprilis festis.*

C. K. A P R. N. Kalendæ Aprilis, Nefastus.

Præter alia generalia, singulis Kalendis observata, de quibus supra diximus, *Kalendis Aprilis* *Veneri* sacrum fiebat cum floribus & myrto, & mulieres fertis myrteis redimitæ lavabantur, quod etiam *Plutarchus* docet, cum in *Numa* scribit, hoc mense *Veneri* sacra fieri, & mulieres myrto coronatas, *Kalendis Aprilis* lavare: & *Ovid.* ita canit, iv. *Fast.* v. 133.

*Rite Deam colitis Latia matresque nurusque,*

*Et vos, queis vitæ longaque vestis abest.*

*Aurex marmoreo redimicula demite collo,*

*Nunc alii flores, nunc nova danda rosa est. &c.*

Hoc die thure sacrificium fiebat *Fortunæ virili* à virginibus: cujus causam recitat *Ovidius* hanc, quod virgines viro maturæ in ejus templum ducerentur, & ibi depositis vestibus, omnia corporis vitia detegerent, sperantes fore, ut ea *Fortunæ* beneficio viros laterent. Versus *Ovid.* sunt, iv. *Fast.* v. 145.

*Discite nunc, quare fortuna thura virili*

*Detis eo, gelida qui locus humet aqua.*

*Accipit ille locus posito velamine cunctas,*

*Et vitium nudi corporis omne videt.*

*Ut tegat hoc celetque viros, Fortuna virilis*

*Præstat, & hoc parvo thure rogata facit.*

Placabatur & *Venus Verticordia*, ut animos ab illicito amore averteret. Sic enim Ovid. scribit, v. 151.

*Nec pigeat tritum niveo cum lacte papaver  
Sumere, & expressis mella liquata favis.  
Cum primum cupido Venus est deducta marito,  
Hoc bibit, ex illo tempore nupta fuit. &c.*

De *Veneri Verticordia* supra plura attulimus. Pridie Nonas Aprilis, qui est 1v. Aprilis, dies erant ludi, *Magnis magna Deum*, qui dicebantur *Megalenses*, sive ludi *Megalenses*, de quibus Ovidius canit, 1v. Fast. v. 179.

*Ter sine perpetuo cælum versetur in axe,  
Ter jungat Titan, terque resolvat equos.  
Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu  
Flabit, & Idea festa parentis erunt.  
Ibunt semivares & inania tympana tudent,  
Æraque tinnitus ære repulsa dabunt. &c.*

Plura de ludis *Megalensibus* hoc loco non dicemus, sed reservabimus ad proxime sequentem librum, cujus priorem partem ludis proprie consecravimus. De *Matre Deum*, sive *Dea Cybele* diximus lib. 2.

VIII. Idus, qui est vi. dies Aprilis, dies consecrationis templi *Fortunæ publicæ* in colle *Quirinali*, de quo Ovidius, 1v. Fast. v. 373.

*Postera cum cælo motis Pallantias astris  
Fulserit, & niveos luna levavit equos,  
Qui dicit, quondam sacrata est colle Quirini  
Hac Fortuna die publica, verus erit.*

De *Fortuna publica* diximus alibi.

VI. Id. Aprilis, qui est dies mensis ejus xi. ludi erant ob victoriam *Cæsaris*, quorum item Ovidius sic meminit, v. 377.

*Tertia lux (memini) ludis erit. Hac mihi quidam  
Spectanti senior, contiguusque loco.  
Hac ait, illa dies, Libycis qua Cæsar in oris  
Perfida magnanimi contudit arma fuba.*

V. Id. Aprilis referuntur ab Ovidio, & Lilio Gyraldo ludi *Cereris*. In Calendario tantum ludorum fit mentio, & die proxime sequenti ludorum in Circo. Pridie autem Idus, *ludorum Cereris*. Et ipsis Idibus rursus ludorum. Sic enim habet:

C. N. LUDI. E. N.

D. N. LUDI. INF. N. CERERI LUDI.

CIRCO. G. EID. NP. LUDI.

De his ludis omnibus dicemus libro sequenti.

Idibus Aprilis *foxi Victori*, & *Libertati* sacra fieri consuevisse, quod eo die templis honorati essent, Ovidius docet his verbis, 1v. Fast. v. 621.

*Occupat Apriles Idus cognomine Victor  
Jupiter, hæc illi sunt data templa die.  
Hac quoque, ni fallor, populo dignissima nostro  
Atria libertas cepit habere sua.*

XVII. Kalend. Maji, qui est dies Aprilis xv. *Fordicidia* erant, teste Ovidio, & Calendario, quod sic habet: A. FORD. NP. LUOI. Hoc est *Fordicidia*, Nefastus primo, Ludi.

*FORDICIDIA*, inquit Varro, à fordeis bobus nomen habet. *Bos forda*, quæ fert in ventre: quod ea die publice immolantur boves prægnantes in curiis complureis. A *fordeis* cædendis *Fordicidia* dicta. *Festus Pompejus* *fordicidiis* boves *fordæ*, id est, gravidæ immolabantur, dictæ à foetu. Idem paulo post, eundem diem *Hordicidii* etiam dici ait, quod *Horda* sit prægnans. Ovidius triginta gravidas boves hoc die immolari scribit, pro numero curiarum, in singulis scilicet singulas: aliquas etiam in templo *Jovis Capitolini*. Versus Ovidii sunt: 1bid. 629.

*Tertia post Veneris cum lux surrexerit Idus,  
Pontifices forda sacra litate bove.  
Forda ferens bos est, secundaque dicta ferendo,  
Hinc etiam foetus nomen habere putant. &c.*

Eodem die virgo *Vestalis* maxima cremabat vitulos, quorum cinis servabatur in templo *Vestæ*, ut inde suffimen fieret, quo populus *Palilibus* purgaretur. Cujus moris meminit Ovidius, cum ita pergit.

*Ast ubi visceribus vitulos rapuere ministri,  
Sætaque fumosis exta dedere focis:  
Igne cremat vitulos qua natu maxima virgo est,  
Luce Palis populos purget ut ille cinis.*

Cæterum *Fordicidiorum* sacrum Numam Regem monitu Fauni instituisse, *Ovidius* multis versibus docet, quorum hic est sensus: Cum *Numa* imperante modo siccitas, modo nimia pluvia sterilitatem facerent, consultum à *Numa Faunum*, quam ratione ista sterilitas averri, & Dii placari possent: qui responderit, placandam Deam tellurem esse duabus hostiis, quas tamen una juvenca daret, quod ænigma *Nympha Ægeria* de bove gravida sit interpretata. Sic enim *Ovidius* Faunum respondentem inducit, iv. Fast. vers. 667.

*Morte boum tibi, Rex, Tellus placanda duarum,*

*Detque sacris animas una juvenca duos.*

*Excutitur terrore quies, Numæ visa resolvit,*

*Et secum ambages, casaque jussa refert. &c.*

Sequenti die, qui est xvi. Aprilis, Latine xvi. Kalend. Maji dicitur, *Octavius Augustus* Imperator salutatus est, testante id ipsum his versibus *Ovidio*:

*Hanc quondam Cythereæ diem properantius ire*

*Fussit, & æthereos precipitavit equos.*

*Ut titulum Imperii quamprimum luce sequenti*

*Augusto juveni prospera signa darent.*

XIX. Die Aprilis *Equiria* erant in Circo maximo, de quibus ante diximus, & vulpes cum stipulis ardentibus in Circo mittebantur, qui mos originem suam habuit ab adolescente quodam filio cujusdam rustici *Carseolani*: qui cum maturis frugibus vulpem laqueis implicitam comprehendisset, eam stipula involvit, & accenso igni dimisit. Fugiens illa, maturas fruges adussit: quare id singulis annis repetitum est, ut vulpes *Cereri* ob adultas fruges pœnas darent. De utroque, & *Equiriorum*, & *vulpium* adurendarum, more *Ovidius*: vers. 679.

*Tertia post Hyadas cum lux erit orta remotas,*

*Carcere partitos Circus habebit equos.*

*Cur igitur missa junctis ardentia iadis*

*Terga ferant vulpes, causa docenda mihi est.*

Et post pauca: causam recensent, quam audierit ab hospite quodam *Carseolano*, ipsum sic loquentem inducit: iv. Fast. vers. 691.

*Hoc, ait, in campo (campumque ostendit) habebat*

*Rus breve cum duvo parca colona viro.*

*Ille suam peragebat humum, sive usus aratri,*

*Seu curvæ falcis, sive bidentis erat. &c.*

XIII. Kalend. Maji, qui est dies Aprilis XIX. CEREALIA erant.

CEREALIA à *Cerere* dicta sunt, in cuius honorem fiebant. Dicebantur hæc etiam Græca sacra, quod, ut *Festus* inquit, ex Græcia translata essent, quæ ob inventionem *Proserpinæ* matronæ colebant. Quæ sacra dum non essent matronæ, quæ facerent, propter cladem *Cannensem*, & frequentiam lugentium, institutum est, ne amplius centum diebus lugeretur. Hæc *Festus*. Ex quibus constat, à matronis hæc sacra perfecta fuisse, & quidem ritu Græco, neque à lugentibus. Quare & *Livius* scribit libro 22. post *Cannensem* cladem luctum adeo totam urbem opplevisse, ut sacrum anniversarium *Cerevis* intermissum sit, quia nec lugentibus id facere fas esset, nec ulla in illa tempestate matrona expers luctus esset. Itaque, ne ob eandem causam alia quoque sacra publica aut privata desererentur, Senatusconsulto dieb. xxx. luctum esse finitum. Et *Festus* auctor est, minui luctum, cum in casto *Cerevis* quis sit, id est, cum quis operetur *Cereri*. Sic enim hoc verbum intelligendum esse docet *Josephus Scaliger* in Conjectaneis ad *Varronem*, & castigationibus in *Festum*, quod alioqui multum negotii fecit doctus viris, inprimis *Jacobo Ravardo* lib. 1. Variorum, cap. 20. & *Theodoro Cantero* lib. 2. Variarum Lectionum, cap. 21. Illud quoque non est omittendum, huic *Cereri* sacrificio duas porcas, unam auream, argenteam alteram fuisse adhibitam: quod ex *Capitone Atejo Sex. Pompejus Festus* his verbis docet. Porcam auream & argenteam dici ait *Capito Atejus*, quæ, etsi numero hostiarum non sint, nomen tamen earum habere, alteram ex auro, alteram ex argento factam adhiberi sacrificio *Cereali*. De ludis, qui *Cereri* fiebant, dicemus suo loco.

XI. Kalend. Maji, qui est dies Aprilis xxi. *Parilia*, sive *Palilia* erant, quorum Kalendarium sic meminit, G. PAR. NP. hoc est, *Parilia*, quæ eadem *Palilia* dicebantur, Nefastus primo. *Ovidius* XII. Kalend. Maji *Palilia* celebrata scribit. Verum nos Kalendarium sequimur.

*PALILIA*, inquit *Varro*, dicta à *Pale*, quod & ferix ei Deæ fiunt. *Festus* vero: *Pales* dicebatur Dea pastorum, cujus festa *Palilia* dicebantur; vel ut alii volunt, dicta *Parilia*, quoniam pro partu pecoris eadem sacra fiebant. Cui sententiæ etiam accedit *Dionysius*, scribens, quod ineunte vere pro partu quadrupedum agricolæ grati pastoresque sacra faciant, quodque suo etiam tempore eam diem, si illum alium Romana civitas singulis annis festum celebravit: Utrum vero jam ante festus fuerit, an vero à *Romulo* primum propter Urbis initia consecratus sit, ipse dubitare se ait. Cæterum quibus ceremoniis celebritas hujus diei peracta fuerit, multis versibus *Ovidius* in Fastis docet. Primum suffimen erat conficiendum, ex vituli

favilla, sanguine equi & fabæ culmine: deinde primo diluculo pastor lustrabat oves & ovilia, hæc ratione: Inpergebat oves aqua & sulphure, herbaque Sabina, & lauro igne succensis, circumcirca ovilia suffibat, quo suffimento pecora piari, morbos depelli & tabem putabant. Deinde sacrificabatur *Pali Dea* libo ex milio, lacte, & sapa confecto, tum preces ad eam fiebant, sicuti ab Ovidio est annotatum, quid & quomodo ab hac Dea veteres petere sint soliti. Versus Ovidii, quibus & ceremonias *Paliliorum*, & preces ad *Palem Deam* exponit, hi sunt: IV. Fast. v. 731.

I, pete virginea, populus, suffimen ab ara,  
Vesta dabit. Vesta munere purus eris.  
Sanguis equi suffimen erit, vitulique favilla.  
Tertia res, dura culmen inane faba.

Pastor, oves saturas ad prima crepuscula lustra,  
Uda prius spargat, virgaque verrat humum. &c.

Peractis sacris pastores aqua spargebantur, cœnæ apparabantur, & vesperi sub noctem ignes à rusticis excitabantur ex stipulis, quos ter transliebant. Sic enim Ovidius:

Dum licet apposita veluti cratero camella  
Lac niveum potes, purpureamque sypam.  
Moxque per ardentis stipula crepitantis acervos  
Trajicias celeri sirenua membra pede. †

Et paulo ante:

Certe ego transilii postas ter in ordine flammæ.

Cujus moris causas *Ovid.* inquirens septem recitat: vel quia edax ignis omnia purget, ideoque etiam oves: vel quia duo hæc ignis & humor, sint causa generationis, & ab his duobus omnia oriuntur: vel quia per ea vivamus; unde etiam exulibus aqua & igni interdicebatur, in nuptiis autem eadem adhibebantur: vel quia referre voluerint his ceremoniis *Phætonis* incendium, & *Deucalionis* cataclysmos: vel quia pastoribus saxa saxis percipientibus, ut ignem elicerent, prima flamma perierit, altera stipulis excepta fuerit: vel quia flamma dederit *Eneæ* innocuum iter: vel quam rationem ipsemet verisimiliorem esse dicit, quia condita Roma, cum pastores juberentur à Romulo mutare domus, & suos lares in nova tecta transferre, illi veteribus suis casis ignem supposuerint, perque illas flammæ & pecus & coloni salierint. Versus *Ovidii* hi sunt, IV. Fast. vers. 783.

Expositus mos est, moris mihi restat origo,  
Turba facit cubium, coeptaque nostra tenet.  
Omnia purgat edax ignis, vitiumque metallis  
Excoquit, idcirco cum duce purgat oves. &c.

Erat enim hic dies natalis Urbis, ejus meminerunt omnes ii, qui de Urbis primordiis aliquid in literas retulerunt, in primis *Plutarchus*, *Plinius* & *Solinus*: unde observatum, ne hoc die hostia mactaretur: quod videlicet eum diem, qui patriæ natalis erat, & quo ipsi sanguinem, id est, vitam, ejus causa efficiens est sanguis, cepissent, à cæde & sanguine purum esse deceret. Neque illud hoc loco silentio prætereundum est, quod *Dio* lib. 43. scribit, *C. Julio Cæsari* ex bello Hispaniensi Romam revertenti decretum inter alios honores à Senatu etiam hunc esse, ut *Parilibus* (quo festo die eorum certamen celebratum fuisse dicit) Diis immortalibus sacra fierent: non eam ob causam, quod is dies natalis Urbis esset: sed quod nuntius de victoria Cæsaris pridie ejus diei sub vesperam allatus fuisset. De *Palilibus*, & natali Urbis, vide etiam *Tibullum* lib. 2. elegia 4. *Propertium* elegia 1. libri 4.

Præter hæc vero *Palilia*, quæ universi celebrabant, alia etiam erant, quæ à puerperis observabantur, de quibus hæc ex *Festi* fragmentis & ruderibus *Josephus Scaliger*: *Palilia* sibi observanda judicant privatim ipsæ quoque puerperæ domi in stratis, uti pariendo ab iis quasi stabiliantur *Parilia festa*: quæ postea explicans, dicit, foetas in lectis, quos in atrio sternebant, & adversos vocabant, dici causa cubuisse. Ex quibus suspicari quis non incommode posset, *Palilia* à *Pale* dicta, quæ rure facta sint à Pastoribus: *Parilia* autem à pariendo, quæ à gravidis fuerint celebrata, pro feliciori partu.

IX. Kalend. Maji *Vinalia* priora erant, de quibus in hunc modum *Kalendarium*: A. V. I. N. hoc est, *Vinalia*. *Vinalia*, inquit *Varro*, à vino. Hic dies Jovis, non Veneris, &c. *Festus*: *Vinalia* diem festum habebant, quo die vinum novum Jovi libabant. De his varia & diversa scribunt auctores: Plerique enim tradunt, hæc *vinalia*, quæ priora dicuntur *Jovi*, altera *Veneri* esse celebrata: *Josephus* tamen *Scaliger* Castigationibus in Festum scribit, *Vinalia* mense Aprili esse Veneris, eique hortos dedicatos: appellarique ea à *Plutarcho* *Veneralia*. *Vinalia* autem mense Sextili esse Jovis: & addit, utrumque contra apud Scriptores reperiri. *Ovidius* certe auctor est, *Vinalia* festum Veneris dici, & tamen etiam Jovis festum esse. *Plinius* libro 18. c. 29. *Vinalia* priora, quæ ante hos dies sunt 1x. Kalend. Maji degustandis vinis instituta, nihil ad fructus attinent. Verum ego hanc controversiam non dirimam. Hoc die meretrices sacrificabant *Veneri Erycina*, quod docet *Ovidius* his versibus, IV. Fast. vers. 865.

Numina vulgares Veneris celebrata puella,  
Multa professorum quæstibus apta Venus.

+ Cff. Brunckh. a  
Tibull. 1.1. 13.

*Poscite thure dato formam, populique favorem,  
Poscite blanditias, dignaque verba joco. &c.*

Hoc die Quætionibus Romanis, quæstione 45. Cur *Veneralis* multum vini effunditur è templo *Veneris*? An verum est, quod plurimi narrant, *Mezentium* Etruscorum Imperatorem *Æneæ* per internuntios pacem ea conditione obtulisse, ut sibi is annum vinum daret: & abnuente *Ænea*, suis id vinum promississe, si prælio victor discessisset: *Æneam* cognita ejus pollicitatione, Diis vinum id consecrasset, partaque victoria, vinum è congestis avis factum, ante fanum *Veneris* effudisse. An hoc signo monebant, festos dies sobrie, non per ebrietatem debere agitari? quod *Dii* magis delectentur nimium merum effudentibus, quam bibentibus. Hactenus *Plutarchus*. De libatione vini *Jovi* facta, propter quam *Vinalia* instituta sint, dicam in Augusto.

Die Aprilis xxv. qui Latine vii. Kalend. Maji appellatur, *Robigalia* erant. Sic enim *Kalendarium*: C. R. O. B. N. P. hoc est, *Robigalia*, Nefastus primo.

*Robigalia*, inquit *Varro* lib. 5. de *Lingua Latina*, dicta à *Robigo*. Secundum segetes huic Deo sacrificatur, ne rubigo occupet segetes. Idem lib. 1. de *Re Rust.* cap. 1. *Robigalia* ait, ferias esse, *Robigo* institutas, & celebrari, ne rubigo frumenta atque arbores corrumpat. Festus: *Robigalia* dies festus septimo Kalendas Majas, quo *Robigo* Deo suo, quem putabant rubiginem avertere, sacrificabant. Hæc *Plinius* lib. 18. cap. 29. à *Numa Pompilio* instituta esse scribit, cujus verba sunt: *Robigalia* *Numa* constituit anno regni sui xi. quæ nunc aguntur a. d. vii. Kalend. Maji, quoniam tunc fere segetes rubigo occupat. Hoc tempus *Varro* determinat sole tauri partem decimam obtinente, sicut tunc ferebat ratio. Sed vera causa est, quod post dies undeviginti ab æquinoctio verno, per id quadriduum, varia gentium observatione a. d. xv. Kalend. Maji canis occidit, sidus & per se vehemens, & cui præoccidere caniculam necesse sit, &c. Sacrum autem hoc ove & cane peragebatur, quorum exta cum thure & vino Deo offerebantur, de quo *Ovidius* ita scribit, xv. Fast. vers. 901,

*Sex ubi, qua restant, luces Aprilis habebit,*

*In medio cursu tempora veris erunt.*

*Et frustra pecudem quares Athamantidos Helles,*

*Signaque dant imbres exoriturque Canis.*

*Hac mihi Nomento Romam cum luce redirem,*

*Obstitit in media candida turba via. &c.*

v. Kalend. Maji, qui est dies Aprilis xxix. *Floralia* erant: de quibus *Kalendarium*: F. N. P. L. U. D. Flor. hoc est, Nefastus primo, *Judi Floralia*.

*FLORALIA*, inquit *Plinius* libro 18. cap. 29. xv. Kalend. Maji instituerunt Romani, anno Urbis dxxvi. ex oraculo *Sibyllæ*, ut omnia bene deflorescerent. Hunc diem *Varro* determinat, sole tauri partem quartamdecimam obtinente. Ergo si in hoc quadriduum incidit plenilunium, fruges, & omnia quæ floreant, lædi necesse erit. *Ovid.*

*Cum Priami conjunx Tithonia, fratre relicto,*

*Sustulit immenso ter jubar orbe suum:*

*Mille venit variis florum Dea nexa coronis,*

*Scena joci morem liberioris habet.*

*Exit & in Majas festum Florale Kalendas. &c.*

De *Floralibus* plura dicemus libro proxime sequenti.

Pridie Kalendas Maji sacrum fiebat *Vesta Palatina*: de quo *Ovid.* quamvis obscure:

*Aufert Vesta diem, cognati Vesta recepta est*

*Limine, sic justis constituere Patres. &c.*

#### AD CAP. VII. PARALIPOMENA.

##### *Parricidium Idus Martiæ dicta: & Salii.*

**H**istoriam omnes sciunt, cur *Idus Martiæ* parricidii nomine vocentur, quod nempe *C. Julius Dictator*, postea parens patriæ *SCto* appellatus, interfecit. Reliquos præterire licet ejus rei scriptores; unicus sufficit *C. Suetonius*, qui in *Julio* cap. 88. Curiam, in qua occisus est, obstrui placuit, *Idusque Martiæ* parricidium nominari, ac ne unquam eo die *Senatus* ageretur. Et in eodem cap. 80. Consultati an in sacra via, an in aditu theatri adorarentur, postquam *Senatus Idibus Martiis* in *Pompeii curiam* editus est, facile tempus & locum prætererunt. Et cap. 81. Inmolantem aruspex *Spuriina* monuit, ut caveret periculum, quod non ultra *Idus Martiæ* proferreretur. Pridie autem easdem *Idus* artem regulium cum latroo ramulo *Pompejana curia* se in-

ferentem, volucres varii generis ex proximo nemore persecuta, ibidem disperserunt. Atque in illius rei memoriam *Augustus* nominis familiarique heres, captivos bello *Perusino* eodem die trucidari voluit. Idem *Sueton.* in *Augusto* cap. 15. Scribunt quidam, trecentos ex deditiis electos utriusque ordinis, ad aram *Divo Julio* extructam, *Idibus Martiis*, hostiarum more mactatos. Meminerunt & alii: *Valer. Maxim.* in lib. 8. cap. 11. tit. 2. Prædixerat *C. Casari*, ut proximos triginta dies quasi fatales caveret, quorum ultimus erat *Idus Martiæ*, & cum forte uterque mane in domum *Calpurnii Domitii* ad officium convenisset, *Casari Spuriinae*, æquid scis *Idus Martiæ* jam venisse? & is, æquid scis illas nondum præterivisse?

Quod illi & *Dio Coccejanus* lib. 44. & *Joannes Xiphilinus*, & *Julius Obsequens* in libello de *Prodigiis*, & alii, scientiæ *Spuriinæ* auguris adferunt. Ipsi *Casari* solus, quod sciam, *C. Plinius* assignat lib. 18. cap. 26. *Casari & Idus Martiæ* feriales  
fb

sibi annotavit, Scorpionis occasu. Ut memoria lapsus sit Stephanus Claverius ad finem lib. 3. Claudiani de laudib. Sillichonis, qui non Idus, sed Kalendas Martias parricidium hoc facit. Vide P. Ovidium l. 3. Faistor.

*Præteriturns eram gladios in Principe fixos,  
Cum sic è sanctis Vestra locata focis.*

Quid autem sit parricidium, quibus legibus vetitum? qua pœna in illud animadvertetur? dicam abunde infra hoc opere lib. 8. cap. 25.

De Vestæ sacris, quæ incidunt in pridie Nonas Martias, dixi supra hoc opere l. 2. cap. 12.

De Saliis quis notissima velit dicere? adi ad Helenium Actorem interpretem venustum Q. Horatii ad l. 1. Carn. Od. 36. 37. Etasim. Roterodam. in Adagiis. D. Aulon. epist. 13. ad Paulum.

*Nam mihi non saliare epulum, non cœna dispalis.*

Corrigendus Q. Symniachus l. 1. epist. 23. *Brevis in manus meas pagina recens ad te profecta pervenit. Erat quidem illa Atticis salibus respersa, & thymo odorata (alii legunt, odora) sed parior, quæ magis fastidium detergeret, quam sanem frangeret, quasi ego cœnas dispales, & saliare convivium, tum viscerationes, atque epulum posulavissem, tu mihi mensas secundas, & sitamenta exigue lancis apponeres: legendum omnino est, quid? si ego cœnas dispales, & saliare convivium posulavissem, tu mihi mensas secundas, & sitamenta exigue lancis apponeres? Cultilline Statius in Epicædio paris l. 5. lil. 3. v. 178.*

*Sed te Dardanius facis explorator operæ,*

*Qui Diomedæi celat penetralia furti,  
Crevit, & inde sacrum didicit puer, arma probare  
Monstrasti Saliis, presagumque aethera certis  
Auguriis: cui Chalcidicum fas volvere carmen.  
Lancea cui Phrygiæ est coma flaminis, & tua multum  
Verbera succindit formidare Luperi.*

M. Annaeus Lucan. lib. 1. Pharsaliæ v. 603. & ejusdem

operis lib. 9. v. 476. de Sallio um clypeis.

*Arma timent gentes, hominumque erepta lacertis  
A superis demissi putant, sic illa profecto  
Sacrificio cecidere Numa, quæ tella juvenus  
Patriâ cervicæ movet, spoliarunt Austro,  
Aut Boreas, populos auxilia nostra ferentes.*

Patrios eos fuisse liquet ex narratione Lucani ista, & historicis omnibus, & gestamina Patriorum tulisse, nisi quod trabes eos Dioxylius Halicarnasensis voluit vestiri; Livius eorum pissa, quod observatum à Maredi. Donato pag. 142. Et trabecos describit Aldus Manucius in quæsit. per epist. 3. quid discriminis autem inter togam pietam sit, & trabeam, expeditam infra hoc opere, in tractatu de Triumphis, & de Magistratibus l. 10. c. 29. & lib. 7. c. 9.

#### AD CAP. VIII. PARALIPOMENA.

*Fortuna virilis, & deorum nomina in masculino concepta.*

DE Fortunæ nominibus variis ac potestate, lege quæ à me sunt dicta supra lib. 2. c. 16. addendum antiquum hoc fragmentum marmoris Prænestini, unde clarum fiat, ei deæ non minus quam aliis, donaria voveri solita, eamque communi veluti ara, cum Apolline, & Jove collocatam. Verba sunt:

TU. QUÆ. TARPEIO. COLERIS. VICINA. TONANTI.  
VOTORUM. VINDE. SEMPER. FORTUNA. MEORUM.  
ACCIPERE. QUÆ. PIETAS. PONIT. TIBI. DONA. MERENTI.  
EFFIGIEM. NOSTRI. CONSERVATURA. PARENTIS.  
Et aliquot versibus interjectis.  
OMNIBUS. HIC. ANNIS. VOTORUM. MORE. SUORUM.

CENTENAS. ADICIT. NUMERO. CRESCENTE. CORONAS.  
FORTUNÆ. SIMULACHRA. COLENS. ET. APOLLINIS. ARAS.  
ÆGERIUMQUE. JOVEM. QUORUM. CONSENTIT. IN. ILLO. MAIESTAS.

Hanc *virilem* nominabant, & Kalendis Aprilis colebant: Dionysius Halicarnas. lib. 4. & forte eadem est, quæ *mascula* appellabatur, sive quod viros puellis assignaret, sive quod virili habitu locaretur, & masculino nomine honoraretur. Unde paulo ante in vetusta Inscripitione:

*Consentit in illo (nempe) Fortuna, Maiestas, C. Petronius in bellor. civil. descriptione, ubi hac de se ipsa loquitur Fortuna.*

*Mimicibusque meis irascor, destruct istas*

*Idem, qui posuit molem, Deus.*

Copiose, ut solet, Lactantius Firmianus l. 3. Divinar. Inscrip. cap. 28. *Fortuna est accidentium rerum subitus atque inopinatus eventus: verum Philosophi, ne aliquando non erent, in re sentia volunt esse sapientes, qui Fortuna sexum mutant, eamque non Deam, sicut vulgus, sed Deum esse dicunt, eundem tamen interdum Fortunam, interdum Naturam vocant.* Martialis Coquus lib. 2. epigr. 24.

*Si det iniqua tibi tristem Fortunam reatum,*

*Squalidus hæreo, pallidiorque reo.*

Et pœnis interjectis sequitur:

*Mecum ergo miser es, quod si Deus ore sereno*

*Annuerit, felix, Candide, solus eris.*

Neque id modo de Fortuna verum, sed & de aliis deabus, quas promiscuo cum diis genere efferebant. De Minerva, Diogen. Laërt. lib. 2. in vita Stilponis in principio, quod ex aliis, & præsertim Mactobio, Critici observant. Adde Servii Honorati auctoritatem ad v. 632. l. 2. Æneid. & ad initium l. 1. Georg. Et de Fama P. Silius lib. 10 Thebaid v. 675.

*Ut vero aversa gressumque habitumque notavit,*

*Et subitam à terris in nubila crescere Manto,*

*Obstruit, sequimur, divum quicumque vocasti,*

*Nec tarde, paremus, ait.*

Turnus ad Iridem l. 9. Æneid. in principio:

*Sequitur te sancte deorum,*

*Quisquis es.*

De Nemese L. Seneca in Hercule Furente act. 2. sc. 3.

*Dominare timidus, spiritus, altos gere,*

*Sequitur superbos ultor à tergo Deus.*

Alb. Tibull.

*Hic juvenis quondam miseris ludebat amantes*

*Nescius ultorem post caput esse Deum.*

De Cerere, seu Proserpina Cl. Claudian. lib. 1. de Raptu in limine:

*Claram dispergere culmina Incem*

*Adventum testata Dei.*

De Venere P. Virgil. l. 2. Æneid. loco jam laudato.

*Descendo, ac docente Deo.*

Sic enim Servius legit, licet in MS. Codice Collegii Autunensis Luretix habeatur:

*Descendo, ac docente dea.*

Sed priorem lectionem & Helvius Cinna confirmat:

*Pollentemque Deum Venorem.*

Græci eodem modo; nam Palladæ lib. 2. Antholog. cap. 27. epigr. 1. Καλλιπην θεῆς dicitur. Dicam fusius ad locum Claudiani citatum.

De Parilibus, seu Palilibus, aut festo urbis Romæ natali, quæ in hoc mense celebrari solebant, repete ex iis, quæ à me discussa sunt supra, hoc opere l. 1. cap. 1.

De Robigo & Robigalibus, quæ in hunc mensum incidunt, dixi supra l. 1. Reg. 5.

Denique de Flora Floralibusque, quorum solemnitas isto mense celebrata, vide l. 2. cap. 20.

## CAPUT IX.

*De mense Majo, & diebus in eo festis.*

**A**PRILEM mensem sequitur *Majus*, de quo ita *Macrobius* lib. 1. Saturnalior. cap. 12. *Majum* Romulus tertium posuit, de cujus nomine inter auctores lata dissensio est. Nam *Fulvius* nobilior in Fastis, quos in æde Herculis Musarum posuit, Romulum dicit, postquam populum in majores junioresque divisit, ut altera pars consilio, altera armis Republicam tueretur, in honorem utriusque partis, hunc *Majum*, sequentem *Junium* mensem vocasse. Sunt qui hunc mensem ad nostros Fastos à Tusculanis transiisse commemorent, apud quos nunc quoque vocatur *Deus Majus*, qui est Jupiter, à magnitudine scilicet, ac majestate dictus. *Cincius* mensem nominatum putat à *Maja*, quam Vulcani dixit uxorem, argumentoque utitur, quod *flamen Vulcanalis* Kalend. Majis huic Deæ rem divinam facit. Sed *Piso* uxorem Vulcani *Majestatem*, non *Majam* dicit vocari. Contendunt alii *Majam* Mercurii matrem mensi nomen dedisse, hinc maxime probantes, quod hoc mense mercatores omnes *Maja* pariter *Mercurioque* sacrificant. Affirmant quidam, quibus *Cornelius Labeo* consentit, hanc *Majam*, cui mense Majo res divina celebratur, terram esse, hoc adeptam nomen à magnitudine, sicut & *Mater magna* in sacris vocatur: assertionemque existimationis suæ etiam hinc colligunt, quod sus prægnans ei mactatur, quæ hostia est propria terræ: & *Mercurium* ideo illi in sacris adungi dicunt, quia vox nascenti homini terræ contactu datur. Scimus autem *Mercurium* vocis & sermonis potentem, &c. Hæc & alia *Macrobius*. *Ovidius* lib. 5. Fastorum, tres hujus appellationis causas reddit, quarum prima est, quod dicta sit à *Majestate* Dea Magistratum: altera, quod à *majoribus*: tertia, quod à *Maju* Mercurii matre nomen habeat. Versus ejus, quia plures sunt, adscribere nolo. Festus: *Majus* mensis in compluribus civitatibus Latinis ante Urbem conditam fuisse videtur, quæ ex causa utrum à *majoribus*, ut Junius à *junioribus*, dictus sit; an à *Maja*, quod Mercurio filio ejus res divina Idibus fiat eo mense, an quod ipsi Deæ in multis Latinis civitatibus sacrificia fiebant? &c. Idem alio loco: *Majus* lingua Osca, mensis *Majus*. Osci enim à regione Campaniæ, quæ est *Oscos*, vocati sunt. Cui si credimus, *Maji* mensis appellatio vel ante Romam conditam exiit, id quod argumento foret, à Romulo nullam ei propter majores obtigisse denominationem. *Joannes Goropius Becanus* in Croniis mensis hujus appellationem deducit à veteri Cymbrica voce *Mai*, sive *Mei*, quo omnis viror plantarum significetur, quod hoc mense omnia vireant & floreat. Cæterum fuit hic mensis in tutela *Apollinis*, & semper xxxi. dierum ex Romuli, Numæ, & C. Julii Cæs. constitutione.

*De diebus mensis Maji festis.*

Kalendis Maji *Laribus Præstitibus* aram à Curibus Sabinis consecratam fuisse, & Bonæ Deæ sacra fieri *Ovidius* docet. De *Laribus* quidem his verbis, v. Fast. vers. 129.

*Præstitibus Maja Laribus videre Kalenda*

*Aram constitui, parvaque signa Deum.*

*Voverat illa quidem Curius, sed longa vetustas*

*Destruit, & saxo longa senectæ nocet. &c.*

De causa appellationis, cur dicti *Præstitæ*, scripsimus alio loco.

De æde Bonæ Deæ idem *Ovidius*, v. Fast. vers. 149.

*Interca Diva canenda Bona est,*

*Est moles nativa loco, res nomina fecit,*

*Appellant saxum, pars bona montis ea est.*

*Huic Remus insiterat frustra, quo tempore fratri*

*Regna Palatina prima dedisti aves. &c.*

*Macrobius* libro Saturnaliorum 1. cap. 12. scribit, *Cornelium Labeonem* auctorem esse *Maje*, id est, terræ, ædem *Kalendis Majis* dedicatam sub nomine *Bona Dea*: & postea de sacris ejus verba faciens, ait, virgam myrteam in templo ejus haberi nefas esse, quod & *Plutarchus* in *Quæstionibus Romanis*, quæstione vigesima docet: cum tamen omnibus germinantibus & florentibus ad ea sacra utantur. Item super caput simulacri *Bona Deæ* extendi vitem, quæ maxime eam Pater decipere tentaverit: vinum in templum ejus non suo nomine solere inferri, sed vas, in quo vinum inditum sit, *mellarium* nominari, & vinum *lac* nuncupari: serpentesque in templo ejus nec terrentes, nec timentes indifferenter apparere. Viros etiam ab ejus sacris arceri. Hæc fere *Macrobius*. Festus hoc sacrum *Damium* appellari scribit his verbis: *Damium sacrificium*, quod fiebat in operto in honorem Bonæ Deæ, dictum à contrarietate, quod minime esset δημόσιον, id est, *publicum*. Dea quoque ipsa *Damia*, & sacerdos ejus *Damiatrix* appellabatur. Ad quem locum *Josephus Scaliger* annotat, falsum esse, quod *Festus* scribit, ἀσιφρατικός di-



dictum *Damium*, quod minime sit publicum: imo ita dictum, quod pro populo fieret, & *Juvenalis* adducit versum:

*Pro populo faciens quantum Saufeja bibebat.*

Fiebant autem hæc sacra à matronis in æde Pontificis Maximi. Itaque cum in ædibus *C. Julii Caesaris*, qui tum Pontifex Maximus erat, peragerentur, *P. Clodius*, muliebri vestitu indutus, in iis deprehensus fuit, & ita sacra hæc polluit: Qua de re *Cicero*, *Plutarchus*, & alii sæpe.

II. Die Maji, qui Latine VI. Non. dicitur, *Compitalia* erant, quorum sic meminit *Kalendarium*,

B. F. COMP. hoc est, Fastus Compitalia.

COMPITALIA: inquit *Varro*, dies attributus Laribus, ut alibi: ideo, ubi viæ competunt, tum in compiteis sacrificatur: quotannis is dies concipitur. Festus: *Compitalia festa*, quæ in compitis peragebant. De his sacris apud *Macrobius* libro 1. Saturnaliorum, cap. 7. *Albinus Caccinna*: Qualem nunc permutationem sacrificii, Prætextate, memorasti, invenio postea *compitalibus* celebratam, cum ludi per Urbem in compitis agitantur, restituti scilicet à *Tarquinio Superbo Laribus ac Mania*, ex responso *Apollinis*, quo præceptum est, ut pro capitibus supplicaretur. Idque aliquamdiu observatum, ut pro familiarum sospitate pueri mactarentur *Mania Dea*, matri Larium. Quod sacrificii genus *Junius Brutus* Consul pulso *Tarquinio* aliter constituit celebrandum. Nam capitibus alii & papaveris supplicari iussit, ut responso *Apollinis* satisfieret de nomine capitum, remoto scilicet scelere infausæ sacrificiationis. Factumque est, ut effigies *Mania suspensa* pro singulorum observatum, si quod immineret familiis, expiarent. Ludosque ipsos ex viis compitorum, in quibus agitantur, *compitalia* appellaverunt. Hæc *Macrobius*. *Dionysius Halicarnassensis* libro 4. de *compitalibus* scribit, ea paucis post Saturnalia diebus celebrata fuisse, sacrificiumque ministrantibus servis peractum. Verba ejus sunt hæc: Sacrificis *compitalia sacra* facientibus, non ingenuos, sed servos ministrare voluit *Tullius*, quasi hoc gratius esset Laribus: quod festum nostra quoque ætate Romani agitant, paucis diebus post Saturnalia, cum primis celebre & sumptuosum, *compitalium* appellatione: duratque mos ille priscus in sacris placandi genios per *servorum ministeria*, qui temporaria libertate fruuntur per eos dies, ut hac humanitate mansuetiores redditi, dominos chariores habeant, & levius ferant suæ fortunæ inclementiam. Hæc ille. Fuerunt tamen hæc sacra non stata, sed conceptiva, ut initio hujus libri docuimus. De *compitalibus* etiam *Suetonius* in *Augusto*, cap. 31. *Compitales Laræ ornare his anno instituit, vernis floribus, & astivis, &c.*

VII. Id. Maji, qui est dies mensis ejusdem novus, *Lemuria* erant. Sic enim *Kalendarium*: A. LEM. N. hoc est, *Lemuria*, Nefastus.

LEMURIA dicebantur à *Lemuribus*, qui re divina facta his diebus placabantur: de quibus *Nonius Marcellus*: Lemures larvæ nocturnæ, & terrificationes imaginum & bestiarum. *Varro* de vita populi Romani, lib. 1. Quibus temporibus in sacris fabam jactant noctu, ac dicunt, se *Lemures* domo extra januam ejicere. *Porphyrus* interpres *Horatii*, in 2. epistolam, lib. 2. *Lemures*, inquit, dictos esse putant, quasi *Remures*, à *Remo*, cujus occisi umbram frater *Romulus* cum placare vellet, *Lemuria* instituit, id est, *Parentalia*, quæ mense Majo per triduum celebrari solent, ante additum anno mensem *Februarium*: ob quam rem Majo mense religio est nubere. Hactenus *Porphyrus*. Et hæc sacra tribus noctibus, non continuis, sed interveniente semper una nocte celebrabantur, ut in *Kalendario* notatum est. De iisdem *Ovidius*, v. Fast. vers. 419.

*Hinc ubi protulerit formosi ter Hesperus ora,*

*Ter dederint Phæbo sidera vincta locum.*

*Ritus erit veteris nocturna Lemuria sacri,*

*Inferias tacitis Manibus illa dabunt.*

*Annus erat brevior, nec adhuc pia februa norant,*

*Nec tu aux mensum, JANE, biformis eras. &c.*

Et paulo post: vers. 485.

*Fana tamen veteres illis clausere diebus,*

*Ut nunc ferali tempore operata vides.*

*Nec vidua tedis eadem, nec virginis apta*

*Tempora, qua nupsit, non diuturna fuit. &c.*

IV. Id. Maji, qui est dies mensis ejus XII. Ludi Marti fiebant in Circo. Sic enim *Kalendarium*. D. N. P. LUD. MART. IN CIRCO. id est, Nefastus primo. LUDI MARTI in Circo. De iisdem *Ovid.*

*Solemnes ludos Circi celebrate Quirites,*

*Non visa est fortem scena decere Deum.*

Plura de his dicemus libro sequenti.

Idibus Maji *Argeorum scirpea simulacra*, & oscilla de ponte sublicio in Tiberim præcipitabantur quotannis. Sic enim Festus: *Argeos vocabant scirpeas effigies, qua per virgines Vestales annis singulis jactantur in Tiberim*. Et *Varro* libro sexto de *Lingua Latina*: *Argei fiunt e scirpeis virgulteis, simulacra sunt*  
ho.

hominum triginta: ea quotannis à ponte sublicio à sacerdotibus publice jaci solent in Tiberim. *Plutarchus* in Quæstionibus Romanis, quæstione trigesima secunda, cur simulachra hominum, quæ Majo mense de ponte ligneo in flumen abjiciuntur, *Argeos* vocant? An quod antiquitus barbari ista loca incolentes hoc modo interficiebant, si quos Græcorum cepissent. *Hercules* autem, cujus virtutem admirabantur, docuit eos, more interficiendi peregrinos dimisso, simulachris eum representare, iisque jaciendis religione se solvere? *Argeos* autem, sive *Argivos* Antiquitas simpliciter quosvis Græcos nominavit. Nisi hoc potius sentiendum est.

Cum Arcadibus *Argivi* ob viciniam inimici haberentur, *Euandrum* è Græcia profugum cum in istis confidisset Italiæ locis, istam odii & inimicitiarum memoriam conservasse. De hoc more ita *Ovidius*, v. *Fast.* vers. 621.

*Tum quoque præcorum virgo simulachra virorum  
Mittere roboreo scirpea ponte solet.  
Corpora post decies senos qui credidit annos  
Missa neci, scelere crimine damnat avos.  
Fama vetus, tunc cum Saturnia terra vocata est,  
Tulia fatidici dicta fuere senis. &c.*

Eodem die mercatorum festum erat, quod eo die *Mercurii* ædes dedicata, ut *Liv.* anno cclix. Atque è *Mercurii* fonte, ad portam Capenam mercatores aspergebant se laureo termitè immerso, uberioris quæstus gratia, *Ovid.* 5. *Fast.* vers. 669.

*Templa tibi posuere Patres spectantia Circum  
Idibus, ex illo hac est tibi festa dies.  
Te quicumque suas profitentur vendere merces,  
Thure dato, tribuas ut sibi lucra, rogant. &c.*

XIII. Kalend. Junii *Agonalia* sive *Agonia* erant, de quibus *Kalendarium*: E. A. G. O. N. N. P. id est, *AGONIA*, sive *AGONALIA*, Nefastus primo: *Ovid.*

*Ad fanum redeat, qui querit Agonia quid sint?  
Qua tamen in Fastis hoc quoque tempus habent.*

De *AGONIIS* sive *Agonalibus* diximus supra.

X. Kalend. Junii, *Tubilustria* erant, quorum ita meminit *Kalendarium*: G. T. U. B. N. P. hoc est, *TUBILUSTRIA*, Nefastus primo. De his diximus in *Martio*. *Ovid.*

*Proxima Vulcani lux est, quam Lustria dicunt,  
Lustrantur pura, quas facit ille, tubæ.*

Sequenti die, qui est xxiv. Maji, Latine ix. Kal. Junii dicitur, erat *Refugium* alterum, de quo ita *Kalendarium*: Q. R. E. X. C. F. hoc est, *QUANDO REX COMITIAVIT*. Fas: quæ verba, quomodo sint intelligenda, & qui ritus, quæve ceremoniæ hujus diei fuerint; etiam in *Martio* docuimus. *Ovidius*:

*Quatuor inde notis locus est, quibus ordine lectis  
Vel mos sacrorum, vel fuga Regis inest.*

IX. Kalend. Junii, qui est xxv. Maji, dies erat consecrationis ædis *Fortunæ publicæ*, cujus ita meminit *Ovidius*:

*Nec te prætereo, populi Fortuna potentis  
Publicæ, cui templum luce sequente datum est.*

De *Fortuna Publica* diximus libro barum *Antiquitatum* secundo, quæ inde repetantur. Atque tantum etiam de mense Majo: sequitur *Junius*.

#### AD CAP. IX. PARALIPOMENA.

*Dierum discrimen, quid atrum, album; Comititaliæ feria, Lares domestici, viales, urbani.*

DE dierum differentia variisque nominibus, ex *Macrobio*, *Servio*, *Censorino*, & aliis passim, plerisque jam præoccupatum; adscribam tamen non inutile *Pauli* *Mercutii* patris opusculum, deinde ad disquisitionem penitentiorem regrediar.

### PAULUS MANUTIUS PATER

#### De veterum dierum ratione.

SI duo dierum in genera distribui annuum oporteat, multifariam recte dividetur, aut sic: Annus constat ex diebus vel *Festis*, vel *Nefestis*: aut sic: ex diebus vel *Festis*, vel *Profestis*:

aut sic: ex diebus vel *Senatoriis*, vel non *Senatoriis*: aut sic: ex diebus vel *comitalibus*, vel non *comitalibus*: harum enim quatuor divisionum, si separatim singulæ considerentur, totum annum qualibet complectitur. Nos autem, cum de diebus ea, quæ scitu digna censuimus, quæque ad Romanæ historiæ notitiam valde pertinent, breviter ostendere instituerimus, ex his divisionibus uterimur ea, in qua quæ major pars est, (duas enim partes habent singulæ) ea, cum ea parte, quæ in aliis divisionibus item major est, comparata, uberior aliquanto esse cognoscitur: incipimus igitur à nominatis in prima divisione, *Festis*, & *Nefestis*: quandoquidem *Festis*, quæ duarum primæ divisionis partium plenior est, plures in anno sunt, quam quæcumque pars in tribus reliquis divisionibus latius patet, hoc est, quam vel *Profestis*, vel non *Senatoriis*, vel non *comitalibus*: quod si quis opponat, in *Kalendario* plures notatos esse dies littera C, quam littera F, unde plures significantur dies *comitiales*, quam *Festis*, iraque non recte me à *Festis*, ut à plenior parte, exordiri sciat, non à me *Festis* modo vocati, quos notatos littera F, vide-

videmus, sed omnes plane, quibus fari tria verba, *Do, Dico, Adico*, Prætori licebat quorum & numero *comitiales* erant, & hi, quos in Calendario hæc literæ demonstrant, EN. NP. Q. REX. C. Q. S. T. D. F. P. quibus omnibus cum fari liceret, & etiam non id semper fieret; qua de causa notati sunt aliis literis potius, quam F, ut indicetur, præter *Fari*, aliquid etiam fieri licuisse: non absurde mihi facere videor, si ad *Fastos*, litera F, notatos, qui quidem vere *Fasti* dici possunt, quod iis aliud profus nihil fiebat, quo Prætor a jure dicendo impediretur, eos quoque dies aggrego, quibus *Fari* quidem semper licebat, non tamen, quod liceret, fieri semper solebat: ut omnino tria essent genera, quibus de singulis agetur suo loco: primum *Fasti* ii, quibus fari semper & liceret, & soleret, qui notantur litera F, suntque omnes XXXV III. hi & proprie erant *Fasti*, & toti proprie, quod per eos, nisi cum aliquis casus extra ordinem interveniret, numquam Prætor jus non dicebat; toti, quod *Fari* horis omnibus liceret. Alterum genus fuit; *Fasti* ii, qui & ipsi proprie *Fasti* erant, sed non toti; quod iis quidem omnibus *Fari*, non tamen horis omnibus liceret. Erant autem hi, EN. NP. F. P. EN. Q. REX. C. Q. S. T. D. quas literas infra explanabimus: atque hi erant omnes LXV. Tertium genus *comitiales* fuisse, casu *Fasti*, non proprie, quia, cum *comitia* non haberentur, tunc fari solum Prætor solebat, hi modo toti erant *Fasti*, cum nulla scilicet *comitia* haberentur: modo ex parte, cum haberentur illa quidem, sed minime per totum diem. Hi CLXXXIV. erant. Nos *Fastos* omnes vocamus, quibuscumque *Fari* liceret, sive *Fasti* proprie, sive non proprie essent. Itaque ab his profecti, paulatim progrediemur dividendum, ut qui nobis propofitus est hujus narrationis finis, eo perveniamus. Omnes igitur dies aut *Fasti* sunt, aut *Nefasti*: & *Fasti*, partim *Festi*, partim *Profesti*. *Festis* plerisque, partim *Fastos*, partim *Nefastos* fuisse, ut *Quirinalia*, *Lupercalia*, *Terminalia*, ex Calendario cognoscitur: quibus enim *Festis* diebus, adscriptum est NP. ii sunt *Nefasti* simul & *Fasti*: *Nefasti*, prioris parte; *Fasti*, posterioris. Dies *Feralia* adscriptam habet F. qui *Festus* proprie non fuit, sed gestandæ ad mortuorum cœnæ dicatus dies: quod, quia non hora statâ fiebat, sed ut cuique commodum erat, ideo totus dies ponit esse *Fastus*: propterea ut opinor, litera F. notabatur. *Festis* porro diebus, non dubito, quin omnibus haberi Senatam liceret. Cujus rei exempla sunt in Antiquorum libris admodum multa, quamquam solemnè hoc non erat, ut semper diebus *Festis* Senatam haberetur: sed legitimum, ut haberi possent. Solemne autem illud, ac statum, ex more majorum, ut *Kalendis*, *Nonis*, *Idibus* haberetur. Itaque in Calendario neque *Kalendis*, neque *Nonis*, neque *Idibus* litera C, qua *comitiales* dies significabat, per quos haberi Senatam non poterat, neque diebus omnino ullis *Festis* adhereret. *Profesti* dies aut *Festi* erant, aut *Nefasti*, & omnibus *Profestis* *Nefastis* haberi Senatam licebat; *Profestis* autem *Fastis* non plane omnibus, sed iis tantum, qui *comitiales* non essent. Quibus autem *Profestis* haberi Senatam poterat, iis omnino agi cum populo non poterat: contra, quibus *Profestis* haberi Senatam non licebat, iis agi quidem cum populo licebat, nec tamen semper agebatur: cum ea res ex eorum voluntate penderet, penes quos populi cogendi potestas esset. Non enim, quod licet, id etiam necesse est. Quod autem dixi, *comitiales* haberi Senatam non licuisse; declarant illa verba, in epistola *Ciceronis* ad fratrem, quæ tertia est lib. 11. Consecuti sunt dies *comitiales*, per quos Senatam haberi non poterat. Et illa in S. C. quod *Cælius* ad *Ciceronem* misit epist. fam. lib. VII. Utique ejus rei causa per dies *comitiales* Senatam haberent, S. Q. C. facerent. Quibus verbis, quod extra ordinem a Senatu eo S. C. decretum est, id omnino fieri solitum non esse, dilucide constat. Ita Senatam *Fastis* quibusdam haberi poterat, quibusdam non poterat: siquidem *comitiales* litera *Fastos* jam retulimus. *Nefastis* autem haberi omnibus potuisse, jam diximus. Sate, qui me torquet nodus est, mihi quidem perdifficilis, in epistola ad Atticum lib. 1. in qua cum dixisset jam: Nam cum dies venisset *rogationi* ex S. C. ferendæ, paucis post verbis subjunxit, Senatam vocatur: quod certe mos majorum minus ferre videbatur. Nam, si *rogationi* ferendæ dies est, certe *comitalis* est:

quod si *comitali* haberi Senatam profus non licet, cujus rei testimonio sunt ea quæ paulo ante recitavimus, & ex epistola ad fratrem verba *Ciceronis*, & è S. C. nisi si factum, id est, extra ordinem dicamus, ut *Pisonis* Consul is iniquissimis conatibus obviam iretur; qui cum esset lator *rogationis*, & ejus *rogationis*, quam ex S. C. & de religione ferebat, idem tamen erat distualor. *Comitalium* magnus erat numerus: eosque fuisse dies *Fastos*, quod supra dixi, ita existimo, ut mihi videre asfirmare possit. Non enim inani quadam conjectura, sed certa imprimis, ut puto, ratione commoveor. Video enim in *Orationibus* *Ciceronis*, in *Pisonem*, de *Provinciis consularibus*, pro *Sestio*, mentionem fieri ea de lege, qua *P. Clodius* Tribuanus pl. sanxit, ut omnibus diebus *Fastis* agi cum populo liceret, quod sit apertum, *Fastis* quibusdam non id licuisse, quod, ut omnibus liceret, lege *Clodia* sancitum est, quam tamen legem non fuisse observatam, demonstratum est a nobis in libro de *Legib. Romanis*.

Nec vero mirari satis possum cum *Fastos* aliquot fuisse *comitiales* pateat, qui venerit in mentem *Macrobio*, *Fastis*, dicere, *Lege* agi licuisse, cum populo non licuisse, *comitalibus* autem utrumque licuisse. Quorum alterum vere dictum constat, *comitalibus*, inquam, & *Lege* agi, & cum populo licuisse: quia scilicet *comitiales* erant de numero *Fastorum*: itaque & illud omnium *Fastorum* commune habebant, ut *Lege* agi possent: & hoc præterea proprium, ut etiam cum populo possent: Alterum autem de *Fastis* diebus, quibus ait lege agi licuisse, cum populo non licuisse, in prima parte verum esse video, in secunda qui possit non esse falsum, haud facile reperio. Qui enim *Fastis* agi cum populo non licet, cum *comitiales* omnes *fasti* sint, & *comitalibus* agi licuisse cum populo, jam ostenderim? dixisset hoc modo, *Fastis* omnibus lege agi licet, cum populo non omnibus licet: nihil erat, quod reprehenderes. Si quidem, quod docuimus, quibusdam *Fastis* agi cum populo poterat, quibusdam non poterat: quibus poterat, eos si quis *Fastos*, aut *Fastos* *comitiales* diceret, non erraret, cum dies fuerit nullus *comitalis*, quin idem & *Fastus*: sed *comitiales* potius, quam *Fasti*, ut à reliquis *Fastis* proprio nomine distinguerentur; & *comitiales* item potius, quam *Fasti* *comitiales* breviter causa, vocabantur. Verum, quia libenter, quantum in me est, Antiqua em soleo tueri, *Macrobium*, à quo multa didici, quasi gratiæ referendæ loco, ita conor exulare: ut, cum *Fastos* nominavit, de iis tantum intellexerit, qui *Fasti* vulgo dicebantur, non etiam de iis, qui, etsi *Fasti* ipsi quoque erant, *comitiales* tamen appellabantur. Spectavit igitur non verbi vim, quæ dies omnes, quibus Prætor ista verba fari possent, sive *comitiales* essent, sive non, complectitur: sed consuetudinem loquendi, quod *Fastos* nominabant eos, quibus tantum lege agi possent, cum eos, quibus cum populo possent, *comitiales* præcipuo vocabulo mallent appellare. Quæritur hic fortasse: cum *comitiales* omnes essent *Fasti*, iisque & cum populo, & lege agi possent, cum populo, quia *comitiales*, lege, quia *Fasti*, fierent simul utrumque? Negatur. Nam, etsi licebat utrumque eodem die, non tamen utrumque poterat eodem tempore. Cum enim populus in forum convenisset, quid iudicibus, aut litigantibus loci relinqueretur? porro, si vacaret locus, qui tamen possent Prætor, aut *Judices*, in tanto strepitu, quamvis coactæ in unum locum multitudinis solet esse, eorum, qui causas agerent, orationes attentis auribus animisque, ut par est, excipere? sedata mente diligenter aliquid considerantibus opus est. Itaque absurdum est credere, potuisse eodem tempore & cum populo agi, & iudicis operam dari: sicuti *Fastis* iis, qui *comitiales* non erant, eodem quidem die, non tamen eodem tempore, & *Lege* actum, & Senatam esse habitum invenio: sic, ut *Lege* ageretur primum, deinde Senatam haberetur, quod cum ex aliis locis, tum ex III. & XII. epist. lib. II. ad *Quintum* fratrem intelligitur. Ergo, cum omnes *comitiales* essent *Fasti*, non quia semper *Lege* ageretur, sed quia semper liceret, si modo cum populo non ageretur, (nec enim utrumque simul fieri, jam diximus) ita concludemus *Fastos*, litera F. in Calendario notatos jurisdictionem omnes habuisse, *Fastis* litera C. notatis, & jus dicit, & agi cum

cum populo eodem die, non eodem tamen tempore potuisse, ideoque *Fastos* eos quoque fuisse dico, non ex eo quod fieret, sed ex eo, quod liceret. Hæc de *Fastis*: super sunt *Nefasti*. His omnino neque lege agi, neque cum populo licebat. Cum enim opponantur *Fastis*, quorum è numero sunt *comitiales*, eo iure, quod omnes *Fastis*, sive *comitiales*, sive *non comitiales*, habent, prorsus carere necesse est. *Festus* etiam sic: Die *nefasto* apud Prætorum lege agere, religiosum erat. *Causas* tamen agi, & *concionem* haberi, & *legem* promulgari licebat; nam neque *causas* agi, est *lege* agi; neque *concionem* haberi, aut *legem* promulgari, est cum populo agi: quæ probare singula, magni negotii non est. *Agitur* lege, cum Prætor tria verba fatur, *Do, Dico, Adico*: qui est ultimus iudicii dies. Cum vero *causis* audiendis Prætor operam dat, *lege* tunc non agitur. Quare *Fastos* esse necesse non est omnes dies, quibus aut pro reo, aut contra reum dicitur: sed, *Fastum* cum quidem esse necesse est, quo Prætor, aut qui iudicio præest, cum consilio iudicium sententiam ferre debet. Itaque in epistol. III. lib. II. ad *Quintum* fratrem. Ad III. Idus, inquit, dixi pro *Bestia*, de *Ambitu*, apud Prætorum Cn. Domitium. Quem tamen diem (est autem III. Idus Februarii) *Fastum* non fuisse Kalendarium indicat: notatur enim, ut *Nefastus*, litera N. nec omnino de octo diebus, qui ab Idibus appellatur, in mensis Februarii *Fastus* ullus fuit, ultimo tantum die, hoc est, Idibus ipsis, excepto, qui *Nefastus* priore, *Fastus* posteriore parte fuit: notatur enim sic, NP. *Conciones* licet ad populum haberentur, non tamen *comitiales* tantum die, sed & *Fasto*, qui *comitialis* non esset, & *Nefasto* pariter haberi poterant. Nolo enim quemquam in eo falli, quia fortasse agi ad populum, & agi cum populo. idem esse videatur: quæ diversa sunt. Nam agebatur ad populum, cum ad populum *concionem* aliquis habebat, ut *Gellius* docet lib. XIII. cap. V. Agebatur autem cum populo, ut ait *Festus*, cum magistratus ad consilium aut *comitia* vocabat, quod fieri *comitiales* dumtaxat die licebat. *Concionari* autem omnibus æque diebus licuisse, exempla demonstrant. Itaque, quoties aliquod S. C. erat factum, dimisso Senatu, & S. C. ad populum recitato, Magistratus aliquis, aut etiam privatus *Senator*, *concionem* ei à Magistratu data, ad populum verba faciebat. Nec tamen is erat dies *comitialis*: nam *comitiales* fieri S. C. aut omnino Senatum haberi non potuisse, demonstratum est. Et *Festus* hæc aperte distinguit, cum ait: Eorum est, in quo iudicia fieri, cum populo agi, *conciones* haberi, soleant. Quo die igitur agi cum populo, eodem, agi apud populum, licebat: quo autem, agi apud populum, eodem, agi cum populo non semper licebat. Exempla sibi quisque noet in legendo: quod facillimum est: sunt enim iniuncta, itaque puto me facere non inepte, quod his recitandis quæ passim extant, conterendum mihi tempus esse non existimem. Illud addendum unum videtur: Cum advocabatur *concio*, ut populus aliquid suffragiis, rogante Magistratu, sciret: tunc actum esse cum populo, non ad populum: cum vero Magistratus, aut etiam privatus aliquis, Magistratu et *concionem* dante, ad populum verba faciebat, non ut suffragia deinde ferrentur, sed ut aliquid exponeretur, tunc non cum populo, sed ad populum actum esse. Aliud est igitur, Habere *concionem*: aliud, Advocare *concionem*. Habere *concionem*, est agere ad populum: Advocare *concionem*, si advocatur, ut suffragia ferantur, est, agere cum populo. Ideo scripta sunt hæc apud *Macrobi.* lib. I. Sat. Jul. Cæsar Auspicio rum lib. XVI. negat, Nundinis *concionem* advocari posse, id est, cum populo agi, ideoque Nundinis Romanorum haberi *comitia* non posse. Addi enim sunt illa verba, id est, cum populo agi, quia non semper *concionem* advocata, cum populo agebatur, sed interdum ad populum dumtaxat. Nundinis autem, cum populo quidem agere non licuit, ex quo sequebatur ut *comitia* haberi non possent, ad populum autem agere, hoc est, *concionem* habere, certe licuit. Non enim adversatur illud, quod à *Cicerone* scriptum est, lib. IV. ad *Atticum*: Ante diem X. Kal. Nundinæ: *concio* biduo nulla. Quibus verbis, id quod factum non est: non id, quod non licuit, ostenditur. Nam cum haberi Nundinis *comitia* non possent, quod non ex *Macrobio*

tantum, venam etiam ex *Plin.* lib. XVIII. cap. III. cognoscitur: propterea non concionandum quidem P. *Clodius*, *Appius*, *Metellus* putaverunt, qui proximis diebus, *comitiorum* causa *conciones* habuerant. Superest de lege promulganda. Id enim de tribus, quæ propolimus, erat tertium. Ferenda legis, & promulganda non eadem ratio fuit. *Ferebatur* die tantum *comitiali*: promulgabatur etiam non *comitiali*, sive *Fastus*, sive *Nefastus* esset. Itaque C. *Cato* Tribunus pl. rogationem de abrogando *Lentulo* imperio, die non *comitiali* promulgavit. Cum enim & post IV. Nonas Februarii, & ante VIII. Idus ejusdem mensis promulgaverit: quod ex epistola II. libri II. ad fratrem colligitur: *comitiales* die promulgare non potuit, ac ne *Fasto* quidem. Primi enim duodecim Februarii dies *Nefasti* omnes fuerunt. Haberi autem *Senatum* per *Nefastos* omnes, licebat: nec per omnes tamen, sed tantum, cum res postularet, habebatur; eorum Magistratum, quibus id iuris erat, arbitrari. Ita *Senatus* in hoc præfate populo videbatur: quod agi cum populo per unum modo dierum genus, hoc est, per *comitiales*, quæ *Fastorum* pars erat, haberi autem *Senatum* per duo genera, hoc est, & per *Fastos* eos, qui *comitiales* non essent, & per *Nefastos* omnes, licebat. Erant præterea dies aliquot *promissii*: quibus totis lege agi, neque omnino licebat, sed partim *Fasti* autem, partim *Nefasti*. Horum tria erant genera; alii, prima & postrema diei parte, *Nefasti*, media *Fasti*, qui dicebantur *intercisi*, & in Kalendarium his duabus literis notantur, EN: quod est, *Endoterisi*: pro *Intercisi*. Veteres enim *Endo*, pro *In*, usurpabant. Itaque dixit *Cicero* lib. II. de *Legib.* Quos *endo* calum merita vocaverunt. Et *Festus* notat, *Endotium*, pro *Initium*. *Varro* autem lib. III. de Re Rust. *Endo* suam domum. Alii priore parte *Nefasti*, posteriore *Fasti*: qui notantur ipsi quoque duabus literis, NP, sed conjunctis, hoc modo: NP. quod valet, *Nefastus* primo: cujusmodi fuisse dies fere omnes *Fastos*, inspecto Kalendario, cognoscitur. Nonnulli, priore parte *Fasti*, posteriore *Nefasti*: qui notantur sic, F. P. quod *Fastus* primo, significat. Quo ex genere videmus in Kalendario *Vinalia* fuisse. Dies eos, qui priore parte aut *Fasti* erant, aut *Nefasti*, de Veteribus, quod meminerim, nemo nominat. De *Fastis* autem media diei parte, hoc est, de *Intercisi*. *Varro* sic lib. V. de Ling. Lat. *Intercisi* dies sunt, per quos mane & vespere est *nefastus*, medio tempore, inter hostiam *castram*, & sexta portæ *fas*: à quo, quod *fas* tum incredit, *Intercisi* dies, aut quod tum *Intercisum*, *nefastus*. Patet jam, his literis, quæ sunt in Kalendario, F. N. C. PP. NP. EN, sex dierum genera significari, *Fastos*, *Nefastos*, *Comitiales*, *Fastos* primo, *Nefastos* primo, *Intercisi*. Quod si cui veniat in mentem, hæc duarum literarum connexionem NP. non significari, quod nos diximus, *Nefastus* primo, sed potius *Nefastus* Prætori: hujus opinionis argumentum primo è conjectura, vel ex ipsa potius, ut ego sentio, ratione ductum, deinde etiam *Historia*: veteris infirmat auctoritas, argumentum est hoc: Nemo, cui pauciora suffragia, pluribus utitur. Quid opus erat, ut ii dies, quibus adscriptum videmus NP. *Nefasti* esse iudicarentur, duas potius literas, quam unam apponere? cur NP, inquam, non N: præsertim cum *Nefasti* dies omnes hæc una litera, N, notentur? sicuti & *Fasti*, eorum quasi adversarii, una litera, F, demonstrantur. Age, dicat aliquis, leve hoc esse, planeque nugatorium argumentum. Quod sane mihi videtur contra. Quid *Ciceroni* respondebitur? mendacine & falsitatis, quasi testem corruptum, aut inscientem, arguimus? non, ita ut opinor, quisquam desipier. Sunt igitur hæc in Epistola *Riti*, *Ciceronis* verba, lib. II. ad fratrem: Cognosce munc *Idus*. Decimus erat *Calpurnius* dies. *Domitius* ad numerum iudices non habuit. Quibus verbis, cum *Idus* Februarii, de quibus *Cicero* loquitur, *Fastum* ex parte diem fuisse, satis constat: quandoquidem eo die Prætor *Domitius*: ut de reo cognosceret, sententiamque ferret, in forum descendit: sequitur, ut NP, quod *Idibus* omnium mensium, exceptis *Junius*, in Kalendario adscriptum videmus, *Nefastus* dies omnino significari non possit: Eodem in libro altera est Epistola, quæ sic incipit. *Sextius* noster absolutus est ad II. Idus Mart. qui dies, si eo die *Sextius* absolutus est, certe *Nefastus* plane

non fuit. Fuit autem, cum ei sit adjunctum NP. priore quidem parte *Nefastus*, posteriore autem *Fastus*: sicuti & *Idus Februarii*, de quibus proxime diximus, & omnes dies, quibus in Calendario NP. appositum animadvertimus. Aggrediamur nunc quoad & de dierum ratione, & de literis, eos significantibus satis multa, atque etiam, ut arbitramur, satis vera dicta; alias, quæ in Calendario sunt, literas, aut *concisus*, eoque obscuriores dictiones interpretari.

Dies ergo vel *præliatus* erant vel *intercisi*, vel *festi*, *naturales*, vel *civiles*. Cornel. Vitell. cap. 28. & naturales quidem semper diversi, pro ratione solis accessus, vel recessus, civiles duodecim horarum. Hieron. Magius l. 1. Mutzell. c. 15. vel *profesti*, vel *fasti*, vel *nefasti*, alii *inausti*, sive *atri*, aut *inauspicati*. Juven. sat. 1.

*Festis servare diebus.*

Suetonius Augusto cap. 75. Claudio cap. 14. Olim certe æqualiter diei ac nocti horæ duodecim attribuebantur. *Jannus Parrhasius* quaest. epist. 63. nomina eorum cur ab Imperatoribus mutata orientis, disquirat *Politianns* Miscellaneor. c. 8. cur à planetis desumpta? *Egnatius Racemat*, cap. 20. *Achilles Statius* Neapolitan. libr. 1. Observat. 9. Sunt denique *institutiarii*, quos ex C. Tacito notum est *negotiosos* vocari. Jul. Capitolin. in M. Antonino. *Fastis dies iudicariis additis*, ita ut ducentos triginta dies annos rebus agendis, *liti*busque disceptandis constitueret; quos *ordinarios* vocamus & *statos*, & *constitutos*. Guilielm. Budæus in Annotat. prioribus in Pandect. Græcis *epitropos*, aliis *iudiciales* appellantur. De quibus forte intelligendus est C. Suetonius in Augusto cap. 32. *Ne quod maleficium negotiorum impunitate, vel mora elaberetur, triginta amplius dies, qui honorarius qualis occupabatur, adni verum accommodavit*. Adus sunt quilibet forenses actiones, quas Græci *dixas* appellant.

Sed ad rem redeo. *Dies nefasti* qui sunt, repetatur ab *Africanio Pediano* in 3. Actionem in C. Verrem. *Plutarcho* in *Camillo*, *Prisciano* *Calariensi*, libr. 8. cap. 2. *Ἄποστροφῶν ἡμέρας*, Græcis dicuntur, ut notatum à *Joanne Brodæo* lib. 3. Miscellaneorum cap. 17.

Atros dixi nominari. L. Seneca de vita beata, cap. 25. *Ne quis mihi ater esset, provisum est*. Virgil. lib. 6. *Æneid*.

*Absunt atra dies.*

P. Ovid. lib. 1. de Arte:

*Magna superstitio tibi sit natalis amica,*

*Suaque aliquid dandum est, illa sit atra dies.*

Nominis ratio à coloris illius natura desumpta est. *Album* enim pro fausto, bono, fortunatoque; *nigrum*, seu animum pro inauspicato, infaustoque usurpabant, ut memini viris doctis observatum ad A. Persii sat. 2. in principio: *Porphyrion* ad Q. Horat. lib. 1. sat. 4. *niger est, id est, malus*. & ad l. 2. epist. 2. *ater & albus, id est, malus & bonus*. Servius *nigrum* exposuit *noxium*, ad lib. 4. *Æneid*. v. 514. lib. 9. *Æneid*. *atramque timorem, id est, inauspicatum*. Turneb. libro 22. cap. 7. Unde à rerum naturalium Scriptoribus *cornices*, *corvi*, *bubones*, *fusci* coloris aves, inter inauspicatas recensentur. C. Plin. l. 10. c. 10. L. Apul. l. 2. *Milefiar*. *Fuscis avibus Larissum accessi, peragrata Thessalia*. Ovid.

*Nigraque fuscum*

*Contidit omni avis.*

Contra album Albio Tibullo l. 3. eleg. 6.

*Et sint candida fata tua.*

L. Sen. Apocolocynt. de Nerone:

*Candida de niveo subtegmina vellere sumit.*

Hinc deorum filios, ipsos deos, aut inter deos relatos, *albos* effieciant. *Plato* libr. 5. de Republica, *Plutarcho*, libr. de discrimine adulatoris & amici. De Deo Q. Horat. lib. 1. Od. 2.

*Nube candentes humeros amictus*

*Angur Apollo.*

De relato in deorum numerum, Grammaticorum consensus est, nomine *Daphnidis* Virgiliani *Cæsarem* intelligi, de quo *Eclog*. 5.

*Candidus insuetum miratur lumen olympi,*

*Sub pedibusque videt nubes, & sidera Daphnis.*

Servius, *candidus, id est, Deus*. *Stauæ* ipsæ candidis induebantur vestimentis. Sever. Sulpit. Rhetor. de vita D. Martini lib. 1. *Quia esset hæc Gallorum rusticis consuetudo, simulachra demonum candido velamine, miseraper agros suos circumferre dementia*. Et curia ipsa cœlestium, seu cœlum lumine multo circumfusum, ornatumque ob deorum præsentiam, ut de circulo lacteo fabulosa præferat ambages. *Papin*. lib. 1. Thebaid. de deorum concilio:

*Radiant majore sereno*

*Culmina, & arcano florentes lumine postes.*

Claudian. lib. 1. de Raptu:

*Claram dispergere culmina lucem*

*Adventum testata Dei.*

Contrario sensu mortem *nigram*, inferos *atros* faciebant. Apud *Ælium Lampridium*, in Commodò Augusto, certissimum mortis ipsius omen inde deductum, quod in vestimentis *nigris* (quæ lactui funeribusque & lugubribus solebant dedicari officii, ut infra probabo, ubi de funere) seu *pallis in ladis præsedisset*. *Hesiodo* in operibus & diebus, *Savatros pèdas*, mors atra dicitur. *Juvenal*. sat. 1. *nigros* pro mortuis ponit.

*Per famam & populos, nigros efferre maritos.*

Statius lib. 9. Thebaid.

*Nigra præcedunt nebula mortis.*

Et lib. 4. Thebaid. v. 527.

*In scopulis mors atra sedet.*

Inferi manesque nigri, *Tibull*. l. 3. eleg. 3. *nigramque patudem*. Idem Stat. lib. eod. v. 634.

*Ille deos, furiarumque atra fatigat*

*Concilia.*

Et lib. 6. Thebaid. v. 498.

*Non illud janitor atra*

*Impavidus Lethes.*

Et quæcumque adversa illo colore exprimebantur. *Sil. Italic*. *Punicor*. lib. 1.

*Persifseque atra sumabant cade ruine.*

Quo persuasa antiquitas, in capitalibus sententiis abscondendis calculos diversicolores habebat. *Albis* quidem absolutio continebatur, *nigris* lethale supplicium, quod notissimum ex historia *Alibiadis*, scribente *Plutarcho* in *Apophthegmatibus* ipsius; *Æliano* var. hist. l. 13. cap. 38. adtipulante *P. Ovid*. l. 15. *Metamorph*. fab. 1.

*Mos erat antiquis niveis atrisque lapillis*

*Illis damnare reos, illis absolvere culpa:*

*Tunc quoque sic lata est sententia tristis, & omnis*

*Calculus inuitem dimittitur ater in urnam:*

*Quæ simul effudit numerandos versa lapillos,*

*Omnibus à nigro color est nuntatus in album.*

Quod à *Thracibus* videtur exordium sumpsisse C. Plin. l. 7. c. 40. *Calculos pro experimento cuiusque diei in urnam conjicit, ac supremo die separatos dinumerat, atque ita de quoque pronuntiat*. Alludunt *M. Martial*. l. 12. epigr. 3.

*Et si calculus omnis huc & illic*

*Diversus, bicolorque digeratur,*

*Vinct candida turba nigriorem.*

Q. Horat. lib. 1. Od. 16.

*Thressa ne careat pulchra dies nota.*

Scio alios legisse aliter, de *Cretensibus* intelligentes versum istum, non de *Thracibus*; sed parum interest; nam utriusque populi eadem consuetudo, ut ferri possit altera lectio: ut placuit *Helenio* *Acroni*, & *Coronno* ad fat. 2. *Persii*:

*Cressa ne careat pulchra dies nota.*

*Albedo* victoriam significabat læticiamque; quare & *currus* triumphantis, & *vestis*, & *equi*, & *pueri* ad habenas, & *victima* ipsa, ut infra dicam, hoc colore forem suam exhibebant. *Obiter* *Servius* ad illud lib. 3. *Æneid*.

*Tondentes campum late candore nivali.*

Quod non tantum moris Romani, sed & *Atheniensium*, apud quos pro victoria sacra faciens candida veste amiciebatur. *Plin*.

tarch. in vita Demosthenis. Contra, clade aliqua afflicti, lugubria seu nigra vestimenta induebant. Nam *Cornelius Lentulus Prator*, à Cicerone accusatus, *vestem purpuream magistratus sui indicem deposuit, fustisamque induit*, quod omnibus reis pœne necessarium credebatur, quod qui non fecisset, multum ei oberat, ut patet exemplo *Milonis* legati, ut narrat *Plutarchus* in Cicerone.

Quid attinet dicere, diis superis victimas albas offerri, inferis nigras confuisse immolari? De inferorum sacris *Plutarch.* in *Lucullo*. *Valer. Maxim.* lib. 2. cap. 1. de *Valerio Publicola*. *Donatus Grammaticus*: Omnia nigra inferis mactat, ad illud lib. 6. *Æneid.*

*Ipsi atri velleris agnam*

*Æneas natvi Eumœiâum.*

Et lib. 5. *Æneid.*

*Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.*

*Alb. Tibull.* lib. 3. eleg. 5.

*Interea nigras pecudes promittite Diti.*

*Papin. Stat.* lib. 4. *Thebaid.* v. 442.

*Hic senior vates (Stygiis accommoda quippe*

*Terra faris, multoque placent sola pinguis tabo)*

*Velleris obsuri pecudes, armenta que sifsi*

*Atra monet.*

Quod in sacrificio funebri observatum, in quo quippe diis Manibus parentabant. Idem *Statius* in exequiis *Archemori* lib. 6. *Thebaid.* v. 265.

*Centum ibi nigrantes, armenti robora, tauros*

*Lenta mole trahunt, idem numerusque colorque*

*Matribus.*

Et in magis ritibus idem mos invaluit, ut hostia nigra esset. *Virgil.* lib. 6. *Æneid.*

*Quatuor hic primum nigrantes terga juvenco*

*Constituit.*

De deorum cœlestium sacris etiam vulgatissimum est, albas tantummodo hostias iis placandis adhibitas. Nam *Virgilius* pro qualitate numinis dari solebat, ut loquitur *Servius Maurus* ad illud lib. 3. *Æneid.*

*Nigrum hiemi pecudem; xephyris feliibus albam.*

Adi ad eundem ad illud lib. 9. *Æneid.*

*Ante aras aurata fronte juvenum*

*Candentem.*

*D. Juvenal.* sat. 10.

*Duc in Capitolia magnum,*

*Creratumque bovem.*

Forte quod jucundissimus visui sit candor, unde & albus asinus dicitur *Junius Bassus*, homo dicax. *Quintilian.* l. 6. cap. 3. *Album* autem pro jucundo interpretatur *Turnebus* libro 28. *Adversarior.* cap. 35.

Denique pauperes & rei, pullati erant. *C. Sueton.* in *Augusto* cap. 40. *Habitus vestitusque pristinum reducere suavit, ac visa quondam pro concine pullatorum turba, indignabundus & clamitans, ait. C. Plin.* Junior libro 7. epist. 17. Nam illos quoque sordidos pullatosque reveremur. *Corrigendus M. Lucan.* l. 2. *Pharsalia* v. 473.

*At te Corsini validis circumdata muris*

*Tecta tenent pugna Domiti, tua classica servat*

*Oppositus quondam polluto tiro Miloni.*

Cur enim *Milo* pollutus? acensatum sciunt omnes, & forum cohortibus militaribus circumseptum. Legendum est igitur, nisi ego fallor:

*Oppositus quondam pullato tyro Miloni.*

*Tit. Calphurnius Siculus Ecloga 7.*

*Sed mihi sordas,*

*Pullaque paupertas, & admo fibula morsu*

*Observant.*

Et eodem loco postea:

*Venimus ad sedes, ubi pulla sordida veste*

*Inter feminas spectabat turba cathedras.*

Contra divites, sed præsertim senatores, equites, & magistratus, candidis togis utebantur. Legendus *Martialis* l. 8. epigr. 28. lib. 9. epigr. 56. Idem *Calphurnius* ecloga citata:

*Aut eques, aut nivei loca densavere Tritoni.*

*D. Juvenal.* sat. 10.

*Niveosque ad frena Quirites.*

Non me laet totam civitatem candidis vestibus incessisse quoties solemnitate privatam, aut festum publicum inditum peragerent. *Porphyrionem* lege ad illud *Q. Horatii* lib. 2. sat. 2.

*Ille repotia, natales, aliosque dierum*

*Festos, albusque celebret.*

Imo in ludis amphitheatralibus, aut scenicis, nullo discrimine habito, plebei juxta ac patricii candidati spectabant. *M. Martial.* lib. 4. epigr. 2.

*Spectabat modo solus inter omnes*

*Nigris munus Horatius lacernis,*

*Cum plebs, & minor ordo, maximisque*

*Sancto cum duce candidus sederet.*

*Compitalia* in hoc mense peragebantur; quorum origo à *Tarquinio Prisco* rege. *C. Plin.* lib. 36. cap. 27. cum in foco repente membrum genitale apparuisset. *Orcilia* regina *Tanaquilis* serva, & ancilla, ibi sedens, ex eo gravida facta est, sicque *Servium Tullium* natum ajunt, qui *Tarquinio* successit, cui postea infanti in regis adibus dormienti, cum caput ardere videretur, ex hoc creditur *Dei Laris* filius fuisse, quamobrem primus diis *Laribus compitalia* instituit. *Licet T. Livius* 1. *Decad.* lib. 1. *Servium Tullium* ex uxore *Servii Tullii Corniculi* principis, in expugnatione loci illius occisi, captiva facta natum; & lib. 2. captiva *Corniculæ* natum, patre nullo, matre serva, ingenio & virtute regnum obtinuisse asserat. Huic consentit *Valerius Maximus* lib. 1. cap. 6. *Eutropius* hist. Rom. lib. 1. L. *Sen.* lib. 3. *Controvers.* 9. Sed ipsa *Plinii* verba adseribamus: *Non præteribo & unum soci exemplum, Romanis literis clarum. Tarquinio Prisco* regnante tradunt repente in foco ejus apparuisse genitale è cinere masculini sexus, eamque, quæ insederat ibi, *Tanaquilis* regina ancillam *Orciliam* captivam consurrexisse gravidam. Ita *Servium Tullium* natum, qui regno successit, inde & in regia nubanti puero capere arsisse visum, creditumque *Laris familiaris* filium, ob id *compitalia*, & ludos primum *Laribus* instituisse, Anno igitur Urbis condita centesimo quinquagesimo exordium habuere *compitalia*, quæ longo temporum tractu per viciorum magistratos curata, & tandem etiam pene abolita, renovavit *L. Piso*, ut scripsit *Alconius Pedianus* in *Orationem* *Ciceronis* contra *Pisonem*: & post illum *Augustus*, teste *Suetonio* in eo cap. 31. *Nonnulla etiam ex antiquis ceremoniis paulatim abolita restituit, ut saluti augurium, Diale flaminium, sacrum impercale, ludos sæculares, & compitalia.* Sed sacri ipsius ritum prosequamur.

Meminerit *Scriptores* varii, præter eos, quos alii nominaverunt, adde *M. Tullium* lib. 7. ad *Atticum* epist. 7. *Ego, quoniam 4. Non. Januariæ compitalitius dies est, nolo eo die in Albanum venire molestus familia, veniam 3. Non. Jan. in margine adscriptum, in Albanum venire, ne molestus sim familia.* Sed parvi interest. *Junius Philargyrus* ad v. 38 l. lib. 2. *Georgicon* *Virgilianorum*. *Compita, ut relatio . . . placet, locus ex pluribus partibus in se, vel in easdem partes ex se, via atque itinere dirigenis, sive is cum ara, sive sine ara, sive sub tecto, sive sub dæco sit, ubi pagani agrestes buccina convocati, solent certa inire concilia. Hinc & Laris compitalitii & servæ compitalitii.* *M. Cato* *Rei Rusticæ* c. 5. *Rem divinam nisi compitalibus in compito, aut in foco ne faciat.* Per *Servios*, non vero *ingeniosos*, hæc sacrificia peracta; alii, ne explicaremus, effecerunt, erudite singula discutientes. Horum originem ad *Athenienses* vocat *Servius Honoratus*, *Thestida*, inquit, *Athenienses*, qui primi ludos instituerunt liberales, compita autem, unde ludæ compitalitii vocantur. Ipse *Virgilius* loco laudato.

*Pramique ingentes pagos, & compita circum*

*Thestida posuere, atque inter poula læti*

*Molibus in pratibus molles saliere per utres.*

Huc etiam viri docti trahunt illud ejusdem *Virgilii* *Ecloga* 5.

*Poula bina novo spumantia lacte quotannis,*

*Craterisque duos statnam tibi pinguis olivi,*

*Et multo in primis hilarans convivia Baccho,*

*Ante secum, si frigus eris; si messis, in umbra.*

*M. Mar-*

M. Martial. lib. 3. epigr. 59.

*Cingunt serenum lactei focum verne,  
Et larga festos lucret ad Lares stiva.*

Neque vero itato aliquo, aut præscripto die recurrebant compitalia, ut cæteri dies festi, sed interdum bis terve singulis, ut liquet ex loco C. Suetonii proxime supra laudato. Addendus D. Antonius Eidylio 25.

*Et nunquam certis redeventia festa diebus,  
Cum sua per viros compita quisque colit.*

Cato proxime supra, aram Larium, cui imponebatur sacrificium, appellat focum, ut & ejusdem operis cap. 143. Coronam in focum indat, per eosque dies Lari familiari pro copia supplices. Helenius Acron ad Oden. 2. Epodon Horatii; Ara deorum Penatum est focus. Porphyrio. Diis Penatibus sacer est focus. Quo in sensu passim poetæ. P. Ovid. lib. 3. Fastor.

*Decidit ante sacros lanæa vitæa focus.*

Alb. Tibull. lib. 1. eleg. 2.

*Nam feror incassum sedes adisse deorum,  
Sertaque de sanctis diripiisse focus?*

Accius Plautus Aulularia act. 2. sc. 5.

*Hec imponentur in focum nostro Lari,  
Ut fortunatus faciat grata nuptias.*

Serv. ad illud 12. Æneid.

*In mediisque focus.*

Sext. Aurel. Propert. lib. 4. eleg. 6. qui versus Josepho Scaligero frustra anigma videtur.

*Costum molle date, & blandi mihi thuris honores,*

*Terge focum circa lanæus orbis eat.*

Quis enim nescit Ovidium lanæam vitam, Propertium lanæum orbem dixisse, quod lana, ut ex Plinio notissimum est, familiare maxime indumentum subministraret, & ob id diis familiaribus, Laribus, eam maxime convenire. C. Plin. lib. 21. cap. 3. Coronæ deorum honores erat, & Larium privatorum publiciorumque, ac sepulchrorum, ac munium. Adde supernumerarios testes ipsum Propertium lib. 3. eleg. 5. ex quo liquet coronam hanc lanæam in expiatoriis & magicis sacris receptissimam.

*Et strigis inventa per busta jacentiæ pluma,*

*Cinctique sancto lanæa vitæa viro.*

Scio & in pharmaceutria Virgiliana idem positum. Sic enim ille:

*Affer aquam, & molli cinge hæc altaria vitæa.*

Nisi forte ex fide MS. codicis corrigere placet locum illum, hoc patio (ut non sit difficile intelligere nihil aliud à poeta deliquari, quam aram deorum Larium corona ornata.)

*Torque focum circum lanæus orbis eat.*

Ut sit imetus, circumeat, id est, coronet, cingat. Vel ipso Propertio auctore lib. 3. eleg. 5.

*Rusticus hæc aliquis tam turpia prælia quarat,*

*Cujus non hederæ circumiere caput.*

Porro compitalia dicebantur Laribus devota solemnia, quod in compitis, seu itineribus publicis Lares colerentur, viarum, non tantum familiarum præfides, seu domuum privatarum. At nob. libro 3. contra gentes: Possumus, si videtur, & summam aliquid de Laribus dicere, quos arbitratur vulgus vicorum atque itinerum Deos esse, ex eo quod Græci nominant Λαῖσας. Ovid. lib. 2. Fastor.

*Geminusque parit, qui compita servant,*

*Et vigilans nostra semper in ade Lares.*

Plaut. in Mercatore act. 5. sc. 2.

*Vos Lares viales ut me bene juvetis.*

Et forte iidem sunt, quos viales Deos & penates appellat Servius, ad illud l. 3. Æneid.

*Jastusque pater, genus à quo principe nostrum.*

Erant namque alii Lares domestici, ut monui, qui suorum curam sortiti, pacato & quieto numine domum possidebant, ut loquitur Apulejus libro de Deo Socratis. Et meminit Suetonius in Caligula cap. 5. Et familiarem Larum, ideo vocat Catilina apud Salustium, Tertullian. Apologet. cap. 12. Plutarchus problemat. Rom. cap. 51. Alii vero urbani, sive ipsius Urbis custodes. P. Ovid. l. 5. Fastor.

*Stant quoque pro nobis, & præsent manibus Urbis,*

*Et sunt præsentis, auxiliumque ferunt.*

M. Lucan. l. 1. Pharsaliæ, in recensione prodigiorum, quæ bella civilia præcesserunt:

*Urbisque laborem*

*Tectatos sudore Lares.*

M. Martial. l. 3. epigr. 31.

*Urbanique tenent præditi culta Lares.*

Hos putavit Turnebus l. 29. Advers. cap. 13. Hostilios dici, quod ab Urbe, quam protegebant, hostes subinverent. Festus Pompejus l. 8. Hostilii Laribus immolabant, quod ab his hostes arceri putabant. Sext. Propert. l. 3. eleg. 2.

*Hannibalemque Lares Romana sede fugantes,*

*Anseris & tutum voce fuisse Jovem.*

Sed opportunius erit alibi de Larium sacrificiis, origine, superstitione varia differere. Interim ad id doctissimum Pithæum, l. 1. Subscivor. c. 9. Andream Tiraquell ad Alexandrum Neapolitanum l. 6. Genial. dier. c. 4. & c. 19. ad alia jam pergo.

## CAPUT X.

## De mense Junio, &amp; diebus in eo festis.

DE hoc mense ita scribit Macrobius libro Saturnaliorum 1. cap. 12. Junius Majum sequitur, aut ex parte populi (ut supra diximus) nominatus, aut (ut Cingius arbitratur) quod Junonius apud Latinos antè vocitatus, diuque apud Arinicos, Prænestinosque hac appellatione in Fastos relatus sit: adeo ut (sicut Nisus in Commentariis Faistorum dicit) apud majores quoque nostros hæc appellatio mensis diu manserit: sed post, detritis quibusdam literis, ex Junonio Junius dictus sit. Nam & ædes Junoni Monetae Kalend. Junii dedicata est. Nonnulli putaverunt Junium mensem à Junio Bruto, qui primus Romæ Consul factus est, nominatum: quod hoc mense, id est, Kalendis Junii, pulso Tarquinio sacrum Carna Dea in Cœlio monte voti reus fecerit, &c. Hæc Macrobius quibus verbis triplicem hujus appellationis rationem indicat, vel, quod dictus sit Junius à junioribus, sicut Majus à majoribus: vel à Junone, vel à Junio Bruto, primo Romanorum Consule. Priores duas causas etiam Ovidius agnoscit. Quod enim à Junone dicatur, ipsamet Juno multis versibus Ovidium docet ita exorsa, VI. Fastor. v. 25.

*Ne tamen ignores, vulgique errore trabaris,*

*Junius à nostro nomine nomen habet. Et post:*

*Nec tamen hunc nobis tantummodo præstat honorem*

*Roma, suburbani dant mihi munus idem.*

*Inspice quos habeat nemoralis Aricia Fastos,*

*Et populus Laurens Laviniumque meum.*

*Est illic mensis Junonius, aspice Tybur,*

*Et Prænestina mœnia sacra Dea.*

*Junonale leges tempus, nec Romulus illas*

*Condidit, at nostri Roma nepotis erat.*

Sic etiam *Festus*: Junium mensē dictum putant à *Junone*, iidem ipsum dicebant *Junonium*, & *Junonialem*. De altera causa, quam *Macrobius* priori loco recitat, *Ovidius* paulo aliter scribit. Inducit enim *Heben*, *Herculis* uxorem, quæ eadem *Juventis* est, contendentem, a suo nomine hunc mensē appellationem accepisse, idque duplici ratione: vel propter maritum *Herculem*, qui bene meritus de ea regione sit, ubi postea condita est Roma, quod eam *Caci* latrocinis expurgarit. vel propter *Juvenes*, alteram populi partem, quibus ea præsit. Verba *Hebes* apud *Ovidium* sunt, vi. *Fast.* v. 77.

*Quid grave, si titulum mensis, Romane, dedisti*

*Herculis uxori, posteritasque memor?*

*Hæc quoque terra aliquid debet mihi nomine magni*

*Conjugis, huc captas appulit ille boves. &c.*

His etiam aliam addit rationem, qua dictum *Junium* putat, quasi *Unium* sive *Jungium*, à *Junis* Romulo & *Tatio* Sabinorum Rege. Sic enim apud ipsum:

*Hæc ubi narravit (Concordia) Tatium fortemque*

*Quirinum.*

*Binaque cum populis regna coisse suis.*

*Et lave communi soceros, generosque receptos,*

*His nomen junctis Junius, inquit, habet.*

*Joannes Goropius Becanus* in *Croniis* auctor est, *Junium* mensē à favore nominatum, quod in eo favorem terræ sentire incipiamus, fructibus jam se ad edendum offerentibus: dici autem *Junium* quasi *Cunium*, à Germana voce *Zungen*, vel *Gunnen*, quod Latinis *favere* significat. Hic mensis, qui in *Mercurii* tutela erat, ex *Romuli* & *C. Julii Cæsaris* xxx. ex *Numæ* autem *Pompilii* constitutione xxix. dierum fuit.

### De diebus mensis Junii festis.

H. K. *Jun. N.* Hoc est, *Kalendæ Junii, Nefastus*. Hic nullius diei festi, aut sacri hoc die peracti, sicut mentio in *Kalendario*.

VI. *Nonas Junias*, qui est dies ejus mensis secundus, ferix erant *Martis, Carna, Moneta*: quarum ita meminit *Kalendarium*, quod à *Paulo Manutio*, & *Huberto Goltzio* in lucem datum est. Illud enim, quod *Benedicto Aria* curante editum est, de iis nihil habet.

A. F. *Mar. Car. Monet.* Hoc est, *Ferix Marti, Carna, Moneta*. Ab *Ovidio* & *Macrobio* hæc sacra ad *Kalendas Junii* referuntur.

De *Martis sacro*, quod *Kalendis Junii* in templo extra portam *Capenam* peractum fuerit, ita *Ovidius*:

*Lux eadem Marti festa est, quem prospicit extra*

*Appositum testæ portæ Capenæ via.*

De sacrificio *Carnæ* Deæ *Macrobius* lib. 1. *Saturn.* cap. 12. cum monuisset, alios scripsisse, *Junium* mensē à *Junio* Bruto, primo post exactos Reges Consule, dictum, causam hanc subjicit: quod scilicet in hoc mense, id est, *Kalendis Junii*, pulso *Tarquinio*, sacrum *Carna Dea* in *Cœlio* monte voti reus fecerit. Hanc, inquit, *Deam* vitalibus humanis præesse credunt. Ab ea denique petitur, ut jecinora, & corda, quæque sunt intrinsecus viscera, salva conserver. Et quia cordis beneficio, cujus dissimulatione *Brutus* habebatur idoneus emendationi publici status, exiit, hanc *Deam*, quæ vitalibus præest, templo sacravit. Cui pulte *fabaria*, & *lirido* sacrificatur, quod vires maxime his rebus corporis roborentur. Nam & *Kalendæ Junia Fabaria* vulgo vocantur: quia hoc mense adultæ fabæ divinis rebus adhibentur. Hactenus *Macrobius*. *Ovid.* l. vi. *Fast.* cum multa de hac *Dea* dixisset, quænam illa fuerit, & quod ejus munus sit, quæ apud *Ovidium* vi. *Fast.* v. 169. ipse leges, paulo aliam ejus cultus rationem, atque *Macrobius* annotat, cujus versus hi sunt:

*Pinguia cur illis gustentur larda Kalendis,*

*Mixtaque cum calido sit faba farre, rogas?*

*Prisca Dea est, aliturque cibis, quibus ante solebat,*

*Nec petit adscitus luxuriosa dapes. &c.*

De consecratione templi *Junonis Moneta* idem *Ovidius*:

*Arce quoque in summa Junoni templæ Monetæ*

*Ex voto memorant facta, Camille, tuo.*

Et *Macrobius* in verbis, quæ paulo ante à nobis citata sunt: nam & ædes *Junoni Moneta* *Kalendis Junii* dedicata est.



Hoc eodem die & *Tempestatum delubrum* consecratum, de quo Ovid.

*Te quoque Tempestatum meritam delubra fatemur,  
Cum pane est Corsis obruta classis aquis.*

Pridie Nonas Junias sacrum fiebat *Bellona*, cui eo die templum consecratum erat, *Ovidio* teste, cujus hæc sunt verba, vi. *Fastor.* v. 199.

*Mane ubi bis fuerit, Phœbusque iteraverit ortus,  
Factaque erit posito rore bis uda seges:*

*Hac sacrata die Thusco Bellona duello*

*Dicitur, & Latio prospera semper adest. &c.*

Quibus vero ceremoniis sacerdotes ejus sacrum ipsi fecerint, pluribus exposui lib. 2. cum de *Bellona* agerem, quæ hinc repetet.

Eodem die etiam *Herculi ædes* in Circo posita est: de qua *Ovidius*:

*Altera pars Circi custode sub Hercule tuta est:*

*Quod Deus Euboico carmine munus habet.*

Nonis Junii sacrum fiebat *Deo Fidio*, de quo *Ovidius*, v. 213.

*Quarebam Nonas Sancto Fidione referrem,*

*An tibi Semo pater: tunc mihi Sanctus ait:*

*Quicumque ex istis dederis, ego munus habebō,*

*Nomina terna fero, sic voluere Cures.*

*Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini,*

*Inque Quirinali constituere jugo.*

VII. Id. Junii piscatorii ludi peragebantur, quorum sic meminit *Ovidius*, *ibid.* v. 235.

*Tertia post Nonas removere Lycaona Phœbe*

*Fertur, & à tergo non habet Ursa metum.*

*Tunc ego me memini ludos in gramine campi*

*Aspicere, & dici lubricæ Tibri tuos.*

*Festa dies illis, qui lina madentia ducunt,*

*Quique tegunt parvis aræ recurva cibus. &c.*

Festus: *Piscatorii ludi* vocantur, qui quotannis mense Junio trans Tiberim feri solent à Prætoribus urbano pro piscatoribus *Tiberinis*, quorum quæritus non in macellum pervenit, sed fere in aream *Volcani*, quod id genus pisciculorum vivorum datur ei Deo, pro animis humanis.

VI. Idus Junii sacrum fiebat *Menti* in *Capitolio*, cui eo die ædes consecrata. Sic enim *Kalendarium*:

#### G. N. MENTI IN CAPITOLIO.

De æde *Mentis*, quo tempore, qua causâ, & à quibus vota & consecrata sit, lib. secundo ex *Livio* docuimus. *Ovidius*, vi. *Fast.* v. 241.

*Mente quoque numen habet, Mentis delubra videmus*

*Vota metu belli, perfide Pœne, tui.*

*Pœne rebellabas, & letho Consulis omnes*

*Attoniti Mauras pertimere manus. &c.*

V. Idus Junii feriæ erant *Vestæ*, quarum sic meminit *Kalendarium*: H. VEST. N. FER. VESTÆ, quod sic interpretantur, *Vestalia*, *Nefastus*. *Feria Vestæ*.

*Vestales dies*, inquit *Varro*, ut virgines *Vestales Vestæ* sacrificent. *Sext. Pompejus Festus*. *Penus* vocatur locus intimus in æde *Vestæ*, tegetibus septus, qui certis diebus circa *Vestalia* aperitur. Ii dies religiosi habentur, &c. De sacrificio *Vestæ* diximus supra. Hoc autem die, cum convivia passim ante focos agerentur, cibi etiam virginibus *Vestalibus* à civibus mittebantur *Deæ Vestæ* libandi; & asini, floribus coronati, atque è pane veluti monilia quædam gerentes, circumducebantur per Urbem: molæ item fertis & floribus ornabantur & quiescebant: quarum ceremoniarum & rituum causas *Ovidius* diligenter inquirat & explicat, videlicet, quod olim nullus molarum usus fuerit, sed farra solummodo in furnis *Vestæ*, hoc est ignis beneficio torreri consueverit, indeque mos servatus fuerit, ut hoc die, & foci & *Domina focorum*, quæ *Vestæ* est, à pistioribus colerentur: & asini, qui scilicet primis temporibus *Vestæ* beneficio immunes à circumagendis molis essent, cum nullus earum *Romæ* usus esset, vacarent & feriantur. Cur autem iidem asini floribus coronati panes ex collo dependentes gestare solerent, hanc rationem affert, quia scilicet asini *Sileni* clamore, *Vestæ* è somnis excitata, insidias & *libidinem Priapi* effugisset. Sed præstat *Ovidii* versus recitare. Sic ergo scribit, vi. *Fast.* v. 305.

*Ante focos olim scammis considerare longis*

*Mos erat, & mensæ credere adesse Deos:*

*Nunc quoque, cum sunt antiqua sacra Vacunæ,*

*Ante Vacunales stantque sedentque focos.*

*Venit in hos annos aliquid de more vetusto,  
Fert missos Vesta pura patella cibos. &c.*

*Vestales* matronæ nudis pedibus ad *Vesta* templum ibant, cujus moris causam hanc affert *Ovidius*, quam se a matrona quadam accepisse dicit, quod olim ea parte lacunæ fuissent, ita ut sicco pede templum adiri non potuerit: nudis igitur pedibus matronas accessisse, id quod & postea, siccatis jam lacunis in memoriam vetustatis observarint. *Ovidii* versus, quia multi sunt, non libet adscribere.

Hoc etiam die, sive, ut aliis placet, præcedenti, *Fovi Pistori* ara in Capitolio posita est: de qua *Ovidius* pluribus versibus, quos ab ipso petes. *Lactantius*: Quo tempore Galli Capitolium obfidebant: *Fovi Pistori* ara posita fuit, quod Romanos Duces in quiete monuisset, ut ex omni frumento, quod haberent, panem facerent, & in hostium castra jactarent, eoque facto soluta est obsidio, desperantibus Gallis, inopia subigi posse Romanos. Vide etiam *Plutarchum*, & alios.

Hoc die *D. Junius Brutus* ulteriorem Hispaniam subegit, & *M. Crassus* cum exercitu à Parthis cæsus est, de quibus præter *Ovidium*, epitome *Livii* l. 56. & 106. *Appianus* in Parthico, *Plutarchus* in *M. Crasso*, & *Justinus* lib. 41. & 42. Inprimis *Carolus Sigonius* in *Fastorum Commentariis*.

III. Idus Junii *Matralia* erant, quorum sic meminit *Kalendarium*:

B. Matr. N. Hoc est, *Matralia*, Nefastus.

*Matralia* matris *Matutæ* festa, inquit *Festus*. Quæ fuerit *Mater Matuta*, lib. 2. harum *Antiquitatum* exposuimus. Ritus sacrorum hujus *Deæ* hic erat: aditu templi ejus servæ prohibebantur, unam duntaxat matronæ introducebant & colaphos genis ejus infligebant: quod fieri ex æmulatione hujus *Deæ* adversus maritum *Plutarch.* arbitratur. Cum enim suspicata ea esset, maritum amare ancillam, in infaniam prolapsa filium perdidit, unde hic ritus servatus, ut ancilla profus ab ejus sacro arcerentur. In hujus etiam *Deæ* sacrificio, matrona sororum liberos pro suis in ulnas accipiebant, eisque bona precabantur. Denique ea agebant, quæ *Bacchi* nutricibus, & casui, in quem *Ino* propter pellicem venit, convenirent. *Plutarch.* in *Camillo*, item in *Quæstionibus Romanis*, quæst. 16. & 17. Libum, quo ei sacrum fiebat, *testuatium* dicebatur, attestante *Varrone*, qui libro 4. de *Lingua Latina* sic scribit: *Testuatium*, quod in testu caldo (vel, ut alii legunt, *testa calda*) coquebatur: ut etiam nunc *Matralibus* id faciunt matronæ. De hujus *Deæ* sacris ita *Ovidius*, vi. *Fastor.* v. 475.

*Ite bona matres, vestrum Matralia festum,  
Flavaque Thebana reddite liba Deæ.*

*Pontibus & magno juncta est celeberrima Circo  
Area, qua posito de bove nomen habet. &c.*

Et paulo post v. 529.

*Hospita Carmentis fidos intrasse Penates  
Diceris & longam deposuisse famem.*

*Liba sua properata manu Tegeæa sacerdos  
Traditur, & subito cocta dedisse foco.*

*Nunc quoque liba juvant festis Matralibus illam:  
Rustica sedulitas gratior arte fuit.*

Et rursum v. 551.

*Cur vetet ancillas accedere, quaritis? odit,  
Principiumque odii, si sinat ipsa, canam.*

*Una ministrarum solita est, Cadmea, tuarum  
Sape sub amplexus conjugis ire tui, &c.*

Eodem die *P. Rutilius Consul* cum *L. Julio Cesare*, anno U. C. lxxlxiiv. in bello *Marsico*, sive *sociali* periit, epitoma *Livii* lxxiii. *Appianus* l. i. *Bellorum civilium*. Erat hoc die etiam festum *Fortuna* (*Seja* scilicet, ut *Antonius Famenus* arbitratur, de qua nos supra diximus) in cujus templo signum erat *Servii Tullii* Regis toga contestum, cujus rei causas *Ovidius* inquirens, tres recitat, vel quod *Servius* à *Fortuna* amatus sit, ac deinde *Deam* puduerit homini succubuisse, ideoque velatum voluerit ejus simulacrum: vel, quod *Servii* morte confusa plebs mœrore, & desiderio amissi Regis: cum imaginem ejus intuens, à lacrymis temperare non posset, eam velaverint, ut lacrymis modum adhiberent: vel, quod ipsi manes *Servii* voluerint simulacrum istud tegi, ne aspicere cogereur sceleratam filiam *Tulliam*. Idem simulacrum, orto aliquando incendio, & crematis, consumptisque reliquis omnibus, quæ in eo templo asservabantur, solum nulla accepta labe permansisse, *Ovidius* & *Dionysius* scribunt. De hoc *Fortuna* festo, & *Servii* in ejus *Deæ* templo simulacro, ita *Ovidius*, vi. *Fast.* v. 569.

*Lux eadem, Fortuna, tua est, auctorque locufque.*

*Sed superinjectis quis latet ade togis?*

*Servius est: hoc constat enim, sed causa latendi  
Discrepat, & dubium me quoque mentis habet. &c.*

Et infra de Tullia ingressa templum Fortunæ à parente constructum loquutus, hæc subjicit, v. 613.

*Signum erat in folio residens sub imagine Tulli,*

*Dicitur hoc oculis opposuisse manum.*

*Et vox audita est, vultus abscondite nostros,*

*Ne nata videant ora nefanda mea. &c.*

Eodem etiam die Concordiæ ædes à Livia constructa, & dedicata est, de qua nos libro secundo diximus. Ovidius, vi. Fast. v. 637.

*Te quoque magnifica, Concordia, dedicat æde*

*Livia, quam charo prestitit illa viro.*

*Disce tamen veniens atas, ubi Livia nunc est*

*Porticus, immensa tella fuere domus. &c.*

Idibus Junii ædes Jovi invicto consecrata & dedicata fuit, de qua sic Ovidius:

*Idibus invicto sunt data templa Jovi.*

Iisdem erant *Minuscula Quinquatrus*, de quibus ita scribit Varro libro quinto de Lingua Latina. *Quinquatrus Minuscula* dictæ Junii Eidus, ab similitudine majorum, quod tibicines tum feriat per Urbem vagantur, & conveniunt ad ædem Minervæ. *Festus*: *Minuscula Quinquatrus* appellabatur Idus Junii, quod is dies festus erat tibicinum, qui Minervam colebant. De origine rituum, quia *tibicinibus Quinquatribus* hisce minusculis observantur, ita *Livius* libro nono. Ejusdem (inquit) anni rem dicta parvam præterire, nisi ad religionem visa esset pertinere. Tibicines prohibiti à proximis *Censoribus* erant in æde Jovis vesci, quod traditum antiquitas erat. Ægrè passi Tibur uno agmine abierunt, adeo ut nemo in Urbe esset, qui sacrificiis præcineret. Ejus rei religio tenuit Senatam, legatosque Tibur miserunt, ut darent operam, ut hi homines Romanis restituerentur. *Tiburtini* benigne polliciti, primum accitos in curiam hortati sunt, ut reverterentur *Romam*; postquam percelli nequibant, consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum, eos aggrediuntur. Die festo alii alios per speciem celebrandarum cantu epularum causa invitant, & vino, cujus avidum ferme genus est, oneratos sopiunt, atque ita in plaustra somno vincos conjiciunt, ac *Romam* deportant, nec prius sensere, quam plaustris in foro relictis, plenos crapula eos lux oppressit: tunc concursus populi factus, impetratoque ut manerent, datum, ut triduum quotannis ornati (vestibus scilicet floridis & muliebribus, & capite personis tecto, quod *Valerius* & alii tradunt) cum cantu, atque hac, quæ nunc solemnibus licentia, per Urbem vagarentur, restitutumque in æde vescendi jus iis, qui in sacris præcinerent. Hæc *Liv.* Eadem *Valer. Maximus* libro secundo, capite quinto. *Plutarch.* in *Quæstion. Romanis*, quæst. 57. & *Ovidius* libro sexto *Fastorum* paulo aliter hæc narrat. *Quin* etiam *Plutarchus* hunc ritum Idibus Januariis observatum fuisse scribit; non recte opinor. Versus Ovidii sunt; vi. *Fastor.* vers. 651.

*Et jam quinquatrus jubeor narrare minores,*

*Nunc ades, o captis, flava Minerva, meis:*

*Cur vagus incedit tota tibicen in Urbe?*

*Quid sibi persona, quid toga longa volunt. &c.*

XVII. Kalend. Julias, sive *Sextiles*, qui est dies mensis Junii xv. in Calendario notatus est. *Q. St. D. F.* hoc est, *Quando stercus delatum fas.*

Dies qui vocatur sic: *Quando stercus delatum fas* (inquit *Varro* libr. 5. de Lingua Latina) ab eo appellatus, quod eo die ex æde Vestæ *stercus* everratur, & per Capitolinum clivum in locum deferatur certum. *Festus*, quemadmodum *Josephus Scaliger* restituit, *Quando stercus delatum fas*, eodem modo in *Fastis* notatus dies, per talis est, ut ædes Vestæ purgetur, *stercus*que in clivum Capitolinum deferatur, cum id factum sit, tum est Prætori fas. Idem in voce *Stercus*; *Stercus* ex æde Vestæ xvii. Kalendas Julias deferatur in angiportum medium fere clivi Capitolini, qui locus clauditur porta *stercoraria*. Tantæ sanctitatis majores nostri esse judicaverunt. *Ovidius* vi. *Fastor.* vers. 711.

*Tertia lux veniet, qua tu Dodona Thyene*

*Stabis Agenorea fronte videnda bovis,*

*Hæc est illa dies, qua tu purgamina Vestæ*

*Tibri per Etruscas in mare mittis aquas.*

XIV. Kalend. Julias, sive *Sextiles*, Palladi in Aventino sacrum fiebat, de quo *Ovidius*, vers. 725.

*Jam sex, & totidem lucas de mense supersunt,*

*Huic unum numero tu tamen adde diem.*

*Sol abit è Geminis, & Cancri signa rubescunt,*

*Cæpit Aventina Pallas in arce coli.*

Sequenti die, qui est xiiii. Kalendas Julias, *Summano* templum positum fuit: de quo idem *Ovid.* v. 729.

*Jam tua, Laomedon oritur nurus, orta que noctem*

*Pellit, & è pratis cana pruina fugit.*

*Reddita, quisquis is est, Summano templa feruntur,*

*Tunc cum Romanis, Pyrrhe, timendus eras.*

IX. Kal. Julius, *Dies ater* erat, quod Ovidius his versibus notat, VI. Fastor. vers. 763.

*Non ego te, quamvis properabis vincere, Caesar,  
Si vetat auspiciis, signa movere velim.  
Sunt tibi Flaminius, Thrasydenaque littora testes,  
Per volucres aquos multa monere Deos.  
Tempora si veteris quaris temeraria damni,  
Quartus ab extremo mense bis ille dies.*

Historiam illam, quam Ovidius indicat, lege apud Livium lib. 22. Val. Maximum lib. 1. cap. 6. de Prodigiiis, & Plutarchum in Fabio.

IX. Kalend. Julius Syphax à Masinissa superatus: item Hasdrubal ductu M. Livii Consulis; & opera Claudii Neronis collegæ cæsus est: de quibus vide Livium, Plutarchum, Polybium, & Caroli Sigonii Commentarios Fastorum. Ovidius:

*Postera lux melior, superat Masinissa Syphacem,  
Et cecidit telis Hasdrubal ipse suis.*

Eodem die festum erat *Fortis Fortuna*: de quo sic Varro lib. 5. de Lingua Latina: *Dies Fortis Fortuna* appellatus à Servio Tullio Rege, quod is sanum *Fortis Fortuna* secundum Tiberim, extra urbem, dedicavit Junio mense. Donatus in Phormionem Terentii, hanc ædem trans Tiberim fuisse scribit, quo & pedibus iri per pontes, & per fluvium lintribus vehi poterat. Colebant *Fortem Fortunam*, & hunc diem festum agebant ii, qui arte aliqua vivebant: unde Columella ad olitores:

*Et celebres Fortis Fortuna dicite laudes.*

Naves item coronatæ per Tiberim convivia agitabant. Ovidius: VI. Fast. vers. 773.

*Quam cito venerunt Fortuna Fortis honores!  
Post septem lucas Junius ætus erit.*

*Ite, Deam lati Fortem celebrate Quirites,  
In Tiberis ripa munera regis habet. &c.*

V. Kal. Julii templum dedicatum *Laribus*, ad quod habitabant puellæ, quæ coronas texere consueverant. Ovidius:

*Lucifero subeunte, Lares delubra tulerunt,  
Hic ubi fit docta multa corona manu.*

Eodem etiam die *Foris Statoris* templum conditum, de quo Ovidius:

*Templum idem Statoris erit, quod Romulus olim  
Ante Palatini condidit ora jugi.*

IV. Kalend. Julii templum in colle *Quirinali* dedicatum est. Ovidius:

*Tot restant de mense dies: quot nomina Parcis,  
Cum data sunt trabea templa, Quirine, tua.*

Pridie Kalendas Julius templum *Herculi & Musis* est consecratum, de quo idem Ovidius:

*Tempus Fuleis cras est natale Kalendis,  
Pierides cœptis addite summa meis:*

*Dicite Pierides, quis vos addixerit isti,  
Cui dedit invictas victa novæ manus.*

*Sic ego: sic Clio, clari monumenta Philippi  
Aspicias, unde trahit Martia casta genus.*

Plura de hoc *Herculis & Musarum* templo, sicuti etiam de templo *Quirini, Foris Statoris, Larium, Fortis Fortuna*, & aliorum, diximus lib. secundo, quæ hic repetantur. Atque de mense *Junio* hæctenus.

#### AD CAP. X. PARALIPOMENA.

*Bellona sacra, mos ejus sacerdotes initiandi, & qui Bellonarii.*

**I**N Junio Bellona placabatur à sacerdotibus suis, quos Bellonarios vocatos discimus ex Tertulliano, Arnobio, & aliis Criticis observantibus. Hanc autem inter deos communes collocat Servius ad v. 118. lib. 12. Æneid. *Dii communes sunt, ut alii dicunt, Mars, Bellona, Victoria, quia hi in bello utrique parti favere possunt, dii communes sunt qui æquos dicuntur, id est, qui cæcis certas non habent partes, sed generaliter à cunctis coluntur.* Contrarium illi numen erat *Pausas*; observat Turnebus lib. 15. adversar. cap. 21. quod *gnies & otium*, cui ille præest, bello adversetur. Arnob. lib. 1. *Qui Fannos, qui Fatuas, civitatumque Genios, qui Pausos reverentur, atque Bellonas.* Dicam latius de ejus templo in tractatu de Trium-

phis. Grammatici vel sororem Martis eam faciunt, Lucat. Placid. ad v. 155. lib. 5. Thebaid. Stacionæ, *Enyo, Bellona, Martis soror.* Velaurigam, Virgil. lib. 8. Æneid. v. 703. Stat. lib. 7. v. 71.

*Regit atra jugales*

*Sanguinea Bellona manu.*

Vel denique uxorem, quam suspicor *Nerinem* vocari apud A. Gellium lib. 13. Noct. Atticar. cap. 21. quod nomen indubie à *violentia & fortitudine*, cujus plurimus in bellis usus, descendit. M. Plaut. in Truculento:

*Mars peregre adveniens salutat Nerinem*

*Uxorem suam.*

Q. Ennius lib. 1. Annal.

*Nerine Mavortis.*

Supple, uxor, phrasi Græca, ut lib. 3. Æneid. simili sententiæ à Virgilio dictum:

*Hætoris Andromache Pyrrhin' connubia servas?*

Licinius Imbrex vetus Comicus, in Neara.

Nolo ego Nearam te vocent, sed Nericiem,

Cum quidem Marti es in conubium data.

Ejus etiam mentio apud M. Varronem in Satyra Menippæa, cui titulus *στιαυαχία*.

*Thama, & Peramus, Frunda, Celato, Pales,*

*Nericiens, Minerva, Fortuna, ac Ceres.*

Par illi in expeditionibus, atque ipsi Marti, potestas. Papin. l. 2. Tebaid. in fine:

*Nec magis arduentes Mavors, hastataque pugna*

*Impulerit Bellona tubas.*

Et lib. 4. ejusdem operis in limine:

*Prima manu vitulam de vertice Lariffæo*

*Ostendit Bellona facem.*

Depingebatur coma parsa, armata face, ut apparet ex Silio Italico l. 5. Punicor.

*Ipsa facem quætiens, ac flavam sanguine multo*

*Sparsa comam, medius acies Bellona pererrat.*

Aut falcem manu prætendebat. Claudian. l. 2. in Eutrop.

*Quid dudum inflare moraris*

*Tortaream Bellona tubam? quid stringere falcem*

*Quæ populos à stirpe metis?*

Altera manu clypeum gerebat. Idem de 4. Honorii consulatu:

*Jam trabem Bellona gerit, parmamque removit,*

*Et cælam.*

Mira imitandi ratio ejus mystas. Q. Tertullian. Apolog.

cap. 9. Hodie istic Bellona sacratus sanguis de femore profisso in palmulam exceptus, suis datur signatis. In impræ-

sis sic legitur, teste Jacobo Pamelio, ac melior mihi videtur lectio illa ex MS. in palmulam exceptus: est enim

verisimile, parmam adhibitam initiandis bellorum deæ sacerdotibus. Scio & aliter ab aliis hunc locum conceptum,

sacratus sanguis de femore profisso in palmulam exceptus, & suis datus, signat. Rectius meo judicio, & significantius

Minutius Felix in Octavio: Bellona servam suam haustu

crucoris humani imbuat.

Mansit & hic mos in omnibus ejus deæ solemnitatibus.

Lactantius Firmian. libr. 1. cap. 21. Eandem Bellonam

vocant, in quibus ipsi sacerdotes non alieno, sed suo errore sacrificant: scilicet namque humeris, & utraque manu, districtos

gladios exercentes, currunt, efferrunt, insanunt. Malim le-

gere, efferrantur, insanunt. Efferrari enim est ferre in mo-

dum debacchari. L. Apul. libr. 8. Milesiar. Insanis in-

guinitibus efferrantur. Vetus Scholiast. Juvencal. ad sat. 6. v.

105. Sergiolum nomine ex gladiatore adamavit, qui & lu-

dor dictus est, quia sit diu demoratus in ludo, qui, si re-

quiem gladiatura haberet, Bellonarium se fecerat, quo mos

est in talibus sacris lacertos suos secare. Inmunita postea hæc

consuetudo, & simulata tantummodo scilicet membrorum,

aut detruncatio retenta, vera abolita: colligo ex Elio

Lampridio in Commodio. Bellone servientes vere excicare

brachium præcepit, studio crudelitatis. Passim poetæ. M. Mar-

tial. l. 12. epigr. 57.

*Nec turba cessat entheata Bellona.*

Aurel. Prudent. in Romano martyre:

*Votivus & cum membra detruncat dolor.*

*Cultrum in lacertis operit fanaticus.*

Alb. Tibull. libr. 1. eleg. 6. eleganter & ambitiose facta

describit:

*Hæc ubi Bellona motu est agitata, nec acerræ*

*Flammam, non amens verbera torta timeret,*

*Ipsa bipenne suos cedit violenta lacertos,*

*Sanguineque effuso spargit inulta decem.*

*Statque latus præfixa verni, stat saucia pectus.*

In MS. Codice Achillis Statii legitur tertius versus non male:

*Ipsa bipenne suos cedit violata lacertos.*

M. Annaus Lucan. libr. 1. v. 565.

*Quos scilicet Bellona lacertis*

*Seva movet.*

Alludit L. Seneca Agamem. act. 1. in choro:

*Sequitur trisis*

*Sanguinolenta Bellona manu.*

Q. Horat. lib. 2. sat. 3.

*Hanc circumtonnit gaudens Bellona cruentis.*

Vaticinabantur hi Bellonarii stragem populorum, aut eversiones

urbium, & ubi semel concepto furore transcurrere cœpissent,

iis maxima fides habebatur. D. Juvenal. sat. 4. v. 124.

*Sed, ut fanaticus, æstro*

*Percussus, Bellona, tuo, divinat.*

Quintus Calaber Paralipomenon, lib. 8. v. 285.

*Αὐτῆς παραταχμὴν ἀμους,*

*Σαυτὲ πῶλῆτα ἕμους.*

## CAPUT XI.

## De mense Julio, &amp; diebus in eo festis.

IN explicatione Fastorum hæctenus fuimus prolixiores, cum multa nobis eo pertinentia suppeditaverit Ovidius in suis Fastorum libris, cujus auxilio jam destituti, erimus multis partibus breviores, cum præter vetus *Kalendarium* nihil, quo juvari possimus, habeamus. Quod igitur ad hunc, qui sequitur, mensem attinet, & qui in ordine septimus est, dictus is à primis temporibus fuit *Quintilis*, eo quod quintus esset à Martio, quem *Romulus* anni principium fecerat: quod nomen etiam tum, cum jam *Numæ Pompilius* reliquis decem mensibus à Romulo institutis, duos alios, *Januarium* videlicet, & *Februarium* addidisset, & *Januarius* primus anni mensis esset, retinuit. Postremis temporibus idem mensis *Julius* appellatus fuit à *C. Julio Casare*, qui eo mense natus ferebatur. Quæ omnia *Macrobius* lib. 1. Saturn. cap. 12. sic explicat. Sequitur *Julius*, qui, cum secundum Romuli ordinationem, Martio anni tenente principium, *Quintilis* à numero vocaretur, nihilominus tamen etiam post præpositos à Numa *Januarium*, ac *Februarium*, retinuit nomen, cum non videretur jam quintus esse, sed septimus. Sed postea in honorem *Julii Cæsaris* Dictatoris, legem ferente M. Antonio M. filio Cos. *Julius* appellatus est: quod hoc mense ad iv. Idus *Quintilis*, *Julius* procreatus sit. Hæc *Macrobius*. *Dio* quoque *Historiarum* lib. 44. cum honores Cæsari à Senatu decretos commemorat, addit & hoc, quod mensum, in quem Cæsaris natalis competebat, *Julium* cognominaverint. Idem *Suetonius* in ipsius vita, cap. 76. *Plutarchus* in Numa, & *Censorinus* de Die natali, tradunt. Festus: *Julium* mensum appellarunt, quod eo mense dicitur *Julius* natus. Factum hoc esse anno ab Urbe condita 1000. C. Casare v. Cos. cum M. Antonio, Sigonius ex eorum temporum historiis ostendit. Hic mensis, qui in tutela Jovis erat, semper xxxi. dierum fuit, uti ex iis, quæ initio hujus libri diximus, constat.

## De diebus mensis Julii festis.

Kalendis Juliis, sive *Quintilibus*, nullum festum in Calendario notatum est. Illud tamen de iis notatu videtur esse dignum, quod eo die *migrations ex adibus* apud veteres fieri consueverint, qui dies primus conductionum erat, uti ex *Cic.* libr. 2. epist. 3. ad Q. Fratr. *Suetonio* in Tiberio, & *Martiale* cognoscitur, qua de re multa ex Jurisconsultis quoque congestit & explicavit *Antonius Augustinus* libr. 4. Emendat. Atque opin. cap. 14. quem lege: item *Bevoldi* Comment. in *Suetonii* Tiberium, cap. 37.

III. Nonas *Poplifugia* fuerunt, quorum sic meminit *Calendarium*: B. P O P L I F. N. hoc est, *Poplifugium*, Nefastus.

Dies *Poplifugia*, inquit *Varro* libr. 5. de Lingua Latina, videtur nominatus, quod eo die repente tumultu fugerit populus. Non multo enim post hic dies, quam decessus *Gallorum* ex Urbe: & qui tum sub Urbe populi, ut *Ficulnæstes*, ac *Fidenates* & finitimi alii, contra nos conjurarunt. Aliquot hujus diei vestigia fugæ in sacris apparent, de quibus rebus *Antiquitatum libri* plura referunt. *Macrobius* libr. 3. Saturnal. cap. 2. de *Vitula Dæa*, quænam ea sit, loquutus, hæc subjicit: *Piso* ait *Vitulam*, Victoriam nominari. Cujus rei hoc argumentum profert, quod postridie Nonas Julias, re bene gesta, cum pridie populus à *Thuscis* in fugam versus sit (unde *Poplifugia* dicitur) post victoriam certis sacrificiis fiat *vitulatio*. *Plutarchus* in *Romulo* scribit, eum diem, quo *Romulus* fato concesserit, consternatum repentina Regis morte populum, *Fugam plebis* appellari, ac *Nonas Caprotinas*, sive *Capratinas*, eoque die Romanos ex Urbe ad *Capræ* paludem exeuntes sacrificare. Ad quod sacrum dum exirent, eos multa usitatorum nominum inclamare, veluti *Marci*, ac *Caji*, imitantes eam, quæ tum acciderat, fugam, ac mutuam invocationem cum timore ac tumultu factam. Quod etiam *Dionys.* lib. 2. tradit.

Pridie Nonas *Quintiles ludi Apollinares* celebrabantur, sic enim *Calendarium*: C. N. L U D I A P O L L I N. hoc est, Nefastus, *Ludi Apollinares*. De his sicut & de reliquis, qui sequuntur, dicemus libro sequenti.

*Nonis Quintilibus* item *ludi* celebrabantur, testante id *Calendario*, quod sic habet. D. N O N. N. L U D I. hoc est *Nonæ*, Nefastus. *Ludi*. Hæ *Nona* dicebantur *Nona Caprotina*, de quibus ita scribit *Var.* lib. 5. de Ling. Lat. *Nona Caprotina*, quod eo die in *Latio Junoni Caprotina* mulieres sacrificant, & sub caprifico faciunt, & è caprifico adhibent virgam. Ob hoc toga prætexta data eis. *Macrobius* libr. 1. Saturnal. cap. 11. *Nonis Julii* diem festum esse ancillarum, tam vulgo notum est, ut nec origo, nec causa celebritatis ignota sit. *Junoni* enim *Caprotina* die illo liberæ pariter, ancillæque sacrificant sub arbore caprifico, in memoriam *Benigna virtutis*, quæ ancillarum animis pro conservatione publicæ dignitatis apparuit, &c. Et postea, cum recitasset historiam de memorabili isto ancillarum Romanarum facto, quam nos libr. 2. cum de *Junone Caprotina* ageremus, ex *Macrobio* citavimus, hæc subjungit: Memor beneficii Senatus, omnes ancillas manu jussit emitti: dotemque eis ex publico fecit, & ornatum, quo tunc erant usæ, gestare concessit, diemque ipsum *Nonas Caprotinas* nuncupavit, ab illa caprifico, ex qua signum victoriæ ceperunt: sacrificiumque statuit annua solemnitate celebrandum, cui lac, quod ex caprifico manat, propter memoriam facti præcedentis adhibetur. *Plutarchus* in *Romulo* & *Camillo* duas diversas opiniones, cur hæ *Nona Caprotina* appellatæ & institutæ sint, recenset; quarum una est, quod hoc die *Romulus* apud *Capræ* paludem, concione habita repente tempestate orta, disparuerit: altera eadem est cum ista, quam modo ex *Macrobio* recitavimus. Inter alia hæc scribit: *Romani* facto in hostes inopinantes impetu, victoria potiti diem eum in rei memoriam festum celebrant: & à caprifico *Nona Caprotina* vocantur. Epulum autem præbent mulieribus extra Urbem, sub umbraculis ex ficuum frondibus contextis: servæque circumceuntes ludunt, deinde invicem se plagis, ac lapidum ictibus impetunt, quasi tum quoque Romanis in prælio adfuerint, pugnantibusque opem tulerint. Idem in *Camillo*: In memoriam facinoris istius, ancillarum solemnè illud festum agit. Primo enim confertim exeuntes, multa communium ac tritorum apud Romanos nomenclum, ut sunt, *Caji*, *Marci*, *Lucii*, & alia id genus inclamant, imitantes eam, quæ tum mutua inter properandum fuit, invocationem. Deinde ancillæ eleganti habitu circumceunt, locisque obvios impetunt: est & pugna inter ipsas, quo indicatur, tum quoque ipsas contra Latinos suis auxilio fuisse. Cum epulantur, sedent sub umbraculis ex ficulneis frondibus contextis: & diem *Nonas Caprotinas* nuncupant: nimirum à caprifico, à qua facem illam ardentem sustulerant. Hæc *Plutarchus*.

Sequentibus diebus quinque *ludi* fuerunt celebrati, de quibus libro sequenti agemus.

IV. Idus *Quintileis C. Jul. Caesaris* natalis fuit, uti initio hujus capituli meminimus.

III. Idus *Quintileis ludi Circenses* edebantur, de quibus postea.

Pridie Idus *Quintileis* ita notatur in *Calendario*: C. C. M E R K. hoc est, *Comitialis Merkatus*. Sic enim plerique interpretantur. *Hubertus Goltzius* in suo uberrimo Antiquitatis thesauro monet, considerandum esse, an non legendum sit *Merkurialis*, ita ut intelligatur *Mercurii* festum, sicut *Saturnalia Saturni*, *Vulcanalia Vulcani* festum appellantur. Durabant autem hi sive *Merkatus*, sive hæc *Merkurialis*, usque ad XIV. Kalend. Sextileis.

Eodem die ædes *Fortuna Muliebris* dedicata est, de qua præter alios Scriptores vide 2. Antiquitatum librum.

*Idibus Quintilibus* transvectio erat Equitum Rom. ab æde Honoris in Capitolium, de qua *Val. Maximus*. *Livius* lib. 9. extremo. Ab eodem (*Q. Fabio*) institutum dicitur, ut equites *Idibus Quintilibus* transserebantur. Ad quem locum annotat *Sigonius*, *Livium* videri id significare, de quo *Plutarchus* in *Pompejo*: ad sedentes in foro Censores, unumquemque equitem equum suum adduxisse, & de stipendiis legitimis confectis interrogatos, rationem iis reddidisse. Verum videtur errare. Non enim instituit *Q. Fabius* equites trabeatos *Idibus Julii* censeri, sed transvehi, sic nimirum: ut equites Rom. *Idibus Quintilibus* ab æde Honoris, equis insidentes, & olea coronati in Capitolium transfrent. Ita enim *Livium* & *Valerium* expresse interpretatus est *Aurelius Victor* (quem, libri de *Viris illustribus* auctorem, *Andreas Sebottus* prodidit) ubi de *Q. Fabio Rulliano* ad hunc modum legitur: Hic primus instituit, ut Equites Rom. *Idibus Quintilibus* ab æde Honoris, equis insidentes in Capitolium transfrent. Ex quo loco satis perspicuum est, non censentem Equitum instituisse *Fabium*, sed Equitum transvectionem quandam, quæ singulis *Idibus Quintilibus* ordinis totius equestris recognoscendi, probandique gratia fieri videtur consuevisse. Meminit hujus ritus etiam *Plinius* libro 15. capit. 4. his verbis: Oleæ honorem Romana majestas magnam præbuit turmas Equitum *Idibus Julii* ex ea coronando. Atque de hac Equitum transvectione loquitur *Suetonius*, cum ita de *Augusto* scribit: *Augustus* Equitum turmas frequenter recognovit, post longam intercapedinem reducto more transvectionis: sed neque detrahi quemquam in transvehendo ab accusatore passus est, quod fieri solebat, &c. Ad hanc transvectionem etiam *Ulpianus* respexisse videtur, negans eum, qui equo publico in Capitolium (sic enim legendum, non, in causa publica, ut vulgati libri habent) transvehitur, in jus vocari posse, capite 2. de in jus voc. Cujus loci, sicut etiam superiorum *Livii* aliquot, & aliorum explicationem debemus clariss. *Jac. Riccardo*, quem lib. 2. *Variorum*, cap. 15. de hac re legere poteris: ex quo etiam hæc fere omnia discipsumus. *Dionys. Halicarn.* lib. 6. paulo aliter de hoc ritu scribit, videlicet institutum eum esse in honorem *Castoris* & *Pollucis*, & in memoriam victoriæ, quam Romani ex bello cum Latinis populis quod gestum fuit A. V. C. cclvii. *A. Posthumio*, *T. Virginio* *Coss.* anno xiv. liberæ Reipublicæ reportarint, quamque *Castor* & *Pollux* equestri habitu, & equis vecti Romæ annuntiarint. Hæc enim sunt ejus verba: Ejus mirificæ apparitionis numinum in Urbe multa extant monumenta: in foro templum *Castorum* publice constructum, ubi visæ sunt eorum imagines, vicinusque fons numinibus his sacer dictus, & usque ad nostra tempora creditus: tum sacrificium splendidum, quod populus Rom. quotannis per primarios equestris ordinis *Idibus Quintilibus* peragit, qua die victoria hæc illi contigit. Præter omnia vero post sacrificium transvectio eorum, qui equos habent ex publico: qui per tribus & centurias distincti, ordine in equis vehuntur omnes, quasi e pugna redeant, coronati fronte oleagina, & togis palmatis amicti, quas vocant trabeas, initio pompæ factæ ab æde *Martis*, quæ extra Urbem sita est, & pertransientes cum cæteras Urbis partes, tum forum, ædemque *Castorum*, nonnunquam quinque virorum millia, gerentes quicquid donorum militarium acceperunt à ducibus: egregium sane spectaculum, dignumque imperii magnitudine. Hactenus *Dionysius*.

XVII. Kalendas Sextileis, dies atra *Alliensis* dicta: qui dies atrii sint, & cur sic appellati, supra ostendimus. Hic autem dies peculiariter *Alliensis* vocatus, quod eo die Tribuni militum legiones ad *Alliam* fluvium educentes à Gallis pugna victi sint, & Urbem amiserint. *Plutarchus* in Quæstionibus Romanis, quæstione 25. & in *Camillo*. *Livius* libro 5. *Macrobius* libro 1. *Saturnal.* cap. 16. *Cicero* epistola 5. libri 9. ad *Atticum*: Majores nostri functiorem diem esse voluerunt *Alliensis* pugna, quam Urbis captæ, quod hoc malum ex illo. Eodem die trecenti *Fabii* ad *Cremeram* in *Hetruria* cæsi feruntur. Auctor *Plutarchus*.

XIV. Kal. Sextileis *Lucaria* erant, de quibus ita *Kalendarium*: H. LUCAR. NP. MERCATUS: hoc est, LUCARIA, Nefastus primo, MERCATUS.

LUCARIA festa, inquit *Sext. Pompejus*, in luco colebant Romani, qui permagnus inter viam *Salariam*, & *Tiberim* fuit: pro eo, quod victi à Gallis fugientes è prælio, ibi se occultaverunt. *Varro* lib. 5. de *Lingua Latina*: *Lucaria* item à luce, quod propter lucem amissam is cultus institutus. Sic hunc locum restituit *Josephus Scaliger*, cum antea legeretur: *Ludere* item à luce, &c. *Festus* igitur à luco. *Varro* autem ab luce, hoc est, libertate amissa, *Lucaria* deducit.

XIII. Kalendas Sextileis LUDI VICTORIÆ CÆSARIS, quorum meminit *Suetonius* in *Augusto*, cap. 10. *Dio* lib. 45.

XII. Kalend. Sextileis *Lucaria* repetebantur, teste *Kalendario*, quod sic habet: B. LUCAR. LUDI. Hunc diem *Solinus* capite 35. ex sententia sacerdotum *Ægyptiorum* facit mundi natalem. Sed variæ sunt de eo veterum & recentiorum sententiæ ac disputationes, de quibus videre potes *Lilium Gyraldum* libro de anno, mensibus, ac diebus. *Hadrianum Junium Animadversorum* lib. 3. cap. 8. & alios multos.

X. Kalendas Sextileis *Neptunalia* erant, de quibus ita *Kalendarium*: D. NEPT. LUDI. hoc est, NEPTUNALIA, LUDI. De ludis dicemus suo loco.

NEPTUNALIA: inquit Varro lib. 5. de Ling. Lat. à Neptuno, ejus enim Dei feriz.

VIII. Kalend. Sextilis Furinalia erant, quorum ita Kalendarium meminit: F. FUR. NP. LUDI. hoc est, FURINALIA. Nefastus primo LUDI.

FURINALIA, inquit Varro lib. 5. de Ling. Lat. à Furina, quod ei Deæ feriz publicæ dies is, cujus Deæ honos apud antiquos. Nam ei sacra instituta annua, & flamen attributus: nunc vix nomen notum paucis. Festus: Furnalia, sive Furinalia, sacra Furina, quam Deam dicebant.

Sequentibus diebus LUDI IN CIRCO fuerunt editi, de quibus suo loco.

Quod Festus notat rutilas canes, id est, non procul à rubro colore, immolari, ut ait Attejus Capito, canario sacrificio pro frugibus, deprecanda sævitæ causa sideris Canicula, id videtur etiam ad hunc mensem referendum, licet dies ignoretur.

AD CAP. XI. PARALIPOMENA.

De Neptuno obiter pauca, & Neptunales ludi, seu feriz.

LICET omnia sint obvia, adscitibam tamen insignem locum Ammiani Marcellini libr. 17. Ideoque Neptunum humentis substantiæ potestatem Ennosigæon, & Sifichthona poeta veteres & Theologi nuncupaverunt. Vide Fr. Lindebrogium, ni me fallit memoria, ad illum locum, & Cælium Rhodig. l. 30. cap. 2. "Ενοςσιγαν, à σεία, quatio, est concussio, γαία, terra, unde εννοσιγαιος quasi terræ conquassator, appellatus. Interpretes Juvenalis ad sat. 10. v. 132.

Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigæum.

Alluit P. Virgilius l. 2. Æneid.

Neptunus muros, magnæque emota tridentis

Fundamenta quatit.

Homer. l. 13. Iliad. v. 59.

Γαίωχος, εννοσιγαιος.

Terram continens, terram quassans.

Quare non immerito commune illi cum Terra templum erat, ut ex Musæo apud Pausaniam noravit Marcellus Donatus in Dilucidationibus suis. Et ob id etiam quoties terra tremuisset, supplicationes decernebantur, feriz indiciebantur, de quibus paulopost dicam, justitium fiebat, dum sacra peragerentur, in-certo, neque nominato ulli numini, quia cum certum esse: terræ aliam, aliam maris potestatem esse, & tamen in tertæ motibus multum vitium causarumque aquam habere, nomen dii placandi silebant, ne unum pro alio nominantes, falsâ religione populum devincirent. Alian. var. hist. l. 6. cap. 76. Plato in Philebo. Clemens Alexandrin. libro 5. Stromat. Æschylus in Agamemnone, A. Gell. l. 2. cap. 28. & cum Lycophron eundem faciat Neptunum & Tritonem, puro rectè huc trahi posse versus Actii, seu Attii, seu Accii antiqui poetæ, apud M. Tullium l. 2. de Nat. Deor.

Aut forte Triton fuscina evertens specus,

Subter radices penitus undanti in freto

Molem ex profundo saxam ad cælum vomit.

In MS. codicè melius:

Aut forte Triton fuscina evertens specus.

Simile enim est illud Claudiani lib. 1. de Raptu Proserpinæ:

Putrida multivagis populatur fluitibus antra.

Falsam autem fabulam de equo ab illo producto, in contentione cum Minerva inita, de nomine Athenis imponendo, contra Servium ad principium lib. 1. Georgicon, ostendit Baptista Egnatius Racemationum cap. 8. & Palladem quidem

olivam, Neptunum vero non equum, sed fontem seu scaturiginem produxisse, quod confirmat Ovidius libro 6. fab. 1. Metamorph.

Stare Demæ pelagi, longoque ferire tridente

Aspersa saxa facit, metatque e vulnere saxi

Exituisse fretum, quo pignore vindictæ urbem.

Scio alios legisse aliter, & de equo intellexisse, Ferum.

Gravis est lapsus Placidii Lustratii ad l. 12. Thebaid. v. 633. Acropolim dicit artem Thebarum, de qua Neptuno & Minerva dicitur fuisse certamen, percussa Neptuno terra equum dedit, indicium belli, Minerva vero olivam, pacis insigne. Certe quod ille de arce Thebarum scribit, concursus antiquitatis consensus, tradidit de urbe Athenis. Theatetus libr. 4. Antholog. cap. 12. epig. 85.

\* Άλλοις ακροπόλιος.

Aliis summe arces.

Videatur Joan. Brodara ibid. Stadium ipsum audiamus loco laudato:

Celavit Geticos ripis Ilissus amores,

Ipse quoque in pugnas saccastur collis, ubi ingens

Lis Superbum, dubiis donec nova surgeret arbor

Rupibus, & longa refugium mare frangeret umbra.

De Neptunaliibus ludis, qui hoc mense celebrari solebant, Q. Flor. Terullian. lib. de spectacul. capite 6. Cui superstitionis utriusque generis ludi notaventur, Megalenses, & Apollinæres, item Cereales, & Neptunales, & Latiæres, & Florales, in commune celebrantur. Extat mentio in vetusto matmore, cujus fragmentum apponam.

FLAVIÆ. Q. F. SALUTI. CONIUGI. CHARISSIMÆ.

L. PUBLICIUS. ITALICUS. DEC. ORN. SIBI.

POSUIT. QUAM. IPSE. EXTRUXIT. DIE.

NEPTUNALIUM. PARENTIBUS.

SPOR.....

BINI. DIVIDERENTUR. ET. DECUR. XXVIII. SIVE.

...CENTENI. QUINQUAGENI. V. SOLITI.

ARCAM. PUBLICIORUM. FLAVIANI.

ET. ITALICI.

FILIORUM. ET. ARCAM. IN. QU. POSITA.

EST. FLAVIA. SALUTARIS. UXOR. EIUS. ROSIS.

DIE. XV. SACRIFICENT.

CAPUT XII.

De mense Augusto, & festis in eo diebus.

Sicut præcedens mensis Quintilis, ita hic Sextilis dictus est, quod sextus à Martio anni principe esset. Postea Augusto imperante, in ipsius honorem Augustus est appellatus: qua de re ita scribit Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. 12. Augustus deinde est, qui Sextilis antea vocabatur, donec honori Augusti daretur, ex Senatusconsulto, cujus verba subjeci: Cum Imperator Casar Augustus mense Sextili primum Consulatum inierit, & triumphos tres in Urbem intulerit, & ex Janiculo legiones deductæ, secutæque sint ejus



ejus suspicia ac fidem, *Ægyptus* hoc mense in potestatem populi Romani redacta sit, finisque hoc mense bellis civilibus impositus sit, atque ob has causas hic mensis huic Imperio felicissimus sit, ac fuerit, placere Senatui, ut hic mensis *Augustus* appelleretur. Item Plebiscitum factum ob eandem rem, *Sext. Pacubio* Tribuno plebem rogante. Hactenus *Macrobius*. Idem ferè Dio libro 55. tradit, his verbis: Menssem *Sextilem Augustum* nominavit: quod nomen cum alii Septembri, quo mense natus esset *Augustus*, indere vellent, ipse *Sextilem* prætulit, quod eo mense primum Consul factus, ac eo multis magnis præliis victoria potitus esset. Et *Suetonius* in Augusto, capite 31. Annum, inquit, à divo Julio ordinatum, sed postea negligentia conturbatum atque confusum, rursus ad pristinam rationem redegit: in cujus ordinationem *Sextilem* menssem è suo nomine nuncupavit, magis quam *Septembrem*, quo erat natus: quia hoc sibi & primus Consulatus, & insignes victoriæ obtigissent. Cæterum hic mensis, qui in Cereris tutela erat, ex ordinatione Romuli & Julii xxx. ex *Numa* autem constitutione xxix. dierum fuit, ut initio hujus libri docuimus.

### De diebus mensis Augusti festis.

Kalendis *Augusti* nullæ feriæ in illo Calendario, quod initio hujus libri posuimus, notatæ sunt. Legimus tamen apud *Dionem* lib. 60. Kalendis *Augusti* equestria certamina fuisse exhibita, quod eodæ *Martis* ædes consecrata esset.

IV. Non. *Augusti* erant feriæ, quod Cæsar *Hispaniam* citeriorem vicisset. Harum ita meminit *Kalendarium*: Fer. Quod hoc die *C. Cæsar*. *Hisp.* cit. vicit, quemadmodum etiam in altero illo Calendario, quod beneficio *Benedicti Aric Montani* in lucem datum est: scriptum fuisse, fragmentum istud ostendit, cit. vicit. Priora enim desiderantur. Hæc verò, quæ prius ex Calendario integro adscripti verba, sic legenda sunt: Feriæ, quod hoc die *C. Cæsar* *Hispaniam* citeriorem vicit. De hac verò victoria & feriis, in memoriam ejus celebratis, *Dio* lib. 43. Id postremum bellum ab eo confectum est, hancque ultimam victoriam reportavit, &c. Nihilominus tamen apertè triplexque pompa Romæ de victoria *Hispaniensi* habita est, feriæque insuper quinquaginta dierum actæ. De eadem victoria *Suetonius* in Julio Cæsare, capite 36. & alibi. *Plutarchus* in ejus vita. *Hirtius* lib. de Bello *Hispaniensi*. *Vellejus* lib. 2. Imprimis *Car. Sigonius* in Factorum Commentariis, ad annum 1000.

V. Idus *Augusti* ita notatus in Calendario est: Hoc die *Cæsar Hispaniæ*, vic. id est, Hoc die Cæsar *Hispaniam* vicit. Meminit & hujus victoriæ *Dio* lib. 43. Item *Suetonius* in Cæsare, & *Hirtius* libro de Bello *Hispaniensi*.

VI. Idus *Aræ Opis* & *Cereris* in vico Jugario consecratas esse, *Lilius Gregorius Gyraldus* ex veteri, ut ipse ait, Calendario notat.

Pridie Idus *Herculi magno Custodi* in Circo *Flaminio* sacra facta esse, idem *Lilius Gyraldus* annotat, ex veteri Calendario.

Idibus *Augusti* *Dianæ* sacra fiebant, quod testatur *Martialis* epigr. 68. libri 12.

*Mæje Mercurium creastis Idus,*

*Augustis redit Idibus Diana.*

Et *Ausonius* *Eidyllio* de feriis Romanis:

*Et medias Idus Mæje, Augustique recursu,*

*Quas sibi Mercurius, quasque Diana dicat.*

Has ferias intelligit *Propertius* cum lib. 2. eleg. 33. sic scribit:

- - - Sed tibi me credere turba vetat,

Cum videt accensis devotam currere tadis

In nemus, & *Trivia* lumina ferre Dea.

Mulieres enim voti damnatæ & compotes, ab Urbe ardentem faces in *Aricinum nemus*, ubi religiosissime colebatur *Diana*, ferebant illius Deæ feriis, ut *Ovidius* in *Fastis* scribit:

Sæpe potens voti frontem redimita coronis

Fœmina lucentes portat ab Urbe faces.

Et venatores (nam venationibus *Diana* præest) sæpenumero faces spicatas, accensas eò ferebant, & canes suos morbo, aut scabie affectos infulis velatos Deæ sistebant, omneque instrumentum venatorium ante eam collocabant. *Gratius* de Venatione:

Spicatasque faces sacrum ad nemorale *Dianæ*

Sistimus, & solito catuli velantur honore:

Ipsaque per flores medio in discrimine luci

Sistere arma sacris, & pœce vacantia festa.

Sed & *Diana*, quæ venari, ferasque agitare, & sagittis conficere antiquorum opinione censebatur, illis ipsis feriis suis, quæ Idibus *Augusti* celebrabantur, emeritos canes, quietosque à venatione, & immunes habere credebatur, ipsaque etiam feriari. *Stadius Papinius* 3. *Sylvarum*:

- - - Ipsæ

- - - Ipsa coronat  
Emeritis Diana canes, & spicula tergit,  
Et tutas sinit ire feras.

Collegit hæc *Adrianus Turnebus* Adversar. lib. 7. cap. 26. ex quo ea descripsi.

Eodem die festum erat servarum & servarum, de quo ita scribit *Plutarchus* in Quæstionibus Romanis, quæstione 100. Cur *Idibus Sextilibus*, qui nunc *Augustus* dicitur, feræ sunt utriusque sexus servis: mulieres autem tum maxime lavare & purgare capita student? An hoc servis datum, quod ea die *Servius Rex* natus è captiva fuit ancilla? lotio autem capitis ab ancillis feriarum causa cœpta, etiam ad liberas pervasit? Hactenus ille.

XVI. Kalend. Septembris *Portumnalia* erant, de quibus ita Kalendarium: E. Port. NP. hoc est, *Portumnalia*, Nefastus primò.

*Portumnalia*, inquit *Varro*, l. 5. de Lingua Latina, dicta à *Portumno*, cui eo die ædes in portu Tiberino facta, & feræ institutæ. *Adrianus Turnebus* addit: Rem divinam fieri consuevisse ad pontem *Emilium* ubi ejus ædes fuerit. Plura quæ de *Portumnalibus* afferam, non habeo. De *Portumno* vide quæ scripsimus l. 2. cap. 13.

XIV. Kal. Septembris *Vinalia* erant, quorum Kalendarium sic meminit: G. Vin. F. P. hoc est, *Vinalia*, Festus primò.

*Vinalia* duplicia erant, alia *Veneri*, alia *Fovi* celebrabantur, quæ tamen Scriptores veteres mirum in modum confundunt: modò enim ea, quæ *Veneri* sacra erant, & ob id *Veneralia* a *Plutarcho* dicuntur, mense *Aprili*: altera mense *Augusto* celebrata tradunt, modo contrarium scribunt, ut incertus sis, quid potissimum sequaris. *Joseph. Scaliger* Castigationibus suis ad *Festum* inclinat in hanc sententiam, quòd *Vinalia Veneris*, sive *Vinalia* priora mense *Aprili*: altera *Vinalia*, quæ *Fovis* erant, & *rustica* *Vinalia* appellabantur, *Augusto* mense fuerint celebrata: quem & nos secuti antè sumus, & adhuc sequemur: quamvis, ut ipse etiam fatetur, contrarium apud Scriptores reperiat. Sic enim *Varro* l. 5. de Lingua Latina: *Vinalia Rustica* dicuntur ante diem duodecimum *Kalendas* Septembris: quòd tum *Veneri* dedicata ædis, & horti ejus tutelæ assignantur, ac tum sunt feriati olitores. *Paulus* Festi mutilator: *Rustica Vinalia* quarto decimo *Kalendas* Septembris celebrantur, quo die primum vinum in Urbem deferrebant. Festus: *Rustica Vinalia* appellantur mense *Augusto*, quarto decimo *Kalendas* Septembris, *Jovis* dies festus, quia Latini bellum gerentes adversus *Mexentium*, omnis vini libationem ei Deo dedicaverunt. Eodem autem die *Veneri* templa sunt consecrata: alterum ad *Circum* maximum: alterum in luco *Libitinesi*, quia in ipsius Deæ tutela sunt horti. Quod idem ferè in voce *Roscii* scripsit, quæ verba à *Josepho Scaligero* sic sunt restituta; *Rustica Vinalia* mense *Augusto Veneri* dicata sunt, quòd eodem die ædis ei consecrata sit: jumenta quoque, olitores & omnes horti in ejus tutela sunt, &c. Contra tamen, & in superioribus, quos citavimus, locis scripsit, & in voce *Vinalia*: *Vinalia*, inquit, diem festum habebant, quo die vinum novum *Fovi* libabant. Hujus verò libationis vini, quæ *Fovi* fiebat, ita meminit idem alibi: *Calpar* vinum novum, quod ex dolio demitur sacrificii causa, antè quam gustetur. *Fovi* enim prius sua vina libabant, quæ vocabant *Vinalia*. Id autem fiebat, inquit *Josephus Scaliger* in *Conjectaneis*: ne reliquum, quod in apothecis illis, unde *calpar* promeretur, remaneret, sacrum esse inciperet, & omninò ex usibus eriperetur humanis: sed *calpari libato*, religione solveretur. Itaque cum *calpar* libabant *Inferio* vocabant, quòd solum inferretur, his verbis; *Macte bocce vino inferio esto*. Et hoc præcipue dicebatur de vino diffuso & doliari. Nam alioqui de eodem musto libabant, sed id *Sacrima* vocabatur, posteaquam polluxerant eas confectio- nes, quæ vocabant *Suffimenta*, ex faba milioque molito, mulso sparso: quæ Diis eo tempore dabantur, quo uvæ calcatæ prelo premebantur, &c. Hactenus *Josephus Scaliger*. Ex quibus cognoscere licet causam superstitionis illius, cur vinum novum tangere nefas esset, antequam *Vinalia* kalarentur.

XII. Kalend. Septembris *Consualia* erant: sic Kalendarium: A. Cons. NP. quod interpretantur *Consualia*, Nefastus primò.

*Consualia*, inquit *Varro* lib. 5. de Ling. Latina, dicta à *Conso*, quòd tum feræ publicæ ei Deo, & in Circo ad aram ejus ab sacerdotibus fiunt ludi illi, quibus virgines *Sabinæ* raptæ. Festus: *Consualia* ludi dicebantur, quos in honorem *Consi* faciebant: quem Deum consilii putabant. *Livius* lib. 1. ab Urbe condita auctor est, *Consualia* ludos esse *Neptuni* Equestris. De his ita *Plutarchus* in *Romulo*: *Romulus* sparserat rumorem, reperisse se aram ejusdam Dei sub terra occultatam. Dei nomen *Consus* fuit, sive quòd in consultando juvaret, sicut Latinis est *consilium*, & *consul*: sive is *Neptunus* equestris est: nam ara *Consi* in Circo majori reliquo tempore latens, *Circensibus ludis* apparet: sive, quod alii afferunt, abdito consilio arcanoque haud inconvenienter subterranea Deo ei ara tribuitur: Ea ergo ara prolata, sacrificium ejus nomine splendidum & ludos, & spectaculum publicum edidit, convocatis ad hoc finitimis, &c. Et paulò post: Raptæ autem sunt virgines xv. Kalend. Septemb. quo die *Consualia*. Ubi numero erratum puto, cum Kalendarium xii. Kal. Septemb. festum illud collocet. *Consualibus* equos asinosque coronabant & ociari sinebant: vel quia feræ istæ *Conso*, qui equester *Neptunus* est, agebantur: asinus

afinus autem cum equo confors est, juxtaque fruitur vacatione laboris: vel quia tum commoda navigandi maris tempestas exhibita, jumentis qualemcunque quietem præbebat. *Plutarch. Quæst. Rom. quæst. 48. Festus* quoque scriptum reliquit: Mulis celebrari ludos in Circo maximo *Consualibus* consuevisse, quia id genus quadrupedum primum putaretur cæptum curru vehiculoque adungi.

XI. Kalend. Septembr. dies intercisus erat, quod testatur *Kalendarium* his notis B. En. hoc est, *Endotercisus. Endotercisi*, vel *intercisi dies* qui sint, supra est a nobis explicatum.

X. Kal. Septemb. *Volcanalia* erant, testante id ipsum *Kalendario*, quod sic habet: C. Volc. NP. hoc est, *Volcanalia*, Nefastus primò.

*Volcanalia*, inquit, *Varro* lib. 5. de Ling. Lat. à *Volcano*, quod ei tum feræ, & quod eo die populus pro se in ignem animalia mittit. Ad *Volcanalia* respexit *Plin.* cum lib. 18. cap. 13. de fatione napi scripsit. Serere nudum volunt, præcantem sibi & vicinis ferere se: satus utrique generi justus, inter duorum numinum dies festos, *Neptuni* atque *Vulcani*. Hujus etiam festi *Columella* lib. 11. cap. 3. de raphani fatione docens meminit.

IX. Kal. Septemb. *Feria luna* erant in Græcostasi, quemadmodum habet fragmentum *Kalendarii* marmoreum effossum Romæ sub colle hortulorum, & ab *Huberto Goltzio* Thesauri Antiquitatis insertum. Hoc etiam die mundus patere dicebatur, qua de re in *Octobri* agemus.

IX. Kal. Septemb. *Opiconsiva* erant: sic enim *Kalendarium*: E. Opic. NP. hoc est, *Opiconsiva*, Nefastus primò.

*Opiconsiva* dies à Dea *Opiconsiva*, cujus in Regia sacrarium, quod ideò actum, ut eò præter virgines *Vestales*, & sacerdotem publicum, introeat nemo. Is cum eat, subfibulum habeat, &c. *Varro* lib. 5. de Ling. Lat.

VI. Kal. Septemb. *Volturnalia* erant, de quibus ita habet *Kalendarium*: C. Volt. NP. hoc est, *Volturnalia*, Nefastus primò.

*Volturnalia*, inquit *Festus*, *Volturmo* Deo sacra erant, cujus sacerdotem *Volturnalem* vocabant. Diximus de *Volturmo* lib. 2. ubi de Diis disputavimus.

V. Kalendas *Septembris* ita notatus est: Hoc die ara *Victoriæ* in curia dedicata est. De *Victoria* in curia Julia consecrata *Dio* lib. 51. cum triumphum Augusti de *Ægypto* exposuisset, sic scribit: *Cæsar* (*Augustus* scilicet) his omnibus triumphis in Urbem invecus, &c. *Minervæ* templum, & quod *Chalcidicum* vocatur, tum curiam *Juliam* in honorem patris sui factam dedicavit, in eaque imaginem *Victoriæ* posuit, quæ hodiè quoque extat, Tarento olim Romam vecta, ac à *Cæsare* tum in curia posita, & spoliis *Ægyptiis* decorata: quo *Cæsar* nimirum ostendebat, imperium se ex *Victoria* esse adeptum. Ara *Victoriæ* in curia meminit *Herodianus* lib. 7.

In *Kalendario Rustico*, quod *Hubertus Goltzius* Romæ ad palatium novum *Farnesianum*, in campo *Floræ*, ex marmore quadrato exscripsit, & in suum *Antiquitatis Thesaurum* retulit: item in illo *Kalendario*, quod *Georgius Fabricius* lib. 2. Antiq. habet, descripto, ut ipse ait, ex duobus veteribus lapidibus, quorum alterum in domo *Vallarum*, quæ in Circo *Flaminio*: alterum in hortulo *Angeli Colotii* in campo *Marrio*, sit mentio sacrorum *Spei*, *Salutis*, & *Dianæ*: quo verò die ea facta sint, non additur. *Lilius* tamen *Gyraldus* *Kalendis* Augusti *Spei* ad forum olitorium: *Nonis*, *Saluti* in colle *Quirinali*, & iterum *Spei*: vi. Idus *Soli Indigetii* in colle *Quirinali*: pridie Idus, *Herculi* magno custodi in Circo *Flaminio*: xvi. Kalend. Septemb. Jano ad theatrum *Marcelli* sacra fuisse tradit, idque ex auctoritate, ut ipse scribit, veteris *Kalendarii*: cujus rei fides sit penes auctorem. Et de mense *Augusto* hæcenus.

## CAPUT XIII.

## De mense Septembri, &amp; diebus in eo festis.

September sequitur, qui mensis appellationem hanc accepit, quò septimus esset à *Martio*, quem admodum *Varro* lib. 5. de Lingua Latina, testatur, ubi scribit menses reliquos à *Junio* ad *Decembrem* usque à numero dictos. Quidam volunt *Septembrem* Romanis quasi *septimum imbrem*: non tantum, quod à *Martio* septimus numeretur: verum etiam ob imbrium frequentiam, & aërisurbationem, quæ sub initium autumnii accedere plerumque solet, dictum esse, haud aliter, ac reliqui menses, ad finem usque anni suas appellationes antiquitus nacti sint. Hunc mensem Senatus in *Tiberii* Augusti honorem *Tiberium* appellari voluit: quòd tamen ne fieret, ipsemet intercessit. *Suetonius* in *Tiberio*, cap. 26. *Dio* lib. 57. hoc de mense *Novembri* tradit, quia scilicet *Tiberius* xvi. Kalend. Decembris natus fuerit. Eundem mensem *Domitianus* Imperator, Germanici cognomine assumpto, *Germanicum* à se transfominavit. *Suetonius* in ejus vita, cap. 13. *Macrobius* lib. 1. Saturn. cap. 12. Mensis *September* principalem sibi retinet appellationem ex *Germanici* appellatione. *Julius Capitolinus* in vita *Antonini Pii* refert, Senatum decrevisse hunc mensem *Antoninum*, sequentem *Fauftinum* appellari, verum id *Antoninum* respuisse. *Commodus* autem Imperator, cum omnia mensium nomina transmutasset, iisque pro vetustis appellationibus novas de suis cognominibus imposuisset hunc mensem

*Herculem* vocavit. *Ælius Lampridius* in ejus vita. *Herodianus* lib. 1. ubi tamen novas illas mensium appellationes non addidit. Tandem *Tacitus* Imperator *Septembrem* mensē *Tacitum* appellari jussit: idcirco, quod eo in mense & natus, & factus esset Imperator, *Flavius Vopiscus* in ejus vita. Cæterum hic mensis, qui in Volcani tutela fuisse existimatus est, ex Romuli & Cæsaris ordinatione xxx. ex Numæ autem constitutione xxix. dierum fuit.

### De diebus mensis Septembris festis.

In hoc mense breviores erimus, cum ludi, qui potissimam ejus partem occupant, sequenti capite à nobis sint explicandi.

IV. Nonas *Septembris* memorabilis est, propter navalem victoriam Augusti de *M. Antonio* & *Cleopatra* Regina *Ægypti*, teste *Dione* lib. 42. qui eam victoriam prolixè describit lib. 51. extremo. Atque, ut idem auctor est lib. 51. ab hoc die Cæsaris Monarchia cœpit, anno ab Urbe condita 1000xxvi. Qua de re vide prolixè differentem *Dionem* loco indicato, *Xiphilinum* in Epitome, *Suetonium*, *Eutropium*, & alios. Inprimis *Car. Sigonium* in Commentariis Faكتورum.

Pridie Non. *Septembris* & octo sequentibus, ludi Romani erant, ut habet *Kalendarium*, de quibus nos libro sequenti agemus.

VI. Idus *Septembris* Hierosolymæ à T. Vespasiano captæ sunt, quod *Josephus* tradit.

Idibus *Septembris* vetustis temporibus Prætor maximus clavum pangebatur, de quo more *Livii* verba ex lib. 7. adscribam: Lex, inquit, vetusta ex præcis literis verbisque scripta, ut qui Prætor maximus sit, Idibus *Septembris* clavum pangat. Fixus fuit dextro lateri ædis Jovis Optimi Maximi, ea ex parte, qua *Minervæ* templum est: eum clavum, quia raræ per ea tempora literæ erant, notam numeri annorum fuisse ferunt, eoque *Minerva* templo dicatam legem, quia numerus à *Minerva* inventus sit. *Vulfiniis* quoque clavos, indices numeri annorum, fixos in templo *Nortia* *Etruscæ* Deæ comparere, diligens talium monumentorum auctor *Cincius* affirmat. *M. Horatius* Consul ex lege templum Jovis Optimi Maximi dedicavit, anno post Reges exactos. A Consulibus postea ad Dictatores, quia majus imperium, solemne clavi figendi translatum est, &c. Hæc *Livius*.

Eodem die templum Jovis Capitolini dedicatum est à *M. Horatio* Consule, quod docet *Plutarchus* in *Poplicola*, his verbis: *Idibus Septembris* (quæ dies incidit in plenilunium mensis ejus, quem *Metageitnionem* Græci vocant) dedicationis causa, cum frequentes in Capitolium omnes convenissent: *Horatius* factò silentio, peractis pro more omnibus, fores tangens, verba dedicationis solemniter dixit, &c. Vide de hac dedicatione etiam *Livium* lib. 2. qui tamen diem non annotat.

Postridie Idus *Septembris*, vël xiiij. Kalend. *Octobris* dies erat *Equorum probandorum*. Sic enim *Kalendarium* habet: A. F. *Equor. proband.* hoc est, Fastus, Equorum probandorum. De hac celebritate quid dicam, non habeo, cum ejus nec *Varro*, nec *Festus* ullo verbo meminerint. *Valerius* quidem *Maximus* probationis equorum mentionem facit lib. 2. cap. 1. his verbis: *Equestris* ordinis juvenus omnibus annis bis Urbem spectaculo sui sub magnis auctoribus celebrabat, die *Lupercalium*, & *equitum probatione*. Sed ipse sese statim explicat, quod eam equitum trabeatorum transvectionem in Capitolium intelligat, quæ Idibus Juliis fuerit celebrata, de qua nos in Julio mense ex *Jacobi Ravardi* libris Variorum plura diximus. Qualis igitur hæc equorum probandorum consuetudo fuerit, cujus in hoc & sequenti mense extat mentio, quærendum videtur.

XVII. Kalend. *Octobris*, & sequentibus aliquot ludi Romani in Circo erant, ut habet *Kalendarium*: de quibus ludis nos sequenti libro differemus.

XII. Kalend. *Octobris*, & sequentibus tribus diebus *Merkatus*, sive *Merkurialia* erant, de quibus etiam in Julio.

IX. Kal. *Octo.* natalis Augusti erat: sic enim *Kalendarium*: NP. Merk. H. D. *Augusti Nata.* hoc est, Nefastus primo, *Merkatus*, sive *Merkurialia*, hoc die Augusti natalis. *Kalendarium* astipulatur *Suetonius* in Augusto, cap. 5. Natus est, inquit, *Augustus*, M. Tul. Cicerone, & Antonio Coss. ix. Kalend. *Octobr.* paulo ante solis exortum, regione Palatii, ad capita bubula. Et *Dio* lib. 55. Augustum mense Septembris natum dicit. De celebratione autem natalis ejus idem *Dio*. lib. 54. in Historia anni 1000xxxi. *Ædiles* natalibus Augusti privatim ludos equestres, & venationem ediderunt. Et in Historia anni 1000xli. lib. eodem: Natalem Augusti diem Julius Antonii F. Prætor equestris certamine, & venatione celebravit, & ex S. C. epulum Augusto & Senatoribus in Capitolio dedit. *Suetonius* in Augusto, cap. 57. Equites Romani natalem Augusti sponte atque consensu biduo semper celebrarunt.

V. Kal. *Octobr.* *Veneris Genetricis* feriæ erant, sicut testatur fragmentum aliud Faكتورum effossum Romæ sub colle hortulorum, in quo sic legitur: *Veneri Genetrici* in foro Cæsaris. De *Veneri Genetrici* diximus lib. 2.

Hoc mense *Epulum Minervæ* fuisse, *Kalendarium Rusticum*, cujus ante quoque mentionem fecimus, habet: quo autem die, incertum. De *Epulo* dicemus in Novembri.

## CAPUT XIV.

*De mense Octobri, & diebus in eo festis.*

**H**ic mensis *October* dictus à numero, quod octavus esset à Martio. Hunc Domitianus è suo nomine *Domitianum* appellavit, quod eo natus esset. Sic enim *Suetonius* in ejus vita, cap. 13. *Septembrem* mensẽ, & *Octobrem* ex appellationibus suis *Germanicum Domitianumque* transnominavit, quod altero suscepisset Imperium, altero natus esset. *Macrob.* lib. 1. Satur. cap. 12. *Octobrem* vero suo nomine Domitianus invaserat. Sed ubi infaustum vocabulum ex omni ære vel saxo placuit eradi, menses quoque usurpatione tyrannicæ appellationis exuti sunt. Cautio postea Principum cæterorum, diri ominis infausta vitantium, mensibus à *Septembri* usque ad *Decembrem* prisca nomina reservavit. *Plutarchus* etiam in Numa: *Septembrem* & *Octobrem* Domitianus suis cognomentis insignivit: sed non diu ita vocati sunt, statimque post eadem ejus pristina nomina recuperarunt. Hunc eundem mensẽ decreto Senatus *Faustinum* dictum, in honorem *Faustina* uxoris M. Antonin. Imp. & à *Commodo Invictum*, jam ante ex *Julio Capitolino*, & *Ælio Lampridio* diximus. Cæterum hic mensis, qui in Martis tutela fuit, semper triginta unius dierum fuit.

*De diebus mensis Octobris festis.*

III. *Non. Octobr.* mundus patere dicebatur, qua de re ita Fest. *Mundus*, ut ait *Capito Atejus* in lib. 6. Pontificali, ter in anno patere solet, diebus his: postridie *Volcanalia*, & ante diem 3. *Non. Octobr.* & ante diem 6. *Idus Novembr.* Qui cur ita dicatur, sic refert *Cato* in Comment. Jur. civil. *Mundo* nomen impositum est ab eo mundo, qui supra nos est. Forma enim ejus est, ut ex iis, qui intravere, cognoscere potui, affimilis illi. Ejus inferiorem partem, veluti consecratam Diis Manibus, clausam omni tempore, nisi iis diebus, qui supra scripti sunt, majores censuerunt, quos dies etiam religiosos judicaverunt, ea de causa, quod quo tempore ea, quæ occultæ & abditæ religionis Deorum Manium essent, veluti in lucem quandam adducerentur & patefierent: nihil eo tempore in Repub. geri voluerunt. Itaque per eos dies non cum hoste manus conserebant: non exercitus scribebatur: non comitia habebantur: non aliud quicquam in Rep. nisi quod ultima necessitas admonebat, administrabatur. *Macrob.* Satur. lib. 1. cap. 17. Nec *Latinarum tempore*, quo publice quondam induciæ inter Rom. pop. Latinosque firmatæ sunt, inchoari bellum decebat, nec *Saturni festo*, qui sine ullo tumultu bellico creditur imperasse: nec patente mundo: quod sacrum *Diti Patri* & *Proserpina* dicatum est, meliusque oclusa Plutonis fauce, eundem ad prælium putaverunt. Unde & *Varro* ita scribit: *Mundus* cum patet, Deorum tristium atque inferum quasi janua patet, propterea non modo prælium committi, verum etiam delectum rei militaris causâ habere, ac militem proficisci, navem solvere, uxorem liberum quærendorum causâ ducere, religiosum est, &c.

V. *Id. Octobr.* *Meditrinalia* erant, quorum sic meminit *Kalendarium*. *D. Meditr.* hoc est, *Meditrinalia*. *Meditrinalia*, ait *Varro* lib. 5. de Ling. Lat. dies dictus à *medendo*, quod, ut *Flaccus* flamen Martialis dicebat, hoc die solitum vinum novum & vetus libari & degustari medicamenti causa. Quod facere solent etiam nunc multi, cum dicunt: Novum vetus vinum bibo: novo veteri morbo medeor. Fest. *Meditrinalia* dicta hac de causa. Mos erat Latinis populis, quo die quis primum gustaret mustum, diceret omnis gratia: Vetus novum vinum bibo: veteri novo morbo medeor. A quibus verbis etiam *Meditrina Dea* nomen cœptum, ejusque sacra *Meditrinalia* dicta sunt.

IV. *Idus Octobr.* *Augustalia* erant, teste *Kalendario*, quod sic habet: E. August. NP. hoc est, *Augustalia*, Nefastus primo.

*Augustalia* dicebatur dies reditus Augusti Romam, rebus in Sicilia, Græcia, Asia, Syria & Parthia compositis. De quo sic *Dio* lib. 54. in historia anni 1000xxxv. Ob reditum Augusti ac propter ea, quæ absens egisset, multa ac varia in honorem ejus decreta sunt, quorum illenihil accepit: nisi quod *Fortuna reduci* aram consecrari, diemque sui reditus inter ferias referri, & *Augustalia* dici passus est. His feriis ludi etiam peragebantur, qui dicebantur *ludi Augustales*, quorum *Dio* sæpe meminit, ut libro 56. extremo: Eo, inquit, tempore plebs tumultuata est, cum *Augustalibus* quidam histrio nollet pro constituta mercede in theatrum intrare: nec finis ante turbarum fuit, quam ea ipsa die *Tribuni plebis* coacto Senatu, precibus impetrarunt, ut liceret sibi majores aliquanto, quam legibus permetteretur, sumptus facere, &c. Et alibi *Cornelius Tacit.* Annalium lib. 1. *Tribuni plebei* petivere, ut proprio sumptu ederent ludos, qui de nomine Augusti Fastis additi *Augustales* vocarentur: sed decreta pecunia ex ærario, utque per *Circum triumphali veste* uterentur. Curru vehi haud permissum, mox celebratio annua ad *Prætorem* translata, cui inter cives & peregrinos jurisdictio evenisset. Horum ludorum etiam meminit *Plin.* lib. 7. Historiæ naturalis, cap. 43.

III. *Idus Octobris* *Fontinalia* erant, de quibus ita *Kalendarium*: F. Font. NP. hoc est, *Fontinalia*, Nefastus primo.

*Fontinalia*, inquit *Varro* lib. 5. de Ling. Lat. à fonte, quod is dies feriæ ejus: ab eo autem tum, & in fonte coronas jaciunt, & putcos coronant. *Festus*: *Fontinalia* fontium sacra, unde & Romæ *Fontinalis portæ*. *Josephus Scaliger* Conjectaneis in *Varronem* de Ling. Lat. notat, *Fontinalia* esse sacra, & ferias ejus fontis, cujus delubrum fuerit juxta portam Capenam: unde & ipsa *Fontinalis* dicta sit.

Idibus Octobris, *October equus* Marti immolabatur, de quo ritu *Festus* in hunc modum scribit: *October equus* appellatur, qui in campo Martio mense Octobri immolatur quotannis Marti, bigarum vitricium dexterior, de cujus capite non levis contentio solebat esse inter *Suburanenses* (vel, *Suburanos*) & *Sacra vienses*, ut hi in Regiæ pariete, illi ad turrim *Mamiliam* id figerent, ejusdemque cauda tanta celeritate perfertur in Regiam, ut ex ea sanguis destillet in focum, participandæ rei divinæ gratia. Quem hostiæ loco quidam Marti bellico Deo sacrari dicunt, non ut vulgus putat, quia velut supplicium de eo fumatur, quod Romani Illo sunt oriundi, & Trojani ita in effigie equi sunt capti. *Plutarchus* in *Quæstionibus Romanis*, quæst. 97. ubi tamen *Idibus Decembris* hoc factum fuisse tradit, cum quævisset, cur *Idibus Decembris* exhibitis equestribus ludis, dexter equus *Victor* Marti facer immolaretur, & caudam aliquis amputatam ferret ad locum, cui Regia nomen, aramque cruentaret, de capite alii à sacra via, alii à *Suburra* descendentes depugnarent? ita respondet, id fieri, aut quod equo Trojam captam putantes, equum plestant: utpote qui sint Troum splendida proles, natis mixta Latinum: aut quia animosa sit bestia & bello apta, atque *Martialis equus*. Diis vero ea potissimum immolari, quæ eis accepta sint & convenientia. *Victorem* autem equum mactari, quia Deo victoria sit accepta ferenda: aut rectius hoc dici, opus illius Dei statariam esse pugnam, victoriamque stando suos ordines qui servant, de fugientibus reportare: itaque puniri celeritatem, ut fugæ commeatum, monerique isto argumento cives, fugientibus nullam esse salutis fiduciam. Hactenus *Plutarchus*.

XIV. Kal. Novembris *Armilustrium* erat, testante id ipsum *Calendario*, quod sic habet: D. *Armilustrium*, Nefastus primo.

*Armilustrium*, inquit *Varro* libro 5. de Lingua Latina, ab eo, quod in *armilustrio* armati sacra faciunt: nisi locus potius dictus ab heis. Sed quod de his prius. Id ab luendo, aut lustro, id est, quod circumibant ludentes ancilibus armati. *Paulus* Festi abbreviator: *Armilustrium* festum erat apud Romanos, quo res divinas armati faciebant: ac dum sacrificarent, tubis canebant. Ad quem locum *Josephus Scaliger* annotat, existimare se *centuriatis comitiis* exercitum armatum lustrari solitum, sumpto more ex vetustissimo instituto Atheniensium, apud quos οὐ περιελαττοι comitium lustrant. Addit etiam, non esse credibile tubis in eo sacro canere solitos, sed classico.

V. Kalendas Novembris, & sequentibus diebus quinque *Ludi Victoria* fiebant. Sic enim *Calendarium*: C. Lud. Vic hoc est, *Ludi Victoria*. Hi ludi à *P. Cornelio Sulla* instituti fuerunt bello civili. *Africanus* in *Verrinam* 2. *Vellejus* libr. 2. Felicitatem diei, quo Samnitium, *Telefinique* pulsus est exercitus, *Sulla* perpetua ludorum *Circensium* honoravit memoria, quibus sine nomine *Sullanæ* victoriæ celebrantur.

Hoc mense *Libero* etiam sacrum fieri consuevisse, ex *Calendario Rustico*, cujus jam aliquoties meminimus, constat.

Initio autem hujus *Vortumnalia* erant, quemadmodum ex *Varrone* liquet, qui ea ante *Meditrinalia*, & alia hujus mensis festa collocat, diem autem certum non notat. *Vortumnalia*, inquit, à *Vortumno*, cujus feriæ Octobri mense.

## CAPUT XV.

### De mense Novembri, & festis in eo diebus.

Sicut præcedentes menses, ita etiam *November* nomen habet, quod nonus esset à Martio, quemadmodum ex iis *Varronis*, *Plutarchi*, & *Macrobii* verbis, quæ capite præcedenti recitavimus, manifestum est, nec unquam appellationem suam mutavit, assumpto alio nomine, nisi sub Imp. *Commodo*, quo tempore *Exuperatorius* mensis dictus est, qui antea *November* fuit. Testatur hoc *Ælius Lamprid.* in vita ejus, his verbis: Mensis quoque, inquit, in honorem ejus pro *Augusto* *Commodum*, pro *Septembri* *Herculeum*, pro *Octobri* *Invisum*, pro *Novembri* *Exuperatorium*, pro *Decembri* *Amazonium*, ex signo ipsius adulescentes vocabant. *Amazonium* autem vocatus ex amore concubinæ suæ *Martiæ*, quam pictam in *Amazone* diligebat: propter quam & ipse *Amazonico* habitu in arenam Romanam procedere voluit. *Suidas* XII. menses à *Commodo* scribit ita nuncupatos: *Amazonium*, *Commodum*, *Augustum*, *Herculeum*, *Romanum*, *Exuperatorium*, *Invisum*, *Pium*, *Felicem* & *Fortunatum*, tum *Lucium*, *Ælium* & *Aurelium*. Ex quibus verbis facilius intelligimus verba *Lampridii*, quæ sunt in vita *Commodi*: *Nominatus* inquit, *Commodus* inter *Cæsares* IV. *Iduum* Octobr. quas *Herculeas* postea nominavit, *Pudente* & *Pollione* *Coss.* Appellatus *Germanicus* *Idibus* *Herculeis*, *Maximo* & *Orphito* *Coss.* Assumptus est in omnia *Collegia* sacerdotalia sacerdos. XIII. *Kalend.* *Invisitas*, *Pisone* & *Juliano* *Coss.* Profectus in *Germaniam* XIV. *Kalend.* *Ælius* (ut postea nominavit) iisdem *Coss.* *Togam* virilem accepit, cum patre appellatus Imperator,

tor, v. Kalend. *Exuperatorias*, Pollione iterum & Apro Coss. Triumphavit x. Kalend. Amazonias, iisdem Coss. Iterum profectus III. Non. *Commodias*, Orphito & Ruffo Coss. Datus in perpetuum ab exercitu & Senatu in domo *Palatina Commodiana* conservandus, xi. Kalend. Romanas, Præsente iterum Cos. Tertio meditans de profectioe, à Senatu & à populo suo retentus est. Vota pro eo facta sunt *Nonis Pii*, Fulciano iterum Cos. Hactenus ille. Cæterum hic mensis, qui in tutela Dianæ fuit, ex ordinatione Romuli & Cæsaris xxx. ex Numæ constitutione xxix. dierum fuit.

*De diebus mensis Novembris festis.*

VII. Idus Novembr. *Mundum* patere docuimus capite præcedenti, unde hic repetantur, quæ ibi attulimus.

IX. Idus Novembris, & sequentibus diebus sex *Iudi* erant, testante id ipsum Kalendarium. Sed de iis & aliis ludis dicemus libro sequenti.

III. Idus Novembris *maria* claudi, habet *Vegetius*, & alii.

Idibus Novembris *epulum indictum*. Kalendarium: E. Eid. NP. Epul. indict. hoc est, Eidus, Nefastus primo, *Epulum indictum*.

*Epulum* hoc loco *convivium* significat, quod Jovi, aut aliis Diis apparabatur, alio nomine *lecti- sternium*, uti opinor, dictum. Moris enim erat apud Rom. ut nonnunquam placandæ alicujus Dei iræ causa, *convivium* in templo illius exhiberetur, Diisque tanquam epulaturis aut cubituris *lecti sternerentur*. Meminit epuli Jovis *Valer. Max.* lib. 2. cap. 1. *Jovis epulo*, inquit, ipse in lectulum, Juno & Minerva in sellas ad cenam invitantur. Huic vero epulo indicendo *Triumviri*, vel *Septemviri Epulonum* præerant, quod testatur *Sex. Pompejus* his verbis: *Epulovos* dicebant antiqui, quos nunc *Epulones* dicimus. Datum autem est his nomen, quod epulas indicendi Jovi, cæterisque Diis potestatem haberent. Idem *Cicer.* in Orat. de Harusp. responf. testatur. *Epuli Jovis* mentio fit à *Livio* multis locis, ab *Ælio Lampridio*, in Alexandro, & aliis.

Postridie Idus Novembris dies erat *Equorum probandorum*, teste Kalendarium, de quo diximus quædam capite proxime præcedenti.

XVII. Kal. Decembris, & duobus sequentibus *Iudi Plebei* erant in Circo, uti Kalendarium docet, de quibus *Iudis* libro sequenti agemus.

XIV. Kal. Decemb. & sequentibus duobus diebus *Merkatus* sive *Mercurialia* erant teste Kalendarium, de quibus alibi diximus. Hoc mense etiam *Brumalia* celebrata fuisse, *Lil. Greg. Gyrat.* in suo Kalendarium ex Constantino de Re Rustica annotat. Fuerunt autem *Brumalia* Dionysii, sive Bacchi, qui etiam *Bromius*, sive *Brumus* dictus est: festum à Græcis *Ambrosia* appellatur, quod præter alios explicat *Cal. Rhodig.* lib. 28. Antiq. lect. c. 25. Idem lib. 27. cap. 24. scribit, veteres Romanos probrofum censuisse alienis vesci cibis: quare attulisse singulos, quod essent, aut biberent, quo non dicerentur *ἀλλοτριόφάγοι*. Hinc tollendæ ignominie causa Romulum, quod cum fratre ab *Laurentia* fuerit educatus, *Brumalia* instituisse, quibus convivio excipere solitus sit Senatam, cum necessarium diceret à Rege suo ali Senatam hieme, nullis obstrepentibus bellis. Hactenus *Rhodiginus*. Kalendarium tamen Rusticum dicit mense Octobri *farum Libero* factum fuisse, sicut capite præcedenti meminimus. Eodem mense Græcis & Gallis in foro boario desolis sacra arcana fieri consuevisse, *Plutarch.* in Marcello auctor est. Tantum de *Novembri*.

C A P U T XVI.

*De mense Decembri, & diebus in eo festis.*

**H**ic mensis *December* dictus, quod decimus esset à Martio. Ab adulatoribus Comodi Imp. *Amazonius* est appellatus, ut modo ex *Ælio Lampridio* audivimus: quam tamen appellationem non diu retinuit. Fuit in tutela *Vestæ*. Ex ordinatione Romuli dies habuit xxx. ex Numæ constitutione xxix. ex Jul. Cæsaris ordinatione xxxi.

*De diebus mensis Decembris festis.*

Kalendis Decembris peractum fuit primum sacrum *Fortuna muliebris*, quod tamen inde translatum est in 11. Nonas Quintileis. Docet hoc *Dionys. Halicarnassæus* lib. 8. cujus verba adscribam. *Valerius*, inquit, quæ prima sacerdos ejus Dææ ex Senatusconsulto creata fuerat, quod mulieribus legationis ad Marcum Coriolanum auctor fuisset, & matri ejus persuasisset, ut profectioe interesse vellet, ea præeunte primum sacrificium mulieres peregerunt pro populo in ara recens in fano facta, priusquam absolveretur templum, aut Dææ simulachrum, *Kalendis Decembris*, anni sequuti proxime. Nam ea die bellum finitum fuit. Anno deinde post primum sacrificium altero, ædes, quæ publice locata fuerat, dedicata est pridie Nonas Quintileis à Consule Proculo Virginio. Hæc *Dionysius*, & alia plura, quæ ipse apud eum leges.

Nonis Decembris *Fauni festum* erat, quod dicebatur *Faunalia*, Acrone & Porphyrione auctoribus, & in silvis ac pratis celebrabatur. Fiebat autem *Fauno* ea die res sacra hœdo & vino, quod testatur *Horat.* lib. 3. Carm. Oda 18. ubi & reliqua ejus dici solemnia explicat. Versus ejus sunt hi:

*Si tener pleno cadit hœdus anno:  
Larga nec defunt Veneris sodali  
Vina cratera: vetus ara multo  
Fumat odore.*

*Festus in pratis vacat otioso  
Cum bove pagus.  
Inter audaces lupus errat agnos:  
Spargit agrestis tibi silva frondes.  
Gaudet invisam pepulisse fossor  
Ter pede terram.*

*Ludit herbofo pecus hœdus campo,  
Cum tibi Nonæ redeunt Decembres:*

III. Idus Decembris *Agonalia* erant, teste Calendario: quod sic habet: A. *Agonalia* NP. hoc est, *Agonalia*. Nefastus primo. De *Agonalibus* diximus in Januario.

XVIII. Kalendis Januarii *Consualia* erant, ut Calendarium habet, de quibus in mense Augusto diximus.

XVI. Kalendas Januarii *Saturnalia* erant, de quibus ita Calendarium: G. Sat. *Feria Saturnal.* hoc est, *Saturnalia*, Feriæ Saturni.

*Saturnalia*, inquit *Varrro* lib. 5. de Lingua Latina, dicta à *Saturno*, quod eo die feriæ ejus, ut post tertium diem *Opalia*, Opis. *Sext. Pompejus Festus*: Saturno dies festus celebratur mense Decembri, quod eo ædis est dedicata: & is culturæ agrorum præsidere videtur: quod etiam falx est ei insigne, &c. Fuerunt autem *Saturnalia* multo ante Romam conditam in Italia, quin etiam in Græcia celebrata, de quorum origine *Macrob.* lib. 1. *Saturnal.* cap. 7. tres diversas veterum Scriptorum sententias recenset: quarum prima est, quod *Saturnalia* à Jano, quem Saturnus cum alia, tum agriculturam docuerat, post ejus obitum fuerint instituta. Altera, quod à comitibus Herculis ab ipso in Italia relictis, quia *Saturni* nomine ac religione tuti à latronum incursionibus fuerant, sacra hæc ipsi instituta sint, ut ad majorem reverentiam ipsa indisti festi observatio agrestes vicinorum animos vocaret. Tertia est, quod a Pelasgis in Delum insulam delatis, ex Apollinis oraculo ara *Saturno* erecta, & festum, quo sacra ipsi fierent, *Saturnalia* nominata sint. Addit ibidem Pelasgos primum *Saturnum* victimis humanis placasse, ab Hercule postea monitos, ut faultis sacrificiis infausta mutarent, accensis luminibus eundem coluisse, inde morem per *Saturnalia* missitandis cereis cœpisse. *Saturnalibus* crebra convivia agitabant, & mitebant sibi invicem tum alia munera, quæ *Saturnalitia* dicebantur, tum etiam cereos, vel eam ob causam, quod *Saturnum* luminibus accensis colerent, vel ut significarent, hoc Principe ab incomi & tenebrosa vita, quasi ad lucem, & bonarum artium scientiam editos nos esse. Cum autem multi occasione *Saturnaliorum* per avaritiam à clientibus ambitiose munera exigerent, idque onus tenuiores gravaret, *Publicius* Trib. pleb. tulit, ut non nisi cerei ditioribus missitarentur. *Macrob.* l. 1. *Satur.* c. 7. Ipsi etiam domini servos suos conviviis liberalibus & opiparis accipiebant, iisque ministrabant. *Macrob.* & *Athen.* lib. 14. testib. Quin etiam bellum *Saturnalibus* sumere nefas habebatur. Et pœnas à nocente iisdem diebus exigere, piaculare erat. *Macrob.* Saturno res divina fiebat capite resecto, cum aliis Divis, excepto *Honore*, velato capite sacrificarent, cujus moris *Plutarch.* in *Quæst. Rom.* quæst. 11. rationes inquirens ait, id vel propterea fieri, quod velare caput institutum sit *Æneæ*: *Saturni* autem sacrificium multo sit vetustius: vel quod capita operiant coram cœlestibus Diis: *Saturnus* autem inter inferos, terrestresque Deos numeretur: vel quia veritati, cujus Patrem Romani *Saturnum* esse censeant, nihil opertum sit, nihil occultum. Cæterum primum *Saturn.* A. D. XIV. Kalend. Januarias celebrabantur, atque uno die absoluebantur. Postquam vero C. Cæsar in anni emendatione huic mensi duos dies addidit, XVI. Kalend. Januarii cœpta sunt celebrari. Ea re factum est, ut cum vulgus ignoret certum *Saturnaliorum* diem, nonnullique à C. Cæsare inserto die, & alii veteri more celebrarent, plures dies *Saturnalia* numerarentur. Quod Augustus Imp. confirmavit, cum in legibus judiciariis triduo ferias eas servari jussit. Quanquam & apud veteres vel VII. dies *Saturnalia* peragi consuevisse, Nonius & Mummius, vel triduum tantum celebrata fuisse Mallius tradant. Alii tamen contrarium prodiderunt, qua de re vide prolixè differentem *Macrob.* l. 1. *Satur.* c. 10. *Joan. Goropius Becanus* lib. 4. orig. Antwerp. quem *Cronia* inscripsit, affirmat, *Saturnalia* primum à Noha tempore diluvii in Arca celebrata fuisse mense diluvii decimo, eo die, quo primum juga montium ex aquis apparere cœperint: ac deinde singulis annis, eum diem festum fuisse; quem de hac re prolixè disputantem, qui volet, legere poterit.

XIV. Kalendas Januarii *Opalia* erant, Calendario teste, quod sic habet: A. *Opal.* NP. Hoc est *Opalia*, Nefastus primo.

*Opalia*, inquit *Varrro* libro 5. de Lingua Latina, die tertio post *Saturnalia*, *feria Opis*. *Sext. Pompejus*: *Opalia* dies festi, quibus supplicatur *Opi*, appellantur. *Macrob.* lib. 1. *Saturnaliorum*, cap. 10. cum pluribus de *Saturnalibus* disputasset, ita tandem concludit: Ex his ergo omnibus colligi potest, & una die *Saturnalia* fuisse, & non nisi XIV. Kalendas Januarias celebrata, quo solo die apud ædem Saturni convivio soluto, *Saturnalia* clamitabantur, qui dies nunc *Opalibus* inter *Saturnalia* deputatur, cum primum *Saturno* pariter, & *Opi* fuerit adscriptus. Hanc autem Deam *Opem Saturni* conjugem crediderunt, & ideo



ideo hoc mense *Saturnalia*, itemque *Opalia* celebrari, quod Saturnus, ejusque uxor tam frugum, quam fructuum repertores esse credantur: Itaque omni jam fœtu agrorum coactò, ab hominibus hos Deos coli, quasi vitæ cultioris auctores, quos etiam nonnullis cœlum & terram esse persuasum est, *Saturnumque* à fatu dictum, cujus causa de cœlo est: & terram *Opem*, cujus ope humanæ vitæ alimenta quæruntur: vel *ab opere*, per quod fructus frugesque nascuntur. Huic Deæ sedentes vota concipiunt, terramque de industria tængunt, demonstrantes ipsam matrem terram esse mortalibus appetendam. *Philochorus Saturno* & *Opi* primum in Attica statuisse aram Cecropem dicit, eosque Deos pro Jove terraque coluisse, instituisseque, ut patres familiarum, & frugibus & fructibus jam coactis, passim cum servis vescerentur, cum quibus patientiam laboris in colendo rure toleraverant, delectari enim Deum honore servorum contemplatu laboris. Hinc est, quod ex instituto peregrino huic Deo sacrum aperto capite facimus, &c. Hactenus *Macrobius*, ex quibus abunde quid *Opalia* fuerint, cognosci potest.

XIII. Kalendas Januarii *Sigillariorum festum* incipiebat. Cum enim *Saturnalia* primum uno tantum die, videlicet XIV. Kalend. Januarii peragerentur: deinde vero triduum iis tribueretur, à XV. usque ad XVII. Kalendas ejusdem mensis, adjecta tandem est *Sigillariorum* celebritas, quæ discursum illum publicum, & lætitiæ religionis in septem dies extendit: auctor *Macrobius* lib. 1. Saturnaliorum, capite 10. De origine vero *Sigillariorum* idem libro eodem, capite 11. ex Epicado hæc scribit. *Epicadus*, inquit, refert, Herculem occiso Geryone, cum victor per Italiam armenta duxisset, ponte, qui nunc publicus dicitur, ad tempus instructo, hominum simulachra pro numero sociorum, quos casu peregrinationis amiserat, in fluvium demisisse: ut aqua secunda in mare devecta, pro corporibus defunctorum veluti patrii sedibus redderentur: & inde usum talia simulachra fingendi inter sacra mansisse. Sed mihi, inquit, hujus rei illa origo verior existimatur, quam paulo ante memini retulisse, quod *Pelasgos* postquam felicior interpretatio capita non videntur, sed fictilia, *φωδός*, æstimatione non solum hominem, sed etiam lumen significare docuisset, cœperint *Saturno* cereos potius accendere & in facellum Ditis, *aræ Saturni* cohærens, oscilla quædam pro suis capitibus ferre. Ex illo traditum, ut cerei *Saturnalibus* missitarentur, & sigilla arte fictili fingerentur, ac venalia pararentur, quæ homines pro se atque suis piacula pro *Dite Saturno* facerent. Ideo *Saturnalibus* talis commerciorum celebritas cœpta, septem occupat dies, qui tantum feriati fuerunt, non festi omnes. Hæc *Macrobius*.

XII. Kalend. Januarii *Divalia* erant, quorum sic meminit Kalendarium: C. Div. NP. Hoc est *Divalia*, Nefastus primo.

*Divalia* feræ erant *Divæ Angerone*, alio nomine dicta *Angeronalia*. Varro lib. 5. de Lingua Latina. *Angeronalia* ab Angerona, cui sacrificium fit eo die, ac cujus eæ feræ publicæ. Sic enim hunc locum restituit *Josephus Scaliger* in Conjectaneis. *Sextus Pompejus*: Angeronæ Deæ sacra à Romanis instituta sunt, cum angina omne genus animalium consumeretur, cujus festa *Angeronalia* dicebantur. *Macrob.* lib. 1. Saturnaliorum cap. 10. Duodecimo Kalendas Januarii feræ sunt *Divæ Angeroniæ*, cui Pontifices in facello Volupæ sacrum faciunt, quam *Verrius Flaccus Angeroniam* dici ait, quod angores ac animorum sollicitudines propitiata depellat. *Julius Modestus* ideo sacrificari huic Deæ dicit, quod populus Romanus morbo, qui *angina* dicitur, præmissis voto sit liberatus.

Eodem die *Herculi* & *Cereri* mulso libari, & sue prægnante sacrificari consuevisse, *Macrobius* libro 3. Saturnaliorum, cap. 11. docet.

XI. Kalendas Januarii ferias esse *Laribus* dedicatas, quibus ædem bello Antiochi *Æmilius Regilius* Prætor in Campo Martio curandam voverit, *Macrobius* libro 1. Saturnaliorum, cap. 10. habet.

X. Kalendas Januarii *Larentinalia* erant, de quibus ita Kalendarium: E. Lar. NP. Hoc est, *Larentinalia*, Nefastus primo. Quidam interpretantur *Laralia*, ut sit festum Larium, sed cum illa die præcedenti fuerint celebrata, uti ex *Macrobio* audivimus, hic cum *Paulo Manutio*, *Huberto Goltzio*, & *Petro Thuisconio Larentinalia* intelligo, de quibus ita *Varro* libro quinto de Lingua Latina, ex emendatione *Josephi Scaligeri*: *Laurentinæ*, is dies, quem quidam in scribendo *Laurentalia* appellant, ab *Acca Laurentia* nominatus, cui sacerdotes nostri publice parentant festo die: quia altera dicitur, ob ditem *Taruntiam*, *Acca Taruntia*. Hoc sacrificium fit in Velabro, qua in novam viam exitur, ut ajunt quidam, ad sepulchrum *Accæ*: ut quod prope faciunt Diis Manibus ejus ibi sacerdotes, vel, ut quod ibi prope faciunt Diis Manibus *arvales sacerdotes*. Sic enim legendum esse conjicit *Josephus Scaliger*, & constat ex *Agellio* libro 6. cap. 7. sacerdotes, sive fratres *arvales Accæ*, seu *Cajæ Tarrutiæ* rem divinam facere solitos. *Sex Pompejus*: *Larentalia* conjugis *Faultuli*, inventoris *Remi*, & *Romuli Larentiæ* festa. *Macrobius* libro 1. Saturnaliorum, cap. 10. Decimo Kalendas Januarii feræ sunt *Jovis*, quæ appellantur *Larentinalia*. Et paulo post: Solemne sacrificium eidem constitutum, quo Diis Manibus ejus per flaminem sacrificaretur, *Jovique* feræ consecratæ, quia existimarunt antiqui, animas à Jove dari & rursus post mortem eidem reddi, &c. Quæ vero præcedunt in *Macrobio* verba, ea ad alteram *Accam*, sive *Cajam Tarrutiam* pertinent, de qua nos libro 2. harum Antiquitatum in *Flora* diximus, cujus feræ mense Aprili fuerunt, *Floralia*, nisi fallor, appellata. Valde autem hæc à veteribus Scriptoribus confunduntur, quod & *Josephus Scaliger* in Conjectaneis monuit. Vide & *Plutarchum* in *Romulo*, & *Quæstionibus Romanis*.

IX. Kalendas Januarias, *Juvenales ludi* erant, de quibus sequenti libro agemus.

Hoc etiam mense festum illud, quod *Septimontium* dicitur, fuit: quo die, incertum. *Varro* post *Laurentalia* ejus mentionem facit. *Sex Pompejus Septimontium* illum diem appellari scribit, qui in *Fastis Agonalia* dicitur. *Terentii Varronis* verba lib. 5. de *Lingua Latina* hæc sunt: *Dies Septimontium* nominatus, ab heis septem montibus, in quæ sita Urbs est. Feriæ non populi, sed montanorum modo. *Sex Pompejus: Septimontium* dies festus appellatur mense Decembri, qui dicitur in *Fastis Agonalia*, quod in septem montibus fiunt sacra, *Palatio, Velia, Fagutali, Subura, Cermalò, Cælio, Oppio, & Cispio*. Sacrificium, quod fiebat Romæ in monte *Palatino Palatur* dicebatur, &c. *Varronis* sententiam verifimiliorem facit *Tertullianus*, cum scribit in libro de *Idolatria*. Etiam *Strenia* captandæ, & *Septimontium, & bruma, & Cara cognationis honoraria exigenda omnia*. Ex quibus apparet, non solum *Decembri* mense fuisse, quia is est *brumæ* mensis: sed etiam circa finem ejus mensis fuisse, quia proximum sit *strenæ* exigendæ, quod fiebat *Kalendis Januarii*. Vide *Josephum Scaligerum* *Castigationibus ad Festum*. *Plutarch.* in *Quæstionibus Romanis*, quæst. 69. has ferias institutas esse ait, propter adjectum septimum Romæ collem, quo facta sit *septicollis*. Eoque die usu vehiculorum, quæ jumentis traherentur, & antiquos abstinuissent, & suo etiamnum tempore antiquitatis studiosos abstinere: cujus moris rationes plures affert, inter quas & hæc sunt: Aut quod Romani, cum Urbe condenda magnum opus peregissent, jamque ulterius incrementum Urbis nullum animo conciperent, quietem cum sibi, tum jumentis, quorum opera fuissent usû, per istas ferias paraverint; aut quod iidem, cum vellent omnes festivitates civium præsentia ornari, eam vero imprimis quæ ob contractas in unam multas Urbis partes instituta erat, civibus usu vehiculorum jumentariorum ista die interdixerint, ne Urbe, cui dies agebatur festus, exirent. Hæc *Plutarchus*. Atque de mense *Decembri* hætenus.

## CAPUT XVII.

## De diebus festis, non stato aut certo tempore celebratis.

**D**iximus hætenus, quantum in tam obscurata antiquitatis memoria fieri à nobis potuit, de feriis *statis*, idque præeunte nobis *Kalend. Romano*, ex antiquo marmore descripto: superest, ut de *conceptivis* etiam, *imperativis, mundinis, & aliis* quibusdam, quædam in medium asseramus, quod hoc capite faciemus, atque tum finem huic libro imponemus. *Conceptivæ* sunt, ait *Macrob.* lib. 1. *Saturnaliorum*, cap. 16. quæ quotannis à Magistratibus vel sacerdotibus concipiuntur, in dies vel certos, vel etiam incertos: ut sunt *Latina, Paganalia, Sementina, Compitalia*. Quanquam *Latinas* ferias non *conceptivas*, sed *stativas* fecisse videtur *Livius* lib. 25. qua de re vide *Commentarios Pauli Manutii* in epistolam 4. lib. 2. ad *Q. Fratrem*.

*Latine ferie*, inquit *Varro* lib. 5. de *Ling. Lat.* dies *conceptivus*, dictus à *Latineis populeis*, quibus ex *Albano monte* ex sacreis carne petere fuit jus cum *Romancis*: à quibus *Latineis* *Latinæ* dictæ. De origine feriarum *Latinarum* *Dionys. Halicarnass.* lib. 4. in historia *Tarquini Superbi*, VII. *Romanorum Regis*, cum devictis *Hetruscis*, & fœdere inter *Latinos* populos auctore *Tarquinio Superbo Rege* icto, multa verba fecisset, sic scribit: ut sempiternum maneret id fœdus, *Tarquinius* proposuit designare commune sanum *Romanorum, Latinorum, Hernicorum, Volscorum*, duntaxat in societatem receptorum, quod ad mercatum convenientes, quotannis una epularentur, fruerenturque sacris communibus. *Gratum* id fuit omnibus: locus conventui præstitutus est in *meditullio* fere harum gentium, mons altus *Albæ* imminens, ubi singulis annis feriæ celebrarentur, & eo temporis spatio propter loci religionem, legemque de hoc latam, ab omni vi temperarent omnes: sacraque communiter *Jovi Latiali* facerent, & vacarent epulis, constituto prius, quantum quisque populus in ea sacra præbere, quantamve portionem recipere debeat. Earum feriarum, atque sacrificii participes fuerunt tribus minus 50. populi, quas nostra quoque ætate *Romani* agitant, *Latinas vocatas*: conferuntque in eas populi sacrorum participes, quidam agnos, quidam *caseos*, quidam *lactis* certum modum, quidam *liba lactaris*. *Victima* est taurus unus communis omnium, de cujus visceribus cuique populo sua certa portio tribuitur. Sacrificatur autem pro omnibus & *Romani* præfunt sacrificio. Hætenus *Dionys.* Ex quibus ipsius verbis satis superque, quæ ratio *Latinarum feriarum* fuerit, intelligi potest. Pertinet & hoc ad *Latinarum feriarum* rationem, quod *Consules* non ante exire paludati in *Provincias* consueverint quam *sacras Latinas* indixissent, atque iis in monte *Albano* cum *Latinarum civitatum Magistratibus* operam dedissent. *Liv.* multis locis, & *Dio* l. 46. ubi etiam annotat, male cessisse iis, qui ante *ferias Latinas* Urbe profecti fuissent. Quod si in eo sacro non omnes *Latini* carnem accepissent, sed aliquid dilatum præteritumve fuisset, aut neglectæ ceremoniæ, intermissumve solemne esset, tanquam non rite exhibitum foret, deus instaurari *Latinas* oportebat, cujus moris exempla apud *Livium* l. 32. 37. 41. & alibi multa extant. *Indictio Latiani*, hoc est, solemni festo *Latinarum*, nefas esse prælium sumere, quod eo tempore quondam publice induciæ inter *Rom. populum* *Latinosque* firmatæ essent. *Macrob.* lib. 1. *Saturnal.* cap. 16. habet. Cum autem *Consules Romani* huic sacrificio hiisque feriis operam darent, moris erat, ut interim alius aliquis ex *Patriciorum* numero Urbi præficeretur, qui *Præfectus urbis Latinarum* causa dice-

dicebatur: de quo ait *Agellius* lib. 15. cap. 8. quæsitum fuisse, an jus Senatus convocandi consulendi haberet. Anno U. C. 1000. Q. Ogulnium Dictatorem cum M. Lætorio Planciano Magistro equitum, feriarum Latinarum constituendarum causa creatum fuisse, ex Fastis Capitolinis patet. Atque his feriis unum diem dicavit *Tarquinius Superbus*. Exactis autem regibus alter additus est: post fœdus cum Latinis à Sp. Cassio Consule ictum, tertius: anno demum Urbis trecentesimo nonagesimo sexto, composita, quæ diu civitatem turbaverat, de plebeo Consulatu seditione, quartus. *Dion.* lib. 6. extremo, in historia anni cclx. Supplicationes Senatus decrevit ob plebis in gratiam reditum, & feriis Latinis diem tertium addidit, cum prius duo tantum fuerint; primus consecratus à rege *Tarquinio*, quo tempore devicit Hetruriam: alter à populo additus, quando Regibus pulsus libertatem adeptus est: tunc vero tertius accessit post reconciliatam plebem Patribus. Earum feriarum & sacrificiorum, certaminumque curam Senatus commisit Ædilib. ornatis prius prætexta & sella eburnea, regis insignibus. *Plutarch.* in Camillo: Ad Latinarum feriarum triduum eodem edicto quartus adjectus est. Eadem fere *Liv.* lib. 6. extremo. *Alexander ab Alexandro* Genialium dierum lib. 4. cap. 7. ubi multa de Latinis feriis habet, etiam hoc addit, Latinarum tempore solum ludicrum in Capitolio fieri, quadrigasque concito cursu decertare, victoremque certaminis in palmam victoriæ absinthium bibere solitum fuisse. Unde vero hoc habeat, mihi non liquet.

*Paganalia*, sive *Paganica feria*, agriculturæ causa susceptæ sunt, ut haberet in agris omnis pagus: unde *Paganica* dictæ sunt. *Varro* lib. 5. de Ling. Latina. Harum feriarum auctor est *Servius Tullius* Rex. Is enim, quemadmodum *Dion. Halicarn.* lib. 4. tradit, postquam tribus alias urbanas, alias rusticas instituisset, & has in suos pagos distribuisset, ut rusticæ multitudinis facilius iniri posset numerus, per singulos pagos aras iussit dedicari *Diis tutelariis*, quotannisque ibi conventum fieri, & sacrificium, festum hoc cum primis religiosum constituens, vocatum *Paganalia*, simulque eorum sacrorum ritus, qui nunc quoque servantur, conscripsit. Ad id sacrificium, eumque conventum omnes *paganos* iussit in singula capita conferre certum numismatis genus, sed aliud viros, aliud mulieres, aliud impubes, quibus connumeratis per sacrorum præfides, apparebat hominum numerus per sexus ac ætates distinctus. Hæc *Halicar. Ovid.* lib. 1. Fast.

*Pagus agat festum, pagum lustrate coloni,*

*Et date paganis annua liba focis.*

*Placentur matres frugum, Tellusque, Ceresque,*

*Farre suo gravida, visceribusque suis. &c.*

*Paganalis* mense Januario, & quidem post Sementinas peracta fuisse significat. Cum enim de Sementinis dixisset, hæc subjicit:

*Villice da requiem terra semente peracta,*

*Da requiem, terram qui coluere, viris.*

*Josephus Scaliger* Conjectaneis in Varronem notat, in *Paganalibus* potionem: quæ *Deæ Cereri*, vel quæ eadem esse videtur, *Pali* in camella proposita sit, *burranicam* dictam esse: & eo refert illos *Ovidii* versus lib. 4. Fast.

*Dum licet, apposita velut in cratere camella*

*Lac niveum potes, purpureamque sapa.*

Hæc potio inquit, *burrnica* dicebatur, à colore burro, quem mulsim lacte dilutum facit. *Festus*: *Burrnica* potio appellatur lacte commistum sapa, à rufo colore, quem *burrum* vocant. *Camella* autem ea est, quam *Pollux* *καμύλλα* vocat. Idem *Scaliger* eodem loco addit, *Cerem* in *Paganalibus* sacris vocatam fuisse *Empandam*, de qua intelligendus sit *Varro* lib. 1. de vita populi Rom. cujus hæc apud *Nonium* leguntur verba: Hanc *Deam* *Ælius* putat esse *Cerem*. Sed quod in asyllum qui confugerent, panis daretur, esse nomen fictum à pane dando. *Pandere*, hoc est, aperire. Ergo, inquit *Scaliger*, intelligit *Empandam* *Deam* *Paganorum*. Porro, *Varro* videtur *Paganicas* à *Paganalibus* distinguere, quod *Paganalia* essent privatae feriæ alicujus pagi; *Paganica* vero omnium. De quo tamen discrimine *Ovid.* atque alii nihil habent.

De feriis *Sementinis*, secuti *Ovidium*, diximus in Januario: de *Compitalibus* in Majo.

*Conceptiviarum* *Varro* genera duo facit, alias enim *annales* esse dicit, quæ non quidem in certos dies & menses, sed tamen quotannis: alias *non annales*, quæ neque certis diebus, neque mensibus, neque quotannis conciperentur. Sic enim libro 5. de Ling. Latina. Præterea *feriæ conceptivæ*, quæ non sunt *annales*, ut hæc, quæ dicuntur sine proprio vocabulo, aut cum perspicuo, ut *Novendiales*. Et hæc fortasse sunt, quæ à *Macrobio* *Imperativæ* dicuntur, quales fuerunt feriæ *Novendiales*, de quibus etiam quædam dicenda sunt:

*Novendiale* sacrum dupliciter à Romanis actum fuit, uno modo, cum defunctis parentabant, sequelustrabant, ut alibi dicemus, id enim huc non pertinet: altero, cum prodigium aliquod accidisset, quod *Novendiali* sacro expiare solebant. Hoc autem sacrum novem continuos dies fieri, unde & nomen habet, & vel à Pontifice Maximo, vel à Prætoribus urbano, ex Senatus decreto indici solebat. *Paulus* Festi abbreviator: *Novendiales* feriæ à numero dierum sunt dictæ. Festi verba mutila sunt, quæ tamen ex iis, quæ à *Livio* lib. 1. scribuntur, intelligi atque suppleri facile possunt, ideoque *Livii* locum adscribam. Devictis, inquit,

Sabinis, cum in magna gloria, magnisque opibus regnum Tullii, ac tota res Romana esset, nuntiatum Regi Patribusque est, in monte Albano lapidibus pluisse: quod cum credi vix posset, missis ad visendum prodigium, in conspectu, haud aliter quam cum grandinem venti glomeratam in terras agunt, crebri cadere cœlo lapides. Visi etiam audire vocem ingentem ex summi cacuminis luco, ut patrio ritu *sacra Albani* facerent, quæ, velut Diis quoque simul cum patria relictis, oblivioni dederant: & aut Romana sacra susceperant, aut fortunæ (ut fit) obirati cultum reliquerant Deum, Romanis quoque ab eodem prodigio *Noxendiale sacrum* publice susceptum est: seu voce cœlesti ex Albano monte missa (nam id quoque traditur) seu haruspicum monitu. Mansit certe solemne, ut, quandocunque idem prodigium nuntiaretur, feriæ per novem dies agerentur. Hæc *Livius*, qui & alibi passim hujus sacri, harumque feriarum meminit. Quod autem in Festi fragmentis inter alia, hæc verba leguntur, *qua missa crate*, &c. Arbitratur *Scaliger* significare *Noxendiale sacrum* illis factum, quos Tarquinius sub crate necavisset.

Quarti generis feriarum publicarum sunt *Nundinae*, quas paganorum, id est, rusticorum fuisse, quibus convenirent negotiis propriis, vel mercibus provivendi, *Macrob.* lib. 1. Saturn. cap. 16. scribit *Sext. Pompejus*: *Nundinae* feriarum diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent mercandi vendendique causa, eumque nefastum, ne, si liceret cum populo agi, interpellarentur *nundinatores*. Utrum tamen hæc feriæ fuerint, an non? disputatum à veteribus Scriptoribus esse, *Macrob.* docet. Alios enim negare scribit, *Nundinas* ferias esse, ut *Titum, Julium, Modestum & Trebatium*: alios contra ferias eas esse affirmare, ut *Julium Casarem, & Cornelium Labeonem*. Causam autem hujus varietatis apud Granium Licinianum lib. 2. inveniri scribit. Is ait (verba sunt Liciniani apud Macrobius) *Nundinae* Jovis ferias esse, si quidem *Flaminica* omnibus *Nundinis* in regia Jovi arietem solet immolare. Sed lege Hortensia effectum, ut fastæ essent, uti rustici, qui nundinandi causa in Urbem veniebant, lites componerent. Nefasto enim die Prætori fari non licebat. Ergo qui ferias dicunt, à mendacio vindicantur patrocinio vetustatis: qui contra sentiunt, æstimato ætatis, quæ legem secuta est, vera depromunt, &c. De origine etiam *Nundinarum* varietatis fuerunt veterum opiniones; quas *Macrob.* eodem loco his verbis recenset. *Nundinarum*, inquit, originem quidam *Romulo* assignant, quem communicato regno cum T. Tatius, sacrificiis & sodalitatibus institutis, *Nundinas* quoque adjecisse commemorant, sicut *Tuditanus* affirmat. Sed *Cassius Ser.* Tullium fecisse *Nundinas* dicit, ut in Urbem ex agris convenirent, urbanas rusticasque res ordinaturi. *Geminus* ait, diem *nundinarum* exactis jam regibus cœpisse celebrari. Quia plerique de plebe, repetita Servii Tullii memoria, parentarent ei nundinis. Cui rei etiam *Varro* consentit. *Rutilius* scribit, Romanos instituisse *Nundinas*, ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent, nono autem die, intermisso rure, ad mercatum, legesque accipiendas Romam venirent, & ut scita atque consulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die proposita, à singulis atque universis facile noscebantur, unde etiam mos tractus, ut leges trinundino die promulgarentur. Ea rei etiam *candidatis* usus fuit in comitium *Nundinis* venire, & in colle consistere, unde coram possent ab universis videri. Sed hæc omnia negligentius haberi cœpta, & post abolita, postquam in trinundino etiam ob multitudinem plebis frequentes adesse cœperunt. Hactenus *Macrob. Plutarch.* in Quæst. Rom. quæst. 42. *Nundinas* Saturno consecratas fuisse scribit. Sed hæc de Nund. hoc loco sufficienter.

Non sunt etiam hic silentio prætereunda *Bacchanalia*, *Ambarralia sacra*, *Solitaurilia*, &c. quæ cum explicavero, tum de privatis feriis pauca dicam, atque sic tandem hunc librum concludam.

*Bacchanalia* dicebantur Bacchi festa, inquit *Sext. Pompejus*. De quorum solemnitate & licentia multa tradunt, quæ huc referre non placet, illa tantum adscribam, quæ de iis *Flavius Blondus* Foroliviensis lib. 2. de Roma triumphante, quemadmodum ea citat *Ludovicus Carrio* IC. Scholiis in 2. librum *Argonauticôn* Valerii Flacci habet: *Bacchanalia*, inquit, Libero Patri Baccho dicata, temporis longitudine per autumnum *Saturnalibus*, paria, majore luxu celebrata sunt. Nudi enim viri cum nudatis omnia membra mulieribus, matronis, viduis & virginibus ad sacra conveniebant, quæ non nisi nocturna erant, caput omnes pariter, femoraliaque *pampinis*, & uvarum *racemis* cincti, alii item uvarum *racemos* in manu tenebant, & tumultuario invicem commixti cœtu in sublime saltantes, varique gestulatione, brachia, cervicem, caputque moventes, carmen inconditum Baccho cantabant, nec prius erat saltationis modus, quam defatigati, & toto corpore vacillantes partim resupinarentur proximioribus inhaerentes, partim in pavimentum fanatici amentesque procumberent, ut recte sensit *Marcus Varro*, talia nisi ab amentibus fieri non potuisse. Hæc *Blondus*. Quomodo hæc sacra in Italiam quoque & ipsam urbem Romam irreperint, quæque eorum fuerit turpitudine, videre est apud *Liv.* lib. 39. ubi etiam hoc Senatusconsultum, quomodo abolita *Bacchanalia* Romæ, & per totam Italiam fuerint, recitat. In reliquo, inquit, Senatusconsulto cautum est, ne qua *Bacchanalia* Romæ, neve in Italia essent, si quis tale sacrum solemne & necessarium duceret, nec sine religione & piaculo se id omittere posse, apud Prætozem urbanum profiteretur: Prætor Senatum consuleret. Si ei permissum esset, cum in Senatu centum, non minus, essent, ita id sacrum fieret, dum ne plus quinque sacrificio interessent, ne qua pecunia communis, nec quia magister sacrorum, aut sacerdos esset, &c. Illud etiam eodem libro prodit primum quotannis tribus diebus aliquos bis sacris initiatos fuisse, postea vero eo rem deductam, ut singulis mensibus quinque dies initiationi tribuerentur. De turpitudine sacrorum, quæ Baccho fierent in Italia, quædam etiam *Augustinus* l. 7. cap. 21. de Civitate Dei ex *Varrone* adducit, quæ legere potes.

*Ambarvale sacrificium*, ait *Servius*, dicitur, quod arva ambiat victima. Hæc victima sive hostia *Ambarvalis* dicebatur. *Sext. Pompejus*; *Ambarvales hostie* appellabantur, quæ pro arvis à XII. fratribus sacrificabantur. Idem: *Ambarvallis* hostia est, quæ rei divinæ causa circum arva ducitur, ab iis, qui pro frugibus faciunt. Quæ verba etiam à *Macrob.* lib. 3. Saturn. cap. 5. citantur, qui etiam hæc addit: Hujus sacrificii mentionem *Virgil.* in *Bucolicis* habet, ubi de apotheosi *Daphnidis* loquitur:

*Hac tibi semper erunt, & cum solemnia vota  
Reddemus Nymphis, & cum lustrabimus agros.*

Ubi *lustrare* significat circuire. Hinc enim videlicet & nomen hostiæ acquisitum est ab ambiendis arvis. Hæc ille. Cæterum hoc sacrum ita peragebatur. Victimam, suam scilicet, ovem & taurum, *Suovetaurilia* id sacrificium appellabatur, maturis frugibus ter circum arva ducebant, omnesque post clamantes sequebantur; ex quibus unus querna corona ornatus, cum solemnibus saltatione composito carmine *Cereri* decantabant laudes; ac postquam vino & lacte libassent, antequam fruges miterent, porcam *Cereri* immolabant. Discimus hoc ex *Virgilio* lib. 1. *Georgicorum*, ubi sic scribit;

*Cuncta tibi Cerevem pubes agreffis adoret,  
Cui tu lacte favos, & miti dilue Baccho;  
Terque novas circum felix eat hostia fruges,  
Omnis quam chorus & socii comitentur ovantes,  
Ambarvalia etiam Tibullus lib. 2. elegia 1. videtur describere, sic incipiens.*

*Quisquis adest, faveat: fruges lustramus & agros,  
Ritus ut a prisco traditus extat avo.*

*Bacche veni, dulcisque tuis è cornibus uva  
Pendeat, & spicis tempora cinge Ceres. &c.*

Cætera ex ipso *Tibullo* pete. Neque vero hoc sacrificium à rusticis tantum fiebat, sed & à Romanis fines agri Romani lustrantibus, qui inter quantum & sextum lapidem, ut auctor est *Strabon.* 5. erant, quod sacrum *Ambarvalia*, ut inquit, vocabant, quod, opinor, circum agri Romani terminos sacrum fieret. *Adrianus Turnebus* lib. 18. *Adversariorum* cap. 17. Atque huic sacro *Fratres arvales* præerant, qui ad hoc creati erant, ut terminos agri Romani *Suovetaurilia* circumferrent. Vide *Josephum Scaligerum* *Castigationibus* in *Festum*, ad vocem *Amtermini*.

Sed & *Patresfamilias* unusquisque in agro suo, fines fundi *Suovetaurilibus* lustrabat, quam lustrationem ita describit *Cato* cap. 141. de *Re Rustica*: Agrum lustrare sic oportet. Impera *Suovetaurilia* circummagi cum divis volentibus, quodque bene eveniat, mando tibi *Mani*, ut illa *Suovetaurilia*, fundum, agrum, terramque meam, quota ex parte, sive circummagi sive circumferenda censeas, uti cures lustrare: *Janum*, *Jovemque vino prafamino* sic: *Mars Pater te precor*, quæsoque, uti sis volens, propitius mihi, domo, familiæque nostræ, quoque rei ergo agrum, terram, fundumque meum *Suovetaurilia* circummagi iussi, uti tu morbos visos, invisosque, viduitatem, vastitudinemque, calamitates, intemperiasque prohibeas, defendas, averruncesque, utique tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandire, beneque venire sinas. Pastores, pecuaque salva servassis, diisque bonam salutem, valetudinemque mihi, domo familiæque nostræ. Harumque rerum ergo, fundi, terræ, agrique mei lustrandi, lustrique faciendi ergo, sicuti dixi, mactæ hisce *Suovetaurilibus* lactentibus immolandis esto. *Mars pater* ejusdem rei ergo, mactæ hisce *Suovetaurilibus* lactentibus esto. Item cultro facito struem, & ferctum uti adstet. Inde obmoveto. Ubi porcam immolabis, agnum, vitulumque sic oportet. Ejusque rei ergo mactæ hisce *Suovetaurilibus* immolandis esto, nominare vetat *Martem*, neque agnum vitulumque. Si minus in omnes litabit, sic verba concipito: *Mars Pater*, si quid tibi in illisce *Suovetaurilibus* lactentibus, neque satisfactum est, te hisce *Suovetaurilibus* piaculo. Si uno duobusque dubitaverit, sic verba concipito: *Mars Pater*, quod tibi illo porco neque satisfactum est, te hoc porco piaculo. Hæc *Cato*.

Porca, quæ *Cereri* ante messem mactari solebat, dicebatur *Præcidanea* porca, quod *Sext. Pompejus* docet his verbis: *Præcidanea agna* vocabatur, quæ ante alias cædebatur. Item porca, quæ *Cereri* mactabatur ab eo, qui mortuo iusta non fecisset, id est, glebam non objecisset: quod mos erat eis facere, priusquam novas fruges præciderent. Sacrificii hujus porca *præcidanea* formulam hanc habet *Cato* cap. 134. de *Re Rustica*: Priusquam messem facies, porcam *præcidaneam* hoc modo fieri oportet. *Cereri* porca *præcidanea*, porco *fæmina*, priusquam hæc fruges condantur, far, triticum, hordeum, fabam, semen rapicium, thure, vino, *Jano*, *Jovi*, *Junoni* præfato. Priusquam porcam *fæminam* immolabis, *Jano* struem commoveto sic: *Jane Pater*, te hac strue commovenda bonas preces precor, uti sis volens propitius mihi, liberisque meis, domo, familiæque meæ mactus hoc fercto. Ferctum *Jovi* moveto, & mactato, sic: *Jupiter* te hoc fercto obmovendo bonas preces precor, uti sis volens propitius mihi, liberisque meis, domo familiæque meæ mactus hoc fercto. Postea *Jano* vinum dato sic: *Jane Pater*, uti te strue commovenda bonas preces bene precatus sum, ejusdem rei ergo mactæ vino inferio esto. Postea *Jovi* sic: *Jupiter* mactæ fercto esto, mactæ vino inferio esto. Postea porcam *præcidaneam* immolato. Ubi exta profecta erunt: ita *Jano* struem commoveto, mactatoque item uti prius obmoveras. *Jovi* item ferctum obmoveto mactatoque ut prius feceras. Item *Jano* vinum dato, & *Jovi* vinum dato ita uti prius datum fuit ob struem obmovendam, & fer-

étum libandum, postea Cereri exta & vinum dato. Hactenus *Cato*: apud quem tamen maectus perpetuo legendum, locus ille ex libro *Arnobii* contra Gentes 7. significare videtur, ubi sic scribit: Operæ pretium est verba ipsa depromere, quibus cum vinum datur, uti ac supplicare consuetudo est. *Maectus* hoc vino inferio esto. *Inferio*, inquit *Trebatius*, verbum ea causa est additum, eaque ratione profertur: ne vinum omne omnino, quod in cellis atque apothecis est conditum, ex quibus illud quod effunditur promptum est, esse sacrum incipiat, & ex usibus excipiat humanis.

Erant & *Amburbia sacra*, quæ fiebant, cum Urbs & pomœrium lustrabatur, ut apud *Lucanum* lib. 1.

*Mox jubet Et totam pavidis à civibus Urbem*

*Ambiri, Et festo purgantes mœnia lustrò*

*Longa per extremas pomœria cingere fines.*

*Pontifices sacri quibus est permissa potestas.*

Hinc *Amburbiales hostiæ* dicebantur, quæ circum terminos Urbis Romæ ducebantur. *Festus*. Hujus sacri meminit *Vopiscus* in Aureliano: Cantata, inquit, carmina, amburbium celebratum, *amburbalia*, promissa, &c. Observavit hæc *Turnebus* Adversariorum lib. 18. cap. 17. *Josephus Scaliger* Castigationibus in Festum ad vocem *Antermini*, *Amburbia* ab *Ambarvalibus* non distinguit, sed eadem esse scribit.

Quoniam autem de lustrationibus dixi, non alienum ab hoc loco erit, si etiam de *lustratione quinquenniali*, quæ à Censoribus quinto quoque anno, perfecto censu, peragebatur, quædam afferam. De hoc itaque more *Dionysius Halicarnassensis* lib. 4. in historia *Servii Tullii* Regis, qui auctor hujus instituti fuit, ita scribit: Perfecto Censu à Tullio Rege, omnes cives jussi sunt armati adesse in campo Martio, ibi instructos in sua quemque centuria equites, pedites, velites, lustravit Rex *Solitaurilibus*. *Hostiæ*, taurus, aries, & hircus ter circumductæ circum exercitum, Marti maectatæ sunt. Hoc modo etiam nostra ætate post Censum Romani lustrantur à Magistratu sanctissimo, quod lustrum sua voce nominant. Eadem etiam *Liv.* lib. 1. Censu perfecto, inquit, quem maturaverat metu legis de incensis latæ, cum vinculorum minis mortisque edixit, ut omnes cives Romani, equites, peditesque in suis quisque *centuriis*, in campo Martio prima luce adessent. Ibi instructum exercitum omnem *Suovetaurilibus* lustravit, idque conditum lustrum appellatum, quia in censendo finis factus est. Dicebatur autem hoc sacrum *Suovetaurilia*, quia sus, ovis, vel aries, & taurus, ornati vittis & tæniis, atque ad aram ducti, quam icona etiam *Gulielmus Brasiliensis* in suum de antiqua Romanorum religione librum retulit. Dicuntur etiam *Solitaurilia*, de quibus *Sext. Pompejus*. *Solitaurilia* hostiarum trium diversæ generis immolationem significant, *tauri*, *arietis*, *verris*, quod omnes hi solidi integrique sint corporis. Contrarii vervecis majalesque, quia solum *Osce* totum, & solidum, significat, unde tela quædam *soliferrea* vocantur tota ferrea, & homo bonarum artium *solers*, & quæ nulla parte laxata cavaque sunt, *solida* nominantur, atque harum hostiarum omnium inviolati sunt tauri, quæ pars scilicet cæditur in castratione. Sunt quidam, qui putent, ex tribus hostiis præcipue nomen inclusum cum *solido tauri*, quod amplissima sit earum, quidam dixerunt omnium trium vocabula confusa, suis, ovis, tauri, adfectisse id quod uno modo appellarentur *universæ*, &c. Sed de his satis.

Illud etiam non omiserim, moris fuisse apud Romanos, ut quotannis certo die solemniter in pompa gessaretur *canis in cruce ætus*, & *anser* splendide admodum in lectica, & veste stragula pretiosa sedens: ob eam causam, quod hi in obsidione Capitolii, Gallis irruptionem in arcem tentantibus, Romanos clangore & strepitu excitassent, *canibus* interim somno indulgentibus. Meminit hujus solemnitatis *Plutarchus* in lib. de Fortuna Romanorum.

Et *Sext. Pompejus* meminit *lapidis manalis*, quo nomine appellatam fuisse dicit petram quandam, quæ fuerit extra portam Capenam, juxta ædem Martis, quam, cum propter nimiam siccitatem in Urbem protraxissent, insequuta statim pluvia fuerit: unde etiam, quod aquas manaret, *manalis lapis* dictus sit. De eodem *Varro* lib. 2. de vita populi Romani. Apud Nonium Marcellum: *Manalis lapis* appellatur in Pontificalibus sacris, qui tunc movetur, cum pluvie exoptantur. Sic enim *Varonis* locum restituit *Josephus Scaliger*, Castigationibus in *Pompejum* Festum.

De *Supplicationibus* lib. 10. cap. penult. dicemus. De *lectisterniis* paulo ante quædam memoravimus.

Sunt præterea *feriæ propriae* familiarum, inquit *Macrobius*, ut *Claudie familia*, vel *Emilia*, seu *Julia*, sive *Cornelia*: & si quas ferias proprias quæque familia ex usu domesticæ celebritatis observat. Sunt *singularum*, ut natalium, fulgurumque susceptiones, item funerum, atque expiationum. Apud veteres quoque, qui nominasset *Salutem*, *Semoniam*, *Sejam*, *Segetiam*, *Tutilinam*, ferias observabat. Item *Flaminica*, quoties tonitrua audisset, feriata erat, donec placasset Deos. De feriis familiarum propriis, sive sacris privatis fuit lex in 12. Tabulis, his concepta verbis: *Sacra privata* perpetua manent: ad quam legem quædam de sacris privatis notabimus: plura habet *Francisc. Hotomanus* in tripertita 12. Tabul. commentatione. *Feriis natalitiis* sacrificabant *Genio*, quemadmodum ex *Tibullo* l. 2. eleg. 2. discimus, ubi etiam alia, quæ iis diebus peragi solerent, commemorantur. *Famina Junoni*, quæ ipsarum natalis Dea erat, sacra faciebant. De *Funeribus*, sacrificis eo pertinentibus, dicemus suo loco. Atque hæc habuimus, quæ de *Romanorum sacris* in medium afferremus: quibus coronidis loco adjiciemus, *Ausonii* *Burdigalensis* epigrammata quædam de diebus, mensibus, & quatuor anni partibus, quod ea ab hac tractatione non videantur esse aliena.

*Ausonii Burdigalensis, viri consularis, de  
nominibus septem dierum.*

## EDYLLIUM XV.

*Nomina, qua septem vertentibus apta diebus  
Annus habet, totidem errantes fccere planeta,  
Quos indefessa volvens vertigine mundus,  
Signorum obliqua jubet in statione vagari.  
Primum, supremumque diem radiatus habet sol.  
Proxima fraterna succedit luna corona.  
Tertius assequitur Titania lumina Mavors.  
Mercurius quarti sibi vindicat astra diei.  
Inlustrant quintam Fovis aurea sidera zonam.  
Sexta salutigerum sequitur Venus adma parentem.  
Cuncta supergrediens Saturni septima lux est.  
Ostarum instaurat revolutibilis orbita solem.*

## EDYLLIUM XVI.

*De mensibus & quatuor anni temporibus.*

*Eternos menses, & tempora quatuor anni.  
Quatuor ista tibi subiecta monosticha dicent.  
Martius, Aprilis, Majus sunt tempora Veris,  
Julius, Augustus, nec non & Junius Aestas,  
Septembri, Octobri, Autumnus, totoque Novembri,  
Brumales, Janus, Februarius, atque December.*

## EDYLLIUM XVII.

*De mensibus monosticha.*

*Primus Romanas ordiris JANE Kalendas.  
Februa vicino mense Numa instituit.  
Martius antiqui primordia protulit anni,  
Factiferum Aprilem vindicat alma Venus.  
Majorum dictus patrum de nomine Majus,  
Junius atatis proximus est titulo.  
Nomine Casareo Quintilem Julius auget,  
Augustus nomen Casareum sequitur.  
Autumnum, Pomona, tuum September opimat,  
Triticeo October fenore ditat agros.  
Sidera precipitat pelago intempesta November.  
Tu genialem Hiemem feste December agis.*

## EDYLLIUM XVIII.

*De mensibus alia monosticha.*

*Dira patet JANI Romanis janua bellis.  
Vota Deo Diti Februa mensis habet.  
Incipe Mars anni felicia fata reduci:  
Tunc Aries Veneri lutea ferta legit.  
Dulcia, Maja, tuis lucent examina Nomis:  
Arce poli Geminos Junius ecce locat.  
Julius ardenti divertit lumina solis  
Aere, flammigero cuncta Leone calent,  
Poma legit virgo maturi mitia solis,  
Fundit & October vina Falerna lasis.*

*Aret tota soli species visura Nepai:  
Inde December amat te genialis hiems.*

## EDYLLIUM XIX.

*De mensibus disticha.*

*JANE nove, primo qui das tua nomina mensi,  
JANE bifrons, spectans tempora bina simul:  
Post, superum cultus, vicino Februa mense,  
Dat Numa cognatis Manibus inferias.  
Martius & generis Romani praesul, & anni,  
Prima dabat Latius tempora Consulibus.  
Aeneadam genitrix vicino nomen Aprili  
Dat Venus, est Marti namque Aphrodita comes.  
Maja Dea, an major, Mai, te fecerit atas.  
Ambigo, sed mensi est auctor uterque bonus.  
Junius hunc sequitur duplici celebrandus honore,  
Seu nomen Juno, sive Juventa dedit.  
Inde Dionae praefulgens Julius astro,  
Aetatis media tempora certa tenet.  
Augustus sequitur, cognatum a Casare nomen,  
Ordine sic anni proximus, ut generis.  
Nestuntur post hos, numerumque ex ordine signant,  
September Bacchi munere praesul rigans:  
Et qui sementis per tempora, fenore latus  
October, cupidi spem foret agricola:  
Quique salo mergens solemnia signa November  
Praecipitat, caelo mox reditura suo.  
Concludens numerum genialia festa December  
Finit: ut a bruma mox novus annus eat.*

## EDYLLIUM XX.

*De mensibus tetrasicha.*

## JANUARIUS.

*Hic JANI mensis sacer est: en aspice, ut aris  
Thura micent: fumant ut pia thura Lares.  
Annorum seclique caput, natalis honorum,  
Purpureos fastis qui numerat proceres.*

## FEBRUARIUS.

*At quem caruleus nodo constringit amictus,  
Quique paludicolum prendere gaudet avem,  
Dadala quem jactu pluvio circumvenit Iris,  
Romuleo ritu Februa mensis habet.*

## MARTIUS.

*Cinctum pelle lupa promptum est cognoscere mensem,  
Mars olli nomen, Mars dedit exuvias.  
Tempus ver haedus petulans, & garrula hirundo  
Indicat, & sinus lactis, & herba virens.*

## APRILIS.

*Contestam myrto Venerem veneratur Aprilis,  
Lumen juris habet, quo nitet alma Ceres.  
Cereus e dextra flammam diffundit odoras,  
Balsama nec desunt: queis redolet Paphie.*

## M A J U S.

Cunctas veris opes, & plura rosaria gemmis  
 Liniger in calathis, aspice, Majus habet,  
 Mensis Atlantigena diæus cognomine Maja,  
 Quem merito multum diligit Vranie.

## J U N I U S.

Nudus membra, debinc solares respicit horas  
 Junius: ac Phœbum flectere monstrat iter.  
 Idem maturas Cerevis designat aristas  
 Floralesque fugas, lilia fusa docent.

## J U L I U S.

Ecce coloratos ostentat Julius artus,  
 Crines cui rutilos spicæ ferta ligant.  
 Morus sanguineos præbet gravidata racemos:  
 Quæ medio Cancræ sidere lata viret.

## A U G U S T U S.

Fontanos latices, & lucida pocula vitro,  
 Cerno, ut demerso torridus ore bibat.  
 Æterno regni signatus nomine mensis,  
 Latona genitam quo perhibent Hecaten.

## S E P T E M B E R.

Surgentes acinos varios, & præsecat uvas  
 September, sub quo mitia poma jacent.  
 Captivam filo gaudens religasse lacertam,  
 Quæ suspensa manu nobile ludit opus.

## O C T O B E R.

Dat pressum leporem, cumque ipso palmite fœtus  
 October, pinguis dat tibi ruris aves.  
 Jam bromios spumare lacus, & musta sonare  
 Apparet vino vas calet ecce novo.

## N O V E M B E R.

Carbaseo surgens post hunc indutus amictu  
 Mensis ab antiquis sacra deamque colit:  
 A quo vix avidus sistro compestitur anser,  
 Devotusque satis ubera fert humeris.

## D E C E M B E R.

Annua sulcata conjecta & semina terra  
 Pascit hiems, pluvio de Fove cuncta madent.  
 Aurea nunc revocet Saturni festa December,  
 Nunc tibi cum Domino ludere verna licet.

## E D Y L L I U M X X I.

Quoteni dies sint mensium singulorum?

Implent tricenæ per singula menstrua lucas  
 Junius, Aprilisque, & cum Septembre, November.  
 Unum ter denis cumulatiùs adde diebus  
 Per septem menses, Jani, Martisque Kalendis,  
 Et quas Majus agit, quas Julius, Augustusque,  
 Et quas October, positusque in fine December.  
 Unus erit tantum duodetriginta dierum:

Quem Numa præposito voluit succedere Jano,  
 Sic tercentenis decies accedero senos,  
 Quadrantemque, & quinque dies sibi computat  
 annus.

## E D Y L L I U M X X I I.

De tribus mensuris mensium.

Bis senas anno reparat Lucina Kalendas:  
 Et totidem medias dat currere Jupiter Idus:  
 Novarumque diem faciunt infra octo secundi.  
 Hac sunt Romano tantum tria nomina mensi.  
 Cetera per numeros sunt cognomenta dierum.

Quot mense quotæ Nonæ, vel Idus sint.

At Nonas modo quartæ aperit, modo sextæ refert lux,  
 Sextæ refert Maji, Octobris, Martisque recursu,  
 Et qui solstitio sua tempora Julius infert.  
 Cetera pars mensium quartis est prædita Nonis:  
 Omnes vero Idus octava luce recurrunt.

Quotæ Kalendæ sint mensium singulorum.

Post Idus, quas quisque suas habet ordine mensis,  
 Diversa numero redeunt variante Kalenda.  
 Dum rursumque, iterumque . . . vocantur,  
 Ut tandem oblatis procedant temporis ortu,  
 Tercentis, unoque die genialia festa  
 Porrigit, ut Janum arcessat nova bruma morantem.  
 Hoc numero mensisque Numa, redit, autumnique  
 Principium referens Bacchi, September alumnus,  
 Julius & Majus positusque in fine December,  
 Octoberque die revocatur tardius uno.  
 Inde dies redeunt minus uno, quattuor ultra,  
 Quos numero adjiciam, Sextilis, Junius, atque  
 Aprilis, post quos penultima meta November.  
 Ter quinis, unoque die, Junonie Mavors,  
 Ut redeas, referasque exordia prima, cieris.  
 Hoc numero, ad plenum, vertens reparabitur anhus.

## E D Y L L I U M X X V.

De feriis Romanis.

Nunc & Apollineos Tiberina per ostia ludos,  
 Et Megalestaca Matris operata loquar.  
 Vulcanique dies autumnæ exordia primi:  
 Quinquatrusque Dea Pallados expediam.  
 Et medias Idus, Maji, Augustique recursu,  
 Quas sibi Mercurius, quasque Diana dicat.  
 Matræ, quæ sacra colant pro laude virorum,  
 Mavoris primi quum rediere dies.  
 Festa Caprotinis memorabo celebra Nonis:  
 Quum stola matronis dempta teget famulas.  
 Quattuor illa etiam discretis partibus anni  
 Solstitia, & lucas nocte, dicque pares.  
 Nec Regifugium pulsus ex urbe tyrannis,  
 Latum Romanis fas reticere diem.  
 Visne Opes ante sacrum vel Saturnalia dicam?  
 Festaque servorum, quum famulantur heri?

Et



**Et nunquam certis redeuntia festa diebus,  
Compta per vicus quum sua quisque colit?  
Aut duplicem cultum, quem Neptunalia dicunt,  
Et quem de Conso consiliisque vocant?  
Festa hac navigiis, aut qua celebrata quadrigis,  
Fungunt Romanos, finitimosque duces:  
Adjiciam cultus, peregrinaque sacra Deorum,  
Natalem Herculeum, vel bovis Isaca:  
Nec non lascivi Floralia lata theatri,  
Qua spectare volunt, qui voluisse negant.**

**Nunc etiam veteres celebrantur Equiria ludi,  
Prima hac Romanus nomina Circus habet.  
Et Dionysiacos Latio cognomine ludos  
Roma colit: Liber qua sibi vota dicat.  
Aediles plebeji etiam, Aedilesque curules,  
Sacra, Sigillorum nomine dicta colunt.  
Et gladiatores funebria praelia notum  
Decertasse foro: nunc sibi harena suos  
Vindicat: extremo qui jam sub fine Decembris,  
Fulcigerum placant sanguine caeligenam.**

## AD CAP. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII.

## PARALIPOMENA.

**Aethiaca victoria Augusti, clavus annalis fixus,  
Saturnaliorum libertas, origo, & diversitas,  
Lararia, mensum nomina ac officia propria.**

**Q**UAE sex hisce capitibus habentur, non habent quicquam difficultatis, tum quia ex Calendario à me ante appposito, abunde cognosci poterunt, tum etiam quod alibi exponitur, percurram tamen raptim.

Victoria fixa in Augulum incidunt, de qua abunde dixi lib. 2. supra hoc opere cap. 10.

In Septembri Augustus princeps M. Antonium Aegyptiis & orientalibus copiis ferocem ad Actium debellavit navali acie. Præter historicos, quos non exscribo, L. Sen. l. 1. de Clement. cap. 11. Post mare Aethiaca Romano cruce insectum. Et in adversis ejusdem principis, C. Plin. l. 7. nat. histor. cap. 45. Jam in navali fuga, ut gente hostium manu preces Proculo mortis admota, cura Persinae contentione, sollicitudo Maris Aethiici. Locus videtur castigatione egere. Nam quorsum Proculo preces admovisset mortis? Certe, etsi confitei Proculum inter amicitiosos ei fuisse, ex Plutarcho in Antonio, cenfeo tamen legendum, preces pro periculo mortis admota. Poetas tantum adscribam. M. Manilium lib. 1.

*Perque patris pater Augustus vestigia vitit,  
Necdum finis erat, restabant Aethi bella  
Dotali commissa acie, repetitaque rerum  
Praelia.*

Sext. Propertium lib. 2. eleg. 1.

*Aethiague in Sacra currere rostra via.*

Et lib. 4. eleg. 6.

*Vicit Roma fide Phæbi, dat semina panas,  
Sceptra per Jonias fracta vehuntur aquas.*

Sidon. Apollinar. Carm. 5. v. 462.

*Nec sic Lencadio classis Mareotica portis  
Aethiacas abscondit aquas, in bella mariti  
Dum venit à Phario dotalis turba Canop.*

Et Carm. 7. v. 94.

*- - - Vidit te frangere Lencas  
Trux Auguste, Pharon, dum classicus Aethi miles  
Stagna quatit, profugisque bitox Antonius armis  
Incastrum vacuat patrio Ptolemaida regno.*

M. Manil. lib. 5. Astronomic. in initio:

*Aethiacoque sinus inter suspensus uterque  
Orbis, & in ponto celi fortuna natabit.*

P. Virgil. l. 8. Aeneid. ad finem:

*- - - Classes aratas, Aethi bella  
Cernere erat.*

M. Lucan. l. 1. v. 42.

*- - - Et quas premit aspera classes Lencas:*

Et lib. 7. in fine:

*Et Aethiaca, & Lencas, paros fecere Philippoi.*

Fortuna rerum futurarum præfaga, apud C. Petronium in bello civili.

*Et Libye cerno, & tua Nile gementia claustra,  
Aethiacoque sinus, & Apollinis arma timentes.*

Corrige interium C. Tacitum l. 15. Annal. in limine, certamen ad exemplum Aethiaca religionis decretum, lege cum J. Lipsio, ad exemplum Aethiaca regionis. Auctorib. Suetonio in Augusto c. 18. Urbem Nicopolim apud Aethiam condidit, ludosque illic quinquenales constituit. Memerit in Paneg. Urbis Nicopolis, quare D. Augustus monumentum Aethiaca victoriae insar tropæi exererat. Dio lib. 51. fuse narrat, & meminit idem Suetonium in Tiber. c. 6.

Clavi figendi solemnitas & Septembri mense reperitur celebrata. Sext. Pompejus l. 3. Clavis annalis appellabatur, qui figebatur in parietibus sacrarum adium, per annos singulos, ut per eos numerus colligeretur annorum. Caesellius Durantius lib. 1. var. lect. cap. 5. discussit primus hunc ritum, & obsecurissimis tenebris facem prætulit Petron. in Satyrico pag. 109.

*At paries circa palea satiatas inani,  
Fortuitoque luto: clavus numerabat agrestis,  
Et viridi junco gracilis pendebat arundo.*

Duorum versuum primorum dictiones sedem suam videntur mutasse, itaque indubie sic legendum:

*At paries circa palea satiatas agrestis,  
Fortuitoque luto, clavus numerabat & annos.*

Rectissima, nisi ego fallor, loci restitutio, nam pro inani legi oportet & annos, alioqui nullus sensus. Sed ad alia pergendum.

In Decembri peragebantur magna libertate Saturnalia, ut futilissimè discussi l. 2. hujus operis supra cap. 4. Juven. sat. 7. v. 96.

*- - - Tunc utile multis  
Pallere, & vinum toto nescire Decembri.  
Invitat genialis hiems, curasque resolvit.*

Adde hic tantum, de muneribus missis locum Festi Pompeji l. 3. Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus, quia candelis pauperes, locupletes cereis utebantur. M. Martial. l. 10. epigr. 87.

*Absit cereus aridi clientis,  
Et vani triplices, brevesque mappa  
Expectent gelidi jocos Decembris.*

Et Saturnalia dona ista vocabantur. Tertullian. lib. de fuga in persecut. in fine: pacem mandavit à militibus per Saturnalia redimendam. Quod ex eodem hoc loco, non tamen citato, primus ostendit Angelus Politian. Miscellaneor. cap. 21.

Adi ad viros doctos in Suetonium in Augusto c. 71. in Claudio cap. 5. in Calig. cap. 17. T. Liv. 1. Decad. lib. 2. in principio. Q. Horat. lib. 2. sat. 7. Et Helenius Acron ibidem libertatem ostendit.

*- - - Age, libertate Decembri,  
Quando ita majores voluerunt, utere.*

Quod celebratissimum quidem apud Romanos, non tamen ejus consuetudinis illi auctores, sed Athenienses, quibus id in lege ante illos positum, ut servi cum dominis pari honore epularentur, dixi in hoc opere alibi, sed & Cretenses festa agebant, quæ Hermae dicebantur, in quibus domini ministrarent servis mensæ accumbentibus. Caristius in historicis Commentariis

apud.

apud Athenarum l. 14. cap. 17. Babylonii festum etiam habebant: cui nomen *Sarcas*, quod diebus quinque integris prolongebatur, in quo servi imperabant dominis suis, & e servitio unus stolam regiam induebat. Ceteras historicis antiquissimus l. 2. Annalium Persicorum, & Berosus lib. 1. rerum Babylonicarum. Simile omnino jus in festo, quod *Peloria* appellabant Thessali. Baro Sinoprus in oratione de Thessalia & Ammonia, referente Athenæo, loco laudato, ut certissime constat, non tantum Romanos celebrare Saturnalia consuevisse, sed & alias gentes. Cur autem hoc mense potissimum, rationes disquirat, ex principis astrologia, Calius Rhodiginus lib. 15. cap. 23.

*Lararia* denique in Decembri peragi solebant: hoc est festum deorum Larium, (nam & Lararium pro loco, in quo Lares asseruabantur, usurpatur. Æl. Lamprid. in Alexandro Severo) de quibus paulo ante hoc libro dictum est à me, cap. 9. Adde & Ægyptios etiam Lares habuisse. Aurel. Macrob. l. 1. Saturni. c. 19.

Principium certe cultus illorum inde profuxit, quod parentes, vel liberos, vel affines, aut amicos domi defunderent & sepelirent, quare credula plebs animas defunctorum cultu quodam domestico priuim, ac deinde publico, tanquam auxiliarios deos deuenerebat. Q. Flor. Tertull. l. de resurrectione carnis: *Silicet quod apud maiores olim homines in domibus suis sepeliebantur.* Hidor. Hispanensis l. 15. Etymologiar. cap. 11. *Sepulchrum à sepulto dictum, prius autem quisque in domo sua sepeliebatur, postea vetitum est legibus, ne factore ipso corpora viventium contacta inficerentur.* Servius Honoratus ad illud l. 5. Æneid.

*Præterea si nona diem mortalibus alnum  
Auroa extulerit.*

Et expressius ad illud l. 5. Æneid.

*Sedibus hunc refer ante suis.*

Apud maiores, inquit, omnes in domibus sepeliebantur, unde ortum est, ut Lares colerentur in domibus. Hinc quoque derivatum est, ut pro sepulchro domum usurparent Scriptores. M. Valer. Probus libello *De Notis. D. M. domus mortuorum* l. 4. C. de sepulch. viol. *Qui sepulchra violant, domos ut ita dixeris, defunctorum.* Antiquum marmoris fragmentum.

PERPETUAS. SINE. FINE. DOMOS.  
MORS. INCOLIT. ATRA.  
ÆTERNOSQUE. LEVIS. POSSIDET.  
UMBRA. LARES.

Unde & familia pater Lar Plauto in Prologo Aulularia dicitur: & dictum abunde supra. Et quod domui præsideret, præstitem deum appellatur. Ovid. l. 5. Fastor.

*Præstitibus Maja Laribus venere Calenda.*

Illis diis pueritiam egressi, sumpta virili toga, bullas, quas nobilitatis & infantia argumentum gestaverant, suspenden-

das ponebant. Porphyrio vetus Grammaticus ad illud Q. Horatii lib. 1. sat. 5.

- - - *Donasset jamne casenam*

*Ex voto Laribus.*

A. Persius sat. 5.

*Bullaque succinctis Laribus donata pendit.*

Milites post exacta legitima stipendia, arma sua iissem consecrabant. Ovid. l. 4. Trist. eleg. 7.

*Miles ut emeritis non est satis utilis armis,*

*Ponit ad antiquos, quæ tulit, arma Lares.*

Denique & quicquid charum videbatur, ornamentum Laribus futurum dicabant. T. Liv. 4. Dec. l. 4. *Pennarius Laribus suspendit molles pilas, reticula, strophias.* Imitatus ille indubie est illud M. Varronis in Sciqui Ulyssæ apud Nonium:

*Suspendit Laribus marinas molles pilas,*

*Reticula, ac strophias.*

Quæ capite 17. sequuntur, in commodiorem locum sunt rejicienda. Et quidem de *Noventiali* in tractatu de Funeribus uberius erit dicendum occasione, De *Bacchanalibus* in tractatu de Convivio. De *Ambarvali* & *Instratione* alibi.

De compitalibus addendus locus Nævii in Tunicularia apud Festum in penis.

*Theodotum compellas, qui aras compitalibus*

*Sedens in cella circumstelas vegetibus*

*Lares ludentes peni pinxit butulo.*

Denique de mensibus diebusque Romani anni addendum & epigramma incerti Scriptoris in Anthologia l. 1. cap. 91. & eodem ultimo:

*Μὴν ὑπάρτων πρῶτος, ὁ δὲ δεύτερος αὐλακα τίμασι.*

*Ὁ τρίτος Ἀυσονίων γενεὴν ἐπὶ μάλῳ ἰγέρει,*

*Τέταρτος ἀγγελλεὶ ῥοδόδρακτον εἶπρος ἄρην*

*Εἶμι ῥόδων γενετὴς, καὶ ἐγὼ κρύνα λιναὶ νομίζω,*

*Ὅπως ἀμυλλοδέτης, τὰ δ' ἰμὰ πλερὰ Νείλου ἰγέρει;*

*Ὅπως ἄριστα φίλω πεφικμένιος ἔπλετο Βάχχῳ.*

*Τίχῳ δ' οἶνον ἐγὼ μελινδία χάσμα βρολοῖσι.*

*Δαίτα φέρω χαρίεσσα ἐς εἶνομα φωτός ἐκδύ*

*Φαγίλειν δαδάκα, καὶ ὑπνώοντας ἰγέρει.*

Id est ad verbum: *Mensis consulum primus, secundus sulcum fecat, tertius Ausonium genus ad pugnam excitat, quartus annuntiat roseam veris horam. Suen rosarum genitor, & ego lilia candida porto: hic ligat manipulos, & mea ala Nilum excitat. Hic generoso amicus est Baccho. Pavo vinum ego, dulce gaudium hominibus. Convivium sero gratiosum ad nomen hominis cuiusque. Cithara cantare novit, & dormientes excitare.*

Sed qui plura de mensium, dierum, annorumque rationibus, & diversitate cupis, adi ad librum non ineditum Joannis Lalamentii Hæduorum Medici, in quo Ægyptii, Persici, Arabici, Hebræi, Macedonici, Attici, & Romani anni exquisitæ & curiose pervestigantur ratio.

# ROMANARUM ANTIQUITATUM LIBER QUINTUS.

DE LUDIS, MENSIS, SIVE CONVIVIIS, VESTIBUS,  
NUPTIIS, ET FUNERIBUS.



*Explicatis iis, quæ de Diis Romanorum, Sacerdotibus & sacris, atque festis diebus fuerunt observatione digna, de ludis jam agemus, qui quidem etiam ad celebritates & dies festos pertinent. Nos vero proprium iis librum tribuimus, duabus de causis: quarum prior hæc est, ne liber præcedens nimium excresceret: altera, quod placuerit nobis Varronem Romanorum doctissimum hac in re sequi, qui & ipse, quemadmodum ex Aurelio Augustino discimus, seorsim de ludis scripsit diverso tractatu ab eo, qui de feriis fuit, & quidem ita, ut primo loco de Scenicis, postea de Circensibus egerit. Addimus his quædam de conviviis, vestimentis, nuptiis & funeribus, cum quia pleraque ad religionem etiam pertinent, tum quia alium locum convenientiorem de iis dicendi non habebamus: neque etiam placebat singulis illis materiis singulos libros consecrare, Hæc enim, ut jam sæpius monui, tantum introductionem quandam in Antiquitatem, non plenam ejus explicationem esse volumus. Scripsit de ludis Romanorum diligentissime Onuphrius Panvinus Veronensis, qui & singularem de ludis sæcularibus librum edidit, verum isti mihi visi non sunt. Multa de iis habet Julius Cæsar Scaliger in primo Poëtices libro. Et de gymnycis ludis plurima tradit in suis de arte gymnastica libris Hieronymus Mercurialis Medicus Patavinus: ex quibus multa in banc nostram explicationem transulimus. De mensis & conviviis veterum eleganter Justus Lipsius, vir clarissimus, cui me aliquando operam dedisse, haud pœnitet, in tertio Antiquarum lectionum libro. Quædam etiam eo pertinentia habet Hieronymus Mercurialis in arte gymnastica, & variis lectionibus: Franciscus Robortellus lib. de vita, & victu populi Romani: Aldus Manutius Pauli F. in libris de quæstis per epistolam, & alii. Nam Francisci Polleti Commentarius de mensis veterum, quod ego sciam, lucem nondum aspexit. De re vestiaria scripsit Lazarus Bayfius, quem librum mihi legere contigit beneficio Clarissimi Jurisconsulti. Joan. Thomæ Freigii, Rectoris Gymnasii Altorfiani, cujus opera & consilio non semel in his antiquitatum libris usus sum. Multa etiam de vestibus habent Aldus Manutius, Carolus Sigon. & Justus Lipsius in eo, quem jamprimum in lucem dedit, Electorum libro. De nuptiis & earum ritibus multa habent Carolus Sigon. lib. 1. de antiquo jure civium Rom. atque Andreas Tiraquellus IC. in legibus connubialibus: & singularem ea de re librum scripsit Barnabas Brissonius IC. clarissimus. De sepulcralibus extat commentarius Lillii Georgii Gyraldi. Scripsit de iisdem & Onuphrius Panvinus, ut audio: & jam in manibus librum de funeribus, item alterum de re vestiaria habet Just. Lipsius, quos expectamus brevi. Plurima etiam de iis rebus, de quibus hoc libro agimus, extant in Alexandri Neapolitani genialibus diebus, Cælii Rhodigini antiquis lectionibus, Wolfgangi Lazii commentariis Republicæ Romanæ, & aliorum etiam scriptis: quæ ego propterea hoc loco commemorare volui, ut benevolus Lector sciret, quorum vestigia secuti essemus, & unde etiam ipse plenorem harum rerum explicationem petere posset. Sed tempus est ut ludorum explicationem aggrediamur.*

## CAPUT I.

De ludis Romanorum, quinam ii sint, & quis eorum primus apud Romanos Auctor.



DE ludis dicturi, ipsum vocabulum primum considerabimus. *Tertull.* libt. singulari de *spectaculis* ex veteribus auctoribus scribit, ludos à Lydis dictos esse, qui ex Asia tranſvenæ, ducce *Tyrrheno*, cum fratri suo regni contentione cederent, in Etruria confederint, ibique inter cæteros ritus superstitionum suarum, spectacula quoque religionis nomine instituerint. Unde Romani arcessitos artifices mutuati fuerint, & tempus, & enuntiationem, ut *ludi* à Lydis vocarentur. *Varro* ludos à *ludo*, vel *lusu* appellatos scribit. Cæterum vocabuli *ludi* variæ sunt significaciones. Aliàs enim significat factum aliquod jocofum, unde Grammatici distinguunt inter *jocum* & *ludum*, ut illud sit in verbis, hoc in rebus vel factis: aliàs locum exercitationis significat, unde *ludum gladiatorium*, ludum matutinum, apud veteres legimus. Hoc loco ita ludos accipimus, ut sint publicæ celebritates, quæ vel placandæ Deùm iræ, vel pro salute populi, vel gratiæ populi demerendæ causa sunt editæ. Finis eorum erat tum religio quædam, qua antiqui opinabantur, sese Diis rem gratam illis ludis tantum promissam facturos: tum populi voluptas, cui & Reges, & Resp. & Imperatores maxime studebant, quo homines voluptate demulsi, in officio continerentur. Primus apud Roman. ludos instituit *Romulus* Rex, Consualibus celebratis: de quibus omnium veterum Scriptorum historiæ loquuntur. Hunc secuti alii sunt, tum *Reges*, tum *Consules* & *Prætores*, postremum *Imperatores*, uti postea videbimus.

## THOMÆ DEMPSTERI IC.

## AD LIBRI QUINTI

## CAPUT I.

## PARALIPOMENA.

Ludi privati enumerati, explicati, latrunculi, tali, tesserae, fritillus, pila, harpastum, halteres, petrus, par impar, trochus.



MOROR eos, qui de ludis Romanis scriptis prodiderunt, privatos hosce, quos jam tractabo, omisisse, cum constet eos celebratissimos & apud Græcos, & Latinos, & in celeberrimo usu fuisse. Incipiam à *latrunculis*, ad alios deinde ludos perrecturus. Si prius ut *jocum* in verbis, ita *ludum* in facto positum dixerò, ut observat *Laurent. Valla* lib. 4. elegantiar. cap. 16. sic *M. Tull.* lib. 1. offic. *Ludo* & *joco* uti licet, & opponitur ludus serio. *Q. Horat.* lib. 1. sat. 1.

Amoto queramus seria ludo.

*Latrunculos* seu belli cujusdam simulachrum & imaginem existimabant, unde *Pyrrhus* *Epirota* stratagematum peritissimus, primus, quemadmodum ea disciplina traderetur per *calculos* ostendit in tabula. *Donatus* Grammaticus in *P. Terentii* *Eunuchi* act. 4. sc. 7. ad illud:

Idem hoc jam *Pyrrhus* scilicet.

Suffragatur & *Ammianus* *Marcellinus* lib. 24. in limine, licet sciam *L. Senecam* lib. 2. de *Ira* cap. 14. id *Chiloni* sapienti attribuisse. Et *Joannem* *Saresberiensem* *Policratici* lib. 1. cap. 5. *Attalo* *Atiatico*, ut ea ratione duceret motum exercitus. Alludunt auctores. *Sidon.* *Apollinar.* lib. 1. epist. 2. putes illum & in *calculis* arma tractare *Hicronym.* *Vidas* in *Scacchia* ludo in principio:

Ludimus effigiem belli, simulataque veris  
Prælia, buxo acies fidas, & ludivra regna.  
Ut gemini inter se reges albisque nigerque  
Pro laude oppositi vertent bicoloribus armis.

*M. Manil.* lib. 4. *Astronomic.*

Sunt quibus & simulachra placent, & ludus in armis.

*Claudian.* de 6. *Hon. consul.*

Num *Lemnius* auctor

Addidit bimittum ferro, simulachraque bellis  
Pila dedit?

Et post in eodem loco:

Hic & bellicos exercuit arca lusus,  
Armatus hic sepe choros.

*Latrunculorum* nomen huic ludo impositum, quod *Latrones* olim από τῶν λατρεύων, à *serviendo* appellavit, quo nomine comprehendebantur omnes promiscue seu conductitii milites, seu principum stipitatores; quanquam *M. Varro* lib. 6. de *Ling. Lat.* quasi *laterones* dictos contendat, quod *primipibus* ad latera semper essent, vel quod ad insidias laterent, vel denique, quod *latus* ferro armatum haberent. Ac primum quidem hoc nomen militibus communicari solitum, argumento est *M. Plautus* in *Milite* glorioso act. 1. sc. 1.

Nam rex *Seleucus* me opere oravit maximo,  
Ut sibi latrones cogere & conscriberem.

Et eadem fabula, sc. voluptas.

Nam ego hodie ad *Seleucum* regem nisi parastum menum,  
Ut latrones, quos conduxi, hinc ad *Seleucum* duceret.

Et in *Cornicularia*, qua fabula hodie perit:

Qui regi atrocitatus decem annos *Demetrio*.

Videatur *Hesychius* in voce λατρευων. Et *Pet. Victorius* var. lection. lib. 16. cap. 17.

De *calculis* hinc *luforii*, quod *latrunculi* vocarentur, præterquam quod *L. Seneca* epist. 117. in fine, *tabulam latrunculariam* appellet, passim *Scriptores*. *C. Plin.* lib. 9. cap. 54. *Mutianus* & *latrunculis* *luffisse* *vera* *stilis* *simios* *prodidit*. *P. Ovid.* lib. 2. de *Arte*, ex quo loco liquet non ceteros tantum *faulfe* *calculos*, sed & *vitreos*; ita enim ille:

Sive *latrocinii* sub imagine *calculus* ibit,  
Fac percat vitreo miles ab hoste tuus.

Et lib. 3. ejusdem operis.

Cautaque non stulte *latronum* *prælia* *ludat*,

Unus cum gemino *calculus* *hoste* *perit*.

*Bellatorque* suo *preussis* *sepe* *comparare* *belles*

*Æmulus*, *incaptum* *sepe* *recurrat* *opns*.

*M. Martial.* lib. 14. epigr. 20.

*Insidiosorum* si *ludis* *bella* *latronum*,

*Gemmens* *iste* *tibi* *miles*, & *hostis* *erit*.

Sed redeo ad inventorem hujus exercitationis, quem facit communior consensus neque *Pyrrhus*, neque *Chilonem*, neque *Attalum*, ut supra laudatis auctoribus placuit, sed *Palamedem* *Nauplii* filium, qui in obsidione *Trojana*, ut milites in officio contineret, illud ludicræ dimicationis genus excogitavit. *Pausanias* locupletissimus est testis in *Corinthiac.* & rursus in *Phocic.* ad stipulantibus *Philoftrato* *Lemnio* in *Heroicis.* *Gregorio* *Nazianzeno* *invectiva* 1. *Suida* in voce *παλαμας*. Ut *Aurelius* *Cassiodorus* *Palamediacos* *calculos* *jure* *indigiter*, lib. 8. epist. 17. Atque hanc quidem *tabulam* *Palamedis* *do-*

narii loco deorum fanis dedicatam, funnina apud posteros dignatione fuisse reperio apud Seivium Maurum lib. 2. Aeneid. ad illud.

*Belide nomen Palamedis.*

Sidon. Apollinar. disertissime Catm. 23.

*Tanquam Naxiades rector artis,  
Gaudebas hilareni cedere vixam.*

Sed locum pulcherrimum ex Sophocle in *Palamede*, adscribam, qui huc maxime quadrat.

*Οὐ μὲν ἔπος τὸν ἔρωσε, σὺν Δεῖῳ,  
Ἐἴπῃν, χέρον τι διατριβῆς πορωτάτας  
Ἐἰ εἶς φιλοσβεσ μετὰ κοπῆν καθαρῶν  
Πίσσος, κύβος τι τερπὼν ἀργύριος ἀκός.*

Metricis legibus constrictos hos versus ita reddidit Hadrian. Jun.

*Nam ille (dicam enim) procul famem, deo  
Juvante, abegit, oimque fallere  
Docuit sedentes listore in sicco, mare  
Ubi murmurat, ludo reperio tessera,  
Vita jaundo desidis solatio.*

Frequentissimus ejus usus apud pricos, celeberrima apud Scrip-  
tores mentio; advocabo L. Senecam, qui unus plus lucis af-  
feret, quam omnes alii. Itaque Epistola superius proxime lau-  
data. Nemo qui ad incendium domus suae currit, tabulam latrun-  
culariam perspicit, ut sciat quomodo alligatus exeat calculus. Egre-  
gie alligatus. Erat enim quiddam instar dimiticationis, & alterius  
coloris calculi, alteros ad ultimam sex extimam tabulae li-  
neam agebant, deinde victoria in eo summa erat posita, si  
implexum obfessumque calculum lusor eduxisset. Pro otioso  
exercitamento posuit idem lib. de Brevit. vitæ cap. 13. *Perse-  
qui singulos longum est, quorum aut latrunculi, aut pila, aut  
excoquendi in sole corporis cura, consumpserunt vitam.* Nihilomi-  
nus gloriosum viris etiam in republica eminentibus superiores  
in hoc ludendi genere extitisse, probrosum & ignominia proxi-  
mum superari. Idem de Tranquill. animi cap. 14. *Verisimile  
non est, quæ vir ille dixerit, quæ fecerit, quam in tranquillo  
fuerit; inebat latrunculis, cum centurio agmen periturorum tra-  
hens, & illum citari jubet, vocatus numeravit calculos, & so-  
dali suo, vide, inquit, non post mortem meam mentiaris te vi-  
cisse, tum annuus centurionis, testis, inquit, eris, uno me ante-  
cedere.* Fl. Vopisc. in Proculo: *Nam cum in quadam convivio ad  
latrunculos luderetur, atque ipse decies imperator exisset, qui-  
dam non ignobilis senex, avc, inquit Auguste, allataque lana  
purpurea, humeris ejus junxit, eumque adoravit.* Malim  
legere, *allataque lana purpurea, humeros ejus vinxit.* Vi-  
detur enim expiimere formulam creandi Imperatoris, Byzan-  
tinis observatam. Nam inter alia principatus ornamenta, &  
inaugurationis symbola, purpurea chlamyde humeros vestie-  
bant. Corip. de laudib. Justinii Aug. lib. 2. num. 4.

*Cæsareos humeros ardenti murice textit  
Circumfusa chlamys, rutiloque ornata metallo,  
Principis exerta vinebat lumina dextra,  
Aurea juvenis morsu prestrinxit adunco  
Fibula, & à summis gemma nitere catenis.*

Sed ad latrunculos revertor. Nonnulli existimant, alium &  
diversum esse ludum ab eo, quem hodie in Europa frequentis-  
sime usurpamus, in tabula luforia hexaginta quatuor areolis  
distincta, novem lineis ex unaquaque parte se invicem interse-  
cantibus, in quibus duo serupii nomen regum praeferunt, duo  
alii reginarum, quatuor equinum, quatuor satellitum, qua-  
tuor centurionum, seu elephatorum turigerorum, sexdecim  
denique minores pedum, ut elegantissime descripsit  
Hieronym. Vidas Cremonensis libello cui titulus, *Scacchia  
ludus.* Sed falsam eorum esse opinionem palam est, cum etiam  
num hodie latrones illi colore dispare sedecim, totidem con-  
colores, latronum, militum, regum nomina habeant (Fl. Vopiscus  
supra, *Imperatoris* appellationem in hoc ludo dixit) &  
turmis instructi, hostili quadam imagine procedant, & si-  
mulata acie congregiantur, & statione unicuique calculo præ-  
scripta, hostem appetant, sibi, quantum licet, caveant. Tunc  
vero victi censentur, cum regi nullus patet effugii locus, unde

& ludo nomen, nam Hebræis *Schach*, est *vallavit, & mat*,  
vel *mor mortuus est*, ut & periculum regi & mors inten-  
tentur. Georg. Synragm. lib. 39. cap. 4. Sed nemo melius  
inter pricos expressit incerto auctore, poematio ad Pisonem,  
quem falso, ut alibi ostendi, vel Ovidio, vel Lucano ha-  
ctenus adscriperunt. Ita ille:

*Te si forte juvat, studiorum pondere fessum*

*Non languere tamen, insisque movere per artem,*

*Callidior modo tabula variatur aperta*

*Calculus, & vitreo peraguntur milite bella,*

*Ut niveus nigros, sic & niger alliget albos,*

*Sed tibi quis non terga dedit? quis te duce cessit*

*Calculus, aut quis non perituros perdidit hostem?*

*Mille modis acies tua dimicat, ille perentem*

*Dum fugit, ipse rapit, longo venit ille recessu,*

*Qui stetit in speculis, hic se committere vixit*

*Audet, & in prædam venientem decipit hostem.*

*Accipites sibi ille moras, similisque ligatio*

*Obligat ipse duos, hic ad majora movetur,*

*Ut citus, & fractu prorumpat in agmina mandra,*

*Clausaque dejecto populetur monia vallo.*

*Interea scellis, quamvis acerrima surgant*

*Prælia, militibus: plena tamen ipse phalange,*

*Aut etiam panco spoliata milite vincis,*

*Et tibi captiva resonat manus utraque turba.*

Recreationem à studiis feris voluit antiquitas esse latrunculo-  
rum ludos, licet contrarium experiantur, quicumque eo se  
exercent, & Jacobus potentissimus Britannorum Monarcha  
in REGIO suo MUNERE penitus ejus usum filio inter-  
dicit, quod avaritius multo implicetur eo animus, quam stu-  
diis etiam acrioribus. Denique in tabula hunc, de quo jam  
loquuti sumus, latrunculorum congressum, præter auctores  
citatos, innuere videtur D. Juvenalis sat. 11. v. 132.

*Adco nulla iuncta nobis*

*Est eboris, nec tessella, nec calculus, ex hæc*

*Materia.*

Sequuntur TALI, & TESSERÆ, ludi non minus in  
conviviis recepti, quam latrunculi. Jul. Capitolin. in Ælio  
Vero: *Post convivium lusum est tesseras usque ad lucem.* Inter  
quæ hoc discriminis est, quod tali sex angulos habeant, tes-  
seræ tantum quatuor. Quamquam Hadrian. Junius libro 2.  
Animadvers. cap. 4. diversos hos ludos efficere conetur. Varia  
disquiri Philipp. Beroaldus in Annotat. cap. 22. & cap. 27.  
Græci ob id eas *κόβες*, Latini quaterniones appellent, has *se-  
niones*, ut infra dicam. Aurel. Macrob. lib. 2. in Somn. Scip-  
ion. cap. 2. M. Varro apud A. Gellium lib. 1. cap. 20. Seni-  
le hoc, ut plerumque exercitamentum. M. Tull. lib. de Sen-  
ect. *Nobis senibus ex lusionibus multos talos relinquunt & tes-  
seras.* Idem meminit lib. 2. de Divinat. *Quid est enim fors?  
idem propemodum quod micare, quod talos jacere, quod tessera-  
ras, quibus in rebus casus & temeritas, non ratio & consi-  
lium valet.* T. Liv. 1. Decad. lib. 4. *Levanti quidam regis  
fucinus in prospero tesserarum jactu.* Erant autem tali eburnei  
aut è ligno. C. Plin. lib. 16. cap. 18. De eburneis  
vero Ovid. lib. 2. de Arte.

*Sen ludet, numerosque manu jactabit eburnos,*

*Tu male jactato, tu bene jacta dato.*

*Sen jacies talos, victam ne pœna sequatur.*

Apud Martialem lib. 14. epigr. 14. lemma est,  
Tali chorei.

*Cum steterit nullus vultu tibi talus eodem,*

*Munera me dices magna dedisse tibi.*

Idem lib. 13. epigr. 1.

*Senio non nostrum cum cane quassat ebur.*

Et quod de quaternione, & senione dixi, est apud eun-  
dem libro eodem epigr. 17.

*Hic mihi bissono numeratur tessera pumto.*

*Calculus hic gemino discolor hoste perit.*

Et epigr. 15. ibidem loci, cuius lemma, *Tessera.*

*Non sum talorum numero par tessera, dum sit*

*Major, quam talis alea sepe mihi.*

Itaque major iactus, nempe *senio*, nam & *senio* pro talis etiam ipsis, non modo pro iactu, prosperrimus. Meminit Suetonius Augusto cap. 71. *Talis enim iactatus, ut quisque canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferbat, quos tollebat universos, qui Venereum ijerat.* Docuerunt viri docti ad illud A. Persii sat. 1.

- - - *Quid dexter senio ferret.*

Hunc nomine *Midas* appellatum reperio, ex fragmento vestiti cuiusdam Scriptoris, laudante Suida omnifido.

*Midas* ὁ ἐν κούσειν ἐβλάτωτος.

*Midas* in tesseriis consultor optimus.

Contra canis iactus erat infortunatissimus. Theodor. Mar- cil. ad illud eiusdem Persii sat. 3.

*Scire erat in voto damnosa canicula quantum Raderet.*

P. Ovid. loco citato proxime.

*Damnosi facito stens tibi sepe canes.*

Sext. Propert. lib. 4. eleg. 9.

*Me quoque per talos Venereum quaerente secundas,*

*Semper damnosi subsistere canes.*

Unde liquet & Venereum convivorum domum seu tapulam designasse, dixerit Q. Horat. lib. 2. od. 7.

- - - *Quem Venus arbitrum*

*Dicit bibendi.*

Alii duo iactus vocati *vulturius*, *Hercules Basilicus*. De utroque M. Plaut. Curcul. act. 2. sc. 3.

*Tace parumper, iacit vulturios quatuor.*

Et post eodem loco.

- - - *Iacit Basilicum,*

*Proprio magnum poculum, ille ebibit.*

In usu hic ludus apud Græcos Nam Homerus lib. 1. Odyss. in templo Minervæ procos ludentes talis inducit, & constructum in templis ludere observat Fr. Luifin. parerg. lib. 3. cap. 21. ex auctoritate Julii Pollucis, loco proxime à me citando. Antiquus Poeta:

Ἄλλ' γὰρ οὐ πίτῃσιν οἱ Διὸς κούβος.

*Semper cadunt feliciter Jovis cubi.*

Euripides in Myrmidonibus, ex quo & eundem versum transcripsit Aristophanes, & in *Ranas* suas transitit.

Βίβλων Ἄχιλλεύς δύο κούβος, καὶ τέτταρα.

*Facit Achilles duos cubos & quatuor.*

Dicebatur autem hic ludus ἄσραγαλος aut Ionibus ἄσραγα- λος. Eustathius auctoritate Lexici Rhetorici ad libr. 23. Iliad. & ἄσραγαλίζων, talis ludere, nam ἄσραγε Callimachus, ἄσρα- γε Aristophanes talos appellat laudante Julio Polluce lib. 9.

Onomast. cap. 7. Sophoclis versus huc quadrat.

καὶ πύσσοι πενήγερμα. καὶ κούβος βολαὶ

*Tessera quinque lineis notata, & talorum iactus.*

Artemidor. lib. 3. Onirocrit. cap. 1. *κούβων*, pro talis lu- dente usurpavit, sed generale ille nomen posuit, alii speciale, & Latini suum fecerunt. Nam *astragalizontes* lego apud C.

Plinium, id est, talis ludentes lib. 34. c. 8. *Polycleitus Si- cyoniensis ex ære fecit duos pueros, item talis nudos ludentes, qui vocantur astragalizontes.* Pertrabatus est, & involutus nimium sensus; censeo legendum ex fide codicis MS. *fecit duos pueros nudos, talis ludentes, qui vocantur astragalizontes.* Sed hoc

discrimine, quod apud Latinos, senes tantum ludere tes- seris, cubis, talis, aut astragalus, apud Græcos etiam pue- ri, ut de Cupidine & Ganymede prodium Apollonio

Rhodio lib. 3. Argonaut. in hæc verba:

Ἄμρ' ἀσραγάλωσι δὲ πύσσοι

Χρυσέοις, ἀπὲ κούβος ὀνήδου, ἰφίαντο,

Ἵπ' ἄμρ' ἀσραγάλωσι δὲ πύσσοι

*Suat depressi ambo.*

Hæc pertinet & versus Leonidæ Epigrammaticarii in An- thologia lib. 2. cap. 6. epigr. 19.

Τὴ σοχαστέμειδ' οὐ Πισίσρατε, χῆν ὀρῶντες

Δουπὸν ὑπὲρ τῶμ' ἐμῶν κέρμασιν ἀσραγάλων;

Id est, ad verbum Interprete Eilhardo Lubino: quid quaere- mus ex te Pissirate, cum Chium videamus insculptum tumu- lu jacentem tahum? unde datus adagio locus, *pueros astragalus.*

*viros jurejurando fallendos.* Philip. Beroald. loco proxime anteriori laudato. Helychius Grammaticus, & alii: Et propter facti novitatem, quod talis pueri instar luderet He- traclius Ephesus, *Astragalizon* cognominatus legitur apud Diogenem Laërtium in vita ipsius.

Sed ad talos Romanorum regredior, quos qui jaciebant, scorta sibi auxiliatura invocabant. M. Plautus in *Afinaria* act. 5. scen. 2.

A. R. *Face pater talos, ut porro nos jaciamus, D. E. maxime.*

*Te Phileni mihi, atque uxori mortem, hoc Venereum est.*

*Pueri plaudite, & mihi ob iactum cantharo mulsum date.*

Et in *Capitulis* act. 1. sc. 1. in principio:

*At ego ajo recte, nam in convivio sibi*

*Amator talos cum jactit, scortum invocet,*

*Estne invocatum.*

Jaciebant porro hæc talos in fritillum, id est, simum, pyr- gum, turriculam, orcam, vel pyxidem corneam, sunt enim omnia hæc vocabula ejusdem significationis: significantissime vetus Scholastes Juvenalis sat. 14. vers. 5. *fritillus*, *pyxis cornea*, qui *simus* dicitur *Græce*. *Fritillire* aves dicuntur, id est, *strepere*, aut *sonare*. Apud antiquos in cornu mittebant tesseras, moventesque

fundebant. Aut *fritillum*, *pyrgum* dixit. Omnia mihi suspecta, & puto non unius esse opera, ut & multa alia, quæ in hoc au- ctore, in quo quamvis egregia reperiam, sunt tamen, & frustra quædam repetita, & sibi pugnancia nonnulla, & alia frivola, non puto esse genuina, sed ab alterius & recentioris calamo.

*Pyrgum*, usurpata Græca dictione, & in civitatem Latinam transmissa vocatur. Sidon. Apollinar. lib. 3. epist. 3. *Omitto*

*quod hic primum tibi pila, pyrgus, accipiter, canis, equus, arcus, quod fuerit.* Et lib. 5. idem epist. 15. *Mox bipertitis (erat enim ætas acclamationibus effragata) profertur, his pila, his tabula. Spha- ra primum ego signifer sui, quæ mihi, ut nosti, non minus libra comes habetur: altera ex parte frater meus Domitius, homo gratie sum- me, summi leporis, tesseras ceperat, quatit atque, quo veluti classico,*

*aleatores ad pyrgum vocabat. Et cultissime idem lib. 8. ep. 12. Hic te edificatus culcitris thoris, hic tabula calculis strata bicoloribus, hic tessera frequens eboratis resultat a pyrgorum gradibus expellat.* Cornea erat hæc pyxis, ut antea probavi, gradus habe- bat, ut apparet ex isto loco, & D. Ausonio:

*Fundunt excelsi per cava buxa gradus.*

Esse autem idem fritillum atque pyrgum docet Helenius Acron ad illud Horatii lib. 2. sat. 7.

*Mitteret in pyrgum talos.*

Vocem Romanam posuit M. Martialis l. 14. epigr. cujus lemma est *torricula*, in quo docet vitandæ fraudis, tol- lendique doli ratione hujusmodi turriculam inventam, quod & hodie fieri etiam in aula videmus:

*Querit compositos manus improba mittere talos,*

*Si per me, misti, nil nisi vota facit.*

Orcam vocarunt. A. Persii sat. 3.

- - - *Angusta collo non fallitorca.*

Pomponius Bononiensis consularis, & poeta:

*Ecce dum orcam contemplor, taxillos perdidit.*

Effusus itaque ex angusto orca collo in tabulam, ingentem concitabant strepitum. Sidon. Apollinar. lib. 2. epist. 9. *Inter aleatoriarum vocem competitiones, frequens crepantium fritillorum, tesserarumque strepitus audiebatur.* L. Sen. Apocolocynt. Claudiana; *Tum Æacus jubet illum ludere alta percusso fritillo, & jam ceperat fugientes tesseras semper quaerere, & nihil proficere.*

Nam quoties missus erat, resonante fritillo, Utraque subductio fugiebat tessera funda.

Et in eodem opere:

*Qui concusso magna parastis*

*Lucra fritillo.*

Sidon. idem. carm. 23.

*Hic promens teretes pilas, trochisque,*

*Hic talos crepantibus fritillis.*

D. Juvenal. sat. 14. in limine:

- - - *Parvoque eadem movet arma fritillo.*

M. Martialis. lib. 4. epigr. 14.

Dum blanda vagus alea December  
Incertis sonat hinc & hinc fritillis.

Et lib. 5. epigr. ultimo:

Et blando male proditus fritillo.

Et lib. 13. epigr. 1.

Hæc mihi charta nuces, hæc est mihi charta fritillus,  
Alea nec damnium, nec facit ista lucrum.

Post fritillum locus dicendi de alea, quod genus exercitii  
adeo crebrum receptumque fuit, ut inter edicta pratoria  
istud cautum apud Ulpianum sit, in eum iudicium non dari,  
qui alea ludentes causa vim intulerit. L. 1. ff. de aleatoribus. Et antiquam rem aleam usum vocat Justinianus Augustus l. 7. C. de aleator & alea lusu.

Antiquitatem hanc optime descripsit Joannes Saresberien-  
sis Policrat. lib. 1. cap. 5. Alea exciso regno Asia, inter  
manubias eversa urbis, non sub una tantum foecie, migravit  
ad Græcos: hinc tessera, calculus, tabula, senio, urio, (ma-  
linum unio) Dardana pugna (latrunculos intelligit, excogitatos  
à Palamede in obfidione Trojæ, ut supra innuit) triolus,  
monarcha, orbiculi, taliorchus, unges, quorum artem utilius  
est desistere, quam docere; quis enim non erubescat, si sortis  
sua gratiam non virtuti debeat, sed taxillis? quis fritilli can-  
telam sua prudentia non doleat anteferri? nomine sacri impro-  
bata est cuiusque artis exercitatio, quæ quanto quisque doctior,  
tanto nequior: menduciorum omnium & perjuriarum mater est  
alea, & ex aliena concupiscentia sua prodigit.

Juvenal. sat. 14. in initio:

Si damnosa senem jurat alea.

Aleam pro quolibet ludo, in quo fortuna & casus domi-  
nantur, accipiunt, adeoque etiam pro tesseriis & talis. L.  
Sen. in Claudiana apothecosi:

Cumque recollectos auderet mittere talos,  
Lusuro similis semper, semperque petenti,  
Decipere fidem: refugit, digisque per ipsos  
Fallax assiduo dilabitur alea furto.

Atque ea quidem inventum demonis Theuth, ut scribit Plato  
in Phædro. Et furto & latrocinio comparatur ab Aristo-  
tele lib. 4. Ethicor. ad Nicomach. cap. 1. Certe Roma-  
nis legibus penitus interdicta, dato ædilibus negotio anim-  
advertenti in aleatores, qui in disciplinam civium publi-  
eam peccarent. M. Martialis lib. 5. epigr. 85.

Arcana modo raptus è popina,

Ædilem rogat udus aleator.

Vetium aleæ lusum nisi Saturnalibus, indicio est locus  
Horatii lib. 3. od. 24. fuisse:

- - - Nesitis egro rudis  
Hæere ingenius puer,  
Venarique timet, ludere doctior,  
Sen Græco jubeas trocho,  
Seu malis vetita legibus alea.

Ludere tamen ea viri principes, M. Cato, & Artaxerxes. Plu-  
tarch. in eorum vita. Augustus, Sueton. cap. 71. Eutrop. &  
Aug. Victor. Claudius Cæsar. Sueton. cap. 33. Domitianus  
Aug. Idem cap. 21. & Verus princeps. Jul. Capitol. in eo. de-  
nique & Theodoricus Gothorum rex, qui lucrum inter domesti-  
cos partitebatur, ut gratiam promereretur Sidon. Apollin. lib. 1.  
epist. 2. Et quia casus in aleæ certamine multum pollet, que-  
quodque incertis casibus abjacent, alea commissa solent dicere.  
Hinc D. Paulus ad Ephes. 4. κυβηλα τῶν ἀρθευτρῶν, alea homi-  
num, pro discrimine & periculo, quod hominibus imminet.  
M. Varro Rei Rust. lib. 1. cap. 1. Ubi salubritas non est, cultu-  
ra non aliud est atque alea domini, vitæ ac rei familiaris. Et So-  
cratis illud grave dictum apud Joan. Stobæum. Ser. 121. πῆ-  
τελα τῆν ἐπιβουλήν βίης, alea ludo similis est vitæ. Nicephor. Gre-  
goras hist. Rom. lib. 4. καὶ μετὰ πολλὰς τὰς τῶν πελάγῃν σφο-  
δρῆς, καὶ τὰς τῆς τύχης κίβητας. Et post multas belli vicissi-  
tudines, ac varios fortunæ calculos, seu aleam. Eademque  
loquendi formula utitur lib. 7. pag. 114. Notissima est vox  
C. Cæsaris referente C. Suetonio in eo cap. 32. Ester, in-  
quit, quo deorum ostenta, & inimicorum iniquitas vocat; iacta  
est alea. Allusum à poetis. M. Lucano lib. 6. Pharsaliæ v. 9.

Fuissetam mundo votis petit omnibus horam,  
In casum que cuncta ferat, placet alea saci  
Alterutrum mersura caput.

Ejusdem libri v. 602.

Non humilis labor est, dignum est, quod quarere cures,  
Vel tibi, quo tanti præponderet alea saci.

Claudiano lib. 1. de laudib. Stilich. in fine:

- - - Sed non uni certamina pugna  
Credidimus, totis nec constitit alea castris  
Natura semel.

C. Petronio in apparatu bellorum civilium:

Judice fortuna cadat alea, sumite bellum,  
Et tentate manus.

Ad alia pergo, ac primum de pila sermo instituendus, quæ  
digna visa est, de qua medici & philosophi dissererent, Ga-  
lenus in libro de ea re conscripto, Calius Aurelianus Tar-  
dar. passion. lib. 1. cap. 4. lib. 3. cap. 6. & lib. 4. cap. 7.  
Hieron. Mercurialis Medicus Patavinus in lib. artis gymnasti-  
cæ, tanquam re exercendo corpori maxime idonea. Ea in  
duplici differentia, paganicæ a Martiali lib. 7. epigr. 31.

Non pila, non follis, non te paganicæ thermis  
Præparat, aut nudî stipitis idus hebes.

Et apud eundem lib. 14. epigr. 45. lemma est, pila paganicæ:

Hæc, qua difficilis turget paganicæ pluma,

Folle minus laxa est. & minus arcta pila.

Puto illi nomen inditum à pagis, seu villis, in quibus, ut appa-  
ret, aut primus, aut certe frequentior ejus usus: altera vero pilæ  
nominatio à figura defumebatur, nam trigonalis propter angu-  
los tres appellatur. Idem Martialis epigr. sequenti:

Si me mobilibus sis expululare lacertis,  
Sum tua, si nescis, rursus, redde pilam.

Hæc non senum, aut atate provectorum erat, quibus non firmum  
latus, aut annis exhaustæ vires, sed juvenum esse consu-  
vit. M. Tull. lib. de Senect. antea in hoc tractatu à me lauda-  
tus. Addendus M. Varro apud Nonium; Sera pavelle purgatum  
sisto, quoniam videbis Romæ in foro ante limen, pueros pila ex-  
pulsum ludere. Formulariter ergo, ut apparet, dicebatur, ex-  
pellere pilam. Vide Pollucem paulo infra citatum. Sidonius  
Apollinaris, qui de rebus præposteris à quibusdam actis lib. 1.  
epist. 8. Muri cadunt, aqua stant, turres stant, naves sedent,  
agri deambulant, medicæ jacent, stium rivi, natant sepulci, al-  
gent balnea, domicilia conflagrant, vigilat fures, dormiunt potes-  
tates, sanerantur clerici, Syri psallunt, negotiatores militant,  
negotiantur milites, student pila senes, alea juvenes, armis emun-  
chi, literis faderati. Idem vellicat senem quendam l. 5. epist.  
17. Sed notat eruditissimus Savaro:

Ansus & ipse manu juvenum tentare laborem.

Sphæristarum turmalibus constanter immiscuit. Huc refero &  
fragmentum Epistolæ D. Augusti principis apud C. Suetonium  
cap. 71. Inter cenam lusimus, & quidem πῆλαικῆς, heri, &  
hodie: & deinde, forumque aleatorum calefecimus. Q. Anrel.  
Symmach. l. 5. epist. 64. Distinguenda est lectio juvenum, non  
aleatorum, aut pila, aut trocho Astico, vel Græcis pulestris, sed  
alacri fatigatione, & innocenti audacia gaudium. Et Trimalcio  
ille Petronianus in Satyrico pag. 20. vellicatur, quod præter  
consuetudinem pila se exercuerit. Videmus senem calvum tunica  
vestitum russe inter pueros capillatos ludentem pila, nec tam pueri  
nos, quamque ani erat opera pretium, ad spectaculum duxerant,  
quam ipse paterfamilie, qui soleatus pila præfina exercebatur. Si-  
don. Apollinar. lib. 2. epist. 9. Dabat atas & dignitas primi in-  
vitoris prærogativam, illicet à deliciis in deliciis toriebamur, cum  
quodumque vestibulum intratum, & ecce sphæristarum contra  
stantium parva inter rotantes catastropharum gyros dupli. abuntur.  
Sphæristæ enim sunt, qui sphaeras vel pilas agunt, nam sphaera  
est pila l. 16. ff. mandati. C. Plin. lib. 2. epist. 17. lib. 5. epist. 6.  
& sphæromachia pro agone & certamine ipso. L. Sen. epist. 80.  
in limine; Omnes molestos ad sphæromachiam advocavit. J. Lips.  
ibi. Stat. in præfat. ad lib. 4. Silvar. Sphæromachias spectamus, &  
pilaris lusu admittitur. Ad eundem l. 5. epist. 17. solemnem  
ejus usum colige ex Julio Polluce lib. 9. Onomast. cap. 7.  
σφαῖραι παίζου, σφαῖρα ἄριον, βάλανον, ἀρίαι, πικται,

απορίπαιον, ἀπορίπαιον, ludere pila, pilam jacere, mittere, emittere, dimittere, contramittere, in adversum jacere, expellere. Pilam lufores sub geminis nascuntur, tanta velocitate, inquit Julius Firmicus Maternus lib. 8. Matheſeon. cap. 8. Et aves superare videantur. M. Manil. l. 5. Astronomic.

Septima pars lepore tollit, quo fidere natis Vix alas natura negat, volucresque meatus, Tantus erit per membra vigor reverentia ventos. Ille pilam celeri fugientem prendere planta, Et pedibus prensare manus.

Sext. Propert. l. 3. eleg. 13. Cum pila veloces fallit per brachia jactus.

Q. Horat. l. 1. sat. 5. Namque pila lippis inimicum, & ludere crudis. Et lib. 2. sat. 2.

Vel si Romana fatigat Militia assuetum græcari, seu pila velox. Et in arte poetica:

Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis, Indolensque pila, discive, trochique quiescit.

C. Lucil. l. 26. Satyrat. apud Nonium: Cum studio in Gymnasio duplici corpus secassem pila.

M. Martial. l. 7. epigr. 31. Non pila, non follis.

P. Ovid. l. 3. de Arte: Hos ignava jocos tribuit natura puellis, Materia ludunt uberiore viri. Sunt illis celeresque pila, jaculumque, trochique, Armique, & in gyros ire coactus equus.

Et l. 3. Trist. eleg. 12. Lusus equo nunc est, levitius nunc luditur armis, Nunc pila, nunc celeri vertitur orbe trochus.

M. Martial. iterum l. 12. epigr. 84. Captabit tepidum dextra lavæque trigonem, Impnet exceptas ut tibi sæpe pilas.

Et l. 10. epigr. 86. Sed qui primus erat lufor, dum floruit ætas, Nunc, postquam desit ludere, prima pila est.

Laudatissimum certe hoc genus exercitamenti semper habitum, viris convenientissimum, utroque etiam jure receptum, Canonico quidem, ut diserte patet ex C. clerici de vit. & honest. clerici, & jure civili passim. Ulpian. l. 11. ff. ad leg. Aquil. Si cum pila quidam luderent, vehementius quis pila percussa in tonsoris manus eam dejecerit, & sic servi, quem tonsor habebat, gula sit praefixa, adjecto cultello (malim, adjecto cultello) in quocunque eorum culpa sit, eum lege Aquilia Mela scribit teneri. Apparet hinc receptum legibus pilæ usum, sublatum vitetiumque ab usum, ut est apud Alfenum IC. lib. 2. Digestorum: Cum pila plures luderent, quidam ex his servulum, cum pilam percipere conaretur, impulit, servus cecidit, & crus fregit. Quærebatur an dominus servuli, lege Aquilia eum eo, cujus impulsu ceciderat, agere potest, respondi non posse, cum casu magis, quam culpa videretur factum. Quidam viri docti & illud Pauli IC. huc referunt l. 2. ff. de aleatoribus. Senatusconsultum vetuis in pecuniam ludere, præterquam si quis certet hasta, vel pila jacenda, vel currendo, saltando, luctando, pugnando, quod virtutis causa fiat. At in Pandectis Florentinis, & editione Plantiniana legitur, pilo faciendo, non pila, ut sit militare exercitium, quæ lectio accommodatissima est huic loco, & probabitur infra hoc opere, in tractatu de Militia Romana, lib. 10.

Nihil igitur mirum, si communis gentium recepto lusu viri eminentissimi delectati sint. Et Philosophi quidem, Architas Tarentinus, qui pila etiam cum servis suis ludere solebat. Athen. lib. 12. Dipsophilus. cap. 6. & Socrates cum pueris. Valer. Maxim. lib. 8. Aelian. Var. Histor. lib. 12. cap. 15. Lycon Troadensis, qui & ab aliis Glycon dictus Diogen. Laërt. lib. 5. in vita ipsius. Viri literati, ipse Sidonius Apollinaris de se id faceret lib. 2. ep. 2. & de Scavola IC. scriptum reliquit Valerius Maximus loco proxime laudato tit. 2. Scavola autem corum quietæ remissionis certissimus testis, optime pila luisse dicitur. Deni-

que & viri principes, Augustus Cæsar. C. Sueton. cap. 83. M. Antonius Philosophus. Jul. Capitolin in co. Domitianus Aug. indignus qui cum iis confecerat. C. Suet. cap. 21. & inter Græcos, Alexander Macedo. Plutarch. in vita ipsius, & Atheniensis Aristonicum Carystium qui cum Alexandro pila ludere erat solitus, civitate sua donavit, itamamque ei tanquam optime de republica merito exererunt. Athen. libr. 1. cap. 13. Meminit ejusdem Suidas in voce ἀγχιοντις Pentathlum seu quinqueritium, celebre apud Græcos etiam exercitium olim. Jul. Pollux lib. 3. cap. 30. Πένταθλος. ὁ πέντε ἀγχιοντις, pentathlus quatuor certaminum generibus decertans, & ludiones pentathli. C. Plin. lib. 34. cap. 8. quæ autem illa certamina sunt jactus disci, saltus, jaculatio, cursus, lucta. Fest. Pomp. lib. 14. Ultima quatuor militibus inter exercitia conveniebant, ideoque commodius in lib. 10. hujus operis exponitur. De disco pauca subnectam. Alludere videtur Q. Horatius ad quinqueritium istud lib. 1. od. 8.

Cur olivum Sanguine viperino Cantus vitat, neque jam livida gestat armis Brachia, sæpe disco, Sæpe trans finem jactu nobilis expedito? Simonides lib. 1. Antholog. cap. 1. epigr. ult. Ἴσθμια καὶ Πυθία Διοφάν ὁ Φίλωνος ἱνίκα, Ἄλμα, ποδακύν, δίσκον, ἀκοντα, πάλαν, Ἰθμία & Pythia Diophon Philonis filius vitat, Saltu, cursu, disco, jaculo, lucta.

Attemidor. lib. 1. Oætiocrit. cap. 59. Philostrat. Icone Arriehionis, Tzetzes, Moschopolus, Scholiast. Sophoclis in Electra, & Scholiafies Pindari in oden 1. Isthmior. viam ostendit, & veluti facem præmittit primus, quod sciam, Hermolans Barbarus in observationibus suis Plinianis, qui pancratiæ & pentathlum idem esse existimavit, & ex illo Guiliel. Budæus in Annotationibus prioribus ad Pandectas, ad l. qui actione ff. ad leg. Aquil. Plaut. Bacchidib. sc. Nunc experiar. Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila, Saltando sese exercebant magis, quam sortito aut suavis Ibi suam ætatem extendebant.

Discus itaque in glossographo Græco βαρδε λίθος, gravis lapis. Eustathius in lib. 2. Iliad. Adeo ut Lycophron. in luctu suo poemate δίσκος μαγίση, disci maximi, dixerit pro quovis lapide. Homerus apud Joannem Brodzum l. 2. Miscellaneor. cap. 26. Pindar. Olymp. od. 10.

Ἠέρω δ' Ἐνίκος ἔθλα μέγας, Χερα ὑκλόστας ὑπὲρ πάντας. Longe Enicæus jaculatus est saxo, id est, saxeo disco, Manum circumvolans supra omnes. Et Isthmior. od. 1. Οἶδ' τα χερσὶν ἀκοντιζόντες, ἀιχμαῖς καὶ δολβὸς ὀπίσθε δίσκουε ἱερ.

Qualiter manibus jaculantes, cum jacularentur jaculis, & saxeis discis.

Claudian. lib. 2. de Raptu: Te disci percussit error.

Status lib. 7. Thebaid. v. 21. Hinc tuus, Gradive, furor sonat orbe recesso Discus, & Oebalii coeunt in prælia castus.

Optime expressit istud ludendi genus P. Ovid. lib. 10. Metamorphos. Fab. 5.

Corpora veste levant, & succo pinguis olivæ Splendescunt, latiqne inveni certamina disci, Quem prius ævis libratum Phæbus in auras Misit, & oppositas disiecit pondere nubes, Decidit in solidam longo post tempore terram Pondus, & exhibuit junctam cum viribus artem. Nudi ergo, oleoque peruncti, ut omnes alii athletæ in altum, orbem hunc saxeam contorquebant. Sext. Propert. lib. 3. Eleg. 13.

Missile nunc disci pondus in orbe rotat. Q. Horat. lib. 2. sat. 2. Sen te discus agit, pete sedentem æira discu.



Et in arte poetica v. 380.

*Indolensque pile, distive, trochive.*  
Amonto è erinibus factus dicitur hic in altum torquebatur.  
Cl. Claudian. lib. 2. in Eutrop.

*Quis melius vibrata puer vertigine molli*  
*Membra rotet, vertat quis marmora crine supino?*  
Licet alii non de disco, sed de puerili quodam exercitamento, intelligi verum hunc velint, quo illi pedibus in altum sublati, caput in terram dimittebant, & legunt ex fide MSS codicum.

*Verrat quis marmora crine supino.*  
Moris deinde erat, ut locus cadentis disci fixa signaretur sagitta, ut loquar cum Placidio Lucratio Grammatico ad v. 703. lib. 6. Thebaidos Statianæ.

*Fixa signatur terra sagitta.*  
Ut discus in sublime, ita in terram rotabatur harpastum incredibili volubilitate. Martial. lib. 4. epigram. 19.

*Sive harpasta manu pulverulenta rapis.*  
Et lib. 7. epigr. 31.

*Vana nec injecto ceromate brachia tendis,*  
*Non harpasta vagus pulverulenta rapis.*  
Ut alii athleta, ita harpasta ludentes, lubligaria inducant. Idem ejusdem libri epigr. 66.

*Harpasto quoque subligata ludit.*  
Denique & lib. 14. epigr. 48.

*Hæc rapit Antai velox in pulvere dracunc,*  
*Grandæ qui vano colla labore facit.*

Quod de ceromate dictum est, intelligi debet, de unguento gymnastico, non in harpasti modo exercitatione usurpato, sed in omnibus aliis. L. Sen. lib. de brev. vit. cap. 12. *Qui in ceromate, (nam prob facinus, ne Romanis quidem vitis laboramus) spectator puerorum rixantium sedet.* C. Plin. lib. 35. c. 13. *Plura de hac parte non sum diligerus, non hercules magis, quam de terre usui in ceromatibus, quibus exercendo juvenis nostra corpora, vires animorum perdidit.* Poëtæ. D. Juvenal. sat. 6. v. 248.

*Endromidas Tyrias, & famineum ceroma*  
*Quis nescit?*

M. Martial. lib. 4. epigr. 4.  
Quod ceromata facit de Sabina.

Ejusdem libri epigr. 19.  
Sive luteum ceroma teris.

Libri 5. epigr. 66.  
Et castigatum Libycæ ceroma palestra.

Halteres sequuntur, de quibus Adrianus Turnebus. Cæl. Rhodigin. lib. 14. cap. 3. definit eos esse *athletarum libramenta, circulos oblongiore figura, non proorsus in ambitum circumductos, nam que pars manibus prensatur, ansulus habet, intra quas digiti, ut intra clypeorum lora immittuntur.* Hæc pane ille, ex Pausania Eliac. priorib. ad fin. M. Martial. lib. 7. epigr. 66.

*Et flavescit aphe, gravisque drancos*  
*Halteres facili rotas lacerto,*  
*Et putri luteulenta de palestra*  
*Undi verberè vapulat mastistri.*

In secundo versu pessime antea legebatur, in editionibus vulgatis:

*Alterno facili rotat lacerto.*  
Neque melius illi legunt, quibus hæc lectio probatur:

*Alternans facili rotat lacerto.*  
De halteribus indignabunde idem M. Martial. l. 14. epigr. 49.

*Quid pererunt stulto fortes haltere lacerti?*  
*Exercet melius vinea fussa viros.*

Jam de petrauro, qui circulus erat, quem intactum certantes transvolabant, & ab eo petauristæ appellabatur vel petauristarii. Jul. Firmic. Matem. l. 8. cap. 15. *Ephelmator, oriscopalarius, petauristarius, aut certe imata cursus agilitate conspiciunt.* Nonius Marcellus cap. 1. num. 277. *Petauristæ à veteribus dicebantur, qui saltibus vel stenis levioribus movebantur, & hæc proprietas à Græca nominatione descendit, ἀπὸ τῆς πεταύρας (id est, à volare) Varro epist. ad Cælatem: Convocat Ptolemaum cinadon, Laconicem petauristen, Diana' αὐτοπόδων.* Idem de vita populi Romani lib. 2. *Nec minus alio in genere sunt ludi velitis*

*Galli, Germani petauristæ.* Prior locus miræ depravationis. Nam quid, stenis levioribus moveri, significet, ego non legi. Forte an igitur operæ pretium erit legere, stenis levioribus, ut intelligantur, ludiones scævi, de quibus alibi. Adrianus Turnebus lib. 29. cap. 29. Adversar. restituit, in levioribus schemis, nam schema schemæ etiam apud probatos auctores usurpatur. C. Sueton. in Tiberio cap. 43. *Cubicula plurifaria disposita tabellis ac sigillis lascivissimarum picturarum ac figurarum adornavit, librisque Elephantidis instruxit, ne cui in opera edenda exemplar imperata scheme deesset.* Antea nullo sensu lectum extabat, exemplar imperata scæva. Sequitur deinde, in eodem Varronis apud Nonium loco, cinadon, Laconicem, sed rescribendum omnino censo, cinadologon Nicom. Sunt autem cinadologi carmina quadam, ut apparet, lasciva, quæ à Magodis aut Lysiodis cani solent, specie virili, aut muliebri habitu indutis illis, qui hæc carmina canerent, quo poemati genere Sorades Mazonies floruit, ut constat auctoritate Carystii Pergameni, recitante Athenæo l. 14. dioposophist. cap. 7.

Ad petaurum regredior, quem tabellam interpretantur, cui domestica aves in dormire solent, ἰπναδύδων reddidit Jul. Pollux lib. 10. Onomastic. cap. 34. *Ælius Sulo causam nominis adfert, quod in aère volare videantur petauristæ.* Fest. Pomp. lib. 14. C. Lucil. in Satyris:

*Sicuti mechanicæ cum alto excillere petauro.*  
M. Manil. Astronomic. lib. 5.

*Ad numeros etiam ille ciet cognata per artem*  
*Corpora, que valido salient excussa petauro,*  
*Alternosque ciet motus, elatus & ille*  
*Nunc jacet, atque hujus casu suspenditur ille.*

Josephus Scaliger: *Rota in sublimi posita à duobus versabatur, alter superne, alter inferne nitabatur, ita fiebat, ut alternis dejecti, nunc penderent, nunc erecti sederent, per eandem rotam etiam corpora contento saltu subiecta traiciebant.* Recte itaque, elatus & ille, pessime antea, & nullo sensu:

*Delatus & ille.*  
D. Juvenal. sat. 14. v. 267.

*At magis oblectant animum jactata petauro*  
*Corpora, quique solent rectum descendere funem.*

M. Martial. l. 11. epigr. 22.  
*Quam rota transmisso toties impacta petauro.*

Et l. 2. epigr. 86.  
*Quod si per graciles vias petauri*  
*Lavitum jubeas subire Ladam.*

Fuit hic Ladas, ut obiter illud etiam expediat, cursor notissimæ celeritatis, qui ita supra cavum pulverem curstavit, ut arenis pendentibus nulla indicia relinqueret vestigiorum, ut loquitur C. Jul. Solinus Polyhist. cap. 6. Auctor Rhetoricorum ad C. Herennium lib. 4. in principio: *Ipse intra carcerem stet, & navret aliis, quomodo Ladas aut Bojus cum Sicyonis curstavit.* Celebre de eodem testimonium est & elogium apud Pausaniam in Corinthiacis, atque iterum in Laconicis. Meminere præterea poetæ. Ipse Martial. lib. 10. epigr. 100.

*Habens licebit alterum pedem Lada,*  
*Laapte, frustra cruce liguo curres.*

Q. Catull. epigr. 53.  
*Non si Ladis, pennipesque Perfens.*

D. Juvenal. sat. 13. v. 96.  
*Ne dubitet Ladis.*

Atque hi quidem ludi viriles erant. Reperio & alios pueriles. Nam puerili nucibus ludebant, & ob id in nuptialium rinum celebritate observatum, ut intrante cubiculum mariti uxore, jactis nucibus pueri strepitum excitarent, ut dicam in tractatu de Nuptiis infra hoc opere. Q. Catull. Epithalamio Juliae & Manlii:

*Neu nuce pueris neget*  
*Desertum domini audiens*  
*Concubinus amorem,*  
*Da nuce pueris iners*  
*Concubine, satis diis*  
*Lussisti nucibus.*

In aliis editionibus, & præsertim Achillis Statii, alia lectio est aprior meo iudicio:

*Defectam dominam audireus  
Concubinus amore.*

Martial. l. 5. epigr. ult.

*Jam tristis nucibus puer relinquit  
Clamose revocatur à magistro.*

Et libr. 14. epigr. 1.

*Lude, inquit, nucibus, perdere nolo nuce.*

Ejusdem libri epigr. 18. cui lemma est, *Nuces.*

*Alea parva nuce, & non damnosa videntur,  
Sepe tamen pueris absulit illa notes.*

A. Persius sat. 1.

*Nucibus facimus quæcunque relinquit.*

Q. Horat. sat. lib. 2.

*Postquam te talos, Aule, nuceque  
Ferre sinu laxo, donare, & ludere vidi.*

Ludebant nucibus divinantur par esset numerus nucum manibus comprehensarum, an impar? & prout coniecisset, ita victor, aut superatus erat. Ita capio in C. Suetonio cap. 71. verba Divi Augusti principis in epistola ad filiam: *Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos singulis concivis dederam, si vellent inter se inter cenam, vel talis, vel par impar ludere.* Q. Horat. loco proxime supra laudato:

*Ludere par impar, equitare in arundine longa.*

P. Ovid. in eleganti de *Nuce* elegia, seu quilibet alius ejus carminis auctor.

*Est etiam, par sit numerus, qui dicat, an impar,  
Et divinitas auferat angur opes.*

Ultimo loco de *trocho*, puerili item ludero, seu exercitamento, paucis agam. Heicinius Acroii ad illud Q. Horatii in *Arte*.

*Indolusæ pila, discive, trochive.*

Sext. Propert. l. 3. eleg. 13.

*Incepit & versi clavus adunca trochi.*

Alb. Tibull. l. 1. eleg. 5.

*Namque agor, ut per plana citus sola verberet turbo*

*Quam celer affueta versat ab arte puer.*

Martial. l. 14. epigr. 168.

*Inducenda rota est, das nobis utile munus,*

*Iste trocho pueris, at mihi cantus erit.*

P. Virgil. l. 7. *Æneid.*

*Seu quondam toto volitans sub verberet turbo.*

E buxo præsertim probabatur. Idem eodem libro:

*Inpubeque manus mirata volubile buxum.*

A. Persius sat. 3.

*Buxum torquere flagello.*

Possent & de aliis ludis hic dicere, sed satis est de celebrioribus quædam delibasse. Erat & *foliis* in pretio. Martial. lib. 14. epigr. 45. 47. l. 4. epigram. 19. l. 7. epigr. 31. l. 12. epigr. 84. Forte hic ille est ludus, qui *phentis* seu globulus in sole ab adolescentibus maxime exercebatur. Clemens Alexandrinus lib. 3. pædagog. cap. 10. ubi Scholiastes ait, ludum fuisse, quum e lucentibus pueris sphaeram tenens, alii ostendebat, ad alium mittebat, forte a *φαινίζεις*, *deipere*. Est & *comodiantion* sive curius incisus, apud Justin. & *catampon*, ex Festo Alciat. lib. 1. prætermisit. & *esperusa*, Ælian. libello de ordinanda acie.

## CAPUT II.

### De ludorum divisione.

Quid *ludi* fuerint, diximus, sequitur ut de divisionibus & generibus etiam eorum, quædam annotemus. Et primum quidem in universum duo ferunt *ludorum* apud Romanos genera. Alii enim *circenses* fuerunt, alii vero *scenici*. Docet hoc Cicero, qui cum lib. 2. de legibus hanc legem recitasset: *ludis publicis*, quod sine curriculo, & sine certatione corporum fiat, popularem lætitiâ in cantu, & fidibus, & tibiis moderato: eamque cum Divum honore jungunt: eam deinde sic explicat: Jam *ludi publici*, quoniam sunt cavea Circoque divisi, sint corporum certationes, cursu, pugillatione, luctatione, curriculisque equorum usque ad certam victoriam Circo constitutæ: *cavea*, *cantu*, *voce*, ac *fidibus* & *tibiis*: dummodo ea moderata sint, ut lege præscribitur. *Circenses* dicebantur, quod exhiberentur in circuitu ensibus positis. Olim enim in litore fluminis agebantur, in altero latere positus gladiis, ut ab utraque parte esset ignaviæ præsens periculum. *Servius* in 3. Georgicorum, & 8. *Æneidos* Virgilii. Alii à *circumendo* sic dictos putant, alii à *Circo*, in quo exhibebantur, de quo post. *Scenici* vocati sunt alteri, quod in *scena*, hoc est, in umbra agerentur, & hi ingeniorum acumine, atque actionis agilitate, seu arte constabant. Dicemus de utriusque, si prius, qui ludos exhibuerint, & ubi exhibitum fuerint, exposuerimus.

## CAPUT III.

### Qui ludos exhibuerint.

Quemadmodum non una, & eadem semper fuit Reipub. forma, sed ea sæpius mutata est, ita non unus & idem Magistratus *ludos* semper exhibuit: quin etiam diversi *ludi* à diversis sunt exhibitum Magistratibus, vel aliis personis. Principio *Reges ludos* edi curaverunt, quod vel ex eo clarum est, quod *Livius*, *Dionysius*, *Plutarchus* & alii (non enim omnes auctores recensere libet) de Romulo scribunt, cum *Consualia*, vel *ludos Neptuno Equestri* sacros exhibuisse. Quamvis autem de reliquis Regibus nihil certi in Scriptoribus vetustissimis, præterquam apud *Tertullianum* extet, quo minus tamen de iis dubitetur, faciunt iidem Scriptores, qui cum nonnullis aliis memoriæ produnt, Tarquinius Priscum certum locum celebrandis ludis extruxisse, & *ludos* exhibuisse, ut jam dicetur. Post ejectos Roma Reges, Consulium fuit id munus, quemadmodum de sæcularibus scribunt *Valerius Maximus*, *Censorinus* & alii. Creatis autem *Ædilibus*, eorum id muneris fuit, ita quidem, ut *Ædiles plebeji ludos plebejos curarent*, & *Ædiles curules*, qui potissimum ob hoc ipsum creati primum sunt, *magnos* exhiberent, cujus

cujus rei testimonia plurima in historia *Livii* & aliorum extant. Sed & ad *Prætoris Urbani officium* pertinuit, signum dare mittendis quadrigis: Quocirca ipso nonnunquam bellis occupato, atque absente, dictus *Dikator* fuit, qui in *Prætoris* locum ludorum tempore signum mittendis quadrigis daret. Quod autem ad *ludos funebres* attinet, eos illi curarunt, & exhibuerunt, qui proximi defunctorum, in quorum honorem *ludi* celebrabantur, hæredes fuerunt. Nonnunquam tamen & hi ab *Ædilibus* curati fuerunt, id quod ex omni Romana historia intelligitur. Exceptis igitur *ludis funebribus*, reliquos vel Reges exhibuerunt, ut *circenses*, vel Consules & Prætores, ut eisdem, item *seculares* & *Apollinæres*: vel *Ædiles plebeji*, ut *plebejos*, vel *Ædiles Curules*, ut *magnum megalensium*, &c. Tandem omni Reipublicæ potestate in unum translata, Imperatores etiam hoc munus sibi sumpserunt, quod ex *Sætonio* & sequentibus historicis cognoscitur.

## CAPUT IV.

*De loco, ubi Ludi sint exhibiti. De Circo maximo, Circus, Theatris & Amphitheatro.*

**L**udi primum in *insula Tiberina* exhibiti sunt, nullo ad id certo constituto loco, sed ab altera parte *Tiberis* pro meta erat, ab altera enses ponebantur, teste *Servio* Virgilii interprete. Primus omnium *Tarquinius Priscus* V. Romanorum Rex, *Circum* maximum extruxit. Sic enim *Liv.* lib. 1. Tum primum *Circo*, qui nunc maximus dicitur, designatus locus est: loca divisa Patribus Equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent, *fori* appellati, spectare, furcis duodenos, ab terra spectacula alta sustentibus pedes. Hæc *Liv.* *Dionys.* tamen libro 3. non rude tantum ædificium ipsum extruxisse, sed elegantissime etiam exornasse scribit: cujus hæc sunt ex versione *Sigismundi Gelenii*: Idem *Tarquinius Priscus* in *Circo maximo* inter *Palatinum* & *Aventinum* montes sito, primus circumquaque aperta tecto fecit sedilia. Nam antea stantes spectare solebant furcis tabulata sustentibus. *Locos spectaculorum* in triginta curias distribuit, ut *curialium* quisque suo loco spectaturus federet: quod opus & ipsum precedente tempore annumerandum erat inter spectacula totius Urbis pulcherrima. *Longitudo* enim ejus eld trium stadiorum cum dimidio, *latitudo* quatuor jugerum; à duobus majoribus lateribus, & uno minore, cingitur *euripo*, qui aquas recipiat, decempedali profunditate simul & latitudine. Post *euripum* extractæ sunt *triporticus*, imæ habent lapidea paulum scandentia (sicut in theatris) *sedilia*, super duplici contignatione sunt lignea, duas majores porticus *tertia minor* conjungit transversim lunata specie apposita, ut ex tribus una conficiatur, *amphitheatralis* 8. stadiorum amplitudine capax centum quinquaginta millia hominum. Reliquum è minoribus latus, quod *subdiale* est, habet fornicatos carceres, unde equi emittuntur, omnes uno clausos repagulo, externe ambit. *Circum simplex* contexta porticus, habens officinas & superne cellas, per quas spectatores intrant, & ascendunt per officinas singulas, ut nulla confusio exoritur inter tot hominum millia, tum venientia, tum discedentia. Hactenus *Dionysius*. Dicitur igitur est *Circus*, quod in circuitu spectaculis ædificatis ludi ibi fierent, & quod illic circum metas ferretur pompa, & equi currerent. Alii à *Circe* venefica, solis filia, nomen habere volunt, quod annotat *Tertullian.* libro singulari de spectaculis, ubi & hæc de ornamentis *Circi* affert: Singula, inquit, ornamenta *Circi*, singula templa sunt, ova honori *Castorum* adscribunt, qui illos ovo editos credendo de cygno *Jove* non erubescunt. *Delphinos* *Neptuno* vovent, *columnas fessias* à sementationibus, *messias* à messibus, *tutelinas* à tutelis fructuum sustinent, ante has tres aræ, trinis *Diis* parent, magnis, potentibus, valentibus. Eisdem *Samotheacas* existimant. *Obelisci* enormitas, ut *Hermateles* affirmat, soli profuturata: scriptura ejus, unde & census, de *Ægypto* superstio est. Frigebat *Dæmonum* concilium, sine sua *Matre* magna, ea itaque illic præsidet *euripo*. *Confusio* apud metas sub terra delitescit. *Murtias* quoque idolum fecit. *Murtiam* enim *Deam* amoris voluit, cui in illa parte ædem vovere. Hæc *Tertull.* Idem paulo ante: *Circus* soli principaliter consecratur: cujus ædes medio spatio, & effigies de fastigio ædis emicat, quod non putaverint sub tecto consecrandum, quem in aperto habent. Quæ de *ovis* & *delphinis* *Tertullian.* dicit, sic sunt intelligenda, quod fuerint opera rotunda, specie ovorum, quædam etiam animantium ut *delphinorum* formis expressis, quæ conversionem & flexionem cursus ostenderent ab *Agrippa* posita, cum propter similitudinem metarum, quarum multæ in *Circo* erant, aurigantes, sæpe non sine magno periculo errarent. *Obeliscorum*, quorum etiam mentionem facit *Tertull.* descriptio extat apud *Ammianum Marcellinum* lib. 17. cujus pauca quædam huc afferam: *Obeliscus*, inquit, est asperrimus lapis in figuram metæ cujusdam sensim ad proceritatem surgens excelsam, utque radium imitetur, gracilescens paulisper, specie quadrata in verticem productus angustum, manu levigatus artificis. *Formarum* autem innumeras *notas*, *hieroglyphicas* appellatas, quas ei undique videmus incisas, initialis sapientiæ vetus insignivit auctoritas. *Volucrum* enim, *ferarumque* etiam alieni mundi genera multa sculpsentes, ad ævi quoque sequentis ætates Imperatorum vulgatus perveniente memoria, promissa vel soluta Regum vota monstrabant. Non enim, ut nunc, *litterarum numerus* præstitutus, & facilis exprimitur, quicquid humana mens concipere potest, ita prisca quoque scriptitarunt *Ægyptii*: sed singulæ literæ singulis nominibus serviebant & verbis; nonnunquam significabant integros sensus, &c. Paulo post recitat inscriptionem

*obelisci* in Circo maximo ex *Hermapionis* libro, quæ inde peti potest. Hunc *obeliscum*, qui in Circo maximo constitutus ab Octavio Augusto est, excisum a Rege *Semneferteo*, quo regnante *Pythagoras* in Ægypto fuit, centum viginti quinque pedum fuisse, & dodrantis, præter basim: *Plinius* lib. 36. cap. 9. auctor est, ubi & de *obeliscis* aliis qui Romam translati fuerint, mentionem facit. Cæterum carceres primum ex topheo, lignoque fuerunt, quos marmoreis permutavit *Claudius* Imperator. Metas insigniores inaurari voluit *Claudius*: solum minio & chrysocolla sterni *Caligula*, auri atque argenti scobe conspergi mandavit *Heliogabalus*, dolens quod non posset etiam electri: id ex *Suetonio* & *Lampridio* notum est. In Circo, ne quis non federet molliter, non solum Magistratibus & honoratioribus tomentum, quod *leucantum* & *gnaphalium*: sed & multitudini substernebatur, quod è concisis arundinibus factum, nomine proprio *Circense* dictum est, ut *Suetonius* & *Martialis* indicant. Ne quis porro, importune sedendo alteri molestus foret, *sedilia* cancellis erant separata. In Circo ornamenta causa cum Deorum imagines gypseæ, tum detracta hostibus spolia suspendebantur. Per *Circum* nuces & fractum cicer clamando solebant servi circumferre: item in cortinis aquam portare, quam esurienti sitientique plebi venderent. Quæ omnia ex *Ovidio*, *Horatio* & *Plauto* discuntur. Sub Circo in cellis antrifve subterraneis habitabant, quæ corpore facerent quæstum mulieres, ut ex *Juvenale* colligitur. Ad eundem res furto ablata vendebantur, quod in *Horatium*, cum *Circum fallacem* vocat, annotavit *Helenius Aro*.

Præter hunc *Circum*, qui *maximus* appellatus est, etiam alii progressu temporis sunt extracti. *P.* enim *Victor* in libello de regionibus Urbis, octo vel novem fuisse dicit. Meminit enim *Circi Flamini*, de quo etiam *Plutarchus* in Quæstion. Romanis, quæst. 66. & *Martialis* in *Aphoretis*, & *Epigram.* lib. 12. In quo *Circo* vitri officina fuit, in qua pocula fierent, punctis coloratis, quasi gemmis insignita, & crystallinis similia: quæ ut pretio gemmatis æquanda non erant, ita usu reperiebantur firmiora, quod aquis calidis, ut veræ gemmæ, non vitarentur aut fluerent. Collocatur hic *Circus* regione Urbis ix. In 1. regione *Circus Antonini Caracalla* cum *obelisco* fuit. In v. *Circus Aureliani* cum *obelisco*. In vi. regione duo memorantur, alter prope portam Collinam, alter *Circus Floræ*, sive *Floralium*. Regione x. *Circus Alexandri* Imperatoris. Regione xi. præter *Circum maximum*, *Circus intimus*, antiquiore nomine *Circus ad murum* dictus. Erat & *Circus Domitia* & *Circus Vaticanus*, quorum memoria adhuc apud *P. Victor* & alios extat, quorundam etiam vestigia & rudera hodie cernuntur. De *theatris* jam dicemus.

Ut *circenses* ludi in *Circo*, ita scenici in *theatro* peragebantur. Nomen habet *theatrum* à *θεάτρως* quod est *spectare*. Est autem locus, in quo Deorum immortalium diebus festis ludos spectabant, sedentes cum conjugibus & liberis.

Apud Romanos *theatrum* diu nullum fuit: olim enim, uti *Jul. Casar Scaliger* docet, in diem ad locum indictum convenientes, qui specimen firmitatis, aut dexteritatis, aut pernicitatis edituri essent, in medio datis nominibus, prostebantur. Circumfusa turba cum iudicibus ad spectandum, mox alia item affluente comode spectare non poterant: quod alii aliis objectu corporum conspectum adimebant: idcirco aggestis cespitibus editiore locum sibi *pulvillis* actis faciebant. Eam ob causam medius locus depressior fuit, ac propterea *cavea* dictus. Igitur per initia stantes spectabant, postea *subsellia* sibi quisque afferebat. Primi *theatrum* faciendum locarunt *M. Valerius Messius*, atque *C. Cassius Longinus*, Censores, anno 1090. verum auctore *P. Scipione Nasica* omnem apparatus operis eorum subjectum hastæ venire placuit. Atque etiam Senatusconsulto cautum est, ne quis in Urbe propiusve passus mille *subsellia* posuisset, sedensve ludos spectare vellet, ut scilicet remissioni animorum juncta standi virilitas, propria Romanæ gentis nota esset. *Valerius Maximus* libro secundo, capite quarto. Meminit & *Vellejus* libro secundo, & *Livius* lib. 48. Deleta Corintho *L. Mummius* ludis, quos in triumpho fecit, *theatrum* crexit, sed *temporarium*. In primis autem celebratur *M. Scauri theatrum*, de quo hæc scribit *Plinius* lib. 36. cap. 15. *M. Scaurus* fecit in *Ædilitate* sua opus maximum omnium, quæ unquam fuere humana manu facta, non temporaria mora, verum etiam æternitatis destinatione. *Theatrum* hoc fuit. *Scenæ* ei triplex altitudine trecentarum sexaginta columnarum, in ea civitate, quæ *sex hymettias* non tulerat, sine probro civis amplissimi. Ima pars *scenæ* è marmore fuit, media è vitro: inaudito etiam postea genere luxuriæ. Summæ tabulis inauratis columnæ, ut diximus, imæ duodequadragenum pedum. *Signa ærea* inter columnas fuerunt tria millia numero. *Cavea* ipsa cepit hominum 200. millia, cum *Pompeji Amphitheatrum* totiens multiplicata Urbe; tantoque majore populo suffragio large xl. millibus. Sed & reliquus apparatus tantus Attalica veste, tabulis pictis, cæteroque choragio fuit, ut in Tusculanam villam reportatis, quæ superfluebant, quotidiani usus deliciis, incensa villa ab iratis servis, concremaretur ad tertiam millies. Hæc *Plinius*. Idem paulo post de *theatris Curionis*: *Theatra* duo juxta fecit amplissima è ligno, cardinum singulorum versatili suspenso libramento, in quibus utrisque antemeridiano ludorum spectaculo edito inter sese aversis, ne invicem obstreperent scenæ, & repente circumactis, ut contra starent: postremo jam die descendentes tabulis, & cornibus inter se cocuntibus, faciebat *Amphitheatrum* & *gladiatorium spectaculum* edebat, ipsum magis auctoratum populum Romanum circumferens, &c. Primum mansurum *theatrum* Cn. Pompejus Magnus Romæ extruxit lapide quadrato auctore *Corvelio Tacito* lib. 14. ad exemplum illius, quod *Mitylenis* viderat bello *Mithridatico*. De hoc *Pompeji theatrum* *Tertull.* lib. singulari

de *Speſtaculis*: Pompejus Magnus ſolo *theatro* ſuo minor, cum illam arcem omnium turpitudinum extruxiſſet, veritus quandoque memoriæ ſuæ Cenſoriam animadverſionem, *Veneris adem* ſuperpoſuit, & ad dedicationem ediſto populum vocans, non *theatrum*, ſed *Veneris templum* nuncupavit, cui ſubjecimus, inquit, gradus ſpectaculorum: ita damnatum & damnandum opus templi titulo prætexuit, & diſciplinam ſuperſtitione deluſit. Haſtenus *Tertull.* Erat autem *theatrum* in modum hemicycli, cujus ab utroque ſcenæ erant cum ſingulis aris, quarum una *Bacchi* altera ejus *Dei* erat, in cujus honorem ludi fiebant.

*Amphitheatra* vero circulari integra forma conſtruebantur, aut ovali & oblonga, in quibus gladiatorii ludi, & concluſarum ferarum venationes exhibebantur. Ejus area dicebatur *cavea*, & *arena*, quod arena ſpargeretur, ut certantes ſine offenſione caderent, quod ex *Suetonio* liquet.

Theatri partes ſunt *scena*, *orchestra*, *proscenium*, & *pulpitum*. *Scena* frons eſt theatri & ea pars, quæ ab uno ejus cornu ad alterum cum coopertura ducebatur: ea aut *verſatilis* erat, ſcilicet, cum *machinis* quibuſdam ſubito vertebatur, & aliam picturæ faciem oſtendebat: aut *duſtilis*, cum tractis tabulatis hac atque illac, ſpecies picturæ interior nudabatur, ut annotavit *Servius* lib. 3. *Georg.* Proprie vero *scena* vocabatur arborum in ſe cubantium concamerata condenſatio, ut ſubterpoſitos ab aëris injuria poſſet tegere. Nam priſcis temporibus ante uſum *theatrorum* ſub frondibus & umbraculis agebant. Quare *scena* dicta eſt, inquit *Cæſtodorus*, ab umbra luci denſiſſima, ubi à paſtoribus inchoante vere diverſis ſonis carmina cantabantur. *Placidus Grammaticus* *scenam* dicit eſſe *cameram* hinc inde compoſitam, quæ umbræ loco in *theatro* erat, in quo ludi agebantur. *Scenæ* autem *longitudo* ad *orchestræ* diametron duplex fieri debet, ut docet *Vitruvius* lib. 5. cap. 7.

*Proscenium* locus erat ante *scenam* porrectus, in quo erat *pulpitum*, agentium & loquentium locus. In *pulpitum* enim actores prodibant, quod quidem, ut *Vitruvius* ſentit, erat latius Latinis, quam Græcis. Ejus autem altitudo Rom. erat non plus pedum quinque. At *scena* erat altior *pulpito*, *pulpitum* altius *proscenio* & *orchestra*. Ibi geſtulatione, cantu, & ſaltatione, artifices perſonis in ſcena abditis populum retinebant.

*Orchestra* apud Romanos locus erat, in quo Senatores conſidebant ſpectaturi: apud Græcos ſaltationes in ea peragebantur. Sedilium ordines *cunei* à figura dicebantur. Cum enim excurrerent ab anguſto ſpatio ad ambitum extimum, ſtrictiores erant neceſſario, quo propius accederent ad *caveam*, &c. Atque de *theatris* etiam, eorumque partibus haſtenus. Cæterum ut de ſpectandi ratione adhuc pauca moneam, auctor eſt *Valerius Maximus*, & cum eo alii, per quingentos & quinquaginta octo annos *Senatum* populo miſtum ſpectaculo ludorum interuiſſe. Sed cum morem *Attilium Serranum*, & *L. Scribonium* *Ædiles*, ludos *Matri Deum* facientes, ſuperioris *Africani* ſententiam ſecutos, diſcretis *Senatus* & *populi* locis, ſolviſſe: quæ quidem res averterit vulgi animum, & favorem *Scipionis* magnopere quaſſaverit. Lata deinde *lex Roſcia* eſt, *Metello* & *C. Marcio* *Coſs.* anno *Urbis* conditæ *ccxxv.* quæ *Equitem* quoque à *Plebe* diſtinxit: ſic tamen, ut qui ex *Fugite* vel vitio, vel fortuna decociſſent, ab aliis ſepararentur, ac remotiore loco conſiderent. Memirere ejus legis *Horatius*, *Juvenalis*, ac sæpe *Cicero*, præfertim *Philippica* 2. qui natos hinc, ſe *Conſule*, *L. Roſcii Othonis* (nam is legem fanxerat) odio tumulſus non ſolum compeſcuit, verum etiam effecit, ut errorem ſuum *Plebs* agnoſceret, neque ſe notari ſedis diſcrimine iniquo animo ferret. Auctor in ejus vita *Plutarchus*, & *Plin.* l. 7. cap. 30. Verum *lex Roſcia* nihil niſi de *xiv.* ordinibus fanxit. Secutus autem *Augustus*, primum eam ſic moderatus eſt, ut cum plerique *Equites* attrito bellis civilibus patrimonio, metu poenæ theatralis ſedere in *xiv.* non auderent, ea non teneri ſtatuere, quibus ipſis parentibuſque *Equeſter cenſus*, unquam fuiſſet. Neque hoc ſolum, verum etiam in univerſum, quoties quid ſpectandum publice ederetur, primum ſubſelliorum ordinem *Senatoribus* relinqui voluit: *militem* præterea ſecrevit à populo, ac maritis è *plebe* proprios ordines: prætextatis quoque ſuum *cunem* attribuit. Qua de re plura lege apud *Lavinium Torrentium* *Commentarii* in *Suetonii* *Neronem*. Scribit *Valer. Maxim.* Religionem ludorum preſcentibus opibus ſecutam eſſe lautitiam. Ejus inſtinctu *Q. Catulum* *Campanam* imitatum luxuriam, primum ſpectantium conſeſſum velorum umbraculis texiſſe. *Cn. Pompejum* ante omnes, aquæ per ſemitas decurſu, æſtium minuiffe fervorem. *C. Pulchrum* *ſcenam* varietate colorum adumbraviſſe, vacuis ante pictura tabulis extentam: quam totam argento *Cajus Antonius*, auro *Petrejus*, ebore *Quintus Catulus* prætexuerit. *Verſatilem* feciſſe *Lucullos*. Argentatis choragiis *P. Lentulum* *Spintherem* adornaviſſe. Tranſlatum antea *Phœniceis* indu-tum tunicis *M. Scaurum* exquiſito genere veſtis cultum induxiſſe. Haſtenus *Val.* Quamvis autem *theatra*, *circi*, & alia ejuſmodi loca ſingulares quæque ac proprios ludos habent & exercitationes cuique loco accommodatas: tamen eadem sæpe omnibus in locis peracta ſine diſcrimine fuerunt. De quo vide *Georgii Fabricii* *Romam*, cap. 12. Ex quo etiam multa huc tranſcripſimus. *Theatra* in libello *Onuphrii* *Pancinii* de *xiv.* regionibus *Urbis* memorantur quatuor, *Balbi*, *Marcelli*, *lapideum*, & *Pompeji*. *Amphitheatra* tria, *amphitheatrum magnum*, *caſtreſe*, & *Tauri Statilii*. Pertinet ad locum etiam *odeum*, *ſtadium*, & *xyſtus*. *Odeum* Græco nomine dictum *œdion*, publicum ædificium erat, in quo *citharœdi* & *tibicines* à muſico, & reliqui actores ſcenici ab hiſtrione exercebantur, antequam in *theatrum* prodirent. Talia ædificia in *Urbe* fuere quinque. *Stadium* locus erat curſoribus deſtinatus, extractus

à Domitiano, Suetonio teste. *Xystus* Græca appellatione locus dictus, in quo sub tecto hyemis tempore versabantur athletæ. Sed de locis *spectaculorum* sive ludorum hæcenus.

## AD CAP. IV. PARALIPOMENA.

*Circi ornamenta varia, & amphitheatri, nec Roma tantum Circus, sed & alibi, cui sacer, forma, ludorum commissio, & sortitio, sive urna, theatri loca distincta.*

**N**on modo prisca Roma Circos habuit, sed & nova Roma, sive Constantin. ut ex titulo elegantis opusculi liquet, quod dedit Onuph. Panvin. qui formam, situm, & obeliscos Byzantini Circi describit cap. 27. Paul. Diacon. lib. 16. *Venit Constantinopolim, & ingressus est hippodromum.* Amnian. Marcell. lib. 14. histor. *Ingressus (Gallus Imperator) Constantinopolim, tanquam de rebus prosperis, & seceris, editis equestribus ludis, capiti Coracis auriga imposuit coronam, ut victoris.* Idem ejusdem historia lib. 22. num. 4. *Mameritino ludos edente circenses, manumittendis ex more iudicis, per admissionem proximam (malim legere, admissionatum proximam) ipse lege regi dixerat.* Est epigramma Crinagora poetæ, de columna Justiniani regis in hippodromo Antholog. lib. 4. cap. 4. quod non de Romano hippodromo, sed tantum de Circo Constantinopolitano intelligendum sciunt vel levissime historica lectione iuncti. Coripp. lib. 1. num. 18.

- - - Tunc munere solis adempto,

Principibus delatus honos nomenque Latinis,  
Et jucunda novæ circensis munera Roma.

Sed & Mediolanensem Circum celebratum reperio apud D. Ausonium in Urbibus:

Amplificata loci species, populique voluptas,  
Circus, & inclusi moles cuneata theatri.

Nomen illi derivatum nonnulli Grammaticorum à Circe veneficia contendunt, quæ prima omnium in honorem solis (ut jam proxime infra expediam) patris sui hoc ludicrum excogitavit. Isidor. Hispal. lib. 18. Etymolog. cap. 28. alii à *Circenitum*, quod rotundus esset. Aurel. Cassiodor. libr. 3. epist. 51. Sunt & qui omnem ambitum seu gyrum velint Circi nomine appellari. Non. Marcel. cap. 1. num. 74. Peritiores censent ideo Circum vocitatum, quod *Circum metas ferretur pompa*, hoc est, deorum imagines, ut est apud P. Ovidium l. 3. Amor. eleg. 2. & dicam infra:

Prima loco fertur sparsis Victoria pennis,  
Huc ades, & meus hic sac dea vincat aper.

Plandite Neptuno, &c.

Denique, quod Circum spectaculis edificaretur, dictum vult M. Varro l. 4. de Ling. Lat. & alludit Cl. Claudian. de 6. Honor. consulari 42.

- - - Cum regia Circi

Comæxum gradibus veneratur purpura vulgus.

Et de hac ædium adjectione, sive Circi maximi ornamento, capiendum cenfeo locum T. Livii Decad. 4. lib. 9. *Ludis Romanis eo anno, quos P. Cornelius Cethegus, A. Postumius Albinus faciebant, malus in Circo instabilis in signum Pollentiae proci-dit, atque id deseruit.* In cuius loci explicatione caligat Henricus Glareanus, sed frustra, cum in Circo positas deorum statuas uti jam antea probatum, & principum præterea vitorum fati constet. Tit. Liv. 4. Decad. lib. 9. laudato: *Signa multa in Circo maximo cum columnis, quibus superstabant, posita, tempestatis fœda vi dejecta.* De vitorum nobilium statuis, quod circensibus præferrentur, nulli dubium esse potest, cum C. Suetonius diserte habeat hæc verba in Tito cap. 2. *Quorum omnium mox memor, statuum ei auream in palatio posuit, & aliorum ex ebor equestrum, quæ circensibus pompis, hodie quoque præferuntur, dedicavit: perfectiusque est.* C. Tacit. lib. 2. Annual. *Honores (ut quis amore in Germanicum aut ingenio validus) reperti, decretique sunt, ut nomen ejus saltuari carmine caueretur, sedes curules sacerdotum Angustalium locis, superque eas quercæ corona statuerentur, ludæ circenses ibarna effigies præ-*

ret. Atque hæc quidem in circensibus prælatas deorum & magnatum effigies satis superque ostendunt, se l tamen locum Livii laudatum non exponunt. Piacet ergo sententia Marcelli Donati, qui & imagines provinciarum urbiumque in Circo fuisse conjeat. Erat igitur signum Pollentia, civitatis Pollentia in Picenis statua, circensibus præ-lata. Urbis autem illius meminit Ptolemæus libr. 3. cap. 1. & C. Plinius vasa testacea, & lanam Pollentinam celebrat lib. 1. cap. 48. & lib. 35. cap. 12. & priori loco, *lanam vellereis cani* in memorat, contra Sil. Italic. in Catalogo Italia lib. 8.

- - - Fuscique serax Pollentia villi.

Nobilitate etiam hæc urbs clade seu Romanorum, predi-tione Stilichonis utriusque militiæ magistri sub Honorio Aug. accepta, seu Gothorum strage, victo profugatoque Alarico rege. Paul. Oros. l. 7. histor. cap. 37. *Taceo de Alarico rege cum Gothis suis sæpe villo, sæpe conclusis, semperque dimisso.* Taceo, de infestibus illis apud Pollentiam gestis, cum barbaro & pagano dno, hoc est Sani, belli summa commissi est. Et certe preditionem Stilichonis vulgo creditam sic Claudianus sub nomine Alarici de 6. Hon. consul. taxat,

Hæc quibus infidiis, qua me circumdedit arte  
Fatalis semper Stilicho! dum parere fingit,  
Retulit hostiles animos, bellumque remisso  
Evaluit transferre Pado.

Et paucis interjectis:

Mars gravior sub face latet, capiorque vicissim  
Fraudibus ipse micis.

Et apertius Cl. Rutil. Numantianus Gallus lib. 2. Itinetarii sui:

- - - Getico grassatus proditor armis,

Et paulo post:

Quo magis est facinus divi Stilichonis acerbum,  
Proditor arani qui fuit imperii.

Sed crimen illud ab eo remouent Aurel. Prudent. lib. 1. ia Symmachum:

- - - Inhumata cadavera late,  
Quæ Pollentinos texerunt ossibus agros.

Et impensius Claudianus, cui unicus scopus imperii principique conservatorem ac providum tutorem describere, lib. de bello Getico ad finem:

O celebranda mihi cunctis Pollentia scelis!  
O meritum nomen felicibus apta triumphis!  
Virtutis fatale solum.

Idem in 6. Honor. consul.

- - - Nec plus Pollentia rebus

Contulit Ausoniis.

Et eodem opere paulo ante:

Jam Pollentini tenuatus funere campi,  
Direptis opibus, Latio discedere iussus  
Hufis.

Et post Alaricus ipse jam victus, & fugiens:

- - - Nec me Pollentia tantum,  
Nec capta cruciatis opes

Ad Circum regredior; qui soli sacer habebatur. Corip. African. lib. 1. num. 17.

Solis honore novi grati spectacula Circi  
Antiqui sanxere patres.

Nihilominus ludi, non soli, ut Circus ipse, sed Cereri sacri erant. Corn. Tacit. lib. 15. *Annal. Circensium ludorum die, qui Cereri celebratur.* Et deinde eodem lib. *Utque Circensium Cerealium ludicrum pluribus eorum curibus celebraretur.* Qui dies pridie Id. Aprilis notatur in Calendario veteri Romano, his verbis: **LUDI CERERI**, & biduo ante in eodem Calendario **LUDI IN CIRCO**. Quod lib. 42. & lib. 47. notavit Dio Coccejanus; & ex illo Angelus Politianus Miscell. c. 85.

Sic poëta. D. Juvenal. sat. 14. v. 269.

- - Ergo omnia Flora

Et Cereris licet, & Cybeles antea relinquas.

P. Ovid. lib. 4. Fañor.

Circus erit pompa celebrer, numeroque decorum,  
Primaque ventosis palma petetur equis.

Hic Cereris ludii non est opus inuicite causas.

Circi forma oblongiorem referebat circulum, ita enim Corippus loco citato:

Iste ingens Circus, pleni sen circulus anni  
Clanditur in teretem longis anfractibus orbem,  
Complectens geminas aequo discrimine metas,  
Et spectat media, qua se via tendit, arena.

Neque omnino dissimilis amphitheatrici forma erat, ut quæ ovium appelleretur à Tito Calpurnio Siculo ecioga 7. ut annotavit Turneb. lib. 5. cap. 6.

Et medium geminis se molibus alligat ovum.

In hisce ludis sive amphitheatralibus, sive Circensibus, certari dicebantur committi, Stat. lib. 6. Theb. v. 374.

- - Quisnam iste duos, fidissima Phæbo

Nomina, commisit deus in discrimina reges?

A. Geil. lib. 5. cap. 9. Nam cum in sacro certamine sortitio inter ipsos & adversarios non bona fide ferret, & sortem nominis falsum subiji animadvertisset. Fiebaturque hæc commissio, nominibus certantium in unam injectis, atque inde à pratore educitis.

Donat. ad lib. 5. Æneid. Non idem labor in singulis locis in Circo, & inde fors adhibetur, ne sit in ordinatione contentio, aut humanum iudicium gratia cuiuspiam transducatur. Q. Symm. lib. 10. epist. 22. Mælo fremium Martia vallis exponere, atque illam quadrigarum distributionem in qua sibi cum fortunatior videretur, cui electionem mox urna tribuebat, par vel potior erat, quem fors fecerat extremum. Qui locus nescio cur à Fr. Jureto tentetur, qui legit, cui electionem mox urna tribuisset. Nam urna electione primum, secundum, atque ita deinceps, locum tribuebat. Claudian. de 6. Hon. consul.

- - Campus solennis, & urna  
Luditur in morem.

Sidon. Apollinar. carm. 23. v. 315.

Et te jam urna perit, ceteraque rauce

Acclamatio sibilans corona.

Virgil. lib. 5. Æneid.

Tum loca sorte legunt.

In quibus suis exercitamentis commissio nomen usurpabatur, translata à ludis significatione. C. Sueton. Calig. cap. 53. Ut Senecam tum maxime placentem, commissio nomen vris componere, & arcam esse sine calce diceret. Idem in Augusto c. 89. Admoneratque prætore, ne paterentur nomen suum commissio nomen obsoleferi. Et idem in libello de Illust. Grammat. Verrius Flaccus, libertians, docendi genere maxime inclaruit, namque ad exercitanda assentium ingenia aequales inter se committere solibat.

D. Juvenal. sat. 1. v. 164.

Securus li. et Æneam Rutulumque ferocem

Committas.

Et sat. 6. v. 434.

Committis vates ac comparat.

M. Martial. lib. 7. epigr. 23.

Cum Juvenale meo que me committere tentas:

Quid non audebis perisda lingua loqui?

Sext. Aurel. Propert. lib. 2. eleg. 5.

Et sine cura antiqua, committis scripta Corinne.

Amphitheatrum Latinis visorium, quod commodissime populus ad ludicra convocatus, inde spectare posset. Aurel. Cassiodor. lib. 4. epist. ult. & distinguit à theatro Macer. IC. l. 3. ff. de oper. public. & diferte Cassiodorus loco laudato, & lib. 3. epist. 51. Amphitheatrum vetundum est, theatrum vero ex medio amphitheatro est, semi-circuli figuram habens. Ut verba usurpem Isidori Hispalens. lib. 18. c. 52. eademque antea dixerat lib. 15. c. 2. Non unum in Urbe erat amphitheatrum, sed multiplex, tanta populorum spectaculorum libido ceperat, ut tria theatra tribus diversis Urbis partibus creata forent. L. Seneca lib. 1. de

Clementia cap. 6. Cogitate in hac civitate, in qua turba per latissima itinera sine intermissione defluens eliditur, quoties aliquid obstitit, quod cursum ejus velut torrentis rapidi moraretur, in qua tribus eodem tempore theatris via postulatur. Lo. um afflictum fanare cupit J. Lipsius, legitque, in qua tribus eodem tempore theatris mimipostulantur. Sed violenta nimis, & longius, quam par esset, penta correctio. Malim interpretari, vias tribus theatris postulari, ut sit liber ad spectacula cuncti populo aditus, ne turba progredientibus obftet. Nam in publicis lasciventi: Urbis delicias liber ad theatra accessus habetur: Jul. Pollux lib. 9. Onomast. cap. 5. προσαρματων τοις δακρυοις διατροφο Adnumerandum est publicis theatrum. Sic capiendus locus P. Ovidii lib. 3. de Arte amandi.

Quid faciet custos, cum sint tot in Urbe theatra?

Cum spectet junctos illa libenter equos.

Numerum vero theatrorum expressit libro eodem paulo ante:

Vistite thuricremas vacca Memphitidis aras,

Vistite conspiciis terna theatra lois.

Idem lib. 3. Trist. eleg. 12.

Scena viget, studiisque favor assantibus ardet,

Cumque tribus resonant terna theatra foris.

Fuere autem hæc tria theatra Julii Caesaris Dictatoris. C. Sueton. in eo cap. 44. Tauri Scyllii, idem in Caligul. cap. 13 & nobilissimum illud bona Pompeji Magni; sic enim C. Tacit. lib. 14. Annal. Quippe erant, qui Cn. quoque Pompejum in insatium à senioribus ferrent, quod mansuram theatri sedem posuisset, nam antea subitariis gradibus, & scena ad tempus structa, ludos edi solitos, vel si vetustiora repetantur, stantem populum spectavisse. C. Plin. lib. 36. cap. 15. Cava ipsa cepit multiplicata Urbe, tan-

toque majore populo, sufficit large quadraginta millibus. Plinius amphitheatrum à Pompejo structum contendit, Tacitus theatrum tantum, manifesta pugnantia, sed plures certioresque

Scriptores pro Tacito stant. Ammianus Marcellinus lib. 16. C. Sueton. in Neron. cap. 46. A simulachris gentium ad Pompeji theatrum dedicatarum circuiti. Et in Tiberio cap. 47. Augusti templum, restitutionemque Pompejani theatri, imperfella pest tot annos reliquit. Et in Claudio cap. 21. Ludos dedicationis Pompejani theatri, quod ambustum restituerat, & tribuisti positum in orchestra commisit. Et cap. 11. in eodem Claudio: Tiberio artem marmoreum juxta Pompeji theatrum.

Q. Flor. Tertullian. lib. de Spectacul. cap. 10. Pompejus Magnus solo theatro suo minor, cum illam arcem omnium turpitudinum extruxisset, veritus quandoque memoria sua censorium animadvertionem, Veneris adem superposuit, & ad dedicationem edicto populum vocans, non theatrum, sed Veneris templum nuncupavit. Diserte ille theatrum, non amphitheatrum facit, ut

Tacitus ante illum, & concors Plutarchus iis in vita Cn. Pompeji, & Dio Coccejanus lib. 39. Et poëta prae omne theatrum cum Tacito, Tertullianoque appellat. M. Lucan. lib. 7. Pharsal. principio.

Nam Pompejani visus sibi sede theatri  
Innumeram effigiem Romanae cernere plebis,  
Attollique supra latis ad sidera nomen  
Vocibus, & plausu uncas certare sonantes.

Et lib. 1. v. 132. de Pompejo.

- - totus popularibus auris

Impelli, plausuque sui gaudere theatri.

Et Martial. lib. 6. epigr. 9.

In Pompejano dormis Lavine theatro.

Et lib. 14. epigr. 29.

In Pompejano tectus spectabo theatro,

Nam ventus populo vela negare solet.

Et ejusdem libri epigr. 166.

De Pompejano saepe est electa theatro,

Que auxit silvas, detinuitque feras.

Cl. Claudian. lib. 2. de Laudib. Stilichonis.

Pompejana dabunt quantos proficinia plausus

Ad calum.

Errant viti licet docti, qui cum porticu Pompejana confidunt theatrum istud, & loca celeberrimum scriptorum de spatiofa illa

illa porticu, quæ ante curiam ipsius erat, ad theatrum transtulerunt, quos constat ex Sexto Rufo prope Circum Flaminium fuisse, hoc est, in 9. Urbis regione, P. Victor meminuit. M. Pollio Vitruvius lib. 5. Architect. cap. 9. in limine: *Post scenam porticus sunt constituende, uti cum umbres repentini ludos interpellaverint, habeat populus, quo se recipiat ex theatro, choragique laxamentum habeant, ad chorum parandum, uti sunt porticus Pompejana.* C. Plin. lib. 35. cap. 9. *Hujus tabula est in porticu Pompeji, quæ ante curiam ejus fuerat.* Sext. Propertius de porticu hac sumendus, non vero de theatro lib. 4. eleg. 9.

*Tu neque Pompeja spatibere cultus in umbra,  
Nec cum lascivum sternet arena forum.*

*Colla cave insectas ad summum obliqua theatrum.*

P. Ovidius lib. 1. de Arte, illum, ut solet, imitatus est:

*Tu modo Pompeja lentus spatibere sub umbra.*  
Et lib. 3. de Arte.

*At licet, & prodest Pompejas ire per umbras.*

Martial. lib. 2. epigr. 14.

*Inde petit centum pendencia cella columnis,*

*Illinc Pompeji dona, nemusque duplex.*

Lib. 5. epigr. 10.

*Sic veterem ingrati Pompeji quærimus umbram.*

Lib. 11. epigr. 1. de porticib. celebriorib. Urbis:

*Turbam non habet otiosiore*

*Pompejus, nec Agenoris puella,*

*Vel prima dominus levis carina.*

Et eodem libro epigr. 48.

*Cur nec Pompeja lentus spatibatur in umbra?*

*Umbram Pompejanam Pompeji porticum vocant laudati poetæ,*

*quia in confinio & vicinia porticum arbores erant,*

*sive memora voluptati publicæ dedicata.* Q. Horat. lib. 2.

od. 15. Martial. Amphitheatro epigr. 2.

*Diffusas ubi porticus explicat umbras.*

Vel, si de theatro intelligi hæc velimus, verum erit de velis,

quibus invalescente luxu spectacula & theatra intuebantur.

C. Plin. lib. 19. cap. 1. ad finem. *Postea in theatris tantum um-*

*bram fecere (vela) quod primus omnium invenit Q. Catalus, cum Capitolium dedicaret, carbassina deinde vela primus in theatrum duxisse traditur Lentulus Spinther Apollinariibus ludis.*

Sext. Propert. lib. 4. eleg. 1.

*Nec sinesa cavo pendebant vela teatro.*

Ex illo P. Ovid. lib. 1. de Arte.

*Tunc neque marmoreo pendebant vela teatro.*

Ulus & utilitas horum velorum ad arcendas intemperantioris æris injurias, ut populus salubrius consisteret, neque a pluvia, neque a sole infestatus. Locus idoneus Suetonii in Calig. c. 26. *Gladiatorio munere, reductis interdum flagrantissimo sole velis, emitti quemquam vetabat.*

M. Martial. lib. 9. epigr. 39.

*Et raptans madidi vela negata noti.*

Et lib. 11. epigr. 22.

*Et Pompejano vela negata noto.*

Sed cultissime lib. 12. epigr. 29.

*Quamvis non modico caleant spectacula sole,*

*Vela reducuntur, cum venit Hermogenes.*

Vetus Scholiastes Juvenalis ad v. 122. Sat. 4.

*Pneros inde ad velaria raptos.*

T. Lucret. Carus de Rerum Natura lib. 4. colorem expressit:

*Et vulgo faciunt id intera rursaque vela,*

*Et ferrugina, cum magnis intentis theatris*

*Per malos vulgata, trabesque tremantia stant.*

*Namque ibi confessum caveis subter, & omnem*

*Scenai speciem, patrum, mirumque decorumque*

*Inscindunt, cognantque suo sinitare colore.*

*Et quanto Circum magis sunt incussa theatri*

*Mania, tum magis hæc intus perfrusa lepore*

*Omnia corident.*

Tertius versus mira diversitate concipitur in MSS. Nam in quibuldam, *tremantia Circum* legitur, in aliis, *tremantia fluctes*, nullo sensu: denique aliis placuit legere, *tremantia pudent*, sed rectius ex conjectura Turnebi & Lambini *tremantia stant*, pro *sinitant*.

#### ICAPUT V.

### Quinam fuerint ludi Circenses.

**D**iximus per quos, & ubi ludi exhiberentur, jam ad ipsos ludos revertemur, atque, cum in duo genera eos distribuerimus, in *circenses* & *scenicos*, de *circensibus* priore loco dicemus.

Unde cognomen hi ludi habeant, capite secundo docuimus. Quidam eisdem etiam *gymnicos* appellant, à *gymnicis ludis*, sive exercitationibus, quæ in iis exhibebantur. Hos quidam appellatos dicunt à *nuditate*, quod ludentes corpora nudarent, aut saltem vestes exuerent, quo expeditiores & agiliores ad certamina ludicra essent. Alii ab *exercitatione* corporis. Namque exercitio & habitu corporis constabant: quemadmodum etiam *Galenus* gymnasticam definit artem, sive scientiam potentia omnium exercitationum. De primariis horum formis, quæ in *circensibus* exhibebantur, meminit *Virgil.* lib. 5. *Æneid.* *Homerus* penult. *Iliad.* Prima erat pugna cum *pugnis, castibus, gladiis, fustibus, hastis, pilis*, similibusque armis certabatur. Huc spectat & *gladiatura*, cum gladiatores variis modis dimicabant, interim pro *gloria*, interim pro *vita*: idque spectante populo: ut juvenus cædium, sanguinis, & vulnerum aspectu assuesceret in bello minus ista timere. Huc quoque refertur pugna & certamen cum bestiis: qualia multa describit *Martialis*. Utrumque horum omnino infame fuit ingenuis & fere per servos agebatur. Item *luctus*, quum alter alterum in terram prosternere, tum vi, tum agilitate corporis nitentur. Altera species est *curfus*, quam peragebant currendo certa stadia in campo, perveniebant ad metam destinatam. Tertia erat *saltatio* in æquo campo, aut inferne ad locum superiorem, & contra, aut cum in equos currusve insilliebant, non tantum nudi, sed etiam armati & cataphracti. Quarta *jaculatio discorum, sagittarum, pilarum, telorum*, omniumque armorum, cujuscunque generis, quæ longe projiciuntur: & hi ludi erant fere pedestrium. Quinta species est *decurso equestris*, quæ exhibebatur species pugnae equestris, qualem describit *Virgil.* in 5. *Æneid.* Sexta est *aurigatio*, id est, certamen bigarum, aut quadrigarum, & ejus formam & schema videtur apud *Philandrum* in annotationibus suis in *Vitruvium*. Septima est *naumachia*, id est, navale certamen, quum in mari, fluvio, stagno, lacu, forma navalis pugnae representabatur. De plerisque his speciebus multa erudite collegit *Hieron. Mercurialis* medicus Patavin. in 2. & 3. lib. artis gymnasticæ, ex quo ii, qui pleniorum hujus rei explicationem de-



desiderant, petere ea possunt. Nos hoc loco tantum, de *castibus, discis & aurigationum factionibus*, quædam adjiciemus, de *pompæ ludorum* post dicturi. *Castus*, uti Ald. Manutius describit lib. 2. de quæsitis per epistolam, epist. 8. erant lora ex multiplici crudo tergoze bovis agrestis, quemadmodum ait *Homerus*, manibus & lacertis inducta, ferreis plumbeisve clavibus, aut squamis clavatis, convoluta ad similitudinem arietini cornu, cujusmodi adhuc in antiquis nummis cernuntur, & nuper beneficio *Pyræhi Ligorii* antiquitatis peritissimi aliquot *castum* iconas in publicum dedit *Hier. Mercurialis*. apud quem eas videbis lib. 2. artis gymnasticæ, cap. 9. Multa de castibus habet *Ald. Manutius* eo, quem indicavi, loco. *Discus* fuit *lamina* quædam trium vel quatuor digitorum crassitudine, longior paulo plus pede, alias *lapidea*, alias *ferrea*, quin etiam *anea* nonnunquam, ne, dum ex alto rueret, frangeretur, plana quasi lentis speciem referens, quam in ærem projiciebant, manu ad pectus adducta, atque extrorsum & deorsum reducta, rotationis instar in ærem ejaculabantur: de quo, & ejus forma vide etiam, si libet, *Hieron. Mercurialis* lib. 2. artis gymnasticæ, cap. 12. *Factiones aurigantium*, qui ludis Circensibus palmam quærebant, fuerunt *quatuor*, quæ à coloribus *viridis, carulei, coccini, albique panni*, quo donabantur, nomina acceperunt, *Prasina, Veneta, Rustata, Albata*, de quibus ita *Tertullianus*: *Ab initio duo soli fuerunt colores, albus & rufus. Albus hiemi ob nives candidas: rufus æstati, ob solis ruborem voti erant.* Sed postea tam voluptate, quam superstitione protracta, *rufum* alii Marti, alii *album* Zephyris consecraverunt: *Prasinum* vero terræ Matri, vel autumno. Hactenus *Tertull. Domitianus* duas aurati, purpureique panni, ad quatuor priusinas addidit, teste *Suetonio*. Harum factionum ad reprehensionem usque studiosi fuerunt Principes nonnulli, ut *Caligula Prasina, Vitellius Veneta*: tum agitatores ipsos habuerunt in pretio, ut *Caligula Incitatum, Nero Prasinum, Domitianus Passerinum & Tigrin; Nerva Scorpion*: quorum victorias prædicatione extollit *Martialis*. Meminit *Bocullus* cujusdam *Asconius*. Meminerunt *M. Aurelii Dioclis & C. Apuleii Dioclis & C. Pompeii Eusebeni & Eufsi* vetera epigrammata. *Martialis* tres factiones conjungit:

*Si Veneto, Prasinoque faves, qui coccini sumis;*

*Ne fias ista transfuga veste, vide.*

De *Prasina* separatim *Juvenal. Satyr. 11.*

*Totam hodie Romam circus capis, & fragor aurem*

*Percutit, eventum viridis quo colligo panni.*

*Justiniani* temporibus ex *Prasina & Veneta* factionum contentione est tanta *Byzantii* seditio exorta, ut quadraginta fere hominum millia sint trucidata: quod ex *Zonara* monacho transcripsit *Cuspinianus*. Post illam eadem factionum nomina sunt abolita. Magistratus is, qui his ludis præerat, videlicet *Prætor*, aut *Dictator*, ob hoc ipsum creatus, *mappa* aurigis signum cursus dabat. Exhibebantur autem olim (uti *Varro* dicit in libris de rebus populi Romani) xxv. missus, sed vigesimus quintus dicebatur ærarius, eo quod de collatione populi exhibebatur, quæ desit esse, postquam conferendæ pecuniæ est consuetudo sublata. *Servius* in 3. *Georgic. Domitianus* centum missus: sed quinque tantum spatiis exhibuit. *Suet. in ejus vita.*

AD CAP. V. PARALIPOMENA.

*Circenses, Circus valli vicinus, pompa ludicra, studia, factiones, quadrigæ, colorum diversitas, equi, clamor, principes salutati, vires praconio honorati.*

**C**ircensium venationem diligentissime pertractant *Juilius Balengerus* in libro ea de te edito, & *Theodotus Marcilius* in Commentario ad Amphitheatrum *Martialis*, qui adeantur; & eruditissimus, neque iis inferior, *Jean. Savaro* ad *Sidonii* sui carmen 23. Ego tamen nonnulla obiter delibabo, vel leviter alius dicta, vel omittam.

Ac primum *Circus maximus* valli propinquus, unde major ab objecta valle sonus reddebatur, *Echo* voces acceptas referente. *C. Piin.* lib. 2. cap. 44. & lib. 36. cap. 15. *Horat.* lib. 1. od. 12. & od. 20. *Cl. Claudian.* de 6. *Honorii* consul.

*Consensuque cavea sublatus in æthera vallis*

*Plebis adorata reboat fragor, maque totis*

*Insonat Augustum septenis arcibus Echo.*

*Cæsar* *Bulengerus* in Theatro suo lib. 1. cap. 51. putavit hunc locum aliter legendum, interpungendumque, hoc scilicet pacto:

*Consensu cavea sublatus in æthera clamor,*

*Plebis adorata reboat fragor.*

Sed corrupta & vitiosa, indubie, hæc lectio, omnibus ma-

nuscriptis, excusisque codicibus contraria, quippe natura vallis optime per *no cavea* exprimitur.

*M. Lucan.* lib. 4.

*Cavea regni vires in valle retentat.*

Deinde & mens poëta alia, qui circenses describit, in *Circo* autem illo ævo nulla cavea, sed tantum in amphitheatro, ut est apud *Aurelium Cassiodorum* lib. 4. epist. 51. Similis apud eundem *Claudianum* est locus lib. 2. de laudib. *Stilichonis*.

*Quoties vallis tibi Martia ducet*

*Nomen, Aventino, Pallantæque recessu.*

Denique vallem fuisse *Circo* huic proximam, de circensibus. *Q. Symmach.* libro 10. epist. 22. *Malo fremitum Martia vallis exponere:* docet *P. Ovid.* libro 2. *Fastor.*

*Quæque jacent vales, maxime Circe, tua.*

*Pompa* vocabatur totus ille apparatus, ludico certamini præmissus, & ut pompam triumphalem, & nuptialem dicebant, ita & circensem. *Q. Symmach.* loco laudato: *Cum expectari munera principum soleant, nunc accita venerunt, prætereo illum diem, quo elephantos regios per conferta agmina equorum nobilium pompa præcessit.* *Q. Flor. Tertullian.* lib. de spectacul. c. 7. *Vidit ambitio, sive frugalitas ejus, quo Deum offendit, qualiscunque pompa Circei, & si panca simulachra circumferat, in vivo idololatria est.* In pompa deorum imagines, & nobiles matronæ, carpentibus suis vectæ, & clarorum virorum circumferebantur statua, ut dixi superiori capite, de imaginibus deorum productis in pompam circensium, *Sueton.* in *Augusto* c. 16. *Exclamavit, etia invito*

Neptuno victoriam se adepturum, ac die circensium prohedro, solelem pompa simulachrum Dei detraxit. De nobilibus matronis idem Sueton. in Claudio cap. 11. *Actia Livia* divites honores, & circensium pompam elephantorum, Augustino similem decernendam curavit, parentibus inferias publicas, & hoc amplius, patri circensis annos natali die, matris carpentum, quo per Circum duceretur, & cognomen *Augusta* ab actia receptum. De optimatum status idem in Tito cap. 2. Statnam equestrem ex ebre, que circensium pompa hodie praefertur, deditur. Ovid. lib. 3. Amor. eleg. 2.

Sed jam pompa venit, linguis animisque favete,  
Tempus adest planus, aurea pompa venit.

Et lib. 1. de Arte amandi.

At cum pompa frequens certantibus ibis ephebis,  
Tu Veneri dominae plande favente manu.

Pompa procedente, favor, studia, & sponfiones uniuersusque ostendebantur, quorum quidam huic, alteri alii favebant factioni, erant autem quatuor factiones, coloribus distinctae, ut jam infra expediatur. vet. Scholiast. Juvenal. sat. 11. v. 199. *Invenitis spectacula con-ede, qui propter certamina sponfiones ponunt: & delectat eos juxta spectacula, quia antiquitus solebant mulieres cum viris omnibus interesse spectaculis indifferenter.* Tertullian. libro de spectaculo. cap. 16. *Aspice populum ad id spectaculum jam cum favore venientem, jam tumultuosum, jam caenum, jam sponfionibus conitatum.* Sponfiones autem ista deposita pecunia de victoria alicujus aurigae fiebant. Adrian. Turneb. lib. 8. c. 4. & lib. 18. c. 33. Adversarior. P. Ovid. lib. 1. de Arte.

Tangitque manu, positique libellam,

Et querit, posito pignore, vincat iter.

Martial. lib. 11. epigr. 1.

Sed cum sponso, fabuleque lassae,  
De Scorpo fuerint, vel Inuitato.

Macrob. lib. 2. cap. 17. *Nei moratus sponfione contendit. Sed & annulis depositis certabant.* Ulpian. l. 17. ff. de praescript. verb. *Si in honesta sponfionis causa erit, annuli duntaxat repetitio erit.* Partes dicebantur factiones. Coripp. lib. 2. num. 8.

Partes utraque reclamant.

Et lib. 1. num. 17.

Studia in contraria partes.

Lib. 4. num. 1.

Trium partes maniv: suas.

Sidon. Apollinar. carm. 23.

Partes adversa micat.

Virellius factioni Veneta ita erat addictus, ut ei semper faveret. Sueton. in eoe. 14. Caligula Aug. ita addictus erat prasina factioni & deditus, ut caneret in stabulo assidue, & maneret; ut idem Suetonius in eo cap. 55. Eadem narrat Dio. Nero princeps equorum studio vel praecipue ab intente aetate sagracit, plurimumque illi sermo, quamquam retaretur, de circensibus erat, & quendam tractum prasinum agitatore inter condiscipulos querens, objurgans ante magistrum, de Hellore se loqui mentitus est. Sueton. cap. 22. Caracalla: Cum populus aurigam, cui ipse favebat, extitit, exercitum immisit, & pallas exegit. Herodian. lib. 4. Verus Caesar amant: aurigas, prasino favens. Jul. Capitolin. in eo. Lutatius Placidius Grammaticus ad v. 423. libri 1. Thebaid. Statianae; Favor populi dissidentis instigat ephebas, & expressit faventium studia. C. Plin. Junior lib. 9. epist. 6. *Favens anno, pannum amant, & si in ipso cursu medioque certamine, hic color illic, ille huc transferatur, studium favoreque transibit.* Sic accipiendi sunt poetae. Sil. Italic. lib. 16. Punicor.

Hic studio furit avis equi, furit ille magistri.

Virgil. lib. 5. Aeneid.

Studiisque faventum

Consonat omne nemus.

Antichei auriga monimentum ex vetusto quodam marmore. FAVISTI. VIVO. FORSITAN IPSE. MIHI. Et aliud sepulchrum, in veteri inscriptione, Fufci itidem auctore.

FACTIONIS. VENETAE. FUSCO. SACRATIVMUS. ARAM.

DE NOSTRO. CERTE. STUDIOSI. AC. BENE. AMANTES.

Corippus Africanus lib. 1. num. 17. de laudib. Justinii Augusti.

Et fecere duos studia in contraria partes.  
Male ante legebatur.

— Duae studia in contraria partes.

Idem lib. 2. num. 8.

— Studiorum gaudia surgunt.

Ejusdem libri num. 9.

— Studiorum jurgia cessant.

Ovid. lib. 3. Amor. eleg. 2.

Favimus ignavo.

Et lib. 1. de Arte.

Nec mora, quisquis erit, cui faveat illa, fave.

Ad factiones peigo, quae desumebantur a colorum diversitate, quaeque in initio tantum quatuor erant, postea tamen & panus purpureus a Domitia additus. Sueton. in eoe. 7. De quibus nihil amplius addam, praeter inscriptionum quatuorundam fragmenta, non parum necessaria.

Primum est.

M. AURELIO. LIBERO. PATRI. ET. MAGISTRO. ET. SOCIO. DOMINO. ET. AGITATORI. FACTIONIS. PRASINAE. AURELIUS. CAECILIUS. PLANETA. PROTOGENES. OB. III. PALMAR. HOC. DONUM. VOVIT. D. D.

Alterum erat apud Onophrium, in hae verba.

C. APULEIUS. DIOCLES. AGITATOR. FACTIONIS.

RUSSAT. NATIONE. HISPANUS. LUSITANUS.

ANNORUM. XXXVII. MENS. VII. D. XXIV. PRIMUM.

AGITAVIT IN FACTIONE. ALB. ACILIO. AVIOLA. ET. CORELLIO. PANSA. COSS. PRIMUM.

VICIT. IN. FACTIONE. EADEM. M. ACILIO.

GLABRIONE. C. BELLICIO. TORQUATO. COS. PRIMUM. AGITAVIT. IN. FACTIONE.

PRASINA. TORQUATO. ASPRENATE. II. ET. ANNIO. LIBONE. COS.

Tertium sic habet.

C. APULEIO. DIOCLO. AGITATORI. PRIMO. FACTIONIS. RUSSAT. NATIONE. HISPANO. FORTUNAE. PRIMOGENIAE.

D. D.

Quantum in hae verba extat.

CL. AURELIO. POLYPHEMO. DOMINO. ET. AGITATORI. FACTIONIS. RUSSAT. TOGENI. CAESAREO. SUI. TEMPORIS. PRIMO. ET. SOLO. FACTIONARIO. OB. GLORIAM.

Liquet ergo ex superioribus hisce marmorum antiquorum inscriptionibus, numerum victoriarum, quas retulissent, consuetum inscribi tumulorum cippis, aut statuarum eloquiis, una cum factionis mentione, in qua circensari contigisset, deinde & factionem aurigas mutare potuisse: tertio, & genus, gentemque exprimi, unde quis natus esset. Quarto, & dignitatem quandam inter agitadores fuisse: adde & factionis medicum in inscriptione reperiri.

DIIS. MANIBUS. M. ANTONIO. M. F. ANIENSI. MATRINIO. EVOK. AUG. VIXIT. ANN. XXXIIX. MEDICUS. FACTIONIS. RUSSAT. NATIONE. SANCTISSIMO. FEC.

Erant insuper in factionibus singulis, quos procuratores appellabant, patet ex veteri lapide.

Q. RAPIDIO. Q. F. LEMSEPULLIO. PROCURATORI.

DROMI-

DROMI. FACTIONIS. VENETÆ. Q. RAPIDIUS.  
XENODOTUS. ET. RAPIDIA. IUVENTINA. PAR. FECERE.  
Et de medico factionis altera hæc in marmore vetusto mentio est.  
M. VIPSANIO. FULLONI. TENTORI. AURIGATORI. M. VIPSANIO. MIGNIONI. VIATORI. M. VIPSANIO. QUARTIN. SUCCONDATORI. M. VIPSANIUS. MEDICUS. FACT. VENETÆ.  
OLL. IV. D. D.

De coloribus M. Aurel. Cassiodor. libro 3. variar. epist. 51.  
Colores autem invicem temporum quadrisaria divisione funduntur, prafinus virenti verno, venetus nubile hiemi, rosens æstati flammæ, albus primo autumnio dicitur, ut quasi per duodecim signa accedens, animus integer signaretur, sic factum, ut nature ministeria (legere malim. mysterioria) spectantiorum composita imaginatione luderentur. Tertullian. lib. de Spectacul. c. 9.  
Talibus antioribus quadrigæ productæ, merito, & aurigis, coloribus idolatriam vestierunt, & ab initio duo soli fuerunt, albus & rufus. Albus hiemi, ob nives candidus, rufus æstati ob solis ruborem toti erant: sed postea, tam voluptate quam superstitione procella, rufum alii Marti, alii album zephyris consecraverunt, prafinum vero terra maris, vel verno, venetum celo & mari, vel autumnio. Isidor. Hispalens. lib. 17. Etymologiar. c. 41. Gentes colores eorum iunxerunt, rosos soli, id est igni, albos aeri, prafinos terra, venetos mari assimilantes: item rosos æstati currere voluerunt, quod igni coloris sunt, & cuncta tunc flavebant, albos hiemi, quod sit glacialis, & frigoris universa canescant, veri prafinos, viridi colore, quia tunc pampinus densatur. Item rosos Marti sacraverunt, à quo Romani exoriuntur, & quia vexilla Romanorum cocco decorantur, sive quod Mars gaudeat sanguine, albos zephyris & serenis tempestatibus, prafinos fiori & terra, venetos aqua vel aeri, quia caruleo sunt colore, luteos, id est, croceos veni & soli, purpureos viridi sacraverunt, quem arcum dicimus. Describunt & poëta. Coripp. lib. 1. num. 17.

Aurigas totidem, totidem posuere colores,  
Ut sunt æstatis brumalia frigora flammis,  
Nam viridis veris campus sen concolor herbis,  
Pinguis olivæ comis, lœx nunc omne virensit,  
Æstatis rosens rubra sic veste refulget,  
Ut nonnulla rubent ardentis pomæ colore.  
Autumni ventus ferrugine dives & ostro,  
Maturas uvas, maturas signat olivas,  
Æquiperans candore nives, hiemisque pruinas,  
Albicolori sueta viridi conjungitur uva.

Christodorus Thebanus Copita vetus epigrammatographus in Anthologia:

Χρόμοισι καὶ πτόλοισι συμμειτῶν τῶν χῶμα.  
Coloribus & pannis commutavit fortunam.

Martial. lib. 10. epigr. 48.  
De prafino conviva meus, venetique loquatur,  
Nec facient quenquam poëta vestra reum.

Et lib. 11. epigr. 34. & lib. 14. epigr. 131.  
Si veneto prafinore faves, qui cocina sumis?  
Ne sis ista transfuga sorte vicina.

Ovid. lib. 3. Amor. eleg. 2.  
Ecce patent iterum reserato carcere postes,  
Et volat admissis discolor agmen equis.

Sidon. Apollinar. carm. 25. v. 321.  
- - - Mucant colores,  
Albus, vel venetus, virens, rubeusque,  
Vestra insentia continent ministri.

Meminit D. Chryostomus in libello de Circo, & Procopius lib. 1. de bello Persico; vet. Scholiast. Juvenal. ad sat. 11. v. 196. Viridis pami, id est, prafini. C. Jul. Solin. Polyhistor. cap. 47. Quidam equi cavitibus tibiarum, quidam saltationibus, quidam facibus accensis, quidam colorum varietate ad eusum provocantur.

Quadrigis cœtabatur, quia ut lœx biga, ita soli quadriga

consecratur. Fulgent. lib. 2. Mytholog. cap. 11. Flor. Tertull. laudato sæpe libro de Spectacul. c. 9. Itaque iure merito in Circo, qui soli erat sacer, quadrigis inibat certamen. Serv. Honorat. ad illud lib. 3. Georg.

Centum quadrijugos agitabo ad flumina curvus.  
Sext. Aurel. Propert. lib. 3. eleg. 8.  
Sunt quibus Elææ concurrens palma quadrigæ.  
Metellus Tegetensis in Quirinalib.  
Circulariores, pugiles, palastra.  
Curruum certamen, agon, palastra.  
Vetus epigrammatarius incerti nominis lib. 3. epigr. & poëmat. veter.

Hoc rudis aurigæ requiescunt membra sepulchro,  
Nec tamen ignari scelerè lora manu.  
Jam qui quadrijugos anderem scandere curvus,  
Et tamen à bijugis non removeret equis.

Locus insigniter corruptus est in Circensium apud Claudianum de 6. Hon. consul. descriptione.

Nec solis hic cursus equis, assuetæ quadrigis  
Cingunt arva tigres, subitæque aspectus arena  
Dissidit Libyos aliena valle cruores.

Corrige cum Joseph. Scaligero in M. Manilium:  
Nec solus hic cursus equis, assuetæ quadrigas  
Cingit rava tigris.

Tigrides quadrigis junctas discimus ex Ælio Lampridio in Heliogabalo, & ravas à colore, optimo sensu dicitur quis inficiari possit? similitur Q. Horat. l. 3. od. 27.

Rava decurrens lupæ.  
Et dixi fustus ad illum locum Claudiani, quæ hic non repeto. Sed de primo quadrigarum auctore non levis est controversia ob Scriptorum dissensum: sunt qui eam gloriam Erichthonio dent, qui quartus Atheniensium Rex fuit. Nam Cecropi successit Cranaus, Amphiction Cranaum vi regno deiecit, & habuit successorem Erichthonium, quem Vulcano & Minerva genitum fingunt, vel verius in terram effuso à Vulcano semine. Eupipid. Jonæ. Julianus princeps in Anthologia.

Μήτηρ νόσφι τόκου, νομῆς νόσφι γῆμου.  
Mater sine liberis, sponsæ sine nuptiis.

Educatu clam à Minerva in cista, pedes habuit serpentinus, Jul. Hygin. in poëtic. Astronom. in Auriga. Deinde ad pedum deformitatem velandam primus quadrigam invenit. Ut loquitur C. Plinius l. 7. nat. histor. c. 56. & ex eo Isidor. l. 18. c. 34. ut non male possit lacuna suppleri Corippi libro 1. num. 18.

Cecropidem reseram primas junxisse quadrigas,  
Et curvus armasse novos.  
Aut si ad educationem respiciamus, non male sic legi poterit:

Anguipedem reseram primas junxisse quadrigas,  
Et curvus armasse novos.

Tertullianus libro & capite citatis, Trochilum apud Argivos in honorem Junonis, Romulum in honorem Martis, seu Quirini, quadriga excogitasse contendit. Sic enim recte legitur, ex Theonis Iohannis verbis, quæ Jacobus Pamelius adducit, ut recte Paulus Leopardus lib. 1. Emendation. capit. 15. non ut antea depravatissime. Aragilus; aut quod Gagnæo & Gelenio placuit, Arapilus, nam Trochilum usum quadrigarum adinvenisse scribit Eusebius in Chronicis. Freculphus Episcopus Lexoviensis concors Tom. 1. Chronicor. lib. 2. cap. 6. Trochilos dicitur primus junxisse quadrigam.

Ado Viennensis Chronici sui atate 3. pag. 24. Hæc etate (sub principium regni Atheniensium) primus Procidus quadrigam junxit; nisi forte mendum est.

Fr. Laziarus historiz universalis epitoma cap. 21. Triptolemus agriculturam hoc etiam tempore ampliasse, & quadrigas junxisse dicitur.

Sunt & qui ad Erichthonium non inventionem quadrigæ simpliciter trahant, sed tantum apud Græcos. Freculph. libro citato cap. 9. Atheniensibus Erichthonius imperabat, qui primus quadrigam junxit in Græcia. P. Virgilius favet ei sententia lib. 3. Georgic.

Primus Erichthonius curvus, & quattuor arsus  
Jungere equos, rapidisque rotis insistere videt.

Deni-

S

Denique qui ad Oenomaum retulerint, sunt Scriptores non spernendi. Inter quos Joan. Savaro lacunam Corippi loco laudato sic suppler.

*Oenomaum referam primas junxisse quadrigas,  
Et curvus armasse novos.*

Confirmat è triplici loco Sidonii sui, carm. 2.

*- - - Reparatis Pisa quadrigis  
Insistat Oenomaum, nata quem fraude cadentem  
Cereā desistit resolutis axibus obex.*

Et carm. 23. v. 391.

*Quantum auriga suos solebat ille  
Reptans Oenomaum tremente Pisa.*

Lucretius Placidius consulatur ad v. 275. libr. 1. Thebaidos Stianæ:

*- - - Illic Mavortius axis  
Oenomai.*

Et ad v. 243. libr. 4. Thebaid.

*- - - Et fractis durat ab usque  
Axibus Oenomai.*

Et ad v. 285. libr. 6. Thebaid.

*Parte alia victor curru, Neptunia tendit  
Lora Pelops.*

Lib. 7. Thebaid. v. 416.

*- - - Sano decurrere campo  
Oenomaum sua Pisa refert.*

Idem Stat. lib. 1. silv. 2.

*Hanc propter intum Pisæ lege trementem  
Currere, & Oenomai fremens audire sequentis.*

Claudian. libello elegantissimo de laudibus Serenæ.

*- - - Nam providus obice regis  
Prodidit Oenomai deceptus Myrtilus axem.*

Narrat fabulam, ut alios omittam, Scholiastes Pindari ad od. 1. Olympicor. Πίσασον ἴχλος Οἰνομάε χαλάσας. Impedi hactam Oenomai aream. Et perstitit oae 19. ejusdem operis. Sed tamen, ut ingenue fatear, non legi ullum auctorem, qui Oenomaum quadrigas primum excogitasse scriberet, celebrem fuisse aurigandi peritia omnes loquuntur.

Et quoniam Circeses Romani quædam veluti effigies ludorum Græcorum, & præsertim Olympicorum, erant, ideo ut in his, ita in istis equorum celeritas probata. C. Plin. Junior. lib. 9. epist. 6. Quo magis miror, tot millia virorum tam pueriliter identidem cupere, currentes equos, insistentes curribus homines videre, si tamen aut velocitate equorum, aut hominum arte traherentur, esset ratio nonnulla. Petiti autem illi è Sicilia, aut Cappadocia. Jul. Capitol. in Gordianis. Equos Siculos centum, Cappadoces centum, permittentibus Imperatoribus, factionibus divisi. De Siculis seu Agrigentinis Plinius lib. 8. cap. 42. & alii, sed expressius Servius Maurus ad illud lib. 3. Æneid.

*Ardens inde Acragas ostentat maxima longe  
Culmina, magnanimum quondam generator equorum.*

De Cappadocibus C. Jul. Solin. Polyhist. cap. 47. Terra illa (Cappadocia) ante alias altrix equorum & proventus equino accommodatissima est. Isti equi ex Agrigentinis, cum in Cappadocia omnes interissent, reparati sunt, ex oraculi Delphici præscripto, ut refert Baptista Pius Annotationibus posterioribus cap. 39. Et videtur alludere L. Apulejus l. 8. Milefiar. licet de asino, non de equo divinando loquatur: Is, nimio præsinandi studio præconem rogat, cuius sit esset? at ille Cappadocum me, & satis forticulum denuntiat. Quem locum aptius Petrus Colvius de equo, quam Philippus Beroaldus de servo interpretatur. Et legit aliter J. Lipius: At ille Cappadocum me satis, id est, gente, & forticulum denuntiat. Et præsertim nobiles velocitate equi, qui in pascuis ad Argæum fluvium enuriti.

Claudian. lib. 2. in Rufinum, statim in limine:

*- - - Jam pascua fumant  
Cappadocum, volucrumque parens Argæus equorum.*

Idem de Laudibus Serenæ uxoris Stilichonis:

*- - - Delectus equorum  
Quos Phrygiæ matres Argæaque gramina posse,  
Semine Cappadocum sacris præsepibus edunt.*

Idem in epigrammate de phaleris equi regii.

*Sive illum Armeniis alnerunt gramina campis,  
Turbidus Argæa seu nive lavit Helys.*

Et de circensibus equorum curribus, passim poëta. M. Lucan. lib. 1. Phalar. v. 296.

*- - - Quantum clamore juvatur  
Elæus sonipes, quamvis jam carcere clauso  
Immineat foribus, pedibusque repagula laxet.*

P. Ovid. lib. 2. Trist.

*Acer, & ad palma per se cursurus honores,  
Si tamen husteris, fortius ibit equus.*

Sil. Italic. de Olympicis Græcorum curulibus libr. 15. Punicor.

*Sic ubi proficit Pisæo carcere præceptis  
Ante suos it victor equus.*

Et de circensi Romano ludicro libr. 16. Punicor. idem Scriptor:

*- - - Cursus proponit equorum,  
Fluctuat agnoro fremitu, rabieque furentum  
Carceribus nondum reseratis mobile vulgus,  
Atque fores oculis, & limina servat equorum.  
Jamque ubi prolato sonnere repagula signo,  
Et toto prima emicuit vix unguis cornu,  
Tollitur in cælum furiali turbine clamor,  
Pronique ac similes hortantibus ore sequuntur  
Quisque suos currus, magnaue volantibus idem  
Vocē loquuntur equis.*

In quibus eligendis notandum est genus suctum observari.

Martial. lib. 3. epigr. 63. Liptio eo valente;

*Hirpini veteres qui bene novit avos.*

Stat. lib. 2. silv.

*- - - Romulei qualis per jugera Circi  
Cum pulcher visu, titulus generosus avitis,  
Expectant equus, cuius de stemmate longo  
Felix emeritos habet admittura parentes.*

Vetus lapis.

AQUILO. N. AQUILONIS. HIRPIN. VI. C. I. T. CXXX. SECUND.

Vide Lipsium cent. 3. epist. 26.

P. Ovidius lib. 3. Amot. eleg. 21.

*Maxima jam vacuo præco spectacula Circo  
Quadringes equo carcere mist equos.*

*Cui faveas video, vincet cuiusque favebis,  
Quod cupias ipsi sicut videntur equi.*

Primus versus aliter in nonnullis editionibus concipitur, & forte non male:

*Maxima jam vacuo præco spectacula Circo.*

Nam prætor præerat circensibus, in eisque committebat cursuros, ut hoc opere supra libr. 1. Reg. 13. dixi. Et firmat D. Juvenalis sat. 10. vers. 36. vetus Scholiast. ejusdem ad vers. 193. sat. 11. Quoniam circensibus illis, quos prætores edunt, unus est missus, qui ordinarius dicitur, ideo præda caballorum, quia hordem pro illo die auriga tollunt equorum, aut ideo præda dixit, quoniam multi equi frangebantur iisdem circensibus. Ipse Satyrus: Præda caballorum prætor sedet.

Ita legit vetus Scholiastes, licet in aliis pæne omnibus editionibus legatur:

*Prædo caballorum prætor sedet.*

Ad tentatum Ovidii locum redeo, quem si priori lectione firmandum censeamus, intelligenda est tuba, cuius sono committebantur circenses, ut notissimum est, & alii præoccupant. P. Virgil. lib. 5. Æneid.

*Inde ubi clara dedit sonitum tuba finibus omnes,  
Haud mora, profilere suis.*

Sil. Italic. loco proximo supra laudato:

*- - - Ubi prolato sonnere repagula signo.*

Simili phrasi Coripp. lib. 2. num. 8.

*Inde dato populi fecere silentia signo.*

Papin. Stat. lib. 6. Thebaid.

*Jam placide dant signa tubæ.*

Et eodem libro vers. 406. & Lucretius Placidius ad eundem locum;

*Insontis contra Tyrrenum murmur, & omnes  
Existere loco.*  
Sidon. Apollinar. carm. 23. v. 339.  
*Tandem murmure bucina strepentis,  
Suspendas tubicen vocans quadrigas,  
Effundit celeres in arva curvas.*

Retractandus & locus de C. Cæsaris Commentariis de bello civili lib. 2. cap. 7. *Ad eos Cæsar equitatum, & duas Marcianorum cohortes mittit, quorum primum impetum equites hostium non tulerunt, sed amissis equis ad suos refugerunt. Sed quomodo ad suos redire poterunt, si equi fuerant amissi? Certè ergo legendum est, amissis equis ad suos refugerunt. Sunt autem equi admitti, qui velocissime aguntur, & admotis calcaribus incitantur. Egregie alludit Ovidius lib. 1. de Arte:*

*Hic modus, hac nostro signabatür arca curru,  
Hæc erit admissa meta terenda ruas.*

Et lib. 2. Amor. eleg. 11.  
*Hæc mihi quam primum calido nitidissimum alto  
Luser amisso tempora portet equo.*

Equos istos de carcibus, sono tubæ, prætoris arbitrata emissos, ut cuique sponso, aut vomu hortatine, sublatisque in altum vocibus proferebantur. Unde & *Circus clamor* appellari consuevit. D. Aufon. in epitaphio equi admirabilis:

*Phosphore clamosi spatiosa per æquora Circi  
Septenas solitus victor obire vias.*

*Impropèrante agens primos à carcere cursus,  
Fortis progressis ut poteris equis.*

Potes & lectio recipi Elæ Vincici, confirmata fatis ex iis quæ à me supra dicta sunt:

*Phosphore clamosi pannoſa per æquora Circi.  
L. Seu. epist. 83. Ecce circensium obſtrepit clamor, subita aliqua & uniuersa voce seruntur aures meæ, nec cogitationem meam excutiunt, nec interrumpunt quidem, fremitum patientissime fero, multe voces, & in unum confusa pro fluctu mihi sunt, aut, vento siluam verberante, & cæteris sine intellectu sonantibus. Quæ præce ad verbum ex illo mutuatus est Corippus loco citato.*

*Cunctaque clamosi tacere sedilia Circi,  
Mollior ut venis quoties venit aura remotis,  
Fluctuatum pelagus quod tempestate movetur,  
Manſuetis planatur equis.*

Dixerat antea de confusis popularis multitudinis applausibus, aut immodicis clamoribus.

*Exaltata putes placidis bene flantibus auris  
Ludere consistere frondosa cacumina siluæ,  
Et flexis mutare comis lutoque viuisſim  
Vertice facundos, huc, illum flectere ramos.*

M. Marcial. lib. 10. epigr. 53.

*Ille ego sum Scorpis, clamosi gloria Circi,  
Plausus, Roma, tui, deliciaeque breues.*

D. Juvenal. sat. 10. v. 144.

*Securum iubeant clamosi insistere Circo.*  
Clamores isti à sponsonibus, ut monui, vel à plausu, qui cava manu fiebat: ut ex Corippo, & aliis Bulengerus lib. 1. Theat. cap. 51. obseruat. adde Tacitum lib. 16. in limine. *Plebs personabat certis modis, plausuque composito.* C. Suetonius in Vitellio cap. 11. & interpretes: ut non immerito de prificis ludis dictum sit ab Ouidio lib. 1. de Arte:

*Plausus tunc arte carebat.*

Denique quod intrantibus principibus bene precarentur, immodicis, & supra quam dici possit, elatis clamoribus. Cujus precationis formula à Curopalate, siue Georgio Codino in offic. aulæ Constantinopolit. desumenda est, *Πολυχρόνιον ποιήσαι ὁ θεὸς τῶν ἀγίων βασιλείαν σου εἰς πολλά ἔτη. Diniurnum faciet deus sanctum imperium tuum in multos annos.* Et post: *Πολυχρόνιον ποιήσαι ὁ θεὸς τῶν θεοπροσληπῶν καὶ θεοφρονῶν κραταίαν, καὶ ἀγίαν βασιλείαν σου εἰς πολλά ἔτη. Diniurnum faciet deus acceptum deo, & à deo cyfoditum, firmum, sanctum imperium tuum in multa sæcula.* Io Canone Græci officii principium tropari bene precantium legitur: *Πολυχρόνιον, ac si dicas, multi temporis perpetuitatem.* Et in

Constantinopolitana ecclesia finiebatur officium eadem formula. Curopalates eodem libro pag. 95. sed & stante republica acclamationibus delectari principes. C. Sueton. in Domitiano cap. 13. *Acclamari etiam in amphitheatro epulari die libenter audit, domino & dominae felicititer.* Alludunt alii Scriptores ad fausta illa vota. Sinetas ille Persa, referente Æliano lib. 1. var. histor. cap. 32. *Βασιλεῦ, φρονι, Ἀρταξίδη, δι αἰῶνος βασιλεύεις.* O rex, inquit, Artaxerxe, regnes in æternum. Abiocomas Delphidi apud Aristænum lib. 2. epist. 21. *Ἄλλ' ἂν Δελφίδιον ἱμῶν τε ἀπόσχετον ἀγαθὸν, ζῴεις ἐπὶ μήκιστον, εἰ ζῴεις.* Sed ὁ Delphidium, menique præoptatum bonum, vivas longum, bene vivas. T. Calphurnius Siculus eclog. 4. vers. 242.

*Cæsar ades, seu quis superum sub imagine falsa,  
Mortalique lates, etenim hunc te precor orbem,  
Hos precor æternus populos rege, sit tibi cæli  
Vitis amor.*

Secundus versus mutilus est, & mancus, quem sic posse restitui puto, & legi.

*Cæsar ades, seu quis superum sub imagine falsa  
Mortalique lates, æternum hunc te precor orbem,  
Hos precor æternus populos rege.*

Q. Horat. lib. 1. od. 2.  
*Serus in calum redeas, diuque  
Letus interis populo Quirini.*

Stat. Papin. lib. 1. Thebaid. in ipso limine de Domitiano Augusto:

*Quem nova maturi subeuntem exorsa parentis  
Æternum sibi Roma cupit.*

Corippus African. de Laudib. Justinii Augusti lib. 2. num. 6.  
*Justinio vitam ter centum vocibus optant,  
Augustæ totidem Sophia plebs tota reclamationat,  
Mille canunt laudes, vocum discrimina mille,  
Justinum, Sophianique pares duo lumina mundi  
Esse pares, regnate pares in sæcula, dicunt.  
Felices annos, dominis felicibus orant.  
Insontit vox illa diu, tandemque quieuit.*

Et ejusdem libri num. 8.  
*Ingens lætitia sonit fragor, aurea plebes  
Tempora principibus centenis vocibus optant.  
Justinio vitam partes utraque reclamationat,  
Augusta Sophia votis quam pluribus orant.*

Atque ut principes in theatrum aut Circum venientes populo lato clamore excipiebat, ita populum Imperatores salutabant, & fœdissimo adulationis genere ei se submittebant. Quod nescio an ab ullo ante Neronem factitatum, is certe, ut scriptum à C. Tacito l. 16. Annal. in principio. *Flexus genu, cæcum illum manu veneratus, judicium sententias operiebat fido pavore.* Quod à Suetonio in Claudio 12. proditum, *spectacula edentes voce ac manu veneratus est, ad magistratus, qui ludorum commissionibus præerant, non ad plebem spectat, ideoque male eo ab aliquibus trahitur.* Cultissime Claudian. de 6. Honorii consulari venerationem hanc plebi ab Imperatore exhibitam exposuit:

*O quantum populo secreti munus addit  
Imperii præsens species, quantamque rependit  
Majestas alterna vicem, cum regia Circi  
Connexum gradibus veneratur purpura vulgus.*

Corippus loco proxime supra nominato:  
*Utque salutato tetigit subsellia vulgo,  
Auratum scandens solium.*

Victores coronabantur. Ad id volumen multificæ eruditionis Caroli Paschaliani regii ad Helvetios legati, de coronis. Petr. Fabr. Saviorian. lib. 2. Agonistic. cap. 27. inter præconis officia & illud reponitur, *ἀγωνιστῶν, pronuntiare, aut proclamare certatorem, seu athletam.* Jul. Pollux lib. 4. Onomast. cap. 12. locus de Nicodoro pugile est non omnino inelegans apud Æliano var. histor. lib. 2. cap. 23. *Μακρὰ πᾶτε ἄμεινον πολεμιστᾶμενος τῆ πατρίδος τῶν κρογμάτων τῶν ἐν τοῖς σταδίοις.* Longe utilitorem in eo patrie se præstantem, quam cum victor in stadiis proclamaretur. Eumenius Rhetor in

orat. pro scholis: Fortissimi viri in sacris certaminibus, summo labore atque etiam vite periculo, solam vocem praconis, & corona testimonium petunt. Idque sola praconum voce; nam antiqui tubas non habebant, inquit vetus Scholiastes Juvenalis ad v. 111. sat. 13. scio & posterioribus saeculis adhibitas denuntiandis declarandisque victoribus tubas. Iacius Tzetzes in Lycophronem. Et poetae Latini, Graecique. Statius libr. 6. Thebaid. v. 556.

Sequitur Sicyonius Alcon,  
Et his in Isthmiaca victor clamatus arena  
Phadimus.

P. Virgil. lib. 5. Aeneid.

Victorem magna praconis voce Cloanthum.  
Declarat.

Callimachus in fragmentis, quae extant, epigr. 8.

Ἄλλων μὲν κήρυκες ἐνὶ βραχὺν ἔνομα κείρεν,  
Φθίζουσι τὰ κείνη δ' Ἄλλὰς ἀεὶ σοφίαν.

Vergit Bonaventura Vulcanius:

Namque alios praeco exiguis laudabit in aures,  
Illius ingenium Gratia perpetuo.

Pindarus saepissime Olympior. od. 5.

Τίς δ' ἐκ κῶδος  
Ἄβρον νικήσας ἀνέθηκε, καὶ  
Ὅν πατὴρ Ἀργῶν ἐκέρυξε.

Tibi vero decus pulcherrimū videtur dicitur, & suum patrem Aconem praconis voce pronuntiavit. Qui locus appositissimus est; nam non modo ipsi victores citabantur sono tubae, sed & patria, genus parentesque publice dicebantur, hoc illud est, quod C. Plinio dictum, tāstares sacrorum agonum patriam suam coronare. Idem Pindar. Olymp. od. 8. Ἐξίπτε, κρατεῖον πάλαι. Praconis voce promulgavit, cum vinceres Incha. Idem ejusdem operis od. 13. Ἀδύλωστος βοῶ κήρυκας, ἀντίλογος τῶν praconis, victores tenuitavit. Denique Pythior. od. 1.

Πυθιδος  
δ' ἐν δρῆμα κέρυξ ἀνέπτε νιν ἄγ-  
γέλλον ἱέρακος ὑπὲρ  
Καλλιῆκυ ἀμμοσίο

Pythiadis in articulo praeco proclamavit ipsam, nuntium adferens super egregii victoris Hieronis curribus. Attitophanes in Pluto act. 2. sc. 5.

Ἴνα τὸς Ἑλλήνας ἀπαντας ἀεὶ δὲ ἔστω πέμπη  
ζυγαχέρι,

Ἀνεκέρυττεν τῶν ἀθλητῶν τὸς νικῆντας,  
στρανώσας  
κοτῆς σερῶν.

Vergit Latine Nicodemus Frischlinus non ineleganter:

Omnes illic Graecos accites, victores oleastro  
Praconis voce coronari voluit.

## CAPUT VI.

### Quinam fuerint ludī scenici.

**A**lterum ludorum genus eorum est, qui dicuntur *scenici*, à Græco σκηνή, quod *umbram* significat: nam in umbra fiebant, & ingenii arte exercitabantur. Hos originem à Græcis traxisse, ex *Arifotelis* Poëtica, *Polydoro Vergilio*, *Lud. Vive*, & aliis intelligitur. Qua autem ratione, & quibus de causis Romæ instituti fuerint, eleganter docet *Livius* in hist. A. V. C. cccxxix. his verbis: Et hoc, inquit, & insequenti anno, *C. Sulpitio Patrico*, *C. Licinio Stolone* Coss. pestilentia fuit, eo nihil dignum memoria actum, nisi quod pacis Deum exposcendæ causâ tertio tum post conditam Urbem *lestiferium* fuit, & cum vis morbi nec humanis consiliis, nec ope divina levaretur, victis superstitione animis, *ludi* quoque *scenici*, nova res bellicoso populo (nam Circi modo spectaculum fuerat) inter alia cœlestis iræ placamina instituti dicuntur. Cæterum parva quoque, ut ferme principia omnia, & ea ipsa res peregrina fuit. Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu, ludiones ex Etruria acciti, ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus *more Tusco* dabant. Imitari deinde eos juvenus simul inconditis inter se jocularia fundentes versibus cœpere: nec absenti à voce motus erant. Accepta itaque res, sæpiusque usurpando excitata. Vernaculis artificibus, quia *hister* Tusco verbo ludio vocabatur, nomen *histrionibus* inditum: qui non, sicut ante, *Fescennino* similem versum, compositum temere, ac rudem alternis jaciebant, sed impletas modis satyras, descripto jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant. *Livius* post aliquot annos, qui ab satyris ausus est primum argumento fabulam ferere, (idem scilicet, id quod omnes tum erant, suorum carminum actor) dicitur, cum sæpius revocatus vocem obtudisset, venia petita, puerum ad canendum ante tibicinem cum statuisset, canticum egisse aliquanto magis vigente motu: quia nihil vocis usus impediabat, inde ad manum cantari *histrionibus*, coeptum, diverbiaque tantum ipsorum voci relicta. Postquam lege fabularum ab ritu ac soluto joco res avocabatur, & ludus in artem paulatim verterat, juvenus, *histrionibus* fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare coepit: quæ inde *exodia* postea appellata, confertaque fabellis potissimum *Atellanis* sunt. Quod genus ludorum ab *Oscis* acceptum tenuit juvenus: nec ab *histrionibus* pollui passa est. Eo institutum manet, ut *actores Atellanarum* nec tribu moveantur, & stipendia, tanquam expertes artis ludicræ, faciant. Inter aliarum parva principia rerum, *ludorum* quoque prima origo ponenda visa est: ut apparet, quam ab sano initio res in hanc vix opulentis regnis tolerabilem insaniam venerit. Hæc *Livius* libro septimo, quæ eadem etiam *Valer. Maximus* libro 2. cap. 4. habet: ex quibus discimus, quam tenue initium *sceniorum ludorum* fuerit, quod scilicet primum *ludiones* ex Etruria acciti sine carmine ad tibicinis modos saltarint, post, versus, sed inconditi, & motus à voce non absenti accesserint, tandem arte omnia fuerint perpolita. Quomodo *Aurel. Augustinus* scenicas fabulas & actiones exagitet, vide libr. ejus 1. de Civit. Dei. cap. 32. libr. 2. cap. 8. & alibi. Recensentur autem *ludorum sceniorum* species istæ, *tragoedia*, *comœdia*, *satyra* & *mimus*. De prioribus duabus speciebus in sequentibus plura dicam: hic de *satyra* tantum & *mimo* quædam monebo.

*Satyræ*, inquit *Diomedes* lib. 3. *Grammat.* est fabula, in qua tragici Poëtæ non Reges, aut heroas sed *satyros* induxerunt, ludendi causa jocandique, simul ut spectator inter res tragicas seriasque, *satyrorum* quoque jocos & lufibus delectaretur, quod & *Horatius* ostendit, cum in arte Poëtica sic scribit:

*Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum,  
Mox etiam agrestes satyros nudavit, & asper  
Incolumi gravitate jocum-tentavit: eo quod  
Illecebris erat, & grata novitate morandus  
Spectator, functusque sacris, & potus, & exlex.*

Ad quem locum hæc notat in ejus poematis Commentario *Ald. Manutius* Pauli F. *Satyri*, quibus à principio locus in *tragoedia* non fuit, admisceri coepti sunt, non ut *tragoedia* pars essent, verum ut intercincentes jocosum illecebris & dictorum acumine spectatorem detinerent, ex quo deinde argutum poema hexametro versu confectum, *satyræ* nomen accepit: quale extat *Horatii*, *Juvenalis*, *Persii*. Nam *Lucillii* *Satyræ* desiderantur. Nudos autem in *tragoedias* *satyros* induxit *Horatius*, qui saltarent, & acuta dicta dicerent. Nam dicacitatem, aut facetias per se *tragoedia* non habet, quippe cui sit risus inimicus, ut ait *Demetrius Phalereus*: & in qua nihil, nisi miserabile ac terrificum, ostendatur, ut *Aristoteles* dixit in lib. de Arte Poët. Idem rejectos a *Sophocle* primum *satyros*, ut aliquando suam gravitatem *tragoedia* reciperet, in eodem libro docet. Receptos autem postea *satyros* à Latinis in *tragoediis* vix opinor: sed in *comœdiis* primum inductos à *Livio Andronico*, deinde à juventute remotos esse, & in *Atellanas* fabellas aliquanto post demigrasse, videtur *Livius* indicare lib. 7. Hactenus *Manutius*. Dicta est *satyræ* sive à *satyris*, quod similiter in hoc carmine ridiculæ res, pudendæque dicuntur, quæ velut à *satyris* proferuntur & fiunt: sive à *satyræ lance*, quæ resecta variis multisque primitiis, sacris *Cereris* inferebatur, & à copia & saturitate rei *satyræ* vocabatur, cujus generis lancium, & *Virgil.* *Georg.* meminit, cum hoc modo dicit:

*Lancibus & pandis fumantia reddimus extra,  
Et - - - Lancesque & liba feremus.*

Sive à quodam genere farcininis, quod multis rebus refertum, *satyræ* Varro vocitat. Est autem hoc positum in 2. lib. *Plaut.* quæstion. *Satyriæ* est, ubi passa & polenta, & nuclei pinci ex mulo confersi. Ad hæc alii addunt & de malo punico grana: alii autem dictum putant à lege *satyræ*, quæ uno rogatu multa simul comprehendat, quod scilicet & satura, carmina multa simul, & poemata comprehenduntur. Plura de *satyræ* vide apud *Lilium Gregorium Gyraldum* Dialogo 6. *Historiæ Poëtarum*, & *Fulium Cæsarem Scaligerum* l. 1. *Poëtices* c. 12.

*Mimus*, teste eodem *Diomedes*, est sermonis cujuslibet motus sine reverentiâ, vel factorum cum lascivia imitatio. Dictus est *mimus*, quasi solus imitetur: & cum alia poemata idem faciant, ipse quasi privilegio quodam, quod fuit commune, possedit. *Donatus* *mimum* dictum ait à diurna imitatione vilium rerum, & levium personarum. Unde etiam *pantomimi*, omnium rerum imitatores, & *archimimi*, præcipui, seu *mimorum* principes appellantur. De *mimo* ita scribit *Jul. Cæs. Scaliger* lib. 1. *Poët.* c. 10. *Mimus*, inquit, est poema quodvis generis actionis imitans, ita ut ridiculum faciat, ab imitatione nomen habet. Solebant *mimi* introduci inter actus, qui omnia gesticulatione imitarentur. Hi cum inter actus apponi soliti essent, ex ea tracti, atque asserta libertate, justum se sibi poema fecere. Hoc in lusu, cum postea quædam impensus populo placuissent, ausi sunt seorsum suis auspiciis, quam commoverant, expectationem sustinere, atque in eo laudem quærere, & artificis prætere nomen vindicare. Hos Latini *mimos* vocant, ex *Publio* & *Laberio*, qui eo in genere excellere: & *planipedes* ob eam causam quod *cothurno* tragici: *socco* autem *comœdi* pedes induebant: ipsi autem nudis pedibus agebant. Erat *mimorum* argumentum apud *Lacedæmonios* varium, ac ridiculum, veluti imitatio furantium poma quædam. In alio *medici* peregrini. *Actores* appellabantur *deuzudisat*, quod verbum sonat *figulos* & imitatores. Cæterum *mimi* non erant personati, sed fuligine obliti, & agnibus amicti pellibus, quæ *pefici* dicta legimus in carmine *Salivri*. Ibant autem cum canistris & herbis, *serpyllo*, *acantho*, *violis*, *hedera*, *corollis*: saltabantque in numerum, atque in honorem *Bacchi*, cujus more victores *hedera* coronabantur. Inde *procurrentes*, obvium quemque *subsannabant*. *Manuum* quoque *tegumenta* gerebant ex floribus confecta, & *tunicas* albo ad medium distinctas, à cinctura, quam cogebat velum *Tarentinum*, ad talos demissas. Silentium per ostium ingressi, ubi ad *orchestræ* medium evaserant, convertentur se ad theatrum & loquebantur. Hæc *Scaliger*. Quædam etiam de *mimis* habet *Lil. Greg. Gyraldus* Dialogo 6. *Historiæ Poëtarum*, quem vide.

## AD CAP. VI. PARALIPOMENA.

*Mimarii urbani*, *coprea* & *parasiti*, *exodii ratio* *habita in scenicis*, *pantomimi*.

**S**curras adhibitos in scenam notius est, quam ut dici debeat: neque tamen præterito in duplici genere scurras fuisse. Quidam domestici, seu mensarum obfessores, quos *parasitos*

vocant, alii urbani, seu in scenica admissi ludicra, & ob verborum lasciviam, gestuumque turpitudinem populo carissimi: & de primis illis *C. Plin. Junior.* l. 9. *epist.* 17. *Quereres tibi tadio fuisse quancvis lautissimam canam, quia scurra, cinædi, moriones mensis inerrabant.* Et de iisdem locum insigniter corruptum à *C. Suetonio* in *Tiberio* cap. 61. viri eruditi restituerunt. Ait itaque ille: *Annalibus suis vir consularis inseruit frequentius quon-*

dam convivio, cui & ipse affuerit, interrogatum eum subito. Et clare, à quodam nudo astante mense inter capreas, cur Pavorius majestatis reus tam diu viveret? Quid sibi vult flare inter capreas in Imperatorio convivio? Monitri hoc simile, recte Levinus Tortentius, à quodam nudo astante mense inter capreas. Nam dictionem illam Græci usus ostendit Dio Coccejanus lib. 50. & lib. 72. non multum à principio: Καὶ ἕτερον δὲ τὸ τοῦτο ἐστὶ τῆ τῆ Κομμῶδῳ διαβολῆ ὁμοίως ἔπραξε. Κοπρία τινὰς καὶ γλαυτοποῖς, ἀσχίσα μὴ τὰ εἶδη ἀσχιῶδῳ τὰ ὄνυματα, καὶ τὰ ἰστυνόμενα ἔχοντα ἰδημοσίους

Vertit Guil. Xylander. Contra autem in contumeliam Commodi id fecit, nam cum aliquot adulatores & scurras, quibus facies quidem deformes, sed nomina & insulenta vitæ multo erant turpissima, prescripsi. Κοπρία adulatores vendendum putavit, quod in convivio maximus eorum usus, ut infra paulo expediam γλαυτοποῖς scurras, mimos, aut eos qui gestulatione ridicula risum moverent, accipere oportet. Isidorus Hispalensis in glossis. *scurrula, qui incopriat.* Est & alter non minus depravatus locus in codice ejusdem Suetonii in Claudio cap. 8. *Et quoties post cibum obdormisceret, (quod ei sepe accidebat) olearum ac palmularum ossibus incessabat, interdum servula flagrore, velut per ludum excitabatur à tropæis, solebant & manibus stertentis focci iaduci.* Vidit difficilem, intricamque locum Adrianus Turnebus lib. 22. Adversar. cap. 32. censuitque legendum *per ludum excitabatur à copreis.* Sed qui essent copreæ non explicavit; at Josephus Scaliger in Fest. lib. 17. in voce *scurra*; etudite, ut saepe, nodum expedivit. Invenio tamen in Criticis, quibus insolens, & pane incredibile videatur, in convivium virorum principum foedissimos illos, impudicos, & ut Turnebus utat verbo, *stercorarios* admitti. Itaque vulgatam retentionem, à *tropæis* excitabatur. Quod scurræ, qui Claudium percusserant, statim, ne deprehenderentur, se verterent, joculari motu, *τροπία* enim est *verso*. Alii contendunt lupercos intelligendos, qui erepti dicebantur, ut hoc opere à me supra est expositum: horum enim solemnem consuetudo obvio fertilis pelle contextis verberare, quidni & ea licentia, in excitando usi sint Claudio princepe? ergo & restituendum eum locum censent, à *crepis* excitabatur. Quod miror placuisse Turnebo l. 27. cap. 19. cum ante aliam e MSS. eruisset lectionem, & probasset. Antonius Sabellicus & Philippus Beroaldus de Capreanum insula civibus, quorum temporibus Tiberii nota feditas insolentiaque, existimantur historicum loquutum, itaque visum est eis legi debere, à *Capreis* excitabatur. Sed quis est, qui Capreas pro Capreensibus usurpare velit, sine certa Scriptoris alicujus antiqui auctoritate? Denique Marcellus Dopsus Ponzanus dilucidat. pag. 639. ultimus, non poenitentiam sententiam attulit, se suspicari ludi genus denotari, quod astragalus exercebatur, nam jactantes aspicebant ferobem, in quam jactati calculi seu globuli excipiebantur, idque corpore non semel obverso, & in lexico Græco *σπίρα* redditur, *obverso, ludi genus.* De his scuris vetus Glossographus *surræ* exponit *σπασίον*, & *surrari*, *σπασίον*. D. Juvenal. sat. 4. n. 31.

*Purpureus magni rullaret scurra palati.*

Q. Horat. lib. 1. sat. 8.

*Pantalabo scurræ, Nomentanoque nepoti.*

C. Lucilius Satyricus, antea corruptus, sic forte poterit non incommode legi. Apud Festum corruptus, in *surræ*.

- - - Cornelius Publius noster

*Scipiades dicto, penitusque intervenit ipsi*

*Molli, & deliciis luci, effigie, atque cinado,*

*Et scellatori assiduo, quo rectius dicitur,*

*Ibat forte domum, sequimur multi atque frequentes.*

Scurræ isti & parasiti dicti. Vetus Scholiastes Juvenalis ad v. 4. sat. 5. *Parasiti Cæsaris fuerunt, Apicius Gabba sub Tiberio scurræ nobiliss fuit.* D. Aufonius epist. 17. Paulo:

*Hæc non per vulgum mihi cognita, perque popinas,*

*Aut parasitorum collegia Plantinorum.*

Desiderari vult explicationem istius versus, in operibus Plauti, quæ hodie extant, Elias Vincens: At ego Plautinus parasitos puto intelligi, quosquæque ille in comœdias suas inducit, neque opus est ullam fabulam denotari specialem, per *collegia parasito-*

*torum*: satis est modo frequenter parasiti ab eo nominentur. Nihil autem nis apud cum crebrius eorum commemoratione. Menench. *de sportidam.*

- - - Parasitus octo hominum munus facile sungitur.

Et in Persa fe. veterem:

*Quia parasitando paverit ventres suos.*

*Quasi mures semper edere alienum cibum.*

Denique in Capavis fe. juvenis. Elegantissima est aptissimaque descriptio parasiti:

*Quasi cum calcitr, cochlea in oculo latent,*

*Suo sibi succo vivunt, ros si non cadit,*

*Item parasiti rebus prolatis latent,*

*In oculo miseri. Videntur succo suo.*

*Dum rari riant homines, quos liguriant.*

Sed quando de scuris, copreis & parasitis dicendum, nolum præmitti & deorum parasitos esse, qui assiduo in templis epularentur. Meminit D. Augustinus lib. 6. de Civit. Dei cap. 7. *Eptones etiam deos, parasitos Jovis ad ejus mensam qui constituerunt, quid aliud quam mimica sacra esse voluerunt?* M. Martial. lib. 9. epigr. 29

*Vos me laurigeri parasitum dicite Phabi,*

*Roma sui sumulum dum sicut esse Jovis.*

Vetus marmor:

L. ACILIO. L. FILIO. POMCUTICLÆ. NOBILI. ARCHIMIMO. COMMUNI. MUNERE. ADLECTO. DIURNO. PARASITO. APOL. TRAGICO. COMICO.

Redeo ad mimos urbanas. Satis enim de domesticis dictum. Vetus Scholiastes Juvenal. sat. 13. v. 109. *Audacia creditur innocens, ut mimus urbanus scurræ agere, ac invisione audacia videatur.* Talis est enim mimus, ubi servus fugitivus dominum suum trahit.

Illis unica erat cura risum populo commovisse, exclamationibus ridiculis, & gestibus indecoris, id est, vultu distorto, distique ob id *sanniones*. Cornutus, seu verius Pseudocornutus ad sat. 1. Peitii, v. 58. *Tria genera sannarum, aut manu significare ciconiam, aut opposito (malum apposite, id est, juxta posito) temporibus pollice, auriculas asiniaas, aut linguam siccitatis canis.* Sanna autem dicitur os distortum cum vultu, quod facimus, cum alios videmus, inde *sanniones* dicti, qui non rectum vultum habeant. M. Tull. l. 2. de Oratore. *Quid porro tam ridiculum, quam sanio est? qui ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridetur ipso.* Nonius Marcell. cap. 1. n. 302. *Sanniones dicuntur à sannis, qui sunt in dicitis satii, & in motibus, & in senis, quos mæpæ vocant Græci.* Juvenal. sat. 6. v. 302.

- - - Quæ forbeat ævra sanna.

Et *gelsianis* dicti, ab effectu. Sidon. Apollin. carm. 23. v. 302. *Quid dicam citharistris chorantes,*

*Mimos, schæobatas, gelsianos?*

Apollon. Collat. Excidii Hierosolymit. lib. 1.

*Larvatosque inter gestu contendere mimos.*

Jul. Capitol. in Ælio Vero. *Adduxerat secum & tibicines, & fidicines, & histriones, & mimarios scurras, & prestigiatos, & omnia mancipiorum genera, quorum Syria & Alexandria passim voluptate, prorsus ut videretur bellum non Parthicum sed histrionicum consecisset.* Addendus Joannes Saresberciensis lib. 1. Pollicer. cap. 8. *Desistat prorogant histriones Ex occupatis etenim mentibus surrepuit tædia, seseque non sustinerent, si non alienus voluptatis solatio mulcerentur.* Admissa sunt ergo spectacula, & infinita tirocinia vanitatis, quibus, qui omnino otiosi non possunt, perniciosius occupentur. Hinc mimi, saltii, vel saltares, balatroes, Emiliani, gladiatores, palestrite, gignadii, prestigiatos, malefici quoque multi, & tota jocularium scena procedit. Qui sint gignadii in scena, & mimici salibus, non memini à me lectum. C. Tacit. lib. 16. Annal. *Et plebs quidem Urbis, histrionum quoque gestus juvenes solita.* D. Aufon. epigr. 83. ex Lucilio lib. 2. Antholog.

*Decepta infelix casus se miscuit arti,*

*Histrio, saltavit qui Capanea, ruit.*

*Idem qui Nieben saltavit saxenus.*

Dicuntur iidem & pantomimi: nam cum ex Histria histriones Romam fuissent advecti, Pylades ex Asia venit, primusque nomen pantomimi usurpavit. Lucianus & ante illum C. Sueton.



in Augusto c. 45. Iſidor. Hiſpal. l. 18. Etymol. c. 48. *Hiſtriones ſunt qui muliebri indumento geſtus ſcaminarum impudicarum exprimebant, ii autem ſaltando etiam hiſtorias & res geſtas demonſtrabant, ſic dicti, quod ab Hiſtria hoc genus ſit adductum. Eadem Feſtus lib. 6. in hiſtriones, in conſulatum T. Sulpitii & C. Licinii Stolonis id rejicit Joannes Cuſpinianus in Faſtos Caſſiodori pag. 159. Suidas in voce Ἰſτρονός opus notat libera & ſtante republica nullum pantomimorum nomen nedium of ſciam fuiſſe, quod mirum, niſi dicamus rem antiquam, vocabulum novum ſub Auguſto accepiſſe.*

De pantomimis veteris ſcholiaſtes Juvenal. ad v. 178. ſat. 3. *Orcheſtra, ſpatium in quo ſaltant pantomimus. Et ad v. 47. ſat. 7. Spatium in theatro dicit, quod pantomimo ſaltanti vacat. Ael. Lamprid. in Alexandro. Nanas & nanas. moriones, & vocales exoletos, & omnia acromata, & pantomimos populo donavit. Aurel. Caſſiodor. lib. 4. epiſt. ult. Hiſ ſunt addita horciſtarum loquaciſſima manus, liſingnoſi digiti, ſilentium clamoribus, expoſitio excitata. Et paucis interjectis: Pantomimo igitur, cui à multiſaria imitatione nomen eſt, cum primum in ſcenam plauſibus invitatus advenit, aſſiſtunt conſoni chori diverſis organis eruditi, tum illa ſenſuum manus oculis colorum carmen exponit, & per ſigna compoſita, quaſi quibusdam literis edocet intuentis aſpectum, in illaque leguntur apices rerum, & non ſcribendo facit, quod ſcribitur a declaravit. Idem corpus Herculeum deſignat, & Venerem, ſceminam præſentat, & marem, regem ſavit, & militem, ſcenam reddat, & juvenem, ut in uno credas eſſe multos tam varia imitatione diſcretos. Salvian. Maſſilienſis de Gubernat. Dei l. 6. Longum eſt nunc dicere de omnibus, amphitheatri, odeis, luſoriis pompis, athletis, petaminariis, pantomimis, cæteriſque portentis, qua piget dicere, de ſolis Circorum ac theatrorum impuritatibus loqui. Petaminatorum meminit & Julius Firmicus Maternus l. 8. Matheſeos c. 15. Petaminarius, ephelmator, orciſcopalaris. Q. Terullian. lib. de Spectacul. cap. 17. Pantomimus à pueritia patitur in corpore, ut artiſtex eſſe poſſit. Arnob. l. 4. adverſus gentes: Quid pantomimi veſtri, quid hiſtriones, quid illa mimorum atque exoleti generis multitudo? Venus inſcriptio: M. AUR. AUG. LIB. ACILIO. SEPTENTRIONI. PANTOMIMO. SUI. TEMPORIS. PRIMO. SACERDOTI. SYNODI. APOLLINIS. PARASITO.*

Ex iis, quæ jam dicta ſunt à me, non erit opoſum poëtas intelligere, qui de hac geſticulatione loquuntur, & vel nutus, vel geſtus, vel digitos loquaces de mimica hac omnium perſonarum efficitio, accipere oportet. Cl. Claudian. de conſul. Manlii Theodori ad finem:

*Nec molles egeant noſtri dulcedine ludi.  
Qui lætus riſum ſalibus moviſſe facetus,  
Qui nutu manibusque loquax.*

Sidon. Apollin. carm. 23. *Clauiſis fancibus, & loquente geſtu.*

Terentian. Maurus de Metris, ſeu verius C. Petronius illic itatus:

*At Arbitrifer diſertus,  
Tinctus colore volubis,  
Manu puer loquaci.*

Incertus auctor, ſed elegans me hercule, l. 4. epigrammatum & poematum veterum, lemma eſt PANTOMIMUS.

*Maſcula ſemineo derivans peſtora ſexu,  
Atque aptans lentum ſexum ad utrumque litus,  
Ingreſſus ſcenam populum ſaltator adorat,  
Solerti pendet prodere verba manu.  
Nam cum grata chorus diſſundit cantica dulcis,  
Que reſonat cantor, moribus ipſe probat.  
Pugnat, lætæ, amat, bacchatur, vertitur, adſtat,  
Illuſtrat verum, cuncta decore replet.  
Tot lingua, quot membra viro, mirabilis eſt ars,  
Que facit articuloſa voce ſilente loqui.*

Recte quidem loqui articuloſa dixit, quia non modo totius corporis circumacti geſtu, nutibusque oblectabant pantomimi, ſed præſertim digitis. Aurel. Caſſiodor. lib. 1. epiſt. 10. Hanc partem Muſicæ diſciplinam mutam nominare majores, ſcilicet qua ore clauſo manibus loquitur, & quibusdam geſticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua, aut ſcriptura textu poſſet agnoſci.

Iſidor. lib. 1. cap. 25. *Sunt quedam & digitorum nota, ſunt & oculorum, quibus ſecum taciti proculque loquuntur, ſic mos eſt militaris, ut quoties conſentiat exercitus, quia voce non poſſet, manu promittat. L. Sen. epiſt. 95. Non eſt pantomimi de arte ſaltandi quaerere. Et l. 7. Nat. quaſt. cap. ult. In pulſito pantomimorum, viri & famina tripudiant. Ergo & ſaltibus ſicuti hiſtriones, & voce, quemadmodum urbani ſcurrae, ſeu mimi, pantomimi ſcenam occupabant: licet non ſemper iidem ſint ſcurra ſeu hiſtriones & pantomimi; nam hiſtriones in ſcenæ Sueton. in Domit. cap. 7. pantomimi etiam alibi. Plin. paneg. Populus ille ſceni imperatoris ſpectator & applauſor, nunc in pantomimis quoque adverſatur, & damnat eſſe minatas artes. Ulpian. I. C. l. 43. §. ult. Si ponas agitatore poſtea factum pantomimum ſi. de Ad. empt. Julian. l. 27. Si libertus artem pantomimi exerceat, verum eſt debere eum non ſolum ipſi ſpatro, ſed etiam amicorū ludis gratum am operam præſtare. ff. de oper. libert. Ergo non omnes pantomimi ſervilis conditionis, quum etiam liberi eam artem exercere permittant leges. Et certe maximus iis honor deferretur. Idem Seneca epiſt. 47. Oſtendam nobiliſſimos juvenes, mancipia pantomimorum. Et viri ſenatorii eorum ædes ſtudioſe adibant, donec lege cautum, referente C. Tacito l. 1. Annal. Ne domos pantomimorum ſenator introiret. Corrigenſus idem ille L. Seneca epiſt. 121. Mirari ſolemus ſcena peritos, quod in omnem ſignificationem rerum & affectuum parati illorum eſt manus, & verborum velocitatem geſtus aſſequitur. Turnebus lib. 26. cap. 20. in veſtito codice repererat ſatiant, & quia nullus erat ſenſus, exiſtimavit reſcribendum, ſiltationis peritos. Sed nihil refert, hæc ne, an vulgata lectio retineatur, nam peritum eſſe ſcena, quid aliud eſt, quam mimicam aut hiſtrioniam exercere? elegans adumbratio eſt apud M. Manilium lib. 5. Aſtronomic.*

*Externis tamen aptus erit nunc voce poëta,  
Nunc ſaturo geſtu, referetque aſſatibus ora,  
Et ſua dicendo faciet, ſolusque per omnes  
Ibit perſonas, & turbam reddet in uno.  
Aut magnoſ heroas aget, ſceniſque togatas.  
Omnes fortuna vultus per membra redact,  
Eguabitque choros geſtu, cogetque videre  
Præſentem Trojam, Priamumque ante ora cadentem  
Quodque aget, id credes ſuſpectuſ imagine veri.*

P. Ovid. epiſt. Helena Paridi: *Ah quoties digitis, quoties ego tella notavi  
Signa ſupercilio pane loquente dari?*

Et lib. 1. Amor. eleg. 4. *Me ſpella, nutuſque meos, vultumque loquacem.*  
Et lib. 2. Amor. eleg. 5. *Sermonem agnovi, quod non videatur, egentem;  
Verbaque pro certis viſa valere notis.*

Rectius multo in antiquo codice: *Sermonem agnovi, quid non videatur amanti?  
Verbaque pro certis juſta valere notis.*

Dixerat proxime ante, referens geſtus ſcenicis ad convivia privata: *Non oculi tacere tui, conſcriptaque vino  
Menſa, nec in digitis litera nulla fuit,*

Lib. 3. eleg. 10. Amor. *Quid juvenum tacitos inter conviviis nutus,  
Verbaque compoſitis diſſimulata notis?*

Lib. 1. de Arte amandi: *Multa ſupercilio, multa loquere notis.*  
Q. Fannius in Annalibus, ut vult Iſidor. l. 1. Etymolog. cap. 25. *Datam dat ſeſe, & communem facit,  
Alium tenet, alii adnutat, alibi manus.  
Eſt occupata, alii pervellit pedem,  
Alii dat digito literas.*

Licet Feſtus lib. 1. in adnuat. Navio in Turentilla adſcribat. Dixi plura ad illud Claudiani lib. 2. in Entropium, quæ hic nihil opus repetere:

*Quis magis enodes laterum detorqueat artus,  
Quis voci digitos, oculos quis moribus aptet.*

Diſtincte ſales, quod perfringerentur oblique nonnulli cives, dicam ad cap. 9. hujus libri infra.

## CAPUT VII.

## De tragœdia.

**T**ragœdia à plerisque putatur antiquior *comœdia*: verum *Jul. Caf. Scalig.* comœdiam antiquiorem fuisse, & ex hac ortam *tragœdiam* demonstrat: non tamen negat *tragœdiam* prius excultam, quam *comœdiam* esse. Unde nomen *tragœdia* sit, inter Grammaticos non convenit. *Diomedes* lib. 3. *Tragœdia*, inquit, ut quidam volunt, dicitur à *τραγος* & *ᾠδή*, quoniam olim actoribus *tragicis τραγος*, i. e. hircus, præmium cantus proponebatur, qui *Liberalibus*, die festo, *Liberi Patri* ob hoc ipsum immolabatur, quia (ut ait *Varro*) depascit vitem. Et *Horatius* in arte pœtica.

*Carminē qui tragico vilem certavit ob hircum.*

Alii putant à *face*, quam Græcorum quidam *τρυγία* appellabant, *tragœdiam* nominatam, permutatione literarum in adversum: quoniam olim nondum personis à *Thespide* repertis, tales fabulas peruncti focibus ora agitabant, ut rursus est *Horatius* testis ita scribens:

*Ignotum tragica genus invenisse Camœna*

*Dicitur, & plaustris vexisse pœmata Thespis,*

*Quæ canerent, agerentque peruncti focibus ora.*

Ex quibus versibus intelligimus, hunc *Thespin* primum pensiles scenas in plaustris circumegisse, addidisseque nudis oribus focem pro persona. Alii à *vinu* arbitrantur, propterea quod olim *vinum* dictitabatur *τρυγία*, à quo *τρυγία*; hodie quoque vindemia est: quia *Liberalibus* apud Atticos, die festo *Liberi Patris*, *vinum* cantoribus pro corollario dabatur, cuius rei restis est *Lucilius* in 12. *Hætenus Diomedes*. Alii etiam alias quasdam etymologias adferunt, quas hic omitto. Non tamen repudianda videtur *Isaaci* veteris Commentatoris Græci conjectura, quæ etiam *Aldo Manutio* Pauli F. placet. Is enim *tragœdiam* primum *τραγωδία* dictam putat, quasi *τραχύν ᾠδήν*, quod esset aspera cantilena, quæ res asperas, difficiles complecteretur: postea vero usum hoc nomen, ut multa alia, corrupisse, & pro *τραγωδία*, *τραγῳδία*, dixisse.

Est autem *tragœdia* heroicæ fortunæ in adversis comprehensio: vel narratio & actio representans negotia gravia, & res magnas, & eventus atroces, collata in personas ad hæc negotia idoneas, heroum & Regum, imago vitæ honoratæ & potentis, atque principatus in terris. *Jul. Cesar Scaliger* definit hoc modo: *Tragœdia est imitatio per actiones illustris fortune, exitu infelici, oratione gravi metrica*. Hujus species à loco duæ sunt, *Græca* & *Latina*, quæ fuit *prætextata*, qualis erat *Nero Seneca*. Ab argumentorum vero generibus diversæ sunt: nam *Callias Atheniensis*, qui major natu quam *Strattis* fuit, *tragoediam* fecit, quam *Grammaticam* nominavit: propterea quod è literis & sonum ducebat & argumentum. Nam *chorus* nihil aliud quam saltatio fuit, ex nominibus, & sonis, & temporibus, & rythmis elementorum. Alia species continet *satyros* mistos heroibus, ita ut etiam severis hilariora miscantur, cujusmodi *Polyphemus* extat in Euripide. *Menedemus* Philosophus hoc in genere pœmatis primas tribuit *Sophocli* & *Achæo*. De *tragoedia* utilitate notanda *Timoclis* comici verba, qui ait, apud *tragoediam* totius vitæ & conditionis esse exempla atque documenta. Nam si pauper es, inquit, inopiam ferre discas à *Telepho*; si filii ante diem pereunt, à *Niobe*: si furor arripuit, furorem sedare discas ab *Alcæone*: si oculis captus, à *Phinæo* cæcitatē, ut à *Philofete* clauditatē: sic ab aliis alia æquo animo ferre discas: omnia enim majora, quam quæ patitur infortunia, qui aliis accidisse contemplatur, suas ipsius calamitates æquius faciliusque ferre consuevit. Est etiam apud *Athenæum* legere, quæ documenta ex *tragoedia* habere possimus, lib. 7. & nonnihil apud *Aristotelem* in Pœtica. Verum de *tragoedia* paulo post plura dicemus.

## CAPUT VIII.

## De comœdia, &amp; ejus atque tragœdiæ differentia, de colurno, item &amp; focco.

**S**equitur inter scenicorum ludorum species *comœdia*, quam quidem reliquis antiquiorem fuisse *Jul. Caf. Scalig.* sentit. Dicta est *comœdia*, quemadmodum scribit *Diomedes* ἀπὸ τῶν κῶμων. *Κῶμαι* enim appellantur pag. 1. conventicula rusticorum. Nam juvenus (ut ait *Varro*) Attica circum *vicos* ire solita fuit, & quæstus sui causa hoc genus carminis pronuntiabat, aut certe à *viciis*. Nam posteaquam ex agris Athenas commigratum est, & hi ludi constituti sunt, sicut Romæ *compitalitii*, ad canendum prodibant, & ab urbana *κῶμη* & *ᾠδῇ* *comœdia* dicta est: vel ἀπὸ τῶν κωμωδῶν, i. e. viculis, quod ea humilium domuum fortuna comprehendatur, non ut in *tragoedia* publicarum, regiarumque, vel ἀπὸ τῆς κῶμης, i. e. commensatione, quod olim in hujusmodi fabulis amantium juvenum κῶμοι agebantur. Hæc *Diomedes*. Alii eam dictam volunt ἐπεὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐκώμωζον, quod in viis lascivirent, & petulanter luderent. *Jul. Caf. Scaliger* lib. 1. Pœt. ubi multa & rara de *comœdia* & *tragoedia* in medium affert, *comœdiam* dictam esse ait

ait *παρὰ τὴν ὥρην καὶ τὰς κόμους* quod juventus opera sua absoluta, & largiori cibo refecta, & largiori cibo refecta, vacui temporis otio, atque licentia noctis abusus, secunda imperiorum, vel heri, vel patroni, vel parentum per pagos (nondum enim in urbes convenerant) discurreret. Qui mos cum ipso nomine simul ad Romanos deductus est. Inde *lusus*, quos vicatim exercebant, apte *comœdiam* dixere: quoniam non in pascuis, aut in arvis, aut ad tumulos, aut ad aras canerent. Quemadmodum vero in cæteris quoque ita usu venit, ut tempus artium sit, & lima, & lex, politioribus deinde sæculis in artem redacta, certisque limitibus præscripta est, itemque constituta loca & tempora, in quibus ageretur. A Græcis ad Romanos transit.

Est igitur *comœdia* privata civilis fortunæ, sine periculo vitæ comprehensio. Donatus: *Comœdia est fabula, diversa instituta continens affectum civilium, ac privatorum, qua dicitur, quid sit in vita utile, quid contra evitandum.* Cicero *comœdiam* esse ait *imitationem vitæ, speculum consuetudinis, imaginem veritatis.* Jul. Caf. Scaliger sic definit *comœdiam*, quod sit *poëma dramaticum, negotiosum, exitu latum, stylo populari.* Cæterum *comœdia* duplex affertur differentia, altera sumpta à temporibus, altera ab argumentis. Differentia à temporibus sumpta hæc est, quod alia sit *comœdia vetus*, alia *media*, alia *nova*. Vetus dicitur ea, quæ primum in usu fuit, eo videlicet tempore, quo summum imperium penes populum fuit. Idcirco licuit illius sæculi Poëtis *risum aucupari* ex quocunque genere jocorum, sive ii sale, sive acerbitate aspersi essent. Non enim æquo solum, sed etiam libenti animo audiebat populus, quæ in judicium iniquitates, Prætorum mala, vel facinora, vel eventa, pravorum civium corruptos mores dicta jacerentur. Id tum impune fuit *malis Poëtis*, quasi malæ famæ metu deterriti, componerent animos avios à virtutibus, atque appellerent ad frugem bonam. Grassabatur ergo ea *licentia* in omnes ordines, ætates, sexus, conditiones impune: idque non in transcurso tantum, sed integro fabularum tractu, ac primario studio. Quod in *Ranis* & in *Nubibus* constat *Aristophanis*. Vexatio autem illa, tamen si sparsim, atque ut sese res daret, exercebatur: ipsi tamen choro potissimum est attributa. Habuit autem hæc quoque vetus, *ætates duas*. Quippe sub *Sannyrione*, cujus nomen primum inter prisicos celebratur, inconditione partes, ac personarum introductiones, neque lex erat earum numero posita. Primum ferunt *Cratinum* & partes distinxisse, & actus disposuisse, & ad tres tantum personas numerum adstrinxisse, neque tamen ab eo tam exacte hanc operam positam, quam studiosè susceperat: perfectam postea ab *Aristophane*. Attritis deinde populi opibus, reductaque illius insana & licentia & inconstantia ad tyrannicam paucorum libidinem, continuè Poëtis metus potentiorum in officio bene dicendi. Quocirca sublatus chorus fuit: cujus illæ videbantur esse præcipuæ partes, ut potissimum, quos liberet, læderet. Quare cum cætera nihil mutata essent, mansit species quidem prior, parte tantum desiderata: Unde *mediæ* nomen ortum est: non tunc quidem, sed posteaquam novæ *comœdia* appellatio fuit instituta: inter quam & veterem illam, quæ intercederet, *μέση* fuit nominata. Intercessit autem & tempore, & forma: quando neque hujus, neque illius faciem repræsentaret: tempore quoque posterior fuit superiore, & postrema prior. Quippe nova sub *Alexandro* florere cœpit, cujus ætas *oligarchiam* subsecuta est. Chori autem loco *παρὰ τὰς* quædam fiebant, in quibus aliorum Poëtarum dicta, scriptaque sine maleficii crimine, aut pœnæ suspitione irridebantur. Differt autem à veteri *nova* multis modis: potissimum vero compositione. Astrictior enim certis legibus tam ad argumenta, quam ad dictionem. Non enim ridicula *dramata* in nova, ut ex qualibet materia risum capret. Quinque partitionibus secta, tibicinem interferit. Vocabula nova non fabricat ad risum, aut ad cavillum. Et populari sermoni de medio sumpto propior nova fuit apud Græcos. Neque excurrit *nova* ad alios versus, solis jambicis, aut trochaicis contenta. In veteri multas carminum species videmus. Ortam tamen ex antiqua novam satis apparet ex iis, quæ veteres memoriæ prodidere. Ajunt enim *Aristophanem* scripsisse fabulam *Cocxylum*, cujus filum fuerit amissis, & regula *Menandro*, atque *Philomeni* ad novam *comœdiam* comminiscendam. Hoc unum genus Latini quanquam amplexi atque imitati sunt: tamen secundum ætates *comœdia* modos quoque à temporibus notare: quæ eis differentias non à specie, sed à stylo constituerent. Itaque veteres fabulas *Livii Andronici* dicimus, *Pacuvii* medias, *Terentii* novas, quia hic postremo sæculo, ille prisico, *Pacuvius* medio natus esset. *Andronicus* enim primus dedit fabulam, quam Græcorum more docuit histriones, ita ut esset in *scenâ* ipse, atque eos castigaret. Nec abstinuit tamen nova Romanorum à censura atque animadversione vitiorum, ut sæpe est apud *Plautum*. Romanus ausus est emollire opicam severitatem, ac nomina simul cum moribus inferre in scenam è Latio, & deducere in festos ludos. Unde orta fuere genera fabularum, ab ornatu vestituve, quem gereret, nominata. Nam quemadmodum *Græcas palliatas*, à gentis veste vocabant, ita à Romana togata dictæ sunt. Latinarum igitur species hæ: *nobiliores*, quæ à personis primariis *prætextata* appellabantur. Erat enim *prætextata* Magistratum toga, cui purpura prætexebatur. *C. Melissus*, qui fuit ab Augusto præfectus bibliothecæ in porticu *Ofæcia*, edidit novum genus togatarum, quas *trabeatas* appellavit: quemadmodum legimus in lib. de Clar. Gramm. Minus nobiles, in quibus *senatores* privati cum togis introducebantur. Ultimum genus capiebat humilem fortunam, popularium negotiorum cum tunicis tantum, quæ tamen haudquaquam tunicatæ eadem ratione, sed ab habitaculis nomen adeptæ sunt. Igitur *trabeataria*, quòd cum tabernis scenæ disponebantur. Fuit autem ab his diversum genus *Atellana*, ab *Atella* Oscorum oppido, natura omnium maxime & jocosa & dicaci, Quare cum facetias suas in theatra mu-

nicipii intulissent, id gratiæ sunt assequuti, ut in Urbem quoque transferrentur. Nihil enim præter risum aucupabantur, etiam in ipsa verborum acerbitate. Cujusmodi fuit in versu illo, quem recitat Suetonius in Tiberio, cui olido hirsutoque seni oris obscœnitas esset exprobrata. Versus fuit:

*Hircum vetulum capris naturam ligurire.*

Quibus verbis fortasse subest stimulus, ut *capras* nominaret: quod ille in *insula Capreis* agebat. Romani igitur inter serias Reipubl. tractationes ad animorum refectionem, minimè turpe putarunt in vicinorum abire mores. Adeo verò placuerunt, ut tametsi omnia obscœna erant, *persona, res, oratio*: tamen occœptæ sint sententiæ dicaces à civibus agi per joca versibus inconditis jactata. Quod genus poëmatis, quia ei deerat multum ad justam *Atellanam* magnitudinem, tanquam pars toti conveniens, insertum fuit postea in *Atellanas*, atque ex eo facta *exodia*, quæ causa fuit, ut ii, qui agerent *Atellanas*, neque histrionum numero adscriberentur, neque tribu amoverentur. Ab argumentis etiam possumus agnoscere differentias: sunt enim amatoriarum totæ, ut *Andria*: calumniatoriarum, ut *Nubes*, *Rana*: civilis fortunæ & morum, ut *Theſaurus*, *Captivi*, *Aulularia*: eventa, ut *Phasma*, *Arcturus*: fallaciœ, ut *Miles*, *Pseudolus*. Alia quoque ratione distinguuntur. Alias enim turbulentas & negotiosas agnoscimus, qualis *Adelphi*: has motorias dixere. Alias sedatores, quas *stataris* idcirco vocant, quod in iis non ita discurritur. Talis est *Hecyra* & *Asinaria*. Alia bilares & conviviales sunt: cujusmodi *Bacchides*. Hæc de *comœdia* speciebus & differentiis *Julius Cæsar Scaliger*. Jam verò etiam quid inter *comœdiam* & *tragoediã* interstit, videamus: differunt autem quinque modis potissimum. *Primò*, materia, hoc est, rebus ipsis: nam in *comœdiã* amores fere & virginum raptus: in *tragoediã* luctus, exilia, cædes introducuntur. In *comœdiã* sunt sales & risus: in *tragoediã* perturbationes. *Secundò*, differunt personis: nam in *tragoediã* sunt Heroës, Reges, Principes, &c. In *comœdiã* privati homines & mediocris tantum fortunæ. *Tertiò*, dictione, sive stylo: nam in *comœdiã* verba sunt non tam atrocia, aut significantia, ut in *tragoediã*, in qua affectus atrociores regnant, quod afferunt res grandes: in *comœdiã* autem mitiores affectus sunt. *Quartò*, exitu: nam in *comœdiã* exitus sunt jucundi & læti: in *tragoediã* tristes & funesti, & fortunarum miserabilis commutatio. Illorum exemplum est in *Odyſſea*, horum in *Iliade* Homeri. *Quintò*, differunt propria nota in theatro: nam *comœdiã* focco utebatur: *tragoediã* vero cothurno. Erat autem *cothurnus* calceamentum quadrangulum, quod utrivis pedi æque accommodari poterat, adeo crassum, ut ejus accessione Heroum magnitudinem æquatam prodant. Heroas enim omnes mira fuisse proceritate legimus. *Soccus* verò erat calceamentum humile, populo commune, à Thracibus acceptum. Quales porro ordines & differentiarum personarum in *tragoediã*, quales in *comœdiã* fuerint: qui item gestus & vestitus singularum, docet *Julius Cæsar Scaliger* libro 1. Poët. cap. 13. 14. & 15. unde desumi possunt. Quædam etiam habet *Lilius Gregorius Gyraldus* Dialogo 6. Historiæ Poëtarum.

AD CAP. VII. & VIII. PARALIPOMENA.

*Tragicorum primus quis? ornatus, sceptrum & cothurnus, comicorum soccus.*

**T**RAGOEDIÆ (quæ Græcè *τραγῆδία*, Latine *fabula*, censetur. Donat. in prolog. Adelphor.) primum munus fuit, deorum laudes simplici choro canere. Quod quis primus instituerit, incertum omnino est, & inexploratum, quippe Donatus ad Homerum ejus carminis genus trahit, tanquam ad inventorem, qui omnis poetica largissimus fons, tragicis carminibus exemplar præbuit, & velut quadam suorum operum lege præscripsit. *Iliadem* instar *tragediæ*, & *Odyſſeam* ad imaginem *comœdiæ* fecisse monstratur. Placitum vetustissimum Atheniensium inventum esse asseverat in *Minorè*. De cuius progressu hæc à Diogene Laërtio notari dignissima habentur l. 2. in vita ipsius Platonis. "Ὅστις δὲ τὸ παλαιὸν ἐν τῇ τραγῆδιᾳ ἀριστερὸν μὲν μόνος ὁ χορὸς διεπραγματίζεν, ὕστερον δὲ θίσις ἢ ἀποκριτὸν ἐξέειπεν ὑπὲρ τοῦ διαπραγματεύου τοῦ χοροῦ καὶ δεύτερον Ἀρχύλοσ, τὸν δὲ τρίτον Σοφοκλῆς, καὶ συμπλήρωσαν τὴν τραγῆδιαν. Nam ut olim *tragediam* prius quidem chorus solus agebat, postmodum verò *Theſpis* nuntium invenit *histrionem*, ut chorus interdum requiesceret, secundum vero postea *Æschylus* adiecit, & tertium *Sophocles*, atque in hunc modum *tragedia* consummata est. M. Fab. Quintilian. lib. 10. cap. 1. *Æschylum* repertorem *tragediæ* esse contendit. Incertus tamen poëta in *Anthologia* lib. 1. cap. 67. epigram. 22. *ὄψιν* invenit, inquit:

Εὐστέρο τραγῆδιο χορὸν πολωνχία φωνίς.

Enterpe tragicis chori multifonam vocem.

Denique Q. Horat. in *Arte poetica*, & ejus interpretes, *diversum* quiddam ab istis sentit:

Ignotum *tragicæ* genus invenisse *Camæne* dicitur, & planctus vexisse poemata *Theſpis*, Quæ canerent, agerentque peruncti facibus ora.

Quæ de nitidiori agerentique ornatu intelligi debere docet *Julius Cæsar Scaliger* poët. lib. 1. cap. 6. *Aristoteles*, in lib. de poëtica, & ex eo *Critici*, quos non exscribo. Adi ad *Suidam* in voce *τρίπαλοια*, ac si dicas *quadriloquium*. Nam *tragicæ* initio non simplici aliquo carmine, sed quadruplici certabant *fabula*, singulis annis quatuor, *Dionysii*, *Lenæis*, *Panathenæis* & *Chytis*.

Ornatus tragicorum actorum fortunæ eorum respondebant, qui in scenam inducebantur, erant quippe illi principes, reges, exercituum duces, clade aliqua insigni affecti, aut pristina dignitate dejecti, ob id *tragediam* ipsam coronatam depingebant, & sceptrum manum ornabant; quod miror à nullo animadvertitum. P. Ovid. lib. 3. *Amor. eleg. 1.*

Venit & ingenti violenta *tragedia* passu,

Fronte comæ torva, palla jacebat humi.

Læva manus sceptrum late regale tenebat,

Lydium, apta pedum vincla *cothurnus* erat.

Et ibidem loci ipsi *Ovidius* ad *elegiam* & *tragediam*:

Alteræ me scepro decoras, atque *cothurno*,

Jam nunc contracto magnus in orbe sonor.

Et lib. 2. *Amor. eleg. 18.*

Sceptra tamen sumpsi, curaque *tragedia* nostra

Crevit; & huic operi quamlibet aptus eram.

Risit *Amor*; pallamque meam, piscesque *cothurnos*,

Sceptraque privata tam cito sumpta manu.

Cl. Claudian. de consul. *Manlii Theodori* ad finem:

Alte graditur *major* *cothurno*.

M. Manil. lib. 5. *Astronomic.*

Quin etiam tragico præstabit verba cothurno.  
Atque ut grandiores essent, Regumque similes magis actores,  
alte subleuatos calceos, id est, cothurnos induebantur. C. Plin.  
lib. 37. cap. 2. de Sophacle: Quod quidem miror in tanta gra-  
uitate cothurni. Fallitur tamen Iliodorus libr. 19. cap. 34. qui  
putat solis tragœdiis conuenire cothurnos, nam & puella-  
rum erant, quas grandiores videri volebant, & viatorum,  
ut à luto defenderentur, & venatorum, ut infra hoc opere  
dicitur. Frequentior tamen usus voluit tragicorum esse gesta-  
mina. Ennodius Ticinensis præfat. 8. lib. 1. carm.

Nec uena grandifono flammantur corda cothurno.

Terent. Maurus lib. de metris:

Et qui cothurnis regios actus leuant.

Q. Horat. lib. 1. sat. 5.

Non illi larua, aut tragicis opus esse cothurnis.

Sidon. Apollinar. lib. 8. epist. 11.

Succos ferre cave, nec ut solebat.

Laxo pes natet altus in cothurno.

Ut hos alte elevati, & subarati decebant calcei, quo melius  
exprimerent heroum non gestus modo, sed corporis habi-  
tum, ita comicos, pedes feris sermo, humiles calcei orna-  
bant. L. Apulejus lib. 3. Floridor. Joca non infra soccum, se-  
ria non usque ad cothurnum. Lepide de villis suis. C. Plin. Ju-

nior, libr. 9. epist. 7. Itaque illam tragœdiam, hanc appel-  
lare comœdiam soleo: illam, quod quasi cothurnis, hanc, quod  
quasi socculis sustinetur. Et ob hoc comici planipedes dici  
possunt, quod si cum tragicis conferantur, videantur plano  
pede agere, & exalcati à L. Seneca epist. 8. comœdi vo-  
cantur. Joan. Brodus libr. 2. Miscellaneæ. cap. 13.  
Claudian. libr. proxime citato:

Cui plectro pulsanda chelys, qui pulpita socco  
Personat.

D. Aufon. Eidyil. 4.

Percurris pulpita socco.

Terentian. Maurus loco jam laudato:

Sed qui pedes tres fabulas socco premunt.

Utrumque scribendi genus coniungunt, soccum & cothurnum, id est, comœdiam & tragœdiam; auctores antiqui.

Idem Claudian. lib. 1. in Eutrop.

Quæ soci suspenderit visus, luctusque cothurni.

Aufon. etiam Eidyllio citato:

Soccos, anleaue Regum.

M. Martial. lib. 8. epigram. 8.

An iuvat ad tragicos soccum transferre cothurnos.

Horat. de Arte poëtica:

Hunc soci capere pedem, grandesque cothurni.

CAPUT IX.

De partibus comœdiæ & tragœdiæ.

His in genere hæctenus de comœdia & tragœdia expositis, partes etiam earum videamus. Partes  
comœdiæ aliæ legitime, vel primariae sunt, aliæ accessoriae, aliæ attinentes, quas Philosophi  
circumstantes nominant. Primariae partes sunt quatuor, protasis, epitasis, catastasis, catastrophe:  
has enim numerat *Jul. Caf. Scaliger*, cum cæteri plerique omnes *catastasin* omitant. *Protasis* est,  
in qua proponitur & narratur summa rei, sine declaratione exitus: ita enim argutior est, animum  
semper auditoris suspensum habens ad expectationem. *Epitasis*, in qua turbæ aut excitantur, aut in-  
tenduntur. *Catastasis* est vigor ac status fabulæ, in qua res miscetur in ea fortunæ tempestate, in  
quam subducta est. *Catastrophe* est conversio negotii exagitati in tranquillitatem non expectatam.  
Harum partium communes portiones majores actus dicuntur, verum non penitus, neque semper:  
*Actus* enim quintus interdum non est pars *catastrophes*, sed æqualis ei, simulque cum ea sortitur &  
initium & finem. Eodem modo & *protasis* non semper in primo: in secundo enim actu est apud  
*Plautum* in *Militæ glorioso*. Est autem *actus* pars actionis, sive actæ fabulæ, cum videlicet omnibus  
personis scena deferitur: & interim chorus aut tibicen populum delectat, quod cum videmus, fini-  
tum esse actum agnoscimus. Debet autem omnis fabula non plures neque minores quinque actibus  
continere, ut præcipit *Horatius* in *Arte Poëtica*:

Neve minor quinto, neu sit productior actu

Fabula, quæ posci vult, & spectata reponi.

Actuum minores partes sunt *scenæ*, quæ sunt mutationes rerum & personarum in actibus. Et quia  
plures uno actu in *scenam* reduci possunt, ideo non habent singuli actus definitas *scenæ*. De scenis  
hoc præcipitur, ne plures personæ in *scenam* recipiantur, quam tres, juxta *Horatii* versum:

Nec quarta loqui personæ laboret.

Nam etsi tertia persona, paucissima tamen loquitur & ferè aliorum dicta ex insidiis suscipit, &  
occulte respondet. Atque eadem partes sunt etiam *tragœdia*.

*Accessoriae* partes sunt, *argumentum*, *prologus*, *chorus* & *minus*. *Argumentum*, sive *περιοχή* sum-  
mam totius fabulæ breuiter recitat. Et hæc nova res est, neque necessaria, nisi iis in fabulis, quarum  
*prologus* aliud agit, neque in protasi continetur. *Prologus*, prænarratio quædam est, in qua Poëta  
rem suam agit. Hic autem non est uniusmodi. *Alius* enim *argumentum* narrat, aut Poëta consilia  
in fabulis, & hic dicitur *ὑποθετικὸς*. *Alius* commendat populo fabulam, vel Poëtam, Græcè *συνα-  
τικὸς*. *Alius* est *ἀναφορικὸς*, quo aut refelluntur objectiones aduersariorum, ut in *Andriæ*, aut etiam  
regeruntur crimina, aut populo gratiæ referuntur. Et hic *prologus* in reliqua *comœdia* nullum locum  
habebat, nec ad reliquam fabulam pertinebat. Novum & rarum est, quod *Plautus* *Mercurium* in  
*Amphitruone* fecit agere *prologum*: qui tamen magnam deinde fabulæ partem expedit. *Chorus* pars est  
inter actum & actum: vel, pars est post actum introducta cum concentu. Dicebatur autem *chorus* multitu-  
do canentium & saltantium cum tibicine: primum quidem circa aras Deûm. *Virgilius* lib. 6. *Æneidos*:

Illæ chorum simulans, euanteis Orgiæ Circum

Ducebat Phrygiæ.

Quo in loco *Servius* ait, chorum esse multitudinem in sacra collectam. Et in *Georg.*

*Omnis quam chorus, & socii comitantur ovantes.*

*Chorus*, inquit, proprie est coævorum cantus atque saltatio. Solebant enim *avæ Liberi Patris*, Deorumque cæterorum gyrate canentes atque saltantes. Et primum ex *choro* subducta est una persona, quæ respondens alternis ipsi *choro*, ampliavit *rem Musicam*. Deinde altera, tum tertia, postmodum quarta, tandem plures personæ. Nam in choris numerus personarum non est præfinitus. Omnes enim in voce quasi confusa loquentes, concentum in unam personam formabant. Constabat *chorus* tam viris: quam mulieribus, ut ex *Troade Senecæ* apparet. Tamen id observari solitum erat, ut si *mas* laudandus esset, viris: si *femina*, fœminis chorus constaret. Præterea, quicquid canebatur, ad argumentum fabulæ, maxime ad actum ipsum, quem distinguebatur, oportebat pertinere, auctore *Horatio*:

*Aktoris partes* (inquit) *chorus officiumque virile*

*Defendat, neu quid medios intercinat actus,*

*Quod non proposito conducat, & hæreat aptè.*

Cæterum distinguebantur Græcis actus *choro* in *orchestram* ascendente. Latinis verò, qui *choro* carebant, mimis, personisque de proscenio in *scenam* redeuntibus. Plurima de *choris* habet *Julius Casar Scaliger* lib. 1. Poëtices, cap. 11. quæ cum ad Græcos potissimum pertineant, hic prætermisimus. De *mimis* etiam ante diximus.

*Attinentes*, sive *circumstantes* partes sunt, *titulus*, *modi*, *cantus*, *saltatio*, *apparatus*. *Titulus* est inscriptio nominis, non à tutando, ut ait *Varro*, sed *παρὰ τὸ τίον*. *Honor* enim & *titulus* idem. *Nomen* dico tam auctoris, quam fabulæ. Quod non pronuntiabatur tantum ab eo, qui modos faciebat, sed etiam proponebatur in proscenio. Ajunt quidam, si fuisset vetus *Græca fabula*, auctoris novi opera edita Latine, fabulæ nomen præponi solitum. Siu esset alter, auctoris nomini fabulæ nomen postponi, quo attentior esset populus ad audientiam ex vetere opinione. *Argumentum*, autem ipsum sub titulo etiam proponi solitum, descriptum grandibus literis, arbitratus *Scaliger*, atque inde illud quoque argumenti genus excogitarunt, ex cujus versuum capitibus *fabula* nomen legeretur.

*Modi* sunt, quos *Aristoteles μελοποιῶν* nominat: hoc est, *modulatio*, *mensura*, aut *harmonia cantus*, cum affectibus *comædia* congruens, quæ auctori indicabat, quam vocem in agendo sequi deberet, *humilemne*, an *elatum*: *iracundum*, an *tristem*. Alias, ut volunt, Græcè *ῥώμης* dicebatur, quod statim intendendi cantus rationem, seu legem transcendere non liceret, sicuti jam quoque secundum mensuram, aut tactum cantus gubernatur. De *saltatione* & *apparatu* capite sequenti agemus. Et hæc quidem partes *comædia*.

*Tragædia* neque hoc *argumentum* habebat, neque *prologum* separatum, sed in persona aliqua ad fabulam pertinente. Habet autem *tragædia* chorum, quem nunquam amisit, & loco *mimi* satyrum. *Cantorum* quoque communem cum *comædia* partem habet & *titulum*, cum *saltatione* & *apparatu*.

#### AD CAP. IX. PARALIPOMENA.

*Quam varii scenicarum ludorum cantus, isodium, embolum, exodium, sales, distertium.*

**D**E partibus legitimis sive *comædiarum*, seu *tragediarum*, supra quam par esset, verbosius *Grammatici*. Tantum hoc loco revocandum lectori in mentem, à *Josepho Scaligero* antea observatum, præcipuam in actibus istis cantorum rationem habitam, nam vel in initio canebant. *Evrodos* hoc est, *introitus*, dictus hic canus *Julio Polluci* lib. 14. *Onomastic.* cap. 14. vel in medio, ut chorus requiesceret, & cantiones habet *ἠμολία* appellabant, quasi *inserta*. Nam *embolum* axem rotis immissum significat, quo tota curus coagmentatio firmatur, ita intermedio illo cantu spectantium audientiumque animi reficiuntur, & ad audienda, quæ insequuntur, parantur. Unde *embolaria* *mulier* apud *C. Plinium*. Denique in fine dramatis *ἠξὶδα* canebantur. *Festus* lib. 5. exponit *exitum*. *C. Sueton.* in *Domitiano* cap. 10. *Occidit & Helvidium filium, quod quasi scenico exodio, sub persona Paris & Orones, divortium suum cum uxore tractasset.* Estque cuiuslibet rei quasi finis. *Varro*, τὰ μὴ μὴ οὐ.

Quod capere modo in via

Narrare, ut ad exodium adducas.

Apud enim in *Hecatombæ*, in *exodium vite*. *Jul. Firmic. Maternus* l. 6. *Matheus*: *Cum examinati corporis mollitie cinados efficiunt, & qui veterum fabularum in scenis, sepe saltantes imitentur exitus.* *Vetus Scholiastes D. Juvenal.* ad v. 175. sat. 3. *Exodiarius* apud veteres in fine ludorum intrabat, quod ridiculus

foret, ut quicquid lachrymarum atque tristitiæ coegissent ex *tragicis* affectibus, hujus *spectaculi* risus detergeret. Hujus & *Lucilius* meminuit:

Principio exitus diem, exodiumque sequetur.

Ipse *Juvenal.* *ibid.* loci:

———— Tandemque redit ad pulpita notum

*Exodium.*

Et sat. 6. v. 77.

Urbis exodio risum moeret *Atellana*

*Gestibus Antonos.*

In principio conciliandis auribus, revocandis animis & tædio liberandis audiebatur *exodium*, sed procedente tempore, in vitium libertas excidit, ut verba *Horatii* usurpem. *Utriusque* exempla passim, prioris quidem apud *Castiodorum* lib. 4. *epist.* ult. *Mimus* etiam, qui nunc tantummodo *deservi* habetur, tanta *Philistionis* cautela repertus est, ut ejus actus poneretur in literis, quatenus mundum curis edacibus æsuantem, leissimis sententiis temperaret. In margine erat, leissimis sententiis repararet. Efficaciori, ut puto, sensu. Interim hic est ille *Philistio*, qui imperante *Tiberio* clarissimus in *Urbe* fuit. Ex *Eusebio* in *Chronic.* meminere alii *Scriptores*. *D. Hieronym.* *Apolog.* contra *Rufin.* Quasi mimum *Philistionis* & *Lentuli*, ac *Marulli* stropham eleganti sermone conficam. *Amnian.* *Marcellin.* lio. 30. Et *judices* patiuntur interdum doctos ex *Philistionis* & *Æsopi* cavillationibus, quam ex *Aristidis* illius *institi*, & *Catonis* disciplina productos. *Matthial.* lib. 2. *epigr.* 42.

*Mimos* ridiculi *Philistionis*,

Et convivia nequiora vita.

Ad exodium redeo, quod in amaram carpendi consuetudinem ex laudabili & jactantio officio abiit. T. Liv. 1. Decad. l. 7. *Ridicula intertexta versibus, qua juvenus inter se more antiquo jactare cepit, eaque conservata sunt fabulis potissimum Atellanis.* Et de hoc titu intelligendus Cicero in Paradoxis: *Histris, si paulo se moveat extra numerum, aut versus pronuntiatus est una syllaba longior, aut brevior, exhibitur.* Versus ille est *disterium*. Furius Bibaculus apud Macrobiu lib. 2. Saturnal. cap. 1. *Jocus in oratione non extat, mihi ex libro Enrii Bibaculi notus est, & inter alia ejus disteria celebratur, joos hoc genus veteres, nostri disteria dicebant.* M. Varronis versus, corrupti in codice Nonii cap. 2. sic legantur:

*Quam mobile, neque orthopallia attulit psalteria,  
Quibus sonant in Græcia disteria,  
Qui fabularum collocant exodia.*  
Disteria hæc seu joci, quos peulantes mimi ingerebant, sales exponi possunt. Claudian. libro toties jam laudato: *Qui lætis risum salibus movisse facetus.*  
Marcial l. 10. epigr. 9.

*Et multo sale, nec tamen protervo.*  
Horat. lib. 2. epist. 2.  
*Carmine tu gaudes, hic delectatur jambis,  
Ille Bionis sermonibus, & sale nigro.*  
M. Manilius lib. 5. Astronomic.  
- - - - *Petulanti corda*  
*Et sale morant dulces quarentia risus.*  
L. Seneca in epigrammatis:  
*Quare tolle joos, non est jocus, esse malignum,  
Nunquam sunt grati, qui nocere sales.*  
Cantores isti in duplici usu, vel ut ad psalterium viros præcipuæ auctoritatis lacerarent. Jul. Paulus I. C. lib. 5. Recept. sententiar. tit. 4. *Psalterium, quod vulgo dicitur canticum, in alterius infamiam compositum, & publicè recitatum, tum in eos, qui cantaverint, quam in eos, qui composuerint, extra ordinem vindicatur: Vel ut cœtum dimittet.* Horat. in Arte pœtica:  
*Si plusvors eges aulae moventis, & usque  
Sessuri, donec canior, vos plaudite, dicat.*

CAPUT X.

De ornatu scenæ, atque saltationibus.

Quid scena fuerit, & unde appellata, diximus capite hujus libri 4. Cassiodorus scribit, scenam appellari eam theatri portionem, quæ inter duo protendatur cornua: quanquam prius non ferè aliud scena erat, quam veluti tentorium ab rusticis inumbrationis causa excitari solitum. Hæc enim primum è ramis ac frondibus constituerentur, cum racemis & corymbis: ac postea casæ cum cellis: postremum magnifice ornata sunt. Fuerunt autem tria scenarum genera, *Tragicum, Comicum & Satyricum.* *Tragica scena* conformabatur columnis & fastigiis, signisque, ac regalibus instruebatur rebus. Præterea etiam palatia, regiæ & turres in ea excitabantur. *Comica* privatorum ædificiorum speciem habebat, & mœnianorum. *Satyrica* ornabatur arboribus, speluncis, montibus, viridariis & rebus agrestibus aliis in topiarii operis speciem. Varius deinde ornatus accessit, quem admodum cap. 4. ex Val. Max. audivimus. Plura de scenis, earumque ornatu videas apud Vitruvium & alios. De saltationibus jam etiam aliquid dicendum.

Saltationis rationem non fuisse veteribus vulgarem, aut contemptibilem, argumento esse multa possunt: id vero inprimis, ceremonias nullas, aut spectacula paulo antiquiora fuisse, quibus non adhiberetur saltatio. Est autem saltatio nihil aliud, quam *facultas quadam motibus ac gestibus corporis, artificio quodam, numero & ratione factis, imitandi hominum mores, affectus & actiones.* Quomodo autem hæc per numerosos motus efficeretur imitatio, unus omnium clarissime post Aristotelem expressit Plutarch. qui in 9. Convival. quæst. probl. 15. *saltationem* tres partes habuisse scripsit, *lationem, figuram, & indicationem*: eo, quia tota ipsa ex motibus & habitudinibus, & quietibus constare, perinde ac harmonia ex tonis, atque intervallis. *Lationem* dicit ipse, nil aliud fuisse, quam motionem affectus alicujus vel actionis, vel potentia repræsentativam: *figuram* vero fuisse habitudinem, dispositionemque, in quam motio, sive latio terminabatur: nempe quando saltatores quiescentes secundum Apollinis, vel Panis, vel alicujus *Bacche* figuram dispositi in corporis similibus formis graphice aliquantulum persistebant: *indicationem* autem fuisse non proprie imitationem, sed alicujus rei, nempe *terra, cœli*, vicinorum numerosis, atque ordinariis motibus factam declarationem. Quemadmodum namque Poëtæ, dum imitantur, alias nominibus fictis, alias translatis utuntur: dum vero indicant, propria nomina usurpant: similiter saltatores imitantes, figuris & habitudinibus, declarantes autem res ipsas, prædictis indicationibus utuntur. Porro vetustissima saltatio sine cantu fuit: deinde cantus est additus: postremo etiam adjuncta instrumenta. Saltationis autem differentia summæ sunt duæ, *statica & motoria*, pro argumentis fabularum, non quod non utraque moveatur, sed quod hæc magis. A quibus species illæ deductæ sunt contentæ, *remissa, seria, molles, ridicula.* Alia vero nomina vel à regionibus *ἰωνικὸν*, vel ab inventoribus *πυρρίχη*, vel ab argumento subjecto *Achilles*: vel à corporis partibus *τραχηλισμός*, vel a modo motionis *κροποδισμός*, vel ab imitatione *ἑρμῆος*, vel ab instrumentis *πικαιδές*, vel ab habitu *ἰνόπλιον, γυμνική*, cum thyro, ca'atho, hasta, aratro, abaco, olla, &c. Summa autem genera ab usu & loco sumpta sunt duo, vulgare, quod conjugii ac sacrificii adhibebatur: & *theatrale*. Hujus species tres sunt, pro modo, numero & genere fabularum. Una in *tragœdia*, quam vocant *ἑμμέλειαν*, eagravis est, & composita, quemadmodum vox ipsa quoque declarat. Altera est *comœdia*, solutiore licentia *κάρσαξ* dicta. Tertia lasciva, inconstans, in satyris appellata *σικκιωίς*, ejus etiam meminit *Euripides*. Er hæc species rursus in alias subdividuntur, sicuti etiam extra theatrum multæ ac variæ saltationum species fuerunt, quarum nomina apud *Homerum, Platonem, Xenophontem, Aristotelem, Strabonem, Plutarchum,*

*Galenum, Pollucem & Lucianum* reperies, descriptiones non item. *Saltantes* porro impellebant corpus, aut trahebant: idque sursum, vel deorsum, vel sinistrorsum: à quibus postea motibus componebatur simplex ambulatio, flexus, procurfus, saltus, divaricatio, claudicatio, ingeniculatio, elatio, jactatio pedum, permutatio: quibus tota *saltatio* perficiebatur. Sed plura de *saltatione* hic non dicam. Plurima de ea lectu dignissima & jucundissima collegerunt præter *Athenæum* & alios *Cal. Rhodiginus* lib. 5. *Antiq. lect. cap. 3. & 4. Jul. Caf. Scaliger* lib. 1. *Poët. c. 18. & Hieronym. Mercurialis* Medicus Patavinus lib. 2. *Artis gymnasticæ, cap. 3. 4. 6. & 7. & alibi.* Restat ut de *tibiis* dicamus.

## CAPUT XI.

## De tibiis, &amp; earum differentiis.

**T***tibia*, ut Grammatici volunt, dicta quod antiquitus ex *tibiis græcum* fieri consuevisset: quamvis etiam alia earum materia fuerit. *Ovid.* enim libro 6. *Fastor. & Seneca* in *Agamemnone* *tibias* è buxo: *Plinius* autem primum ex arundine omnes, deinde sacrificas è buxo, ludicras è loto & ossibus asininis, argentoque factas esse, lib. 16. cap. 36. perspicue demonstrat. Quem locum *Ald. Manutius* ita intelligit, quod *tibia* sacrificiorum causa è buxo semper fuerint: ad ludicras autem res primum ex arundine, deinde è loto & ossibus asininis, & argento. *Tibiarum* multus usus apud veteres fuit, de quibus multi multa. Nos hoc loco de iis tantum dicemus, quæ ad actiones fabularum adhibebantur. Et hæ quidem non unius ac ejusdem erant generis. Primum enim alia *vetus*, alia *novæ* fuit, quod ostendit *Horatius* in *Arte poetica*, his versibus:

*Tibia non ut nunc, orichalco vineta, tubaque  
Æmula, sed tenuis, simplexque foramine pauco  
Adspirare, & adesse choris erat utilis, atque  
Nondum spissa nimis complere sedilia flatu:  
Quo sane populus numerabilis, utpote parvus,  
Et frangi, castusque, verecundusque coibat.*

Quibus verbis docet, veterem *tibiam* rebus quatuor ab ea, quæ postea inducta est, fuisse distinctam, videlicet quod *orichalco* vineta non fuerit, quod *tenuis*, quod *simplex*, quod *pauca* foraminibus. Referuntur deinde aliæ differentiæ: fuerunt enim *pares*, *impares*, *dextra*, *sinistra*, *Phrygiæ*, *Sarranæ*. Quæ *pares*, aut *impares* *tibiæ* fuerint inter eruditos non convenit. Alii enim existimant, ab æquidistantibus, aut inæqualibus foraminibus, vel intervallis ita dictas esse: alii, inter quos etiam est doctiss. *Scaliger*, *pares* *tibias* dictas volunt, cum duæ ejusdem magnitudinis & toni modularentur: *impares* autem, cum unica tantum caneret, & cantus ille *μονόδιον* seu *μονόδιος* diceretur. Verba *Scaligeri* 1. *Poët. lib. cap. 20.* hæc sunt: *Monaulos* est singularis *tibia*: singulares autem dictæ sunt *impares*, geminæ *pares*, &c. Ad *dextras* & *sinistras* quod attinet, magis adhuc variant sententiæ. *Julii Caf. Scaligeri* lib. & cap. indicato hæc verba sunt: Internodium radici proximum excidebant ad lævam *tibiam*, quod subesset cacumini, ad dextram: quo lævarum sonum gravem agnoscas, dextrarum acutum. Sic apud veteres scriptum est, ut Latini ajunt, *sinistras* acutiores, aptalque rebus ludicris: item *Sarranas*, quibus ajunt foramina fuisse æqualia, veluti spondiacis. Non igitur constant sibi. *Spondiaca* enim rerum gravium afines fuere. Hac de causa *Phrygiis* foramina erant inæqualia, sicuti *dactylicis*, quæ ludicris adhibebantur. *Dextris* apud Romanos funeribus dicatas quia essent graves, cum tamen in funeribus barbari acutissimis uterentur. *Dextras*, autem & *sinistras* appellarunt ab lateribus, unde inflarentur, &c. Hæc *Scaliger*. *P.* autem *Victorius Variar. lect. lib. 38. cap. 22.* de iisdem prolixè agens, inter alia utitur his verbis: Vocabantur *tibiæ dextra*, quæ dextra parte oris manumque itidem dextra tenebantur, eodemque pacto *sinistra*, quæ contraria parte oris & manus: *dextris* vero *sinistrisque* dicebatur is uti *tibicen*, qui simul ambas inflaret. Nam hoc etiam fieri solitum aliquando, intelligitur ex antiquis monumentis, ut veterum Rom. nummis & lapidibus, in quibus institutum hoc incisum foret, ut *fabula* etiam, nisi fallor, *acta dextris & sinistris*: in qua partim *tibiarum dextris*, partim autem *sinistris* usi forent: quarum contrariarum *tibiarum* sonus sibi in cantu responderet. Hæc *Victorius*. Cum *Scaligero* fere consentit *Ald. Manutius* *Pauli F.* cujus verba, facere non possum, quin hic adscribam. Sic autem is lib. 2. de *Quæsitis* per epistolam, epist. 4. *Dextra tibia* erant, quæ dextra histriones spectabant, *sinistra* scilicet spectatores. *Sinistra* contra, quæ sinistra histriones, dextra spectatores. Opinor autem, *sinistras* gravem sonum reddidisse, *dextras* acutum. *Sinistra* enim ex ea arundinis parte fiebant, quæ proxima terræ nascitur, quæ cum crassior sit, & foramen latius habeat, quam quæ longinquior à radice est, graviorem sonum reddat necesse est: *dextra* autem ex superiore arundinis parte fiebant. Testis *Plin.* lib. 16. in extremo cap. 36. his verbis: Sed tum ex sua quamque tantum arundine congruere persuasum erat, & eam, quæ radicem antecesserat, lævæ *tibiæ* convenire, quæ cacumen, *dextræ*. Hinc legas: *Acta est tibiis dextris & sinistris*, id est, sono acuto & gravi, *tibiis utrimque constitutis*. Ubi autem legitur, paribus *dextris* & *sinistris*, *Sarranas* significat dextrorsum sinistrorsumque positas, quæ *pares*



vocabantur, quod foraminis caverna, ut ait *Servius*, par erat: ideoque sonum parem reddebant, ut *Phrygia* impares, quod cavernam impariorem habebant, ex quo sonum reddebant impariorem: acutum scilicet partim, & partim gravem. Ex quo *Servius* interpretans illud *Virgilii* libro 9.

O vere *Phrygia* (neque enim *Phryges*) ite per alta  
Dindyma, ubi assuetis biforem dat tibia cantum.

Explanat *biforem*, dissonum, impariorem & dissimilem, juxta *Phrygiarum* tiliarum naturam, quæ hoc à *Sarranis* distabant, quod ut ait *Servius*, cavernam foraminis impariorem habebant, ut *Phrygia* distabant, quod dextræ unicum foramen habebant, ut sonitu uniformi sonarent: *sinistra* vero duo, quorum unum gravem, alterum acutum sonum reddebant. Quod vero *dextra* tibiæ acutum, *sinistra* gravem sonum reddiderint, præter *Plinii*, *Varronis* quoque testimonium extat, de *Re Rust.* lib. 1. cap. 2. quo loco ait: *Tibias dextras & sinistras*, cum uno eodemque tempore sonarent, ut histrionum vocem sequerentur, alteram *incentivam*, alteram *succentivam* fuisse: ubi per *incentivam*, *dextram*, per *succentivam* *sinistram* intelligit. Idem paulo post: Si *Sarrane* pares sunt, & *Phrygia* impares, ob foraminis æqualitatem, inæqualitatemque, quod ait *Servius*, manifesto patet *Sarranas* tam dextras, quam sinistras esse posse: quales in *Andria Terentii* fuisse existimo, ideoque in inscriptione legitur, tibiis paribus, dextris & sinistris, id est, *Sarranis*. Et in *Adelphis*, ubi legitur, tibiis *Sarranis*, eisdem opinor fuisse cum paribus, *dextris & sinistris*. Et in *Phormione*, tibiis imparibus, explauo, tibiis *Phrygiis* dextris & sinistris. Hanc opinionem meam id confirmat, quod nunquam reperi *Phrygias* aut *Sarranas* nominatas una cum paribus aut imparibus, quod indicio est, paribus, ad indicandas *Sarranas*, & imparibus, ad *Phrygias* satis fuisse. Illud etiam animadverti, *Sarranas Phrygiasque* in una, eademque comœdia nunquam sonuisse, sed vel has, vel illas: ideoque legitur, paribus aut imparibus: nec unquam una, paribus & imparibus. Opinor etiam, ubi legitur, *Dextris & sinistris*, intelligendum esse non unam tantum, sed plures tibiis à dextris sonuisse, sinistrisque scenæ: aliquando sonuisse tantum ex altera parte, quomodo legitur in *Eunuchi* inscriptione, tibiis duabus dextris: itaque est in scriptis libris, & recte. Quo loco dubitavi interdum, deesse paribus vel imparibus: ut ostenderet *Phrygiane* an *Sarrane* essent, quod in aliis dixerat: sed postea, cum neque paribus neque imparibus ibi scriptum sit, intelligi debere existimavi, pares potius quam impares fuisse: *Sarranas* scilicet potius quam *Phrygias*: cum æqualis sonus gravior sit, qui *Sarranarum* erat, ideoque convenientior & Romanorum auribus jucundior. Quod autem dextræ tibiæ sint pares, id patet ex *Heautontimorumeni* inscriptione, ubi est, *Acta primum tibiis imparibus, deinde duabus dextris*. Nam si dextræ non eadem sunt cum imparibus, sequitur pares esse. Pares autem easdem fuisse cum *Sarranis*, jam diximus. Impares igitur *Phrygia* sunt, à sinistraque sonabant. Ex quo patet, *Sarranas* modo utrimque sonuisse, tuncque dicebant, tibiis paribus dextris, & sinistris, ut in *Andria* inscriptione: modo à dextra tantum, ut in *Heautontimorumeno*, ubi ait; Deinde duabus dextris; cum dixisset jam, *Acta primum tibiis imparibus*. In *Eunucho* quoque sonuerunt tantum à dextra: dicit enim, tibiis duabus dextris. Ubi vero neque dextræ, neque sinistrae nominantur, ut in *Phormionis Hecyraeque* inscriptionibus, credendum est, ab uno tantum latere sonuisse: à sinistro scilicet, in *Phormione*, cum dicat, tibiis imparibus, à dextra autem, in *Hecyra*, cum dicat, tibiis paribus. Testimonio enim inscriptionis *Heautontimorumeno* jam demonstravimus impares, *Phrygias* scilicet, sonuisse tantum à parte sinistra, *Sarranas* vero sonuisse opinor modo à dextra solum, ut in *Eunucho* & *Heautontimorumeno*: tuncque in comœdiæ inscriptione id aperte significabatur & dicebatur, tibiis dextris: modo à dextra & sinistra, ut in *Andria*, ubi tanquam de re, quæ interdum variaret, *dextris & sinistris* dicitur. Hæc *Aldus Manutius*, ex quibus opinor satis intelligitur, quænam ratio & differentia tiliarum apud veteres in fabulis fuerit. Plura alia de aliis tiliarum generibus præter *Cælium Rhodiginum* collegit *Julius Caesar Scaliger* Poëtices lib. 1. cap. 20. Sed de scenicis ludis hæctenus.

## CAPUT XII.

*Alia ludorum divisio.*

Hæctenus eam ludorum divisionem explicavimus, quæ à forma sumpta est: quæ nimirum alii sunt *circenses*, alii *scenici*: jam alteram adjiciemus, quæ sumitur à fine. Alii enim *sacri* erant, alii *funebres*, quomodo ab initio divisos fuisse, *Tertullianus* libro singulari de *spectaculis* scribit. His deinde accesserunt *votivi* & ii, qui exercitationis causa fiebant, ita ut quadrifariam ludos partiri possimus, alios *sacros* appellare, alios *funebres*, alios *ludicos*. *Sacri* dicebantur, qui in Deorum honorem fiebant, quales erant *ludi Megalenses, Cereales, Florales, Martiales, Apollinæ, Capitoli, Romani, Plebeji, Consuales, Compitalitii, Saculares*. Hi enim singulis suis Diis celebrabantur, de quorum aliquibus, à quibus instituti sunt, ita scribit *Tertullianus*: Cum promiscue ludi *Liberalia* vocarentur, honorem *Liberi Patris* manifeste sonabant. Libero enim à rusticis primo fiebant ob beneficium, quod ei adscribunt pro demonstrata gratia vini. Exinde ludi *Consualia* dicti, qui initio *Neptunum* honorabant. Eundem enim & *Consun* vocabant. Dehinc *Equiria* Marti Romulus dixit, quam

quam & *Consualia* Romulo defendunt, quod ea *Conso* dicaverit, Deo, ut volunt, consilii: ejus scilicet, quo tunc Sabinarum virginum rapinam militibus suis in matrimonia excogitavit, &c. & paulo post: Dehinc idem *Romulus* Jovi Feretrio ludos instituit in Tarpejo, quos *Tarpejos* dictos & *Capitolinos*, Pisto tradidit. Post hunc Numa Pompilius *Marti* & *Robigini* fecit. Nam & *Robiginis Deam* finxerunt: dehinc *Tul. Hostilius*: dehinc *Ancus Martius* & cæteri quoque per ordinem. Hæc *Tertullianus*. Quin etiam singulas ludorum species singulis Diis consecratas fuisse, tum alii docent, tum *Salvianus* Massiliensis Presbyter lib. 6. de Gubernatione Dei, his verbis: Colitur namque, inquit & honoratur *Minerva* in gymnasiis, *Venus* in theatris, *Neptunus* in Circis, *Mars* in arenis, *Mercurius* in palæstris: & ideo pro qualitate auctorum, cultus est superstitionum. *Votivi* dicebantur, qui ex voto vel pro victoriis, vel pro bona valetudine edebantur, *Funebres*, qui in honorem defunctorum exhibebantur. Exercitationis causa fiebant *Trojani*, *castrenses*, &c. Cæterum, quod ad tres superiores species attinet, illorum alii erant *stati*, alii *non stati*. Et primum quidem ludi omnes *conceptivi*, sive *indivivi* erant, non *annales*, aut annui, hoc est, non in annos singulos; deinde quidam facti sunt *annales*, tum *stati* soli *Apollinæres*. In Calendario Romano fere omnes *ludi*, qui in Deorum honorem peragebantur, ut *stati* notantur. Tum igitur *non stati* fuerunt *funebres* & *votivi*. Sed hæc singula perloxiorem aliquanto requirunt explicationem, quam hic subjiciemus, sumpto initio ab iis, qui in Deorum honorem celebrati fuerunt,

## CAPUT XIII.

## De ludis Megalensibus.

Quinam *Megalenses* ludi fuerint, non inter omnes convenit. Scriptor vitæ *Terentii*, sive is *Ælius Donatus*, sive alius est, *Megalenses* magnis Diis consecratos esse, quos Græci *μεγαλησις* appellant, ait, & hunc sequuntur tum alii multi, tum etiam *Antonius Goveanus* IC. qui etiam, ut hanc sententiam defendere possit, *Megalesia*, à *Megalensibus* distinguit. Sed recte refutatur à *M. Antonio Mureto*. Non enim *Megalenses* ludi illi sunt appellati, qui in honorem magnorum Deorum celebrabantur, sed qui magnæ Deorum Matri fiebant, & primum quidem dicti *Megalesia*; postea, ut sit, detricta litera *n*, *Megalesia*. Sic enim *Terentius Varro*, quemadmodum *Josephus Scaliger* legendum existimat: *Megalesia* dicta à Græcis, quod ex libris Sibyllinis accersita ab Attalo Rege Pergamii, Pessinunte, ubi *Megalesion* templum ejus Deæ, unde advecta Romam. Et *Festus*: *Megalesia* ludos Matris magnæ appellabant. Quin etiam *Livius* ipse, ut de aliis raceam, idem confirmat. Hæc enim sunt ejus verba lib. vigesimo nono. In ædem Victoriæ, quæ est in Palatio, pertulere Deam pridie Idus Aprilis: isque dies festus fuit. Populus frequens dona Deæ in Palatium tulit: lectisternium & ludi fuere, *Megalesia* appellata. Item libro trigesimo quarto. *Megalesia*, ludos scenicos. *C. Atilius Serranus*, *L. Scribonius Libo* Ædiles Curules primi fecerunt. Quo ex loco etiam illud constat, Ædiles Curules hos ludos edidisse, quod etiam ex *Cicerone* libro quinto Actionis 2. in Verrem, & libro secundo de Legibus manifestum est, ubi inter alia sic scribit: *Sunto Ædiles curatores Urbis, annonæ, ludorumque solemnium*. Idem ex *Africaniano* Commentario in Cornelianam Cicronis & Dione lib. 39. liquet. Fiebant autem hi ludi in Palatio, quod docet *Cicero* Oratione de Harusp. respons. his verbis: Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri majores ante templum, in ipso conspectu Matris magnæ *Megalensibus* fieri, celebrarique voluerunt. Hos ludos pro sex dies, à pridie Nonas April. ad v. Idus fuisse, facti veteres demonstrant. Nam etsi Deam perlatam esse pridie Idus Aprilis in ædem *Victoria Palatine*, cumque diem festum fuisse cum lectisternio & ludis, qui *Megalesia* vocati sunt, *Livius* dicat: postea tamen eos ludos in pridie Nonas rejectos esse, non est à vero alienum, cum præsertim etiam *Ælii Spartiani* testimonium accedat, qui cum 11x. Idus Aprilis ipsis *Megalensibus* interemptum Caracallam narrer, satis indicat, *Megalensium* primum diem pridie Idus Aprilis non fuisse, nisi si quis mendosum esse *Livii* locum, & pro pridie Idus, legendum pridie Nonas arbitretur: ne dissidentibus antiquis opinione dubia fluctuemus. Vide *Paulum Manutium* Commentariis in 2. epistolam. lib. 2. ad familiares. De his ludis *Herodianus* lib. 1. Veris initio, solemnique die pompam Matri Deum Romanj celebrant. In ea, quæ apud quemque sunt divitiarum præcipua, supellexque pleraque *Imperatoria*, materiæ aut artis spectandæ, præferri ante Deam solent. Passimque omnibus ludendi licentia permissa, sic ut personas induant, quas cuique libitum, nullamque non Magistratum quoque imaginem, prout cujusque studium, præsentent, sicut non temere à falsis vera dignoscas. De turpitudine sacrorum *Matris magnæ* *Aurelius Augustinus* lib. 2. de Civitate Dei, cap. 5. & lib. 6. cap. 26. Plurima de *Megalensibus* *Ovidius* lib. 4. Fastorum, ex quo aliquot versus citavimus in Calendario, reliquos ab ipso pete. Simul etiam repete ea, quæ lib. 2. de *Dea Cybele*, & lib. 3. de *Gallis sacerdotibus* Deæ *Cybeles* & *Arctigallo* diximus. *Alexander ab Alexandro* libro 6. Genialium dierum cap. 19. cum de *Megalensium* institutione dixisset, hæc subjungit: Ante Deam simulachrum ludere, matronasque spectatæ pudicitæ in his psallere, memoriæ datum est. Quibus diebus Romanæ consuetudinis erat, convivia & sodalitates invicem agere & comessari, victu tamen frugali & modesto: nec die tantum, sed noctu epulari. Namque hi ludi præcipue casti, magno favore spectantium con-

conspicui erant, ad quos servos adire non licebat: illosque *Prætores & Magistratus* purpurati in toga & prætexta, atque in ornatu maximo celebrarunt: quare *purpura Megalensis* in vulgi proverbium venit. Quibus diebus stipem cogere, *Idæ Matris* familias proprium fuit, quod edicto cavebatur his verbis: præter *Idææ Matris* familias, easque iustis diebus, ne quis stipem cogito, &c. Hactenus *Alexander*. Quorum quædam etiam à *Ful. Cesare Scaligero* lib. 1. Poëtices, cap. 29. afferuntur. Quod ad convivia attinet, quæ his ludis mutuo agebant, recitatur ab *Agellio* lib. 2. cap. 24. senatusconsultum *C. Fannio, M. Val. Messalla* Coss. factum, quo iubentur Principes civitatis, qui ludis *Megalensibus* antiquo ritu mutarent, id est, mutua inter se convivia agerent, jurare apud *Consoles* verbis conceptis, non amplius in singulas coenas sumptus esse facturos, quam centenos vice-nosque aris, præter olus & far & vinum, neque vino alienigena sed patrio usuros, neque argenti in convivio plus pondo, quam libras centum illaturos. Quidam hos ludos eosdem cum Romanis esse putant, quos tamen turpiter labi *Paulus Manutius* docet, cum *Romani* à *Tarquino Prisco Rege, Megalenses* in Republica post multos annos instituti sint: & *Romani* mense Septembri, *Megalenses* Aprilis darentur: *Romani* in honorem *Jovis, Junonis & Minervæ, Megalenses* Matri *Magnæ Deum. Romani* primum circenses, deinde etiam scenici fuerint: *Megalenses* scenici tantum.

## CAPUT XIV.

## De ludis Cerealibus.

**C**ereales ludi dicebantur, qui in honorem *Cereris* celebrabantur, ducto more à Græcis ex *Eleusine*, de quibus sacris multa habet *Arnobius*. In his ludis representabatur à matronis luctus *Cereris*, ob raptam *Proserpinam*, & ejus peregrinatio cum face quæritantis filiam. Pompa producebatur cum *Deorum* signis & ovo. Hi ludi, inquit *Alexander ab Alexandro* Genialium dierum lib. 6. cap. 19. à solis matronis fiebant annis singulis. Romanique in toga candida spectare ludos, mulieresque in veste alba pariter sacrum facere solebant: in quo id fuit observatum, ut tunc *Diis* gratum esse censerent, si à lætis, nec funere pollutis celebraretur: utque in sacris *Cereris* ante noctem epuletur nemo, atque à vino imprimis & *Venere* absterneant. Utque quinto quoque anno ex *Sibyllinis* carminibus prodigiorum causa jejunium fiat, inter quæ præcipuum fuit, ut sacris initiatos calda abluerent primum, quod castitati prodesse ducerent. Hæc ille, quorum quædam etiam *Julius Cæsar Scaliger* habet lib. 1. Poëtices, cap. 32. Et inter alia causam refert, cur *Cerealibus* ante noctem epulari nefas esset: quia videlicet, prodente idem *Callimacho*, *Cerere* extrema affectam fame, ac nihilo secius pertinacius jejunium perpetuantem, solus vesper flexerit, persuaseritque ut cibum caperet. Addit & hoc, cum *thensa* procederet, si auriga equi lorum læva manu apprehendisset, pro pollutis ceremonias istas habitas fuisse. Cum autem hoc sacrum & hi ludi, à lugentibus peragi non possent, ideo bello *Punico* secundo, post tridem *Cannensem*, quia tum lugentibus omnibus matronis intermissum erat, *Senatus* finiri luctum triginta diebus iussit. *Livius* lib. 34. unde *Festus* scribit, minui luctum, cum in casto sit *Cereris*, de quo in *Kalendario*. Fiebant hi ludi, quemadmodum *Kalendarium* habet, à *pridie Idus Aprilis* per dies octo in *Circo*, proxime post *circenses* die, quod & *Ovidius* testatur lib. 4. Fast. his versibus:

*Circus erit pompa celebr, numeroque Deorum,*

*Primaque ventosis palma petetur equis.*

*Hinc Ceresis ludi: non est opus indice causa,*

*Sponte Dea munus, promeritumque patent. &c.*

Id quod causam erroris præbuit *Angelo Politiano*, ut opinatus fuerit, *Cereales* eosdem esse cum *circensibus* capite *Miscellaneorum* 87. quem errorem notavit *Joan. Ludovicus Vives*, & post eum alii. Exhibebantur *Cerealibus* certamina equestria, ut *Dio* lib. 47. cum scripisset, *Ædiles* plebis *Cereri* loco ludorum equestrium, gladiatores exhibuisse, adjicit malum id omen fuisse, quod statum *Reipublicæ* popularem eversum iri significaverit. Iisdem *Cerealibus* etiam *missilia*, hoc est, nuces, cicer & alia dabantur & spargebantur in vulgus ab iis qui ludos exhibebant, ad plausum & populi favorem captandum. *Sinnius Capito* apud *Festum*, quemadmodum eum locum restituit *Josephus Scaliger*. Præerat his ludis *Ædiles*, quod vel ex nummis aliquot antiquis constat, in quibus sic legitur: *C. Memmius C. F. Quirinus Memmius Æd. Cerealia primus fecit*. Vide *Caroli Sigonii* scholia in 30. librum *Livii*. *Cicero* lib. 5. actionis 2. in *C. Verrem*. Nunc sum designatus *Ædilis*: habeo rationem, quid à populo Romano acceperim, mihi ludos sanctissimos maxima cum ceremonia *Cereri, Libero, Liberaque* faciendos, &c. Nonnunquam tamen alii etiam *Magistratus* eos curabant. Nam *Livius* lib. 30. scribit, *Dictatorem & Magistrum* equitum ludos *Cereales* ex *senatusconsulto* fecisse. Sed de his ludis vide plura apud *Ovidium* & in *Kalendario*.

## CAPUT XV.

## De ludis Florilibus.

**F**lorales ludi in honorem *Floræ*, de qua diximus lib. 2. celebrabantur. Hos Romani instituerunt iv. Kalend. Maji anno Urbis 10xvi. ex oraculis Sibyllæ, ut omnia bene deflorescerent. *Plinius* libro 18. cap. 29. ubi etiam addit, si in quadriduum illud, quod interfit inter *Robigalia* & *Floralia*, plenilunium incideret, fruges & omnia, quæ floreat, lædi necesse esse. *Ovidius* lib. 5. Fastorum L. Posthumio Albino, M. Popilio Lanate Coss. quod fuit anno ab Urbe condita 10xxc. *Floralia* instituta esse, his verbis docet:

*Convenere patres, Et si bene floreat annus,  
Numinibus nostris annua festa vovent.  
Annuimus votis, Consul cum Consule ludos  
Posthumio Lanæ persolvere mihi.*

Et cum *Floralia* primum mense Aprili celebrarentur, postea in Majum translata sunt, quod *Ovidius* his versibus ostendit:

*Mater ades forum ludis celebranda jocosis:  
Distuleram partes mense priore tuas.  
Incipis Aprili, transis ni tempora Maji,  
Alter te fugiens, cum venit alter, habet.*

His ludis *fæminas*, quæ vulgato corpore quæstum faciebant, denudari & pudendis obscœnisque invelatis, per luxum & lasciviam currere & impudicos jocos agere, moris erat: quibus etiam *Ædiles* cicer, fabas & alia missilia plebi spargere, leporesque & capreas, aliaque mitia animalia ludis admittere consueverunt. Hos in *vico Patricio*, aut proximo celebrabant, noctuque accensis facibus, cum multa obscœnitate verborum per Urbem currebant & ad tubæ sonitum conveniebant. Hæc *Alexander ab Alexandro* lib. 6. Genialium dierum, cap. 8. *Lactantius* etiam lib. 1. Divinarum Institutionum: Celebrantur illi ludi cum omni lascivia, convenientes memoriæ meretricis. Nam præter verborum licentiam, quibus obscœnitas omnis effunditur, exuuntur etiam vestibus populo flagitante *meretrices*, quæ tunc mimorum funguntur officio: & in conspectu populi usque ad satietatem impudicorum luminum cum pudendis motibus detinentur. Quare apud *Valerium Maximum* legimus lib. 2. cap. 10. Cum *ludis Florilibus*, quos *Messius* *Ædilis* faciebat, M. Porcio Catone spectante, populus ut mimæ nudarentur, postulare erubuisse, *Catonem*, cognito illo ex amico suo Favonio, è theatro discessisse, ne præsentia sua spectaculi consuetudinem impediret, populumque eum abeuntem ingenti plausu profecutum, priscum morem jocosum in *scenam* revocasse: confessum se plus majestatis uni tribuere, quam universo sibi vindicare. Introducebantur hisce ludis etiam *funambuli elephantes*, uti ex *Suetonio* in Galba, & ex *Flavii Vopisci* Carino apparet. *Dio* lib. 58. scribit, L. Sejanum Prætorem *Floralibus* ad ridendum Tiberium, qui calvus erat, omnia calvorum ministerio ad noctem usque peregisse, lumen quoque discedentibus à theatro per puerorum raris capitibus quinque millia præbuisse. De his ludis *Ovid.* lib. 5. Fast. cum de ipsa Dea multa dixisset, tandem ad ludorum illorum explanationem conversus ita scribit: vers. 331.

*Quærevit conabar, quare lascivia major  
His foret in ludis, liberiorque jocus:  
Sed mihi succurrit, numen non esse severum,  
Aptaque deliciis muneræ ferre Deam.*

*Tempora sutilibus cinguntur tota coronis,  
Et latet injecta splendida mensa rosa.  
Ebrius incensæ philyra conviva capillis  
Saltat, Et imprudens utitur arte meri. &c.*

## CAPUT XVI.

## De ludis Martialibus.

**M**artiales ludi erant, qui in honorem *Martis* peragebantur, 4. Idus Maji in *Circo*, quod testatur Kalendarium. Horum ludorum sic meminit *Dio* libro 56. Hæc tum leges ab Augusto latæ sunt, ludique extraordinarii ab *histrionibus* & *equitibus* acti, *Martisque ludi* in foro Augusti (quia *Circum Tiberis* stagno occupaverat) cum equorum decursu quodam & venatione celebrati. Hi iterum facti ludi sunt, & in *Circo* iis Germanicus ducentos leones occidit; &c. Celebrabantur etiam *ludi Martis* Kalendis Augusti, teste eodem *Dione* lib. 60. Quæ, inquit, equestria certamina Kalendis Augusti exhibentur, instituta sunt propterea, quod ea die *Martis ades* consecrata fuit. De ludis *Martis* etiam *Suetonius* in Claudio, cap. 4. Collocutus sum cum Tiberio, ut mandasti mea *Livia*, quid nepoti tuo *Tiberio* faciendum esset *ludis Martialibus*. Et paulo infra: In præsentia tamen quibus de rebus consulis, curare cum *ludis Martialibus* triclinium sacerdotum, non displicet nobis, &c.

## CAPUT XVII.

## De ludis Apollinaribus.

**A** Pollinates ludi in *Apollinis* honorem celebrabantur, de quorum origine & institutione *Livius* libro vigesimo quinto hæc prodit, inventum fuisse carmen *Marcii vatis* perplexo scripturæ genere conceptum: hoc videlicet, hostem Romani si ex agro pellere vultis, vomicaeque, quæ gentium venit longe, *Apollini* vovendos censeo ludos: qui quotannis comiter *Apollini* fiant: cum populus dederit ex publico partem: privati uti conferant pro se quisque. Iis ludis faciendis præerit Prætor is, qui jus populo plebique dabit summum. *Decemviri* Græco ritu hostiis sacra faciant. Hæc si recte faxitis, gaudebitis semper, fietque res vestra melior. Nam is *Dixus* extinguit perduelles vestros, qui vestros campos pascunt placide. Ad id carmen expiandum (ita enim *Car. Sigonius* legit, id est, procurandum) diem unum sumpserunt: postero die SC. factum est, ut *Decemviri* libros de ludis *Apollinis*, reque divina facienda inspicerent. Ea cum inspecta relataque ad Senatum essent, censuerunt Patres *Apollini* ludos vovendos faciendosque: & quando ludi facti essent, xii. millia æris *Pratori* ad rem divinam & duas hostias majores dandas. Alterum SC. factum est, ut *Decemviri* sacra Græco ritu facerent, hæc hostiis, *Apollini* bove aurato & capris duabus albis auratis: *Latona* bove fœmina aurata. Ludos *Prator* in Circo maximo cum facturus esset, edixit, ut populus per eos ludos *stipem Apollini*, quantum commodum esset, conferret. Hæc est origo *ludorum Apollinarium*, victoriæ, non valetudinis ergo; ut plerique rentur, votorum, factosque populus coronatus spectavit, matronæ supplicare, vulgo apertis januis in propatulo epulati sunt, ceberque dies omni ceremoniarum genere fuit. Hactenus *Liv.* Eadem *Macrobius* lib. 1. Satur. cap. 17. ubi & hoc adjicit; Cum ludi primo Romæ *Apollini* celebrarentur, ex vaticinio *Marcii vatis* carmineque *Sibyllino*, repentino hostis adventu plebem ad arma excitatam, hosti occurrisse, eoque tempore nubem sagittarum in adversarios visam ferri, & hostem fugasse, & victores Romanos ad spectacula *Dei hospitatis* reduxisse. *Sex. Pom. Festus*. *Apollinæres ludos*, hoc est, in laudem *Apollinis*, populus laureatus spectabat, stipem data pro cuiusque copia. In his ludis *parasitos Apollinis*, qui ita appellabantur, quod ridiculi essent, quemadmodum *Joseph. Scaliger* lib. 2. *Auson. lect.* cap. 19. explicat, in scena dicere consuevisse: *Silva res est, cum saltat senex*. *Pomp. Festus* docet ejusque moris hanc causam ex *Verrio Flacco* assert, his verbis. Quod *P. Sulpitio*, *Cn. Fulvio*, *Coss. M. Calpurnio Pisone* Prætoris Urbis, faciente ludos, cum Romani subito ad arma exissent, nuntiato adventu hostium, victoresque in theatrum rediissent solliciti, ne intermissi religionem adferrent, instaurandique essent, inventus ibi sit *C. Pomponius* libertinus, mimus magno natu, qui ad tibicinem saltaret. Qua de causa gaudio non interruptæ religionis edita voce, postea quoque celebrata sit. *Servius* in 3. *Æneid.* paulo aliter de eo more scribit, cujus hæc sunt verba: Cum, inquit, iracundia *Matris Deum* Romani laborarent, & eam nec sacrificiis, nec ludis placare possent, quidam *senex* statuis ludis circensibus saltavit, quæ sola fuit causa placationis, unde & natum proverbium est: *Omnia secunda, saltat senex*. Cum autem hi ludi primum non statim essent, sed in annum à Prætoris voverentur, dieque fierent incerta, ut ex *Livio* lib. 26. & 27. intelligitur: anno deinde *lxxlv. M. Marcello V. T. Quintio Crispino* *Coss.* lege ad populum lata constitutum est, ut deinceps in perpetuum & in statam diem voverentur: qua de re ita *Livius* lib. 27. *Ludi Apollinæres* *Q. Fulvio*, *Ap. Claudio* *Coss.* à *P. Corn. Sulla*, Prætoris Urbis primum facti erant, inde omnes deinceps Prætores urbani fecerant: sed in annum unum vovebant, dieque incerta faciebant. Eo anno pestilentia gravis incidit in Urbem agrosque, quæ tamen magis in longos morbos, quam in perniciosas evasit. Ejus pestilentie causa & supplicatum per compita tota Urbe est, & *P. Licinius Varus*, Prætor urbanus, legem ferre ad populum jussus, ut hi ludi in perpetuum in statam diem voverentur. Itaque ipse primus ita vovit fecitque ante diem tertium *Nonas Quintiles*, is dies deinde solemniter servatus. Hactenus ille. In Calendario tamen Romano referuntur ad pridie *Nonas Quintiles*. Atque cum his ludis Prætores ex veteri instituto præessent: tamen apud *Dionem* lib. 43. legimus, anno Urbis *lxxix.* alterum ex *Ædilibus Curulibus* sumptibus *C. Cæsaris* ludos *Apollinæres* fecisse.

## CAPUT XVIII.

## De ludis Capitolinis.

**C**apitolini ludi dicti fuerunt, quod in honorem *Jovis Capitolini* pro servato *Capitolio* ab hostibus *Gallis* *Senonibus* instituti essent & celebrarentur. Ostendit hoc *Livius* lib. 5. ubi cum de *Camillo* scripisset, quomodo, quæ ad Deos immortales pertinerent, ad Senatum retulisset, inter alia eum hæc quoque retulisse, senatusque consultum fecisse dicit, ut ludi *Capitolini* fierent, quod *Jupiter Opt. Max.* suam sedem atque arcem populi Romani in re trepida tutatus esset: collegiumque ad eam rem *M. Furius Dictator* constitueret, ex iis qui in *Capitolio* atque arce habitarent. Et paulo post: *Camillus* verba ad popu-

lum faciens, eique oratione suadens, ne deserta Roma Vejios commigrarent, inter cætera sic loquitur: *Ajo Locutio* templum propter caelestem vocem exauditam in nova via iustissimum fieri: *Capitolinos ludos* solemnes aliis addidimus, collegiumque ad id novum auctore Senatu condidimus. Hæc *Liv.* His ludis præconis voce *Sardianos venales* proclamari, & senem quendam ludibrii gratia produci solitum, bullam collo appensam gerentem puerilem, *Plutarch.* habet in *Quæst. Rom.* q. 53. Ejusque moris causam inquirens, ait, id eam fortasse ob causam fieri, quod cum Veientes Etruscorum populus per longum tempus Romulo bello restitissent, Romulus hanc ultimam urbem ceperit, multosque captivos sub hasta venderit una cum ipsorum Rege, futilitatem ejus & stultitiam deridens. Cum enim *Etrusci* à Lydis originem trahant, & Lydorum primaria urbs sit *Sardes*, idcirco, inquit, *Veientes Sardianorum* nomine proclamant & in hunc usque diem ludicri gratia morem istum conservant. Quod idem fere etiam *Festus* docet, cujus locum ea de re, quemadmodum à *Josepho Scaligero* restitutum est, huc adscribam: *Sardi venales*, inquit, hoc est, alius alio nequior: ex hoc natum proverbium videtur, quod *ludis Capitolinis*, quæ sunt à vicinis prætextatis, auctio *Veientum* fieri solet: in qua novissimus is, qui omnium deterrimus, producitur à præcone in medium senex cum toga prætexta, bullaque aurea, quo cultu Reges soliti sunt esse Etruscorum, qui *Sardi* appellantur: quia Etrusca gens orta est *Sardibus* ex *Lydia*, &c. *Vicanos Festus*, ut idem *Scaliger* docet, magistrorum vicorum, qui etiam si Magistratus non erant, ludos tamen faciebant prætextati.

Præter hos vero *Capitolinos ludos* etiam alii erant, qui singulis quinque annis celebrabantur, instituti à Domitiano Imperatore, qui alio nomine *agones Capitolini* appellantur: de quibus ea huc referam, quæ diligenter, ut solet, omnia collegit *Josephus Scaliger* lib. 1. *Auson.* lect. cap. 10. ubi sic scribit: *Agones Capitolini* primum à Domitiano instituti sunt die xii. ejus, & *Sergii Cornelii Dolabellæ* Consulatu, exemplo *ludorum Olympicorum*. In iis agonibus omne genus artifices certabant. Nam & *citharædi*. *Juvenalis*:

*An Capitolinam speraret Pollio quercum?*

Item & *Poëta*. *Martialis*:

*O cui Tarpejas licuit contingere quercus.*

Et *histriones*, ut patet ex hac inscriptione.

L. SURREDI. L. F. CLV.

FELICIS.

PROCURATORI. AB.

SCÆN. THEAT. IMP.

CÆSAR. DOMITIAN.

PRINCIPI.

CORONATO. CONTRA.

OMNES. SCÆNICOS.

Vides eodem principe, qui hos ludos instituerat, *histrionem* coronatum. Illud, *contra omnes scænicos*, manifesto significat certamen & contentionem. In eo agone *Statius* post incredibile totius Urbis expectationem tandem *Thebridem* suam recitavit, sed non placuit, & contra eum alii coronati fuerunt. Id quod ipse non uno loco in *Silvis* conqueritur, sed imprimis in epicedio patris. Unde locus *Juvenalis* Grammaticis non bene perpenfus explicatur:

*Sed cum fregit subsellia versu,*

*Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agaven.*

Nam satyricè dicit, eum fregisse *subsellia versu*, quod, ut *Comici* loquuntur, recitans non stetit, sed excidit, hoc est, non placuit. Cujus rei vel ipsum *Stadium* testem producere possumus, qui in *Silvis* hæc innuit, non uno loco, ut jam dixi. Cave sis confundas *agonem Albanum* cum hoc *Capitolino*. Uterque enim institutus à Domitiano. Sed nobilior *Capitolinus*: adeo, ut Romæ non per lustram, ut antea, magnum annum, ut vocabant, sed per *Capitolinos agones* supputarent. Quod à Domitiani institutione usque ad tempora sua obtinuisse *Censorinus* scribit. Cæterum semper *agon* ipse mansit Romæ: ut in eo *Poëtæ*, *Rhetores*, aliarumque professionum homines coronarentur ab ipso Imperatore. Neque puto aliunde *Poëtarum laureatorum* morem mansisse. Nam & ipsi antiquitus ab ipsis Cæsaribus Germanis coronabantur, magnoque in pretio habiti semper apud Italos & Germanos, qui id honoris virtute ingenii consecuti essent. Sed in veteribus *agonibus Capitolinis* qui viverant, corona & ramo *lemniscatis*, aut torque involutis donabantur. Nam qui secundi erant, eorum coronæ & palmæ sine *lemniscis* erant. Id vel ex ipso *Ausonio* cognoscas licet:

*Et que jam dudum tibi palma poëtica pollet,*

*Lemnisco ornata est, quo mea palma caret.*

Sed melius *Sidonius*, quanquam non de *agone Capitolino* loquitur:

*Hic mox præcipit agnus Imperator*

*Palmis serica, torquibus coronas*

*Conjungi, Et meritum remunerari.*

Nam coronis torques & palmis serica, hoc est, sericatos *lemniscos* conjungi vides, quanquam, ut dixi, de aliis ludis, aliaque re loquitur. Vides tamen amplificata præmia pro ratione meritum. Hactenus *Scaliger*.

## CAPUT XIX.

## De ludis Romanis.

Qui *Romani ludi* fuerint, docet *Asconius Padianus* in actionem 1. in Verrem his verbis: *Romani ludi* sub Regibus instituti sunt, *magnique* appellati, quod magnis impensis dati sunt; tunc enim primum ludis impensa sunt ducenta millia nummum. Alii ideo *magnos ludos* dictos putant, quod *Conso*, consiliorum secretorum Deo, id est, *Neptuno laticum* Regi, & rerum conditarum, & Diis magnis, id est, *Laribus Urbis Romæ*, dati sunt: quibus ajunt raptas Sabinas esse, ut videatur propter hoc dicere Virgilius: *Magnis circensibus actis*. Nam & *magni & circenses* iidem sunt, &c. Quod *Asconius* scribit ideo *magnos* hos ludos dictos esse, quod *Conso*, id est, consiliorum secretorum Deo, id est, *Neptuno*, &c. dati sint, nescio quam verum sit, cum *Livius* illos ludos *Consualia* appellatos libro 1. scribat: cui etiam *Varro* libro quarto de Lingua Latina, *Tertullianus* libro singulari de spectaculis, & *Sextus Aurelius Victor* assentiuntur: quod etiam monuit *Titus A. Popma* notis in *Asconium*. De *Romanis* vero ludis lib. 1. *Livius* in historia Tarquini Prisci V. Romanorum Regis ita scribit: Bellum primum cum Latinis gessit, & oppidum ibi *Appiolas* vi cepit: prædaque inde majore, quam quanta belli fama fuerat, reventa, ludos opulentiùs instructiùsque, quam priores Reges, fecit. Tum primum *Circo*, qui nunc *maximus* dicitur, designatus locus est, loca divisa Patribus equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent, *fori* appellati. Spectavere furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinentibus pedes. *Ludicrum* fuit, equi pugilesque ex Etruria maxime acciti, solemnnes deinde annui mansere ludi, *Romani magnique* varie appellati. Atque hi ludi primum à *Regibus*, quemadmodum ex *Livii* verbis manifestum est, edebantur, tum à *Consulibus*, uti verisimile est, cum ii in Regum loco successerint, inde ab *Ædilibus plebejis*, tandem à *curulibus*, postquam ii creati fuerunt, in honorum trium magnorum Deorum, *Jovis*, *Junonis* & *Minervæ*, quod vel ex uno *Cicerone* satis constat, qui libro quinto actionis 2. in Verrem hæc dicit: Nunc sum designatus *Ædilis*, habeo rationem, quid à populo Romano acceperim: mihi ludos sanctissimos, maxima cum ceremonia *Cereri*, *Libero*, *Liberaque* faciendos, mihi *Floram matrem* populo plebique Romanæ ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquissimos, qui primi *Romani* appellati sunt, maxima cum dignitate ac religione *Jovi*, *Junoni*, *Minervæque* esse faciendos. Hi vero ludi primum *circenses* erant, quod ex verbis *Livii* paulo ante à nobis citati manifestum est: deinde vero etiam fuerunt *scenici*, ut idem *Livius* docet, tum alibi, tum libro trigesimo primo, ubi sic scribit: *Ludi Romani scenici* eo anno magnifice apparatusque facti ab *Ædilibus* *curulibus*, *L. Valerio Flacco* & *L. Quintio Flaminio* biduum instaurati sunt. Cæterum cum hi ludi primum uno die, postea biduo & item triduo peragerentur, tandem plures dies iis sunt tributi. Facti quidem veteres novem continuos dies, à pridie Nonas Septembris, usque ad pridie Idus celebratos eos fuisse docent: post quos biduo interjecto, alios ludos *Romanos* in *Circo* per quinque dies habitos, iidem testantur. Hos tamen *Paulus Manutius* Commentariis in actionem primam *Verrinam*, institutos esse arbitratur post illud tempus, quo *Verres* est à *Cicerone* accusatus.

## CAPUT XX.

## De ludis plebejis, compitalitiis, Augustalibus &amp; Palatinis.

*Ludi plebeji*, scribit *Asconius Padianus* in actionem 1. *Ciceronis*, in Verrem, sunt quos exactis Regibus pro libertate plebis post fecerunt Romani, aut pro reconciliatione plebis post secessionem in montem *Aventinum*. Alii eos post primam plebis in sacrum montem secessionem primum editos scribunt. Hos *Ædiles plebis* edebant, ut ex *Livio* non uno loco intelligitur. Fiebant autem in *Circo* a. d. xviii. Kalendas Novembris per triduum, ut testantur veteres *Fasti*. Atque in his ludis observabatur, ut quoties instaurarentur, ab *Ædilibus* ludorum causa epulum daretur. Errant qui hos eisdem cum *Romanis* fuisse opinantur. Sed de his hoc loco non ero prolixior. Restant de ludis qui in Deorum honorem acti sunt, *Consuales* & *compitalitii*.

De ludis *Consualibus*, cum in Calendario dixerimus, non necesse est ea hic repeti.

De ludis *compitalitiis* hæc *Julius Cæsar Scaliger* libro 1. Poëtices, capite 28. scribit: Ante Urbem designatam à vicorum compitis, in quibus agitabant agrestes, *ludi* & facti & dicti *compitalitii*: intermissi deinde ad *Servium* usque Regem, ac per vicorum Magistros instaurati, quemadmodum à *L. Pisone* iterum curatum est, ut per eosdem magistros, qui tum præfecti nominati sunt, restituerentur. Tandem sublatis collegiis ipsi pariter aboliti sunt. Meminit *compitalitiorum* ludorum etiam *Suetonius* in Augusto capite 31. De *compitalibus* in Calendario quoque diximus.

Ad hos ludos, qui in Deorum honorem celebrarentur, *Augustales* quoque & *Palatinos* referre non incommode possumus, cum etiam *Augustus*, in cujus honorem acti illi sunt, post excessum ex vita pro-

Deo fuerit habitus. De iis vero *Dio* libro quinquagesimo sexto extremo, ubi de honoribus *Augusto* decretis loquitur, inter alia hæc habet: Decretum porro est, inquit, ne qua ejus imago ullo in funere ferretur, ut natalitiis ejus ludis *Consules*, quemadmodum Martis fieri solitum, præmia certaminum proponerent, *Augustalia* Tribuni plebis tanquam sacri celebrarent. Iique omnia reliqua eo, quo consueverant fieri more, peregerunt, veste triumphali ludis *circensibus* usi: currum tamen non conscenderunt. Præter hæc in Palatio *Livia* peculiares ludos in honorem Augusti fecit, qui ipsi quoque secundo loco ab Imperatoribus exhibentur. Et paulo post: Eo tempore plebs tumultuata est, cum *Augustalibus* quidam histrio nollet pro constituta mercede in theatrum intrare: nec finis ante turbarum fuit, quam ea ipsa die Tribuni plebis coacto Senatu precibus impetrarunt, ut liceret sibi majores aliquanto, quam legibus permitteretur, sumptus facere. *Palatinorum* ludorum etiam *Suetonius* meminit in *Caligula*, capite 56.

## CAPUT XXI.

## De ludis secularibus.

Celeberrimi apud Romanos ludi erant *seculares*, sic dicti, quod post centum annos fierent, quia *saeculum* in centum annos extendi existimabant, de quorum origine *Valerius Maximus* libro 2. cap. 4. multa habet, quæ legere potes. *Angelus Politianus* *Miscellaneorum* cap. 58. ex *Zosimo* & aliis hæc de ludis *secularibus* assertit: Quum bellum inter se Romani Albanique gererent, & utraque in procinctu jam staret acies, extitit repente quidam monstrosa specie, pelle amictus furva, vociferans *Fubere Ditem Patrem, Deamque Proserpinam, fieri sacrum sibi prius, quam prælium committeretur*. Quo perterrefacti viso Romani protinus aram sub terra ædificarunt, & statim sacrificio facti pedum vigintiaggere contexerunt, ut esset omnibus, præterquam Romanis ipsis, ignorabilis: Sed enim evenit, ut *Valesius* *Valesius*, unde nomen & origo *Valeria* familiæ, clarissimus in gente Sabina & locuples, homo rusticæ vitæ aram hanc, quam diximus, ita divinitus invenerit. Erat ei nemo ante villam proceris maxime arboribus, quæ statim fulmine ictæ conflagrarunt. Nec multo post, filii duo & filia correpti pestilentiæ morbo ad desperationem usque Medicorum laborabant. Cum sese igitur *Laribus familiaribus* advolvens pater, pro liberorum salute suam, matrisque puerorum capita deoveret, vox è nemore, quod tactum de cælo, statim audita, *salvos fore eos spondens, si Tiberi ad Tarentum pervecti, calefactam Ditis & Proserpina fove de fluvio ipso biberent aquam*. Quoniam vero longissime abesse *Tarentum*, scilicet in extrema *Japygia*, nec proxime eam urbem reperiri *Tiberim* ullum fluvium sciebat, spem sibi deterrimam fingebat, etiam inde territus, quod inferarum potissimum vox illa potestatem meminisset. Sed impositos nihilo secius in lintrem filios *Hostiam* pergens, mox ad *campi Martii* regionem devexit: ibi recreare sitientes & æstu febrique laborantes, desiderans, qua placidissime amnis labitur, exponit in ripa ægrotos, ac dum tumultuariam sibi tegeticulam concinnat, extincto igniculo, admonetur à gubernatore, petendum potius *Tarentum* (nam ita locus in proximo vocabatur) etenim fumum sese illic aspiciere. Tum vero latior audito *Tarenti* nomine *Valesius*, Deos adorans, & salutem sibi liberorum jamjam propemodum bona fide spondens, agi prorsum jubet & illuc maxime navigium appelli. Quo cum pervenisset, haurit aquam festinato de flumine, fretusque omine tenacius arrepto, fumigans ibidem solum flatu sollicitat in *flammam*, calefactamque mox aquam porrigit in calice pueris. Succedit autem potui somnus. Vident in quiete illi *spongia* sibi à nescio quo detergeri morbum, tum præcipi, ut *Diti patri & Proserpine*, furvæ ibidem mactarentur hostiæ, trinoctiumque perpetuum choris & carminibus concelebraretur. Surgunt igitur recuperata valetudine, visumque illud patri renuntiant. Is homo locuples defodi jaciundis alte fundamentis humum jubet. Inventa igitur sic ara est ea, quam diximus, cum titulo *Ditis & Proserpine*. Mactat ille (quod erat iussus) furvas continuo victimas, & trinoctium sacris frequentat: tot enim numero filios media de morte receperat: ex coque *Manius Valerius Tarentinus* appellatus, quod à *Diti Manibus* in *Tarento* liberorum suorum valetudinem impetravisset: Ad hunc igitur modum quidam tradiderunt. At enim *M. Varro* libro de scenicis originibus 1. Cum multa, inquit, portenta fierent, & murus ac turris, quæ sunt inter portam *Collinam* & *Exquilinam* de cælo tacta essent, & ideo libros *Sibylinos* *Quindemviri* adissent, renuntiaverunt, uti *Diti patri & Proserpine* ludi *Tarentini* in campo *Martio* fierent: tribus noctibus, & hostiæ furvæ immolarentur. Hactenus de origine. *Seculares* autem, non quia fierent anno vel centesimo denique, vel etiam centesimo decimoque nuncupati, quod utrumque sicut assertores habet, ita re ipsa penitus coarguitur: sed ob id magis credi potest, quod plerumque semel hominis ætate fierent, ut multa alia, quæ rara sunt: post *saeculum* evenire loquentium consuetudo usurpat. *Tarentini* autem à loco ipso, qui *Tarentus* ob id vocatur, aut quod ara ibi *Ditis patris* (quemadmodum supra diximus) in terra occultaretur, aut quod ripam *Tiberis* fluvius eo loco tereat, ex quo etiam *Rumon* dictus à veteribus & in sacris *Serræ* nominatus, quod *ruminaret*: hoc est, exederet & secaret ripas, Unde ait *M. Varro*,

*Stringentem ripas, & pinguis culta secantem.*



Cæterum de temporum intervallis, quibus isti ludi referrentur, fides in ambiguo est. Siquidem in carmine sæculari *Horatius*, undenos decies per annos fieri declarat, quod & *Commentarii Quindecimvirovum*, & divi Augusti edicta & ipsius denique Sibyllæ, quod adhuc extat, oraculum confirmaverint. Contra vero centesimum redire post annum, tam *Valerius Antias*, quam *Titus Livius* & item *M. Varro* testari perhibentur. Quod enim legimus apud *Herodianum*, trium spatium ætatum solitos instaurari, vercor ut emendata sit ibi lectio, nostramque ob id è Græco interpretationem cum venia legendam censeo. Nec autem (si tempora dinumeres) aut quanta intervalla retro fuerint, aut quanta esse debeant, omnino colligas. Instituti autem primi *sæculares ludi* post exactos Reges a *P. Valerio Poplicola*, qui primus Consul fuit, existimantur. Etenim laborantibus pestilentia civibus, apud hanc ipsam, quam diximus, aram, publice nuncupatis votis, atrum bovem *Diti* pro maribus, concolorem pro fœminis, juvenecam *Proserpine* mactavit, ludosque & lectisternia trinoctio fecit, & aram terra, sicut ante fuerat, exaggerata occultuit, inscriptam titulo isto: *P. Valerius Poplicola frumentarium campum Diti & Proserpine* consecravit, & ludos *Diti & Proserpine* Romano- rum salutis ergo fecit. Secundos autem secundo & quinquagesimo post Romam conditam factos anno ad- monitu Sibyllinorum carminum, tradit Græce *Zosimus*, missis occupata morbo civitate lectis ad hoc viris, qui libros consulerent: ex quorum responso, denuo regesta humo apud aram hanc ipsam, in extremo campi Martii de more sacra & ludi persoluti, restitutaque Romanis iterum est incolumitas. Consulens vero scri- ptor hic unum duntaxat, exemplario fortasse mendo, *M. Publium Quintium* nominavit, cum *Censorius M. Valerium & Spurius Virginium* Consules prodat. Itemque tertios & item quartos Consulum temporibus, quos & nominatim citat, auctoritatibus *Antias Valerii*, *Titi Livii*, *Varronis*, *Pisonis*, *Agellii* & *Hemina* comprobat factos, etiamque Commentariis Quindecimvirum sacris faciundis in testimonium adsciscit. At enim quoniam lubricus in propriis nominibus, & item in numerorum notis librariorum lapsus, vitata ista (ni fallor) in *Censorini* Commentario reperies. Cæterum *divus Augustus* abolitos eos paulatim (sicuti quidam putant) atque intermissos instauravit, magno (ut *Livius* ait) apparatu, *L. Censorino* & *M. Manlio Puellio* Consulibus, *Atejo* autem *Capitone* circumमितum spatiumque subjiciente, ritum vero sacro- rum libris indicantibus Sibyllinis. Porro sextos, *Claudius* se Consule iv. & *L. Vitellio* quasi anticipa- tos ab Augusto, nec legitimo tempori reservatos: quamvis ipse in historiis suis prodidisse memoretur, intermissos eos *Augustum*, multo post diligentissime annorum ratione subducta, in ordinem rede- gisse. Quare vox etiam irrisæ præconis traditur, invitantis more solemniter ad ludos, quos nec spectavisset quisquam, nec spectaturus esset, cum superessent adhuc, qui spectaverant, & quidam histrionum produ- cti olim, tum quoque producerentur. Etenim *Stephanionem*, qui primus togatis saltare instituit, utriusque *sæcularibus ludis*, Augusti videlicet & Claudii, saltasse accepimus, qui LXXIII. non amplius annos interfuere, quamvis & postea ille diu vixerit. Septimos *Domitianus*, se XIV. & *L. Minutio* Ruffo Consulibus, computata ratione temporum ad annum, non quo *Claudius* proxime, sed quo olim *Augustus* ediderat. Denique in numismatis variis apud Laurentium nostrum Medicæum stelographiam quoque istam vidimus: *Lud. Sæc. Fec. Cos. xiv.* Hæc *Politianus*. Et paulo post: Centesimo decimoque post *Domitiani* ludos anno, instauravit & eos Imperator ille *Septimius Severus*, cujus etiam nunc Romæ pulcherrimus spectatur triumphalis arcus, cum filiis *Antonino* & *Geta*, cum *Chilone* & *Vibore* Consulibus. Quos ludos & vidisse se memorat *Herodianus* & *Dion* ætate sua factos memoriæ prodi- dit. Post Severum negat instauratos *Zosimus*: quoniam hic annorum centum & decem pæne receptus auctoritate ambitus in Consulatum *Constantini* Christiani Principis tertium & *Licini*, quem dein bello ipse vicit, incurrisset. Nos tamen apud *Eusebium* in *Chronicis* & *Eutropium* in *Historiarum* lib. 9. legimus Philippo imperante (quanquam primus fuisse Christianus Imperator creditur) millesimum annum Romanæ Urbis ingenti ludorum apparatu & spectaculorum fuisse celebratum, bestiasque in Cir- co innumerabiles interfectas, & ludos in campo Martio theatrales tribus diebus ac noctibus populo pervigilante concelebratos: quibus *ludis sæcularibus* etiam dicitur *Philippus junior* is, qui nunquam risse creditur, patrem Philippum senioremem petulantius cachinnantem vultu averso notavisse. Restat uti de ritu carptim pauca perstringamus. Instantibus itaque *ludis* tota Italia præcones missitaban- tur convocatur *ad ludos*, qui nec spectati, nec spectandi iterum forent. Tum ætatis tempore, paucis antequam spectacula edebantur diebus, *Quindecimviri* sacris faciundis in Capitolio & Palatino templo pro suggestu confidentes, piamina dividebant populo, quæ erant *tada*, *sulphur* & *bitumen*. Nec tamen ad ea servis quoque accipienda jus ullum. Coibat autem populus, cum in quæ supra retuli- mus loca, tum præterea in *Diane templum*, quod erat in Aventino, & cui *tritium*, *fabæ*, *hordeum- que* dari mos. Tum adinstar Cereris initiorum *pervigilia* fiebant. Ubi vero jam advenit festus dies, triduum, trinoctiumque sacris intenti, in ripa ipsa maxime Tiberis agitabant. *Sacrificia* vero, *Fo- vi*, *Funoni*, *Apollini*, *Latone*, *Diane*, prætereaque *Parcis*, & quas vocant *Ilythias*, tum *Cereri* & *Diti* & *Proserpine* suscipiebantur. Igitur secunda primæ noctis hora Princeps ipse tribus aris ad ripam fluminis extructis, totidem agnos, & una *Quindecimviri* immolabant, & sanguine imbutis aris, cæsa victimarum corpora concremabant. Constructa autem scena in theatri morem, lumina & ignes accendi & hymni concini, ad hunc usum tunc maxime compositi, & item spectacula edi solemniter

solita, data celebrantibus hac mercede *tritico, faba, hordeo*, quæ supra inter universum populum dividi ostendimus. Mane vero *Capitolium* ascendere, sacra ibi de more agitare, tum in theatrum convenire ad ludos in honorem *Apollinis & Diana* faciendos, consueverunt. Sequenti die nobiles matronas, qua hora præcipitur ab oraculo, convenire in *Capitolium*, supplicare Deo, frequentare *lectisternia*, canere hymnos ex ritu, mos habebat. Tertio denique die in templo *Apollinis Palatini*, ter noveni pueri prætextati, totidemque virgines, patrimi omnes matrimique, *Græca, Romana*que voce carmina, & pæanas concinebant, quibus imperium suum & incolumitatem populi Diis immortalibus commendabant. Quod si quis fortasse quæsierit, quod genus tunc aut ludorum fieret, aut sacrificiorum, sciat & ludos celebrari omnibus theatris, atque omne genus & sacrificia templis omnibus consuevisse noctu pariter, atque interdium. Nam de *scenicis & circensibus* minime dubitatur, cum *Domitiani* ludis histrones interfuisse meminimus, prætereaque *circensium* populi Diis immortalibus commendabant. Quod si quis fortasse quæsierit, quod genus tunc aut ludorum fieret, aut sacrificiorum, sciat & ludos celebrari omnibus theatris, atque omne genus & sacrificia templis omnibus consuevisse noctu pariter, atque interdium. Nam de *scenicis & circensibus* minime dubitatur, cum *Domitiani* ludis histrones interfuisse meminimus, prætereaque *circensium* populi Diis immortalibus commendabant. Quod si quis fortasse quæsierit, quod genus tunc aut ludorum fieret, aut sacrificiorum, sciat & ludos celebrari omnibus theatris, atque omne genus & sacrificia templis omnibus consuevisse noctu pariter, atque interdium. Nam de *scenicis & circensibus* minime dubitatur, cum *Domitiani* ludis histrones interfuisse meminimus, prætereaque *circensium* populi Diis immortalibus commendabant.

*Trina Tarentino celebrata trinoclia ludo.*

Nec obscura apud *Horatium* ratio extiterit, cur *Parcas, Ilithyan, Dianamque* ex Aventino, cur & puerorum vota, & Quindecimviro memoraverit, & item *Sibyllinos versus*, qui nunc quoque apud eundem *Zosimum* vetustissimis quidem codicibus citra ulla fastigia inveniuntur, quos sic Latine reddimus:

*Ast ubi jam humana longissima tempora vita  
Orbis agens annos referet, centumque, decemque,  
Sis Romane memor (licet alta oblivio tentent)  
Sis memor, ut qua se nimium Tiberina coarctat  
Ripa, feras Diis in campo solemnia sacra,  
Cum nox atra premit terras, tectusque latet sol,  
Aagna, caprigenumque pecus genitalibus Parcæ  
Hostia furva utraque cadant, tum numina placæ  
Lata puerperis (quod fas fuit) Ilithyias.  
Terra suam ferat, & seropham sibi fertilis atram,  
Sed Jovis ante aram candenti corpore tauros  
Luce feri: nam lux superis gratissima divis.  
Funonis templum nitida cervice juvenca  
Imbuat, atque itidem Phœbus placetur Apollo,  
Quem vocitant etiam solem, Latoa propago.*

*Pæanas puerique canant, pueraque Latinum  
Plura de ludis secularibus legas tum apud alios: tum in libro singulari, quem de iis scripsit Onu-*

*phrius Panvinius: cujus tamen inspiciendi copia mihi hætenus fieri non potuit.*

*In templo. Sed enim pueri pueraque seorsum  
Concelebrando choros; verum hæc sit patrima proles,  
Matrimaque, at nupta genibus Funonis ad aram  
Oranto invisæ, divamque in vota vocanto.  
Februa quinetiam vir quisque & fœmina: quanquam  
Fœmina præcipue, accipito, dehinc adibus omnes,  
Primitias vite placidis placamina divis  
(Qua fas est) & cœlitibus portanto beatis.  
Ante domi tamen illa memor tibi habeto reposta,  
Qua dare mox usu liceat poscente virisque,  
Fœmineoque gregi: tum digna sedilia Divis,  
Perque dies juxta & noctes multesima turba  
Complento, & lepidis miscento seria ludis.  
Qua tibi si stabili sint omnia condita mente,  
Cuncta tuo Italia tellus, cunctique Latini  
Subdent colla jugo & victoris sceptrâ timebunt.*

Cum ludis secularibus multi confundunt *Taurios*, sed falluntur: sunt enim omnino diversi. *Pausanias* *Disconus* Festi abbreviator, *Taurii* appellabantur ludi in honorem Deorum inferorum facti. Instituti autem videntur hac de causa: Regnante *Superbo Tarquinio*, cum magna incidisset pestilentia in mulieres gravidas, quæ fuerat facta ex divendita populo carne taurorum, ob hoc *Diis inferis* instituti ludi & *Taurii* vocati sunt. *Sextus Pompejus*, uti à *Josepho Scaligero* editus est: *Taurii ludi* in Circo *Flaminio* fiebant, qui instituti *Diis inferis* ex hac causa sunt: *Tarquinio* regnante, cum gravis pestilentia in mulieres gravidas incidisset, foetus infecti sunt ex carnis putore taurorum immolatorum. Ob id *Taurii ludi* appellati sunt, & fiunt in Circo *Flaminio*, ne intra muros evocentur *Dii manes*. Contra eos ludos *Varro* ait vocari, quod discipulus pendens à doctore in er \* \* \* solitus sit impelli, atque usque eo cogi docere, quoad confisteret & virtute talorum constaret pedum firmitas: Hætenus *Festus*. Addidit autem *Scaliger*: Quod ludi *Taurii* in Circo *Flaminio* fierent, qui fuit extra portam *Carmentalem*, testis est *Varro* l. 4. de Latino sermone. Reliqua quæ ex opinione *Varronis* afferuntur, quin ita scripserit *Festus*, negari non potest. Apud nullum autem veterem Scriptorem id temere invenias. Apparet tamen *Varronem* ludos *Taurios* ab eo dictos sensisse, quod in corio *tauri* etiam id genus ludi fieret à *Ludimagistris* eo die, qui *ludi circenses*, qui dicti sunt *Taurii*, in Circo *Flaminio* fierent, aut quod scutica taurica discipulus impelleretur: idque explendum fuisse in ea lacuna, in qua causa nominis desiderari videtur. Hæc *Scaliger*. Atque tantum de præcipuis ludis iis, qui in honorem Deorum agebantur, à quibus non sunt separandi *votivi*: nam & ipsi cultus divini gratia celebrabantur. Itaque jam de iis dicemus.

## CAPUT XXII.

De ludis *Votivis*.

**V**otivi ludi erant, qui à Magistratibus ad bellum iturus *vovebantur*, post res feliciter gestas, & victoriam partam exhibendi. Atque hi introducebantur, aut *Sibyllinis* versibus, aut *Augurum* præceptionibus, aut promissis Imperatorum, vel ante bellum, vel confecto bello, atque hostibus devictis. Tales erant illi, quos *magnos* cognominarunt, quod *in honorem Jovis*, quem principem Deorum putabant, fierent: quorum multa mentio est tum apud alios, tum apud *Livium*, ut l. 22. in historia anni 1033. ubi scribit, auctore *Q. Fabio Maximo* Dictatore placandæ Deum iræ; & *victoria* de Carthaginensibus impetrandæ gratiâ, ex libris *Sibyllinis* *votos* fuisse ludos *magnos*, æris 600000. millibus triente: præterea bubus Jovi 600. multis aliis Divis *bubus albis*, atque cæteris hostiis, &c. Quomodo autem hi voverentur, ex eodem *Livio* cognoscitur, apud quem lib. 36. sic legimus: Certa deinde sorte Senatusconsultum factum est, quod populus Romanus eo tempore duellum jussisset cum Rege *Antiocho* esse, quique sub imperio ejus essent, ut ejus rei causa supplicationem imperarent Consules: utique *M. Acilius* Consul ludos *magnos* Jovi voveret, & dona ad omnia pulvinaria. Id votum in hæc verba, præeunte *Publ. Licinio Pontifice Maximo*, Consul nuncupavit. Si duellum quod cum *Antiocho* Rege fumi populus jussit, id ex sententia Senatus populique Romani confectum erit, tum tibi Jupiter populus Romanus ludos *magnos* dies decem continuos faciet, doneque ad omnia pulvinaria dabuntur de pecunia, quantam *Senatus* decreverit. Quisquis Magistratus eos ludos, quando, ubique faxit, hi ludi recte facti, donaque data recte sunt, &c. Vovebantur nonnunquam in quinquennium, cujus exempla sunt apud *Livium* multa. Libro vigesimo septimo scribit: *Senatus*, quo die primum est habitus, ludos *magnos* facere *Dictatorem* jussit, quos *M. Emilius* Prætor Urbis *C. Flaminius*, *Cn. Servilius* Consulibus fecerat, & in quinquennium voverat. Tum Dictator & ludos fecit, & in sequens lustrum vovit. Idem libro trigesimo: Ut placatis Diis omnia inciperent, agerentque decretum à Senatu, ut quos ludos *M. Claudio Marcello*, *T. Quinctio* Consulibus, *T. Manlius* Dictator, quasque hostias majores voverat, si per quinquennium illud Respublica eodem statu fuisset, eos Consules priusquam ad bellum proficiscerentur, facerent. Ludi in Circo per quadriduum facti: hostiæque, quibus votæ erant Diis, cæsæ. Hactenus *Titus Livius*. Pertinent huc etiam ludi *Victoria*, ludi *Quinquennales*, *Decennales*, *Vicennales*, de quibus breviter quædam dicemus.

Ludi *Victoria* à *L. Cornelio Sulla* instituti fuerunt, bello civili, *Asconio* & *Vellejo Paterculo* testibus, cujus verba in Calendario citavimus. Celebrabantur mense Octobri per dies quinque.

Fuerunt etiam alii *Victoria* ludi in memoriam victoriarum *C. Cæsaris*, *Augusti*, &c. peracti, de quibus in Calendario diximus.

*Quinquennales* ludi instituti sunt ab *Augusto* post devictum *Antonium*, & partam victoriam apud *Aetium promontorium*: unde etiam *Aetiaci* ludi nonnunquam appellantur, testis *Suetonius* in *Augusto*, cap. 18. his verbis: Quoque *Aetiacæ victoria* memoria celebrator in posterum esset, urbem *Nicopolim* apud *Aetium* condidit: ludosque illic *quinquennales* constituit: & ampliato veteri *Apollinis* templo, locum castrorum, quibus fuerat usus, exornatum navalibus spoliis, *Neptuno* ac *Marti* consecravit. *Dio* lib. 51. Eadem die *Cæsar Apollini*, qui apud *Aetium* colitur, trirremem, quadriremem, ac alia navium genera, usque ad decirem ex captis navibus consecravit, templum majus extruxit, ludos *musicos* & *gymnicos*, & cæramen equestre cum sacro *quinquennali* constituit, *Aetios* illos ludos dicens, urbemque eo loco, ubi castra habuerat, effecit, &c. De quibus ludis etiam *Strabo* lib. 7. loquitur. Neque vero hi ludi *Nicopoli* tantum, sed & *Romæ* fuerunt celebrati: sic enim *Dio* lib. 53. initio: Ludos propter *Aetiacam* victoriam decretos cum *Agrippa* exhibuit, & in iis equestre certamen per pueros & viros *patricios* peregit: iique deinceps ad nostram usque ætatem ludi quinto quoque anno facti sunt, eorumque curatio quatuor sacerdotum collegiis per ordinem incumbit, *Pontificibus* nimirum, *Auguribus*, *Septemviris* & *Quindecimviris*. *Gymnici* quoque ludi, stadio in campo *Martio* extructo ligneo, acti sunt; & munus gladiatorum depugnantis captivis exhibitum. Idem lib. 54. Tum *quinquennales* etiam ludi propter principium *Augusti* ab *Agrippa*: nam is quoque à collegio *Quindecimvirorum*, quibus per ordinem horum ludorum curatio incumberebat, cooptatus & inauguratus fuerat, inaugurati sunt, &c. Iidem ludi etiam hinc inde in provinciis, *Neapoli*, item & in *Judæa* *Cæsareæ* ab *Herode* instituti & celebrati sunt, teste *Egestippo* & aliis. Quin etiam reliquis post *Octavium Augustum* Imperatoribus & vivis & defunctis, ludi *quinquennales* celebrati sunt, quemadmodum ex *Ælio Spartiano*, & cæteris minorum gentium historicis cognoscere licet: unde etiam *Flaminum* *quinquennalium* origo, de quibus veteres inscriptiones testantur. *Quinquennale* quoque certamen *Romæ* instituit *Nero*, teste *Suetonio* in ipsius vita, cap. 12.

*Decennales* item ludi à *Cn. Octavio Augusto* sunt instituti, prætextu quodam ad Imperatoris titulum, monarchiæque potestatem retinendam sine invidia. Solebat enim decimo anno, constituto in hoc

ingenti spectaculo, ludorumque apparatu, imperium populo resignare: quod tamen illico, quasi rogaretur, recepit. Atque hinc ortum est, ut posteriores etiam Imperatores, quoties decimum imperii annum attigissent, *festum* celebrarent, & *ludos* cum maximo apparatu ederent. *Dio* lib. 53. Augusto, cum primum decennium exivisset, aliud quinquennium, atque eo circumacto, rursus aliud quinquennium post decennium, ac eo finito, aliud iterum decretum est, ita, ut continuatis decenniis per totam vitam summam imperii obtinuerit. Quam ob causam posteriores quoque Imperatores, etsi non ad certum tempus, sed per omne vitæ spatium iis imperium deferatur: tamen *singulis decenniis* festum pro ejus renovatione agunt, quod hodie etiam fit. Hæc *Dio*. Ita *Eusebius* scribit in historia Ecclesiastica, Constantinum Magnum *decennalia* celebrasse. Et *Trebellius Pollio* de Gallieno Imperatore: Interfectis sane militibus apud Byzantium, *Gallienus* quasi magnum aliquid gessisset, Romam cursu rapido convolvit: convocatisque patribus, *decennia* celebravit novo genere ludorum, nova specie pomparum, exquisito genere voluptatum. Jam primum inter togatos Patres & equestrem ordinem, *albato milites* & omni populo præeunte, servis etiam prope omnium, & mulieribus cum cereis facibus & lampadibus præcedentibus *Capitolium* petiit. Processerunt etiam altrinsecus centeni albi boves, cornibus auro jugatis, & dorsualibus sericis discoloribus præfulgentes. *Agnae candentes* ab utraque parte cc. præcesserunt, & x. elephanti, qui tunc erant Romæ, mille cc. gladiatores pompaliter ornati, cum *auratis vestibus* matronarum, mansuetæ feræ diversæ generis cc. ornatu quam maximo affectæ. *Carpenta* cum mimis, & omni genere histrionum: pugiles sacculis, non veritate pugilantes. *Cyclopeæ* etiam luserunt omnes *apenarii*, ita ut miranda quædam & stupenda monstraret. Omnes viæ ludis, strepituque & plausibus personabant. Ipse medius cum picta toga & tunica palmata inter Patres, ut diximus, omnibus *sacerdotibus prætextatis*, *Capitolium* petiit. Hastæ auratæ altrinsecus quingentæ, vexilla centena, & præter ea, quæ collegiorum erant, dracones & signa templorum, omniumque legionum ibant. Ibant præterea gentes simulatæ, ut *Gothi*, *Sarmata*, *Fransi*, *Persæ*: ita ut non minus quam duceni singulis globis ducerentur. Hæc *Trebellius*.

*Vicennalia*, sive *vicennales ludi* erant, qui xx. quoque imperii anno exhibebantur, quorum etiam *Eusebius* lib. 3. de vita Constantini Magni, & alii meminerunt.

Præter eos, de quibus hæcenus diximus, etiam *ludi triumphales* fuerunt, qui post insignes victorias celebrabantur. *Natalitii* qui in natalibus magnorum virorum edebantur, ut a. d. iv. Idus Julias, C. Julii Cæsaris *natalitii ludi* erant. A. d. ix. Kalend. Januarii Titi Cæsaris, iv. Kalendas Decembris Nervæ. A. d. iv. Kalend. Novemb. Hadriani. Kalend. Aprilibus Antonini. A. d. 111. Idus Aprilis Ælii Veri. A. d. xviii. Kalend. Decembris *Septimiani*. A. d. xiiii. Kalend. Januarii *Gordiani*. A. d. iv. Kalend. Februarii *Constantini Magni* & Junioris, de quibus *Ælius Spartianus*, *Lamprius*, *Capitolinus* & alii sæpe sic loquuntur.

*Juvenales ludi* fuerunt à Nerone primum instituti cum barbam deponeret. Hi cum privati primum essent, mox passim in eos data nomina à pluribus. Non nobilitas cuiquam, non ætas, haud æsti honores impedimento fuere, quin histrionis artem exercerent, usque ad gestus, modosque haud viriles: quibus *Æliam Catulam* fœminam nobilissimam, atque ditissimam, natam annos xxc. saltasse, ex *Dione* scribit *Xiphilinus*. Dicti igitur *Juvenales*, quod in eis velati rejuvenescerent: ut à quibus auspiciatus Nero, tandem etiam in theatro caneret: per domos enim tantum, atque hortos *Juvenales* agebantur. *Tacitus* lib. 15. *Suet.* in Nerone, cap. 11. & 22. Atque hoc est, quod eleganter scribit *Plinius* lib. 37. cap. 2. peculiari theatro Neronem in hortis primum cantasse & *Pompejano* prælusisse. Vide *Lævinum Torrentium* Commentariis in Suetonium.

Fuerunt & alii *juventutis*, quos *Salinator* Senensi prælio vovit, fortasse pro salute *juventutis*. De quibus *Cicero* in Bruto. C. Cornelio, Q. Minutio Consulibus, *ludis juventutis*, quos *Salinator* Senensi prælio voverat, *Livius* docuit fabulam.

*Miscelli ludi*, quorum apud *Suetonium* mentio extat, qui fuerint, dubium videri solet. *Lævinus Torrentius* Commentariis in Suetonii Caligulam, cap. 20. hæc scribit: *Varro* lib. 3. de Re Rustica columbarum quoddam genus *miscellum* vocat, quæ neque agrestes, neque domesticæ sint. Atque idem lib. 1. cap. 54. quemadmodum & *Cato* de Re Rustica, capite 6. *miscellas* appellat vites, quæ omni agro conveniunt. Quare *miscellos* quoque *ludos* vocari existimo, qui ad nullum certum genus ludorum scenicorum, sive argumentum, sive scenæ instrumenta & apparatus spectes, referri possint. *Wolfgangus Lazius* lib. 11. Commentariorum Reipublicæ Romanæ, capite 15. scribit: *Miscellaneos ludos* fuisse ex variis multiformibusque ludicis commixtos. Sed hæc de his quoque sufficiant. Jam, antequam de *funebribus* & reliquis *ludis*, qui exercitationis gratia fiebant, verba faciamus, *pompæ ludorum* videtur nobis esse explicanda. Hæc enim potissimum ad eos ludos, de quibus hæcenus diximus, pertinebat. Faciemus autem hoc capite sequenti, idque verbis *Dionysii Halicarnassæi*.

## CAPUT XXIII.

## De ludorum pompa.

Quæ pompa ludorum fuerit apud veteres, eleganter explicat *Dionysius Halicarnassensis* lib. 7. Itaque ipsummet de ea, & quidem Latine beneficio *Sigismundi Gelenii*, loquentem audiamus. Sic autem scribit: *Pompa ludorum*, sacraque habebant se hoc modo. Priusquam spectaculum committeretur, viri potestate ac dignitate præeminentes, *pompam* ducebant Diis à Capitolio per forum in Circum maximum, in qua primi erant eorum filii pubertati proximi, qui jam per ætatem interesse possent, equis inveci, quorum patres erant Romani equites, cæteri *pedites* in pedestrem accensiti militiam, distincti per aias & centurias, classiumque ordines, ac si ludum literarium peterent, ut appareret hospitibus futura juventutis urbana quam esset egregia forma & numero: hos sequebantur, *quadrigarii*, *bigarii*, singulariumque equorum agitadores: post quos athletæ graviorum leviorumque certaminum, nudi cætera, pudenda tantum tecti subligaribus campestribus: qui mos Romæ manet nostro quoque tempore: sicut olim fuit in Græcia, in qua nunc antiquatus est, orto à Lacedæmoniis initio. *Athletas* sequebantur saltatorum chori divisi trifariam, primo *virorum*, deinceps *imberbium*, postremo *puerorum*: post quos tibicines instantes antiqui moris breves tibias, quarum & nunc usus est, *citharistæ*que plectentes lyras septem fidium eburneas, & quæ vocantur, *barbita*, quibus jam uti Græcia desit, apud Romanos vero adhibentur omnibus antiquis ceremoniis. *Saltatorum* habitus erant tunicæ puniceæ baltheis æreis astrictæ, gladiis dependentibus, gestabantque breviores mediocribus lanceas: viri vero etiam æreas galeas cristis pinnatis insignes; quemque chorum præcedebat unus vir, qui præibat cæteris *saltationis* formulas, unus item militares ac concitatos præcinens modulos *rhythmis* plerumque *procelesmaticis*. Id genus exercitii apud Græcos olim cum primis erat celebre, *armata saltatio*, quæ vocatur *Pyrrhica*: sive id *Minervæ* inventum est, quæ post deletos Titanas, in lætitia victorali fertur prima saltasse armata, choreasque duxisse: sive prius etiam institutum à *Curætibis*, dum infantem Jovem mulcerent armorum sonitu, concinnisque gesticulationibus, ut habent fabulæ. Post armatos saltatores in *pompa* incedebant *satyri*, sicinuen referentes Græcanicam: habitus horum *Silenos* representantium erant hirsutæ tunicæ, quas quidam appellant *scortæas*, amicalaque conferta ex omni florum genere: alius item *satyrorum*, ex hircinis tergoribus campestris, setæque horrentes in vertice, aliaque his similia: hi ferias illas saltationes ridicule imitabantur, depravantes per ludibrium, quibus lusibus satyricis, salibusque jam inde à prisicis sæculis delectatos Romanos apparet è triumphis etiam. Permittitur enim victores deducentibus, jambos & diæteria jacere in *Imperatores* clarissimos, quemadmodum Athenis solebant *pompam* in plaustris ducentes scommatibus obvios impetere: nunc autem extemporalibus utuntur versiculis, quin & in illustrium virorum *funeribus pompis* inter alios feretrum præcedebant *saltatores satyrici*, maxime in divitum. *Lusus* autem *satyricos* & saltationes satyricas, nec Ligurum, nec Umbrorum, nec aliorum barbarorum Italiam habitantium fuisse inventum, si docere voluero, vereor ne molestus videar, laborans in evidente re demonstranda. Post hos choros transibat agmen *citharistarum* ac *tibicinum*: post quos alii gestantes acerras argenteas aureasque, tam sacras, quam publicas, suffitumque facientes. Extremum agmen claudebant *simulacrorum bajuli*, habentium, quales apud Græcos finguntur, effigies, eundemque habitum, eadem insignia munaeraque, quorum inventores & donatores traduntur, nec solum *Jovis*, *Junonis*, *Minervæ*, *Neptuni*, aliorumque, quos Græci inter 12. Deos numerant, sed antiquiorum etiam, quorum 12. illi sunt progenies, *Saturni*, *Opis*, *Themidis*, *Latona*, *Parcarum*, *Memoria*, *ad hæc Proserpine*, *Læcina*, *Nympharum*, *Musarum*, *Horarum*, *Gratiarum*, *Liberi*, *semideorumque*, quorum animæ post mortem inter coelites relatæ pari cum his honore coluntur, *Herculis*, *Æsculapii*, *Castorum*, *Helena*, *Panis*, & aliorum innumerorum. Peracta *pompa* confestim sacrificabant Consules, sacerdotes quibus fas erat, & *viſimarii*, idque more nostratum. Lotis enim manibus, & lustratis aqua pura victimis, molaque conspersis earum capitibus, votisque nuncupatis tum ministros eas mactare jubebant, quorum alii stantem etiam tum hostiam veste feriebant in tempora, alii cadentem cultris excipiebant, ac mox derepto tergo concidebant membratim, delibatasque ex singulis extis, aliisque membris primitias farre obvolutas in canistris offerebant sacrificantibus, qui aris impositas succendebant, & vinum affundebant in super. Post hæc *certamina* spectabantur. Primus erat *quadrigarum*, *bigarum*, singulariumque equorum cursus, sicut apud Græcos olim in *Olympiis*, & nunc quoque. In his æquestribus certaminibus duo quædam prisicorum instituta servantur à Romanis, hoc quoque sæculo: alterum *trigaviarum*, quod defecit in Græcia usitatum heroum temporibus, ut *Homerus* testatur describens eorum prælia: quo duobus equis bigarum in morem junctis, adjuungebatur tertius funalis loramentis adnexus, quem inde *παραπορ* Græci vocabant, alterum, quod apud paucos aliquot Græciæ populos durat ex antiquitate reliquum, *vetorum cursus*. Finito enim equorum certamine, viri, qui prius cum aurigis eodem curru vehebantur, quos Poëtæ *παρὰβάτας*, Athenienses apobatas nominant, desilientes in pedes cursu certant in stadio. Post equorum cursum athletæ inducebantur, *cursores*, *luctatores*, *pugiles*. Hæc enim tria genera certaminum

apud priscos Græcos erant, ut *Homerus* indicat in *Patrocli* funere. Cæterum medio inter certamina tempore bene de Republica merita coronabantur, voceque præconis celebrabantur, ex more Græcorum laudatissimo, sicut Athenis per *Liberalia* factitatum est: & ostendebantur spectatoribus relata ex hoste spolia. Hactenus *Dionysius*.

## AD CAP. X. PARALIPOMENA.

*Tapetes, Babylonica, aliaque scena & actorum ornamenta, peggata, peggates, crocus in peggatis, & scena, orchestra in qua saltabatur, aliaque loca in spectaculis.*

**I**N tragico theatro palatia Regum erigebantur, sed illa tapetibus pensilibus obducia, partim ut scena magnificentius ornaretur, partim ut regiarum ædium species vera exhiberetur, quæ etiam heroicis temporibus tapetibus infestis solebant, cujus rei apud *Homerum* passim exempla, & ex illo Critici discussierunt. *Ausonius* *Edyllo* 4. supra adductus, *Aulæque Regum*, pro tragico ornatu scena dixit. Ad hunc riuum alludunt auctores, *Heliodor.* *Emesenus* lib. 6. hist. *Ethiop.* *Ἐξέφρον τὰ πλάκα κρητῆρας, τελεπταε, παρατεροματα, Σιδωνιον ἔργα χερσῶν καὶ Τυρίων, τ' ἀλλὰ οἱς δέονται ὑπερτιυτα.* Efferebant mensas, pocula, tapetes, aulæ, *Sidoniarum* numerum & *Tyriarum* opera, & alia quorum in instruendo convivio usus est. Primus usus ut pedibus subtererentur, unde tapeta, quasi *tapedia* dicuntur. *Iliodor.* lib. 19. cap. 26. postea & lecticis cubitoriis inferebantur. *Jul. Pollux* lib. 6. cap. 1. de symposio, *ambipapedia, & papedia* in ornatu convivantium reponit; hæc utrinque villosa, ista ab una tantum parte. *Quæ* Curt. lib. 7. *Quam* post autem, *quæ lectis obduceret, staret Rex.* *Hyperides* in *Patroclo* apud *Julium Pollucem* lib. 4. cap. 19. cujus hæc sunt:

*Οἱ δὲ ἐν τῇ ἀρχῶντες ἐστῆσαντο ἐν τῇ σοῶ  
Πεπρωξέμενοι τὴ μίση τῆς αὐλαίας.  
Novem principes convocabantur in stoa,  
Circumsepti alterutram partem aulæ.*

P. *Virgil.* lib. 1. *Æneid.*

*Aulæis jam se Regina superbis  
Aurea composuit sponda.*

*Virgil.* lib. 9. *Æneid.*

*Qui forte tapetibus aliis  
Extructus, toto prostrabat pectore somnum.*

M. *Varro* in *Hercule Socratico*:

*In omnibus rebus bonis quotidianis  
Cubo in Sardinianis tapetibus.*

Stat. *Papin.* lib. 5. *Thebaid.* v. 207.

*Eructum ramis, altaque in mole tapetum,  
Efflantem somno crescentia vira.*

Er in quocunque lautioris convivii apparatu, parietes totos imgebant. De *Adrasti* magnificis epulis, quibus *Polynicem* & *Tydeum* accepit, idem *Statius* lib. 1. *Thebaid.* v. 518.

*Pars ostro tenues, atroque sonantes  
Emunire thoros, altosque inferre tapetas,  
ne disponere mensas.*

Ad eum sensum *Bacchylides Lyricus* apud *Athenæum* l. 11. *Diphosoph.* cap. 1. *Οὐ βούλ' ἀρῆσι σαίμαλ', ἔτε χρυσός, ἔτε πορφύρι, τὰ πικταί, ἀλλὰ θυμὸς ἐμμένῃς, μὴ δ' ἐτι γλυκῆα.* Non adsunt tamen corpora, neque aurum, neque purpurei tapetes, sed nimis benevolus, *Musique* *Antisthenes*. *Cotipp.* ad spectacula scenica eos adhibitos insinuat *Byzantii*; ita enim de circensibus lib. 2. num. 8. *Justinus*, inquit, *Augustus*.

*Auratum scandens solium, sedemque paternam,  
Consuetam plumis, pulchrisque tapetibus altam.*

Et lib. 4. num. 2. ad domesticos mores reduxit:  
*Hæc prius, in mediis quam sol procederet aula,  
Auratis gradibus sacrisque tapetibus altam  
Conscendit.*

Et quia in *Assyria* præcipuus honor, primaque fere peristromatum hujusmodi inventio, fit idcirco ut *Babylonica*

vocentur. *C. Plin.* lib. 8. cap. 43. *Colores diversos pictura intexere Babylon maxime celebravit & nomen imposuit.* Et post ibidem loci. *Metellus Scipio* triclinaria *Babylonica* sesterium ollingentis millibus venisse jam tunc, posuit in *Capitoni* criminibus, quæ *Neroni* principi quadragesis sesterio nuper steteret. *M. Acc.* *Plaut.* in *Sicho* sc. *quisnam obsecro.*

*Tum Babylonica peristromata, consuetaque tapetia  
Advenit minimum bone rei.*

M. *Marzial.* lib. 8. epigr. 29.

*Non ego præulerim Babylonica picta superba  
Texta, Semiramita quæ variantur alic.*

Melius quam in antiquo codice:

*Non ego præulerim Babylonica picta superba  
Texta.*

T. *Lucret.* *Carus* lib. 4. de *Retum Natura*:

*Somno devincti credunt extollere vestem,  
Totius hinc morem siccantur et corpore fundant,  
Tunc Babylonica magnifico splendore rigantur.*

His intexebantur effigies diversicolores. *Glossarium* vetus

*πελόχυστος*, id est, regis filii vestiatoribus contexta, sive *Babylonicum*. *Plinius* loco citato; *Aurum intexere in eadem Asia* invenit *Attalus Rex*. Idemque in vestibus observatum docebitur infra hoc opere, ubi de *roga picta* agitur. Effigies istæ, quæ acu intexebantur, animalia referebant horrendæ cujusdam & prodigiosæ naturæ, interdum & veteres historici adumbrabant, heroës ipsi in iis depictos, docuit *Ægidius Mafertus* ad lib. 1. *Valerii Flacci*:

*Acclinisq; tapetis*

*In mediis cubo condit caput Hippasus aureo.*

Male antea & corrupte:

*Acclinisq; tapetis.*

Quo refero locum illum *Claudiani* è libro primo in *Eutropium*, à nemine intellectum hactenus, nedom explicatum. Ita enim ille:

Videbo

*Jam cochleis homines junctos, & quicquid inane  
Nutrit, Inducis quæ pingitur India velis.*

Sensus est, si usque adeo incredibilia fingere licet, & vilissimum mancipium *Eutropium* ad fastigium consularis eventum credimus, facile mihi persuadebo vivere, & in rerum natura esse ea animalia, quæ in peristromatis suis, animi oblectandi gratia intexerunt, tanquam in *India* nata, sive in longinquis inmaxime gentibus, & veluti à cognitione nostra semotis. Ita censuit vir in *Græcis* Latinisque literatissimus, *Nicolaus Sevinius*, qui in publico docendi munere mihi non ita pridem deceffior. Hujusmodi autem ignotas belluas picturæ *Babyloniorum* intexi solitas, aut vestium aliarum, auctor est *L. Apulejus* lib. 11. *Milefiar.* *Ex humeris* *despentebat* *pone tergum, talorum* *tenus, pretiosus chlamyda,* quæ quæ tamen viseres colore vario circumnotatis insignitis animalibus, hinc *dracones* *Indici,* inde *gryphes* *Hyperboræ.* Docet nomen ipsam, nam *ζαυτά,* quasi *belluata* dicas, appellantur, à belluis intextis. *M. Piaz.* *Pseudolo,* sc. *exite.*

Ut ne peristromata quidem æque picta sint *Campanica,* Neque *Alexandrina* belluata *onchylita* tapetia.

Et recte *Inducis velis,* id est, peristromatis, pingitur. Nam

textura illa vere pictura dici potest. *P. Virgil.* l. 9. *Æneid.*

*Armæque, craterasque simul, pulchrosque tapetas.*

In *MS. Nicolai Erythræi* IC. legebatur:

*Armæque, craterasque simul, pictosque tapetas,  
Vela, perinsume, sic enim appellabantur tapetes privatarum domuum.*

*Ulpian.* IC. l. 12. ff. de *instic. leg. Voluptatis gratia sunt spectantia & vela.* *Sidon.* *Apollinar.* lib. 1. epist. 2. *Theodorici* Regis limina inclusa velis, exclusis cancellis. Et dum principes viri aut optimates clientes suos admittere volebant, ad

con-

consueta salutandi munia obeunda, velo dimoto ille prodibat, aut hi subibant. *Æl. Lamprid. in Severo: Salutaretur quasi unus de senatoribus, patente velo, admissionalibus remotis, aut solis iis, qui ministri ad fores fuerant, cum antea salutare principem non liceret, quod eos videre non poterat.* Coripp. *Africa.* lib. 3. num. 6.

*Mira pavimento stratisque tapetibus ampla  
Planities, longoque scællia compta tenore  
Clara superpositis ornabant atria velis.  
Vela tegunt postes.*

Et ejusdem libri num. 7.

*Verum ut contracto patuerunt intima velo  
Ostia, & aurati micuerunt atria tecti.*

D. Juven. sat. 9. ciratus suppresso nomine à Joanne Saresberienfi lib. 3. Policratici cap. 12.

*Vela tegunt rimas, juxta ostia*

Et de nuptiali solemnitate. Idem sat. 6.

*Pendentia linguit*

*Vela domus, & adhuc virides in limine ramos.*

Ad alia scenæ ornamenta jam pergo. Extruebant & *pegmata*, (à *πηγμω*, compingo.) Id est, machinam quandam ludicram e struce diversiformi lignorum compactam, tanta altitudine, ut ad certium quantumque nidum fere conignationem, sive stationem fabrica exurgeret. Interpres Dionis in Adriano, *surgentia spectacula & peggata* effere dixit. Conjunctum nonnulli automata & *pegmata* idem esse. Philander in M. Viruvii lib. 9. cap. 7. sed falso, ut infra. Eam gladiatores ascendebant, & immissa deinde flamma totam machinam consumebant, ut illi per incendium evaderet atque eniti cogerentur. Joseph. de bello Judaico lib. 7. cap. 1. meminit Fl. Vopiscus in Carino: *Exhibuit peggata etiam, cujus flammis scena constiterat, quam Diocletianus postea magnificentiorum reddidit.* M. Tull. ad Atticum l. 4. epist. 8. *Nihil venisius quam illa tua peggata.* C. Sueton. in Claudio cap. 34. *Si aut aurtuatos, vel peggata, vel tale quid aliud parum cessisset.* L. Seneca epist. 88. *His annumeres licet machinatores, qui peggata ex se surgentia exogitant, & tabulata tacita in sublime crescentia, & alias ex inopinato varietates, aut desiccantibus, que coherant, aut que dissolant, sua sponte coherentibus, aut his que eminebant, paulatim in se resistentibus.* Auro addito ditabatur hæc moles, sive bracteis. Plin. lib. 33. cap. 3. *L. Marana & Cajus princeps in Circo peggata duxit, in quo fere argenti pondo centum viginti quatuor.* Mart. lib. 8. epist. 33.

*Hæc fuerat nuper nebula tibi peggata perunctum,  
Pallida quam rubri diluit munda croci.*

Successa deinde struce, librabant se per medios ignes, populo oblectamentum allaturi peraristæ. De incendio cultissime Cl. Claudian. de Consul. Manlii Theodori:

*Mobile ponderibus descendat peggata redullis,  
Inque chori speciem surgentes ardua flammis  
Scena rotet, varios effingat Muliber orbes,  
Per tabulas impune vagus, pilleaque citato  
Ludant igne trabes, & non permessa vagari  
Fida per innocuas errent incendia terras.*

De saltu petaristarum per flammam, accenso *pegmate*, M. Manli. lib. 5. Astronomic.

*Membraque per flammam, orbisque emissa flagrantem  
Delphinumque suo per inane imitantia motu,  
Et viduata volant pennis, & in ære ludunt.*

Totam fabricam non male describit Aurel. Prudentias in Romano Martyre:

*Tabulis superne strata texunt pulpita,  
Rimosa vari peggatis compagibus,  
Stendant subinde vel terebrant aream,  
Crebroque lignum perforant acuminis  
Patent minutis ut frequens hiatis.*

D. Juvenal. sat. 4. v. 122.

*Pugnæ Cilicis laudabit, & alias,*

*Et peggata, & pueros inde ad velula raptos.*

Neque modo in Circo aut amphitheatro *pegmata* ista erecta, sed & in publicis viis. Martialis Spectaculor. epigr. 2.

*Et crescent media peggata celsa via.*

Et in privatis ædibus: non quidem in infans lascivientium convivorum luxus; nam in tricliniis illa, aut coenaculis, cum *pegmata* hæc in domorum essent atris, ut puto, sustinendis majorum imaginibus, aut gentilitio stemmate. Turnebus lib. 8. Adversar. cap. 9. *Ornamenta valvarum foribus suffixa intelligit.* Ulpian. IC. l. 12. ff. de Instrum. leg. *Specularia quoque affixa magis domus esse puto, quam partem: nam in emptione domus & specularia & peggata cedere, sive in ædificis sunt posita, sive ad tempus detracta.* D. Auson. ep. 25.

*Ceris inurens januarum limina,  
Et atriorum peggata.*

*Peggata* à *pegmatum* structioibus, seu à ludis, quos edebant, nomen acceperunt, quo vocabulo non minus artifices ipsi, quam gladiatores continentur; hi quidem Aristoteli lib. de Mundo *μηχανητοι* appellatur, vertit Apulejus, *machinarum fabricatores*, & *pegmata* ipsum est *consistili machina* ci lib. 5. Milefiar. Petr. Colvius ibidem. Istiti memorantur à C. Suetonio in Calig. cap. 26. sed corrupto: *Rabidis feris vilissimos senio confectos, gladiatores quoque peggates, patres familiarum notos, sed insignes debilitate aliqua corporis subibat.* Lege gladiatores quoque *pegmates*. Denique & croco, non modo bracteis aureis argenteisque decorabatur *pegma*. Mart. proxime supra allatus, & inter multa alia crocus in theatralibus admittitur. *Æl. Spart. Hadr. in honorem Trajani balsama & crocum per gradus theatri suere jussit.* Vino admiscebatur, ut sic dilutum facilius in spectatores spargi posset. C. Plin. lib. 21. cap. 6. *Sed vino mire congruit, præ ipse dulci, trinum ad theatra replenda.* Theophrastus lib. de odoribus à Jacobo Dalecampio citatus videatur: *Cum stomacho L. Seneca epist. 90. sapientiorum putas qui invenit, quemadmodum in immensam altitudinem crocum lateentibus fistulis exprimat, qui crispis aquarum subito impactu exsiccat, aut replet.* Ibid. lib. 2. Nat. question. cap. 9. *Aqua autem sine spiritu, quemadmodum posset intecadi? nunquid dubitas, quin sparsio illa, que ex fundamentis medicæ arenæ crescens, in summam altitudinem amphitheatri pervenit, cum intentione aqua fiat?* Aludrit & L. Apul. lib. 10. Atini. *De summo montis acuminis, per quamdam latentem fistulam, in excelsum prorumpit munda croco diluta, sparsioque defluens, pascentes circa capellas, odor perluit imbre.* Sed actum ago, dum retexo ea que à tot viris doctis observata in hoc ipsum J. Lipsius lib. de Amphith. cap. 16. Theodor. Marcellius ad Martialis spectacula, epigr. 3. J. Brodæus lib. 5. Miscellaneor. cap. 6. P. Colvius ad laudatum Apuleji locum & alii consulantur. Poëta eadem P. Ovid. lib. 1. de Arte amandi:

*Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.*

Sext. Aurel. Propert. lib. 4. eleg. 1.

*Pulpita solemnem non oluere crocos.*

M. Martialis libro laudato & epigrammate:

*Et Cilicis nimbis hic maduere suis.*

Et lib. 5. epigr. 26.

*Hoc rogo non melius, quam rubro pulpita nimbo*

*Spargere, & effuso permaduisse croco.*

Et lib. 9. epigr. 39.

*Lubrica Corycio quamvis sint pulpita nimbo.*

T. Lucret. lib. 2. de Nat. rer. ut & alii prins citati, causantur hujas ritus ad odoris fragrantisque suavitatem refert.

*Nec simili penetrare potes primordia forma,*

*In naves hominum cum tetra cadavera torreat,*

*Et cum scena croco Cilicis perfusa recens est,*

*Araque Panthæos exhalat propter odores.*

Saltabatur in scena, ut supra à me expositum, ubi de histrionibus & mimis actum: sed discrimen est inter saltationem mimicam & gladiatoriam, que & Pyrrhica appellata, ut alius jam præoccupatum. Neque minus est diffidium de loco, in quo saltabant quidam in scena, alii in orchestra, eam à gesticatorio saltu vocitatum volunt, *ὄρχηστρα* enim est saltus. Isidor. lib. 18. Origin. cap. 44. *Orchestra pulpitis erat scena, ubi saltator agere posset, aut duo inter se disputare, ibi enim poëta, comadi & tragædi ad certamen descendebant, isque cauentibus, alii gestus edebant.* Concors huic vetus Scholiast. D. Juvenal. sat. 3. v. 178: *Orchestra spatium, in quo saltat pantomimus, vel qui in orchestra*

procedit, aut spectatur. Idem ad v. 47. sat. 7. Orchestra spatium in theatro dicitur . . . qui pantomimo saltanti vacat. Nec ab hac sententia videtur recedere M. Varro citatus à Nonio cap. 2. num. 743. in Triodite, sive Triodite. sive Trifolite, sive Trifolio, vel denique Trifolio. Sic enim variant scripturæ, sed parum refert.

Præquam in orchestra pitheales inflet tibias,  
Domi sua ramices rampis.

Contra alii non pantomimorum saltibus orchestram dedicant, sed senatorum volunt subfelliis. M. Pullio Vitruvius lib. 5. Architect. cap. 6. Ex his trigonis, cujus latus fuerit proximum scene, ea regione, qua prævidit curvaturam circumtionis, ibi finitur scena frons, & ab eo loco per centrum parallelus linea ducatur, qua disjungat presenitium pulpitum, & orchestra regionem: ita latius factum fuerit pulpitum, quam Græcorum, quod omnes artifices in scenam dant operam. In orchestra autem senatorum sunt sedibus loca designata & ejus pulpiti altitudo, sive nisi pedum quinque, nisi qui in orchestra sederint, spectare possint omnium agentium gestus. C. Sueton. Cæsare cap. 76. Prænomen Imperatoris, cognomen patris patriæ, statum inter Reges, suggestum in orchestra. Et in Augusto cap. 35. Servavit senatoribus etiam excusantibus insigne vestis & spectandi in orchestra, publicæque epulandi jus. Idem Nectone cap. 12. Deinde in orchestra senatorumque descendit. Juvenal. sat. 3.

Æquales habitus illic, similemque videbis  
Orchestra & populum.

Id est, optimates & plebem. Et sat. 7. v. 47.

Quæque reportandis posita est orchestra cathedris.

Ut senatoribus, ita & aliis in spectaculo hujusmodi discretæ separataque loca: sicut in principio promiscue spectari cum plebe Senatorum, nullo habito discrimine, juvenandæ concordia, fovendæque libertatis gratia, quod usque ad annum Urbis condita quingentesimum octavum durasse ostendi supra lib. 1. cap. 15. hoc opere: quod repetere inde. Nunc de alio more sedibus agam, si addidero unum è Valerio Maximo locum lib. 4. cap. 5. tit. 1. A condita Urbe usque ad Africanum & Tiberinum Longum coff. promiscuus senatori & populo spectandorum ludorum locus erat. Suetonius videtur contradicere in Claudio cap. 21. qui locus consulatur.

Ac primum fenes in balentio sedebant, juvenes ex epheticis spectabant. Cæli Rhodigin. lib. 8. antiq. lect. cap. 8. Jul. Poll. lib. 4. Onomast. cap. 19. Ἐπαλειτο δὲ τὴν καὶ βαλεντικὴν μίσην τῶν βουλευτῶν, καὶ ἐφῆτικῶν. Dicebatur etiam pars quadam theatri balenticum & epheticum. Non est sane dubium, quin Rhodiginus ex eo hac mutatus sit, ut multa alia, qua superspresso nomine in exquisitissimas suas lectiones inseruit.

Virginitibus Vestalibus suis à reliquorum spectantium cœtu discretus erat locus. Sueton. Augusto cap. 44. Solis virginibus Vestalibus locum in theatro separatim & contra pratoris tribunal dedit. C. Tacit. lib. 4. Annal. Augusta sedes inter Vestalium consideret.

Imperatores aut Consules è podio. Ael. Spartian. in Severo: De circensium, cunctis Victoria, more solito, essent locata gypsea cum palmis, media, qua ipsius nomine adscriptum orbem palmis tenebat, vento illa de podio stans decidit. M. Vitruv. lib. 5. cap. 7. Scene longitudo ad orchestra diametron duplex fieri debet: podium altitudo à libramento pulpiti cum corona & lyxi duodecima orchestra diametri. Sueton. Nerone cap. 12. Nam per thro præsidere, cæterum accubans primum parvis foraminibus, deinde toto podio ad aperto spectare consueverat. C. Plin. 1. 37. cap. 3. tanta copia invecita, ut retia arceendis fetis podium protegentis succinis notarentur.

Sidon. Apollinar. carm. 23. v. 368.

Totas ad podium ferens habenas  
Curru prætereat intus adlo.

Metellus antiquus poeta, in Quirinalibus:

Terna lax & nox podium tenebat.

Juvenal. 2. ad finem.

Et Catuli, Paulique minoribus, & Fabii, &  
Omnibus ad podium spectantibus.

Aurel. Prudent. lib. 2. in Symmach.

At quoniam pedis melioris in parte sedentes  
Spectant æratam faciem.

Corippus Africanus sedem hanc Principum intellexit l. 2. n. 8. de circensibus celebrante Just. Aug.

Intentos oculos ad sedem vulgus herilem  
Exultit adsurgens.

Et post de eodem: Circum ingresso.

Auratum scandens solium, sedemque paternam.

Ubi herilis sedes barbare satis pro imperatorio podio usurpatur, ut ab eodem lib. 4. num. ult.

Adstabat Narses, sedemque ornabat herilem.

Denique equites discretis à Senatu & plebe ordinibus spectare, consueverat, in quatuordecim illis subfelliis; idque lege, ut videtur, theatri, cuius primus auctor (secundum nonnullorum opinionem, licet ante illos id ipsum lege fuerat à L. Roscio præcaunum) Julius Cæsar, aut Augustus; nam Juliam appellat C. Plin. 1. 33. cap. 2. Hac de causâ constitutum, ne cui id jus esset, nisi cui ingenio ipsi patri avoque paterno seferentia quadringenta census fuisset, ex lege Julia theatri, in quatuordecim ordinibus jus sedendi. Sed postea eandem legem renovatam reperio, sive verius retentam sub Nerone; sic enim C. Petronius in Satyricæ pag. 95. Arena aliquas accendit, aut perfusus pulvere multo, aut histrio ostentatione scena traductus, ex hac nota domina est mea, usque ab orchestra (Senatorum subfelliis) quatuordecim (equitum sedilia) transfiliis, & in extrema plebe quærit quod diligit. Vet. Scholiast. Juven. ad v. 324. sat. 14. Bis septem ordinibus, id est, gradibus equitum Romanorum. Primus, inquam, hujus distinctionis auctor est L. Roscius O. ho. L. Flor. Epitomastes in T. Livii lib. 99. L. Roscius Tribunus plebis legem tulit, ut equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus proximi assignarentur. Tribunus ille dicitur. Plutarch. in Cicer. Μαρκος Ὀβριος ἑρατῆρῆνι veteritur ab Hermanno Cruserio, M. Otho prator, sed male. M. Tull. Orat. pro Murena. L. Otho vir fortis, meus necessarius, equitibus ordini restituit non solum dignitatem, sed etiam voluntatem. Itaque hæc lex, qua ad ludos pertinet, est omnium gratissima, quod honestissimo ordini cum splendore fructus quoque jucunditatis est restitutus. Sed quomodo restitutus fructus jucunditatis suspicor sane alium ante illum eadem hæc lege sanxisset; nam cur diceret Cicero dignitatem cum voluptate Roscium equitibus restituisse, si antea nulla fuerit dignitas? atque ut id facilius credam, inducor loco C. Velleji Paternuli lib. 2. histor. cap. 52. Cotta judicandi minus quod Cajus Gracchus, erectum senatori, ad equites, Sulla ab illis ad senatum transfulerant, equaliter inter utrumque ordinem partitius est, & Otho Roscius lege sua equitibus in theatro loca restituit. Sed locum suspicium habet Albert. Burerius, & Ald. Manutius, cui lectioem sinceram debemus ex Puteani codice; antea enim pessime legabatur: Horatius lege sua in theatro equitibus loca restituit. Denique J. Lipsius & Jac. Schægkius reponendum censuerunt, equitibus in theatro loca instituit. Atque is consensus Scriporum pæne uniformis est, a Roscio hanc legem primum promulgatam. C. Plin. 1. 7. cap. 30. Te suadente, Roscio, theatri auctor est legis) ignoverunt, notat usque se discrimine sedis, æquo omnino interunt, Tulit autem eam L. Otho Anno Urbis condita 686. ut observatum est ab Antonio Augustino. Huiusmodi. epod. od. 4.

Sedilibusque magnus in primis eques  
Othone contempto sedet.

Et lib. 1. epist. 1.

Roscia, dic sedes, melior, lex, an puerorum  
Nenia.

Allufit M. Martialis lib. 2. epig. 29.

Ruse, videt illum subfelliis prima terentem,  
Cujus & hinc lucet sardonichata manus.


Jucundius lib. 5. epig. 28.

Iugenum, studiumque tibi, moresque, genusque  
Sunt equitis, satior, cætera plebis habes.

Bis septena tibi non sunt subfelliis tanti,  
Ut sedes tiso pallidus Oreamo.







D. Juvenal. sat. 14. in fine:

Ergo aliquid nostris de moribus, effice summam

Bis septem ordinibus, quam lex dignatæ Othonis.

Itaque equites, quibus præscriptus cœsus lege Roscia deerat, non habebant jus in quatuordecim gradibus tendendi. M. Tull. Philip. 2. Illud tamen audacia tua, quod sedisti in quatuordecim ordinibus, cum esset lege Roscia decessoribus certus locus constitutus, quamvis quis fortune vitio non suo decœxisset. Erant autem hi quatuordecim gradus orchestrae continui, ut ordo equester, qui secundum in civitate locum obtinebat, senatoribus proxime succederet. D. Aufon. ludo Sapiennum. in Cleobulo 16.

Interpretare tu, qui orchestra proximus,

Gradibus propinquis in quatuordecim sedes.

Dicuntur & absolute quatuordecim sine ulla adjectione. L. Seneca lib. 3. de Benefic. cap. 9. Beneficium vocas, dedisse potentis populi civitatem, in quatuordecim gradus deduxisse & defendisse capitis rem. Joannes Opsopæus, quæ gradus glossema putat, ideoque expungendum. Idem Seneca epist. 44. At nehercule multi quatuordecim sunt classi. Macrobi. lib. 2. cap. 3. Cum Laberius in fine ludorum annulo aureo honoratus à C. Cesare, i vestigio in quatuordecim ad spectandam transit, violato ordine, & cum detrectatus est eques Romanus, & cum minus remissus, ais Cicero prætererunt. C. Sueton. in Augusto cap. 40. Cum autem plerique equitum attrito belli civilibus patrimonio, spectare ludos & quatuordecim non auderent, metu pœne theatralis, pronuntiavit, non teneri ea, quibus ipsis parentibusve equester census unquam fuisset. Addendus Petronii proxime supra citati locus. Fe. Modius Novantiquar. lectio. epist. 29.

Quod ut verum esse concedam, interdum nihilominus addebanur vel gradus, vel ordines, vel subsellia, vel scamna, vel quippiam simile, patet ex auctoritatibus antea à me allatis, & præterea ex Suetonio in Augusto cap. 14. Cum spectaculo Indorum gregarium militem in quatuordecim ordinibus sedentem excitari per apparitorum iussisset, rumore ab obtrectatoribus dilato, quasi eundem mori distructum necasset, minimum absuit, quin

periret concursu & indignatione turbae militaris. Cotrigendus est idem Scriptor, foedissima labe asperlus in Julio cap. 39. Ludis Decimus Laberius eques Romanus mimum snum egit, donatusque est quingentis sestertiis & annulo aureo, sessum in quatuordecim scena solium per orchestra transit. Primum nescio in quem sensum sufficiat solium, iraque eom modissime legi poterit: Sessum in quatuordecim scamna per orchestra transit. Vetus Scholiastes Juvenal. ad v. 3. sat. 5. Quare per ludos, . . . qui tibi primus quatuordecim ordinibus sedit, hæc à populo in eum dicta sunt:

Aliud scriptum habet Sarmentus, aliud populus voluerat.

Digna dignis: sic Sarmentus crassas habeat compedes.

Neque prætermissum quatuordecim istos gradus, equestris, dictos. Petronius in Satyrico: Viderint matrona, qua statorum vestigia osculantur, ego, etiamsi ancilla sum, nunquam tamen nisi in equestribus sedeo. L. Seneca lib. 7. de Benefic. cap. 12. Deinde pluribus modis communia sunt, equestris omnium equitum Romanorum sunt, in illis tamen locus meus sit proprius, quem occupavi.

Denique ne hæc de sedilibus equestris ordinis sen Roscia interiret, effecit Domitianus, qui eam veluti fugitivam retraxit, & novo edicto sanxit, quod miros tacuisse historicos.

M. Martial. lib. 5. epigr. 8.

Edictum domini, deique nostri,

Quo subsellia certiora sunt,

Et puros eques ordines recepit,

Laudabat modo Phasis in teatro.

De cavea, arena, oppido, cathedris multis, partim nota sunt omnia, nec ullis egent operis, partim infra expeditam, ubi de matronarum ornatu dissetur, & reperti ex Criticis passim non difficulter possunt, quæque inde sumenda non exscribo.

De ludis hæc sequentibus usque ad caput 24. hujus libri, dixi supra lib. 2. ubi de dno sigillatim actum est, quibus isti voti erant ludi, & ab aliis nullo negotio peti possunt, ideoque ad alia perendum.

#### C A P U T XXIV.

### De ludis funebris & gladiatoris.

**D**iximus de iis ludis, qui in Deorum honorem fierent, itemque de votivis: sequitur jam, ut de funebris etiam quædam afferamus. Funebrum origo longe est vetustissima, quippe Æneas ad Pallantis, Achilles ante eum ad Patrocli rogam mactavit inferias cum ludis, unde etiam gladiatorum mos, sine dubio, est ortus. Nam quom primum captos ex hostibus jugularent, vitantes foedi spectaculi crudelitatem, captivos inter se commiserunt, ut penes eosdem esset & facinus & supplicium. Quibusque fors & virtus dedisset, superessent: alii placarent manes puris manibus parentantium. A Græcis hic mos ad Romanos propagatus est, à quibus hi ludi munera dicebantur. Sic Tertullianus libro singulari de spectaculis, capite de munere: Munus, inquit, dictum est ab officio: quoniam officium etiam muneris nomen est. Officium autem mortuis hoc spectaculo facere se veteres arbitrabantur, posteaquam illud humaniore atrocitate temperaverunt. Nam olim, quoniam animas defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat, captivos, vel malo ingenio servos mercati in exequiis immolabant. Postea placuit impietatem voluptate adumbrare. Itaque quos paraverant armis, quibus tunc & qualiter poterant eruditos, tantum ut occidi discerent; mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant: ita mortem homicidii consolabantur. Hæc muneris origo. Sed paulatim proveci ad tantam gratiam, ad quantum & crudelitatem. Quia ferrum voluptati satis non faciebat, nisi & feris humana corpora dissiparentur. Hactenus Tertullianus. Primus Romanorum Junius Brutus dicitur in defuncti patris honorem dedisse Romæ gladiatores. Alii Appium Claudium & M. Fulvium Consules, an id verum sit, dubium est. Tunc enim primum fuere fontes objecti feris in arena, tanta immanitate, ut ab eo horrore matronæ publico edicto summoæ sint. Dabantur & à publicis magistratibus & à privatis personis, & cum certaminibus, & cum fabulis. In patrii funeris apparatu arenam inspersisse tradunt C. Cesarem, cum Ædilis esset: qui postea dictator fuit. Claudius princeps ex arbitrariis statos fecit ludos funebres, quos Ædiles ederent: ex pecunia publica de Quæstoribus, quos gladiatoris appellavit. Verum postea illorum pertæsus, immanitatem sustulit. Privatis tamen consuetudinis mansit jus. Cæterum cum ea profusione ad inopiam multi redacti essent, jam antea sub Tiberio SC. factum fuerat, ut nemini id liceret; qui minus quadringentis millibus in censu haberet. Nam & emptis opus erat, & educatis: productis quoque in arenam alii

cadebant, alii petente populo manu mittebantur. *Gladiatorum* quoque *magistri* non sine magno pretio, qui docerent eos, conducebantur, hos *lanistas* appellabant. Tandem à *Theodorico* Gothorum Rege univèrsus usus sublatus est. Quid enim immanius, quam vitam dare hominibus, ut eam ipsi mutis cædibus ab se auferant? Nefas erat cum gemitu vulnus accipere: iustos ferrum jugulo non accipere, sanguinem suum eodem, quo hostilem, animo inspicere. Proposita paria *lanista* indicabat quanti: jugulatorum pretia non accipiebat: Cum hastis ac rudibus prodibant. Erat *rudis* baculus gladiatorius, quo prima pugnae rudimenta meditabantur, unde & nomen. Ea manumissi propter fortitudinem simul cum libertate donabantur: propterea quod sine cruore deinceps essent acturi vitam. Certaminis initio, postquam inter se *rudibus* batuissent, ferro nudi transfigebant. Fessis aut victis alia manus substituebatur. Unde *Martialis*: *Hermes* suppositivus sibi ipsi. Cum indefessus esset, atque invictus, sibi ipse succedebat. Ludibrium infelicitatis humanæ *Nero*, cccc. senatores, loc. equites ad eam operam exhibuit. Alterum orbis monstrum *Domitianus* etiam fœminarum pugnas noctu edidit. Qui *funebres* curarent *ludos*, *designatores* dictos autumant. Apud *Horatium* pro eo, qui præest funeri, interpretantur: Hæc de *ludis funebribus* *Julius Cæsar* *Scaliger* lib. 1. Poëtices, capite treagesimo quinto. Quædam etiam habet *Alexander ab Alexandro* Neapolitanus, libro tertio *Genialium dierum*, capite septimo. Horum ludorum sæpe fit mentio à *Livio*, *Suetonio*, *Tacito*, *Dione* & aliis.

## AD CAP. XXIV. PARALIPOMENA.

*Desultores in funebribus ludis, gladiatores, lanista, rudiarii, auctorati, inspecti tyrones, aut servi antequam emerentur.*

**F**unera in duplici differentia, ut infra hoc libro dicam; nam vel *translatitia*, vel *vera*, hoc est, quum quis peregit, aut apud hostes obierat, ca. lare domum relato postea solemnia & exæqualia officia peragebantur, quæ quod corpus transferretur, *translatitia* nominabant; & si dotari aliquis obiisset, quod illi dicebatur *funus*, vel *iudicium* erat, vel *consorium*, vel denique *simpludarium*, quod nullis aliis peragebatur solemnitatibus, nisi ludis. Fests. Pomp. lib. 17. *Simpludaria funera* sunt, quibus adhibebantur D. T. ludi corbitoresque, quidam ea dixerunt esse, quibus neutrum genus interesset ludorum, nam *iudicium* sunt, quibus adhibentur non ludi modo, sed etiam desultores, quæ sunt amplissima. Adscribam *Josephi Scaligeri* verba, etiam si alios non sit mei moris exscribere: *Simpludaria, dicta quasi simpludaria, quia simpli ludii adhibentur, hoc est, saltatores vel terminatores, de quibus supra diximus, quos terminatores hic *Ferrius* vel *Festus* vocat corbitores, more scribendi antiquitus imperitis librariis usitato, qui B. cum V. & contra commutabant, corbitores enim sine dubio dicendum erat, qui enim genus terminant, ut modo sursum, modo deorsum spectent, is & corvorum est, & cornicum, ac monedularum, quæ ubi pedibus aliquem locum insistant, modo ἀναγινώσκω, modo ἐρνεύωσι. Hinc elegantissime de mulieribus cibo se ingurgitantibus ad mensam, *Plautius Cæcina* dixit. Sc. ancilla.*

Ego novi istas *estrices*, corbitant, ubi comesse possunt.

Quaquam scio *Turnebum* mutasse, sed frustra. Has notas D. T. duntaxat significare, supra in *Senaculo* admonimus: causa igitur non est, cur doctis viris hic de mendo suspensus locus esse debeat. *Simpludarii* ergo simpli ludii duntaxat adhibebantur, qui & corbitores, seu ceruvi, ut est apud *Servium* (lib. 10. *Æneid.* v. 894.) dicuntur. *Iudicium*, & *ludii* & *desultores*, ac etiam ludorum quædam genera. *Cicero* delegib. 2. finis ut indicatur, si quid ludorum, funerisque dominus statueret accenso atque licentibus. Hæc ille. Cæterum locus *Plauti* eleganter posset legi cum *Turnebo*, lib. 16. *Adversar.* cap. 3. & *Dionysii Lambini*, nempe hoc pacto.

Novi ego illas *estrices*, corbitant cili comesse possunt.

Nam inligentem edacitatem exprimit per *corbitam cili*. Est quippe *corbita* A. *Gellio* lib. 10. cap. 25. *naviculi* genus, *rardum* & *grave*, ut exponit *Nonius*. Itaque comesse possunt *corbitam cili*, id est, navem onerariam, maximamque comedendo exhaurire possunt, tanta iis gula est. Sed ad *desultores* redeo.

Horum, ut puto, primus usus à barbaris gentibus, quibus in bellis equorum mutatio probata, ut uno equo fessio aut sudante, in alterum transire possent, nempe siccum & validum; scio à *Marcello Donato* *Ponzano* hoc observatum in *Dilucidationibus* suis pag. 229. tales effingunt *Scythas* *Ammian.* *Marcellinus* lib. 22. & *Ælian.* lib. de aciebus instruentis. Et *Indos* *Herodorus* lib. 7. *Numidas* *Strabo* *Amalenus* lib. 17. & ante illum *T. Liv.* 3. *Decad.* lib. 3. *Nec omnes Numide in dextro locati corvus, sed quibus desultorum in morem binos, trabentibus equos, inter accerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso transulare moris erat.* Hoc quidem de institutione prima.

Usus in curulis illis & circensibus stadiis. *Gloss.* vet. μεταβάτης, *desultor*. Nam ut quadrigæ quatuor equorum cursum significabant, ita desultores uno tantummodo equo utebantur. *T. Liv.* 5. *Decad.* lib. 4. *Semel quadrigis, semel desultorio misso.* *Artemidor.* lib. 1. *Oneiroc.* cap. 58. ἵππων κίλυτα ἔλαβον equum desultorium agitare; celerem equum pro singulari, optime reddidit interpret desultorium. *C. Plin.* 1. 34. cap. 5. *Equestres utique statuas Romanam celebrativorem habent, oris sine dubio à Græcis exemplo, sed illi celestas tantum dicabant in sacris victores, postea vero & qui bigis vel quadrigis viderent, unde & in nostris currus, in his qui triumphaverunt.* Idem celestizontas pueros dixit ejusdem libri cap. 8. *Pindarus* omnibus pene paginis. *Aristophanes* in *Pace*. Et veteris ejusdem *Scholias*tes.

Τριτα δὲ μετα ταῦθ' ἱπποδρομίας ἀζήτω ἵνα δὴ δὲ κίλυτα παρακλιτύζω.

*Vertit* Q. *Septimius Christianus*:

*Dic* vacandum tertia circensibus,

*Ubi* singulator singulatore premet.

Idem in *Concionatoribus* usurpat κίλυτος, *Andreas* *Divus* *Justinopolitanus* reddidit, equo veheris.

Officium descripsit elegantissime *C. Jul. Hyginus* lib. de *fabulis* cap. 80. Unde etiam *Romani* servavit institutum cum *desultorem* mittunt, unus duos equos habet, pileum in capite, ex quo in equum transit. Mentio & apud *Ulpianum* l. 20. ff. de *praescript.* verb. Si tibi equos venales experiendos dederis, nisi in triduo displicerint, redderes, tuque *desultor* in his currueris, & viceris, dunde emerere nolveris, an sit *adversus* te ex vendito alio? quævere solet *Labro*, & putare se *praescriptis* verbis agendum. Nec omnino male *Isidorus Hispal.* l. 18. cap. 39. *Desultor, cum ad finem cursus venisset, desliebat, & ex equo in equum transliebat.* *C. Sueton.* in *Cæsar*e cap. 29. *Quadrigas, bigasque & equos desultorios agitaverunt nobilissimi juvenes.* *M. Vairo* *Rei Rust.* l. 2. cap. 7. *Peritus belli alios elegit, atque alit, ac docet, aliter quadrigarius ac desultor.* *Cicero* orat. pro *L. Murana*: *Qui nescio quo pacto mihi videtur candidatus prætorius in consularem, quasi desultorius in quadrigarium curriculum incurvere.* Sic facile erit poetas intelligere. *M. Manilius* lib. 5. *Astronomic.*

*Nec non altero desultor fidere dorsa, Quadrupedum, & stabiles poterit desigere plantas, Per quos vadit equus, ludat per cerga volantam,*

*Aut solo velator equo, nunc arma movebit,  
Nunc licet in longo, per cursus, prævina Circo,  
Qui quid de tali studio formatur, habebit.*  
Sext. Aurel. Propert. lib. 4. eleg. 2.  
*Est etiam aurigæ species Vertumnus, & ejus  
Traiicit alterno qui leve pondus equo.*  
P. Ovidius lib. 1. Amor. eleg. 3. corrigendus:  
*Non mihi mille placent, non sum desultor amoris,  
Tu mihi, si qua fides, cura percennis eris.*  
Legendum est aptius, ut nonnullis videtur:  
*Non mihi mille placent, non sum desultor amoris;  
Tu mihi, si qua fides, cura percennis eris.*  
Admonuit me ex MS. ita legendum esse, vir omniscius Petrus  
Petavius senator Parisiensis, & conjecturæ soli innixus idem  
ante illum docuerat, Ludovic. Carrio lib. 2. emendation. &  
observatum. cap. 10. Sed nihil temere mutari opus; comparat  
enim amorem Ovidius sæpe militiæ, lib. 1. Amor. eleg. 9. &  
lib. 2. de Arte:

*Militia species amor est, discédite segnes,  
Non sunt hac timidis signa tuenda viris.*  
Et sæpe translationibus à bellica re desumptis utitur. Lib.  
2. Amor. eleg. ad Cupidinem:  
*Miles nunquam tua signa reliquit.*  
Et lib. 3. Amor. eleg. ult.  
*Culte puer, puerique parens mihi tempore longo  
Aurea de campo vellitis signa meo.*

Gladiatores præterea in his ludis dimicabant, quos ob id bu-  
tuarios dictos putant. C. Sueton. Tiberio cap. 7. *Munus gladiatorium in memoria patris, & alterum in avi sui Drusi dedit, diversis temporibus ac locis, primum in foro, secundum in amphitheatro.* M. Varro apud D. Augustinum lib. 8. de Civit. Dei cap. 26. *Ælian. Spartian. in Hadriano: Socrni sua ludos gladiatorium impendit.* Jul. Capitolin. in Antonino Philoſopho. *Marcus & Verus imperatores Antonino patri munus gladiatorium exhibuerunt. Quin uno & C. Cnrio funebri patris memorie duo theatra struxit; ut verbis utar Plinii lib. 36. cap. 16. Sed omnium disertissimus Q. Florens Tertullianus lib. de Spectacul. cap. 6. Inter quos etiam pratorum memorie legataria editiones parentant, id quoque secundum institutionis antiquitatem, nam & à primordio ludi bisfariani celebrantur, sacri & funebres, id est, diis nationum, & mortuis; sed de idololatria nihil differi apud nos, sub quo nomine & titulo dum ad eisdem spiritus pervenit, quibus venantiam, licet mortuis, licet diis suis faciunt. Communis igitur origo ludorum utriusque generis, communes & tituli, ut de communibus causis, proinde communes habeant apparatus, necesse est. T. Liv. 3. Decad. lib. 8. Scipio Carthaginem, ad vota solvenda diis, munusque gladiatorium (quod morti patris patrique paraverat) edendum rediit; gladiatorum spectaculum fuit, non ex eo genere hominum, ex quo lanistis comparare mos est. Antiquitatem & solemnem primitus institutionem hujus consuetudinis habemus apud Valerium Maximum lib. 2. cap. 1. *Gladiatorium munus primum Roma datum est in foro Boario, Appio Claudio, Quinto Fulvio consulibus, dederant Marcus & Decimus filii Bruti, funebri memoria patris cineres honorando.* Sed de hac re quis non discernit inter Criticos, aut quis non digladiatus est? Legantur Elias Vinetus & Josephus Scaliger in Aufonium, J. Lipsius in lib. de Amphitheatro. Pct. Faber Semestr. lib. 1. Andr. Alciat. lib. 1. Parerg. cap. 22. Aufon. in Gripho Ternarii:*

*Tres primas Thracum pugnas, tribus ordine bellis,  
Junidae patris infestis misere sepulchro.*  
Qui hocce alerent gladiatores, & qui privati sumptibus publicam populi lascivientis voluptatem explerent, erant in urbe, quos lanistas vocabant. Vet. Scholiast. Juvenal. sat. 2. v. 143. *Qui toga, qua utebantur senatores, deposita, tanquam infames tunica utebantur. Hinc lanista, vel dissoluti dicuntur.* C. Sueton. in Julio cap. 26. *Tyrone neque in ludo, neque per lanistas, sed in domibus per equites Romanos, ac etiam per senatores armorum peritos erudiebat.* Æl. Spartian. in Hadriano: *Puerum aut ancillam lanista aut lenoni vendi videtur.* Jul. Capitol. in Antonino Philoſopho: *Nullus lanista, nullus scienius, nullus ærenarius.*

Ammian. Marcellin. in rebus Constantii & Juliani lib. 19. ad finem: *Exequutor & administer sæpe dicendus ille notarius missus est Paulus, qui peritus artium cruentarum, ut lanista exco mmerciis Libitina, vel ludi (optime sic legitur, id est, vel in arenam funebri productus pompa, vel domi tyrones erudiens, male antea, vel ludii) ipse quoque ex equuleo vel carnifice, quæsum fructumque captabat.* L. Sen. lib. 10. Controv. 4. *Crudellem rem facit lanista, nec tamen damniatur reipublica læse.* Vetus glossarium Philoxeni Græco-Latinum, *λανιστῆς μομφαρχῶν, doctores pugnantium, quasi dicas, lanista, iterum idem λανιστῆς, μομφαρχῶν, qui alit gladiatores, qui ludum habet, qui arena præparat atque instruit.* D. Juvenal. sat. 11. in principio:

*Scripturus leges, & regia verba lanista.*  
Et sat. 3. v. 158.  
*Hic plaudit nitidi præconis filius, inter  
Pinnirapi cultos juvenes, juvenisque lanista.*  
Aurel. Prudent. lib. 2. in Symmachum, de Vestalibus ludos illos spectantibus:

*Sed & illa verendiss  
Vittarum insignis phaleris, fruiturque lanistis.*  
M. Martial. lib. 11. epigr. 67.  
*Et fraudator es, & lanista, miror,  
Quare non habeas, Vacerra, nummos.*  
Vetus marmoris antiqui fragmentum meminit:  
P. POETELLIUS. P. L. SYRUS LANISTA.  
AD. AR. FORIN. AR. ROM. DD. VIXIT.  
ANN. XLIX. H. S. F.

Eamabant hi fervos à catasta, quos omni crudelitatis genere exercebant, & privatim instituebant, ut possent, iis qui munera gladiatoria exhibebant, edoctos artem gladiatorium elocare. Q. Flor. Tertullian. lib. de Idololatria cap. 11. *Sic & hominidit interdicio ostendit mihi lanistam quoque ab ecclesia arceri.* In qua licitatione illud non est prætermittendum, summam lanista curam adhibuisse, ne manca aut mutila haberent corpora adolēcentes, quos in ludo suo edocturi essent, ideoque & medicum in emptione adhibebant, qui vitium, si quod lateret, detegeret, quod in omnibus mancipiis etiam observatum liquet, dum ementur. L. Sen. epist. 80. in fine. *Detrahis vestimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant, hominem involutum æstimas? mangones, quicquid est, quod displicet, lenocinio aliquo abscondunt, itaque ementibus ornamenta ipsa suspecta sunt, sive crus alligatum, sive brachium adspiceres, nudari juberes, & ipsum tibi corpus ostendi.* Idem lib. 1. Controv. 2. ubi P. Vivetii Rhetoris. seu verius declamatoris antiqui hæc verba habentur. *Nuda in littore stetit, ad fustidium emptoris omnes partes corporis & inspecta & contractata sunt. Vultus actionis exitum audire? vendit pirata, emit leno, excipitur nihil. Suspectus mihi locus, ideoque suaderem referendum? Vultus auctionis exitum audire? Certus enim & liquidus est sensus auctionis nomen convenientissimum esse licitationi, actionis non item.* Pleudocornutus in sat. 6. Persii v. 77. *Apud antiquos venales gladiatores in catasta ponebantur, ut in eis possent omnia membra inspicere.* Ritus ejus vestigia in Caji Suetonii Caligula cap. 36. *Non temere ulla illustriore sæmina abstulit, quas plerumque cum maritis ad cenam vocatis, præterque pedes suos transeuntes, diligenter ac lente, mercantium more considerabat, etiam faciem manu allevans, si qua pudore submitterent.* Ex eodem in Augusto cap. 69 id probari potest epistolæ M. Antonii fragmento quodam: *Dimissam Scriboniam, qui a liberius diluisset nimiam potentiam pellis, & conditiones quasitas per amicos, qui matres famillas, & adultas atate virgines denudarent, atque perspicerent, tanquam Thoratio mangone vendente.* Q. Symmach. l. 2. epist. 78. *Quoniam servorum per limitem facilis inventio, & pretium tolerabile esse solet, quam maxime te deprecor, ut per homines strenuos viginti juvenes prædicto negotio (curulibus ludis) congruentis jubeas comparari, in quam rem solidos ad te misi libita æstimatione hominum, quorum non forma, sed atas & sanitas eligenda est.* Cl. Claudian. in Eutrop. lib. 1.

*Si pelagi fluctus, Libya si discis arenas,  
Eutropii numerabis heros, quot jura, quot ille*  
Y y Mn

*Mutavit tabulas, vel quanta vocabula vertit.  
Nudatus quoties medicum dum consulit emptor,  
Ne qua per oculum lateat jactura dolorem:  
Omnes pavituti pretii, venumque redibat,  
Dum vendi potuit.*

Pessime interponendus, & ob id depravatus locus, levissima opera suo nitore restitui potest, si sic legamus, & distinguamus, facili sensu, ut ex antea dictis patet:

*Mutavit tabulas, vel quanta vocabula vertit  
Nudatus, quoties medicum dum consulit emptor,  
Ne qua per oculum lateat jactura dolorem.*

M. Martial. lib. 6. epigr. 82.

*Quidam me modo, Rufe, diligenter  
Inspectum, velut emptor, aut lanista,  
Cum vultu, digitoque subnotasset.*

Grex iste tyronum à lanistis sic emptorum in scenicas voluptates, familia dicebatur, & lanista ipsi seu gladiatores, patres familias. Jul. Caesar lib. 3. bell. civil. cap. 5. *Ille ignominia & dolore permotus, palam, se proficisci ad Caesarem simulavit clamantibus ad Milonem missis, qui Claudio interfecto ejus nomine fuerat damnatus, atque eo in Italiam evocato, quod magnis muneribus datus gladiatoria familiae reliquias habebat, sibi conjunxit.* L. Sen. lib. 6. de Benef. cap. 12. *Lanista familiam suam summa cum cura administrat.* Saxpissime Suet. in Julio cap. 10. *Adjecit insuper Caesar etiam gladiatorum munus, sed aliquanto paucioribus, quam desideraverat, paribus; nam cum multiplices undique familiae comparato, inimicos exterruisset, cautum fuit de numero gladiatorum, quo ne majorem cuique habere Roma liceret.* Et in August. c. 42. *Cum venalitates, & lanistarum familias Urbe expulisset.* Et in Calig. c. 26. *Vilissimos senio confectos, gladiatores quoque peccantes, patres familiarum notos, sed insignes aliqua debilitate corporis, rabidus feris subiciebat.* Denique idem in Domitiano cap. 10. pro lanista, patrem familias usurpavit; vide locum. Sed illud in fine omitendum duco, unumquemque ex his gladiatoribus in arenam productis, insigni aliqua nota conspicuum esse consuevisse. Ver. Scholiast. D. Juvenal. ad sat. 3. v. 158. *Pinnis pavonum ornari solent gladiatores, si quando ad pompam descendunt: pinnirapos autem dicit lanistas, ex habitu gladiatorum: quia post mortem retiaris, pinnam, id est, manicam rapit, ut offendat populo se visisse, aut ideo pinnirapos, quia pinnas in galeis habebant, ut Lucilius lib. 3.*

*Cum septem incolomis pinnis redit, ac recipit se.*  
Qui versus mutilus, apud Donaum, procul dubio, licet amplior auctiorque profetur, in Phormionem Terentianum, act. 1. sc. 3.  
*Ille alter abundans, cum septem in locum Hispanus.*  
In MS. Donati codice erat, cum septem in locum his primis, zque corrupto sensu. Legendum est ergo:  
*Ille alter abundans*  
*Cum septem incolomis pinnis redit, ac recipit se,*  
Gladiatores vero post multas operas arenae elocatas, rude donabantur, tanquam jam dimittendi à tam operoso & periculoso discrimine, indeque rudiarii appellati: C. Sueton. in Tiberio cap. 7. *Rudiarii quoque quibusdam revocatis. Aut consummati gladiatores.* Plin. lib. 8. cap. 7. *Principibus Claudio & Nerone in consummatione gladiatorum. Quem locum Jac. Dalecampius, de consummato gladiatoris munere, sive gladiatorii spectaculi, exponit Cal. Rhodig. lib. 11. cap. 11. gladiatores emeritos, consummatos, & rude jam donatos, longa desuetudine digladiandi arenae indoneos.* Q. Florens Terullian. lib. de Spectacul. cap. 21. *Et qui insigniori cuique homicida leonem possit, idem gladiator atroci petat rudem, & pileum praemium conferat.* Æl. Lamprid. in Commod. *Rudibus in arena inter cubicularios gladiatores deponantur.* In aliis editionibus legitur, inter cubiculares gladiatores. Sed nihil refert. M. Cicero Philipp. 2. *Tam bonus gladiator rudem tam cito accepisti.* Alludit idem lib. de opt. gen. orat. *Quasi rudibus ejus eludit oratio, à me nobilissimum gladiatorum par inducitur.* Enudite, ut fape solet, vetus Scholiastes D. Juvenalis ad v. 105. Satyr. 6. *Ut requiem gladiator haberet, Bellonarium se fecerat.* Et ad versum sequentem idem, *Requiem sperare, rudem, ut solent in am-*

*phitheatro accipere gladiatores.* C. Sueton. in Claudio cap. 21. *Curu esse avaria, pro quo quantum filii deprecabantur, magno omnium favore indulisset rudem, tabulam illico misit, admonens populum, quantopere liberos suscipere deberet.* Et in Calig. cap. 32. *Mirillonem è ludo rudibus scenam batuentem, & sponte prostratum confodit ferrea sica, ac more victorum cum palma discrivit.* Ex quibus locis perspicuum est, baculum fuisse rudem, quo velitantes, & veluti praeludentes in ludo gladiatores, se exercebant, quo constantius & peritius veras pugnas obirent; erant gravioris multo ponderis rudem, quam ea arma, quibus pugnabatur: adeo ut Xiphilinus in M. Antonino prohibeat, ne in arena acutus gladiis, sed tantum obtusis pugnaretur. Lucilius apud Tullium lib. 3. de Orat.

*Quamvis bonus ipse*

*Sammis in ludo, ac rudibus civis satis asper.*

Incertus auctor dialogi de Oratoribus: *Nec adversarii ferro, nec rudibus dimicantes.* L. Sen. lib. 5. *Controvert. 24. Gladiatores gravioribus armis discent, quam pugnanti.* Idem epist. 117. *Quam stultum est, cum senum pugna acceperis, ventilare? remove ista lusoria arma, devectoris opus est.* Male antea legebatur, *luxuria arma.* Et puto primum ex MS. codice lectionem veram restituit Ferdinandus Pinciaous. Aludrit M. Martialis lib. 5. epigr. 32.

*Cornibus hic summis pendet, vagus ille per armos*

*Currit, & in toto ventilat arma bove.*

Expresius P. Ovid. lib. 3. de Arte:

*Ponite jam gladios hcbetes, pugnetur acutis,*

*Nec dubito telis quin petat ipse melle.*

Imperatores rudem hanc, petente populo, gladiator concedebant; liquet ex Suetonii loco in Claudio proxime supra laudato. Poeta. Idem Martial. lib. 3. epigr. 36.

*Hoc merui, Fabiane, toga, tritaeque, meaque,*

*Ut nondum credas me mernisse rudem.*

D. Juvenal. sat. 7. v. 172.

*Ergo sibi dabit ipse rudem.*

Q. Horat. lib. 1. epist. 1.

*Spectatum satis, & donatum jam rude quavis*

*Mecenas, iterum antiquo me includere ludo.*

P. Ovid. lib. 2. Amor. eleg. 9. non modo arenariis illis aut amphitheatralibus gladiatoribus concessam rudem, sed & militibus:

*Fessus in acceptos miles deducitur agros:*

*Tritaque, sed postea positur esse rudis.*

Et lib. 4. Trist. eleg. 8.

*Sic igitur tarda vires minnente senecta,*

*Me quoque donari jam rude tempus erat.*

Contra, qui se vilibus arena locabant, seu pecunia accepta se ipsos veluti distrahi patiebantur, venalem sanguinem istius populi voluptati impensuri, auctoritati dicebantur, & pretium, auctoramentum. Sueton. in Tiberio cap. 7. *Auctoramento centenum millium.* M. Cicero lib. 1. de offic. *Illiciales autem & foradai quasvis mercenariorum omnium, quorum operae, non quorum artes emuntur: est enim in illis ipsa merces auctoramentum servitatis.* C. Vell. Paterculus lib. 2. *In ea jugulati civis republica constitueretur auctoramentum.* Et in eodem libro: *Auctoramento sumebri ad conservatoris quondam republicae, tantique consulis necem irritandam.* Q. Fab. Quintilian. declarat. 20. *Nec difficilem tamen sub isto auctoramento habuisset missionem, sed noluit gladiator vivere.* Vetus Scholiastes D. Juvenal. sat. 11. vers. 8. *Regia verba, superba & delicata, id est, se auctoraturus, aut hac scripturus, quae juris & consuetudinis erant, scribi ab istis, qui accepto pretio se in ludo distrahebant.* L. Apulejus frequentissime illa loquendi formula utitur, lib. 2. *Milestor. Hic auctoratus ad custodiam mariti sui sidenter accessit.* Et ejusdem operis lib. 9. *Execranda metallo pudicitiam corporis sui proinens auctoratus est.* Et lib. 1. Apolog. *Ob mercedem & auctoramentum impudenter, deprehensa haberi.* C. Plin. lib. 14. cap. 1. *Ut vindemiator auctoratus rogam ac tumulum accipiat.* Libr. 35. cap. 15. *Gladiatorum spectacula (C. Curio) edebat ipsum magis auctoratum populum Romanum circumferens.* L. Seneca in Apocolocyntosi: *Eum decal larvis, & proximo munito*

hæc novos, auctoratos ferulis vapulare placet. Idem epist. 37. Eadem honestissimi illius & turpissimi huius auctoramenti verba sunt, *uri, virgis ferroque necari*. Oblervatum ab aliis Criticis. Idem Seneca epist. 7. *Quid miraris? si uri, vulnerari, occidi, alligari juvat, aliquando etiam libet*. Ad omnem ergo tormentorum ferendorum patientiam se componebant, qui auctoramento propolito in ludum se dabant. Pulchre C. Petronius in Satyrico: *In verba Eumolpi sacramentum juravimus, uri, vinciri, verberari, ferroque necari, & quicquid aliud Eumolpus iussisset, tanquam legitimi gladiatores domino, corpora animæque religiosissime addicimus*. De quo tunc intelligi voluit Horat. lib. 2. sat. 7.

*Quid refert uri, virgis, ferroque necari?*  
Auctoratus eas.  
Restituendus & Claudiani locus paneg. de consul. Manlii Theodori de ludis consularibus, seu ab eo consule editis.  
*Quorum compositam puer augmentatus in artem Emicet, & vincibus plantæ, vel curribus hærens Pendula librato figat vestigia saltu.*  
Sed quid, *puer augmentatus* in scenicis spectaculis sit, ego difficilimum inquitur reor; correxit ergo vir eruditissimus Lævinus Torrentius:  
*Quorum compositam puer auctoratus in artem Emicet.*

## CAPUT XXV.

## De iis ludis, qui exercitationis causa fiebant, Trojanis scilicet &amp; castrensibus.

**T**rojanæ ludi, sive *Troja ludus*, ludicrumque (omnibus enim his nominibus appellabatur) ab Ascanio Æneæ filio primum omnium in Italiam venerunt, celebrabanturque in *Circo* à pueris majoribus & minoribus, turmatim congregientibus: quibus qui præsidebat, *Princeps juvenutis* vocabatur, atque ex numero filiorum primi nominis senatorum, Augustorumve eligebatur: Suetonius in C. Jul. Cæsare, cap. 39. *Trojam ludit turma duplex majorum minorumque puerorum*. Idem in Augusto, cap. 43. Sed & *Troja ludum* edidit frequentissime, magnorum minorumque puerorum delectu, præfici, decorique moris existimans claræ stirpis indolem sic innotescere. In hoc ludicro C. Nonium Asprenatem lapsu debilitatum, aureo torque donavit, passusque est ipsum posterisque Torquati ferre cognomen. Idem in Tiberio: Præfedit & *Ætiacis ludis, & Trojanis circensibus* ductor turmæ puerorum majorum. Dio lib. 43. de ludis Cæsaris scribens: Etiam Trojanæ antiquo more patriciorum filii luserunt: juvenesque, qui dignitate æquales erant, curribus certaverunt. Eorundem etiam lib. 48. & 51. atque alibi meminit. De horum ludorum origine & ceremoniis *Virgilius* lib. 5. Æneid. vers. 545.

*At pater Æneas nondum certamine misso,  
Custodem ad sese, comitemque impubis Juli  
Epytiden vocat, & fidam sic fatur ad aurem:  
Vade, age, & Ascanio, si jam puerile paratum  
Agmen habet secum, cursusque instruxit equorum,  
Ducat avo turmas, & sese ostendat in armis. &c.*

Et paulo post, cum nomina præstantium auctorum recensuisset, hæc subjicit. vers. 577.

*Postquam omnem lati confessum oculosque suorum  
Lustravere in equis: signum clamore paratis  
Epytides longe dedit, insonuitque flagello.  
Olli discurrere pares, atque agmina terni  
Diductis solvere choris. &c.*

Inde autem horum ludorum consuetudinem ad Romanos venisse, idem *Virgilius* his versibus docet:

*Hunc morem, hos cursus, atque hæc certamina primus  
Ascanius, longam muris cum cingeret Albam,  
Rettulit, & præscos docuit celebrare Latinos.  
Quo puer ipse modo, secum quo Troia pubes.  
Albani docuere suos, hinc maxima porro  
Accepit Roma, & patrium servavit honorem:  
Trojaque nunc, pueri, Trojanum dicitur agmen.*

Vide de his ludis *Wolfgangum Lazium* Commentariorum Reipubl. Rom. lib. 10. cap. 2.

Erant & *castrenses ludi*, quibus milites in castris & exercebantur & delectabantur: quorum meminit Suetonius in Tiberio, cap. 72. Ac ne quam suspicionem infirmitatis daret, *castrensibus ludis*, non solum interfuit, sed etiam missum in arenam aprum jaculis desuper petiit. Ad quem locum *Lævinus Torrentius* hæc annotat: *Castrenses ludos*, ut puto, eos appellat, qui militibus illic in statione manentibus castrensi more edebantur. Sed de variis Romanorum ludis hæc sufficiant, de quibus, si cui vacat, legendus præter eos, quos passim indicavi, *Wolfgangi Lazii* lib. 10. Comment. Reipubl. Roman. qui totus de ludis agit. Nos iis, quæ visa fuerunt scitu jucunda & utilia esse, hic breviter expositis, ad alia nunc accedemus, de quibus initio hujus libri spem Lectori fecimus.

## AD CAP. XXV. PARALIPOMENA.

*Pyrrhicha decurſo, ſaltatio, campi doct̄or, monitor, magiſter, flagellum ad coërcendum tyronem.*

**N**EIMO commodius ludos hos caſtrenſes explicare poterit, quam ſi Claudiani locus è 6. Hon. conſul. proferatur, qui ſic ſe habet:

*Hic & belligeros exerciit area luſus  
Armatus hic ſepe choros, certaſque vagandi  
Textas lege fugas, inconſuſſoſque recurſus,  
Et pulchras errorum artes, jucundaſque Martis  
Cernimus.*

In area igitur decurrebatur, ut dixi ſupra hoc opere l. 1. Reg. 1. Variis ambagibus area huic inerrabant, egregieque, & cum arte mutatis ordinibus, ad eundem locum, è quo digreſſi fuerant, revertebantur. L. Apul. alluſit ad campeſtria iſthac exercitia lib. 10. Mileſiar. Puelli puellæque virentiſ florescentes atutula, forma conſpiciunt, veſte vitidi, inceſſu geſtoſi, Græcicam ſaltantes pyrrhicham, diſpoſitis ordinationibus decoros ambitus inerrabant, nunc in orbe rotarum ſtrenoſi, nunc in obliquam ſeriem connexi, & in quadratum patorem cuneati, & in caterva diſſidium ſeparati. Sed audiendus idem Claudianus loco proxime citato:

*Una omnis ſubmiſſa phalax, tanteque ſalutant  
Te dominum galca, partitis inde catervis  
In varios docto diſcurritur ordine gyros,  
Quos neque ſemiſeri Gortynia tela iuveni,  
Flamina nec crebro t̄vacant Meandria flexu,  
Diſcreto revoluta gradu torquentur in orbis  
Agnina, perpetuiſque immoto cardine clauſtris  
Janus bella premeus, læta ſub imagine pugna,  
Amorum innocuos paci largitur honores.*

Pyrrhicham ſolent hanc decurſionem vocare (à Pyrrho Neopolemo ſic dictam. Plin. l. 7. cap. 56. licet paulo infra, alii diverſum ſentiant.) Quæ obſervatis numeris, concentu muſico adhibito à tyronibus ſæpius, interdum & iſtis militibus veteranis exerceretur. Verba ſunt antiquiſſimi Grammatici Marii Plotii apud Jacobum Cujacium lib. 13. obſervationum cap. 10. *Pyrrhichius pes à pyrrhicha luſus genere nomen accepit, quia hoc ſono milites uſi ſub armis, per ludum cicut ſimulachra pugnae, ipſi tamen pyrrhicha diſta eſt à Pyrrho Cydonco, quia primus Cretenſes ſub armis ſaltare ad huius pedis ſonum inſtituit. Alii à Pyrrho Achillis filio, quem primum in tumultu patris ſui honoris gratia armatum ſultaviſſe dicunt. Ariſtoteles autem ait Achillem huius luſus inventorem fuiſſe. Quibusdam placet ab ardore, id eſt velocitate ſui nomen accepitſe huic pedem cognatus enim ſenſus velocitatis & ardoris eſt: unde inſtant ardenſes Tyri, id eſt, ſeſſinantes, & ardet abire fuga, id eſt, ſeſſinat. Quod de Pyrrho Cydonio ſcribit, eſt ex Nicolao vetuſtiſſimo auctore, lib. de moribus gentium, referente l. Stobæo ſerm. 42. Οἱ δὲ Κρητῶν παῖδες ἀγυλάζονται κοινῇ μετ' ἀλλήλων σκληραγωγούμενοι, καὶ θύρας, καὶ θύρας τοῦ ἀναγνῆναι αὐπιδυτοὶ καταπίοντες, καὶ τὴν ἰσόπλιον πυρρῆχην ἱκποῦντες, ἥτινα πρῶτον εὖρε Πύρρῆχος Κυδωνιάτης κρηε τὸ γένος. Vertit Conradus Geſnerus: Cretenſium pueri ſimul congregantur educanturque. auriter, venationes & curſus acclives pedibus natis conſiciunt, & pyrrhicham in armis ſaltant, quam primum invenit Pyrrhichus quidam Cydoniatus, Cretenſis gener. Quare ſuſpicio vel in codice Stobæi mendam ſubeſſe, vel in textu Marii Plotii: itaque ſi huius poſterioris locum legamus, facile crit conciliare utrumque: Pyrrhicha ipſa diſta eſt à Pyrrho Cydonco. Licet Strabo lib. 10. & Jul. Solinus cap. 16. Pyrrhichum eum conſtanter vocent. Porro Cydones populi in Creta. Luſtat. ad v. 595. lib. 6. Thebaid. Stati. Strabo Amafian. l. 10. & Coſmographi pæne omnes conſentiunt. Sammonici. Serenus lib. de Medicina cap. 25.*

*Vel quæ forma Cydon Cretæis miſit ab oris  
Coſta lines.*

↳ alio codice, parvo diſcimine:  
*Caſta terec.*

Celebres non modo ſaltatione pyrrhicha, ſed & ſagittandi peritia. Poëtæ paſſim. P. Ovid. l. 8. Metamorphoſ. fab. 1.

*Armaque, equoſque, habitusque, Cydoniaſque pharetras,*

Interpretes Q. Horatii l. 4. od. 9.

*Primuſque Teucer tela Cydonco*

*Direxit arcu.*

D. Auſon. epiſt. 21.

*Jambe, Parthiſ & Cydonum ſpiculis,  
Jambe, penniſ alitum velocior.*

Papin. Stat. lib. 4. Thebaid. v. 269.

*Terga Cydonæa Corythos arundine pulſas.*

Et lib. 6. Thebaid. v. 597.

*Credas è plebe Cydonum*

*Parthorumque fuga totidem exiſſiſſe ſag'it'as.*

Idem lib. 7. Thebaid. v. 339.

*Cydoneas anticubunt geſa ſagittas.*

Claudian. poemario de hiſtrice:

*Quicquid proci appetit hoſtem*

*Hinc reor inventum, morem hinc traxiſſe Cydonas*

*Bellandi, Parthoſque retro didiſſe ferire.*

Et in Panegyrico de 4. Hon. conſul.

*Scis quo more Cydon, qua ſpicula dirigit arte  
Armenius.*

Sed redeo in orbitam. Pyrrhicha hac ſaltatione exercebantur non modo tyrones & milites, ut dixi, ſed nobiliſſimi quique adoleſcentes, & principes interdum ipſi. C. Sueton. in Nerone cap. 12. Exhibuit pyrrhichas quaſdam è numero epheborum, quibus poſt editam operam diploma civitatis Romane obtulit. Ex quo loco liquet & ignobiles, ſerviliſque etiam conditionis homines pyrrhicham luſiſſe: adde & viliffima beſtiariorum capita, ex Ulpiano l. 8. ff. de pœnis: *Quicunque in ludum venatoriam fuerint damnati, videndum eſt, an ſervi pæne efficiantur, ſolent enim juniores hac pœna adfici, utram ergo ſervi pæne iſti efficiantur, an retineant libertatem, videndum eſt, & magis eſt, ut hi quoque ſervi efficiantur, hoc enim diſtinct à cateris, quod inſtituuntur venatores, aut pyrrhicharii, aut in aliam quam voluptatem geſticulandi, vel aliter ſe movendi gratia. Reſcriberem libenter, quod inſtituuntur venatores, aut pyrrhicharii, quamquam antiqua ſcribendi conſuetudine, putrum & burrum dicebant, pro tyrru & pyrru. Vide Scriptores de Troje ludico.*

Præcipuus in pyrrhicha uſus gladii, quare Jul. Polluci lib. 4. cap. 14. *Ἐπιπλοὶ δὲ χροῦς, πυρρῆχη καὶ τριεῖς ἰαίαι, ſaltationes armate, & teſtas dicuntur.* Latini bellicrepsam fecerunt nomen. Feſt. Pomp. lib. 2. *Bellicrepsam ſaltationem dicebant, quando cum armis ſaltabant, quod à Romulo inſtitutum eſt, ut ſimile pateretur, quod ſecerat ipſe, cum à ludis Sabianorum virgines rapuit. Adhibebant & mulicum concentum, ſed ſiſtulis.* Ammian. Marcellin. lib. 16. in rebus Juliani parabatæ: *Cum exercere præludia diſciplina caſtrenſis philoſophus cogere ut Princeps, arteque modulantis incedendi per pyrrhicham condonantibus diſcereſt ſiſtulis.* Idem lib. 18. de Sabiniano: *Militari pyrrhichio ſonantibus modulis pro hiſtrioniſ geſtibus in ſilentio ſummo deleclabatur.* Claudian. ibidem loci:

*Mutatos edunt pariter tunc peſtora motus*

*In latus illiſſis clypeis, aut rursus in altum*

*Vibratis, grave parma ſonat, mucronis acutum*

*Murmur, & umbonum pulſu modulante reſultans*

*Ferrens alterno concentus clauditur enſe.*

Præerat hiſ exercitiis aliquis ſummæ auctoritatis, qui non modo hortari præerat, ſed & coërcendo impellere tyrones. Jul. Capitolin. in Maximino, ex oratione Alexandri Aug. *Veteres milites tibi, Maximine mi cariffime atque amantiſſime, idcirco non credidi, quod veritas ſum ut vitia eorum ſub aliis inoleſcentia emendare non poſſes, habes tyrones ad tuos mores, ad tuam virtutem, ad tuum laborem, eos ſac militiam addiſcere, ut mihi multos Maximinos optabiliſ reip' efficias.* Hic campi doct̄or dictus, & in veteribus globis ἐπιλοδισκῆς campi doct̄or, redditur. Vet. Scholiaſt. Juvenalis ſat. 6. verſ. 260. *Monſtratos à campi doct̄ore.* Idem ad verſ. 155. ſat. 5. *A ſene magiſtro, campi doct̄ore, Capella. Ammian. Marcellin. lib. 15. Marcius ex campi doct̄ore, eo tempore*



*vacans, auctor perniciosi sermonis, & alioquin naturæ ferventis, in sarkera relictus. Nisi forte legi placet, ut hæcenus excusum fuit, Marinus ex campiductores: quod ferri potest, est enim campiductor, idem qui castrorum præfectus, cui scilicet incumbet, loca in castris designare, idoneam castrametationibus stationem eligere. Fl. Renat. Veget. l. 1. de Militia Rom. cap. 13. Illo exercitii genere, quod armaturam vocant, & à campiductoribus traditur, imbuendus est tyro. Vide locum.*

Magistri etiam appellabantur. Vetus Scholiastes Juvenalis proxime supra citatus, & ad vers. 87. satyr. 1. *Dux magister exercitus.* C. Plin. in panegyrico Trajani, *Postquam exercitationibus nostris, non veteranorum aliquis, cui decus, muralis aut civica, sed Graculus magister affisit.* Claudianus proxime supra citatus, quem locum pessime J. Lipsius (pace tanti viri liceat dixisse) de venatore circensii, seu bestiarum exponendum censet. Nam & locus ipse sequela sua probat, de castris tyronum aut prætorianorum exercitiis intelligi debere, & ego in commentariis meis inferui, quæ abunde genuinum sensum vindicent poeta elegantissimi:

- - - *Insouit cum verbere signa magister.*

Et P. Virgil. l. 8. Æneid.

- - - *Sub te tolerare magistro Militiam, & grave Martis opus.*

Idem sunt & custodes. Isidorus l. 9. cap. 3. *Tyrones dicti, qui antequam sacramento probati sint, milites non sunt: Romane autem militie nomen non fuit, puberes primo exerceri armis, nam decimo sexto anno tyrones militabant, quo etiam solo sub custodibus agebant. Quo ille ex Servio Honorato, ut solet, transcripsit, ad illud lib. 7. Æneid.*

*Ante urbem pueri, & primævo flore juventus Exercentur equis.*

Et ipse Virgilius allusit lib. 5. Æneid.

*Custodem ad sese, comitemque impubis Juis, Epytidem vocat.*

Denique & monitores eadem omnino significatione. Q. Tertullian. Apolog. cap. 30. *Illic suspicientes Christiani manibus expansis, quia innocui; capite nudo, quia non erubescimus, denique sine monitore, quia de pectore oramus. Quod nomen non tantum in tyrocinio valet, sed in heroiibus, aliisque adolescentibus, qui artibus certis imbuendi admonitione rectoris alicujus indigent. Latin. Pacat. Drepan. in paneg. Tibiris quondam hospitiis monitor Æneæ, mox Romulæ conservator expositi. Symmach. l. 3. epist. 13. Nullam certe Nestor tertiz ætatis sue sæculo militie vacationem poposuit, nec Achilli excusavit ætatis sue frigus Phœnix monitor. Parthenius Erotico cap. 6. "Εως οτι τερσιδης αυτης αριστους ανατιθαλιβαινε, και ιτιρινης το παθος, τη μην συρρητην παρεκλιθισατο. Dicitur monitor ejus senex (hve monitor) tam periclitatus, & cognito dolore bene sperare jussisset. Eligebatur autem in hos usus, ut plerumque, qui gravitate, morumque sanctitate, non modo præceptis, ferventem, & in vitia præcipitem juventutem regere possent. L. Apul. Milesiar. lib. 10. Magnam domus cladem ratus indigere consilio pleniore, ad quandam competentæ gravitatis senem educatorem protinus refert. Valer. Flaccus Setinas Argonautic. libro 1.*

- - - *Festum Phylace quem miserat ævo,*

*Non jam operum in partem, monitor sed tradat ut aures.* Statius Papius lib. 5. in Epicedio patris:

*Hinc tibi vota patrum credi, generosæque pntes Te monitare regi.*

Monitor iste tyronum Romanorum, sive magister exercitiorum, in sequens officia obeuntis animadvertat, eoque pro facti negligentia castigabat, non voce modo, sed & verbere Claudianus supra; *Insouit cum verbere signa magister.* Idque tractum à Græca consuetudine, Ælianus videtur insinuare lib. 2. var. histor. cap. 6. *Ἰππομαχος, ὁ ζυμνασιῆς ἐπὶ παλαιῶν τοῖς ἀθλοῖς, ὁ δὲ αὐτῶν ζυμναζόμενος ἐπαλασει, ἵστα ὁ πῦρ ὄχλος ὁ αἰριστῆς ἐξέβησε, καὶ κινετο αὐτῶν τῆ βῆξις.* id est, Hippomachus pugillandi magister, cum athleta quidam ex ejus discipulis specimen exhiberet artis, & circumstanti multitudine universa plausum tolleret, percussit eum virga. Ad quem hoc loco ille pugillatus doctorem facit, inmemor, ut puto, sui,

eundem canendi magistrum ait fuisse, eandemque rem iisdem verbis narrat, lib. 14. ejusdem operis cap. 3. nisi forte & pugil Hippomachus, & cantor esse poterit: quod non est multum à vero alienum. Neque refert quod coercitionem hanc non armorum alicui præfecto adscripsit, sed pugili, nam quippiam simile in utriusque disciplina perdocenda, certe nomen doctoris utrique commune. Valer. Max. l. 2. cap. 1. tit. 14. *Nullius ante se imperatoris exemplum sequutus, ex Iuda C. Aurelii Scandri doctoribus gladiatorum arcessitis, vitandæ atque inferendæ illius subtilitatem legibus ingeneravit, virtutemque arti, & rursus artem virtuti immiscuit.* Ecce P. Rutilius consul voluit tyrones à doctoribus lanistis artis militaris peritiam edoceri. Sed quodnam istud coercitionis genus? Claudianus verber, *Ælianus virgam vocavit, seu bacillum, flagellum* Juveoalis sat. 5. ad finem, versu toties, & à tam multis Criticis remato, agitato, tortoque, sed potior indubie lætio, quam admittit vetus Scholiastes, & Yvo Villiomar. in Rob. Titium l. 7. c. 3. Vide quæ de amentis dicam infra:

*Qui tegitur parva & galea, metuensque flagelli*

*Disit ab hirsuto jaculum torquere Capella.*

Nisi dicamus & verber, & virgam, & flagellum, tessera instar fuisse, non vero plectendo tyroni dicatam, quod ferri potest, vel ex P. Virgilio lib. 5. Æneid.

- - - *Signum clamore paratis*

*Epytides longe dedit, insouitque flagello.*

Sed expeditius est, ut ad poenæ usum flagellum istud pertrahamus. Q. Horat. l. 1. sat. 2. in principio:

*Nomina sectatur modo sumpta veste virili*

*Sub patribus duris tyronum.*

Decursio vel pyrrhicha est, vel certe pyrrhichæ admodum affinis, non quidem funebris illa, de qua alibi à me tractabitur, sed castrensis, quæque parando gravioribus confictibus militi instituta foret, & in campestribus exercitiis militum haberetur. Jul. Capitolin. in Maximiano: *Accepta igitur legione, statim eam exercere cepit, quinta quaque die jubebat milites decurrere, in se simulachra bellorum agere, gladios, loricas, stuta, galeas, tunicas, & omnia arma illorum quotidie circumspicere.* Quinta die ergo decurrebatur, crebrum fane hoc, & mira observatum constantia. Sed quantum currebant spatium diversum, ut puto, illud, pro imperantis voluntate, interdum minus, interdum magis. Minus apud T. Livium 3. Decad. lib. 6. *Primo die legiones in armis, quatuor millium spatio decurrerunt.* Magis apud C. Suetonium in Galba cap. 6. *Ipse maxime insignis, quod campstrem decursionem scuto moderatus, etiam ad esse dum imperatoris per viginti passuum millia cucurrit.* Utilitas hujus præcepti apud Flavianum Vegetium multiplex lib. 1. cap. 9. *Ad cursum assuescendi sunt milites, ut majore impetu in hostem procurrant, ut loca opportuna celeriter occupent, ut ad explorandum alacriter pergant, ut fugientium terga facillius comprehendant.* Meminerunt hujus decursionis & usus, Florens Tertullianus lib. ad Martyres cap. 3. *In pace, labore & incommadis, bellum pati jam discunt, in armis ambulando, campum decurrendo, fossam moliendo, testudinem defudando.* L. Seneca epist. 16. *Miles in media pace decurrit sine illo hoste, vallum jacti, & supervacuo labore lassatur, ut sufficere necessario possit.* Janus Gruterus observavit, & ante illum J. Lipsius in Militia sua lib. 5. Erat aliquis, qui decurrentibus tyronibus, seu militibus præiret, necio an centurio, an vero magister, aut campi doctor. C. Sueton. in Nerone c. 7. *Indicta decursione prætorianis, scutum sua manu prætulit.* Antiquum hoc, & à bello Punico secundo in usu. De P. Scipione Sil. Ital. lib. 8.

- - - *Sæpe alite planta*

*Ilia persoffum, & campi per aperta volentem*

*Ipse pedes prævertit equum.*

Ad eum ritum opinor Homerum allusisse l. 3. Iliad. principio:

- - - *Μαλα δ' ἔβα δὴ κρηνοσσοῦ πειδίω.*

*Valde celeriter transcurrerunt campum.*

Et retentum etiam declivi Republica. Claudian. de 3. Hon. consulanu:

- - - *Ascensu vincere montes, Planitiis cursu, vallis & concava saltu.*

Et de 4. Hon. consul. licet alii diversam probent lectionem:

Fluvius tu protere cursu

Horrentes glacie.

Et de 6. Hon. consulatu:

In varios docto discurritur ordine gyros.

Huic & salus addebatur. C. Salust. in fragmentis historiae de Pompejo: Cum alacribus saltu certare. Fl. Vegetius l. 1. cap. 9. jam laudato. Ad saltum etiam exercendus est miles, quo vel fossa

transiliantur, vel impediens aliqua altitudo superetur, ut cum ejusmodi difficultates venerint, possit sine labore transire. Silius Italic. loco jam proxime supra citato de P. Scipione:

Ipse inter medios vibratura ingentia laudis

Signa dabat, vibrare sudens, transmistere salta

Murales fossas.

De lucta, jaculatione, natatione, equitatione, qua inter tyronum exercitamenta, commodius, ut spero, in tractatu de militia expeditur.

CAPUT XXVI.

De mensis & convivii Romanorum. Quoties Romani singulis diebus cibum caperent.

**A** Ludis ad mensas & convivii veterum actedemus & videbimus, quem morem in iis Romani observaverint. Nam & hujus moris cognitio non caret maxima utilitate, cum suavitate conjuncta. Veteres in more habuerunt, quater in die cibum sumere. Prima erat *matutina jentatio*, quam *prandiculum* prisca appellaverunt, mox *prandium*: tum *caena*: postremo *coessatio*. Nam *merendam*, qua ad cibo meridiano nomen sumpsit, cum *prandio* eandem apud veteres fuisse, monet *Festus*: quamquam eam post *prandium* & post *meridiem* collocat *Nonius*. Sed haec facile habita ratione temporum controversia dirimitur, ut prisca temporibus *merenda* pro *prandio* fuerit, *prandii* nomine & usu nondum inducto: deinde vero, ut *luxus* & *nequitia* serpit, cum à *merenda* ad *caenam*, id est, ad meridiem ad vesperam, unde *vespernam caenam* dixere, jejunitas nimium longa videretur, *prandii* usus in *merenda* locum & horam successerit. *Merenda* vero post eam horam, unde nomen sumpsit, id est, post *meridiem*, producta sit, qui bodieque mos retinetur. Inde non quater modo, sed quinque quotidie cibum capto solitum esse constat. Quod tamen non ita intelligendum est, quasi omnes sine discrimine toties comederint, verum de *pueris*, qui famem non ferunt, & *opificibus*, servis, viatoribus, quorum vires labore fractas, atque imminutas refici & augeri cibo necesse erat, item de *senibus*, qui valetudinis causa aliquid cibi ante *caenam* sumebant, verum est. Reliqui homines liberaliter educati, semel tantum, aut plurimum bis comedeabant, id quod ex pluribus veteribus Scriptoribus probant *Hieronymus Mercurialis Variar. lect. lib. 4. cap. 17. in Arte gymnastica, lib. 1. cap. 11. & Aldus Manutius Pauli filius, libr. 1. de quaestis per epistolam, epistola 4. & alii.*

AD CAP. XXVI. PARALIPOMENA.

Mensarumque materia, qua forma, quis ornatus?

**N**on aliunde aptius, quam à mensis incipietur de convivii sermo. Erant autem illae ex ulvis palustribus, ut & lecticae, adeoque etiam lecti ipsi. C. Plin. l. 18. cap. 3. *Quis somnuscque in stramentis erat.* Frequentiores sunt poetae in price hujus frugalitatis adumbratione. Alb. Tibul. l. 2. eleg. 6.

Ac sibi quisque dapes & festas extruet alte

Cespitibus mensas, cespitibusque thoros.

Valer. Flacc. l. 1. Argonaut.

Viridique thorus de fronde, dapesque.

L. Sen. Hercule furente act. 1. in choto.

Cepes Tyrio molliori ostro

Solet imparidos ducere somnos.

D. Juvenal. sat. 6. in principio:

Sylvestrem montana thorum cum sterneret nxor

Fraudibus, & culmo, vicinarumque ferarum

Pellibus.

P. Ovid. passim, lib. 5. Fastor.

Tunc dabat exiguum fluminis ulva thorum.

Et eodem libro paulo post:

Nec pudor in stipula placidam cepisse quietem.

Et lib. 3. Amor. eleg. 9.

Sed glandem quercus oracula prima ferebant,

Hæc cibus, & teneri cespitis herba thorus.

Idem lib. 2. de Arte:

Silva domus fuerat, cibus herba, cubilis frondes.

T. Lucret. Caius de Rerum Natura lib. 5.

Sed nemora, atque caros montes, silvasque colebant,

Et frutices inter condebant squalida membra.

Sequitur deinde paucis interjectis:

Circum se foliis, & frondibus involventes.

Postea ex acere conficiebantur. C. Plin. l. 33. cap. 11. ex L. Fenestella: *Ait ante se paulo triclinia lignea, rotunda, solida, nec multo majora, quam mensas fuisse, se quidem puero, quadrata, aut compacta, aut acere aperta, aut citro fuisse.* M. Martial. l. 14. epigr. 90. *cujus lemna est, mensa acerna.*

Non sum crispa quidem, nec silva filia Mauræ,

Sed norunt lautas & mea ligna dapes.

Et Virgil. libr. 8. *Æneid. de frugalitate Latini Regis:*

Præcipuumque thoro, & villosi pelle leonis

Accipit *Æneam*, folioque invitat acerno.

Lapis deinde moribus, & invalescente luxuria, lecti, abaci, monopodia, mensæ, triclinia, primum erati, deinde & argentei, mox & laminis aureis obduci cœperunt, qua morum perniciis, disciplinaeque publicæ pestis & iactura, à Cn. Manlio victa Asia in Urbem commigravit. T. Liv. 4. Decad. lib. 9. in limine. Sed & citrea mensa utque adeo in pretio fuerunt, ut argenti aurique æstimationem ea arbor æquaverit. C. Plin. lib. 13. c. 15.

*Confines ei Mauri, quibus plurima arbor cedri, & mensarum insania, quas famine viris contra margaritasegerunt. In meliori MS. non cedri arbor, sed citri arbor est. Aptius indubie, tum quia in MS. epigraphæ capitibus habet de Atlantis arboribus, & mensis citreis; tum quod locum hunc Tertullianus transcribens, posteriori lectionem firmet. Sic igitur ille lib. de Pallio c. 5. Nullis vitis adnor, nullis veteris parco, adigo canterem ambitioni, qua M. Tullius quingentis millibus nummum, orbem citri emit, qua bis tantum Asinius Gallus, pro mensa ejusdem Mauritanie numerat. Hem, quantis facultatibus æstimare lignas maculas! Depravatum eum locum restituit Calpurnius lib. 12. & post illum Jac. Pamelius, quo etiam & illud ejusdem Tertulliani trahit lib. de Anima: Quod mensis Ciceronianis infertur. De eadem re utrumque Scriptorum sentire probant verba Plinii sequentia: Extat hodie M. Ciceronis in illa paupertate, & quod magis mirum est, illo ævo emptæ HS. undecim, memoratur & Asinius Pollionis HS. undecim venundata. Sic enim locum istum censuit*

debere legi Guiliemi. Budzus l. 3. de Affe. Addit Jacobus Cujacius lib. 2. observar. cap. 5. citrum esse fugiferam, cedrum vero, *δισφορ δαζαρον*, ut loquitur Suidas, arborem fructus expertem. Denique supernumerarius testis est ipse Plinius lib. 5. c. 1. Et quidem minus miror incomperata eadem esse *equestrus* ordinis viris, jam vero & senatorii, nil demirantibus quam luxuriam, cuius efficacissima vis sentitur atque maxima, cum ebore citroque sive exquirantur. Verus Scholiastes Juvenal. ad v. 138. sat. 1. Mensis citreus, quas antiquitus magno in pretio habebant, aut de ebore, Cicero ipse 6. Verrina: Maximam & pulcherrimam mensam citream à Q. Lutatia Didoro omnibus scientibus abstulisti. Paulus IC. l. 21. ff. de Action. emp. Veluti si mensas quasi citreas emat, que non sunt. Hermol. Barbar. Corollario. in Diocorid. lib. 1. cap. 7. Q. Horatius lib. 2. od. 18. videtur ad Luxum hujusmodi allusisse:

Non ebur, neque aureum  
Mœa venidet in domo lacunar.  
Non trabes Hymetria  
Premmit columnas ultima recifas  
Africa.

C. Petron. Satyrico in descript. bellorum civilium:

- - - Ecce Afris eruta terris  
Citreæ mensis, greges seravorum, ostrumque renidens  
Ponitur, ac maculis imitatur vilibus aurum.

Maculas has non ad purpureos tapetes, seu, ut ille loquitur, ostrum renidens refero, sed ad citreas mensas, quæ quo majorebus concipiendæ maculis, eo cariore. Plin. loco proxime supra laudato. Mensis præcipua dos in vena crispis, vel in cortice variis, illud oblongo eventit discursu, ideoque tigrina appellantur; hoc intero, & ideo sales pantherinæ vocantur: sunt & undatim crispæ, majore gratia, si pavonum caudæ oculos imitentur, Et aliquor lineis interjectis: Postea muræna nigro transcurrentis limite variisque corticum punctis apprehensus pavonum modo, & in totum atro propior color, maculeque discoloræ. L. Sen. lib. de Tranquill. animi, cap. 1. Placet minister incultus, ac rudis veru-  
cula, argentum grave rusticæ patris sine ullo opere & nomine artificis; & mensa non varietate macularum conspicua, nec per multas elegantium dominorum successiones civitati nota: sed in usum posita, que nullius concitæa oculis nec voluptate moretur, nec accendat invidia. Idem lib. 7. de Benefic. cap. 9. Video isthic mensam, & estimatum lignum senatoris censu, eo pretiosius, quo illud in plures nodos arboris infelicitas torst. Sed quis ille senatorius census, antea à Tertulliano & Plinio citatis, HS. undecim, hoc est, viginti quinque millia aureorum Philippæorum, ut correctione egeat Peronius, ubi supra:

Citreæ mensa, greges seravorum, ostrumque renidens  
Ponitur, ac maculis imitatur vilibus aurum.  
Que censum turbant, hostile ac mobile lignum  
Turba sepulta vero circumvenit.

Relege & interpunge hoc pacto:

- - - Maculis imitatur vilibus aurum  
Quod censum trahat, hoc sterile, ac male mobile lignum  
Turba sepulta vero circumvenit.

Martial. lib. 14. epigr. 89.

Accipe felices, Atlanticæ munera, silvas,  
Aurea qui dederit dona, minoræ dabit.

Ejusdem libri epigr. 138.

Nobilis villosa tegant tibi lineæ citrum,  
Orbibus in nostris circulus esse potest.

M. Lucan. lib. 9. v. 425.

- - - Tantum Maurusia genti  
Robora divitiæ, quarum non noverat usum,  
Sed citri contenta comis vivebat, & umbra.  
In nemus ignotum nosse venire secures,  
Extremoque epulas, mensasque petivimus orbe.

A. Persius sat. 1.

- - - Non quicquid denique lectis  
Scribitur in citreis.

M. Varro in gerontodidascalo apud Nonium Marcellum:

In quibus Libya citrus fascis cingit fores.

Fulcrâ harum eburnea erant, laminis putaminum testudineo-

rum minutim scâtis obducta, coopertaque. Idem Plin. lib. 9. cap. 11. Testudinum putamina secare in laminas lectosque, & repositoria bis vestire, Carvilius Pollio instituit, prodigi & sagacis ad luxuria instrumenta ingenii. Philo Judæus de Romanorum suo ævo inlana luxuria, fuit autem legatus ad Cajum principem à popularibus suis, citante J. Lipsio, *τρίκλινα καὶ περιβλήνα χελώνης ἢ ἐλεφαντός κατασκευασμένα, καὶ τιμαλορησίας ὕλης, ὅν τὰ πλεῖστα λιθολύπητα*, id est, Triclinares lecti & sibadâ, testudine aut ebore adornata, & meliori etiam materia, atque ea pleaque gemmata. Clemens Alexandrinus: *χελώνης πεποικιλμέναις κείταις*, testudine variegatos lectos dixit; & puto, ligno inferebatur lecta testudo, ut ex utroque veluti unum corpus affabre fieret. Lucian. in Asino. *Κλίνα ἢ μεγάλων ἀπὸ χελώνης ἰνδικῆς πεποικιλμένη, lectica erat magna ex testudine Ἰνδικῆ facta*. Gravis est querela L. Seneca lib. 7. de Benef. cap. 9. Video elaboratam scrupulosa distinctione testudinem, & sædissimorum pigerrimorumque animalium testas, ingentibus pretiis emptas, in quibus ipsa illa, que placet varietas, subditis medicamentis, in similitudinem veri coloratur. Sunt quibus locus iste vitii suspectus sit, & censent rescribendum, sublitis medicamentis. Sed priore lectione retenta, sensus constat, ideoque nihil temere immutandum. Egrege, ut solet C. Plin. lib. 16. cap. 43. Excogitata sunt & ligni bractea, nec satis capere tingi animalium cornua, dentes secari, lignumque ebore distingui, mos operiri. Placuit deinde materiam & in mari quæri. Testudo in hoc secta. Nuperque portentosis ingentiis Neronis principatu inventum, ut pigmentis perderet se, plurisque veniret, imitata lignum.

M. Martial. lib. 12. epigr. 67.

Gemmantès prima fulgent testudine lecti,  
Et Maurusiaci pondera rara citri.

Et lib. 9. epigr. 60.

Et testudinem mensus quater hexaclinon  
Ingenuit citro non satis esse suo.

Probatâ in hos usus testudo, longe advecta, & è diversissimis petita regionibus. L. Apul. lib. 10. Milesior. Lectus indica testudine perlucidus, plumbeo congerie tumidus, veste serica flosidus. Corrige audacter & necum lege: Plumæ congerie tumidus. Plumaciorum enim in delicatiorum fedibus notissimus usus; & alibi ostendam.

Ver. Scholiast. Juvenal. ad sat. 11. v. 94. Ut lectum testudineum haberet. Lectus enim antiqui testudine oceani ornabant. Ipse Juvenal. loco citato:

Qualis in oceani fluctu testudo nataret  
Clarum Trojugenis factura ac nobile fulcrum,  
Sed nudo latere, & parvis frons ereta lectis  
Vile coronati caput ostendebat aselli,  
Ad quod lascivi ludebant raris alumni.

In secundo versu suspicor mendum esse, & fortasse non male legatur:

Clarum Trojugenis factura, ac mobile fulcrum.

M. Lucan. lib. 10. v. 122.

Et suffixa manu foribus testudinis Indæ  
Tergæ sedent.

Nam quot missus epularum inferebantur, tot mensæ mutabantur & cum cibis, onusta mensæ illata, cum iisdemque demmo sublata. Ex Athenæo & Macrobio Critici animadvertunt. Servius ad finem lib. 1. Æneid. Apud Romanos etiam: cena edita sublatisque mensis primis, silentium fieri solebat.

Ipse Virgil. & alii passim:

Postquam exempta fames epulis, mensasque remotæ.

Et cœnaturis mensæ apponi dicebantur. Plaut. Aflinar. 6. agedum.

Pueri mensam apponite.

Hom. Iliad. ult. v. 476.

Ἐπι καὶ παρῆντε πρῶτα, tunc enim apposta erat mensa:

Et post convivium removeri. Plautus idem in Amphitru.

sc. satim?

Te dormire ajebas, mensa ablata est, cubitum hinc abiimus.

Peron. Satyr. pag. 47. Simul oblitus officii, mensam, quam humanitate posueram, contumelia tollerem. Adi ad Athenæum lib. 1.

Eburneas fuisse mensas, tum ex auctorum locis antea à me:

citatis intelligi potest, & praterea ex L. Apul. lib. 2. Miletar. in convivio Byrthenæ: *Opipares cibi & ebore nitentes lecti, aureis vestibus intelli, amplii calices, varia quidem gratia, sed pretiositate vini.* Basil. Magnus oratione ad divites, *ἰαροδύταις σιβάδεις, καὶ ἰαροδύταις διόφοι, eburnea stibadia, vel repostoria, eburnea mensa, aut abaci.* L. 12. ff. de Instrum. & Instrum. leg. citat Petrus Colvius. M. Terentius Varro in *Quinquatribus*: *Cum ebore lecto, ac purpurei operis thoro cubare video egrotum.* Plato poeta comicus vetustissimus, citante Athenæo lib. 2. Dipnosophist. cap. 6.

Κατ' ἰν κλίνας ἰαροδύταις καὶ σιβάδεις ποσφοδύταις  
Κατ' ἰν κλίνας ἰαροδύταις καὶ σιβάδεις ποσφοδύταις

In lectis deinde eburneis fulvis pedibus, stragulis  
Tindis purpurea, ostro Sardiniano, dormituri cubant.

Sext. Propert. lib. 2. eleg. 13.

Nec mihi tunc fulcro sternatur lectus eburno,  
Nec sit in Attulico mors mea nixa thoro.

M. Accius Plaut. in Stich. sc. quissum.

Di. Lanam purpuramque multam, GE. qui ventrem vestiam.

Di. Lectos eburnatos, auratos, GE. acubabo regie.

Q. Catullus Epithalamio Juliae & Mallii, epigr. 59.

O cubile, quod & nimis

Candido pede lectuli

Qua tibi veniunt bona

Gaudes.

Non desunt tamen, qui non de eburneo fulcro intelligi verum illum velint, sed de argenteo pede. Auto enim argenteo obduci lecticas, tam tricliniarias, quam cubitorias, ostenditur ex iis, quæ ante à me citata sunt. Papinian. IC. l. 9. ff. de supell. leg. *Supellectilis mensas esse consueque materis, scilicet vel argenteas, vel argenteo inclusas, placet: nam & argenteos lectos, & argentea candelabra suspellenti cedere, posterior usus recepit.* Martial. lib. 8. epigr. 33.

An magis astuti derasa est ungue ministri

Bractea, de fulcro quod reor esse tuo.

Et lib. 9. epigr. 23.

Et crepet in nostris aurea lamina thoris.

Satis de materia, superest de forma deinceps dicere. Primum igitur quadratas fuisse mensas certissimum. C. Plinius l. 33. c. 11. Fest. Pomp. lib. 5. *Escaria mensa quadrata vocatur, in quibus homines epulantur.* M. Terentius Varro lib. 4. de Ling. Latin. *Mensam escariam cibillam appellabant, ea erat quadrata, ut etiam nunc in castris est. A cibo cibilla dicta: postea rotunda facta.* Nullum itaque dubium est, quin hæc primitus mensarum fuerit forma.

Alludunt poetæ. P. Virgilius lib. 7. Æneid.

Patulis nec parcere quadris.

D. Juvenal. sat. 5. in principio:

Ut bona summa pretes aliena vivere quadras.

Postea rotunda facta sunt. Varro proxime supra & ibidem. *Mensam vinariam rotundam nominabant cylibathum; ut etiam nunc in castris, id videtur declinatum à Græco, ἀπὸ τοῦ κύβητος, altera vinaria mensa, erat lapidea, quadrata, oblonga, una columella, vocabatur cartibulum.* Glossæ antiquæ Hispalensis Isidori. *Castipulum, mensa quadrata.* Sed nescio an ad convivia, aut epulas? Varro enim in sequentibus: *Hæc in adibus ad compliniam apud multos nunc puero ponebatur, & in ea, & cum ea aenea vasa, & à gerendo, gertimento verius eam fuisse, quam usui, nisi contradiceret Etymologicum magnum. Αἱ τῶν παλαιῶν τετραγῶναι τετραγῶναι ὄναι. Antiquorum mensæ quatuor laterum erant.* Rationem adfert Myrtilianus apud Athenæum lib. 11. Dipnosophist. cap. 13. *Quod figura circularis absolutissima esset, ac perfectissima, maximeque ad perpetuam cæli omnia continentis conversionem accommodatissima.* Ob id non modo circulares mensas faciebant, sed & tripodes diis consecratos, & placentas ipsas eadem circularis formæ similitudine, quas, quia lunas imperfas habebant, aut alia sidera imprectas, lunas appellabant. M. Lucan. l. 10. Pharsalia v. 142.

Dentibus hic niveis, scissosque Atlante fluv

Imposuere orbis.

Virgil. libro laudato:

Et violare manu, malisque audacibus orbem  
Fatalis crustæ.

Martial lib. 9. epigr. 23.

Ut Mauri Libycis centum stent dentibus orbis.

Papin. Stat. lib. 1. Thebaid. v. 518.

Part teretes levare manu, ac disponere mensas.

D. Juvenal. sat. 11. v. 122.

Putere videntur

Unguenta, atque rosa, latus nisi sisinet orbis

Grande ebur, & magno sublimis pardus hiatus,

Dentibus ex illis, quos misit porta Syenes,

Et Mauri ceteres.

Atque hæc quidem formam suspicor Græcis pariter, ac Latinis fuisse communem; Romanæ vero mensæ referre figuram signatis Græci, quod idem cum C. Latino, seu dimidiata luna effigie. Præoccupantur jam Critici, Muretus, Lipsius, Savaro, Brodæus. Jull. Poll. lib. 6. Onomast. cap. 1. Ἀσκήτης, σιβάδεις, κραιβάκια, κλυτήρια, χαμύβια, χαμύβια. Scamna, thori, semicirculari, recubitoria, humistrata. In MS. probator lectio est, ἀσκήτης, σιβάδεις. Interim corrigi Varroem: *Me puero ponebatur, & cina, & cum ea vasa, tina enim vel tinea vasa sunt vinaria.* Nonium vide cap. 19. num. 7. & dicam infra. Cal. Rhodigin. lib. 12. cap. 18. Antiquar. lection. pro dicta interpretatur, sed non ut oportuit. Quamquam & in eadem mente viri docti. Petr. Ravennas ferm. 29. *Discumbat Jesus, plus in Matthæi mente, quam signate.* Idem ferm. 83. *Es soli discipuli alio signate, thoro uno, toto otio, delictis securi epulabantur.* Idem ferm. 93. *Denique dum Pharisæus veste clarus, primus in signate.* Sidon. Apollinar. lib. 2. epist. 2. *Ita ut ministeriorum se non impediende famulatu, tot possent recipere fellas, quot signa capit personas.*

D. Paulin. lib. 1. de vita S. Martini:

Hos inter mediis qua signa stetit orbe

Presbyter accubuit.

Martial. lib. 10. epigr. 48.

Stella, Nepos, Cani, Cerealis, Flacce, venitis:

Septem signa capis, sex sumus, adde Lupum.

Et lib. 14. epigr. 87.

Accipe lunata scriptum testudine signum,

Octo capis, veniat quisquis amicus erit.

Jam pridem ab aliis correctum:

Accipe lunatum scriptum testudine signum.

Sidon. Apollinar. carm. 17.

Non tibi gemmatibus ponentur prandia mensis,

Assyrus murex nec tibi signa dabit.

Idem carm. 22. ad finem.

Mos erat hic dominis hibernum signa locare.

Ad extrema hujus cornua honoratiora convivia collocabantur. Gregorius Turonensis, observante Savarone, lib. 1. de Miraculis, cap. 80. *Discumbentibus autem ad convivium, vir ille cum presbytero dextræ parvis cornu occupat, Catholicum ad sinistram statuens.* Sidon. Apollinar. lib. 1. epist. 11. *Primus jacebat cornu sinistro consul ordinarius Severinus. Juvenus Hispanus lib. 3. sacrotum carminum:*

Sic vos quosque vocat, cæna convivia ponat,

Cornibus in summis decuit ponere membra,

Quisque sapit, veniat forsitan si nobilis alter,

Tarpiter eximio coeturo cedere cornu.

Ornabantur autem signata hæc seu mensæ eodem tapetum apparatu, quo superius scenas theatrorum instructas ostendi, scilicet initio pellibus ferarum, deinde & byssino & peristromate, quare Latinus ille Virgilianus *Eucam hospitem villosis pelle leonibus accipit.* Et uxor rustica apud Juvenal. sat. 6. in lumine thorum sternit frondibus & culmis, vicinarumque ferarum pellibus. Longe alius tamen ornatus luxuriante republica. Sed pergo.

CAPUT XXVII.

*Quid jentaculum, prandium, merenda, cœna, comessatio fuerint.*

**E**X his igitur, quæ præcedenti capite dicta sunt, facile intelligitur, quid *jentaculum, prandium, merendam, cœnam, comessationem* veteres appellarint.

*Jentaculum* cibus erat matutinus, qui sumi solebat antequam homines operas aggredirentur. Quamquam notat *Festus, prandium & jentaculum* veteribus idem fuisse. Nomen habet *jentaculum*, à jejuniò, quod jejuni eo uterentur, unde etiam jentare, quod jentaculo uti, vel jentaculum fumere significat. *Jentaculum* prius dicebatur *silitum* auctore *Festo*, cujus hæc sunt verba: *Silitum* antiqui pro eo, quod nunc *jentaculum* dicimus, appellabant, quia jejuni vinum sili conditum ante meridiem absorbebant. *Plutarch.* in *Symposiacis*, l. 8. quæst. 6. ait: Priscos, cum & laboribus dediti, & temperantes essent, mane panem edisse, mero intinctum, aliud nihil, unde etiam *jentaculum* vel *prandium* (hæc enim antiquitus pro iisdem accipiebant) ἀκράτισμα dixerint, quod ἀκρατος sit *merum*.

*Prandium* antiquitus idem erat cum *jentaculo*, postea vero distinctum, ita ut *jentaculum* sumeretur aliquanto ante *prandium*. Dicebatur *prandium*, quemadmodum *Plutarch.* in *Symposiacis* docet, κατ' ἴδιον quod meridiè sumeretur: ἴδιον enim significare ait meridianum tempus κατὰ τὸ ἴδιον δαί, quod significat, *desse, indigere*, ut videantur voluisse notare matutinum cibum & nutrimentum, quo uterentur, priusquam indigerent. Erant igitur *prandia* ut plurimum brevissima & parcissima. sumptuosiora autem & liberaliora, vel festis diebus usurpari solebant, vel nuptialia erant, vel ambitionis & largitionis, vel luxuriæ causa instituebantur. His causis exceptis & similibus, parce admodum prandebant, cœnabant largius. Ita *Plutarch.* in *Symposiacis* lib. 8. quæst. 6. scribit, priscos Romanos moderate *prandere* seorsim, cum amicis vero *cœnare* consuevisse, ideoque cœnam, quasi κοινὴν, id est, *communem* ipsis appellatam esse.

*Merendam*, *Festus* ait, antiquos dixisse pro *prandio*, quod scilicet medio die caperetur. *Nonius Marcellus* auctor est, *merendam* dici cibum, qui post meridiem daretur. *Josephus Scaliger* notis in *Varronem de Re Rustica*, docet, *merendam* dictam esse, quæ iis, qui mererent ære, hoc est, mercenariis, data fuerit, adducens fragmentum *Calpurnii*:

- - - *Sera cum venerit hora merenda.*

*Cœnam*, quam nunc dicimus, *vespernam*, veteres appellabant: quam autem *prandium* vocamus, illi *cœnam* appellabant, ait *Festus*. *Isidorus* lib. 20. cap. 2. *cœnam* ait vocari à communione vescentium: κοινὴν quippe Græci *commune* dicunt, unde & communicantes, quod communiter, id est, pariter conveniant. Apud veteres enim solitum erat, in propatulo vesci, & communiter epulari, ne singularitas luxuriam gigneret. Hæc ille. *Hora cœna* apud Romanos erat hora diei nona.

Ultima erat *comissatio* (sic enim scribendum esse, non *comessatio*, docent, *Aldus Manutius junior* in Orthographiæ ratione, *Leonardus Malaspina* & alii) de qua sic *Festus*: *Comissatio* à vicis quos Græci κόμιαι dicunt, appellabatur. In his enim habitabant, priusquam oppida conderentur, quibus in locis alii alios convictus causa invitabant. Alii à *comedendo* vel *comessando* derivant. Contra *Dionysius Lambinus* Commentariis in *Horatium*, mutuatos esse ait Latinos hoc verbum à Græcis, ut alia pleraque, apud quos κοινάζειν sit ebriorum aut intemperantium more se gerere, lascivire, seortatum ire, &c. Unde etiam *Fulvius Ursinus* *comassari* dicendum existimat. Priorem tamen sententiam *comessationem*, à *comedendo* nomen habere, *Lavinus Torrentius* in *Suetonii Vitellio* defendit. Hoc quidem certissimum est, *comessationes* antiquis probatas non fuisse. Verum nos reliquis omnibus prætermittis, de *cœnis* tantum, ad quas veteres convivas vocabant, pauca quædam in medium afferemus, & primum quomodo Romani cibum ceperint, ostendemus.

AD CAP. XXVII. PARALIPOMENA.

*An prandia in usu habuerint Romani, an tantum cœnas? & meridiarii.*

**E**X fugali antiquorum victu nata dissertatio, semel in die cibum sumplerint, an sæpius? hoc est, an pranderint sub meridiem, ut nunc fit, an vero in vesperum distulerint, ut cœnarent. Ratio difficultatis præcipua ex *Servii Honorati* verbis in lib. 4. *Æneid* *In usu*, inquit, non erant *prandia*. Quod & alii non parvi nominis Grammatici post eum transcripserunt. *Isidor.* lib. 20. *Etymologiar.* cap. 2. *Est autem cœna vesperinus cibus, quam vesperinam antiqui dicebant, in usu enim non erant prandia.* *Salvian.* *Massilien.* de *Provident.* & *Judicio Dei.* lib. 1. *Nunquid parcam illam tunc aggressumque*

*vitam cum gemitu & dolore tolerabant, cum viles & rusticos cibos, ante ipsos, quibus coxerant, focos sumerent, eosque ipsos capere, nisi ad vesperam, non liceret.* Horum suffragatur sententiæ *Aurelius Calliodorus* in *Psalm.* 14. *Majores nostri tabernis domos appellaverunt pauperum, & quod ibi habitabant & cœnabant, sicut antiquis mos erat semel cibum sumere, ex duobus nominibus unum traditum factum esse vocabulum, scilicet tabernaculum.* *Manlius Severinus Boethius* lib. 2. *consolat.* *Philosoph.* metro 5.

*Felix nimium prior atas,  
Contenta fidelibus arvis,  
Nec inerti perditæ luxu,  
Facili quæ sera solebat  
Jejunia solvere glande.*

Altera est sententia eorum qui putant *prandia cœnasque* nullo discrimine ut nunc, ita olim etiam usurpasse Romanos, horum

rum veluti dux est non tam veritatis studio, quam Servii odiductus Philippus Beroaldus in Annotationibus suis in Servium §. 24. eum insequutus est Janus Parthasius in Epistolice quaestionibus epist. 57. Joannes Bodinus post illum lib. 1. Oppiani de venat. Philander in M. Vitruvii Pollionis Architectonicis lib. 6. cap. 1. plerique inter Criticos: & certe videtur favere Cicero 3. Verr. In Asiam vero postquam venit, quid ego adveniens istius prandia, canas, equos munerisque commemorum? Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1. Fuit etiam illa simplicitas antiquorum in cibo capiendis humanitatis simul, & continentiae certissimus index, nam maximis viris prandere & cenitare in propatulo, verecundiae non erat, nec sane ulla epulas habebant, quas civium oculis subscire erubescerent. Aurel. Macrobi. lib. 2. Saturnal. cap. 13. Leges de canis & sumptibus ad populum ferebantur, & imperari cepit, ut patentibus januis pransigaretur & cenitaretur, sic oculis civium testibus factis luxuria modus fieret.

Q. Horat. lib. 4. sat. 4.

Qui nigris prandia moris

Finiet.

Et ejusdem lib. sat. 3.

Luscinias soliti impenso prandere coemptas.

A. Persius sat. 1.

His mane editum, post prandia Callirhoen do.

Quin imo & apud Graecos bis in die epulari receptum, indeque nata sunt duo vocabula, rebus illis peraccommoda, ἀριστον quasi aristor, prandium aut mane, δείπνον, ubi τῶν πόνων διαπραΰσις, coena, quod a laboribus requiem praeberet. Jul. Poll. lib. 6. Onom. c. 1. uno eodemque tempore & cenas & prandia fuisse in usu Romae, docemur & ex pulcherrimo Plutarchi testimonio, l. 8. Symposiac. cap. 6. Τὸ μὲν γὰρ δείπνον πρὸς κοινὰ διὰ τὴν κοινότητα καλεῖσθαι, καὶ ἐαυτὸς γὰρ ἡρίτων ἐπιπλάει ἐὶ πάλαι Ρωμαῖοι, συνδινῶντες τοῖς φίλοις. Verrit. Guilielm. Xylander. Est enim δείπνον cana, quasi communionem voces, quia seorsim solebant antiquitus prandere antiqui Romani, cenare cum amicis. Haec licet veritatem habere in se videantur, certum tamen est, multos Servio consentire. Pomponius Sabinius, antiqui non prandebant, uti in vita Gallieni traditur. L. Sen epist. 122. Quotidie sobrius prodis, sic cenas, tanquam ephemeridem patri approbaturus.

Ut in tanto probatorum auctorum consilio aliquid certi statuamus, puto prandia non omnium omnino civium fuisse, sed lautiorum tantum, qui & ipsi sine ulla ferculorum pompa, aut splendido apparatu accumbent mensae privatae prantur, ad magnificas & exquisitas epulas amicis in cenam condicebant. Celsus Medicus lib. 1. cap. 3. Hieme, si prandet aliquis, nihil est exiguum aliquid & ipsum siccam, sine carne, sine portione sumere, astate vero & portione & cito corpus sepius eget, idco prandere quoque commodum est. Quod usque adeo verum est, ut apud eundem Cornelium Celsum lib. 4. quippiam sit instar precepti. Tamen facilius fert adolescens, quam puer & mo cibo, quam prandio quoque assuetus. Quod, ut puto, indicavit L. Seneca epist. 83. ex Celso, ut pleraque alia transcribens, fuit enim ille ante a vum Seneca in pretio, citaturque tanquam rei medicae peritus, à Plinio aliquoties: Panis acinde siccus & sine mensa prandium: post quod non sunt lavandae manus.

Posset & dissidium componi facile, si eandem rem significatam cenae prandiique nomine dicamus. Festus Pompejus lib. 3. Cena apud antiquos dicebatur, quod nunc est prandium, vespertina, quam nunc canam appellamus. Idem lib. 17. Scenfas Sabini canas dicebant, quae antem nunc prandia sunt, cenas habebant & pro canis vespertinas appellabant. Et apud eundem alter locus lib. 14. mutilatus, vel verius a Paulo corruptus, ut plerique alii. Prandium ex Graeco . . . est aditum, nam meridianum idem cenam vocabant. Quam lacunam varie viri eruditi conati sunt supplere. Josephus Scaliger in Caltigationibus suis in eundem Grammaticum, auctore Plutarcho, ex Graeco ἡμέραν est dixit. Guilielm. Canterus. Novar. lectio. lib. 4. cap. 28. fatetur se non potuisse reperire, quidnam verbi huic lacunae explenda conveniret, nisi forte ex eodem Plutarcho, loco proxi-

me supra laudato, aliquid elici posset. Τὸ δὲ ἀριστον ἡμερῶν πρόπρωτον ἀπὸ τῆς ἀριστερῆς, ἡδίστον γὰρ τὸ δεξιόν, καὶ τὸν μὲν ἀριστον ἀριπλευρῶν ἡδίστον, ὃ ἀριπλευρῶν τινα σηματοῦντες ἴδω. δὴν ἢ πρῶτον, ἢ ἡγεῖνται αὐτῶν ἡδίστον γὰρ ἴδω. Prandium autem ariston dicitur ab hora παρ' ἡδίστον, nam endion significat meridianum tempus & meridiani endiazetin, aut cibum meridianum coluerunt notare & nutritivum, quo uterentur, priusquam indigerent, πρὸ τῶ ἡδίστου. A tempore igitur liquidissimum est ex illo prandium dici, vel ab effectu quietis; quiescebant enim sumpto cibo meridiano, ut esset veluti alter dies, inter prandium & vespertam. Plin. Junior, lib. 3. epist. 5. Dormiebatque minimum, mox quasi alio die fudebat, in cana tempus. Exquisite locutione, quasi alio die, usus est, nam somnus interiectus inter prandium & cenam, videtur alium quendam diem facere. L. Seneca epist. 84. Hodierne dies solidus est, totus interstratam lectioemque, brevissimo somno utor & quasi interjunctus. Eandemque formulam usurpavit lib. de Tranquill. vita c. 1. Quidam medio die interjuncturum & in pomeridianas horas aliquid levius opera discurrunt. Frustra sunt, quibus placuit legi, brevissimo somno utor & quasi intervigilo. Interjungere enim diem idem omnino est, arque Horatio lib. 1. od. 1.

Partem solido demere de die.

M. Martial. lib. 3. epigr. 67.

Exarsitque dies, & hora lassas

Interjungit equos meridianam.

Itaque & meridiani hic mos prisca republica, ab Imperatoribus retentus & ad declines transitari principatus lapsus transmissus: multa eruditus Savaro. C. Suevion. Augusto c. 78. Post cibum meridianum, ita ut vestitus calcitransque erat retectis pedibus passis conquelescat, opposita ad oculos manu. Idem Calligula cap. 38. Ac ne paululum quidem morae patiens super quadrangula teos ex diversis criminibus una sententia condemnavit, gloriansque est experientia somno Casonia quantum egisset, dum es meridiaret. Diu autem post illos eadem obsequia consuetudo, nam & Trajanus meridiare solitus. Plinius in panegyrico, quem ei dixit, & Alboinus Longobardorum Rex, Paul. Diacon. in histor. Longobard. l. 2. cap. 28. & Romanis meridianibus urbs ab Alarico Gothorum Rege capta intrataque. Gregor. Thronensis l. 10. c. 2. eademque jam providerat Procopius Casariensis lib. 3. Id in lecto fiebat, fide lucubratoris, sive trichlinari, ego fateor mihi incompetum. M. Varro in quinquatribus laudante Nonio Marcello cap. 2. num. 132.

Quam in tesudino lecto, culcitra plumea,

In die dormire.

Vestigium & in sacris literis lib. 2. Regum cap. 11. David surgit à prato suo post meridiem & deambulat in salario. Et in Jobo c. 24. Inter acceros eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus stant. Licet Nicolaus à Lyra, interpres ordinarius deliret, qui exponit, post meridiem, id est, vespertino tempore. P. Ovid. lib. 1. Amor. eleg. 5.

Esens erat, mediæque dies exegerat horam,

Apposuit ambio membra levanda thero.

Q. Caes. lib. 30.

Mea delicia, mei lepores.

Jube, ad te veniam meridiatum.

Paucis deinde interjectis ostendit, quid sit meridiare:

Nam pransus jacto, & satur, supinus.

In aliis editionibus non male:

Nam pransus jacto, & satur supinus.

Salernitæ scholæ doctores id nihilominus verant & diem interjungere infalubre esse clamant, turbidumque nescio quid inde oriri dicunt.

Somnum fuge meridianum.


Itaque quo liberius amicos tractarent, non interveniente negotiorum de die ferie, cenas instruebant: inde tam frequens cenarum, prandiorum nulla, aut certe rara mentio, in descriptione apparatus alicujus magnifici. Q. Horat. lib. 2. od. 14.

Absumet heres Cecuba dignior

Servata centum clavibus, & mero

Tinget pavimentum superbo

Pontificum potiore canis.



P. Philippe Sculp.

I. B. V. p. 29. 503. cap. XXIII.





- D. Aufon. epist. 13.  
*Offrea nobilissimæ carnis, sumptusque nepotum Cognita.*
- M. Martialis omnibus paginis lib. 5. epigr. 51.  
*Cano domi quoties, nisi te Charopine vocavi, Protinus ingentes sunt inimicitia.*
- Inde Scriptorum, de nepotibus dissolutis, querela, in noctem eos convivia extendere, uno interdum & à sole in alterum solem. M. Tull. Orat. 2. in Catil. *Quorum omnis industria vita & vigilandi labor in antelucanis exponitur.* T. Liv. 3. Decad. l. 3. *cæperunt* (Pœni duce suo Hannibale jam tertium victore, & Capua agente) *epulari de die & convivia non ex more Puniceo, aut militari disciplina esse.* Ael. Lamprid. in Commod. *Et cum potaret in lucem heliæreturque. Quare & laus aliqua Domitiano apud C. Suetonium cap. 11. Convivabatur frequenter ac large, sed pene raptim, certe non ultra solis occasum.* Lepide Mart. lib. 1. epigr. 29.  
*Hespero fateri mero qui credit Acerram, Fallitur, in lucem semper Acerra bibit.*
- M. Plaut. Aſinaria act. 4. sc. ſequere.  
*At pol' quia dixi rediens, Tu ergo fac ut illi turbas, lites conſcas, Cum suo sibi gnato una ad amitam de die Potare, illam expilare jam.*
- Horat. lib. 2. od. 7.  
*Cum quo morantem sepe diem mero Fregi.*
- Q. Catull. epigr. 45.  
*Vos convivia lauta, sumptuose De die facitis, mei sodales Querunt in trivii vocationes.*
- Sic igitur inceptæ epule in sequentis diei mane protraherentur, Sext. Aurelius Propert. lib. 4. eleg. 6.  
*Sic noctem patera, si. ducam carmine, donec Inficiat radios in mea vina dies.*

Ob id Virgilianus ille Turnus lib. 9. *Æneid.* milites suos ad corpora curanda dimittit:

*Melior quoniam pars acta diei est.*

Quod ita definiit Ulpianus l. 2. ff. de verbor. signific. *Cujusque diei major pars est horarum septem, primarum diei, non supremarum, id est, à prima ad octavam, non à quinta ad duodecimam, ut exponit Augustinus lib. 4. cap. 13.*

Idque accensis lampadibus, seu lychnis, ut supra à me plene ostensum. Adde Curium Fortunatianum Consultum libro 3. artis Rhetoricæ Scholicæ, ut pro Calio. *Aliud fori lumen est, aliud lychnorum, quum potuisset etiam structius dicere, aliud lucernarum. Quare & lychnobius appellat istiusmodi profusos homines L. Seneca epist. 122. Cæbro dicentibus illum quibusdam avarum & sordidum, vos, inquit, illum & lychnobium dicitis. Et ibidem sub Epistolæ principium elegantissime, ut solet, insanam hanc convivandi consuetudinem taxat: Sunt quidam in eadem urbe Antipodes, qui ut M. Cato ait, nec orientem unquam solem viderunt, nec occidentem. Et paucis interjectis: Lixet in vino anguenteque tenebras suas exigant, licet epulis & in multa quidem sercula distindis, totum perversa vigilia tempus diducant, non convivantur, sed iusta sibi faciunt. Et si forte è convivio redirent noctu, præcedebant faces, aut funalia. Silius Italicus lib. 6. Punicor.*

*Exuvius Marti, donumque Duillius alto Ante omnes mersa Pænorum classe dicat. Cui nocturnus honos, funalia clara, sacerque Post epulas tibicen adeſt, castosque penates Insignis lati repetebat murmure cantus.*

Retulere eandem historiam Livius, Valerius Maximus, Plinius & alii, quos facile est consulere, & mihi ad alia propertanti qua urgent, transcribere illos, inani opera non vacat.

D. Juvenal. sat. 4. v. 13.

*Luxuriam imperii veterem, noctesque Neronis Jam medias, atlamque famem.*

C A P U T XXVIII.

Quomodo Romani cibum ceperint, atque de accumbendi & discumbendi ratione.

Majores nostri, inquit Servius, sedentes epulabantur, quem morem habuerunt à Laconibus & Cretensibus, ut Varro docet in libris de vita populi Romani, in quibus dixit, quid à quaque traxerit gente. Et Isidorus l. 20. cap. 11. Apud veteres, inquit, non erat usus *accumbendi*, unde & confidere dicebantur: postea, ut Varro ait de vita populi Romani, *viri discumbere ceperunt, mulieres sedere*: quia turpis visus est in muliere accubitus. Hæc ille: cum quo consentit Valerius Maximus, l. 2. cap. 1. ubi tamen notat posterioribus temporibus mulieres etiam contra morem majorum cum viris accumbere cœpisse. Manavit autem hic *mos accumbendi* ad Romanos, ad verisimile est, post Asiam devictam, Græciamque cognitam ab ipsis Græcis, quod innuere Horatius videtur, cum scribit:

*Græcia victa suum victorem cepit. &c.*

Quomodo accubuerint veteres, pauci rectè norunt, & est sanè res in tanta vetustate obscurissima. Justus Lipsius, Hieronymus Mercurialis & Dionysius Lambinus, præ reliquis omnibus, absit verbis invidia, cum morem diligentissime exposuerunt, à quibus ea, quæ huc conferre aliquid poterunt, mutuatus adscribam: plura ab illis ipsis petantur. Sic autem Justus Lipsius lib. 3. Antiquarum lectionum: *Accumbendi modum*, qua ex libris, qua ex monumentis, hunc ferè fuisse collegimus. In cœnaculo mensa collocabatur rotunda, humilis: inferiorum quidem hominum tripes & ex simplici ligno: lautiorum citrea, aut acerna, aut lamina argentea inteſta: quam pes eburnus fabrefactus, puta in modum pardi, aut leonis, sustinebat. Circum mensam tres, ut plurimum, lecti erant, ex quo *triclunii* nomen. Vel duo etiam, quod Plautus *biclinium*: posterior ætas à Vespasianorum imperio, *sigma* vocare cœpit. Quod cum esset in formam *hemicycli*, aut lunatæ testudinis exstructum, vocari placuit nomine literæ Græcæ: quia, ut ex marmoribus liquet, illa ætas sigma literam, ut mediam lunam scribebat C. *Sigma* autem duobus lectis tantum constitisse, colligo ex numero convivarum apud *Martialem*, *Lampridium* & alios. Ii porrò lecti insternebantur aulæis, purpura, aut alia veste stragula, pro copia & inopia convivoris. Id sub horam cœnæ fiebat. Priusquam autem accumberent, lavabantur, atque togas mutabant vestibus, quas à re *cœnatoria* dixerunt. Tum etiam soleas pedibus demebant, ne lectum conspurcarent. Cæterum aut terni, aut quaterni unum occupabant. Horatius:

*Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos.*

Si plures, sordidum id & minime lautum habebatur. Ita fiebat, ut ex una communi mensa vix esset,

ut supra XII. vescerentur. A quo numero illa Augusti famosa cœna apud Suetonium δαδικάδιο; dicta. Apud Macrobius tamen in cœna Pontificia descriptione in duobus tricliniis decem modò convivæ nominantur: ut pateat in magnifico aliquo epulo vix binos lectum unum occupasse. Jam verò *modus accubitus* hic erat. Accumbebant reclinata supra parte corporis in cubitum sinistrum, infera in longum porrecta ac jacente: capite leviter erecto, dorso à pulvillis modicè suffulto: quòd si plures uno lecto decumberent, *primus* decumbebat ad caput lecti, cuius pedes porrigebantur ponè dorsum secundi: *secundus* verò occipit obvertebat ad umbilicum primi, pulvillo interjecto, pedes jacebant ad tergum tertii, & sic deinceps *tertius*, sic *quartus*. Jam qui primus, & ad caput lecti decumbebat, *summus* dicebatur: qui ad pedes, *imus*: qui inter istos, *medius*. Atque si tres convivæ in uno lecto, *medius* dignissimus: proximus honore, *summus*: si quatuor, medium censeri arbitror, proximum à summo: si duo tantum, dignissimus, *summus* fuit. Hæc fere *Justus Lipsius* vir clarissimus, cum quibus etiam ea conveniunt, quæ scribit *Dionysius Lambinus* in Satyram 4. lib. 2. Horatii, postrema scilicet eorum commentariorum editione: & *Hieronymus Mercurialis* lib. 1. Artis gymnasticæ, cap. 11. qui etiam addunt, discumbentes, quamdiu vescerentur & potarent, eo corporis situ mansisse: ubi verò cibum capere desiissent, vel intermississent, dum dorso spinam, quæ antea erat inflexa & ad epulandum composita, repofuisse, & caput in cervical reclinasse, nonnunquam etiam sedentium instar erexisse. Atque hæc quidem in privatis conviviis ad hunc modum plerumque observabantur. In publicis autem *epulis* & *cœnis nuptialibus*, cum magna hominum multitudo conveniret, numerus discumbentium observari non poterat, sed plures *ternis* aut *quaternis* in uno lecto accumbebant, id quod præter *Plutarchum* docet lapis vetustissimus, qui habebatur Patavii in ædibus *Rhamnusiensis*, in quo *triclinium vetus* conspicitur: quem, cum de multis huc pertinentibus nos moneat, ex *Hieronymi Mercurialis* Arte gymnastica lectoris studiosi oculis subjicere volui & petatur inde, vel ex *Peiri Ciacconii* libro non ineleganti de *Triclinio Romano* pag. 51.

Triclinium, inquit *Mercurialis* Art. Gymn. 1. 11. tria non adeo vulgata monstrat nobis. Unum est, quod memoriæ prodidit Varro, scilicet quo tempore usus cameræ ignorabatur, vela ad excipiendum pulverem, ne super mensas spargeretur, atque dapes simul conspurcarent & convivas, solita in tricliniis suspendi, atque ab Horatio aulæa vocata his carminibus designari.

*Interea suspensa graves aulae ruinas*

*In patinam fecere, trabentia pulveris atris,*

*Quantum non aquilo Campanis excitat agris.*

Quem morem hodie Principes & Monarchas servare compertum est: apud quos, mensas sub quibusdam veluti tentoriis sericeis parari sæpe videmus. Alterum est, quod in variis nostris lectionibus docuimus, nimirum prisca illis temporibus, priusquam coronæ ex floribus, herbis & auro in usum venirent, *cœnatores*, cum ad dolores capitis ex cibo & potu averruncandos, tum ad ebrietatem compescendam laneis & lineis vinculis tempora & frontem vincire solitos, quod minimè puto absque ratione fuisse excogitatum; cum venæ, arteriæ, cæterique capitis meatus, quo magis coacti atque restricti sunt, eo minus vapores à vino & cibus sursum elatos, simulque molestias varias inducentes recipiant. Tertium est id, quod luculentissimè *Athenaus* tractavit, apud quem scriptum & probatum invenitur, prisca illos primùm cornibus boum potasse, indeque *κεράται*, id est, temperare vinum aqua, *ἀπὸ τῶν κεράτων*, id est, à cornibus, vocatum esse: tum cornua illa non solum auro & argento ornata, verum etiam argentea & aurea, esse facta, illisque convivas sibi ipsis mutuò propinare consuevisse. Appisti etiam sunt duo pueri, quorum alter mensæ ministrabat, & convivas frigidam & calidam præbebat; quem cunctos, ne ab ipso male tractarentur, reveritos esse, & ab eo mordendo abstinuisse, verisimile fit. Extat apud *Agellium* l. 13. cap. 11. fragmentum quoddam *Varronis* ex satyris *Menippæis*: quod cum de numero *convivarum* & aliis ad *convivia* veterum pertinentibus multa habeat notatu digna, visum fuit iis, quæ de *accumbendi* & *discumbendi* ratione diximus, adjicere. Sic autem *Agellius*: Lepidissimus liber est *M. Varronis* ex satyris *Menippæis*, qui inscribitur: *Nescis, quid vesper serus vehat*: in quo disserit de apto *convivarum* numero, deque convivii habitu cultuque. Dicit autem, *convivarum numerum* incipere oportere à *Gratiarum numero*, & progredi ad *Musarum*, id est, proficisci à tribus, & consistere in novem, ut, cum paucissimi convivæ sunt, non pauciores sint, quam *tres*: cum plurimi, non plures, quàm *novem*. Nam multos, inquit, esse non convenit, quòd turba plerumque est turbulenta. Et Romæ quidem constat, sed & Athenis; nusquam autem plures cubant. Ipsum deinde convivium constat, inquit, ex rebus *quatuor*, & tum denique omnibus suis numeris absolutum est, *si belli horumculi* collecti sunt, *si lectus locus*, *si tempus lectum*, *si apparatus non neglectus*. Nec loquaces autem, inquit, convivas, nec mutos legere oportet: quia eloquentia in foro & apud subfella: *silentium* verò non in convivio, sed in cubiculo esse debet. *Sermones* igitur id temporis habendos censeat, non super rebus anxii, aut tortuosis, sed jucundos atque inevitabiles, & cum quadam illecebra & voluptate utiles, ex quibus ingenium nostrum venustius fiat & amœnius. Quod profectò, inquit, eveniet, si de id genus rebus ad communem vitæ usum pertinentibus confabulemur, de quibus in foro, atque in negotiis agentes loqui non est otium. *Dominum* autem, inquit, convivii esse oportet non tam lautum, quàm sine sordibus. Et in convivio legi non omnia debent, sed ea potissimum, quæ simul sint *βιωφιλῆ* & *delectent*, &c. Hactenus ex *Varrone Agellius*, de quibus etiam nonnulla *Plutarchus* in *Symposiacis* & *Macrobius* in *Saturnalibus*.

AD CAP. XXVIII. PARALIPOMENA.

*Accumbere uxores in maritorum gremiis, triclinium sternere, accubitorium, cellarii, rationales, cœnaculum, postibus affixa ornamenta.*

**I**n lecticis epulabantur, hinc *accumbendi* in conviviis vocabulum invaluit, ut & *discumbendi*. A. Gell. lib. 3. cap. 19. *Apud canam Favorini Philosophi cum discubitu fuerat captusque apponi cibus, servus assistens mensa legere inceperat. M. Cicero ad Articum lib. 4. epistol. 1. Discubimus omnes præter illam.* Res obvia est, nec explicanda. Sed hoc cum discrimine, ut Helenii Acronis venusti Grammatici verba usurpem, in oden 27. lib. 1. Q. Horatii (licet sciam omnium Tiraquellum jam antea id annotasse) *accumbere* deorum est. Virg. lib. 1. *Æneid.*

- - - *Tu das epulis accumbere divum.*  
Discumbere hominum est. Virgil. eodem libro:  
*Jam pater Æneas, & jam Trojana juvenes*  
*Conveniunt, stratoque super discumbitur ostro.*

Et paulo post:  
- - - *Thoris jussi discumbere piciis.*  
Recumbere ferarum est. Hincque illud lib. 8. *Æneidos* de Cerbero:  
- - - *Te janitor orci*

*Ossa super recubans antro semesa cruento.*  
Quod non usque adeo verum est, ut non hac nomina interdum confundantur, & promiscua significatione apud probatos auctores reperiantur posita: quare & de hominibus *accumbere*, teste Cicerone, in C. Verrem in actione 3. *Tum ille negavit moris esse Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres.* Et 7. Verriana. *Muliebria quotidie convivia essent, vir accumberet nemo præter ipsum.* T. Liv. 3. Decad. lib. 8. *Cananumque simul apud Regem est, eodem etiam lecto Scipio, atque Hasdrubal (quæ sita cordi Regi) accubuerunt.* C. Petron. in Satyrice pag. 28. *Non erubuj enim, qui supra me accumberet, hoc ipsum interrogare. Idem valet, accubare.* Moderatus Columella lib. 11. c. 1. *Nec nisi sacris diebus accubans canet.* Sedul. presbyter operis sui eruditissimi præfatione:

*Paschales quæcumque dapes convivia requirit,*  
*Dignatus nostris accubitare thoris.*  
Ovid. lib. 1. *Amor. eleg. 4.*

- - - *Ut accumbas, clam mihi tange pedem.*  
Plaut. *Amphytr. act. 2. sc. 2.*  
ALC. *Cena apposita est, canavisti mecum, ego accubui simul.*  
AMP. *In eodem lecto?* ALC. *in eodem.* SOS. *hei non placet convivium.*

Atque ut accumbere his locis de hominibus effertur, ita & recumbere de iisdem. C. Plin. Junior libro 4. epist. 22. *Cenabat Nerua cum paucis, Vejente proximo, atque etiam in sinu recumberet.* Marial. lib. 2. epigram. 19.  
*Debet Ariano convivia recumbere clivo.*

Et lib. 7. epigr. 77.

*Sportula nulla datur, gratis convivia recumbis.*  
Nec modo viri, sed & feminae eadem accumbendi ratione usæ, gremiis maritorum suorum inhærebant. Cicero ad Articum 1. 5. epist. 1. *Sed brandimus in Arcano, vestri hunc fundem, quo ut venimus, humanissime Quinctus, Pomponis. inquit, tu invitata mulieres, ego viros, arcivero (al. pueros.)* Valer. lib. 2. cap. 1. *Famina cum viris cubantibus sedentes cavent, qua consuetudo ex hominum convitiis ad divina penetravit. Quod intelligendum de Romanis tantum matronis, nam probrosium id Græcis semper habitum.* M. idem Cicero *Acculatione* in C. Verrem 1. *Posteaquam satis calere res Rubrio visa est, quæstus, inquit, Philodame, cur ad nos filiam tuam non intro vocari jubes? homo, qui & summa gravitate, & jam id atatis, & pærens esset, obstupuit hominis improbi dicto. Instare Rubrius. Tum ille, ut aliquid responderet, negavit moris esse Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres. Hic tamen alius ex alia parte: enim vero ferendam hoc non est, vocetur mulier, & simul servus suis Rubrius, ut januum clauderent, & ipsi ad fores assisterent, imperat: quod ubi ille intellexit, id agi, atque id parari, ut filia sua vis adferretur, servos suos ad se vocat,*

*his imperat, ut se ipsum negligens, filiam defendant.* Id autem pro tempore à Philodamo confictum non fuisse, docent nobilissimi oratoris illi verba, qui sors Demosthenicæ facundia à veteribus appellatus fuit, ut habetur apud M. Antonium Muretum variar. lection. lib. 7. cap. 2. ubi locus scribitur, quem vide. Cæterum cur illum facultatis Demosthenicæ fontem appelleret, causa est, quod sua ætate, (vixit autem sub Trajano) omnibus oratoribus palmam præripuerit. C. Plinius Junior lib. 2. epist. 3. *Magna Iseum fama præcesserat, major inventus est, summa est facultas, copia, ubertas.* Vetus Scholiast. Juvenal. ad v. 72. lat. 3. *Iseus Romæ orator omnibus eloquentior.* Ipse Juvenal.

*Ingenium velox, audacia perditæ, sermo*  
*Largus, & Iseo torrentior.*  
Sed ad rem: diversum hunc apud Romanos ac Græcos, de mulieribus in convivium deducendis ritum expressit Æmilius Probus, sive Cornelius Nepos in præfat. ad libr. de vita Excellent. Imperator. *Contra ea pleræque nostris moribus sunt decorata, quæ apud illos turpia putantur, quem enim Romanorum pudet uxorem, ducere in convivium? aut cujus materfamilias non primum tenet adium locum: atque in celebritate versatur? quod multo fit aliter in Græciis: nam neque in convivium adhibetur, nisi propinquorum neque sedet, nisi in interiore parte adium, quæ gynaecitis appellatur: quo nemo accedit, nisi propinqua cognatione conjunctus.*

Neque ego sane usque adeo Græcorum factum improbem, nam quæ & virorum cœtibz interesse, & symposia, solemnitatesque convivales sectari audeat, parum abest, quin quidlibet pati sit parata; quæque jocandi libertatem patienter audire poterit, non gravate pudoris matronalis, virginalis castitatis jacturam incurere dubitabit. Unde lux P. Terentio Eunucho act. 4. sc. 1.

- - - *Hæus, inquit, puer Pamphilam*  
*Arcesse, ut delecet hic nos, illa exclamat, minime gentium.*  
*In convivium illam?*

Certe uxores suas Romani gremiis impositas, & veluti in se reclinas habere solebant, Cic. 2. *Catilinaria: in convivio accubantes, complexi mulieres impudicas.*

L. Apul. lib. 6. *Milesiar. de nuptiis illa solemnitate: Accumberat summum thorum maritus, Psyche in gremio suo complexus.* Hinc mollitiem Sulpitii Galli insectans P. Scipio Africanus scribente A. Gellio lib. 7. cap. 12. *Qui in conviviis adolescentulus, cum amatore, cum chirodota tunicâ inferior accubuerat.*

Hoc est, demissiori & humilliori loco, ut videretur ad pedes quodammodo federe. Idem ille Apulejus l. 1. *Milesiar. Eunuchus accubantem exiguam admodum grabatulo, & conmodum canare incipientem invenio, assidebat pedes uxor & mensa vacua posita.* Malè, & contra antiquitatis notitiam Philippus Beroaldus legit, *assidebat penes uxorem.* Nam in sinu mariti sedens uxor, videtur ad pedes esse. C. Sueton. in Calig. cap. 25. *Liviam Orestillam C. Pisoni nubentem, cum ad officium & ipse venisset, ad se deduci imperavit, intraque paucos dies repudiata biennio post relegavit, quod repetisse prioris mariti medio tempore usum videbatur, alii tradunt adhibitu canæ nuptialis, mandasse ad Pisonem contra accubentem, non uxorem meam premere, statimque è convivio abduxisse eam secum.* Idem ille, flagitiosissima bellua contra receptam epulandi consuetudinem, *fores pleno convivio singulas (verba sunt Suetonii capite præcedenti) infra se vicissim collocabat, uxore supra cubante.* Præpostere id actum. Ovid. lib. 1. *Amor. eleg. 4.*

*Nec premat ille suis sinito traxit colla lacertis,*  
*Mite nec in rigido pectore pone caput.*  
Idem lib. 2. *Amor. eleg. 18.*

*Sæpe meæ dixi, tandem discede, puella,*  
*In gremio sedit protinus illa meo.*  
Et lib. 3. *Amor. eleg. 2.* eundem sedendi ritum in circensibus spectaculis innuit ad amicam:

*En revocant, at ne turbet toga mota capillos,*  
*In nostras abdas te licet usque sinus.*

D. Juvenal. sat. 2.  
*Signate tabula, dictum feliciter, in gens*  
*Cana, sed in gremio jacuit nova nupta mariti.*  
Ad Græcorum mores traxit Ovidius epist. 15. *Paridis Heleam*

nisi forte, ut solent poëtae, Romanos ritus Graecis accommodavit, ita enim de Menelao Helena marito:

*Hospibus eventans convivia talia mstris,*

*Experior passio qualia sepe mero.*

*Panices hospitiū, cum, me spectante, lacertos*

*Imperis collo ruffinus ille tuo.*

*Rumpor, & invideo, (quid nunc tamen omnia narrem?)*

*Membra superjecta cum tua veste fovet.*

A conviviis ad locum progredior. A lecticarium, in quibus decumbentes vescebantur, numero, triclinium appellabant. Idque varium pro anni tempestate, aliud quippe ætivum, aliud hiemale. M. VITRUV. POLLIO l. 7. cap. 4. *Tricliniis hibernis non est utilis hæc compositio.* De qua re liber extat Petri Giaccioni Tolerani, & appendix Fulvii Ursini.

Servius Maurus ad v. 701. lib. 1. *Æneid. Antiqui sibadia non habebant, sed stratibus lectis epulabantur, unde & triclinium sterni dicitur, sic Cicero, sterni triclinia & in foro jubebat; unde apparet errare eos, qui dicunt triclinium esse basilicam ipsam, vel cenationem.* Scio Philippum Beroaldum Servium in hoc etiam reprehendisse, quam opportune, ipse viderit. Vet. Scholiast. Juvenalis sat. 5. v. 17. *Apud veteres accubitorum usus non erat, sed in lectalis manducabant dissumbentes, tres autem lectuli erant, in quibus dissumbebant, unde hodie triclinia appellantur.* Accubitorium autem, vel, ut alii Grammatici loquuntur, à cubo vocatum, quasi ad cubitum epularum, inquit Iliodorus lib. 20. cap. 1. posterioribus faeculis inter Græcos usurpata ea dictio, nam in lexico Meursii *αὐτῶν* ex Ælio Lampridio in Commodo & Suida observatum est, nec non ex Paulō Diacono in rebus Leonis & in Leone Constantini filio, qui consulat. At enim ut vetus triclinii nomen, quod à Juvenale loco citato describitur:

*Tertia cum vacuo cessaret culcitra lecto.*

Ita etiam lapso translatoque Byzantium imperio retentum. Cypriales lib. de offic. Aulæ Constantinopol. pag. 128. *Ἐπι δὲ ὁ βασιλεὺς πινθάκι τῶ ἑνὶ τῶν τρικλινῶν, πάντων παρισταμένων ἀρχόντων, Cam antem Imperator quinque quotannis cibum in triclinio sumat, astantibus omnibus principibus.* Et in eodem libro pag. 180. *Μετὰ τούτο τοίνυν ἀνέχεται ἐπὶ τὸ τρικλίον τὸ λόγῳ μνησθέντα, πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἀπορῶντα.* Postea legitur ascendit triclinium, quod appellatur Thomaites, quod spectat australe versus. Hoc illud est triclinium, quod cum quibusdam D. Chrysofomi in sacram Scripturam commentariis conflavit tempore Irenes & Constantini filii. Quod autem paulo ante Servius dixit, sterni triclinia, ad apparatusum conviviæ accommodari debet. P. Terent. Heautont. act. 2. sc. 4.

*Et lectulos jube sterni nobis, & parari cetera:*

*Ego jam transacta re convertam hic domum cum obsonio.*

Cl. Claudian. de bello Gildonico:

*Splendet tartareo furiæ mensis paratu*

*Cede madens, atrox gladii.*

Stat. Papin. lib. 1. Thebaid. v. 516.

*Certain accelerant, vario strepit iclæ tumultu*

*Regia, pars ostro tenues, atroxque sonantes*

*Emmittit thoras, atroxque inferre tapetes,*

*Pars teretes levare manu, ac disponere mensas.*

Sil. Italic. lib. 10. de Hannibale à Capuanis recepto, & ingenti luxuriæ apparatu:

*Institunt de more epulas, sestasque per urbem*

*Regiæ extructis celebrant convivia mensis.*

*Ipsæ deum cultu, & sacro dignatus honore*

*Præcipuus, multoque procul splendentibus ostro*

*Excipiunt sublimis thoris.*

Cartilius IC. apud Ulpianum l. 5. ff. Commodati: *Si me pessisses, ut triclinium tibi sternerem & argentum ad ministerium præberem, & fecero, deinde pessisses, ut idem sequenti die facerem, & cum commode argentum domi referre non possem, tibi hoc reliquero, & perierit, qua actione agi possit, & cujus esset periculum?* Labeo IC. l. 20. ff. de opt. leg. *Apud Aufidium libro primo rescriptum est, cum ita legatum est, vestimenta, qua volat, triclinaria, sumito, sibi que habeo: Vestimenta triclinaria ap-*

pello, quæ ornando instruendoque triclinio sunt idonea, qualia sunt tapetes, aulæ atque hujus generis, quæ ex iis, quæ supra à me dicta sunt, repetantur: & vide nostræ ætatis Criticos.

Cellam puto vel triclinio contiguam vel triclinii partem aliquam. *Æl. Donat. in Adolph. act. 4. sc. 2. Cella & cellarium, à reponendis celandisque rebus esculentis & potulentis, dicitur. Venus Inferioto.*

DATES. L. PISONIS. CELLARIUS. Iliodorus lib. 5. *Ezymolog. cap. 3. Triclinium est cenaculum, à tribus lectulis dissumbentium dictum; apud veteres enim in loco ubi convivi apparatus exonebatur, tres lectuli instrati erant, in quibus dissumbentes epulabantur, unde enim Græce lectus vel accubitus dicitur, ex quo confectum est, ut triclinium diceretur: cella dicta quod nos occultet & cetera. Eadem Festus Pompejus lib. 4. C. Petron. in Satyrico, pag. 49. vide ut cellam existimare dictam in diversioribus hospitiumque peregrinantium, uti & triclinium domuum privatam. Vos me hercule ne cellæ mercedem daretis, fugere nocte in publicum voluistis. Et paucis interjectis: & de cella proripuit. Licet non sim ignarus cellam pro penu usurpari. Glossæ veteres, κελάριον, penu. In eisdem κελάριονε penurarius, hoc est, cellæ præpositus. L. 12. C. de divers. offic. l. 24. ff. de manum. ff. l. 12. ff. de instru. Exponitur vis nominis à IC. l. 41. ff. de leg. 1. Cellarii locus celandis rebus, & fugitiosus in cellam se receperit dicitur. L. 17. ff. de edil. edicto. quare & cellaria pro annonis populi publicis, Sulpitius Severus in historiæ. Sacer. libr. 2. l. ult. C. Theodos. de offic. omn. judic. & invalensente barbarie cellariensis pro cellæ præfecto dici cepit. L. pen. C. Theodos. de indulg. debet. Martial. lib. 11. epig. 32.*

*Hinc cellarius experitur artes,*

*Ut condat vario vasæ sapore*

*In ruta solium Capelliana.*

M. Accius Plaut. Pseudolo, sc. li loci.

- - - Condus promus sum procurator peni.

Et post ibidem:

- - - Qui res rationesque heri

*Bullionis cura, argentum accepto, expensa, & cui debet dato.*

Istos ego suspicor & rationales appellatos. C. Petron. pag. 22. *Satyrici. Jam ad triclinium veneramus, in cuius parte prima (cella) procurator rationes accipiebant. In principio quidem hi singulorum erant civium & principum. Per rationales curans quorundam principum privatam gubernasse fertur substantiam. Aurol. Cassiodor. libr. 6. epist. 8. ex quibus duplex usus apparet; nam vel privatam imperatoris centum admittunt, vel publicam provinciarum proventum. Constantinus Aug. scribit Colleprio rationali trium provinciarum. L. 5. C. Theodos. de petit. & ultro datis delator. & rationes Belgice procurare dictum à C. Plinio l. 7. cap. 16. *Æl. Lamprid. in Alexandro: Rectores provinciarum dare, vel præpositos facere, vel procuratores, id est, rationales ordinare. Ἐπιθῶντοι* isti, quasi reddendis rationibus obnoxii dicuntur, ut loquar cum Imperatore l. 4. C. de cleris. & Epist. op. horum institutio prima à Constantino Cæsare, qui in universam negotiis fiscalibus eos præesse voluit, seu criminis illa sive rei pecuniaræ, ut ex Martiano IC. discimus l. 8. C. ad leg. Jul. *Adressat. & Jul. Capitolinus in Maximino. D. Auson. inimit in parentalibus carum. 24.**

*Servius præfelli meritis, rationibus inde*

*Præpositus Libyis.*

Atque isti quidem provinciarum præerant; de privatarum Imperatorum fiscalium rationales Corippus de laudibus Justinii Minoris lib. 1. num. 1.

*Mente placens dominis, sacris rationibus aptus.*

Et licet rationalis non nisi corrupta Lingua Latina reperitur, res tamen venustissimo usu fuit comprobata. Ex antiquo marmore Inscriptionem apponam.

D. M.

ABASCANTO. AUG. LIB. EDITUS.  
ÆDIS. NEPTUNI. QUI. EST. IN. CIRCO.  
FLAMINIO. FLAVIUS. ABASCANTIUS.  
ET. PALLAS. COS. N. SER. ADIUTOR.  
A. RATIONIBUS. PATRI. PISSIMO. FEC.  
At-

Altera est apud Manutium in Orthographia p. 683. in honis Carpenf.

STRUCTURA CUM MUNITURA SAR-COPHAGI VETULICIS. P. P. SUI. IMPENSIS. FECIT. FELIX. AUG. LIB. ADIUTOR. A. RAT. QUI SORTITUS. EST. IN. CONTUBERNIO. SUO. ARRIAM. QUAE. FUIT. UXOR. EIUSDEM. VET. FELICIS. LOCUS. CONCESSUS. A. T. AELIO. ASCLEPIODOTO.

Origo, ut puto, paulo antiquior est, quam putat Martians supra proxime à me citatus, nam Augustus princeps depositurus Imperii administrationem reddidit rationarium, ut ait Suetonius in eo, cap. 26. & stante republica, sumptus annui sive census civitatis, in foro posita hasta exigebantur à consule. Ovid. l. 4. de Ponto, eleg. 5.

Aut populi censura posita componet ad hastam, Et minui magna non sunt vobis opes.  
Denique pravorum rationales rei domesticæ curam agebant, male Joannes Saresburiensis Pollicar. sui libr. 3. capit. 12. cum secretariis confundit, est enim toto cœlo diversum utriusque officium. Rectius cum dispensatore confideris. Suet. in Galba, capite 12. Dispensatorum breviarum rationum adferenti proprias legumini pro sedulitate ac diligentiâ porrexisset. Perron. pag. 22. C. POMPEIO TRIMALCIONI VI. VIRO AUGUSTALI CINNAMUS DISPENSATOR. Et pagina sequenti: Dispensatorumque imprecario aures numeratè deprecari sumus. Iudiciorum in gloss. arcarius, dispensator. Singulis noctibus isti domino seu patrifamilias torius diei expensas offerebant considerandas. Venus Scholiafles D. Juvenal. ad v. 482. fat. 6. Rationarium diurnum accipit in transversa charta scriptum. Ipse Satyricus:

Longi relegit transversa diurni.  
Ut igitur constaret rationes esse redditas, antequam cubitum iret dominus, rationibus à servo sibi oblati subscribebat computatis diligenter singulis & expunctis. L. Apul. libr. 2. Apolog. Neget eam rationibus villicorum, optimum & equissimum solertissime scripsisset. Quod utque a deo religiose observatum, ut servus, qui à rationibus domino fuisset, testamento ab eodem moriente manus illis, poterat ab hærede in servitute retineri, nisi subscriptione probatas rationes ostendere potuisset. Scævola IC. l. 40. ff. de statulib. Quæsitum est, an si rationes, quas egit per multos annos, sine subscriptione, testatoris hæredi reddere paratus sit: liber ex testamento fiat, cum propter gravem valetudinem testator non poterit rationibus subscribere, testamento tamen subscripserit, respondit si ex fide ratio redderetur, reliquæque inferantur, liberum fore. Idem l. 41. ff. de fidei commissi. libertatibus. Post mortem testatoris tutores Cupito exactionem commiserunt, isque nummos reddidos expensavit eisdem tutoribus, deinde filius impubes decessit, cui mater hæres exitit, & tutorem tutela iudicio sitio condemnatum habuit, Cupitus ad libertatem proclamavit eo tempore, quo si viveret Martianus, annos sedecim ætatis habiturus esset, offerens rationes unius anni in diem mortis testatoris, quod cetera subscripta fuerunt: quæstum est, an eas quoque rationes, quas tutores periculo suo egerunt, Cupitus reddere compelli debeat. Respondit cum de quo queritur, conditimi rationes reddenda ita videri paruisse, si omne ex eo, quod gessit, & recte desiderari possit, reddiderit.

Cænaculum pars ædium superior, in qua epulari confuecunt. Donat. in Terent. Adolph. act. 3. sc. 3. Veteres, ganæum metricum tabernaculum esse dixerunt, ἀπὸ τῆς γᾶς, τὸ πρὸ τῆς γῆς, quod ipsa sit in terra, non sit cænaculum, superius. Glossarium vetus cænaculum, superius. Cuius significationis originem aperit M. Terentius Varro libr. 4. de Ling. Lat. Ubi cubabant, cubiculum, ubi cænant, cænaculum vocabant. Et paucis interpositis: Ut etiam nunc Lanuvii apud ædem, postea quæ in superiori parte cænitæ cuperunt, superioris domus universa, cænacula dicta Frustra Hidor. l. 15. cap. 3. A communione vestendi nominis etymologiam deducit. Et sunt in illo Scriptorum ut multa bona, ita nonnulla quæ rejicias. Strabo Walafridus lib. de reb. Ecclesiast. cap. 7. Potest enim fieri, ut ædes ad cændum in eis,

sicut cænacula, ad cændum primo sint facta, & postea longo usque in aliud verterentur. Quem locum debet eruditissimo Barnabæ Briffonio. M. Pollio Vitruvius libr. 2. Archit. capite 8. In ea majestate verbis, & infinita civium frequentia, immuæ habitabiles habitabiles opus fuit explicare. Ergo cum recipere non posset area plana tantam multitudinem ad habitandum in urbe, ad auxilium altitudinis ædificiorum res ipsa coegit devenire. Itaque pills lapideis, structuris testaceis, parietibus cemenitis altitudines extructa, congnationibus crebris coacta, & cænaculorum summis milligates perficimus, & despectationes. Ubi ego fateor non intelligere me quid sit, altitudines coacta, velim ergo legi coacta, aut coacta. Q. Flor. Tertullian. libro ad versus Valentinianos cap. 7. Primus omnium Ennius poeta Romanus, cænacula maxima cæli simpliciter pronuntiavit, clari stus nomine, vel quis Jovem illic epulantem legerat apud Homerum. Etiam creatori nostro Enniæ cænacula in adicularum disposita stit formæ, alit atque alit per gulis superstruicis, & uniuersis deo per totidem scalis asstributis, quot hæreses fuerint. D. Lucas Actor. Apostol. cap. 20. Ἐπειὶ ἀπὸ τοῦ τριετίου, cecidit è tertio cænaculo. Sic etiam vetus Bibliorum interpres reddidit. M. Martial. lib. 9. epigr. 109.

At mea Vipsiana spectant cænacula laurus.  
Q. Horat. l. 1. epist. 1.  
- - Ride, mutat cænacula, lectos,  
- - - Bibula, tonfores.  
D. Juvenal. fat. 10. in limine:  
- - - Laterarum obsidet ædes  
Totæ cohors, turris venit in cænacula miles.  
Venus marmor:  
HUIUS. MONIMENTI. IUS. QUA. MACERIA. CLUSUM. EST. CUM. TABERNA. ET. COENACULO. HERED. NON. SEQUETUR. NEQUE. INTRA. MACERIAM. HUMARI. QUENQUAM. LICET.

Scalis admotis ascendebatur. T. Liv. 4. Decad. lib. 9. Cænaculum super ædes datum serentibus in publicum scalis obseratis. Fest. Pomp. lib. 3. Cænacula dicuntur, ad qua scalis ascenditur. L. Apul. libr. 9. Mileciar. Megre per scalis complitis pedibus in superius cænaculum atrallo. Silon. Apollinar. fat. 22. v. 207.  
Alta volubilibus patet hinc cænatio vasis.  
Et deinde paucis interjectis:  
Undosa inveniunt nantes cænacula pisces.  
Communis erigitur vel prima, vel extrema turris.  
M. Martial. l. 1. epigr. 119. de incommodo habitationis suæ:  
Longum est, si velit ad pyræ venire,  
Et scalis habito tribus, sed altis,  
Quod queris, propius petas libebit.  
Idem lib. 7. epigr. 19.  
Hæc per ducentas cum domum tulit scalas,  
Seque obserata clausit anxius cella,  
Grulosus ille postero die vendit.  
D. Juvenal. fat. 7. v. 118.

- - - Rumpæ miser tensum jecur, ut tibi lassæ  
Figantur virides, scalarum gloria, palma.  
Vetus Scholiafles: Scala, stationum silicet, ad instar gladiatoria victoria. Scalis, armariola advocatorum: vel ut quidam, casa & stationes. Citero in Cornelianæ, correpsit, inguit, in scalas. Armariæ enim advocatorum apud veteres scalas habebant. Quæ non esse unius Scriptoris certum est, uti nec multa alia, quæ in hoc opusculo, sed vel ab indocto librariolo, addita ei arguita, ut cum Cicerone 1. de leg. loquar, vel à sciolo inferta. Nam scalis cum interpretetur stationes, recte facit, significans partia apud iudices causa clientem confuevisse patroni sui fortibus coronam imponere, ut alibi in hoc opere dixi. Quæ de advocatorum armariis sequuntur, nugæ meræ. Incertus auctor carminis ad Phionem, sive Ovidius sit, sive Lucanus. Quod mihi non persuasum, alius enim ab utroque sit, oportet, & humilioris fortunæ:  
- - - Licet exercere rogata  
Munera militæ, licet & sine sanguinis hanfæ  
Milia legitimo sub iudice bella movere,

Hæc

*Hinc quoque servati continges gloria civis,  
Altaque vitrices intexent limina palmae.*  
Ad triclinium regredior, quod ornabatur tropæis gentilitiis,  
ut atrium imaginibus, bibliothecæ stans, Petron. Satyrico  
pag. 22. *Et quod præcipue miratus sum, in postibus triclinii fascies  
erant eorum securibus fixi, quorum imam partem quasi embolum na-  
vis æneum fovebat.* In principio certe arma ista spoliæque hosti-  
bus adempta, non privatorum ædibus adornandis suffigeban-  
tur, sed deorum fanis Valer. l. 7. cap. 6. tit. 1. *Ut M. Junii  
opera dictatoris temp. administrantis, spolia hostium affixa tem-  
plis, deorum numini consecrata, instrumenta militiæ futura con-  
vellerentur.* C. Plin. l. 35. cap. 1. *Alia foris & circa limina  
animorum ingentium imagines erant affixis hostium spoliis, que  
nec emptori refringere liceret, triumphabantque etiam dominiis mu-  
natis ipsæ domus.* Itaque etiam cempta domo, manebant tamen  
hæc ornamenta, neque novo possessori fas erat illa refringere.  
M. Cato in oratione de spoliis apud Festum Pompeium lib.  
16. in resignare. Ne fingerentur, nisi de ho. . . . lacunam  
supplet Scivius Maurus ad v. 244. libr. 4. *Æneid. Ne spolia  
figerentur, nisi de hoste capta, sed tum ubi ii dimissi sunt, rever-  
tantur resignatis velligalibus.* Et de utroque hoc ritu live do-  
mibus privatis, sive deorum templis affigendis manubiiis capi-  
endi sunt passim poetæ. Sil. Italic. lib. 1. Punnicor.

*In foribus sacris, primoque in limine templi  
Captivi currus, belli decus, armaque rapta  
Bellantum duibus, sævæque in Marte secures,  
Perfossi clypei, & servantia tela cruentem  
Claustraque portarum pendunt.*

Et lib. 10. ejuldem operis:

*— Ite, ocyus, arma  
Diripite, ô puer, templis, vos atria raptim  
Nudate, & clypeos in bella resignite captos.*

A. Persius sat. 6. v. 45.

*— Ac jam postibus arma.*

Valer. Flacc. l. 1. Argonaut. in fine:

*— Si quando peltore ductor*

*Vulnera nota gens, galeis præfixa, rotisque  
Cui domus.*

Albinovanus, in Consolat. ad Liviam de morte Drusi  
Neronis, sive quilibet alius auctor:

*Messa domus plangere sonat, cui figere latus  
Parta sua dominus roverat arma manu.*

Alb. Tibull. l. 1. eleg. 1.

*Te bellare decet terra, Messalla, marique,  
Ut domus hostiles præferat exuvias.*

Sext. Propert. l. 3. eleg. 8.

*Vel tibi Medorum pugnaces ire per hostes,  
Atque onerare tuam fixa per arma domum.*

Conferem legendum, meliori, ut mihi videtur, sensu:

*Atque onerare tuam fixa per arma domum.*

Simili enim dictione usus Lucanus Pharsal. libr. 6. vers. 260.

*Non tu bellorum spoliis ornare Tonantis.*

*Templa potes, non tu latis utulare triumphis,*

*Insulis.*

Q. Horat. lib. 4. od. 15. eam consuetudinem Parthorum  
fuisse vult.

*Et signa nostro restituit Jovi*

*Diræta Parthorum superbis*

*Postibus.*

Stat. Papin. l. 1. Achilleid. ad Græcos, more poetico,  
consuetudinem Romanam traduxit. v. 433.

*Nulla immunis humus, vultuque postibus altis*

*Arma olim dimissa patrum.*

Idem lib. 3. Thebaid. v. 580.

*Tantus in attonitos cecidit deus, arms paternis*

*Postibus, & fixos superum ad penetralia currus*

*Vellere amor.*

Et lib. 12. Thebaid. v. 701.

*Pax inventa perit, patriis modo fixa revellunt*

*Arma deis, clypeisque obducunt pectora fractis.*

Denique Ovidius libr. 3. Trist. eleg. 1. non modo in more  
positum docet privatis, sed & principum ædibus, sic enim  
de palatio:

*Singula dum miror, video fulgentibus armis*

*Conspicuos postes testaque digna deo.*

Id ipsum præfca republica invaluit. Claudian. de 4. Ho-  
norii consul.

*Lustrata lictore case, fuscæque salignis*

*Postibus affixi: collecta consule messes,*

*Et sulcata diu trabente vira colono.*

Sic igitur triclinia sua cœnationesque ornabant, ut majorum  
virtute parta suspenderent tropæa, quo incitamento ea es-  
sent, ne majorum gloriam desererent & contemnerent poste-  
ri. Erant insuper & libri adeo supersuo apparatu, & pompa  
nil profutura, ut verius bibliothecæ videri possent, quam cœna-  
cula. Qui mos inde defluxit, quod in conviviis aliquid sem-  
per legere aut recitare clientes famulique consueverant. L.  
Seneca lib. de Tranquill. animi cap. 9. *Sicut plerisque ignavis  
etiam sercillum literarum, libri non studiorum instrumenta, sed  
cœnationum ornamenta sunt.* Paulo post: *Apud desidiosissimos  
ergo videbis quicquid orationum historiarumque est, & tello tenuis  
extructa locumenta, jam enim inter balnearia & thermas, bi-  
bliothecæ quoque, ut necessarium domus ornamentum expolitur.*  
Lepidissimum est epigramma 50. apud Martialem lib. 3. de  
triclinari hac recitatione, quod videt; & Criticos, qui in-  
finitis locis id probantur.

## CAPUT XXIX.

### De partibus cœnæ.

**E**xplicata accumbendi ac discumbendi ratione, mensam nunc instruemus. Quia in re eundem seque-  
mur *Justum Lipsium*, qui hanc materiam erudite & eleganter explicavit lib. tertio Antiquarum le-  
ctionum. Sic enim scribit: *Cœnam* antiqui in tres partes tribuerunt, sive placet dicere *missus*: Primum  
*missum* antecœnam sive *gustationem*, sive *gustum* dixerunt: secundum, in quo præcipui & lautissimi  
cibi, *proprie cœnam*: tertium, in quo bellaria, *mensam pomorum*, sive *mensas secundas*. De *antecœna*  
testis est *Macrobius*: de *gustatione* Petronius Arbiter: de *gustu* Martialis. Eadem cœnæ pars *prandium*  
ab Horatio dicta est, his versibus:

*Ille salubres*

*Æstates peraget, qui nigris prandia moris*

*Finiet. &c.*

Hoc enim dicere ibi *Catius* voluit, initio cœnæ ponenda mora esse, quod *Galenus* & *Medici* probant:  
quod autem nihil sumendum præter mora. Vocabunt *antecœnam* etiam *promulsidem*, ideo videlicet,  
quod daretur ante mulsam. Nam antiqui in conviviis non temere primam sitim, nisi *mulso* sedabant.  
Quod ipsum principio cœnæ, vel confectum apponi moris fuit, vel ejus loco separatum vinum, & mel,  
ut conviva quisque pro arbitrio id temperans, *mulsam* sibi conficeret. Hanc sequitur *cœna*, cujus quod  
præ-

præcipuum ferculum erat, *caput cœna* dicebatur. Cæterum moris erat, ut est apud *Athenam*, domino convivii, simul ac decubisset, *schedam* dari, quæ descripta ordine obsonia omnia haberet, ut jam tum sciri posset, quid primum, quid postremum coquus missurus esset. Extat apud *Macrobius* libro secundo *Saturnal.* cap. 9. descriptio cœna *Metelli Pontificis*, unde quis veterum luxus fuerit, facile intelligitur. Sic enim *Macrobius*, postquam ordine enumerasset eos, qui accubissent, pergit: *Cœna* hæc fuit: ante cœnam echinos, ostreas crudas quantum vellent, pelorydas, spondylos, turdum, asparagos, subtus gallinam altilem, patinam ostrearum, peloridum, balanos nigros, balanos albos. Iterum spondylos, glycomaridas, urticas, ficedulas, lumbos, capragines, aprugnos, altilia ex farina involuta, murices & purpuras. In cœna, sumina, sinciput aprugnum, patinam piscium, patinam fumini, anates, querquedulas elixas, lepores, altilia assa, amyllum, panes Picentes. Hactenus *Macrobius*. Cœnæ initium fuisse veteribus *laetucam, ova & lucanicos*, vel ex *Varrone & Cicerone* epistolis ad *Papirium Pætum* manifestum. Verum de plurimis veterum edulis *Macrobius* l. 2. cap. 13. 14. & sequentibus multa habet, quemadmodum etiam *Plutarch. Plin. & ex recentioribus Cælius Rhodiginus* *Antiquarum Lætionum* lib. 27. & 28. & alibi, atque *Hieronymus Mercurialis* in variis lectionibus.

*Secunda mensa* dicebantur *mensa pomorum*, cum scilicet apponerentur *bellaria*, quo vocabulo omne genus secundæ mensæ significari, puta nuces, pira, poma, ficus, oleas, uvas & alia, de quibus, eorumque generibus multa habet *Macrobius* libro *Saturnaliorum* 2. cap. 14. 15. & 16. docet *Varro* in *satyra* *Menippæa* apud *Agellium*. Cæterum cum in tantum luxuria cresceret apud Romanos, ut ea modum non inveniret, legum animadversione opus fuit. Hinc igitur ortæ *leges sumptuariae*, de quibus nos libro 8. dicemus. Est & hoc silentio nequaquam prætereundum, moris apud antiquos fuisse in convivii ante triclinia saltare & canere, qua de re videndus *Macrobius* libr. 3. *Saturnaliorum*, cap. 10. *Cælius Rhodiginus* libr. 27. cap. 26. & alii passim. Veteres foris cœnare, nec mensam omnino tollere, sed semper aliquid super ea relinquere consuevisse, *Macrob. Plutarch.* in *Quæst. Rom. & Symposiacis* & alii tradunt.

## AD CAP. XXIX PARALIPOMENA.

*Luxus, partes cœna illata, diribitores, carpi, tapulla, sortitio in convivio, symphonia post mensas, hydraula, thymelici, principes eo studio delectati, pueri loquaces, puella lubricis motibus introducta.*

Quæ deinceps sequuntur, intelligenda sunt, non de prisca illa frugaque Roma, quæ fæpius pulre, quam pane vitætabat, ut *Valerii* verba usurpem lib. 2. c. 1. sed de luxuriantæ & deliciis perditæ; neque etiam de iis temporibus, quibus duo tantummodo missus erant, unus *carnium*, sive *epularum*, alter *pomorum*, ficuum, aliarumve similibus rerum, ut *Servio* *Mauro* proditum ad lib. 1. *Æneidos* eo versu:

Postquam exempta fames epulis, mensæque remotæ.  
Et ad illud lib. 8. *Æneid.*

Instaurant epulas, & mense grata secundæ  
Dona ferunt.

Sed de immodico, & fidem omnem excedente luxu, qui post *Asiam* domitam in Urbem invecit, usque adeo ut ingeniosi in gulam & heluatiorem principes, in id unicum incuberint studium, ut novum aliquid convivandi deliciarumque genus excogitarent: unde nonnulli apros integros convivantibus apponebant. *Vetus Scholiastes D. Juvenal.* ad v. 140. sat. 1. *Apud antiquos munificentiæ videtur apparitor, si in convivio aperit inter fuisse exhibitus.* Alii non contenti naturalibus cibis, in una paropside varias rerum species confundere gaudebant, ferculum quippe *Ælii* *Vetri Augusti*, scribente *Ælio Spartiano*, erat *tetrapharmacum*, vel *pentapharmacum* scilicet *simoni, sasanus, pavo, crisulana, apruna*. Nec deerant, qui tot in menla stationes facerent, quot literæ essent, ut ea ratione infinitus lancium numerus esset, Quod commentum *Getæ Severi* principis filii. Idem *Spartian.* in eo. *Habebat etiam & istam consuetudinem, ut convivia & maxime privata, per singulas literas juberet disponi, scientibus feratis.* (*D. Juvenal.* sat. 7. v. 148. qui *fercula doctæ componit*) velut in quo erat *anas, asper, apruna, item, pullus, perdix, pæcus, porcellus, pisces, perna, & quæ in eam literam genera edulium viderent, & item, salsinus, sarta, ficus & talia.* Quo tractat illud *Juvenalis* sat. 2. sub princip. *Britannicus*:

Interca gustus elementa per omnia querunt,  
Nunquam animo pretiis obstantibus.

Sed quam bene, viderit lector. Nam id à *Geta* inventum primum atque excogitatum vult *historicus*, ille in tempore *Domitiani* rejecit. Ego putem *Satyricon* de cibis ex omnibus naturæ elementis conquisitis paratiffime intelligendum, scilicet aqua; terra, mari. *M. Lucan.* libr. 10. *Pharsalica*, v. 156.

Insudare epulas ævo; quod terræ, quod air,  
Quod pelagus Nilisque dedit, quod luxus inani  
Ambitione furens, toto quaesivit in orbe,  
Non mondante fame, multas volucresque, ferasque  
Egypti posuere decos.

*Ovid.* lib. 8. fab. 11. *Metamorphos.*

Nec mora, quod pontus, quod terra, quod educat air,  
Posuit, & appositis queritur jejuna mensis.

Et alius nescio quis poeta:

Et quaestorum terra pelagoque ciborum  
Ambitiosa fames.

Denique reperio qui in vicinia paratos cibos fastidire, è longinquo advectos impense probarent. *C. Sueton* in *Vitelio* cap. 13. *Famosissima super ceteras fuit ei cœna data adventitia à fratre, in qua duo millia piscium lectissimorum, septem avium, apposita traduntur: hanc quoque exuperavit ipse de dedicatione patriæ, quam ob immensam magnitudinem clypeum *Minervæ*, atque *poliæx* dilatabat, in hac scarorum jetinora, salsandrum, & pavonium cerebella, linguas phœniopteris, murinarum lactes, *Carpathio* usque fretoque *Hispaniæ* per *navarchos* ac *trivemes* petitarum commisit. An non perditæ *Apicii* lascivia? qui *Trajanus* apud *Parthos* agenti multorumque dierum itinere à mari distant, ostrea recentia, solenter asserata, misit. *Suid.* in voce *στρα* Latin. *Pacatus* in *panegyrico* *Theodosio* dicto: *Horum gula angustus erat noster orbis, namque appositas dapes non sapore, sed sumptu, illis demum cibis accitescebant, quos extremus orientis, aut postus extra Romanum Colchus imperium, aut famosa naufragiis maris mississent; quos invicta quodammodo reluctante naturæ hominum pericula vapussent: ut sacæam insani saepe delecti scriptos in provinciis encupes, ductasque sub signis venatorum cohortes militasse convivii. Locus librarii incisiva mutilatus: addito aliquo vocabulo restitui potest & suppleris; *Appositas dapes non sapore, sed sumptu estimabant, vel probabant, vel indicabant.* Duplex hujus**

infantis gula ratio, vel quia difficile, invenire cibos ejus  
modi, vel quia vilesceret, quod obvium & expeditum foret,  
& animus errore lenius injuriam diligens, ut cum Arbitro lo-  
quar, pretio immo dico gauderet. L. Sen. consolatur ad Hel-  
viam cap. 9. *Ultra Phasin capi volens, quod ambitiosam instruas  
popinam: nec piget à Parthis, à quibus nondum panas repetimus,  
aves petere. Undique convehunt omnia, nota fastidienti gula.  
Quod dissolutus delictis stomachus vix admittat, ab ultimas portan-  
sar Oceano. Vomunt ut edant, edunt ut vomant; & Epulas, quas  
toto orbe conquirunt, nec concoquere dignantur. Deinde paucis  
interpositis: O miserabiles, quorum palatum nisi ad pretiosos ci-  
bos non excitatur! pretiosos autem, non eximius sapor, aut aliqua  
faucium dulcedo, sed raritas & difficultas parandi facit. Tum  
totam de vania suæ ætatis querelam clausurus: Passim jacent  
alimenta, quæ rerum natura, omnibus locis disposuit, sed hæc velut  
æci transeunt, & omnes regiones pervagantur, maria trajiciant;  
& cum famem exigui possint sedare, magno irritant. Simile culti-  
tissimum illud Petronii epigramma Satyrici pag. 46.*

*Ales Phasias petita Colchis,  
Atque Afræ volucres placent palato,  
Quod non sunt faciles, at altus anser  
Et pilis anas enovata pennis  
Plebejum supit, ultimis ab oris  
Atraculus scarus, atque arata Syriis  
Si quid naufragio dedit, probatur.  
Mullus jam gravis est, amica vincis  
Uxorem, rosa cinnamum veretur:  
Quicquid quaritur, optimum videtur.*  
Adi ad Ælium Lampidium in Heliogabalo. Varro in  
Eumenidibus apud Nonium, cap. 15. num. 6.  
*Patella esurienti posita, provocat  
Neapolitanas piscinas.*  
M. Manil. lib. 5. Astronomic.  
*Atque hæc in Inxum. Jam ventri longius iur  
Quam modo militæ. Numidarum piscinæ oris,  
Phasidos & damnis.*

Locum elegantia incomparabili Claudiani adscribam, lib.  
2. in Euriopium:  
*Ad sus testa vocat. Juvenes venerè protervè,  
Lascivique senes, quibus est insignis edendi  
Gloria, corruptaque dapes variasse decorum:  
Qui ventrem invitant pretio, iraduntque palato  
Sideræ Junonis aves, & si qua loquendi  
Gnara, coloratis viridis deferitur ab Indis,  
Sæpius trans regna cibos: quorumque profundam  
Ingluvies, non Egæus, non alia Propontis,  
Non freta longinquis Meotia piscibus explent.*

Quod autem insignem edendi gloriam in vituperio posuit, non  
eraret egregio Antiquitatis sensu. Nam edaces olim asinos ap-  
pellabant, ut abjectissimi animalis nomen indignissimis ho-  
minibus imponeretur. Quare Erylichthon ille voracitatis  
portentosa rapinè dicitur Æliano libr. 1. var. histor. cap. 27.  
Cyral. de poet. histor. dialogo 9. Hinc proverbium apud Ari-  
stotelem lib. 3. Moralium. "Ομοιότητων ἰσοπαλῶν ἀμείων, Asi-  
nus famelicus fustem contemnit. Deducunt quidam istud ex  
verbis Philosophi: "Ἐπι ἔτα γὰ καὶ οἱ ἄνοι ἀνδρῶν εἰς  
πυλῶτας, τὸν ἄμειον γὰρ ἔκ ἀριστοῦ τῆς τομῆς. Nam  
isto passo, & asini cum esuriunt, essent fortes; quod, licet ver-  
berentur, non discendunt tamen à pabulo. Homer. lib. 11.  
Iliad. vers. 557.

*"Ομοιότητων ἰσοπαλῶν ἀμείων  
Ναθῆ, ἢ δὴ πολλὰ περὶ ῥόπαλ' ἀμείων ἰδῶν,  
Κεῖνοι τ' ἰσοπαλῶν βαβῶν λείων, οἱ δὲ τῆς παιδῆς  
Τῆσιν ἰσοπαλοῖσι, βίη δὲ τῆς κτηνῶν αὐτῶν,  
Ἰσοπαλῶν τ' ἰχθυοσῶν, ἐπεὶ τ' ἰσοποσῶντο φορῶν.  
Asinus in arvum profectus vim intulit pueris  
Piger, circa quem jam multi fustes fracti sunt,  
Deposcitque ingressus altam segetem, pueri autem  
Verberant baculis, vis autem infirma ipsorum est,  
Vixque expletur, postquam satur est pabulo.*

Sext. Propert. lib. 4. eleg. 3.  
*Dignior obliquo funem qui torquent Oeno,  
Æternusque tuam pascat, aselle, famem.*  
Scio aliam istius loci adferri explicationem, nec improba-  
bilem, quam pete ex Plutarcho lib. de Tranquillitate animi  
de finem; Aristotele lib. 9. histor. Animal. cap. 18. Pli-  
nio lib. 35. cap. 11. Politiano Miscellaneor. cap. 81. Tur-  
ocho l. 8. c. 1. & aliis, quos non exscribo.  
Erylichthonem hunc, (quem ab enormi edacitate extulit  
Agathias Scholasticus, lib. 2. Anthol. c. 31. Palzphat. lib.  
de fabuloso narrationibus c. 24. de Merrâ) Hellenicus, re-  
ferente Athenæo l. 10. c. 1. vocat βροτῶν ἀδύνα voracitatis  
athonem. Sic enim legit Desiderius Ercalium Chiliad. 4.  
Cent. 4. adag. 39. Quam lectionem admittit etiam Ha-  
drianus Junius Cent. 7. adagio 75. Licet idem alibi recedat  
ab ea sententia, putetque legendum, ἀδύνα mergum,  
ἀδύνα quippe communiter significat mergum, Tzizes in  
Lycophronem. Ejus autem avis notissima est gulositas. Jul.  
Pollux l. 6. c. 8. "Αἰσθητῶν, qui satuari nequit. Expressit  
egregius id poeta Oppianus Cilix Halicurtic. l. 2. v. 206.

*Οὐ γὰρ ἰδῶν  
"Η κέρων, ἢ τῆς μύκρον ἰσῆρας, ἀλλ' ἀρτίστον  
Ἀύσαν ἄσιν βροτῶν ἀρτίστον γαστρὶ εὐδοσῶν,  
Οὐδὲ ποτ' εἰς ἄλγιστον ἰδῶν ἰδῶν*  
Neque enim cibi aut satietatem, aut illum modum novit, sed  
inexpletam rabiem semper voracem impudenti ventre servat,  
neque unquam desierit esca præsentem.  
Ad immensas illas convivorium impensas revertor. L.  
Sen. lib. 4. Nat. Quæstion. cap. ult. Stomachus ille solutus,  
& estu suo languidus, queris aliquid quo erigatur. Idem lib.  
de Provid. cap. 3. Felicior esset, si in ventrem suum longi-  
tudo litoris pisces, & peregrina aucupia congereret? si conchy-  
liis superi atque inferi maris, pigrissimam stomachi naufragantem  
erigeret? C. Petron. in bellorum Civil. descript.  
*Ingeniosa gula est, Libycæ scarus a sapore mersus  
Ad mensam vitæ perducitur, inde Lucrinis  
Eruta litoribus vendunt conchyliæ tanas,  
Ut renovent per damna famem, jam Phasidos unda  
Orbata est avibus, multoque in litoræ tantum  
Sola desertis adspirans frondibus aura.*

Ferculum recepto vocabulo vocabantur epulæ illatz: Græci  
ἐπιρρῶματα hujusmodi ferula mensæ imposita voca-  
bant. Plauo in Menelao apud Athenæum l. 4. c. 23. Idem  
ille L. Sen. lib. de Brevit. vitæ cap. 25. In alienum impo-  
nar ferculum, exornaturus victoris superbi ac feri pompam.  
Sueton. Cæsare: Inter pompæ ferula. D. Ambros. lib. 1.  
de officiis: Quasi quædam ferula pompæ. Poëtæ. Sen.  
Tragedus Hercule Octro act. 1. in Choro:  
*Nec captiva dabit brachia vinculis,  
Nec pompa veniet mobile ferculum.*

Juvenalis sat. 1. v. 94.  
*Quis ferula septem  
Secreto canavit avus?*  
Epulæ in convivium illatz seu ferula hæc dividebantur in  
æquales partes, ut unicuique conviva ex aquo portio tri-  
bueretur, quam illi vel servo donare, vel domum suam  
mittere poterant. Sueton. in Galba cap. 2. Homer. l. 16.  
Odysseus apud Fulvium Ursinum. Plaut. in Persa, Sc. veterem.  
*Nunc huc introibo, visum hesternas reliquias  
Quiverint relle, necne?*

Et in Curulione idem, Sc. beatus.  
*Et quidem reliqui in ventre cella uni locum,  
Ubi reliquiarum reliquias reconderem.*  
Curtius ille eques Romanus adhibitus in cœnam ab Au-  
gusto, ut scripsit Macrobius lib. 2. Saturnal. cap. 4. Ro-  
gavit num macrum turdum mittere liceret? & cum respon-  
disset princeps, quid nî liceret? statim per fenestram misit.  
Martialis lib. 7. epigr. 19. elegantem in guloso Sancta cum  
expressit ritum. Et libr. 3. epigr. 23.  
*Omnia tunc retro pueris obsonia tradas,  
Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?*



Referte itaque motis erat domum, ad uxores suas, has partes Petron. pag. 94. *Dum hæc fabula inter amantes iudicatur, diversiflor cum parte comila intervenit.* Alciphron festive de mulieris dolo apud Aristænetum lib. 1. epist. 5. *Ὅμοιος ἄρ' αὐτῶν καὶ βραχία τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν ἰεπατήσῃ, καὶ τοὺς αὐτῶν κατ' ἑμὲ δινοχλεῖται λογισμῶν, ἵτινες παραρτίφα.* Si tamen visum illam, & parvulus ē convivio partes clausulam ad me miseris, ludos faciam hominem, animamque ejus sequora de me agitantem, alio avertam. Et deinde Iena cum veste remissa, in epistola eadem: *Μισθὰς δὲ καὶ οὐ τῶν προσθίτων ἡμῶν. Sume & tu de his, qua apposita nobis.* Interdum & partes hæc a servis, aliquando a tapulla seu convivii magistro, ut jam paulo infra sum dicturus, distribuuntur, nonnunquam denique & a coquis. Claudian. lib. 2. in Eutrop.

*Quas figat verubus partes, qua frustra calent*  
Mandæ aqua.

Communiviamen erat, ut edocti famuli inspectantibus convivis dividerent. L. Sen. epist. 47. *Cum ad canandum discubimus, alius sputa detergit, alius reliquias temulentorum (analecta) subditus colligit, alius prestolas aves scindit, pedes & clunes, ceteris dulcibus circumferens eruditam manum, in frustra exurit.* Mendam suspicor subesse, itaque lege: *Certis dulcibus circumferens eruditam manum.* Nam certi ductus, sunt artificiosi. Isti servi appellabantur *strutores*, *scissors*, *distributores* & *chironomontas*, ut patebit ex locis à me proxime citandis, & viti docti observarunt ad Petronium: & Joannes Savaro ad Sidonium suum lib. 4. epist. 7. *Ac si inter Apicis epuloes & Byzantinos chironomontas hucusque rullaverit.* Jul. Capitolin. in Vero: *Donatos etiam strutores & lances singulas.* Petronius in Trimalchionis convivio Satyrici vii pag. 27. *Repositorum enim rotundum, duodecim habebat signa in orbe disposita superque proprium convenientemque materiam strutor inposuerat cibum.* Joan. Saresberienfis Policratici lib. 1. cap. 4. *Ad hæc carnificationum eorum artem exigit & artem facit, suum habet opificem.* Citat deinde Juvenalem, infra adducendum. *Τραπέζοις Αθηναίω 4. c. 23. Mensarum strutor memoratur & à Juba in similitudinibus τραπέζοις, mensarum adoratorum, idem censetur esse Philemon in Irtrepente. Videatur Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædagog. cap. 4. vetus Scholiast. Juvenal. sat. 5. v. 121. chironomonta, manus ducentem & artificio incidentem omnia. Ipse poeta:*

*Structorem interea, ne qua indignatio desit,  
Saltantem spectes, & chironomonta volantis  
Intello, donec peragat dictata magistri  
Omnia, nec mirum sine discrimine referet  
Quo gestu lepores, & quo gallina secetur.*

Marial. lib. 10. epigr. 48.

*Et que non egeant ferro strutoris Osella,  
Et saba savorum prototomique rudes.*

Quem versum exposuit Cornarius in Commentar. in Galen. de Composit. medicamentor.

Tractum illud nomen a Icenica consuetudine, nam Græcis dicuntur & χειρῶν ὡς quali manibus omnia effingerent. Cetum sane est, præcipuum iis artem in manuum artificiose motu, licet & pedum, totiusque corporis adminiculo ad omnia exprimentia uterentur, id fiebat ita, ut representarent notam quandam ac nobilem, in quam scriptum esset canticum à poeta; ita enim Latini proprie, quod Græcis ἰσχυρῆ γυναικί: eam personam primum veste ipsa referebant, ut in Vellejo lib. 2. *Plancus cum carneatus & nudus, caputque redimitus arundine, & eandem irabens, genibus innixus, Glancum saltasset in convivio.* Scilicet veltitū effictio in numen maris; deinde saltantes ad numerum, manibus, pedibus, eorumque ac totius corporis contractione aut extensione, singulos versus, singula verba cantici referebant. Macrobii ea de re caput integrum, dignissimum lectu, ubi de Bathylli & Pylladis altercatione; ad id lib. 2. Saturnal. cap. 7. hæc supra à me discussa, adde Artemidorum l. 1. c. 78. & Leontius Scholasticus epigr. 1. c. 15. lib. 4. Anthologia. Et Antipater eodem capite epigr. 8. Juvenal. sat. 6.

*Chironomon Ledam molli saltante Bathyllo.*

Hæc pæne Jofias Merceus ad Aristænetum lib. 1. epist. 26. qui frustra partum legitimum exponit.

Idem & carpus sive carptor. Petron. pag. 28. *Ingerebat nihilominus Trimalchio, leuissima voce, carpe. Ego suspicatus ad aliquam urbanitatem pertinere vocem toties iteratam, non erubui eam, qui supra me acubuerat, hoc ipsum invenire. At ille, qui sepe ejusmodi ludos spectaverat, videt, inquit, illum, qui obsonium carpit; carpus vocatur. Itaque quosiesunque dicit, carpe, eodem verbo & vocat & imperat.* Vet. Scholiast. Juvenal. sat. 9. v. 110. *Carptores, infertores, qui illata carpunt.* Dixerat enim Juvenalis:

*Fingerunt pariter librarius, archimagistri,  
Carptores*

Ovid. lib. 2. de Atte amandi, inter alia præcepta:

*Carpe cibos dignis, est quidam gestus edendi,  
Ors nec immunda perlicet tota manu.*

Magistrum obsonii appellat idem Seneca libr. de Vita beata cap. 17. *Quare ars est apud te ministrare, nec temere & us libet, collocatur argentum, sed perite servitur, & est aliquis sciendendi obsonii magister. Queni locum mire vexare Citiuci, Muretus, servatur, MS. servitur, Ciaconius, scriatur. Liptius, struitur, vel ex eodem Seneca probabili conjectura, lib. de Brevit. vite cap. 12. *Quam sollicitè argentum ordiatur.**

*Diribitores audiunt apud L. Apulejum lib. 2. Milesiar. Quicquid fieri non potest, ibi est, diribitores pluresuli, splendide amici, ferula copiosa.* Vide cætera, quæ in lautissimo convivii Byrthenæ apparatus ibi habentur.

Carpebatur autem cibus ad muscos contentus, quippe quoties nova fercula inferebantur, toties hydraulica insonabant instrumenta, notatum à Justo Lipsio l. 2. Sat. c. 2. & ex Luciano in epistolis Saturnaliis liquet, locum posuit Colvius elegantis ac limati judicii Criticus, suis in Apulejum Notis. Adde Petronium in eodem convivio Trimalchionis pag. 28. *Processit statim scissor, & ad symphoniam ita gesticulatus laceravit obsonium, ut putares Daviam hydraule cantante pugnare.* Insanus me hercule & supervacaneus luxus, & nescio an a Petronio confictum, ut Neroneum vitiis suis & heluatiobus inivium redderet apud poteros.

Partes sic dissecta distribuuntur forte, ne injuria alicui ferret convivæ; quare in his omnibus

*Mercurii fors, pars illa carniū in convivio vocabatur, quæ prima illi deo consecrata seponebatur.* Jul. Pollux lib. 6. c. 9. §. 5. *Testimonium luculentissimum est apud Plutarchum in Catone Uticensi, qui, & si prima carniū diviserum pars ejus forte non fuisset, amicis, ut eam tamen caperet, hortantibus, habere se illum invita Venere dicebat.* Neque modo epulæ à diribitoribus forte distribuuntur, sed magister convivantium sic eligebatur. Idem ille Plutarchus in Apophthegmat. Laconic. *Cum Agesilaus, rex sorte factus fuisset, à pincerna rogatus, quantum vini unicuique daret? si parum est, inquit, vini, omnibus equaliter; si abunde, quantum unicuique libet.* C. Tacit. lib. 13. Annal. *Festis Saturno diebus inter alia equalium ludicra, regnum lusu sortientium.* Vide quæ supra hoc libro, cap. 2. dixi, de aleis. Horat. lib. 1. od. 4.

*Quo simul mearis,  
Nec regna vini sortiere talis.*

Et lib. 2. od. 7.

*Oblivioso levina Massico*

*Ciboria exple, funde capicibus*

*Unguenta de conchis, quis, nudo*

*Deproperare apio coronas*

*Curratve myrto? quem Venus arbitram*

*Dicet bibendi?*

Qui sic fuissent electi, magistri vocabantur. Plato libro 1. & 2. legum, scribente A. Gellio lib. 15. cap. 2. *Non ut ille nebulo opinatur, ebrietatem istam turpissimam, qua labefacere & minere hominum mentes solet, laudavit, sed hæc largiorem paulo, jucundiorumque vini invitationem, qua ferret sub quibusdam quasi arbitris & magistris conviviorum sobriis, non improbarit.* Itaque pænes eos erat cura, epulandi modum constituere, cyathos ebi-

bendos praeficere, unde *symposiarchus* appellatur à Plutarcho lib. 1. *Symposiac.* cap. 4. aut *οὐνοῦνος*. Eupolidēs, referente Atheno lib. 10. aut *modimperator*, quasi *modum imperantem*. M. Varro rerum humanarum l. 20. *In conviviis, qui sunt instituti potandi modimperatores magistri.* Corruptus indubie locus; restitui potest, facili correptione. *In conviviis qui sunt instituti potandi modimperatores magistri.* Recte potandi *magistri*, quia potum pineterna nulli conviva subministrabat, nisi ex praescripto magistri convivii sive *symposiarchi*, ut liquet ex dicto Agasilai Regis apud Plutarehū paulo ante adductum.

*Tapullam* etiam voluerunt dici, quod scilicet *tapulo* seu mensa praeficeret. Veteres enim *tapulum*, ut *templum*, *templum*, *supulum*, *supulum*, & sexcenta dicebant hujusmodi. Fest. Pompejus libro 18. *Tapullam legem convivalem filio nomine conscripsit jocosu carmine Valerius Valentinus, ejus meminit Lucilius hoc modo.*

*Tapullam rident legem contere opimi.*

Locum cum Joannes Meursius Criticarum exercitationum parte secunda cap. 2. aliter censuit legendum, nempe, *tapullam legem convivalem*: deinde versus Lucilii transcribere voluerunt nonnulli:

*Tapullam rident legem contere opimi.*  
Aut alii parvo discrimine:

*Tapullam rident legem contere opimi.*

Interim dum structores suis fangebantur muneribus, organa, tibiae variaque alia insonabant instrumenta, praecipua rament memorantur *hydraulica*, Petronius supra hic citatus, *cantante hydraulice Darimū pugnare.* Mentio apud C. Suetonium in Nectone cap. 41. *At ne tunc quidem aut senatu, aut populo coram appellato quosdam è primoribus Urbis demum exocavit, transfactaque raptim consultatione, reliquam diei partem, per organa hydraulica, novi & ignoti generis circumduxit.* Frequentissimum hydraulicorum horum usus in conviviis. Quare laus illa non vulgaris Theodorici Gothorum Regis, quod, dum epularetur, organa hydraulica non sonarent: ut loquitur Sidonius Apollin. libro 1. epist. 2. Amniansus Marcellinus luxum taxavit lib. 14. *Pro Philosopho cantor & in locum oratoris artium doctor ludicrarum accitur, & bibliothecis sepulchrorum ritu clausis in perpetuum, organa fabricantur hydraulica. & lyra ad speciem carperorum ingentes, tibiaeque & histriocici gestus instrumenta non levia.* Aqua impellente edi hunc concennum & nominis ipsius etymologia & ratio physica, & Scriptorum testimonia confirmare possunt. Aurel. Cassiodor lib. 1. epist. 45. *Facit aquas ex imo surgentes praecipites cadere, ignem ponderibus curvere, organa extraneis vocibus insonare, & peregrinis statibus calamos complet, ut musica possint arte cantare.* Idem lib. 3. epist. 53. *Huic tamen mechanicus omnino adiungendus est, ut undas, quas iste reperit, ille levet & arte subire faciat, quod ascendere non praevalet per naturam.* Isidor. lib. 8. cap. ultim. *Ipsas autem dicunt & Musas, quas & nymphas, nec immerito, nam aqua motus musice efficit.* Servius Honoratus ad lib. 7. Aeneid. in limine eo versus:

*Nepotius ventis implevit vela secundis.*

*Physice*, inquit, loquutus est, motu enim aqua ventis creatur, ut videmus in lombis organorum Achil. Far. de Clitophonis & Leucippes amonibus alludit, lib. 2. *Ἡ δ' ἀκούσας δὲ λέει τοῦ ὕδατος λαλοῦντος, μίχρην ἀνάμεινον ἐκπιτάσας τὰ ὄτια: ἰὰν γὰρ ὀλίγος ἀίμος τις τὰς δίνας ἰεπίση, τὸ μὲν ὕδωρ ὅς χορδὴν κρείται, τὸ δὲ πνεῦμα τοῦ ὕδατος πλῆκτρον γίνεται, τὸ βῆμα δὲ ὅς κινάειρα λαλῶν.* Si vero paulo attentius auscultes, aquam resonantem audias, ubi enim vel modicus ventus vortices impulerit, aqua fidis in morem sonum edit: pleasti siquidem ventus, tithara vero aqua usum praestat. Pulchre etiam & Philosophicis conformiter institutis: atque utinam ab impurissima illa spurcicie. limatissimus Scriptor abstinisset, aut ejus in casitate sermonis, quem imitari volebat, Heliodori, aliqua saltem ex parte expressisset puritatem, neminem eo saeculo illi ego praferrem: se. I apage immundas illas forditates, ad quas videtur ex industria incubuisse. Eandem istius rei rationem habes, lector, in poemate de Aëta,

sive Virgilli sit, sive Cornelii Severi, aut cujuslibet alicuius Scriptoris:

*Nam veluti resonante diu Tritone canoro*

*Pellit opes collectus aqua, vultusque movere*

*Spiritus, & longas emergit buccina voces,*

*Qua tenem impellens animam, subremigat undam.*

Marzial. Capella de nuptiis Mercurii & Philologiae lib. 2. non multum à principio: *Ecce ante fores quidam dulcis sonus multitudine suavitatibus suscitatur, quem Musarum convenientium choros impendens nuptialibus sacramentis modulationis doctæ tinnitibus concinebat. Nam nec tibiurum mela, nec ex fidiibus sonus, nec hydrauliarum harmonica deerat plenitudo. Sed in blandum collata cantum, ac modificato sine compactione voci virginum complementi spatio ratum fecere silentium: ac tunc ille omnis chorus canoris vocibus dulcique modulatus praeverit omnes organicas suavitates, & cum sacra numeris capitena hæc illa funduntur. Carus & Carinus Augg. lib. 4. C. de excusationib. muner. l. 10. *Hydraulice munerum civilium immunitatem sibi jure concessam approbare mihi ne possunt.* Hydraulicæ sunt eo loci, artifices hydrauliarum, aut qui eis utuntur. Sed vilia omnia præ auctis Cl. Claudianis mei versibus, quibus ne Musa ipsa suaviores reddiderint aut effinxerint, ut mihi non tam mirandum aut hydraulicorum organorum artificium, aut stupendum videatur, quam illi admiratione digni, quo magis dolendum inharuisse mendum. Sunt autem in Consulatu Manlii Theodori ad finem:*

*Et qui magna levi detrudent marmura tactu*

*Innumeras voces segetis moderator aliena,*

*Intonat erranti digito, penitusque trabali*

*Velle, laborantes in carmina concitat undas.*

Rectissime in MS. meo codice:

*Innumeras voces segetis moderator aliena*

*Intonat erranti digito, penitusque trabali*

*Velle, laborantes in carmina concitat undas.*

Nam pulsabantur, ut apparet, isthæ organa pedum manuumque agili ministerio. Et artificium quidem abunde persequutus est M. Vitruvius lib. 10. De inventore controversia est. Musices certe hanc partem, ut reliquas, Euterpen invenisse vult Marrianus Capella lib. 9. sic enim: *Pastoralibus fistulis vel cantus arum, vel arborum crepitus, vel surculos sinuam imitantibus non negavit. Spaltas, chordas, fistas, simbulos, hydraulas, per totum orbem ad commodum humanae utilitatis inventi.* Sed hæc ille, ut multa alia in eo opere non ineleganti poetica licentia confinxit. Magis ad historicam veritatem Q. Flor. Tertull. lib. de anima. *Portentosissimum Archimedis inventum vocat.* Sed Vitruvius paulo secus lib. 9. *Architectonic.* cap. ult. *Ergo Ctesibius, cum animadvertisset, ex tactu calis & expressibus spiritus vocemque nasci, his principiis usum hydraulicas machinas primus instituit.* Hoc ipsum decessit Alcides apud Athenæum l. 4. c. 24. additque Ctesibium & Alexandrinum & tonsores fuisse: quibus si non erendum sit, tertius accedat testis C. Plinius l. 7. c. 37. ad quem locum multa erudite Dalecampius: quem non exscribo.

Ad musicam convivalem redeo. M. Cato in Originibus suis, & ex illo Cicero l. 4. Tusculanar. quasi. *Gravissimus auctor in Originibus dixit Cato, morem apud majores hunc epularum fuisse, ut deinceps qui accubarent, canerent ad tibias chororum virorum laudes atque virtutes.* Eademque repetuntur in Bruto. Amob. l. 4. *Scrībuntur dii vestri in tridinis caestibus, atque in Chalcidicis anreis canere. pot. are, & ad ultimum sibilis, & tecum modulatione mulcitur.* Clemens Alexandrin. l. 2. *Pædog.* cap. 4. *Lucian.* in Chrysolone. *Quintilian.* lib. 1. *Institut.* Oratoriarum c. 14. *Peterum quoque Romanorum epulis fides ad tibias adhibere mos erat.* Id ergo fiebat in principio nascentis republicæ, imò & temporibus heroicis, in hortamen virtutis, ut loquar cum Cælio Rhodigin. lib. 7. *Amiquar.* lect. cap. 1. quod recte an secus factum, ex Platone & Xenophonte disquirat Antonius Muretus variar. lectio. lib. 6. cap. 17. Certe absum ejus moris perstrinxit L. Sen. lib. de Vita beata cap. 11. *Aspic Nomentanum, ac Apicium, terrarum & maris (ut isti vocant) bona conquirentes, & semper mensam recognoscenses, omnium gentium animalia.*

Vides hos eosdem delectis suis spectantes popinam suam, aures vocem sono, spectantis oculos, saporibus palatium suum oblectantes. Cumque in initio tantum virtus quæretetur, cœpere omnia luxu occupante, jam victa Asia, delicias ex musico illo concentu ambire. T. Liv. 3. Decad. lib. 9. Tunc psalteria, sambucisfrisque & convivalia ludionum oblectamenta addita epulis. Ammian. Marcellin. lib. 30. Cumque apponerentur exquisita cœpelia & ades ampla nervorum articulato perfratilique sonitu resultant. Sil. Italic. lib. 6. Punicor.

Cui nocturnus honos, finalia clara, si verque  
Post epulas tibi ad. ff.

Eique pane coxvus, certe paulo ante Horat. lib. 3. od. 2.  
Tunc refudo resonare septem  
Callida nervis

Dictionum mensis, & amica templi.

Et diu ante ea secula, in convivio Didonis Virgil. lib. 1.  
Æneid. in fine:

Cithara crinitus Joppas

Personat arrata, docuit que maximus Atlas.

Sed & prisco heroum ævo id receptum, nam apud Homerum Demodocus in Phœacum convivio cantat Græcorum è Troja reditum. Vide lib. 8. Od. v. 498.

O δὲ ὄργανοις θεῶν ἤρχετο, ὅπως δ' αὐτοῖσι.

Atque etiam ante expeditionem Trojanam id factitatum. Nam in Argonautica profectioem Valerius Flaccus Balbus lib. 1.

Vinaque & æquoreos inter cum conjuge divos

Enides, pulsataque chelyn post pocula Chiron.

Et lib. 3. Argonaut. idem:

Hinc Halin, hinc rigido transfurrens demetit ense

Prothin, & insignem cithara, cantuque sument

Dorcea, qui dulci festis assistere mœsis

Pedice, Bistoniam magnum post ausus alumnium.

At enim ne solos advoceum poetas, Philippus Mæcedo inter canendum reprehendit cantorem, at ille, ne tantum mali tibi à rex eveniat, nisi melius me scias. Plutarch. in lib. de discrimine adulatois & amici; & in apophlegma. & lib. 1. de fortuna Alexandri. Duplex itaque Musica hæc, una vocis, altera instrumentorum: dicitque artifices thymelicis male: nonnulli eorum significationem coarctant ut ad eos tantum referant, qui epithalamicos cantus ad nuptia instrumenta canunt. Bassamon ad can. 46 & can. 130. Concilii Carthag. maxime cum in orchestra præcipuum ab eis munus exerceatur. Budæus in Annotat. ad Pædectas prioribus observat. Artemidor. lib. 2. cap. 42.

Ἀφοροῦντὶ κὲν πάντοις ἀγούροις, καὶ καπλοῖς, καὶ ζυγοστάταις καὶ θυμελικοῖς, καὶ σκηπτοῖς πᾶσι ἀγαθῶν. Venus popularis, circulatoribus, canonibus & libripendis, & thymelicis, & scenicis omnibus bona. Ratio nominis inde, quod θυμὸν ἰσχυρὸν sit. Iliodor. lib. 16. cap. 47. licet sint, qui à famosissima illa imma Thymele putant eos nominatos, cujus meminit Juvenalis sat. 1. & vetus ejusdem Scholiastes:

Et à trepidò Thymele submissa Latine.

Et sat. 6. idem v. 66.

Attendit Thymele, Thymele tunc rusticæ discit.

Martial. lib. 1. epigr. 5.

Qua Thymelem spectas, derivoremque Latinum

Ille fronte præcor carmina nostra legas.

Sed potior Iliodori sententia; nam in pulpitis, lyrica, choraulis, tibicines, organarii, alique artifices sive secularum, sive dolesiticarum oblectationum, federe consueverant, atque inde audiit. Vitruv. libro 5. Architect. cap. 8. Et est mentio l. 10. ff. de poll. lit. & l. 5. C. Theod. de senilis, & l. 21. de piscoribus, Codic. eodem.

Atque isti quidem laude digni olim censebantur, legitimasque artes exercentes. Jul. Firmicus Maternus lib. 4. Mathes. d. cap. 15. Dabit artes honestas & numdas, facit enim aurifices, inauratores, bractearios, argentarios, musicos, organarios, pictores. Ulpian. l. C. l. 4. ff. de his qui not. infamia. Neque Thymelici, neque exulsi, neque agitatores, nec qui aquam equis spargunt, cateraque eorum ministeria, qui certaminibus sacris deserunt, ignominiosi habeantur. Corrige textum luculentum,

Thymelici, neque Xysii. Quamvis & polypopus, pro polypopos, dicant Icri, & Sulla pro Sylla, Græca consuetudine. Lucan. l. 1. v. 581.

Triffia Sullani cecinerat oracula vates.

Petron. Satyrico:

Sullanus bibit ensis.

Vetus lapis.

L. CORNELIO. L. F. SULLÆ FELICI. DICTATORI.

Jam vero Xysios quis dubitat legi debere? Suet. Augusto cap. 45. Nihilominus tamen Sempronius male oïd audit, & veluti infamis habetur, scribente Macrobio libro 2. Saturnal. cap. 10. quod ille ex Salustii Catilinaria hausit. Sempronius multa sepe virilis auidici & facinora commiserat: hæc mulier genere atque forma, præterea viro atque liberis fortunata fuit, literis Græcis & Latinis doctâ, psallere & saltare elegantiam, quam necesse esset probare. Ex istis facillimum erit restituere locum Fulgentii Carthaginensis Episcopi, vel ut aliis visum, Fabii Planciadis lib. 1. Mythologic. *Sola est, que modum imponat furentibus; hæc Petroniana subit Albutia, hæc etenim alludente & Plantina Satyra dominatus obdormit, & Sulpiilla Ansoniana loquacitas deperit, Salustianaque symphonia, quamvis præfens sit Catilina, melos ranciet.* Sic in editionibus vulgatis nullo, mehercule, sensu hæcenus lectum. Sic igitur nitore suo locus reddatur: *Licet Petroniana subit Albutia, hæc enim alludente, & Plantina Saurea dominatus obdormit, & Sulpiilla Ansoniana loquacitas deperit, Salustianaque symphonia, quamvis præfens sit Catilina, melos ranciet.* Posteriora verba Salustiana historici satis clara sunt, at vero priora vel ex eo fidem merentur, quod in confesso apud omnes sit, nullas unquam satyras Plautum scripsisse, Saureæ nomen apud eam reperiri certissimum. Fest. lib. 13. in verbo optio. Et ipse comicus in Alsinaria:

Qua me, qua uxorem, qua tu Sauream seruum potes

Cirumduce, aufere.

Aniſthenes audiens Ismeniam esse tibicinem optimum; At nequam est, ait, non enim si probus esset, tibicen esset. Plutarch. in Pericle in principio. Juvenalis inter abjectissima plebis vilioſam faciem eos reponit sat. 3.

Quondam hi cornicines, & municipalis arena

Perpetui comites, notaque per oppida bucca.

Martial. lib. 5. epigr. 57.

Artes discere vult pecuniosas?

Fac discat citharadus aut chorantes.

M. Terent. Vatro in Eudamonibus:

Contra cum psalteria, & cum Flora turcare obstrepis.

Organarii, chotaulæ, tibicines, lyristæ, tympanistria, hydraulæ, chordacista, in pulpitis canere solebant, at alii erant exquisitæ dicacitatis vernæ, qui convivas non modo suavi vocis symphonia, sed & perulantibus dicteris seu oblectarent, seu incenserent, atque illi plerumque ex Ægypto periti, ut dictum abunde supra hoc opere lib. 8. cap. 31. Et quia iidem illi erant, cum administris, opere pretium erit, qua veste induti, quomodo compti, quaque ratione famularentur, dicere. Atque id ut facilius pleniusque percipiatur, adscribam locum è Philone Judæo lib. de vita contemplativa, quem in Latinum sic vertit Petrus Ciaconius: *Sed fortasse, probabit aliquis morem hunc convivorum jam vulgo receptum apud Græcos atque barbaros, à Romanis inventum, non tam ad hilaritatem, quam ad ostentationem deliciarum & opulentie. Tri. linia lectos habebant ebriuos aut resudinos, aut pretiosioris materis, gemmatis plerosque, stratos atro intexta purpura, vel aliis floridis coloribus variis oculos allucinantibus, poculorum etiam vim magna, nigrescentem per suas species. Præfatos enim scyphi, calices, phiala, thricleria, torcularaque clarorum artificum, ministrantibus formosis mancipiis, non tam ad præfens ministerium quæsitis, quam ad exhiberandos aspectu convivorum oculos. Ex istis minores pueri pincernas agunt, grandiores aquam adferunt luti & nitidi fucatiq; ac circumstanti, alunt enim capillitium, vel omnino intonsi, vel à fronte tantum præfatis in orbem crinibus, tenuissimas, candidasque præcinili tunicas, anteriore parte ad genna dimissas, posteriore ad popliteas, utrimque mollibus taniis astricili commissuras tunica*

propendentibus ad latera sinibus. Sic ornati adsunt, natus observando, quid quisque possidet: adsunt & alii adolescentes prima lanugine malas vestiti, qui paulo ante amatorum suorum delicia fuerant, curiose edocui gravioris momenti ministeria: mera ostentatio magna opulentiæ, ut convivæ splendore stupescerent, facile intelligant, à quanto viro, quamque magnifico sint ad mensam communem adhibiti, cum tamen totum hoc negotium vera estimatione aliud nihil sit, quam stolidus luxus hominis absentis fortuna beneficio, sicut testari possunt, quibus comperta sunt talia. Huc accedunt varia bellariorum, obsequiorum, condimentorumque species, elaborata à piscatoribus & capediariis, quorum est cura non tantum gustui satisfacere, verum etiam oculos exhilarare munditiis: sic fit, ut septem, vel etiam plures mensa inferantur, plena omnium, quæ terra, mare, æthere ferunt selectis suavissimis carnis terrefræstrum, aquaticorum & volucrum, paraturæ simul & conditura variantibus. Ac non quid prætermittatur natura munerum, tandem apponuntur poma necesseque dapsiliter, servatis aliis ejusdem generis ad comestiones, quas vocant. Deinde alia patine effunduntur vacuata à conviviis voracibus, more fultarum, expletibus se in tantum, ut ossa etiam arrodant: alia cum fæde discretis semessique reliquii. Ubi vero usque ad fauces expleti, nihil possunt amplius, edendo lassati, appetitu esuriunt, oculos pascendo carnis optimarum copia, nidorem vero exhalantem attrahentes naris. Postremo his quoque sensibus saturatis, faciunt mentionem de abitu, egregie collaudata convivatoris magnificentia.

Ab effectu istius symphoniæ pueri appellabantur. Cicero act. 6. in C. Verrem. *Iste, quasi præda sibi advecta, non prædonibus captis: si qui senes aut deformes erant, eos in hostium numero ducit, qui aliquid forme, atatis, artificii habebant. Abducit omnes, nonnullos scribis suis, filio, cohortique distribuit, symphonicos sex enim amico suo Romanam mittit mueri. Locus appositus, unde constat non unum aut alterum symphonicum, aut cantorem in magnatum conviviis fuisse, sed ingentem, & pæne prodigiosum numerum.* L. Sen. epistol. 84. *De choro dico, quem veteres Philosophi noverant, in comestationibus nostris plus cantorum est, quam in theatris olim spectatorum fuit, cum omnes vias ordinationum implevit, & cavea æuatoribus cincta est, & ex pulpito omne genus tibiarum organorumque consonis, sit concentus ex diffusis. Quem locum frustra epitolicarum quæstionum lib. 3. epistol. 9. Justus Lipsius voluit aliter legi, & eum sequenti Oppopæus, Gruterus & alii Critici, transferentes, in commissiõibus nostris plus cantorum est. Male, inquam, & perperam conati illi; nam Seneca mens tot jam in conviviis nepotum, opulentiorumque civium audiri cantores, quot olim in theatro publico, cum tota civitas aderat, sive tantam esse anius civis magnificentiam, quanta olim totius Urbis majestas fuerat.*

Neque vero semper hi symphoniaci domestici erant, sed ut gladiatores alebantur à mangonibus, collataque mercede in privatas civium aulas, publicaque principum palatia itabant, C. Plinius lib. 7. cap. 12. *Toranius M. Antonio jam triumviro eximios forma pueros, alterum in Asia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos vendidit, tanta unitas erat. Postquam deinde sermone puerorum detecta fraude, à furente increpitus Antonio est, inter alia magnitudinem pretii conquerente, nam ducentis mercatus erat fessertis, respondit versutus ingenii mango, ob id ipsum se tanti vendidisse, quoniam non esset mira similitudo in illis eodem utero editis; diversarum quidem gentium naturales, tam concordi figura reperiri, super omnem esse taxationem.* In MS. Foxiensi Tolosa, sed parvo discrimine legitur: *Toranius mango Antonio jam triumviro. Quem ille Toraniam, alii Thoraniam appellant.* C. Sueton. in Augusto cap. 69. *Etate adultas virgines deundarent, atque perspicerent, tanquam Thoranio mangone vendente. Non desunt, qui scribant Thoraniam vocitari.* A. Macrobo. 2. Satur. cap. . . *Delectatus erat inter canam symphonicis Toranii Flacci mangonis, atque eos frumento donaverat, cum in alia acromata fuisset liber alis; eosdemque postea Toraniam æque inter canam quærenti Casari sic excussavit: ad molas sunt. Adscribendus & locus de iisdem è Julii Solini Polyhist. cap. 5. *Denique cum Antonio triumviro Thoraniam quidam eximios forma pueros, velut geminos, recentis fessertis vendidisset, quorum alterum de transalpina Gallia, alterum ex Asia comparaverat, adeoque una res videren-**

tur, nisi solas sermo fidem panderet. Nemo est qui non pervideat mendum subesse, quid enim illud est una res videretur. In MS. meo codice, qui raras aut ocellas capitum discretiones aut epigraphas habet, legitur, *adeoque ut una res videretur.* Ex calectione locus potest conjecturæ esse non omnino improbandæ, *adeoque ut uterini viderentur.* Sed hoc Iliaco Pontano eruditissimo viro debeo. Et recte; nam Plinius paulo ante supra: *Eodem utero editis.* Uterinos autem fratres agnationis jus non habere, sed cognationis tantum titulo connexos esse, ut Imperator l. 2. l. C. de excus. tut. Et uterinum præ τῆς μητρὸς ἀδελφός, ex matre fratrem interpretatur Dio lib. 58. & ὁμογενῆς, quasi ex eadem matre dicas. Appian. Alexandrin. Syriac. fine:

Male itaque audierunt, qui immo dicunt hunc convivandi luxum exercebant. A. Gell. lib. 1. cap. 11. *Fisulatores, fidicines, tibicines lascivientium delicia conviviatorum.* A. Gell. Lamprid. in Vero: *Adducere senum & fidicines, & tibicines, & histriones, & omnia mancipiorum genera, quorum Syria & Alexandria passitur voluptate.* D. Hieronym. epistol. ad Furiam: *Fidicines & psalterii, & hujusmodi chororum diaboli, quasi mortifera Sirenarum carmina, protulit ex adibus suis.* Contra laudari impensius illi, qui è modestis suis conviviis ejeccerant hujusmodi portenta, quo nomine commendatur Theodosius ille senior, qui non solum alius, sed & sibi has voluptates interdixit. Aurel. Victor in eo, & Paulus Diacon. lib. hist. Roman. 13. & Trajanus Augustus; *Non peregrina superstitionis mysteria, inquit Plinius Junior in panegyctico, quem ei dixit, aut obscena petulantiam mensis principis oberrat, sed benigna invitatio & liberales joi.* Claudian. in laudibus Stilichonis lib. 2.

— Nullo citra hæc convivia cantu,

Non pueri lasciva sonant.

Nec modo pueri procacioris hæc adhibiti officii, sed & puellæ. Aurel. Macrobo. lib. 2. Saturnal. cap. 1. ex Prætextato: *Quia sub illorum supercilio non desunt, qui psalterium intronitit pesteret, ut puella ex industria supra naturam mollior, canora dulcedine & saltationis lubrico exerceret illecebris philosophantes.* Vet. Scholiast. Juvenal. ad v. 162. sat. 11. *Speras forsitan quod incipiam saltare delicata ac pulchra puella Syria, quoniam de Syria & Afris Gadis condita est. Nunc inquit expellas apud pantomimas, aut lyristas de Gadibus, quod lasciviam Liquidorum est, & meridiana luce clarius, non esse hæc unius Scipitidis: ut nec tamen certe constat duplicem earum fuisse usum, vel ut ad lyram suavi modulatione vocis compositæ convivas oblectarent, vel ut lubricis indecoricis motibus Venerem concitarent. Eas autem uon Syrias puellas puto fuisse, sed Hispanas, contra quam placuit veteri Scholiastæ. Sunt quippe Gades insula prope Bæticam, dirimens Africam ab Europa 120. millibus passuum, celebratissima propter Herculis columnas, ut passim omnes Geographi. Sed Juvenalem loco citato audiamus:*

Forstas expelles, ut Gaditana canoro

Incipiat prurire choro, plausuque probata

Ad terram tremulo descendant donec puella,

Irritamentum Veneris languentis, & acres

Divitis artice.

M. Martialis frequentissime, unde colligere liceat sui xvi vitium ab illo taxatum lib. 3. epigr. 62.

Cantica qui Nilii, qui Gaditana susurrat.

Exactissime. Nam pueri illi diceas Ægyptii, supra à me dictum. Petron. Satyr. *Discubimus Alexandrinis pueris aquam nitatam in manus infundentibus. Puellæ autem Gaditane.* Idem lib. 5. epigr. 79.

Nec de Gadibus improbis puella

Vibrabant sine fine prurientes

Lascivos agili tremore lumbos.

Et lib. 6. epigr. 71.

Ederè lascivos ad Bætica crumata gestus,

Et Gaditanis ledere docta modis.

Lib. 14. epigr. 203. cuius lemma est, puella Gaditana.

Tam tremulum cristat, tam blandum prurit.

Papin. lib. 1. silv. ut. etiam earum in theatris usum ostendit:

Hic agnoscitur omne quod theatris

Aut forma placet, aut probatur arte,

Hæc plaudunt Grego Lydiæ tumentes.

Illic cymbala, tinnulaque Gades.

Denique ut de Musica inceptum finiam tractatum, diversus situs Græcorum à Latinis observandus est. Nam hi deteriorum, si ea caruissent, virum principem existimabant, isti, si ejus studio se dedidissent, infamem reputabant. Æmil. Probus in Epaminonda, Scimus Musice moribus vestris abesse à principis persona, saltare etiam in vitiis poni, quæ omnia apud Græcos & grata & laude digna ducuntur. Ex de Romanis principibus certum, antiquitus magnatum liberos fidibus didicisse. Tull. de Senect. & Titus Imperator musica non erat ignarus. Sueton. cap. 2. & Adrian. princeps psallendi canendique peritus. P. Victor. in eo; quæ ego intelligo de privato oblectamento, nam eam publice profueri, ignominiosum: inde enim tam sæpe omnium Scriptorum testimoniis laceratur Nero, quod in scenam prodierit, citharam tenuerit, cum comædiis tragædiisve cecinerit, & de corona victoriæque cum iis contenderit. Historicis non advoco, quorum nullus id tenit, Julianus Augustus in maligno illo opusculo, Quo Cæsares omnes perstrinxit. Ἐπιστήματα λέγονται τῶ Σουλῶ Νίρω μὴ μὲν τῆς κίθάρας καὶ τῆς δόξης. Hæc dicitur Sileo supervenit Nero citharam gestans & lauro redimitus. Claudianus lib. 2. in Eutrop.

- - - Exquirite retro

Crimina, continua lætis annalibus ævi.

Prisca recensitis evoluite sacula fastis,

Quid senis infandæ Capree, quid senia Neronis

Tale ferunt?

Sidon. Apollinar. carm. 5. v. 321. de eadem indignitate:

Post Capreas Tiberi, post turpia nomina Caji,

Sensuram Claudi, citharam thalamosque Neronis,

Post spectri inamantis pompam, quo se illo videtur,

Hinc turpis, quod pulcher Otho, post quina Vitelli

Millia famosi ventris damnata barathro.

In titulis princeps lætus.

Quina millia ille, de prodigioso illo Vitelli convivio, at C. Suet. in eo, cap. 13. Duo millia lætissimum piscium, septem ævium apposita: licet in eo dissensus inter historicum & poetam sit, tamen uterque numerus portentosus. Sed ad rem regredior institutam.

Tanti duxerunt Musices præceptis imbuti, ut Cimon, quod eam ignoraverit, vituperatus non mediocriter fuerit, Sestimbromis Thasius apud Plutarchum in vita Cimonis. Et Epaminondas ille idem, cithara canere, ad chordarum sonum, à Dionysio edoculus est; ut loquitur in eo Æmilii Probus. Quid dicam Achillem apud Homerum erudite Patroclum citharizare, quod didicerat ille à Chirone Centrauso, ut supra in hoc opere dixi. Sidon. Apollinar. carm. 9.

Venatu, fidibus, palestra, & herbis,

Sub Saturnigena senec institutus.

Claudian. de 3. Honorii consulatu, ad quem locum plura:

Sive lyra cantus, medicas seu disceret herbas.

In MS. meo paulo aliter:

- - - Medicas seu disceret artes.

Viderique effectum ad illud Maronis libro 12. Æneidos:

- - - Mutas agitare inglorius artes.

Et præsentem matre ipse Achilles fides pulsat. Stat. Papinius

lib. 1. Achilleid. v. 184.

Nunc libare dapes, Bacchaque munera Chiron

Orat, & attonitam vario oblectamine malens

Elicite extremo chelyn, & solantia curas

Fila movet, læviterque expertas pollicis chordas

Dat puero: canit ille libens immania laudum

Semina, qui tumida superavit iussa novæ:

Amphitryonides, &c.

Et eodem avo Paris lyram callentissime pulsabat. Ælian. var. histor. lib. 9. cap. 38. Προσλαθὼν τὴν λύραν ἰδὲ Κλυτὸν Ἀλεξάνδρῳ. Accedens lyram ostendit Alexandri. Vide locum & confer eum Plutarcho in vita Alexandri, unde desumptum, utrobique enim narratur Alexandrum Ilium venisse, & curiosum singula lustrasse, atque inter alia, cum lyram Paradisi ei ostendissent. Majoris, inquit, facerem, si lyram Achillis ostenderetis, potius enim mihi foret gratiusque virorum sortium laudibus cantandis idoneum videre instrumentum, quam eam lyram, quæ accuebat faminis captandis demulcendisque tantum idonea carmina. Hadr. Junius in Adagiis suis c. 546. Q. Horat. lib. 1. od. 15. apposite ad dictum Alexandri:

Nequiquam Veneris præsidio serox

Pectus casariam, grataque faminis

Imbelli cithara carmina divides.

Homer. lib. 3. Iliad. v. 54. Hector frater eum pusillanimum effaminatumque accusans:

Ὄχι δὲ τοὶ χροῖσμον κίθαρις, τὸ τε δῶρ Ἀρροδῖτος

Ἢ τὴ κίθον, τὸ τε ἴδος.

Non tibi profuerit cithara, & dona Veneris,

Et coma, & forma.

In aliis legitur κίθαρις, κίθαρς, ut sit muliebri capitis gestamen, quo mollities ei exprobratur. Virg. lib. 9. Æneid:

- - - Et habent viderimula mitra.

Et lib. 4. Æneid. dicam infra:

Μαῖονα μεντήν μιτρα, κρινέμque μαδέντην

Subnixus.

MS. meus egregie:

Μαῖονα μεντήν μυρρῆα.

Ut odores effaminatos taxet, aut unguentis perungendi corpora rationem viris probrosam esse ostendat.

## CAPUT XXX.

## De poculis &amp; eorum generibus.

**A** Cibis ad potum nos nunc convertemus & videbimus, quis in eo veterum mos fuerit. Hieronymus Mercurialis Medicus doctissimus lib. 1. variarum lectionum cap. 22. Varii, inquit, mensuris antiquos potasse, non me latet: sed ex eis tres potissimum observare soleo, sextantem, deuncem & trientem, quarum duas rariis, tertiam frequentius, & à pluribus in quotidiano victu usurpatum puto. Sextante temperatos ac valetudinarios, deunce intemperatos & bibaces potasse, valde verosimile est. Nam Suetonius auctor est, Augustum Cæsarem sextante bibisse, eumque sexies tantum in conviviis publicis ori admovisse. Martialis item de se ipso & Cinna:

Sextantem poto, tu potas Cinna deuncem,

Et quereris quod non Cinna bibamus idem.

Item de lusco bibone, ad Aulum:

Potor nobilis, Aule, lumine uno

Luscus Phryx erat, alteroque lippus,

Huic dicit medicus, bibas caveto

Vinum: si biberis, nihil videbis.

Ridens Phryx oculo, valebis, inquit,

Misceri sibi protinus deunces,

Sed crebros jubet: exitum requiris?

Vinum Phryx, oculus bibit venenum.

Ex

Ex quibus in eam facile venire conjecturam possumus, *deuncem*, sive unciarum undecim calicem ebrioforum potius & intemperatorum hominum mensuram extitisse. Cæterum quod in communi omnium fere usu esset *crater*: quinque paulo, plus minusve unciarum appellatus *trientis*, ideo mihi pro comperto habendum videtur, quoniam Poëta, qui præ omnibus aliis auctoribus melius veterum, in edendo præsertim & bibendo, mores expresserunt, cum de hujuscemodi potus mensuris, vasisque loquuntur, fere semper *trientes* nominant. Propert. lib. 3.

*Cum fuerit multis exacta trientibus hora.*

Perf. sat. 3. *Sed tremor inter vina subit, calidumque trientem.*

*Martialis* vero, quem cæteris copiosius de hisce rebus lusisse apparet, lib. 1.

*Crebros ergo bibas licet trientes.*

Et lib. 4. *Sed nec post primum legat hac, summumne trientem,*

*Sed sua cum mediis prælia Bacchus amat.*

Et alibi sæpe. Unde conjicere quis potest, *calices quotidianos*, & à cunctis fere pro potu usitatos, *trientes* fuisse, quæ erat quarta sextarii pars. Ex quo etiam ad credendum inducor, *sextarium* forsitan eam fuisse potus mensuram, quam in *cana* quotidie sumebant, quamque in quatuor partes, sive in *trientes* quatuor dividebant. Quanquam non ignoro, interdum nullam esse in bibendo servatam mensuræ rationem: quemadmodum invitat *Martialis* Cajum Proculum lib. 11.

*Quinunces, & sex cyathos, bessemque bibamus,*

*Cajus ut fiat Julius & Proculus.*

Et quemadmodum in convivii publicis factitatum, rationi consentaneum est: in quibus refert *Alexander Trallianus* libro Problem. 1. institutum esse, ut contrariis poculis uterentur, in principio scilicet *minutis*, in fine vero *amplioribus*. Ut enim epularum gratia, in quibus frequentius bibere decebat, veteres crebrius potarent, à *parvis* calicibus inchoabant & in *capacios* definebant, quippe cum parva implere satis, ubi potare liberalissime liberet, nequirent. Quod si ab amplioribus inceperant, ocyus repleti necesse erat, & subinde minus potare. Siquidem natura à largo protinus haustu accepto veluti expleta, copiam omnem subsequenter contemnit: ex adverso, si parvis poculis assuepta paulatim ampliora exhibeantur, facile copiam quamcunque sustinet. Hætenus *Mercurialis*. Veteres *cornibus* potare solitos, paulo ante ex eodem *Mercuriali* audivimus. Varias poculorum appellationes, & varia eorum genera reperias apud *Nonium Marcellum* capite de generibus vasorum & poculorum, & apud *Calium Rhodiginum* lib. 27. cap. 27. & alios. Quod veteres & frigidam & calidam potarint, quod vina sæpius aqua temperarint, eaque nonnunquam nive, aut in puteo, aut alia ratione refrigerarint; pluribus explicat *Hieronymus Mercurialis* lib. 1. variarum lectionum, cap. 8. & 18. *Plutarch.* in *Symphiacis*. De calida aqua sive calida etiam *Justus Lipsius* libro Electorum, cap. 4.

Jam & hoc notandum, in convivii moris fuisse, ut talis, astragalive forte missis *symposiarcha*, quem alii *regem*, alii *magistrum* convivii, Varro *modimperatorem* appellat, duceretur: nonnunquam etiam sola corollæ impositione diceretur, qui convivii præses *conviviales* leges præfigeret, de quo, qualis eligi & qualem is sese præbere debeat, pluribus docet *Plutarchus* lib. 1. *Symphiacôn*, quæstione quarta. *Magisteriorum* hujusmodi, quæ & *regna vini* dicuntur, sapissime à veteribus Scriptoribus fit mentio. *Cato* apud *Ciceronem* de Senectute: Me vero & *magisteria* delectant à majoribus, instituta, & is sermo, qui more majorum à summo adhibetur in poculo, &c. *Legum vero convivialium* meminit *Cicero* in *Verrem*, ubi inquit: Iste enim prætor severus ac diligens, qui populi Romani legibus nunquam parvisset, illis diligenter legibus, quæ in poculis ponebantur, obtemperabat.

Cæterum in omni convivio, cum paulo hilarius invitare sese vellent, hunc solemnem morem observabant, ut à *summo* biberent ad *imum*: hoc est, ab eo conviva, qui summus accumbebatur, usque ad *imum*. Solemne & hoc erat, ut *Divo alicui* libarent, hoc est, ex patera leviter vini aliquid defunderent, vel in mensam, vel in terram, vel in alium quemque locum pro se nata: utque in *domina* aut *amica* honorem cyathum ebiberent, eamque palam nominarent, quod qua verborum forma fecerint, ex *Plauti Sticho* intelligimus, ubi *Sangarinus* ita loquitur:

*Bene vos, bene nos, bene nostrum etiam Stephanium.*

Ita enim loquebantur concise, pro eo quod esset, *Bene vos vivere precor, bene valere*. Quin & illud usurpabant, ut in honorem amici, aut amicæ tot cyathos biberent, quot literæ in eo nomine essent. *Martialis*:

*Naxia sex cyathis, septem Justina bibatur.*

Et lib. 9. *Nunc mihi dic, quis erit, cui, te Calutisse, deorum,*

*Sex jubeo cyathos fundere? Cæsar erit.*

*Sutulis aptetur decies rosa crinibus, ut sit*

*Qui posuit, sacra nobile gentis opus.*

*Nunc bis, quina mihi da suavia, fiat ut illud*

*Nomen, ab Odrysiæ quod Deus orbe tulit.*

Cyathorum, rosarum, basiorum numerus respondet his tribus nominibus, *Cæsar, Domitianus, Dalmaticus*. De fermonibus, qui in conviviis agitari solebant, *Plutarchus* in Sympofiacis, *Macrobius* in Saturnalibus, *Varro* in Satyris Menippæis apud Agellium & alii. Atque hæc de conviviis & eorum ritibus hæctenus. Qui plura volet, legat eos, quos paulo ante dixi, auctores, *Cælium Rhodiginum, Hieronymum Mercurialem, &* in primis, *Iusti Lipsii*, viri clarissimi, tertium Antiquarium lectionum librum, ex quo pleraque descripsi, multa etiam omisi, quæ diligens lector ex illo ipso *Lipsii* libro petet, ad cujus etiam, sicut & aliorum viri illius doctissimi Scriptorum, lectionem studiosos sedulo hortor.

AD CAP. XXX. PARALIPOMENA.

*Poculorum materia, forma, species, aqua nictata, lex potandi, locus honoratior, vinum vetustum, gypsatum, vomitus, unguenta, corona, genii boni potio.*

**P**Rimum omnium pocula ex terra illa Samia fistilla erant. Neque in pauperiorum tantum ædibus, sed & in opulentiorum conviviis, adeoque etiam deorum immortalium fanis ac sacrificiis solemnibus, & statua ipsa deorum. Val. libr. 4. cap. 3. tit. 7. Cui consulatum gerenti, cum *Atolorum* gens omnis usus vasa argentea, magno pondere & exquisita arte fabricata per legatos mississet, qui superiori tempore gratulandi causa ad eum profecti retulerant, fistilla se in ejus mensa vasa vidisse, monitos, ne continentia, quasi pauperum succurrendum putarent, cum suis *Sardinis* abire iussit. Quod ille de privata cœna *Tuberonis* & alii ad publicum epulum, quo civitatem totam in Capitolium convocatum exceperat, referunt L. Sen. epist. 95. in fine: *Tuberonis* lignos lectulos, & cum in publicum sternerentur, hædinasque prostragulis pelles, & ante ipsius *Jovis* cellam, proposita conviviis vasa fistilla, quid aliud est, quam paupertatem in Capitolio consecrare: Et deinde paucis interjectis. Omnium illorum aurum argentumque fractum est & mille constitutum, at omnibus sculis *Tuberonis* fistilla durabant. Idem epist. 98. *Tubero* paupertatem & se dignam & Capitolio junctavit, cum fistillis in publica cœna usus ostendit, debere his hominem esse contentum, quibus dii etiam munus uterentur. Contingendus forte idem lib. 1. Benefic. c. 6. Sicut in vicissimis quidem, licet optime sint, multoque auro præfulgeant, decorem non est honos, sed in pia ac recta voluntate venerantium. Itaque boni etiam farre ac fistilli religiosi sunt, mali rursus non effugiunt impietatem, quamvis aras multo sanguine erunt averunt. *Fernandus* Pincianus in nullo MSSorum repertum prodidit fistilli, sed in quibusdam fistilla, in aliis fistilla, denique in *Facundi* & *Primitivi* exemplaribus, fistilla. Itaque levissima opera infesto unico elemento legendum censuit fistilla, ut sit pulvis cujusdam genus in sacrificio receptissima. *M. Antonius* Muretus lib. 12. Variar. lection. cap. 1. fistillam retinet, eadem significatione, ex *Aruobio* lib. 7. Quid fistilla, quid frumen, quid asfrica, quid gratilla, catumecum, conspolium, cubula? *Plin.* l. 17. c. 8. Hodie sacra prisca, atque natalium pulve fistilla conficiuntur. *Josephus* Scalliger Pinciani sequitur sententiam, contentumque legendum fistilla, a frit ejus etymologiam derivans, quod placuisse video & *J. Lipsio*, qui ad vasa ipsa, quibus sacrificia offerrebantur, non autem ad pulvem refert, ut alii: testem habet *Festum* Pompejum lib. 11. *Murres* est, quemadmodum *Veranus* docet, ea quæ sit ex sale sordida, in pila pistato & in ollam fistilem coniectum, & in furno percolatum. Denique *Fr. Modius* Novantiquar. lection. ep. 29. ut ab aliis quippiam diveticulo adferat, farre ac frivolis. Sunt enim, ut loquitur cum *Festo* l. 6. frivola proprie vasa fistilla quassa. *Ulpian.* IC. l. 11. ff. de pignorat. act. Non enim creditibile est hoc convulsisse, ut ad vitæ vestram positionem in sola frivola mea tueberent. Præoccupavit doctissimus *Guil. Budæus* in Annotationibus suis in hanc legem. *Juvenal.* sat. 3. v. 199.

Jam posuit aquam, jam frivola transfert  
Ucalgon.

Et fat. 5. v. 59.

Et te ne teueam, Romanorum omnia Regum  
Frivola.

Sed de diveticulo in viam. Hæc quidem fistilla viris optimatibus sola in usu, ut de *Tubero* jam, quod *Græci* moris. *Antiphanes* in *Mytide*, apud *Julium Pollucem* lib. 10. c. 19. Εξ οὖνοπλατῶν ἀσπυλῶν ἱρινοῦσιν. Ex acetabulis fistillis bibebamus. Et in templis ut supra quoque expositum. *Q. Flor.* Tertullian. Apologetic. cap. 25. Frangi religio & pauperes ritus & nulla *Capitolia* certantia celo, sed temeraria de cæspite altaria & vasa adhuc Samia, & nidor ex illis. *M. Tull.* Paradoxo 1. Quid autem *Numa Pompilius* & misusque gratas diis immortalibus capedines, ac fistiles urnas fuisse, quam delicatas aliorum patetas arbitramur. *C. Plin.* l. 35. c. 12. In sacris quidem etiam inter has opes hodie non murribus crysallinisque, sed fistillis prælibatur symposiis. Utrumque utriusque auctoris locum legunt diversa ratione; nam in *Cicerone*, Delicatas aliorum patetas, melius. In *Plinio* *Lazarus Baius* non symposiis sed symplis vult legi: Ego tamen nihil mutandum censeo. Nam vet. Scholiast. *Juvenal.* ad fat. 6. v. 340. Symposium vas sacrificiis aptum, in quo pontifices solebant lavare. Symposium autem, quia omnes sacerdotes simul libebant, inde symposiatrix illa dicitur, quæ porrigit poculum istud. *Glossarium* *Liudori*, cades, vasa fistilla. *Satyricus* ipse loco laudato:

Et quis tunc hominem contemptor mininis, aut quis  
Symposium videre *Numa*, nigrumque catinum,  
Et Vaticano fragiles de monte patellas  
Ansus erat?

Deorum etiam templa fistiles habebant parietes. *Plin.* lib. 36. cap. 2. Non ergo in tam malo exemplo moribus cavere nullius fuerat, quam tacere tantas moles in privatam domum trahi præter fistilla deorum fastigia? Ipsorumque numinum simulachra testacea erant, seu fistilla. *L. Seneca* consolatur ad *Helviam* cap. 10. Tunc per fistiles deos religiose jurabatur. *Sext. Propert.* lib. 4. eleg. 1.

Fistillis crevere diis hæc aenea templa,  
Non fuit opprobrio facta sine arte cæsa.  
Tarpejusque pater nuda de rupe tonabat.

*D. Juvenal.* sat. 11. v. 115.

Hanc rebus *Latiis* curam præstare solebat  
Fistillis, & nullo violatus *Jupiter* auro.

Atque ut non tam aliam supellectilem, quam pocula fistilla fuisse constet, docet *Albius Tibullus* lib. 1. eleg. 1.

Fistilla antiquus primum sibi fecit agrestis  
Pocula, de facili composuitque luto.

*M. Martial.* lib. 14. epigr. 98.

Arctina nimis ne spernas vasa manentis,  
Lentus erat *Thuscis* *Porfena* fistillis.

*A. Auson.* epigr. 98.

Fama est fistillis cœnasse *Agathocles* Regem,  
Atque abacum *Samio* sæpe onerasse luto.

Recte *Samio* luto. Nam è *Samio* infusa in Urbem allata hæc fistilla; *Plin.* lib. 33. cap. 11. vel ex *Hispania*. *Martial.* lib. 4. epigr. 46. *Juvenal.* sat. 5. v. 29.

*Pugna Saguntina* fervet commissa lagena.

Secundo; reperio pocula ex fago facta in usu apud præcos. Idque heroicis temporibus receptum, ut saltem, si non ex fago, at ex ligno fierent, allato *Homeri* versu ex l. 9. *Odyssæ* jam pridem docuit *Fulvius Ursinus* in Appendice ad *Triclinium*. Meminerit poëtæ frequenter, antiquorum frugalitatem extollentes. *P. Ovid.*

Pocula. Fabricataque fagos

Idem lib. 3. Fagor. Terra rubens crater, pocula fagus erat.

Virgil. Eclog. 3. Insanire libet quoniam tibi, pocula ponam Fagina, calatam divini opus Alcimedontis. L. Sen. tragædus in Hercule Octavo. act. 2. choro: Pectora pauper secura fagis, Tenet et patula pocula ferit, Sed non trepidâ tenet illa manu.

Alb. Tibull. lib. 1. eleg. 10. Divitis hoc vitium est auri, nec bella fuerunt, Fagina adstibat cuncti sycophani ante aedes. Oleaginea pocula apud IC. l. 30. ff. de leg. 3. Qui pocula quatuor oleaginea habebat, ita legavit, pocula oleaginea parva duo. Et hederacea. Plin. lib. 16. cap. 35. Hederæ mira proditur natura, ad experitunda vina, si vas fiat ex ligno ejus, vina transire, ac remanere aquam, si aqua fuerit mista. Græci κισσόςιον titud poculum vocant. Macrobius lib. 5. Saturn. cap. 21. Euripides, in Andromeda, his verbis:

Ο μὲν γλαυκός κισσόςιον φέρον σκύρον. Cum lacte hederaceum ferens sycophan.

Licet locum mendii suspectum habeant Critici, οἶνον γλαυκός. Petrus Victorius Variar. lectio. lib. 16. cap. 23. aut simpliciter ex ligno erant pocula, scilicet vocabantur. Isidor. l. 20. cap. 5. Calices & calathi, & scala poculorum genera, antea ex ligno facta, nunc & vocata: Græci enim omne lignum cala dicebant. Paulus Varnefidus Diacorus de gest. Longobardor. lib. 1. cap. 27. Ad bibendum ex eo poculo, quod genus poculi apud eos scala dicitur, lingua vero Latina patera vocatur. Lique hinc posterioribus etiam saculis lignea barbaros habuisse pocula. Sed pergo. Erant & è cornibus bovinis pocula efficta. Vestigia certissima ejus ritus in antiqua inscriptione, cujus formam varii inferere operibus suis. D. Ambrosii lib. de Elia & Junio c. 17. Por cornu etiam sumentia in fauces hominum vina decurrunt, & si quis respiraverit, commissum flagitium, soluta acies, loco motus habetur. Athenæus lib. 11. Dipnosophist. Priscos famus est, atque homines cornibus olim bibisse bonum, liquet hoc ex eo, quod ad huc dum aqua vinum permiscerent, κέρασαι dicunt, & vas, in quo vinum miscetur, craterem appellant, πρὸ τοῦ κέρατος, quasi κέρα τήρα, quoniam in cornua potio fundatur, manet etiam nunc cornuunt ad hunc usum fabrica; quidam ejusmodi pocula rhyta vocant: poetarum quoque multi antiquos bibentes cornibus inducunt. Xenophon. lib. 6. Exped. Cyri Minoris in lumine. Κατακλειμένοι δὲ ἐν σίκασι ἰδελττων, καὶ τίνον ἐκ κεράτων ποτιπών. Quum in grabbatis inter canandum discumberent, ac biberent è poculis cornu factis. Idem operis ejuſdem lib. 7. in convivio Senthis. Καὶ κατὰ τὸν ὄραμιον τόμον κέρατα οἶνον ποτίζον. Ac secundum Thraciam legem, cornua vini sibi propinabant. Πρὸ τίνον Χυλάνδρι vertit propinabant. Paulus Leopardus l. 6. Emendation. cap. 3. præbiberunt. Jacobus Dalecampius apud Athenæum portenderunt. Minus recte. Philoxenus Citherius in opere quod canam inscripsit. Lycargus rhetor in oratione contra Demadem, & Theopompus in secunda Philippica, videantur apud eundem Athenæum. Alluserunt & poetae ad hunc ritum.

Ἐξ ἄγρυπρίων κεράτων τίνοντες ἰπλάζοντα. Ex argenteis cornibus bibentes lasivierunt.

Hermippus in ugentis: Ἐκ δὲ τοῦ κέρατος ἀδ μοι δὲς πειν ἀπαξ μόνον. Verm è cornu rursum mihi da semel tantum quod bibam.

Æschylus in Perthæobis: ἄγρυπράτοις κέρασι, argento ἀκρίσι factis cornibus. Sophocles in Pandora: πίνοντι χυλόν κέρασι. Cum ebiberit aureum cornu. Etymologici magni auctor in voce κέρατος Quem locum indicavit amicissimus ac doctissimus vir Nicolaus Sevinus, uti & formam ex Divo Ambrosio loco supra laudato: Epulas dividendi assunt pueri comâ nitentes, ex gente barbarica ad hos usus electi, per singularum distincti atatum vices, cornu in medio vini plenum, non epularis, sed prælitari instrumentum bucinæ, primo minoribus poculis, veluti velitari pu-

gna prælitatur, ut tragædiarum adlocum primo sensum vocem excitant, donec vino aperti sunt iter, ubi res calere capit, post. aut majoribus poculis, ubi consummate fuerunt epulae, putes jam esse surgendum, tunc de integro potum inflaurant suum, ac ne immoderatum hoc arbitris, mensura proponitur, certatur sub iudice, sub lege decernitur, agonistes illi furor est, hic si quis cali. em converſat, urgetur ad potum. Forma itaque bucinam oblongam referebat, sive quod idem est, naturalem cornuum bovinorum speciem. Ratio est, quod Bacchum cornutum effinxerint, quod homines nimio vino truces fiunt, ut loquitur Festus lib. 3. in voce cornua. Ergo vel quia Bacchus cornibus taurinis depingebatur, & appellabatur ταυροκέρας, pocula è cornibus bovinis in usu erant, vel à poculorum cornuorum usui id ei cognominis impositum. Scholast. Nicolaï in Alexipharmac. Οἱ παλαιὸι κέρασι ἰχρῶντο ἐν τῷ πόσει ἀπὸ τῶν ποτιπών. Antiqui cornibus utebantur in convivio pro poculis. Subjungit deinde rationem, quam supra adduxi. Certe Bacchum cornutum sciunt pueruli Grammaticorum. Unicus Ovidius sufficit, epist. 21. Sappho Phœoni:

Sume fidem & pharetram, sicut manifestus Apollo, Accedant capiti cornua, Bacchus eris.

Et lib. 2. de Aric: Purpureus Bacchi cornua pressit Amor.

Lib. 3. Fagor. Mitte caput, pater, huc, placataque cornua vertas. Et sane Bacchum primum ejusmodi poculo usum putant. Nonnus Panopolitanus Dionysiac. lib. 12. v. 200.

Καὶ δὲ τας ἀγέλας νῆξ βασι κέρασι. Et poculum curvum habuit botis cornu.

Vestigium illius ritus apud Homerum lib. 8. Ilia l. v. 169. Οἶνον τ' ἔγκρασσαο πίνω.

Vinumque cornu miscens ad bibendum. Indos talibus poculis usus, liquet ex gravissimo, antiquissimoque historico Ctesia; excerptis Phorius patriarcha in Bibliotheca illa sua dignissima. Itaque Ctesias Annalibus Indicis pag. 686.

Assnos silvestres habet India, κέρασι ἔχουσι ἐν τῷ μετώπῳ. Cornu bibent in media fronte. Et deinde. Κατασκευάζουσι γὰρ ἐν τοῖς πόμασι, Conficiunt ex his pocula.

Quartus vitrum poculorum materia. L. Apul. lib. 2. Milesiar. Ampli calices varia quidem gratia, sed pretiositatis nihil, hic vitrum fabre sigillatum, ibi crystallinum impunctum, argentum alibi clarum, & aurum fulgentius, & succinum mire cavatum in lapides, ut hibus, & qui: quid fieri non potest, ibi est. Aristoph.

Ἐπιον, ὁ μὲν ἐξ ὑαλίνων ἐκτομάτων. Biberant, hic quidem è vitreis poculis.

In deliciis olim non sperendum. Martial. lib. 1. epigr. 38. Basse bibis vitro, &c.

Et nepotibus præferim in usu. Juvenal. sat. 2. v. 95. Vitreo bibit ille Priapo.

Nihilominus Gallienus Aug. Aspernabatur vitrea pocula, aureis semper bibeat. Jul. Capitolin. in illo. Neque vero vitrum istud tale erat, quale hodie frangi levissimum casu solet, sed quod factiPLICARIQUE poterat. C. Plin. lib. 36. cap. 26. Fenuit Tiberio principis, excogitato vitri temperamento ut sicibile esset, totam officinam ac artem ejus abolitam, ne eris, argenti, auri metallis vitri detraxerentur, eaque fama crebrior din quam certior fuit. Fuisse artificem tam ingeniosæ artis à Tiberio eadem, quod coram eo poculum vitreum pavimento allisum, ad; αὐτοῖς, illatum in tactumque ostendisset. Cal. Rhodigin. lib. 20. c. 30. Antiquar. lectio. Janus Douza in Commentario suo in Petronium docent. Et ante illum Petrus Crinitus l. 23. cap. 4. Honeſta Difeiplina. Sed quia super ea re parum certæ rationis compertum, non gravolor locum integrum ex Joanne Saresburiensi Polierat. lib. 4. cap. 5. eo lubentius exſcribere, quo ex Petronio adducit rem memoratam dignissimam, quæ apud illum Scriptorem hodie non reperitur. Apud Petronium Trimalchio refert, subrum fuisse, qui vitrea vasa faceret, tenacitatis tanta, ut non magis quam aurea aut argentea frangerentur. Cum ergo phialam hujusmodi de vitro purissimo & solo, ut putabat, dignam Casare fabricasset, cum munere suo Casarem adiens admissus est. Laudata est species muneris, commendata manus artificis, acceptata est devotio donantis. Fa-



Faber vero, ut admirationem innotentiam veterem in susporem, & sibi plenius gratiam conciliaret Imperatoris, petitam de manu Caesaris phialam recepit, camque validius projecit in pavimentum toto impetu, ut nec solidissima & constantissima aris materia maneret illaesa. Caesar autem ad haec non magis obstupuit, quam exparuit. At ille de terra sustulit phialam, qua quidem non erat fracta, sed collisa, ac si aris substantia vitri speciem induisset. Deinde martium (legendum omnino est, malleolum) de sinu proferebat, vitrum correati optissime & tanquam collisum vas aeneum crebris ictibus reparavit: quo factio se calum Jovis tenere arbitratus est, eo quod familiaritatem Caesaris & admirationem omnium se promeruisse credebat. Sed fecus accidit. Quae fuit enim Caesar, an alius sciret hanc condituram vitrorum? Quod cum negaret, eum decollari precepit Imperator, dicens, quia si hoc artificium innotesceret, aurum & argentum vileferent, quasi lutum. Quod unde ille deprompserit, incertum mihi; neque enim alibi me legere memini.

Mentio apud C. Tacitum l. 15. Annal. vitrei poculi Vatiuii, cuiusdam fortoris, quod quatuor rostris protendebatur, insar nasorum. Et de huiusmodi calice intelligendus est D. Juvenalis sat. 5. v. 47. licet vetus Scholiastes de naso oblongo perperam interpretetur:

Tu Beneventani sutoris nomen habentem

Sicabis calicem nasorum quatuor.

Expresit M. Martialis lib. 14. epigr. 96.

Vitia sutoris calices monumenta Vestiae

Accipe, sed nasus laetior illo fuit.

Haec sulfure permixtabantur fracta. Idem Martialis l. 1. epigr. 42.

Qui pallentia sulfurata fractis permixtat vitreis.

Juvenal. sat. 5.

Rupto poscentem sulfura vitro.

Status lib. 1. si. v. ult.

Hic plebs scenica, quique communitis

Permutat vitreis gregale sulfur.

Quinto; crystallus in poculis alicaque suppellectile laudabatur.

L. Apulejus proxime supra citatus Sidon. Apollinar. l. 2. ep. 13. Inque crystallis calerunt arguenta glacialibus. C. Plin. praefat. ad librum 33. Murrhina & crystallina ex eadem terra esodimus, quibus pretium faceret ipsa fragilitas, hoc argumentum epum, haec vera luxuria gloria existimata est, habere quod possit statim perire totum. L. Sen. lib. 3. de Ira cap. 40. Fregerat unus ex servis ejus crystallinum, rapti eum Vocatus iussit, nec vulgari exiturum morte. Paucis deinde interjectis: Motus est voritate crudelitate Caesar, & illum quidem mitti, & crystallina omnia coram se frangi iussit. Juvenal. sat. 6. v. 154.

Grandia tolluntur crystallina.

Alcimus Avitus lib. 3.

Ferebat prisum crystallo argente falernum.

Martialis lib. 3. epigr. 82.

Optimam morionibus nellar

Crystallinisque murrhinisque propinas.

Lib. 9. epigr. 60.

Et turbata brevi quassus crystallina vitro

Murrhina signavit, sopsosuitque decem.

Prodigiosi ista erant pretii, quaque aurum gemmasque superarent. Idem Martialis lib. 1. epigr. 54.

Sic Aretina violant crystallina testa.

Et quia eo deventum est, non erit a te proposita alienum, de natura crystalli quaedam proposuisti. Quidam mineralibus adferunt; Andreas Thevetus l. 5. Cosinograph. c. 8. C. Jul. Solin. Polyhist. c. 20. Putant glaciem coire & in crystallum corporari, sed frustra, dat Europa, dat & Asia, sed pretiosissimum Scythia. V. f. rigoris non fieri crystallum Solino videtur, quod tamen placuit Plinio l. 37. c. 2. Contraria huic causa crystallum facit, gelu vehementiore concreto, non alibi certe reperitur, quam ubi maxime hiberna nives rigent: glaciemque esse certum est. Faveat huic sententiae Aristoteles apud A. Gellium l. 9. c. 5. & Scacal. l. 3. Natural. quaest. c. 25. Stat. lib. 1. si. v. 2.

Rarissime longaeis nivicibus crystallia gelari.

Corip. lib. 3. num. 7.

Nec potuit fragillis crystalli forma nocere

Pro solido stringente gelu.

Claudian. in epigrammatis:

Possedit glacies natura signa prioris,

Quae sit parte lapis, frigora parte negat.

Solers lysis hiems, imperfoloque rigore

Nobilior, mitis gemma tumescit aquis.

In MS. deinde ornatissimi viri Stephani Claverii disjuncta sunt epigrammata sequentia, quae continua imperiti librarii manus fecit. Itaque exacta nix urgente frigore in tantam duriciem coalescit, ut crystallum producat, qui ob id lapis, vel silex prodigiosa Claudiano appellatur. Putschian. Caesarientis in Periegei Dionysii:

Illius fluvii rigidus prope frigore ripas

Invenies lapidem crystalli.

Argumento est, glacie indutatum nivem crystallum fieri, quod in frigidissimis temper regionibus, & pane solis iis, maximam ejus vim reperiri sit proditum, ut ad Tanai fluminis ripas, Theophrastus lib. de lapidibus, & Orpheus in hymnis. At in sola India nunquam nascitur. Garcias ab Horto lib. 2. cap. 47. Fest. Avien. in descript. orbis:

Hic vena altes nivem signant crystallum.

Ambrosio Sidon. Apollinar. carm. 11. v. 94.

Cui dedorant frigida jugum, qua frigore primo

Orbis adhuc teneri, glacies ubi Caucasus urget,

Strinxit Hyperboreis Tanaitica crassa pennis,

Naturam sumens gemma, qua perdidit unda.

Helvius Cinna poeta:

Atque imitata nives Indens legitur crystallus.

Sexto; murrhina vasa, & praecipue pocula adhibita luxuriosis nepotum convivii. Martialis supra. Vetus Scholiaest. Juvenalis ad v. 145. sat. 6. Pocula tulla, facta de murrha. Ael. Lamprid. Heliogabalo. In murrhinis & onychinis mixxit. Jul. Capitolin. in M. Antonino. Vendiditque aurea pocula, & murrhina. & crystallina. Eademque in eo habet lib. 8. Eutropius historicus.

Et Paulus I. C. dubitat lib. 3. §. ult. ff. de suppellectilibus nomine enuntiat propter eximium usum & pretium. L. Seneca epist. 119. Illa hoc unum jubet, sitim extingui, utrum sit aureum poculum, an crystallinum, an murrhinum, an Tiburtinum calix, an manus concava, nihil refert. Idem epist. 123. Omnes jam multos habent, qui crystallina, & murrhina, & calata magnorum artificum manu portant. Dignationem & immodicam estimationem colligere licet ex eodem Scriptore lib. 7. de Benef. cap. 9. Video illic crystallina, quorum accendit fragilitas pretium, omnium enim rerum voluptas apud imperitos, ipso, quo fugari debet, periculo crescit. Video murrhina pocula. Parum sicut luxuria magno fuerit, nisi quod vomunt, capacibus gemmis inter se propinarent. Ortum ac principium describit Plinius 37. cap. 2. Eadem victoria primum in orbem murrhina induxit, primusque Pompejus sex pocula ex eo triumpho Jovi Capitolino dedicavit, quae protinus ad hominum usum transiere, ab eis etiam escariisque vasis inde expetitis: excrevitque indies ejus rei luxus, murrhino obleginta sefestis empto, capaci plane ad sextarios tres calice. Potavit ex eo ante hos annos consularis ob amorem avroso ejus margine. Frequens apud Martialem mentio lib. 3. epigr. 26.

Aurea solus habes, murrhina solus habes.

Lib. 11. epigr. 71.

Argentum, mensas, murrhina, tura, domam.

Lib. 13. epigr. 110.

Surrentina bibis, nec murrhina pila, nec aurum

Sume, dabunt calices haec tibi vina suos.

Observatum in his, ut calenti vino convenirent. Idem Martialis lib. 14. epigr. 113.

Seprimo; electrina pocula magnatibus in pretio. Apulejus supra. Trebellius Pollio: Quietus Tyrannus electridem pateram,

quae in medio vultum Alexandri haberet, & in circuitu ornam bisforiam contineret, signis brevibus & minutulis, pontifici propinavit. Lamprid. in Alexandro. Helene dicitur Minerva Lindiae calicem ex electro consecrasset. Varius certe ejusque gemma, seu lapidus usus. Nam & ex eo annuli fiebant. Artemidor. lib. 1. c. 5. & nummi, ut à doctissimo, summique iudicii viro, Savaron observatum est, & rusticarum foeminarum monilia. Isidor. l. 16. Etymologiat. c. 8. & vasa qualibet. Neratius I. C. ex Proculo

ad Paulum, l. 32. ff. de anno & arg. leg. & vites. Sidon. Apollin. carmine 24. in fine:

*Quis pomaria pristia Regis Indii  
Hic nunc compares, aureasque vites  
Electro viridante pampinatas.*

Et ædificiorum columnæ. Claudian. lib. 1. de rapto Proserpinæ:

*Ætria cingit ebur, trabibus solidatur æhenis  
Culmen, & in celsas surgunt electra columnas.*

Et pocula, ut omittam ea quæ proxime supra sunt dicta, Juvenal. sat. v. 38. licet vetus Scholiastes legat, *Beliadum*:

*Ipse capaces  
Heliadum crustas, & inæquales Beryllos.  
Viro tenet phialas, tibi non committitur aurum.*

Q. Seren. Sammonico. lib. de Medicina cap. 72.

*Produnt electri variantia pocula virus.*

In aliis editionibus & in MS. habetur, sed parvo discernunt:

*Produnt electri vorantia pocula virus.*

Sed quid proprie esset electrum, ubi terratum nasceretur? non levis est inter antiquos contentio. Ac primum poetæ omnes ex succo populi arboris expresso generati contentunt, Æschylus, Philoponus, Nicander, Euripides ac Sapphyrius, referente C. Plinio lib. 37. cap. 2. Virgil. in Cæcili:

*Corallo fragili, ac electro lachrymose.*

P. Ovid. lib. 2. Metamorph. Fab. 3.

*Inde fluunt lachrymæ, stillataque sole rigescunt  
De ramis electra novis.*

Claudian. de 3. Hon. consul.

*Et Phœontæas solita deslere ruinas*

*Rosida frondosa revocant electra sorores.*

Hanc opinionem falsam esse & fabulæ proximam, probat Plinius supra citatus, & Lucianus, tota Italia lustrata obitaque Eridani ripa, comperit non modo ibi non gigni electrum, sed nec populum ullam esse, è cuius cortice illud destillaret, & ad Icoos Philostrati notat doctissimus Viginerius. Alii censent metalli esse generum, & ad argentum accedere. Q. Flor. Tertullian. libro adversus Hermogenem cap. 25. *Nam & restam, licet ex argilla confectam, non jam argillam vocabo, sed testam, & electrum, licet ex auro & argento federatum, nec argentum tamen, nec aurum appellabo, sed electrum.* Idem lib. adversus Praxean. cap. 27. *Ut electrum ex auro & argento, & incipit nec aurum esse, id est, spiritus, nec argentum, id est, dum alterum altero mutatur, & tertium quid efficitur.* Plin. lib. 33. cap. 4. *Omni auro inest argentum, ubicumque quinta portio argenti est, electrum vocatur, si & cura electrum argento addito, quid si quintam portionem, excessit, inaudibus non resistit.* Ecce duplicem ille electri conditionem videtur significare; una est naturalis, altera artificio inducta. Iino triplicem docet Servius ad v. 402. lib. 8. Æneid. *Tria sunt electri genera, unum in arboribus, quod succinum dicitur, aliud quod naturaliter invenitur, tertium quod fit de tribus partibus auri & auri argenti.* Qui plura cupis, lege Gulielmum Pantinum in Commentationibus suis in Plinium. Isti ut arte factum aliquod contentunt electrum, ita eorum sententiam sequutus est Ulpianus l. 4. ff. de leg. 1. dum ait, *auri appellatione electrum non contineri.* Est tamen & alia ejus species. D. Ambros. Hexamer. lib. 2. cap. 15. *Quid autem tibi referam, quod electrum lachryma virgulti sit, & in tantam materis soliditatem lachryma duret, nec levitatis id asseritur testimoniis, quando solia & minutissima siccatorum portiones, aut exigua quædam animantium genera in electro sepe reperiuntur, qua videtur, cum adhuc gatta esset mollior, recepisse, & solidam tenuisse.*

De loco dubitatur. Nam in diversis mundi tractibus nasceretur est. In litore Britannici maris inventum scripsit discretissimus historicus Hector Boëthius in Rerum Scotticarum Annalibus. In mari Gothico, Finnonico, Livonicoque proveniæ docuit Cornelius Scribonius Griphæus in Epitome sua ex Olai Magni historia, lib. 12. cap. 8. in Hispania, Strabo Amasiæ, l. 3. Communior philominius opinio est ad Padum nasci. Pausan. Eliac. priorib. Priskjan. Castatiensis Periegesi:

*Hinc electra legunt aivis finitania Celta*

*Succina que memorant, mellis vinique colore*

*Que paleas rapiunt tractu, frondeque caducas.*

Quos ille Celtas vocat, Itali sunt, Eridani accolæ. Nam & Dionysius ipse *κατὰ τὴν παῖδος, Celta rum pube* dixerat, quia Rubico antiquissimæ Gallæ limes erat ab Italia. Vibius Sequester lib. de fluminibus. Lucan. lib. 1. Pharsal. v. 213. & alii passim. Quintus Calaber Homericorum Paralipomenon lib. 5. v. 625. filiz, inquit, *Solis lugentes ad Eridani amnem*, Solem patrem moventur. Atque hic

*Ἡλεκτροποι μόλις πῆρα κτίζα ἀιδεῖται τοῖσι.*

*Electrum fecis magnam rem & pretiosam hominibus.*

Octavo, argentea pocula invecio luxu in pretio, sed magno nepotum à continentibus civibus discrimine, isti enim purum, simplex, nulli que emblematis cælatum argentum habere gaudebant. Illi totos centus profunder in mirabiles sculpturas. C. Plin. Junior lib. 3. epit. 1. *Apponitur cæna non minus nitida, quam frangi, in argento puro & antiquo, sunt in usu & Corinthia, quibus delectatur, nec tamen afficitur.* Non sine stomacho avunculus ipsius Plinius senior lib. 33. Nat. histor. cap. 12. *Et quid hæc attinet colligere, cum capuli militum, eboræ etiam fissidito, calentur argento: vaginæ batillis, bathei laminis crepente? Jam vero padagogia ad transitum virilitatis custodiuntur argento, feminæ laventur, & nisi argentea, solia fissidiant: eademque materia & cibus & probis serviat.* Mentio in antiquis marinoribus:

ANTHUS. AD. ARGENTUM. POT. L. C. ÆSARIS.

Aliud vero sic habet:

VIBIÆ. SUCCESSU. LIVIÆ. AUG. SER. AB. ARGENTO. POTORIO.

Tertium in hæc verba:

PARTHENIUS. CÆSARIS. N. AB. ARGENTO. POTORIO.

Quartum fragmentum hujusmodi est:

TI. CLAUD. AUG. LIB. GRATIO. LIVIÆ. AUG. SER. N. A. POTIONE. ET. ARGENTO.

Inde jocosè apud Athenæum magnam poculum pueris argenteis dicitur, lib. 11. *Dipnophum ut clarum sit inde, etiam Græcis in usu fuisse.* Mela IC. apud Ulpianum, l. 7. ff. de rem verso. *Illud verum non est, quod Mela scribit, si seruo meo argentum dedideris, ut pocula tibi faceret ex qualibet argento, mox factis poculis seruis decesserit, esse tibi adversum me de in rem verso actionem, quoniã possunt pocula vindicare.* P. Virgil. lib. 1. Æneid.

*Ingens argentum mensis calatæque in auro*

*Fortia facta patrum.*

D. Juvenal. sat. 1. v. 76.

*Argentum vetus, & stantem extra pocula caprum.*

Idem sat. 9. v. 141.

*Pignoribus postis argenti vascula puri,*

*Sed que Fabrius censor nolet.*

Vetus Scholiast. *Fabricius censor collegam suum notavit in Senatu, quia supra decem libras argenti unam phialam invenit: antea enim non licebat Senatoribus habere.*

Idem Juvenalis sat. 10. in principio:

*Panca licet portes argenti vascula puri.*

Martial. lib. 8. epigr. 6. de Eucto sene nimium pocula argentea ostentante:

*Argenti furiosa sui dum stemmata narrat*

*Garrulus, & verbis munda sua facit.*

Corrigendum censuit Justus Lipsius in Epitolicis suis questionibus:

*Argenti fumosa sui dum stemmata narrat*

*Garrulus,*

De calatura poculorum argeoteorum, quam emblematum opus vocat vetus Scholiastes Juvenalis ad v. 76. sat. 1. locus est egregius Pauli IC. l. 13. ff. de condit. furtiva: *Ex argento surrepto pocula facta condici posse Fulcinius ait, ergo in conditione poculorum, etiam calatura æstimatio fiet, que impensa suis facta est.* Ulpian. IC. l. 19. ff. de auro leg. *Si escarium argentum legatum sit, id solum debetur, quod ad epulandum in ministerio habuit.*

hinc, id est, ad esum & potum. Quem locum frustra retrahant, & pro, id est, reponere tentant, item: sensus enim optimus constat, si ministerio epulandi præparata vasa, sive ad esum & potum dicantur. Quam luxuriam publicæ disciplinæ obfuturam damnat L. Seneca lib. de Tranquillitate animi cap. 1. *Placet argentum grave, rursi, si patris, sine ullo opere ac nomine artificis. Idem in Confolat. ad Helvium cap. 11. Si desiderat auris fulgentem vasis supellectilem, & mitius nominibus artificum argenti nobile, es paucorum insania pretiosum. Quænam ea calatorum nomina? Certe enim Plinius lib. 33. cap. 12. Mirum in auro calato inclavisse neminem, argento multos, maxime tamen laudatis est Mentor. Martial. lib. 8. epigr. 51. lemmata est, de phiala Rusi.*

*Quis labor in phiala? docti Myos, anne Myronis?*

*Mentoris hæc manus est? an Polyclete tua?*

*Licet sit nulla caligine frusta.*

Emblemata ista nobilium artificum, sive calaturæ, proprio nomine formæ appellabantur. Sext. Propert. lib. 3. eleg. 8.

*Argumenta magis sunt Mentoris addita forma,*

*Et Myos exiguum scilicet acantus iter.*

Et lib. 4. eleg. 2.

*At tibi Mammi forma calator abena,*

*Tellus artifices ne terat Osa manus.*

Nono aurea sipellex recepta, & præcipue poculo. M. Tull. Act. in C. Verrem 4. Exponit multum argentum, non parva etiam pocula ex auro, quæ, ut mos est Regibus, & maxime in Syria, gemmis erant distincta clarissimis. Cuius ille Pompei, in triumpho suo, ut scribit Plinius lib. 37. cap. 2. Transulit vasa ex auro, & gemmis, ab auro novem. Coripp. lib. 3. num. 1. *Vasa aurea mille. Abunde de hac supellectilis materia disserere post Plinium Critici. Scævola IC. l. 26. ff. de auro & arg. leg. Seje dulcissima poculum aureum, quod elegerit, fidei hereditum committit, ut darent. Quæro cum in hereditate non sint, nisi truella, scyphi, modiolii, phiala, an Seja de his speciebus eligere possit, respondit, cum omnia potui parata pocula dicuntur, posse eam ex his eligere. Calabantur & aurea pocula, licet non tanto tamque elaborato artificio, quemadmodum argentea; nam Plinius calatura auri nullum artificem inclavisse, supra à me citatus dixerat.*

Virgilius etiam supra:

*Calatagne in auro*

*Fortia facta patrum.*

Eodem libro:

*Ille impiger hausit*

*Spernamtem pateram, & pleno se proluit auro.*

Idior. lib. 20. cap. 4. *In vasculis tria quaruntur, quæ placeant, manus artificis, pondus argenti, splendor metalli. Dicitur ab eo superius, ne argentea tantum pates pocula denotari. Calata vasa, argentea, vel aurea sunt, quæ signis eminentioribus intus extrave expressa; à calo vocata, quod est genus ferramenti, quod cillionem vulgo vocant.*

Sil. Italic. lib. 11.

*Non una ministri*

*Turba gregis, possuisse dapes his addita cura,*

*His adolere focos, his ordine pocula ferre,*

*Nec non & certis struitur penus, aspera mensa,*

*Pondera calati fulgent antiquitus auri.*

Insculpbantur itaque gentilitia familiarum stemmata: Pulchre Statius Papinius lib. 1. Thebaid. v. 540.

*Postquam ordine mense*

*Vida fames, signis perfectam, auroque nitentem.*

*Jafides pateram famulos ex more poposcit,*

*Quæ Danaus libare diis, seniorque Phoroneus*

*Assneti, tenet hæc operum calata figuras.*

*Aureus anguicomam præfello Gorgona collo.*

*Ats habet, &c.*

Decimo, inserebantur auro gemmæ, indeque gemmata pocula. Lucatius Placidius ad v. 150 lib. 1. Thebaid. *Nondum eis luxuria suaserat pocula habere gemmata.* Hieron. epist. ad Macarium. *Beatior sine tibi videntur, qui purpura fulgent, qui gemma bibunt, togæ fulcuntur, palmarumque pinguntur.* D. Cyprian. lib. 2. epist. 2. *Suspiret ille in convivio, bibet iter gemma.* L. Apul. 1. 2.

*Milefiar. Pueri calamistrati, pulchre iudicati, gemmas formatas in pocula vini vetusti frequenter offerentes. Plinius acerrimus insipientis luxuriæ hostis, in præratione ad lib. 33. *Nec hoc suis satis, turba gemmarum potamus, & smaragdus teximus calices, ac temulentia causa tenere Indiam iuvat, & aurum jam accessio est.* Jacobus Cujacius Observat. lib. 10. cap. 8. notavit. Ulpian. l. 19. ff. de auro & arg. legat. *Pervenianus & ad gemmas inclavisse auro argenteoque, & ait Sabinus auro argenteove cedere, et enim cedit, cuius major est species, quod recte expressum: semper enim cum quarimus, quid cui cedat? illud spectamus, quid cuius rei ornatus causa adhibetur, ut accessio cedat principali.* Contrarius omnino sensus loco Pliniano; nam Jurisconsultus vult gemmas accessionem tantum auri esse, Plinius auro gemmarum accessionem, quæ tanto numero sunt, ut majorem poculi partem facere videantur. Paulus IC. l. 3. ad Sabinum. *Si, ut in hinc gemma geri possint, inclavisse auro fuerint, tum aurum gemmis dicimus cedere. Quæ perperam vir doctus de poculis gemmatis interpretatus est, cum de annulis videatur sensisse, in quorum pala gemma inclavisse. Verus Scholiastes Juvenalis ad v. 42. sat. 5. *Ventis danda est, si custodiariis, cum acceperis phialam, quoniam gemma pretiosa in poculo sunt, & calices gemmati.* L. Sen. lib. de Providentia cap. 3. *Quanto magis huic invidendum est, quam illis, quibus gemma ministratur.* Et l. 7. de Benef. c. 9. *Capacibus gemmis inter se propinquent.* Sext. Prop. l. 3. eleg. 4.**

*Non tamen in viso pectus mihi carpitur auro,*

*Nec bibit et gemma divite nostra stis.*

Juvenal. sat. 10. in limine:

*Sed nulla aconita bibuntur*

*Fistilibus, tunc illa time, cum pocula sumes*

*Gemmata, & lato Setinum ardebit in auro.*

In immodico Cleopatras luxu, quo Cæsarem excepit M. Lucanus lib. 10. Pharsal. v. 158.

*Non mandante fame, multas volucresque, feræque,*

*Ægypti posuere deos, manibusque ministrat*

*Niliacas crystallus aquas, gemmæque capaces*

*Excepere merum.*

Virgil. lib. 2. Georgic.

*Hic petis excidiis urbes, miserosque penates*

*Ut gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.*

D. Paulinus de vita D. Martini lib. 4.

*Pocula funduntur gemmis, gemmisque bibuntur.*

P. Ovid. lib. 8. Metamorph.

*In gemma posuere merum.*

Martial. lib. 11. epigr. 12.

*Tolle quæ calices, tepidique soremata Nili,*

*Et mihi secunda pocula trade manu.*

*Trita patrum labris, & tonso pura ministro.*

*Antiquus mensis restituatur honas.*

*Te potare decet gemma.*

D. Aulon. epigr. 8.

*Fercula gemmatis cum poneret horrida vasis,*

*Et misceret opes, pauperumque simul.*

Stadius lib. 1. Thebaid.

*Nec cura mero committere gemmas.*

Corrigendus è codice Corippi Africani locus lib. num. 3. qui insignis ad calaturam huiusmodi valorum exprimentam:

*Aurea purpureis apponunt fercula mensis*

*Pondere gemmarum plus gravia, pictus ubique*

*Justinianus erat, dominis pictura placebat,*

*Gaudebantque sui genitoris imagine vasa.*

Restitue corruptum locum levi mutatione:

*Aurea purpureis apponunt fercula mensis*

*Pondere gemmarum prægraudia.*

Sequitur deinde calatura:

*Ipse triumphorum per singula vasa suorum*

*Barbarico historiam fieri mandaverat auro.*

A Græcis χρυσόδοξα: chrysendoxa, appellantur. Gemmas auro insertas interpretatur Adrianus Turnebus lib. 4. Adversarior. c. 3. Mendosus codex est Idiori lib. 20. Etymologiar. c. 4. *Cri-sendita, vasa deaurata. Castiga & rescribe, Chrysendoxa, vasa deaurata. Ubi vel inscitiam, vel ignorantiam accusare liceat,*

neque enim chrysendeta deaurata sunt vasa, sed auro solido facta, admixtisq; gemmis decorata: ulus vel in poculis, ut iam expositum: vel in paropidibus, aliaque supellectile. Martial. l. 2. epigr. 43.

Innumeri tibi flava tegunt chrysendeta nulli.  
Lib. 6. epigr. ult.

Ponuntur semper chrysendeta Calpetiano.

Lib. 11. epigr. 30.

Accipe vina, domum, pueros, chrysendeta, mensas.  
Denique lib. 14. epigr. 97.

Grandia ne viola parvo chrysendeta nullo.

Ultimos ossa capitibus barbaris quibusdam & feris gentibus pro poculis erant. Quod in more positum Scythis amicus in Geographia sua Strabo Amastianus l. 7. Herod. lib. 4. pag. 277. Ἄυτῶν δὲ τὰς κινελάς ἔτοι πάντοι, ἀλλὰ τῶν ἰχθυσαν ποιοῦσι τὰς. Ἀπὸ τῆς αἰτίας πρὸ τῶν ἰσθητῶν τῶν ὀφθαλμῶν ἰκκαβαίσι, καὶ ἢρ μὴ ἴσθητῶν, ἢδ' ἰσθητῶν ὀφθαλμῶν μὲν πρὸς τῆς, ἔτα χρῆται, ἢν δὲ πλείους, τῆς μὲν ὀφθαλμῶν πρὸς τῆς, ἰσθητῶν δὲ περιχρῆσάσας, ἔτω χρῆται ποτῆρα. Non tantum de omnium, sed de inimicissimorum capitibus hoc faciunt, ut quisque illud, quod est infra supercilia, reflexum profors excutiat, & erudant tantum bovis corio, si pauper sit, si adives, non modo exterius inducat bovis corio, verum etiam interius inaret, & sic uterque pro poculo utatur. Sed ab Agidio Maserio video id antiquum, sed de inimicissimorum capitibus hoc faciunt, ut quisque illud, quod est infra supercilia, reflexum profors excutiat, & erudant tantum bovis corio, si pauper sit, si adives, non modo exterius inducat bovis corio, verum etiam interius inaret, & sic uterque pro poculo utatur. Sed ab Agidio Maserio video id antiquum, sed de inimicissimorum capitibus hoc faciunt, ut quisque illud, quod est infra supercilia, reflexum profors excutiat, & erudant tantum bovis corio, si pauper sit, si adives, non modo exterius inducat bovis corio, verum etiam interius inaret, & sic uterque pro poculo utatur.

Sed ab Agidio Maserio video id antiquum, sed de inimicissimorum capitibus hoc faciunt, ut quisque illud, quod est infra supercilia, reflexum profors excutiat, & erudant tantum bovis corio, si pauper sit, si adives, non modo exterius inducat bovis corio, verum etiam interius inaret, & sic uterque pro poculo utatur. Sed ab Agidio Maserio video id antiquum, sed de inimicissimorum capitibus hoc faciunt, ut quisque illud, quod est infra supercilia, reflexum profors excutiat, & erudant tantum bovis corio, si pauper sit, si adives, non modo exterius inducat bovis corio, verum etiam interius inaret, & sic uterque pro poculo utatur. Sed ab Agidio Maserio video id antiquum, sed de inimicissimorum capitibus hoc faciunt, ut quisque illud, quod est infra supercilia, reflexum profors excutiat, & erudant tantum bovis corio, si pauper sit, si adives, non modo exterius inducat bovis corio, verum etiam interius inaret, & sic uterque pro poculo utatur. Sed ab Agidio Maserio video id antiquum, sed de inimicissimorum capitibus hoc faciunt, ut quisque illud, quod est infra supercilia, reflexum profors excutiat, & erudant tantum bovis corio, si pauper sit, si adives, non modo exterius inducat bovis corio, verum etiam interius inaret, & sic uterque pro poculo utatur.

At Celta vacui capitibus circumdare gaudet

Ossa, nefas, auro, & mensis ea pocula servant.

Satis iam superque, ut puto de poculorum materia differni. Sequitur forma, qua diversissima, quaedam enim panda, quaedam angusta, alia oblonga, nonnulla in navigii speciem efficta, ut infra dicitur. Erant & pocula, quae duos habent fundos, quale est Nestoreum apud Homerum & Aetharium, ut Desiderius Heraldus annotavit. M. Martial. lib. 8. epigr. 6.

Hi duo longævo censentur Nestore fundi,

Pollice de Pylio trita columba nitet,

Nec deerant, quæ tympana funderent, parva & cava, sine fundo & auribus, quæ in molliæ erant & parum viris convenientia, ut locus sit datus Demestheni convivium faciendi Midia, quod eis panem castrensibus biberet, Dorotheo auctore, referente Athenæo lib. 11. iisque soli Cybeles sacerdotibus utebantur, & quia Græci κλέμυρα vocant formam operimenti testudinis, clemmætes etiam dicebantur. Plin. lib. 33. cap. 11. Mox additum argentum in angulis lineasque per commissuras, tympana vero se jure appellata stateras & lanceas, quas antiqui magidas appellaverant. Plaut.

Ipsam etiam

Panilliam argenti levis tympanis

Limari, committari qua semper credit, enia

Semel factam est.

Frustra est Cælius Rhodiginus lib. 8. cap. 15. qui *magidas* mensas exponit, quæ ponuntur tollunturque, cum dissete Plinius vasa potoria vellet esse, eademque quæ tympana. Varro lib. 4. de Ling. Lat. *Magidas* delumit etymon, sed Græcæ tamen esse originis liquet, cum exter apud Julium Pollucem inter ditiones Græcæ relatum lib. 6. Onomast. cap. 10. & Rufus lib. 6. cap. 5. meatio & apud Paulum IC. l. 36. ff. de condic. indeb. *Servius* cuiusdam insensente domino magidem commodavit, is cui commodaverat, pignori eam posuit & fugit. Ex Polluce eadem, quæ Rhod. censet Budæus in Annot. ad Pandect. prioribus, & post eum Andreas Alc. lib. 8. parerg. cap. 16. omni forte credendum sit aliis Criticis, qui legunt, *insensente domino capidem commodavit*. Quod & ferri potest, nam capides vasa elcaria sunt.

Tertio; poculorum quædam ansulis carebant, alia ansas habebant, nonnulla aurita tantum una erant parte. Jul. Poll. lib. 6. Onomast. cap. 16. *Ἀμφίθετος* δὲ *εἰσάλη*, ἢ *Ὀμῆρος*, καὶ *χρῆστος* ἀμφοῖν ἀπὸ τῶν σχημάτων τῶν δὲ μάλιστα, κοτυλίσκος ὀνομαζέτο. Phialam vero amphitem, & auream poculum utrimque ansatum, *Homerus* à forma appellat, sed unicam ansam habens, cotylifus nominabatur Philemon, ut recitat Athenæus lib. 11. dixit, *Cistibium* esse poculum una parte tantum ansatum. De quo supra, hoc capite, à me dictum est. Aurel. Macrob. lib. 5. Saturnalior. cap. 21. *Patena*, ut & ipsum nomen indicio est, planum ac patens est, carebatur vero proterum, & circa mediam partem compressum, ansatum medio riter, ansis à summo ad infimum pertinentibus. Locus, nisi ego fallor, corruptus. Nam quomodo id medio riter ansatum esse potuit, si à summo ad infimum pertingat ansæ? Ego vero, si quid iudicio meo tribuendum esset, *peipensis* Calixeni Rhodii verbis, eodem Athenæi libro cap. 7. suspicor à Græco *ἰκαρῆς ἰπικῆς* Macrobio ista transfuisse, & ideo compressum quædam circa medullium, sed protuberans fuisse leviter istud poculum, quod ille significantissime Latina expressit dictione, *ancatum medio riter*, ut *ancatum* sit desumptum ab *ancus*. Fest. Pompejus libro 1. *Ancus* appellatur, qui adnucium habet brachium, ut exporrigi non possit. Glossarium *ancus*, *lorides*. Ingratus sane essem, nisi eruditissimo Ithaco Pontano hanc acceptam referret conjecturam. De ansis istidem locum proferam è M. Cicero act. 4. in Verrem: *Exponit non paucæ pocula ex auro, quæ ut mos est regibus, & maxime in Syria, gemmis erant distincta clarissimis. Erat autem vis vitinarium, ex una gemma prægrandi, nulla excavata, in manubrio auro. Anfularium harum usus, ut apparet, erat, ut qui propinaret, aut porrigeret, unam earum manu teneret, alteram vero, cui tradebatur poculum, arripere. De Sileno illo ebriolo P. Virgil. Ec ega 6.*

Servis præcul tantum capiti delapsa jacebant,

Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.

Ovid. epist. 15. ubi Paris Helenæ pulchritudinem extollit:

Dum super visis, (nam pocula forte tenebam)

Tortilis à digitis excidit ansa meis.

Hæc sunt vasa quæ calices proteroi nuncuparentur à Plinio lib. 36. cap. 26. quali pinnatos aut alatos dicas, quod ansæ utrimque proteræ alarum speciem referrent. Verba ipsa apponam. *Sed qui d refert, Neronis principatum reperta vitri arte, quæ modicos calices duos, quos appellabant proteros, HS. sex millibus venderet. Nisi forte assentendum sit iis, qui legere maluerunt, quos appellabant proteros, quasi scyphi sint frigidæ aque capaces, non vero calidæ. Nam delicatiores calidam solebant bibere. Martial. lib. 6. epigr. 35. durioris victus homines, quique à luxu remotiores essent, frigidam, Plin. Junior lib. 6. epist. 16. *Jovens aliquantulum frigidam gustaverat. C. Tacit. lib. 13. Annual. Innoxia adhuc & præcalida potio. M. Varro lib. 4. de Ling. Lat. calix è caldo, quod in eo calida pars apponebatur, & calidam in eo bibebant. L. Apul. lib. 2. Milesiat. *Commodum cubueram, & ecce Fortis mea jam domina cantum reddita, jacta proximat reserta & resoluta in sinu tabernante. Ac me pressim deosculata, & torallis ravinosa, & flore persperso, arripit poculum, ac desuper aqua calida injecta, porrigit bibam, idque modicum. Præsequam totum exforbarem, clementer incedis. Sed omnia vulgata. Contule Fulvium in Appendice pag. 170. J. Lipsius, Hieron. Mer-***

carialis. Gulielm. Stuekius lib. 3. Antiquitat. convival. cap. 6. & alii. Juvenal. sat. 5. v. 63. videantur.

Quando vocatus adest gelide, calidasque minister.

Martial. lib. 8. epigr. 67. & alibi sæpiissime:

Caldam postis aquam, sed noxam frigidam venit.

Et lib. 14. epigr. 169. lemma est, calda & frigida aqua.

Hæc tibi quæ fuerint caldarum nominis dicant,

Ipsa sæs melius charta notabit aquas.

Hæc de forma. Jam de speciebus tractandum, quas libro jam sæpe citato Athenæus exsequitur. Jull. Poll. lib. 6. cap. 16. Nonius Marcellus cap. 19. Isidor. lib. 20. cap. 5. & Jurisconsultus l. 36. ff. de aur. & arg. leg. trullas, scyphos, modiolos, phialas enumerat. Macrobi. libro & capite proxime citatis carchesia, cymbia, cantharos, scyphos, alii pateras, crateras, emistes, Bacchia, calathos, calices & ampullas.

Trullam quidem sive, ut alii appellant, trnellam, volunt esse scyphum profundiore & oblongiore. Andreas Alcicius lib. 7. parerg. cap. 3. Verus Interpres Juvenalis ad sat. 3. v. 108. calicem anreum exponit trullam. Et erudit, ut multa alia, Alexander Neapolitanus lib. 3. Genial. dier. cap. 10. locum illum Juvenalis pertrahat. Et exquisitissime diligentia pleraque apud Andream Tiraquellum reperies. Helcius Aeron, trulla, deformis calix & rusticanus. Ad Horatium lib. 2. sat. 3. M. Caro de Re Rustica cap. 10. Villium habere oportet urnam quinquegenariam unam, trullas tres. Idem cap. 13. In cellam oleariam hæc opus sunt; Trulla æneæ tres, ampullæ oleariæ duæ. Et post eodem capite; Urceos urnales filitiles duos, trullas ligneas duas. C. Plin. lib. 34. cap. 2. Sunt ergo vasa tantum Corinthia, quæ isti elegantiores modo in esculenta transferunt, modo in lucernas, modo in trullas, modo munditiarum respectu. Et sunt in illo Scriptore pleraque, quæ manum criticam requirant, quod miror, in tanta eruditorum turba. Locus non omnino sanus. Corrige igitur ex MS. fide: Modo in lucernis, modo in trullas, nullo munditiarum respectu. Vult enim munditiis contemptis Corinthia vilissimis usus applicata, dum ex iis sunt trulla, hoc est, lasanum, in quod onus ventris deponitur, aut vas, quo è culina in latrinam aquam effunditur, aut camentariorum instrumentum, quo dealbati tectorio, aut delutati muoniuntur & complanantur, nam omnia illa significata habet trulla. Meminere poetæ. Martial. lib. 9. epigr. 98.

Clinicus Herodes trullam subduxerat agro,

Deprensus dixit, fuisse quid ergo bibis?

Sic puto abunde diversam in Plinio lectionem firmatam. Quod & poculum potiorum fuerit, nulli dubium esse potest. M. Accius Plautus Amphitruone act. 4. sc. 4.

Interea dum illi certant, in popinam divertendum est mihi.

Lances detergam omnes, omnesque trullas

Hauriam.

Horat. loco proxime supra laudato:

Qui Veientanum festis potare diebus

Campana solitus trulla, vappamque profectis.

Phialam enumerant inter vasa potiora, non modo Græcorum rerum Scriptores, Julius Pollux lib. 6. Oiomastic. cap. 16. & alii, sed & Latini passim eam vocem tanquam suam usurpant. Martial. lib. 8. epigr. 33. & lib. 3. epigr. 41. Juvenal. sat. 5. Irrotenet phialas. Corrigenus ejusdem Scholiastes ad v. 27. sat. 10. Inauratas, inquit, sola, cum vinum coloratum acceperis.

Referibe, aurata, inquit, phiala. Athenæus lib. 2. Dipnoscophit. cap. 6. in fine, & libr. 11. cap. 16. ῥοσιε, aurea phiala. Ex auro itaque phiala; liquet ex Æliano var. histor. lib. 1. cap. 32. Εἰς χρυτὴν φιάλην ἰδὲζαντο ἐν τῶν χειρῶν αὐτῶν τὸ ὕδωρ. In auream phialam de manibus ejus exceperunt aquam. Erant tamen & ex argento. Idem eodem libro cap. 22. Φιάλαι δύο ἄρρυραι. Phiale autem argenteæ. Heliodor. lib. 2. Æthiopicon. Καὶ τὰυτὰ εἰπὼν ἀπὸ χειρῶν αὐρατοῦ τὸ ὕδωρ, τῶτο καὶ πίνοντα μὲν εἰπὼν γὰρ τοῖς γυμνασίοις τὰ καὶ Ἑλλήνοισι, καὶ αὐτῶ γὰρ Ἀπόλλωνι Πυθίῳ, καὶ προσίτι Θεοῦ καὶ Χαριτάδα. Hæc locus effundebat ex phiala meram aquam & libo, dicebat, diis hujus regionis, & Græcis, & ipsi Apollini Pythio, ac insuper Theogeni & Charicla. Unde apparet pateram fuisse, quæ in sacrificiis uterentur.

ut non tantum in conviviis ejus sit usus. Christophorus Poeta Thebanus Copita, in Antholog. lib. 5. epigr. 29.

Ἡ μὲν ἀείψων

Διζιτερῆ φιάλην ἐπιλοίξων.

Et atollebat quidem dextera phialam libatoriam.

Plindrus etiam mensis epularium appositam docet, Olym-

picor. od. 7. in principio:

Φιάλας ὅς ἐστι τις ἀ-

φροῖας ἀπὸ χειρῶν ἐλαῖν,

ἀμπίλις ἰδοὶ καχλάζου-

σαι ὄρωσιν, διαρίεται

ρεταία γαμβρῶ, προπίτων.

Phialam ut si quis è divite manu sumptam, intus tore utra bul-

lientem, donet inveni genero, præhibens. Ad ad eundem, si plura

cupis, Psychior. & od. 4. Isthmiior. od. & alibi sæpe.

Cymbium à forma navis, quam referebat, nomen accepit.

M. Terent. Varro lib. 1. de Vita pouli Romani: Item erant

vista vinaria, sive, cymbia, aquilina patera, gutti, septarii,

sempervivum. Simaristis exiguum & cavum poculum interpre-

tatur, Dorotheus, altum, quodque auribus carcat. Ptole-

mæus Aristonici filius, gibbosam. Dionysius Samius cum

cymbio confudit: Didymus oblongum, angustum; Erato-

sthones, cymbium simile cyatho expressit. Meminere præter

Grammaticos & poetæ, Alexis in Equite, Ephippus in

Ephebis, Anaxandrides in Rusticis, & alii apud Athenæum

libro laudato. Virgil. lib. 7. Æneid.

Inserimus tepido spumantia cymbia lacte,

Sanguinis & sacri pateras.

Et lib. 5. Æneid.

Cymbiaque argento perfecta, atque aspera signis.

Martial. lib. 8. epigr. 6.

Filla Saguatina cymbia mala luto.

Sext. Propert. lib. 3. eleg. 7.

Cum suribunda mero mensam propellis, & in me

Proflis insana cymbia plena manu.

Scyphus Græcorum etiam in usu, Jul. Pollux lib. 6. cap. 2. 16.

à Latinis usurpata dictio. M. Tull. act. 6. in C. Verrem. Hinc

illa Verrea nata sunt, hinc in convivium Sextum Comizium pro-

trahi iussit, in quem scyphum de manu jacere conatus est. Sueton.

Tranquill. Nerone, cap. 47. Dnos scyphos gratissimi usus; quos

Homericos à celatura carminum Homeri vocabat, solo illis.

Quem locum colubentius produxi; quo sciebam à Plinio calices

vocari, quos hic scyphos appellavit. Sic enim eandem histo-

riam narrans ille lib. 37. cap. 2. Nero amissuram rerum nuncio

accepto duos calices crystallinos in suprema ira fregit illis, hæc

fuit ratio sæculum suum punientis, ne quis alius ex his biberet.

Sed parum interest, neque enim imagina inter utriusque poculi

formam differentia, & materia communis, scilicet aurum, at-

gentum, gemmæ. Alb. Tibull. lib. 1. eleg. 10.

Divitis hoc vitium est auri, nec bella fuerunt,

Faginus astabat cum scyphus ante dapes.

Q. Horat. lib. 1. od. 27.

Matis in usum latitia scyphi

Pugnare Thracem est.

Epodon idem od. 9.

Capaciores adfer huc puer scyphos,

Et Chia vina, aut Lesbica.

M. Plautus in Afinaria:

Scyphos, quos utendos dedi Philodamo, retulitne?

Meminit Homerus lib. 14. Odyss. v. 112.

Καὶ οἱ πολλοὶ μὲν δὲκε σκύφος ἔπιπιν,

Et ei impletum dedit scyphum, quo bibeat.

Herculeanos scyphos præ aliis laudatos invenio ab inventore

Hercule. Macrobi. lib. 5. Saturnal. cap. 21. Scyphus Herculis po-

culum est, ita ut Liberi Patris cantharus. Herculem vero fidores

veteres non sine causa cum poculo fecerunt, & nunquam casu-

bandum & ebrium: non solum quod is heros bibax fuisse perhibe-

tur, sed etiam quod antiqna historia est Herculem poculo, tanquam

navigio, ventis immensa maria transisset. Vide quæ ille ex om-

nibus deinde probatis Scripitoribus ad notitiam hujus scyphi

narrat. Bœotitis in præcipuo fuisse usu, discimus ex Athenæi

lib.

lib. 11. 12. quod tutelare ejus urbis regionisque nomen esset Hercules; mentio & apud Plutarchum in Alexandro in fine. *Ουτε σκῆρον Ἡρακλέους ἰκτίων.* Non exhausti Hercules scyphum. Q. Curt. lib. 10. *Isdem fere diebus convivium apud Thessalum Medium institutum est, ad quod Rex cum sodalibus vocatus venit, ibi nondum epoto Hercules scypho, repente veluti telo confixus ingenuit.* L. Sen. epist. 83. *Alexandrum, cujus modo feci mentionem, tot itinera, tot praelia, tot hiemes, per quas villa itinerum locorumque difficultate, transierat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimiserant, intemperantia bibendi, atque ille Herculeanus & fatalis scyphus condidit.* Scribitur a Niceta Choniata, Camaterum logothetam, edacem admodum bibacemque fuisse, superasse illos, in quorum manibus amphora, ut calices versabantur, καὶ τὸν σκῆρον ἵδρον ἀσπίδα πῖον τὸν Ἡρακλῆον. Et habebant semper post canam illum scyphum Herculeanum. Reperiuntur etiam, scribente M. Tullio Aetione sextain Verrem, *Duo pocula Herculeana, manu Mentoris summo artificio facta.* Atque ut tandem expediam, legitur in libris anti quae Herculeum magnum poculum ligneum attulisse, quo nebat in sacris, quod ne carie consumeretur, pice oblitum conservabatur. Servius Honoratus ad lib. 8. *Aeneid. de sacrificio Herculi oblato:*

Et facer implevit dextram scyphum.

D. Juvenal. 12. v. 45.

Urna cratera capacem,

Et dignum sitiente Pholo.

Pholum enim hunc nunc de Centauris fuisse, & Herculem peregrinantem excepsisse hospitio, narrat fabula. M. Lucan. lib. 6. (ut omittam Stesichorum)

Hospes & Alida magni Phole.

Ciborium etiam inter vala potiora reponit Hesychius grammaticus. *Κιβόριον, Αἰγυπτίον ἐνομαστὸν ποτήριον.* Ciborium *Egyptium* nomen de poculo. Hujus forma delineatur a Porphyryone, vetusto Q. Horatii interprete, ad lib. 2. od. 7. *Ciborium est poculi genus in modum foliorum colocastorum factum.* Paulus Varnefridus de Gest. Longobard. lib. 3. cap. 35. *De quo avro ipse Rex postmodum ciborium solidum, mira magnitudinis, & magni ponderis fecit, multisque illud pretiosissimis gemmis decoratum, ad sepulchrum Domini Hierosolymani transferrere voluit, sed cum minime potuisset, idem supra corpus Beati Marcelli martyris, quod in civitate Cavallone sepultum est, ubi sedes regni illius erat, poni fecit, & est ibi, usque in presentem diem, nec est usquam vilius opus ex avro effectum, quod ei valeat comparari.* Horat. loco proxime supra laudato.

Oblivioso leria Massico

Ciboria exple.

De aqua jam agendum incumbit, quam vel frigidam, vel tepidam fuisse, jam a me ostensum; Sed & interdum pro aqua glacies in frusta dissecta, aut nix concreta frigore, vino diluendo adhibebatur, ardentissimis aetatis caloribus. C. Plin. 19. cap. 4. *Hi nives, illi glaciem potant, penasque montium in voluptatem gula vertunt, servatur alcor asibus, excogitanturque, ut alienis mensibus nix algeat.* In MS. codice apposite magis, *Servatur Liger asibus.* Quod nivem hanc aut glaciem ex Alpibus vicinis Liguria Romam transferrent. Idem lib. 31. cap. 3. *Nivem quidem glaciemque subtilissimum elementi ejus videri miror, apposito grandinum argumento, e quibus pestilentissimum potum esse convenit.* Nec vero pauci inter ipsos, e contrario ex gelu ac nixibus, insuluberrimos potus predicant, quoniam exaltum sit inde, quod tenuissimum fuerat. In aliis etiam melius, meo judicio, quoniam exsultum sit inde. Plinius Junior nepos ipsius l. 1. epist. 15. *Promittis ad cenam, nec venis, dicitur jns, ad assem impendium reddes, nec id modicum: parata erant lactuca singula, cochlea terrea, ova lina, alica cum mulsio & nive, nam hanc quoque computabis, imo hanc imprimis, qua perit in sereno.* Nec quilibet, ut puto, cultus hoc ipsum expressit Latino Pacato Irepaio, in paenagrico, quem Theodosio Augusto oprimum dixit. *Nam delicti illi ac sventes, ac quales saepe tulsi res publica, parum se lantos putabant, nisi luxuria vertisset annum, nisi hiberna peculis rose imbatissent, nisi infuriam in gemmis capalibus glaciem Falernam frecessent.* Macrobr. lib. 7. Saturnal. cap. 12. *Nesse avro, cur aqua,*

qua obsta glolis nubium perditur ad nivalem rigorem, non minus in potu noxia est, quam ex ipsa nive aqua resoluta; scimus enim quot quantaeque noxae epoto nixis humore nascantur. Hac Avienus; subjungit vero Diarius; *Aqua ex nive resoluta, etiam si igne calefit, agere noxia est, ac si epota sit frigida, ergo non solo rigore nivalis aqua perniciosa est, sed ob aliam causam.* Suspectus tamen mendis locus est; itaque referendum conferentem; *Aqua, qua obsta est glolis nubium, minus in potu noxia est.* Nam globi nubium, vix Latius admittit sermo oratorum, licet poeticum sit. Q. Sammonio. Seren. lib. de Medicina cap. 4.

Desinet interea glomerari sarrea nubes,

Cessabitque gravis crebra porrigens imber.

Et non debere expungi, docuit literatissimus Antonius Muretus lib. 9. Variar. lectio. cap. 9. Meminerit & alii Scriptores nivam haec aquam in summis deliciis fuisse, licet maxima fanitatis iactura. A. Gell. lib. 19. cap. 5. ex auctoritate Aristotelis: *Is nos aquam multam ex diluta nive bibentes coerebat, se veritusque increpabat.* Frequentior tamen est L. Seneca in exprobratione delicatioris istius bibendi consuetudinis, nam omnes alii Scriptores. Loca quaedam huc transcribam. Epist. 78. *O infelicem agrum, quare? quia non vino nivem diluit, quia non rigorem potioris sua renovat fracta insuper glacie.* Epist. 96. *Quid tu illam astruam nivem, non putas callum jejunioribus obducere?* lib. 4. Nat. quaestio. *Multo magis nobis alicui te pertineat, quare emende non sunt nives, cum luxuria jubes me litigare.* Et lib. de Provident. cap. 3. *Quibus exoletus omnia perpeti doctus, suspensam avro nivem diluit.* Denique & lib. 2. de Ita, cap. 25. *Perpetitur hic famem & estiva expeditionis stim, qui puero male dilucenti nivem, insiditur.* Addi poterunt poetarum, qui eandem luxuria intemperantiam non minus quam oratores, vel exprobrant, vel insediunt sunt. C. Lucilius apud Cicertonem lib. 2. de Finibus bonor. & malor.

Cui nil dempsit nix, & sacculus abstulerit nil.

M. Accius Plautus Curculione, sc. date viam.

PH. Videri ut expalluit, danti' isli sellam, ut affideat cito.

Et aequalem cum aqua, proparati' cujus? CU. nullo niale est.

PH. Vin' aquam? CU. si frustulenta est, da obsecro hercle, obforbeam.

Marialis omnibus paginis, ut appareat avo illo maxime cum ritum viguisse. Lib. 5. epigr. 65.

Sextantes. Calliste, duos infunde Falerni,

Et super estivas, Alcime, fande nives.

Et lib. 9. epigr. 23.

Nec labris, nisi magna, meis crystallae terantur

Et faciant nigrae nostra Falerna nives.

Idem lib. 12. epigr. 17.

Ebria Setino sit saepe, & saepe Falerno,

Nec nisi post nixem Cacuba potat aquam.

Et lib. 5. epigr. 86. vetitum usum a medicis ostendit.

Setinum, domingne nives, densisque trientes,

Quando ego vos, medico non prohibente, bibam?

Denique lib. 14. epigr. 117.

Non potare nivem, sed aquam potare rigentem,

De nive commentus est ingenio a stis.

Melius in editione Plantiniana sic interpungitur:

Non potare nivem, sed aqnam potare rigentem

De nive, commentus est ingenio stis.

Nec in potu modo, sed ad manus etiam abluendas Petronius; *Discubimus Alexandrinis pueris aquam nivam in manus infundentes.* Vinum atate assimabant, & quo diutius fuisset asservatum, eo majoris habitum. L. Apul. lib. 2. *Milichiar. Commodum merides accesserat, & mittit mihi Byrrhena xeniela, porcum epimum, & quinque gallinulas, & vini cadum in etate pretiosi.* L. Sen. lib. 4. *Natural. quaestio. cap. ult. Nos vero quaezamus potius, quomodo fiant nives, quam quomodo ferventur, quoniam non contenti vina fandere veterana, & per vapores atatesque disponere, invidemus quomodo stuporemus nivem, ut ea astatem excineret, & contra anni fervorem defenderet loci frigore.* Et lib. de Vita beata cap. 17. *Quare cultus tibi rus est, quam naturalis usus desiderat, cur non ad praescriptum tuum canas? cur tibi nitidior supellex est? cur apud te vinum at ut tua vetustis*

bibitur? Pomponius IC. l. 3. ff. si certum petitur: Cum quid mutuum dederimus, est iuu. cavimus, ut aque bonum nobis redderetur, non licet debitori deteriori rem, quae ex eodem genere sit, reddere, veluti vinum novum pro veteri. Scavola etiam IC. l. 37. ff. de leg. 3. Cum hoc elogio fideicommissum reliquit, *M. Avio* libero meo de me nihil merito, dari volo lagynos vini vetusti centum quinquaginta. Sic legitur Chatonda seu verius Plantini editione, nec male, nam antiquius & *lagunam*, non vero lagenam dicebant, ut in appendice observavit Fulvius Ursicus, pag. 178. ex Athenaei lib. 7. & 11. in aliis probatori usi receptioque legitur, *lagenas vini vetusti centum*. Sed parum refert. Meminit etiam & Anstadius Aug. l. 16. C. de erogat. milit. ann. lib. 12. & poetae passim. Quosdam adscribam. Q. Catul. epigr. 24.

*Mitijer vetuli puer Falerni  
Ingere mi calices amariore  
Ut lex Possenniae jubeat magistræ  
Ebriosa aena ebrisioris.*

Ita legitur hic locus apud A. Gellium lib. 7. cap. 20. licet Sabellicus, *amariore calices*, contendat legendum, Hermolaus Barbarus, *merariore*, ut videtur facile est apud Joannem Brodæum l. 1. Miscellaneor. c. 3. Sed potior Gellii lectio, quam confirmat Seneca epist. 64. *In vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat*. Alcimus Avius lib. 3.

*Ferebat priscum crysallo argente Falernum.*

P. Ovid. lib. 2 de Arte:

*Qui properant, nova miska bibant, mihi fundat aratum  
Consulibus priscis condita testa merum.*

Et lib. 5. Factor,

*Quaque puer quondam primis diffuderat annis,  
Promit summo condita vina cado.*

Stat. Papin. lib. 4. fil. 6.

*Jam moriente die rapuit me caena benigni  
Vindictis, hæc imos animi per lapsa recessus  
Inconsumpta manet, neque enim ludibria ventris  
Hæsimus, aut epulas diverso à sole petitas,  
Vinaque perpetuis avo certantia fastis.*

Martial. lib. 3. epigr. 61.

*Centenis quod emis pueros, & sepe ducentis  
Quod sub Rege Numa condita vina bibis.*

Idem Jocose, ut soler lib. 7. epigr. 78.

*Pot. tui modo consulare vinum,  
Quæris quam vetus, atque liberale?  
Ipsò consule conditum, sed ipse  
Qui ponebat, erat, Severe, consul.*

M. Plaut. Aulular. sc. nimum.

*At ego jussero  
Cadum unum vini veteris à me afferrier.*

Alb. Tibull. lib. 3. eleg. 2.

*Et primum amoso spargant collecta Lyæo.  
M. Annæus Lucanus lib. 4. Pharsaliæ, v. 381.  
Nobilis ignoto diffusus consule Bacchus.*

Et lib. 10. v. 164. etiam Ægyptiis vetustum vinum in pretio fuisse videtur subindicare, nisi forte de aliis loquens gentibus usurpare voluerit consuetudinem Romanam. Sic enim de Cleopatra convivio:

*Merum, sed non Mærotidos uva  
Nobile, sed paucis sentum cui contulit unis  
Indomitum, Mæroc cogens spumare Falernum.*

Modus vinum istiusmodi condendi in dolis, erat ut pice diligenter oblinerent, in loco statuerent, quo posset fumus peringere. Marcell. de Medicamen. Operculo superposito, & clauso, vel gypso diligenter de argilla. Porphyron ad oden 30. lib. 1. Heratii. *Dicit hoc vinum per semetipsum inveteratum, lectisse ergo se gypso atque vult intelligi*. Ipse poeta:

*Græca quod ego ipse testa  
Conditum levi.*

Unde Junius Moderatus Columella lib. 1. Rei Rust. c. 6. *Vinum celerius fumo maturescit*. Et jam notatum Brodæo l. 1. c. 13. quod *insuberrimum existimavit Plinius lib. 23. cap. 1. si sumo sit inveteratum*. Q. Horat. lib. 3. od. 8.

*Hic dies anno redeunte festus  
Cortem ascribunt pice dimovebit  
Amphora sumum libere insituta  
Consule Tullo.*

Stat. lib. 4. fil. 8.

*Albanoque cadum sordentem promere sumo.  
Tibullus lib. 2. eleg. 1.*

*Nunc mihi fumosus veteris proferte Falernus  
Consulis, & Chio solvere vincula cado.*

Martial. lib. 13. epigr. 122.

*Cum tua centenos expugnet sportula cives,  
Fumica Massilia ponere vina potes.*

Primus auctor picandi reponendique hac ratione vini fuit L. Opimius consul, unde & Opimianum nomen accepit. G. Plin. lib. 14. cap. 4. *Anno hoc fuit omnium generum bonitas L. Opimio consule, cum Cajus Gracchus tribunus seditionibus plebem agitans interemptus, ea cali temperies fulsit, quam colluviam vocant, solis opere, natali urbis 634. durantque adhuc vina ducentis fere annis, jam in speciem redacti mellis asperi, et enim hæc natura vitis in vetustate est, nec potari per se queunt, si non percineat aqua usque in amaritudinem carie indomita. Et ejusdem libri c. 14. *Apobecæ fuisse, & diffundi vina solita anno 633. urbis apparet in consulatu Opimiani vini argumento, jam intelligenti suæ bonum Italia. Britannicus non inereditus Grammaticus ad Juven. sat. 5. Ipse capillato diffusum consule potat.**

Martial. lib. 1. epigr. 27.

*Testa sed antiqui felix staccatur Opimi,  
Egerit & nigros Massica cella cados.*

Notabantur autem eadi inscriptio nomine & auctoris & consulis. Vet. Scholiast. Juvenal. ad v. 34. sat. 5. *Vinum de montibus Albanis, ita vetus, ut non possit ex superscriptione antiquitate deleta, cognosci quanti sit temporis*. C. Petron. Satyri. pag. 26. *Statim allata sunt amphore vitrea diligenter expiata, quorum in cervicibus pittance erant affixa, cum hoc titulo. FALERNUM. OPIMIANUM. ANNORUM. CENTUM*. Dum titulos perlegimus, complotit manus Trimalchio. & heu, inquit, ergo diutius vixit! (vinum) verum est vinum Opimianum presso. Helentius Acron ad Horat. lib. 1. Satyra 10. *Nota, ideo quod aut vina notantur in lagenis, aut consules*. Ipse Horatius ibidem loci:

*Rhodio quod Pitholenti  
Contigit, at sermo lingua concinnus utraque  
Suavior, ut Chio nota si commissa Falerni est.*  
Juvenal. loco proxime supra à me etiam laudato:  
*Cras bibit Albanis aliquid de montibus, aut de  
Scrinis, cujus patriam titulumque senectus  
Delevit multa veteris fuligine testæ.*

Elegantissime, ut semper solet M. Plautus in Pœnulo, sc. Satis spectatum.

*Ibi tu videas literatas fœciles epistolas,  
Pice signatas, nomina insunt cubitum longis literis,  
Ita vinariorum habemus nosira delectum domi.*

Ut & nix seu nivata aqua percolari & sacro transmitti solebat, quo defecatiore esset, ita & vinum istiusmodi vetus percolabatur. Hoc illud est, quod *σάκκον* & *σάκκον* appellant Græci, quasi *saccoliquare*. C. Plin. lib. 19. cap. 4. *inveterari vina, facilius castrari*. In M.S. longe melius, *sacisq; castigari*, hoc est, egestis noxiis humoribus aut fece impuriori purgari, ut mitiora leviora, & liquidiora fierent. Pomponius IC. l. 2. ff. de auro & arg. leg. *In argento potorio utrum id duntaxat sit, in quo bibi possit, aut etiam illud, quod ad preparationem bibendi comparatum sit, veluti colum nivarium, & urceoli, dubitari potest*. Sic enim in editionibus melioribus concipitur, & Antonius Nebrissenfis confirmat, ut & Andreas Alciatus lib. 8. parerg. c. 4. alii legunt, *veluti colum nivarium*, alii ridicule; & nullo sensu *colum nivarium*. Chares Mytelæus historicus, Stratistis poeta in Psyschastis, & Lyppus in Bacchis, & Protogorides lib. 2. Comicarum historiarum, & Dipichus in Mnematio apud Athenæum lib. 3. Dipnosophist. cap. 21. C. Lucilius apud Ciceronem lib. 2. finis.

*Cui nil dempsit nix, & sacculus absulerit nil.*  
Martial. lib. 14. epigr. 103. *cujus lemma est, colum nivarium.*

Setinos moneo nostra nive frauge trientes:  
Paupeiore mero tingere lina potes.  
Epigrammatis sublequentis lemma est, saccus nivarius.  
Attenuare nives norunt & linteae nostra:  
Frigidior colo non salit unda tuo.

Et lib. 12. epigr. 61.

Natali pallere suo ne calda Sabello  
Desinet, & liquidum poter Alanda merum,  
Turbida sollicito transmittere Caeuba sacco,  
Atque inter mensas ire, redire suas.

T. Lucret. Carus de Rerum Natura lib. 2.

Et quamvis subito per colum vina videmus  
Persuere, at contra tardum cunctatur olivum.

Horat. lib. 2. sat. 4. v. 55.

Massica si caelo supponas vina sereno,  
Nocturna, si quid crassi est, tenuabitur aura,  
Et decedet odor nervis inimicus: at illa  
Integrum perdunt lino vitata saporem,  
Surrentina vaser qui miscet fece Falerna  
Vina, cum lumbino limeni bene colligit ovo.

Dulce hoc vinum percolatum hac ratione reddebant, admixto melle. Ob id puto Proculus IC. l. 16. ff. de tritico, vino, & oleo leg. nullum inter potus dulces reponit. Cui dulcia legata essent, si nihil aliud testamento significetur, omnia haec esse legata, mulsum, passum, defrutum & similes potiones. Et Cajus l. 7. ff. de acquir. rer. domin. mulsum ex vino & melle constare scripsit. Macrobi. lib. 7. cap. 12. Mulsum quod probe temperes, miscendum esse novo Hymettio, & vitulo Falerno. L. Apul. lib. 22. cap. 24. Semper mulsum ex veteri vino utilissimum, sacillimeque cum melle concorporatur, quod in dulci nunquam evenit. Ex austero factum non implet stomachum, neque ex decocto melle, minusque inflat. M. Varro παρὶ τροφῆς. Quare Heraclides Ponticus plus sapit, qui praecepit ut comburentur, quam Democritus, qui, ut in melle servarent: quem si vulgus secutus esset, percam, si centum denariis calicem mulsi emere possimus. Martialis. lib. 13. epigr. 108.

Attica nescirent turbatis mella Falernum

Miseri decet hoc à Ganymede merum.

Convivantibus leges propositae, sed praesertim de bibendi ratione. Festus l. 16. tapulum appellat legem. Catullus epigr. 24. legem Posthumiam. D. Aufon. in Gripho Ternarii mysticam legem. Eam sic expressit Cicero Actione 3. in Verrem. Vos omnes Verres certiores facit, quid opus esset, mature veniunt, discumbitur, sit sermo inter eos, & invitatio, ut Graeco more biberetur, hospes hortatur, poscent majoribus poculis, celebratur omnium sermone latistaque convivium, eratque lex data, ut aut biberent, aut discederent. Et in eundem amarius: Iste enim prator severus ac diligens, qui populi Romani legibus nunquam parvisset, illis diligenter legibus, quae in poculis ponebantur, parebat. Legem hanc apparet à Graecis petitam, quos constat omnes ea atate, qua florebat, bibacitate populos superasse. Idem Cicero lib. 5. Tusculanar. quaestio. Mihi quidem in vita servanda videtur illa lex, quae in Graecorum conviviis obtinetur, aut bibat, inquit, aut abeat, & recte, aut enim fruatur cum illis voluptate potandi, aut ne sobrius in violentiam vinolentorum incidat, ante discedat. Sic injurias fortunae, quas ferre nequeas, desingendo relinquit. Unde illa cantio convivalis apud eos sapissime inter pocula solebat repeti, πίνε πίνε, πίνε πίνε, ἀμα τέτλαρα, bibe quinque, bibe tres, bibe quatuor, scilicet cyathos. Sed quae legis illius capita, quod praescriptum fuit? Varias referunt sententias. Anacharsis apud Laërtium lib. 1. Θυμάριον φησὶ, πίνε Ἑλλάνες ἀρχόμενοι μὲν, ἰν μικροῖς πίνουσι, πλεονέκτηται δὲ ἰσ μολοδαῖς. Mirari se dixit cur Graeci initio convivi parvis poculis uterentur, ubi vero saturati essent, majoribus. Alconius Pedian. in loci ex 3. Verriana supra citati expositione; Graeco more bibere, est cum cyathis vero pientis saltare, & primo deos, deinde amicos suos nominantes,

toties merum bibere, quoties deum & charos nominatim vocant. Nec multum ab his dissimilia prodita ab Helenio Acrone doctissimo Grammatico ad Horatii oden 19. libr. 3. Hoc modo veteres festivitatem conviviorum celebrare consueverant, ut singulos vini cyathos sub singulorum deorum aut charissimorum hominum nomine in poculis apponi iuberent. Scio alios lege hac aequalitatem tantum convivantium introductam censuisse, sed quantum haec aequalitas esset, ab iis non fuit expositum, nisi forte ad distributionem aequalem trahamus. Nam carnes eduliaque alia dividebantur ex aequo, etiam vel heroicis temporibus. Homer. lib. Iliad. 24. v. 633.

Aut fortassis de summo bibere, ut observavit Adrianus Turnebus libr. 6. Adversar. cap. 21. & poetæ passim. M. Plautus in Alinaria act. 5. sc. 2.

Da puere ab summo

Idem in Menachum. act. 1. sc. 1.

Standum est in lecto, si quid de summo petas.

Et in Stichio sc. agite.

Ubi illic biberit, vel servato meum modum, vel tu dato.

Nolo ego nos pro summo bibere; nulli velerimus postea.

Namque adeo quavis de subito vel cadus verti potest.

Neque desunt qui mensalem istam legem, cum cibariis aut sumptuariis confundere velint, sed male. In iis enim publica censoris auctoritas, in hac privata familiae cura, & consuetudo, illa de omnibus omnino ciborum epularumque generibus lata, ista computationi tantum prospiciebat, ut indubitatum sit penitus aliam esse legem; quam scribunt, συμποσιαρχον, dominum convivii, aut βασιλέα, regem, statuisse, ab ea, quae totius civitatis moribus componendis figeretur, communis numerum cyathorum definiat. C. Petron. Sartyrico pag. 111. Collocavit illa ignem cassis arundinibus collectum, ingessisque super plurimis lignis cepit excusare moram, quod amica se non dimisisset nisi tribus potionibus & lege siccatis. Et recte siccatis. Nam lege cautum, ne quid in fundo potus restaret. Virgil. lib. 1. Aeneid. in fine:

Improbos hausit

Spumantem pateram

Juvenal. sat. 5. v. 47.

Siccabat calicem nasorum quatuor.

Petronius idem pag. 45. Instat Eumolpus, & cum puer illi potionem dedisset, malo te, inquit, quam balneum totum, siccatoque avide poculo, negat sibi unquam avidius fuisse. M. Martialis. lib. 6. epigr. 89.

Spoletina data est, sed quam siccaverat ipse,

Nec fuerat soli tantis lagena satis.

Sed jam loca proferantur, quibus vel deos, vel amicos chariores, vel principes inter bibendum invocatos palam fiat, ut tot scyphi exhauriantur, quot in nomine eorum elementa essent. Respexit ad hunc morem Statius lib. 1. sil. 5.

Junge puer cyathos, atque enumerare labora.

P. Ovid. lib. 3. Fastor.

Sole tamen vinoculis calent; annosque precantur

Quot sumunt cyathos, ad numerumque bibunt.

Invenies illic, qui Nestoris ebibat annos,

Qua sit per calices facta Sibylla suos.

Q. Horat. lib. 3. od. 19.

Da luna prope reor,

Da noctis medice, da puer anguris

Murcae, tribus aut novem

Miscentur cyathis pocula commodis,

Qui Musas amat impares,

Ternos ter cyathos atonitus petet.

Lib. 4. od. 5. ad Augustum:

Te mensis adhibet deum

Te multa prece, te prosequitur mero

Desulo pateris.

Multus est in hoc ritu Martialis. Adscribam tantum quaedam loca: lib. 1. epigr. 72.

Navis sex cyathis, septem Jussina bibatur,

Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.

Omnis ab infuso numeretur amica Falerna.



Et lib. 8. epig. 51.

Det numerum cyathis instantis litera Rusi,  
Auctor enim tanti muneris ille fuit.

Et lib. 9. epig. 95.

Addere quid cessas puer immortale Falernum?  
Quadrantem duplica de seniore cedo.  
Nunc mihi dic, quis eris, cui te, Calatisse, decorum  
Sex jubeo cyathos frondere? Casar eris.  
Sutulis aptetur decies rosa erinibus, ut sit,  
Qui posuit sacra nobile genitis opus,  
Nunc bis quina mihi da basta, fiat ut illud  
Nomen, ab Othryso quod deus orbe tulit.

Domitianum intelligit, in cuius honorem decies bibeat ut se proficitur, quod tot in ipsius nomine singuliter, eum autem Othrysum orbem, id est, Daciae superasse notissimum. Et de eodem intelligendum epigramma 170. lib. 14. ejsdem poeta:

Hæc illi sine sorte datur, cui nomina Rhennus  
Verra dedit, decies adde Falerna puer.

Quo fiebat, ut turpissima helationis fruderent, usque ad vomitum. Frequentissima L. Seneca, in illo vitio reprehendendo indignatio. Epist. 83. *Quæ gloria est, capere multum? cum penes te palma fuerit, & propinationes tuas strati somno ac vomitantibus reos fuerint, cum superstes toti convivio fueris, cum omnes viceris virtute magnifica, & nemo tam vini capax fuerit, vinceres à dolio.* Idem epist. 95. eandem turpitudinem in foeminis reprehendit. *Nam mutat a feminarum natura, sed vita effinam cum virorum licentiam æquaverint, corporum quoque virilium vitia æquaverunt, non minus pervigilant, non minus putant, & oleo & mero vivos provocant. Equè invitis ingestæ visceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remittunt: æque nivem rodent, solutissimum stomachi æstantis.* Et lib. 3. de Provid. cap. 3. *Hi qui quid biberint vomitu remittuntur tristes, & bilem suam regurgitantes.* Nam ante coenam ad vomitum biberant, quo stomachum erigerent. Lib. 7. de Benef. cap. 9. *Parum scilicet magno luxuria fuerit, nisi quod vomant capatibus inter se geminis propinarent.* Hæc illud est quod jejunos vomitores appellat epist. 88. *Et appetitus epist. 122. Ipsi non videntur tibi contra naturam vivere, qui jejuni bibunt, qui vinum recipiunt inausus venis, & ad cibum ebrii transfusi? atque frequens hoc adolescentium vitium est, qui vires excolunt, ut in ipso pene balnei limine inter nudos bibant ino potant.* Ver. Scholiast. Juvenal. ad v. 431. sat. 6. *Post vomitum bibit.* Et deinde, *bibendo vomit, & vomendo demum bibit.* Novatianus in epistola de cibis Judaicis: *Nec desunt, qui, cum sibi Christiani vocem induerint, exemplum præbeant interperantia, & magisteria, quorum usque eo vitia venerunt, ut & jejuni matutino tempore bibunt, non putantes Christianum esse potare post cibum, nisi in vacuas adhuc & inanes venas infusa statim post somnum vina descenderint.* Videas ergo tales novo genere adhuc jejunos, & jam ebrios non ad popinam currentes, sed propinam secum circumferentes, quorum quisquis salutat, non osentium dat, sed propinat. Non minus amarulose alii insanum eum ritum petri intrerunt, qui & à Plutarcho non obscure sua ætate notatur l. 8. *Symposiac. quest. 9. in fine.* Οὐδὲ γὰρ ἄλλοι οἱ παλαιὸι πρὶν ἐντραφεῖν ἔπιον, οἱ δὲ νῦν ἀσπιτοὶ προμεθευσθέντες, ἀπιστοὶ τῆς τροφῆς διαβήχῃ τῷ σώματι καὶ ζέοντι λευκὰ καὶ τομαὶ καὶ ὀξεία προσφέροντες ὑπὸ καυμά τῆς ὀρεξέως, ἕτα ἔτος ἐμφορῆσθαι τῶν ἄλλων. Id est: *Antiqui enim ne aquam biberunt quidem antequam edissent, nunc ante cibum captum vino oppleti, humectato & fervente corpore cibum aggredimur, tenuis & acuta, vique incidendi prædita, ad appetitum excitandum ingereutes, ac deinde aliis vescentes. Incepisse videtur & invaluisse consuetudo sub ævo Pompeji Magni, quo sæculo Asclepiades medicus vixit.* Sed jam præoccupavit J. Lipsius. C. Plin. lib. 26. cap. 3. de Asclepiade illo nobilitate mendendi perit. *Damnavit meritum & vomitiones, tunc supra modum frequentes.* Aurel. Cornel. Celsus de Re Medica lib. 1. cap. 3. *Solet etiam prodesse post varium cibum, frequentisque dilutas potiones vomitus, & postero die longa quies, deinde modica exercitatio.* Hæc ille de utilitate vomitus, si forte ingrat morbus, ut noxia bilis egeratur. Cæterum Asclepiades libro de sanitate tuenda, eiecit vomitum: ut verba

Celsi eodem loco usurpem, qui addit: *Itaque istud luxuria causa fieri non oportere conficor, interdum valedudinis causa recte fieri, experimentis credo.* Idem lib. 2. ejsdem operis cap. 13. *Vomitum, ut in secunda quoque valedudine saepe necessarius biliosus est, sic etiam in his morbis, quos bilis concitavit.* Jam poeta adscribam. Juvenal. sat. 6.

Tandem illa venit rubi. undula, totum

Oenophorum sitiens, plena quod tenditur urna  
Admotum pedibus, de quo sextarius alter  
Ducitur ante cibum, rabidam facturus orem.  
Dum redit, & loto terram ferit intestino,  
Marmoribus rivus properant, aurata Falerno  
Pelvis olet, nam sic, tanquam alta in dolia longus  
Desiderit serpens, vomit, & bibit, ergo maritus  
Narsæat, atque oculis bilem substringit operis.

Martial. lib. 7. epigr. 66.

Nec carnat prius, aut recumbit ante  
Quam septem vomuit meros demees.

Sic in melioribus legitur, ut demees meri sint vinum minime dilutum. M. Antonius Muretus aliam probat lætationem. Sed parum interest:

Quam septem vomuit meri demees.

Idem lib. 6. epigr. 89.

Ille fide summa testa, data vina remensus  
Reddidit anophori pondera plena sui.

Allust servulus ille Plautinus in Curculione act. 1. sc. 1.

Nam tu Venerem comere vis?

Atque hanc quidem turpissimam foedissimamque impuritatem Romanorum, tenacius quædam gentes, quam virtutes eorum eximias, imitata sunt. Nam generaliter omnes Septentrionales populi, inquit Cornelius Graphus in epitome sua ex Olao Magno lib. 13. cap. 4. *Religiosum ducunt stando pro reverentia minimum ac principum bibere, & quasi in æone per sudorem contendere, quis uno, vel altero, vel multiplicato hantibus amphoram vacnet Capitolinam.* Et de Lithuanis Matthias à Michon de Sarmatia Europæa lib. 2. cap. 3. *Medone & stisso, & tenui, & vario modo cælo abundant & illo reficiuntur, & inebriantur.* Paucis postea interjectis subiungit: *Potentes cum convivari capere, sedent à meritis in medium noctis, continuo cibo & potu sese oppellendo, & à mensa quoties natura propellit, assurgendo & egerendo iterum atque iterum vorant usque ad vomitum & amissionem discretionis & sensus, tuncque inguivis & capitis quæ sint discrimina, nesciunt: & sique illa consuetudo perniciose in Lithuania & Moschovia, magis vero & absque rubore in Tartaria. Lepida est inter Italiam & Germanum alteratio, (ne plura opus sit dixisse) ille nimiam hanc bibendi consuetudinem, tanquam probrotam objiciebat, iste in concessam Venerem exprobrabat, tanto peniciosiorem ebrietate, quanto leges severiores in eam lata. Sed elegans epigramma apponam:*

Ut nos vina jurant, sic vos Venus improba vocat,  
Proposita est Veneri Julia, nulla mero.

Jam in orbitam redeo. L O C U S honoratior quis fuerit in conviviis aliisque congressibus? controversum, & ob id paucis expediendum. Sunt qui elatiorem putent, sunt & qui medium existiment. C. Salut. in Romana historia: *Dissentere Sertorius inferior in medio, super eum T. Fabius Hispaniensis senator ex proscriptis, in summo Antonius, quia autem erat convivium Sertorii, ipsi locus inferior, senatori honoratior datus.* Sic in antiquis Servii Honorati editionibus concipiebatur. At copiosior multo locus in schedis Petri Danielis: *Igitur discurrere, Sertorius inferior in medio super eum Tuscus Fabius Hispaniensis senator ex proscriptis, in summo Antonius, & infra scriba Sertorii Persius, & alter scriba Metenas in imo, medius inter Tarquinium & dominum Perpennam. In bello Jugurth. Sed Hiempsal, qui minimus ex illis erat, natura ferox, antea etiam ignobilitatem Jugurthæ, quia materno genere impar erat, despiciens, dextra Adherbalem ad sedem, medius ex tribus ne Jugurtha foret, quod & apud Numidas honoris dicitur. C. Sueton. in Claudio cap. 23. De majore negotio adurnus in curia medius inter consulum sellas tribunitio sub sellio sedebat. Non modo itaque in conviviis is mos observatus, sed in senatu, & quocumque alio loco: nam Hadrianus Imperator, sermo inter*

duos senatores ambulanti, colaphum jussit impingi. Aelius Spartianus in vita ipsius. Sigifneres regius juvenis, narrante Sidorio Apollinare lib. 4. epist. 20. *Pedes & ipse medius incesit, flammis cocco, rutilis auro, lacteus serico.* Quod ne ad profanos ritus tantummodo roveocimus, Salvator humani generis apud D. Lucam Evangelii sui cap. 2. *Inventus est se deus in medio doctorum.* Et in Danielis Prophetæ cap. 13. *Veni & sede in medio nostrum, & indica nobis, quia tibi dedit honorem senectutis.* Et dicitur in medio presbyterorum sedere non potest, ex Concilio Nicæno cap. pervenit 33. distinct. Nam Imperator in concilio medius sedet. Concil. Constantinop. 6. act. 1. M. Minucius Felix in Octavio: *Et cum dicto ejus assediatis, ita, ut me ex tribus medium lateris ambitione protegerent, nec hoc obsequii fuit, aut ordinis, aut honoris, quippe cum amicitia pares semper aut inveniat, aut faciat, sed ut arbiter & utrisque proximis aures darem, & discipulantes duos medius segregarem.* Poëtæ etiam hoc confirmant.

M. Lucan. lib. 1. de Casare:

*Et Celsus medio conspectus in agmine Casar.*  
Rite in medio agmine. Nam ducum ea statio, ut facilius in omnibus exercitibus partes imperium demandate possent, & ab omnibus audiri. Virgil. lib. 9. Æneid. in limine:

*Medio dux agmine Tutus*

*Vertitur arma tenens.*

At ipsum in conviviis factum præter ea, quæ antea attulimus. Virgil. idem lib. 1. Æneid. in fine:

*Aulis tum se Regina superbis*

*Aurea composuit sponda, mediisque locavit.*

Valer. Flacc. Argonautic. lib. 2. de Jasoni exhibitis epulis:

*Jam medio Æsonides, jam se Regina locavit.*

*Post alii proceres.*

Et lib. 4. idem:

*Institere thoros, mediisque tapetibus ipsum,*

*Accipiunt.*

Silius Italicus ad deorum honores id ipsum traduxit lib. Punior.

*Tunc à nate deum, divosque daturæ, beatas*

*Imperio terras patrio rege, turba senectam*

*Hospitia excipiant calli, solioque Quirinus*

*Concedet, mediumque parens, fraterque locabunt.*

Paria de Jove. Virgil. l. 10. Æneid. non multum à principio:

*Calicula medium quem ad limina ducunt.*

Denique, ut uno verbo expediam, in omnibus omnino cœtibus honoratiorem in medio collocabant. De Ænea suo idem l. 5. divini operis:

*Magna medius conitante caterva.*

Et paulo post ibidem loci:

*Quo se multis eum millibus heros*

*Confessu medium tulit.*

Et lib. 6. de Musæo:

*Museum ante omnes medium.*

Lib. 7. de Latino Rege:

*Solio medius confedit arvo.*

Et de eodem lib. 11. v. 236.

*Sedet in mediis & maximus ævo.*

P. Ovid. lib. 5. Factor. in limine:

*Et medius juvenum non indignantibus ipsis*

*Ibat.*

Sidon. Apollinar. carn. 22. v. 76.

*Ibant Pimpliades pariter, mediumque noveno*

*Circumsistentes umbrabant firmate curvam.*

Unguentis delibuti erinesque peruncti, & coronati sedebant epulantes: sed præsertim nardo, rosa, unguento se cingebant, ut infinitis antiquorum Scriptorum locis probat Athenæus c. 14. & quatuor sequentibus lib. 15. Dipnosophist. Clemens Alexandr. lib. 2. Pedagog. cap. 8. Plutarch. lib. 3. Sympoticæ. quest. 1. & alii, quos non exscribo. Catull. epigr. 13 de cœna sua ad Fabullum:

*Unguentum dato: quod meæ puella*

*Donavit Veneres Cupidinesque.*

Addebatur & minium. C. Plin. l. 33. c. 7. *Hæc religione etiam*

*annu addi in unguenti cœna triumphalis, & à censoribus imprimis Jovem mirandam locavi.* Adcoque frequens usus unguentorum & coronarum, ut nullum describatur sine illorum mentione convivium: & pane semper solent conjugi. Nam unguentorum oblectatio quaesita in vino, in capitibus unguentis, de vino factitio, cui unguentum admixtum, idem. Q. Catull. epigr. 64.

*Quam jucunda mihi munera libet onyx:*

*Vester onyx, casto colitis quæ jura cubi.*

Horat. lib. 4. od. 12.

*Nardo vina merebere.*

*Nardi parvus onyx elixet cadum.*

Multa eruditè Theodor. Marcell. ad leg. Xvirales cap. 96. Fest. Pompejus lib. 11. in voce murrhata, *duodecim tabulis cavetur, ne murrhata potio mortuo induatur.* A. Gell. lib. 10. cap. 23. *Bibere solitas locum, passum, murrhinum, & quæ id genus optant, potu dulcia.* Rectè itaque murrhinum, & murrhinum vinum apud Plinium, lib. 14. cap. 13. idem ac murrhata potio. Fabius Dostleus antiquus Poëta, quem alii Dorleum vocat:

*Mittebam vinum pulchrum, murrhinum.*

Alii rescribunt sic:

*Mittebam vinum, pulsem, murrhinum.*

Confirmantque ex D. Augustino lib. 6. Confessione. c. 2. *Itaque cum ad memorias Saulorum, sicut in Africa solebat, pulses, & panes, & merum attulisset. Sequitur paucis interpositis: Quia illa parentalia superstitionis gentiliam essent simillima. Et ex sequenti versu ibidem apud Plinium loci:*

*Panem, & potentam, vinum, murrhinum.*

Capita etiam innotuit loquitur M. Cicero in Orat. pro Roscio Amerino de Chrysgono Sylæ liberto. *Ipse vero quem admodum composito & delibuto capillo passim per forum volitet cum magna caterva togatorum, videatis judices. Græcè id etiam confuetudinis fuisse argumento est locus Arcestrati apud Athenæum lib. 2. qui sui similes hortatur, ut semper habeant caput floribus omnis generis, quas terra ferat redimitum, & unguentis liquidis ac suavis comam delibatam.*

L. Sen. Thyeste act. 5. sc. 2.

*Quis me prohibet flore recenti*

*Vincere comam? prohibet, prohibet.*

*Venus capiti fluxere rosa,*

*Pinguis madidus crinis amomo.*

*Inter subitios stetit horrores.*

Antonius Delrio alios, ut solet, transferens, citat Statium:

*Nec pingui crinem deducere amomo.*

Et Ovidium:

*Spissique de nitidis tergit amoma comis.*

Et Sidorium Apollinar.

*Indus odorifero crinem madefactus amomo.*

Anacreon pane ubique:

*Ἐ μὲ μέλλοι, ἀς ἐπὶ ζῶ,*

*Μύρισον, ῥίσις δὲ κρέτα*

*Πύκατον.*

Vertit Henricus Stephanus:

*Potius manente vita*

*Rosæis meo corollas*

*Capiti serasque odores.*

M. Lucan. lib. 10. Pharsal. v. 164.

*Accipiunt fertas nardo florente coronas*

*Et unquam fugiente rosa, multumque madente*

*In sudore comæ, quod nondum evanuit anra*

*Cinnamom, externa nec perdidit æera terra:*

*Advectumque recens vitæ melli amomum.*

Alb. Tibull. lib. 2. eleg. 2.

*Illius puro distillent tempora nardo.*

Sext. Propert. lib. 3. eleg. 9.

*Sit mense ratio, noxque inter pocula currat*

*Et crocino nates murrhæus ungat onyx.*

Catull. epigr. 10.

*Respondi id quod erat, mihi nec ipsi*

*Nec prætoribus esse, nec cohorti,*

*Cui quisquam caput nullius referret.*

Ob id, ut dixi, unguentum cum coronis jungunt. Sen lib. 2. de Ira cap. 33. *Ad canam invitavit eum eo die, unguentum & coronas misit.* Poetae pane omnes.

Cl. Claudian. lib. de bello Gildonico:  
*Ut vino calefacta Venus tum seivior ardet  
Luxuries, mixtis redolent unguentis coronis  
Crinitos inter famulos, pubesque canoram.*

Et deinde post eodem libro:  
*Umbratus dux ipse rosis, & marcidus ibat  
Unguentis, crudiisque cibo, titubansque Lyco,  
Consellus senio, stupris, morbisque solutus.*

Q. Horat. multis in locis. Lib. 1. od. 5. in limine:  
*Quis multa gracilis te puer in rosa  
Persusum liquidis urget odoribus.*

Lib. 2. od. 7.  
*Cum quo morantem sepe diem mero  
Fregi, coronatus nitentes  
Malabathro Syrio capillos.*

Lib. 3. od. 14.  
*I pete unguentum puer & coronas,  
Et eadem Marsi memorem duelli.*

Et lib. 1. epist. 14.  
*Quem tenes docuere toga, nitidique capilli.*

T. Lucret. Carns de Rer. Nat. lib. 4.  
*Eximia veste, & vitu convivia, ludi,  
Pocula crebra, unguenta, corona, secta parantur  
Negligentiam.*

Neque primis tantum reipublica nascentis temporibus unguentorum in conviviis sumptuosioribus usus, sed & florente, imo & jam pane senescente. Pomponius I. C. l. 21. ff. de auro & arg. leg. *Unguents legatis, non tantum ea legata videntur, quibus unguentum voluptatis causa, sed & valetudinis, qualia sunt comagenae, glaucina, crina, rosa, myrra, colum, nardum purum, hoc quidem etiam, quo elegantiores sint & mandiores unguatur faminae. Qui locus non caret difficultate; itaque pro, crina, qui dam reponunt fortassis non male, crimina. Nam xpiros liliam significat, ex quo unguentum fit crinitum. Sequitur deinde, rosa, pro quo legi volunt, rhodina, nam ut e rosa corona convivales, ita & unguentum pretii eximii: postea myrra, referunt, e myrrha. Recte meo iudicio. Denique colum, indubie corrupta dictione inter unguenta reponitur, pro quo in editione Florentina melius, costum. Nam inter odorata a Theophrasto libro de odoribus recensetur. Plin. lib. 12. cap. 12. *De folio nardi plura dixi par esse, ut principali in unguentis.**

Sext. Propert. lib. 4. eleg. 6. & alii:  
*Costum molle date, & blandi mihi thuris honores.*  
Sunt itaque unguenta vel ad necessitatem aut valetudinem, ut supra hoc opere a me dictum, ubi de balneis, aut ad voluptatem, hoc est, vinum miscendum, inungendos, aut coronas, atque ita capio mentem Ulpian. l. 25. ff. eod. *Unguenta quibus valetudinis causa unguuntur, mundo non continentur.* Addatur locus e M. Acci Plauti Curculione sc. flos veteris vini.  
*Nam omnium unguentum odor praetuo nauseae est,  
Tu mihi sacae, tu cinnamomum, tu rosa,  
Tu crocum, & cassia es, tu bdellium.*

Tertius versus diversè capitur:  
*Tu crocum, & cassia es, tu petalum.*  
Est quippe petalum e nardo praestantissima unguentum. Dioscorid. lib. 1. cap. 81. Latini foliatum appellavit, Yvo Villiomarus, sive verius Joseph. Scaliger in Robertum Titium Locom. Controversor. lib. 4. cap. 28. Martial. lib. 11. epigr. 28.  
*At mea me libram foliatum posuit amica,  
Aut virides gemmas, sardonychasque pares.*

Et lib. 14. epigr. 110.  
*Hac licet in gemma, qua servat nomina Cosini,  
Luxuriose bibas, si foliata sitis.*

Deiuge de coronis hisce epularibus meminere passim, de quarum varia materia & usu, & pretio, nemo tam eleganter scripsit, ac Artemidor. lib. 1. cap. 79. Servinus ad illud lib. 7. Aeneid.

*Fruudenti tempora ramo  
Implicat.*

*Diebus festis ita epulabantur.* Plin. lib. 21. cap. 3. *Sutiles coronas saliorum sacris invenimus solennes & canis.* Idem Martial. qui, ut coquum decebat, totus est in patinis lib. 5. epigr. 65.

*Lassenturque rosis tempora sutilibus.*  
Denno idem lib. 11. epigr. 9.  
*Quod Cosini redolent alabastera suisque decorum,  
Quod modo divitibus lapsa corona conis.*

Ovid. lib. 9. Metamorphos. lib. 3. in fine:  
*Quae si convivia jaceret  
Inter plena sacri redimicus pocula fertis.*

Et lib. 5. Fastor.  
*Tempora sutilibus pinguntur teffa coronis,  
Et laet injecta splendida mensa rosa.  
Ebrius incinctis philyra conviva capillis.*

Virgil. Ecloga 6.  
*Serta procul tantum capiti delapsa jacebant.*  
Juvenal. sat. 5. v. 36.

*Quale coronati Thraeste Helvidiosque bibeant.*  
Claudian. lib. 2. de rapto in epulo Plutonis nuptiali:  
*Grata coronati peragunt convicia muros.*

M. Plant. in Pseud. act. 5. sc. 2. post principium:  
*Quid te ego video? Pseud. cum corona ebrium  
Pseudolum trum.*

Et in Amphitru. act. 3. sc. 4.  
*Copiam mihi coronam in caput, assimilabo  
Me esse ebrium.*

Supereft ultimo de poculorum discrimine, seu verius consecratione differere. Constat enim quadam adhibita mensa & fercula, quae non gustantur, & pocula illata, e quibus non biberetur. Nam Mercurio partes carnis, ut dixi, conferantur. De poculis jam hoc loco videndum. L. Apul. lib. 4. Floridor. *Sapientis viri super mensam celebre dictum est, prima, inquit, cratera ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam.* Hac quidem de uso ille ex Asclepiade Medico, & dedicatione poculorum Francisii Lusini verba ponam e cap. 7. lib. 1. parerg.

*Non ego te mensis & dis accepta secundis  
Transferam Rhodiam, & invidis Bumaste racemis.*  
Virgilii versus sunt lib. 2. Georgicorum, ubi Bumastum & Rhodiam vram interpretantur omnes acceptam in mensis secundis & diis, id est, in sacrificiis deorum. Ego ab his maxime dissentio, nam Virgilius vinum ex his quidem visis suavissimum esse in secundis mensis invidis & diis secundis, in quorum honorem veteres in secunda mensa propinabant. Solebant autem veteres in conviviis pocula sumere, cum aliquem deorum nominassent, quemadmodum est apud Athenaeum libro secundo & undecimo Dipnosophistarum, cuius verba praetermittimus. Cuiat deinde Pindarum in Olympiis; falso, nam in Isthmic. od. 6. locus ab eo laudatus reperitur:

*Ein δὲ πρίτω  
Σωτήρι ποσειδωνότασ δαυπιόσ.  
Cointingat autem tertium  
Servatori propinantes Olympio.*

Subdit deinde Lausinus: Ubi interpretis ritum fuisse testatur antiquis, ut in conviviis primum poculum in Jovis Olympii laudem sumerent, alterum in heroum, tertium in Jovis servatoris, idque & Sophoclis & Aeschylus versibus comprobatur. Quis igitur nostro hoc in Virgilium sensus lepidor ac polior excogitari potest? Hæc ille; quibus addi possunt non pauca Scripiorum neque obscura testimonia. Nam Jovi servatori structam edem Corinthii, scribente Pausania in Corinthiacis, discimus. Et aliam in Epidauriorum finibus ex eodem erectam constat, in Laonicis, & Athenis. Scholiast. Aristophanis ad locum infra paulo citandum. Jul. Pollux lib. 6. cap. 16. *Ὁσωπερ καὶ διὸσ σωτήρος κρατὴρ ἱερὸσ ἴσ.  
Si ut & Jovis servatoris crater quoque sacer est.* Meminit & Athenaeus lib. 15. cap. 20. *Ἀγαθὸ δαίμωνσ, καὶ διὸσ σωτήρος,  
Bonii genii & Jovis servatoris.* Quod nomen etiam Jovi datum appareat ex istis locis, tamen quibuslibet diis etiam conveniebat, penes quoniam tutela & salus hominum esse credebatur, quique praesto aderant hominibus, gravi aliquo periculo

laborantibus, aut in angustia deprehensis. *Ælian.* var. histor. lib. 1. cap. 30. *Διόσκυροι, σωτήρες, ἀγαθοὶ παρὰ δ-  
ται.* *Dioscuri, servatores, boni epulantes.* Dioscurorum no-  
mine intelligi volunt Castorem & Pollucem. Etiphus apud  
Athenarum 1. 4. c. 3. Tzetzes ad Lycophronem. Jul. Poll.  
lib. 7. cap. 2. *Perastatas* sive opulantes deos quoslibet dictos  
docuerunt alii. Nam *παρὰ δ-ται*, non in modo de Deo, sed  
de quocunque effertur, *qui alicui assistit*, verente Rhodol-  
pho Gualtero in Polluce 1. 1. cap. 10. & *παρὰ δ-ται* Das  
est, *in iudicio alicui adesse.* Idem ille Pollux lib. 8. Ono-  
mastic. cap. 6. licet dictionis Latine sono extulerit Cælius  
Rhodiginus lib. 13. cap. 15. Et circumloquuntur Poëta.

*Q. Sammonic.* Seren. lib. de Medicina in limine:  
*Phæbe salutariferum, quod pangimus, asserere carmen,*  
*Inventumque tuum prompto comitare favore.*  
Ovid. lib. 1. Metamorph. fib. 9.  
- - - *Opiferaque per orbem*

*Dicor.*  
Coripp. lib. 1. num. 1.  
*Et fer opem quas.*  
Alb. Tibull. lib. 1. eleg. 3.

*Nunc dea, nunc succurre mihi.*  
Sed satis de loco *Æliani.* Ultimum certe poculum Mer-  
curii erat. Homer. lib. 7. Odyss. v. 137.

*Σπίνδατας διατάσσον ἰσοκύττω Ἀργυρίωντῃ*  
*ἢ πυμάτῳ σπίνδατος.*  
*Lihantes poculis speculatori Mercurio*  
*Cui ultimo libabant.*

Heliodor. lib. 2. *Æthiop.* histor. *σωτήρ' οὐ καὶ θεὸς ἰσ-  
τάσσειν ἡγήσομαι.* Servatorem te meum ac diis aequalem da-  
cam. Idem lib. 9. Nilum appellat *σωτήρα τῆς Αἰγύπτου*  
*Servatorem Ægypti.* Et paulo post eodem: *θεοὶ σωτήρες*  
*ἀνθρώπων.* *Dii servatores exclamant.* Omnium quidem  
hæc appellatio, sed præ omnibus aliis, ut dixi, Jovis. Ari-  
stophanes in Pluto:

*Τὸν δὲν δια τὸν σωτήρα καὶ τὸς μοι δεῖξαι*  
*Χαίρειν ἰδίας.*

Interpretatur Nicodemus Frischlinus:  
*Mihi itaque visum, sospitatorem ut Jovem*  
*Valere sinam.*

Diphilus in Sapphone:  
*Μετὴν Διὸς σωτήρος ἀγαθὸς δαίμονος.*  
*Plenam Jovis servatoris, optimi genii.*

*Æschyl.* Epigonis:  
*Εἶτα τρίτον Διὸς τῷ σωτήρος εὐχταίαν λίβη.*  
*Deinde tertio loco Jovis servatoris optabilem stillam.*

Sophoc. Nauplio:  
*Σὺ παυσίλυτό τι καὶ Διὸς σωτήρι*  
*Σποιδὴ τρίτῃ κρατήρος.*

Vettii Desiderius Erasimus:  
*Curarum adeptor Jupiterque & tertii*  
*Libatio scyphi sospitatoris Jovis.*

Ad Virgiliti locum tentatum redeo, qui, ut potest, ita ut expo-  
suit Lullinus, sumi, tamen de bellariis, vel in privatorum con-  
viviiis, vel in sacrificiis non incommode intelligitur, quem ut  
nodum mihi insolubilem objecit quidam, dum professionem in  
Regia Nemaufensium Academia, disputationi commis-  
sam, magno licet concursu, obtinui, reiectisque aliis, solus,  
quod inter plures dividere volebant quidam ardelliones, sum-  
mo cum honore conseq̄uebar, Senati faventissimo unico Bar-  
nerio in tor egregiis viris, & omni literarum genere emincen-  
tibus, contradicente, maximo consensu Consulium, civiumque  
aliorum, exceptis quibusdam, quos, si mererentur, nominarem,  
nunc, quia indigni sunt tanto honore, cum suo livore, imo  
& malignitate callida intermorti patiar potius, quam no-  
minibus compellaturos vivere meo beneficio velim. Sed de  
bellariis aut secundis mensis debere intelligi locum ostend-  
unt. Horat. lib. 2. sat. 2.

- - - *Tum pensilis nova secundis*  
*Et nux ornabat mensas cum duplici sicu.*  
Martial. lib. 5. epigr. 120.

*Mense munera si voles secunda*  
*Marcantes tibi porrigentur aca.*  
Hoc illud est poculum, quod ultimum circumferebatur  
cum imagine mortis, ut discessuri convivæ caducæ fortis,  
& humanæ fragilitatis admonerentur, cui ablynthium im-  
mixtum ne dulcedo nimium seduxisset viderentur, aut tan-  
tum voluptati studuisse, neglecta naturalis necessitatis regu-  
la. Alludere mihi videntur Corippus de laudibus Justini  
Minoris lib. 3. num. 4.

*Postquam divine sumpserunt novissima cœna*  
*Pocula, & excelsæ sinerunt gaudia mensæ.*  
Denique boni Genii poculum aut idem erat cum poculo  
Jovis Sospitatoris, aut certe una cum eo inferebatur. Athe-  
næus & Pollux supra à me citari. Eoque semper sivebe-  
atur cœna. Eustat. ad lib. 17. Odyss. Scholiast. Aristophan.  
in Equit. Christophor. Vega lib. 2. de Arte Medica sect.  
4. disputat accurate, num naturæ conveniens sit cibos ulti-  
mo, anne potum sumi?

L. Sen. Thyeste act. 5. sc. 1.  
*Ne parce potu, restat etiam nunc eror*  
*Tot hospitium, veteris hunc Bacchi color*  
*Absondit, hoc hæc mensa claudatur scypho.*

*Is bonus deus dicitur Valerio Maximo* lib. 1. cap. 2. in narratio-  
ne sacilegii Dionysii, quod pæne ad verbum transcripsit ex  
Cicerone lib. 3. de Nat. deor. in fine: *Jam mensas argenteas*  
*de omnibus delabris jussit auferri, in quibus, quod more veteris*  
*Græciæ inscriptum erat, bonorum deorum, nisi se eorum bonitate vel-  
le dicebat. Quod de Genio intelligendum persuadet Ælianus*  
lib. 1. var. hist. cap. 20. *Τὴν παρακισμῶν ἀρχοῦν τῷ Ἀπόλ-  
λωνι τράπεζαι κλισίας ἀρξίστην, ἀγαθὸν δαίμονος τῷ θεῷ ἐν-  
δόντος πρότερον. Mensam etiam argenteam, astantem Apollini,*  
*jussit auferri, super quam bonus genius deo propinabat.* Recensuit  
ex iis Cælius Rhodiginus lib. 28. cap. 6. At de bono Genio  
alibi supra dixi abunde. Adde Hieroclem in aurea Pythagoræ  
carmina, & duas Inscriptiones apud Cantharopolim erutas,  
ut extant in Inscript. German. Bartholomæi Amanii & Petri  
Appiani Mathematici pag. 461.

IN. H. D. D. IOV. ET. IUNONI. RE. GE-  
NIO. LOCI. ET. DD. OMNIB. P. SEDU-  
LIUS. IULIANUS. MIL. AUG. ANTO-  
NIAN. B. F. COS. PRO. SAL. SUA. ET.  
SUOR. SIAT. ITERAT. POSUIT. IMP.  
DIVI. ANTONINI. AUG.

Alterius fragmenti verba sunt:  
IN. I. DD. IOVI. ET. IUNONI. REG. ET.  
GENIO. LOCI. ET. GERIONIS. SR. VE-  
RUS. MIL. LEG. XXII. ANTONIAN. BI.  
COS. PRO. SUA. ET. SUO. DIV. ANTON.

De panis generibus, mantilibus; quod oempe unafquique ac-  
cubitus locum illa ferret, nudamque mensam iis ipsi convi-  
væ integerent, ex Martiali lib. 12. epigr. 29. quod quoties fetu-  
cula inferrentur, toties manus abluerent, quod in sine convivii  
descendentes se invicem salutarerent, ex Dione Cocceiano in rebus  
Commodi, voce *ξίστιας*, id est, *prostit.* Et L. Apulejo lib. 10.  
Mileiari. *Grandissimum illum calicem uno hantia perhausi, &*  
*clamor exurgit consona voce cantorum, salute me prosequenti-  
um.* Aliis jam Criticis præoccupatum. Neque minus cognium  
puerulos illos pincernas, sive tricliniatis feros ad pedes do-  
minorum stare solitos. Petron. pag. 16. *Atque alii circa pedes*  
*disumbentium sparsi jacebant.* L. Seneca lib. 3. de Benef. cap.  
27. Sext. Aurel. Propert. 1. 4. eleg. 9. C. Sueton. in Calig.  
c. 26. Martial. 1. 5. epigr. 80. lib. 7. epigr. 19. lib. 12. epigr.  
89. & M. Tull. act. 3. in C. Verrem: *Servos artifices pupilli*  
*cum haberet domi circa pedes, ante homines formosos & literatos*  
*esse dicebat, se emisse.* Et in pulvinis reclimatos cibum sumpsisse,  
quis nescit? M. Varro de Ling. Lat. 1. 8. *Quis facit mappas tri-  
clinarias inter se non familes?* Martial. lib. 3. epigr. 80.

*Cubitisque trandit, hinc & illinc convivas,*  
*Effulans ostro, stricisque pulvinis.*  
Verum hæc quom sunt omnibus notissima, mihi ad alia  
properandum.

## De vestibus Romanorum in genere.

Non sunt in his Antiquitatum libris *vestimentorum* genera prætermittenda. Nam quantum eorum cognitio ad veram multorum veterum Scriptorum sententiam intelligendam faciat, non opus est explicatione. Sunt autem *vestimenta*, ut Ulpianus docet, aut *virilia*, aut *puerilia*, aut *muliebria*, aut *communia*, aut *familiaria*; eaque vel *induendi*, vel *præcingendi*, vel *amicendi*, vel *insterneendi*, vel *injiciendi*, vel *accubandi* causa parata sunt. *Virilia* sunt, quæ ipsius patrisfamilias causa parata sunt, veluti togæ & tunicæ, palliola, vestimenta stragula, amphitapa & saga, & reliqua similia. *Puerilia* sunt, quæ ad nullum alium usum pertinent, nisi ad puerilem, veluti togæ, prætextæ alicubi, & chlamydes, pallia, quæ filii nostris comparamus. *Muliebria* sunt, quæ matrisfamilias causa parata sunt, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione, veluti stolæ, palliæ, tunicæ, capitiæ, zonæ, mitræ, quæ magis capitis tegendi, quam ornandi causa comparata sunt: plagulæ, penulæ. *Communia* sunt, quibus promiscue utitur mulier cum viro, veluti si ejusmodi penula, palliumve est, & reliqua ejusmodi, quibus sine reprehensione, vel vir, vel uxor utatur. *Familiaria* sunt, quæ ad familiam vestiendam parata sunt: sicut saga, tunicæ, penulæ, lintea, vestimenta stragula, & cætera similia. Hactenus Ulpianus. Dicemus de singulis, & primum de *virilibus*.

Quid toga & tunicæ fuerint, cum prolixior earum tractatio sit, peculiariter illis capita tribuemus. *Palliolum*, diminutivum à *pallio* vestimentum laneum erat. *Pallium* autem vestis Græcorum propria, ut *toga* Romanorum.

*Vestimenta stragula* dicebantur, quæ insternebantur. Varro lib. 4. de Ling. Lat. Quicquid insternebant, à sternendo, *stragulum* appellabant.

*Amphitapa* vestes dicuntur utrimque habentes villos, Lucil. l. 1.

*Psila*, atque *amphitapa villis ingentibus molles*.

Hæ substernebantur dormientibus. Lucil. lib. 6.

*Pluma atque amphitapa, & si aliud quid deliciarum*.

Varro Manio: Alterum bene acceptum dormire super *amphitapa* bene molli.

*Sagum*, vestimentum militare erat, quod armis superinduebatur. Strabo & alii *Gallicam* vocem esse restantur.

*Chlamys* ab Ulpiano inter vestimenta puerilia refertur, alias est *vestis militaris*.

*Penula*, vestis est, quam supra tunicam accipimus. Pomponius Panuceatis: *Penulam* in caput induce, ne te noscat. Varro *Virgula divina*: Non quærenda est homini, qui habet virtutem, penula in imbro. Hac utebantur veteres arcendis pluviis, *Lampridius* in Alexandro. Quin etiam veteres abusive *penulam* dixerunt, omne quicquid teget. *Penularum* multus usus apud Romanos temporibus Augusti & post. Tum enim spreta toga, *penulis* fere, ac *lacernis*, aut solis tunicis, iisque coloris pulli, urebantur: nonnulli tamen delicatiores coloris amethystini aut coccinei, de quo vide *Justi Lipsii* Electorum lib. 2. cap. 13.

*Lacerna*, vestis militaris erat. Propertius:

*Textitur hæc castris quarta lacerna tuis.*

Verum & hæc per bella civilia in Urbem irrupit, & frequenter usurpata & gestata est, non à vulgo tantum, verum etiam à *Senatoribus*: qua de re videndus *Justus Lipsius*.

*Paludamentum*, ait *Nonius*, est vestis, quæ nunc *chlamys* dicitur. *Salustius* histor. lib. 3. Et eodem tempore *Lentulus* duplici acie locum editum multo sanguine suorum defensus, postquam ex sarcinis *paludamenta* astari, & delectæ cohortes intelligi cœpere. *Festus* omnia militaria ornamenta *paludamenta* dici ait. Varro lib. 6. de Ling. Lat. *Paluda* à *paludamentis*: sunt insignia & ornamenta militaria. Ideo ad bellum cum exit Imperator, ac lectores mutant vestem & signa incinuerunt; *paludatus* dicitur proficisci: quæ, propterea quod conspiciuntur, qui ea habent, ac sunt palam, *paludamenta* dicta. Proprie tamen *paludamentum Imperatorum* erat, non solum purpura, sed cocco etiam, auroque distincta, ut *Isidorus* scripsit. *Livius paludamentum* pro veste militari, etiam ejus, qui non esset Imperator, posuit in historia Horatii lib. 1. *Imperatoris paludati* icona ex veteribus monumentis *Lazarus Baysius* publice donavit, quam & nos hic subjecimus.

Apud *Nonium Marcellum* & hæc vestium nomina leguntur.

*Abolla*, vestis militaris erat. Varro *Cosmatorine*: *περὶ φθορᾶς χρόνου*: Toga tracta est, & *abolla* data est ad turbam, ubi fera militia in munera velli, ut præstarem:

*Tunicam rallam, tunicam spissam.*

*Ricinium*, omne vestimentum quadratum. II, qui XII. interpretati sunt, esse dixerunt, virilem togam prætextam clavo purpureo. *Festus*. Varro libro 4. de Ling. Lat. Antiquissimi amictui *ricinium*, id quod eo utebantur duplici, ab eo, quod dimidiam partem retrorsum jaciebant, ab rejiciendo *ricinium* dictum.

*Lana*, vestimentum militare, quod supra omnia vestimenta sumitur. Usurpabatur etiam in sacrificiis. Varro lib. 4. de Ling. Lat. *Lana*: quod de lana multa. Duarum enim togarum instar, ut antiquissimum mulierum, *ricinium*, sic hoc duplex virorum: Festus: *Lana vestimenti genus habitus duplicis*.

*Subucula*, erat interior virorum vestis, quæ proxime cutem attingebat, à *subtus* dicta, ut vulg. Varro lib. 4. de Ling. Lat. Idem lib. 1. de Vita populi Romani apud Nonium: Postquam, inquit, binas tunicas habere cœperunt, instituerunt vocare, *subuculum* & *indusium*, sive, (ut alii scribunt) *intusum*, &c.

*Calcium*, linteolum dicitur purum & candidum à cædendo, quod ita ad candorem perveniat, vel quod oras circumcisas habeat. *Plantus* Epidico: *Linteolum calcium*.

*Patagium*, aurea chlamys, quæ pretiosis vestibus immitti solet.

*Supparum*, est linteum femorale, usque ad talos pendens, dictum, quod *subtus* appareat.

*Carbasus*, pallium, quo fluvii amiciuntur, vel opulentia causa, ut sericum, aut lino tenui. Hæc & quædam alia vestium nomina apud Nonium *Marcellum* leguntur & explicantur, quæ hic paucis repetere volumus: addituri etiam vocabula vestium muliebrium, si prius de *toga*, *tunica* & *trabea* dixerimus.

#### AD CAP. XXXI. PARALIPOMENA.

*Prima vestes diversarum gentium, è pellibus iis tentoria testa, lacerna, fibula, byrrus, vestes, serica, holoferica, pellucida, herbida.*

**H**erodis pellibus indutus, copiose supra in hoc opere dixi, & ad lib. 1. Claudiani de Raptu in linine, Scholiast. Apollonii Rhodii. *Σύνδης τοῖς ἡπείροις τὸ δῖον ἰσοπέδιον*. Solemne herodis pelles gestare. Nunc Romanis præcis etiam id observatum ostendam, præcipue militatibus, quorum tentoria pellibus intuebantur. Valer. lib. 2. c. 2. *Deceverunt, ut ex iis, qui equo meruerunt, pedum numero militarent, qui pedes fuerunt, in funditorum auxilia transfererentur, neve quis eorum intra castra tenderet, neve locum extra assignatum vallo aut fossa cingeret, neve tentorium ex pellibus haberet*. Antiquum sane hoc, nec tamen ab Urbe condita semper usurpatum. Nam *ia* *Vejorum* obsidione (verba sunt T. Livii 1. Decad. lib. 5.) *primum sub pellibus hiemare cœperunt*. Hoc est, anno 327. ab urbe condita, ut annoavit Joannes Camers. L. Flor. lib. 1. cap. 12. *Vejentum quantæ res fuerit indicat decembris obsidio; tunc primum hiematum sub pellibus, taxata stipendio hiberna*. Quæ ille, ut multa alia exscripsit è Livio, ut non male in codice MS. hic titulus lit. L. *Annei Flori Epitoma de historia Titii Livii; argumentum scilicet incipit*. Ita Josephi Chastanxi. At in vulgatissima sed antiquissima editione, Epitome Titii Livio, qui historiam R. ab Urbe condita scripsit. *Reverentia diu ea consuetudo*. Cæsar lib. 3. de bello Gallico in fine. *Ejusmodi tempestates sunt consequenti, uti opus necessario intermitteretur, & continuatione imbrum diutius sub pellibus milites contineri non possent*. Idem lib. 3. bello civil. cap. 4. *Reliquarum legionum adventum expectare, & sub pellibus hiemare constituit*. Et post illam ætatem idem invaluit mos, scilicet sub Nerone. Cornel. Tacit. lib. 13. *Annal. Retentus omnis exercitus sub pellibus, quæmvis hieme secura adeo, ut, obducta glacie, nisi effossa humus tentorii locum non præberet*. Et post Neroneum sub Theodosio Hispano discipline militatis observatissimo. Lat. Pacat. Drepan. in panegyrico, quem ei dixit: *Summatum tuum illud attingant cum patre ætate castrensium collegium, hiemem autem sub pellibus, æstates inter bella sudatas*. Eadem de Stilichone Claudianus l. 1. de Laudib. ipsius:

*Quoties sub pellibus egit*

*Ædonas hiemes.*

*Factitium* id ipsum à Græcis, à quibus Romani, ut pleaque alia mutuati sunt. Q. Curt. lib. 7. *Sæpe pellions tabernaculi allezatis, ut conspiceret hostium ignes*. Addendi Ammian. Marcellin. lib. 9. *Sub pellibusque exercitum diffuso, per Istri fluminis margines barbaros observabat*. Flavius Vopiscus in Aureliano: *Pelles ad tabernacula & tentoria parate*. Arrian. lib. 1. de Gest. Alexand. *Tentoria militum erant ex pellibus levi materia repleta*. Et lib. 3. *Jubet tentorii pelles detrabi, casque minutis ac levibus sectans re-*

*pletas consui*, sive quod antiquorum pelles indumentum, seu quod facilius sic ab æris injuria defendi possent. Et sane in pelliceis stragulis cubabant duces & Imperatores exercituum. Cornelius Nepos, sive Verius Æmilius Probus in Agesilao: *Quod ei usu venit cum annorum octoginta subsidio Thaco in Ægyptum ivisset, & in acta cum suis accubisset, sine ulla telli stratumque haberet tale, ut terra tella esset stramentis, neque ut amplius quam pellis esset injecta, eodemque comites omnes accubissent, vestitu humili atque obsoleto, ut eorum ornatus non modo Regem in his nominem significaret, sed hominis non beatissimi susceptionem præberet*. Lecti itaque insteruebantur pellibus. M. Tull. Orat. pro L. Murena. *Tubero ille horo eruditissimus & Stoicus, in funere Scipionis Africani, cum epulum populo Romano nomine & Maximi daret, stravit pellibus hædinis lectulos Punicanos & expositis vasa Samia*. Aelian. lib. 12. var. hist. cap. 1. *Ἦν δὲ ἄρα τῆς Ἀραβίας ἐρωτάται μὲν αἱ δοξαί τῶν τοῦ ἡγεμῶνος, τῶν δὲ τῶν πῶτα κεία, ποτὶς τὸ τοῦ ἰσθμοῦ*. Stratis autem lectique utabatur feris pellibus, cibo carnulem carnis & aqua. Eugeria poetria nobilis:

*Sericum tegmen gemmantia tella Laconum*

*Pellibus hircinis æquiparanda loquat.*

D. Juvenal. sat. 6. in principio 5.

*Silvestrem montana thorum cum sterneret uxor*

*Frondbus, & culinis, vicinarumque serarum*

*Pellibus,*

Sext. Propert. lib. 3. eleg. 12.

*Atque hinc pellis totos operibat amantes,*

*Atque nativo creverat herba thoro.*

Ex iisdem, ut admoneram, vestitus primus hominum fiebat, hinc inter vestimenta pellicias reponunt Ulpian. l. 25. ff. de aur. arg. leg. Paulus lib. 3. sententiar. tit. 6. & appolite T. Lucretius lib. 5.

*Tunc igitur pelles, nunc auram & purpura curis*

*Exercent hominum vitam, belloque fatigant.*

Et eodem libro:

*Necdum res igni scilicet tractare, neque uti*

*Pellibus, & spolis corpus vestire serarum.*

Rursusque eodem libro:

*Inde casus postquam, ac pelles, ignemque pararunt,*

*Et mulier conjuncta viro concessit in munus.*

Nec Romanorum modo, sed & aliarum gentium, Hunnorum; Ammian. lib. 3. *Indumentis operiuntur linteis, vel ex pellibus silvestrium murum sarcinatis*. Jornandes lib. de Reb. Getic. c. 5. *Hungari hinc noti sunt, quia ab istis pellium murinarum venit commercium, quos tantorum virorum formidavit audacia*. Legendus præ aliis Aelianus de Histor. Animal. lib. 17. cap. 17. *Scytharum; Justinus lib. 2. c. 2. Lana his usus ac vestium ignotis, & quamquam continuis frigeribus utantur, pellibus tamen feris ac murinis utuntur*. Theophil. Cangiser putavit, non male, meo iudicio, rescribendum; *Pellibus tantum feris aut murinis utuntur*. Ubi metas agit nugæ Victorinus Sui gelius: aut Sarmatarum Ulpian.

Ulpian. lege citata: *Argumento sunt etiam nationes quedam, veluti Sarmatarum, quæ pellibus teguntur.* At quarum belluarum hæc pelles esse conlueverint, discimus ex L. Seneca epist. 90. *Frigus intolerabile est corpori nudo. Quid ergo? nunquid non pelles ferarum & aliorum animalium à frigore satis abunde defendere queant? non corticibus arborum pleræque gentes tegunt corpora nempe avium pluma in usum vestis conferuntur? non hodieque magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac murium? quæ scædâ mollia, & impenetrabilia ventis sunt.* De Germanis C. Tacitus lib. de eorum moribus: *Gerunt & ferarum pelles, proximæ ripæ negligentiis, utriusque exgruistiis.* Ildor. in gloss. *mafræ: a vestis Germanica ex pellibus ferarum.* Et Laypones Bothriensilesque pretiosos vestiuntur pellibus, non modo ornatus causa, sed & necessitate. Olaus Magnus lib. 4. hist. cap. 4. de Getis notius est, quæ ut dici debeat. Certe enim Gothi, quos certum est Getas dictos, sic inducebantur. Sidon. Apollinar. in oratione: *Sine necessitate arripienda legationis inuoluit, non ille semel pro hæc civitate stetit ante pellicos Reges, vel ante principes purpuratos.* Et. 1. epist. 2. *Pellitorum turba satellitum, hoc est, Gothorum, eruditissimus Savaro. Maximus Taurinensis Homilia 2. de Avartia: Unde barbaro atro gemmarumque monilia? unde pellito serica vestimenta? Quod vel de Getis illis antiquis intelligendum, ut Ovidius passim in libris Tristium, & de Ponto:*

*Pellitos inter agenda Getas.*

Et lib. 3. Trist. eleg. 10.

*Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis.*

Licet alii legant:

*Pellibus hirsutis arcent mala frigora braccis.*

Aut in aliis:

*Pellibus & suis arcent mala frigora braccis.*

Vel de Gothicis, D. Hieronymus epitaphio Nepotiani: *Pellitorum turba populorum.* Poëtæ illius ætatis. Aurel. Prudent. l. 2. contra Symmachum:

*Tentavit Geticus imper delere tyrannus*

*Italiam patrio veniens iuratus ab Istro.*

*His arcis æquare solo, tecta aurea flammis*

*Solvere masticis, proceres vestire togas.*

Et eodem libro:

*Non armis, vestis, comisque*

*Ignotis, passim capta vagus errat in arce.*

Prosper Aquitanicus de Providentia:

*Quod si forte lupos, lycasque, ursisque creatos*

*Displicet, at Sythiæ proceres, Regesque Getarum*

*Respicit, queis ostro contempto & vellere Serum,*

*Eximius decor est tergis horrere ferarum.*

Josephus Caithalo notar ad Rutilium Numatianum lib. 2.

Itinerarii:

*Ipsa satellitibus pellitis Roma patebat,*

*Et captiva prius, quam caperetur, erat.*

Claudian. lib. de bello Getico:

*Crinigeri sedere patres, pellita Getarum*

*Curia.*

Idem de 4. Honorii consulari:

*Castri cruroe natant: moritur pellita juvenis.*

*Pars morbo, pars ense perit.*

Et lib. 2. in Ruffin.

*Iste inter medios, ne qua de parte relinquit*

*Barbariem, revocat fulvas in pellera pelles,*

*Frenaque, & immanes pharetras, arcusque sonoros*

*Assimulat, mentemque palam restatur amittit.*

*Nec pudet Ausonios currus, & iura regentem*

*Sumere deformes ritus, vestemque Getarum.*

*Insignemque habitum Latii mutare togæque*

*Capitæ moerent pellito iudice leges.*

Licet sciam quinque versus eleganter de officio præfecti

prætorio intelligendum, tamen MS. meus, antiquissima

editio Venetæ, & Gulielmus Fomerius, præferunt:

*Nec pudet Ausonios curvas, & iura regentem*

*Sumere deformes ritus, vestemque Getarum.*

Sidon. Apollinar. catm. 7.

*Expetit in media pelliti principis aula.*

Et Romanos ipsos pellitos in initio, Uibe jam condita fuisse loquitur Propertius lib. 4. eleg. 1.

*Curis prætexto quæ nunc nitet alta senatu*

*Pellitos habuit, rusticæ corda patres.*

Pelles istæ pro qualitate nobilitate perlonarum, ita viliores pretiosioresve erant. Adrian. Turneb. lib. 15. cap. ult. & Janus Gruterus observant. Helenius Acron ad Horatii l. 1. satyr. 5.

*Latini clavum purpuram dicit, quæ in pectore extenditur senatorum. Greci τὸν κοδοβύνην vocant, usum ejus hodie retineat principes, insidentes vestis à cervice ad pectus indumentum ex purpura, vel pellibus pretiosis muris pontici, vel aliis, dum regio habitus prodens in pabli. um.* Ecce, quod nemo prodidit, quantum scio, senatorios ætate Acronis usos pellicos in vestitu, locus iste indicat. Eginhartus in vita Caroli Magni: *Ex pellibus lustrinis, vel murinis, thorace confecto, humeros ac pectus hieme muniebat.*

Sed multis hoc post Horatium saculis, neque de Romano principe, sed de Gallo: Certe omnes septentrionis incolæ præne, sed possimum Germani, atque Sarmatæ, silvestrium murium pellicibus ad ornamentum induuntur, ut & in Germania ipsi vidimus, & quotidie in celeberrimo Venetiarum emporio vide est, quem luxum taxat Helmsoldus Chron. Slavov. l. 1. c. 1.

*Pellibus abundant peregrinis, quarum odor lesiferum nostro orbi superbia venenum propinat, & illi quidem, ut ster. ora hæc habent, ad nostram credo damnationem, qui ad marturiam vestem anhclamus, quasi ad summam beatitudinem, itaque pro laucis indumentis, quos nos appellamus faldones, illi afferunt tam pretiosos martures. Sed posterioribus sæculis etiam Romani illi Cardinales hujusmodi fœdissimis pellicibus deformabantur. Adscribam locum elegantem B. Petri Damiani Ostiensis, qui, ut ait Honorius Augustodunensis abbas lib. de luminariis ad finem: Ex monacho & heremita episcopus. Et ut Beroldus vult: Pia memoria Cardinalis, aut valde religiosus, ut verbi utar Leonis Marficani Catinensis, quod eo libentius retuli, quod desiderium optimi Scriptoris Baronius ostendit. Is itaque lib. 2. epist. 2. pag. 128. Cum domestici mures nostris asperitibus sordiant, transmarinarum pelles, quia magno pretio cœmuntur, oblectant, orium itaque & agnorum curia despicuntur, ermelini, gellini, martures exquiruntur, & vulpes. Deinde aliquot locis interpositis: Ecce non reclinat in vulpine Chrisius, dormit sub vulpibus pellicibus Christianus: respicit animalia Redemptoris mundi vocabula decorata, illud suum deputat ornamentum, quod figurat innuit reproborum. De Moscovitis Olaus Magnus hist. gent. septent. lib. 11. cap. 11. Merceres eorum sunt pelles pretiosa, & omnigena fortis apud eos in pretio videlicet marturina, & varuline. Marullus Tarchaniota in epigrammatis:*

*Puella mire delicatior Scythæ*

*Fulvæ serici comis.*

Birtus etiam antiquorum indumentum. Sulpitius Severus in vita D. Martini, apud Joannem Meursium in lexico suo l. 3. *Hæc charis viduis atque familiaribus mandat tribuit virginibus, illa ut rigentem birrum hæc ut fluentem texat lacernam.* Vet. Scholiast. Juvenal. ad v. 283. satyr. 3. *Cocina lana, purpura, quæ divites olim utebantur. Virgil. Tyrioque ardebat mure. clana. (l. 4. Æneid.) aut antiqui amphimallum læam appellabant, . . . quod Græci cocum. Latini teres birrum vocarunt. Frustra vir doctus corrigere tentat, Latini veteres birrum vocarunt. Nam teres formam illius vestimenti optime exprimeret mihi videtur. Isidor. l. 19. Etymologiar. c. 24. *Birtus à Græco vocabulum trahit, illi enim birrum, birtum dicitur. Corrigendum, illi enim bissos dicunt, nam birtum librarii culpa videtur irrepisse. Possidonius de passione Cypriani: Et cum pervenisset in locum, qui dicitur Sextus, quarto ab urbe miliario, expoliavit se birro, & tradidit carnificibus. Fl. Vopisc. in Carini vita ad finem: Inscriptum est adhuc in chor. ale pullo hiamthino, quo ille velut spolia nobilitatis exultat, Messale nomen & uxoris, jam quid lineas petitas Ægypto loquar? quid Tyro & Sidone tenuitate pellucidas, micantes purpura, plumandâ difficultate pernobiles, donati sunt ab Arcebatius birri petiti, donati birri Canusini, Africane in scena opes non prius vise. Mentio præterea & apud Martianum Capellam de Nupt. Philolog. & Mercurii lib. 4. *Univocum est, quando duarum aut plurium rerum idem nomen est, & definitio, ut vestis, nam & birrus & tunica***

homen vestis habent, & definitionem possunt accipere. Vilissimum certe erat hoc vestimenti genus, ut apparet ex epigrammate hoc Claudiani, cuius epigrapha, de birro & castoreo.

Nominis umbra manet veteris, nam dicere birrum,  
Si castor niteat, castoreum nequeo.

Sex empus solidis, quid scit jam scire pestis,  
Si mihi nulla fides, credite vel pretio.

D. Auson. praefatione sua ad eidyllium septimum:

At nos illepidum, vndem libellum,  
Burras, qui squillas, inceptasque  
Credemus gremio tuo servandum?

Ubi burras pro birras antiquo more scribendi dixit, nam & Sulla pro Silla, & sexcenta alia efferebant. Egeria poetria in collectaneis epigram. & poemat. lib. 4.

Nobilis horribili jungatnr purpura birro,  
Nectatur plumbo lucida gemma gravi.

Hoc quia villosum, ut apud Isidorum in glossis, birrum villosum, Graeci amphimalum, venus Scholiastes Juvenalis supra ad satyram tertiam, five ἀμφιμαλλον, aut certe ἀμφικαλον vocarunt. Chronicum Lauris Hamense:

Et sunt immensis induti calcamentis,  
Amphibalis longis utentes & spatiosis.

Lacernam esse putant oblongiorem, qua etiam caput possit obvolvi: licet glossarium Philoxeni simpliciter βίρρος, birrus, habeat, & Suidas non lacernam, sed togam contendat fuisse.

Sic enim in codice ipsius, βίρρος, ἰματίον ῥωμαϊκόν. Birrum, toga Romana. Frequentius tamen apud bonos auctores pro lacerna usurpatur. Abdias Babylonius histor. Apostol. lib. 7.

Lacernam birram in salutis pretium obtulit. Anonymus Scriptor, sed non inelegans, in vita D. Cypriani: Post hanc vero sententiam turba fratrum dicebat, & nos cum ipso decolleremur, propter hoc tumultus fratrum exortus est, & ita idem Cyprianus in agro Sixti perductus est, & ibi se lacerna birra expoliavit, & genu in terram flexit, & in orationem se Domino prostravit, & cum se Dalmatica expolisset, & diaconis tradidisset, ad lineam stetit, & cepit speculatorem sustinere. Quem locum ideo longiorem descripsi, quod in supplicii ad lineam stare, non viderim observatum adhuc ab ullo, & puto extimas theatri funesti partes populo submovendo defixas in terram fudes intelligi debere.

Deinde quid sit Dalmatica, non memini legere me. Interim Artemidorio Daldiani 2. lib. 2. Oneirocrit. cap. 3. locus profertur.

Χλαμύς δὲ ἦν τοῦ μαδύου, οἱ δὲ ἰσχυρίδα, οἱ δὲ βίρρον καλοῦσι, ἑλπίην καὶ εὐνοχόριον, καὶ τοῖς διακόμοις καταδύκην μακρῶταται, διὰ τὸ ἰμπρίχων τὸ σῶμα, Chlamys quam aliqui mandycen, alii ephesridem, alii bérion appellant, tribulationem & angustias, & litigantibus damnationem significat, propterea, quod corpus circumampletatur. Rescribendum fortassis: οἱ δὲ βίρρον καλοῦσι, alii birrum vocarunt. Vetustatem eius vestimenti inventionemque Gallis assignarunt, inter quos est venus Scholiast. Juvenalis ad v. 144. sat. 8. Santonico cucullo, id est, birro Gallico, nam apud Santonas oppidum Gallie conficiuntur. Et ipse Juvenalis:

Quo, si nocturnus adulter  
Tempora Santonico velas adoperta cucullo?

Pseudocoronatus, seu quilibet alius A. Persii interpres, ad v. 68. sat. 1. Scis birrum attritum comiti condonare. Dixit enim Persius:

Scis comitem horridulum trita donare lacerna.

Sequitur deinde de lacerna: Lacerna, pallium fimbriatum, quo olim soli milites velabantur, penula, pallium cum fimbriis longis. Quod ex eo Isidorus desumpsit lib. 19. c. 24. qui totidem verbis id ipsum expressit, addiditque: Unde & in distinguenda castrensibus urbanaque turba, hos togatos, illos vero lacernatos vocabant.

P. Ovid. lib. 2. Fastor.

Mittenda est domino, jamjam proproprate puella,  
Quamprius nostram supra facta lacerna manu.

Superinduebantur togis lacernae. C. Sueton. in Augusto c. 40. in fine. Negotium adhibens dedit, ne quem posthac paterentur in foro circove, nisi pestis lacernis togatum consistere. Juvenal. sat. 9. v. 29. Monumenta toga lacernas vocat, & Scholiastes, pingues, ni ostendat grassas, ac per hoc pluviales, que

muniant à pluvia, non qua ornent. Martial. lib. 14. epigr. 137. & viris doctis notatum:

Amphitheatralis nos commendamur ad usus,  
Cum tegit algentes nostra lacerna togas.

Præcipuus itaque earum usus in spectaculis amphitheatralibus. Q. Florens Septimius Tertullianus. Apologet. cap. 6. N. deo theatra, nec singula satis esse, nec nuda, nam ne vel hieme voluptas impudica frigeret, primi Lacedaemonii penulam Indis excogitaverunt. Ita eleganter Jacobus Pamelius restituit, cum antea legeretur, penulam nudis excogitaverunt. Recte quidem, nam penula Tertulliano idem ac lacerna, Beatus Rhenanus. Suetonio in Claudio n. 6. licet sciam initium ritus à viatoribus venisse, ut à pluvia facilius defenderentur. C. Plin. l. 19. c. 25.

Nubilo occasus pluviosum hiemem denuntiat, statimque augent lacernarum pretia. Certe facile erat eas exuere. Castritius Rhetor ad senatores quosdam discipulos suos, quos festo die tunicis & lacernis indutos viderat, Maluissent, inquit, vos togatos videre. A. Gell. lib. 13. cap. 5. M. Tull. 2. Philipp. Cum gallicis & lacerna cucurrisset. Apud eundem eod. libr. cap. 20.

Idem Martial. lib. 4. epigr. 2.

Speclabat modo solus inter omnes  
Nigris manus Horatius lacernis.

Cum plebs, & minor ordo, maximusque  
Sancto cum duce candidus sederet,  
Toto nix cecidit repente celo,  
Albis speclat Horatius lacernis.

C. Lucilius lib. 3. Satyr. citante Flavio Sospitro Charliio l. 2. & Nonio Marcello cap. 3. num. 94.

Romanis ludis forus olim ornatus lacernis.

Pessime in codicibus vulgatis:

Romanis ludis forus olim ornatus lacernis.

Nisi forte de igne Imperatoribus przlato intelligi placeret, quem constat in lacernis gestari solitum: quippe ut in privatorum domibus lychni, vel lychnuchi, ita in Circo aut amphitheatro lucernæ; de lychnis supra hoc opere aliquoties; adde Magni Felicis Ennodii locum e libr. 2. epist. 7. Nos ad scholam gymnasis sequestrati, arenis ingenii gustis, quadam Oceani sinuata provocamus, quasi lychnis contrafolis radios pugnaturi. Antè editionem Jacobi Simondi, vitiose legebatur: quasi lignis contrafolis radios pugnaturi. Apologia pro Synodo:

Nescitis, solidi, solem facibus non juvenari, nec ad præsidium divina lucis lychnis accendi? De Circo Europates lib. de offic. Aulæ Constantinopolit. pag. 87. Τὸ δὲ λαμπάδαριον καὶ τὸ εὐνοχόριον, τὸ δὲ βίρρον καλοῦσι, τὸ δὲ διακόμοις καταδύκην μακρῶταται, διὰ τὸ ἰμπρίχων τὸ σῶμα, Chlamys quam aliqui mandycen, alii ephesridem, alii bérion appellant, tribulationem & angustias, & litigantibus damnationem significat, propterea, quod corpus circumampletatur. Rescribendum fortassis: οἱ δὲ βίρρον καλοῦσι, alii birrum vocarunt. Vetustatem eius vestimenti inventionemque Gallis assignarunt, inter quos est venus Scholiast. Juvenalis ad v. 144. sat. 8. Santonico cucullo, id est, birro Gallico, nam apud Santonas oppidum Gallie conficiuntur. Et ipse Juvenalis:

Quo, si nocturnus adulter  
Tempora Santonico velas adoperta cucullo?

Pseudocoronatus, seu quilibet alius A. Persii interpres, ad v. 68. sat. 1. Scis birrum attritum comiti condonare. Dixit enim Persius:

Scis comitem horridulum trita donare lacerna.

Sequitur deinde de lacerna: Lacerna, pallium fimbriatum, quo olim soli milites velabantur, penula, pallium cum fimbriis longis. Quod ex eo Isidorus desumpsit lib. 19. c. 24. qui totidem verbis id ipsum expressit, addiditque: Unde & in distinguenda castrensibus urbanaque turba, hos togatos, illos vero lacernatos vocabant.

P. Ovid. lib. 2. Fastor.

Mittenda est domino, jamjam proproprate puella,  
Quamprius nostram supra facta lacerna manu.

Superinduebantur togis lacernae. C. Sueton. in Augusto c. 40. in fine. Negotium adhibens dedit, ne quem posthac paterentur in foro circove, nisi pestis lacernis togatum consistere. Juvenal. sat. 9. v. 29. Monumenta toga lacernas vocat, & Scholiastes, pingues, ni ostendat grassas, ac per hoc pluviales, que

muniant à pluvia, non qua ornent. Martial. lib. 14. epigr. 137. & viris doctis notatum:

Amphitheatralis nos commendamur ad usus,  
Cum tegit algentes nostra lacerna togas.

Præcipuus itaque earum usus in spectaculis amphitheatralibus. Q. Florens Septimius Tertullianus. Apologet. cap. 6. N. deo theatra, nec singula satis esse, nec nuda, nam ne vel hieme voluptas impudica frigeret, primi Lacedaemonii penulam Indis excogitaverunt. Ita eleganter Jacobus Pamelius restituit, cum antea legeretur, penulam nudis excogitaverunt. Recte quidem, nam penula Tertulliano idem ac lacerna, Beatus Rhenanus. Suetonio in Claudio n. 6. licet sciam initium ritus à viatoribus venisse, ut à pluvia facilius defenderentur. C. Plin. l. 19. c. 25.

Nubilo occasus pluviosum hiemem denuntiat, statimque augent lacernarum pretia. Certe facile erat eas exuere. Castritius Rhetor ad senatores quosdam discipulos suos, quos festo die tunicis & lacernis indutos viderat, Maluissent, inquit, vos togatos videre. A. Gell. lib. 13. cap. 5. M. Tull. 2. Philipp. Cum gallicis & lacerna cucurrisset. Apud eundem eod. libr. cap. 20.

Idem Martial. lib. 4. epigr. 2.

Speclabat modo solus inter omnes  
Nigris manus Horatius lacernis.

Cum plebs, & minor ordo, maximusque  
Sancto cum duce candidus sederet,  
Toto nix cecidit repente celo,  
Albis speclat Horatius lacernis.

C. Lucilius lib. 3. Satyr. citante Flavio Sospitro Charliio l. 2. & Nonio Marcello cap. 3. num. 94.

Romanis ludis forus olim ornatus lacernis.

Pessime in codicibus vulgatis:

Romanis ludis forus olim ornatus lacernis.

Nisi forte de igne Imperatoribus przlato intelligi placeret, quem constat in lacernis gestari solitum: quippe ut in privatorum domibus lychni, vel lychnuchi, ita in Circo aut amphitheatro lucernæ; de lychnis supra hoc opere aliquoties; adde Magni Felicis Ennodii locum e libr. 2. epist. 7. Nos ad scholam gymnasis sequestrati, arenis ingenii gustis, quadam Oceani sinuata provocamus, quasi lychnis contrafolis radios pugnaturi. Antè editionem Jacobi Simondi, vitiose legebatur: quasi lignis contrafolis radios pugnaturi. Apologia pro Synodo:



tes quibus vestimenta connectebantur, & Ulpianus l. c. l. 25. ff. de auro & arg. leg. non tam in vestibus, quam ornatu eas ponit. Caligis imponebantur. Vet. Scholiast. Juvenal. ad v. 73. sat. 6. Nam omnes pueri vocales fibulas in naturis habent, ne coeant. Et ad v. 379. ejusdem satyræ, fibulam dicit circellos, quos tragædi, sive comædi in pene habent, ut coitus non faciant, ne vocem perdant. Philostratus Lemnius in Imaginibus Cupidinem puerum delicatum depingit, & ob id fibulatum. Martial. lib. 7. epigr. 81.

Penem tam grandis fibula vestit.

Lib. 14. epigr. 215.

Comædis & citharædis

Fibula quid præstat?

Aut etiam in chlamydbus & penulis. Extat Constitutio Leonis Augusti: Fibulis in chlamydbus his quoque utantur (privati) (quæ solo auro & arte pretiosæ sunt. Nec civium tantum in urbe agenticum fibula gestantur, sed & militum. Fl. Vopisc. in Aureliano Aug. Concessit militibus fibularum aurearum usum. Præsertim tamen fœminarum mundo adnumerabantur, & puto illud iis fuisse principium. C. Plin. l. 33. c. 1. Fabricam etiam ædæm fibulas, & alia multisbris cultus, sicut in aures in principio factitavisse, sine mentione annulorum. Materia iis aurum argentumve vel qualibet alia metalla inaurata, aut bracteis obducta. Trebell. Pollio in Claudio. Valerianus princeps Zosimo Syria procuratori præcepit, ut Claudio extra dona daret fibulas argenteas inauratas duas, & fibulam auream. Plin. libro proxime laudato cap. 3. Sed in militia quoque in tantum adolevit hæc luxuria, ut M. Bruti in Philippicis campis epistola reperiantur frementes, fibulas tribunitias ex auro geri. In virtutis hæc præmium, & benefactorum gloriam tribuebantur, vel tribunis, ut ex his epistola Bruti verbis colligere facile est, vel puerulis, quos ad virtutem erigere & incitare volebant. T. Livius l. Dec. lib. 7. Puerum annulo auro, tunica latilavata, Hispano sugulo, & aurea fibula ornatum donat. Poëtæ meminere Latini.

Corippus lib. 2. num. 4.

Aurea iuncturas morsu præfringit adunco

Fibula, & auratis gemme nitere catenis.

P. Ovidius lib. 8. Metamorphos.

Rafilis huic summam mordebant fibula vestem.

Virgil. lib. 4. Æneid. de Didone venatum profectura:

Aurea purpuream subnectis fibula vestem.

Et lib. 5. Æneid. de donis & ornatu in agone illo funebri ceitantium: ut appareat & gemmis ornari consuevisse.

Lato quem circumplectitur auro

Balthus, & tereti subnectis fibula gemma.

Et lib. 7. Æneid. in fine de Camilla:

Ut fibula crimem

Auro internectat.

Stat. lib. 6. Thebaid.

Emicat, & torto chlamydem diffibulat auro

Et lib. 7. Thebaid. cultissime:

Carbaseique sinus, & fibula rafilis auro

Tenarian sulca mordebant faspide vestem.

Et poëtæ Græci. Nilus Scholasticus, lib. 4. Antholog. cap.

12. epigram. 111. ad Dianam venaricem:

Πόπη τις χρυσαία τετυμένη, ἢ δὲ πρὸς ἀκρὴν

Ἰγνίου φοιγίξ πέπλος ἐπισσόμενος.

Et fibula auro facta, & ad summum

Poplitem ipseber peplos tractus.

Homenus in Hymno Venæcis primo, v. 164. si modo id opus ipsius censendum est:

Κόσμοι μὲν οἱ πρῶτον ἀπὸ χρυσοῦ εἰς ρασιδὸν,

Πόπτας τῆ, γραμπίλας θ' ἑλικας, καλυκὸς τῆ καὶ ὄμμα.

Ornamentum quidem illi primum à corpore abstulit lucidum,

Fibulasque, flexibiles, helicasque, calycasque & monilia.

Idem Iliad. 18. v. 401.

Τῆσι παρ' εἰδάντης χαλκίνοι δαδάλια πολλὰ

Πόπτας τῆ, γραμπίλας θ' ἑλικας.

Apud istas per novennium fabricata artificiosa multa,

Fibulasque, flexibilesque helicas.

Delicatoses invalenscente luxuria, byssinis vestiebantur, &

præsertim fœminæ. M. Varro apud Nonium cap. 14. num. 6. Aliam cerneret cum sola holoserica. Quas ille holosericas vocat, id est, penitus sericas, alii bombycinas, aut olubericas, ut Adrian. Turneb. lib. 1. Adversar. cap. 13. alii denique olubericas, inter quos Cujacius; sed parum inter est. Nam in V. sapissime B. solebant commutare. Et sic controversam videbis epigraphæ tituli 9. lib. 11. Codicis Justiniani. Communior tamen receptorque lectio sic concipitur: De vestibus holoseris, & auratis, & de distinctione sacri muris. Aliter alii legunt. Vide Andream Alciatum, Camque immodicus & fidem excedens circa vestitum hunc nasceretur luxus, & viri fœminis similes molliori cultu viderentur. Theodosii Aug. constitutio furorem his verbis coercuit: Temperent universi, cuiusmodi sunt sexus, dignitatis, artis, professionis & generis, ab huiusmodi speciei possessione, quæ soli principi, eiusque domni dedicatur, nec pallia quis tunicasque domi sericas contextat aut faciat, quæ tincta conchylio, nullius alterius permissione contexta sint, proferantur ex adibus, tradanturque tunica aut pallia ex omni parte texturæ & colore infecta conchylii, nulla stamina subtexantur tincta conchylio, ne eisdem infectionis argeto peliine solidanda fila decurrant, reddenda arario holovera vestimenta virilia protinus efferantur, nec est, ut quisquam de abjurato pretio conqueratur, quia sufficit calcata legis impunitas. Quæ habentur l. 4. Cod. loco proxime supra laudato. Lucas Penna imitatum Imperatorem versum Virgilii lib. 1. Georgic. docet:

Argento conyux percurrit peliine telas. Quod autem de pretio sequitur, ad historiam pertinet. Nam ideo usum huiusmodi vestimenti negavit Aurelianus Cæsar uxori suæ, ne immodico, & nihil profuturo sumptu patrimonium attenuaret suum. Verba Flavii Vopisci in vita ipsius apponam. Aurelianum vestem holosericam neque ipsium habuisse in vestimento suo, neque alteri utendam dedisse, & cum ab eo uxor sua peteret, ut unico pallio blateo serico uteretur, illum respondisse, absit ut auro fila pensentur. Zonaras certe Tomo Annal. 3. Pægas vocat istiusmodi vestes, ut & Balsamo Canone 12. Concilii Gangrensis. Usus viris ademit, & ut rem probolam iudicavit Tacitus Aug. Fl. Vopisc. in eo. Et Gordianus id lege lata interdixit. Julius Capitolinus in vita ipsius eleganter, ut omnia alia. C. Tacitus l. 2. Annal. dixit, decreto cautum à Q. Hatterio viro consulari, sub Tiberio principe, ne vitas vestis faderet. Sed id antea ab Augusto ipso interdictum fuerat. Joan. Xiphilin. in Traiano: neque quicquam turpius homini ingenio iudicatum. Unde inter exprobrationes, D. Hieronym. lib. 2. adversus Iovinianum: Nunc lincis & sericis vestibus, & Archatum, ac Laodiceæ indumentis incedis. Cultissime Claudian. lib. 2. in Eutropium:

Vestis odorata studium, lans maxima risum  
Per varios movisse sales, minimeque viriles  
Munditia, comæti vultus onerique vel ipsa  
Serica.

Neque florente tantum republica id vitium à principibus, quos enumeravi, sed & translatò Byzantium imperio; extat Constitutio Joannis Ducæ l. 1. Jur. Orient. tit. de vestitu, in hæc verba: Ne quis subditorum utatur vestibus Assyriis, Babilonicis, Italicis, variisque artificii confectis, sericis, nisi is, qui scitis esset, cum omni familia in ordinem cogi, ac notari ignominia vellet, utque his contenti sint, cautum, quas Romanæ, scilicet Constantinopolitane provincie, & manus præberent. Neque minus hoc contagium repressum, ne latius serperet, legibus aliorum populorum. Antiquissima sane Scotorum lex erat, ne peregrinis vestimentis uterentur, neve alia haberent etiam proceres gestamina, quam quæ parabilia essent, & è lana patria conficerentur: Indignum quippe iis visum est in ea degere regione, quæ ne ad vestitum quidem necessaria subministrare posset; quocirca illud & quando cautum disces, lector, ex erudito & iniqui opere de legibus Scoticis Joannis Skinali, amicissimi mihi consanguinei, & in supremo Scotiae senatu actuarii ac lenatoris: cuius frugalitatis vestigia etiam mea memoria abhinc viginti plus minus annis supererat. Idem pari sollicitudine institutum apud Gallos, imperante Carolo IX. anno dominicæ incarnationis 1565. Pet. Gregorius Syntagmat. Jur. univ. l. 9. c. 19. in

Germaniis id ipsum edito Caroli V. praecatum comitis Augustae Vindelcorum habitis, Anno reparatae salutis 1548. ut clarum est ex Politica ejusdem principis constitutione, patria lingua edita, & in Latinum vel à Justo Goblero, Art. 9. 10. 11. longum foret, si gentium in hac reprimenda luxuria conferunt demonstrare ulterius cuperem, factis praestitero, si à barbaris primum usum ad Romanos promanasse, incredibilibus disciplinae civicae jactura affirmavero, auctore Dion Coccecano lib. 43. 2. deinde Julius Pollux lib. 7. cap. 17. Indis & Aegyptiis inventionem primam assignat Procopius lib. 1. belli Persici. Clemens Alexandrinus Praeaegeg. lib. 2. cap. 10. duratque is luxus non apud cultiorestantum populos, aut in Europa, sed & aliis, Calachutenibus scilicet, Aloisius Cadamustus Navigationis suae cap. 58. cujus verba, Archangelo Madrigano ineipite haec sunt: *Veste utuntur, cotonina, quoniam eo panno abundant plurimum, utuntur & panis sericis, & inprimis illis sericis, at alii aliis utuntur vestibus; prout patitur illorum coevis & opulentia, at nobilitatem virorum mulierumque, etiam supra culturam carnes velant telis subtilioribus, egregie vero semina ad pubem laetam corpora tegunt.* Et de Nigritis in Navigatione sua Christophorus Columbus cap. 110 Sic enim ille eodem Archangelo interprete: *Bombyce si atet regio, quippe quae suapte natura gignitur, colente nemine, eo subligaculo accipiunt, quibus oculumt inguina.*

Sunt qui sericam vestem cum bombycina confundunt, sequenti Isidorum lib. 19. c. 27. & Hieronymum Cardanum l. 9. de subtilitate, sed quam apposite, viderint, cum distinguant Jurisconsulti. Ulpian. l. 23. ff. de auro. arg. leg. *Vestis an vestimenta legentur, nihil refert, vestimentorum sunt omnia lineae, laeaeque, vel serica, vel bombycina, quae induendi, praecingendi, amictuendi, subserviendi, injiciendi, incubandi ve causa parata sunt.* Concors Ulpiano Paulus l. C. lib. 3. Receptar. sententiar. tit. 6. vel, ut alii numerant, tit. 7. *Veste legata ea cedunt, quae ex linalinoque texta sunt, item serica & bombycina, quae tamen induendi, operiendi, tingendi, sternendi, injiciendi que causa parata sunt, pelles quoque tanctoria continentur.* Placitissimis bombycina ex verme, serica ex foliis tenuibus depecti, ut duo magna Galliarum lumina, Andreas Tiraquellus in legibus suis Connubialibus, & Barnabas Brisonius in Lexico suo observarunt. Et vestem quidem sericam, ut appellat Ulpianus l. 37. ff. de Evictionibus, e ramis arborum fieri docuerunt unanimi consensu historici. Ammian. lib. 23. cap. 11. *Caeli apud Seres jucunda temperies, salubrisque aeris facies miranda, leviumque ventorum commodissimus status, & abinde silva sublimis, à quibus arborum setas, aquarum asperginitus crebris, velut quaedam vellera mollientes, ex lanugine & liqnoze mixtam subtilitatem tenerim. ampeccunt.* Gervas. Tillebertiensis Orior. Imperial. lib. 2. cap. 11. C. Jul. Solin. Polyhist. cap. 53. *Aquarum aspergine innudatis frontibus vellera arborum admiculo depeccunt, liquoris & lanuginis teneram subtilitatem humore donant ad obsequium. Hoc est illud sericum, in usum publicum damno severitatis admittim, & quo ostentare potius corpora, quam vestire, primo feminis, nunc etiam viris persuasit luxuria libido.* Poetae Virgil. libro primo Georg. & Servius ibidem loci: *Vellera quae foliis depeccunt tenuia Seres.*

Sil. Italic. lib. 6. Puniceo. sub initium: *Primumque novo Phaetonte vetasti Seres lanigeris repetebant vellera lacis.*

Et lib. 17. ejusdem operis: *Videre Eoi monstrum admirabile Seres, Lanigeros cinere Ansonio canescere lutos.*

L. Seneca Thyeste act. 2. in choro: *Et quocunque loco jacens Seres vellere nobiles.*

Et in Hippolyto act. 2. sc. 1. *Removete, famule, purpura atque auro illitas Vestes, procul sit maris Tyrri rubor. Quae sila ramis ultimi Seres leguas.*

Idemque rursus in Hercule Octavo: *Quae Phaebeis subditis Enris Legit Eois Ser arboribus.*

Claudian. paneg. de consulari Olybrii & Probinii:

*Jam parat auratas trabecae, curvaeque vitantes Stamine, quod molli tendent de stipite Seres, Fronde lanigera carpentes vellera silva.*

Et de 3. Hon. consul. in fine:

*Indus ebur, ramos Panchia, vellera Seres.*

Fest. Avien. in orbis terrae descriptione:

*Et rigor in nervis venit obrutus, inde cruenti Sunt Thochari, Erurique truces, & inhospita Seres*

*Arva habitant, gregibus permixti oviumque boumque Vellera per silvas Seres nemoralia carpunt.*

Sidon. Apollinar. caim. 5. v. 40.

*Tum quaque suos provincia fructus*

*Expesit, fert Indus ebur, Chaldeus amomum,*

*Affrins gemmas, Ser vellera, thura Sabaeus.*

D. Auf. n. epigr. 25.

*Hos ille Serum veste contexi jubet.*

De verme vero, cujus sive natura, sive industria byssus aut bombycina vestes comparat. D. Basilus Magnus Hexamer. homilia 8. citatus Brissonio, quem locum Lacina civitate donavit D. Ambrosius ejusdem epig aphes operis l. 5. c. 23. *Et quia de volatilibus di. imus, non putamus alienum ex compl. li, quae de verme Indio tradit historia, vel cornu relatio, qui videre potuerunt: fertur hic corriget vermibus converti primum in speciem caulis, atque in eam mutari naturam, inde processu quodam fieri bombyctis, & nec eam formam signis inque custodit, sed laxis & latioribus foliis videtur penas assumere, ex his mollia illa Seres depeccunt vellera, (Virgili supra laudati imitatio manifesta) quae ad usus sibi proprios divites vindicant: quinam hi divites? principes, ut puto, ipsi, constitutione Constantini paulo ante alia. Claudianus Hoorori principis apparatus describens, panegyrico de 4. ejus consulatu:*

*Tribuere colorem*

*Phoenices, Seres subtegmina, pondus Hydaspes.*

Nec omiserim quod in rebus Frederici prodidit Otto Frisingensis lib. 1. cap. 33. *Rogerus Siculus Corintho, Thebis, Athenis expugnatis, opifices, qui sericos pannos texere solebant, ob imperatoris ignominiam captivos deduxit: quos in Palermo Siciliae metropoli collocans, artem illam texendi edocere suos praecipit.*

Vermem hunc inter naturae miranda enumetari jure posse existimo, nec quicquam in rebus creatis, quod relictur actionem magis conficim. Adia ad Simonem Majolum in Diebus Canicularibus; & Plinium lib. 11. cap. 23. Q. Tertullian. lib. de Pallio cap. 3. *Prorsus haud latet bombycem, (vermiculi genus est) quae per aerem aliquando arancorum more scopis idoneus se distendit, dehinc devorat, mox aquae reddere, proinde si accaveris, animata jam stamine alio. Tantam igitur paraturam materiarum ingenia quoque vestifiscina profecuta, primum tegendo homini, quae necessitas praecessit, dehinc ornando, imo & inflando, qua ambitio successit, varias adinventorum formas promulgare. Quem locum Gagnaus aliter, atque Turnebus frustra legi voluerunt. Isidor. lib. 19. c. 22. *Bombycina vestis à bombyce vermiculo, qui longissima ex se sila generat, quorum textura bombycium di. itur, consultiusque in insula Coo. Verus Scholiastes Juvenalis ad v. 260. sat. 6. pannum bombycium interpretatur sericum.**

Ipse Juvenalis:

*Haec sunt quae tenui sudant in Cyclade, quarum*

*Deli.ias, & panniculus bombycinus ornat.*

Sext. Propert. lib. 2. eleg. 3.

*Nec si qua Arabio luct bombyce puella.*

M. Martial. lib. 8. epigr. 33.

*Tam leve nec bombyce penandus urget opus.*

Ejusdem libri epigr. 68.

*Famineum luct sic per bombycina corpus.*

Et lib. 11. epigr. 50.

*Nec furtiva lucti fieri bombycina possunt.*

Erat purpura genus, quam blateam appellat Imperator, l. 1. c. quae res vendi non possit. Aurel. Cassiodor. lib. 1. epist. 2. *Cum blata, quam nostro cubiculo dare singularis annis consequivisti, venire festina. Glossa Diaconi; Blata, genus purpureum vermibus. A. Lamprid. in Heliog. paraverat igitur fures, blata, & serico, & cocco intortos. Simile in portentosi Neronis rebus refert Euro-*

plua.

pius Breviarii sui lib. 7. *Instituta luxuria sumptuumque, ut qui exemplo Caji Caligulae, calidis & frigidis se lavaret unguentis, vestibus aureis piscaretur, quae blatteis fumibus extraheret.* In MS. meo codice discrete scribitur *blattinis*. Sed parum interest, quod tamen observatione dignum censuit Elias Vinetus. *Pallium blattoserium* dixit Fl. Vopiscus in Aureliano: & *blatteam tunicam*, Gregorius Thonensis lib. 1. histor. cap. 33. & *blatta serica* l. ult. Cod. Theodos. de miltleg. Honorius & Arcadius Augg. l. 10. C. Justiniano de miltleg. & *gynciatur*. *Lotas* imperferum serico blatta, & *metaxa* hujusmodi species inferri precipimus, viginti librarum auri condemnatione proposita illis, qui sericum canonem trahunt. Antonius Contius putavit legendum *sericobapta*: & non *metaxa*, sed *metexa*. Alii rectius judicant. Frustra, cum Zonaras Annal. rom. 3. *ματάξης* nomen usurpet, & Mosechopolus Cujacio citans, & C. Lucilius apud Festum. Est certe *metaxa* non quodenuque sericum, sed inde tantum, nec adhuc in fila sua deductum, ut & blatta eadem illa *metaxa*, sed purpureo colore tincta. L. 1. Cod. *qua res ven. non poss.* *Purpura*, quae blatta, vel oxyblatta, vel *anthina* dicitur. Hinc *blattiarii*, qui sericas tingunt vestes. l. 2. C. Theodos. de excus. artific. & *blattifer*, qui sericis vestibus purpura tinctis indunt. Sidon. Apollinar. lib. 9. epist. ult.

*Blattifer vel quam tribus senatus.*

Idem lib. eodem epist. 13.

*Rutilum toveunia bysso,*

*Rutilaque ferre blattas.*

Et catm. 5. v. 48.

*Attis mel, Phœnix palmas, Lacedæmon olivum,*

*Pontus castorea, blattam Tyrus, æra Corinthus.*

Erant & pellucide vestes in maximo precio perditis jam moribus, in quas doctissime an amari invehatur Seneca, vix quas judicare. Aliqua adscribam loca. Lib. 7. de Benefic. cap. 9. *Video sericas vestes, si vestes vocande sunt, in quibus nihil est, quo desendi, aut corpus, aut denique pudor possit, quibus sumptis mulier parum liquido nudam se non esse jurabit. Hac ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur, ut matrona nostræ ne a adulteris quidem plus sui in cubi.ulo, quam in publico ostendant.* Idem epist. 90. *Quid si contigisset illi videre nostri temporis telas, quibus vestis nihil celatura conspiceret, in qua non dico nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est.* In consolat. ad Helviam: *Nunquam tibi placuit vestis, quæ nihil amplius, quam nudam componeret.* Mira est librorum dissentientium varietas. In quibusdam: *Vestis, quæ amplius nudaret, quam componeret.* In aliis: *Vestis quæ nihil aliud, quam ut nudaret, componeretur.* In aliis: *Vestis quæ nihil aliud nudaret, quam componeretur.* Sed certissima, meo iudicio, lectio est: *Vestis, quæ nihil aliud nudaret, cum poneretur, hoc est, quæ induta oculus corporis partes revelaret, aut detegeret.* Dio Coccejan. Histor. lib. 46. *Λατρά χλαυδία, tenues lanae.* Non multum ab similia Seneca Rhetor. lib. 2. Controv. 7. *Ut adultera tenui veste conspicua sit.* Et lib. 4. Controv. 7. *Non loricam clypeumve sumpsit, sed tenuem ac pellucidam vestem.* Aloys. Cadamustus, Martialis, D. Hieronymus, Ammianus Marcellinus, C. Solinus supra citati videntur. Sed multa egregia P. Faber Saniorianus lib. 1. Semestr. cap. 6. M. Tull. lib. 2. de Divinat. *Deos enim ipsos jostandi causa induxit in Epicurum pellucidus ac perstabiles D. Hieronym. iterum lib. in Helvidium: Ingredivitur expositæ libidinis vitium, & tenuitate vestium nudæ impudicis oculis ingeruntur.* Clemens Alexandrin. lib. 2. Pædagog. cap. 3. *Χλαυρί & διαφανισι περιεταμεινός, καὶ μασιχὴν τρωγόντες, καὶ ὄζοντες γούρ.* Subtilibus autem & tenuibus vestibus induti *μασιχὴν rodentes, & unguentum olentes.* Quod in effeminati animi argumento ponebant. Poëta. Aurel. Prudentius Hamartig.

*Fluitantes sumere amillius*

*Gaudet.*

M. Lucan. lib. 1. Pharfal.

*Cultusque decoros*

*Vix nris vobis rapere mares.*

Q. Horat. lib. 1. satyr. 2.

*Alterâ nil obstat, Cois tibi pane videre est*

*Ut nudam.*

Verus Scholiastes Juvenalis ad satyr. 2. v. 66. *Multicia, vestes mali intextas subflamiae, quibus solent uti puella.* Ipse Saryticus ibidem loci:

*Quaro, an deceant multicia testem?*

*Acer, & indomitus, libertatisque magister*

*Cretice perlucet!*

Cultissime Lucan. lib. 10. v. 140. de Cleopatra immodico & luxurioso apparatu, ut appareat non solum Romanis eas vestes in usu, sed & aliis gentibus fuisse:

*Candida Sidonia perlucet pectora filo,*

*Quod Nilotis acus compressum peltine Serum*

*Solvit, & extenso laxavit flumina velo.*

Pellucidas istiusmodi vestes *rhallas* appellatur, sed melius ali *rallas à raritate* dixerunt. Nonius Marcell. 14. num. 14. M. Acc. Plant. Epidico act. 2. sc. 2.

*Tunicam rallam, tunicam spissam.*

Ralla igitur tunica est pellucida, ipissa est densioris materiz, quæ totum corpus obtegeret, & à frigoris injuria meretur. Gravem suspicor vocari a Trebellio Pollione in Triginta tyrannis in Cælo: *Discumbere milites jussit, hieme cum sagis gravibus, æstate pellucidis: spissam luscipantur nonnulli eandem esse.* L. Seneca lib. 1. de Benefic. cap. 3. & *crassam* Fabio Quintiliano lib. 12. cap. 10. *Crassa toga sit, non serica, intonsum caput.* Est etiam vestis vitrea, quam cum pellucida aut tenui confundunt. Non. cap. 6. num. 4. *Vitream pertene & perlucidam quicquid est, veterum auctoritate di. i potest.* M. Varro in Modio apud eundem cap. 14. in linine: *Quam istorum quorundam vitrea toga essentant tunica clavos.*

P. Virgil. lib. 4. Georgic.

*At mater fontium thalamo sub fluminis alti*

*Sensit, eam circum Milesia vellera nymphæ*

*Carpebant, hyali saturo fucata colore.*

Hyali autem color vitreus est, ut vocis etymologia satis indicat, itque Italici *giallo*, aut ut aliis visum est, *gialdo* appellatur. Nicolaus Erythraus in libris de origine linguæ venæculæ, & in libro de coloribus. Claudian. de Consul. Olybrii & Probi:

*Percurrrens vitreas sub gurgite telas.*

Inde *Circe vitrea* censetur nuncupata, quod meretricio ornateur indumento, vel quod matris esset accola. Adrian. Tarneb. lib. 8. cap. 15. Horat. lib. 1. od. 17.

*Dices laborantes in uno*

*Penelopen vitreamque Circen.*

Denique ex Iudoro, superius citato, docuimus Coas vestes eadem esse cum tenuibus aut translucenibus, confirmaturque auctoritate C. Solini Polyhist. cap. 13. ex M. Varrone. *Salamis, Sardinia, Coa, Cœa subillioris vestis amictus, arte lanificæ scientiæ prima in ornatum feminarum dedit.* Eademque C. Plinius lib. 11. cap. 22. *Rursumque texere invenit in Cœo mulier Pamphila Latoi filia.* In MS. in Co legitur, & certe favet Aristoteles lib. 5. histor. Animal. qui in Κῶ Παμφίλη πηλοῦ Λατοῦ θυγατέρα. Eadem certe verba usurpant Latini scriptores, nisi quod pro Co reposuerunt Cœo. Joan. Brodaus lib. 2. Miscellaneor. cap. 22. eademque reperitur diveritas in poëtis, Sexto Propertio lib. 1. eleg. 2.

*Quid juvat ornato procedere, vita, capillo,*

*Aut tenues Coa veste movere sinus?*

In aliis editionibus:

*Aut tenues Coa veste movere sinus.*

Idem lib. 4. eleg. 2.

*Indæ me Cois, siam non dura puella.*

Ovid. lib. 3. de Arte Amandi:

*Stve erit in Cois, Coa decere puta.*

Alb. Tibull. lib. 2. eleg. 6.

*Illæ gerat vestes tenues, quas fœmina Coa*

*Texit, auratas disposuitque vias.*

Q. Horat. lib. 4. od. 13.

*Nec Coa referent jam tibi purpura*

*Nec clari lapides tempora.*

Reperio etiam & vestes herbidas à colore indubie sic appellatas. D. Cyprian. lib. de discipl. & hab. virg. *Neque enim Deus*

D d d 3

600

colicinas aut purpureas oves fecit, aut herbarum succis, id est, virides, seu carinas, & conchyliis tingere, & colorare lanas docuit. Q. Tertullian. lib. de habini muliebris ad finem: Non placet deo quod non ipse produxit, nisi si non potuit purpureas & carinas oves nasci jubere, si potuit, ergo jam noluit, quod deus noluit, utique non licet fingi. Ubi Rheanus: Gorziensis codex habet, arinas, nec refert, utrumque Græcis verum significat, quod tu hic pro viridi interpretare. Ambo vocabula conjuncta habes in lepidissimo epigrammate de lusciniâ, quæ cicadam corripuerat, quod incerto auctore legitur in Anthologia lib. 1. cap. 60. epigr. 12.

Τὸν λαδὸν ἢ χαλκίον, τὸν ὄσπρον ἢ πικρίον,

Τὸν ξύρον ἢ ξύρα, ἄριον ἢ ἡρίον.

Vocalem vocalis, alatum alata,

Hospitem hospes, vernam vernam.

Hoc pariter sensu intelligendum puto illud Titi Lucretii lib. 4.

Teriturque Thalassina vestis

Affidue, & Veneris sudorem exercita potat.

Erunt ego carinae oves, aut arina viridis coloris lanæ, è quibus verno tempore convenientissimæ vestes fiebant, ut in Anglia etiamnum hodie videmus; nam ubi hiems frīgora sua remittit, & laxiori facie terra aperitur, Rex, totusque procerum ordo, aulicorumque officiorum turba, venatum proficiscitur concolor anni tempestatis, neque minus, quam salus ipsi, aut campi, virefcit aula. Ejus ritus vestigia non pauca in antiquitate. L. Apulejus lib. 11. Metamorphos. Namque in ipso ædis sacra medullis, ante dea simulachrum constitutum tribunal ligneum, iussus superstiti, byssina quidem, sed floride depicta veste conspicuus. Martian. Capella de Nupt. Mercurii & Philologiae lib. 1. Calceos autem smaragdineæ sinitu viriditati herbosos vestigiis ejus cellas annexit. Et eodem libro aliquot paginis interjectis; Ejus conjux grandæva, corpulentaque mater, quamvis sæcunda, circumfusaque partibus, tamen floridam discoloremque vestem herbida palla contexerat, in qua totus gemmarum metallorumque census, atque omnium proventus, frugesque stationum, larga admodum ubertate ferebantur. Vestes istas Græci in consuetudine fuisse, testatur abunde constitutio Syracusanorum, quæ floridas vestes penitus prohibebat. Phylarchus lib. 24. historiarum: neque minus ex lege Atheniensium, qua scorta jubebantur, Ἄρθνα πορεύει, vestes flores ferre, ut ex Suida clanum in voce ἰταρῶν. Atque hic vestitus non caruit suspitione mollitiei. Nam eo indutus est Liber Pater, ut extat apud Diodorum Siculum lib. 5. Bibliothec. Quod tamen non semper invaluisse cer-

tum esse conjicio, tum quod Timæus apud Athenæum Reg. Perseum sic induos dicat, & confirmat Eustathius ad Homeri lib. 16. & Strabo lib. 15. Geograph. tum etiam quod floridam hanc vestem eandem esse cum tunica picta Romano nonnulli crederent. Dionysius Halicarnast. apud Hadrianum Junium lib. 1. Animadvers. cap. 13. Artemidor. Daldian. lib. 2. Oneirocrit. cap. 3. Ποικίλα καὶ ἀθηναῖα ἱερῆς, Variiegata vestis & picta. Et pane sic fluvii ornabantur. D. Aulon. Eidyll. 3. sive Mosella v. 270.

Carinos unne, Rhene, sinus, hyaloque virentem Pande pepulum.

Et delicatiores Romæ plerumque eo indumento velabantur. Papin. lib. 2. filv. 1. v. 128.

Cum tibi, quas vestes? qua non gestamina mitis

Esstinabat herus? brevidus constringere lanis

Pectora, & angusta telas arctare lacina:

Enormis non ille sinus, sed semper ad annos

Texta legens, modo Punicæ velabat amictu

Nunc herbas imitante sinu, nunc dulce rubenti

Murice, nunc viridis digitos accendere gemmis

Gandebat.

M. Martial. lib. 5. epigr. 24.

Herbarum fueras indutus, Basse, colores,

Jura theatralis dum stueret loci.

Claudian. de Consul. Olybrii & Probrini ad finem:

Prima tibi procedat hiems, non frigore torpens,

Non canas vestita nives, non aspera ventis,

Sed tepido calefacta Notæ, ver inde serenum

Protinus, & liquidè clementior aura Favoni

Præcis te croceis pingat, te messibus æstas

Induat, autumvisque madentibus imbuat uvæ.

Fœda labe ejusdem terribissimo carmini eximenda est lib. 2.

in Rustinum:

Illinc Armenia vibratis crinibus alæ

Fervida collectæ facili velamina modo.

Opera MS. codicis restituit Stephanus Claverius, optime,

meo quidem judicio:

Herbida collectæ facili velamina nodo.

Erycius antiquus poeta in Anthologia. lib. 4. cap. 12. epigr. 94.

Ἄλλὰ καταπύριος τὸν ἱερῶν ἄλλα φάλλον

Τὸν δὲ καὶ ἀθηναῖον κρέσει ὑπὸ χλαμύδι.

Sed mitiga lignum tumidum matronem

Hunc, & floridæ absconde sub chlamyde,

## CAPUT XXXII.

### De toga & ejus multiplici differentia.

**T**oga antiquitus propria Romanorum, pacis tempore, vestis, à tegendo corpore, ut Varro docet, appellata, amictus exterior fuit: de qua quid passim apud Scriptores veteres reperitur, hic exponemus. Primum autem de materia & forma ejus dicemus, post varia genera explicaturi. Ad materiam quod attinet, lanæ ea fuit, id quod Martialis multis locis ostendit, & Varro, cum scribit: Toga lanæ, quod de lana multa, duarum enim togarum instar. Forma semicirculari primum fuit, uti perspicue docent Dionysius Halicarnassæus, Quintilianus & Isidorus, quanquam alicubi quadratam fuisse Athenæus significare videtur, ubi sic scribit: Romani in Asia, ut vim Mithridatis effugerent, ad templa confugerunt, & quadratis vestimentis abjectis, pallia sumperunt. Id vero de togis intelligendum esse, quod iis abjectis pallia Romani sumperint, docet Cicero, qui ejusdem historiarum meminit oratione pro Posthumo. Sed potior est superiorum auctoritas, præsertim cum Dionysius expresse dicat, togas non fuisse amictum quadratum. Hæc enim sunt ipsius verba, de Tarquinio Prisco loquentis: Amictum ipsius fuisse togam pictam purpuream, qualia fuerint Lydorum, atque Persarum Regum gestamina, nisi quod non quadrata, ut illa, sed figura semicirculi. Hoc genus Romani togam, Græci τὸ γυναικῶδες appellat, &c. Hætenus ille. Tunica porro superinjectam testimonio præter alios est Agellius, cum scribit, antiquitus sine tunicis, sola toga amictus fuisse: & Asconius in Scurianam. Cato Prætor judicium, quia ætate agebatur, sine tunica exercuit, campestri sub toga cinctus. In forum quoque sic descenderat, jusque dicebat, idque repetierat ex vetere consuetudine, secundum quam & Romuli ætatis statum in Capitolio, & in Rostris Camilli fuerunt, togata sine tunicis. Adde etiam Plutarchum, qui scribit, Tiberium Grac-

Græcibus fugientem togam demississe, atque in tunica cecidisse. Apertam fuisse cognoscitur ex Valerio, de Nafica loquente lib. 3. Lævam manum apertæ togæ circumdedit: & ex eo, quod toga dicebantur amiciri, ipsaque *amicus* & *amiculum* vocabatur: unde idem lib. 2. Jussit eum toga lacinia abscissis amictum, discinctaque tunica indutum nudis pedibus adesse: & Agellius lib. 11. Obtenuta toga tanquam se amiciens. Aldus Manutius Pauli filius eam non apertam, sed à summo ad imum integram, nulla scissura, nullis manicis fuisse, & brachia si emittenda forent, rejecta in tergum imago expedita fuisse, probare contendit. Per annum tamen, *sumpta virili toga*, modestiæ causa, togam in humerum rejici non consuevisse, ibidem ex Cicerone monet, qui in oratione pro Cælio sic scribit: *Nobis quidem olim annus erat unus ad cobibendum brachium toga constitutus.*

Cingeretur, necne toga, de eo controversitur inter viros hujus ætatis doctissimos. Carolus Sigonius cingi eam consuevisse asseverat, & triplicem fuisse cincturam scribit, laxiorem, astrictiorem & cinctum Gabinum. Laxiorem ait fuisse, qua togæ lacinia traheretur, de qua Macrobius lib. 2. Cæsar ita toga præcingebatur, ut trahendo laciniam, velut mollis incederet, adeo ut Sulla tanquam providus dixerit Pompejo: *Cave tibi illum puerum male præcinctum.* Astrictiorem, qua sinus togæ in anteriore parte conficeretur, nec toga ad pedes devenire permetteretur, unde *alte præcincti*, pro expeditis, dicti sint. Quibus contrarium scribit Aldus Manutius, & locum Macrobii, quem Sigonius adduxit, de mendo suspectum ait, cum Suetonius eadem de re loquens, tunica, non toga male cinctum Cæsarem fuisse dicat. Verba Suetonii sunt: Cultu etiam notabilem ferunt. Usum enim lato clavo ad manus fimbriato, nec ut unquam aliter, quam ut super eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura: unde emanasse Sullæ dictum, Optimates sæpius admonentis, ut male præcinctum puerum caverent. Hæc Suetonius. Cujus auctoritatem, ut, qui de genere vestium, teste Servio, librum scripserit, Macrobio antefereendam esse, Manutius existimat, & discinctam togam, majorem habuisse dignitatem, ideoque nemini vitio datam fuisse, ex Quintiliano probat. Sinum autem togæ, cujus idem Suetonius de eadem Julii Cæsaris verba faciens, meminit, extremam partem togæ fuisse, nec alios sinus Veteres in usu habuisse: eos vero sinus, qui apud Quint. Tertull. Apulejum, Statium & alios leguntur, novum inventum posteriorum temporum fuisse, his verbis Quintiliani confirmat: Veteribus nulli sinus, posterioribus perquam breves, &c. Per veteres Ciceronis ætatem intelligens. De novis autem posteriorum temporum sinibus scribit Manutius, eos non attextos, sed assutos, vel appensos in toga fuisse: quorum alter superior à dextro latere ad sinistrum humerum, tanquam balteus oblique duci, alter inferior ab umbilico demitti, sic, ne infra imam togam deflueret: ab Oratore autem in dextrum humerum; quemadmodum ille superior in sinistrum, rejici consuevisse, quod Quintiliani verba declarant. Hæc fere Aldus Manutius. Quin etiam sinus togæ gremium fuit; unde illud Livii de Fabio Legato in Senatu Carthaginis: *Sinu ex toga facto.* Sinu effuso: quod dixit Florus: *Excusso togæ gremio.*

De Cinctu Gabino sic Isidorus: Cinctus Gabinus dicitur, cum ita imponitur toga, ut togæ lacinia quæ post rejicitur, attrahatur ad pectus, ita, ut ex utroque latere pendeat, ut sacerdotes pingebantur. Item Servius exponens versus illum Virgillii:

*Ipse Quirinali trabea, cinctuque Gabino,  
Insignis referat fridentia limina Consul.*

Inquit: Gabinus cinctus est: toga sic in tergum rejecta, ut una ejus lacinia, à tergo revocata hominem cingat. Hoc autem vestimenti genere utebatur Consul bella indicturus, ideo, quia cum Gabii Campaniæ civitatis sacris operaretur, bellum subito venit, tum cives accincti togis suis ab agris ad bella profecti sunt, & adepti victoriam, unde hic est ortus mos.

Togæ mensura non eadem omnibus, sed, ut inquit vetus Horatii interpretes Porphyrio, pro opibus varia fuit. Quibus enim domestica res angustiior, iis togæ parvæ: quibus ampla, majores. Hinc illud Horatii epistola 19. lib. 1.

*Arcta decet comitem sanum toga.*

Et epistola 20.

*Exiguaque togæ simulet textore Catonem.*

Justa vero togæ mensura sex ulnarum fuit. Horatius epod. 4.

*Videsne sacram metiente te viam,*

*Cum bis ter ulnarum toga. &c.*

Quo loco subjungit Porphyrio, hanc esse justam togæ mensuram, intelligendum. Nec discrepant Quintiliani verba: Pars, inquit, togæ prior mediis cruribus terminatur, posterior eadem proportione. Longiorem tamen stante Republica togam fuisse video, ad calceos videlicet. De quo sic Quintilianus: Togam veteres ad calceos usque demittebant, ut Græci pallium, idque ut fiat, qui de gestu scripserunt, Plotius Nigidiusque præcipiunt. Et Cicero de toga prætexta Quintii Tribuni plebis loquens de Cluentiana: Facite, ut non solum mores ejus & arrogantiam, sed etiam vultum atque amictum, atque illam usque ad talos demissam purpuram recordemini. Idem ostendit vetus illa lex, quæ Romulo adscribitur: *Quisquis demissam ad talos togam in Urbe habeto*: de quo nos alibi dicimus. *Togæ componendæ*  
quæ

quæ cura fuerit, quod artificium, ut rugæ, tiliæ, tabulata, umbones fingerentur, indicat in libro de Pallio *Tertul.* De colore togæ dicemus tum, quum, quæ fuerit toga pura, explicabimus.

Ufus autem toga proprius Romanorum fuit, ut Græcorum *pallium*. Itaque *togati* pro Romanis dicti, ut *palliati* pro Græcis. Et *fabula togata* fuerunt, in quibus Romani inducebantur; ut *palliata*, in quibus Græci. Et *Galli* atque *Hispani*, teste Strabone, *togati* vocati; qui victum cultumque Romanorum adsciverunt. Quare *Suetonius*: Augustus, inquit, inter varia munuscula togas insuper, & *pallia* distribuit, lege proposita, ut Romani Græco, Græci Romano habitu uterentur. *Cicero* pro *Rabirio*, objectum dicit *Rabirio*, quod *Alexandriæ palliatus* fuisset. Et *Scipioni* objectum, inquit *Livius*, quod cum pallio crepidisque inambulasset in gymnasio. *Cicero* etiam objecit *Verris*, quod steterit *soleatus* prætor cum pallio purpureo, muliercula nixus in litore. Et in *Antonium* dixit de iudice Græco Romæ iudicante: *Judex modo palliatus, modo togatus*.

Eadem toga pacis fuit insigne, ut *sagum belli*, unde togati sagatis oppositi. Etenim in tumultu privati togas, magistratus prætextas ponebant, & *saga militaria* lumbabant, ut idem ostendit eodem loco. Quanquam etiam in castris usum togæ fuisse, ex multis *Livii* & *Plutarchi* locis apparet, ex quibus tamen *Aldus Manutius* colligit, non omnes milites, sed *centuriones* tantum, & equites: ac quidem in castrorum otio, non autem in acie, toga usos fuisse. Qua de re vide ipsum prolixè differentem lib. 2. de Quæstis per epistolam, epist. 1.

Honestiores *fæmina* toga non utebantur, sed ejus vice *stola*. Quæ tamen obscuri loci essent, item *ancilla* & mulieres impudicæ togam ferebant, unde apud Poëtâ sæpe *togata mulieres* matronis opponuntur, quippe eo nomine *meretrices* notabantur. Exulibus Romanis, quibus aqua & igni esset interdictum, uti toga non licuisse docet *Plin.* lib. epistol. 4. epist. 11.

Cæterum mutata Republica & Imperio labente, toga, quæ olim necessaria civibus erat, apud paucos, & non nisi honestiores, remansit. Vulgus, spreta ea, abiit ad *penulas*, *lacernas* aut *tunicas* solas: easque coloris pulli. Cæpit id statim sub Augusto, de quo *Suetonii* verba sunt cap. 40. Etiam habitum vestitumque pristinum reducere statuit, ac visa quondam pro concione pullatorum turba, indignabundus & clamitans: En, ait:

*Romanos rerum dominos, gentemque togatam.*

Negotium *adilibus* dedit, ne quem posthac paterentur in foro *Circove*, nisi positis *lacernis, togatum* consistere. Post Augustum, ut libertas, sic toga magis magisque exolevit. *Hadriani* quidem temporibus, vix in senatoribus & equitibus jus suum tenuit, adjuta Principis edicto, de quo *Spartianus* in *Hadriano*: *Senatores & equites Romanos* semper in publico togatos esse iussit, nisi si a cæna reverterentur. *Appianus*, qui eodem fere tempore vixit, memoriæ prodit, in solis propemodum senatoribus reliquum togæ usum tum fuisse, de quibus vide pluribus agentem *Justum Lipsium* libro primo *Electorum*, cap. 13. & *Aldum Manutium*, *Pauli F.* loco, quem supra indicavi. Atque his in universum de togæ cognitis, nunc de generibus ejus agamus. Fuerunt autem hæc: *prætexta, candida, pura, pulla, sordida, picta, purpurea, palmata*.

*Toga prætexta* dicitur à prætexendo, quia ei purpura, ut ait *Macrobius*, prætexta erat: hoc est, quia purpuram in ora habebat, unde etiam Græci scriptores *περιπόρφυρον* vocant, id est, circumquaque purpuram habentem. Hac utebantur pueri usque ad annum decimum septimum, qui *annus tyrocinii* dicebatur. Cujus moris causas plures *Macrobius* libro *Saturnaliorum* primo, capite sexto indicat. Scribit enim, primis Reipublicæ Romanæ temporibus puerilem ætatem prætextam non usurpasse, sed postea *Tarquinius Demarati* exulis *Corinthii* filium, *Priscum*, quum de *Sabinis* triumphum ageret, filium suum, annos quatuordecim natum, quod hostem in eo bello manu percussisset, & pro concione laudasse, & *bullâ aureâ* prætextaque donasse, eumque adhuc puerum ultra annos fortem præmiis virilitatis & honoris insignivisse. Inde deductum morem, ut *prætexta*, & *bullâ* in usum puerorum nobilium usurparentur, ad omen & vota conciliandæ virtutis, ei similis, cui primis in annis munera ista cessissent. Alias deinde aliorum sententias subjicit, videlicet *Tarquinius Priscum* cum ingenuorum puerorum cultum inter præcipua duceret, instituisse, ut *Patricii* *bullâ aureâ* cum toga, cui purpura prætextatur, uterentur, illi scilicet, quorum patres *curulem* gessissent magistratum: cæteris autem, ut *prætexta tantum* uterentur, indulsisse, sed usque ad eos, quorum parentes equo stipendia iusta meruissent: Aut quod rerum antiquarum peritissimi tradunt, *Romulum*, cum ad consolandum raptas spondidisset, se ejus infanti, quæ prima sibi civem Romanum esset enixa, illustre munus datum. *Hostium Hostilium* *Herfiliæ* filium, quod ea prima ex omnibus *Sabinis* mulieribus raptis partum edidisset, *bullâ aureâ*, ac *prætextâ* insignibus honorasse: Aut togam prætextam pueris datam, ut ex purpuræ rubore, ingenuitatis pudore regerentur. Aut, quam *Verris Flacci* sententiam esse ait, togæ prætextæ usum primum ei puero concessum, qui, cum *Circensium* die de coenaculo pompam ludorum supernè despexisset, & patri retulisset, quo ordine secreta sacrorum in arca *Pilenti* composita vidisset: ea re oraculi, quo nuntiatum erat, populum Romanum propterea à pestilentia laborare, quod *Dii* despicerentur, sententiam aperuisset. Sed hæc apud *Macrobius* latius.

Neque

Neque vero *pueri* tantum, iique *ingenui*, verum etiam puellæ *ingenuæ*, libertinorum filii, magistratus omnes non modo Romæ, sed in coloniis etiam & municipiis: magistris vicorum & collegiorum: *sacerdotes*, *senatores* ludorum Romanorum diebus: & mulieres Nonis Caprotinis *toga* utebantur. De quibus omnibus testimonia ex Scriptoribus antiquis plurima collegit *Aldus Manutius*, Pauli F. libro secundo de Quæstis per epistolam, epistola prima, ex quibus nos uno atque altero contenti erimus. De pueris ante testimonia audivimus. De puellis *ingenuis* prætextatis *Cicero* in Verrem: *Eripies pupilla togam prætextam*. Et *Propertius* lib. 4.

*Mox ubi jam facibus cessit prætexta maritis,  
Vinxit & acceptas altera vitta comas.*

Ex quo etiam intelligitur, sicut *pueri*, donec virilem fumerent, *prætexta* utebantur: ita puellas, donec nubarent, eadem usas fuisse, quod etiam docet *Festus* his verbis: *Nubentibus depositis prætextis a multitudine puerorum obscæna clamabantur*.

Cur libertinorum filiis concessa *prætexta* sit, exponit *Macrob.* lib. 1. Saturnal. cap. 6. videlicet, quod, cum bello secundo Punico ad lectisternium ex stipe collata faciendum, libertinæ quoque pecuniam subministrassent, & aucta obsecratio esset, *pueris* *ingenuis*, itemque *libertinis* carmen pronuntiantibus, concessum fuerit, ut libertinorum quoque filii, qui ex justa duntaxat matrefamilias nati fuissent, *togam prætextam* & lorum in collo pro bullæ decore gestarent.

De *prætexta magistratum* & sacerdotum multa extant testimonia apud *Ciceronem*, *Plutarchum*, *Polybium*, *Macrobius* & alios. *Valerius Tribunus* plebis apud *Livium* lib. 34. Purpura viri utitur, prætextati in magistratibus, in sacerdotiis: liberi nostri prætextis purpura togis utentur. *Magistratibus* in coloniis municipiisque, hic Romæ infimo genere magistris vicorum togæ prætextæ habendæ jus permittemus: nec id ut vivi solum habeant tantum insigne, sed etiam in cum eo cremantur: fœminis duntaxat usu purpuræ interdicens, &c. Quare etiam apud *Valerium Max.* l. 9. c. 12, legitur, quod *Pratores* aliquem capitis damnaturi, *prætextam* prius deposuerint, eam fortasse ob causam, quia tristementiam in veste laticiam indicante, ferri non deceret. De magistris collegiorum *Aconius Pedianus* in orationem in Pisonem: De senatoribus ludorum diebus *prætextam gerentibus*, *Cicero* 2. Philippica: De mulieribus prætextatis Nonis Caprotinis *Varro* lib. 5. de Ling. Lat. testes sunt.

A prætexta, *prætextati* dicti sunt, & qui in ætate essent prætextata, id est, puerili, & qui in magistratu. Quomodo *Papyrii* à prætexta cognomen consecuti sint, eleganter docet *Agellius*, & ex eodem *Macrobius*.

*Candida toga* dicebatur, qua induebantur ii, qui honores petere volebant: eaque signum erat petitionis. *Macrobius* libro 1. Saturnalior. cap. 16. *Mos* fuit *petitoribus*, ut sumpta candida toga nundinis in comitum venirent, & in colle considerent, unde coram possent ab universis videri. Hinc *candidati* vocati. Erat autem *candida*, ut inquit *Lidorus*, cui intendendæ albedinis causa cremam addiderant. Est enim plus candidum, quam album. Albus color nativus lanæ est, candidus proprie splendensille, & qui est ab arte. Ideo *Polybius* aliquot locis *λαμπρὰν* dicere maluit *petitorum togam*, quam *λευκήν*, & Latine commode eam dicemus *splendentem*. Hinc *Livius* libro 4. Placet tollendæ ambitionis causa, *Tribunos* legem promulgare, ne cui album in vestimentum addere petitionis causa liceret. Vide *Iustum Lipsium* lib. 1. Electorum, cap. 13. & alibi.

*Toga pura* fuit communis toga hominum privatorum. Eadem *virilis* est appellata, & *libera* & *recta*: nonnunquam *simpliciter toga* dicta, nullo epitheto addito. Ac *pura* quidem dicta, quod albi coloris, nulla admista purpura esset. *Albam* fuisse, ostendit *Pollux* τῆς ἁπλοῦς λευκὴν & ἰσόλευκον, appellans: item *Martialis*, *Papinius* & *Agellius*, quorum & item aliorum testimonia, vide apud *Aldum Manutium* & *Iustum Lipsium*, qui accurate de colore togæ scripserunt. Quod nullam purpuram admistam haberet, & *Iustum Lipsium*, id est, expers purpuræ, à *Plutarcho* in Bruto dicitur. *Virilis* appellata, quia pueris virilem ætatem ingredientibus dabatur, in exitu scilicet anni xvi. sicuti data est M. Ciceronis filio: qui tamen mos Imperatorum ætate mansisse non videtur. Nam *Caligula* togam puram anno xix. M. *Aurelius* xv. accepit, auctoribus *Suetonio* & *Capitolino*. Qui eam sumebant, *tyrones* appellabantur. *Plinius* lib. 8. cap. 48. *Tanaquil* prima texuit rectam tunicam, qua simul cum toga pura tyrones induuntur, novæque nuptæ. *Liberam* vocant, quia pueris toga pura initium quoddam libertatis erat, cum antea custodirentur à pædagogis. Rectæ nomen ex *Festo* cognoscimus, cujus hæc sunt verba: Rectæ appellantur vestimenta virilia, quæ patres liberis suis conficienda curant omnis causa, ita appellata, quod à stantibus & in altitudinem texuntur. Et alio loco, Regillis, tunicis albis, & reticulis luteis, utrisque rectis textis sursum versum à stantibus, pridie nuptiarum diem, virgines indutæ cubitum ibant, omnis causa: ut etiam in togis virilibus dandis observari solet. Locus, in quo sumebatur, *Capitolini Jovis*, ut opinor, templum fuit: aut certe, post eam domi sumptam, statim in Capitolium ad Jovis ædem ibatur, quod *Valerius Maximus* lib. 5. cap. 4. declarat his verbis: Hanc pietatem æmulatus M. Cotta, eo ipso die, quo togam sumpsit *virilem*, protinus ut à Capitolio descendit, Cn. Carbonem, à quo pater ejus damnatus fuerat, postulavit. Plura vide apud *Aldum Manutium*, à quo hæc sumpsit.

*Toga pulla* atrii coloris fuit, quam induebant luctus causa. Et ab illo vestis colore *atrati* dicebantur.

De hac toga Cicero loquitur in Vatinium: Qua mente fecisti, ut in epulo Q. Artii cum toga pulla procumberes? Item: Quis in funere familiari coenavit atratus, cum ipse epuli dominus Q. Arrius albus esset, &c. Atque hoc stante Republica ita observatum, ut pulla veste non nisi in luctu uterentur. Sub Imperatoribus autem, cum jam exolevisset usus togæ, exolevit etiam simul usus coloris albi, & tum pullæ fuerunt plebejæ vestes omnes. Hinc pulla paupertas Calpurnio dicta:

*Vidissem propius mea numina, sed mihi sordes*

*Obstitierant.* - - -

*O utinam nobis non rustica vestis inesset.*

*Pullaque paupertas, Et adunco fibula morsu.*

Hinc pullati Suetonio in Augusto, cap. 44. Sanxit ne quis pullatorum media cavea federet. Hinc discrimen natum inter cives, ignotum sæculo priori, ut alii candidati dicerentur, pullati alii. Candidati non ii, qui peterent (ut olim) sed honestioris ordinis cives: pullati, infima plebs, sive vulgus, à colore scilicet vestimenti, quibus utrique utebantur. Et in hac significatione ista vocabula à Plinio in epistolis, Quintiliano & aliis usurpantur. Pullati isti à Seneca lib. 2. de Beata Vita etiam colorati appellantur, quemadmodum locum illum restituit, & explicavit Justus Lipsius: sicut candidati pexati, ab eo dicuntur, quod pexis, hoc est, candidis & recentibus togis uterentur. Ita enim istud vocabulum accipiendum intelligitur ex Persio, qui scribit:

*- - - Pexusque, togaque recentis.*

Pexis autem togis opponuntur trite, quæ à Festo decotes, sive, ut Lipsio placet, decutes appellantur, quod sint sine floccò, & quasi sine cute.

Sordida toga à pulla differebat & colore & usu. Non enim erat atrii coloris, ut Sigonius & alii perperam tradiderunt, sed alba: verum tamen erat sordidior & obsoleta, ac longo usu detrita. Deinde nullus ejus usus fuit in luctu: sed erat fere vulgi vestis, quod ob id etiam sordidum interdum dicitur, quia sordida veste uteretur. Qui vero erant ditiores & elegantiores, ii semper nivea toga vestiti erant; quæ si interdum sordes aliquas traxisset, erant Romæ fullones, qui eas maculas ac sordes è toga eluebant, & addito sulphure ac creta, iterum eam candefaciebant. Testis hujus rei Plin. lib. 35. cap. 15. & 17. Hinc tam creber usus fullonum apud Veteres. Vulgus vero, ut jam dixi, togæ sordidæ utebatur. Per dies autem, vel privatim, vel publice lætos, togas recentes sumebant, & usu nondum sordidas, aut obsoletas, quæ à Prudentio contra Symmachum:

*Candidior toga, Et niveus pietatis amictus.*

Ab Ovidio vestis intacta, à Persio recens toga nominatur: unde est, quod per ludos apud Martialem & alios, candidati leguntur: inde, quod apud Plautum Aulularia scribitur:

*Qui vestitu, Et creta se occultant, Et sedent quasi frugi.*

In homines scilicet tenuiores, quibus cum copia mutandæ togæ non esset, tamen ut nitidi, & melioris fortunæ apparerent, sub dies ludorum togulam suam incretabant. Viri autem illustres ac nobiles, cum semper nivea toga uterentur, si rei essent facti, per dies iudicii sumebant togam sordidam, posita nivea, ut miserabiliores essent in veste plebeja. Itaque rei in sordibus esse dicuntur, aut sordidati. Neque vero ii solum, qui rei facti erant, verum etiam cognati eorum & affines sordidam togam sumebant: quod cum facerent, vestem mutare dicebantur. Livius lib. 6. Tribuni plebis diem Manlio dicunt. Conversa plebs est, utique postquam sordidatum reum viderunt, nec cum eo non modo Patrum quemquam, sed ne cognatos quidem, aut affines, quod ad eam diem nunquam usu venisset, ut in tanto discrimine non & proximi vestem mutarent. Hæc Livius. Verum de hoc more l. 9. qui de iudiciis est, plura dicemus.

De trabæ, quæ etiam inter togarum genera videtur referenda, dicemus paulo post, capite singulari.

Toga picta, vestis Etrusca fuit, purpurei coloris, auro distincta, à triumphantibus geri solita, quam, ut ait Florus, subactis duodecim Thesæi populis, Tarquinius Priscus Romam transtulit: id quod etiam Dionysius confirmat. Macrobius, Plinius, id non Prisco, sed Tullo Hostilio tribuunt. Hæc purpurea fuit, ut Dionysius ostendit. Picta vocabatur, quod in ea figuræ ita fingerentur, ut ea specie ad picturæ similitudinem accederet. Duos historiæ memorant, quorum virtuti tributum sit, ut picta togæ, quanquam privati, uterentur, Paulum Æmilium, qui de ultimo Macedonia Rege Perseo triumphavit, de quo Aurelius Victor, libro de Viris illustribus: & Pompejum, de quo Vellejus lib. 2. & Dio lib. 37. scribunt.

Togam palmatam, inquit Manutius, à palmis pictis sic appellarunt: cujus tamen non multa apud Scriptores veteres mentio extat, plures meminerunt tunica palmata.

Toga purpurea differebat à picta & à pretexta: à picta, quia pura erat. à pretexta, quia hæc erat alba cum limbo purpureo circumducto: purpurea verò limbum non habebat. Et Livius l. 31. separatim eas nominat. Dona, inquit, ampla data, quæ ferrent Regi, vasa aurea argenteaque, togaque purpurea, & palmata tunica, cum eburneo scipione, & toga pretexta. Togarum etiam alia genera, undulatam, sericulatam, Phrygianam, scutulatam nominant Plinius, Martialis, Juvenalis, deductis nominibus à vario genere picturæ. Sed de toga, & multiplici ejus differentia hætenus, quæ maximam partem ex Caroli Sigonii l. 3. de iudiciis, Aldi Manutii lib. 2. de Quæstis per epistolam, & Justii Lipsii Electis excerptis sumus, unde tu, benevole lector, prolixiorum & pleniorum harum rerum explicationem petes. Leges etiam Wolfgangi Lazii lib. 8.



Commentariorum Reipublicæ Romanæ, cap. 3. in quo de toga differit, & Lazari Bayfi IC. clarissimi de Re Vestiaria librum, cap. 9. & 10. ubi etiam habet Senatoris Romani togati icona, ex antiquis marmoribus desumptam, quam & nos his Commentariis inferere volumus.

## AD CAP. XXXII. PARALIPOMENA.

*Toga meretricum gestamen, & Byzantinorum: thēstos, forensis, virilis, libera, militaris, lugubris, tyrones in forum deducti, cadaveribus superimposita, domestica, cinctus ejus.*

Indubitarum est, omnium ordinum Romæ, omnis sexus, ætatisque gestamen fuisse togam, si Servio Honorato fides adhibenda sit ad lib. 1. Æneid. v. 286. Laberius Mimus in Ephelo citante Macrobio lib. 6. Saturnal. cap. 5.

- - Licentiam ac libidinem ut

Tollam togata stirpis.

Deinde infra:

Id. iro ope nostra dilatatum est

Dominium togate gentis.

Nonius cap. 14. ex M. Varrone lib. 1. de Vita populi Romani; Ante enim fuit commune vestimentum toga, & diurnum, & nocturnum, & muliebri & virili. Quod autem & diurnum & nocturnum vocet, ex Martiale petium videtur lib. 11. epigr. 57.

Et teges, & cimex, & audi sponda grabati,

Et brevis, atque eadem nocte dieque toga.

Illud tamen non usque adeo innovit, matronas honestiores stolis sine infertis vitæ solitas, meretrices vero, aut projectæ pudoris foeminas, togis indutas. Quo sensu capio illud Q. Florentis Tertulliani Apolog. cap. 6. Infelicissima libidinum villine à matronis cultu distinguuntur. Et indignationis pleno spiritu, ibidem: Video & inter matronas atque prostibula nullum de habitu discrimen relictum. Quod libro de Pallio cap. 4. fusiùs exequitur. Interpres Juvenalis ad illud fat. 2.

Damnetur si vis etiam Calphurnia, talem

Non sumat damnata togam.

Afcon. Pæ. ian. in 3. Verrinam, ad hæc verba: Eripies tu igitur puella togam prætextam? Breviter, ut solet; Toga communis est habitus, fuit & marium & feminarum, sed prætexta honestiorum, toga viliorum, quod etiam circa mulieres servabatur. Is Atheuæus ritus. Suid. in voce νέμος, lex. Pet. Faber Semestr. libr. 1. cap. 15. Adrian. Turnebus libr. 16. Adversar. cap. 19. Porphyrio vetus interpres ad illud Q. Horatii lib. 1. fat. 2.

- - - - - Quid inter

Est, in matrona, ancilla, pecceseve togata.

Alb. Tibull. lib. 4.

Sit tibi cura toga potior, pressumque quasillo

Sortium, quam Servi filia Sulpitia.

Martialis lapilline. Lib. 2. epigr. 39. lemma est, De muneribus mæche.

Coccina formose donas & ianthina mæche,

Vis dare que meruit munera? mitte togam.

Et lib. 6. epigr. 64.

Sed patris ad speculum tonsi, matrisque togata

Filius.

Lib. 10. epigr. 52.

Thelini viderat in toga spadam,

Damnatam Numa dixit esse mæcham.

Erat & quoddam togæ genus, quod tebennum appellarunt, de cuius forma, origine, colore, pretioque, dubitant non facili modo nostri Scriptores, sed & inter antiquos nonnulli: Dionysius Halicarnass. libro 3. qui fateatur se ignorare, cur id nominis impositum. A Joanne Meurfio observatum est in Curis Criticis parte 2. cap. 31. Narratio autem pæne hujusmodi est: Tebennum nomen habet ab Arcade Tebenno, qui primus eam chlamydem induit, cum Jonium sinum ingressus esset, & ab illius loci incolis susceptus, à quo edocti indigenæ eodem modo vestierunt, & vestem tebennam vocarunt, postea nomine corrupto tebennum dicta est. Ita interprete Hieronymo Wolfo Suidas in voce τήβεννος,

Paulo aliter Artemidor. lib. 2. Oneitocrit cap. 3. τὰ δ' αὐτὰ καὶ ἡ Ῥωμαϊκὴ ἰσθδὴς, ἢ τὸν τήβεννον καλεῖσιν, ἀπὸ Τιμένου τῷ Ἀργυροῦ, ὃς πρῶτος τὴν αὐτὴν χλαμύδα τῶν περιβάλλοτο τῶν πρόπον, εἰσπλάσας, κατὰ τὸν Ἰουλικὸν κόλπον, καὶ ὑποδεχθεὶς ὑπὸ τῶν ταύτη κατοικηθέντων, ἐφ' ἧ μαθόντες καὶ οἱ ἰσχυροὶ τὸν αὐτὸν ἰσχυρότατον τρόπον, καὶ ἐκάλουν τὸν ἰσθδῆτα τιμένιον ἰσθδῆταιον τῶν πρόπον, ὅσπερ οὖν τὸ χρόνα παραφθαρὴν τὸ ὄνομα, τήβεννος ἐκλήθη. Eadem significat & vestis Romana, toga videlicet, quam nunc tibeicum vocant, à Timeno Arcade, qui primus suam chlamydem circumdedit, cum per sinum Jonium navigasset, & ab his, qui illi habitant, susceptus esset, à quo indigenæ edocti eodem modo præparaverunt, & vestitum timenium vocarunt, cognominem Timenio inventori, verum posterioribus temporibus corrupto nomine tibeicum appellatum est. Ubi pro τήβεννον & τήβεννος, legendum omnino existimo τήβεννον & τήβεννος; Helychius Grammaticus, τήβεννος εἶδος περιβολαίης παρὰ Ῥωμαίους. Tebenus species vestitus apud Romanos. Halicarnass. loco proxime supra laudato. Ῥωμαῖοι μὲν τήγας, Ἕλληες δὲ τήβεννον καλεῖσι. Romani certe togas, Græci quidem tebennum appellant. Et lib. 2. Τήβεννος ἱμπετορημαῖος περιτοροῦρος ῥωμαϊκοῦ τύπου, ἃς καλεῖσι τραβίτας. Togisq̄ne induti purpura prætextis, & fibula adstrictis, quas trabeas vocant. Ita vertunt in editione Frederici Sylburgii. Est ergo quædam tebennum ὀλοπίζετορος, tota & purpura contexta toga, quæ Regum erat gestamen; est & περιτοροῦρος, circumfusa tantum purpura, quæ equestri ordini conveniebat. Idem Halicarnassus lib. 6. pag. 311. Eunapius Sardinus de Vitæ Philosoph. in Juliano ad finem, καὶ τὴν περιτοροῦρον ἄνασειον ἰσθδῆτα, τήβεννον αὐτὸν Ῥωμαῖοι καλεῖσι. Verum Hadrianus Junius, & purpuream togam, (Romani trabeam vocant) excutiens. Certum est ex his, trabeam peregrinæ esse originis, nec Romanorum in principio proprium, ut nec tebennum.

Togam optime describit Q. Tertull. lib. de Pallio cap. 5. Adeo nec artifice necesse est, qui pridie rugas ab exordio formet & inde diducat in tilias, totumque contracti nubonis figmentum crustodibus sorcipibus assignet, dehinc diluculo, tunica prius cingulo correpta, quam præstabat moderatorem tenuisse, recognito rursus sabbone, & si quid exorbitavit reformato, partem quidem de levo promittat, ambitum vero ejus, ex quo sinus nascitur, jam deficientibus tabulis retrahat à scapulis, & exclina dextera in levam adnec congerat cum alio pari tabulato in tergo devoto, atque ita hominem sarvina vestiat. Apparet hinc togam enormis sinus habuisse, ut loquar cum Statio lib. 2. silv. 1. v. 132. Fl. Solipat. Carif. lib. 1. citat Furium Bibaculum:

Duplici toga involutus.

Videatur Quintilianus infra citandus, ubi de cinctu agetur. Cornutus Satyrici Persii interpres, sive quilibet alius ad fat. 5.

v. 14. Toga est purum pallium, forma rotunda & superiore, atque inundante sinu: & sub dextro veniens, super humerum sinisterum ponitur, cuius similitudinem in operimentis simulachrorum, vel picturorum aspicimus, easque situtas togatas vocamus; toga vero Romani in pace utebantur, in bello paludamentis, mensura togæ iuste senas ungas habebat. Horatius eadem de mensura ejus Epodon. od. 4. Cum bis ter ulnarum toga. Vetus Scholiastes Juvenalis ad fat. 2. v. 143. Senatorum gestamen tantum esse vult, cum ex iis, quæ dicta sunt, constet & singulorum esse vestitum: & quorumlibet magistratum. Marcianus IC. l. 32. ff. de jure fisci. Si accepto usque toga Romana, ut civis Romani peregerint. Aurel. Prudent. de Romano Martyte:

Fasces, securas, sella, prætextæ, toga,

Lictor, tribunal, & trecenta insignia,

Quibus tumetis, moxque detumescitis.

Nec id Romæ modo antiquæ, sed & novæ Romæ, sive Byzantii factitatum. Corippus African. de laudibus Justiniani lib. 4. num. 3.

*Incessit latus præclara in veste senatus,  
Pars trabibus, pars compta togis, ut cuique probatus  
Ordo locum, cultumque dabat.*

Claudian. lib. de Bello Gildonico, ubi sic conqueritur Roma:  
*Cum subito par Roma mihi, divisisque cepit  
Æquales Aurora togas.*

Et quamvis omnium ordinum sit gestamen toga, tamen advocatorum præcipue censetur. Vetus glossarium: *Togatos dicimus eosdem, quos advocatos & patronos casurum, qui in forensibus negotiis præsumentes, litigatoribus suum præbeat patrocinium, quorum patrocinia substantivo nomine dicuntur honoraria. Et sic fere loquuntur Scriptores posterioris ævi.* Aurel. Cassiodor. lib. 6. epist. 4. in fine: *Admonitionum igitur ordine decurso, per indictionem illam habitu te togata dignitatis ornatus, ut indutus veste Romulea jura debeas affectare Romana. Ubi loci togata dignitas est advocatio, ut jam à viris doctis est præoccupatum, potestque confirmari auctoritate L. Apuleji lib. 10. Milesiæ. Forenses rabule, & pragmatici, vilissima capita forensis, vulturisque togati. Clarissime Aurel. Symmachus lib. 5. epist. 39. Epistetus togæ forensis honore privatus est, plurimisque præferendus, qui firmo patrocinio protegentur. Idemque rursus lib. 9. epist. 30. Tu modo benignam mentem literis meis applica, & qui togæ amicus es, eius laude supra alios splendidi, & honesto ordini notam detrahe, & homini, pars mei, rogatus ignosce. Sed quam hæc nota! silentii indictio! nam advocatus delinquentibus solemnissima poena. Ulpian. l. 9. ff. de poen. Moris est advocacionibus quoque præfides interdiceret, & nunquam in perpetua interdictione, nunquam ad tempus, vel annis metinunt, vel etiam tempore, quo proximam regunt, nec non ita quoque interdici potest alieni, que teritis personis: potest & ita interdici, cui ne apud tribunal præfidi possit. Et tamen apud legatum vel procuratorem non prohibetur agere. Antonius Aug. l. 1. C. de postuland. Cum à præfido Ægypticæ causis agere perpetuum prohibitum non appellaveris, placitis obtempera. Elegantissimus in id locus extat apud C. Plinium lib. 5. epist. 14. Assenserunt omnes præter Flavianum Aprum, is interdiciendum ei advocacionibus in quinquennem censuit.*

Sed redeo ad togam forensis; Sidon. Apollinar. lib. 2. epist. 13. *Epistolam tuam nobis Marcellinus rogatus exhibuit, hominibus. Male ante sagacissimi doctissimi que Joannis Savaronis editionem legebatur; Marcellinus rogatus exhibuit.* Idem lib. 3. epist. 7. *Tu vetices, vel bibliothecarum medicus, vel togarum, & à me officium pauperum sermonis expellas. Denique rogatus idem pro advocatis dixit, lib. 6. epist. 3. Negotium huic testamentarium est, litem eum propriarium merita chartarum, togatorum illic perorantium peritiam consulere perrexit, pro vicloria computaturus si se intellexerit jure superari.* D. Cyrian. lib. 2. epist. 2. ad Donatum: *Sevit invicem discordantium rabies, & inter togas pace juxta forum litibus magis insanam.* D. Ambros. epist. 24. *Movebat hoc utriusque partis togator: id est, caudicos. Anianus interpretatur togam advocacionem, Novella Valentiniiani de confirmand. his que administrant, vel publ. offic. Curiales, inquit, ad togam preparare. Non. Marcell. cap. 1. num. 3. Toga est vestimentum, quo in foro amittitur. Honorius & Theodosius Augg. Proculo l. 15. lib. 6. tit. 6. Cod. Theodof. *Vel qui e schola ægentium in rebus expensis sibi penditis ad principatum ductis pervenerunt, togati pratoriana atque etiam urbicaria præfaturæ, hoc est, diversorum judiciorum advocati.* Elegans est epitaphium incisum marmori in D. Pauli basilica, Petilii Processii, sedis pratoriana togati, qui obiit Probo Juniore consule, hoc est, anno reparatae salutis 513. Sed verba ipsa apponantur:*

*Post mortem si civit amor, si gratia prisca  
Durat in arcum mentis ad alia bonum,  
Quamvis iustitiam fratris tanquam accipe carmen,  
Ne mala sit tumultis externa lingua tuis.  
Te natura parens omni depinxerat arte,  
Moribus, ingenio, corpore, mente, fide.  
Purus amicitie cultor, servator honesti,  
Eloquio miseros, vel pietate fovens.  
Hinc est quod toto semper te seclimus ævo,  
Quod fuerit juvenis vis tibi multa senis.*

*Te genitrix, fratresque simul, te compare iustum  
Perpetuis lacrymis plangit amata domus.*

HIC. REQUIESCIT. IN. PACE.

B. M.

PETILIUS. PROCESSIONUS. V. S. TOGATUS. INL. P. P. QUI VIXIT.

PL. M. ANN. XXXVII. DEP.

E.

SUB. DIE. KAL. IUL. PROBO. IUN. V. C. COS.

Memineret & alii poetæ veteres. D. Aufon. in Ephemeride ad finem:

*Habitu forensis da præ,  
Dicendum amicus est aere,*

*Valoque, quod sit, mutuum.*

*Habitu autem forensis, exponunt, togam, Ælius Vinetus, Lazarus Bayfus & Gulielm. Badaus. Auctor carminis ad Pilonem:*

*— Licet exercere togate,*

*Munera militis, licet & sine pulveris haustu*

*Militia legitimo sub iudice bella moveri.*

Ovid. lib. 1. de Remedio Amoris:

*Sunt fora, sunt lites, sunt quos tueris, amici,*

*Vade per urbana splendida castra togæ.*

Claudian. lib. 2. in Russ.

*Insequemque habitum Latii mutare, togæque,*

*Mærent captiva pello iudice leges.*

Sic intelligendi Arcadius & Honorius principes, l. 3. C. de advocat. divercor. iudicior. Ne quis ex corpore togatorum, minime civilibus nexibus illigatus, provincialis suscipiat sanctiones. Et Theodosius Aug. l. 6. C. cod. Nulla togatis inspectio, nulla iniquatio ingeratur. Et Leo Imperator censet eodem titulo l. 11.

Filios togatorum, qui vel causas agunt, vel futuris temporibus aditaverint, ceteris supernumerariis anteferri. Denique Gratianus princeps l. 3. C. de sponsul. Illustribus vel spectabilibus, vel clarissimis, vel togatis fori cuiusvisque præfaturæ. Ut certissimum sit, togas præcipue advocatis concessas, sub tempora laudentis iam imperii.

Sequitur libera toga, quam induebant ingenui adolescententes, deponito puerilis ætatis gestamine. A. Gell. lib. 8. cap. 4. *Cum jam adolescentuli Roma pretebant & puerilem togam mutassent, magistrisque tunc nobiscum ipsis exploratores quaeremus, in Sandaliario tunc apud librarios fuimus. Liberam hanc togam appellabant, quod omnis honesta libera, quæ aliorum esset civium, eis concederetur, qui cum induissent, inde & dies ille mutata vestis Liberalis in Fastis appellatur, soletque incidere in 16. Calend. April. ut ex Macrobio, Plutarcho & aliis jam abunde observatum est. Horat. lib. 1. od. 36. Hermarus Figulus animadverit:*

*Nulla plura tamen dividiis ostula,*

*Quam dulci Lanæ, memor*

*Alta non alio rege peritæ,*

*Mutateque simul togæ.*

Cultissime Ovidius lib. 3. Fastor. causas reddit, cur Liberalia potissimum eligerentur:

*Restat ut inveniam, quare toga libera detar*

*Luciferis pueris, caudæ Bæcæ, tuis.*

*Sive quod ipse puer semper, juvenisque videris,*

*Et mediæ est ætas inter utrunque tibi.*

*Sen quia tu pater es, patres, sua pignora, natos*

*Commendant cura, numidibusque tuis.*

*Sive quod es Liber, vestis quoque libera per te*

*Sunitur, & vita liberisque iter.*

Alludit idem lib. 4. de Tristib. eleg. 10.

*Interem tanto passu labentibus annis*

*Liberis fratri sumpta mihi que toga est.*

Hæc coloris caudidi erat, ob id & pura dicebatur. M. Tell. lib. 9. epist. 4. ad Atticum: *Utay tuo consilia, neque me in Arpinum hoc tempore abdam, & si, Ciceroni meo, togam puram dare Arpinum vellem, hanc etiam ipsam excusationem relinqueris ad Casuram. Ejusdem libri epist. 20. Tolo Ciceroni meo togam puram*

*doce. Et epist. 22. Ego meo Ciceroni, Roma caremus, Arpini potissimum togam puram dedi, idque municipibus nostris fuit gratum. Lib. 5. ad eundem Articum epist. 20. Ego cum Laodiceam venero, Quinto sororis tue filio togam puram jubore dare, cui moderabor diligentius. C. Plin. lib. 8. cap. 48. inventionem attribuit Tanaquilii, Ea prima secutus vestem tunicam, quales cum toga pura tyroni induuntur, & nova nupta. Poëtæ alluferunt. M. Lucan. lib. 7. Pharsal. in limine:*

*Pura venerabilis æque*

*Quam curvus ornante toga.*

Q. Carull. epigr. 66.

*Tempore quo primum vestis mihi tradita pura est,*

*Jucundum cum stas florida ver ageret.*

*Multa satis lesi.*

A. Persius sat. 5. v. 30.

*Permisti sparsisse oculos jam candidus umbo.*

Umbo hunc videtur toga partem facere Cornutus ad istum locum, fivolum illud, & a ratione longe alienum: melius Cælius Rhodiginus lib. 14. Antiquar. Lætion. cap. 16. Umbo à Perso vocatur toga, quod sit umbra in usum contra reprehensiones præceptorum. Hanc etiam virilem appellare solent, quod non nisi a viris induatur, qui jam scilicet pueritiae annos egressi firmioris ætatis licentiam affectant. Cic. Philippic. 2. *Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti.* Ita in vulgatis editionibus, at in aliis: *Sumpsisti virilem, quam statim muliebrem togam reddidisti.* Rectius in eo judicio. Nam impudicium vult Antonio exprobrare, quod optime fiet, si muliebrem eum togam induisse dicatur, nam meretrices & prostituta togis induebantur, ut est supra hoc capite à me probatum, quod si togam virilem in stolam muliebrem eum commutasse diceret, minus probrosum foret, nam honestæ matronæ stolatæ erant, ut infra hoc libro expeditur.

De anno sumendæ virilis togæ præscripto, controversum est. nonnulli annum ætatis decimum quintum attigisse oportere ajunt, ut puerile indumentum exueret, virilis toga sumeretur, Julio Capitolino auctore in Antonino Philosopho. Alii in annum decimum sextum rejiciunt. C. Sueton. Augusto cap. 8. *Quadrimum patrem amisit, duodecimum annum ægus aciam Juliam desuavit pro consone laudavit, quadriennio post virili toga sumpta, militaribus donis triumpho Cæsaris Africano donatus est.* Nero, quo capessenda recip. habilis videretur, vix pubescens, matronatam togam virilem induit. C. Tacit. lib. 12. Annal. Jurisconsulti certe virilem ætatem ab anno tantum decimo septimo desumunt; itaque & togam liberam tunc sumendam contendunt: At Cumis non ante annum vigesimum viros se prostabantur, neque vestem virilem induebant. Dion. Halicarnass. l. 7. pag. 424.

Ritus solemnis erat, ut in sumenda ea toga denarium in ædem Juventutis deferrent. L. Piso historicus apud Halicarnasensem eundem lib. 4. p. 226. verba ejus Gelenio veritate hæc sunt: *Tredit L. Piso Annalium primo, valuisse eum & urbana multitudinis seque numerum, tum nascentium, tum morientium, tum ævum τῶν εἰς ἀβίας ἐν ἰσπεκίτων, qui virilem togam sumerent, statuisse quanti pretii nummos pro singulis inferre deberent cognati, in æranum Ilithyæ pro nascentibus, in Veneris æranum, in Iuco stium, quam Libitinam appellant, pro desuictis, in Juventutis, τῆς Νεότητος, pro virilem togam sumentibus, unde poterat usse annis singulis, quantas esset in universum numerus totium, tum quam multi ex his essent per ætatem idonei militiæ. Quæ consuetudo, quantum hæcenus legi, a nullo alio observata fuit. Est & alter ritus apud Festum Pompejum lib. 16. in voce Regillis, quem cupiam expositam. Regillis tunicis albis, & reticulis luteis utrisque . . . . . Etis fufum versum astantibus pridie nuptiarum ætem, virgines indute cubitum ibant omniis causa, ut etiam in togis virilibus dandis observari solet. Nisi forte auxilium possit esse illud Suetonii in Augusto cap. 94. *Sument virilem togam, tunica lati clavi reseta ex utraque parte ad pedes decidit.* Quæ leguntur apud Dionem Coccejanum lib. 45. princ. *χρῆσθαι περιπέτρῃ, male toga palmata à Xylandro veritur, tunica enim Initiavia verti debuit.* Porro induebant tyrones virili*

toga, diis præsentibus, hoc est ante altaria. Sext. Propert. lib. 4. eleg. 1.

*Mox ubi bulla rudi demissa est aurea collo,*

*Matris & ante deos libera sumpta toga est.*

Tyrones appellavit Plinius paulo ante citatus, adolentes forensibus studiis sumpta hac veste præparatos, ut & Quintilianus lib. 12. Institution. oratoriæ. cap. 6. *Nec rursus differendum est tyrocinium in senectutem.* Itaque tyrocinium istud non est militare, sed forense, nam à patribus suis naturalibus vel adoptivis in forum deducebantur eo die, quo togam virilem induissent, vel singulis, vel privatis senatoribus commendabantur, comitante toto clientium numero. Quare ut insolens in Claudio principe notatur, quod non in forum, ut sollemnis mos erat, togæ virilis sumptæ die, sed in Capitolium fuisset deductus, Sueton. in eo cap. 2. *Ob hanc eandem valetudinem & gladiatorio numero, quod simul cum fratre memoria patris debebat, palliolatus novo more præsedis, & toga virilis die, circa mediam noctem sine sollemni officio lectica in Capitolium latus est.* Idem in Aug. cap. 26. *Consulatum decimum tertium biennio post ultro petit, ut Cajum & Lucium filios, amplissimo præditus magistratu, suo quemque tyrocinio deduceret in forum.* Pessime antea legebatur, amplissimo præditus magistratu: neque enim tyrones illi ullum gerebant magistratum, sed ipse Augustus amplissimo præditus erat magistratu, hoc est consulatu. Et in Tiber. cap. 15. *Deducto in forum filio Druso.* In Calig. cap. 10. *Undevigesimo ætatis anno accitens Capreas à Tiberio, uno atque eodem die togam sumpsit, barbâque posuit, sine ullo honore, qualis contigerat tyrocinio fratrum ejus.* In Nerone cap. 7. *Deductus in forum tyro, populo congiarium, militi donativum proposuit.* Adeundus & Plutarchus in Bruto, qui eandem hanc consuetudinem expressit. Offerbant itaque sumpta jam toga congiarium, ut ex verbis Suetonii in Nerone constat. C. Tacitus confirmat id ipsum lib. 2. Annal. *Quo die forum ingressus (Nero) congiarium plebi, militi donativum proposuit.* Tum deinde in Capitolium deducebatur idem ille tyro a foro. Valer. Maxim. lib. 5. cap. 4. tit. 4. *Hanc pietatem amulatus M. Cotta, eo ipso die, quo togam sumpsit virilem, protinus ut è Capitolio descendit, C. Carbonem, à quo pater ejus damnatus fuerat, postulavit, proactumque rem judicio affixit.* Lævinus Torrentinus ad illud Q. Horatii lib. 1. sat. 2.

*Nomina scilicet modo sumpta veste virili*

*Sub patribus duris tyronum.*

Commendabatur pater et tyrones istos, filios istos, fidei senatorum: cujus rei clara sunt argumenta apud Titum Livium 5. Decad. l. 5. ad finem: *Filium postremo Nicomedem senatus commendavit Q. Symmach. lib. 2. epist. 42. Commendaveram tibi dudum Macedonii viri clarissimi filium, quum foro tuo nomen dedisset, credo eam rem pro studio meo juveni accommodasse: sed quia parentibus nihil satis est, & efficacior quibusdam videtur petitionis iteratio, rogatus de quo postulatum retexo, non ut novam causidico benevolentiam prestes, sed ut jam tributam digneris argere.* Elegans formula commendationis istiusmodi apud C. Suetonium in Augusto cap. 56. *Nunquam filios suos populo commendavit, ut non adjucceret, si moriebantur.* Pulchre Claudian. de 6. Hon. consul.

*Tecum prælargi vocavit*

*Ditandas ad dona viribus, fulgentia tecum*

*Collelli trabæatus adit delecta senatus,*

*Romano puerum gaudens offerre favori.*

Militaris toga illa, ut arbitror, appellabatur, qua in castris induebantur milites, quod antiquissima republica facturum censet. Nam florente Urbe, sagatos notissimum est, id est milites, togatis, id est, urbis civibus oppositos, quare & togam pro pace passim usurpant Scriptores, quod nunquam fecissent, promiscuo togæ usu in castra recepto, prioribus id nihilominus invaluisse temporibus, conjicere licet ex Festo Pompejo lib. 5. *Endo prociuctu, in prociuctu.* Significat autem, cum ex castris in prælium exitum est, prociuctos, quasi præciuctos atque expeditos; nam apud antiquos togis inclineti pugnasse dicuntur. Vestigia quædam hujus ritus revocata ab Antonino Philosopho apud Julium Capitolinum in ejus vita ad finem: *Revertens ad Italiam navigio, gravissimam tempestatem passus est, per Brundisium veniens in Italiam, togam & ipse sumpsit, & milites togatos esse jussit.* Sequitur deinde,

de, dignissimum observatione; *Nec unquam sagati milites sub eo fuerunt.* Claudian. de 4. Hon. consul. in limine:

*Lictori cedant aquila, viderique togatus*

*Miles, & in mediis effulget curia castris.*

*Toga lugubris, sive, ut alii appellant, nulla, supra memorata est à me hoc opere lib. 4. c. 9. & fufius infra expeditur, ubi de funeibus. Hoc tantum hic observandum duco, cadavera ea obvolvi consuevit. L. Apul. lib. 1. Floridor. Nam illis quoque videret hominem praesidere, hominem depugnare, togam quoque parari & voto & funeri, item pallio cadavera operiri, & Philosophos amiri. Qui locus apposituissime & de virili toga, & de lugubri intelligendus est; ita P. Colvius allata Pauli IC. auctoritate l. 19. ff. de in rem verso. Filius familias emit togam, mortuo deinde eo, pater ignorans & putans suam esse, dedicavit eam in funus ejus. Dedicare autem in funus, nihil aliud est, quam cadaver ea obvolvere. Lucian. lib. de Luctu. Artemidorus & Plutarchus adducti ad id probandum à Lipsio lib. 1. Elector. vetus Scholiast. Juvenalis ad v. 172. sat. 3. Togam sumit, ut ei supra lectum mistant, dum mortuus effertur. Iplc Satyricus:*

*Pars magna Italiae est, si verum admittimus, in quo*

*Nemo togam sumit, nisi mortuus.*

Martial. lib. 9. epigr. 58.

*Nil est vitius Hedyli lacernis,*

*Non anse veteres Corinthiorum,*

*Non pallens toga mortui tribulis.*

Illud quoque hoc loco non duxerim omittendum, quasdam vestes seu togas domesticas fuisse, alias vero forenses, ut jam monui. M. Tull. lib. 2. de Finib. bonor. & malor. *Quod si vultum tibi, si incessum fingeres, quo gravior viderere, non esses tui similis, verba tu fingas, & ea dicas, quae non sentias, aut etiam, ut vestitum, sic sententiam quoque habeas, aliam domesticam, aliam forenses, ut in fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur.* Ammian. Marcellin. lib. 31. in principio: *Nec alia iis domestica vestis est, alia forensis, sed semel obsolevit coloris tunica collo inserta, non ante deponitur, aut inuitatur, quam diuturna carie in pannulos defluxerit destrustrata.* Lepide Romanos ritus Hunnis barbaris adaptavit. Ita Fr. Lindenbrogius hunc locum legendum docuit, antea male, in pannulos defluxerit destrustrata. Causa probata hujus lectionis ex Glossario veteri, in quo concisus, frustatus. Idem Ammianus l. 20. destrustrande Mesopotamia optulari. Sidon. Apollin. lib. 9. epist. 9. *Quae situm volumen invenio, producto, lectito, excerpso, maxima ex magnis capita destrustrans.* Destrustrare itaque est, veluti per frustis effundere, ut loquitur idem Apollinaris lib. 1.

epist. ult. atque ita L. Florus supplendus, legendusque l. 2. c. 2. in fine: *Ei tamen eam Punicæ prædæ omnibus promotoribus, instisique frustarentur, ac fluitarent, populus Romanus triumphavit.* Sed ad veltem domesticam redeo, qua scilicet domi utebantur, Sueton. Aug. cap. 73. *Veste non temere alia, quam domestica usus est, ab uxore, & sorore filiaque & neptibus confecta.* Quae licet vulgata sit lectio, & ab Ilaaco Casaubono probata, potest tamen non incommode & aliter legi: *Veste non temere alia domestica usus est, quam ab uxore, & sorore, & filia neptibusque confecta:* auctore vel ipso Suetonio, cujus in Vitellio cap. 8. hæc sunt verba: *Vixdum mensis transacto, neque dici, neque temporis habita ratione ac jam vespere subito à militibus è cubili rapus, ita ut erat in veste domestica, imperator est consulatus.* Accedit & L. Seneca testimonium lib. de Tranquil. animi cap. 1. *Placet vestis domestica, & vilis, nec servanda, nec sumenda sultitate.* In hac numerabantur & cenatoria live accubitoria, quas *syntheses* nuncupabant, de qua erudite, ut solet, Julius Liptius in Saturnilibus, & Martialis passim, sed præcipue lib. 14. epigr. 135. agitur lemma est cenatoria:

*Non fora sunt nobis, nec sunt vadimonia nota,*

*Hic opus est, pietis accubuisse thoris.*

Ad hujus vestis differentiam, altera appellatur forensis. Jun. Moderat. Columella lib. 12. de Re Ruit. cap. 4. *Quales sunt acule, in quibus vestimenta forensia conduntur.* Idem Suetonius in Calig. cap. 17. *Posteriore epulo forensia in super virgis, pueris ac feminis fascias purpureæ ac conchylii distribuit.* Vide interpretres ibidem loci.

Cingerenturque semper hæc toga, necne, difices ex Festo lib. 5. in voce endo praecinctu, & ex Pseudo-Cornuto ad sat. 5. A. Petili v. 31. supra citatis, sed maxime ex Quintilianus pulcherrimo loco Oratoriar. Institut. lib. 11. cap. 3. *Ipsam togam rotundam esse, & apte casam velim, aliter enim multis modis fiet enormis, pars ejus prior mediis cruribus optime terminabitur, posterior eadem portione altius quam cinctura sinus decentissimus, si aliquanto supra imam togam fuerit, nunquam certe sit inferior: ille qui sub humero dextro ad sinistram oblique ducitur, velut baltheus, nec strangulet, nec fluat: pars toga quae postea imponitur, sit inferior, nam ita & sedet melius & continetur: subducenda etiam pars aliqua tunica, ne ad læcortum in alia redeat, tum sinus injiciendus humero, cujus extremam oram rejecisse non deceat: operiri autem humerum cum toto jugulo non oportet, alioqui amictus fiet angustus, & dignitatem, quæ est in latitudine pectoris, perdet.* Plura dicentur l. 7. cap. 9. hujus operis, ubi de veste consulari, ejusque cinctura agitur. Et jam ad alia pergendum.

## CAPUT XXXIII.

### De tunica.

**T**Ogæ vero suppositæ tunica plures fuerunt, sed quæ togam proxime attigit, ea proprio nomine tunica dicta est. Hæc angustior & brevior, quam toga fuit, ac primum sine manicis, deinde manicata, ac cinctura constricta est. De modo tunica Quintilianus libro 11. Cui lati clavi jus non erit, ita cingatur, ut tunica prioribus oris infra genua paululum, posterioribus ad medios poplites usque perveniant. Nam infra mulierum est, supra centurionum. Hinc talares tunica, id est, usque ad talos demissæ, semper probro objectæ sunt. De manicis Agellius libro 7. cap. 12. *Tunicis uti virum prolixis ultra brachia, & usque in primores manus ac prope in digitos, Romæ atque in omni Latio indecorum fuit. Eas tunicas Græco vocabulo nostri χερσόδωρος appellaverunt, foeminisque folis vestem longe lateque diffusam decere existimaverunt, ad ulnas cruraque adversus oculos protegenda.* Viri autem Romani primo quidem sine tunicis toga sola amicti fuerunt: postea substrictas & breves tunicas citra humerum desinentes habebant, quod genus Græci dicunt ἐξωπίδας. Hac antiquitate inductus P. Africanus Pauli filius P. Sulpitio Gallo homini delicato inter pleraque alia, quæ objectabat, id quoque probro dedit, quod tunicis uteretur manus totas operientibus. Qui cum chirodota tunica inferior accubuerit. Item Cicero in Catilinam: *Quos pexo capillo nitidos aut imberbes, aut bene barbatos videtis: manicatis & talaribus tunicis: velis amictos, non togis, &c.* Color tunicæ liberorum hominum albus fuit, quod constat ex Vopisco Aureliano, cujus hæc sunt verba: *Sciendum tamen congrari illum ter dedisse, donasse etiam populo Romano tunicis albas manicatas ex diversis provinciis.* Juvenalis quoque tunicas albas appellat hoc versu: *Sufficiunt tunica summis adilibus alba.*

Et Cicero Verri objicit, quod in officina sedere solitus sit cum pallio & tunica pulla. Vide *Justum Lipsium* libro *Electorum* 1. cap. 13. *Aldus Manutius* purpureum *tunicarum* colorem defendit lib. 2. de *Quæstis* per epistolam, epistola 2. Scribit porro *Plutarchus*, *Catonem* majorem per hiemem *tunica exomide* sumpta per ætatem nudum opus in agro perfecisse, &c. *Juvenes tunicatos* in campo se exercuisse, scriptum est apud *Ciceronem* in *Cluentiana*. *Plebeculam* vero Romanam *tunicatam* incessisse significavit *Horatius*, cum popellum eum *tunicatum*. Cum ergo cives omnes Romani *tunica* uterentur, factum est, ut *tunica ordines distinxerint*. Nam *senatores & equites tunicam clavatam* induerunt, *plebs vestam*, & sine clavis. *Clavata tunica* fuit, quæ clavos purpureos intextos, vel potius infutos, quod *Aldus Manutius* probat, habuit, aut latos, aut angustos. Fuerunt autem *clavi*, quasi flores panno intexti, unde *Martialis* dixit:

- - - *Lata mapalia clavo.*

Festus, *clavata vestimenta* scribit fuisse clavis intertexta. *Varro* in octavo de *Lingua Latina* addit: Si quis *tunicam* in usu ita consuit, ut altera plagula sit angustis clavis, altera latis, utraque pars in suo genere caret analogia. *Plin.* lib. 9. *Toga pretexta & latiore clavo* è Regibus primum usum, *Etruscis* devictis, *Tullum Hostilium* satis constat. *Silius*:

*Sacrificum lato vestem distinguere clavo.*

*Varro* Modio, teste *Nonio*:

*Istorum vitrea toga ostentant tunica clavos.*

Cæterum *tunica latos clavos* purpureos intertextos habens, quæ & *latus clavus*, & *tunica lati clavi* dicta est, propria fuit *senatorum*, atque amplissimi ordinis insigne. Indicat hoc *Suetonius* loquens de *Augusto*: Sumentis virilem togam *tunica lati clavi* refuta ex utraque parte ad pedes decidit. Fuerunt, qui interpretarentur, non aliud significare, quam quod is ordo, cujus insigne is esset, quandoque ei subjiceretur. Idem: *Liberis senatorum*, quo celerius *Reipublicæ* assuescerent, protinus à virili toga *latum clavum* induere, & curiæ interesse permisit. Et de *Tiberio*: *Senatori latum clavum* ademit. Et de *Cajo*: *Latum clavum*, quanquam initio affirmasset, non lecturum *senatorem*, nisi *civis Romani* abnepotem, etiam *libertini filio* tradidit, &c. Ut autem *latus clavus* fuit *senatorum*, sic *angustus clavus* *equitum Romanorum*. Ostendit *Vellejus Paterculus* de *Meccenate* scribens, qui equestri dignitate contentus erat, *Meccenas* non minus *Agrippæ Cæsari* charus, sed minus honoratus: quippe vixit *angusto clavo* pæne contentus. *Lampridius* item in *Alexandro*: Tum satis esse constituit, ut *equites Romani* à *senatoribus clavi qualitate* discernerentur. Hæc de *tunica* *Carolus Sigonius* lib. 3. de *judiciis*. Et ab hac *clavorum differentia*, discrimen etiam inter *tribunos militum* fuit, ut alii dicerentur *angusticlavii*, qui scilicet utebantur *angusto clavo*: alii *laticlavii*, qui *latum clavum* usurpabant, quorum hi *majoris*, illi *minoris dignitatis* erant. Qua de re *Suetonius* in *Augusto*, *Nerone*, *Othone*, *Domitiano*, & in eundem *Lavinus Torrentius*. *Adrianus Turnebus* *Adversariorum* lib. 3. cap. 21. & lib. 12. cap. 6. Item lib. 17. cap. 11. *Aldus Manutius* lib. 2. de *Quæstis* per epistolam, epistola 2. scribit, *latos clavos* omnium fuisse, qui vel *patre senatore*, vel *equite nati* essent: non quidem à primis annis per omnem ætatem, sed ab an. xvii. quo etiam *virilis toga* sumebatur, ad annum ætatis *senatoriæ*: quo anno curiam *ingredientibus* remanserit ejusdem *tunica jus*, addito præterea omni reliquo jure, quo *senatorius ordo* præcipue fruebatur: sin autem *senatoriam dignitatem* non assequerentur: vel quia nollent, otiosam aut tranquillam vitam honoribus antepontes: vel quia non possent, gratia destituti: *lato clavo deposito* angustum sumpserint: ad quam sententiam probandam *Ovidii & Suetonii testimonia* adducit, quæ apud ipsum leges.

*Palmatam tunicam* idem *Manutius* fuisse arbitratur, quam *triumphantes toga picta* superimposita, tanquam insigne *victoriæ*, gestarint.

Sicut autem *tunica* exterior illa vestis dicebatur, quæ togæ supponebatur, ita *subucula* interior *tunica*, quæ proxime cutem attingebat. Tantum de *tunica*, de qua præter eos, quos citavi, *Scriptores*, etiam *Lazarus Baysius* libro de *Re Vestiaria*, cap. 12. *Wolfgangus Lazius* lib. 8. *Commentario*rum *Reipublicæ Romanæ*, cap. 4.

#### C A P U T XXXIV.

##### De trabea.

**A** Dhuc de *trabea* nobis agendum est, antequam ad muliebria vestimenta accedamus, ubi tamen nos paucis expediemus. *Sueton.* in l. de *Vestimentis*, auctore *Servio*, in l. 7. *Virgillii*, tria *trabearum genera* fuisse ostendit: unum è *sola purpura*, Diis consecratum, alterum è *purpura non sine albo*, quo *Reges* usi fuerint: tertium *augurale è purpura & cocco*. De primo genere non est opus ut multa verba faciam. *Secundi generis trabea* fuerunt præ reliquis in maximo apud *Romanos* usu. Non enim *Reges tantum*, verum etiam *pulsis Regibus Consules*, item *equites*, cum *trabeati Idibus Quintilibus* transreberentur, eas usurparunt. Et *Consulum* quidem *trabea* videtur *Aldo Manutio* post *Reges*, fuisse

militaris habitus, quo Consules in bello usi fuerunt: quod sibi in mentem venisse ait, illum *Livii* locum lib. 32. consideranti: Consul, cum Corcyra hibernasset, vere primo in continente *trabeatus* ad hostem ducere pergit, &c. Eamque ob causam etiam *equestres turmas* bellicam speciem representantes, Idibus Quintilibus *trabea vestitos* transvectos esse dicit. Meminit hujus *trabea* Consularis *Aufonius* in gratiarum actione, pro Consulatu, his verbis: In procinctu, & tum maxime dimicaturus, *palmata vestis* mea ornata disponis feliciter & bono omine; namque iste habitus, ut in pace *Consulis* est, sic in victoria *triumphantis*. Parum est, si qualis ad me *trabea* mittatur, interrogas, te coram promi jubes. Hæc *Aufonius*. Quibus ex verbis primum illud constat, *triumphalem* Romanis *trabeam* fuisse, quod alibi non facile invenias; triumphabant enim in toga picta: deinde Consularem: quod Reipublicæ temporibus inusitatum fuit: *Prætexta* enim tunc & Consules, & reliqui magistratus utebantur: postremo, *trabeam* & *palmatam* vestem, & *togam pictam* eandem facit, qua de re vid. *Ald. Manutium* lib. 2. de Quæstis per epistolam, epist. 1. & *Eliam Vinetum*, Commentariis in *Aufonium*. Quin etiam *trabeam* auro pictam facit *Aufonius*, quod nec *Suetonius*, ubi de tribus *trabearum* generibus agit, nec quisquam alius veterum Scriptorum veteris & liberæ Reipubl. meminit. Unde apparet *Gratiano* imperante, & *trabeatos* Consules fuisse, qui *prætextati* antea fuerant, & *trabeam* fuisse pictam, contra veterem consuetudinem. De tertio *trabearum* genere *Dionysius* loquitur lib. 3. ubi de *Saliorum vestitu*, vel *trabeis* scribens, eas *περιπροφύρας* vocat, id est, *purpura prætextas*; puniceo colore alternis intertexto. De *trabea* præter *Aldum Manutium*, *Eliam Vinetum*, *Lazarum Bayssium* & alios, *Wolfgangus Laxius* l. 8. Commentariorum Reipublicæ Romanæ, c. 5.

## CAPUT XXXV.

## De Fœminarum habitu.

Explicatis iis vestimentis, quibus viri & pueri proprie usi apud Romanos fuerunt, sequitur, ut de muliebribus etiam pauca subjiciamus. *Muliebria* cum *Ulpiano* appello, quæ matrisfamilias causa parata sunt, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione, veluti *stole*, *pallia*, *tunica*, *capitula*, *zona*, *mitra*, quæ magis capitis tegendi, quam ornandi causa comparata sunt, *plagula*, *penula*.

*Stolam*, inquit *Nonius Marcellus*, tractatu de genere vestimentorum, veteres non honestam vestem solum, sed etiam omnem, quæ corpus teget, appellarunt: quibus verbis docet, *stolam* non mulierum vestem propriam, sed iis cum viris communem esse; cui rei probandæ testimonia *Ennii* & *Varronis* adducit. *Ulpianus* tamen *stolam* pro muliebri tantum veste usurpat, quæ demissa erat ad imos usque pedes, & cujus extremam partem instita asluta, quæ erat fasciola quædam sive *limbus*, ambiebat. Dicta autem videtur *stola ἀπὸ τῆς ἐλλομας*, quod *induo*, significat. Hac matronæ Romæ utebantur, non aliter atque viri *tunica*. Sic enim eas virorum & mulierum vestes confert *Terentius Varro* lib. 7. de Ling. Lat. cum scribit: In vestitu quum dissimillima sit virilis *toga* *tunicæ*, mulieris *stola* *pallio*, tamen inæqualitatem hanc sequimur nihilominus, &c. Quibus verbis *togam* & *tunicam* viro tribuit, *pallium* & *stolam* mulieri. *Stolata mulieris* icona talem ex vetustis monumentis suo libro de Re Vestiarum inseruit *Laz. Bayssius*, quam & nos hic adjiciemus.

*Pallium* virorum & puerorum erat, erat & mulierum: hoc tamen ab illo altero, quod viri & pueri usurpabant, erat diversum, Dicebatur *pallium*, quia palam gestabatur, & *tunicæ* sive *stole* circumdabatur, aut *tunicæ* operimentum erat, id quod ex *Varronis* verbis, quæ modo recitavimus, liquet. Hæc etiam *palla* dicta fuit, ut *Varro* lib. 4. de Ling. Lat. docet, quod foris ac palam esset. *Nonius*: *Palla* est honestæ mulieris vestimentum, hoc est, *tunica pallium*. Vide de his vestimentorum generibus disferentem *Aldum Manutium*, *Pauli filium*, libro 2. de Quæstis per epistolam, epistola 2. sub finem.

*Tunica* non tantum virorum, sed & fœminarum erant, quod ex *Varrone* cognoscimus, qui eas fœminis tribuit. Idem lib. 9. de Ling. Lat. *Muliebrem tunicam* eam dicimus, quæ de eo genere est, quo induit mulieres ut uterentur est, institutum. Ita autem dicebatur exterior fœminarum *tunica*: *indusium* interior, quæque carni hærebat. Sic enim *Varro* lib. 4. de Ling. Lat. cum de *capitio* locutus esset, subjungit: Alterius generis item duo: unum, quod foris ac palam, à quo *palla*: alterum, quod intus, à quo *indusium*. *Nonius*: *Indusium* est vestimentum, quod corpori intra plurimas vestes adhæret, tanquam *intusium*. Apud eundem *Varro* lib. 1. de vita pop. Rom. Postquam binas *tunicas* habere cœperunt, instituerunt vocare *subuculam* & *indusium*. Ex quo apparet, *subuculam* interiorem virorum *tunicam*, *indusium* mulierum fuisse. Posterioribus tamen temporibus *subucula* quoque fœminarum fuit, quæ etiam *supparus* dicta. Ita enim *Festus*: *Supparus* vestimentum puellarum *lineum femorale* usque ad talos pendens dictum, quod subtus appareat. Et ita quatuor muliebres vestes fuerunt *indusium*, intra *tunicas* omnes, *supparum*, *stola* & *palla*. Vide *Aldum Manutium* loco paulo ante citato.

*Capitula* capitum tegmina, inquit *Nonius*, ubi adducit locum *Varronis* libro 4. de Vita popul. Rom. Neque id ab orbita matrisfamilias instituti, quod ex pectore ac lacertis erant apertis, nec *capitula* habebant. Ex quo tamen loco *capitula* non capitibus, sed pectoris tegumentum fuisse intelligitur, quod etiam

idem

idem Varro libro 4. de Ling. Lat. significat, cum sic scribit: *Capitium* ab eo quod capit pectus, id est, ut Antiqui dicebant, indutu comprehendit. Atque sic *capitium* intelligendum, *Adriano Turnebo* & doctissimo *Scaligero* placet. Erant & ad vincendum pectus *strophia* & *fascia*, de quibus *Terentius*, de puellis loquens, quas matres student esse:

*Demissis humeris, victo pectore, ut graciles sient,*

*Si qua est habitior paulo, pugilem esse ajunt, deducunt cibum. &c.*

Nam fasciis illis humerorum castigabant superfluum, & quasi luxuriantem habitum, eosque *ἰμαλας* & æquos reddebant, cum contra in pugilibus sint torosi. *Strophio* tumorem papillarum cohibebant. *Nonius*: *Strophium* est fascia brevis, quæ virginealem tumorem cohibet papillarum. *Turpilii Philopato*: *Me miseram quid agam, inter vias epistola excidit mihi, infelix inter tuniculam, ac strophium collocavam.* Vide *Joseph. Scaligerum* Conjectaneis in Varronem de Lingua Latina.

*Zona*, quæ à Jurisconsulto etiam inter muliebria vestimenta numerantur, erant, quibus sese mulieres cingebant, sic dictæ à Græco verbo *ζώνω*, quod est, *cingo*. Hæ alio nomine appellantur *cingula*, de quibus *Varro* l. 4. de Ling. Lat. *Cinctus* & *cingulum* à cingendo, alterum mulieribus attributum. Festus: *Cingulo nova nupta præcingebatur, quod vir in lecto solvebat.*

*Mitra*, capitis ornamenta erant, mulieribus propria, quemadmodum *Servius* in 9. lib. *Æneidos* in illum versum *Virgilio*:

*Et tunica manicas, & habent redimicula mitra,*

scribit: *Pileæ*, inquit, sunt virorum, *mitra* fœminarum, quas *calanticas* appellant.

*Calius Rhodiginus* lib. 16. Antiq. lect. c. 10. ex *Euripide* & *Herodoto* docet, *mitram* esse genus fasciæ, sive *tania*, quo caput obligaretur, & subjicit esse quosdam, qui sic finiant, ex fascibus orariisque concinnatas corollas dici *mitras*, eamque appellationem inclinari à *μῖτρος*, quod *filum* est: atque etiam eo nomine dici *zonam*, de qua paulo antè. *Calantica*, inquit *Nonius*, est tegmen muliebre, quod capiti innectitur. *Marcus Tullius* in *Clodium*: *Tunc, cum vincerentur pedes fasciis: cum calanticam capiti accommodares?*

*Plagula* diminutivum à *plaga*, de qua ita *Nonius*: *Plagæ* grande linteum tegmen, quod nunc *torale*, vel *lectuarium* *findonem* dicimus, quarum diminutivum est *plagula*.

De *penula* paulò antè diximus, quæ virorum & mulierum communis fuit: hic tamen *IC.* inter muliebria simpliciter ponit. *Ælius Lampridius* in *Vita Alexandri Severi*: *Penulis* (inquit) ut frigidis, causa senes intra urbem uterentur, permisit: cum id vestimenti genus semper *itinerarium*, aut *pluviæ* fuisset. *Matronas* tamen intra urbem *penulis* uti vetuit, in itinere permisit. Hactenus de iis muliebrium vestium nominibus diximus, quarum *Ulpianus* meminuit: quibus etiam ea adjiciemus, quæ apud *Nonium Marcellum*, & alios extant, quamquam nonnullorum jam ante mentionem fecerimus.

*Reticulum*, tegmen capitis muliebre. *Varro* Sequiulysse: *Suspendit Laribus marinas molleis pilas, reticula, ac strophia.* *Cic.* in 7. *Verrina*: Ipse autem coronam habebat unam in capite, alteram in collo: *reticulumque* ad nares sibi opponebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ, &c. Ex quo loco intelligis, *reticulum* dici fasciam laneam, vel lineam ad formam retis factam, quam faciei admovent, ne agnoscerentur: vel ut naribus suaves odores admoventur. Sed cum ad ornatum mulierum spectat: tum est id, quod capillos continet. Hinc *Varro* lib. 4. de Ling. Latina scribit à *reti* dictum esse, quòd capillos contineret, & *reticulum* à raritudine.

*Vitta* dicebantur capitis ornamenta muliebria, quibus mulieres capillos colligabant, ut satis ostendit illud *Ovidii* in 1. *Metamorph.*

*Vitta coërcebat positos sine lege capillos.*

Et lib. 2.

*Vitta coërcebat neglectos alba capillos.*

Erantque olim propriæ honestarum matronarum, virginum, & Vestalium, quæ etiam dicebantur *tania*.

*Rica* & *vicula*, ut *Festus* scribit, vocantur parva *vicinia* & *palliola* ad usum capitis facta. *Granius* autem esse ait muliebre cingulum capitis, pro quo *vitta flaminica* redimiatur. *Agellius* lib. 10. cap. 15. ubi de *flaminica* loquitur: Et quod in *rica* furculum de arbore felici habet. Sic enim hunc locum *Josephus Scaliger* restituit.

*Flammeus*, inquit *Nonius*, vestis vel tegmen, quo capita matronæ tegunt. Hoc autem amicebantur nubentes omnis boni causa, propterea quòd eo assidue utebatur *flaminica*, id est flaminis uxor, cui non licebat facere divortium. In *C. fœminæ*, 30. q. 5. scribitur fœminas, cum maritantur, ideo *flammeo* velari, ut se noverint semper maritis suis subditas esse. Hinc *flammearii* dicti opifices hujusmodi vestium apud *Plautum* in *Aulularia*:

*Flammearii, violarii, carinarii.*

*Encombomata* & *parnacides*, inquit idem *Nonius*, genera erant vestium puellarum. *Varro* de *Liberris* educandis: ut puellæ habeant potiùs in vestitu *chlamydas*, *encombomata*, ac *parnacidas*, quàm togas: *Pollux* *ἰγρόμφορα* vocat *albam tuniculam*. Plura de muliebribus vestimentis non addam, quæ si quis desideraverit, petet ea ex *Andrea Tiraguelli* *IC.* clarissimi Præceptis sive Legibus connubialibus, præcepto,

aut lege 3. ubi summa diligentia plurima ornamentorum muliebrum, instrumentorum repositorium, aliarumque rerum ad eam rem pertinentium collegit, & ordine Alphabetico disposuit. De ornamentis etiam muliebribus lectu non indigna habet *Jacobus Revardus*, libro 1. Variorum cap. 4.

## AD CAP. XXXV. PARALIPOMENA.

*Muliebres vestes & ornamenta, acus ornatrix & textrix, calamistrum, crinium flexura, vitæ, insita, fasciæ, agis, monile, tunica, palla, mitra.*

**M**atronas suas non ornatu suo carere, non vestibus propriis sinebam, itaque pauca obiter perstringentur. Ab acui incipiam, quam Festus lib. 1. definit, *qua sacra matrix vel ornatrix utitur*. Gloss. Isidori, *casona, acus, qua mulier scalpit caput*. L. Apulejus lib. 8. Milesiar. *crinale* appellat, quod scilicet crinibus ornandis inserviret, vel discernendis, dividendisque, quare & *discriminalis* est vocata à Divo Hieronymo l. 2. in Rufina. & in cap. 3. Itai. *Habent mulieres acus suas, quibus ornamentorum crinium compago tenetur, ne laxius sinant, & in sparsos dissipentur capillos*. Ulpian. IC. l. 25. ff. de auro & arg. leg. Ornamentorum hæc, vitæ, mitre, semimitre, calantica, acus, cum margaritis, quam mulieres habere solent. Duplex itaque acus hujus muliebris usus, vel enim componendis crinibus sublevicabat, vel picture seu verius texture vestium, quas commendabant, si matronarum manibus factæ fuissent. Et de prima significatione intelligendi Scriptores: Martial. l. 14. epigr. 24.

*Tenuia ne madidos violens bombycinus crines,*

*Fingat acus tortas, festineatque comas.*

P. Ovid. lib. 1. de Arte:

*Minioida Thebes*

*Absulit, à nullis tempora comptus acui.*

Et lib. 1. Amor. eleg. 14.

*Ante meos oculos sæpe est ornata, nec naquam*

*Brachia direpta fascia fecit acui.*

D. Juvenal. sat. 2. v. 94.

*Ipse supercilium madida fuligine tectum*

*Obliquus producit acui.*

Cl. Claudian. epithal. de Nupt. Hon. & Mariæ:

*Cæsariem tunc sorte Venus subnixæ cornuco*

*Flagrabit solio, dextra, lævæque sorores*

*Stabant Idalix, lævas hæc uellaris imbres*

*Irrigat, hæc morsu numerosi dentis ebrius*

*Multifidum discrimen erat, sed tertia retro*

*Dat varios nexu, & certo dividit orbis*

*Ordine.*

Et post eodem libro:

*Ipse caput distinguit acui.*

In secundo significatu C. Plin. lib. 8. cap. 48. *Pictas vestes jam apud Homerum fuisse, unde triumphales nata: acui facere id Phryges invenerunt, ideoque Phrygiones appellati sunt*. Iuvenio itaque in Phrygia, ulus in Assyria, & præsertim Babylone. Plinius ibidem loci, paulo post; *Colores diversos picture intexere Babylou maxime celebravit*. Plutarchus in M. Cætonis vita scribit ei hæreditario jure obvenisse, *βαβυλωνιον περιβλήμα*, *Babylonicis coloribus variegatam vestem*, iussisse autem eum ut statim ea venderetur. Vide quæ supra hoc libro dicta à me sunt. Adde Lucretium de Rer. Nat. lib. 4.

*Labitur interea res & Babylonia sunt.*

Sic legit Jacobus Dalecampius, aliter in vulgatis habetur editionibus:

*Labitur interea res, & vadimonia sunt.*

M. Lucan. lib. 10. v. 142.

*Quod Nilotis acui compressum pectine Serum*

*Solvit, & extenso laxavit flamma flo.*

Martial. lib. 10. epigr. 6.

*Quando eques, & pili tunica Nilotide Mauri*

*Ibitis.*

Locus non inelegans est apud Nonium ex Titinio in Bar-

rato:

*Phrygio sui primo, beneque id opus*

*Sævi, reliqui acus aciasque heræ*

*Atque heræ nostræ.*

Valer. Flacc. lib. 2. Argonautic.

*Illic servati genitoris consilia sacra*

*Pressit acui.*

Ejusdem operis lib. 6.

*Nec levior consistitur Aron, horrenti cæjus*

*Difcolor arma super, signallatæque ære lasceros,*

*Barbarica chlamys arces acui, tremefactaque venito*

*Implet equum.*

Acum hæc *discriminulum* appellatur, quo Lucillos discerneret. M. Varro lib. 4. de Ling. Lat. C. Lucilius lib. 30.

Satyrum:

*Emplocum digitis, discerniculumque capillo.*

Nec dirimebat modo, aut discernerebat capillum, sed in cirros contorquebat hæc acus. Isidorus Hispalensis in glossis; *acus, calamistratorium*; quo mundiores essent feminæ, pulchritudinesque ingenii pueri, aut ipsæ deorum effigies, quare & acus magnæ matris dicitur, vel qua sacerdotess eam adornabant, vel qua ipsa, dum viveret, intendo uteretur. Servius Honoratus ad v. 187. lib. 7. Æneid. *Septem fuerunt parvia, quæ imperium Romanum tenuit, acus matris deum, quadriga sicillius, Vestentorum cineres, Orestis scaptrum, Priamivæ, Iliou, Palladium, ancilia*. Et putio sic intelligendum P. Ovidium libr. 1. Amor. eleg. 14.

*Nec acus abruptis, non vallum pectinis illos.*

*Ornatrice toto corpore semper erat.*

Idem est *calamistrum*, sic appellatum, quod *calesillum* in ignito cinere capillos ornet, si fides sit adhibenda Grammaticis. Unde apud M. Ciceronem in orat. post reditum: *Frons calamistris notata vestigiis, & ibidem, calamistratus saltator*. Et apud Plautum, alterum Lingua Latina parentem, Asiaia Sc. Cur me, *calamistrata cinæde*. Cicero ibidem pro Sextio, *calamistrata coma*. D. Hieronymo in epist. ad Demetriadem pro virginis, servand. *calamistratus dicitur puer*. Inde etiam & *cirrati* Aulo Persio sat. 1. v. 43. & Phædro Tiberii Augusti liberti dicuntur fab. 36. illi, qui ad luxuriam compositi sunt. Interpretes D. Juvenalis ad v. 164. sat. 13.

*Madido torquentem cornua cirro*. Jul. Poll. lib. 10. cap. 28. *Γυαλαίαν σκευήν κτήνιον, & αἰγιον*. *Muliebrum instrumentorum sunt pectus, calamistrum*. Sic enim vertit Rudolphus Gualterus. Janus Gualtelmus lib. 3. verisimilium cap. 16. locum Martialis tentavit non infeliciter. Is est lib. 2. epigr. 36.

*Pectore te nolim, sed nec turbare capillos,*

*Splendida sit nolo, sordida nolo cutis.*

Ex N. S. rescribit:

*Pectere te nolo, sed nec turbare capillos.*

Non modo liber scriptus faver, sed ipse poeta lib. 3. sequenti epigr. 72.

*Bellus homo flexos qui digerit orâine crines,*

*Balsama qui semper, cinnuma semper olis.*

Concinnati itaque & calamistrati capilli Martiali non placent, ut nemini impexi & horridi, pexi & compositi, quod inter illa, duo tanquam medium est, non displicent, sive, quod idem valet, nimis cultus displicet: moderatus placet. Immoderatum cultum facit calamistrum, laudabilem pectem. Petron. Satyr. pag. 95. *Quo enim spectant flexæ pectine coma?* L. Apul. lib. 2. Milesiar. *Crinis pectinis argenti dense discriminat*. Ovid. elegantissime expresse lib. 1. Fautor.

*Naiades, effusis aliæ sine pectinis usu,*

*Purs adernunt positiss arte manuque comis.*

Pulchra sunt quæ Claudius Musaubertius, sive Theodorus Marcellus in Commonitoris suis in Laurentii Ramiretii hyponeumata inseruit. *Pectere capillos & turbare, opposita res hæc*

epi-



epigrammate. Solent autem turbati capilli non flexis, sed pexis op-  
poni, etenim pexos capillos intelligi voluere non unde simpliciterque  
pexine perfritas, sed pexine compositos ad elegantiam & venus-  
tatem, ut patet Fabii cap. 3. lib. 11. ubi opponitur comis turbati.  
composita, id est, pexa. Tum deinde paucis interjectis: Ad sum-  
mum triplex capillorum genus, flexi ad pectinem, sive pexi, flexi  
calamistris & turbati. Primum genus elegantia est, alterum molli-  
tati, tertium sine elegantia & venustate. Corrigendus & locus  
Arnobii lib. 2. contra gentes: Nec in formis erubescerent masculo-  
rum calamistris vibrare casariem. Referunt quidam, nec in  
formis, alii, nec iis formis. Denique nonnulli viliu legi, nec  
isformis. Adeo varia Criticorum & mens & manus. Servius  
ad v. 98. lib. 12. Aeneid. Vibratos calido ferro, crispatos cala-  
mistris. Nam calamistrum est acus maior, quae calefacta & adhi-  
bita into quet capillos, unde etiam Cicero calamistratam comam  
appellat frequenter, quae etiam vitiuperationi est. Philoxeni glo-  
ssa, calamistrare, παραμίστριον κχι εις το ελου συντεθειμεν την κο-  
μην Uncinare & crispare comam. Lucian. in Amoribus, σιδηρα  
πυρις οζγρα η αμφελα ρλογι χλαι θητα βια την ελικον η ελο-  
πυτα διαπλικοιτα. Ferrea instrumenta, quibus ignis leni & hebeti  
flamma tepidat, crispatur coma in cirros. Porphyrius ad v.  
97. lat. 2. lib. 1. Q. Horatii: Cinislones & cinerarii in eadem  
significatione apud Veteres dicebantur, ab officio calamistrorum in  
cinere calefaciendorum, quibus matronae capillos crispabant, cuius  
rei & Virgilius meminit (libro 12. Aeneid.)

Fedare in pulvere crines  
Vibratos calido ferro, myrrhacque madentes.  
Papia pene Heleuius Acton. Cinislones & cinerarii eadem si-  
gnificatione apud Veteres habentur, ab officio calamistrorum, id est,  
vernum in cinere calefaciendorum, quibus matronae capillos crispab-  
ant, cuius rei & Virgilius meminit dicens,  
Vibratos calido ferro.

Disti autem cinislones ab eo, quod in cinerem stant ad ferrum cal-  
faciendum, quos cinerarios appellant. Fuit itaque hoc viris pro-  
brosum. Martial. lib. 10. epigr. 65.  
Tu flexa nitidus coma vagaris,  
Hispanis ego contumax capillis.

Neque tantum id in more positum Romanis, sed & Germa-  
nis. Juvenalis proxime supra laudatus. L. Sen. libro 3. de Ira  
cap. 26. Rufus cratis & in nodum coactus, apud Germanos utrum-  
que decet. Idem epist. ult. Quid capillum ingenti diligentia comi-  
si? cum illud vel effunderis more Parthorum, vel modo Germano-  
rum vixeres, vel ut Scytha solent, sparferis, in qualibet equo den-  
sor iudabitur jubis. Necessaria correctio est, vel nodo Germano-  
rum vixeres. Idem Marcial. Spectaculo. epigr. 3.

Crinibus in nodum tortis tenere Sicambri,  
Atque aliter tortis crinibus Aethiopes.  
Aliter, recte, hoc est, non arte, aut industria, sed natura. Idem  
poeta lib. 6. epigr. 39. Galen. 1. 2. de Temperamentis sect.  
14. Onchislonis poeta laudatus a Strabone Amasiano lib. 5.  
Geograph. Aristotel. 1. 5. de Generat. Animal. cap. 3. hoc  
quidem non datum vituperio, uti nec crines pellere: inodo id  
non ad luxum & effoeminationem. Aelius Spartian. in Had-  
riano: Statura fuit procerus, forma composita, flexo ad pectinem  
capillo. Quamquam & interdum mollitie argumentum inde  
desumptum, quod quis se pexum ostentasset. De Catilina fo-  
citis M. Tull. Orat. 2. io illum: Hi sunt, quos pexo capillo niti-  
dos videtis. Et tamen inducit Cupidinem Moschus insignis  
poeta Bucolicus. Phocylides referent Junio lib. 2. Animad-  
versor. c. 8. Horat. lib. 2. od. 15. de Paride:

Nequicquam Veneris presidio ferox  
Pelles casariem.

Quod diebus festis fieri assolebat. A. Persius sat. 1.  
Et natalitia tandem cum sardonyche albus.

Alb. Tibull. lib. 2. eleg. 5.  
Sed nitidus pulcherraque veni, nunc indue vestem  
Sepostam, longas amice bene pelle comas.

Id non acu tantum, seu discerniculo, aut calamistris tantum,  
sed pexine peragi solium. Verus Scholiast. Juvenal. ad v.  
150. lat. 11. Dianuli pexine capilli.

Idem habitus cunctis, consi, vestigia capilli,  
Atque hodie tantum propter convicia pexi.  
Sed quia de crinibus sagimus, pauca obiter perstringam: atque  
illud ante alia, iis adornatis aurum consuevisse addi. P.  
Ovid. epist. 20. Cydippe Aconio:  
Quos idem solitos postquam revocavit ad ortus,  
Conunter nostrae matre iubente comae.  
Ipsa dedit gemmas digitis, & crinibus aurum,  
Et vestes humeris induit ipsa meos.  
Idem epist. 21. Sappho Phaoni:  
Ecce jacent collo positi sine lege capilli,  
Nec promit articulos luctida gemma meos.  
Veste regor vili, nullum est in crinibus aurum,  
Non Arabum noster rore capillus olet.  
Valer. Flacc. lib. 1.

Tereti crinem subnectitur auro.  
Auro gemmae accedebant non mulierum modo crinibus or-  
nandis, sed & virorum. Huc traho illud Luitprandi in lega-  
tione ad Nicephorum Phocam pag. 85. Nemo tibi auro, nemo  
gemmis ornatus erat. Hic est ille Luitprandus, qui legationem  
obijt anno 968. vel aliquo sequenti, certe ante obitum Orho-  
nis Magni, qui incidit in annum 972. ut Sigebertus Gembla-  
censis est auctor. Cl. Claudian. de 6. Hon. consul.

Ac velut offiis trepidantibus ora puella  
Spe propiore thori mater solentior ornata  
Adveniente proco, vestisque & cingula comit  
Saepe manu, viridique augurat faspide pectus,  
Substringitque comam gemmis, & colla molli  
Circum, & bacis onerat candentibus aures.

Locum exprefsit Aurelius Prudentius l. 2. in Q. Symma-  
chiu non longe à principio:  
Vincendi queris dominam? sua dextera cuique est,  
Et Deus omnipotens, non pexo crine virago,  
Nec nudo suspensa pede, strophioque recivinda,  
Nec tumidas fluitante sua vestita papilles.

Rescripsit ex MS. codice Joan. Sichardus:  
Non flexo crine virago,  
Nec nudo suspensa pede.

M. Lucan. lib. 10. Pharfalia:  
Colloque comisque  
Divitias Cleopatra gerit, cultuque laborat.

M. Manil. lib. 4. Astronomic.  
Perque caput duili lapides, per colla, per armos.  
D. Gregor. Nazianzen. elegia illa cultissimae eruditionis,  
adversus mulieres ambitiosas se adornantes.

Μη κεφαλας πυρεθεις τοθους πλοκαμισις γυναικες,  
Ορθισται μαλακως αυχνας εκ σκοτιλων.  
Μυθε δευ μορφας επαλειφεται χειρμασιν αισχησις,  
Ωσι προσωπεια, κχι προσωπα φρειν.  
Ουδε γαρ ασκητια κεραλη θριμις ανδρι γυναικα  
Φαιειν, η χειρω σφιγρομειαν πλοκαμων.

Latinis metris incilius Fredericus Morellus, professor lite-  
rarum Graecarum, Galliarum decus:

Crinibus adsiitis capiti fastigia vestro  
Ne addite, quo peiris mollia colla sient.  
Neve Dei formas pictura induite sedas,  
Ut jam non facies, larva sed ora notet.  
Femineum caput illucium est nudare, vitorum  
In catu, seu auro casurie impliuita.

Atque ut haec in vituperio posita, quemadmodum exposui,  
quod muliebrem cultum spectare, verius quam virilem curam  
viderentur. Ver. Scholiast. Juvenal. ad v. 478. satyr. 6. Eos  
dicit, qui ornamentis praesunt, non tamen & ornatrices. Et ad v.  
488. ejusdem satyrae:  
Componit crines dominae.

Unde liquet foeminis fuisse in usu ornatrices quasdam puel-  
las, quae capita adornarent, crines disponent. Julianus Au-  
gustus in Caesaribus suis non longe à fine. Sil. Italic. libr. 7.  
Punicor.

Aff alius niveas comebat fronte capillos  
Purpureos.

Claudian. epithal. Hon. & Mariæ supra citatus, & lib. de laud. Sereuz:

*Vile putas donum, solitam consurgere gemmis,  
Et rubro radiare mari, si floribus ornes  
Regina Regina comas.*

Ancilla porro ornandis crinibus præfæta psecades appellabatur. Vetus Scholiast. Juvenal. ad v. 491. lat. 6. *Ψαδάριον* Græci dicunt, quando minutum, sive rarum pluit. Ornatrix igitur componentes rarum aut parvum aque solent mittere, ut voluit *Ψαδάριον*. Ergo nominis etymologiam ab arte sumpsit, vocem illam apud Artemidorum Dalsianum reperio lib. 2. Oneirocrit. cap. 8. *Ψαδάριον καὶ πύργον γυναικῶν μὲν σπείρα ἄρα βάλει. Μινυτά πλυνία γυττε & prima, agricolis quidem valde bonæ. Et jam doctissimus Nicolaus Rigaltius observavit. Jul. Pollux lib. 10. Onomast. cap. 5. τὸ βάλειν καὶ διαβάλλειν, καὶ καταβάλλειν, καὶ ψαδάριον, καὶ ψαλίον, ἔστιν ἴσιν. Vertit. Rud. Gualterus; Rigare, & irrigare, & perrigare, humectare & aspergere, dicere licet. Antimachum psecadem appellaverunt, ut recitat Suidas in voce τῆσίδης. Vertit Hieronym. Wolfius, rorem, sed pauci intelligunt. Ego puto, mollitiem in eo denotare, ut quod muliebribus se addixerit ministeriis, & capillos matronarum instar ancillæ composuerit, irrogaverit, digesserit. Aristophan. in Achamenisibus non multum a fine:*

*Ἀντιμαχὸν τὸν ψαδάριον  
τὸν ἔφυλασθῆναι, τοὺς μάλιστα τὸν πομπῆν,  
ὅς μὲν ἀπὸ λόγιον, καὶ  
Ἐξολίσθη ὁ Ζεὺς.*

Vertit Nicodemus Fisschlinus:

*Antimachum illum psecadis  
Versificatorem, hominem usque ineptum,  
Ut breviter dicam, male  
Juppiter ille perdat.*

Suidam lapsus memoria existimo. Neque enim illum psecadem, sed psecadis potam vocat, hoc est, vilis alicujus ancillulæ ornatrix amore carminibus aucupantem, seu quod idem est, servilibus additum amoribus irridet simul & devovet. Consulte Scholiastem veterem, & Eustachium apud Biterum. Discreta igitur ancillarum officia, quædam disponebant tantum crines, & in orbes digerebant. Juvenal. lat. 6. v. 491.

*Disponit crinem laceratis ipsa capillis.*

Ovid. lib. 2. Amor. eleg. 8.

*Comendis in mille modis perfecta capillis,  
Et non ancillas inter habenda Nape.*

Claudian. lib. in Eutrop.

*Pellebat dominæ crines.*

Martial. lib. 2. epigr. 66.

*Unus de toto peccaverat orbe comarum  
Annulus, incerta non bene fixus ann.*

*Hoc facinus Lalage spectulo, quo viderat, ulta est,  
Et cecidit felix hæc Plecofa comis.*

*Defæc jam Lalage tristis ornare capillos,  
Tangat & insanum nulla puella caput.*

Aliæ crines dispositos aquis aspergebant. Claudian. epithal. Hon. & Mariæ.

*Largos hæc nellaris imbris  
Irrigat.*

Juvenalis loco proxime citato:

*Nuda humero Psecas infelix, nudisque mamillis  
Altior hic quare circum? taurica punit  
Continuo flexi crimen facinæque capilli.  
Quid Psecas admisit? quamvis est hic culpa puella,  
Si tibi displicuit natus tuus? altera lævum.  
Extendit, pectusque comas, & volvit in orbem.  
Est in consilio matrona, admotaque lanis  
Emerita quæ cessat acu.*

Crinibus hæc seu pexis seu flexis, ornamentis gratia, vittæ addebantur: easque quidem in multiplici usu fuisse, neque muliebri mundo adnumeratas solum, docuere Critici. Ac primam sacerdotæ erant vittati, & poëta, & ad ultimum supplicium ducendi, & templa ipsa, atque deorum, vittatæ, & na-

ves è portu exitura, aut post longam navigationem regressuræ, faces nuptiales, ludorum præmia, arboresque ipse certis quibusdam diis consecrata: ut diligenter & erudite observat Joannes Bernartius ad lib. 5. Thebaidos Statianæ; adde & diademata prætorum Regum nihil aliud, quam vittas discoloræ fuisse, ut ad Claudianum expositi, & alibi, ut puro, in hoc opere. Certe matronarum hoc proprie gestamen. Aristot. I Consult. apud Ulpianum l. 2. §. de arr. & argent. legat. Vittæ margaritarum, & stibula, ornamentorum magis sunt, quam vestium. Martian. Capella lib. 1. de nupt. Meicarii & Philolog. Jure quoque expurgationis auri venia splendens addiderat crinibus sociale vinculum; Interpretor vinculum crimale vittam. Sic enim Stat. lib. 1. silv. 2. v. 242.

— Dat Jeno venandi

Vittula, & insigni geminat concordia dextra. Discreta iis matronæ a meretricibus. Q. Flor. Tertullian. lib. de feminar. cultu: Quid minus habent infelicissima illa publicarum libidinum viltima? quas si quæ leges à matronis & matronalibus decoramentis coercerant, jam certe sæculi improbitas quotidie insurgens hostilissimis quibusque faminis usque ad errorem dignoscendi exagravit.

Sext. Propert.

*Mox ubi jam facibus cessit prætexa maritis,  
Vindis, & acceptas altera vittas comas.*

M. Plaur. Milite, l. c. cohibete.

— Ut ad te jam deducas domum.

*Utique tam sic adornatam adducas matronarum modo  
Capite compto, crines vittasque habeat, assimiletque se  
Tuam esse uxorem, ita præcipiendum est.*

P. Virgil. lib. 7. Æneid.

— Matres ubi quæque Latina

*Solvite crimales vittas, capite orgia mecum.*

Ovidius sapissime, lib. 1. de Arte, nomine vittarum matronalem dignitatem significat:

*Esse procal vittæ tenues, insigne pudoris,  
Unique tegit medios insista longa pedes.*

Et lib. 1. de Remedio Amoris:

*Thais in arte mea est, lascivia libera nostra est,  
Nil mihi cum vittâ, Thais in arte mea est.*

Lib. 3. Faistor. in Sylvia:

*Decidit ante sacros lænea vittas focos.*

Et lib. 4. Faistor.

*Et vos quis vittæ longæque vestis adest.*

Lib. 1. Metamorph. fab. 9.

*Vitta coercitas positos sine lege capillos.*

Albius Tibullus lib. 1. eleg. 6.

*Sit modo casta doce, quamvis non vittâ ligatos  
Impediat crines, nec sola longa pedes.*

Neque modo matronarum illæ, sed & virginum nondum nuptiarum. Valer. Flacc. lib. 8. Argonauticôn:

*Ultima virginis tum stans dedit oscula vittis.*

Ut vittâ honestarum matronarum ornamentum, ita quoque & sola, live insista, nec modo apud Latinos, sed & alios populos, uam *σολὴ Σαμιρακίδος*, sola Semiramidis apud Diodorum Siculum lib. 1. Bibliothec. pag. 67. & Dex. Unde stolata Dians apud M. Tullium act. 6. in C. Verrem Ulpian. l. 23. ff. de arr. & arg. legat. Vestimenta muliebria sunt, quæ matrisfamilia causa sunt comparata, quibus vir non facile nisi potest sine vituperatione, veluti stola, pallia, tunica, zoua, mitra, quæ matris capitis tegendi causa, quam ornandi sunt comparata. Valerius Maximus libro 6. cap. 1. in limine, matronalem appellat stolam, quod nempe sine mollitiæ aut infamiz nota, suminarum indumenta viri non possent usurpare: atque id quidem Flavius Josephus in vituperio posuit Caligulæ Imperatoris, quod stolam gestaret, libro 19. Antiquit. Judaicæ. cap. 1. L. Sen. lib. de Vita Beata c. 13. Hoc tale est, quale vir fortis stola indutus. Quod Romanorum ex more intelligi debet. Nam Reges aliam generum stola vestiebantur, & præsertim Persæ. Herodot. libro 7. Arrian. de Gest. Alexand. lib. 4. Plutarchus in vita Alexandris hujusmodi Regum Perficorum vestem *σολὴν βαρβαρικὴν*, stolam barbaricam, Zonaras Annal. Tom. 1. *Μυθικὴν σολὴν*

*Mediam solam.* Denique *Ælianus* libro 1. var. histot. cap. 32. & cum eo *Athenus* libro 12. *Dionysophris*. *Πιστικὴν σολῆν*, *Persicam solam* dixerunt. Sed à viris quoque gestari maluit *Lazarus* Bayfus libello de Re Vestitiarum; & in sacris literis, *Joseph* honoris causa *sola byssina* à *Pharaone* vestitur. *Geneseos* cap. 4. auro gemmitate confuevit adornari depingique eam, fuisseque *satarem* docet *Procopius* lib. 1. de Bello Persico, & fuisseque eruditissimus *Brissonus* lib. 1. de regio Persarum principatu pag. 46. 47. 48. Superinduebatur armaturæ Regum, ut conjicio. Quippe *σολῆν*, armatura genus vult esse *Suidas*, & *Xenoph.* 1. 6. *Παῖδα χυρὸν κοσμητὸς, tunica* *sriata*, plicas fortassis habens, quæ annis superinduebantur. *Joann. Leunclavius*, in *Appendice Xenophonæ*. Plicas vetit *Quaterus Julii Pollucis* lib. 7. c. 13. Quid quod libr. 3. *Expedit*. *Cyri*, pagin. 307. *σολῆς* *Xenophon*. Idem pro *solis*, versente *Guilielmo Xylandro* usurpatur, qui pro *σολῆς* censuit *σολῆς* reponendum. Sed parum interest. *Pollux* lib. 1. c. 10. *Ἐστὶ δὲ τῆς καὶ σολῆς ἀνὰ θώρακος. Ἐστὶ δὲ σολῆν* quædam thoracis loco. *Dionys.* *Halicarnall.* lib. 6. pagin. 351. *Πολεμικῆς σολῆς*, militares *solas* ob id nuncupat. Constat ex istis plicatas & corrugatas has stolas fuisse, ideoque *sriatas* appellari; sicut enim *sria* prominentia columnarum *Vitruv.* lib. 4. cap. 4. ut ego interpretor, casis in plicafæ conformatis columnis. Unde *sriate plicæ* eadem notione dicuntur in sacris literis *libro 3. Reg. cap. 7.* *Glossarium vetus* *ἑστῆρα*, *sriata*. *L. Apul.* lib. 10. *Milefiar.* *Senili tristitie sriatam gerens frontem.* Et libro 11. *Serpens sriato tumore sublimis.* Et lib. 1. *Apologia.* *sriatam concubulum*, ut & *Plaut.* in *Rudente*. c. Omnibus modis.

*Echinos*, *lepadas*, *ofreas*, *balanos*, *captivinus*, *conthas*, *Marinam urticam*, *musculos*, *plagusus*, *sriatus*.  
Corrigendus idem *Apulejus* lib. 2. *Floridor.* *Tunicam picturis variegatam dorsus ad pedes dejecit ipsos, Græcæ tunicæ cingulo, chlamyda velat utrumque brachium ad usque articulos palmarum, cætera decoris instrumentis dependens.* Referibe cum acutissimo *Cælio*: *Cætera decoris sriis dependent.* *M. Varro* lib. 1. de *Re Rust.* *Qua aratum vomere lacunam aut sriam facit, silens vocatur.* Itaque mulieres stolis induta. *Lucr.* *Placid.* ad v. 657. lib. 7. *Thebaid.* *Papinianæ.* *Insita fasciola est, quæ in unum vestem suo pingit ornatu.* Ipse poeta:

*Candida pampinea subnectitur insita pilo.*  
*C. Plin.* lib. 33. cap. 3. non multum à principio. *Etiæmne pedibus induitur? atque inter solam plebemque hinc medium feminarum equestrum ordinem facit.* Formam ejus habemus apud *Helenium* *Acronem* ad sat. 2. libro 1. *Q. Horatii.* *Matronæ sola utuntur demissa, usque ad imos pedes, cuius imam partem ambit insita subfuta.* Pariæque pæne *Porphyrio*: *Matronas significat, hæ enim stola utuntur ad imos pedes demissa.* Idemque tota *Interpretem* *Caterva*, cum *Christophoro Landino* ex iis transcriptit. *Q. Flor.* *Tertullian.* lib. de *Pallio* cap. 1. *Quod neque trans crura prodiget, nec intra genua inverecunda, nec brachiis parca, nec manibus arcta, sed nec cingulo sinus dividente, expedita atque quadrata insita tunica.* *Horat.* loco citato,

— *Qui noluit tetigisse, nisi illas*  
*Quarum subfuta talos tegat insita veste.*  
*Alii* *Poëtæ* *passim.* *P. Ovid.* *locus supra proxime citatis,* & lib. 1. de *Arte*:

*Quas stola contingit, vittæque sumpta vetat.*  
Et lib. 3. de *Ponto* eleg. 3.  
*Scripsimus hæc illis, quarum non vitta pudicos*  
*Contingit crines, nec stola longa pedes.*  
Ex quo & illud *mutatus Albius Tibullus* lib. 1. eleg. 6.  
*Sit modo casta doce, quamvis non vitta ligatos*  
*Impediat crines, nec stola longa pedes.*  
*Papin.* lib. 1. fil. 2. v. 235.

*Omnis plebejo teritur prætexta tumultu,*  
*Hic eques, hic juvenum questus, stola mixta laborat.*  
*Felices utroque vocant.*

*M. Martial.* lib. 1. epigr. 36.  
*Quis Floralia vestit, & solatum*  
*Permittet meretricibus pudorem.*  
Sequitur *fascia*, non modo in vestitu, sed in ornatu jame-

rata. *Martian.* *Capella* lib. 2. de nupt. *Ad cingulum, quo pellicis annexerit, sibi prudens mater excolat, & ne Philologia ipsius Phronesi careret ornatus, ejus pectori, quo verius comeret, apponit.* Antiquitas vel ex sacra pagina probari potest. Nam *D. Hieremix* cap. 2. legitur, licet *Castalio*, non *fasciis*, sed *termicis* verterit, & *D. Ista* cap. 3. exponitur ab *Aquila*, *cingulum*. *Mimus* recte. Nam *cingulum* illa, laterave succingebat: at *fascia*, vel *crura*, ut *infra* *expediam*, vel *papillas*, vel *denique pedes*, unde & *pedulus* *Alciato* libro 1. prætermissiorum dicuntur, & *Nebrissen* in *Lexico*. *M. Tull.* in *Clo*, *Quam vincuntur pedes fasciis, cum capiti calantiam accommodares?* *Memoratum* hoc à *viris doctis*, *Ponzano Marcello* *Dilucidationum suarum* pagin. 931. *M. Cato* apud *Nonium*:

*Mihi puero modicum fuit una tunica,*  
*Sive fasciis calcementum, equus sive ephippio,*  
*Balncum non quotidianum.*

*C. Plin.* lib. 8. cap. 57. *Arrosus Carboni Imperatori apud Dinsium fasciis, quibus in calcatu utebatur.* *Crura* iis obligari solita discere obvium est, ex *Valerio* libro 6. cap. 2. ubi ait, *Pompejum fasciis candida crus obligatum habuisse, & Favonium sapientie professione clarum dixisse; Parum refert qua corporis parte diadema gesser.* *Quintilian.* lib. 11. cap. 3. *Fascias quibus crura vestuntur.* Quibus locis vincuntur & virile gestamen *fascias* fuisse: addatur *Ælius Lampridius* in *vita Alexandri Severi*: *Fasciis semper usus est.* *Multa lege apud Ilaicum Caftabonum* ad *Suetonii Augustam* cap. 82. Ita exponendus *L. Seneca* locus in *Hippolyto* act. 1. in choro:

*Et dedit legem rudibus capillis,*  
*Crura distincto reliquit auro.*

*Adscibam & locum è legatione Luitptandi, primo Diaconi,* ut ipse narrat, deinde *Episcopi Cremonensis*, eo quidem *ludentis*, quo cum manu medica egeat ceruui sit. Sic itaque pag. 102. *Ductus itaque in perivolvium satis magnum, montosum, fructuosum, minime amaranum, cum pileatis equitarem, meque Coroplastes à longe prospiceret, silio celeriter directo, mihi mandavit, sis non esse quenquam, ubi Imperator esset, pileatum, sed teristratum incedere. Cui mulieres, inquam, nostra tiarata & teristrata, pileati equitant viri: nec decet vos compellere patrum me hic mutare morem, cum vestros, nos advenas, patrium morem tenere sinamus: manicati enim, fasciati, fibulati, criniti, talari tunica induti, penes nos equitant, incedunt, mensæ assident. Quis hic Coroplastes, cui demandatum comitatus regii erat negotium? Censuerim rescribendum; meque *Coroplastes à longe prospiceret.* *Ratio correctionis*, quod idem olim *majoris domus, ac Europæ* *latis officium* esset, ut annotavi ad lib. hujus operis supra. *Adde eundem* pagin. 116. eadem macula aspersum: *Papam vestrua Imperiales accipere literas, indignum esse djudicavimus. Mittit autem ille Coroplastes, Imperatoris frater, non per suos pariter utuntis, sed per te epistolam, satis dignam.* Rescribendum omnino: *Coroplastes Imperatoris frater.* Sed redeo in orbitam.*

*Licet viri & in calceis, & in capite, & in cruribus ferrent fascias, ramen muliebres proprie id gestamen, ut ex sacris literis apparet locis proxime citatis: Numquid oblitiscetur virgo ornamentis sui, & sponsa fasciæ pectoralis? Et apud alium Propheetam loco etiam laudato, pro fasciæ pectorali ciliolum.* *L. Apul.* lib. 2. *Milefiar.* *Ipsa linea tunica mundule amicta, & rissa fasciola prænitente altiuscule sub ipsas papillas succinctula.* Quo graciliores apparerent virgines, istis igitur succingebantur, ita capio *Claudiam* libro 1. in *Eutrop.*

*Stat tamen, atque altas succingit lana ministras.*  
Et de 6. *Hon. consularis*:

— *Viridique angustat Jaspide pectus.*  
*Apoll.* *Collatus* *Excidi* *Hierosolymitani* lib. 1.  
— *Non fasciæ pectus*

*Auræ virginum viavit.*  
*P. Terentius* in *Enucho* act. 3. sc. 3.

*Haud similis virgo est virginum nostrarum, quas matres student*  
*Demissis humeris esse, vinculo pectore, ut graciles fient.*  
*P. Ovid.* lib. 1. de *Remedio Amoris*:

— *Omne papilla*  
*Pectus habent tumida, fasciæ nulla tegat.*

Lib. 3. de Arte:

*Augustum circa fascia pelius est.*

Et post eodem libro:

*Conspiciam possit scriptas portare tabellas,  
Quas regat in tepido fascia latu fenu.*

Sext. Propert. lib. 4. eleg. 10.

*Mollis & hirsutum cepit mihi fascia pelius.*

Martialis lib. 14. epigrammate 134. leuius est, fascia pectoralis.

*Fascia crescentes domina compeste papillis,  
Ut sit quod capiat nostra tegatque manus.*

Græcis *επιφοριον* appellatur, ut ex Julio Polluce observatur.

Turpilius in Philopatre. *Me miseram, quid agam? inter vias epistola excidit mihi, infelix inter tuniculam & strophium collocaveram.* Q. Canull. in Argonautic.

*Nec tereti strophio lactantes vincula papillas.*

Ulus & ea voce Virgilius in Copa, seu quilibet alius auctor:

*Et grauidum rostro nelle caput strophio.*

Jam dicendum de *agide*, qua pectori velut ornamentum necessarium imponebatur. Philippides Comicus apud Julium

Pollucem lib. 5. cap. 16. Onomast. *Ἰππὶ δὲ τοῖς εἰργοῖς, ἀγιδὰς, μαχαλιῶνας.* Veritè Gualterus non omnino bene: Circa pectora vero habent *scutulæ, axillares.* Nam quamquam certum sit, scutum Palladis fuisse *agidem*, tamen Pollux non scutum, sed pectorale intelligi voluit. Servius Honoratus: Ornamentum pectorale habens in medio Gorgonis caput. Ad lib. 2. *Æueid.*

*Jam summas arces Tritonia, respice, Pallas*

*Infesat, nimbo effulgens & Gorgone seva.*

Aliæ editiones non male meo iudicio:

*Limbo effulgens & Gorgone seva.*

Execrotatum hujusmodi velamentum tegendis naturæ deformitatibus, quo amantium pellecti oculi, in certam perniciem juvenes deducere.

Elegantissime P. Ovidius lib. 1. de Remedio amoris:

*Proderit & subito, cum se non fixerit ulli*

*Ad dominam celeres mane tulisse gradus.*

*Anserimur culta, geminis auroque tegatur*

*Omnia, pars minima est ipsa puella sui.*

*Sepe, ut sit quod ames, inter tam multa requiras,*

*Decipit hac oculos agide dives Amor.*

Sext. Propert. lib. 2. eleg. 2.

*Aut cum Dulichias Pallas spatietur ad aras*

*Gorgonis anguifera pelius opera comis.*

Videtur mihi & alluisse Martialis lib. 7. epigr. 1.

*Accipe belligeræ cruidum thoraca Mincera,*

*Ipsa Medusæ quem times ira dea.*

*Diræ vacat hæc, Cesar, poterit lorica vocari,*

*Pellere dum sacro sederit, agis erit.*

Tunica inter communia vestimenta reponitur, non quidem quod à principio utriusque fuerit sexus gestamen, sed quod viri in libidine præcipites, etiam muliebre ferre vestes non erubuerunt. Arque ita capio Salviani Massiliensis à lib. 7. de Provid. & Judic. Dei locum: *Quis credere aut audire etiam possit, convertisse in muliebre tolerantiam viros, non usum suum tantum, atque naturam, sed etiam vultum, incessum, habitum.* Et paucis postea interjectis: *Cum muliebre habitum viri sumerent, & magis muliebre gradumingerent.* M. Fab. Quintilian. lib. 5. cap. 9. *Fractum incessum, vestem muliebre dixerit, mollis & parum viri signa.* Idem lib. 11. cap. 1. *Ut mollibus ac marginatis, ac veste longa, quæ sunt ornamenta feminarum, deformatur viri.* Gravis est de luxu sui temporis ad senatum Tiberii Augusti querela, in qua communitas vestis vel præcipuas obtiner partes. C. Tacit. lib. 3. *Annal. graphice & graviter, ut semper solet.* L. Seneca epist. 123. *Non videntur tibi contra naturam vivere, qui commutant cum feminis vestem? Criticis rescribi placuit; qui commutant cum feminis vestem: ut nempe Cox bombycinæque intelligantur, utrique sexui in usu frequentissimo positæ, ut supra à me expositum.* Quod placuit Justo Lipsio & discipulis ejus Jano Grutero & Fr. Sureto: licet viri magni retineant vulgatam lectionem, Pet. Faber Saniorianus lib. 1. *Semestr. cap. 15.* & Langæus lib. 1. *Orii Semestris*

cap. 5. neque quippiam immutandum, quum libri consentiant, & consensus constat. M. Accius Plautus hac mente ca-piendus Manechinis. sc. Pottai.

*Me. Neque hercle ego uxorem habeo, neque Erorio*

*Dedi, nec pallam furripui. Pc. Junii' sanus es?*

*Quis est res hæc, non ego te indutum feras*

*Exire nisi palla? Me. va capiti tuo:*

*Omnis cinados esse censet, quia tu es,*

*Tunc me indutum fuisse pallam prædicat?*

*Pc. Ego hercle vero.*

Contra hanc infamiam elegans est sermo Clementis Alexandrini lib. 3. *Paedag. cap. 3.* Nec Romanæ tantum fuisse consuetudinis, distimus ex Valerio lib. 2. cap. 1. *Lycii in luctu muliebrem vestem sumebant, ut citius stolidum marem deponerent.* Viri profrobrum tunicas gestare. A. Gel. lib. 7. cap. 12. *Tunicis uti virum prolixis ultra brachia, & usque in primores manus, ac prope in digitos, Roma atque in omni Latino iudecorum fuit.* Eas tunicas Græco vocabulo nostri *χιριδότες* appellaverunt, feminisque solis vestem longe lateque diffusam decoram existimaverunt, ad alas, etiamque adversus oculos protegenda. Viri autem Romani primo quidem sue tunice, toga sola amici fuerunt. Claudid deinde caput Eunii auctoritate, qui Carthaginiensium inventum *tunicatam non sine probro videtur dixisse.* Chiridatas ergo has vestes, vel *chirodatas* à manibus appellavit. Scio Grammaticos *chiridatas* recepisse, & præsertim Suidam, Juliumque Pollucem lib. 2. *Onom. cap. 4.* *Χιριδότες χιριδάτε, manicæ tunice.* Et iib. 7. cap. 8. *Χιριδότες χιριδάτε παρά τοῖς ἄλλοις χιριδάτες. Manicata tunica fuit, secundum humeros appensa.* Jul. Caprolinus corrigendus in vita Pertinacis apud Baptisam Pium Annotation. posterior. cap. 58. *Pennisque lacernas & chirodatis Dalmatarum, & cirratis militares, & Bardiacos cuculos.* Referribendum, *Chiridatas Dalmatarum.* Eademque macula expungenda à codice Gellii loco superius alato. Sunt autem *chiridatæ Dalmatarum*, ut pro, vestes auro intertexto pretiosæ, quarum & apud Ælium Lampridium in Commodo legitur mentio: *Dalmaticatus in publicum processit, atque ita signum emittendis quadrigis dedit.* Et in Decretis Canonicis Distinctione 23. *Concedimus te & Archidiaconum tuam Dalmaticarum usu decorandos esse.* Nomen inditum fortean quod in Dalmatia aurifodina esset, ut notissimum est, & jam ab aliis esse observatum. Stat. lib. 1. fil. 2. v. 152. addendus est iis, quos alii annorant:

*Pendent innumeras fastigia nixa columnis,  
Robora Dalmatico lucent satiatio metallo.*

Et lib. 4. fil. 7.

*Quando te dulci Latio remittent*

*Dalmata montes? ubi Dise viso*

*Pallians fossor redit, erntoque*

*Concolor auro est.*

*Chiridatæ memorantur à Navio antiquissimo poetæ comico in Pædio, apud Nonium quatuor locis:*

*Mollicinam, crocotam, chiridatam, rallam.*

In aliis non minus erudite, nisi quod *chirodotam* non *chiridatam* habetur:

*Mollicinam, crocotam, chirodotam, ricam.*

Arque has gestasse vestes non carebat mollitie argumento. Ideoque recte L. Seneca epist. 33. *Quia mirum est aliquid dici fortiter à viro mollitiem professo, ita enim plerique judicant.* Apud me vero Epicurus est & fortis, licet manuleatus sit, hoc est, licet effeminatorum vestitu ornatus. Simile & illud ejusdem Scriptoris lib. de Vita Beata cap. 13. *Hoc est, quale vir fortis, stola indutus.* M. Cicero sive Portius Latro declamator Orat. 2. in Catilin. *Quos manicatis & talaribus tunicis, velis amictos, non togis videtis.* Utrumque in vituperio positum, & manicatas habuisse tunicas & talares, seu ad talos demissas, talis quippe habitus mulierum, ut supra de Instita dixerim. Vet. Scholiast. Juvenal. ad v. 143. sat. 2. *Infames tunicæ utebantur.* Et de talari manicataque intelligi debet. Porphyrio vetus interpres ad Horat. lib. 1. sat. 2. *Porro autem tunicis demissis ambulare, eorum est, qui te molles ac delicatos haberi velint.* Ipse poeta:

*Mollicinam tunicis demissis ambulat.*

Virgil. libro 9. *Aeneid.* in exprobratione Numani Remuli:

*Et tunica manicas.*

M. Aëtius Plautus Pseudolo, Sc. *Dulcia.*

*Manuleatam tunicam*

*Habere hominem adderet.*

Valer. Flacc. lib. 6. *Atgonautic.*

*Insignis manicis, insignis acinae dextra.*

Pulcherima est mollissimi hominis & orgiis tantum obsecanis dediti descriptio apud Statium Papinianum, lib. 7. *Thebaid.* vers. 650.

*Quis tibi Bacchaos, Ennae, relinquere cultus?*

*Quis lucos; veteris quibus emansisse sacerdos*

*Suasit? & assuetum Bromio mutare serorem?*

*Quem terrere queas? clypei penetrabile textum*

*Pallentes hederæ, Nysæaque ferta coronant:*

*Candida pampinea subnectitur insita pilo,*

*Crine latent humeri, crescent lanugine mala,*

*Et rubet imbellis Myrio subtegmine thorax,*

*Brachiaque in manibus, & picta vincula plantæ,*

*Carbascique sinus.*

Non fuit inquam, ignominiosum, tunicam quamcumque gestasse, sed manicanam tantum; nam plebecula illa vilior tunicis solebat indui. Cornel. Tacitus, seu Quincilianus, aut quicumque alter auctor Dialogi de Oratorum defectu: *Vulgus imperitum, & tunicatus populus transeuntis nomine vocat.* Plerius Valerian. lib. 40. Hieroglyphicor. Helen. Acron. ad epist. 7. lib. 1. Horatii: *Tunicatum divinus popellum, id est, vili vestimento indutum, sicut & servatum togatum.* Versumque hunc Horatii scio usurpatum a D. Hieronymo in epistolis:

*Vilia vendeunt tunicato servata popello.*

Est & tunica rusticotum non modo plebeiorum amicus, ut in Codice Theodosiano extar l. 1. quo habitum illi intra urbem oporteat. Sidon. Apollinar. lib. 2. epist. ult. *tunicata quiete, & tunicatorum otia, idem dixit lib. 5. epist. 7. Martial. lib. 10. epigr. 51.*

*O sales, ô tunicata quiete.*

Certe & principes ipsi tunica posterioribus temporibus inducuntur. Corippus lib. 2. num. 4.

*Tunicae quoque inducitur artus.*

Indubitatum tamen est muliebrem fuisse vestitum. Idem ille Martial. lib. 11. epigr. 100. passim Ovid. lib. 1. *Amor. eleg. 5.*

*Ece Corinna venit, tunica velata retincta.*

Et post ibidem loci:

*Diripi tunicam, nec tantum rava nocebat,*

*Pugnabat tunica se tamen illa tegi.*

Lib. 3. ejusdem operis eleg. 6.

*At qualem vidi, qualem tetigisse puellam,*

*Sic etiam tunica tangitur illa sua.*

Et lib. 3. de Arte:

*Adfiterit tunicata, motus incendia, clama.*

Sed ut auro insignitas tunicas, coccoque clavatas fuisse constat Oneirocrit. cap. 220. Achmes *ῥοιοι ἔχει ὄσοι βέλλα ἔσφυράς ὕψιον rubras quasdam quasi brillas habet.* Ita & plumbo signabantur. Luitprand. in legatione pag. 115. *Multiplicata ac pretiosiora pallia emi, quo neque scrutata, nec a Graecis visa, nec plumbo sunt signata.* Quod de pallio pallaque dici potest, aut etiam tunica; nam pallium & tunica promiscue peregrinantium aut iter conficientium habitus.

*Pallium quoque pallaque in vestitu censentur, non autem in ornatu, viro foeminaeque promiscuo usu permixta, Ulpianus IC. l. 25. ff. de auro & arg. legat.* De qua re, quia omnia vulgata sunt, nihil aliud est dicendum.

Stat. lib. 1. *Thebaid.*

*Riget horrida tergo.*

*Palla. De Alecto.*

T. Liv. 3. Decad. lib. 7. in limine. Juvenal. sat. 10. v. 262.

*Sissaque Polyxena palla.*

Servius ad illud lib. 1. *Aeneid.*

*Ferre jubet pallam.*

Et lib. 11. *Aeneid.*

*Pro longa regimine palla.*

Ovid. l. 11. *Metamorph.*

*Verrit hamum Tyrto saturata murice palla.*

Alb. Tibull. lib. 4. in laude Sulpiciae:

*Uris seu Tyria voluit procedere palla.*

Et lib. 3. eleg. 4. de Apolline:

*Ima videbatur talis illudere palla.*

C. Lucil. satyraz. lib. 15.

*Sat visiri alieni*

*Sunt homines, spiram, pallam, redimicula promit.*

Martial. lib. 11. epigr. 105.

*Fascia te, tunicaque tegunt obscuraque palla,*

*At mihi nulla satis unda puella placet.*

In MS. aliter:

*Fascia te, tunicaque, obscuraque pallia celant.*

Recte celant, opponitur, *nuda.*

*Mitra & foeminarum ornatui annumerari solet.* Isidorus

Hispalensis in glossis: *calcestra, genus mitre.* Locus quin sit corruptus, non dubito. Nam ei voci nec Latina, nec Graeca origo assigni potest. Corrigendus igitur, *calyptra, genus mitra.* Fest.

Pompejus lib. 3. *Calyptra genus vestimenti, quo caput obtebant.* Καλύπτω enim est idem ac *velo, aperto, unde κάλυμμα est, velum, & καλύπτωρα, significat tegumentum, καλύπτω, imbrex, καλύπτωρα, imbrico.* Lege Godefridum IC. doctissimum ad titulum ff. de donationib. ant. nupt. Aristoteles

lib. 1. epist. 19. Ἐκπλήσσομαι ἢ τῶν θεῶν, πῶς ἀνδρῶς; (in aliis editionibus ἀπρώς) ἀπαντα μεταβιβάζων ἢ γυνῆ, καὶ πᾶσι θανάσειν ἐκείνης βδέμματα προσήως, μέτριον ἦθος, μεδίαμα σμῆνος, κόμην ἀρελῆς πεπλοκισμένην, καλύπτραν

ἑῶν αὐτῆς εὖ μάλα σμῆνιν, βραχυλοχίαν ἐν ἱεραιῶν ἑσθή. Stupor per deos, qui mulier omnia simul mutavit. Sicut admirari

ejus demissum cultum, gestum moderatum, severum risum, capillum sine arte implicitum, decentem desuper mitram, brevem ac

submissum sermonem. Achil. Tat. de Amorib. Clitophonis ac Leucippes lib. 3. pag. 83. Καὶ ἰνακιδόσαντες τὴν κόμην αὐτῶν τὴν πρόπην, μέτραιε τι καὶ ζώσαντιν ἐνδεδυμένην,

τὴν σκευὴν ταύτην ἐπιτεγοίωσαν. Hinc in modum adornata puella, mitris deinde ac vitis additis, apparatus istum occultabimus. Aristoteles certe mulieri, Tarius puellae, adsignat mitram, recteque Servius Honoratus ad lib. 9. *Aeneid.* v. 616. *Pillea virorum proprie sunt, mitra foeminarum, quas calanticas dicunt.* Optatus Milevitan. lib. 2. contra Donatist. *Compressam ab eo puellam, cui mitram ipse*

*imposuerat, à quo paulo ante pater vocabatur, nefarie incensare minime dubitavit.* Bourdinus Scholiast. ad Aristoph. Θεσμογραφία. Μίτρα, δίδωμι ἢ εἶναι, ταῦτα δὲ εἶδη ἐσθῆτων ἔστιν ἀκριβήτορα ταῖς γυναῖκιν ἢ τοῖς ἀνδράσιν. Mitra, diadema aut zona, aut species vestium apta foeminis non vero viris. Ipse poeta: Ἴνα μὴ κροκωτοῖς, καὶ μέτραιε, γίγαν ἀνῆς. Ut ne cum crocotis & mitris fenes vir. Viris itaque probrosum, eas ferre. Ovid. Epist. 9. Dejanira

Herculi:

*Ausus es hirsutos mitra redimire capillos,*

*Aptior Hercules populus alba coma.*

Apud Virgilium lib. 4. *Aeneid.* Harbas objicit *Aeneas* inter alia & vestitum effeminatum:

*Meonia mentum mitra crineraque madentem*

*Subnixus.*

Euripides in Hecuba, in choro:

*Ἐγὼ δὲ πλόκαμον ἀναδέτοις*

*Μίτρασιν ἱρρυμίζων.*

*Ego capillum ridimiculis*

*Mitrisque composui.*

Effeminatorum dixi fuisse gestamina mitras, imo & meretricum. Servius ad locum ultimo citatum: *Mitra Lydia, nam utebantur & Phryges & Lydii mitra, hoc est, incruvo pileo, de quo pendebat etiam baccharum tegimen (rescribe mecum, buccarum tegimen). Sane quibus effeminatio crimini dabatur, etiam mitra eis adscribebatur, multa enim lectio mitras meretricum esse docet.* Ergo ex habitus qualitate mutuatur invidiam, nam non iam effeminatum, velut meretricem appellat, sed etiam meretricem vocare. Et ad lib. 9. *Aeneid.* loco proxime indicato; *Alti mitras*

meretricium esse voluerunt, quod hic est tanquam effaminatis obiectum. Juvenalis sat. 3. v. 66.

- - - *Picta lupa barbara mitra.*

Ob id, ut existimo, molliissimum habitum Baccho, Bacchantibus & poetis, qui in Bacchi erant tutela, mitras, dedit antiquitas, ut cohiberentur vini vapores, ne caput peterent. Euseb. Casariens. lib. 2. præparat. Evang. cap. 2. Propert. lib. 4. eleg. 2. L. Seneca tragædus in Oedipo, act. 2. in choro:

*Te capui Tyria cohibere mitra,  
Hederæque mollem hæciferæ  
Religare frontem.*

Valer. Flacc. Argonautic. lib. 2. quem locum, quia elegantissime sacra Liberi describit:

*Serta patri, juvenisque comas, vestisque Lyææ  
Induit, & medium curru locat, æraque Circum,  
Tympanaque, & plenas tæta formidine cistas.  
Ipsa sinas, hederisque ligat familiaribus artus:  
Pampineamque quatit ventosis idibus hastam:  
Respicens teneat virides velatus habenas  
Utque pater, nivea tumeat ut cornua mitra,  
Et sacer ut Bacchum referat scyphus.*

Sext. Propert. lib. 3. eleg. 16.

*Candida laxatis onerato colla corymbis,  
Cinget Bassaricas Lydiæ mitra comas.*

Stat. lib. 1. sil. 2. v. 247.

*Nunc opus Aoniæ comites, tripodumque ministri  
Diversis certare modis, eat enthea viridis  
Atque hederis redimita cohors.*

Corruptum esse hunc locum, nulli dubium esse potest: Correxerit Joannes Bernartius & Martinus Deltio, uterque bene; ille enim:

- - - *Eat enthea vittis  
Atque hederis redimita cohors.*

Itæ vero:

- - - *Eat enthea mitris  
Atque hederis redimita cohors.*

Meminerit auctores varii. Erat enim triplex, virginalis, militaris & capitis redimiculum. De militari Hesychius in voce *νίτρα*, Didym. in Iliad. 4. Homeri, Etymologici auctor. Suidas, Partheois Erot. g. in ultima significatione, Suid. in *ἄνασιον*, Palaphatus, Callimachus in hymno de Delo, Sophocles in Oedipo Tyranno; secunda significatio extat apud Isidor. libro 16. cap. 51. Origenem ad Levit. cap. 8. Bedam lib. 2. Exposit. in Eisdem cap. 14. notavit Jo. Meursius parte 2. Criticar. Exercit. cap. 14. Ovid. lib. 14. Metam.

- - - *Picta redimitus tempora mitra  
Innixus baculo positus per tempora canis,  
Assimilavit ævum.*

Lydi omnes & Phryges ex Servio supra laudato, mitrati fuerunt. Adde & Arabes eodem usos capitis gestamine. C. Solin. Polyhistor. cap. 36. furma ejus hujusmodi, nisi fallor, erat, ut propenderent vitæ quædam, seu tæniæ buccas velaturæ, supra notatum, Jul. Pollux lib. 4. cap. 18. *Τίτρα, καλύπτρα, παρακαλύπτρα, μίτρα.* Tiara, vitæ, redimiculum, mitra. Et lib. 7. cap. 22. Idem mitras & anademata conjunxit Dionysius Lambinus ad lib. 4. de Rer. Nat. T. Lucretii Cati:

*Et bene parta patrum sunt anademata mitra.*

Verficoloris esse discimus ex C. Plinio lib. 35. cap. 9. Dionys. Halicarnass. lib. 2. pag. 129. *Χιτώνας ποικίλος χαλκίας μίτρας κατασκευάζουσιν.* Tunica verficoloris aræis balteis cincti. Ubi forte legeudum *μίτρας*, nam ex Scholiastæ Aristophanis supra adducto, cingulum militare, vel balteum mitra significat. Sub mento redimiculum solere substringi, argumento locus est Claudiani lib. 2. Eutrop.

- - - *Mitra redeunte capillos  
Strinxerat.*

Quid autem discriminis sit inter mitram & tiaram primus, quod sciam, admonuit Brissonius lib. 1. de Persar. principatu pag. 24. Nam Maximus Tyrius Sermon. 10. *mitrophorium à tiarophoro discernit, & Herodotus lib. 7. tiaram Persas gestasse scribit, Cissicos vero pileos, seu mitras.* Differentia hæc à forma, ut

puto, petenda est: nam tiara formata erat in modum dimidiatæ lunæ, ut jam infra dicitur, mitra non item. Designaturque hæc discriminem non admodum obscure a Luitprando in legatione sua: *Mulieres nostre tiarata & teristrata, viri equitanti pileati.* Utrumque certe Regum Persicorum tegumen, appellari que solem *tiaras, vel idaris.* Licet Theophrastus libro de Regno Cyprotum distinguat apud Suidam in voce *τίτρα*, Claudian. paneg. de 4. Honorii Aug. c. insula u:

*Si tibi Parthorum solium fortuna dedisset,  
Clare puer, terrisque procul venerandus Eois  
Barbarus Asfæcio consurgeret ore tiaras,  
Sufficeret sublime genus*

Quod hic de Parthis, in 6. Honorii consulari de Persis dicit: neque enim Artaxide magis pro Parthis, quam Persis accipiuntur. Scholiast. Aristophanis ad Acharn. act. 1. sc. 2. *Τίτρας δὲ εἶσι περικραταῖαι Περσικαὶ τῶνδ' ἑσθ' ἔχουσαι.* Tiara sunt capium velamenta aut vinula Persicæ, parvius pennas habentes. U. existimem galæas bellicas, non habitum pacificum denotari, illæ enim plumis ornabatur, ut dicam lib. 10. infra. Sic itaque Claudianus:

*Te linguis variæ gentes, missisque rogatum  
Frædera Persarum proceres, cum patre sedentem.  
Hæc quondam videre domo, postæque tiara  
Submiseret genu.*

Sidou. Apollinar. lib. 8. epist. 3. Atque inter satrapas Regum tiaratorum myrrhatos, punicatos, malabratos. Fortassis non male legi poterit: Inter satrapas Regum tiaratorum mitratos. D. Hieronymi. in Danielcm cap. 5. *Tiara est genus pileoli, quo Persarum Chalcedoniarumque gens utitur.* Vet. Scholiast. Juvenal. ad sat. 6. v. 416. *Tiara sacerdotis habitus, tiara nam galæa sacerdotis est, que per malas veniens, mento subligatur, tiara est Phrygium quod dicitur.* Non esse ejusdem Scriptoris clarum est, posterioris verba è Servio sunt lib. 7. Encid. *Tiara est pileum Phrygium.* Ut censeam adjecto eo vocabulo suppleendum Scholiastem. Allusit L. Seneca tragædus Thyeste act. 4. sc. 1.

- - - *Hoc Phrygiæ loco  
Fixus gloriæ Pelopis.*

Isidor. tior. frigidum, mitra. Ludat. Placid. ad v. 294. lib. 8. Thebaid. Statianæ: *Tiara dicitur pileum, quod in capite gerit sacerdos Martis.* Ipse tamen Papinius, ut Claudianus, Regibus Parthorum adscribit:

*Sicut Achæmenis solium, gentesque paternas  
Excepit, si forte puer, cui vivere patrem  
Tutus, incerta formidine gaudia librat.  
An fidi proceres, an pugnet vulgus habenis,  
Cui lassæ Euphratæ, cui Caspia limina mandet  
Sumere tunc arcus, ipsique onerare veretur  
Patris equum. Vissusque sibi ne sceptræ capaci  
Sustentare manu, nec adhuc implere tiaram.*

Nec minus Suetonius in Nerone cap. 13. *Deinde precanti, tiara deducta, imposuit diadema.* Carebat autem sacerdotalis tiara acumine, quod Regum habebat. D. Hieronym. in epistolis, & ad Fabiolam, Eucherius lib. 2. cap. 10. Regium fuit, de Priamo Virgil. libro jam laudato:

*Sceptraque, sacereque tiaras.*

Et Reginarum. Heliodor. de Asæce principe uxoris Oroonlati, Æthiop. hist. lib. 7. pag. 338. *Ὁμοίον δὲ πολυτελεῖα καὶ τίτρας ἀξίωματι μὴ κλαυχμίνον, καὶ παντοῖα κομμωτικῆ πρὸς τὸ ἀβρίτερον ἐξενδισμίνον, δορυφόρον ἑμπαρτωτάτων.* Monilium pretio & tiaræ dignitate superbiens, ac delicate delibutam, ac fucantam, satellitibus assautibus. Et paucis deinde interjectis. *Καὶ ἔμα καὶ τὸς κισρὲς τὴν τίτραν ἀρίστο, πολλὰ τῶν παρύτων κωλύοντων.* Stimul & de capite tiaram deposuit, multum tuis qui aderant prohibentibus. Sed quomodo differret ab aliorum tiara, regium hoc gestamen, nusquam melius discemus, quam ex Philarcho historiar. lib. 111. referente Suida loco jam laudato: *Tiara ornatus capitis, quam soli Reges vestiam ferebant apud Persas, dices autem inclinatum.* Demaratus autem Lacedæmonius, qui cum Xerxe Athenas venit ob successum aliquem letiorem, Rege ei permittente petere quod vellet, petiit, in vestia tiara Sardes invohi. Manifeste id contra veritatem historicam. Nam non

ad

ad letiorem successum, qui nullus fuit, sed ob salubre consilium ei præstitum, ne vellet bellum in Græcos jam destinatum exequi: ut narrat L. Seneca copiosissime lib. 6. Benef. cap. 31. qui, ubi totum belli apparatus ornatissime expressit, tandem concludit: *Itaque Xerxes pudore quam dæmo inferior, Demavato gratias egit, quod solus sibi verum dixisset, & permisit petere quod vellet, petiit ille, ut Sardes maximam Asæ civitatem curru velens intraret, rectam capite tiaram gerens: id solis datum Regibus. Dignus fuerat premio antequam peteret: sed quam miserabilis gens, in qua nemo fuit, qui verum diceret Regi, nisi qui non dicebat sibi?* In buccas propendebat. Justin. lib. 1. *Brachia ac crura velamentis, caput tiara tegit (Semiramis) & ne novo habitu aliquid occultare videretur, eodem ornatu & populum vestiri jubet.* D. Juvenalis sat. 6. v. 413.

*Phrygia vestitur bucca tiara.*

Color illi purpureus. P. Ovid. l. 11. Metamorphoseon, fab. 5. *Ille quidem celare cupit, turpique pudore*

*Tempora purpureis tentat velare tiaris.*  
Gemmis & margaritis distinguebatur, ut regalis opulentia ostentatio fieret. Valer. Flac. lib. 6. Argonautic.

*At viridem gemmis, & Eoa flamme silva  
SUBLIGAT extrema patriam cervice tiaram.*  
Intelligendus hac mente Plautus in Persa, Sc. nunquid.

*Euge, euge, exornatus basilice,  
Tiara ornatum lepide condecorat tuum.*

Dimidiata lunæ effigiem similibat. Sidon. Apollinar. carm. 2. vers. 51.

*Interea te Susa tremunt, ac supplice vultu  
Flebit Achæmenius lunatam Persa tiaram.*  
Idem carm. 23. v. 251.

*Ut fastu posito tumentis aulis,  
Qui supra satrapas sedet tyrannus,  
Ructans semideum propinquitates,  
Lunatam tibi fleberet tiaram.*

## CAPUT XXXVI.

## De calceis.

Restat in hoc de vestibus Veterum tractatu, ut de calceis etiam quædam afferamus: quod cum fecerimus, ad alia progrediemur. Calceamentorum genera duo fuerunt, calceus & solea. Calceus totum pedem texit, solea plantam tantum: pars enim superior habenis devincta fuit. Sed & calceorum & solearum multa genera. Cæterum calceus adstrinxit magis pedem, quam solea: unde illud Pauli Æmilii, de quo Plutarchus: Nonne hic calceus pulcher est? *at nescis qua ex parte pedem meum torqueat.* Cicer. de Rhetoricis: Si multus erat in calceis pulvis, ex itinere eum venire oportebat. Hunc proprium togæ tormentum Tertullianus in libro de Pallio vocat. Idem auctor est, calceos quosdam mulleolos, quosdam puros fuisse: Impuro, inquit, cruri purum aut mulleolum inducit calceum: ubi per mulleolos, lunulatos, per puros, eos qui ex puro corio, sine lunulis facti erant, quique perones appellantur, intellexisse videtur. Lunulati calcei senatorum, & nobilitate præstantium virorum erant, quos Isidorus Romulum reperisse ait, affuta luna. Luna vero non sideris in eis formam, sed notam centenarii numeri significasse, eos dicit, quod initio patricii centum fuerint. Plutarchus Quæst. Rom. q. 76. quærens, cur, qui nobilitate generis aliis præstare videantur, lunulas in calceis gestarint? multas ejus moris rationes affert. An, inquit, signum hoc est habitationis supra lunam, quæ fertur, & quod post mortem rursus animæ lunam sub pedibus habebunt? An hoc Prisci habuerunt eximium, qui erant Arcades cum Euandro, & ante lunam nati dicebantur? Aut, ut multa alia, hoc quoque institutum erat, ut rebus secundis elati ac superbientes, mutationis fortunæ in alteram partem admonerentur? Exemplo videlicet luna, quæ primum recens existit è caligine: fulgore dehinc subinde faciem splendido auget, cit illustrans: & cum pulcherrima renidet orbe pleno, rursus exiit lumen suum & ad nihilum redit. Aut obedientiæ sic assuescere dicebant, lunæ exemplo, præstantiori parere non recusantes? & quemadmodum illa secundas obit partes, Phœbei semper radiis intenta notoris, ut canit Parmenides: ita ipsi quoque contenti esse secundo loco, magistratibusque obtemperare, ab iisque potentia & honorum fructu aliquo impertiri. Haftenus Plutarchus. Zonaras: Patricii, inquit, gestabant in urbe calceos urbanos formæ literæ rho, ut à centum senatoribus trahere originem viderentur, aut quod prima esset litera Romanorum. Idcirco etiam patricii calcei dicuntur in illa veteri inscriptione: *ÆDEM HONORI ET VIRTUTI FECIT, VESTE TRIUMPHALI, CALCEIS PATRICIIS.* De mulleis, vel mulleolis Festus: *Mulleos, inquit, genus calceorum ajunt esse, quibus Reges Albanorum primi, deinde patricii usi sunt.* M. Cato originum lib. 7. Qui magistratum curulem cepisset, calceos mulleos allucinatos, aut lunatos (quemadmodum Antonio Augustino & Jac. Ravardo placet) cæteri perones. Item Titinius in Setina: Jam cum mulleis te ostendisti, quos tibiati calceus. Ita legit Josephus Scaliger, tibiati exponit, ad mediam tibiam. Addit etiam talia fuisse omnia calceamentorum genera, qualia Turcarum hodie, medio crure tenus. Catonis autem fragmentum, ne hoc omittam, idem Scaliger sic legit: Qui magistratum curulem cepisset, calceos mulleos, alii uncinatos, cæteri Romani perones fumperint: qua ratione tria calceorum genera facit, mulleos de quibus jam diximus. Hos veteres, Festo auctore à mullando, id est, suendo mulleos appellatos putarunt. Adv. Turnebus Adversar. lib. 10. cap. 2. à rubro mulli colore, mulleos dictos arbitratur, quod scilicet fuerint purpurei. Perones sive puri calcei, ex puro corio, sine lunulis facti erant, quibus per nives, imbres, & glaciem veteres etiam usos esse Juvenalis his versibus auctor est Satyra 14.

*Nil vetitum fecisse volet, quem non pudet alto*

*Per glaciem perone tegi.*

Sed de his plura, Jac. Ravardus lib. 1. Varior. cap. 8. Calceos albi coloris fuisse, nonnullos etiam,

videlicet *Imperatorum*, & aliorum delicatiorum hominum, coccineos *Justus Lipsius* Electorum libro I. cap. 13. probat, id quod de virorum calceis intelligendum est. *Fœminas* enim *luteis*, aut *albis*, calceis *usas fuisse*, idem *Lipsius* eodem capite ostendit: in quam sententiam adducit *Flavii Vopisci* in *Aureliano* locum: *calceos, mulleos, & cereos, & galbos, & bederaeos* viris omnibus tulit, mulieribus reliquit. De calceis *luteis* videndus præter *Lipsium* *Adr. Turnebus* *Advers.* lib. 28. cap. 21. Quin etiam eos lapillis quibusdam, gemmisque pretiosis exornatos nonnunquam fuisse, *Jac. Ravardus* loco supra indicato ostendit. De soleis sic *Agellius* libro 13. cap. 20. Omnia id genus, quibus plantarum calces tantum infimæ teguntur, cætera prope nuda, & teretibus habenis juncta sunt, soleas dixerunt, nonnunquam voce Græca *crepidulas*, Gallicas autem opinor esse verbum novum, non diu ante ætatem *M. Ciceronis* usurpari cœptum. Itaque ab eo ipso positum in 2. Antonianarum: Cum *gallicis*, inquit, & lacerna accurristi. Idem *Cic.* in *Verrem*: Stetit *soleatus* prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicaque *talari muliercula* nixus in litore, &c. Sed de vestimentis Romanorum hætenus. Sequuntur nuptiarum ritus, quos capite sequenti explicabimus.

## AD CAP. XXXVI. PARALIPOMENA.

*Calceati dentes, mundi, sordidi, eos purgare, ut & ungues, excalceati antiqui, seu nudipedes, calcei sacerdotum, principum, tranca, senatorum, matronarum, meretricum, militum, servorum, varia deinde species, lignei, ferrei, herbidii, papyracei.*

**C**alceatos usurpant dentes, pro expeditis, ut existimo, & ad convivium preparatis, quod olim nudipedes incederent, sive, ut majorem tolerantiam rei bellicæ præ se ferrent, sive, ut duriori victu virtutem sectarentur, ergo ut duces magni excalceati, ita & dentes calceati excalceantur. Sic enim *parastus Plautinus* in *Captivis*, sc. *advorte*.

*Nunquam istoc vinces me Hegio, ne postules*

*Cum calceatis dentibus veniam tamen.*

Dentes eo loci calceati sunt fortes, & ad res durissimas manducandas idonei, dixerat enim *senex*:

*Non meus scruposum victus contineat viam.*

Idem in *Epidico*, sc. non oris.

*Os sublitum esset, itaque me calceatis dentibus*

*Mens derideret filius merutissimo.*

In MS. codice viderat *Meursius*:

*Itaque me aleatis dentibus.*

Communiter tamen, & in omnibus editionibus hodie legitur:

*Os sublitum esset: itaque me albis dentibus.*

Quæ lectio ferri potest, ut albi dentes sint delicatiorum, nitidi, rubigine, sordibusque liberati. Certissimum enim in dentibus expurgandis magnam curam veteres consuevisse collocare, adeo ut si proprii essent vitiati, alios eburneos emerent. *Martialis* omnibus præne paginis lib. 5. epigr. 44.

*Thais habet nigros, niveos Lecania, dentes.*

*Quæ ratio est? emptos hac habet, illa suos.*

Libro 12. epigr.

*Dentibus, atque comis, nec te pudet, uteris emptis,*

*Quid facies oculo? Lalia non emittit.*

Melius alix editiones:

*Quid facies, oculus, Lalia non emittit.*

Sensus elegantissimus est, crines adcirritios potes emere, dentes eburneos loculo circumferre, at malam deterioris faciei formam, aut oculum comparare non potes. Inde illud apud *Ovidium* præceptum lib. 1. de *Arte*:

*Linguaque nec rigeat, careant rubigine dentes.*

Et sordidi dentes, quos plenos putant dici à *Plauto* in *Curculione*, sc. *date*. in vituperio:

*Os amarum habeo, dentes plenos, fauces lippunt fame.*

Idem ille *Martial.* culpam *Maximinam* lib. 2. epigr. 41.

*Et tres sunt tibi Maxima, dentes,*

*Sed plane picæque, buxique.*

Et lib. 5. epigr. 29.

*Rubiginosis cuncta dentibus rodit.*

**Q.** *Horat.* lib. 1. epist. 18.

*Asperitas agrestis, & inconcinna, gravisque, Quæ se commendat consa cute, dentibus atris.*

**C.** *Petron.* in *Satyrico* descriptione bellorum civilium:

*Stabant erati scabra rubigine dentes.*

Itaque fricabantur lavabanturque quotidie. **C.** *Plin.* lib. 8. epist. 18. *Ac ne in lectulo quidem, nisi ab aliis movebatur, quin etiam (sadam, miserandumque dictu) lavandos dentes fricandisque præbebat.* Fricari autem idem est levare, quod fieri solium, vel spina argentea. **C.** *Petron.* *Satyrici* pag. 25. *Ut deinde spina argentea dentes perfodit, vel lentisco.* *Martial.* lib. 3. epigr. 82.

*Stat exoletus, suggeritque rulantii*

*Pinnas rubentes, cuspidisque lentisci.*

Et lib. 14. epigr. 22. epigraphe est, *dentiscalpium.*

*Lentiscum m'linis, sed si tibi froudea cuspis*

*Desuevit, dentes penna levare potest.*

Et ut nitidiores fierent, quotidie urina, aut rebus aliis putidissimis eos levigare moris erat. **L.** *Apul.* lib. 1. *Apologiz* suæ ex *Caullio*:

*Sua sibi urina*

*Dentem atque russiam punicare gingivam*

*Misi, ut pessimi, mundatias dentium,*

*Nitelis oris ex Arabiis frugibus.*

*Tenuem, candidissimum, nobilem pulvisculum,*

*Complanatorem tumidula gingivula,*

*Convertere rem pridiana reliquia,*

*Ne qua visatur terra labes sordium,*

*Resfridis forte si labellis riserit.*

Ratio è medicina fontibus petenda est, nam dentium dolori medetur *lentiscus*, ut & alia multa, quæ enumerat **Q.** *Sammonicus* *Serenus* lib. de *Medicina* cap. 15.

*Sæpe Chelidonia succo vel lacte expella*

*Sinescant dentes, aut tauri felle juvantur,*

*Aut acini latices clauso voluntur in ore:*

*Manditur apta rubris gingivis, & bona labris*

*Lentiscus, myrsisque emendant oris odorem,*

*Quod vero assumpsit nomen de dentis fricando*

*Cervino ex cornu cinis est, aut ungula porca*

*Torrida, vel cinis ex ovis, sed non sine vino*

*Muricis aut rossi, vel bulbi extincta favilla.*

Denique **Q.** *Horat.* lib. 2. od. 8.

*Dente si nigro ferres, vel uno*

*Turpior ungui.*

Et lib. 4. od. 13.

*Refugit te, quia luridi*

*Dentes, te quia rugæ*

*Turpant, & capitis nives.*

Recte unguium nitelam cum dentium cura conjunxit, quæ par utriusque habita ratio. *Oridius* loco proxime supra laudato:

*Et sunt sine sordibus ungues.*

Quid? quod eundem tonsorem habebant & capilli & ungues communem. *Valer.* *Maxim.* l. 2. cap. 2. *Cujus filia minime*



multicibus animi, que cum Bruto viri sui consilium, quod de interficiendo Cesare ceperat, ea nocte, quam dies deterrimi facinoris sequutus est, cognovisset, egresso cubiculum Bruto, cultellum torforium quasi sanguinem ressecandorum causa posuisset, coque velut forte elapso se vulnecavit, clamore deinde ancillarum vocatus in cubiculum Brutus obfurgare eum cepit, quod torforis praecepisset officium. Paulus Silentarius in Anthologia lib. 7. epigr. 37.

Ἡ τῶν χεῖρας  
Φαίδριος, ὄνυχων ἀμφοτέρων ἄκιστα.  
Aut cui manus exurgas, unguium circumcidens extremitates?  
Corrigendus Alaxius, cuius lib. 5. hoc est epigramma 74.  
Pislotiro faciemque lavas, & dropace calceam,  
Nunquid torforem Gargiliane times?  
Quid faciem tingis? nam certe non potes illos  
Resina, Veneto nec resecare luto.  
Mendum manifestum rescribendumque in tertio versu optimo seculi:  
Quid facient ungues? nam certe non potes illos  
Resina, &c.

Sed ad calceos venio. Initio nascentis republicæ non modo servi, sed & senatores ipsi nudis incedebant pedibus. Ver. Scholiast. Juvenal. ad v. 111. sat. 1. Ostendit plus honoris videri in calceis quam in persona, illo enim tempore uetudum senatores nigris calceis utebantur, sed nudis pedibus, vel pulverulentis, vel braccis, vel pedules novos in braccis, quos pedoris dicunt, ut peregrinis. Locus corruptus mutilusque, celeo rescribas, pedules novos in braccis, quos pedores dicunt: Est enim ποδῶν vestis ad talos demissa, ex Achimere in Oncoi occit. cap. 217, notat Meursius. Ex certe ἀντοδότης nudatio pedis pauperatis indicium non leve erat. Q. Tertull. lib. de Pallio ad finem: Nihil dicimus proprium togæ tormentum, immundissimam pedum telam veram & falsam, quam enim expedit in algore & ardore rigere nudis, eadem, quam in calceo untipedem. Martian. Capella lib. 6. de Nuptiis. Plerumque tamen adhaesi, arripisque pauperibus, magisque illis, quos aut pedibus nudis, aut in tecto crine hispidis, aut sor denti conspexit duces semiticos. Quod fecisse clari Imperatores magnique duces leguntur, non ob paupertatem, sed ut parentis animi, tolerantiæque bellicæ argumenta suis militibus præberent. Talis Phocio fuit, qui nudis pedibus ture & in castris incedebat, nisi atrocior hiems fuisset, hinc jocantes milites nullum certius severitatis frigoris putabant argumentum, quam Phocionem calceatum videre. Plutarch. in vita Ippus. De P. Scipione, & Germanico, C. Tacit. lib. 2. Annal. Sine milite incedere pedibus intellectis & pari cum Græcis amictu, primi Scipionis emulationis, quem eadem fecisse apud Siciliam, quamvis flagante adhuc Pannonum bello accepimus. Quadrat huc institutum Lacedæmoniorum, apud quos juvenes calceis omnes carebant, quo expeditiores essent. Plutarch. in vita Lycurgi. Summis ducibus adjungatur summus Philodophus Socrates, cui, cum Alcibiades grandem illam aream ad construendam domum largiretur, dixit, καὶ ἐὶ ὑποδηματίων ἴδεις, si calceamentis egerem, corium dares, ut calceos mihi ipse confererem, atqui ridiculus essem, si acciperem. Pamphila in 7. Commentariis. Diogenes Laert. lib. 2. pag. 107. ex Aristophane:

Βεγνύς τ' ἐν ταῖς ὀδοῖς, καὶ τὸ ὄρθαλμὸν παραβάλλεις,  
Κ' ἀνποδότης, κακὰ πολλὰ ἀγέχεις, καὶ ἐν ἡμῖν σιμονοπροσωπεῖς.  
Elatus fastu vias teris, oculisque innuis,  
Et discalceatus mala multa toleras, &  
Inter nos vultu gravitatem præ te fers.  
Catonem Uricensem sunt qui affirmant idem factitasse gravissimi auctores, licet neget Helenius Acron, cuius fides non est mihi tanti, ut præponderet auctoritati Plutarchi, qui in ejus vita discalceatum sæpe consuevisse incedere affirmat, aut Horatii lib. 1. epist. 19.  
Quod si quis vultu torvo ferens, ac pede nudis  
Exiguæque togæ simulat tectore Catonem,  
Virtutemque representat moreque Catonis.  
P. Terent. Phormione act. 1. sc. 2.  
Nihil aderat adjumenti ad pulchritudinem,  
Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida.

Quod consuetudinis Judæorum, apud quos, qui nuptias recubabant, nudis pedibus incedere cogebantur, puto, ut carentia prolis plesteretur. D. Cyprian. lib. 2. in Judæos. Juvenal. sat. 6. v. 159.

Observant ubi festa mero pede sabbata Reges,  
Et vetus indulget senibus clementia porcis.  
Omitto Nudipedalia festum fuisse apud gentiles, Græcos, Romanos, Barbaros, in quo nudis pedibus oportebat omnes incedere, sed ab aliis id observatum. Q. Tertullian. Apologetici cap. 40. Denique cum ab imbribus æstiva hiberna suspendunt, & annus in cura est, quidam quotidie pastii, stantique præsuri, balneis, & carponis, & lupanaribus operati, Aquilicia Jovi immolatis, Nudipedalia populo denuntiat, cælum apud Capitolium quaeritis, umbila de laquearibus expectatis, aversi ab ipso Deo & caelo. Institutio, ut videtur, Nudipedalium fuit, ut aquarum coelestium defluxum, terra arecente, impetrare possent, proprium tamen id Judaici populi festum describit Flavius Josephus lib. 2. Bell. Judaic. sed pergo.

Sacri calcei erant, quibus soli sacerdotes rem divinam facturi utebantur. Describit Servius Honoratus ad lib. 4. Æneid. v. 516. Et bene ipsa, quia supra de sacerdote erat loquitur, unam exuta pedem, quia id agitur, ut & ista solvatur & implicetur Aeneas: solent enim & resolutoria sacrificia ab hirsutibus fieri, & Junonis Lucina sacra non licet accedere, nisi solutis nodis, in veste revincta, quia in sacris nihil licet esse praligatum, præcipue ejus, qua amore vult solvi. Sane flaminica non licebat neque calceos, neque soles morticinas habere, morticina autem dicitur, quæ de pedibus sua sponte mortuis fiebat. Alludit ad eum ritum Martianus Capella lib. 2. Et ne Philologus ipsius Phronesis caret ornatibus, ejus pectori, quo verius concreteret, cingulum apponit, calceos præterea ex papyro textili subligavit, ne quid ejus membra pollueret morticinum. Unde in ceremoniis flaminum & flaminicam relatum & illud est à Fabio Pistoro, referente A. Gellio lib. 10. cap. 15. Mortuum nunquam attingit. Appian. Alexandrinum meminit lib. 5. Bellor. Civil. cujus hæc sunt verba in Latium versa: Exutus nempe curis omnibus & imperii obsequiis, solam quadratam Græcorum more pro patria, & domesticam induit calceamenta candida, qualia Atheniensium sacerdotes & Alexandrinorum, quos phœcafios vocant, ferre consueverant, sibi assumpsit. Eratothenes in Mercurio:

Πάμα ποτὶ βῆσισκεν ἰαχρῶς φαικάσι.  
Solæam olim suebant tennis phœcasti.  
De istis etiam Herodianus histor. lib. 5. in Heliogabali luxu, Poliriano interprete: Exta porro villinarum, atque aronata intra lauceas aureas capitibus imposita, gestabant non quidem summi aliqui, aut humiles persona, sed præseclti exercitibus & quicumque maximas dignitates obtinebant, in danti tunicas talares & manuleatas unamque in medio purpuram serentes, sed & lineatis calceamentis utebantur, quemadmodum rates in his regionibus consueverunt.

Principum sive Imperatorum Romanorum calceamenta erant cultu, pretio, coloreque ab aliorum distincta. Campagos appellatos constat. Jul. Capitol. in Maximino Juniore; Calceamentum ejus, id est campagum regium, quidam posuerunt. Trebell. Pollio in Gallien. Caligas gemmatas annexit, cum campagos reticulos appellaret. Idem valent zanca, sive tzanca, ut ex Codice Theodosiano notatum reperies à Jacobo Cucujaco lib. 2. r. Observator. cap. 18. Curopalates sive Georg. Codinus lib. de Offic. Aul. Constantinopolit. pag. 55. Kai ἕτερον ἴδος ὑποδημάτων, ἃ καλεῖται τζαζγια, ἔχοντα ἰκταζγια κατὰ τὰς κνήμας καὶ ἐπὶ τῶν παρσῶν, ἀπὸς διὰ λίθων καὶ μαργάρων, ἀπὶα καὶ πορὶ ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν τὰς περιτάτους, καὶ τὰς προκνήμης. Et alterum calceamentorum genus, que dicitur tzagia, habentia ad latus secundum furas, & in tarsis, aquilas ex lapillis & margaritis, que fert etiam imperator ad ambulationes & adorationes. Græca hæc dictio est, & ab Arabibus petita, nam apud illos & Turcos, tzagatha, idem est ac quieti dare, collocare commode, ut à Francisco Junio video discussum, quate tzagga, non vero tzenza, appellari debent, ut male legiunt in eodem Curopalate pag. 169. Τὴν τῷ βασιλεὺς τζαζγιαν εἰροντα, Imperatoris ferentem tzancaam. Quod autem de aquilis hic

hic dicit, intelligendum puto de aquilarum effigie gemmis vel auro intexta aut affluta calceis, talis enim calceorum ornatus illo faeculo erat. Nicephor. Gregor. lib. 4. de Michaëlis Pa-  
 Irologi loco. *Cesar enim Despote socio Sebastocrator appellatur, socii vero illustre discrimen in cereulis calceis. iure a aquila inter-  
 texta consistebant.* Tarsi nomine superiore Imperatorii calcei partem significavit, cum aquila illa, ut jam movi, apponebantur affuebantur. Idem Curopalar. *Ἐχοντα αὐτὸς μαγ-  
 γυριτα: εἶναι ἐν πλάγιον τὴ καὶ ἀπὸ τῶν ταρσῶν οὗτοι ἵππεδῶν  
 ὑποδήματα μαγακία.* Habentem aquilas ornatas margaritis, ad litera & in tarsis, id est, super calceos picturatos de Musco. Quod autem soli Imperatores eo possent uti calceo, certum, tum ex Jure Canonico, ut aliis præoccupatum, tum ex loco pulcherrimo, in inauguratione Justinii junioris, quem integrum adseribam è Corippo lib. 2. num. 4.

*Purpureo sura resonant fulgente cothurno,  
 Cruraque puniceis induxit regia vinculis  
 Parthica Campano dederant qua tergora fuis,  
 Qui solet edonitio victor calcare tyrannus  
 Romanus princeps, & barbara colla domare:  
 Sanguineis præhata rosis, laudata rubore,  
 Lætaque pro sacris tactu mollissima plantis:  
 Augustis solis hoc cultu competiti uti,  
 Sub quorum est pedibus Regum cruor. Omne professo  
 Mysterium certa rerum ratione probatur.*

Hæc de uranulato jam Byzantium Imperio intelligenda: at antea varia calceorum ornamenta, pro diversa Principum libidine, aut moderatione. Carinus Augustus non gemmis adsutis calceis, sed fibulis gemmis utebatur. Flavinus Vopisc. in eo. Idem non minori luxu facturatum ab Heliogabalo. *Æl. Lamprid. Habuit in calceamentis gemmas, & quidem sculptas, quod visum omnibus movit, quasi possent sculpture nobilium artificum videri in gemmis, quæ pedibus adharebant.* Et de iisdem illis gemmis loquitur idem auctor in vita Alexandri Severi in limine. *Gemmas in calceamentis & vestibus tulit, quibus usus fuerat Heliogabalus.* Diocletianus Cæsar ornamenta gemmarum vestibus calceamentisque indidit: nam prius imperii in signe in chlamyde purpurea tunicam erat. Ut verba usurpem Eutropii histor. lib. 10. quod ut rem insolentem miro consensu Scriptores Ecclesiastici prodiderunt. Euseb. Casariensis in Chronico, vertente D. Hieronymo: *Primus Diocletianus adorari se, ut deum iussit, & gemmas vestibus calceamentisque inseri, cum ante eum omnes Imperatores in modum judicum saltarentur, & chlamydem tantum purpuream à privato habitu pluo haberent.* Aurel. Cassiodor. in Chronico suo consulari Fauto & Gallo Coss. *Primus Diocletianus se se Deum adorari iussit: deinde eadem quæ D. Hieronymus subiungit. Nescio quæ ad eum locum debilerat Cuspinianus pag. 482. Laziardus eadem pæne ad verbum narrat, histor. universal. Epitome cap. 72. Hic ut Deum se adorari mandavit: primus vestibus & calceamentis gemmas inseri iussit, cum autem omnes Imperatores in modum judicum incederent, & solam chlamydem purpuream ultra communem habitum haberent.* Ado Vientensis Chronic. atate 6. pag. 136. *Hic Diocletianus primus gemmas vestibus calceamentisque inseri iussit, dum sola purpura, retro Principes uterentur.* Martianus Polonus Archiepiscopus Consensus Chron. l. 4. pag. 181. eadem penitus verba habet. Denique Fr. Jacobus Philippus Bergomensis Supplementi Chronico. l. 8. pag. 162. alios sequutus iisdemque verbis narravit. Tam mali exempli res visa est, ut consensu unanimi omnium Scriptorum prodi inveniit. Sed ad alia pergo. Soccos mullebriter ornatos gestabat Caligula. C. Plin. l. 9. cap. 35. Demetrius Antigoni filius aureos calceos. Plutarch. in eo.

Principum calceamenta aquilis distinguebantur, ut dixi, fenarum lux dimidiata effigie. Vetus Scholiast. Juvenal. ad v. 192. sat. 7. *Patricius senator est, lunula nam adfusa calceis disceruntur patricii à novitiis.* Causas ex Plutarcho Problem. Romanor. c. 76. alii discusserunt, & ex Iliodoro l. 19. c. 34. quæ non exscribo. Adde, id forte factum, ut imperii incrementum decrementumque lux simile intelligeretur: vel quod antiquitate generis sui, nulla alia re melius posset ostendere, quam si ad Arcades genus suum referret, qui priores erant Lu-

na ipsa. Servius Maurus ad v. 342. l. 2. Georg. *Arcades Profelenos se esse asserunt, quod & Cicero in Fundaniæ commemorat.* Locus fabula datus, quod post diluvium genus humanum ab iis propagatum putaretur, ut unanimo consensu prodiderunt Blondus de Roma Triumphante l. 9. Calius Rhodiginus l. 20. Antiquar. Lect. c. 7. Joannes Pierius l. 44. Hieroglyphicæ. Arque ita esse voluit Servius ad illud l. 8. *Ænicid.*

*Arcades ipsum  
 Credunt se vidisse Jovem.*

Stat. lib. 4. Thebaid.

*Arcades hinc veteres, astris lunaque priores,  
 Agmina suda suis.*

P. Ovid. lib. 1. Factor.

*Orta prior luna, de se si creditur ipsi,  
 A magno tellus Arcade nomen habet.*

Et lib. 2. eisdem operis:

*Luna gens erat illa prior.*

Calceos hos gestasse summæ nobilitatis argumentum, quare Herodotus Sophista, fratri suo insolentius nobilitatem suam iactanti, certe in talis, inquit, nobilitatem tuam habes. Auctor est Philostratus in eo. Alluserunt & poetæ: Statius l. 5. silv. 2.

*Genium si curia sensit,*

*Primaque patricia clausit vestigia luna.*

Martial. l. 1. epigr. 50. de vestitu civis alicujus patricii:

*Lunata nusquam pellis, & nusquam toga,*

*Olidave vestes viriæ.*

Et lib. 2. epigr. 29.

*Non extrema sedet lunata lingula planta,*

*Coccina non lesum cingit aluta pedem.*

Juvenal. sat. 7.

*Et nobilis, & generosus*

*Appositam nigra lunam subtexit aluta.*

Andreas Alcianus emblemate 136.

*Calceus Arcadio suberat cui lunula ritu,*

*Gestatur patribus mullea Romulidis.*

Et de istis extat fragmentum lapidis antiqui, qui Arimini est:

C. MARIUS. COS. VII. TRIB. PLEB. Q. AUG. TRIBUNUS. MIL. EXTRA. SORTE M. BEL-LUM. CUM. IUGURTHA. REG. NUMIDIÆ. GESSIT. EUM. CÆPIT. TRIUMPHANS. IN. SECUNDO. CONSULATU. ANTE. CURRUM. SUUM. DUCI. IUSSIT. TERTIUM. COS. ABSENS. CREATUS. EST. IV. COS. TEUTONORUM. DELEVIT. EXERCITUM. V. COS. CIMBROS. FUDIT. EX. ILLIS. ET. TEUTONIS. ITERUM. TRIUMPHANS. REMP. TURBATAM. SEDITIONIBUS. TRIB. PLEB. ET. PRÆTOR. V. QUI. ARMATI. CAPITOLIUM. OCCUPAVERANT. VI. COS. VINDICAVIT. POST. LXX. ANNUM. PATRIA. PER. ARMA. CIVILIA. PULSUS. ARMIS. RESTITUTUS. EST. VII. COS. FACTUS. EST. DE. MANUBIIS. CIMBRIS. ET. TEUTONICIS. ÆDEM. HONORI. ET. VIRTUTI. VICTOR. FECIT. VESTE. TRIUMPHALI. CALCEIS. PATRICIIS.

Matronarum calceamenta ab iis, quæ enumeravi, differrebant.

licet sciam Ælianum lib. 7. var. histor. c. 11. aliter scripsisse.

*Ῥωμαίων αἱ πολλαὶ γυναῖκες καὶ τὰ ὑποδήματα αὐτὰ φοροῦν*

*ταῖς ἀνδρῶν σιδιμίαις σιόιν.* Ex Romanorum feminis multa

*eisdem cum viris calceos gestare consueverunt.* Contra tamen M.

Tullius l. 1. de Orat. *Ut si mihi calceos Sicyoniis attulisses, non*

*uterer, quamvis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent vir-*

*riles.* Helychius. *Σικωνία, γυναῖκία ὑποδήματα, Sicyonia,*

*calceamenta mullebricia.* Jul. Pollux lib. 7. cap. 22. *Εἶδος ὄντα*

*γυναικεῶν ὑποδημάτων, ῥαδία δὲ ποικίλων, καὶ πολυδύκτων*

*ὑποδήματα.* Species mullebrum calceamentorum, calceus varius

*& convolvibilis.* *Æl. Vopisc. in Aureliano Augusto ad finem.*

*Calceos mulleos, & cerceos, & albos, & hederaceos, viris omnibus*

*tulit, mulieribus reliquit.* Optime descriptus L. Apulejus lib. 7.

*Metamorph. Sampia veste mullebrici fiorida, in sinu stercidos*

*abun-*

abundante mitellaque, textilli contexto capite, calceis femininis, albis illis & tenuibus indutus, & in sequiorem sexum inferius atque absconditus. Ab inventoribus tanta mollitiei Sicconiis, (cognoementum id fuit Regis) nomen calceis muliebribus impositum. P. Virg. in Cætri v. 169.

Cognita nec teneris pedibus Sicyonia servans,  
Nec niveo retinens bæccata monilla colla.

C. Lucilius Satyricus apud Festum Pompejum lib. 16.  
Et pedibus lava Sicyonia demit honesta.

T. Lucret. Carus lib. 4.

Unguenta & pulchra in pedibus Sicyonia vident.

Recte calceis unguentis junxit; nam Græci, quibus istorum calceorum inventum debetur, pedes perungere frequentissime solebant. Meursius ostendit, ut puto, primus, Criticæ. Exercit. parte 2. cap. 16. & ad Lycophronem pag. 230. Disserimen inter viriles igitur calceos, quos enumeravi, quod Imperatorum purpurei essent, mulierum albi, viromini nigri. Juvenal. sat. 7. supra hoc capite laudatus. Q. Horatius lib. 1. sat. 6.

Nigris medium impediit crus

Pellibus, & latum demisit pedore clavum.

Helenius Acron: Altiore sunt calcei senatorum. Negligenter sane, & haud scio an vere; nam ut infra dicitur, altiore erant calcei muliebres, non autem senatorii, malo de ansulis, quibus constringebantur, intelligere Satyricum, quam de altitudine ipsorum calceorum, quippe ille impediit crus, scilicet ansis extensis in crura. Melius Christophorus Landinus; Apud Antiquos non nisi nobiles nigris calceis utebantur. Facile est intelligere Martialem 7. epigr. 32.

Sordidior cano cum sit toga, calceus autem

Candidior prima sit tibi, Cima, nive.

Dejecto quid, inepte, pedes perfundis amillæ?

Collige Cima togam, calceus ecce perit.

Vituperat Cinnam, vel quia sordidus erat, lutoque albos ferebat calceos, vel quia cum foemina communis gerebat, hoc est, albos, ut præcipit Ovidius puellis, quæ anare aut amari cupiunt, libro 3. de Arte:

Pes malus in nivea semper celetur aluta,

Arida nec vinculis crura resolvit tuis.

At nescio cur ille vincula vel ansas foeminiis calceamentis attribuit, cum alii nullis vinculis ea adstricta fuisse contendat. M. Manil. libro quinto Astronomic.

Femineæ vestes, nec nexa tegminis plantæ,

Et species, scilicet placent ad mollia gressus.

Certe tamen in omnibus omnis sexus calceis ansas fuisse suspicor. Achil. Tatius de Amorib. Clitoph. & Leucipp. lib. 1. Corolla iis in capite erant, crines per humeros effusi, pedes vinculis exuti, crura vestibus zonaque genis tenuis succinctis nudata. Ita enim Latine verba ipsius sonant. Vet. Scholiast. Juvenal. ad v. 20. sat. 7. Calcearii cum festinant, & ansas calcearum prætereunt nonnullas. Fest. Pomp. lib. 1. Amenta quibus vincuntur solearum lora. Petron. Satyrici pag. 110. Atque alius tunicam meam lacerat, alius vincula calceamentorum resolevit ac trahit. Plinius observatus Douxæ lib. 9. cap. 35. Terentius in Heautontimor. detrahere foccos. Plautus in Epidico, foccos adimere pedibus. Et in Caprivis: com-pedes adimere. Ex quibus illud muratus est P. Ovidius, ut notavit Hercules Ciofanus lib. 3. Metamorph.

Vincula duæ pedibus demunt.

Idem sæpe alibi lib. 2. Factor.

Frægerat armillas non illa ad brachia fastas,

Scindebant magui vincula parva pedes.

Et lib. 3. Factor.

Nec quisquam invita faciet bene vincula plantæ

Palladæ.

Et lib. 5. Factor.

Ille memor veteris ritus, timidasque deorum

Surgit, habent gemini vincula nulla pedes.

Virgil. lib. 8. Æneid.

Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.

Alb. Tibull. lib. 1. eleg. 6.

Vinculaque de niveo detrahet ipse pede.

Ejusdem libri eleg. 8.

Ausaque compressos alligat arcta pedes.

Unde in sacris expiatoriis, ut notissimum est, calceamenta solutis vinculis & ansis pedibus detrahebantur. Virgil. lib. 4. Æneid. de Didone sacris magicis operante:

Unken exuta pedem vinculis.

Valer. Flacc. lib. 3. Argonautic.

Ducit & ad fluviis, & vincula solvere monstrat

Prima pedum, glaucasque comis prætereere frontes

Imperat.

Sidon. Apollinar. carm. 2. v. 402.

Retiuacula biua cothurnis,

Quæ stringant crepidas.

Protendebantur certa ansula à pede per tibiam atque crus obligabant. Idem Sidon. eodem carmine:

Et concurrentibus ansis

Vinculorum pandas texunt per crura catenas.

Et lib. 8. epist. 11.

Atque vinculorum

Concurrentibus ansulis reflexa

Ad crus per cameram catena surgat.

Marc. Manilius lib. 5.

Perque caput ducti lapides, per colla manusque,

Et pedibus niveis fulserunt aurea vincula.

Corippus loco proxime supra à me laudato:

Cruraque puniceis induxit regia vinculis.

Nec Græca in hoc consuetudo à Romana est alia, siquidem & Homerus ligata calceamenta fuisse innuit. Odyss. lib. 2. in principio, observante Hieronymo Magio lib. 3. cap. 3. apud quem & multo plura vide huc spectantia. Ad crura sive ad suras protensas hæc ansas, præter loca jam citata, probat Livius Andronicus poeta vetus apud Terentianum Maurum lib. de Metror. generibus:

Et jam purpureo suras include cothurno,

Pressaque jam gravida crepitent tibi terga pharitra.

Ex quo imitatus Virgilius Ecloga 7. dixit:

Purpureo stabis suras evincta cothurno.

Et lib. 1. Æneid.

Purpureoque alte suras vincire cothurno.

Meretricii calcei erant ab his, quos jam enumeravi, diversis, colore rubri. Theodorus Marcilius ad illud Persii sat. 5. & alii docti:

Solea puer objurgabere rubra.

Serviles, sive, ut melius dicam, servorum calceamenta non minus differabant ab aliis, nam atates, sexus, dignitates & officia omnia vestitu, & præsertim calceis distinguebantur. C. Plin. lib. 35. cap. 18. in fine: Tantumque non cum laureatis fascibus remitti illo, unde cretatis pedibus advenissent. Nota igitur cretacea impressa, pedes servorum signabamur. Ovid. lib. 1. Amor. eleg. 7.

Despice gypsati nomen inane pedis.

Alb. Tibull. lib. 2. eleg. 3.

Nota loquor, regnum ipse tenet, quem sæpe coëgit

Barbara gypsatos ferre catasta pedes.

D. Juvenal. sat. 1.

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

Servi in catasta venales sic notati exponebantur. Martial. lib. 9. epigr. 30.

Hæc quæ lingua silet! non illam mille catasta

Vincebant.

In eo loco variæ stationes, pro ætate, forma, aut pretio mancipiorum venalium: idem lib. eodem epigr. 60.

Insipexit molles pueros, oculisque comedit:

Non hos, quos prima prostituere castæ.

Sed quos arcane servant tabulata catasta,

Et quos non pupulus, nec mea turba videt.

Sequuntur militares calcei. De quibus spero futurum, ut abunde dicatur lib. 10. hujus operis. Vet. Scholiast. Juvenalis ad v. 14. sat. ult. Darnsis militibus calceamenta dixit. Corrigendum censuit Pet. Pithæus; Pro ipsis militibus calceamenta dixit. Ipse Satyricus:

*Bardaiens judex datur hæc punire volenti  
Calceus, & grandes magna ad subsellia furæ,  
Legibus antiquis castrorem.*

**Æl. Lamprid.** in Alexandro, milites calceatos appellat. Estque præceptum salutare militibus impositum, epistola Aureliani apud Flavium Vopiscum in vita ipsius; *Militis arma tersa, ferramenta famulata, calceamenta fortia sint.* Habebant isti calcei clavos, quibus in terram defixis, in eodem vestigio stare miles, nec ad fugam esset idoneus. Josephus lib. 7. belli Judaici cap. 3. cuius verba sic verba sonant: *Calceos habent creberrimis atque acutis clavus, ut ceteri solent milites, fixos, dum strato saxeis crustis solo occurreret, labitur magnoque cum sono armorum se dejiciens solo in tergum fugientes rediit.* Eandemque narrans historiam Egeffippus Excid. Hierosolymit. lib. 5. cap. 30. *Hic Julius, qui cum tergo immineret hostium, dum alios perimit & clausro coercet, ipse alacritate incautus, confixum clavus calceamentum gerens, usu militari vixit, non considerans polito lapide solum stratum, quod cavendum foret, sed quasi in campo præliaretur, securus labitur, & ingentem strage sua sonitum dedit.* Inde & calcearium pro donativo, militibus collato in emendis calceamentorum clavos accipiunt IC. unde & calceatum coëtere dicit Paulus l. 3. ff. de Offic. præf. vigil. l. 21. ff. de alim. & cib. leg. *Diarius & libarii relidis, neque habitatiorem, neque vestivum, neque calcearium deberi palam.* Ulpian. l. 8. de transactionibus *De calceario quoque arbitrio pratoris transgendum est.* Suetonius ab hac mente intelligendus in Vespasiano cap. 8. *Classarius vero, qui ab Hostia & Puteolis Romam pedibus per vias committant, petentes consilium sibi aliquid calcearii nomine, quasi parum esset sine responso abegisse, iussit post hæc excalceatos cursitare.* Id ipsum à C. Tacito lib. 3. Historiar. claratum fuisse dictum observavit eruditissimus Lævinus Torrentinus.

Sunt præterea & calcei venatorii, altiores scilicet, quo à luti injuria defenderentur, quos alii cum cothurnis confundunt, sed parum referunt.

Comitorum ac tragicorum calceamenta hoc ipso libro e. 8. explicata vide. Jam vero ad materiam, unde calcei fiebant, pergam, quæ quam multiplex fuerit, brevibus ostendatur, deinde ad species quasdam celebriores, ac noviores promovebitur oratio.

Primum, è corio crudo bubulo conficiebantur calcei, ut omittam delicatius illud corii genus, quam alutam, supra citatus Juvenalis & alii appellant. Xenophon Socraticus Anabases l. 3. *Cum defecissent veteres calcei, habebant ex recentibus coriis bubulis carbatinas confectas.* Ita Latina donavit civitate verba disertis Scriptoris Angelus Politianus. Jul. Pollux lib. 7. cap. 22. *Καρβατίν μὲν, ἀργαυκῶν ἐπίδημα, κληθὲν ἐπὶ καρῶν.* Carbatina vero, rustiorum calceus, à Caribus dicitur. Q. Catull. epigr. 97.

*Ista tamen lingua, si usus veniat tibi, possis  
Culos, & crepidas lingere carbatinas.*

In editione Achillis Statii Lusitani legitur, *trepidas cercolipas*, nullo sensu; alii contendunt scribi oportere, *cercopythas*, denique nonnulli, *coprothas*. Sed prior vulgatioque lectio melior est, quippe Aristoteles lib. 2. de Anima, prodidit, *multos carbatinis calceari solere, ne itinere longiori fatiscant.* Et Lucianus in Pseudomante, oratores è Paphlagonia carbatinis indui, auctor est.

Secundo, ex aluta cocinea seu versicolore, aut cocco iuncta & calcei confici soliti. Martial. libro 2. epigr. 29.

*Cocinea non lesina cingit aluta pedem.*

Tertio, ex pelle hadina. Epiphanius, Athenæus & Pollux, citante Paulo Leopardo lib. 2. Emendation. c. 2. vocatque istiusmodi calcei, à nonnullis hadones, à quibusdam odones, à aliis odones, denique sunt qui odones appellant, ut inter viros non inereditis controversum est, Fr. Accursium &

Lazarum Baifium. Et de his intelligendus est Martialis lib. 14. epigr. 140. epigraphæ est, *odones ciliis*, in aliis editionibus scio aliter legi:

*Non hos lana dedit, sed olentis barbæ mariti,*

*Cynipho poterit planta latere sinu.*

Et illud ejusdem poeta festivissimum lib. 12. epigr. 45.

*Hadina tibi pelle contegenti*

*Nuda tempora verticemque calvæ,*

*Festive tibi, Phæbe, dixit ille,*

*Qui dixit caput esse calceatum.*

Quarto, ex subere, sed ejus, ut puto, usus tantum ad sublevandos calceos altioresque reddendos; nam & Augustus, ut historici prodiderunt, alte sublevatis calceamentis usus est, quod in universum de Persis accepimus, qui alnum & duplum gerunt calceum, & ei interdum aliquid subjiciunt, quo altiores videantur; exigua enim apud eos esse statura, in vituperio positum, itaque eam subveniendi natura defectu excogitatum rationem; fusc Strabo lib. 15. eoque proprie fecerunt esse gestamina, Xenophon inquit in lib. de uenæ re familiari, live in Oeconómico, ubi de uxore Ischomachi. Et ex eodem, uti & ex Alexi comico apud Athenarum lib. 13. liquet non minus Græcæ, quam Romanarum mulierum cum fuisse morem, Clemens Alexandr. lib. 3. pagad. C. Plin. lib. 16. cap. 18. *Usus ejus (suberis) in anchoralibus maxime navium piscantiæque tragulis, & cadorum obturamentis, præterea in hiberno fœminarum calceatu.* Sed perendum.

Quinto, ex ferro, ferreum enim calceum Empedocli Agrigentini attribuit Alexander ab Alexandro lib. 5. Genial. dier. cap. 18. quod controversum tamen est.

Sexto, ex ære; tallis enim fuit Empedocli eidem calceatus, Philostrat. in Helladicis, Favorinus & Neanthis apud Diogenem Laërtium lib. 8. quibus ad stipulatur Elianus var. histor. lib. 12. cap. 32.

Septimo, ex ligno. C. Petron. Satyrici pag. 49. *Alius furca de carnario raptæ, statum præstantis componit, anus præcipue lipa surdissimo linte præcincta, solis imparibus ligneis imposita, eam ingentis magnitudinis catena trahit.* Auctor Rhetorices ad Herennium; *Pedibus foeca lignea inducuntur.* Viri docti observantur galliæ hosce calceos proprie nominari. Gloss. vet. *σαρδάνιον*, gallicula. Gloss. ludori: *Gallica calcei militum.*

Octavo, ex corticibus arborum, quod Indis omnibus soleme fuit. Philostrat. de vita Apollonii lib. 2. cap. 9.

Nono, ex papyro, quod familiare Aegyptiis & præsertim sacerdotibus. Herodot. lib. 1. mentio & apud Martianum Capellam lib. 2. de Nupr. non multum à principio: *Calceos præterea ex papyro textili subligavit.*

Decimo, ex argento, Paulus Venetus lib. 2. de Regionibus Orientalibus cap. 14.

Denique aurum, gemmæ & quicquid pretiosum erat, calceis apponebatur; patet enim ex iis, quæ jam præmissi, tum ex loco elegantis lib. 1. Martiani Capellæ: *Calceos autem sinuæragdineæ fluctu viriditati herbosus vestigiis ejus tellus annexit.* Aliquot deinde paginis interjectis; *Calcei verosimiles ex pyropo, quem juxta lunam leni quodam teneroque vultu ex fraternæ fulgore lampadæ resurrebat.*

Species autem notissimæ sunt Sicyonii, socci, soleæ, cothurni, crepidæ, sandalia; de quibus ultimis consulendi sunt Lucianus lib. de scribenda historia, Donatus & Eugraphius ad P. Terentii Eunuchum act. 5. sc. 8. Elianus var. histor. lib. 1. cap. 18. Achmes Seirim Oncitocrit. cap. 229. Strabo Amasiacus lib. 16. Geogr. Turpilii in Lunda, inter præficos Scriptorum; si Criticos cupis, legantur P. Victorius lib. 14. variar. Læctio. c. 15. Adrian. Turnebus lib. 10. cap. 38. & lib. 29. cap. 8.

## CAPUT XXXVII.

## De nuptiis &amp; earum ritibus.

Quæ hic in medium afferemus, debemus clarissimis viris *Andrea Tiraquello IC. Carolo Sigonio & Barnaba Brissonio IC.* qui tanta industriæ laude ritus eos inquisiverunt & explicarunt, ut nihil istorum monumentis addi posse videatur. Quod eo commemoro, ne *cornicum oculos confingere* velle videar, cum de iis materiis, de quibus tantorum virorum monumenta extant, hic disserere instituerim. Quæcumque etenim apud illos ipsos auctores observatione & notatu digna legi, quæque huic meo instituto convenire putavi, huc transtuli tantum eam ob causam, ut & illi, qui librorum talium copia destituuntur, habeant quæ de nuptiis Veterum sciri possent: reliquos vero, quibus libri isti suppetunt, moneo atque hortor, ut his relictis illos libros diligenter evolvanr, cujus quidem lectionis eos minime poenitebit. Ut autem via & ordine hæc procedat tractatio, primum de sponsalibus dicemus: deinde de personis inter quas more majorum nuptiæ fieri potuerint: tum de tempore, quo nuptiæ apud Antiquos celebrari consueverunt: postremum de iis nuptiarum ritibus, quibus capite sequenti pauca quædam de divortio, repudio & nuntii remissione adjiciemus. Ac de sponsalibus primum. Sponsalia à sponsonibus, vel spondendo nomen habent, sicut etiam sponsi, sponsaque appellatio inde ducta est, quod Veteres stipulari & spondere uxores solerent. *Ulpiano ac Florentino* testibus. Quamvis aliter sentiat *Verrius Flaccus*, qui, ut est apud Pompejum Festum, sponsorum & sponsarum nomen inde tractum existimabat, quod *σπονδα*; interpositis rebus divinis facerent. Sed nobis potior sit auctoritas *Ulpiani & Florentini*, præsertim cum ipsorum sententiam etiam confirmet Veteres sponsaliorum ritus. Fuit enim in more præcis temporibus, ut qui uxorem ducturus, ab eo, unde ducenda erat, eam in matrimonium datum iri, stipularetur: idque, qui nuptum daturus erat, sponderet: qui contractus stipulationum sponsonumque, dicebatur sponsalia. Hoc *Servium Sulpitium* in libro de dotibus, *Neratium Priscum* in libro de nuptiis tradidisse, *Agellius* scriptum lib. 4. cap. 4. reliquit. Hujus moris vestigia apud *Plantum* non pauca extant, quorum uno atque altero hic contenti erimus. Sic enim in *Anulularia* Megadorum ab *Euclione* filiam stipulantem facit:

*M. Qui nunc etiam mihi despondes filiam? E. illis legibus,  
Cum illa dote, quam tibi dixi. M. Sponden' ergo? E. Spondeo. &c.*

In *Trinummo* quoque, *Lysicles* à *Charmide* ita stipulatur:

*Sponden' ergo tuam gnatham uxorem mihi? cu. Spondeo, & mille auri  
Philippum dotis.*

Et paulo post:

*Ist hac lege filiam tuam sponden' mihi uxorem dari:  
cu. Spondeo. ca. Et ego spondeo idem hoc. &c.*

Respexit ad hunc morem *Arnobius* lib. 4. adversus Gentes, fabulosa Gentilium Deorum conjugia ridens. Eiusdemque meminit *Servius* in lib. 10. *Æneid.* Nec vero à filia duntaxat patre nuptum datum iri: sed à patre viri ductum iri sponso interponebatur, si modo *Donato* credimus, qui *Terenii* verba ex prima *Andria Scena* ad eam rem exponit, quæ ita habent:

*Hac fama impulsus Chremes  
Ultrò ad me venit, unicam gnatham suam  
Cum dote summa, filio uxorem ut daret.  
Placuit: despondi: hic nuptiis dictus est dies.*

Cæterum ad constituenda sponsalia nudus consensus sufficiebat: nec quicquam intererat, utrum testatio interponeretur, an aliquis sine scriptura sponderet. Denique & absenti absens per epistolam, vel internuntium recte spondebatur. *l. sufficit. l. in sponsalibus ff. de sponsalibus.* In tabulas tamen ut plurimum sponsalitia conventiones referebantur: ex quo illud *Juvenalis Satyra* 16.

*Si tibi legitimis pactam, junctamque tabellis  
Non es amatorus.*

Et *Tertullianus* in libro de virginibus velandis: Hæ sunt tabellæ priores naturalium sponsaliorum & nuptiarum, &c. Quæ tabellæ signatorii eorum, qui interfuerant, annulis obsignabantur: unde *Juvenalis* de nuptiis contrahendis agens:

*- - - Veniet, ait, cum signatoribus auspex.*

*Apulejus Apolog.* 2. Habes, *Æmilianæ*, causam totam, cur tabellæ nuptiales inter me & *Pudentillam* non in oppido sint, sed in villa urbana consignatæ, &c. In argumentum etiam contractorum sponsaliorum sponsæ à sponso arrbæ dabantur: quemadmodum ex *Paulo* lib. 2. Sentent. & ex *Gratiani*, ac *Valentiniani* aliorumque Imperatorum constitutionibus intelligitur. Quin & annulus sponsæ pignoris loco mittebatur, quem *pronubum* *Tertullianus* in libro de cultu fœminarum vocat. *Isidorus Hispalensis* libro 20. Etymol. Fœminæ, ait, non usæ sunt annulis, nisi quos virgini sponsus miserat: neque amplius, quam

quam *binos aureos* in digitis habere solebant. Idem lib. 2. de Divinis officis, cap. 15. Quod in primis, ait, nuptiis, *annulus* à sponso sponsæ datur, sit nimirum vel propter mutæ dilectionis signum, vel propter id magis, ut *eodem pignore* eorum corda jungantur. Unde & *quarto* annulus *digito* inferitur: ideo, quia in eo vena quædam, ut fertur, sanguinis ad cor usque perveniat. Quam eandem rationem *Agell.* lib. 10. cap. 10. & *Macrob.* lib. 7. cap. 13. ex Appione & Atejo Capitone reddunt, cur apud Romanos communi assensu receptum esset, *annulum* in digito, qui minimo vicinus est, quem & *medicinalem* vocant, atque adeo manu præcipue sinistra, gestare. Quem morem etiam *Juvenalis* versus satyra 6. indicant:

*Conventum tamen & pactum, & sponsalia nostra  
Tempestate parvas, jamque à tonsore magistro  
Pefferis, & digito pignus fortasse dedisti.*

*Ferream* vero *annulum* eumque sine gemma sponsæ mitti ætate sua consuevisse, *Plin.* libro 33. Nat. histor. cap. 1. auctor est. Porro à qua ætate *sponsalia* olim contrahi potuerint ex *Modestino* lib. 4. *Differentiarum* l. in *sponsalibus*. ff. de ritu nuptiarum, liquet, cujus hæc verba sunt: In *sponsalibus* contrahendis ætas contrahentium definita non est, ut in matrimoniis: Quapropter à primordio ætatis *sponsalia* effici possunt, si modo id fieri ab utraque persona intelligitur: id est, si non sint minores, quam *septem annorum*. Quæ verba certam nominatim *sponsalibus* contrahendis præscriptam ætatem non fuisse significant. Quod autem, quantum ad præmia legis *Fulvia* & *Papia* attinet, ea demum *sponsalia* probari, admittique *Augustus* constituit, quibus biennio post justæ ac legitimæ nuptiæ accedere possent, ut proinde minores natu 10. annorum virgines frustra *sponsæ* haberentur: ideo factum est, quod *sponsaliorum* obtentu, quæ ad exitum & effectum brevi perducere per *sponsarum* immaturam ætatem non poterant, legi fraudem fieri animadvertisset: ut *Dio* lib. 54. *Zonaras* & *Suetonius* docent. Quo quidem prohibitum non fuit, cum illa, quæ septem tantum annos habebat, *sponsalia* contrahere: sed illud constitutum, ne statim illorum *sponsaliorum* nomine commodi lucrive quid percipi posset.

Jam videndum inter quas personas more majorum nuptiæ fieri potuerint? Ad quam quæstionem ut respondeam, primum hoc sciendum, Romanum non nisi Romanam ducere potuisse, quod & *Justinianus* in Instit. indicat. Romanos hic intelligimus non eos tantum, qui in urbe Roma domicilium habuerunt & vixerunt: sed eos etiam, qui jure civitatis donati, rogatione aliqua hoc jus impetrarunt, ut ipsi Romanas ducere & vicissim filias suas Romanis nuptum dare liceret, quod non est obscurum. Sic enim *Strabo* refert, Romanos & Albanos summa inter se sacrorum connubiorum & sermonis necessitudine fuisse devinctos: & *Dionys.* lib. 6. multas Romanas mulieres apud Latinos & Latinas apud Romanos fuisse: & *Livius* lib. 38. de Campanis auctor est, quod primum habuerint jus connubii cum Romanis, & post defectionem, cum iterum victi à Romanis essent, *M. Val. Messala* & *C. Livio Salinatore* Coss. à senatu petierint, ut sibi cives Romanas ducere uxores liceret, & si qui prius duxissent, ut habere eas; & ante eam diem nati, ut justis sibi liberi hæredesque essent, idque impetrarint. Quod etiam civibus Romanis cum municipibus Latinis jus connubii fuerit, testis est *Cic.* in Philip. ubi de Antonio verba faciens, meminit *L. Philippum* & *C. Marcum* Aricinas uxores habuisse: Aricinos autem municipales fuisse manifestum est. In ipsa tamen Urbe discrimen aliquod connubiorum, inter patricos & plebejos fuisse, ne videlicet patriciis cum plebejis Romæ connubium esset, tum lex XII. Tab. quæ à *Dionysio* lib. 11. recitatur: tum oratio *C. Canulei*, trib. pleb. testatur, qui apud *Livium* lib. 4. initio ita concionatur: Hoc ipsum, ne connubium patribus cum plebe esset, non decemviri tulerunt, paucis his annis, pessimo exemplo publico, cum summa injuria plebis? an esse ulla major, aut insignior contumelia potest, quam partem civitatis, velut contaminatam, indignam connubio haberi, quid est aliud, quam exilium intra eadem mœnia, quam relegationem pati? ne affinitatibus, ne propinquitatibus immisceamur, cavent: ne societur sanguis, cavent, &c. Pervicerunt autem *tribuni plebis*, licet magnis contentionibus, anno U. C. cccix. teste *Livio* l. 4. ut connubia inter patricos & plebejos communia essent. Quod etiam nec ingenuus libertinam, nec libertinus ingenuam ducere potuerit uxorem, ex lege *Papiae Poppææ*, quæ hoc primum concessit, apparet: quam legem, sicut & totam hanc quæstionem luculentissime explicavit elegantiss. IC. Barn. *Brissonius* lib. singulari de Jure connub. quem leges.

Sequitur quæstio tertia de tempore celebrandis nuptiis idoneo. *Sponsalibus* factis, consequens erat nuptiis diem dici: nec vero temere & è re nata, ac quolibet, prout incidisset, die nubebant: sed in ea re non levem mensium, temporum ac dierum delectum habebant. Nonarum certe & *Kalendarum* posteros omnes dies à nuptiis habitos alienos, *Sext. Pomp. Festus* scribit. Mensis item *Majus*, quemadmodum *Plutarchus* in Quæst. Rom. q. 86. testatur, nuptiis infæustus & inauspicatus existimabatur. Ex quo illud olim vulgi sermone tritum proverbium: *Mense Majo nubunt mala.* *Ovid.* lib. 5. *Faslor.* quemadmodum etiam in *Kalendario* retulimus:

*Nec vidua tadis eadem, nec virginis apta  
Tempora, qua nupsit, nec diuturna fuit.  
Hac quoque de causa, si te proverbia tringunt,  
Mense malas Majo nubere vulgus ait.*

Dies etiam alios, qui *nuptiis contrahendis vitabantur*, *Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 15.* recenset, cujus hæc sunt verba: Nec hoc prætermiserim, ait, quod nuptiis copulandis *Kalendas, Nonas & Idus religiofas*, id est, devitandas censuerunt. Hi enim dies præter *Nonas* feriati sunt. *Feriat* autem vim cuiquam fieri *piaculare* est. Ideo tunc vitantur nuptiæ, in quibus vis fieri virginibus videtur. Sed *Verrium Flaccum*, juris pontifici peritissimum, dicere solitum refert *Varro*, quia *feriis* tergere fossas liceret, novas facere jus non esset, ideo magis *viduis*, quam virginibus idoneas esse ferias ad *nubendum*. Subjiciet aliquis: Cur ergo *Nonis*, si feriatus dies non est, prohibetur celebritas nuptiarum? Hujus quoque rei in aperto causa est. Nam *primus nuptiarum dies* verecundiæ datur: postridie autem nuptam in domo viri dominium incipere oportet adipisci, & rem divinam facere. Omnes autem *postriduani dies*, seu post *Kalendas*, seu post *Nonas Idusve* ex æquo *atri* sunt. Ideo & *Nonas inhabiles* nuptiis esse dixerunt, ne nupta aut postero die auspicaretur libertatem uxoriæ, aut atro immolaret, quo nefas est sacra celebrari. Idem etiam auctor cap. 16. ejusdem libri ex *Varrone*: *Mundus*, ait, *cum patet*, Deorum tristitium atque inferorum quasi janua patet. Propterea non modo prælium committi, verum etiam delectum rei militaris causa habere, ac militem proficisci, navem solvere, uxorem liberum quærendorum causa ducere, religiosum est, &c. Hæc *Macrob. Parentalibus* quoque, quæ mense *Februario* celebrabantur, *conjugium*, propter infaustos & ominosos ejusmodi dies, *vitandum* esse *Ovidius* l. 2. *Fastorum* præcipit his versibus:

*Postea præteriti tumulis redduntur honores,*

*Nec tibi, quæ cupida matura videbere matri,*

*Prodigiisque venit, funeribusque modus.*

*Comat virgineas hasta recurva comas.*

*Dum tamen hæc sunt, vidua cessate puella,*

*Conde tuas, Hymenæe, faces, & ab ignibus atris*

*Expectet puros pinea tada dies.*

*Aufer, habent alias mæsta sepulchra faces.*

*Pomponii* tamen *nuptias* pridie *Idus Februarii celebratas* *Cic. lib. 2. epist. ad Q. fratrem*, epist. 11. indicat. Sed & *Saliorum diebus festis* abstinendum nuptiis. Idem *Ovidius* lib. 2. *Fastorum* præcipit his versibus:

*Nubere, ait, si qua volet, quamvis properabitis ambo,*

*Differ, habent parvæ commoda magna mora.*

Contra, *conjugio* aptissimum esse id tempus, quod *Idus Junias* sequitur, ostendit lib. 6. quo loco filia diuturnam salutem precatus, ita concludit:

*Hanc ego cum vellem genero dare, tempora tadis*

*Apta requirebam, quaque cavenda forent.*

*Tunc mihi post sacras monstratur Junius Idus*

*Utilis & nuptis, utilis esse viris.*

*Primaque pars hujus thalamis aliena reperta est,*

*Nam mihi sic conjunx sancta Dialis ait.*

Atque ad hunc superstitiosum *dierum nuptialium* delectum referenda sunt verba *Ciceronis* libro 2. epistol. ad *Q. fratrem*: De nostra *Tullia* tui mehercule amantissima, spero cum *Crassipede* nos confecisse. Dies erant duo, qui post *Latinas* habentur religiosi. Cæterum confectum est, &c. Tantum de tempore *nuptiis* celebrandis idoneo & commodo. Porro, ut ad ritus tandem aliquando deveniamus, *uxorum duo genera* fuisse *Cic. in Topicis* docet: unum, quod proprie *uxor* dicebatur; alterum, quod *materfamilias*. Verba ejus hæc sunt: Si ita *Fabia* pecunia legata est à viro, si ea in manum viri non convenerat, nihil debetur. Genus est enim *uxor*, ejus duæ formæ: una *matrumfamilias*, earum, quæ in manum convenerunt; altera, earum, quæ tantummodo *uxores* habentur, &c. Quem ad locum hæc annotat *Boëtius*: Tribus modis, inquit, *uxor* habebatur, *usu*, *farre*, *coëmptione*, sed *confarreatio* solis pontificibus conveniebat. Quæ autem in manum per *coëmptionem* venerant, hæc *materfamilias* vocabantur: quæ *usu* vel *farre*, minime. Hæc *Boëtius*: quæ tamen vera non esse ostendit *Cicero* in *Oratione pro Flacco*, ubi sic scribit: *In manum convenerat*. Nunc audio: sed quæro utrum *usu*, an *coëmptione*? *Usu* non potuit: nihil enim potest de tutela legitima, sine omnium tutorum auctoritate, diminui. *Coëmptione*? Omnibus ergo auctoribus, &c. Nam *usu* etiam, nedum *coëmptione*, *uxores* in manum convenisse significat. *Jacobus Revardus* lib. 4. *Variorum*, cap. 16. ita *Ciceronis* locum in *Topicis* interpretatur, ut dicat *Ciceronem* per duas *uxorum* formas intelligere *uxorem justam & injustam*, uti *Jurisperiti* loquuntur. *Justam* esse ait, quæ in manum viri convenerit, *usu*, *farre*, aut *coëmptione*, quam *Cicero* *matremfamilias* appellat: *injustam*, quam sola consuetudo uxorem fecerit, & cum qua jus esse connubii leges non patiantur.

Cæterum ut ad tres illos modos, quibus *uxores justæ* habebantur, revertar, *usu* fieri *matrimonium* dicebatur, cum tutoribus auctoribus *mulier in matrimonium* conveniebat, & cum viro ita confuescebat, ut cum justo marito, adeo, ut si *usus* ille intra annum non interromperetur, pro *usu capta* jam haberetur: qua de re nonnihil scriptum fuisse in duodecim *Tabulis*, satis locus hic *Agellii* indicat. Quintum *Mutium* *Jurisperitum* dicere solitum legi, non esse usurpatam mulierem, quæ cum *Kalend. Januariis* apud virum *causa matrimonii* esse cœpisset, ante diem 14. *Kalend. Januarias* sequentes usurpatum isset. Non posse impleri *trinoctium*, quod abesse à viro usurpandi causa ex duodecim *Tabulis* deberet, quo-

niam tertiæ noctis posteriores sex horæ alterius anni essent, qui inciperet ex Kalend. Ex his enim verbis apparet, ut aliarum rerum, sic etiam uxorum *usurpationem* fuisse, & si uxor per annum integrum nullo interrupto usu apud virum fuisset, in manum mariti venisse, & ex tutorum potestate exisse: *usum* vero, si per tres noctes ab eo abfisset, *interruptum* fuisse. Hoc enim Veteres usurpari dixerunt. Atque hanc legitimi *matrimonii rationem* antiquissimam fuisse, & à raptu illo Sabinarum initium sumpsisse, *Jacobus Rævardus* Jurisconsultus clarissimus &, quemadmodum *Justus Lipsius* eum appellat, *Belgici Papinianus*, arbitratur: qui raptus, quia feliciter *Romulo* successerat, ideo institutum ab eodem Rege fuisse putat, ut non vero, sed simulato quodam raptu omnis *legitimi connubii ritus* perageretur. Quo quidem tempore (verba hæc sunt *Jacobi Rævardi* in Commentariis XII. Tabularum, cap. 21.) ea fuisse videtur matrimonii contrahendi ratio, ut *usu* quisque virginem ex proxima matris, aut ex proxima necessitudine vi simulata raptam, non aliter suam faceret, quam *Romana pubes Sabinas* olim virgines suas *usu* fecerit. Idque omnino mihi visus est voluisse *Festus*, cum ita scriberet: *Rapi simulatur virgo* ex gremio matris, aut si ea non est, ex proxima necessitudine, cum ad virum trahitur, quod videlicet ea res feliciter *Romulo* cessit. Rapiundæ autem vi simulata virginis, quinam olim ritus fuerit, eleganter *Apulejus* exposuit libro 4. de *Asino aureo* his verbis: Tunc me gremio suo mater infelix tolerans, mundo nuptiali decenter ornatam, mellitisque suavis crebriter ingestis, jam spe futura liberorum votis anxii propagabat, cum irruptionis subitæ gladiatorum impetus ad belli faciem fæviens, nudis & incertis mucronibus coruscans, non cædi, non rapinæ manus afferunt, sed denso conglobatoque cuneo cubiculum nostrum invadunt protinus, nec ullo de familiaribus nostris repugnante, ac ne tantillum quidem resistente, me miseram, exanimem, sævo pavore trepidam, de medio matris gremio rapuere. Et id quidem illud esse omnino videtur, quod hunc in modum in libro de Spectaculis *Tertullianus* scribit: Dehinc *Equiria Marti Romulus* dixit: quanquam & *Consualia* Romulo defendunt, quod ea *Conso* dicaverit Deo, ut volunt, consilii: ejus scilicet, quo tunc Sabinarum virginum rapinam militibus suis in matrimonia excogitavit. Probum plane consilium, & nunc quoque apud ipsos Romanos justum & licitum, ne dixerim penes Deum, &c. Hactenus ex *Festo*, *Apulejo* & *Tertulliano Rævardus*, qui etiam affirmat hunc simulatum raptum nulli alii connubii contrahendi modo, quam ei, qui *usu* fiebat, convenire.

De *confarreatione* loquitur *Dionysius* in *Romulo*, sacras nuptias scribens *Farracia* esse dicta, quod eodem *farre* conjuges vescerentur, quo etiam victimas respergerent. Itaque *Ulpianus* titulo IX. Institutionum: *Farre*, inquit, *convenitur in manum certis verbis & testibus decem presentibus & solemnibus sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur.* Et *Plin.* lib. 18. cap. 2. *In sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat, vovæque nupta farreum præferebant.* Et *Tacitus* libro tertio *Annalium*, *confarreatio consuetudinem aut omissam, aut inter paucos retentam fuisse.* Hinc *dissarreatio* apud *Festum* *dissolutio matrimonii* dicitur *confarreatione contracti.* Quod autem *Boëtius* scribit *confarreationem* solis pontificibus convenisse, id sic interpretatur *Rævardus*, eam per solos pontifices peractam fuisse.

*Coemptio*, ait, *Boëtius*, certis solemnitatibus peragebatur: & sese in coëmendo invicem interrogabant: vir ita, an sibi mulier materfamilias esse vellet? illa respondebat, *velle.* Item mulier interrogabat: An vir sibi paterfamilias esse vellet? Ille respondebat, *velle:* itaque mulier in viri conveniebat manum, & vocabantur hæc *nuptia per coëmptionem*, & erat mulier materfamilias viri loco filix. Hæc *Boëtius*: quæ etiam totidem verbis refert *Serv.* in 4. *Æneid.* & 1. *Georgic.* *Coëmptionem* porro imaginariis venditionibus peractam, ut & *adoptionem*, credibile est: in eaque facienda nummos aliquot dicis causa intervenisse. Id enim in aliis quoque legitimis actibus observabatur, in quibus specie tenus *mancipationum* solemnia representanda erant. Ad hanc contrahendi matrimonii rationem pertinet, quod ex *Varrone Nonius Marcellus* refert his verbis: Veteri Romanorum lege nubentes mulieres *asses tres* ad virum venientes *ferre* solebant: atque unum quidem, quem in manu tenebant, tanquam emendi causa, marito dare: alium, quem in pede habebant, in *foco Larium* familiarium ponere: tertium in *sacciperione*, cum condidissent, compito vicinali donare, quemadmodum *Justus Lipsius* lib. 5. Antiquarum lectionum, cap. 22. emendavit, aut (quod *Palmerio* in *Spicilegiis* placet) *rezonare*, hoc est, soluta zona promere. Hujus autem modi meminit etiam *Cicero* pro *Muræna*: Putarunt, inquit, Jurisconsulti, omnes mulieres, quæ *coëmptionem* facerent, *Cajas* vocari; & in 2. de *Oratore*: Mirandum non est, qui quibus verbis *coëmptio* fiat, nesciat, eundem ejus mulieris, quæ *coëmptionem* fecerit, causam posse defendere. Ex hoc ergo fiebat, ut mulier in manu mancipioque marito esset, suaque illi hæres fieret. Vir autem non in manu, id est, potestate uxoris erat, sed quod *coëmptus* erat, id ei sui hæredis jus tribuebat: qua de re pluribus erudite disputant *Barnabas Brissonius* lib. singulari de ritu nuptiarum, *Jacobus Rævardus* & alii. Ac de uxorum quidem *generibus* ac differentiis fatis. Jam reliquos *nuptiarum ritus* explicabimus.

Primum ergo *nuptia* nisi *captatis* prius *auguriis* fiebant. Iisque faciendis *auspices* olim interponebantur, ut *Val. Max.* lib. 2. cap. 1. ubi antiqua instituta persequitur, tradit his verbis: Apud Antiquos non solum publice, sed etiam privatim nihil gerebatur, nisi *auspicio* prius sumpto: quo ex more nuptiis



etiamnum *auspices* interponuntur: qui quamvis *auspicia* petere deserint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia usurpantur. Unde notum illud Tullii pro Cluentio: *Nubit genero socrus, nullis auspiciibus, nullis auctoribus, funestis ominibus omnium.* Et auspiciorum nuptialium mentio est apud eundem in primo de Divin. ut interim de aliis raceam. Ipsa virgo, sive nova nupta senis cribribus ornari solebat: sive quod is ornatus vetustissimus esset, seu quod eo *virgines Vestales* ornabantur, quarum castitatem viris suis nubentes spondebant, quemadmodum *Sextus Pompejus* tradit.

*Celibari* præterea *hasta*, quæ in corpore gladiatoris abjecti occisique stetisset, *nubentis caput*, eodem auctore, comebatur: ut quemadmodum illa fuerat conjuncta cum corpore gladiatoris, sic ipsa cum viro esset: vel quia *matrona* in *Funonis Curitis tutela* essent, quæ ita à ferenda hasta (quæ *Sabinorum* lingua *curis* dicitur) appellabatur: vel quod viros fortes genituram ominaretur: vel quod *nuptiali jure* imperio viri subiciebatur nubens, quia hasta summa armorum & imperii est. *Plutarchus* etiam in *Romulo* docet, esse qui affirmant, propterea *nupta comam* cuspede hastilis discriminari, ut signum sit, primas nuptias bello & pugna contractas. Et in Quæstionibus Romanis, quæstione 87. etiam alias quasdam hujus moris rationes asserit. Verba ejus sunt hæc: Cur nuptiarum comam discriminant *hasta cuspede*? Aur monentur nuptæ, quia bellicosis jungantur maritis, debere ipsas ornatu uti simplici & à luxu ac mollitie alieno: quemadmodum *Lycurgus* fores & fastigia ædium jubens ferra & securi, nullo alio adhibito instrumento, fabricari, omnem luxum supervacaneamque operam præcidit. Aut per ambages innuitur solo ferro *conjugium* discissum iri. Aut quia pleraque ad nuptias pertinentia ad *Funonem* referuntur. *Funoni* autem sacra habetur *hasta*, & pleræque ejus statuæ hasta nituntur, ipsaque dicitur *Dea Quiris*. Hasta enim antiquis *Quiris* nominabatur, &c. Hujus item moris meminit *Ovidius* libro 2. *Fastorum* his versibus:

*Nec tibi, qua cupida matura videbere matri,*

*Comat virgineas hasta recurva comas.*

Corona inde redimiri novæ nuptæ consueverant. *Tertullianus* in libro de corona militis, *Catullus* in carmine de nuptiis *Juliae & Manlii*:

*Cinge tempora floribus suave olentis amaraci.*

*Recta* item *tunica* induebantur, qualem prima *Caja Cæcilia* texuit. *Plinius* lib. 8. cap. 48. Quod quidem ex felici textricis conjugio in usum venisse non est dubium, cujus memoriam boni ominis causa in *nuptialibus ritibus* novas nuptas usurpare constat. *Cingulo* insuper nupta *cingebatur*, quod vir in lecto solvebat. Factum id ex lana ovis. *Sext. Pompejus* scribit, ut sicut illa in glomos sublata, conjuncta inter se est: sic vir suus secum vinctus cinctusque esset. *Catullus* in nuptiis *Juliae & Manlii* & alii. *Arnobius* lib. 3. adversus Gentes. *Coronam* item *ex verbenis* à se lectis compositam nova nupta, *Sexto Pompejo* teste, sub amiculo ferebat. Eandem & *soccos luteos* gestasse *Catullus* suspicandum relinquit. *Velo* autem *obnubi* solebat, cum ad virum deduceretur. *Tertullianus* libro de virginibus velandis. At quin etiam *velata* ad virum ducuntur. Unde nuptiarum nomen ductum est. *Nubere* enim & obnubere *priscis velare* & operire significabat, ut *Festus Pompejus* non uno loco, *Nonius Marcellus* & alii complures notant. *Caper* in libro de Orthographia. Vir ducit, mulier nubit, quia pallio obnubit caput suum genasque. *Velum* autem id, quo nuptæ caput operiebatur, *flammeum* vocabatur: quo boni ominis gratia eas velari solitas *Sext. Pompejus* tradit, idcirco, quod eo assidue *flaminica* uteretur, cui divortium facere non licebat. *Flammeum* autem erat hoc luteum, ut *Plinius* lib. 21. cap. 8. his verbis docet: *Lutei*, inquit, video honorem antiquissimum in *nuptialibus flammeis* totum scæminis concessum & fortassis ideo non numerari inter principales, hoc est, communes maribus ac scæminis. Quoniam societas principatum dedit. Unde *Lucanus* lib. 2. de bello Pharsalico:

*Non timidum nupta leviter testura pudorem*

*Lutea demissos velarunt flammea vultus.*

Quomodo etiam *raperentur nubentes* ex gremio matris aut proximæ necessariæ, paulo ante ostendimus. Quo respiciens *Catullus* sic scripsit in epithalamio *Juliae & Manlii*:

*Qui rapis teneram ad virum virginem.*

Hoc modo *ornata nova nupta* in viri domum, tanquam conjugii mansionem, ac domicilium traducebatur: quem morem eleganter explicavit, & multis Jurisconsultorum atque aliorum auctorum testimoniis probavit *Barnabas Brissonius*, lib. 1. *Selectarum ex jure civili antiquitatum*, cap. 18. Unde *uxorem ducere*, quasi domum ducere, Latini dicunt, quemadmodum ex compluribus *Plauti* locis patet. Ducebantur autem vespere à *prætextatis pueris patrimis* tribus, quorum unus facem præferbat ex spina alba, reliqui duo tenebant ducentem.

*Faces* autem adhibebantur vel in honorem *Cereris*, ut *Festus* tradit: vel quod non nisi ubi contenebrasset, in mariti domum sponsa deduceretur, quod *Servius* ex *Varrone*, & *Plutarchus* docent. Idem *Plutarchus* in Quæstionibus Romanis, quæstione 2. scribit, *quinque tantum faces*, sive *cereos* in nuptiis, non plures, nec pauciores accendi consuevisse: ejusque moris causas inquirens, ait id propterea fieri, vel quæ *Varronis* opinio sit, quod ab *adilibus*, qui pluribus quam prætores, qui *trinis* tantum *facibus* utebantur,

ignem sponſi accenderent: vel quod hic numerus impar reliquis præſtantior atque perfectior crederetur, & ad nuptias magis quadrare videretur: vel potius, quod, cum mulieres ad quinque plerumque pariant, veteres tot *faces*, procreationis ſigna accenderint: vel denique quod *matrimonium* contrahentes quinque Deorum ope indigere putarent, *Jovis perfecti*, ſive adulti, *Junonis perfectæ*, ſive adultæ, *Veneris Suadela*, ac *Diana*, ſive *Lucina*, quam parturientes invocant, &c. Hæ *faces* sæpe à Poëtis *tada*, vel *faces jugales*, *faces legitimæ*, tædæ geniales & feſtæ appellantur. Nubentem à *pueris patrimis & matrimis* duobus manu deductam colus compta cum fuſo & ſtamine comitabatur. Cujus moris meminit *Plinius* lib. 8. cap. 48. his verbis: *Lanam cum colo & fuſo* Tanaquil, quæ eadem *Cacilia* vocata eſt, in templo *Sangi* duraffe, prodente ſe, auctor eſt *M. Varro*, factamque ab ea togam regiam undulatam in æde Fortunæ, qua *Servius Tullius* fuerat uſus. Inde factum, ut nubentes virgines comitaretur *colus compta*, cum *fuſo & ſtamine*. *Plutarchus* etiam in Quæſtionibus Romanis, quæſtione 31. teſtis eſt, novam nuptiam ſecum importare in domum mariti *colum & fuſum*, Præter hæc *utenſilia* mulieris, & quæ in uſu ac miniſterio ejus erant, per puerum impuberem in vaſe operto geſtari conſueverant. Puer *Camillus*, vas ipſum *cumerum* proprio nomine vocabatur. De puero *Varro* lib. 6. de Lingua Latina: Igitur dicitur in nuptiis *Camillus* (ſive *Casmillus*) qui *cumerum* fert, in quo, quid ſit in miniſterio, plerique extrinſecus neſciunt. De vaſe *Sextus Pompejus*: *Cumerum* vocabant Antiqui vas quoddam, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis utenſilia. Item: *Cumerum* vas nuptiale, à ſimilitudine *cumerarum*, quæ ſunt palmæ, vel ſpartæ ad uſum popularem, ſic appellatum. Hoc igitur comitatu nubentes ad maritæ ædes accedebant. Ædium porro fores *ſloribus & frondibus* ornari conſueverant, unde *Catullus* in carmine de nuptiis *Pelei*:

*Vestibulum ut molli velatum fronde vireret.*

Pro foribus autem interrogatæ nubentes, quænam eſſent, *Cajas* ſe eſſe reſpondebant. Teſtis eſt præter alios auctor epitomes libri 10. *Valerii Maximi*, qui ſic ſcribit: Cæterum *Caja*, uſu ſuper omnes celebrata eſt. Fertur enim *Cajam Caciliam*, *Tarquini* *Prisci* Regis uxorem, optimam lanificam fuiſſe, & ideo inſtitutum eſſe, ut novæ nuptæ ante januam mariti interrogatæ, quænam vocarentur, *Cajam* ſe eſſe dicerent. *Plutarchus* in Quæſtionibus Romanis, quæſtione 30. teſtis eſt, ſponſam introducentes jubere eam dicere, *Ubi tu Cajas, ego Caja*. Quorum verborum plerique hunc ſenſum eſſe exiſtimarunt: Ubi tu *Dominus* & paterfamilias, ego *Domina* & materfamilias. Poſtes vero januæ *lana tangi* à nubentibus *adipeque* ungi & oblini conſueverant, unde *uxores* quaſi *unxores* dictæ. *Servius* in 4. *Æneidos*: *Moris* fuit, ut nubentes puellæ, ſimul ac veniſſent ad limen mariti, poſtes, antequam ingrederentur, ornarent *laneis vittis*, & oleo ungerent: & ideo *uxores* dictæ, quaſi *unxores*. Eadem *Donatus* in *Hecyram* *Terentii*. *Plinius* libro 29. cap. 2. Idem libro 28. cap. 9. novas nuptas adipe lupino poſtes inungere ſolitas, ne quid mali medicamenti inferretur, ſcribit. *Peracta unctio*ne, nova nupta *limen januæ tranſiliebat*, eoque modo in ædes inducebatur. Religioni quippe habebant, ſi in tranſgrediendo mulier *limen* contigiſſet. *Plutarchus* etiam in Quæſtionibus Romanis, quæſtione 29. docet, ſponſæ non licuiſſe tranſcendere limen domus, ſed eam ſublatam transportari à *pronubis* conſueviſſe, ejuſque moris rationes aliquot aſſert: vel quod in prima raptione mulieres non ultro intraverint domos, ſed illatæ ſint: vel quod videri velint, non volentes, ſed vi coactæ eo ingredi, ubi ſint *virginitatem* amiſſuræ: vel quod hoc ſignum ſit, exire etiam eas, domumve relinquere non debere, niſi vi ejiciantur, ſicut vi introductæ ſint. *Varro* autem apud *Servium* in 8. *Virgilii* *Eclogam* opinatus eſt, ideo ſponſas *limen* non tetigiſſe, ut ne à ſacrilegio inchoarent, ſi depoſituræ *virginitatem*, calcarent rem *Vestæ*, id eſt, numini caſtiſſimo conſecratam. Jam ingredienti nuptæ *claves dabantur*, ad ſignificandam, quemadmodum *Sext. Pompejus* explicat, parus facilitatem: vel, quod veriſimilius eſt, ut ſignificaretur, ei rerum omnium *domesticarum*, quæ clavibus concludi ſolent, *curam* ac cuſtodiam, totam denique domum, ac rei familiaris adminiſtrationem diſpenſationemque permitti. Statuebatur quoque nova nupta, quemadmodum à *Sext. Pompejo* traditur, in pelle *lanata*, vel propter morem vetuſtum, quo antiquitus homines pellibus erant induti, vel quo teſtaretur ſe *lanificii officium* viro præſtituram. Sed & *aqua & igni* mariti uxores accipiebant, unde *Sext. Pompejus*: *Aqua & igni interdici ſolet damnatis, quæ accipiunt nova nupta: videlicet, quia hæc duæ res maxime vitam continent.* Et iterum *aqua* aſpergebatur nova nupta, ſive ut pura caſtaque ad virum veniret, ſive ut *ignem & aquam* cum viro communicaret. *Varro* lib. 4. de Lingua Latina: Igitur cauſa naſcendi duplex, *aqua & ignis*: ideo ea in nuptiis in limine adhibentur, quod conjungit. Hinc & *mas ignis*, quod ibi ſemen, *aqua femina*, quod foetus ab ejus humore & eorum conjunctione ſumit *Venus*. Idem apud *Servium* in 4. *Æneidos*: *Aqua & igni mariti uxores accipiebant.* Unde & hodie *faces* prælucent, & *aqua* petita de puro fonte per puerum feliciffimam, vel puellam, quæ intereſt nuptiis, de qua ſolebant nubentibus pedes lavare. Hujus moris etiam *Plutarchus* in Quæſtionibus Romanis, quæſt. 1. meminit, ejuſque quatuor rationes in medium aſſert, quarum *prima & tertia* cum *Varronis* ac *Sext. Pompeji* ſententia conveniunt: *altera* eſt, quod hæc ceremonia ſignificetur, debere eam, quæ nubis, puritatem & caſtimoniam conſervare. *Ignis* enim, inquit, luſtrat, *aqua* purgat. Ultima eſt, quod ſignificet alterum ab altero deſeri non debere, ſed eos in ſocietate qualiſcunque fortunæ perſiſtere,

etiam

etiam ita rebus ferentibus ut præter ignem & aquam nihil boni una frui detur. Adhibebantur porro his ceremoniis singulis, quemadmodum *Aurelius Augustinus* ex Varrone docet, singuli Dii, ut cum mas & femina conjungerentur, *Deus fugatinus*: cum nupta domum duceretur, *Domiducus*, ut in domo esset *Domitius*: ut cum viro maneret, *Manturna*: cum postea ungeret, *Juno Unxia*. *Martianus Capella* etiam Junonis *Domiduca*, *Iterduca* & *Unxia* meminit.

Acceptæ hoc modo sponsæ & comitibus ejus cœna dabatur à novo marito, quæ veteribus Scriptoribus cœna nuptialis, à Claudio *epule geniales* appellantur: in quam cœnam aliquanto majores sumptus, quam in alia convivia facere legibus *Lucinia* & *Julia* permittebatur. *Tibiam* etiam nuptialibus festivitibus intervenisse, non pauci *Plauti*, *Terentii* & aliorum Scriptorum loci declarant. Præterea *Thalassionem* in nuptiis Romani non secus, atque Græci *Hymenæum*, inclamare consueverunt, quam acclamationem ex eo inolevisse *Livius* lib. 1. auctor est, quod in Sabinarum raptu, virgo una longe ante alias specie & pulchritudine insignis à globo cujusdam *Thalassii* rapta fuerit: multisque seiscitantibus, cuiusnam eam ferrent deducendam, ne quis violaret, *Thalassio* eam ferri clamitatum. Qua de causa vocem hanc nuptialem factam, & ad posteros inde manasse, *Plutarchus* quoque in *Romulo* & *Quæstionibus Romanis*, quæstione 31. censet. Nonnulli tamen ad *lanificium* vocis hujus originem causamque referendam esse videtur. Qua in sententia *Varronem* fuisse, *Sextus Pompejus* testatur: *Thalassionem*, inquit, *Varro* ait, signum esse lanificii. *Thalassionem* enim vocabant *quasillum*, qui alio modo appellatur *calathus*: vas utique lanificiis aptum. Constat autem lanificiis præscas matronas valde deditas fuisse, præcipuamque his curam & operam impendisse. In fœdere etiam inter *Romanos* & *Sabinos* percusso, lex hæc, atque conditio dicta est, ut volentes nuptæ apud viros, quibus conjunctæ erant, manerent, omnium operum ac numerum vacationem, præterquam *lanificii*, habituræ, ut est à *Plutarcho* in *Romulo* memoriæ proditum. *Nuces* à novis maritis jaci, & *pueris spargi* consuevisse indicant *Catullus* in carmine de nuptiis *Julæ* & *Manlii*, & *Virgilius* ecloga 11x. *Sparge marite nuces*: - - - cujus moris rationem *Varro* apud *Servium* hanc esse putat, ut *Fovis* omine matrimonium celebraretur: ut nova nupta matrona esset, sicut *Juno*. Nam *nuces* in tutela erant *Jovis*, unde & *juglandes* vocatæ, quasi *Fovis glandes*. Illud vulgare fuisse idem *Varro* tradit, idcirco sparsas nuces, ut à rapientibus pueris fieret strepitus, ne puellæ vox virginitatem deponentis possit audiri. Aliis placuit, ea id gratia factum, ut se puerilibus omnibus ludis renuntiare, & juvenilia cuncta ludicra relinquere maritus eo indicio testaretur. At *Plinius* lib. 15. cap. 22. duas alias recitat, vel, quod cadendo *tripudium sonumve* facerent: vel quia gemino protectæ essent operimento, ut ita significarent factum multis modis munitum. Nubentibus prætextis depositis, à multitudine puerorum, qui ad eam celebritatem frequentes conveniebant, obscœna clamabantur versusque mollicie ac lascivia dilfluens maxima, nec ulli reprehensioni obnoxia licentia, occinebantur: quos versus *fescenninos* vocabant, sive quod ex urbe *Fescennia* allati essent, sive quod *fascinum* arcere putarentur. Et hujus etiam moris apud veteres Scriptores testimonia extant. Interea vero lectus nuptialis componebatur. Eum autem proprio nomine *Genialem*, quasi generalem, appellatum *Servius* in 6. *Æneidos* ostendit: *Geniales*, scribens, eos proprie esse lectos, qui puellis nubentibus sternuntur, dictosque ita à generandis liberis. *Toga* vero sterni lectos & maritorum genios advocari consuevisse, *Arnobius* lib. 3. adversus *Gentes*, mores vetustate oblitos recensens, testis est. Et hinc fortasse sacri genium lecti *Juvenalis* Satyra 6. dixit. Nova nupta in cubiculum deducta, ut ait *Festus*, prætextati ejus, qui *prælux* dicebatur, fax rapi erat solita ab utriusque amicis, ne aut uxor eam sub lecto viri eanote poneret, aut vir in sepulchro comburendam curaret, quo utroque mors propinqua alterutrius captari putabatur. Aliam causam reddit *Servius*, nondum editus, quemadmodum *Josephus Scaliger* Castigationibus in *Festum* annotat: Quæ, inquit, *Servius*, solent præire nubentes puellas, cornæ sane faces, quæ quasi diutissime luceant, quas rapiunt tanquam vitæ præsidia. Namque his qui sunt potiti, diutius feruntur vixisse. In cubiculum inferebantur simulacra *Deorum*, ut ope illorum sine ulla difficultate *virginitas* auferretur. Hierant *Virginensis* *Dea*, ut virgini zona solveretur. *Subjugus* *Deus*, ut viro subjiceretur. *Dea Premæ*, ut subacta ne se commoveret & comprimeretur: & *Dea Pertunda*, quæ concuteret & penetraret. Item *Venus* & *Priapus*. Jubebatur autem nova nupta super ingentem *fascinum*, id est, membrum *Priapi*, federe: qui erat in loco altiori, quem indicat *Lucanus*, inquit: *Torus stat*, id est, stratum pendulum & erectum, in quod ascendebatur gradibus ebore ornatis. Hoc autem fiebat propterea, ut illorum *puccitiam* prior *Deus* delibasse videretur. Docet ex *Varrone Aurelius Augustinus* lib. 6. de *Civitate Dei*, cap. 9. & libro 7. cap. 24. *Laëtantius* libro primo. Post hæc nova nupta lectum viri adibat, in quo eam collocabant *pronuba*, quod significat *Catullus* his versibus:

*Fam cubile adeat viri  
Vos unis senibus bona  
Cognita bene femina  
Collocate puellam.*

Ad hujusmodi enim officium spectatæ pudicitæ mulieres, & quæ uni duntaxat viro nupsissent, adhibebantur, quo matrimonii perpetuitatem, quemadmodum *Sext. Pompejus* auctor est, auspicarentur.

Inde cingulum virgineum maritus sponsæ solvebat, teste eodem Pompejo. Erat hoc cingulum Herculeo nodo vinctum, quod vir solvebat omnis gratia, ut sic ille felix esset in suscipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui septuaginta liberos reliquit. Idem alio loco: *Cinxta Junonis* nomen sanctum habebatur in nuptiis, quod initio conjugii solutio erat cinguli, quo nova nupta erat cincta. Unde Catullus: *Quod zonam solvit diu ligatam.*

Item:

*Tibi virgineos zonula solvunt sinus.*

Hoc pacto, quæ sponsa fuerat, fiebat uxor. Postridie nuptiarum apud novum maritum rursus cenabatur, & quia quasi instauraretur, redintegrareturque potatio, eum diem *reposita*, Sexto Pompejo teste, appellabant. Novæ autem nuptæ munera à cognatis & propinquis mittebantur, eaque sunt *nuptialia dona* apud Jurisconsultos. At apud Ciceronem pro Cluentio & Apulejum lib. 6. de Asino aureo, *nuptialia dona* ea accipienda sunt, quæ ante contractas nuptias mulieri à viro offerebantur. Postridie item nuptiarum, nova nupta libertatem auspiciens uxorium, in domo viri rem divinam faciebat, ut est à Macrobio lib. 1. Saturnaliorum cap. 15. proditum. Atque hæc tenus de nuptiarum ritibus, quorum plerique colligi possunt ex nuptiis Marcie & Catonis apud Lucanum lib. 2. belli Pharsalici.

AD CAP. XXXVII. PARALIPOMENA.

*Nuptiarum origo, causa, ritus, auspices, dos, tabula, petere, respondere, sacrum nuptiale, epulum, sortitio, ignis & aqua, in manum convenire, flammæ, zona soluta, faces, bimenans, claves tradita.*

**A**Qualitas, quæ civis ad concordiam maxime hortatur, firmissimumque habetur ordinandæ civitatis vinculum, nullquam melius inducitur, quam legitimo nuptiarum contractu. P. Cermenanus Rasplod. de recta regnor. ac rerum public. administrat. cap. 38. hanc quidem æqualitatem videas etiam apud barbaras & immanes omnino gentes observari: nam & Rex Calchut matrimonia nuptiasque apud suos edicit, & ipse uxori ductæ non prius concumbit, quam dignior sacerdotum cum ea cubnerit & desoraverit, ut ostendat non tam voluptatis, quam retinendæ consuetudinis civicæ causa ad nuptias se convolare. Ludovic. Roman. patric. Navigation. Ægypti, Æthiopiæ, utriusque Arabiæ, Persidis, Syriæ, Indiæ, lib. 5. cap. 4. quinimo qui res publicas ordinarunt, nuptias introducerunt, unanimi consensu, Lycurgus apud Spartanos, Xenophon, lib. de republ. Lacedæmonior. in principio. Et Plato lib. 6. de legibus monet, *primas in republica bene constituta leges de matrimonio esse debere.* Quod ea vis non homini modo, sed & bellis infusa sit, sui simile procreare. Aristotel. lib. 1. Ethicor. cap. 12. quare Justinianus Augusti lib. 1. Institut. Imperial. tit. 10. *conjunctionem sive copulam naturæ juris, nuptias seu ritus solemnes, juris gentium esse voluit:* neque atinet diversis gentium aut populorum mores recensere: nam Galli arbitrium electionis ipsi puellæ permittebant, proci ad convivium invitatis, signumque electi mariti erat, *aquam manibus dedisse.* Jun. Justinus lib. 43. In Lituania femina multos juvenes alunt, quos *matrimoniorum adiutores* vocant, palamque eos secum cubitum ducunt. Baptista Fulgosius Genuensis, sive Baptistinus Fregofus, (ut voluit Raphael Volaterranus) lib. 2. dicitur. & factor. memorabil. cap. 1. quem Latina civitate donatum debemus Camillo Gilino. Disputant hanc quæstionem eleganter Fr. Patricius Reipublicæ suæ lib. 4. tit. 3. Melchior Junius Politicar. quæst. parte secunda. Sed quam diversi ritus sint, diducandum relinquo lectori sedulo, ne mihi magnopere sit necesse, vel ea quæ Olaus habet, aut potius ejus Epitome Cornelii Scribonius Graphaus lib. 14. cap. 5. transcribere. Nec illud sollicitè hic adnotandum duco, quod cum legislatores præci in omnibus rebus parcimoniam laudassent, suisque civibus commendassent, tamen in cæna nuptiali permisissent conventum amicorum cum apparatu indici, sive, ut vult Hecateus Abderita, *quo testibus multis inter liberos & cives matrimonium contractum significarent.* Sive etiam, ut auctor est Theo, *quod hujusmodi convivia non amicorum tantum essent, sed & affinium & cognatorum, quos æquum fuerat, societate jam*

inita eo convocari. Plutarchus l. 4. Symposiac. cap. 3. Theognis, quem unicum miratur Ilocrates:

Οὐδὲν κέρν' ἀγαθὸς χλευσάμενός ἐστι γυναικί.

*Nihil Cyrie bona sanius est uxore.*

Apollonides & ipse poëta veus:

Οὐ χυσις, οὐ τυρανίς, οὐ πλάτῃ χλιδῶ,

Τοσούτοι εἶχε διαφύρις τὰς ἰσοδός,

Ἦε ἀνδρὸς ἰσθλῆς καὶ γυναικὸς εὐσεβῆς

Γράμῃ δικαία καὶ εὐροῦσα τ' ἀνδρα.

*Non aurum, non regnum, non divitiarum luxus,*

*Voluptates tam eximias præbet,*

*Quam boni mariti, & uxoris pie*

*Voluntas justa, & legitime fulta.*

Hippothoon poëta quoque antiquus:

Ἄριστον ἀνδρὶ κίημα, συμπαθὲς γυνή.

*Bona viri possessio est uxor benevola.*

Duplex igitur nuptiarum contrahendarum causa, vel ut liberi legitimi concubium proprioque sanguine generentur, qui hæredes familiaris esse possunt, quare & qui impotentes naturaliter erant, aut frigidi, quique alia qualibet occultata causa, liberos suscipere ex uxoribus suis non poterant, eas aliis utendas tradebant, ex eoque coitu natos in spem familiarum suarum educabant, quod de Sarracenis extat apud Cælium Rhodigium lib. 15. Antiquar. lectio. cap. 17. Et jam idem ante illum prodiderat Ammianus Marcellinus lib. 14. *Vita est illis semper in fuga, uxoresque mercenariæ conductæ ad tempus ex pacto.* Id ipsum, licet belluinum penitus, scio in usu Spartanis fuisse, Plutarch. in Lycurgo: & apud Romanos: nam Strabo lib. 11. testatur Caronem Uticensem, uxorem suam, ex qua liberos suscipere non poterat, Hortensio concessisse. Altera non minus potens causa est, ut societas individua mutuusque civium amor nuptialis hac concordia firmaretur: usque adeo, ut cum uxores maritos extinctos vidissent, probrosum iis superesse ducerent: Itaque Wendi, qui Slavovum, seu Thuringorum genus erant, uxores eidem rogo cum maritis inferebant. Venerit Anglus in epist. ad Edoardum Regem: quod familiare Catharis Indiarum genti. Diodor. Sicul. lib. 17. Et de Thracibus C. Jul. Solinus idipsum tradidit Pelyhist. cap. 16. Et de Indis, Ælian. Var. Histor. lib. 7. c. 17. Et de Gallis, Pomponius Mela lib. 3. c. 2. Sext. Prop. lib. 3. eleg. 7. Hierocles lib. de nuptiis rectissime, *ἅπαν μὲν γὰρ ἡμῶν τὸ γένος ἰσοπρὸς κοινοῖαν, πρῶτον δὲ καὶ σοικισθῆσθαι τῶν κοινοῖαν, ἢ κατὰ τὸν γάμον, ἔτι γὰρ πόλις ἴσται μὴ ὄντων οἰκῶν. Universum enim genus nostrum ad societatem unam est, prima autem & præcipua societas est, quæ per nuptias habetur, nam civitates sine familiaribus esse non possunt.* Quis vero nescit periculosissimum nascenti urbi motum incendium discussisse Sabinas virgines, inde maritos, hinc patres ad pacem cogentes: aut quis ignorare potest calamitosum in republicam Romanam ortum bellum, & pæne ad interuersionem partium, inter Cæsarem & Pompejum dimicatum, extincta Julia, filia Cæsaris, quæ Pompejo denupsit, quod illa, quamdiu vixerat, impeditat, quod

quod præter historicos exequutus est M. Annæus Lucanus  
Pharsal. lib. 1. v. 114.

*Nam pignora juncti*

*Sanguinis, & dira ferales omne tædas  
Absulit ad manes, Parcarum Julia seors  
Intercepta manu, quod si tibi fata dedissent  
Majores in luce moras, in sola furentem  
Iude virum poteras, atque hinc retinere parentem;  
Armataque manus excusso jungere ferro,  
Ut generos soceris media janxere Sabina,  
Morte tua discussa fides, bellumque movere  
Permissum est duobus.*

Sed quia hæc omnia de quatuorlibet gentium nuptiis dici pos-  
sent, & mihi de Romanis tantummodo ferino instituitur, pauca  
de eorum ritibus subiungam, non ignavus multa sparsim à  
viris doctis prodita, & à Criticis in hanc rem edita. Ad æd li-  
brum singularem Barnabæ Brissonii, Andream Tiraquellum  
de leg. connubialib. Petr. Gregorij Syntagmat. jur. uni-  
vers. lib. 9. pæne toto, Thoinam Trevisanum Venetum, Tho-  
næum Pifoneum Soacium, tractatu de sponsalibus, matrimo-  
nio, & eorum privilegiis.

Primum non quodlibet tempus aptum habebatur nuptialia  
celebrari, sed plenilunium tantum, non vero deficiens luna,  
aut incipiens, sive cum in damno erat, aut incremento, ut lo-  
quitur S. Valerianus sermone de disciplina: quo tempore &  
Græci unquam suas celebrabant frequentabantque publicos  
confessus, ut constat ex Scholiaste Thucydidis lib. 1. non mul-  
tum à fine: ubi de fuga Periclis & querela Megarensium. Nu-  
ptias autem tunc potissimum curabant, sive, quod inde boni omi-  
nis non nihil ex plena luna facie aspiciantur, sive, ut frequenti-  
am & advenis referta civitate, in conspectu ample multitudinis  
posse, celebriores nobilioresque haberentur nuptiæ. Menander  
Anaxandridesque comici, Pindarus, Hephæstion, Demetrius  
Phaleræus, laudati à Bernardo Martino varior. lect. 1. c. 14.  
eam consuetudinem abunde probant. Addendi Pindarus in  
Isthmiis, & Euripides in Iphigenia, in Aulide, ubi Agamein-  
non rogatus ab uxore Clitemnestra, quando filia suæ vellet ce-  
lebrari nuptias, respondit his verbis:

*Ὅταν βελήης εὐτυχῆς ἔλθοι κύκλος,*

*Quando luna fortunata venerit circum.*

Quum dies dicta fuerat pactis dotalibus scribendis, auspices  
noctu & sub auroram, anguribus operam dabant. Valer. Maxim.  
lib. 2. cap. 1. Antiquitatum narrat; sed ante illum M. Cicero  
libro 1. de Divinat. Quod in nuptiarum auspiciis declarant, qui  
ve omnia, nomen tenent. Et in Orat. pro Aulo Cluentio; Nubis  
genero socrus, nullis auspiciis, nullis auctoribus. Frequentissima  
ejus ritus mentio. C. Tacit. lib. 11. de nuptiis Sili & Messa-  
linæ: Prædicta die adhibitis qui obsignarent, velut suscipiendorum  
liberorum causa convenisse, atque illam audisse auspicium  
verba, subisse, sacrificasse apud deos, dissubitum inter convivas,  
ofcula, amplexus, noctem denique actam licentia conjugali. Idem  
lib. 15. Annal. de nuptiis Neronis Principis & Pythagoræ:  
Pauca post dies hinc ex illo contaminatorum grege, cui nomen Py-  
thagoræ fuit, in modum solemnium conjugiorum denupsit, inditum  
Imperatoris stammenem, misit auspices duos. C. Sueton. in  
Claudio cap. 26. Quam, cum comperisset super cætera flagitia  
atque dedecora, C. Sillio etiam misisse, dote inter auspices con-  
signata, supplio affecto. Q. Symmach. lib. 4. epist. 14. Cum  
filios nostros jugali fœdere sociare vellemus, primum super hoc ma-  
gnificentiam tuam mediatio nostra consuluit, ut capti felicitatis aus-  
piciis à parente publico sumeretur: Idem lib. 6. epist. 3. Soro-  
rem Poppeam olim viro maturam, te aspice in manu optat ac-  
cipere. Servius ad lib. 1. Æneid. & ad lib. 6. alius observatus.  
Verus Scholiast. juven. ad v. 336. fat. 10. Auspices solebant  
nuptiis interesse. Inscriptio vetus, cuius verba apponam, quod  
& cœemptio, & faces nuptiales, & deductio domum conti-  
neantur.

COS. AUG. PUB. CLAUDIO. QUÆST. AER.  
ANTONINAM. VOLUNIAM. VIRGINEM.  
VOLENT. AUSPIC. A. PARENTIBUS. SUIS.  
COEMIT. ET. IV. FAC. IN. DOM. DUX.

Ita poetæ intelligendi. Cl. Claudian. lib. 1. in Rufinum:

*Hæc aspice tædas*

*Oedipodem matri, nata junxere Thyestem.*

Et in epigrammatis, de laude Serenæ:

*Atque utinam sub luce tui contingeret oris*

*Conjugis in castris, vel folio generi,*

*Optatum celebrare diem, me jungeret auspex*

*Purpura, me sancto cingeret aula choro.*

Et lib. 2. in Rufinum:

*Dilecta hic pignora certe,*

*Hic domus, hic proprium tædis genialibus omen.*

Idem lib. 2. de Raptu in fine:

*Tangensque cubile*

*Omnia perpetua genitalia sedere somit.*

Alibi in hoc opere, docui corrigendum:

*Omnia perpetuo genitalia sedere somit.*

L. Apul. lib. 1. Miletiar. *Vix effatum me statim familiares omen  
necesarium exccrati raptis cuiusque modi telis profeguntur.* Ante  
legebatur, *omnes nesciarum exccrati.* Et in libro de Deo Socra-  
tis; *Quum præterea si omnia observaret.* Corrige & lege *si omni-  
a observaret.* Ita Jostias Mercurus ad Aristænetum lib. 1.  
epist. 3. in nuptiis his vero optimum angurium ab accipere circo.  
Plin. lib. 10. c. 8. *Etque præsidet Pilonius & Picinnus diti.*  
M. Varro, referent Nonio cap. 12. Martian. Capella lib. 1.  
de nupr. Merc & Philolog. in timine:

*Convubium divum componens Calliopeæ*

*Carminis auspicio te probat amivere.*

Et eodem libro in fine:

*Jungantur paribus nam decet auspiciis,*

*Et nostris cumlent astra nepotibus.*

Prior vetus veteri consuetudine scribendi librorum impe-  
ditorum, sic poterit legi:

*Jungantur paribus nam decet auspiciis.*

M. Plaut. Casina in fine prologi:

*Ulro ibit nuptum, non manebit auspices.*

L. Sen. tragoedus:

*Per ego auspiciatos regii thalami rogos.*

Idem Medea act. 1. in choro:

*Et tu qui facibus legitimis ades,*

*Noctem disjunctis auspice dextera.*

Troade act. 4. sc. 1.

*Quicumque hymen funestus, illatobilis,*

*Lamenta, cædes, sanguinem, genitum habet*

*Est auspice Helena dignus.*

P. Virgil. lib. 4. Æneid. de nuptiis Didonis & Æneæ præ-  
sumptis:

*Diti equidem auspiciibus reor, & Junone secunda*

*Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.*

Et lib. 1. Æneid.

*Primitque jugaras*

*Ominibus.*

Claudian. epithal. Hon.

*Omnia non audet genitrix tam magna fateri.*

M. Lucan. lib. 2. Pharsal. de Martiæ & Catonis nuptiis:

*Junguntur taciti, contentique aspice Bruto.*

Inter auspices hos nubentium dos consignabatur. Tacit. supra lib.  
11. Annal. quædam obiter discussit ex Jurisconsultis P. Augusti.  
Mordanalentinus in Emporio Juris pag. 82. sed Grammaticos  
audio: M. Varonem lib. 4. de Ling. Lat. *Dos est pecunia nuptiarum  
causa data.* Neque tamen omnis dos pecuniarum nomi-  
ne continetur, quamquam Aristænet. lib. 1. epist. 6. Καὶ εὐ-  
πίκα χρημάτων εἰς προίκα τῶ σὺ δειθὴς πατρὶ. Et brevis  
paratis unquam in dotem tuam opus erit patri. Helen. Acron. ad  
Horat. lib. 3. od. 24. aliquanto expressius: *Dos est donum nup-  
tialium nubentium.* Egregie definit Ulpianus l. 3. ff. de Jur. doti-  
um. *Dotis appellatio non refertur ad ea matrimonia, que consistere  
non possunt, neque enim dos sine matrimonio esse potest, ubicumque  
igitur matrimonii nomen non est, nec dos est.* Quibus verbis offi-  
cium, munus atque ipsam veluti dotis conferendam originem  
indicavit, ut & cum matrimonio sit, & sine eo illa esse non pos-  
sit, hoc est, ut opera matrimonii qui susciunt, dotem percipiant. Scæ-  
vola.

vola? C. apud Paulum l. 46. ff. famil. exisc. consentanea sunt, quæ scriptis Papinianus l. 6. ff. de Cast. pecul. Dos matrimonio coherens, oneribus ejus, ac liberis communibus, qui sunt in avi familia, confertur. Itaque si nulla matrimonii onera fuissent, id est, nulli liberi communices, dos divortio facta, ad uxorem redibat, uti infra dicitur, vel ea mortua sine prole, ad eum, unde profecta fuerat, ut difficillimum sit adjudicare, quis proprie dominus dotis dici possit. Non me latet sapissime ad maritum eam delatam. Pseudocornutus ad v. 14. sat. 2. Auli Persii. Nerius morte conjugum loquaxletatus, fenerator est factus notissimus, dos enim à cæcæ Romano data, non patri dicta nomine, si repudium non intervenerit, post mortem uxoris ad maritum pertinet. Lepidissimum est M. Martialis epigramma 43. lib. 10.

Septima jam Phileros tibi conditur uxor in agro,  
Nulli plus Phileros, quam tibi reddidit ager.

A. Persius ibidem loci:

- Nerio jam tertia ducitur uxor.

Et si forte in adulterio maritus uxorem deprehendisset, dotem eam poterat multare. Helen. Acron. ad sat. 2. lib. 1. Q. Horatii in sine: Antea adultera dotem tantum perdebant. Ipse Sartyrius:

Janna frangatur, latret canis, nudique magno  
Pulsis domus strepitum resonet, vel pallida lecto,  
Desiliat mulier, miseram se conscia clamet,  
Cruentibus hæc metuat, doti depressa.

Varia autem & multiplex fuit, aut enim profectitia dicitur, quæ à parente, vel patre profecta est, aut adventitia, quæ à quovis alio, vel ex mulieris ipsius bonis data est: est denique receptitia, quam is, qui dat, in mortem mulieris à marito stipulatur, quod IC. acutissimus observavit, Barnabas Briffonius & P. Cornelius Brederodius & alii, quos quia facile est adire, non excribo.

Dotem autem vel dare, vel dicere, vel promittere dicunt auctores, ut est in l. 3. C. Theodof. de incest. nupt. Dos si qua forte solemniter aut data, aut dicta, aut promissa fuerit. Cajus Institutionibus de Obligationibus tit. 7. Ut si mulier sine sponso uxor futura, sive jam marito dotem dicat. Sidon. Apollinar. lib. 1. epist. 11. Ut familia superiori, per filiam saltem, quamquam honestissimam, jungeretur, contra rigorem civi i moris, splendidam (ut ferunt) dotem Chremes noster Pamphilo suo dixerat. C. Plinius Junior lib. 2. epist. 4. In dotem centum millia contulerim, præter eam summam, quam pater tuus quasi de meo dixit. Savaconi hoc observatum debetur. A. Victor in vita Neronis: Convocato senatu, dotem dicta, cunctis festis de more frequentantibus, nuberet. M. Martialis lib. 12. epigr. 42.

Dos etiam dicta est.

Sed de dotis summa non est inter magnos viros levis questio, nam Justus Lipsius ad Taciti Annal. 2. Jacob. Cujacius ad Novellam 22. Claudius Musambertius, id est Theodorus Marcellus in Commonitoriis, contendunt summam dotis præstituræ consuevisse esse decies. Alii Critici, Laurentius Ramirefius ad Martialem in hypomnematis, Josias Mercerus ad Aristænetum, contra nituntur, dotis dicta nullam certam summam fuisse, sed ætatem, familiam, conditionem, natalia inspicere debere. Ego tamen fenatoriæ, ut plerumque, dotem, puto potuisse præstari, cur enim potius census, quam dos, certus foret? & tamen, quin census certissimus esset, nullus est, qui inficias ibit, hæc quæ fuerit? omnino non est exploratum, frequentius decies. Vetus Scholiast. Juvenal. adv. 335. sat. 10. Centena dantur, dos scilicet secundum morem. L. Sen. Consolat. ad Helviam cap. 12. Beatior esse istos putas, quorum pantomima decies seferio nubunt, quam Scipionem, ejus liberi à sexatu, tutore suo, grave es in dotem acceperunt? Hotomanus eruditissime multa in disputat. de aureo Justiniano. Papinianus IC. l. 6. ff. de usur. & fructib. De fisco ideo numerari decies centena nomine dotis jussit, hoc est, decies centena seferio nummum, ut exponit Antonius Augustinus lib. 2. Emendat. cap. 6. Ita poetæ. Martialis lib. 2. epigr. 65.

Centena decies quæ tibi dedit dotis.

Et lib. 11. epigr. 24.

Nubere sista mihi nulla non lege parata est,

Sed Sitalam nulla ducere lege volo.

Cum tamen insaret, decies mihi dotis in auro

Sponsa dabis, dixi, quid minus esse potest?

D. Juvenal. loco proxime citato:

- - - Duam sedet illa parata

Flammeola, Tyriusque palam genialis in hortis

Sternitur, & riu decies centena dantur

Antiquo, veniet cum signatoribus auspex.

Dotem dicta signabantur pacta dotalia, sive tabula. M. Fab. Quintilian. lib. 5. cap. 11. Nihil obstat, quo minus jussum matrimonium sit mense coentium, etiamsi tabule signata non fuerint. Isidor. lib. 9. cap. 8. Ante usum tabularum matrimonii cautiones, quibus invicem emittebant. Idipsum & à IC. admittitur, l. Scia ff. de donat. int. vir. & uxor. D. Juvenal. sat. 2.

Signata tabula, dictum feliciter.

Recte feliciter. Talis enim erat exclamatio faustior, qua bona quæque ominabantur: & auspiciorum contractus iditi eventum. Sueron. Domitiano cap. 13. Domino & dominae feliciter. Dositheus magister lib. 3. de Sententiis & Epistolis Adriani Imperatoris allusit: Ἄλλὰ καὶ εὐτύχως τίνους οἷς καταδέσπης καὶ ὑπέδωκε εἰλοποῖαν σὲ. Sed & feliciter liberis tuis relinquas & exemplum studiorum tuorum. In MS. antea fuerat εὐτύχως, sed correxit Melchior Hamenueus Goldastus. Fallitur interim vir doctus, qui putat vocem eam in nuptiis fuisse solemnem, quom de sponsalibus tantum intelligi debeat. Vet.

Glos. προικῶνα, dotalia instrumenta. Hamenueus lib. 1. tit. 18. documenta vocatur, Novell. 119. cap. 3. Gunther. lib. 4.

- - - Totaque caterva

Acclamante viro farssum feliciter omen.

Tabula non prius signabantur, quam solemnibus stipulatio fuisset interposita. Ex Plauto alii ritum observatum in Curcul. act. 5. sc. 2. in sine, & in Aulular. sc. præagitat. Q. Symmach. lib. 9. epist. 7. Petitoris ambitum, tuis fidem in me recepi. Isid. lib. 10. Etymolog. Procax idem quod petax proprie, nam procari est petere, unde & nuptiarum petitores proci dicuntur. Idem repetit lib. 9. cap. 8. Proci nuptiarum petitores, à procando, id est, petendo dicti. Sidonius Apollinaris lib. 2. epist. 4. Licet in conjugium petierit. Idem lib. 4. epist. 20. Ut pote sponsum seu petivorem. Rursusque lib. 7. epist. 2. Adolescens solus, tennis, peregrinus, puellam non inferiorem natalibus, uxorem petit, impetrat, conscribuntur tabulae nuptiales. Nonius Marcellus cap. 5. num. 69. Virgo prius quam petatur, sperata dicitur. Sic Imperatores etiam solent loqui, l. m. C. Theodof. si quis eam cuius tutor fuerit, corruperit l. 1. C. Theod. de Nuptiis. Servius Sulpitius in libro de dotibus: Qui uxorem duciturus erat, ab eo, unde ducenda erat, stipulabatur, eam in matrimonium ductum iri, qui daturus erat iidem spondebat, is contractus stipulationum sponsonumque dicebatur sponsalia, tunc quæ promissa erat, sponsa appellabatur, quæ spondebat duciturum, sponsus. Serv. ad illud lib. 10. Æneid.

- - - Gremiis abâncere patris.

Poëta sic intelligendi. P. Virgil. in limine lib. 7. Æneid. Multi illum toto è Latio: magnaque petebant

Ansonia

Q. Caull. epigr. 68.

Nulli se dicit mulier mea nubere malle

Quam mihi, non si se Japiter ipse petat.

P. Ovid. lib. 1. Metamorphoseon fab. 9. de Daphnide puella:

Multi illum petiere, illa aversata petentes,

Impatiens, expersque viri, nemora avia Iustrat.

Claudian. lib. 1. de Raptu:

Poste Jovem, dabitur conjux.

Respondebatur deinde dandam, quæ petebatur in uxorem, puellam, & testatio interponebatur, parum refert, scriptone, an sine scripto, ut loquar eum Jureconsulto l. 7. ff. de sponsalib. In hac responsione ille Cajus, illa Caja vocabatur. Rationes pete à Plutarcho problematum Romanorum cap. 29. M. Fab. Quintilianus lib. 1. Instituit. Orator. cap. 7. Nam & Cajus C. litera notatur, quæ inversa C mulierem significat, quia tam Cajas esse vocitatas, quam Cajas, etiam ex nuptialibus sacris apparet. Fuit enim uxor bona & fugi Caja Cæcilia, quam & Tanagillum solent appellare, ideo boni omnis gratia, quod fortunatissimum

num fuisse matrimonium ejus, Tarquini Prisci Regis, nomen ejus in nuptiali contractu usurpatum. Vide eundem Quintilianum lib. 5. cap. 10. Auctorem viri. Illustribus; & pro bona qualiter uxore capitur. D. Hieron. in Jovinian. Vetus Scholiast. Juvenal. ad lat. 6. v. 566. *Tanaquil* fuit Tarquini Prisci uxore posuit nomen. Hæc autem *Tanaquil* modo pro qualibet uxore socii *Servilii Tullii*, quæ dicitur mathematicam artem optime fuisse. Corrige loco, *Tarquini Prisci uxore*, socii *Servilii Tullii*. Constat enim *Servium Tullium* sextum Regem fuisse, & iustis *Tanaquil* regno admotum, quod mathematicas artes dicitur fuisse, nescio an non *magistras* sit rescribendum. Sidon. Apollinar. lib. 5. epist. 7.

*Temperat Locomonem Tanaquil sua*, id est, Chilpericum uxore.

Egrege Juvenalis loco laudato:

*Consulit idcirco lento de funere matris,  
Ante tamen de te Tanaquil tua.*

Quod autem proxime citatus *Quintilianus* docuit, nomina ea in sacris nuptialibus recepta, pertinet, vel ad auspicia, de quibus jam dictum est, vel ad sacrum, quod constat celebrari solum dum sponsalia fierent, aut tabula scriberentur. *Virgil.* lib. 7. *Æneid.* & ad eundem locum *Seivius Hon.*

*Connubiis arvisque novis operata juventus.*

*Perfecit sacrificia propter connubia & novas sedes, quia apud Veteres neque uxori duci, neque ager arari, sine sacrificiis poterat.* De hujusmodi solemnibus factis est locus *Valerii Flacci* lib. 8. *Argonauticæ*. de nuptiis *Jafonis & Medæ*:

*Iude ubi sacrificans cum conjugè venit ad aras  
Æsonides*

*L. Sen. Octavia act. 4. sc. 1.*

*Vidit attonitus tuam*

*Formam senatus, thura cum superis dares,  
Sacrasque grato spargeres aras mero,  
Velata summum flammæ tenui caput,  
Et ipse lateri junctus, atque hærens tuo  
Sublimis inter civium læta omnia  
Incessit, habitu, atque ore lætitiæ gerens  
Princeps superbo.*

Quem locum ideo adscripsi, quia multos nuptiarum fancien datum ritus complectitur; nam & sacrificium sponsalium describitur, & ritæ, si vevelamen nubentis & acclamationes illæ, hoc est, *ἰσχύως*, *feliciter*, *prosperè*, uti supra observatum. In MS. meo, quo utor beneficio clarissimi & eruditissimi viri *D. Joannis Gouvaltii S. S. Theologiæ Doctoris Sorbonici*, ac *Græsinæ gymnasiarchæ*, non male penultimus versus legitur:

*Sublimis inter civium læta agmina.*

Ut frequens comitatus intelligi possit, quod idem in MS. suo jam *Deltio* viderat.

Denique tota hæc sponsaliorum solemnitas epulo egregie instructo finebatur. Scio alios notas, sed non ideo omitto. *Q. Flor. Terullian.* lib. de Cult. Fæminar. Præterea ut conviviis multis ac molestis supersederent, quæ ferme ex more novis maritis abunda sunt. *L. Apul.* lib. 6. *Milesiar.* Nec mora, cum cæna nuptialis affluens exhiberetur, accumbebat. *C. Sueton.* in *Calig.* cap. 25. *Alii* tradunt adhibitum cæna nuptiali, mandasse ad *Pisonem* contra accumbentem, noli premere uxorem meam. Idem in *Aug.* cap. 53. *Nec prius dies cujusque sollemnes frequentare desistit, quam grandior jam natus, & in turba quondam sponsaliorum die vexatus.* Huic itaque convivio amici quique & familiares ipsique principes adhibebantur, ut *Augusti*, & *Caligulæ* exemplo patet. *D. Aufon.* epist. 9. de ostreis:

*Sed festos quia sepe dies partim ipse meorum  
Excultui, inque vicem convivio vocatus adivi,  
Natalis si forte fuit sollemnis amico.*

*Conjugioque dapæ ac festi repotia patrum*

*Andrivi, meminisse bono laudare frequentem.*

Proprio nomine hoc convivium *repotia* vocabatur. *Pacuvius* in *Ilione* apud *Festum* lib. 16. & ex eo *Paulus*: *Repotia*, postridie nuptias apud novum maritum cenatur, quia quasi reficitur potatio. Ita capio *L. Apulejum* lib. 2. *Apolog.* *Adnuptiales*

*sportulas convolarent.* Nam honestioribus cæna dabatur postridie nuptiarum, vilioribus sportula. *Colvius* & *Juretus* jam præoccuparunt. *Q. Symmach.* lib. 4. epist. 4. Et libr. 9. epist. 96. *Non eadem tamen facilitate purgabis, quod filii nostri Minervæ nuptias aliorum potius relatu, quam literis tuis comperi? an veritus es, ne à te nimis in casum desiderarem? potui jacturam sportulæ facere.* Locus elegantissimus, quo docentur non convivium modo exhibitum, sed & pecuniam multibus mariti aut uxoris, aut utriusque signatam dari iis consuevisse, qui ad epulas has nuptiales condixissent, quod nescio an ex alio cujusquam Scriptoris loco probari possit. Videndi *Helenius Acron* & *Porphyrius* ad *Horat.* lib. 2. sat. 2.

*Ille repotia, natales, aliosque dierum*

*Festos albatu celebret.*

Quid repotia ab iis cenis, quam *Codex Canonum* *ay drac* appellat Canon. 70. politissima lætionis vir *Christophorus Jutellus* IC. docuit. *Agapis* enim extra nuptias amici adhibiti, repotia sine nuptiis nunquam erant. Jam vero triplex nuptiarum esse genus, notius est, quam quod notissimum, ex *Servio* ad lib. 1. *Georgicæ*. v. 31. & ad lib. 4. *Æneid.* v. 214. *Boëthius Severinus* ad *Ciceronis Topica*, per coemptionem, usum & confarreationem fiebat nuptia. Adde & per fortitionem apud *M. Plantam* in *Caesina*: *Cui titulus Græcus clarameni, id est, sortitionis erat.* Et in eisdem fabulæ prologo, *Chalinus servus & Olympius villicus sortitionur, utrius futurus sit uxor.* *L. Apul.* lib. 9. *Milesiar.* *Pessimam sortitus conjugem.* *Jul. Firmic.* *Matern.* *Matheos* lib. 3. cap. 8. num. 7. *Sed hi mulieres stupratas sortimur uxores, & frequenter infamium virorum curam tuitionemque suscipiunt.* Idem lib. 5. cap. 1. in *horoscopo Sagittarii* in fine. *Facile ducet uxorem, eruntque ei grati conjugales affectus, stupro tamen vel adulterio cognitam conjugem sortietur.* Ita in *Jure Canonico* dicitur *C. una 26. dist. 1. Sortiri uxoris conjunctionem.* *Aurel. Cassiod.* lib. 8. epist. 9. *Junctus Amalogeno, nobilissima tibi facta consortia.* *Diocletian.* & *Maximian.* *Augg.* l. 18. *C. de inoffic. testam.* *Cum te pietatis religionem non violasse, sed mariti conjugium quod fueras sortita, distrahere noluisse dicas.* *Theodosius* etiam l. 2. *C. quando & quibus causis* lib. 10. *Vel si intra id tempus, alienum ab eadem curia sortiatu maritum penitusque nuptia non fuerit.* *Valentinianus* eadem loquendi formulam etiam usus l. 9. *C. de Incolis, & ubi quis domic.* eodem libro 10. *Si autem minoris ordinis virum postea sortita fuerint, priori dignitate privata, posterioris mariti sequentur conditionem.* *Ulpian.* l. 20. ff. de man. vind. *Matrimonii causa manumittere si quis velit, & is sit, qui non indigne hujusmodi conditionis uxorem sortiturus sit, erit ei concedendum.* *Paulus & ipse* IC. l. 8. ff. de Senatoribus. *Clarissimarum feminarum nomine senatorum filie, nisi quæ viros clarissimos sortita sunt, non habentur.* Adde & historicum sic loquentum *C. Suetonium* in *Tiber.* c. 35. in fine: *Alium & que sura removit, quod uxorem sortitione ductam pridie, postridie repudiasset.*

*P. Ovid.* epist. 16. *Helena Paridi*:

*Sed five, quam tribuit sortem fortuna tueri,*

*Nec spoliū nostri turpe pudoris habe.*

*L. Sen. Octavia, act. 2.* si tamen is auctor est, & non alter humilioris spiritus, quod facile admitterem:

*Sortita fratris more Junonis thoros.*

Deducatur deinde per vim abrepta in gremio matris, in domum mariti. Vide quæ de *Domiduco* deo à me sunt dicta l. 2. cap. 29. Res notissima est. *Synodus Bavarica* sub *Tasione Bavaricæ duce, avo Caroli Magni* cap. 2. *De eo, quod sanctimonialis, quæ in servitio Dei sunt, ita constituit, ut nullus ausus sit in conjugium & matrimonium ducere, aut si quis ausus fuerit contra decreta Canonum, ita componat sicut Canones decreverunt.* *Martian.* *Capella* lib. 2. *Interducam, Domiducam, Unviam, Cinthiam,* (malim legere *Cinxiām*) mortales puellæ debent in nuptias convocare, ut earum & itinera protegas, & in optatas domos ducas, & cum postes ungent, saussum omen affigas, & cingulum ponentes in thalamis non relinquant. *Correctio* necessaria: plura si lector cupis, adi ad locum jam indicatum.

Proximum est ut de igne & aqua, quos solemnnes in nuptiis fuisse sciunt omnes, agatur. Fest. Pompejus lib. 1. *Aqua dicitur à qua juvatur; aqua & ignis interdici solet damnatis, quam accipiunt nupte, videlicet quia hæc duæ res humanam vitam maxime continent.* Eadem Plutarchus Romanor. problemat. cap. 1. idem Festus lib. 6. *Facem in nuptiis in honorem Cereris præferbant, aquaque aspergebatur nova nupta, sive ut casta putaque ad virum veniret, sive ut ignem & aquam cum viro communicaret.* Scævola IC. l. 66. ff. de donation. int. vir. & uxor. accipere coniugem aqua & igni, dixit, hoc est, domum suam, sponsam iam exinde sibi futuram ducere, notatum à Jacobo Cujacio Observation. l. 1. r. cap. 2. Cæl. Lactian. Firmian. lib. 2. cap. 9. *Duo illa principalia (aqua & ignis) inveniuntur, quæ diversam & contrariam habent potestatem, calor & humor, quæ mirabiliter Deus ad sustentanda & gignenda omnia excogitavit.* Et aliquot lineis interiectis: *Alterum enim quasi masculinum elementum est, alterum quasi femininum, alterum ad vivum, alterum patibile, ideoque à veteribus institutum est, ut sacramento ignis & aquæ nuptiarum fœdera sanciantur, quod factus animantium calore & humore corporentur atque animantur ad vitam; cum enim constet omne animal ex anima & corpore, materia corporis in humore est, anime vero in calore.* Hinc apud M. Varronem Veneris comites sunt aqua & ignis, ut citavit Adrian. Turneb. lib. 20. Adversarior. cap. 26. eundemque Varronem ad lib. 4. Æneid. de nuptiarum præfatio inter Æneam & Didonem:

*Fulsero ignes, & consuis æther.*  
Forte & connubii. Huc illud Claudiani quadrat, de nuptiis Plutonis & Proserpinæ lib. 2. de Raptu, & discussit P. Nannius lib. 7. cap. 14.

*Ni Jupiter æthere summo  
Pacifas rubri torfisset fulminis alas  
Confessus generum, nimbis Hymenæus hinc  
Intonat, & testes firmant cœnubia flamma.*  
Nævius poeta apud Nonium Marcellum in voce puriter. *Seguere me, puriter volo facias, Aqua atque igni volo hunc accipere.*

Stat. Papin. lib. 1. tit. 2. princ. de Violantillæ & Stellæ nuptiis:

*Procul ecce canoro  
Demigrant Heliône des, qualinque novena  
Lampade solemnem thalamis cœnubibus ignem,  
Et de Pieris vocalem fontibus undam.*

Nuptiæ Jafonis & Medæ celebrantur à Valerio Flacco lib. 8. Argonautic.

*Inde ubi sacrificas cum conjuge venit ad aras  
Æsoides, usaque adcut, usaque pretari  
Incipiunt, ignem Pollux, undamque jugalem  
Prætulit, ut dextrum pariter vortantur in orbem.*  
Causas easdem, quas apud Plutarchum & Lactantium habes, enumerat Ovidius lib. 4. Fastor. quem vide locum:

*His nova sit conjux, &c.*  
Et epist. 14. Hyperinestra Lynceo:  
*Ducimur Inachides sub magui tella Pelasgi,  
Unde sacer armatus accipit ipse nurus.  
Undique collucet præcinctæ lampades atro,  
Dantur in invitis impia thura focos.*

Lampades, vel quia nubentibus faces prælatæ, ut infra hic paulo dicitur; vel quod ignem solemnitatibus nuptialibus adhibitorum, per lampades exprimit; talis eorum erat ille, qui Imperatoribus præferebatur, alibi in hoc opere exposui, vel denique, quod nocturnis conviviis adhiberentur lampades. De nuptiali hoc ritu idem ille Ovid. lib. 2. de Arte Amandi:

*Ista viri capient, si jam captanda probantur,  
Quos faciunt justos ignis & unda viros.*  
In MS. legitur parvo discrimine, nec quicquam interest:

*Ista viri capient, si jam captanda putabunt.*  
In primo lumine aquam exhibebant, cui titione integebant. M. Varro apud Turnebum lib. 29. cap. 27. *Contra à novo marito cum item à foco in titione ex felici arbore, & in equali aqua alata esset. Inde effectum puteum, ut cum in calore generandi potentiam ponerent, in frigore mortem collocarent; nani &*

*zai vita, a zia fervio.* Helenius Acron. ad lib. 2. sat. 1. Q. Horatii:

*Frigore te feriat.*  
Lucret. Placid. ad illud Statii lib. 1. Thebaid.  
*Cusodem Pharia somno letoque juvenca  
Extinguas.*

Et Donat. ad illud Terentii in Adelph.  
*Seni animam primum extinguerem.*  
Virgil. lib. 4. Æneid. de moriente ex vulnere Didone:  
*Disscessit calor.*  
Lib. 12. Æneid.

*Solvuntur frigore membra.*  
Stat. lib. 8. Thebaid.  
*Ingentesque animas extremo frigore labi  
Sensit.*

Et lib. 3. silva 3.  
*Animaque supremum  
Frigus amat.*

Graves ob id ducum querelæ, quod naufragio perirent, ac si non corpus tantum, sed & ipsa anima periret. Synelius epist. 3. ex Hoinero, & ipse Hoinerus lib. 5. Odyss. Curt. lib. 3. de Cydno anne, in quo cum nataret Alexander, pæne fuit extinguitus. Stat. lib. 7. Thebaid.

*Fluvione, pudet, pater optime merges*

*Haut animam?*  
Erat non minus sollempne in nuptiis, in manu convenire. Id enim proprie dicitur matrimonium, quum in manu conveniant, seseque mutuo emerant nubentes, quo facto jus sibi mutuo succedendi impetrabant. Servius ad lib. 7. Æneid. *De jure traxit non ut generum, sed ut hæredum diceret, nam per coemptionem factio matrimonio sibi invicem succedebant.* Locus est M. Varronis lib. 1. de vita populi Romani egregius: *Nubentes ex veteri lege Romana asses tres ad maritum venientes solebant ferre, atque unum, quem in manu tenebant, tanquam emendi causa marito dare, alium, quem in pede habebant, in foveo Larium familiarium ponere, tertium, in facceptione, quem in compito viciniali certo tempore solebant resignare.* Sophocles apud Joannem Stobæum ferm. 66. ubi obiter observatum velim assem in loco Varronis esse idem ac festertium munnum. Theodor. Marcilius ad leges Xvirales cap. 14. Statius lib. 4. silv. ult. (ut omitam L. Senecani epist. 65.)

*Emptum plus minus asse Cajano.*

Arnob. lib. 4. contra gentes: *Uxores dii habent atque in conjugalia fœdera veniunt, conditionibus antea quesitis, usu, farre, coemptione.* M. Cicero in Topicis: *Sicut Fabia pecunia legata sit à viro, si ea uxor materfamilias esset, si ea in manu viri non convenerat, nihil debetur, genus est uxor, ejus duæ forme, una matrumfamilias, ea sunt que in manu convenerunt, altera earum, que tantummodo uxores habentur.* Et ad eum locum Boetius Severinus. Quintilian. lib. 5. cap. 4. *At si quis, cum legatum sit ei, quæ viri materfamilias esset, neget deberi ei, quæ in manu non convenerit.* Et forte Papinianus IC. corrigendus foret l. 15. ff. de ritu nuptiar. *Uxorem quondam privigni conjugii matrimonio vitrici non oportet, nec in matrimonio convenire novercam ejus, qui privigna maritus fuit.* Manus hæc Triboniani fuit. Scripsit Papinianus, nec in manu convenire novercam ejus. Par mendum in eodem IC. l. 121. *Mulier ab eo, in cuius matrimonio conveniebat, scribere, in cuius manu conveniebat.* Fr. Accursius, ut solet moris illius ignarus, interpretatur, reconditabatur. Sed quia alia species exolevit, nihil censuit mutandum Andreas Alciatus lib. 7. Parerg. cap. 11. sic tam constantiter boni auctores loquuntur. Ulpian. tit. 9. Regular. Jur. *Farre convenitur in manu, certis verbis.* Et tit. 27. *Agnositi sum hæredem in manu conveniendo.* A. Gell. lib. 18. cap. 7. L. Apul. lib. 6. Miletiar. *Hic rice Psyche convenit in manu Cupidinis.* Idem lib. 8. *Dum herilis puella in manu Lepolemi convenerat.* Et rursus eodem illo libro: *Modo ne in Trajulli manu sacrilegam convenias.* Donatus in Andriam P. Terentii, act. 1. sc. 5.

*Hinc mihi in manu dat.*  
*Confirmata sunt legitima nuptiæ per in manu coemptionem.*



Paria sunt, quæ teperies apud Servium ad illud lib. 11. Æneid.

Multa illam frustra Tyrrhena per oppida matres  
Optaverè nuptum.

Matresfamilias sunt, quæ in matrimonium conveniebant per coëmptionem. Rescribendum est omnino: Quæ in manum conveniebant. Justos viros post hanc coëmptionem appellavit Ovidius supra, in istam uxorem Ulpian. l. 13. ff. ad leg. Jul. de adult. D. Gregor. Nazianz. in carmine de laude virginittatis:

Ἄνις ἴσθι δέμαρτι πύσις, καὶ τῷ δὲ χρεῖαν  
Πολλάκις οὐδ' ἀγαθῆς. Καὶ ὄνιος οὖνις ἀκούτω,  
Πολλάκι καὶ συγερῆ.

Venalis est uxori maritus, & hoc quod est deterius, septennumero neque bonus. Venalis uxor marito, sepe & odiosa. Apud Euripidem Medea in tragœdia illa celeberrima sui nominis sic conquiretur:

Ἄε πρῶτα μὲν δὴ χρεμάτων ὑπεβολῆ  
Πότιν πρίσθαι, διαπόνη το σάματος  
λαβῆν.

Quas primum quidem oportet divitiarum excessum  
Maritum emere, dominiumque corporis  
Accipere.

Sequitur flammum, hoc est capitis tegumentum. Fest. lib. 6. & lib. 15. Ili dorus lib. 9. Etymologiæ. cap. 8. Quod tegetetur caput, nuptiis dicitur. Tacitus & alii supra hoc ipso capite laudati. Sucton. Ner. cap. 28. Cum dote & flammæ per solemnem nuptiarum celeberrimo officio. Sulpitius Severus lib. 2. Sact. histor. Inditum Imperatori flammum, dos & genitalis thorus & faces nuptiales, inuicta denique, quæ vel in feminis, non sine verecundia conspiciuntur, spectata. Manifestaria Taciti imitatio. L. Apul. lib. 4. Milesiar. Penna nuptura detergit lacrymas ipsa suo flammæ. Causa certe hujusmodi velamenti erat, ne à quoquam prius, quam à marito videretur nova nupta, sive pudicitia, (ut cum L. Floro lib. 4. cap. 2. loqua.) pollueretur aspectu. Idem Apulejus lib. 2. Apolog. Veni igitur ad eum nova nupta, secunda, inrepida, pudore despoliata, flore exoleto, flammæ obstata. Verus Scholiast. Juvenal. ad v. 225. sat. 6. Flammæ, genus amicum, quo se cooperiunt mulieres die nuptiarum: est enim sanguineum, propter ruborem custodiendum. Poetas sic intellige. Claudianum non uno in loco lib. 2. de Rapto.

Et sparsos religant crines, & vultibus addunt  
Flammæ, sollicitum prævelatura pudorem.

Et de laud. Stilichonis lib. 1.

Iude piæ matris Regina gerebat  
Obsequium, gravibus subnectens flammæ gemmis.

Et in Fescennino ad nuptias Honorii & Mariæ:

Jam produit lacrymas flammæ simplices.  
Denique in epithalamio Honorii & Mariæ in fine:

Flammæ virginis accomodat ipsa capillis.  
Martianus Minucius Capella lib. 9. de Nupt. Merc. & Philol.

Flammæ virginem quæ obnubere sueta pudorem  
Regina de me pronuba.

D. Juvenal. loco proxime supra laudato;

Segmenta, & longos habitus, & flammæ sumunt.

Et sat. 10. de Meialinæ cum Silio sponsalibus:

Sedet illa parato

Flammæolo.

M. Martial. lib. 11. epigr. 79.

Flammæ texuntur sponsæ, jam virgo parata est,  
Tondebit pueros jam nova nupta tuos.

Lib. 12. epigr. 42.

Præluxere faces, velarunt flammæ vultus,  
Nec tua defuerint verba Thalassæ tibi.

Q. Catull. epithalamio Jul. & Mallii:

Flammum videor videre.

Ovid. lib. 2. Pastor.

Anna regens vultus, ut nova nupta suos.

Srat. lib. 2. Thebaid. v. 340.

Nec dum post flammæ toti

Intepere thori.

Dicitur & alio nomine rica. Cæsar Germanicus in Phœnomenis Arati, ubi de Virgine:

Tristesque genas abscondita rica.

Color illi luteus. C. Plin. lib. 21. cap. 8. Lutei video honorem in nuptialibus flammis, totam feminis concessum. Citat deinde Verrium Flaccum, qui flammum nupte amiculum vocabat, non quidem à flammæ colore nomine derivato, sed quia flammæ, cui divortium facere non licebat, coeperit utebatur, eodem modo tegebatur & nupta, ut perpetuo cum viro maneret. Hoc quidem veteri & probato Grammatico visum ita est; at alii à lutea herba, quam Latini glastum, Græci fistidem appellant, eum colorem desumptum contendunt. Aufonius de mensibus.

Tunc Aries Veneri lutea festa gerit.

M. Lucan. lib. 2. Pharsal.

Lutea demissos velarunt flammæ vultus.

Nec modo flammæ lutea erant, sed & alia quoque vestimenta nuptiis dedicata. L. Apul. lib. 9. Milesiar. Cingulo subligati, pedes luteis induti calcæis. Q. Catull. loco jam laudato:

Luteum cape soccum.

Estque luteus color flavo in omnibus similis, utrumque enim, si tamen ulla est differentia, nuptiarum solemnitati dicatum esse voluerunt. Adrianus Turnebus libro 29. cap. 32. Albius Tibull. lib. 1. eleg. 10.

Flavaque conjugio vincula portet Amor.

Et meretricium crinem flavum fuisse disco ex veteri Scholiaste Juvenal. v. 120. sat. 6. Crine suppositio rotundo muliebri capitis tegumento, in modum galeæ facto, quo utebantur meretrices, flavo, nam nigro matrone utebantur. Adrianum Junium Commentario de Coma cap. 1. confule, & Andrea Alciatum lib. 2. Parerg. cap. 1. Adde poetas. Virgilium de Didoue lib. 4. Æneid. in fine:

Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem  
Abstulerat.

De Messalina Juvenal. ibidem loci:

Et nigrum flavo crinem abscondente galero.

Catull. in Argonautico, de Ariadne prostrata pudicitia:

Nec flavo retinens subilem vertice mitram.

Q. Horat. lib. 1. od. 5. de Pyrrha meretricula:

Cui flavam religas comam?

Paulus Silentarius lib. 7. Antholog. epigr. 46.

Ἀσκητὶς ἴσθι κελύων, ἐν δὲ ζῆλον κατὰ χεῖρας

Ἐκχύων ἰκ σέγων ἰξοδόντα νόον.

Apertum est caput, ego flavæ casariæ

Effusilem ex pectoribus expuli mentem.

Ob id crines adscititi & adulterini, qui meretricibus in pretio, è Germania petebantur. Clare Ovidius libro 1. Amor. eleg. 14.

Nunc tibi captivos mittet Germania crines,

Culta triumphata munere gentis eris.

Martial. lib. 5. epigr. 69.

Arctoa de gente comam tibi Lesbiis misi,

Ut sires quanto sit tua flava magis.

D. Aufon. epist. 5.

Sic certe flavus crines, nivensque lacertos.

Et tales plerumque sunt Germanorum aliorumque, qui ad septentrionem vergunt, populorum comæ. M. Lucan. l. 10. Pharsalæ v. 130.

Tam flavos gerit altera crines,

Ut nullis Cæsar Rhæni se dicat in arvis

Tam rutilas vidisse comas.

Fest. Avien. in orbis terræ descript.

Flavaque Casariem Germania porrigit ora.

Aufonius item in Bisfula sua:

Germana maneret

Ut facies, oculos carula, flava comas.

Zonam inter ornamenta muliebria reponit Ulpianus l. 25. ff. de aur. & arg. leg. Vide quæ supra de mitra hoc opere à me discussa sunt; D. Augustin. lib. 4. de Civit. Dei cap. 11. ex Varrone. Idem M. Varro in Gerontodidascalo: Constituit mulierum totæ Roma, quæ nocte fieri initia solita, etiam nunc pinea fax iudicat. Festus Pompejus lib. 3. Cingulo nova nupta præcingebatur, quod vir in lecto solvebat, factum ex lana ovis, ut sicut illa in glomos

*sublata conjuncta inter se sit, sic vir suus secum cinctus vinculisque esset, hunc Herculanico nodo vinculum vir solvit omnis gratia, ut sic ipse felix sit, in suscipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui septuaginta liberos reliquit. Quod maritus hanc zonam solveret, Juno, quae matrimoniorum solemnitati praerat, Cinxia appellabatur. Idem Festus paulo infra eodem libro: Cinxia Junonis nomen sanctum habebatur in nuptiis, quod initio conjugii solutum erat cinguli, quo nova nupta erat cincta. P. Ovid. epist. 2. Phyllis Demophoonti:*

*Cui mea virginitas avibus libata finisris,  
Castaque fallaci zona revincta manu.*

Q. Catull. epigr. 2. de Atalanta & Hippomanes matrimonio:

*Tam gratum mihi, quam ferunt puella,  
Pernici auctorem fuisse malum,  
Quod zonam solvit diu ligatam.*

Et epigr. 65. ad januam impudicæ:

*Ne quaerendum aliunde foret nervosus illud,  
Quod possit zonamolvere virginem.*

Antiquitatem rursus probant ex Macro, ubi de Hero & Leandro:

*Ὅτι ἢ μὴν ταῦτ' εἶπεν, ὅτ' αὐτίκα λύσαστο μίτην.  
Καὶ σταυρὸν ἐπίθησαν ἄριστον κυβερνήτης*

*Sic illa haec dixit, ille vero statim solvit zonam.  
Et leges inierunt benevola Veneris.*

Theocrit. Eydill. 20. de Jove & Europa ab eo raptâ, jamque devirginanda:

*Ἄσπερ δὲ εἰ μίτην  
Solvit vero zonam.*

Homer. in Hymno Veneris: ubi illa Anchisæ nubit.

*Ἄσπερ δὲ εἰ ζώνην.  
Solvit vero zonam.*

Et lib. 11. Odysseasidem:

*Ἄσπερ παρθενικὴν ζώνην.  
Solvit virginem zonam.*

*Faces praeferebantur, quia nunquam, nisi noctu nubebant puellam, neque domum mariti deducebantur, quamdiu quicquam lucis diurna supererat. Valer. lib. 1. cap. 5. C. Tacit. lib. 15. Cuncta denique spectata, quae etiam in fœmina vox operis. Catull. epithal.*

*Vesper adest, juvenes consurgite.*

Claud. lib. 2. de Rapt.

*Jam suus inferno processerat Hesperus orbi,  
Ducitur in thalamum virgo.*

Supra vide pag. 468. Ideoque tadas ardentes gestabant pueri patrimi & matrimi, ex Festo & aliis observatum est à Criticis. Sidon. Apollinar. lib. 5. epist. 8. *Sen nuptiales thalamorum faces: lucerna splendor in somni visus, nuptias praesagit.* Artemidor. l. 2. cap. 9. Oneirocrit. l. Apul. lib. 3. Floridor. *Ad fœnebre rem facem priusquam ad nuptialem venisse.* Hoc ipsum Sextus Propertius ante illum dixerat lib. 4. eleg. 1.

*Infigens inter utramque facem.*

Martialis supra citatus. M. Plaut. Casina act. 1. sc. 1. L. Seneca Octavia act. 2. sc. 2. Cicero pro Cluentio Avito, *faces nuptiales vocat.* Catullus in Argonauticis, *tadas jngales,* Valerius Flaccus lib. 2. *faces jngales,* Lucanus lib. 2. *faces legitimas,* Statius lib. 2. silv. ult. *tadas geniales.* Notat Briffonius. Sil. Italic lib. 2. Punicor. de Euridamante, qui nuptias Penelope ambiebat.

*Assi Ithacus vero sicca pro morte loquacem*

*Affecit letho, versaque ad fœnera tade.*

Et eodem libro paulo post:

*Sic thalami fugit omnis amor, dulcesque marito  
Effluxere thori, & sutiare oblivia tade.*

Idem lib. 3. ejusdem operis:

*Consortem thalami, parvumque sub ubere natum  
Virgineis juvenem tadis, primoque hymenaeo  
Imbuvat conjux.*

Et lib. 8. idem:

*Deceptus tade regnis se imponit Hiarbas.*

Denique lib. ultimo:

*Hæsitabilis proles, thalamis quem cepit ut alius  
Ceu face succenens prava, tadeaque jngali  
Vertit opes gener ad Pænos.*

P. Ovid. lib. 1. Metamorph. Fab. 9. & Fab. 10. in fine, & lib. 2. Faistor.

*Conde tuas Hymenae faces, & ab ignibus atris  
Aufer, habent alias mista sepulchra faces.*

Servius consulatur ad illud eclog. 8.

*Mosse novas incide faces, tibi dicitur nxor.*

Et ad illud lib. 4. Æneid.

*Nec conjugis unquam  
Præstendi tadas.*

Q. Horat. lib. 3. od. 11.

*Una de multis face nuptialis  
Digna.*

Stat. lib. 2. Thebaid. v. 260.

*Premissæque faces, festum nubentibus omen  
Obruit.*

Claudian. sæpissime, aliquot adscribam loca. Vide supra, ubi de auspiciis hoc capite. De 4. Hon. consulatu in fine:

*Cum tibi prodiderit festas nox pronuba tadas.*

Lib. 1. de laudib. Stilichonis:

*Rosæisque evincta coronis  
Certantes Asia tadas Europa levaret.*

Lib. de laudib. Serenæ:

*Alio tibi numine tadas  
Accendit Romana salus.*

Et in Felcennio:

*Martem felix tade releget.*

In epithalamio Honorii & Mariæ:

*Tu fides Hymenae faces, tu Gratia, flores  
Elige.*

Ejusdem opusculi sub finem:

*Aurea sic vident similes Thermantia tadas.*

Et lib. 3. de Raptu:

*Non tales gestare tibi Proserpina tadas  
Sperabam.*

Apud Romanos pueri quinque praeferebant faces, ut jam dixi. Plutarch. Problemat. Rom. cap. 20. apud Græcos, mater ipsa sponsæ. Eurip. in Phœnis. & praeroccupatum ab aliis, ne primus observarem, ex quo liquet & ritum Græcanicum fuisse, quod probant Zotimus histor. lib. 2. Apollonius Rhodius Argonaut. lib. 4. & ejus ibidem loci Scholiastes, Jano Douza observante, Achill. Tattus de Amorib. Clitophont. & Leucipp. lib. 1. pag. 13. & pag. 20. lib. 2. pag. 35. Heliodor. lib. 2. pag. 62. & pag. 112. lib. 4. pag. 198. lib. 5. pag. 278. Et postem verba ipsa apponere, nisi importuna typographi sedulitas urgeret nimium, publicoque intentum muneri alio vel intuitum seduceret.

Materia illi *pinus.* M. Varro supra citatus in Gerontodidascalo, & lib. 2. de vita populi Romani: *Cum à nova nupta ignis in face afferretur, de foco ejus sumptus, cum fax ex pinna ablata esset, ut eam puer ingenuus afferret.* Poëta. Virgil. in Ciri:

*Pronuba nec castos accendit pinus odores.*

Ovid. lib. 2. Faistor.

*Exoptat puros pinæ tade decos.*

Vel ex *spina aiba,* Maslinus Sabinus apud C. Plinium lib. 16. cap. 18. Felt. lib. 14. in voce patrimi. Q. Catull. in epithalamio Mallii.

*Spineam quate tadam.*

Licet editio Achillis Statii Neapolitani habeat diserte:

*Pineam quate tadam.*

De Hymenæo & clavibus traditis, alibi commodius expectietur, uti & de jugo, quod subibant, & dextræ conjunctione.

*Quomodo connubia dissolverentur, & de divortio ac repudio.*

**D**iximus quomodo *connubia* contrahi, & qui ritus in *nuptiarum* celebritate observari solerent: requirit propositæ materiæ ordo, ut etiam, quomodo eadem *dissolverentur*, explicemus. Quam in re idoneum auctorem sequemur *Jacobum Revardum*, qui in XII. Tabularum commentariis cap. 19. docet, tribus modis *connubia* dissolvi consuevisse, *usurpatione, diffarreatione & remancipatione*: Quæ enim *usu* uxor erat, antequam esset *ufucapta*, si *trinoctium* à viro *usurpandi* causa abfuisset, lege XII. Tabularum *usurpata* dicebatur. *Usurpatio usucapionis* interruptionem significat, non vi quidem & proprietate verbi, sed per consequentiam. Si enim id, quod possideo, necdum tamen *usucepti*, ab aliquo *solemniter* usurpetur, sive apprehendatur: is, si ejus rei dominus est, possessionem meam sua *usurpatione* interruptit. Quia igitur *mulieres* in potestate aut *mariti*, aut *parentum* vel *tutorum* erant perpetua, idcirco *usu* uxor nondum *ufucapta*, ante annum à marito *discedens usurpabatur*: hoc est, à parentibus, aut, si illi non essent, à tutoribus *solemni* quadam ratione apprehendebatur, & *mariti* potestate liberabatur, si ab eo *trinoctium* abfuisset. Atque ita videtur intelligendum esse, quod ex Q. Mutio de uxore, quæ per *trinoctium* à viro abfuerat, lege XII. Tabularum *usurpata*, *Agellius* l. 3. c. 2. & *Macrob.* l. 2. c. 3. tradiderunt.

*Confarreatione* matrimonium contractum, *diffarreatione* dissolvi solitum, *Festus* observavit, qui *diffarreationem* genus fuisse ait sacrificii, quo inter virum & mulierem fiebat *dissolutio*; idcirco sic appellatam, quia fiebat *farreo libo* adhibito. Et ita, quæ *farreo libo*, hoc est, *confarreatione*, facta erat in manus conventio, eadem *farreo libo*, id est, *diffarreatione*, dirimebatur.

Et quia nihil tam naturale est, quam unumquodque eo modo dissolvi, quo ligatum est: ideo etiam non *usus usurpatione* tantum, non *confarreatio diffarreatione* duntaxat, sed & *coemptio* dissolvi *remancipatione* solet. Testis est enim idem *Festus*, *remancipatam* Gallum *Ælium* eam definivisse, quæ *mancipata* sit ab eo, cui in manus convenerat. In *coemptione* autem quandam quasi in manus traditionem intervenire solitam, testatur expresse *Symmachus*, hunc in modum de Fulvio quodam scribens lib. 2. epist. Sororem Pompejam olim viro maturam, te auspice in manus optat accipere, nec genere minor, & re fortassis uberior. Huc spectat quoque *Terentii* illud in *Andria*:

*Hanc mihi in manum dat, mors continuo ipsam occupat.*

Igitur, quæ *coemptione* in contrahendo matrimonio mulier mariti in manus tradebatur, eadem illa in dissolvendo *remancipabatur*, hoc est, manu ab eo reddebatur, in cujus manus convenerat. Cæterum illa *conjugum separatio* vel matrimonii *dissolutio, divortium* dicebatur, de quo *Romulus* legem tulerat. Sic enim scribit *Plutarch.* Leges etiam quasdam tulit *Romulus*, inter quas vehemens est illa, qua mulieri *maritum relinquendi* potestas adimitur: viro autem *ejicere uxorem* conceditur, si *veneficio* circa prolem usa fuisset, aut *alienam pro sua* subdidisset, aut *adulterium* commisisset: si quis alia de causa *repudiasset* conjugem, ejus *mariti bona partim uxori cederent*, partim *Cereri* sacra forent: & qui uxorem dimisisset, is *Diis manibus* rem sacram faceret. Hactenus *Plutarch.* Itaque postea quoque in XII. Tabulis *divortium* esse permisum, ex eo licet suspicari, quod inquit *Cicero*, in *Philippicis* de Anton. *Frugii factus* est, *mimam* illam suam suas sibi res habere dixit ex XII. Tabulis, *claves* ademit, *exegit*. Et *Cajus* ad leg. Jul. de adult. Si ex lege *repudium* missum non sit, & idcirco mulier adhuc *nupta* videatur, tamen si quis eam uxorem duxerit, *adulter* non erit. Quod autem inquit de *repudio* ex lege missum, significat, cum alia multa, tum maxime *diversas repudii ac divortii* formulas, atque *solemnem ipsam matrimonii renuntiationem*. Inter *repudium* autem & *divortium* illud interfuisse *Paulo & Modestino* placuit, quod *repudium sponse* remitteretur, *divortium cum uxore* fieret. Itaque *repudii* formula fuit: *CONDITIO TUAE NON UTOR. Divortii: RES TUAS TIBI HABETO, Vel RES TUAS TIBI AGITO*: quod & *Cicero* loco citato significavit, & *Cajus* cap. 1. de divort. tradidit. *Renuntiatio* autem *matrimonii* ejusmodi fuit, ut vir uxori, aut uxor marito, vel *præsenti*, vel *absenti* nuntium remitteret. Quanquam autem *divortium* lege concessum erat, nemo tamen ante annum *divortium* cum uxore fecisse perhibetur. Qui autem primus fecit, is *S. Carvilius Ruga* fuit, qui *M. Pomponio*, *C. Papirio*, vel, ut aliis placet, *M. Attilio*, *P. Valer. Coss.* uxori nuntium nova de causa remisit, nempe quod eam *stervilem* esse diceret: seque quærendorum liberorum causa uxorem habere *ejurasset*, ut in *Dionysii, Agellii, Valerii Maximi* Commentariis præscriptum videmus. A quo tempore, ut inquit *Agellius*, rei uxoriæ cautionis *Romæ* necessariae sunt visæ, cum ante nullæ fuissent. Inde autem illæ certe fluxerunt, quod soluto hoc modo *matrimonio* dotem reddi voluerunt, nisi quid causæ incidere, cur retinenda esset. Siquidem scriptum est apud *Paulum de dotibus*: Si *divortium* sine culpa mulieris fiat, *dotem integram* repeti: si contra, in singulos liberos sextam *partem dotis* à marito usque ad mediam ejus partem duntaxat retineri. Quod vetus institutum fuisse apparet ex verbis *Ciceronis*, quæ sunt in *Topiis*. Si viri culpa factum est *divortium*, pro liberis manere nihil oportet. Post *Carvilianum* autem *divortium* vulgo ita dimitti uxores cœperunt, ut etiam sine magna admodum causa ab iis discesserint. *Paulus*

quidem *Æmilius* cum *Papyriam* dimitteret, mirantibus amicis, & causam quærentibus (erat enim non tam *pulchra*, quam *fœcunda*) nullam certam attulit: sed se tamen ab ea læsum significavit. *Pudicitia* vero vitium magnam repudiandæ uxori attulisse causam, *C. Cæsaris*, qui postea Dictator fuit, exemplo confirmari potest, qui *Pompeje* nuntium remisit, quam *Clodius* adamabat, cum diceret, *Cæsaris uxorem* non modo peccato, sed peccati etiam suspicione vacare oportere. Erat autem suspicio, ne ei *P. Clodius* stuprum intulisset, qui muliebri veste, domi *Cæsaris*, tum *Pontificis Maximi*, cum sacra *Bona Dea* pro populo fierent, fuerat deprehensus, atque ancillarum manu eductus, &c. Hæc fere collegit *Carolus Sigonius* lib. 1. de Antiquo Jure civium Romanorum, cap. 9. Quædam etiam eadem de re notabimus in XII. Tabulis. Et inter alia legis *Julie* de adulteriis capita, hoc quoque fuit: *Divortia* septem civibus Romanis puberibus testibus adhibitis præter libertum ejus, qui *divortium* faciet, posthac faciunt. Aliter facta pro infectis habentur: de quo *Barnabas Brissonius* lib. singulari ad legem *Juliam de adulteriis* De duobus uxorum delictis, lib. 7. cap. 5. ubi leges regis recensendæ erunt, quædam afferemus. Unum adhuc hoc loco monebo, atque ita hunc de nuptiis & matrimoniis tractatum concludam. *Agellius* lib. 18. cap. 6. duo fuisse uxorum genera tradit: *Matronam* & *matremfamilias*: *Matronam* dictam scribit proprie, quæ in matrimonium cum viro convenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiam si sibi liberi nondum nati forent: dictamque ita esse à *matris nomine*, non adepto jam, sed cum spe & omine mox adipiscendi: unde & ipsum quoque *matrimonium* dicitur. *Matrem* autem *familias* appellatam esse eam solam, quæ in mariti manu mancipioque aut ejus, in cujus maritus manu mancipioque esset, quoniam non in *matrimonium* tantum, sed in familiam quoque mariti & in sui hæredis locum venisset. *Festus* autem, *matremfamilias*, inquit, non ante dictam, quam vir ejus *paterfamilias* dictus esset, nec posse hoc nomine plures in una familia, præter unam appellari: sed nec viduum hoc nomine, nec quæ sine filiis est, appellari posse. Cum autem uxorem in manu mariti esse dicimus, eam in mariti potestate ita esse intelligimus, ut sine eo auctore nec testari, nec contrahere possit. *Jacobus Revardus* lib. 4. Variorum, cap. 12. triplicem usum vocis *materfamilias*, diversis tamen temporibus, fuisse docet. Primum *matremfamilias* appellatam dicit, quæ sæpius peperisset, id ex *Nonio* & *Festo* probat. Deinde *Ciceronis* tempore, omnes feminas, quæ in manum convenissent, *matresfamilias* appellatas ait, etiam antequam peperissent, etiam si in parentum essent potestate. Unde illa cõemptionis antiqua formula: *VIS MIHI ESSE MATERFAMILIAS?* Denique Jurisconsultos scribit non speciei amplius, sed generis loco *matrisfamilias* vocabulo usos esse. Illos enim genere quodam non in manus solum conventiones, aut natales, sed honestatem etiam facere definitivisset, adeo quidem, ut viduas libertasque patronorum concubinas, puellas quæ sui juris essent, & omnes notæ auctoritatis feminas etiam *matresfamilias* appellarent. Idem libro eod. cap. 17. docet, & aliquot veterum Scriptorum testimoniis confirmat, moris apud Antiquos fuisse, ut sine comite *materfamilias*, aut matrona non prodiret in publicum, & idcirco non levem injuriam eisdem fieri ab iis, qui comites earum abducerent. Sed de *matrimoniis* & reliquis eo pertinentibus hæc hæctenus.

## AD CAP. XXXVIII. PARALIPOMENA.

*Divortii formula disquisita, tabule dotales ruptæ, nuntiatum, dos reddita, claves ademptæ.*

**Q**uia nuptias concubitus non facit, ut cum IC. loquar, sed consensus, ideo quibus vel morosior, quam par erat, uxor fuerat, vel sterilis, poterat ab ea divertere aliamque ducere: duæ scilicet nuptiarum legitimæ causæ erant, *solitas & concordia*; hæc tollebat morositas, propagandi generis cupido, sive multitudo liberorum, quæ per sterilitatem negabatur, quæ Græcis *ἀραια* significanti vocabulo exprimitur. Interveniens itaque vel alterutra ex his causis, vel utraque, amici rogabantur, vellent concilio interesse. *Valer. Maxim.* lib. 2. cap. 4. 1. *Antonius* senatu motus, à *M. Valerio Maximo* & *C. Junio Bubulco* censoribus, quod uxorem virginem ductam repudiasset nullo amicorum concilio.

Nec modo consummaris nuptiis, sed & in sponsalibus ipsi repudium valuit, l. 2. ff. de divort. gloss. vet. *divortium, dia. l. 2. 10.* *Quintilianus* declamat. 1. *Injuri repudii est actio.* Inter repudium & divortium hoc interest, quod futurum matrimonium repudiamus, à futuro matrimonio non possit di. i nos divertere. l. 191. ff. de verbor. signif.

Probat hic in privato amicorum consensu rationibus, injurandum præstabant censoribus, legitimas fuisse divortii causas, quas obtendeabant. *A. Gell.* l. 17. cap. 21. Et certe primum repudium ob sterilitatem contigit, anno Urbis sexcentesimo, aut circiter, ut à *Stephano Pighio* supputatum est: alix postea accesserunt

causæ; nam *C. Sulpitius Gallus* cum uxore divortium fecit, quod eam foris capite nudo conversatam comperisset, & *Q. Antistius Vetus* divortium etiam remisit uxori, quod cum libertina quadam vulgari secreto fuisset colloca. Sed & *Sempronius Sophus*, quod uxor ludos spectasset, se ignorante, ut confirmant *Plutarchus* in *Comparatione Romuli & Thesi*, & in *Problematis Romanis*, *Valer. Maxim.* lib. 3. cap. 6. sed ad ritus sigillatim discutendos veniendum, siquidem hic actus juridicus erat non minus quam nuptia, suasque habebat solemnitates, citra quas non possent conitari: At prius dicendum est invento semel pernicioso exemplo omnia pessumdata, neque ullum modum divortiorum habitum, donec *Augustus* præfixisset. *Dio Coccejan.* lib. 54. *C. Sueton.* in *Augusto* cap. 34. Fuit autem hæc *lex Julia de maritandis ordinibus*, si fides sit adhibenda *Ulpiano* IC. l. viro. §. cum mulier. ff. de solut. matrimon.

Ut nuptia humabantur scriptis tabulis, ita fractis dissolvebantur; unumquodque enim eodem modo frangitur, seu dissolvitur, quo factum fuerat, aut contractum. *Vet. Scholiast.* *Juven.* ad v. 75. sat. 9. *Dotales tabulas frangentem & repudium volentem tibi dare, & signantem tabulas, sive ut alteri nubat, sive ut alium faceret heredem.* *C. Tacit.* lib. 11. *Annal.* *Frucere* vero imo iis, & redderet uxorem, rumpeatque tabulas nuptiales, an dissidam tuum ussi? nam matrimonium *Silii* vidit *populus, senatus & miles.* *D. Juvenal.* loco laudato:

— Fugientem saepe puellam  
Amplexu rapui, tabulas quoque fragerat, & jam  
Signabat: tota vix hoc ego nocte redemi,  
Te plorante foris.

Cum

Cum uxorem autem quis repudiare vellet, vel praesens eam exturbabat ædibus, vel per nuntium absenti libellum mittebat, quo legitimæ causæ continebantur. Isidor. lib. 9. Etymol. c. 8. *Repudium est, quod sub testimonium testium vel praesentium, vel absentium mittitur; divortium est, quotiescunque dissolutio matrimonio, alter eorum alteras nuptias sequitur: divortium autem dicitur est à sexu viarum, hoc est, via in diversa tendens, sibiolum est, cum eo animo separatur, ut rursus ad se invicem revertantur; nam sibiolum est quasi quassa mentis & effluxa, nec stabilis. Quod de testibus ait, habetur l. 9. ff. de divort. Suntque numero septem, puberes civisque Romani, uti in signandis tabulis dotalibus esse debebant. Justin. Martyr. in Apologia pro Christiana. Libellus hic mittebatur vel per aliquem è libertis, vel per procuratorem. De hoc ultimo Cajus l. c. l. 2. §. fin. & Ulpian. l. 4. ff. eod. C. Sueton. in Tiberio cap. 11. Comperit deinde, Juliam uxorem ob libidines atque adulteria damnatam, repudiumque ei suo nomine ex auctoritate Augusti remisit, & quamquam letus nuptio, tamen officii duxit, quantum in se esset, exorare filia patrem frequentibus literis, ut vel utcumque mercede quicquid nunquam dono dedisset, concederet. Nec mariti modo mittebant hunc libellum, sed & patres, impudicitia offensi, ut ex hoc loco apparet, ac multo vehementius crudeliusque Calligula, qui, ut est apud Suetonium in vita eius cap. 36. *Quibusdam absentium maritorum nomine, repudium ipse misit, usque in aëre referri. Ut puerperia in acta publica, sive censorum commentariis referrebanur, uti supra, ubi de toga libera egi, ex Halicarnasæo probavi, ita & repudia: dicitur etiam & repudium dicere, l. 57. ff. de donat. int. vir. & uxor. & repudium mittere, scilicet absentis. P. Terent. Phormione act. 5. sc. 8. & renuntiare. Idem in eadem fabula act. 4. sc. 4. & scribere. Q. Flor. Tertullian. Apologet. Per annos sexcentos nulla repudium domus scripsit.**

De liberto D. Juvenal. sat. 6. v. 145.

*Collige sarcinulas, dixit libertus, & exi.*

Executi reddebatur, quicquid in domum mariti secum attulerat. Suetonius paulo ante laudatus. L. Apul. lib. 5. Milesiar. Confessum thoro meo divorce, tibi que res tuas habeto. M. Cicero Antoniana 2. *Frugi factus est, ruinam illam suam res suas sibi habere iussit. P. Ovid. lib. 2. de Remed. Amor. & Jodoc. Baedius Ascensius notat:*

*Tuius est, aptumque magis discedere pace,*

*Quam petere à thalamis litigiosa fora.*

*Munera que dederis, habeat sine lite iubeto,*

*Esse solent magno damna minora bono.*

M. Plaut. Amphitr. act. 3. sc. 2.

*Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.*

Martial. lib. 10. epigr. 41.

*Mense novo Maji veterem Proculeja maritum*

*Deferis, atque jubes res sibi habere suas.*

Titinnius poeta in Gemina, apud Nonium in voce, *faceffæ.*

*Atque ut aliquis vestrorum Gemina*

*Ut res suas procurat, adibus faceffat.*

Ut claves intranti domum mariti tradebantur, post conelamatum Hymenæum, Paulus Diacon. ex Eutropio lib. 1. Fest. Pomp. lib. 3. in voce *clavim.* Turpil. in *Pedio.*

*Age tu Hymenæum jam crepæ.*

Tanquam domini in familiam & fidei in maritos uxorum argumentum, Artemidor. l. 3. c. 53. ita divertendi claves adimiebantur ultimo, D. Ambros. epist. 65. *Mulier offensa claves remisit, domum revertit. Et in legib. Xvitalib. Res suas sibi habeto, claves adimito, foras exigit.* Theodor. Marcil. cap. 26. significabat quippe clavium adeptio, rerum mariti possessionem amissam. Papinian. l. c. *clavibus ff. de contrahend. empt. ad i. Gregorium Tholofarem lib. 9. Syntagm. Jur. univeif. cap. 5.*

#### C A P U T XXXIX.

### De funeribus & sepulchris.

Cum propositum mihi sit in his libris plerosque veterum Romanorum ritus & mores, quorum cognitio ad faciliorem antiquorum monumentorum intellectum facere aliquid videatur, explicare: non possum sine reprehensione *funebres ceremonias* prætermittere: quia in iis non minus, quam in cæteris, de quibus & hæctenus diximus, & in sequentibus libris dicturi sumus, multa sunt, quæ plurimis veterum Scriptorum locis magnam lucem afferunt. Quare huc, quæcunque ad *funera* spectant congeram, secutus in eo, tum alios clarissimos atque doctissimos viros, qui multa huc pertinentia observarunt & à tenebris eruerunt, tum *Lilium Gregorium Gyraldum*, cujus liber de *vario sepeliendi ritu* extat ad Carolum Miltizium scriptus.

Romani igitur (hinc enim placet incipere) ubi *animam* ægrotus *exhalare* cœpisset, qui proximiores erant, si domi moriebatur, *spiritum ejus ore excipiebant*, morientisque *oculos claudabant*, rursusque in rogo *patefaciebant*: quod Quiritum magno ritu sacrum fuisse, Plinius lib. 11. cap. 37. scribit, ita more condito, ut neque ab homine supremum eos spectari fas sit, & cælo non ostendi nefas. *Lege* tamen *Mævia* cautum fuit, ut auctor est *Varro* apud Nonium Marcellum, ne filii parentibus luci claro *oculos sugillarent*: minus enim licebat. ut filii parentum oculos in obitu *sugillarent*: quo loco *Nonius sugillare pro ocludere* exponit. Scribit *Plutarchus*, eos vulgo *infelices* vocari, quorum oculos propter absentiam non potuerint obtegere. Prius illud ex *Virgilio* manifestum est, apud quem lib. 4. *Æneid.* Anna Didonis foror ita loquitur:

- - - *Extremus si quis super halitus errat,*

*Ore legam. &c.*

Quæ verba *Tiberius Donatus* sic explicat: Observare volo exeuntem spiritum, & addit: ideo hoc dixit *Virgilius*, quia hunc charissimam colligere se posse arbitrabantur: licet teneri non possit. *Cicero Verrina* 7. ut extremum filiorum spiritum excipere liceret, &c.

Posthæc defuncti corpus per intervalla *conclamabatur*, atque à propinquis & affinis calida aqua *abluebatur*, & unguentis *ungebatur*. *Virgil.* lib. eod.

- - - *Date vulnera lymphis*

*Abluam. &c.*

Ad quem locum *Servius*: Lavare, inquit, cadavera proximis concedebatur. Idem *Virg.* lib. 6. *Æneid.*

*Pars.*

*Pars calidos latices, & abena undantia flammis  
Expediunt, corpusque lavant frigentis, & unguunt. &c.*

Ennius:

*Tarquini corpus bona femina lavit & unxit.*

Servius ex *Plinio* hanc causam affert, quod mortui & calida aqua *abluantur*, & per intervalla *conclamentur*, quia solet plerumque vitalis spiritus exclusus putari & homines fallere: refert etiam, quendam suppositum pyrae adhibitis ignibus erectum esse, nec potuisse liberari: unde, inquit, & *servabantur cadavera septem diebus*, & calida *abluebantur* aqua, & post ultimam conclamationem *comburebantur*, unde traxit Terentius: *Desinite, jam conclamatum est.* Hæc *Servius*. Qui autem cadavera ungerent, *polliniflores* dicebantur. Nonius Marcellus: *Polliniflores sunt, qui mortuos curant.* Ablutum unctumque corpus, candida vel alba induebant veste, ut *Juvenalis* Satyra 3. *Apulejus* lib. 1. Floridorum, & *Plutarchus* in *Quæstionibus Romanis*, quæst. 26. docent, apud quem candidam vel albam vestem togam inrelligi *Justus Lipsius* monet. Nam, inquit, cadavera in honestissima veste efferri mos erat: quæ in vulgo civium & in tacito funere *toga vulgata* fuit, in magistratibus *toga prætexta*, in censoribus *purpurea* tota. Polyb. lib. 6. *Livius* lib. 34. *Purpura* viri utemur, *prætextati* in magistratibus, in sacerdotiis, nec id ut vivi solum habeant tantum insigne, sed etiam, ut cum eo crementur mortui, &c. Inde in *vestibulo ædium collocabatur* ad januam ipsam. Id proprio verbo dicebatur *collocatio*, Glossæ præfixæ: *Conlocatio, εἰδος νεκρῶν.* *Suetonius* in Augusto, cap. 100. Corpus decuriones municipiorum & coloniarum à Nola Bovillas usque deportarunt, noctibus, propter anni tempus, cum interdiu in basilica cujusque oppidi, vel in ædium sacrarum maxima reponeretur. A Bovillis equester ordo suscepit, Urbique intulit, atque in *vestibulo domus collocavit*, &c. Illustris locus, & clarum vestigium hujus moris. Corpus enim *ablutum, unctum, coronatum ad januam deponerebant*: donec post legitimos dies efferretur ad bustum. Meminit hujus moris *Lucianus περὶ πένθους*, & *Dio* de *Liviæ* excessu, ex quo etiam *Joseph. Scaliger* colligit, eam *collocationem* à filiis, aut certe hæredibus solitam fieri. In hoc ritu *collocandi*, ceremonia quædam adjuncta fuit & cautio. Servabant enim, ut *corpus mortui foras spectaret*, & facie pedibusque esset in publicum versis: fortasse eo situ abitionem illam postremam significantes: Hinc *Persius*:

- - - Tandemque beatulus alto  
Compositus lecto, crassisque lutatus amomis,  
In portam rigidos calces extendit. &c.

Interim *cupressi*, ut ait *Sext. Pompejus*, mortuorum domibus *apponebantur* ideo, quia hujus generis arbor excisa non renascitur: sicut ex mortuo nihil jam est sperandum: quam ob causam in tutela Ditis patris esse putabatur. *Servius Petri Danielis*, quemadmodum *Josephus Scaliger* *Castigationibus* in *Sext. Pompejum* citat: Romani moris fuit propter ceremonias sacrorum, quibus populus Romanus obstrictus erat, ut potissimum *cupressus*, quæ excisa renasci non solet, in vestibulo mortui poneretur, ne quis imprudens funestam domum, rem divinam facturus, introeat, & quasi attaminatus suscepta peragere non possit. *Plin.* lib. 16. cap. 33. *Cupressus Diti sacra* ideo & funebri signo ad domos posita. Addit autem *Josephus Scaliger*, novum hunc morem fuisse, neque tam vetustum, quam putat *Servius*, idque vel ex eo apparere, quod peregrina fuerit arbor, seroque Romam advehta, non multum ante *Catonis* ætatem. Divitum etiam tantum, non omnium ædibus præponi solitam testimonio *Lucani* confirmat, apud quem est:

*Et non plebejos luctus testata cupressus.*

Cujus rei causam nullam aliam putat, quam *raritatem arboris*, quod initio pauci in agris, aut intra urbanas villas eam arborem instituerunt.

Apparabantur tum ea, quæ ad funera requirebantur. Docet autem *Plutarch.* in *Quæstion. Roman.* quæst. 23. ea quæ ad funera pertinerent, in templo *Libitina*, quæ eadem cum *Venere* sit, vendi fuisse solita: ejusque moris duas rationes affert, quarum prima est, quod putat institutum hoc sic esse à *Numa Pompilio* Rege, ut discerent Romani ab his rebus non abhorrere, neque eas pro piculis ducere: altera, ut monerentur hoc ritu, caducum esse, quod esset natum; cum una eademque *Dea & ortui & interitui præsideret.* Hæc *Plutarchus*. Unde *libitinarii* dicti, qui funera curabant & pyram, si cremandus defunctus foret, lignis aliisque rebus pro hominis conditione struebant.

Ubi ita *septem dies* in ædibus cadaver servatum fuisset, *die octavo*, ne fraudarentur solemnî bonore *supremi dies*, & ut homines ad honestandas exequias convenirent, evocabatur populus ad funus per præconem his verbis: *EXEQUIAS L. TITIO, L. FILIO, QUIBUS EST COMMODUM IRE, JAM TEMPUS EST, OLLUS EX ÆDIBUS EFFERTUR.* Hinc etiam *indictivum funus*, auctore *Festo*, appellatur, ad quod per præconem evocabantur. Postquam populus convenisset, lecto constrato *purpura*, aut linteis splendidibus, & in eo defuncti corpore collocato, post ultimam *conclamationem*, tibicen qui *naniam funebrem*, quæ laudes defuncti & facta recensebat; tum pudorem, integritatem & fidem, non saltabundus, sed stans *Pbrygio modulo* caneret, funus (sive *funeris pompam*) præcedebat. Non autem omnes eodem modo efferebantur. Qui enim ditiores erant, ii *lectis* efferebantur, unde de

L. Cor-

L. Cornelio Sylla proditum est, quod *sex millia lektorum* in funere habuerit. At tenuis fortunæ homines *capulis, sive feretris*, ut *Servius* notat. Idem etiam in 5. *Æneid.* scribit, moris fuisse, ut majoris ætatis funera *ad tubam* proferrentur: minoris vero *ad tibias*. Unde *Statius* de *Archemoro*:

*Tibia, cui teneros solitum deducere manes.*

A. *Gellius* lib. 20. cap. 2. hos *tibicines* proprio nomine *siticipines* dictos esse docet, & adducit testimonium *Capitonis Ateji*, in cujus *Conjectaneis* scriptum sit, *siticipines* appellatos, qui, apud *sittis* canere soliti essent, hoc est, vita functos & sepultos: eosque habuisse proprium genus tubæ, qua canerent, à cæterorum tubicinum proprietate differens, quos *sciniestas* vulgus dicat. Idem etiam eodem loco auctor est *siticipines, sive sciniestas* illos olim ludibundos, sive saltabundos: suo vero tempore stantes nãmiam canere solitos. Fuit etiam lege xii. *Tabularum* cautum, ne plures quam *decem tibicines* funeribus adhiberentur: neque plures *lecti* inferrentur, de quibus infra l. 8. dicemus. Deferendi vero *feretrum* propinquo virilis sexus dabatur munus. *Servius*: Itaque filii interdum parentes & fratres sorores elatas funere deferabant: nonnunquam servi libertate donati plerumque *senatorii, pratorii & consulares*, quique amplissimis honoribus functi erant, *Imperatorum & Consularium* virorum *feretrum* detulere. Quare *Pauli Æmilii*, qui de *Macedonia* triumphavit, legati *Macedonum*, & *Sullæ Dictatoris feretrum senatores, & sacra virgines* extulerunt, & *Metello filii* tres *consulares, duo triumphales, unus censorius & alter prætor, lectum* subiere.

Si vero defunctus tenuioris fortunæ fuisset, à *vespis, sive vespilonibus* portabatur, qui, *Sext. Pompejo* auctore, sic dicebantur, quod *vespertino tempore* eos efferrent, qui funebri pompa duci propter inopiam nequibant. Dum efferebatur, insignia honorum, quos gessisset, ut *fasces, secures, lectores, armaque & dona militaria, coronasque* omnis generis, quas in vita meruisset, *vexilla atque urbium dona, & legionum, spoliisque hostium, ac munera, quæ quis daturus erat, expressosque cera vultus & decora majorum totiusque familie longo ordine simulachra, in oblongis perticis, sive hastis præferabant ab ultima origine, quanto cum poterant apparatus. Polybius* singula illa simulachra, singulis curribus vecta fuisse l. 6. affirmare videtur, cujus integrum locum paulo inferius adscribemus. Præterea etiam si ab eo *servi manumissi, & libertate donati* fuerant, illi præcipue, qui fide insignes à domino cogniti forent, herilem interitum miserantes, pleni lacrymarum elatum corpus præcedebant *pileati*, aut alba lana capitibus velatis: qui quanto plures erant, tanto plus nominis laudisque debere, quod familiam totam decedens dominus tantis muneribus cumulasset, ac libertatis pretio affecisset. Nonnunquam illos qui *rasis capitibus* triumphantis currum fuerant profecuti, ejusdem defuncti corpus *pileatos* in pompa funeris præcessisse, invenimus, ut *Q. Terentium Culeonem & alios*. Atque hi *feretrum, sive lectum*, quo defuncti cadaver portabatur, præcedebant. Sequebantur *liberi, propinqui, affines* atque alii amici lugentium habitu, *capillo demisso*, in veste pulla. Ac *filii* quidem *velatis, filia nudis capitibus, passisque* crinibus *incedebant*, cujus moris causam *Plutarch.* in *Quæstionib. Romanis*, quæst. 14. has affert: An, inquit, quia *filii* venerandi sunt parentes tanquam *Dii, filii* autem lugendi, ut mortui, lex utrique parti suum decore conveniens assignavit officium? An, quia *luctui* maxime congruit, quod est alienum à consuetudine? Solent autem fere *mulieres tehis, mares nudis capitibus* in publicum progredi, &c. Idem quæst. 26. *mulieres* in luctu albas gestasse vestes, albasque vittas prodit? idque eas facere scribit, aut exemplo magorum, qui adversus *Plutonem & tenebras* lucido & illustri amictu se muniant: an quod sic amictos esse velint necessarios quemadmodum defuncti sunt, quorum cadavera albis involvuntur tegminibus: id est, togis puris, quod *Justo Lipsio* placet? an quod existiment luctum maxime decere vilia & simplicia: quæ autem colore infecta sunt, ea partim luxum, partim supervacanearum rerum studium arguere: solum *album sincerum* esse, mixturæque expers, purum & tinctura non imitabile, ac proinde optime convenire iis qui sepeliuntur? Hæc *Plutarch.* Adhibebantur etiam *præfica*, quas *Sext. Pompejus* ait, *mulieres* fuisse, ad lamentandum mortuum conductas, quæque darent cæteris modum plangendi: unde etiam nomen habcant, quasi quæ huic rei sint præfectæ. *Propinquos* atque *affines*, alii, qui funeris deducendi causa confluerant, sequebantur. *Ferebatur* autem defunctus, si illustris ac splendidi generis meritisque in rempuli. insignis fuisset, primum in *forum*, ibique *oratio funebri* recitabatur: de quo more insignis extat apud *Polyb.* lib. 6. locus, quem hic integrum adscribam. Si quando, inquit, apud Romanos quispiam ex illustribus viris ex hac vita discesserit, elato funere portatur cum reliqua pompa ad rostra sic dicta, in *forum*: & nunc stans *conspicius*, nunc obvolutus, idque raro, universa plebe circumstante, rostra ascendit, siquidem filius adultus superstit, ac præsens existat: sin vero, alius quisquam ex ipsius genere, demortui virtutes, & quæ in vita præclare gessit, depredicat. Et hinc accidit, ut multi admoneantur, & quæ gesta sunt, inspiciant: fiantque non illi modo, qui operum illius fuere consortes, sed & exteri usque adeo compatientes, ut cæsus ejusmodi non solum illis, qui periclitantur, propriis, sed & populo videatur esse communis. Et paulo post, cum de *imaginibus* dixisset, quas in vestibulo ædium ponere & colere consuevissent Romani, hæc subjungit: Ubi autem præclarus aliquis ex domesticis ultimum diem obivit, instituunt *funeris elationem*; & circumfusi, qui simillimi magnitudine, ac reliqua statura videntur, vestitum usurpent: si vel *Consul*, vel *Imperator* fuerit *purpura* circumdatum, si censor, *purpureum*: si triumphum egit, vel tale quid perfecit, *aurum contextum* legitur, isti curru sic incedunt: *Fasces* vero & *secures*, ac reliqua Principatibus consueta, secun-

dum dignitatem cuiusque præcedunt, qua dum in vivis esset, in republ. eminebat. Ubi *ad rostra* veniunt, cuncti ex ordine sellis elephantinis sedent, quo spectaculo haud facile poterit quicquam spectari pulchrius juveni, gloriæ & honestatis cupido. Etenim eorum virorum, qui virtutis gratia glorificantur, videre *imagines*, easque omnes veluti vivas, quem non excitaret? quodnam aliud pulchrius spectaculum? Præterea qui de jam sepeliendo mortuo concionatur, etiam de aliis differere incipit, idque primum de majore natu ex his, qui præsentibus sunt, recensens, quid quisque illorum consecutus sit ac gesserit: unde fit, ut frequenter bonorum virorum præconia virtute acquisita renoventur, ac celebritas eorum, qui honesti aliquid gesserunt, & immortalis gloria illorum, qui patriæ benefecerunt, multis innotescat, & ad posteros propagetur. Et quod maximum est, juvenus ad hoc provocatur, ut nihil non pro republ. commoditate ferendum subeat, quo celebratam, quæ bonos viros comitatur, consequatur. Hactenus *Polybius*, ex *Wolfgangi Musculi* versione. Primus apud Romanos funebri oratione collegam suum *Junium Brutum* laudavit *P. Valerius Publicola* Consul anno primo post Reges exactos, quam orationem tam acceptam tamque charam populo fuisse *Plutarchus* scribit, ut inde tractum sit, ut omnes boni ac magni viri, cum fato concessissent, ab optimis laudarentur. Qui honor posterioribus temporibus etiam illustribus juvenibus & claris mulieribus, quemadmodum cum ex aliis, tum ex *Plutarcho*, *Suetonio* & *Dione* manifestum est, fuit concessus. His sic peractis, *funus procedebat*, donec ad locum veniretur, ubi mortuus vel sepeliendus, vel cremandus erat. Cæterum memoriæ prodit *Servius* in 5. lib. *Æneid.* apud majores moris fuisse, ut qui mortuus esset, domum suam referretur, & in illa sepeliretur. Unde est apud *Virgilium*:  
*Sedibus hunc refer ante suis, & conde sepulchro.*

Postea vero lege XII. Tabularum cautum, ne hominem mortuum in Urbe sepelirent, neve urerent. Quam legem explicabimus suo loco. Verumtamen etiam post latas XII. Tabulas fuerunt quidam in ipsa Urbe sepulti: quos legibus solutos, virtutis causa id consecutos fuisse, *Cicero* existimat, ut *Valerio Publicola* & *P. Posthumio Tuberto* contigit, de quibus *Cicero* lib. 2. de Legib. C. quoque *Fabritius* juxta Veliam in foro sepulchrum habuit, de quo *Plutarchus*. C. *Poplicius* sub Capitolio, de quo eodem loco lapis *Tiburtinus*. *Claudia* familia sub eodem Capitolio, de qua *Suetonius*. *Servius Sulpitius* in campo *Esquilino*, de quo in *Philippicis Cicero*. Quin etiam *Imperatores* & *virgines Vestales*, quia legibus non tenebantur, in Urbe sepulchra habebant. Reliqui aut privatim in agris suis condebantur: aut in viis extra portas tumulos habebant. Locum autem sepulchro designabant vel *augures*, vel *pontifices*. Qui vero cremandus erat (hoc enim cuique liberum erat) postquam ad pyram delatus fuisset, digitus ei incidebatur, ad quem servatum iusta fierent, reliquo corpore combusto: quod factum, teste *Festo*, membrum abscindi mortuo dicebatur, quanquam ne id semper liceret, XII. Tabularum legibus cautum fuerit: in quibus sic scriptum erat: Homini mortuo ne ossa legito, quo post funus facias: extra quam, si militiæ, aut peregre mortuus sit, &c. Tum cadaver curatum ad pyram efferebatur. Pyram autem in modum ara lignis constructuere solebant, eique intexebant laricem, piceam, taxum & alias arbores: circa eam constituebant cupressos, quod *Servius* ex *Varrone* factum fuisse dicit, propter gravem ustrinæ odorem, ne eo offenderetur populi circumstantis corona: quæ tam diu stabat respondens fletibus *præfica*, id est planctuum principi, quamdiu consumpto cadavere & collectis cineribus, dicebant novissimum verbum, *Illicet*, quod ire licet significat. Moris autem erat, ut pyram, sive rogum (quem ne ascia polirent, XII. Tabulæ vetabant) & cadaver liquioribus quibusdam pretiosis perfunderent, & aurum multaque alia pretiosa, vestes, arma atque alia, quæ defuncto in vita chara fuerant, injicerent, quod, ne fieret amplius XII. Tabulæ sanxerunt, in quibus sic fuisse scriptum proditur: *Uti ne sumptuose respersio fieret: neve murrhata potio mortuo inderetur.* Item: Ne plures tribus riciniis cum mortuo urerentur aut conderentur. Item: Ne aurum adderetur: at quoi auro dentes vincti essent, id cum illo sepelire & urere, se fraude esset.

Posteaquam cadaver rogo impositum erat, is qui defuncto necessitudine majore junctus erat, *aversus*, rogo ardentem faciem inferebat. Scribit *Servius*, moris etiam fuisse, ut ante rogos humanus sanguis effunderetur, vel captivorum, vel gladiatorum, easque inferias fuisse appellatas, alio loco dicit his verbis: *Inferias sunt sacra mortuorum, qua inferis solvuntur*: Sanc mos erat in sepulchris virorum fortium captivos necari: quod postquam crudele visum est, placuit gladiatores ante sepulchra dimicare, qui à bustis *bustuarii* dicti sunt. Sin captivorum aut gladiatorum copia non esset, laniantes genas suam effundebant cruorem, ut rogis illa imago restitueretur, vel; quemadmodum *Varro* loquitur, ut sanguine ostenso inferis satisfiat: quod tamen etiam lege XII. Tabularum fuit interdictum: quæ talis erat: *Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento*: de qua lege, sicut & de reliquis, quarum paulo ante mentionem fecimus, plura dicemus lib. 8. Mox ubi ustulatum cadaver erat, rogos bustum dicebatur cineresque & ossa cado, sive urna, colligebantur, ab amicis & cognatis, & aliis circumstantibus, qui à sacerdote ter aqua pura aspergebantur & ita expiabantur, sive lustrabantur. His perfectis, *præfica* novissimum verbum illud alta voce pronuntiabat, *ILICET*, quod est, *ire licet*. Quo dicto, qui comitatis funus erant, domum abituri, extremum vale alta voce pronuntiabant, hoc modo, *Vale, Vale, Vale, nos te ordine, quo natura permiserit, sequemur*. *Varro Logistorio* scribit, ideo mortuis *Salve* & *Vale* dici, non quod valere aut salvi esse possint, sed quod ab his recedamus, eos nunquam visuri. Tum cineres & ossa sepulchro inferebantur, ante quod ara constituta erat, quam



quam *acerram* Festus appellatam scribit, in qua odore incendebant. Hos ritus fere omnes eleganter executus est *Virgilius* lib. 6. de funere *Miseni* scribens his versibus, v. 212.

*Nec minus interea Misenum in littore Teucri  
Flebant, Et cineri ingrato supremam ferebant.  
Principio pinguem tadis, Et robore secto  
Ingentem struxere pyram, cui frondibus atris  
Intexunt latera, Et ferale ante cupressos  
Constituunt, decorantque super fulgentibus armis. &c.*

De *urnis*, *loculis* & *sepulchrorum ornamentis* multa diligenter collegit *Georgius Fabricius Chemnicensis* in sua Roma, cap. 21. quæ hic non pigebit repetere. De *loculis* sive *urnis* ita scribit: *Faciendorum loculorum & urnarum* condendarum, non admodum diversa fuit ratio, cum in Urbe, tum in reliqua Italia, atque etiam in Græcia. *Marlianus* scribit, *antra concamerata* fossionibus esse aperta, in campo *Esquilino* quædam *urnis testudinis*, quædam *duplicis concamerationis*, ita ut ex superiore in inferiorem descenderetur. *Pavimenta* interdum *teffellata*, interdum *vermiculata*: in parietibus circumcirca *loculos* extitisse: singulos cum *binis urnis*. Alia quoque fuisse *antra* plurium parietum, modico intervallo distantium, in quibus totidem urnas fuisse contiguas, & exiguo post spatio rursus alias, hisque alias impositas: has *pauperum*, alias *divitum* fuisse opinatur. Nos in agro *via Appia* in profundum sub terram fornix descendimus, plenum loculorum inter se dispositorum: ex ruina autem parietum vere cognosco *ordo loculorum* non potuit. Inter *Puteolos* & *Atellam*, ad utraque viæ silicibus strata latera plurima *sepulchrorum* lustravimus *monumenta*: quorum ædificia partim *quadrata* sunt, partim *rotunda*. Inter cætera pulcherrimum est, quod *arcum cella* nominant. *Parietes* ejus tetragoni, cum laqueari *vermiculato*: in cujus medio *centauri imago* puerum vehentis. *Loculi* ultra sexaginta, mediis amplis, fortasse *patronorum*: laterales contracti, *libertorum* libertarumque. In *loculis* urnæ singulæ pluresve dispositæ fuerunt, clausæ exterius *tabellis* marmoreis, in quibus nomina dispositorum de more fuerunt adscripta. Testatur *Ciriacus Anconitanus* (cujus scriptas quasdam chartas evolvimus) se *Patris* in *Achaja* in æde *S. Andreae* antrum subterraneum ex integro solidoque lapide vidisse, miro artificio fabricatum, in quod per gradus sedecim descensus fuerit, quodque sub una *testudine* tetragonos parietes habuerit *loculos* quatuordecim, in quibus singulis binæ aut ternæ *funerales* fuerint locatæ: ex quibus testimoniis non multo diversam Græcorum & Romanorum, ut diximus, urnas conjungendi rationem fuisse, est perspicuum. De *sepulchrorum* autem *ornamentis* hæc affert: In *sepulchris*, quæ hinc inde per Urbem in multis locis occurrunt, varia rerum simulachra sunt exsculpta. *Ludorum Curulium*, quale est ante *SS. Cosmam & Damianum*, in foro Romano, & in *S. Joanne Laterano*, in quo etiam nocentes obijciuntur bestis, ut in alio quodam ante *S. Mariam* in via lata. *Equestrium certaminum*, ut in *S. Maria* in ara cœli, *montis Capitolini*. *Pugnarum*, ut in *S. Gregorio*, *montis Cælii*. *Venationum*, ut in *S. Laurentio in Lucina*, *campi Martii*. *Triumphorum*, ut ante *S. Laurentium* in *Panisperna* *montis Viminalis*; & *Triumpho Veneris* in *S. Joanne Laterano*. *Sacrificiorum*, ut in *S. Maria de Strada*, inter *Octavii porticum* & *Capitolium*; & in *S. Laurentio* extra *Esquilinam*. *Deorum ludentium*, ut *Apolinis canentis* & *Narcissi jaculantis* discum, in domo *Augustini Maphæi*: *Satyrorum puella dormienti insultantium*, in horto *S. Marci*: *Amorum equitantium*, in domo *Columnnium*: *Deorum marinorum* in piscium caudas desinentium & vehentium in eis *Nymphas* tribus in locis: in *S. Joanne Paulo* in *Cælio*, in hortis *S. Sabinæ* *montis Aventini*: ante *S. Thomam* in regione *Harenulæ*. *Plutonis Proserpinam raptantis*, in *S. Sylvestro*, prope *arcum Domitiani*: & ante *S. Mariam Cosmedin*, prope *Velabrum*. *Ventorum quatuor simulachra* in *sepulchro* domus *Cæsæ*: *laborum Herculis*, in domo *Sabellorum*, supra *Marcelli theatrum*. *Servilium suppliciorum*, in quibus alii pede utroque suspenduntur, aliiis cultro secatur collum, aliiis brachium saxo impositum alio saxo frangitur, in *S. Maria* in ara cœli, & ante ædem *S. Stephani de Cacabo*, in regione *Pinæ*. In quibusdam *sepulchris* exsculpta sunt *ædificia*, partim *januis apertis*, quibus dicuntur animæ æternitatem significari, cujusmodi est in *Palatio Capitolino* *Triumvirum*: partim *clausis*, qua interitus ejus una cum corpore notatur: tale in domo civis cujusdam regionis *Transiberinæ* cernitur è regione *pontis Fabricii*. Hæc è multis retulisse satis est, quæ non ita accipi volo, quasi unius tantum rei effigies expressa sit: sed alia multa, quæ oratione depingi in hac brevitate nequeunt, *spectaculi* gratia sunt ad dita, quod ut intelligatur, duobus exemplis declarabo. In *sepulchro sacrificantium* in *S. Maria de Strada*, mulier in bigis, quæ à *rhinocerotibus* trahuntur, vehitur: ipsi animalibus duo juvenes insident, & animalia à *Faunis* naso ducuntur, præcedit *Thufcus* *fidicen*, & viri nudi ac mulierculæ, donec ad aram perveniantur, cui *fidicen* canens astat, & inter cætera ludicra *Faunus cornibus* cum hircu concurrat. Item in altero apud *S. Sylvestrum*: *Plutus quadrigis vestus*, *raptam Proserpinam amplexu tenet*, exanimi similem: supra quam volitat *alatus Cupido*, curram præcedit *Mercurius alato pileo & caduceo*. In altera parte *Ceres bigis invehitur* tractis à serpentibus, *pineæ tæda*, quam sinistra gestat *investigans amissam filiam*. Inter hæc, ab utraque parte *comites Proserpina* flores collectos gestant, veste ultra pubem sublata. A lateribus *Hercules* est, *leonis exuvio indutus*, dextra tenens *clavam*: sinistra anum quandam invadens, cui verbera minuitur. Hactenus *Fabricius*.

*Peraffis* ad *sepulchrum justis*, convivia domi apparabantur, ad quæ amici atque cognati convocabantur.

Scibus enim *cæna funebris* exhiberi solebat, quod *silicernium* dicebatur; de quo in XII. Tabularum explicatione dicemus. Sed & populo interdum *epulum* a defuncti hæredibus dabatur, aut *cruda cæna* distribuebatur, quod *visceratio* dicebatur. *Denicales* inde *feriæ* celebrabantur, cum hominis mortui causa familia purgabatur. Erant etiam *exverra*, purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferebatur, quæ fiebat per *verriatorem*, certo genere scoparum adhibito, ab *extra verrendo* dicta: *Sextus Pompejus Festus*, ubi & hæc habet, *everriatorem* vocatum, quem accepta jure hæreditate, iusta facere defuncto oportuerit: quæ si non fecisset, aut quid in ea re turbasset, suo capite luerit. Edebantur etiam nonnunquam in honorem defunctorum *ludi*, quos *funebres* appellabant, de quibus jam ante diximus. Inde discrimen illud *funerum* ortum, ut alii dicerentur *indictiva*, alia *simpludiarum*. *Indictiva* erant, quibus adhibebantur non ludi modo sed etiam desultores, eaque erant amplissima: *Simpludiarum* autem, quibus adhibebantur duntaxat ludi corbitoresque. Quidam ea dixerunt esse, quibus neutrum genus interesset ludorum, *Sext. Pompejus Festus*. *Josephus Scaliger* ad eum locum annotat: *Simpludiarum* dicta, quasi *simpliludaria*, quasi *simpliludii* adhiberentur: hoc est, *saltatores*, vel *cernuatores* sive *corbitores*, quos *Festus* *corbitores* appellat. *Indictivæ* autem & *ludis* & *desultores*, ac etiam ludorum quædam genera adhibita fuisse. Vide eundem *Scaligerum* l. 1. Aufonianarum lectionum c. 28. Cæterum cum nonnulli essent, qui suorum vel propinquorum, vel amicorum minus desiderium ferre possent, *tertium*, *septimum*, *nonum* & quidam *viceesimum*, *trigesimum* & *quadragesimum*, non sine quadam numerorum religione, dies defunctorum manibus & memoriæ statuebant: unde *parentationes*, *feralia*, *novendialia*, *decennalia*, *vicennalia*, *tricennalia*, &c. originem traxerunt; quæ omnia tum lacte & vino, tum fertis & floribus, tum alii rebus ab antiquis celebrabantur. Quanquam *decennalium*, *vicennalium*, &c. etiam alius usus fuerit, de quibus paulo ante diximus.

Unum adhuc superest, ut *quamdiu* apud Veteres lugeri mortui soleret, explicemus. Constat autem ex Veterum monumentis, tum ex *Plutarcho* & *Ovidio* in Fastis, *mensis decem* (tot enim Romuli annus habebat) viros ab uxoribus viduis lugeri consuevisse: ita quidem, ut *ante legitimum tempus luctus*, nubere nemini possent, nisi id peculiari *magistratu*, aut *principe* impetrassent. Quod si nubendi potestatem non impetrassent, & tamen nubere, *infames* à prætoribus & multabantur. *Minuebatur* tamen nonnunquam *luctus* aut publice aut privatim. *Publice* populo luctus minuebatur ædis dedicatione, cum à *ensoribus* lustrum condebatur, cum votum publice susceptum solvebatur: *privatis* autem, cum liberi nascerentur, cum honos in familiam veniret, cum pater & liberi, aut vir, aut frater ab hoste captus domum rediret, cum puella desponsaretur, cum propiore quis cognatione, quàm is, qui lugeretur, natus esset, cum *casto Cereris* constitissent. *Sext. Pomp. Festus*. Qua de re pluribus eruditè disputat *Jacobus Revardus* lib. 1. Variorum, cap. 20. ubi etiam discrimen facit inter *lugere* & *elugere*: atque *lugere* dicit esse lugubri habitu incedere: *elugere*, legitimum tempus à nuptiis & aliis, quæ prohibita ipsis erant, abstinere. De *legitimo luctus tempore* etiam differit *Jacob. Cujacius* lib. 6. Observationum cap. 32. Tantum etiam de *funeribus*, & quæ ad ea spectant. De quibus præter *Lilium Gyraldum*, *Alexander ab Alexandro* Neapolitanus lib. 3. Genialium dierum cap. 2. & 7. & *Calius Rhodiginus* lib. 17. Antiquarum lectionum capitibus 19. 20. 21. & alii.

## AD CAP. ULT. PARALIPOMENA.

*Sepultura naturali lege inducta, varii gentium ritus, terra gleba inhumato cadaveri injecta à trans-euntibus & in os immissa, pyramides pro tumulis, aves pascere pœna summa, bubo, stryx, cornix, incendiaria, funebres, vultus cadavera sequitur, sepulchra, in viis, in montibus, locus a pontifice assignatus, cadavera melle condita, cera, cedria.*

**N**E multa de funeribus dicerem, viri docti præoccuparunt. *J. Lipsius* ad lib. 4. *Annal* ad *Alexandr. Neapolitan.* l. 3. cap. 7. *Andreas Tiraquellus*, præcipueque *Johannes Kirehmanus Lubecensis* quatuor libris, solemnitates funerum Romanorum hinc inde ex omnigenis Scriptoris antea dispersas, in unum corpus redactas compievit. Vide quæ supra in hoc opere de apotheosi & de tibiis, ad quas efferebantur, à me sunt dicta lib. 3. cap. 31. Certe nulla gens adeo barbara, aut ab humanitatis usu aliena, quæ sepelire cadavera non probaverit; est enim *sepultura juris natura*. *D. Chryssostom.* lib. *prosi idus, de moribus*. Hinc egregia illa nec minus amata interrogatio *Vibuleni* apud *C. Tacitum* lib. 1. *Annal. Responde* *Blesæ* *nbi* *cadaver abjeveris? ne hostes quidem sepulturam invident*. *Hannibal*, licet juratus nomini Romano hostis, tamen *Flaminii* interfecti corpus, ut *sepultura* mandaret, quartum iussit. *T. Liv.* 3. *Decad.* lib. 2. eandem humanitatem *L. Cornelius* *Consul* *Han-*

*noni* præstitit. *Valer. Maxim.* lib. 5. cap. 1. & cum servus jure gentium nullam habeat communionem cum liberis hominibus, locus tamen in quo sepultus est, sacer debet haberi. *Aristo* apud *Ulpianum* l. 2. ff. de relig. & sumpt. funer. *Quintilian.* *Declamat.* 5. *Hinc ille venit affectus, quod ignovis cadaveritibus humum congerimus.* Valeat *Stoicorum* rigida & ab humanitate remota secta, qui parum interesse asserant, supra terram, an infra putrescerent. Quibusque illud semper in ore: *Calo* regitur, qui non habet urnam. *Sentienti*, dicebat alter, *onus est terra, non sentienti supervacaneum*. Denique non placet illud: *Non defunctorum causa, sed vicorum inventa est sepultura, ut corpora & visu, & odore facta submoverentur*. *L. Sen.* in lib. de Remed. fortuitor. si tamen ejus ille auctor. *Sepultura* carentiam apud *Virgilium*, *malum* omnes sciunt appellari lib. 6. *Æneid.*

*Eripe me his invictè malis, & tu mihi terram Injice.*

*Valer. Flacc.* lib. 1. *Argonautic.* in fine:

*Quin fida manus, quem chara suorum Diripiat, lacertaque ferem, nec membra sepulchro Contegat.*

*Legè* *Stobæum* serm. 122. rectissime *Artemius* vetus poëta:

*Hmano generi posuit natura creatrix*

*Hanc legem, ut tumuli membra sepulta tegant.*

Sed quam varii sepeliendi ritus sint, aliis dictum; de *Chiis*, *Tauris*, *Sindis*, *Colchis*, *Phrygibus*, *Pænebis*, *Nicolaus*, antiquus Scriptor, libr. de Morib. gent. de *Peris*, &

*Ægyptiis*, Herodor. lib. 3. de Tattaris, Paul. Venetus lib. 1. de Regionib. Orientalib. cap. 54. de Japonibus, Olaus Magnus l. 4. c. 7. fed cultissime Silius Italic. l. 13. Punicor. vers. 465.

*Daque vago portas quam primum Acherontis adire, Tum juvenis: gens o veteris pulcherrima Claudi, Haud nulla ante tuam, quamquam non parva fatigent, Curarum prior extiterit, namque ista per omnes Discrimen servat populos, variatque sacentum Exequias, tumuli & cinerum sententia distors. Tellure, ut perhibent, is mos antiquus Ibera, Exanima obsecrans consumis corpora vultur, &c.*

Atque hæc quidem dira immanium populorum feraque barbaries erat; melius aliquanto Romani, qui cadavera terræ, seu primæ parenti, unde ortum traxerant, reddebant, & abunde quieti animarum, quæ, quamdiu infsepulta erant corpora, errare credebantur, consultum putabant, si terra cooperuisset defunctos. Fl. Veget. lib. 4. Rei Militar. cap. 44. *Alti ferro interrimuntur, alii ardere cognuntur in stercibus, inter tanta tamen mortium genera, quæ accerrimus casus est, absimulanda piscibus, infsepulta sunt corpora.* D. Synesius in epist. Helen. Acron. ad Horat. lib. 1. od. 28. *In sacris hoc genus sepultura tradebatur, ut, etsi non obrueretur, manu plena terjacta terra cadaveri pro sepultura esset.* Lex ea fuit Græcorum. *Ælian. lib. 5. var. histor. cap. 14. Νῆμος καὶ τῶν Ἀστικῶν ἐστὶ ἀπαρὰ περιτύχη σώματι ἀνθρώπου, πᾶν τὸς ἐπίσθλων γῆν αὐτῶ.* Lex etiam inter Atticos scripta fuit, si quis in infsepulturno cadaver hominis incidat, saltem si terram injiciat. L. Sen. rursus mihi compellendus lib. 5. de Benefic. cap. 20. *At si terram ignoto mortuo injecti, nullum habeo hujus officii debitorem, in publicum humanum.* Idem lib. 8. Controverf. 4. *Quid est miserius in vita, quam velle mori quid in morte, quam sepeliri non posse? omnibus natura sepulturam dedit, naufragos, idem qui expulsi stercus, sepeliri.* Hoc ipsum terræ injectionem, sive, ut alii volunt, humanitatem appellant. Valer. lib. 5. cap. 3. tit. ult. *Phocion non tantum in excoelo ab Atheniensibus impofitus est, sed certe post obitum, nullam Atticæ regionis, quæ offibus injiceretur, glebam invenit.* Eleganter C. Petron. satyr. pag. 76. *Si nihil aliud, certe diutius, inquit, juncti mors nos feret, vel si voluerit misericors ad idem litus expellere, aut præteritis aliquis tralatitia humanitate lapidabit, aut, quod nitimum est, iratis etiam stercibus, imprudens arena componet.*

Servius ad illud lib. 6. *Æneid.*  
*Luops, inhumatæque turba.*  
 Lactant. Firmian. lib. 6. cap. 12. *Quin etiam non deservunt, qui supervacaneam facerent sepulturam, nihilque esse dicere mali, jacere inhumatum atque abjectum.* Quintil. declamat. 5. *Hinc & ille venit affectus, quod ignotis cadaveribus humum congerimus.* Idem declamat. 6. *Nobis vero genuit (terum natura) non solum miserationem, sed etiam religionem, inde ignotis quoque corporibus transfentium viatorum collatitia sepultura, inde injecta alienis humus.* Ea mente capiendi sunt poëta Latini. Claud. l. 1. in Ruf. in fine:  
*Nec vili moriens condetur arena.*

Lib. de bello Gildonio:  
*Occidit juvenes, inhumatæque corpora vulgo  
 Dissipulit, & tumulo cognatas arcuit umbras  
 Naturamque simul, fratremque hominemque cruentus  
 Exiit, & tenuem casis incidit arenam.*  
 Et eodem libro paulo post:  
*Te pater nitorem, te nudi pulvere manes,  
 Te pietas polluta rogat.*

Sext. Propert. lib. 3. eleg. 6.  
*Et mater non justæ pie dare debita terra,  
 Nec pote cognatos inter humare rogos.*

Q. Caull. in Argonauticis:  
*Potius germanum amittere crevi,  
 Quam tibi fallaci supremo in tempore desse  
 Pro quo dilaceranda feris dabor, altitibusque  
 Præda, nec injecta tumulatore mortuis terra.*  
 Q. Ennius in Ctesiphonte, citante Macrobio libr. 6. Saturnal. cap. 2. ut notat Serivierus:  
*Negue terram injicere, negue cruenta  
 Convessire mihi corpora lictis,*

*Neque misera lavare lachryms falsum sanguinem.*  
 Virgil. lib. 6. *Æneid.*

*Tu mihi terram*

*Injice.*

Q. Horat. loco proxime supra à me laudato:

*Quamquam festinas, non est mora longa, licebit  
 Injello ter pulvere curras.*

Stat. l. 12. Thebaid. v. 96. *Creon omnem humanitatem exuens:*

*Longos utinam addere sensus*

*Corporibus, caloque animas, Ereboque nocentes  
 Pellere fas, ipsamque feras, ipsum unca volutum  
 Ora sequi, atque artus Regum monstrare nefandos,  
 Hei mihi quod postus humus alma diesque resolvit.*

Poëtas Græcos adde, Moschionem, sive, ut alii vocant, Me-  
 nandrum:

*Ἐδσατ' ἦδη γῆ καλυθῆνας νεκρῶς,  
 Ὅθεν δ' ἴκασον εἰς τὸ σῶμα' ἀρίστον,  
 Ἐγτάθθ' ἀπειθεῖν, πνεῦμα μὴ πρὸς αἰθῆρα,  
 Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν.*

*Sinite jam terra operiri mortuos,  
 Et nunquodque, unde in corpus venit  
 Illuc redire, spiritum quidem ad aethera,  
 Corpus vero in terram.*

Alludit vetus lapis lib. 3. epigram. & poëmat. Pithæanorum:

*Vita subit calum, corpus tellure tenetur,  
 Omnia sic repetant jura locosque suos.*

Et Maximianus, falso hactenus Cornelii Galli nomine circum-  
 cumlatus, eleg. 1.

*Oris uncta suos repetunt, matremque requirunt.*

Zanus Epigrammarographus lib. 3. Antholog. c. 22. epigr. 59.

*Ψυχρὸν σου κεφαλῆς ἐπαμύσομαι αἰγιαλῆτις  
 Οἶνα κατὰ κεντρῶν χειμῶνος ἴκνους,  
 Frigidam tui capitis accumulabo litoralem  
 Arenam ad miserabile effundens cadaver.*

Antipater Thessalonicensis vetus item poëta, Anthologiae eodem  
 libro cap. 2. 3. epigr. 20.

*Ἀυσονίη με λίσουσαν ἔχει κόνις. ἄρχη δὲ Ῥώμης  
 Κίμαι παρθενικὴ τῆδε παρὰ φαρμάθω,  
 Arsinoe nae Libycam habet pulvis, prope Romam  
 Jaceo virgo hac in arenis.*

Lycophon in Callandra:

*Ἐνὸς δὲ λῶθης, ἀπὶ μυρίων τίκτων  
 Ἑλλὰς συνδύει πᾶσα τῆς κόνις τάφους  
 Οὐκ ὀσθονικαίς. Χοιράδων δ' ἱερμῆνους  
 Οὐδ' ὕσταν κούθοντας ἐκ πυρὸς τέρων  
 Κροσοῖσι παρχυθεῖσαι, ὡς θητῶν δίμης,  
 Ἄλλ' ἔστω οἰκτρὸν, καὶ κτηνῶν γράφας.*

Ventit ad verbum pæne Guilielmus Can eius: *Unius autem ob peccatum, infinitorum liberorum Græciæ gemes omnis honoraria sepulchra, non urnis, sed scopulis insidentia, nec extremum tegetia ex igne cinerem, hydris conditum, ut mortuum mos est, sed. nomen miserandum, & cenotaphiorum inscriptions. Metricis legibus Josephus Scaliger inclusit optime:*

*Unius ob noxam orba mille liberam  
 Tumulos inanes conqueretur Græcia  
 Non in sepulchris, sed maris fundo sitos,  
 Rogi supremum non tegetes pulverem,  
 Urnis latentem, ut jussu denicalia,  
 Sed tristo nomen, atque cespitum notas.*

Glebula hæc terræ non modo cadaveri imponebatur abjecto, sed & ipsi ori. M. Tull. lib. 2. de legib. *Prisquam in os injecta gleba est, locus ille, ubi concrementum est corpus, nihil habet religionis.* Macula extergenda è loco Festi lib. 14. *Prædicanea, agna vocabatur, quæ ante alias cadebatur, item porca quæ Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo justæ non fecisset, id est glebam non objecisset, quod mos erat eis facere prius, quam novas fruges gustarent.* Rescribe omnino; id est, glebam in os jecisset. Quod confirmari posse videtur ex Horatio proxime supra:

*At tu nauta vage ne parce malignus arena,  
 Ossibus, & capiti inhumato  
 Particulam dare.*

Adscribam ad hunc veluti collativum, egregium locum Claudianus lib. 2. in Ruffin.

*Adspiciat quisquis nimum sublatis secundis  
Colla gerit, triviti calcandus spargitur ecce,  
Qui sibi pyramides, qui non cedentis templis  
Ornatara suos extraxit culmina manes,  
Et qui Sidonio velari credidit ostro,  
Nudus passit aves, jacet en, qui possidet orbem,  
Exigua telluris inops, & pulvere raro  
Per partes regitur, nuxtram totiesque sepultus.*

Singula discutiam: unicus enim mihi videtur inter Latinos poëtas antiquitatem mysticam reconditamque doctrinam, sanctissimum dulcissimumque versibus inseruisse. Primum pyramides pro tumulo sperabat Ruffinus, prima quippe pyramidum extructio ad sepeliendos principes excogitata primitus. Pizter historicos Poëta, Stat. lib. 5. sil. 3.

*Atque utinam, fortuna, dares mihi manibus aras,  
Par templis opus, aëriamque educere molem,  
Cycloperum scopulos ultra, atque audacia saxa  
Pyramidum, & magno tumulum pratexere loco.  
Illuc & Siculi superassem dona sepulchri,  
Et Nemees lucum, & Pelopis solemnia trunci.*

M. Lucanus lib. 9. Pharsalia v. 151.

*Tanta fuit merces inhumatos condere manes,  
Sanguine semiviri Magnum satiare tyrannus,  
Non ego Pelleas arces, aditusque retedum  
Corpus Alexandri pigra Marcotide mergam?  
Non mihi pyramidum tumulis avulsus Anafis,  
Atque alii Reges, Nilo torrente nutabunt?*

Idem lib. 8. v. 694.

*Cum tibi sacro Macedo servetur in antro,  
Et Regum cineres extruello monte quiescant,  
Cum Ptolemaorum manes, seriemque pudendam  
Pyramides claudant, indignaque Mausolea,  
Litora Pompejum seruit, truncisque vadosis  
Huc illuc jactatur aquis.*

Magnus Ennodius Felix Ticinensis Episcopus epigr. 135. cujus lemma est, de sepulchro Majoriani Imperatoris.

*Cum perstat grauior, bustum fortuna peritum  
Contulit exuvitis, Majoriane, tuis.  
Nunc indignis pyramidum, fors, prospice moles,  
Illa principibus lingue sepulchra piti.*

Sequitur in Claudiano, Sidonio velari credidit ostro. Quia antiquitus purpureis tapetibus cadavera operiebantur. Quamquam non sum ignarus vilissima pauperrimaque sepultura veteres condi solitos, nempe in fontes aut pureos abijci. M. Varro lib. 4. de Ling. Lat. & Fest. lib. 14. in voce pnticuli, Antiphilus lib. 1 Antholog. & jam Clarus Sylvius observavit in libro singulari in leges pagin. 547. Verum heroicis temporibus longe opulentius cum cadaveribus actum, purpureo enim velamine intebantur. Stat. lib. 5. sil. 1. v. 225.

*Ille te Sidonio velatum molliter ostro,  
Eximius conjux (neque enim fumanis busta,  
Ardoremque regi potuit perferre) beate,  
Composuit Priscilla thoro.*

Valer. Flac. lib. 3. Argonautic.

*Funere qua cuique manus, que cura suorum,  
Que fortuna fuit, medio Rex agmine longe  
Eminet, hunc crebris quatiens singultibus ora  
Allevat Esionides, celsoque reponit in ostro,  
Dat pias avro, atque ardenti nuxice vestes.*

Denique nudus passit aves. Quia prima infelicitas carere sepulchro, secunda ab avibus disceptum aut partum fuisse. Aurel. Cassiodor. lib. 2. epist. 19. *Ut in famulos, qui inhumatam reverentiam ejus fueris abjecerunt, legum districtione rescetis, quatenus, qui exemplis provocantur pessimis, penis arceantur aspectis, pro dolo pietas in avibus invenitur, que ab humana conditione deserit, vultur ipse, cui vita est cadaver alienum, tante magnitudinis corpus, nec exiguis alitibus probatur infestus, sed magis accipitrem vitam plumigerarum avium prosequentem, alis cadit, vix alluvias, totaque suo pondere perisilitantibus nititur subvenire.*

Valer. lib. 1. cap. 6. tit. 11. *Tam multa signa hostilibus intercepta manibus, tantum Romana militia decus barbarorum obritur equitatu, optima indolis filii cruce paterni respersis oculis, corpus imperatoris inter promissas cadaverum strues, avium ferarumque lauitibus obiectum.* Mentio & apud Homerum lib. 22. Iliados, vers. 355. Augustus apud Suetonium cap. 13. *Cnidam sepulcrum petenti respondit, jam illam in volucrum esse potestate.* Varie legitur viri docti eum locum. Lævinus Torrentius, in potestate volucrum esse. Cic. pro lege Manilia. *Cum aëstros portus in pradorum struisse potestatem scias.* Terent. in Andria. *Ignem posita est.* L. Sen. lib. 1. de Ira. *Cum s: in possessionem posuerunt.* Adrian. Turneb. lib. 24. Adverf. c. 15. *Jam istam volucrum potestatem fore.* Sed non mutuum interest. L. Apul. lib. 5. Milesiar. *Perinde ut merebatur, laceratis visceribus suis, alitibus hostibus obvium ferens pabulum interit.* Catull. in Argonautic. supra laudatus. P. Virgil. lib. 9. v. 486. *Æneid.*

*Hen, terra ignota, canibus data præda Latinis  
Alitibusque jaces.*

Et lib. 10. Æneid. v. 559. & citat Pierius Valerian. lib. 18. Hieroglyphic.

- - - Non te optima mater

*Condit humi, patriove onerabit membra sepulchro,  
Alitibus linguere feris, aut gurgite mersum  
Unda feret, piscesque impasti vulnera lambent.*

Sil. Italic. lib. 13.

*Hic dira volucres, passusque cadavere vultur,  
Hic multus bubo.*

Juvenal. sat. 10.

*Non unquam attigerant majora cadavera corvi.*

Et sat. 14. v. 77.

*Ad fœtus properat, partemque cadaveris offert.*

Lucan. lib. 4. v. 801.

- - - Libycas en nobile corpus  
Passit aves.

Et lib. 8. v. 507. idem:

*Nec fœteri tantum arma fugit, fugit arma senatus,  
Cujus Thefalicas saturas pars magna volucres.*

Ejusdem libri v. 764. *Codrus ad cadaver Pompeji:*

- - - Ne ponti bellina quicquam,  
Ne fera, ne volucris, ne fœvi Casaris ira  
Audeat, exiguum, quantum potes, accipere flammam.  
Romana succense manu.

L. Sen. traged. Thyeste, act. 5. fc. 3.

*Utrumne fœvis pabulum alitibus jacent?*

Et in Thebaid. act. 1. fc. 1.

*Et in alta memora pabulum misti feris.*

*Avidis, avibusque.*

Claudian. de 6. Hon. consul. ubi casus à Stilichone Alaricus:

- - - Multisq; suorum  
Diras pavit aces.

Aves diræ sunt, que laceratione corporum aluntur, ut loquitur Seneca lib. 4. de Benefic. cap. 20. *Vultures aurem designari cetum est.* Silius loco proxime supra laudato. Agathias Scholasticus Antholog. lib. 2. cap. 31. epigr. 7.

*\*Ορειον ηοδιουμει κικλημειν αυλιον αυδρας  
Αλλοι ορειθων βορματα γιγρομιοι.*

*Avem comedimus invitati miseram viri,*

*Aliarum avium cibus evadimus.*

Ennius apud Servium lib. 6. Æneid.

*Vulturus in silvis miserum mandebat homonem.*

In aliis editionibus legitur, sed parvo discrimine:

*Vulturis in silvis miserum mandebat homonem.*

Quare & hæredipetæ vultures dictæ. L. Seneca ille idem epistol. 95. *Vultur est, cadaver expectat.* Nam ultra mare vultures ut cadavera præsentiscunt, ita hujusmodi homines opibus defunctorum inhiat. Isidor. lib. 12. cap. 7. Cicero in Pisonem: *Provincia vulturinis.* Catull. epigr. 66.

*Suscitat & cano vulturium capite.*

Martial. lib. 6. epigr. 62.

*Cujus vulturis hoc eris cadaver?*

Lepidissime, ut solet, & festivissime Plautus in Trinummo:

*Tum autem sunt alii qui te vulturium vocant, Hossele an cives comedas, parvi pendere.*  
Et quia eo devenimus, aves funebres habebantur præter vulturium, bubo, stryx, cornix, incendiaria avis, quæ vel inauspicata censebantur, vel certæ mortis adventus nuntia. Ob id dicitur aves dicuntur Statio lib. 3. Thebaid. v. 506. ubi locus insignis fœda interpunctione corruptus:

*Non comes obscuro tripodum, non fulminis ardens Veltor adest, flavæque sonans avis unca Minerve: Non venit anguis melior, quam vultur, & alius Desuper accipitres insultare rapinis.*  
Licet certum sit vulturis augurio Romam conditam; tamen manifestum est, eum inter inominatas aves poni solere, quare censetolegendum in tertio versu:

*Nec venit anguis melior: sed vultur.*  
Bubo, sive ut alii volunt, *bia*. Cæl. Rhodigin. lib. 17. cap. 19. nomen habet a sono, quem edit. M. Varro lib. 4. de Ling. Lat. C. Plin. lib. 10. cap. 12. *Aves inauspicata, bubo, corvus, cornix*, Ovid. lib. 1. Amor. eleg. 12. & lib. 6. Metamorph. Fab. 7. & lib. 5. Fab. 8. & lib. 5. Fab. ult. *cubiculo Commodi Imperatoris insidens bubo, mortem ei significavit.* Aël. Lamprid. in eo. L. Seu. in Hercule Furente act. 3. f. 2. M. Lucan. lib. 5. Pharfalia: *Et læta jurantur aves bubone sinistro.*

Silius Italic. supra, & in prodigiis Cannensem stragem præcedentibus lib. 8. Punicor.

*Obseditaque frequens castrorum culmina bubo.*  
Claudian. lib. 2. in Eutrop.

*In festoque jubet bubone moveri Agmina, Mygdonias mox impletura volucres.*  
Est tamen observandum, non semper funebrem esse avem eam, nam *tacta bonum, canens malum* denuntiat, Servius ad lib. 4. Æneid. L. Apul. lib. 3. Miletiar. Jul. Obsequens in egregio & necessario de prodigiis opere cap. 85. 86. 90. 92. Ovidius lib. 9. Metamorph.

*Ter omen Funerens bubo lethali carmine fecit.*  
Virgil. loco citato:  
*Solaque culminibus ferali carmine bubo Visa queri.*  
Stat. lib. 3. Thebaid. citato superius loco, & ubertim fabulam narrat Luctatus Placidius:  
*Feralia bubo Damna canens.*

Stryx in maledictis posuerunt, inquit Plinius lib. 11. cap. 39. id nominis sortita est, quod horrendum stridere necesse solet, ut cum Ovidio loquar lib. 6. Faistor. Seneca tragœdia & Isidorus locis proximè laudatis, Porphyrio ad Horatium epod. od. 5. *Stryx nocturna est, mali ominis.* Lucan. lib. 6.

*Stryx trepidus bubo, quod stryx nocturna queratur.*  
Statius uti supra:  
*Nocturnæque gemunt stryges.*  
In veneficiis ob id maxime perebatur. Horat. ibidem:  
*Plumamque nocturna stryges.*

Sext. Propert. lib. 3. eleg. 5.  
*Illum turgentis rana portenta rubeta, Et lecta exsecratis anguibus ossa trahunt.*  
*Et stryges inventa per busta jacentia plumæ, Cinclaque funesto lanæa vitta viro.*

Et lib. 4. eleg. 5.  
*Consultitque stryges nostro de sanguine.*  
Ovid. lib. 7. Metamorphos. fab. 2. in Medæ incantationibus:

*Et stryges infames ipsi cum carnibus alas Adidi.*

Cornix vocatur ecloga 1. à Virgilio sinistra. Et præsertim funebre auspiciam ab ea captatur factus tempore, id est, post solstitium: quod ex duabus una extincta, altera perpetuò vidua permaneat. Plinius lib. 10. cap. 12. Ælian. de Animalib. lib. 3. Horat. lib. 3. od. 27. Andreas Alciatus IC. emblemate 73.

*Te corvi comedunt, te devorat improba cornix, Quæ nihil humana commeditatis habet.*

*Incendiaria avis* quamquam fuerit, incertum est, certe ea nunquam videbatur, ut statim post *Urbs non lustraretur*. C. Plin. lib. 10. capit. 13. *pyralem* appellat. Cæl. Rhodigin. lib. 14. cap. 8. *Ἄπὸ τῆς πυρῆς* videlicet ducto nomine ab igne. Recte Servius: *De busto sœdem ad testum si detulisset, incendium portendebat, si cuius ades insedisset, & vocem misisset, significabat mortem.* Josephus Scaliger in Annotationibus in Festum *ambustancæ* putat dici, quod circa busta volitet & in iis plerumque delitescat. Glossarium vetus, *ambustandus*, *ambustancæ*, *genus avis*. Legendum est indubie *ambustancæ*. Sunt & nonnulli qui *spinturnicem* esse hanc velint. Santræ auctoritate Fest. Pomp. lib. 17. *Spinturnix est avis genus, turpis figura, occurfatrix artificum, perdita spinturnix; ea Græcè dicitur ἄνθραξ*. Ab eventu itaque nomen illi inditum. *Ἄνθραξ* enim ignis est *stridura*. Ad sepulchra redeo.

Ut olim in puteis pauperiores insepulti abijciebantur, uti paulo ante ostendi, divites eam in domibus suis, admonui in tractatu de Laribus hoc opere supra. Communis Romanorum sepultura in *viis publicis* erat, ut ex epitaphiis apparet, quæ semper viatores alloquuntur, & habetur diserte apud ICros. *l. mortuorum*, & *l. prætor. ff. de sepulch. violato*. Vet. Scholiast. Juvenal. ad fat. 1. v. ult. *Via, in quibus nobiles sepeliuntur*. Ipse Satyricus: *Flaminia regitur cinis atque Latina*. Et fat. 5. v. 55. *Citiose monumenta Latina*. L. Sen. epist. 91. in fine: *Non est, quæd nos tamulis metiaris, & his monumentis, quæ viam dispartit prætexunt, æquat omnes civis, impares nascitur, paves moritur*. Idem in Apocolocyath. seu Satyra Claudiana. *Apæ via curvator est, quæ sicut & Divum Augustum, & Tiberium Cæsarem ad Deos iisse*. Beatus Rhenanus annotavit. Plenæ sunt omnes historiarum & poetarum pagina: quis enim ignorare potest, vetitum fuisse legibus Romanis Græcisque, intra Urbis pomeria quemquam humare aut sepelire, nisi legislatores: quibus is videbatur debitus honor, ut qui cives legibus a se latis in salubri concordia continuissent vivi, in medio eorumdem mortui requiescerent: Alii autem, quibus ambitio & fama petebatur, etiam post fragilem caduci hujus corpulentissimi depositum, in viis publicis sepulchra sua erigi volebant, ut titulos, quibus inscripti fuerant, possent omnes, qui transirent, perlegere: titulis hæc, si five inscriptionibus gesta, familia, ætas, vita conditio mortisque causa continebantur. Unicum addam ab eruditissimo Meursio annotatum. Principes aut in montibus, aut ad montium radices sepeliuntur. Isidor. l. 15. Erymologiar. cap. 111. *Apud majores enim potentes aut sub montibus, aut in montibus sepeliuntur, inde tractum est, ut super cadavera aut pyramidæ ferrent, aut ingentes columnæ collocarentur*. Priora illa mutua sunt est à Servio ad lib. 11. Æneid. Aurelius lib. de Orig. gent. Rom. *Post illum regnavit Aventinus Sylvius, isque finitimus bellum inferentibus, in dimicando circumventus ab hostibus prostratus est, ac sepultus circa radices montis, cui ex se nomen dedit*. M. Lucan. lib. 8.

*Et Regum cineres extructo monte quiescant.*  
Stat. lib. 5. fil. 3.  
*Exere semivivatos subito de pulvere vultus Parthenope, cinemque afflato monte, sepulsi Ponē super cineres, & ragni funis alamin.*

P. Virgil. lib. 6. Æneid.  
*At pius Æneas ingenti mole sepulchrum Imponit, suæque arma viro, remisque, tubamque, Monte sub æreo, qui nunc Misenus ab illo Dicitur, æternamque tenet per secula nomina.*

Et lib. 11. Æneid.  
*Fuit ingens monte sub alto Regis Dercenni terreno ex aggere bustum Antiqui Laurentis, opacæque illic regnum.*

Et à pontificibus locus sepulchris assignabatur, nisi forte hæreditaria ea fuissent, & tunc non erat operæ pretium pontificem intervenire; nam idem patrifamilias in illud jus erat, atque in reliquam hæreditatem. C. Sucton. in Domitiano cap. 17. *Cadaver ejus populari sandapila per vestillones exportatum, Phyllis nutrix in suburbano suo, Latina via, loco à pontifice dato, funeravit*. Sic legitur ille locus apud Wolfgangum Lazium Reip. Rom.

Rom. lib. 3. cap. 11. At in editionibus vulgatis verba illa, *loco à pontifice dato*, desiderantur, neque puto gemina esse Suetonio, sed vel glossa Lazii, vel in textum irrepsisse è margine. At solitos pontifices loca idonea designare & consecrare, apparet ex Strabone Amasiano lib. 5. Geograph. Aurelio Prudentio in Romano Martyre, & vid. apud Lazium loco nominato, vetus Lapis.

P. ACTILIO RUFFO. ET. ACTILII Æ. BE-  
RONI. CÆ. VX. VIXER. ANN. XXIV. SED.  
PUBLI. MENS. X. ANTE. NATUS. EST. ET  
EADÉM. HORA. FUNGOR. ESU. AMBO.  
MORTUI. SUNT. ILLE. ACU. ISTA. LANI-  
FICIO. VITAM. AGEBANT. NEC. EX. EO-  
RUM. BONIS. PLUS. INVENTUM. EST.  
QUAM. QUOD. SUFFICERET. AD. EMEN-  
DAM. PYRAM. ET. PICEM. QUIBUS. COR-  
PORA. CREMARENTUR. ET. PRÆFICA.  
CONDUCTA. ET. URNA. EMPTA. ATQUE.  
INDULGENTIA. PONTIFICUM. LOCUS.  
DATUS. EST.

Altera Inscriptio est Romæ, cujus hæc verba sunt :

D. M.

FLAVIÆ. URBICÆ. FILIÆ. SUÆ. CHA-  
RISSIMÆ. FECIT. T. FLAVIUS. VICTOR.  
ET. MANICA. URBICA. PARENTES. VI-  
XIT. ANN. VII. MENSIB. VI. LOCUS. DA-  
TUS. EST. A. PONTIF. MANILIO. FORTU-  
NATO. PATRONO.

Quod si aliquis peregre obiisset, cadaver melle perungebant, ne corrumperetur, donec domum referri posset. C. Plinius lib. 22. cap. 24. Mellis quidem ipsius natura talis est, ut putrescere corpora non sinat, iungendo sapore, atque non aspero, alia quam salis natura. Quod in consuetudine fuisse Græcis, discimus ex historia Agepsolis Lacedæmoniorum Regis, qui febri mortuus apud Xenophontem Histor. Græcar. lib. 5. pag. 564. Έπιτις μίτ' ἐν μέλιτι τοῖς θῆσι, καὶ κομιθεῖς ἀκαθὰ τῆς βασιλείας παρῆς. Melle oblitus domum deportatur, ac regiam sepulturam consequitur. Huc pertinet mystica antiquorum significatio; nam *viventium symbolum sel* solebat esse, mortuorum quidem *mel*. Cal. Rhodigia. lib. 28. cap. 27. Antiquar. lectio. Stat. Papin. l. 3. fil. 2. v. 108.

Duc & ad *Emathius manes*, ubi belliger urbis Conditor, Hybleo perfusus neclare durat.  
Corippus African. de laudib. Justinii Minoris lib. 3. num. 1.  
Thura Sabæa crepant, fragrantia mella locatis  
Insundunt pateris, & odoro balsama succo.  
Centum alia species, arguenteque mira servantur,  
Tempus in æternum sacrum servantia corpus  
Supremum patri talem celebrabat honorem  
Angustio melior Justinus Cesare princeps.  
Meminit ritus Diogenes Laërtius lib. 3. de dict. Philos. observavitque ex eo eruditissimus senex P. Victorius lib. 19. variar. lectio. cap. 1. M. Varro in *Cygnio περὶ τῶν παρῆς* apud Nonium cap. 3. num. 261.

Quare Heraclides Ponticus plus sapit  
Qui præcepit ut comburerent, quam Democritus,  
Qui ut in melle servarent, quem si vulgus  
Sequitus esset, pecam si centum denariis  
Calicem missi emere possimus.

Nec modo melle, sed & cera cadavera oblinere receptum. M. Tull. lib. 1. Tusculanar. quaestio. ad finem: *Conditur Egyptii mortuos, & eos domi servant. Perse etiam cera circumlitos condant, ut quam maxime permanent dituvna corpora: Magorum mos est, non humare corpora suorum, nisi a feris sint antea lanata: In Hyrcania plebs publicos alit canes, optimates domesticos, nobile autem genus eorum illud scimus esse, sed pro sua quisque facultate parat, à quibus lanietur. Eadem iussa & plura jam antea ex Silio dixi hoc capite. Sed locum suspicor ceræ tantum relictum ad perungenda defunctorum corpora, quando mel non suppetebat. Cornel. Nepos, aut verius Æmilius Probus in*

Agefilao in fine: *In morbum implicitus decessit, ibi cum amiel quo Spartum facilius perferre possent, quod mel non haberent, cera circumfusurum, atque ita domum retulerunt. Eadem historiam narrat D. Florus Siculus lib. 15. Καὶ τὸ σώματος ἐν μέλιτι κομιθεῖσθαι ἐστὶν τῆς Σπαρτῶν. Corpus in melle deportatum Spartum. Conusatum inter duos clarissimos historicos, utrum cera, an melle Agefilai demorui cadaver domum fuerit relictum: probabilius est Æmili sententia, quod habet Pluracchum assentientem. Sic enim ille in vita Agefilai: Οἱ παρῆς τῆς κηρὸν ἐπιτίθειν τὸ νεκρὸν, μέλιτος δὲ παρῆτος, ἅ τῶν Σπαρτιατῶν ἐστὶν ἑκείνη. Cera cadaveri illique facta, quæ mel non habet petebat, Lacedæmonem retulerunt Spartiate. Ita intellige Silium Italicum lib. 13. Panico.*

Dum variis ritus curat, & sollempnia vulgi  
Exequitur, assit flammis imponere corpus,  
Ut periret tumulis per longum membra pateris:  
Quod te per nostri Martis precor amula facta,  
Arce, quæ patrios ritus medicamina servant,  
Daque virgo portas quamprimum Acherontis adire.  
Locus cuiusvis est Fortean legendus hoc modo primus vetus:

Dum variis ritus, curam, & sollempnia vulgi  
Exequitur.

Adde tertiam rationem conservandorum cadaverum, ea peruncta quippe cædria, non vero melle, neque cera, Plin. l. 16. c. 11. *Primus sudor aqua modo sinit carnali, hoc in Syria cædria vocatur, cui tanta vis est, ut in Ægypto corpora hominum defunctorum corrupta serventur. Eadem pane labet idem Scriptor l. 24. c. 5. Cedri succus, ex ea quomodo fieret diximus, magis ad lumina usus, ut capiti (melius quam capiti) dolor in inferret, defuncta corpora in corrupta arce servant, vivencia corrumpit, mira differentia, cum vitam asserat spiritantibus, defunctisque pro vita sit. Et Junius Moderatus Columella Rei Rust. l. 6. c. 32. notat Georgius Alexandrinus.*

Sic peruncta & delibuta cædria, melle, ceræ, cadavera ornabantur coronabanturque, eodem modo ac si adhuc viverent, ino & mensis adhibebantur, quod in aula Gallica nuper bellicosissimi clementissimique principis funestate incredibile calamitoseque Europa toti exitu, vidimus fieri. Et consuetudinis Ægyptiorum fuisse, ut simulachrum defuncti induerent iisdem ornamentis, quibus vivens utebatur, sepulchroque vitreo inferrent, clarum est ex Herodoto lib. 3. Græcos idipsum probasse, habetur apud Ciceronem Orat. pro L. Flacco, quod contineretur plebiscitis Smyræorum, qua fecerant in Calitricium mortuum, brevi offendens; *Primum, inquit, ut in oppidum introferretur, quod aliis non conceditur, deinde, ut ferret ephæbi, postremo, ut imponeretur aurea corona mortuus. Ad stipulatur & Aristophanes in Concionantibus apud P. Victorium lib. 2. var. lectio. c. 7. de Turcis idem lego, scribente Philippo Lonicero histor. Turcica Tom. 1. parte 2. cap. 19. Ablatum cadaver duobus linteis funeralibus, iidem è xilino textis abstergunt & exstecant, sicatum cadaver aqua rosacea addito thymiamate aspergunt, vestibusque, quas habuit, pretiosissimis induunt, capiti quoque virgam adaptant, cui pileum floribus exornatum imponunt: sic exornatum cadaver quidam ex sacerdotibus in templis deferunt. Id apud Macedones invaluisse, testis esse potest Ælian. lib. 12. var. hist. capit. ult. De Byzantinis principibus Cotippus l. 1. n. 13.*

Sic suprema sua servans insignia vita  
Justinianus erat, non mutans morte colorem  
Sed solito candore nitens, quia vicerat orbem  
Mors veneranda viri, signis miseravit apertis.  
Ipse videbatur cunctis plangentibus unns  
Effugie gaudere pia, diademate comptis,  
Purpureaque in veste jacens requiescere somno.  
Silius Italic. lib. laudato, de Ægyptiis:  
Claudit odorato post funus stantia busto  
Corpora, & à mensis exanguem haud separat umbram.  
Reliqua ad funebrem apparatus spectantia, suo ordine libere  
singulari à me expediuntur.

# ROMANARUM ANTIQUITATUM LIBER SEXTUS.

## DE COMITIIS.

**A**bsolvimus priorem institutæ scriptiois partem, qua de Urbe, populo & religione fuit. Jam posteriorem, quæ de politica gubernatione agit, aggredimur: in qua primum omnium de comitiis dicendum esse arbitramur, cum eorum cognitio ad reliquorum librorum tractationem summopere requiratur, & omnia ferè, de quibus in sequentibus disputabitur, comitiis populi peracta sint. Magistratus enim iisdem à populo creatos fuisse, quis ignorat? Cui obscurum esse potest, leges omnes non aliter, quàm comitiis populi latis esse? Sic judicia etiam quadam, ea scilicet, quæ populi propria fuerunt, itemque multa ad rem militarem pertinentia, comitiis sunt peracta. Facile igitur perspicitur summè necessarium esse, ut antequàm ad illorum explicationem accedatur, horum ratio perspecta sit. Scripserunt quidem de comitiis apud Veteres, M. Terentius Varro & alii: nostra verò ætate eruditione multa præditi, & excellentes viri non pauci: inter quos sunt Alexander Neapolitanus, Onuphrius Panvinius, Joachimus Perionius, Carolus Sigonius & alii, ut de Blondo & Budæo taceam. Inter omnes autem Nicolaus Grucchius, vir doctissimus, ante annos aliquot, tres libros eruditione multiplici reftos, de comitiis Romanorum in publicum edidit, quem ego præ reliquis secutus sum: ordine tamen nonnihil mutato. Quippe cum mihi visum fuerit, temporis etiam rationem aliquo modo observandam esse, de curiatis comitiis primum agendum putavi, de quibus ipse ultimo loco disputat. Sed nec illud dissimulare possum, quod de quibusdam huc pertinentibus Carolo Sigonio non bene cum Grucchio conveniat. Consului igitur diligenter illa etiam scripta, quæ ab utroque de rebus hujus materiæ controversis sunt edita. Et cum Sigonii sententia mihi probabilior, pluribus etiam & firmioribus rationibus niti videatur, secutus eam sum. Nequaquam autem ita meum iudicium interponere volui, ut lectoribus horum librorum omnem de illa controversia ulteriorem inquisitionem adimerem, imò hortor eosdem, ut diligenter ea scripta legant, & iudicium ipsimet de iis faciant. Quam etiam ob causam semper utriusque sententiam simul lectori proposui: & tamen quæ ex iis mihi verisimilior visa fuerit, reticere nolui. De his igitur, studiose lector, monendus mihi initio eras. Sequitur, ut unde comitia dicta, quid, & quotuplicia fuerint, videamus.

### CAPUT I.

Unde dicantur comitia, quid & quotuplicia ea sint, & quid comitia calata.

**C**omitia (à coeundo, vel comeundo, ut Veteres locuti sunt, quòd populus coire his & unum in locum convenire solet, dicta) fuerunt conventus populi, ad ferendum de aliqua re suffragium. Agellius libro 15. cap. 27. ex Latio Felice recitat discrimen inter concilia & comitia, cum ait: Eum qui non universum populum, sed partem aliquam adesse jubeat, non comitia, sed concilium edicere debere. Unde intelligitur comitia dicta fuisse, quando universus populus conveniret: concilia autem, quando non universus populus, sed pars tantum aliqua ejus congregata esset, quæ tamen differentia anxie ab auctoribus non est observata: imò sæpius reperitur alterum vocabulum pro altero positum. Indicare igitur hoc loco, non explicare pluribus eam volui.

Neque verò omnes populi conventus *comitia* dicta fuerunt, sed ii tantum, qui ferendorum de aliqua re *suffragiorum* causa haberentur. Quando verò ludorum, vel census gratia, universus populus, uti sæpe fiebat, conveniret, *comitia* non fuerunt.

*Genera comitorum*, eorum scilicet, quæ proprie sic dicta sunt, fuisse *tria*, *curiata*, *centuriata* & *tributa* inter omnes convenit. Quod *Agellius* lib. 15. capite 27. ex *Lalio Felice* refert, de *comitiis calatis*: ea proprium & peculiare genus non efficiunt. Fuerunt enim primum omnia *comitia calata* dicta: quod idem etiam innuere videtur, inquit, *calatorum alia* fuisse *curiata*, alia *centuriata* à Græco verbo *καλίω*, quod *voco* significat: unde vetustas rudis *calare* dixit, Latina forma, pro *vocare*: sed postea cum in usu hoc verbum esse desisset, retentum est nomen *calatorum comitorum* in his tantum, quæ pro collegio pontificum habebantur, vel testamentorum condendorum causa fiebant: idque religionis cujusdam & antiquitatis ratione. De priori causa loquitur *Lalio Felix* apud *Agellium* lib. 15. cap. 27. inquit, *calata comitia* esse, quæ pro collegio pontificum aut regis sacrorum, aut *flaminum* inaugurandorum causa haberentur. De posteriori autem *Theophilus* Instit. lib. 2. sic scribit: Duo erant apud Veteres testamentorum genera; unum, quod *calatis comitiis* fiebat, & dicebatur: alterum, quod in *procinctu*. Testamentum *calatis comitiis*, tempore pacis fiebat bis in anno, hoc modo: Præco universam circumibat civitatem, populum convocans: actum qui testamentum condere volebat, in concione populi, ipso teste populo, *testamentum* scribebat. Ex quo etiam dictum est *calatis comitiis*: nam *calare* est *vocare*: *comitia* verò populi congregatio. Quoniam igitur vocati congregabantur, appellatum est *testamentum calatis comitiis*. Hæc ille.

## CAPUT II.

*Quid sint comitia curiata, & quid curiæ.*

DE *curiatis comitiis*, quòd ea omnium prima sunt, primo etiam loco dicendum esse arbitror. Fuerunt ergo *curiata comitia*, in quibus populus *curiatim* suffragium dicebat: hoc est, in quibus populi per *curias* divisæ sententia rogabatur, ut quod plures *curiæ* statuissem, id jussum populi esse diceretur. *Lalio Felix* apud *Agellium* lib. 15. cap. 27. ubi discrimen inter *curiata*, *centuriata* & *tributa comitia* recenset, dicit, cum ex generibus omnium suffragium feratur, *curiata comitia* esse. Quod ut melius intelligatur, de *curiis*, unde hæc *comitia* nomen traxerunt, verba facienda sunt.

*Curiam* à cura dictam, testis est apud Nonium *Varro* libro 2. de vita pop. Roman. Tres autem sunt significationes vocis *curia*, quarum in historia Romana fit mentio. Prima est, quòd *curiæ sunt triginta illæ partes*, in quas populum Romulus distribuit; *altera*, quod significant *sacras illas ades*, quas singulæ harum triginta partium habuerunt, & in quibus sacra sua peregerunt. Quas primum quidem à Romulo in monte Palatino conditas, *veteresque* appellatas: postea vero nimium aucto populo, *novas prope compitum Fabricii* ædificatas fuisse *Festus* docet. Tertio sunt etiam *curiæ* dictæ ædes illæ, in quibus senatus est habitus. De secunda & tertia significatione *Varro* lib. 4. de Ling. Latin. sic scribit: *Curia duorum generum* sunt: nam & ubi curarent *sacerdotes* res divinas, ut *curiæ veteres*: & ubi *senatus* humanas, ut *curiæ Hostilia*, quam primus ædificavit *Hostilius Rex*. *Festus* vero, *Curia*, inquit, locus est, ubi tantum ratio sacrorum gerebatur. *Curia* etiam nominantur, in quibus uniuscujusque partis populi Romani quid geritur: quales sunt eæ, in quas Romulus populum distribuit, numero triginta, ut in sua quisque *curia* sacra publica faceret, *feriasque* observaret, hisque *curiis* singulis, nomina *curiarum* (aut *curensum*, sive *curicensium*) virginum imposita esse dicuntur, quas virgines quondam Romani de Sabinis raperunt. Hæc ille. De prima significatione *Pomponius* l. C. ff. titulo 2. l. 2. de *Origine juris*, scribit, & *Halicarn.* lib. 2. qui etiam originem *curiarum*: id est, triginta populi Romani partium sic refert: In tres partes, inquit, divisæ universa multitudine, *Romulus* singulis præclarum aliquem virum ducem præposuit: deinde unamquamque rursus in decem partitus, totidem fortissimos viros eis præfecit: has *curias*, illas *tribus* vocari voluit, sicut vocantur & hodie. Et paulo post: Sacra sua Romulus cuique *curia* partitus est, assignatis in singulas *diis & demonibus*, quos perpetuo coleant: sumptusque in hæc attribuit ex ærario publico: quæ quoties celebrarentur, aderant *curia* suis vicibus epulumque diebus festis præbebatur *curialibus* (id est, iis qui erant ejusdem *curiæ*) in aula cuique *curiæ* propria. Hactenus *Dionysius*. De numero igitur & prima origine *curiarum*, quod *triginta* tantum fuerint, à Romulo primo Romanorum Rege institutæ, quodque is numerus perpetuo fuerit retentus, præter *Africanum Padianum* Commentario in *Ciceronis Verrinas*, qui *curias* cum *tribubus* confundit, & easdem ad triginta quinque numerum auctas fuisse affirmat, plerique consentiunt. In eo autem diserepant *Scriptores*, unde nomina *curiæ* acceperint. *Livius* enim & *Festus* auctores sunt, virginum Sabinarum à Romanis raptarum nomina *curiis* indita esse. Verba *Livii* lib. 1. Decade 1. sunt hæc. Ex bello tam tristi læta repente pax barbariorum *Sabinas* viris ac parentibus, & ante omnes Romulo ipsi fecit. Itaque cum populum in *curias triginta* divideret, nomina earum *curiis* imposuit. Id non traditur, cum haud



dubie aliquanto numerus major hoc mulierum fuerit, ætate, an dignitatibus suis, virorumve, an forte lectæ sint, quæ nomina *curiis* darent. Hæc ille. Varro tamen *Plutarch.* & *Dionys.* & alii eos mendacii arguunt, & contrarium asserunt. *Plutarchi* verba in Romulo adscribam: *Singula*, inquit, *tribus decem continuerunt curias*. Eas quidem perhibent à Sabinis mulieribus nomen traxisse: sed hoc mendacium esse deprehenditur: nam multis earum à locis nomina imposita sunt. Et *Dionys.* lib. 2. ubi de honoribus Sabinis mulieribus habitis differit, inter alia ait: Sunt qui scribant eas donis multis magnisque remuneratas à Regibus, & *triginta*, quas diximus, *curias* accepisse illarum nomina, quod totidem in legatione fuerint. Sed *Terent. Varro* hac parte dissentit à reliquis, asserens jam pridem *curiis* nomina imposuisse Romulum, cum primum distribueret multitudinem, partim à ducibus, partim à veteribus patriis.

Cæterum de triginta *curiarum* nominibus præter octo, nulla sunt reliqua. *Foriensis*, *Rapta Vellensis*, *Velitia*, meminit *Festus* his verbis. *Nova curia* proximè compitum *Fabricii* ædificatæ sunt, quod parum amplæ erant veteres à Romulo factæ, ubi is populum & sacra in partes triginta distribuerat, ut in iis sacra curarent: quæ quando ex veteribus in novas evocarentur, *quatuor curiarum* per religiones evocari non potuerunt. Itaque *Foriensis*, *Rapta*, *Vellensis*, *Velitia*, res divinæ sunt in veteribus *curiis*, &c. Idem etiam *Tifata* meminit & *Titia*. *Tifata*, inquit, *Iliceta*: Romæ autem *Tifata curia*: *Tifata* etiam locus juxta Capuam. Et post pauca: *Titiensis tribus* à prænomine *Tatii* Regis appellata videtur. *Titia* quoque curia ab eodem Rege est dicta, &c. *Calabra curia*, ex *Varrone* lib. 4. de Ling. Latina, nota est, qui ait, *Calabram curiam* dictam esse, ubi tantum sacrorum ratio sit gesta. De *Faucia*, vel, ut quidam malunt, *Saucia*, loquitur *Livius* lib. 9. Dictator, inquit, *Papyrius*, C. Junium *Bubulcum* magistrum equitum dixit, atque ei *legem curiatam* de imperio ferenti, triste omen, diem diffidit, quod *Faucia* (vel *Saucia*) curiæ fuit principium, duabus insignis cladibus captæ Urbis & *Caudina* pacis, quod utroque anno ejusdem *curia* fuerat principium, &c. Hoc quoque addere visum est, *curias* Romæ fuisse populi tales quasdam partes, quales sunt nostro tempore in urbibus quibusdam *paræcia*. Ut enim nostræ *paræcia* habent destinatas quasdam ædes & domos, in certa quadam urbis parte sitas, quæ communia sacra, ipsam ædem communem, & sacrorum communem ministrum, id est, *paræcum* habent: ita *curia* erant incolarum urbis partes, non modo loco, sed etiam sacris sibi peculiaribus distinctæ, quibus qui præerant, *curiones* vocabantur. Er licet primum *curia* tribuum partes essent: tamen posterioribus temporibus, crescente *tribuum* numero, eadem ratio observata non est. Hinc igitur intelligi potest, quanam *curiata comitia* fuerint: quorum, sicuti etiam *curiarum*, Romulum auctorem fuisse certum est.

## CAPUT III.

## De quibus causis actum sit comitiis curiatis.

DE origine *curiatorum comitiorum* dictum est: jam etiam causæ, propter quas ea habita fuerint, aperiri debent. Primum quidem, quando nondum *centuriata*, nec *tributa* fuerunt, omnia quæ ad Rempublicam pertinuerunt, *curiatis comitiis* peracta sunt. Reges & alii magistratus iis creati, leges omnes, quæ ad illud usque tempus latæ sunt, æque ac judicia, peracta *curiatis* fuerunt, ita ut omnia, quæ populi suffragiis fierent, non nisi *comitiis curiatis* fierent.

De Regibus quidem, quod iis *comitiis curiatis* creati sint, res est manifesta. Testantur id *Livius* lib. 1. & *Dionysius* lib. 2. & aliis multis locis. De *Numa Dionysius* perspicuè indicat, eum *curiatis comitiis* Regem declaratum esse. Eadem de *Servio Tullio* refert, ne dicam de aliis: omnes enim Reges, excepto *Tarquinio Superbo*, *legitimis comitiis* sunt creati. De *tribuno celerum* elici potest ex *Dionysio* lib. 2. & *Livii* lib. 1. ubi de ejus prima creatione scribunt. Addo quod *Dionysius* lib. 4. ubi de *centuriatis comitiis* à *Servio Tullio* institutis, verba facit: *Clarè*, inquit, jam olim penes populum fuisse trium horum arbitrium creandi magistratus, tam domi, quàm militiæ, *leges abrogandi*, vel *confirmandi*: bellum pacemve decernere, & quoties de iis rebus disceptatum sit, *curiatim* collecta suffragia. Ac de Romulo *Dionysius* libro 2. loquens: *Plebi*, inquit, tria hæc commisit, *magistratus creare*, *leges sancire*, de bello, reverente Rege, decernere: ita tamen, ut senatus quoque in iis accedat auctoritas. Perspicuum ex his est, non tantum magistratus, ut Reges & tribunos celerum (quo etiam referri debent quæstores: nam & ipsos sub Regibus fuisse, testis est *Tacitus* *Annal.* lib. 11.) *curiatis comitiis* creatos: sed leges etiam iisdem latas esse: eas scilicet, quas Reges tulerunt. Quinetiam judicia iis *comitiis* sub Regibus exercitata fuisse, confirmat iudicium *Horatii* sub *Tullo Hostilio*. Ubi *curiarum suffragiis* vel calculis *Horatius* absolutus est, testibus *Dionysio* lib. 3. & *Livio* lib. 1. Præter hoc autem iudicium nullum aliud, quod *comitiis curiatis* peractum sit, reperitur, quod etiam *Carolus Sigonius* vir doctissimus lib. 3. de *iudiciis Roman.* cap. 4. affirmat.

Post ejectionem Roma Reges, cum plebs per secessionem impetrasset à patribus, ut liceret sibi *tribunos*, adileque *plebejos* creare, etiam illi *curiatis comitiis* usque ad legem *Valeronis* latam creati leguntur.

Ubi vero *curiatis* non tantum *centuriata*, sed & *tributa* accesserunt: cum omnia ferè, quæ antè *curiatis* fiebant, post *tributis* & *centuriatis* peragerentur: & maxime postquam *lex Voleronis* lata est, de creandis plebejis magistratibus comitiis *tributis*, qui ante *curiatis* creati fuerant. Post quæ tempora duabus potissimum rationibus *curiata comitia* haberi cœperunt: una fuit *legum ferendarum*, altera vero *sacerdotum* quorundam creandorum.

*Leges curiata* fuerunt sex. *Prima* de confirmatione quorundam magistratum, qui jam ante aliis comitiis designati erant, quod tamen non diu observatum est, ut postea dicitur.

*Alter* de imperio (hoc est, rei militaris administrandæ facultate) magistratibus, ut puta, Dictatoribus, Consulibus, Proconsulibus, Prætoribus, Proprætoribus, ac Proquæstoribus, qui cum jure prætorio in provincias mittebantur, dando: *Cicero* 2. *Philippica* & *Livius*. Imperium enim, ut clarissime ostendit *Carolus Sigonius* in posteriore cum *Grucchio* disputatione, & l. 3. de Antiquo jure provinciarum cap. 4. & sequentibus: item libro primo de Antiquo jure civium Romanorum, cap. 11. duplex fuit, *civile* & *militare*. *Civile* quod in auspicio & iudicio consistebat, (& plerumque *potestas* dicitur, non *imperium*) magistratibus iis comitiis dabatur, quibus creabantur, vel in magistratu incrat. *Militare* vero imperium (quod erat sacramento adigendi milites, exercitum habendi bellumque gerendi jus) non habebant, nisi peculiari lege ea de re ad populum *curiatis comitiis* lata, impetrassent. Quamquam hoc non erat omnino necessarium, cum etiam ex senatusconsulto peculiari, item jure provinciæ imperium illud habere possent, ut pluribus docet *Carolus Sigonius*. Hoc igitur alterum genus *legis curiata* fuit.

*Tertia lex curiata* fuit, qua *Camillus* ab exilio revocatus est, ut tradit *Livius* libro quinto. *Quarta* erat, qua *adoptiones* fiebant, de qua *Cicero* pro domo, *Tacitus* libro 17. & *Agellius* l. 5. cap. 19.

*Quinta*, quæ *testamentis confirmandis* ferri solebat, de qua idem *Agellius* lib. 15. cap. 27.

*Sexta lex curiata* fuit, qua *sacrorum detestationes* fiebant: id est, omnes consecrationes, quas publice in concione populi fieri oporteret. *Agellius* lib. 15. cap. 27. Altera porro causa habendorum *curiatorum comitiorum* posterioribus temporibus, fuit ad creandos sacerdotes quosdam. Hi autem erant *flamines* & *curio maximus*, cujus, ut tradit *Sext. Pompejus*, auctoritate, curæ omnes curionesque regebantur, uti ex *Dionys.* lib. 2. & *Lalio Felice* apud *Agell.* lib. 15. cap. 27. intelligitur. Reliqui autem curiones non comitiis, sed à suis quisque *curiis* eligebantur, ut alibi dicitur. Hæ igitur causæ fuerunt, de quibus *curiatis comitiis* actum est, quemadmodum ex veteribus Scriptoribus cognoscitur.

## CAPUT IV.

*Quas personas comitiis curiatis interesse oportuerit.*

**D**uplices considerandæ sunt *personæ* & quæ potestatem habuerint *convocandi*, ac habendi *comitia curiata* & quæ suffragium in iis tulerint. Potestatem *convocandi* & habendi *curiata comitia* habuerunt primum *Reges*, penes quos summa rerum omnium potestas fuit, ut in sequenti de magistratibus libro demonstrabitur. Exempla & testimonia de ea re multa adducere ineptum esset. Mutata autem veteri reipubl. forma, & in Regis locum *Consulibus* creatis, etiam hæc ratio mutata, & jus vocandi populum ad *comitia curiata*, ad alias personas translatum est. Tum enim *magistratibus* quibusdam patriciis, Consulibus, Prætoribus, Dictatoribus & Interregibus: Pontificibus etiam id jus fuisse, Romanæ historiæ Scriptores testantur. Ac *patricios* quidem *magistratus* solos id juris habuisse, ex *Livio* lib. 6. intelligi potest, ubi dicit, *curiata comitia* auspiciato & patribus auctoribus haberi. De Consulibus autem, Prætoribus & Dictatoribus, quod id jus habuerint, non est dubium. Cum enim legem de imperio eorum ferri *curiatis comitiis* oporteret, eosdem etiam vocare potuisse populum ad ea *comitia*, quis est qui dubitet? ut interim alia argumenta, quibus idem probari posset, præteream. De Interregibus item manifesta res est, cum *Dionys.* lib. 2. & *Livius* lib. 1. testentur, Romulo, item Numa, Regibus extinctis, *Interreges* aliquamdiu reipubl. gubernasse, ac tandem communi consilio unum *comitia curiata*, creando novo Regi in defuncti locum edixisse. Quia autem & *flaminum* inaugurandorum causa *curiata comitia* haberi solerent, ut capite præcedenti dictum est, idque ad pontificum officium pertineret: eosdem etiam populum ad illa *comitia* vocandi potestatem habuisse, perspicuum est. Et hæc quidem de iis personis, quæ *jus convocandi* populum ad *curiata comitia* habuerunt. De iis nunc agendum, qui *suffragium tulerunt*. Fuerunt autem qui suffragium his comitiis tulerunt, *cives Romani*, & quidem ii tantum, qui in *curias* descripti erant. Atqui non omnes cives in *curias* descripti fuerunt: sed ii tantum, qui in Urbe habitaverunt: qui vero extra urbem Romanam domicilia habuerunt, in *curias* descripti non sunt. Quod igitur discrimen inter eos fuerit, non videtur ab hoc loco alienum, paucis explicare. Omnes cives qui in Urbe domicilium haberent, in *tribus* & *curias* describebantur. Postquam vero crescente reipubl. multis vicinis populis devictis jus civitatis communicaretur, describebantur illi quidem in *tribus*, & cives Romani erant. Quamdiu autem extra Urbem viverent, in *curias* non referebantur, sed sua sacra

patria retinebant. Qui autem ex coloniis, vel municipiis, vel etiam provinciis, Romam migrabant, ii, cum in curias describerentur, patria sua sacra relinquere cogebantur, & ea recipere, quæ ejus curia, in quam describebantur, propria essent. Illi ergo, quibus in Urbe domicilium erat, jus suffragii comitiis curiatis habebant. Reliqui non item. Cujus rei explicationem prolixiorem si quis desiderat, legat *Nic. Grucchium* l. 3. de comitiis, cap. 3. *Onuph. Panvinium* lib. 2. comment. Reipubl. Roman. & *Carol. Sigonium* lib. 1. de jure civium Rom. cap. 5. Meminit *Grucchius*, & eum secutus *Onuph. Panvinius*, ac *Paulus* quoque *Manutius* lib. de Legibus & Oratione 2. in Rul- lum, Ciceronis tempore triginta tantum lictores curiarum, non ipsas curias nonnunquam suffragium comi- tiis curiatis ferre solitos. Quam opinionem multis argumentis refutat *Car. Sigonius* in posteriore cum *Grucchio* disputatione, & l. 3. de jure provin- cap. 1. & ostendit, liquido id elici ex Ciceronis verbis non posse, quæ sic habent: *Sint igitur decemviri neque veris comitiis, hoc est, populi suffragiis, neque illis ad speciem, atque ad usurpationem vetustatis per triginta lictores auspiciorum causa aduabratis, constituti &c.* Hoc enim ait *Ciceronem* significare velle, Rullum decemviros suos ejusmodi comitiis curiatis consti- tuere voluisse, ut ad ea non modo non omnes curias adhiberet, quæ ille vera comitia appellat: sed nec lictores quidem curiarum in speciem advocaret auspiciorum causa, iisque triginta lictoribus vera comi- tia curiata adumbraret, quasi omnes curie adfuissent. Quod vero talia comitia unquam in usu fuerint, *Ciceronem* nequaquam docere affirmat. Solebant quidem comitiis curiatis singulis curiis singuli licto- res adesse, non autem suffragiorum, sed officii causa. Verum de horum verborum intellectu plura scribit *Sigonius*, in postriore cum *Grucchio* disputatione, & libro 3. de antiquo jure provinciarum, cap. 1.

## CAPUT V.

## De loco curiatorum comitorum, de comitio &amp; rostris.

**C**uriatis comitia non fere poterant auspiciato fieri, nisi intra pomerium, idque in foro, adeoque in comitio, quod multis Scriptorum locis demonstrari potest. *Varro* l. 4. de Ling. Lat. dicit, comitium inde primum nomen habuisse, quod comitiis curiatis populus illuc conveniret. Fuit igitur comitium foro conjunctum, imo pars fori à Palatii porta incipiens, & finiens ad templum D. Mariæ Novæ, ut *Martianus* Epitome Topographiæ antiquæ Urbis, l. 3. cap. 15. & 20. docet, qui etiam scribit, S. P. Q. R. aliquid quod ex usu reipubl. esset, decreturos, eo coisse. Quod vero addit *Consules*, tribunos, aliosque magistratus ibidem creatos, in eo multum errat. Non enim *Consules* in co- mitio, sed in campo Martio creati sunt, ut paulo post ostendetur: Sicuti etiam de tribunis, quod non omnes, neque semper in comitio, sed ut plurimum in campo Martio, nonnunquam in Capito- lio creati fuerint, docebitur. Hoc vero etiam notandum, quod ibidem tradit, comitium multis an- nis tecto caruisse, & propterea sæpe comitia indicta, ob tempestatem ingruentem peragi non potuis- se, sed fuisse dissoluta. Longo autem tempore post, ubi *Hannibal* in Italiam venerit, tectum im- positum fuisse, idque postea à Cæsare restauratum. Plurimæ statuæ in hac fori parte fuerunt, item rostra, quæ *L. Furio Camillo*, *C. Mænio Coss. ex rostris navium Antiatiarum* condita fuerunt: sic enim *Liv.* l. 8. Naves Antiatiarum partim in navalia Romæ subductæ, partim incensæ: rostrisque earum suggestum in foro extructum adornari placuit, rostraque id templum appellatum. Horum sæpe in *Livio*, *Cicerone* & aliis fit mentio. Ferebantur in rostris leges, & agebantur causæ, & conciones habebantur. Erant autem duplicia, nova & vetera. Nova quæ ad Palatii radices: & vetera quæ apud curiam in comitio, de quibus hoc loco. Illud etiam memorabile de rostris est: quod *Antonius* occisi *Ciceronis* caput præcisum & ad se allatum inter duas manus in rostris poni curaverit, ubi ille Consul, ubi sæpe Consularis, ubi eo ipso anno adversus *Antoninum*, quanta nulla unquam humana vox, cum admiratione eloquentiæ auditus fuerat. Testantur hoc *Livius*, *Plutarch.* in vita *Cicero- nis*, *Dion* lib. 47. & alii. De loco tamen comitorum curiatorum etiam hoc notandum, legem cu- riatam, qua revocatus *Camillus* ab exilio fuit, Urbe a Gallis capta, Vejis, non in comitio latam esse, teste *Livio* lib. 5.

## CAPUT VI.

## De tempore curiatorum comitorum.

**D**e tempore curiatorum comitorum equidem nihil habeo dicere, nisi quod comitialibus diebus, de quibus alio libro multa dicuntur, ea sint habita. Non enim certo aliquo tempore curiatis comi- tiis populum convenisse, ac de re aliqua suffragium tulisse, legitur: sed quandoque necessitas reipub- licæ id requirebat, tum conveniebant. Non tamen omnibus diebus sine discrimine, sed tantum co- mitialibus, ut modo dictum est. Superest ut modum horum comitorum explicemus.

## De modo comitiorum curiatorum.

IN explicatione modi comitiorum curiatorum, primum videbimus, quid ante illa fieri oporteret, ut iusta essent: deinde, quo ordine ipsa comitia peragerentur: tum etiam quædam particularia, quæ in singulis observari solerent, addemus. Quod igitur ad ea, quæ ante tempus comitiorum initorum fiebant, attinet, notanda hæc veniunt: primum edicebantur hæc comitia ab aliquo eorum magistratum, quibus id jus fuisse paulo ante diximus: convocabatur deinde populus per triginta lectores. Habebantur etiam *auspicato*, ita ut obnuntiationi parendum esset, si de cælo servatum esset. Quod ut intelligatur, quædam de auspiciis repetenda sunt. Tria fuerunt auspicioorum genera: *avium inspectio*: de cælo observatio: & *tripudii animadversio*. Observatio de cælo ad omnia comitia adhibebatur, & sic etiam ad curiata. Avium inspectio ad curiata & centuriata tantum. Eam ob causam propter observationem de cælo etiam *augures tres* oportebat his comitiis adesse, qui latori legis in auspicio essent. *Tripudium* rerum gerendarum erat proprium. Sed de *auguriis* vel auspiciis alio loco dictum est prolixius. Hoc tantum addere visum fuit, quod ante præteriti, & in hunc locum reservati, cum legatur & de magistratibus ipsis patriciis & de *auguribus*, quod auspiciati fuerunt, utrum similia eorum auspicia, an vero diversa fuerint; & si diversa fuerint, quodnam inter ea sit discrimen. Hoc ubi explicavero, tum ad ea, quæ comitiis curiatis observata fuerunt, pertextenda revertar. Tractat hanc quæst. eruditissimus *Al. Manutius*. Pauli F. l. 3. quæstis per epist. 9. prolixè, ex quo capita tantum præcipua hic afferam, studiosum lectorem, si pleniorè ejus explicationem volet, eorum remittens. Quod igitur ad propositum attinet, multis modis diversa fuerunt *augurum & magistratum auspicia*: præcipua eorum discrimina *Ald. Manut.* recitat sex.

Primum *augures auspicabantur*, ut ex signis quibusdam, vel probarent aliquid, vel vetarent: quod *Cicero* pluribus locis aliis, tum maxime l. 2. de Legib. ostendit. *Magistratus* vero cæteris quidem in rebus, teste eodem *Cicer.* l. 2. de Divin. signa observabant, ex quibus aut prohiberent, aut probarent: comitiis autem, vel si nulla instructi scientia essent, nulla signorum observatione, solo auspicio vetabant, sive aliquid contrarium vidissent, sive non vidissent. Itaque in Oratione pro domo sua: Negant, inquit, *augures* fas esse agi cum populo, cum de cælo servatur. Ipsa igitur actio, non ea quæ agentes vidissent, impediendi vim habebat.

Alterum discrimen hoc est, *augures nuntiationem solam habebant*, sine spectatione: *magistratus utramque*, quod ostendit *Cic.* in 2. Philip. iisdem pæne verbis: Nos, inquit (de *auguribus* loquitur, quia & ipse *augur* erat) nuntiationem solam habemus, Consules & reliqui magistratus etiam spectationem. Spectationem autem habere, idem est, quod servare de cælo, vel *auspicari*: nuntiare vero, vel *obnuntiare*, est, visa vel audita auspicia indicare.

Tertia differentia est, quod *augures necessario adhibebantur*: non enim magistratum comitia, neque legum haberi poterant, nisi *augures* adessent & probassent, teste *Cic.* l. 3. de Legib. & ad Attic. l. 4. epist. ult. ubi ait, *augures tres* in ferenda lege *curiata* adesse oportere: magistratus autem servare de cælo nulla res cogebat. Sed ubi comitiis impedimento esse cupiebant, tunc de cælo servabant. Hoc tamen non est prætereundum, nemini magistratum licuisse comitiis, magistratum creandorum causa institutis, de cælo servare, & ita ea comitia impedire.

Quarta differentia est, *augures* non obnuntiabant futuris tantum comitiis, verum etiam institutis, aut jam habitis, quod docet *Cicero* l. 2. de Legibus, cum inquit: Quid majus est, quam posse à summis imperiis & summis potestatibus comitia tollere, concilia, vel instituta dimittere, vel habita rescindere? quid gravius, quam rem susceptam dirimi, unus si *augur*, ALIO DIE, dixerit? quid magnificentius, quam posse decernere, ut magistratu se abdicent *Consules*? quid religiosius, quam cum populo, cum plebe agendi jus aut dare, aut non dare? Hæc *Cicero*. Magistratus autem obnuntiare solebant, priusquam comitia haberentur, quod perspicuum est ex 2. Philippica, ubi dicit *Cicero*: Quisquamne divinare potest, quid vitii in auspiciis futurum sit, nisi qui de cælo servare constituit? Quod neque licet comitiis per leges, & si quis servaverit, non habitis comitiis, sed priusquam habeantur, debet nuntiare. Idem intelligitur ex epistolis ad Atticum epist. 3. l. 4.

Quintum discrimen est: *augures* obnuntiabant, cum auspiciati essent: erant enim *auspicia* priora obnuntiatione: *magistratus* autem semper impediuntibus, observatio signorum necessaria non erat. Ita enim obnuntiabant, quasi adversa signa semper essent. Propterea liberum illis fuit, non modo post *auspicium*, sed ante etiam obnuntiare, quasi divinarent, uti aliquid in auspiciis futurum. *Cic.* Philippica 2. & pro Sestio, & Dio l. 39.

Sextum & ultimum discrimen est, *tres augures* interdum, ut in ferenda lege *curiata*, teste *Cicerone* ad Attic. l. 4. epist. ult. quandoque unus, quemadmodum in comitiis magistratum, ut idem *Cicero* lib. 2. de Legibus docet, auspicio utebantur. *Magistratus* autem vel unus, qui de cælo servaret, impedire le-

egum comitia poterat, quod probatione non eget. Hæc de discrimine inter *auspicia* magistratuuum & augurum. Revertamur ad *comitia*. Postquam *curia* convenissent, & magistratus illi, qui *comitia* instituerant, per augures auspicati essent, nec quicquam impedimento esset, quo minus ea peragerentur: tum *rogatio*, de qua *curiæ* suffragium laturæ erant, publicè recitabatur: quæ ubi recitata erat, præses comitiarum *curias* in suffragium mittebat, his verbis: *Si ita vobis videtur, Quirites, discedite in curias, & suffragium inite*: quod perspicitur ex Dionysio Halicarnasseo lib. 4. Si vero *rogatio* non videbatur futura è re populi, tribuni plebis intercedebant, utentes solempi verbo *veto*, vel *vetamus*. Quod cum fieret, non licebat *curiis* suffragium ferre, sed *comitia* vel dissolvebantur, vel in alium diem proferebantur. Nemine autem tribunorum intercedente, discedebat populus in *curias* & de rogatione consultabat. Post singulæ *curia*, una post alteram sorte *vocata*, exhibant, & suffragium ferebant. Et ea quidem, quæ prima exierat, *principium* dicebatur. Quod autem plures ex triginta *curiis* jusserant, id ratum habebatur. Atque si primo *vocata* consentirent, statim atque sedecim ex illis *suffragium* dixerant, finis fiebat *comitiis*. Quia tum certum esset, à pluribus *curiis* id jussum esse, quod sedecim *curiæ* jussissent. Sin dissentirent, eo usque vocabantur, dum sedecim *curiæ* consensissent.

Observabatur & hoc, ut *curia* primo ad ferendum suffragium *sorte vocata*, esset boni ominis. Si contrarium accideret, *comitia* in alium diem *proferebantur*. Quod intelligitur ex Livio l. 9. cum scribit, L. Papirium Dictatorem *auspicia* postero die repetiisse, quia ipso *comitia* de imperio priori die habente, prima exiisset *curiæ Stucia*, quæ mali ominis erat, duabus scilicet insignis cladibus, captæ Urbis & *Caudina pæcis*, quod utroque anno ejusdem *curiæ* fuerat *principium*, &c. Tandem quod pluribus *curiis* visum esset, id ad patres referebatur ut ab eis confirmaretur. Quem tamen morem non semper fuisse retentum, sed posterioribus temporibus mutatum, ita ut patrum sententiam *curiæ* confirmaverint, docet Dionysius l. 2. his verbis: Populus ferebat *suffragium* non univèrsus confusus, sed *per curias* vocatus: quodque pluribus visum esset *curiis*, id ad patres referebatur: nunc vero mos mutatus est. Neque enim patres de jussis populi post judicant, sed contra sententiam patrum confirmat deinde populus, &c.

Postulat hic locus ut de *suffragiis* etiam aliquid dicatur, quomodo ea lata à *curiis* sint, per tabellas, an viva voce. Quæ de re, hoc ex Antiquorum scriptis cognoscitur initio fuisse & in his, & in aliis *comitiis* semper usitata *suffragia* vocalia, usque ad *legem* illam *tabellariam* à Gabinio tribuno plebis latam, Coss. Cu. Calpurnio Pisore, M. Popilio Lanate, anno ab Urbe condita DCXIV. qua cautum erat, ut *comitiis*, quibus magistratus crearentur, populus non voce, sed tabella *suffragium* ferret. Et quo id liberius esset, ne quis insp. tab. ne rogaret ne appellaret. Ita ab omni parte liberum judicium suum in magistratibus creandis populus habebat. Secutæ hanc *legem* sunt & alix, ut *Cassia*, *Papiria* & *Cælia*, quibus cautum, ut non solum in creandis magistratibus, sed etiam in judiciis populi, in legibus jubendis & vetandis, item in judicio perduellionis tabulæ usurparentur, ut in libro de *legibus* & *judiciis* explicabitur. Atque hæc in genere de modo *comitiarum curiatorum* dicta sint. Præter quæ tamen etiam specialia quædam digna sunt consideratione.

In *comitiis* legum ferendarum præter ea, quæ dicta sunt, nihil fere fuit observatum, nisi quod eas oportuerit trinundino ante proponi, quam *comitia* haberentur.

Quod autem ad *comitia curiata* de confirmatione magistratuuum jam designatorum attinet, sciendum est, primis temporibus, *comitiarum* & *magistratuuum* confirmandorum jus penes senatum fuisse, uti paulo ante ex Dionysio ostendimus. Quod jus senatui ademptum populus deinde ad se rapuit, ac bina de magistratibus *patriciis comitia* haberi voluit: una, quibus crearentur, & illa vel *centuriata*, vel *curiata* fuerunt: altera, quibus confirmarentur, quæ etiam *centuriata* & *curiata* fuerunt. *Centuriata lex* ferebatur pro confirmatione censorum jam designatorum: *curiata* autem pro reliquorum magistratuuum *patriciorum* confirmatione. Solebat autem in prioribus *comitiis*, quæ magistratibus designandis haberentur, populus ita rogari: *Quos vultis Consules fieri?* Posterioribus, quibus de confirmatione Consulium, vel aliorum *patriciorum* magistratuuum *lex curiata* ferebatur, ita rogabatur: *Vultis, jubetisne, ut M. Cicero, C. Antonius, quos Consules populus designavit, consulatum habeant?* Confirmabantur igitur magistratus designati lege ad populum lata, non autem designabantur lege lata. Nam *rogatio illa*, qua ad populum ferebatur, ut magistratus crearent vel designarent, *lex* non dicebatur. Docet hoc de binis magistratuuum *comitiis* Cicero, cujus Oratione 2. contra Rullum hæc sunt verba: *Majores de omnibus magistratibus bis vos judicare voluerunt. Nam cum centuriata lex censoribus ferebatur, cum curiata cæteris patriciis magistratibus, tum iterum de iisdem judicabatur.* Et mox addit causam: Ut esset reprehendendi potestas, si populum beneficii sui pœniteret. Quorum sententiam hanc esse docet Carolus Sigonius lib. 3. de antiquo jure provinciarum capite 2. De omnibus magistratibus, inquit, majores bis vos judicare voluerunt. Nam cum *centuriata lex* censoribus jam designatis ferebatur, cum *curiata* item cæteris *patriciis magistratibus* pariter jam designatis ferebatur, eo tempore secundum judicium faciebat, populus ut posset reprehendere, si beneficii sui prioribus *comitiis* delati pœniteret. Primum enim *comitiis centuriatis* censes designabant, deinde eisdem *legem centuriatam* ferebant. Item *centuriatis comitiis* consules designabant, deinde eis *legem curiatam* ferebant. Non erat autem id designare

magistratum, & *legem ei centuriatam*, aut *curiatam* jam designato ferre. Prioribus igitur *comitiis* designabantur magistratus, posterioribus lege confirmabantur, &c. Hæc ille. Qui tamen mos de binis hujusmodi comitiis non semper observatus, sed mutatus posterioribus temporibus est, & in eorum locum successerunt bina *comitia prærogativa*, & jure vocatarum, uti paulo post dicitur: quod tum fuisse factum suspicari licet, cum numerus trium tribuum triginta quinque est expletus.

Alia ab hæc *lege curiata* de confirmatione *magistratuum* designatorum, est illa de imperio eorundem, quæ magistratibus, ut puta Consulibus, & aliis in provinciis, & ad bellum cum imperio militari profecturis, ferebatur, ac postremis etiam temporibus observabatur: Et sine qua magistratibus rem militare attingere non licebat, ut *Cicero* loquitur. Quamquam legamus nonnunquam senatusconsulto, vel *plebiscito* idem jus magistratibus tributum fuisse, sicuti etiam jure provinciæ iis, qui in provinciis mittebantur, rem militare attingere licebat. Quod tamen si *sine curiata lege* facerent, propriis sumptibus in provinciis ire cogebantur: si vero *legem curiatam* accepissent, tum ex ærario viaticum, id est, sumptus in mulos, vehicula, & tabernacula & cætera hujusmodi instrumenta eis suppeditabantur. Regulariter autem, magistratibus urbanis & provincialibus, si extra Urbem bellum esse gerendum, imperium militare *lege curiata* tribuebatur: in Urbe vero seditionis alicujus restinguendæ causa, quam ad rem exercitu opus erat, militare imperium magistratibus dabatur summo illo senatusconsulto: *Videant Consules, ne quid respublica detrimenti capiat*, id quod *Sallustius* docet. Et hæc quidem omnia prolixè & diligenter explicat *Carolus Sigonius* in posteriori cum *Grucchio* disputatione, & l. 3. de jure provincialium, cap. 5. & sequentibus, de quibus etiam nobis alio loco pluribus erit agendum.

Sequitur ut de *lege curiata arrogationum* dicam. In iis itaque comitiis præter superiora illa generalia etiam hæc observabantur. Non tantum latorem legis, eosque, inter quos *arrogatio* fiebat, & curias suffragium ferentes, sed pontifices etiam adesse oportebat, qui de causis & omni *jure arrogandi* cognoscerent, in quo certum quoddam erat juramentum, à *Quinto Mutio pontifice maximo* conceptum, quod hi jurare debebant, inter quos fiebat *arrogatio*. Considerabatur ætas ejus, qui arrogare volebat, an liberis postea gignendis idonea esset: bonaque ejus, qui arrogabatur, ne illa infidiose appetita essent. Rogari solebat is, qui arrogabatur, *aut horne fieret ut in alterius potestatem illo modo transiret*. Posteaquam vero utrique interrogationibus jurati respondissent, & pontifices causas arrogationis probearent, necne, publice professi essent: tum populus à magistratu rogabatur, *uti legem juberet*. Cujus formulam recitat *Agellius* l. 5. cap. 19. his verbis: *Arrogatio*, inquit, dicta est, quia genus hoc in alienam familiam transitus per populi rogationem fit. Ejus rogationis verba hæc sunt: *Velitis, jubeatis, Quirites, uti L. Valerius L. Titio tam jure, legeque filius sibi fiet, quam si ex eo patre, matreque familias ejus natus esset: utique ei vita necisque in eo potestas sit, uti patri endo filio est. Hac ita uti dixi, ita vos Quirites rogo*. Hæc tenus *Agell.*

In *comitiis curiatis* flaminis *Dialis*, hoc proprie observatum fuisse scribit *Tacitus* l. 4. *Annalium*, ut tres patricii, confarreati nati parentibus, nominarentur: ex quibus deinde unus legeretur. An vero hoc etiam in reliquorum flaminum creatione observatum fuerit, dubitari potest. Nihil enim de iis antiquiores Scriptores tradunt. Atque hæc de *comitiis curiatis* dicta sint: sequuntur *centuriata*.

## CAPUT VIII.

*De centuriatis comitiis, quid ea sint: quidque classes & centuriæ.*

**S**icut *curiata* comitia à *curiis*, ita *centuriata* à *centuriis* dicta sunt. Ad quorum rationem intelligendam referunt primum scire, quid *centuriæ* fuerint, & à quo sint institutæ: quod ubi cognitum fuerit, non difficulter etiam *centuriatorum comitorum* natura intelligi poterit. Fuit autem, ut rem aggrediar, *centuriarum auctor* & institutor *Servius Tullius*, consentientibus *Livio*, *Dionysio*, *Floro*, *Eutropio* & multis aliis, ex quibus *Dionysii* l. 4. verba adscribere libet, qui omnium diligentissime & clarissime *centuriarum* institutionem tradit. *Servius*, inquit, jussit censerì bona omnium civium cum jurejurando bonæ fidei, adscriptis ætatis annis & parentum nominibus, atque adeo liberorum etiam, atque conjugum: adhæc quam quisque regionem Urbis, quemve pagum incoleret: ei qui non censeretur, pœna propòsita, ut bonis in fiscum redactis, cæsus virgis, sub hasta veniret: diuque lex ea Romanis servata est. Peracto censu, cum ex scripto & ipsorum numerum & opes eorum cognovisset, commentus est institutum longe prudentissimum & reipublicæ saluberrimum, ut res docuit. Id fuit tale. *Unam seorsam* ex omni numero partem, *cujus maximus census erat*, nec minor centum minis, in octuaginta centurias digestam, arma habere imperavit, clypeum Argivum, lorìcam ex ære, galeamque & ocreas, tela, hastam, & gladium. Ex his bipertito divisit quadraginta centurias fecit juniorum, qui foris bella gererent: totidem seniorum, qui manerent ad Urbis custodiam. Hæc prima classis fuit. Ejus juvenus primum semper locum tenebat in acie. *Secunda classis* census erat intra decem millia drachmarum usque ad minas septuaginta quinque. Ex his conscriptæ viginti centuriæ: arma gestare jussit eadem: nisi quod loriceæ ademptæ, & scuta data pro clypeis. Hic quoque nati super quadagesimum quintum annum, à militari ætate divisi. *Centuria decem* juniorum, qui

qui ad bella emitterentur: totidem seniorum ad servanda mœnia. Huic classi secundus locus dabatur in acie. *Tertius census*, ut ad septies mille & quingentas drachmas non perveniebat, ita quinquaginta minas non excedebat. His non solum loricae ademptæ, sicut proximis, sed & ocreæ: eundem numerum centuriarum explebant, divisarum æque in denas, ætatis discrimine locum in acie tuebantur post secundam classem proximam. Ex reliquis rursus cum detraxisset, qui minus quinque millibus drachmarum in bonis possiderent, usque ad viginti minas, *quartam classem* fecit æque viginti constantem centuriis, decem ætate vigentium cum maxime, totidem maturitatem jam egressorum, quemadmodum & priores distinxerat. Arma his imperata, scuta, hastæ & gladii: locus assignatus in postrema acie. *In quintam classem rejecti* sunt, quorum facultates conferrentur inter viginti quinque minas, & duodecim cum dimidia. In hac triginta erant centuriæ, pro ætatis ratione divisæ pariter, quindecim seniorum, juvenum totidem. His imperatum, ut cum fundis & jaculis militarent extra ordines. Justæ etiam armatos sequi quatuor inermes centuriæ, duæ ad armorum & machinarum fabricam; totidem cornicinum, tubicinum, quique aliis instrumentis signa canerent. *Opifices in secundæ classe* censebantur, adscripta senioribus una ejusdem ætatis centuria: altera juniorum stipendia faciebat cum juvenibus. *Tubicines & cornicines quartæ classis* pars erant, pari ætatis discrimine. Centuriones deinde præfecti, ut quisque erat virtutis spectatissimæ, qui centurias imperatis peragendis assuefacerent. Hi ordines fuere tam *legionarium*, quam levis armaturæ peditum. Cæterum equitum delectum habuit ex opulentissimis nobilium: illorum octodecim centurias primis illis legionariorum octuaginta centuriis attribuit cum suis præfectis viris illustrissimis. Reliquos cives, quorum census minor fuit duodecim minis cum dimidia, sed numero non cedebant quinque classibus, aut superabant etiam, in unum ordinem congestos, immunes fecit à tributis simul & militia. Sex classes Romani vocant, &c. Hæ classes continebant *cxlii. centurias*. Prima *xcix.* annumeratis equitibus: secunda *xxii.* cum opificibus: tertia *xx.* quarta *xxii.* cum cornicinibus & tubicinibus: quinta *xxx.* ultima pro una censebatur egenorum centuria. Hactenus *Dionysius*. Ex quibus perspicuum est, quid centuria fuerint, & quomodo à Servio introductæ, & quod quinque tantum classes census faciendi causa sint institutæ: *sexta* nulla fere habita ratione.

Quamquam autem initio *classes & centuriæ* cum tribubus & curiis nihil habuerint commune, ut manifestum ex *Livio & Dionysio* constat: tamen procedente tempore institutum est, ut classes centuriæque quodammodo tribuum essent partes. Quod factum fuisse post expletum triginta quinque tribuum numerum, ex *Livio* colligit *Sigonius* l. 1. de antiquo jure civium Romanorum, cap. 4.

Erant igitur *centuriata comitia*, quibus populus per classum centurias divisus suffragium ferebat, ita ut *suffragia* colligerentur centuriatim, & quod plures centuriæ jussissent: id ratum haberetur, &c. Ut autem *centuriarum*, ita etiam *centuriatorum comitiarum auctor* fuit *Servius Tullius*, teste eodem *Dionysio & Livio*: quod postea, ubi de modo *centuriatorum comitiarum* dicendum erit, pluribus demonstrabitur.

## CAPUT IX.

*De causis comitiarum centuriatorum.*

**D***ionysius* libro quarto, ubi de institutione *comitiarum centuriatorum* agit, inter alia dicit, *Servium Tullium* Regem, tria comitiis illis peregisse, ut puta, magistratus creasse, leges tulisse & bellum indixisse. Hoc institutum etiam post assertam in libertatem rempublicam mansisse intelligitur, ex antiquarum rerum Scriporibus. Tunc enim eodem modo *magistratus centuriatis comitiis creati*, leges latæ, & quod superioribus illis accessit, judicia peracta sunt. Nec mutatum de his causis quicquam est, donec libera fuit respublica. Explicandæ igitur nonnihil & pluribus demonstrandæ hæ causæ sunt. Dicam de singulis, & primum quidem de *magistratibus*. Eorum quosdam centuriatim collectis suffragiis à populo creatos esse, majores scilicet & quidem ordinarios, docet ex *Messala Agellius* l. 15. cap. 14. his verbis: Majores magistratus *comitiis centuriatis* fiunt. Erant autem *magistratus majores*, ut idem eodem loco dicit, & nos etiam alibi annotamus, quorum majora erant auspicia, id est, quorum auspicia magis rata erant, quam aliorum. *Ordinarii* vero, qui singulis annis ad suum munus ordinarium in Urbe obeundum à populo creabantur. Tales erant *Consules, Prætores atque Censores*.

De *Consulibus*, quod ii *centuriatis comitiis* creati sint, est manifestum. *Livius* l. 1. ubi de primis *Consulibus* agit, sic scribit: Duo *Consules* inde *comitiis centuriatis* à Præfecto Urbis ex *Commentariis Servii Tullii* creati sunt, *L. Junius Brutus & L. Tarquinius Collatinus*, &c. Quod idem confirmat *Dionysius* l. 5. inquit, Sp. Lucretium Interregem à Bruto dictum, jussisse omnes cives Romanos cum armis in campo Martio adesse: & postquam eo ventum esset, duos viros nominasse habituros potestatem regiam, *Brutum & Collatinum*: hisque populum eum honorem ratum fecisse, *collectis centuriatim suffragiis*. De *Consulibus* igitur certa res est. Prætores vero etiam *centuriatis comitiis* creatos fuisse, testis est apud

*Agellium* l. 13. cap. 14. Messala, qui eos inter majores magistratus numerat, & Consulum collegas facit. Idem ostendit *Livius* l. 7. initio, quando de *tribunis plebis* loquitur, eos non passos esse tacitum, quod pro uno Consule plebejo, tres patricios magistratus curulibus sellis prætextatos tanquam Consules sedentes, nobilitas sibi sumpisset: prætorem quidem etiam jura reddentem & collegam, *Consulibus* atque iisdem *auspiciis* creatum, &c. Hic dicit *Livius*, prætorem, iisdem auspiciis, id est, *comitiis*, quibus Consules, creari. Creantur autem Consules centuriatis: ergo & prætores. Clariora tamen sunt quæ affert *Cicero* oratione pro lege Manilia, de se ipso loquens: Nam, inquit, cum propter dilationem *comitiorum*, ter prætor primus centuriis cunctis renuntiatus sum. Hæc ille, &c.

De *censores*, quod *centuriatis comitiis* fuerint creati, liquet ex eodem *Agellio*, quum scribit: Patriciorum auspicia in duas esse potestates divisa. *Maxima esse consulum*, prætorum, censorum, &c. Hi itaque magistratus *centuriatis comitiis* creabantur. Dictatorum, Magistrorum Equitum & *Interregum*, qui quidem etiam majores magistratus erant, sed extraordinarii, alia fuit ratio, quam alibi prolixè explicavimus.

Præter hos autem, de quibus diximus, *proconsules* etiam interdum, item Reges sacrorum *centuriatis comitiis* creari solebant. De *proconsulibus* auctor est *Livius* l. 26. de P. Cornelio Scipione *proconsule* loquens: Et Romæ, inquit, senatui populoque post receptam Capuam, non Italiam jam major, quam Hispaniæ cura erat, & exercitum augeri, & Imperatorem mitti placebat. Nec tamen quem mitterent, satis constabat: quoniam illuc, ubi duo summi Imperatores intra dies triginta cecidissent, qui in locum duorum succederet, extraordinaria cura deligendus esset. Cum alii alium nominarent, postremum eo decursum est, ut populus *proconsuli* creando in Hispaniam *comitia haberet*, diemque *comitiis* Consules edixerunt. Primo expectaverunt, ut qui se tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. Quæ ut destituta expectatio est, redintegratus luctus acceptæ cladis desideriumque Imperatorum amissorum. Mœsta itaque civitas, prope inops consilii, *comitiorum die* tamen in campum descendit, atque in magistratus versi, circumspiciunt ora principum aliorum alios intuentium: fremuntque, adeo perditas res desperatumque de republica esse, ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere: cum subito P. *Cornelius*, illius, qui in Hispania ceciderat filius, quatuor & viginti ferme annos natus, professus se petere, in superiore, unde conspici posset, loco constitit. In quem postquam omnium ora conversa sunt, clamore ac favore ominati extemplo sunt *felix faustumque imperium*. Jussi deinde inire suffragium, ad unum omnes, non modo *centuria*, sed etiam homines, P. *Scipioni* imperium esse in Hispania, jusserunt. Hactenus *Livius*. Ex quibus intelligitur eum *centuriatis comitiis* creatum esse. Verum hæc ratio extraordinaria fuit. Ideo non semper usitata. Nec scio an ullum aliud exemplum, excepto hoc, inveniri apud auctores possit. De ordinaria autem constituendarum provinciarum ratione dicemus suo loco. De Rege sacrorum fateor, nullum ullius auctoris veteris testimonium perspicuum proferri posse: *Nicolaus Grucchius* tamen id probare nititur, cujus rationes videri & perpendi possunt.

Non sunt silentio prætereundi *tribuni militares* Consulari potestate, & *decemviri* legibus scribendis. Nam & hi *comitiis centuriatis* creati fuerunt. Cum enim sint *majores magistratus*, & propterea *majora auspicia* habuerint: quis dubitabit, eos etiam *majoribus*, id est, *centuriatis comitiis* creatos fuisse? Quod autem apud *Agellium* nulla eorum inter cæteros majores magistratus mentio fiat, causa est, quod eorum magistratus non fuerit diuturnus, sed brevi tempore e republica sublatus. Constat certe ex *Livio*, *Dionysio* & aliis, eos à populo per *centurias* diviso lectos fuisse. Et hæc quidem de prima causa dicta sufficiant. Accedamus ad alteram, quam diximus fuisse legum ferendarum. Hæc vero non ita sunt intelligenda, quasi omnes leges *his comitiis* latas esse dicamus. Sunt enim *aliæ curiatis*, *aliæ centuriatis*, *aliæ tributis* perlatæ, de quibus singulis suis locis. Hoc de *centuriatis* tantum dicendum. Quæ enim *leges centuriatis comitiis* ferebantur, *centuriatæ*: sicut illæ, quæ *curiatis*, *curiata* dicebantur. Fuerunt autem illæ fere leges, quæ à magistratibus majoribus auctoritate Senatus, ac de re quapiam majoris momenti rogabantur, *centuriatis comitiis* latæ. Quas quidem proprie leges dici, testis est *Justinianus* in Institutionibus, ubi jus civile in sex species dividens, legem definit esse id, quod populus Romanus senatorio magistratu interrogante (veluti Consule) constitueret. Eas itaque *centuriatis comitiis* latas fuisse, ne multis Scriptorum testimoniis (quæ tamen in promptu sunt) recitandis sim longior, unico *Livii* lib. 8. contentus ero, qui scribit à Dictatore P. Philone legem latam, ut earum legum, quæ *comitiis centuriatis* ferrentur, ante initum suffragium, patres auctores fierent: quod argumento esse potest, eas leges, quæ ad distinctionem plebiscitorum sic appellarentur, quales erant, quæ à magistratibus majoribus ferebantur, *comitiis centuriatis* ferri solitas. Sic *leges Valerii Publicolæ* latæ de provocatione, *centuriatæ* fuerunt, ut est apud *Valerium Maximum* l. 4. cap. 1. Et *lex alia Valerii & Horatii* Coss. Cujus meminit *Livius* l. 4. c. 55. Item *lex* de revocatione Ciceronis ab exilio, teste ipso *Cicerone* in Oratione post reditum in Senatu, & lib. 8. epistolarum ad familiares, epistola 2. ad Lentulum, *centuriatæ* fuerunt. Huc referuntur etiam *decemvirales*, sive duodecim tabularum, de quibus, quod *iisdem comitiis* latæ sint, testimonium dicit *Livius* l. 3. Neque excluduntur hic leges ad populum à majoribus magistratibus latæ de bellis hosti-



bus indicendis. Eas enim his quoque comitiis latas, testis non obscurus est *Livius* de bello Macedonico, & de bello cum Perseo & alibi, ut taceam, de *Dionysio*. Singulas autem hæc leges hic enumerare, non est necesse.

Tertia *comitiorum centuriatorum causa* est iudiciorum exercendorum: non quidem omnium, sed unius tantum, videlicet, *perduellionis*. De quo licet alibi etiam dicendum sit, hic tamen pauca quædam annotabimus.

Cajus ff. de verborum significat. dicit. Quos nos *hostes* appellamus, eos Veteres *perduelles* appellabant: cum quo sentit *Terentius Varro* l. 6. de Lingua Latina. Hinc factum est, ut *reus perduellionis* diceretur, qui se quoquo modo in rempublicam hostili esse animo declarasset: quasi diceret *reum hostilitatis*. Festus affirmat *perduellem* dici eum, qui pertinaciter bellum retineat. Sed prior sententia melior esse videtur. Distingui quidam volunt inter *crimen perduellionis* & *crimen majestatis*, ita ut *crimen majestatis* sit, duces hostium pecunia liberare, aut privatum hominem domi suæ hostium duces servare incolumes: *perduellionis* vero, civem Romanum contra jus libertatis in crucem tollere, aut securi percutere, aut in latumias conjicere. Verum id discrimen non usque adeo observatur, sed utraque pro uno plerumque habentur. De quibus alibi plura erunt dicenda. Illud hoc loco demonstrandum, quod de *perduellione comitiis centuriatis* judicatum sit. Id vero docet *Valerius Maximus* l. 6. cap. 5. inquit: M. Pomilius trib. pleb. Tiberio Graccho & C. Claudio censoribus, cum ob nimis severe gestam censuram majorem partem civitatis exasperassent, diem *perduellionis* ad populum dixisse: quo in iudicio primæ classis permultæ centuriæ Claudium aperte damnarint, &c. Clarum hoc etiam est ex *Livio* lib. 6. de iudicio M. Manlii Capitolini loquente. Et *Cicero* pro Sestio & alibi docet, *legibus duodecim tabularum* sancitum esse, ne de capite civis nisi *comitiis centuriatis* rogaretur. Hinc *Sigonius* l. 3. de iudiciis Rom. cap. 5. affirmat post instituta *tributa comitia* de multa tributis: de capite vero civis *centuriatis comitiis* actum esse. Et hæc de causis horum *comitiorum*. Sequitur de personis.

## CAPUT X.

*De personis, quarum interventu comitia centuriata peracta sunt.*

**T**riplices hic *persona* considerandæ sunt, aliæ videlicet, quæ jus habuerunt *comitia centuriata* convocandi, aliæ quæ *suffragium* in iis tulerunt: aliæ quas præter priores his *comitiis* adesse oportuit. Jus igitur horum *comitiorum* habendorum fuit penes *magistratus* majores tantum, & quidem penes Consules, Prætores, Censores, Dictatores, Interreges, Tribunos militum Consulari potestate, & Decemviros legibus scribendis.

Magistratum creandorum *comitia* habuerunt soli *Consules*, *Dictatores*, Interreges, Tribuni militum Conf. potestate & Decemviri legibus scribendis. Legum autem Consules, Dictatores, Prætores & Censores. Iudiciorum item Consules, Dictatores & Prætores. Id vero probandum est.

Quod *Consules* habuerint *jus comitiorum centuriatorum*, creandorum magistratum, nulla fere probatione eget: probabimus tamen, idque ordine. Habuerunt primum *comitia Consulium* creandorum. Quotiescunque enim *novi Consules* in sequentem annum creandi essent, tum illi, qui præsentis anni *Consulatum* gerebant, *comitia* de Consulibus in sequentem annum legendis habebant. Testatur id, ut de reliquis taceam, *Livius* sexcentis locis. Quod si tempus *comitiorum centuriatorum* inflaret, & Consules, vel bellis impediti Romam redire non possent, vel abdicassent, vel aliud quid impedimenti ipsis objectum esset, ex senatusconsulto *Dictatorem comitiorum causa* creabant: is postea *comitia* habebat. Quod testatur præter alios *Livius* multis locis, & hinc toties in Fastis Consularibus *Sigonii* & *Onuphrii* legitur, *Dictatorem comitiorum* habendorum dictum esse. Ubi vero vel contentione *ordinum* aut *magistratum*, vel *candidatorum* ambitu, vel alia ratione, perfici ante anni exitum *comitia* novis magistratibus creandis non potuissent, tum *patricios* convenire oportebat ad prodendum ex suo numero *Interregem*, qui dies quinque imperaret, à quo alius deinde creabatur, eodemque modo alii atque alii singulis quinque diebus creabantur, donec unus ex eis *comitia* Consulibus creandis haberet. Confirmat hoc etiam *Livius* l. 10. Eo anno (nec traditur causa) *Interregnum* initum. *Interreges* fuere *Claudius*, dein *P. Sulpitius*, is *comitia* Consularia habuit, &c. alibi sæpe.

*Comitia pratoribus creandis* & item censoribus soli *Consules* habuerant. Neque enim prætores ac censes à prætoribus & censoribus, sed tantum à *Consulibus* creari potuerunt. De prætoribus præter *Livium*, qui ostendit sæpenumero in sua historia, Consules *pratoria comitia* (ita enim dicebantur, quæ prætorum creandorum causa habebantur, sicut etiam *Consularia*, quæ de consulibus, & *censoria*, quæ de censoribus, item *tribunitia*, *adilitia*, *quæstoria*, quæ de tribunis militaribus, vel plebejis, ædilibus plebis & quæstoribus) *pratoria*, inquam, *comitia* habuisse, testis locuples est *Cicero* l. 9. epistolarum ad Atticum, epistola 11. ad quem sic scribit: Nos autem in libris habemus, non modo Consules à prætoribus, sed ne *pratores* quidem creari jus esse. Idque factum esse nunquam. *Consules*, eo non esse jus, quod majus imperium à minore rogari non sit jus. *Pratores* autem cum ita rogentur, ut collegæ *Consu-*

lum sint, quorum est majus imperium, &c. Idem etiam confirmant *M. Messala*, &c. *Tuditani* apud *Agellium* l. 13. cap. 15. quorum verba sunt hæc: Prætor (inquit *Messala*) etſi collega Consulſis eſt, neque prætorem neque conſulem jure poteſt: ut quidem nos à ſuperioribus accepimus, & ante hæc tempora ſervatum eſt, & ut in commentario 13. C. *Tuditani* patet: quia imperium minus prætor, majus habet *Conſul*: & à minore imperio majus, aut majoris collega (ſic enim legendum eſt: cum in vulgatis ſit, aut à majore collega) rogari jure non poteſt.

De cenſoribus porro, quod eorum etiam *comitia* Conſules habuerint, perſpicuum eſt ex *Livio*, lib. 24. qui ſic ſcribit: Decretumque omnium primum, ut Conſules fortirentur, compararentve inter ſe, uter cenſoribus creandis *comitia* haberet. Et paulo poſt: *Q. Fabius* Conſul *comitia* cenſoribus creandis habuit. Item *Livius* l. 27. Per eos dies & cenſoribus creandis *Q. Fulvius* Coſ. *comitia* habuit, &c. Non diſſentit à *Livio* *Cicero* l. 4. ad *Atticum*, epiſtola 2. in cujus epiſtola hæc ſunt: Ego, inquit, me à *Pompejo* legari ita paſſus ſum, ut nulla re impediret, quin, ſi vellem, mihi eſſet integrum, aut ſi *comitia cenſorum* proximi Conſules haberent, petere poſſem. Perſpicuum ex his eſt, cenſorum etiam *comitia* à Conſulibus habita.

De *tribunis* militaribus *Conſulari poteſtate*, & decemviris legibus ſcribendis nunc dicendum, qui & ipſi *comitia magiſtratuum* creandorum habuerunt. Ac de *tribunis* militaribus teſtis eſt *Livius* multis locis, præcipue vero lib. 4. *Tribuni*, inquit, militum mentione nulla *comitiorum Conſularium* habita (credo ob iram *Dictatoris* creati) *tribunorum* militum *comitia* edixerunt.

Idem etiam *Conſularia comitia* habuerunt, ut ex eodem *Livii* libro, & ex 5. ejuſdem, item ex *Faſtis Sigon.* apparet.

*Tribunorum* vero militum *comitia* non ab ipſis tantum *tribunis*, ſed sæpe à *Conſulibus*, nonnunquam etiam ab *Interregibus* habita ſunt, ut ex *Livio* liquet.

*Decemvirorum* prima *comitia* Conſules habuerunt: altera vero decemviri, teſtibus *Livio*, *Dionyſi* & aliis.

Sed hic quæritur, cum duo *Conſules*, plures *Interreges*, tres, interdum plures *tribuni militares*, decem *decemviri* eſſent, quiſnam eorum *comitia magiſtratuum* creandorum habuerit? Reſpondebo de ſingulis. Primum quod ad *Conſules* artinet, illi inter ſe comparabant, vel fortiebantur, cui ſorte id munus offerebatur, is *comitia* peragebat. Docet hoc *Livius* libro 35. his verbis: Conſulibus ambobus *Italia* provincia decreta eſt, ita ut inter ſe compararent, fortirenturve, uter *comitiis* ejus anni præſſet. Item: Eodem fere tempore duorum Conſulum literæ allatæ ſunt, *L. Corneli* de prælio ad *Mutinam* cum, *Bojis* factò, & *Q. Minutii* à *Piſis*, *comitia* ſuæ ſortis eſſe. Cæterum adeo ſuſpenſa omnia, &c. Quod ſi is, cui fors tulerat, ut *comitia* haberet, ad eſſe non poterat, tum id alteri demandabatur: ſi tamen vellet. Teſtis eſt eodem loco *Livius*. Sic enim de *Q. Minutio* ſcribit, eum ad *Senatum* literas dediſſe, *comitia* ſuæ ſortis eſſe, cæterum adeo ſuſpenſa omnia, &c. Et paulo poſt: Si ita videretur patribus, mitterent ad collegam, ut is ad *comitia* *Romam* rediret. Si id facere gravaretur, quod non ſuæ ſortis id negotium eſſet, ſe facturum, quod *Senatus* cenſuiſſet. Item *Liv.* lib. 39. Jam *Conſularium* *comitiorum* appetebat tempus: Quibus, quia *M. Æmilius* cujus ſortis ea cura erat, occurrere non poterat, *C. Flaminius* *Romam* venit, &c. Plura teſtimonia, præſertim in re tam manifeſta, adducere nolo.

De *Interregibus* reſpondeo cum *Aſconio* *Padiano*, qui in *Oratione* pro *Milone* ſcribit, non fuiſſe moris, ut ab eo, qui primus *Interrex* proditus erat, *comitia* haberentur. Veriſſimum ſane hoc eſt. Nuſquam enim apud *Livium* legitur à primo *Interrege* *comitia* habita: ſed interdum à ſecundo, ut libro nono. Item decimo: *Interreges* fuere *Ap. Claudius*, dein *P. Sulpitius*, is *comitia conſularia* habuit. Interdum à tertio, ut lib. 5. duobus locis. Interdum à pluribus, ut ad undecimum etiam *Interregem* aliquando perventum ſit, *Liv.* lib. 7. De *tribunis* militaribus, idem quod de *Conſulibus* diximus, ſuſpicio, licet expreſſum veteris alicujus *Scriptoris* teſtimonium non habeam.

De *Decemviris* nihil attinet dicere, cum una tantum aliorum decemvirorum creandorum *comitia* ipſi habuerint. *Livius* libro 3. quidem affirmat, reliquos novem *decemviro* *Ap. Claudio*, quod is minimus natu inter eos eſſet, munus habendorum *comitiorum* communi conſenſu injunxiſſe. Et hæc quidem de *magiſtratuum comitiis*. Pergamus ad reliqua.

*Legum comitia* dixi habuiſſe *Conſules*, *Dictatores*, *Decemviro*s, *Prætores*. De *Conſulibus* res manifeſta eſt: omnes enim *leges Conſulares*, quæ paſſim reperiuntur apud *Auctores*, ſatis oſtendunt, legibus ferendis *Conſules comitia centuriata* habuiſſe. Neque de *Dictatoribus* ulla eſt dubitatio. Confirmant id *lex Hortenſia*, *Æmilia* & *Cornelia*, quæ omnes & *Dictatoribus* latæ, aliis tamen, quam *centuriatis comitiis*, ſerri non potuerunt. De *decemviris* teſtimonium dicunt duodecim *Tabularum* *leges* ab iis *centuriatis comitiis* latæ, ut eſt apud *Livium* & *Dionyſ.* *Prætores* quoque *comitia centuriata legum* habuiſſe teſtatur *Livius* libro 45. cum ſcribit, prætorem *M. Juventium* *legem* tuliſſe de bello *Rhodiis* indidendo. Confirmat id ipſum & hoc, quod ſi in *Urbe* *Conſules* non eſſent, prætorum, ac præſertim urbani, ſummum imperium erat. Ex quo ſequitur, ſi *legum comitia* habenda eſſent, prætorum id fuiſſe munus.

De *judiciis* etiam dicendum. Illorum igitur *comitia* habuerunt *Conſules*, quod patet ex *judicio* *Coriolani* apud *Livium* libro 2. Ea enim *Conſules* habuiſſe *comitia*, ibi diſerte dicitur. Habuerunt.

eadem etiam Dictatores: quod probatur ex judicio *Sp. Melii*, quod exercuit *L. Quintilius Dictator*, qui ad id exercendum potissimum dictus erat. *Livius* lib. 4.

De prætoribus, quod *comitia* judiciorum habuerint, dubitari nullo modo potest. Scribit enim *Livius* lib. 43. Tribunos plebis à prætoribus diem *comitiis centuriatis* petiisse, ad exercendum iudicium. Verba ejus sunt hæc: Tribuni plebis *Sempronius* & *Rutilius*, postquam se perduellionem judicare pronuntiaverunt, diem *comitiis* à prætore urbano petierunt. De *censores* nusquam extat, quod vel *magistratum*, vel legum, vel judiciorum *comitia* habuerint. Quod autem *leges censoria* apud Scriptores reperiuntur, id non de legibus *comitiis centuriatis* latis, sed de eorum subscriptionibus, ut *Cicero* pro *Cluentio*, Actione 7. in Verrem, aut locationibus à *censores* factis, ut idem alicubi appellat, intelligendum est. Habuerunt tamen jus populi vocandi in campum Martium lustri condendi causa, teste *Livio*: de quo alias.

Hactenus igitur de *iis personis*, quæ jus convocandi populum ad *comitia centuriata* habuerunt, egimus: postulat locus, ut de *iis etiam*: qui *suffragium tulerunt*, dicamus. Tulerunt autem *suffragium* cives, qui in *centuriis* descripti erant, quique jus *suffragii* habebant, non tantum qui in urbe Roma, sed etiam, qui extra Urbem in Italia habitabant, civitate tamen cum *jure suffragii* donati erant. Non enim omnes Itali pari jure civitatem adipiscebantur: sed alii cum *jure suffragii*, alii *sine jure suffragii*, quod pluribus declarabitur libro de *militia*: Qui igitur civitate cum *jure suffragii* donati erant, etiamsi in Urbe non habitabant, *jus suffragii* habebant.

Neque tamen omnes etiam cives, qui in Urbe habitabant, *jus suffragii* comitiis centuriatis habebant. Qui enim à *censores* ignominia causa notabantur, si plebeji essent, in certum tabulas referebantur, id est, adimebatur *iis* jus *suffragii*, & referebantur in tabulas eorum civium, qui eo jure carerent: fiebant etiam *ararii*, id est, non erant amplius in albo centuriarum suarum: scilicet ad hoc, ut cives essent; sed tantummodo, ut pro capite suo tributi nomine æra penderent.

Quod vero etiam *ii* cives, qui domicilium in Urbe non habebant, si civitatis plenum jus cum *jure suffragii* adepti essent, *centuriatis comitiis* suffragium tulerint, testis est inter alios *Cicero* pro domo, & post reditum ad Quirites, quando de *comitiis centuriatis* revocationis suæ ab exilio causa habitis agens, sic scribit: Nullum in eorum reditu motus municipiorum & coloniarum factus: at me in patriam ter suis decretis Italia cuncta revocavit. Et alibi pro *Sestio*: Nullum erat Italiae municipium, nulla colonia, nulla præfectura, nulla Romæ societas, nullum collegium, aut concilium, aut omnino aliquod commune consilium, quod tum non honorificentissime de mea salute decrevisset, &c. Quibus ex locis intelligitur, municipes, etiam colonos, & eos, qui in præfecturis habitabant, si modo id jus haberent, *suffragium* his *comitiis* tulisse. Aliquos autem municipes, colonos & præfecturas aliquas id jus non habuisse, ostenditur in lib. de *militia Rom.* ubi de eorum omnium origine & jure disserendum erit. Et hæc quidem personæ habuerunt *jus suffragii*. Præter eas autem, de quibus diximus, etiam quasdam alias personas his *comitiis* interesse oportuit, quarum tantum nomina hic recitabo. Causæ enim, propter quas adfuerint, & quid eorum officium, alibi explicabitur. Fuerunt autem illi, in *comitiis* quidem magistratum, candidati: in genere autem in omnibus, *divitiores, rogatores, custodes & præcones*, quod in sequentibus probandum erit. Itaque hic hujus capituli finis esto.

## CAPUT XI.

## De loco centuriatorum comitorum, &amp; quid campus Martius.

**C**enturiata *comitia* in loco inaugurato haberi oportebat, non tamen intra pomerium, sed extra, quod docet *Agellius* lib. 15. cap. 27. cum inquit: *Centuriata comitia* nisi imperato exercitu haberi non poterant, idque præsidii causa, quoniam populus esset in suffragiis ferendis occupatus. Exercitum autem extra Urbem imperari oportebat, intra Urbem imperari jus non erat: quod confirmat etiam apud *Livium* lib. 39. *Sp. Posthumius Consul* his verbis: Majores vestri, ne vos quidem, nisi cum aut vexillo in arce posito *comitorum causa* exercitus edictus esset, aut plebi concilium tribuni edixissent, aut aliquis ex magistratibus ad concionem vocasset, forte temere coire voluerunt. Manifestum hinc est, non intra, sed extra Urbem & quidem edicto exercitu, *comitia centuriata* haberi potuisse. Locus autem centuriatis *comitiis* destinatus erat *campus Martius*, quem *Cicero* dicit *Consularibus auspiciis* consecratum: quia imperii *Consularis* auspiciis omnia fere peragebantur, quæ publice in eo campo fieri solebant. Pauca itaque de eo hic sunt adjicienda.

Fuit *campus Martius* qui alibi etiam *Tiberinus* dicitur, locus extra urbem Romam prope portam Flumentanam: *Martius* dictus, eo quod *Marti sacer* vel dicatus esset. Scribit *Agellius* lib. 6. cap. 7. eum à *Caja Tarratia*, virgine Vestali populo Romano donatum, propter quem amplissimos honores populus ipsi habuerit. Sunt tamen qui eum ab *Acca Laurentia*, scorto nobili, non à *Caja Tarratia*, testamento populo Romano condonatum, affirmant. Eum fortasse *Romulus Marti* sacrum fecit. Non enim traditur. *Servii* enim *Tullii*, Regis vi. tempore, jam tum *Marti sacer* fuit, in eoque primum lustrum conditum.

& comitia centuriata habita, testante *Dionysio* lib. 4. Postea à *Tarquinio Superbo*, VII. & ultimo Romanorum Rege in proprios usus conversus, post ejectos Reges, a *Bruto* & collega rursus ad pristinam conditionem redactus est. Quæ de re libet adscribere verba *Dionysii*, lib. 5. quæ sunt: *Junius Brutus* & *P. Valerius* bona tyrannorum populo diripienda dederunt, agrum, quem illi privatim possederant, inopibus ex plebe dividerunt, uno tantum campo excepto, qui situs est Urbem inter & fluvium. Is jam ante *Marti sacer* erat, pratum equis & juventuti in armis exercendæ accommodatum. Id *Tarquinius* contempta religione suis opplevert segetibus, sicut satis apparet ex decreto Consulium de ejus frugibus. Cum enim omnia tyrannorum bona agenda ferendaque permisissent populo, quicquid frumenti erat in ejus campi areis, vel in stipula, vel tritum jam, non permiserunt avchi, religione vetante, jusseruntque totum effundi in Tiberim. Et nunc quoque ejus facti manet monumentum, bene magna insula, sacra *Æsculapio*, cincta flumine, concreta (ut fertur) e frumenti acervis putrescentibus & paulatim aliis, quæ temere fert flumen, eodem invecis, facta auctior. Hæc *Dionysius*. Paulo ante dicit, moris fuisse in campo *Martio*, Reges & magistratus creari. *Bartholomæus Marlianus* Epitoma antiquæ Romæ Topographiæ lib. 6. cap. 12. ubi de campo *Martio* verba facit: inter alia refert, in hoc campo, præter nativam loci pratorumque amœnitatem, ornamenta etiam & status illustrium virorum erectas, & ex *Capitolo*, cum ille locus nimis angustus esse cœpisset, propter ornamentorum, quæ quotidie inferrentur, multitudinem, plurima in campum *Martium* translata esse. *Strabo* lib. 5. etiam eleganter campum *Martium* his verbis describit: Maximam, inquit, horum (scilicet deorum) partem campus *Martius* habet, præter nativam locorum amœnitatem, artis & solertiæ exornationes admittens. Campi enim admirabilis magnitudo & curules pariter cursus, & alia equestria certamina expedita suppeditat: nec minus, tam multis pilam, trochum, palæstram exercitatione tractantibus, aliaque incumbentiæ simul opera. Quid perennes solo herbas coronatosque usque ad fluminis alveum colles? Scenicarum ostentatio picturarum ejus generis spectacula præstat, ut difficile & invitum abscedas. Hæc ille. Varia itaque ludicra in hoc campo exercebantur, quod præter *Strabonem* & *Horatium* docet. Tumultu exorto delectus in eo habebatur, clari viri mortui cremabantur, & hic campus sere schola erat militia Romana, ubi juventus Romana ad palum omni genere armorum & quidem veris duplo graviorum, exerceret, caput petendo, lateribus insidiando, poplite succidendo, insiliendo, resiliendo, punctum potius, quam cæsum feriendo & interim tamen assidue sese protegendo, item jaculando. Pars ibi tironum pilis, lapidibus, sagittis, manu, funda, arcu jaculandis exercebatur. Tum vero saltu fossæ latitudinem, aut valli altitudinem superare: præcipue autem cursu locum occupare, fugientem assequi consuecebat. Erant etiam equi lignei in campo, ut insilire, desilire, dextra, læva, inermis, armatus, districto etiam gladio futurus eques addisceret, veros etiam equos domaret & futuris præliis adsuferet, &c. Neque prætereundum est, quod *Pomponius Lætus* in suis antiquitatibus Rom. annotat, fuisse in campo *Martio* insigne horologium, quod habuerit septem gradus, circum & lineas distinctas metallo inaurato: solum etiam campi, eo loco: ubi horologium istud fuerit, lapide amplo quadrato stratum fuisse & habuisse lineas easdem, & in angulis quatuor ventos, cum inscriptione, ut boreas spirat, ex opere *Milino*. Meminit ejus etiam *Plin.* lib. 36. cap. 10. & addit, ab *Augusto* Imperatore illud horologium conditum fuisse. In hoc igitur campo centuriata comitia regulariter & semper habita fuerunt. Nisi quod illa, quibus de *Manlio Capitolino* judicatum est, comitia ex campo *Martio* in lucum *Petilinum* translata sunt, eam ob causam, ut à conspectu *Capitolii*, oculi populi averterentur, quo liberius de conservatore ejus judicare posset, ut scribit *Livius* lib. 6. Sequitur de tempore.

## CAPUT XII.

## De tempore comitorum centuriatorum.

Nulla comitia nisi diebus comitialibus haberi poterant. Ergo nec centuriata. Qui autem comitiales dies fuerint, non opus esse arbitror hic pluribus explicari, cum in priori harum Antiquitatum commentario, ubi omnium dierum ratio & discrimina à Romanis observata, diligenter inquisita & tradita sunt, de comitialibus etiam non pauca sint annotata: nec patitur horum librorum ratio, ut eadem sæpius repetantur. Hoc tamen hic monendum videtur, cum in singulis mensibus quidam comitiales dies fuerint: quo anni tempore magistratum comitia haberi consueverint. De judiciorum enim & legum comitiis nihil certi dici potest.

Non semper idem tempus observatum fuit magistratibus creandis. *Livius* libro 3. scribit, *L. Ebutium* & *P. Servilium* Kalend. Sextil. ut tunc principium anni actum fuit, Consulatum inivisse. Eo igitur tempore mense Junio, vel Quintili, comitia eorum habita fuerunt, certi quidem nihil traditur. Paulo post, cum de decemviris loquitur, ita scribit: Idus tum Majæ solemnes erant ineundis magistratibus. Mense igitur Martio, vel Aprili, tum eorum comitia habita fuisse, suspicari licet. Tempore autem belli Punici secundi, Consules Idibus Martiis Consulatum inibant, ut passim in historia *T. Livii* legitur. Idque ita observatum fuit usque ad annum Urbis DCI. Illo igitur tempore comitia haberi solebant, *Januario* &

Februario mense, dimissis scilicet in hiberna exercitibus. Anno autem Urbis DCI. Q. Fulvius Nobilior & T. Annius Luscus Consules, primi Kalend. Januarii magistratum inierunt, post quod tempus idem deinde à sequentibus Consulibus factum est. At eo tempore ordinaria magistratum creatio fuit, ad finem mensis Julii & principium Augusti, ut ex Ciceronis oratione secunda in Verrem, epistolis ad Atticum, & epistola Cælii ad Ciceronem, constat. Quod si ultra ducerentur comitia, id eveniebat propter intercessiones, aut obnuntiationes, per quas differrentur.

Porro autem Consularia comitia antè prætoria haberi solebant; interdum quidem eodem die, ut ex Livii lib. 10. constat, interdum postero die, nonnunquam tertio, aut alio quodam post die, uti ex eodem Livio intelligi potest.

Censoribus creandis comitia initio paulo post initum à Consulibus magistratum, priusquam in provincias proficiscerentur, ætate Ciceronis ad finem mensis Junii, ut constat ex epistolis ad Appium, collatis cum iis, quæ ad Atticum lib. 6. scripta sunt, ex quibus colligi potest, Appium censorem factum, eo quo dixi tempore, idque quinto quoque anno fiebat, ut ex historia cognoscitur. Hoc tamen differebant censorum comitia à Consularibus & prætoribus, quod censores statim designati magistratum inibant. Unde legimus apud Livium lib. 40. Censores designatos statim in Capitolium deductos, ad capiendæ magistratus insignia jurandumque in leges. Consules vero prætoresque, nisi interregno aut in locum demortui creati essent, non statim designati inibant magistratum, sed ab eo tempore, quo designati erant ad illud, quo magistratum inibant, quod posterioribus temporibus fere quinque mensium spatium erat, privati manebant, Quæritis, quid per id tempus actum sit? respondeo: inquirebatur per competitorum aut alios de ambitu in designatos, de quo alibi dicendum erit. His ita explicatis, modum comitiarum trademus.

## CAPUT XIII.

## De modo centuriatorum comitiarum &amp; primum quidem de iis, quæ ante comitia fieri solebant.

Quod ad modum horum comitiarum attinet, tria nobis consideranda veniunt: primum, quid, ut iusta haberentur centuriata comitia, fieri ante ipsa soleret: deinde quis modus in ipsis comitiis servaretur: postremo quid post dicta suffragia fieri oporteret. Hoc capite de iis, quæ ante comitia observari solebant, dicemus, de reliquis in seq. cap. acturi.

Primum omnium ex auctoritate Senatus hæc comitia fieri oportebat. Hoc enim discrimen inter centuriata, curiata, ac tributa comitia præter alia fuisse Dionys. lib. 9. scribit, quod tributis non opus esset Senatus auctoritate, in reliquis vel maxime necesse esset, eam accedere. Ac primis quidem temporibus, post habita comitia patres auctores fiebant, hoc est, ea, quæ populus suis suffragiis iussisset, confirmabant. Postea vero id jus Senatui ademptum est, & institutum, ut ante, quam comitia haberentur, in incertum comitiarum eventum, patres auctores fierent. Testatur hoc Livius lib. 8. pluribus locis, & Cicero pro Plancio. Testatur etiam lex P. Philonis Dictatoris, qua cavebatur, ut legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium, patres auctores fierent. Et Appianus lib. 1. bellorum civilium scribit, à L. Cornelio Sylla legem latam, ut nihil referretur ad populum, quod ante à Senatu decretum confirmatumque non esset, atque addit, veteri id lege cautum fuisse. Requirebatur itaque in comitiis centuriatis primum, ut patres auctores fierent, hoc est, ut juberent aliquem comitia illa edicere. Juebant autem id plerumque senatusconsulto, quemadmodum ex Livio constat. Quod si patres auctores non fierent, hoc est, non probarent causas comitiarum, tum intermitterentur, vel differebantur, donec Senatus auctoritas accederet.

Postquam patres auctores facti essent, hoc est, postquam probassent comitia vel magistratum creatorum, vel legum ferendarum, vel judiciorum exercendorum haberi, tum edictum præmitti necesse erat, ut, ad quam diem convenire populus deberet, multo ante intelligeret. Unde fit, ut in omnibus historiis tam sæpe reperiantur Consules comitia edixisse. Id vero edictum in tabella scriptum publice proponi solebat, quod ex Agellii lib. 13. cap. 14. apparet, qui sic scribit: In edicto illo Consulum, qui edicunt, quis dies comitiis centuriatis futurus sit, scribitur ex veteri forma perpetua: Ne quis magistratus minor de cælo servasse velit. Ex quibus verbis apparet, in eo edicto plura capita fuisse scripta, atque illud proponendum publice fuisse, ut populo notum esset. Quoniam autem comitiis etiam adesse ex agris homines oportebat, qui in Urbem fere, nisi nundinis, hoc est, nono quoque die, non veniebant, propterea edictum illud per plures dies publice extare necesse erat, ut populo universo notum esset. Solebatque plerumque in comitiis centuriatis trinundinum interjici, inter edictum illud, & diem comitiarum, non tantum in legum & judiciorum, sed magistratum quoque comitiis, si nihil accidisset, quod impedimento esset, ne legitimo tempore comitia haberentur: quemadmodum fiebat, si per Interreges comitia haberentur, aut necessitas aliqua posceret, comitia maturari. Quando enim Interreges comitia habituri erant, tum certe tantum tempus inter edictum & diem comitiarum interjici non po-

poterat. Erat enim *Interregis imperium quinque tantum dierum*, poterat autem secundus *Interrex comitia* habere, ut paulo ante ostendimus. Sic etiam superioribus temporibus, quibus Consules bel-  
lis urgentibus in Urbe esse non poterant, sæpe accidebat, ut in exitu annus prope esset, necdum ta-  
men subrogati essent magistratus. Eo igitur tempore interdum reperimus propter necessitatem sub-  
rogandorum *magistratum*, paucis post edictum diebus, habita fuisse *comitia*. Unde *T. Livius* lib.  
24. scribit *Q. Fabium*, in eum, quem primum comitiale diem habuerit, *comitia* edixisse. Quibus  
verbis satis ostendit, post edictum non fuisse interjectum trinundinum. Neque enim tot dies conti-  
nui, quot sunt in trinundino, esse poterant, quin aliqui ex iis essent *comitiales*. At temporibus æta-  
ti *Ciceronis* proximis Consules totum fere annum sui Consulatus agebant in Urbe, nec ad exercitus,  
aut in provincias, nisi ad finem anni proficiscebantur. Unde fiebat, ut legitimo tempore *comitia*  
*magistratum* edicerentur: & nisi ad diem edicto præstitutum haberentur, id eo accidebat, quod dies  
dissunderetur vel auspiciis, vel magistratum intercessionibus.

Quod si vero *Consules* abessent, tum edictum illud *comitiorum* ex itinere præmittebant, ut trinun-  
dino ante proponeretur, vel *pratori* scribebant, ut is eorum nomine *comitia* indiceret, teste *Livio*  
lib. 22. Atque hæc quidem in genere, de omnibus *comitiis centuriatis* legitimis & regularibus intel-  
ligenda sunt. Præter ea autem, *comitia legum* & iudiciorum peculiaria etiam quædam habebant, quæ  
etiam considerata sunt.

Ante *comitia legum* hic modus servandus erat, ut primum *legislator* concionem haberet, in qua po-  
pulo necessitatem & utilitatem legis proponendæ ostenderet, deinde etiam recitaret, ac publice pro-  
poneret, ut populo potestas fieret, eam cognoscendi otiose: & ut inde liceret librariis describere,  
si qui vellent legem apud se habere. Cognosci hoc ex *Dionysii* lib. 10. potest, qui sic scribit: Tribuni  
plebis advocata concione pollicebantur plebi se legem laturos de iis rebus, quas postulabat. Quam  
orationem postquam plebs collaudavit, sublata omni mora, legem, quam paratam habebant, recita-  
runt. Ac proposita ea lege, datum est *trinundino spatium*, quo fieret potestas legis improbandæ omni-  
bus, qui vellent, &c. Hæc ille. Quæ etiam de *legibus decemviralibus* scribit *Livius* libro 3. Post hanc  
legis propositionem, trinundino promulganda erat, id est, tribus nundinarum diebus advocata con-  
cione recitanda, & de singulis capitibus populus docendus: rogandus etiam ut legem accipere vellet,  
utque prodita die, qua *comitia* haberentur legis ferendæ, ad illam diem frequens adesset: inter quos,  
qui primus populo ut legem acciperet, suadebat (solebant enim sibi latores virum aliquem præcipuum,  
auctoritate præditum conciliare & adungere, qui legem populo suaderet) is *auctor legis* appellari so-  
lebat. Post hunc auctorem alii etiam nonnunquam privati data a magistratibus concione, eam suade-  
bant. Dabatur etiam potestas dissuadendi legem quicumque vellet. Et ex *Ciceronis* oratione post re-  
ditum in Senatu colligitur, rogatores legum prima nundinarum die, post recitatum & explicatam legem,  
populo gratias egisse, quod advenisset, & simul rogasse, ut pari studio conveniret reliquis die-  
bus, cum lex eadem rursus ad populum referenda esset: solitum etiam fuisse populum significationem  
dare *acclamationibus*, legem sibi acceptam esse, aut non esse, antequam dies suffragii veniret.

Quemadmodum autem in legum, sic etiam in *iudiciorum comitiis* observabatur, ut trinundino ac-  
cusatio promulgaretur. Docet hoc *Cicero* in oratione pro *domo sua* inquit: Moderata populi judi-  
cia sunt à majoribus constituta: primum, ut ne pœna capitis cum pecunia conjungatur: deinde, ne  
nisi prædicta die quis accusetur: ut ter ante magistratus accuset, intermissa die, quam multam irro-  
get, aut iudicet: quarta sit accusatio trinundinum prodita die, qua iudicium futurum sit. Hæc ille.  
Tribus autem nundinarum diebus ante *comitia* accusatio repetebatur ad populum. Atque hæc quidem  
*ante diem comitiorum* observabatur.

## CAPUT XIV.

## De iis quæ in ipsis comitiis &amp; postea observari solebant.

**D**iximus præcedenti capite, quid ut iusta essent, *ante comitiorum* diem fieri oportuerit: conside-  
rabimus nunc, quæ *ipso comitiorum* die, adeoque ipsis comitiis observari solerent. Primum,  
nulla *comitia centuriata* jure fieri poterant, nisi *captatis* ante *auspiciis*. Pertinebant autem ad hæc  
*comitia* duo auspiciorum genera, *observatio de cælo*, & *avium inspectio*. Ei igitur, qui *comitia* habitu-  
rus erat, parendum erat obnuntiationi. Si enim quis obnuntiare, se de cælo servasse, rum *comitia*  
peragi non poterant. Non autem omnes magistratus, majores scilicet & minores, majoribus obnun-  
tiare poterant, sed majores tantum, iique, qui erant Consulium collegæ, *Consules* & *Prætores*. Ideo-  
que in omnibus *centuriatorum comitiorum* edictis, inter alia hoc caput erat: Ne quis minor magistra-  
tus de cælo servasse vellet, quod paulo ante ex *Agellii* lib. 13. cap. 14. recitavimus.

Deinde etiam is, qui *comitia* habiturus erat, priusquam in campum veniret, in arce, aut alio quodam,  
sed intra pomerium, loco auspicabatur, adhibito augure, qui sibi in auspicio esset: qui si adversa auspiciis  
nuntiaisset, *comitia* eo die peragi non poterant. Posterioribus tamen temporibus, ut ex *Dionysii* lib. 2.  
&

& *Ciceronis* lib. 2. de *Legibus*, & lib. 2. de *Divinatione* cognosci potest, neglecta augurali disciplina, magistratus, qui *comitia* habiturus erat, augurum non tam consulere Deos jubeat, quam bona esse auspicia pronuntiare. Itaque ex voce auguris verius, quam ex ullo signo ex avibus, aut ex cœlo sumpto, auspicabantur.

Sed & *candidate* ante *comitia* auspicatos fuisse docet *Dionysius Halicarnassensis* lib. 2. his verbis: Qui magistratus accepturi sunt, prima luce, loco aperto expositi Diis supplicant, tum ex *auguribus* publicis, qui adsunt, nonnulli nuntiant illis fulgur sinistrum, quod omnino non factum sit. Illi *augurium* ex voce accipientes abeunt, *magistratum* accepturi: alii quidem satis esse existimantes, nulla sibi adversa auspicia fuisse, alii vero etiam repugnantibus Diis. Hactenus ille. Præter *auspicia* erant etiam sacra quædam legitima, quæ à magistratu ante *comitia* fieri oporteret, quemadmodum idem *Dionysius* lib. 7. & 10. docet. Illa vero sacra immolationes hostiarum erant, quibus in omnibus actionibus publicis uti solebant.

Captatis itaque auspiciis, & sacris peractis, primis quidem temporibus, *magistratus comitia* habiturus Urbem egrediebatur atque tabernaculum capiebat: eum sequebantur omnes cives armati sub signis, in suis quique *centuriis*, ut multis docet *Dionysius*. Posterioribus vero temporibus non omnes cives armati in campum conveniebant, sed tantum præsidii causa, ut ait *Agellius*, paucorum hominum exercitus imperabatur, atque in Janiculum introducebatur, & erigebatur vexillum, donec peracta essent *comitia*. Quem morem, ejusque causas *Dio* lib. 37. indicat his verbis: Cum antiquitus multi hostes circum Romam habitarent, veriti Romani, ne, dum ipsi *comitia centuriata* agerent, hostes per insidias Urbem aggredierentur Janiculumque occuparent, statuerunt non omnes ire in suffragia, sed ut semper aliqui armati per successionem eum locum custodirent. In *Janiculo* igitur, quamdiu concio durabat, custodiæ agebantur. Cum autem solvenda jam erat concio, signum à *Janiculo* removebatur, custodesque discedebant. Non autem licebat, custodiis ab arce ea remotis, quicquam amplius statuere: Is autem mos solis *centuriatis comitiis* observabatur, cum extra Urbem omnes in armis adesse res postulabat, & id hodieque religionis causa fieri solet. Hactenus ille. Hoc etiam semper observatum fuit, ut *Consul comitiorum die*, quasi ad usurpationem vetustatis extra pomerium tabernaculum haberet: velut Dux exercitus. In quo capiendum vitium committebatur, si prius, quam pomerium transgrederetur, auspicia aut non consulisset, aut adversa apparuissent. Tantumque tribuebatur his auspiciis tabernaculi capiendi, ut si hic peccatum esset, tota actio viriosa & inauspicata censeretur. Scribit *Plutarchus* in *Marcello*, idcirco solitos magistratus capere tabernaculum, ut in eo sederent, pro captandis auspiciis. Quod si, nondum ratis auspiciis, aliqua eos causa in Urbem retraheret, primum tabernaculum relinquere oportebat, & alterum capere, ex quo denuo captabantur auspicia. Hujusmodi autem auspicia prima luce captari solebant, quemadmodum intelligi potest ex *Dionysio*, *Macrobi*. lib. 1. *Saturnal.* cap. 3. & *Agell.* lib. 3. cap. 2. Porro & hoc ad auspiciorum rationem pertinebat: si cœptis jam *comitiis*, tonitru supervenisset, tum ea dirimebantur. Item, si ipsis *comitiis morbo Herculeo* correptus quisquam repente concidisset, dissolvenda erant *comitia*, nec justa eo die haberi poterant: unde etiam illi morbo nomen est *comitialis*, ut *Serenus* docet his versibus:

*Est subiti species morbi, cui nomen ab illo,*

*Quod fieri nobis suffragia justa recusat:*

*Sæpe etenim membris acri languore caducis,*

*Concilium populi labes horrenda direrit.*

Et hæc quidem de auspiciis horum comitiorum.

Cum igitur Senatus auctoritate, edicto ante proposito, & re per multos dies ante promulgata, sacris factis, auspiciis addicentibus, nullaque obnuntiatione interjecta, *centuriata comitia* major magistratus habere vellet, nihil omiserat eorum, quæ ad legitimum modum *comitiorum* ante ipsa quidem *comitia* requirebantur. Videamus reliqua.

Populus Romanus, cui quidem jus erat suffragii, ad diem edicti conveniebat in campo *Martio* atque ibi, priusquam in *centurias* distribuere, habebat magistratus concionem ad populum, qua rogabatur, ut id, quod ageretur, jubere, aut vetare vellet. Ac si magistratum quidem essent *comitia*, solebat is, qui habebat *comitia*, rogare populum, ut ex iis candidatis, quorum haberi rationem oporteret, quosque tum omnes nominatim appellabat, crearet populus quos vellet, *Consules*, *Prætores*, *Censorese*. Neque vero cum voce quidem suffragium ferebatur, necessitas ea ratione populo imponebatur, ut non posset alios, quam *candidate* facere: sed libera suffragia relinquebantur, ut ex omnibus civibus crearet, quos vellet, si modo ii essent, quorum ratio legibus haberi posset. Quin etiam legibus solutos sæpe reperimus multos, ut creari possent, vel ante legitimam ætatem, vel absentes, vel decennio nondum interposito inter eundem magistratum. Et multos, qui non peterent, creatos reipublicæ necessaria videbatur, quæ in petentibus tanta non erat populo cognita. Ordinarium autem ac legitimum erat, ut ex *candidate* crearetur magistratus. Post leges tabellarias, hi modo creari poterant, quorum rationem haberi debere, ante judicatum esset, ut in tabellis nomen eorum scriberetur.

Quod de magistratibus dixi, idem debet in comitiis Regis sacrorum intelligi.

Hujusmodi autem conciones non solum ante, quam populus in suffragium mitteretur, sed interruptis etiam interdum comitiis, ad emendanda populi suffragia habitas fuisse, testimonio est Livius lib. 3. de L. Quintio, scribens, cum C. Claudius Consul haberet comitia Consularia, & se feci Consulem videret, L. Quintius ejus collega interrupt comitia, orationemque ad populum habuit, cujus exitus fuit, ut communiter ab ambobus Consulibus ediceretur, ne quis L. Quintium Consulem faceret: si quis fecisset, se id suffragium non observaturos: simile exemplum recitat Livius lib. 14. etiam de Q. Fabio Maximo.

Sin legum comitia essent, antequam populus in suffragium mitteretur: primum lex recitabatur à præcone, subjiciente scriba: tum oratione docebatur populus, denique rogabatur, ut eam legem acciperet & suffragiis suis jubere vellet, testibus Asconio, in argumento orationis pro C. Cornelio, Apiano lib. 1. bellorum civil. & Plutarcho in Catone Uticensi. Ex quibus etiam auctoribus intelligi potest, observatum fuisse, ut post trinundini promulgationem, die comitorum rursus recitaretur lex, haberenturque orationes, suadendi & dissuadendi causa.

At si judicii causa comitia haberentur, idem fiebat, quod in legibus ferendis. Judicium enim populi lege lata fiebat: quæ si acciperetur à populo, condemnatus erat reus: sin antiquaretur, absolvebatur.

Erat autem omnium actionum cum populo commune principium: VELITIS JUBERATIS QUI RTES, quemadmodum ex Cicerone & Livio intelligi potest. Ex qua dicendi formula nomen ortum est rogationis, omnibus actionibus cum populo commune.

His peractis, jubebat magistratus populum in suas centurias discedere, ad suffragium ferendum: idque populus ita faciebat: nisi hic obnuntiaturum esset, aut ab aliquo magistratu intercessum.

Intercedebant inter se Consules, Prætores & Tribuni, unde in legibus Ciceronis scribitur: *Par, majorve potestas plus valet.* Qua lege significatur, parendum esse intercessioni paris aut majoris potestatis.

De suffragiis jam dicendum, quo ordine centuriæ ea tulerint. Non enim omnibus temporibus eadem observata fuit ratio. De primis temporibus Dionysius l. 4. in historia Ser. Tullii Regis sic scribit: Quando Tullius magistratus creare, aut de lege cognoscere, aut bellum inferre volebat, pro curiatis centuriata indicebat comitia. Primæ ad suffragia vocabantur maximi census centuriæ, XIX. equitum, XX. peditum. Hæ, quia tribus centuriis plures erant, quam reliquæ, si consentirent, vincebant & definebatur sententia. Sin minus, XXII. centuriæ secundæ classis inibant suffragia. Quod si ne tum quidem convenirent calculi, tertia classis vocabatur, ac deinceps quarta: idque tamdiu fiebat, donec nonaginta septem centuriarum consentirent suffragia. Id, si ne post quintam quidem vocationem contingeret, centum nonaginta duabus centuriis pari utrumque numero divisus in duas sententias, tum demum vocabatur ultima inopum centuriæ, immunis à tributis atque militia, & utricumque parti accederet, eam reddebat potiolem altera, quod perrarum erat & pæne impossibile. Plerumque enim prima vocatione absolvebantur comitia, raro ad quartam perveniebatur: quinta & sexta erant supervacaneæ, &c. Hæc eo loco docet Dionysius. Sequentibus autem temporibus, & quidem libera civitate, mutata illa ratio fuit. Non enim centuriæ equitum primam sententiam ferebant, sed omnes centuriæ in sortem conjiciebantur, & quæ prima educebatur, prima suffragium dicebat, & prærogativa appellabatur: deinde reliquæ vocabantur, quæ dicebantur jure vocata. Post expletas vero tribus triginta quinque, cum centuriæ ac classes tribuum partes essent, uti ex Livio Sigonius & Grucchiis colligunt, tum primum universus populus in tribus triginta quinque distribuebatur, & duplex sortitio fiebat, prima inter tribus, quæ primum sorte exibat, prærogativa tribus dicebatur: altera sortitio fiebat inter centurias prærogative tribus: quæque primum exibat, centuriæ prærogativa dicebatur, ac prima suffragium ferebat, post quam primæ classis centuriæ, tum secundæ, suo quæque ordine ad suffragium ferendum vocabantur, quæ jure vocata appellabantur: atque plerumque, imo semper prærogativa sententiam (tantum ejus omen erat) sequebantur. Et hæc est causa, cur in centuriatis comitiis non tantum prærogativa centuriæ, verum etiam tribus mentio fiat.

Sed neque hoc prætereundum est, cum primis liberæ reipublicæ temporibus, bina de magistratibus majoribus comitia haberentur, centuriata & curiata, quemadmodum supra ex Sigonio docuimus, obsoletis postea curiatis comitiis factum est, ut prærogativa & jure vocatarum suffragia pro binis comitiis haberentur. Docet hoc Asconius in 2. Verrinam, cum sic scribit: *Prærogativa tribus sunt, quæ primæ suffragium ferunt ante jure vocatas.* Mos enim fuerat, quo facilius in comitiis concordia populi firmaretur, bina omnino de iisdem candidatis comitia fieri, quorum tribus prærogativa dicebantur, quod primo rogarentur, quos vellent Consules fieri: secunda jure vocata, quod in iis sequente populo, ut sæpe contingit, prærogativarum voluntatem, jure omnia complerentur: Hactenus Asconius. Ad suffragia redeo. Ante leges tabellarias latas populus voce suffragium ferebat: at postea cœpit tabella suffragium ferre. Ac voce quidem cum dicebatur suffragium, erant in singulis centuriis rogatores, qui singulorum rogabant sententias, quas palam singuli proferebant. In quam autem partem plures ejusdem centuriæ homines inclinassent, ejus totius centuriæ sententia censebatur: quam deinde rogator per præconem nuntiari jubebat. Quod si magistratum comitia essent, rogabantur singuli, quem vellent magistratum esse, & tum.



nominatim singuli appellabant, quem vellent magistratum creari. Idem in *comitiis Regis* sacrorum fiebat. Sin legum *comitia* essent, cum populus legem accipere vellet, solebat uti his verbis solemnibus, ac velut conceptis, UTI ROGAS: quibus significabat, se velle hoc ita fieri, quemadmodum legis rogati fieri vellet. Cum vero legem accipere nollet, utebatur solemnī verbo: ANTIQUO: quo significabat se, quod rogaretur, antiquare: hoc est, ne omnino fieret, vetare.

Iisdem vocibus etiam utebatur in *comitiis* iudiciorum. Nam & ea per legem his *comitiis* exercebantur: quam si populus antiquasset, absolutus erat reus: sin vero iussisset, tum erat damnatus. Postquam autem tabella populo data est, oportuit eam munere vocis fungi. Ac in *comitiis* quidem magistratum oportuit tabellis nomina *candidatorum* inscribi, ut daretur iis per tabellam magistratus, sicuti prius voce creabantur. Tot autem tabellæ unicuique de populo dabantur, quot essent *candidati*, quorum rationem haberi oportere iudicatum esset. Et brevitatis causa in tabellis non integra *candidatorum* nomina scribebantur, sed primæ tantum literæ nominis cuiusque, id quod ex *Ciceronis* Oratione pro Domo intelligitur.

In *comitiis* legum duæ dabantur tabellæ, una in qua scriptum erat, UTI ROGAS, duobus tantum primis elementis, v. r. Altera in qua scriptum erat, ANTIQUO, una etiam litera A. In *comitiis* iudiciorum eadem tabulæ dabantur, una notata litera A. quæ significabat ANTIQUO, altera notata literis v. r. id est. UTI ROGAS.

Illæ autem tabellæ non domo afferebantur à populo, sed erant, qui eas ministrarent populo suffragium inituro, quos *diribitores* appellabant, idque hoc ordine fiebat.

Sortitione inter *tribus* & *centurias* de prærogativa facta, magistratus in tribunali, quod erat in campo Martio, sedens, per præconem, vocabat *prærogativam centuriam* ad suffragium. *Centuria* igitur illa de eo loco, in quo consistebat, discedebat in septem quoddam prope tribunal, quod alio nomine etiam *ovile* dicebatur, & erat locus in campo Martio cancellis conclusus, in quo erant, qui suffragium dicebant, & quo alii interim ingredi non licebat. In illud igitur *ovile*, seu septem *centuria* discessura ibat per pontes, qui erant angustæ viæ, per quas populus in *ovile* discedebat. In pontis initio stabant *diribitores*, qui tabellas singulis ministrabant. Ingredientibus in *ovile* rogatores cistam proponebant, in quam conjicerent eam, quam vellet, tabulam. Postquam autem totius *centuriæ* tabellæ collectæ erant, tum educendis suffragiis adhibebantur *custodes*. Eorum munus erat describere suffragia, ut ea *centuriæ* sententia renuntiaretur, in quam plures inclinasse conspicerentur. Hoc autem erat describere suffragia, tot puncta in tabella notare, quot tabellæ similes reperirentur: ut inito tandem numero, ea *centuriæ* sententia renuntiaretur, quæ plures habere similes tabellas ex numero punctorum perspiceretur. In legibus quidem ferendis, si plures reperirentur tabellæ, in quibus scriptum esset: v. r. pauciores, in quibus scriptum esset, A. ab ea *centuriæ* legem juberi renuntiabatur. Contra vero legem *centuria* non accipere pronuntiabatur, si plures scriptum haberent, A. At si forte pares numero tabellæ in utramque partem reperirentur, ejus *centuriæ* nulla renuntiabatur sententia, nisi lex esset, quæ de perduellione ferretur. In favorem enim reorum absolvisse censebatur *centuria*, quæ non condemnarat. Itaque si pares essent reliquæ *centuriæ* accipientium legem & vetantium, hac accessione ad vetantes *centurias*, legem antiquabat: adeo, ut reus absolveretur. Quod præter alios *Dionys.* lib. 7. testatur, cum scribit, lege cautum fuisse, ut æqualitate suffragiorum reus absolutus iudicaretur.

In magistratum vero creatione numerus inibat tabellarum, quæ idem nomen continent. Cujus enim *candidati* nomen plures tabellæ comperiebantur continere, is ab ea *centuria* Consul, Prætor, Censorve factus renuntiabatur. Sin paria suffragia tulisse omnes *candidati* reperirentur, nullus renuntiabatur expectandaque erant reliquarum *centuriarum* suffragia.

Quod de magistratum *comitiis* *centuriatis* dixi, idem de *comitiis Regis sacrorum* intelligi debet. Hic enim pro *candidatis* erant, duo, tresve, quos inaugurasset Pontifex maximus, ut ex iis postea populus suffragiis suis crearet, quem vellet esse Regem sacrorum, uti ex *Livii* libro 40. colligitur.

Postquam *prærogativa centuriæ* suffragium renuntiatum esset, tum ea ex *ovili* discedebat, & prima equitum *centuriæ*, post singulæ *centuriæ* primæ classis ordine ad suffragium ferendum vocabantur, eo modo, quo de *prærogativa* diximus. Ubi omnes primæ classis *centuriæ* suffragium tulissent, tum ea iterum numerabantur. Et in legum quidem *comitiis*, si illæ omnes cum *prærogativa* consensissent, aut legem iussissent aut vetuissent, lex perferebatur, neque opus erat reliquarum classium *centurias* ad suffragium vocare, cum prima classis reliquas omnes numero *centuriarum* vinceret. Si vero non omnes primæ classis *centuriæ* cum *prærogativa* consentirent, sed aliquæ tantum, & quidem major pars: tum secundæ classis *centuriæ* ordine intro vocabantur, donec appareret, tot jam *centurias* vel iussisse, vel antiquasse legem, ut numero reliquas omnes vincerent. Idem etiam in magistratum *comitiis* observabatur, hac ratione: Si primæ classis *centuriæ* cum *prærogativa* de uno aliquo *candidato* consensissent, reliquorum autem *candidatorum* suffragia paria essent, unus ille, qui omnium suffragia habebat, Consul, sive prætor, sive censor, renuntiabatur: de reliquis *candidatis* secundæ classis *centuriæ* interdum etiam tertiæ, quartæ, quintæ, &c. vocabantur, donec aliquis, vel aliqui, reliquos numero suffragiorum vincerent, & sic prius renuntiatis collegæ addi possent. Quod si nec reliquæ *centuriæ* inter se convenirent, sed paria de singulis *candidatis* suffragia manerent, quod interdum factum fuisse legimus: tum denumeratis omnibus suffragiis

unus tantum *Consul*, qui renuntiatus erat, sequenti die de subrogandis sibi, vel pratoribus, vel collegis *comitia* habebat. Quod etiam fiebat, si uno *Consule*, item uno, vel pluribus pratoribus renuntiatis, antequam ex reliquo candidatorum numero, alter quoque *Consul*, vel alii pratores renuntiati essent, aliquid de cœlo accidisset, cujus interventu *comitia* dirimebantur. Tum etiam ille *Consul*, vel pratores illi jam renuntiati, non quidem reddebantur vitiosi: sed tamen collegæ illorum eo die creari non poterant, verum postero die.

Diversum erat in *comitiis censorum*, in quibus, si creato uno *censore* tempestas *comitia* dirimeret, tum etiam is, qui creatus jam *censor* erat, vitiosus censebatur.

Erat & hæc una dirimendorum *comitiarum* ratio, si quis magistratus major vexillum illud, seu signum militare, quod principio *comitiarum* in Janiculo erigebatur, inde detraheret, & exercitum abduceret. Tum enim nihil amplius decerni poterat, sed concio solvebatur, ut habet *Dio* l. 37. Restant ea, quæ post dicta suffragia fieri solebant.

In legum *comitiis* magistratus post dinumerata suffragia legem aut acceptam aut antiquatam pronuntiabat, populumque dimittebat. In magistratum vero *comitiis* solebat is, qui *comitia* habebat, priusquam populum dimitteret, eos renuntiare, quos jam sæpe à præconibus pronuntiatos populus creasset, adjecta solemnī precatione, id quod ex *Cic.* Oratione pro *Murana* constat, qui etiam sollemnīa quasi verba precationis recitat: quæ precatus sum, inquit, à Diis immortalibus, iudices more institutoque majorum, illo die, quo auspiciato à *comitiis centuriatis* L. *Murænam* *Consulem* renuntiavi, ut ea res mihi magistratuique meo, populo plebique Romanæ bene ac feliciter eveniret, &c. Illud quoque ex eodem *Cic.* confirmare possumus, eos, qui *Consules* designati essent, domum de campo deduci solitos à magna multitudine populi, ac præsertim propinquoꝝ & necessariorum. Verba *Ciceronis* Orat. 2. in *Verrem*, sunt hæc: Nam ut *Hortensius* *Consul* designatus reducebatur e campo cum maxima frequentia & multitudine. Et paulò post: Propinquis necessariisque ejus, qui tum aderant, verbum nullum facit. Atque de *comitiis centuriatis* hæcenus: dicemus nunc de tributis.

## CAPUT XV.

## Quid sint tributa comitia, &amp; quid, quotque tribus?

**T**ributa *comitia* fuerunt, ut docet apud *Agellium* *Messalla* l. 15. cap. 27. cum ex regionibus & locis, hoc est, per tribus suffragium ferebatur. Quod ut intelligatur, de tribubus, unde hæc *comitia* nomen acceperunt, quædam dicenda sunt. Triplici modo vocabulum *tribus* usurpatur, aut pro loco, aut pro hominibus, aut pro jure. Quando pro loco ponitur, tum partem quandam Urbis Romæ significat: quando vero pro hominibus, tum partem quandam civitatis Romanæ, vel civium notat: pro jure acceptum, jus alicujus partis Urbis, vel civitatis designat. Erant igitur *tribus* populi Rom. partes distinctæ locis in Urbe diversis, & regionibus undique circum Urbem per Italiam dispersis, sic appellatæ, quemadmodum *Asconius Pedianus* in *Actionem* 3. in *Verrem* & alii docent, aut à tributo dando, aut quia primo tres tantum fuerunt, unde etiam *tribuni* dicti. Earum primus auctor fuit *Romulus*: qua de re *Dionysii* l. 2. verba omiſſis reliquorum *Scriptorum* testimoniis, adscribam: In tres, inquit, partes, divisa universa multitudine, singulis præclarum aliquem virum ducem præposuit: deinde unamquamque rursum in decem partitus, totidem fortissimos viros eis præficit. Has curias, illas *tribus* vocare voluit, sicut vocantur & hodie. Hæc ille. Quem quidem sequuntur plerique alii Romanarum rerum *Scriptores*, excepto *Varrone*, *Plutarcho* & *Livio* l. 1. quorum hic eas tres populi partes non *tribus*, sed *equitum centurias* vocat (alibi tamen etiam *tribus* eas appellat) & primum tribuum auctorem *Servium Tullium* facit: illi vero *Romulum* quidem tribuum, sicut & curiarum auctorem faciunt, sed post *Sabinum* confectum bellum: cum *Dionysius* contra *Romulum* ante omne bellum à se gestum populum in *tribus* & curias distribuisse scribat: quorum tamen diversas sententias ita conciliare facile possumus, si dicamus, *Romulum* quidem initio statim, ante *Sabinorum* bellum populum in tres partes, seu *tribus* descripsisse, secundum *Dionysium*, quas partes *Livius* non *tribus*, sed *centurias equitum* dicat: non quod *tribus* illas fuisse neget, sed quod ex singulis illis *tribubus* *centum equites*, sive *singula equitum centuria* ab eodem sint descriptæ: eisque *tribus* partibus, secundum *Plutarchi*, *Varronis* & aliorum sententiam, post confectum tandem *Sabinum* bellum & *Tit. Tatium* in Urbem & regni societatem receptum, nomina ea, quæ jam habemus, esse imposita. Fuerunt autem earum tribuum nomina hæc: *Ramensis*, *Titiensis* & *Luceres*. *Ramensis* dicta fuit à *Romulo*, primo Urbis conditore: *Titiensis* à *Tito Tatío* *Sabinorum* Rege, qui à *Romulo* prælio victus ab eodem in Urbem Romam & imperii societatem receptus fuit: *Luceres* vel à *Lucumone*, vel à *Lucretino*, ut quidam volunt, vel à *luco Asyli*, in quem multi fuga delati civitateque donati fuerunt, quæ posterior sententia *Plutarchi* in *Romulo*, & *Pædiani* in *Actionem* 2. in *Verrem*, verissimior esse videtur. *Ramenses* igitur fuerunt, qui cum *Romulo* primo Urbem condiderunt, pastores scilicet *Albani*, & aliquot *Gracianici* generis, qui ante Urbem conditam ea loca tenuerunt: atque hi omnes habitaverunt *Palatinum* & *Cælium* montes. *Tatienses* fuerunt *Sabini*, & quotquot ab ea regione vel cum *T. Tatío*, vel postea venerunt, & hi

coluerunt Capitolium & Quirinalem: cæteri *adventitii*, ut Etrufci, Ardeates, Latini & perfugæ omnes, qui ad afylum confugerant, *Luceres* dicti sunt, & tenuere loca inter Palatium & Capitolium plana atque circum forum. Permaneruntque hæc *tribus* ufque ad Tarq. Prifci tempora. Nam cum sub *Tullo Hoftilio* Albani vi-cti in Ramnensium tribum adscripti, cæterique omnes populi, qui sub Regibus Romam ad habitandum vene-rant, præter Sabinos, *Lucerum tribui* inclusi fuiffent, Urbeque multum aucta, hæc tres *tribus* non fuiffent, L. Tarq. Prifcus *numerum tribuum* augere, & de fe & aliis amicis nominare volens, cum, ne id faceret, ab *augure Navio* prohiberetur, veteres illas sub iisdem, quibus inauguratæ à Romulo erant, nominibus duplicavit, primosque & secundos *Tatienses* & *Luceres* constituit: quod, ut alia omittam, ex *Sext. Pomp.* mani-festum est, cum scribit: Sex Vestæ sacerdotes constitutæ erant, ut populus pro sua quaque parte haberet mi-nistrum sacrorum. Quia civitas Romana in sex erat distributa partes, in *primos secundosque Tatienses, Ram-nenses & Luceres*. Eodem autem modo centurias etiam equitum Tarquin. duplicasse tradunt *Dionys.* & *Liv.*

*Tarquinio Prifco* infidiis filiorum Anci Martii è vivis sublato, *Servius Tullius* vi. Rom. Rex, aliam *tribuum* divisionem instituit, de qua quidem nonnihil discrepant inter se Scriptores veteres. *Dionysius* lib. 4. sic scribit: Cæterum *Tullius*, postquam septem colles uno muro complexus est, Urbem in quatuor partes divisit, à collibus cognominatas, *Palatinam, Suburanam, Collinam, Esquilinam*, & quatuor *tribus* esse fecit, quæ ad id temporis tres fuerant, fuoque cuique *tribules* adscripsit, divisa habituros mun-ia, nec mutaturos domicilium: ita, ut in quaque seorsim delectus militum & collationes tributorum fierent, nec jam juxta illas *generales tribus*, ut antea, sed juxta has quatuor, per locos à se digestas, vel locales, ordinabat militiam, tribunis in singulos præpositis, &c. Hactenus ille. Quæ quidem con-firmantur à *Livio*, qui tamen nomina *tribuum* non addit. Quod vero sequitur in *Dionysio*: Divisit & universum agrum, ut *Fabius* auctor est, in partes viginti sex, quas ipse *tribus* nominat, ita ut triginta fiant, urbanis quatuor ad has additis. *Cato* certe eas tot fuiffe dicit, jam tum regnante *Tullio*. Ego libentius accefferim *Venonio*, qui *triginta & unam tribus* numerat, tacito agri partium numero, &c. re-pugnat cum iis, quæ in historia anni ccllxx. à *Livio* dicuntur, tum primum viginti & unam (sic enim legendum esse *Sigonius* in Scholiis *Livianis* monet, non, quemadmodum vulgati libri habent, triginta & unam) *tribus* factas. *Carolus Sigonius* l. 3. de Antiq. jur. civ. Rom. cap. 3. ita hæc explicat, ut dicat, *Ser. Tullium* aucta mirum in modum adventitia multitudine, quam in tertiam *tribum Lucerum* scilicet *Romulus* conjecerat, aucta etiam Urbe, quam ampliore fecerat, inclusis pomerio duobus collibus, *Vimi-nali & Esquilino*, totam urbanam multitudinem in quatuor partes, secundum loca habitationum, distri-buisse, quas à tributo *tribus* appellavit, neglectis illis *tribus tribubus* generalibus à Romulo institutis, iisque nomina à locis, ubi habitarent, indidisse *Suburanam, Palatinam, Esquilinam & Collinam*, easque *urbanas tribus* nominasse. Postea eundem universam rusticam multitudinem in quindecim *tribus* divi-fisse, quarum nomina fuerint *Romulia, Lamonia, Pupinia, Galeria, Pollia, Voltinia, Æmilia, Cornelia, Fabia, Horatia, Menenia, Papiria, Sergia, Veluvia* & illa, quæ post dicta est *Claudia*. Imposuisse autem *Servium* illis omnibus nomina à locis, ut testatur *Varro*: verum vindicata post in libertatem civi-tate, multas earum veteri relicto nomine, illustrium aliquot familiarum sibi nomina adscivisse: hunc nu-merum ad annum usque ccllxx. mansisse, quo anno additis duabus ad xix. viginti & una *tribus* factas. Atque has duas *tribus*, quæ prioribus xix. fuerunt additæ, quarumque nomina à *Livio* non sunt expressa, fuiffe putat *Crustumina*, sive *Clustumina* & *Vejentina*. *Dionysius* certe de judicio C. Martii *Cori-olani*, quod incidit in annum Urbis cclxxii. verba faciens, viginti & unam *tribus* tum fuiffe scribit. *Sigonium* sequitur *Onuphrius* l. 2. Commentariorum reipubl. Rom. nisi quod xxi. à *Servio* institutas, quas postea anno ccllvii. completas fuiffe affirmare malit. Quæ *Alex. Neapolitanus* l. 1. Genial. dier. cap. 17. & *Joach. Peronius* l. 2. de Magistr. Rom. & Græc. de *tribubus* scripserunt, valde impedita & confusa sunt. Dederunt autem iis errandi causam depravati *Liviane* historię codices: sed ad *tribus* rever-tamur. Hactenus igitur xxi. fuerunt. Anno vero ccllxvi. ex novis civibus quatuor *tribus* additæ, *Stella-tina, Tromentina* (in vulgatis exemplaribus mendose habetur *Pomatina*, apud *Florum Prometina*) *Saba-tina, Arniensis*, xxv. numerum explevere. Sic enim potius apud *Livium* lib. 6. legendum, quam xxxv. ut vulgati libri habent. Rursus anno cccxcv. teste eodem *Livio* l. 7. duæ *tribus* additæ, *Pomptina* & *Publia*: anno postea ccccxxi. à censoribus *Publ. Philone* & *Sp. Posthumio* duæ *tribus* propter novos cives census additæ, *Matia* & *Scaptia*. Duæ etiam *tribus*, *Ufentina* ac *Falerina*, anno ccccxxxv. & anno ccccliv. à censoribus *P. Sempronio Sopho* & *P. Sulpitio Averrione* rursus duæ *tribus*, *Aniensis* & *Terentina*. Tandem anno dxii. duæ *tribus* additæ, *Velina* & *Quirina* xxxv. numerum expleve-runt: qui numerus integer usque ad extrema reipublicæ tempora penetravit: *Florus* Epitoma libri 19. Hæc *tribus* omnes divisæ fuerunt in *urbanas* & *rusticas*. Fuit autem hoc inter eas discrimen, ut pri-mis quidem temporibus urbanis *tribubus* ii, qui Urbem, rusticis autem ii, qui rus haberent, com-prehenderentur. Quod ex verbis *Dionysii*, quæ supra recitata sunt, manifestum est. Inde enim cognoscitur, tempore *Servii Tullii urbanas tribus* fuiffe eorum, qui Urbem: *rusticas* illorum qui rura, & quidem colendi causa, haberent: ita, ut *tribus* nihil aliud, quam pars aliqua urbis vel agri Romani esset, eaque habitationem sequeretur, & mutata habitatione, mutaretur, quique in agris, iidem in

aliqua tribu essent: siquidem tot fere rustica tribus, quot agri partes numerentur. Et hæc quidem prima ratio fuit *tribuum*, quæ tamen postea mutata est. Posterioribus enim temporibus hoc discrimen inter *urbanas* & *rusticas* tribus fuit, ut *rustica* urbanis longe præferrentur, & ita optimus & præstantissimus quisque in rusticis tribubus, relictis urbanis, censeretur: ac tum *tribus* non Urbis, sed *civitatis partes* haberentur. Cujus mutationis causas duas fuisse *Sigonius* refert: vitæ nimirum rusticæ commendationem & censoriam potestatem vel notationem. De priori scribit *Varro* l. 2. de Re Rustica, initio: Viri magni majores nostri non sine causa præponebant rusticos Romanos urbanis. Ut ruri enim, qui in villa vivunt, ignaviores, quam qui in agro versantur, in aliquo opere faciundo: sic qui in oppido sederent, quam qui rura colerent, desidiosiores putabant. Et *Plin.* l. 18. cap. 3. commendans vitam rusticam: Jam distinctio, inquit, honosque civitatis ipsius, non aliunde erat. *Rustica tribus* laudatissimæ eorum, qui rura haberent: *Urbana* vero in quas transferri ignominia esset, desidia, probro. Itaque quatuor solæ erant à partibus Urbis, in quas habitabant, *Suburana*, *Palatina*, *Collina*, *Esquilina*. Nundinis Urbem revisitabant, & ideo comitia nundinis haberi non licebat, ne plebs rustica avocaretur. Hæc ille. Ex quibus etiam altera causa, videlicet *censoria potestas*, vel notatio intelligi potest, de qua etiam *Livius* lib. 8. scribit: *Ap. Claudius censor* humilibus per omnes tribus divisis, forum & campum corrumpit. Et ex eo tempore in duas partes discessit civitas, aliud integer populus, fautor & cultor bonorum, aliud forensis factio tenebat, donec *Q. Fabius* & *P. Decius* censores facti. Et *Fabius* simul concordia causa, simul ne humillimorum in manu essent *comitia*, omnem forensis turbam excretam in quatuor tribus conjecit, *urbanasque* eas appellavit. Hæc *Livius*, ut alia omittam. Factum est anno ab U. C. cxxlxx. Coss. *P. Sulpitio Averrone*, *P. Sempronio Sopho*. Atque hæc in genere de *tribuum* origine, numero & discrimine dicta sint. Jam quod restat, ordine de singulis pauca subjiciam: unde nomen acceperint, & ubi earum fiat mentio. Ac primum de *quatuor urbanis*.

#### *Tribus I. Suburana.*

Hæc prima inter urbanas recensetur à *Var.* l. 4. de Ling. Lat. *Dionys.* lib. 4. *Liv.* l. 1. *Plin.* ac aliis. Dicta autem est *Suburana*, teste *Varrone*, quod sub muro terreo *Carinarum* esset, vel quemadmodum idem ex *Junio* affert, ab eo, quod fuerit *sub antiqua Urbe*. Cui testimonium potest esse, quod iubeat ei loco, qui terreus murus vocatur. Sed ego, inquit, à pago potius *Sucusano* dictam puto *Sucusam*. Nunc scribitur tertia litera B. non C. *Pagus Sucusanus*, quod succurrit *Carineis*. *Sext. Pompejus* sic de ea scribit: *Suburam* *Verrius* alio libro à pago *Sucusano* dictam ait. Hoc vero maxime probat eorum auctoritate, qui ajunt, ita appellatam & regionem Urbis, & *tribum* à stativo præsidio, quod solitum sit succurrere *Esquiliis* infestantibus, eam partem Urbis *Gabinis*, indicioque esse, quod adhuc ea tribus per C. literam, & non per B. scribatur. Hæc *Cælium montem* & circumadjacentia loca complectebatur. *Paul. Manutius* in Scholiis in 8. lib. epist. *Cic.* ad familiareis, existimat de ea *Ciceronem* locutum fuisse in *Orat.* 2. *Agraria*, ubi tamen in *Vulgatis* legatur *Ogriculana*, in libris autem quinque antiquis: ab *usura nam*, pro quo ipse legendum putat *Suburana*.

#### *Tribus II. Esquilina.*

*Tribus Esquilina* dicta est ab *Esquiliis*. *Esquilie* autem, ut *Varro* lib. 4. de Lingua Lat. testis est, secundum quosdam ab excubiis regis, secundum alios, quod excultæ à Rege *Tullio* essent, sic dictæ sunt: sed de iis supra, ubi de monte *Esquilino* sermo fuit, plura attulimus. Meminerunt hujus *tribus* iidem, qui *Suburana*, *Dionysius*, *Livius*, *Varro*, *Plinius* & *Festus*.

#### *Tribus III. Collina.*

*Collina tribus* dicta est, ut scribit *Varro* l. 4. de Ling. Lat. à *collibus*, *Quirinali* & *Viminali*, in quibus sita erat. Meminit ejus præter superiores etiam *Josephus* l. 14. cap. 17. his verbis: *L. Coponius*, *L. F. Collina*.

#### *Tribus IV. Palatina.*

Denominata hæc *tribus* est, secundum *Varronem* l. 4. de Ling. Lat. à *Palatino monte*, quem cum foro & *Capitolio* obtinebat. Meminerunt ejus omnes ii, qui superiorum, & præter eos *Cicero* *Orat.* 4. in *Verrem*: *C. Claudius*, *C. F. Palatina*, & ad eum locum *Asconius*: alibi ait, *L. Claudium Palatina*. Reperitur ejus mentio etiam in plurimis antiquis marmoribus, in quibus hisce fere literis notatur. PAL. PALAT. PALATIN. PALATINA & PALATEINA. Inscriptiones illas qui cognoscere voluerit, videat *Onuphr. Panvinium* 2. *Comment. de Republ. Rom.* qui singularum *tribuum* testimonia ex Inscriptionibus adduxit. Atque hæc sunt *iv. tribus urbana*, sequuntur *rustica*.

#### *Tribus V. Romilia.*

Sequuntur *rustica tribus*: Inter quas primum locum obtinet *Romilia*, quæ sic dicta est, quod sub *Roma* sit, teste *Varrone*. *Sext. Pompejus* sic ejus meminit: *Romilia tribus* dicta, quod ex eo agro censebatur, quem *Romulus* ex *Vejentibus* ceperat. Ex quo loco *Onuphr.* l. 2. *Comment. Reipubl. Rom.* colligit, banc *tribum* eam agri *Romani* partem obtinuisse, quæ in *Thuscia* prope Urbis mœnia inchoans, secundum

dum flumen, usque ad maris ostia trans Tiberim extendebatur. Meminit ejus etiam *Cic. Orat. 2. Agraria*: item 2. in *Verrem*: Fortem virum ex eadem familia, Q. Verrem, *Romilia*. Ad quem locum annotat *Africanus*: *Romilia* nomen est tribus, ablativi casus, ut sit ex *Romilia*.

*Tribus VI. Lemonia.*

*Sext. Pomp. Festus*. *Lemonia* tribus à pago *Lemonio* appellata est, qui est à porta Capena, via Latina. *Cic.* ejus meminit. *Phil. 9. Serv. Sulpitius Q. F. Lemonia Rufus*: & in *Orat. Pro Planco*: *Quid Planco cum Lemonia?*

*Tribus VII. Pupinia.*

*Tribus Pupinia*, scribit *Sext. Pompejus*, dicta ab agro *Pupinis*, qui in Latio cis Tiberim ad mare vergens, haud longe ab Urbe erat, ut videre est apud *Livium* l. 26. Meminerunt ejus *Calvus* epist. ad *Ciceronem*: *C. Lucretius C. F. Pup. Jur. & Cic. ad Q. Fratr. Cn. Neri* *Pupinia*. *Valerius* etiam *Maximus* l. 4. cap. 4. his verbis: Illi etiam prædivites, qui ab aratro accersiebantur, ut *Consules* fierent, voluptatis causa sterile atque æstuosissimum *Pupinia* solum verlabant. Et paulo post: *Attilius* *Consulibus* scripsit, villicum in agello, quem septem jugerum in *Pupinia* habebat, mortuum esse.

*Tribus VIII. Galeria.*

Unde *Galeria* dicta sit, ex veteribus Scriptoribus non liquet. *Cavolus Sigonius* lib. 1. de Antiquo jure civium Rom. cap. 3. opinatur, eam etiam à loco aliquo nobis jam incognito hoc nominis accepisse, quemadmodum reliquæ tribus omnes à *Servio* institutæ. *Sigonium* sequitur *Onuphrius* l. 2. *Comm. Reip. Rom.* qui etiam addit, posse videri eam à flumine *Tibiscia Galefo*, cujus *Virgilius* meminit, *Galefam*, post *Galeriam* dictam. Memoria ejus extat apud *Livium* l. 27. *Galeria* juniorum, quæ sorte prærogativa erat, *Q. Fulvium & Q. Fabium* *Coll.* dixerat. *Plinius* l. 7. cap. 48. *M. Mucium*, *M. F. Galeria*, Felicem commemorat.

*Tribus IX. Pollia.*

Etiam hanc tribum à loco aliquo, cujus nomen & memoria interciderit, nomen accepisse *Sigonius* & *Onuphr.* putant. Meminit ejus *Liv.* lib. 8. Tribus omnes, præter *Polliam*, antiquarunt legem in *Tusculano* latam. Et lib. 39. Cum ad tribum *Polliam* ventum est, in qua *M. Livii* nomen erat, & præco cunctaretur citare ipsum censorem, *Cita*, inquit *Nero*, *M. Livium*. Meminit utriusque rei, & tribus *Pollia* etiam *Val. Maximus* l. 2. c. 4. & lib. 9. cap. 10.

*Tribus X. Voltinia.*

Hæc tribus, quemadmodum præcedentes, à loco nobis modo incognito, secundum *Sigonium* & *Onuphrium*, nomen habet. Mentionem ejus facit *Cicero* *Oratione* pro *Plancio*, cum ait: Quas tribus edidisti? *Terentinam* credo, aut *Voltiniam*. Et paulo post: *Voltiniam* tribus ab hoc corrupta. *Terentinam* habuerat venalem, quid diceret apud *Voltinienses*, aut tribules suos judices? Et alibi: Plures te testes habere de *Voltinia*, quam quot in ea tribu puncta tuleris.

*Tribus XI. Claudia.*

Diximus ante ex *Varrone*, tribus à *Servio* *Tullio* Rege institutas omnes à locis nomina habuisse: cui rei etiam testimonium præbent illæ tribus, de quibus hætenus egimus. Vindicata vero in libertatem civitate, multæ earum veteri relicto nomine, illustrium aliquot familiarum sibi nomina adsciverunt. Atque hinc fit, ut plurimum antiquæ appellationes ignorentur, nova tantum à familiis ipsis indita nomina apud Scriptores reperiantur. Id quod de tribu *Claudia* & aliis, quæ sequentur, sentiendum est. Fuit enim vetus tribus à *Servio* *Tullio* instituta, in quam cum *Attilius* *Clausus*, cui postea *Appio* *Claudio* fuit Romæ nomen, cum clientibus suis *Regillo* profugus & civitate donatus, scriptus esset, tribui illi, de sua appellatione nomen dedit, testibus *Livio* lib. 2. & *Halicarnasseo* l. 5. Meminerunt etiam hujus tribus *Virgil.* 7. *Æneid.* & *Padianus* ad *Orationem* *Ciceronis* pro *Scauro*.

*Tribus XII. Æmilia.*

*Claudia* exemplum multæ aliæ tribus secutæ, antiquis nominibus, quæ à locis acceperant, dimissis, nobilissimarum gentium, quæ in singulas sese transfulerant, nomina acceperunt, ut *Æmilia*, *Cornelia*, *Fabia*, *Horatia*, *Menenia*, *Papiria*, *Sergia* & *Veturia*. Quod tum fuisse factum verisimile est, cum forensi turba, in urbanas tribus conjecta, viles eæ haberi inciperent, & illustres familiarum in rusticis nomina darent, seque in eas transferendas curarent, in quibus agros suos haberent. Primum autem in urbanas tribus illustriores familias relatas fuisse, ex *Livio*, *Dionysio* & aliis manifestum est. *Æmilia* igitur tribus à familia vel gente potius *Æmilia*, quam celeberrimam Romæ fuisse tum ex omnibus rerum Romanarum Scriptoribus, tum ex generosi viri *Richardi* *Streinii* *Baronis* *Austrii* libro de Familiis & Gentibus Romanorum cognoscitur, nomen hoc sortita est. Meminerunt ejus *Livius* l. 38. Rogatio perlata est, ut in *Æmilia* tribu *Formiani* ac *Fundani*, in *Corælia* *Arpinates* ferrent: & *Cicero* in epist. ad *Atticum*.

*Tribus*

Tribus XIII. *Cornelia.*

Fuit & hæc antiqua *tribus* à Servio Tullio instituta, quæ veteri nomine dimisso, *Cornelia* postea appellata fuit, à gente *Cornelia*, omnium nobilissima atque amplissima, quemadmodum legenti Veterum scripta, & *Richardi Streinii* de Gentibus & Familiis Romanorum librum, clarum fit. Meminit ejus *Livius* eodem loco, ubi *Æmia*.

Tribus XIV. *Fabia.*

Nomen obtinuit hæc *tribus* à clarissima gente *Fabia*, quæ in eam relata fuit. Mentio ejus extat apud *Suetonium* in Augusto: *Fabianis* & *Scaptiensibus* *tribulibus* suis die comitiorum singula millia numerum à se dividebat. Item apud *Horatium*:

*Hic multum in Fabia valet, ille velina.*

Tribus XV. *Horatia.*

Quod nomen antiquitus huic *tribui* fuerit, in tanto veterum Auctorum defectu sciri non potest: dicta postea fuit *Horatia*, à nobili & clara gente *Horatia*. Quamquam autem nullum veteris Scriptoris de hac *tribus* testimonium extet: quia tamen in antiquis lapidum inscriptionibus ejus mentio fit, *Carolus Sigonius* & *Onuphrius* conjectura ducti, eam inter primas illas à *Servio* institutas retulerunt. *Paulus Manutius* eam novies in lapidibus nominari scribit.

Tribus XVI. *Menenia.*

Hanc *tribum* *Meneniam* potius, quam *Mentinam* (uti apud *Josephum* fortasse corrupte legitur) dictam fuisse *Paulus Manutius* & *Onuphrius* volunt, accedente præsertim inscriptione apud *Feltriam*, in qua expresse scriptum est: C. FIRMI. C. F. MENEN. RUFINO, &c. Integram illam inscriptionem habet *Onuphrius*. Habet autem hoc à gente *Menenia*, quæ primis reipublicæ temporibus Romæ floruit, testantibus id *Livio*, *Dionysio*, *Cassiodoro* & *Richardo Streinii* de Familiis & Gentibus Romanorum libro. Mentio hujus libri extat apud *Flavium Josephum* Antiquitatum l. 13. *L. Mantius* L. F. *Menenia*: ubi tamen (quemadmodum ante monui) in vulgatis exemplaribus legitur *Mentina*. Meminit ejus etiam *Cic.* l. 13. epist. ad familiares, epist. 9. ad M. Brutum. P. *Rupilius* C. F. *Men.*

Tribus XVII. *Papiria.*

A gente *Papiria*, cujus *Livius*, *Dionysius* ac alii, & inter recentiores *Richardus Streinius* meminerunt, hæc *tribus* nomen accepit. Sic enim *Sext. Pompejus*: *Papiria* *tribus* à *Papirio* vocata. De ea *Liv.* l. 8. Memoriamque ejus iræ *Tusculanis* in pœnæ tam atrocis Auctores mansisse ad patrum ætatem constat, nec quenquam ferme ex *Polia* *tribu* candidatum *Papiriam* ferre solitum.

Tribus XVIII. *Sergia.*

Appellationem hæc *tribus* obtinuit à gente *Sergia*, de qua *Richardus Streinius*. Meminit ejus *Q. Asconius Pedianus*, ad Orationem *Ciceronis* pro *Cornelio*: *Sergia* & *Quirina* damnaverunt. Et *Frontinus* l. 2. de *Aqueductibus*: *Tribus* *Sergia* principium fuit.

Tribus XIX. *Veturia.*

*Veturia* *tribus* à gente *Veturia*, quæ prius *Vetusia* dicta fuit, relicto veteri nomine, hanc appellationem accepit. Meminit ejus *Livius* l. 36. his verbis: *Fulvius* Romam comitiorum causa accersitus, cum comitia Consulibus rogandis haberet, prærogativa *Veturia* juniorum declaravit *Tit. Manlium Torquatum* & *Tit. Octacillum*, &c. Quo loco etiam *Veturia seniorum* meminit. Atque hæc sunt novemdecim illæ *tribus*, in quas populum Romanum *Servius Tullius* Regem divisisse, *Carolus Sigonius* lib. 1. de Antiquo jure civium Roman. c. 3. scribit, quatuor urbanæ, quindecim rusticæ. Considerabimus reliquas.

Tribus XX. *Crustumina.*

*Livius* lib. 2. in historia anni ccllxx. scribit, eo anno Romæ viginti & unam *tribus* factas esse, quod etiam *Florus* in Epitome testatur, inquit: Numerus *tribuum* ampliatus est, ut essent viginti una (sic enim legendum esse ea, quæ in sequentibus libris de *tribubus* scribuntur, coarguunt, cum in vulgatis *Livii* & *Flori* exemplaribus sit triginta una.) Quæ vero nomina earum fuerint, non addunt. *Carolus Sigonius* conjectura ductus, putat esse *Crustumina* & *Vesentinam*, quem nos sequimur. *Onuphrius* placet has duas addendas esse superioribus, & dicendum viginti & unam ab ipso *Servio* factas, nec hoc anno numerum *tribuum* ampliatus, cum nullam ejus rei memoriam *Dionysius* faciat. Quod autem ad *Crustumina* *tribum*, quæ etiam *Clustumina* in antiquis lapidum inscriptionibus appellatur, attinet, dicta ea est à *Thuscorum* Urbe *Clustumina*, alias *Crustumina*, testante *Pompejo Festo*: meminit ejus præter *Festum* *Livius* l. 42. in oratione *Sp. Ligustini*, *trib. plebis* ad populum, *Sp. Ligustinus*, *tribus* *Crustumina*, ex *Sabinis* sum oriundus, *Quirites*. Et *Cicero* oratione pro *Planco*, item pro *Balbo*: In *tribum* *Crustumina* pervenit *L. Cornelius Balbus*, legis de ambitu præmio.

*Tribus XXI. Vejentina.*

Hanc, ut diximus, cum *Crustumina* anno ccl. lxx. tribuum numero adscriptam esse, placet *Sigonio*. Dicta est *Vejentina*, à *Vejis*, vel ab agri *Vejentini* parte. Meminit ejus *Cicero* pro *Plancio*: *Quid Plancio cum Lemonia? quid cum Vejentina?*

*Tribus XXII. Stellatina.*

*Livius* l. 6. in historia anni ccc. lxxiv. Eo anno in civitatem accepti qui *Vejentium Capenatumque* ac *Faliscorum* per ea bella transfugerant ad Romanos, agerque iis novis civibus assignatus. Ac paulo post in historia anni ccc. lxxvi. Tribus quatuor ex novis civibus additæ, *Stellatina*, *Tromentina*, *Sabatina*, *Arniensis*, eæque viginti quinque tribuum numerum explevere: quod idem etiam habet *Florus* in *Epitome*. *Stellatina* nomen à *Stellate* agro *Thufcorum* accepit. Sic enim *Festus* in fragmentis, quemadmodum legendum docet *Antonius Augustinus* Episcopus *Herdensis*: *Stellatina* tribus non à *Stellate* campo eo, qui in *Campania* est, sed eo, qui est... miliario à porta *Capena*, ex quo *Thufci* eum campum ita appellaverunt. Quæ posteriora *Onuphrius* l. 2. *Commentariorum* de *Republ. Rom.* sic legit: Sed eo, qui in *Etruria*, regione *Capena*, ex qua *Thufci* profecti, eum *Stellate* campum appellarunt.

*Tribus XXIII. Tromentina.*

*Tromentina* tribus à campo *Tromento* dicta. *Sext. Pompejus*: Is campus in *Thuscia* fuit, ex quo, cum aliquot *Romani* perfugissent, & civitate donati, inque quatuor tribus conjecti, agri populi *Romani* partem obtinuissent, uni earum *Tromentina* nomen posuerunt. Meminit ejus *Livius* l. 6. ubi *Stellatina*.

*Tribus XXIV. Sabatina.*

Etiam hujus *Livius* l. 6. meminit, quod anno ccc. lxxvi. cum præcedentibus duabus & sequente *Arniensi* fuerit reliquis addita. Dicta est *Sabatina*, teste *Pompejo*, à lacu *Sabate*, quem *Onuphrius* l. 2. *Comment.* de *Repub. Rom.* dicit fuisse in *Thuscia*, & nostra ætate appellari *Anguillariam*.

*Tribus XXV. Arniensis.*

*Arniensis*, quam alii in *Narniensem* transformarunt, dicta est ab *Arno*, *Thuscia* amne, ut volunt *Sigonius* & *Onuphrius*. Meminit ejus *Livius* lib. 6. item 29. C. *Claudius Nero* censor, ex tribu *Arniensi*. *Valerius* lib. 2. cap. 4. *Cicero* oratione in *Rullum*: à *Suburana* usque in *Arniensem*, id est, ut *Sigonius* lib. 1. de antiquo jure civium *Roman.* cap. 3. interpretatur, à prima tribu ad ultimam. Habuerunt enim tribum *Arniensem* pro ultima, non quod ultimo loco, vel novissime fuerit addita, & triginta quinque tribuum numerum expleverit, sed quod fuerit ab urbe *Roma* omnium remotissima.

*Tribus XXVI. Pomptina.*

Hæc tribus cum *Popillia*, in quas tum ii cives, qui agrum *Pomptinum* fortiti erant, tum alii novi cives, qui in dies civitate donabantur, conjecti sunt, anno ccc. xcv. addita est. Dicta autem est *Pomptina*, ab agro *Pomptino*, de quo multa *Livius* l. 7. *Sextus Pompejus Festus* *Pontinam* hanc tribum appellat, & ab urbe *Pontia* dictam scribit, quæ urbs fuit in *Volsceis* prope *Terracinas*. Quamquam *Carolus Sigonius* apud *Festum* legat *Pomptinam* tribum dictam esse à *Pometia* urbe. Meminit hujus tribus præter *Festum* & *Livium* l. 7. *Cicero* epist. ad *Atticum*: Tribus habet *Pomptinam*, *Velinam* & *Macciam*, & *Cælius* ad *Ciceronem* l. 8. epist. ad famil. L. *Vilius*, L. F. *Pom.* *Annalis*: ubi per *Pom.* tribus *Pomptina* intelligenda est.

*Tribus XXVII. Popillia.*

*Tribus* hæc varie scribitur, *Popillia*, *Poplilia*, *Poblilia* & *Publilia*. Unde nomen acceperit, dubitatur. Apud *Festum* quidem, ubi de ea loquitur, sic legendum docet *Josephus Scaliger*: *Popillia* una triginta quinque tribuum, tot enim fuerunt, dicta à *Popillia* felici nomine. A quo & tribus *Pinnaria*, à fororis ejus nomine. Et addit *Scaliger*: Non dubium est, *Festum* ita scripsisse. Nam quid manifestius, quam à *Popillia* foemina dictam esse tribum, cujus nomen auspiciatissimum habebatur, ac bonæ scævæ, ut tunc loquebantur? *Paulus Diaconus* scribit: *Popillia* tribus, a progenitrice traxit nomen. *Carolus Sigonius* dubitat, à locone, an à viro dicatur? *Onuphrius* mavult à loco aliquo, qui forte in *Volsceis* prope *Pontinam* fuerit, hoc nomen accepisse. Sed sive à loco, sive à familia, sive à *Popillia* foemina hoc nomen habuit, tribus certe fuit, cujus præter *Livium* l. 7. & *Festum* meminit *Valer. Maxim.* l. 9. cap. 10. his verbis: Quam ob causam *Popillia* tribus, in qua plurimum postea *Tusculani* in civitatem recepti potuerunt, neminem unquam candidatum *Popillia* tribus fecit magistratum.

*Tribus XXVIII. Maccia.*

*Livius* l. 8. in historia anni cxxx. eodem anno (scilicet A. *Cornelio* II. & Cn. *Domitio* Coss.) census actus, novique cives (*Lanuvini*, *Aricini*, *Nomentani*, *Pedani*, qui paulo ante civitate donati fuerant) censi, tribus propter eos additæ, *Maccia* & *Scaptia*. Censores addiderunt Q. *Publius* Philo, Sp. *Posthumus*. Dicta est *Maccia*, ut docet *Festus*, à quodam castro, *Macio* scilicet, quod non procul à *Lanuvio* fuit, teste *Livio* l. 6. Meminerunt etiam hujus tribus, *Cicero* ad *Atticum*, & pro *Plancio*, *Livius* l. 29. & *Valerius* l. 2. cap. 4.

Tribus XXIX. *Scaptia*.

Nomen accepit hæc *tribus*, uti *Festus* habet, ab urbe *Scaptia*, quam *Plinius* cum aliis in Latium numerat. Meminit ejus *Suetonius Tranquillus* in Augusto: *Fabianis & Scaptiensibus tribulibus* suis die comitorum singula millia nummum à se dividebat.

Tribus XXX. *Ufentina*.

*Ufentina tribus*, quæ & *Oufentina*, crescente ob novos cives, qui indies in Urbem recipiebantur, frequentia, cum *Falerina* anno cxxxv. addita est, *Livio* teste, à censoribus L. *Papirio Crasso*, & C. *Mænio*. De ea sic scribit *Festus*: *Oufentina tribus* initio causa fuit nomen fluminis *Oufens*, quod est in agro *Privernate*, inter mare & *Terracinam*. *Lucretius*:

*Priverno Oufentina venit, fluvioque Oufente.*

Postea deinde à censoribus alii quoque diversarum civitatum eidem tribui sunt adscripti. Hactenus *Festus*.

Tribus XXXI. *Falerina*.

*Falerina tribus*, quæ eodem anno, quo *Oufentina* adjecta reliquis est, ab agro *Falerno* in Campania, quemadmodum *Sigonius* & *Onuphrius* conjiciunt: nam ea parte etiam *Oufentina* fuit, nomen accepit. Meminit ejus præter *Livium*, *Josephus* l. 13. cap. 16. Antiquitatum his verbis: C. *Sempronius* C. F. *Falerina*.

Tribus XXXII. *Aniensis*.

Ob eam, ob quam superiores, causam, anno Urbis cclv. M. *Fulvio*, T. *Manlio* Coss. uti *Livius* l. 10. docet, condito lustro à censoribus P. *Sempronio* *Sopho* & P. *Sulpitio* *Saverrione*, tribus additæ duæ, *Aniensis* ac *Terentina*. Ex his *Aniensis* ab *Aniene* amne, qui in *Sabinis* fuit, dicta est. Meminit ejus *Calvus* epistola ad *Ciceronem* l. 8. epistol. ad familiares, L. *Attejus*, L. F. *An. Capito*; & *Cicero* pro *Plancio*.

Tribus XXXIII. *Terentina*.

Hujus *tribus*, quæ cum *Aniensi* addita, & à *Terento*, qui locus in campo *Martio* erat, nomen uti putatur, accepit, meminit *Cicero* oratione pro *Plancio*: Quas tribus edidisti: *Terentinam*, credo? Et paulo post: Prioribus comitiis *Aniensem* à *Plotio*, *Terentinam* à *Plancio* tibi esse concessam. Item, *Altinæ* præfectura, ex qua Cn. *Plancius* fuit, ex tribu *Terentina*. Meminit etiam *Calvus* epistola ad *Ciceronem* l. 8. epistolarum ad familiares. M. *Oppius* M. F. *Terentina*.

Tribus XXXIV. *Velina*.

Hæc *tribus* cum *Quirina* anno cxii. Coss. A. *Manlio* 11. & Q. *Lutatio*, à censoribus C. *Aurelio* *Cotta*, & N. *Fabio* *Buteone* addita triginta quinque tribuum numerum explevit. Nomen habet à lacu *Velino*, qui in *Sabinis* fuit, non à *Velia*, urbe *Lucaniæ*. Meminit ejus *Cicero* epist. ad *Atticum*: Tribus habet *Pomptinam*, *Velinam* & *Maciam*. Ac in *Bruto*: T. *Annius* *Velina*. Meminerunt ejusdem etiam *Horatius* l. 1. epist. 6. & *Persius* sat. 5.

Tribus XXXV. *Quirina*.

De *Quirina* tribu sic scribit *Sext. Pompejus Festus*: *Quirina tribus* à *Curenibus* *Sabinis* videtur appellationem traxisse. Fit ejus mentio à *Cicerone*, oratione pro *Quinctio*: L. *Albius* *Sext. F.* *Quirina*, & ab *Asconio* in oration. pro *Cælio*: Duæ solæ tribus, *Sergia* & *Quirina* damnaverunt. *Cælius* quoque ad *Ciceronem*: C. *Septimii*. T. F. *Quirina*, & *Josephus* Antiquitar. lib. 14. cap. 17. *Papirii* *Quirina* meminerunt.

Atque hæc sunt triginta quinque tribus, in quas populus Romanus tum urbanus, tum rusticus, distributus fuit, & ex quibus aliquam necesse fuit, cujuscunque esset ordinis, civis Romanus obtineret: qui numerus ad extrema usque reipublicæ illius tempora permansit, quemadmodum ex *Cicerone* & aliis *Scriptoribus* antiquis cognoscere licet. Nam quod *Onuphrius* ex *Vellejo* *Paterculo* & *Appiano* refert, tempore belli *Marsici*, quod incidit in annum Urbis conditæ vclxv. cum *Tuscis*, *Umbriis*, *Galliis* & reliquis *Cispadanis* populis lege *Julia* civitas data esset, octo vel decem novas tribus à censoribus P. *Licinio* *Crasso* & L. *Julio* *Cæsare* additas fuisse, in quas novi cives conjicerentur, ipsemet fatetur, ultra annos quatuor eas non mansisse, sed novis illis civibus in veteres xxxv. tribus à censoribus L. *Marcio* *Philippo* & M. *Perperna*, auctore L. *Cinna* Consule distributis, xxxv. tribuum numerum fuisse restitutum.

Quod vero præter ea, quæ recensuimus, multa alia tribuum nomina, maxime in antiquis lapidum & marmorum inscriptionibus, reperiuntur, videlicet *Papia*, *Ocriculana*, *Camilla* & alia. *Carol. Sigonius* vir doctissimus, *Onuphrius* *Panvinus*, & ante eos, *Georgius* *Fabricius* in *Roma*, cap. 6. putant, nomina ea esse xxxv. tribuum: sed multas earum duobus fuisse fortasse aliquando nominibus insignitas, altero, quod loci esset, altero, quod familiæ, easque ab aliis hoc, ab aliis illo fuisse appellatas, quemadmodum etiam tres ex veteribus illis postea fuerint ab Augusto, *Vespasiano* & *Traiano* *Julia*, *Flavia* & *Ulpia* vocitatæ. Atque de tribubus, unde comitia tributa nomen habent, hactenus prolixius præne, quam satis erat. Revertamur ad comitia.



## De causis tributorum comitorum.

Causæ habendorum comitorum tributorum generales fuerunt quatuor: prima ad creandos minores magistratus: altera ad sacerdotes collegiorum cooptandos: tertia, ad leges ferendas: quarta ad iudicium exercendum: de quibus singulis ordine dicemus.

Magistratus, qui his comitiis creabantur, partim erant provinciales, partim urbani: & hi partim ordinarii, partim extraordinarii. De urbanis primum. Ordinarii magistratus, qui his comitiis creabantur, erant omnes minores magistratus, qui singulis annis ad suum munus ordinarium in Urbe obeundum, à populo creabantur, tribuni plebis, ædiles plebis, ædiles curules, quæstores, triumviri capitales, triumviri nocturni, triumviri auro, argento, ære stando, feriundo, tribuni militum. De tribunis & ædilibus plebis, certum est, eos, cum primum curiatis comitiis crearentur, ut demonstratum paulo ante est, post legem à Volerone trib. pleb. latam, ut videlicet plebeji magistratus tributis comitiis fierent, semper iis creatos esse, testibus Livio l. 2. & Dionysio l. 9. qui etiam addit, eam (Voleronis) legem perlatam esse, ac propterea ex eo tempore tribunorum & ædilium plebis comitia ad suam usque ætatem, tributa et essent, observatum. Clarissima hæc sunt, neque ullum dubitationi locum relinquunt, ut non sit necesse, plura adducere testimonia. Ædiles autem curules iisdem comitiis creatos fuisse, ex Agellio l. 6. cap. 9. constat, apud quem hæc verba sunt citata ex tertio Annali L. Pisonis: Cn. Flavius patre libertino natus scriptum faciebatur. Isque eo tempore adili curulem apparebat, quo tempore ædiles subrogabantur. Eumque primæ tribus adilem curulem renuntiaverunt. At ædilis, qui comitia habebat, negat accipere. Idem etiam Livius l. 9. extremo habet, Cn. Flavius à factione forensi, quam Ap. Claudius censor in omnes tribus diviserat, adilem curulem factum.

De quæstoribus præter Livium l. 4. testis est Cicero l. 7. ad familiares, epistola 30. ad M. Curium his verbis: In campo certe non fuisti, cum hora secunda comitiis quæstoribus institutis, sella Q. Maximi, quem illi Consulem esse dicebant, posita esset, quo mortuo nuntiato, sella sublata est. Ille autem, qui comitiis tributis esset auspicatus, centuriata habuit, &c. Appellat enim hoc loco Cicero quæstoria comitia ea, quæ quæstoribus creandis habebantur, & paulo post addit, ea tributa fuisse. De triumviris capitalibus, testis est Cicero oratione pro Cluentio, de Q. Manilio loquens, ubi dicit eum suffragiis populi ad id munus pervenisse: quod certe neque centuriatis, neque curiatis comitiis fieri potuit, quemadmodum ex superioribus constat. Tributis ergo eum factum esse triumvirum capitalem, necessario sequitur. Idem etiam sentiendum de triumviris nocturnis, de quibus Liv. l. 9. extremo. Tribunos porro militum tributis comitiis creatos fuisse, obscurum non est: non tamen omnes. Cum enim duo eorum genera fuerint, ut scribunt Livius l. 7. & Asconius, Rufuli scilicet & comitiati; Rufuli in exercitu ab imperatoribus vel ducibus belli, comitiati Romæ comitiis creabantur: cujus rei initium teste Livio loco modo indicato, fuit anno ab U. C. cccxciiii. Coss. Q. Servilio 11. L. Genutio 11. Atque hi magistratus omnes ordinarii fuerunt. Videamus nunc extraordinarios.

Magistratus minores extraordinarii, qui tributis comitiis crearentur, fuerunt præfecti annonæ, teste Livio lib. 4. ubi dicit, eum à plebe creatum. Duumviri navales, de quibus Livius lib. 9. inquit: Et duo imperia eo anno dari cœpta per populum, utraque ad rem militarem pertinentia: unum, ut tribuni militum senideni in quatuor legiones à populo crearentur, quæ antea perquam paucis suffragio populi relictis locis, Dictatorum & Consulum ferme fuerant beneficia: alterum ut duumviros classis operandæ reficiendæque causa idem populus juberet.

De quæstoribus sive quæstoribus parricidii testes sunt leges, Manilia apud Sallustium, & Varia apud Asconium, quibus decernebantur de certis quibusdam criminibus quæstiones, ad quas exercendas ipsi legumlatores simul populum rogabant, ut quæstores designaret. Ne dicam, quod sæpe legimus, tribunis plebis comitia habentibus, quæstores creatos fuisse: quæ certe comitia non centuriata, sed tributa esse oportuit.

Pertinent huc & duumviri ædium factarum locandarum, ædificandarum, consecrandarum, vel restituendarum: quos populus ex lege Papiria designare solebat, de quibus Cicero pro domo sua, & sæpissime Livius. Triumviri reficiendis sacris, de quibus Livius. Quinqueviri turribus murisque reficiendis, Livius l. 25. triumviri & quinqueviri mensarii, Livius l. 6. & 23. triumviri sacris conquirendis, & triumviri donis persequendis, Livius l. 25. Item omnes curatores sive magistratus extraordinarii, id est, qui non ut ordinarii annuam potestatem continuatam habebant, sed tamdiu in ea erant, dum curationem, cui præfecti erant, absolvisset, comitiis tributis creabantur. Triumviri quoque, vel quotquot creari placuit, ad colonias deducendas, ad redigendos colonos in suas quemque colonias, aut agros dividendos, de quibus frequentissima est in omni historia mentio: curatores item viarum extra Urbem, de quibus Cicero & triumviri juvenibus ad militiam conquirendis, de quibus Liv. lib. 23. comitiis tributis creabantur. Et de his omnibus Messala augur, apud Agell. l. 13. c. 14. dicit: Minoribus magistratibus creandis tributis

*comitiis magistratus*, sed *justius curiata datur lege*. Quibus verbis significat *Messala*, minores magistratus comitiis tributis creari, cum prius & quidem *justius curiatis* creati essent.

*Provinciales magistratus*, qui his comitiis creabantur, fuerunt *proconsules*, propratores & proquaestores. *Proconsules* enim, quanquam ordinarie ex Senatus decreto provincias obtinerent: sæpe tamen etiam præter Senatus voluntatem, populi jussu in provincias missos fuisse legimus, præsertim si extra ordinem provinciarum iis mandarentur. Id quod etiam de *propratoribus* & *proquaestoribus* sciendum est, de quibus hoc loco non dicemus plura, sed in librum de magistratibus reservabimus.

Alteram causam *tributorum comitiarum* fuisse diximus sacerdotum creandorum: non tamen omnium. Quidam enim à collegiis suis cooptabantur, ut *salii*, *luperi*, *fratres arvales*, *sacerdotes Galli* & *Sodales Titii*: *Vestales* à pontifice maximo, Rex sacrorum *centuriatis*, flamines & curio maximus *curiatis*, solus pontifex maximus ante legem Domitiam, *tributis comitiis* creabatur, ut ex *Livio* intelligi potest. Post legem vero Domitiam, qua sacerdotum subrogandorum jus à collegiis ad populum translatum est, etiam pontifices, augures, faciales, septemviri epulonum, & quindecimviri sacris faciundis *his comitiis* creari cepti. Cujus rei testimonia si quis requirat, is *Nicolai Grucchi* l. 2. de *comitiis Romanorum* legat, ubi ea omnia diligentissime multis Scriptorum locis in medium adductis, probat. Accedamus ad reliqua.

Tertiam causam dixi esse legum ferendarum, id, quod nemini, nisi in lectione historiarum plane non versato, ignotum esse potest. Testatur hoc ipsum nomen *plebiscitorum*, quæ videlicet plebs, plebejo magistratu rogante, constituebat. Omnia igitur *plebiscita*, omnes rogationes, quibus de pace ad populum ferebatur (bellum enim *lege centuriata* indici solebat, ut ante diximus) & quibus superioribus temporibus aliquis legibus solvebatur, quacunque id ratione fieret, item, quibus per populum triumphus decernebatur, publicæ quæstiones constituebantur, aut civitas aliquibus dabatur, *comitiis tributis* ferebantur. Non opus est singula prolixè probare, de duabus tantum aliquid addam, videlicet de *rogationibus*, de pace & solvendo legibus. Quod de pace ad populum *tributis comitiis* latum sit, docet *Liv.* l. 30. ubi scribit, *M. Attilium* & *Q. Minutium* trib. pleb. ad populum tulisse, vellent, juberentne Senatum decernere, ut cum Carthaginensibus pax fieret, & quem eam pacem dare, quemque ex Africa exercitum deportare juberent? Et alibi *Livius* l. 24. *Q. Martium* Regem & *Catinium Labeonem* trib. pleb. ad plebem tulisse, vellent, juberentne cum Rege Philippo pacem esse? Quæ *rogatio* in Capitolio ad plebem lata est. Omnesque v. & xxx. tribus uti rogata, jusserunt.

Quod ad illas *rogationes* attinet, quibus aliquis legibus solveretur, id superioribus temporibus observatum fuit. Ætate etiam *Ciceronis* Senatum eam sibi auctoritatem arripuisse, eaque *lege Cornelia* rursus privatum fuisse, habet *Asconius* argumenta Orationis pro *C. Cornelio*: *C. Cornelius*, inquit, legem promulgavit, qua auctoritatem Senatus minuebat, ne quis, nisi per populum, legibus solveretur, quod antiquo quoque jure erat cautum. Idque in omnibus *senatusconsultis*, quibus aliquem legibus solvi placebat, adjici erat solitum, ut de ea re ad populum ferretur. Sed paulatim ferri erat desitum, resque in eam consuetudinem venerat, ut postremo ne adjiceretur quidem in *senatusconsultis* de rogatione ad populum ferenda. Hactenus *Asconius*.

Restat ut etiam de quarta *tributorum comitiarum* causa, de judiciis videlicet, dicamus. Hic igitur ea judicia intelligenda sunt, quæ multæ alicui indicendæ causa exercebantur. Nam judicia capitibus *centuriatis comitiis* fiebant. Testis de his judiciis est *Livius* multis locis. Libro 4. scribit, *M. Posthumio* & *T. Quintio* tribunibus plebis diem dictam, quod ad *Vejos* eorum opera male pugnatum esset. Et paulo post subjicit: Mœstæ civitati ab re male gesta, & iratæ ducibus, *M. Posthumius* reus objectus, decem millibus æris gravis damnatur. *T. Quintium* collegam ejus omnes tribus absolverunt. Plura testimonia apud eundem sunt lib. 25. l. 34. l. 43. & aliis. Et hæc de causis *tributorum comitiarum*,

## CAPUT XVII.

## De personis, quarum interventu comitia tributa peragebantur.

**T**riplices persona etiam hic forte considerandæ: primum quibus jus fuerit *comitia tributa* habere, deinde illæ, propter quas illa *comitia* fuerint habita, tum quæ tulcrint *suffragia*.

Tribunorum & ædilium plebis *comitia* habuerunt *tribuni*, & ii quidem, quibus id sorte eveniebat: quod docet *Livius* lib. 3. qui de *comitiis tribunitiis* verba faciens, dicit: Forte quadam utili ad tempus, ut *comitiis* præesset, potissimum *M. Duillio* (qui unus ex collegio tribunorum erat) sorte evenit, viro prudenti, &c. Sortiebantur igitur *tribuni*, cui *comitia* habenda essent, vel communi consensu alicui id munus injungebant: cujus exemplum legimus apud eundem *Livium* libro tertio. Nec plura testimonia de *tribunitiis comitiis*, quod *tribunibus* habere ea licuerit, ut de re manifesta, adferam.

De *adilitiis comitiis*, quod id munus etiam ad solos *tribunos plebis* pertinuerit, perspicue docet *Dionysius* lib. 6. scribens: *Tribunos plebis*, postquam impetrassent à patribus potestatem creandi *ædiles*, quos administratos, confestim eos creasse. Quod autem apud *Livium* lib. 3. legitur, *tribunos* post ejectos decemviros à pontifice maximo creatos fuisse, id semel tantum, atque extraordinarie factum est, cum nulli

tum.

tum essent tribuni plebis, propter *decemvirorum* imperium, in quo instituendo cessarant omnes alii magistratus, nec possent ipsi ab Interrege patricio magistratu creari. *Tribunorum* itaque ædiliumque plebis *comitia* ordinarie habebantur à tribunis. Reliquos ordinarios magistratus minores Consules creabant, aut Dictatores, si quando *comitiarum* habendorum causa creabantur, aut tribuni militum Consulari potestate.

De Consulibus quod habuerint *comitia tributa* quæstorum creandorum, testatur *Cicero* lib. 7. epist. ad famil. ad Curium, & oratione in Vatinium. Sic & ædilium curulium *comitia* habebant, quemadmodum testatur idem oratione pro Plancio, & ad Atticum lib. 4. Quod idem etiam de *tribunis militum* Consulari potestate sentiendum. Illi enim quæstoria *comitia* habuerunt, uti ex *Livio* cognoscitur. Idem scribit lib. 6. primos ædiles curules à Dictatore creatos fuisse: *comitia* etiam *tribunorum* militum in castris, ad Consulium munus pertinuerunt.

Quod ad extraordinarios magistratus attinet, eos creandi *Consulibus*, *prætoribus* & *tribunis* plebis jus fuit, uti ex omni historia patet. Non igitur singula pluribus sunt probanda.

*Sacerdotum comitia tributa* Consules habere oportuisse ex *Ciceronis* epistola ad Brutum colligi potest, ubi ait, mortuis Hirtio & Pansa Consulibus, *comitia sacerdotum* necessario differenda esse, donec res ad *interregnum* rediisset, ut Consules auspicato ab Interrege subrogarentur. Atqui tum & prætores, & trib. pleb. erant Romæ: quibus si jus fuisset, ea *comitia* habendi, sacerdotum *comitia* non fuissent eo usque differenda, dum Consules subrogati essent. Hoc tamen post legem Domitiam observatum fuit. Nam ante eam legem *comitia tributa*, quæ pontifici maximo creando habebantur, ab uno quodam pontifice haberi solebat, id quod ex *Livio* lib. 25. initio intelligitur. Scribit enim, *comitia pontifici* maximo creando habuisse M. Cornelium Cethegum pontificem.

*Legum judiciorumque comitia tributa* habere iis magistratibus licebat, quibus jus erat cum populo agendi, *Consulibus* scilicet, prætoribus & tribunis plebis: de quibus sæpe legimus in historiis, quod rogationes ad populum tulerint: quemadmodum ætate *Ciceronis* rogatio de religione à P. Clodio poluta, à M. Pisone Consule lata est. *Lex Aurelia* de tribus ordinibus judicum ab *Aurelio Cotta* prætore: *leges Gabinia*, *Manilia*, *Vatinia*, à tribunis plebis lætæ sunt. Hæ igitur personæ omnes jus habendi *comitia tributa* habuerunt. Sequuntur illæ, quæ jus suffragii habuerunt.

Omnibus civibus Romanis, quibus data erat civitas cum jure suffragii, licebat *comitiis* *tributis* suam dicere sententiam. Simul enim cum pleno jure civitatis *tribum* accipiebant, in qua suffragium ferrent. Docet id *Livius* lib. 38. inquit: De Formianis Fundanisque municipibus & Arpinatibus C. *Valerius Tappo* tribunus plebis promulgavit, ut iis suffragii latio (nam ante sine suffragio habuerant civitatem) esset. Et apud *Agellium* libro 15. cap. 27. *Lælius Felix* scribit, *tributa comitia* esse, cum ex locis & regionibus suffragium feratur. Quibus ex verbis manifestum sit, non eos solum cives Rom. qui in Urbe ipsa habitarent, & tribubus sive locis distincti essent, *suffragii jus* habuisse: sed eos etiam, qui non in Urbe, sed extra eam, in Italia habitarent, atque etiam tribubus, sive regionibus, ipsam Urbem circumjacentibus distincti essent, postquam civitate cum *suffragii jure* donati essent, sive municipes, sive coloni essent. In quibus autem *tribubus* quævis colonia, vel præfectura, vel fœderata civitas post civitatem impetratam suffragium tulerit, inventu difficillimum, nec ita scitu necessarium esse arbitror. *Carolus Sig.* lib. 3. de antiquo jure Italiæ, cap. 3. paucas annotat, quas ipse invenit. Verba ejus libet adscribere: Mihi inquit, ne hanc quidem investigandæ antiquitatis partem negligenti contigit, ut veterum lapidum titulos perlegens, atque observans, paucarum tantum quarundam certas tribus invenerim. *Mutina* quidem, patriæ meæ, *Polliam*, Veronæ *Publiam*, Sutrii *Velinam*, Ceretis & Tudertis *Clustumina*, Florentiæ *Scaptiam*, Atestis *Romiliam*, Brixinæ *Fabiam*, Vicentiæ *Meneniam*, Clusii *Arniensem*, Tergestis *Pupiniam*, Aletrii *Publiam*, Arretii *Pomptinam*. Nam Atinam in Terentina suffragium inisse, docet *Cicero* in Planciana. Hactenus *Sigonius*.

Notandum vero & hoc est, licet interdum ejusmodi coloniarum, præfecturæ, aut fœderatæ civitates *jus suffragii* non haberent: quosdam tamen cives ex iis illud jus adipisci potuisse, idque variis modis: vel per legem, cujus exemplum habemus apud *Livium* lib. 41. Lex, inquit, fociis, ac nominis Latini, qui stirpem ex sese domi relinquerent, dabat ut cives Rom. fierent, qui in Latinis coloniis magistratum gessissent, vel etiam hac ratione, qua per *legem Servilium* Latinis jus erat civitatem assequendi in locum ejus, quem accusando damnasset repetundarum. De hac ratione *Cicero* pro Balbo.

Præter has personas oportebat etiam adesse *comitiis* *tributis* magistratuum candidatos, eosque in tribunitiis quidem & ædilitiis *comitiis* omnes plebejos. Nulli enim patricio is magistratus patebat, ut habet *Livius* lib. 4. Quapropter factum est, ut posterioribus temporibus quidam patricii, quo possent ad eum magistratum pervenire, sese plebejis adoptandos dederint, quemadmodum de *Clodio* legimus. Id etiam observatum est, ut ex singulis classibus par numerus *candidatorum* esset. Ideoque ab anno trigésimo sexto post primos tribunos plebis, semper ex singulis classibus binos creatos fuisse, testatur *Livius* lib. 3. Idem alibi dicit: cautum etiam fuisse de tribunorum ædiliumque plebis personis, ut eos *magistratus* gerere iis non liceret, quorum pater, qui sella curuli sedisset, viveret.

*Candidati quaestura* tam patricii, quam plebeji esse poterant, hoc tantum in iis providendum erat post

legem annalem, ut ætatem haberent lege definitam, & ut emeritis decem annis stipendiis, nullo infami iudicio à petitione deicerentur: *candidatis tribunatus* militaris videndum erat, si equites essent, ut decem stipendia, si pedites, ut sex vel minimum quinque haberent.

Quod autem ad *candidatos magistratum* extraordinarium attinet, de iis quidem certi nihil tradi potest, nisi quod *Cicero* adfert, lege *Licinia* & *Ebutia* cautum fuisse, ne is, qui ad populum rogationem de aliqua potestate, aut curatione tulisset, semetipsum, aut collegas suos aut cognatos aut affines crearet.

Porro etiam in *sacerdotum comitiis candidatos* adesse oportebat. De quibus sciendum, quod dimidia ex parte patricii, ex altera plebeji esse debuerint, quodque absentium, vel etiam non petentium ratio haberi potuerit. Non aurem duos ex eadem gente in eodem collegio *sacerdotes* esse potuisse, legibus cautum fuisse scribit *Dio*. Neque etiam legibus definitam fuisse ætatem petendi sacerdotia, sicuti uti erat in petendis magistratibus, colligi potest ex *Suetonio*, qui affirmat, *Cæsarem* septimo & decimo ætatis anno factum fuisse *flaminem dialem*. Et *Cicero* ad *M. Brutum* scribit, se velle, ut filius suus *Cicero junior* in *pontificum* collegium cooptetur, quo tamen tempore ille admodum adolescens fuit. Non tamen verisimile est, eos ante, quam togam virilem acciperent, ad sacerdotia pervenire potuisse.

De *candidatis pontificatus maximi* notandum, eos nonnisi ex *pontificum* collegio esse potuisse, quod pluribus probat *Grucchius*. Atque hæc quidem de *candidatis*. In comitiis iudiciorum præter eos, qui *comitia* haberent, & eos qui suffragium ferrent, adesse etiam oportuisse accusatores, & reos cum advocatis, patronis & sordidatis, cuique manifestum est.

De *diribitoribus*, custodibus, rogatoribus & præconibus, quorum munus fuit etiam *centuriatis comitiis* interesse, supra dictum est, & post plura erunt annotanda. Considerabimus nunc horum *comitorum* locum.

#### CAPUT XVIII.

##### De loco tributorum comitorum.

**T**ributis comitiis vocandis non erat unus destinatus locus, quemadmodum *curiatis* & *centuriatis*: Quia religio non erat, extrane, an intra pomerium haberentur. Hinc reperimus, interdum in campo *Martio*, interdum in comitio, nonnunquam in Capitolio, aliquando in pratis *Flaminiis*, seu *Circo Flaminio*, *tributa comitia* habita. Quæ singula videntur probanda.

De campo quidem *Martio*, quod in eo *comitia tributa* magistratum creandorum habita sint, multa extant Veterum testimonia. De *tribunitiis comitiis* testatur *Cicero* epist. 1. lib. 1. epistolarum ad *Atticum*: In campo comitiis *tribunitiis* a. d. xvi. Kalend. *Sextil.* &c. & alibi. De *quæstoriiis* epist. 30. lib. 7. ad *famil.* ad *Curium* scribit: In campo certe non fuisti cum *quæstoriiis comitiis* institutis, &c. Mox enim epist. 3. lib. 4. ad *Attic.* subjungit, ea *tributa* fuisse. De *adilitiis* idem testis est epistolis ad *Atticum*. Plerumque igitur hi magistratus in campo *Martio* creabantur.

*Legum autem comitia* & iudiciorum in comitio haberi solebant. Testis est *Cicero* pro *Rabirio Posthumo*, ubi equites Romanos ita alloquitur. Si jam vobis nuntiaretur, in Senatu sententias dici, ut his legibus teneremini, concurrendum ad *curiam* putaretis: si lex ferretur, convocaretis ad *rostra*. Fuisse autem *rostra* in comitio supra demonstravimus. Quodque *comitia tributa* iudiciorum exercendorum in comitio haberi consueverint, ex *Ageilii* lib. 1. cap. 1. discimus.

Cæterum etiam in *Capitolio tributa comitia* magistratum creandorum, legum ferendarum & iudiciorum exercendorum, nonnunquam habita fuerunt. Sic enim *Tib. Gracchus*, ut est apud *Plutarchum* in *Gracchis*: & *Appianum* lib. 1. bellorum civilium, in *Capitolio* *tributis comitiis* creari iterum *tribunus plebis* voluit: suntque iidem testes, *triumviros agrarios* ex lege *Tib. Gracchi* in *Capitolio* creatos.

*Leges* in *Capitolio* etiam latis, scribunt *Plutarch.* in *Gracchis*, & *Livius* lib. 45. de lege agraria, & rogatione de triumpho *L. Pauli*, ubi eas in *Capitolio* à *Graccho* perlatas asserunt. Et paulo post, de *Opimio* refert *Plutarch.* quod de abrogandis *C. Gracchi* legibus *comitia* in *Capitolium* edixerit.

*Judiciorum* etiam *tributa comitia* in *Capitolio* habita fuisse, præter alios ostendit *Liv.* lib. 25. ubi de *comitiis*, quibus de mulcta *M. Posthumio Publicano* irrogata populus iudicabat, in *Capitolio* ea habita esse scribit.

De *circo Flaminio* jam dicendum. In eo igitur *comitia tributa* haberi solita, ex hoc probari potest, quod *Livius* lib. 3. scribit post ejectos decemviros *Q. Furium pontificem max.* in pratis *Flaminiis*, seu *circo Flaminio* *tributis comitiis tribunos plebis* creasse. Idem alibi docet *Livius* lib. 27. rogationem eam, quam tulerat *Bibulus* *tribunus plebis* de abrogando *Marcello* imperio, in *circo Flaminio* antiquatam fuisse, quod & *Plutarchus* in *Marcello* confirmat. Fuit autem *circus Flaminius*, ut id obiter addam, locus in ipsa Urbe, sic dictus, quod circum *Flaminium campum* ædificatus esset, vel à *Consule Flaminio*, qui ad *Thrasimenum lacum* occisus est, in quo *Iudi Apollinares*, equestresque celebrabantur: in quem etiam Senatus sæpe consultandi gratia ex *Capitolio* descendens, convenire solebat. De quo videndus *Bartholomæus Marlianus* lib. 6. cap. 3. in antiquæ Urbis topographia & *Georgius Fabricius* cap. 12. in sua Roma.

## CAPUT XIX.

*De tempore tributorum comitorum.*

DE tempore horum comitorum idem judicandum, quod de prioribus diximus, non potuisse ea nisi diebus comitialibus haberi: hac tamen addita exceptione, nisi quis nominatim, ut aliis etiam diebus cum populo agere sibi liceret, legem tulisset, id quod P. Clodium in tribunatu fecisse, docet Cicerone oratione pro Sestio, ubi scribit, eum inter alias leges etiam hanc tulisse, ut omnibus factis diebus sibi legem ferre liceret. Comitibus igitur tantum diebus ordinarie tributa comitia habebantur. Quo vero anni tempore, id fieri nullo modo de omnibus posse arbitrari. Nam legum, judiciorumque & extraordinariorum magistratum comitia certum tempus habere non poterant; quandoquidem pro publica necessitate ac voluntate magistratum variis anni temporibus haberentur. Sacerdotum comitia, cum erat in demortui locum sufficiens alius, habebantur: alias non, nisi aut novi instituerentur, aut numerus in collegiis augetur.

Ordinarii vero magistratus fere ad finem mensis Julii, & principium Augusti creabantur. Ac tribunorum quidem, ædiliumque plebis comitia, prima erant, tum Consularia & prætoria, de quibus supra diximus, mox ædilium curulium, post quæstorum, & tandem tribunorum militum.

Quod autem tribunorum, ædiliumque plebis comitia priora fuerint, quam Consulium & prætorum, intelligi potest ex epistola Ciceronis l. lib. 1. ad Atticum, ubi sic scribit: In campo comitiis tribuniciis a. d. xvi. Kalendas Sextilis, &c. & paulo post mentionem facit candidatorum Consularium illius anni: quibus verbis satis indicat, nondum fuisse Consules creatos. At idem Oratione 2. in Verrem, & in eam Asconius ostendunt, prætoriam ædilitiaque comitia post Consularia fuisse, sicut & Calius ad Ciceronem scribens indicat, tribunos ædilesque plebis jam creatos, cum adhuc sua comitia, quibus fieri ædilis curulis volebat, non essent habita: ubi ostendit Kalend. Sextil. jam creatos fuisse tribunos pleb. Consules & prætores, cum adhuc ædiles curules creati non essent.

Eodem tempore, & tribunos militum creati solitos, docet Cicero Oratione 2. in Verrem post ædiles tamen plebis, sicuti etiam quæstores, ut diserte affirmat Dio lib. 39. Hoc igitur ordine & tempore creati magistratus solebant, nisi aut obnuntiationibus, aut intercessionibus differrentur comitia. Notandum etiam est, quod sicuti alia comitia, ita & tributa ante primam diei horam haberi non potuerint, idque legibus prohibitum fuisse, Dio docet lib. 39.

## CAPUT XX.

*De modo tributorum comitorum.*

INDICEbantur primum hæc comitia ab aliquo magistratu, qui ea habiturus erat, idque ut plurimum trinundino antequam haberentur: quod ostendit Livius, quando in sua historia sæpissime dicit, indicta fuisse comitia à tribunis, Consulibus, aut aliis. Unico testimonio contentus ero, quod scribit libro quarto: Cum tribunorum plebis creandorum comitia indicta essent, &c.

Legibus etiam, quas tribuni plebis, alique magistratus, tributis comitiis ferebant, omnia accommodari, quæ de centuriatis diximus, poterant, quod scilicet trinundino ante promulgandæ, suadendæ & dissuadendæ atque explicandæ essent. Et hoc primum de modo eorum comitorum notandum est. Deinde illud observandum, non auspiciata habita fuisse ea, id quod præter Livium & alios, Dionysius l. 9. ubi discrimen ponit inter tributa & curiata comitia, aperte docet. Verba ejus hæc sunt: Curiatas comitiis de re quæpiam in Senatu prius tractata suffragia curiatim colligebantur, idque auspiciato: alias, nisi aves addicerent, ea comitia habebantur pro irritis. Tributa vero inconsulto Senatu, nullis auspiciis adhibitis, una die peragebantur à tribulibus. Hæc ille. Quæ tamen non de omnibus auspiciis intelligenda sunt. Cum enim tria essent auspiciorum genera, ut supra ex Sigonio retuli, avium inspectio, de cælo observatio, & tripudii animadversio: & avium inspectio ad comitia curiata, & centuriata: tripudii animadversio ad res gerendas: observatio de cælo ad omnia comitia adhiberetur, sequitur hoc tantum auspiciis in iis observandum esse, ne haberentur, quo die servatum esset de cælo: id quod etiam Cicero in Vatinius innuere videtur, cum scribit: Inde à Romulo decretum fuisse ab auguribus Jove fulgente cum populo agi nefas esse. Parendum igitur etiam in his comitiis obnuntiationi fuit, nisi interdum ad legem aliquam ferendam, quam omnino vellet Senatus pro temporis necessitate perferri, ut nulla ratione impediretur, lator illius his legibus solveretur: sicuti de M. Aufidio Lurcone tribuno plebis legimus apud Ciceronem. Et Clodius initio sui tribunatus legem tulisse fertur, ne obnuntiationi sibi parendum esset. Ita autem hæc comitia inauspiciata habebantur, quod non captarentur auspiciis, non adhiberentur augures, pullavivæ, quemadmodum in magistratibus majoribus fieri solebat. Sic Sigonius l. 1. de antiquo jure civium Romanorum, cap. 7. explicans, quid esset, cum plebeji magistratus carerent

au-

auspiciis, scribit: Cum plebeji carere auspiciis dicuntur, avium volantium aut canentium observatione in comitiis, tripudio in rebus gerendis carere dicuntur, quæ soli patricii tenuerunt. Hæc ille. Et sicutiam intelligendum, quod interdum legitur, *tribunos*, aut *ediles plebis*, aut alios magistratus minores vitio creatos fuisse, videlicet eo die, quo creati essent, fulgurasse aut tonuisse. Ideo contra commune augurum decretum cum populo aut plebe actum esse, quo die servatum esset de cælo. Non igitur oportebat *patres horum comitiorum* auctores fieri, nec auspicia adhibebantur, nec sacra ante fiebant, quod *centuriatis comitiis* factum fuisse diximus. Ad ipsa vero *comitia* quod attinet, quando populus convenerat, tum concio habebatur à magistratu eo, qui *comitia* illa habebat: qua concione de magistratibus aut sacerdotibus creandis, vel de legibus ferendis, verba ad populum faciebat. Hac peracta, populus in suas quisque *tribus* discedebat, tum sortitiones fiebant à magistratu, quæ diversi erant generis. Una erat, ac prima omnium ad sortiendum, in qua *tribus Latini* suffragium ferrent. Sic enim *Livius* l. 25. Testibus datis, tribuni populum summovent: sitellaque allata est, ut sortirentur, ubi *Latini* suffragium ferrent. Quod quomodo intelligendum sit, pluribus docent *Nicolaus Grucchius*, l. 2. de comitiis, cap. 4. & *Carolus Sigonius*, l. 1. de antiquo jure Italiae, cap. 4. quorum fere hæc est summa: Fœdere cum Latinis iuncto, *Sp. Cassio* 11. & *Postumio Cominio* 11. Coss. anno Urbis conditæ ccc. xi. datam eis fuisse potestatem ferendi suffragii, si quando tempore comitiorum Romæ essent, quod quidem in legum & iudiciorum tantum comitiis factum fuisse, *Sigonio* placet. Quia vero in nullam tribum adscripti essent *Latini*, ante legem Juliam, qua eis universis civitas data est, idcirco sortiendum erat, in qua tribu suffragium ferre deberent. Post legem autem Juliam latam, qua *Latini* omnes civitate donati sunt, hac sortitione opus amplius non fuit. De fœdere quidem cum *Latinis* facto scribunt *Cicero* & *Dionysius* l. 8. quorum hic *Sp. Cassium* sic loquentem introducit: *Latinos* cognatos Romanorum, sed eisdem imperii gloriæque æmulos, in amicitiam atque civitatem recepi (sive æquo jure civitatis donavi) ut jam Romam patriam existimarent, non adversariam. Et paulo post: *Sp. Cassius* accersebat ad suffragia ex *Latinis* & *Hernicis* quotquot poterat. Illi frequentes conveniebant, brevique repleta est Urbs hospitibus. Hoc cognito *Virginus* voce præconis edixit per compita, ut omnes, quibus in Urbe non esset domicilium, excederent, præfinito ad id non magno temporis spatio. *Cassius* vero iussit contrarium proclamari, ut, quotquot haberent civitatis jus, manerent, donec perferretur lex. Quibus ex verbis intelligitur, qua ratione *Latini* jus ferendi suffragii acceperint, quod scilicet id precarium potius magistratum beneficium, quam optimum jus fuerit, ideoque nonnunquam Consule, vel tribuno plebis intercedente, ii qui suffragiorum causa in Urbem venissent, ante *comitia* exire fuerint iussi: id quod etiam ex *Plutarcho* in *Gracchi* manifestum est, ubi scribit, socios *Latinos* à C. Fannio Consule Urbe exire iussos, ne tum Romæ essent, quando legibus *Gracchi* ferendis, *tribus* in suffragium vocarentur. Hinc *Cicero* pro *Sestio*: Nihil acerbius socios *Latinos* ferre solitos esse dicit, quam id, quod perraro accidit, ex Urbe exire à Consulibus juberi. Hæc igitur *prima sortitio* erat. Altera fiebat inter *tribus*, quo scilicet ordine quæque earum suffragium ferret. Ad quam sortem peragendam, omnium tribuum nomina in cistellam quandam conjiciebantur, tum ut quæque prior exierat, ita prior suffragium ferebat, quemadmodum ex historia *Tib. Gracchi* apud *Appianum* lib. 1. bellorum civilium intelligi potest. In sacerdotum vero creatione, quia septemdecim tantum *tribus* suffragium ferre ex lege poterant, idcirco sortiendæ tantum erant hæc *tribus septemdecim*, quæ erant suffragium laturæ: hac quidem, ut verisimile est, & ex *Cicerone* colligitur, ratione, ut conjectis in cistam triginta quinque *tribubus*, septemdecim, quæ primum educerentur, suffragium ferrent, reliquæ suffragio excluderentur. In omnibus autem *comitiis tributis*, quæ *tribus* prima forte exibat, prærogativa dicebatur. Hoc tamen diversum erat à *comitiis centuriatis*, quod in his, sortitione prærogativæ centuriæ facta, reliqua *comitia* absque sorte, pro censu, ordine, atque ætate peragebantur. At *comitiis tributis* sorte utendum erat ad finem usque comitiorum.

Sortiente magistratu, prout quæque primum exierat, à præcone ad suffragium ferendum vocabatur. Quæ vero *tribus* vocabatur, de eo loco, ubi consistebat (erant enim etiam ante suffragium *tribus* divisæ locis, & singulæ seorsim stabant, id quod tum ex aliis, tum ex *Dionysio* lib. 7. perspicuum est) discedebat per pontes in septum, vel ovile, de quo supra diximus. In pontis initio stabant *diribitores*, qui tabellas populo ministrarent. Consistebat & in ponte magistratus ille, qui *comitia* habebat, isque cistam deferebat, colligendis per *tribus* suffragiis, atque rogatoris munere fungebatur. Non enim alii his *comitiis* erant rogatores, quod in *centuriatis* fiebat, quam ipsi magistratus, qui *comitia* habebant, id quod ex auctore *Rhetoricorum* ad *Herennium* lib. 1. *Cicerone* 1. de natura Deorum, *Asconio* in *Cornelianam*, & *Suetonio* in *Cæsare* apparet. Aderant autem custodes, qui animadvertent, ne quid fraudis, vel in diripiendis, vel in colligendis suffragiis committeretur, quique suffragiorum numerum pro *candidatis* inirent. Hi custodes erant, vel candidatorum amici, qui amicitia causa, vel etiam magistratus, qui pro magistratu suo *comitiis* se interponebant, atque hoc munere fungebantur. Cæterum quod ad *suffragia* attinet, colligebantur ea *viritim*, ita ut omnes, qui ex eadem tribu essent, rogarentur. Postquam autem tota *tribus* suffragium dixerat, sententia numerabantur, atque describebantur, hoc est, tot puncta in tabella notabantur, quot tabellæ similes reperirentur: atque in quam plures consensisse videbantur, ea *tribus* sententia renuntiabatur.

Quod

Quod *Livius* libro quadragesimo scribit, de censoribus *M. Emilio Lepido* & *M. Fulvio Nobiliore*, mutasse eos suffragis, regionatimque generibus hominum, causisque & quæsitibus, tribus descripsisse, ex eo colligit *Nicolaus Grucchius* lib. 2. de Comitibus, capite quarto, cum primum confuse homines unius tribus suffragium ferre confuevissent, id mutatum ab istis, quos dixi, censoribus esse, & constitutum, ut non amplius confuse, sed quadam distinctione, & quibusdam gradibus, unius tribus ordines, & genera sententias dicerent, ita quidem ut seorsim ferrent suffragium patricii, seorsim plebei, seorsim ingenui, seorsim libertini, (sic enim genera interpretatur) tum, ut causis etiam distincti suffragium ferrent, hoc modo, ut seorsim ferrent *senatores*, tum *publicani*, *scribae*, *tribuni ærarii* atque *agricolæ*. Hos enim causis, id est, negotiis distinctos fuisse, *Livium* affirmare vult, quod negotia inter sese gererent diversa. Tandem, ut seorsim etiam suffragium ferrent distincti homines quæsitibus, id est, qui artes exercebant inter cives receptas, & inter se diversas, ut puta, *littores*, *pracones*, *fabri*, *tibicines*, *argentarii*, *nummularii*, aliique. *Sellarius* enim, sive manuaris artes exercere civibus Romanis non licebat, quemadmodum *Dionysius* lib. 2. & 9. testatur. Atque hac quidem distinctione, quæ *Ciceronis* etiam tempore observari solebat, ratio habebatur aliqua dignitatis nobiliorum hominum, ne in cætera turba promiscue suffragium ferrent: quod autem ad *suffragiorum vim* attinebat, nihil mutabatur, nec erat eorum major auctoritas, quam prius. Siquidem ea tandem tribus sententia renuntiabatur, in quam plures cujusque generis inclinassent, ac numeri, non dignitatis suffragantium hac in re habebatur ratio. Quæ omnia prolixè explicat, & adductis veterum Scriptorum testimoniis confirmat *Grucchius*. Atque hæc in genere de *tributorum comitiis* modo dicta sint. Nunc etiam specialia quædam de singulis sunt subjicienda. Primum de *magistratuum comitiis*.

In his tot dabantur *tabellæ*, quot erant *candidati*, quorum nomen receptum esset. Et quondam triginta quinque tantum tribus erant; oportebat enim decem & octo tribus ferre quemque *candidatum*, ut à majore parte populi creatus diceretur. Ut autem quisque prior eum numerum *tribuum* tulerat, ita prior renuntiabatur: cumque tot creati erant, quot ex lege in eo magistratu esse oportebat, tum finis fiebat *comitiis*. Veluti *adilitiis comitiis*, quia duo tantum creandi erant, statim, ubi ex omni *candidatorum* numero duo ab octodecim tribubus facti ædiles erant, finis fiebat vocandarum *tribuum*. Ac si consensissent in eo illæ octodecim tribus, quæ primæ sorte exierant ad suffragium ferendum, reliquæ tribus non vocabantur; sin variassent octodecim illæ tribus, quia alios *candidatos* aliæ tribus fecissent, eo usque vocandæ erant tribus, dum legitima suffragia duo confecissent, hoc est, donec duo ab octodecim *tribubus* creati ædiles essent. Quod idem etiam de tribunis plebis decem, viginti quæstoribus, viginti quatuor tribunis militaribus, & aliis, quotquot creandi essent, ordinariis extraordinariisque magistratibus intelligendum est.

Verum in *tribunorum plebis* renuntiatione, primis quidem temporibus, id proprium erat, ut si evenisset, ex numero *candidatorum* decem non confecisse legitima suffragia, tum ab iis, qui legitima suffragia confecerant, cooptabantur, absque suffragio populi, quot erant necessarii ad perficiendum numerum decem tribunorum. Docet hoc *Livius* lib. 3. de *comitiis* *M. Duillii* in hunc modum scribens: *M. Duillius* comitia habuit. Et quinque tribunis plebis creatis, cum præstudiis aperte peitentium novem tribunorum, alii *candidati tribus* non explerent, concilium dimisit, nec deinde *comitiis* causa habuit. Satisfactum legi aiebat, quæ numero nusquam præfinito tribunis, modo ut relinquerentur, sanciret: & ab iis, qui creati essent, cooptari collegas juberet. Recitabatque rogationis carmen, in quo erat: Si tribunos plebis decem rogabo, si quos minus hodie decem tribunos plebis fecerint, hi tum utique, quos sibi collegas cooptassint, ut illi legitimi eadem lege tribuni plebei sint, ut illi, quos hodie tribunos plebei feceritis. Verum ea ratio lege à *L. Trebonio tribuno plebis* lata anno proximo, postquam hæc, quæ de *M. Duillio* diximus, gesta erant, mutata est, ut idem *Livius* libro 3. paulo post scribit: *L. Trebonius tribunus plebis* rogationem tulit, ut qui plebem Romanam tribunos plebis rogaret, is usque eo rogaret, dum decem tribunos plebis faceret.

Hac lege *cooptationem* sublatam esse, manifestum est. Si itaque post eam legem accidisset, *tribunos plebis* ad numerum legitimum factos non esse, revocandæ erant *tribus* ad suffragium eo usque, dum decem tribuni plebis creati essent. *Appianus* lib. primo bellorum civilium etiam scribit, *C. Gracchum*, secundum tribunatum obtinuisse per legem quandam, qua cautum sit, ut si quis ex *candidatis* legitima suffragia non confecisset, tum liberum esset plebi, quem vellet *tribunum plebis* nominare. Erat enim legitima suffragia conficere, octodecim *tribuum suffragia* ferre. Explere autem suffragia, erat, non quidem octodecim *tribuum suffragia* ferre, sed tamen eum numerum *tribuum* conficere, ut tandem plures tulisse judicaretur, quam alius. Si itaque tum duo, vel tres *candidati* parem numerum *suffragiorum* haberent, nec alter alterum numero *suffragiorum* excederet, revocandæ erant *tribus*, quæ ex illis *candidatis*, qui tribus non expleverant, unum aliquem *tribunum*, vel quotquot adhuc necessarii erant, crearent. In *adilitiis comitiis* hoc non observabatur. In iis enim, si aliquando accidisset, pares *suffragiis candidatos* esse, non revocabantur *tribus*, sed sorti decernebatur, cui cederet magistratus, quod ex *Cicerone* pro *Plancio* intelligitur. In *quæstoriis comitiis* idem factitari solitum, verisimile est, quod in *tribunitiis*, ut revocarentur potius *tribus*, quam ut sorti res committeretur. In *tribunorum* *militarium*

comitiis si ad legitimum numerum non pervenerant, qui creati erant, Consul hac in re iudicio stabatur. Erat enim is magistratus, quem *Consul* creare posset.

In extraordinariis vero magistratibus idem factum fuisse, quod in tribunis plebis, sentiendum est. Id enim totum sui iudicii esse populus volebat, ut Cicero oratione 2. Agraria indicat.

In legum *comitiis tributis*, idem modus omnino, qui *centuriatis* servabatur.

Quod vero attinet ad *comitia* iudiciorum, Cicero pro domo eam docet fuisse rationem, ut nemo, nisi prædicta die, accusaretur: tum ut *magistratus* ter reum ante accusaret, quam multam irrogaret: ea vero irrogata, trinundino prodenda erat dies, qua ad populum multa certandum esset: quæ dies cum advenisset, quarta accusatio fiebat à magistratu. Tum *atratus* reus, sive, ut Cicero ait, *fordidatus*, barba & capillo promisso (hic enim reorum habitus esse solebat) à magno amicorum item atratorum comitatu in forum deducebatur. *Magistratus* interim in rostris sedebat, *reus* sub rostris stabat, *populus* ante rostra in comitio erat. *Præco* igitur, cum magistratus iusserat, ex rostris reum citabat. Qui, si vellet pro se dicere, in *rostra* ascendebat, ut inde orationem haberet ad populum. Sin per alium se vellet defendere, is item iussu magistratus in *rostra* ascendebat reumque defendebat. Quod si orationibus tempus usque eo consumeretur, ut non satis videretur restare temporis: quo ante noctem peragi *comitia* possent, dies producebatur, hoc est, in alium *comitiale* diem differebatur populi iudicium. Qui dies cum venisset, idem, quod priori die, peragebatur: nisi quod spatium fere dicendi magistratus constituiebant. Cum dicendi finem utrumque fecissent, populus in suffragium mittebatur. In quo non eadem dabatur tabellæ, quæ iudicibus, *condemnandi, absolvendi & ampliandi*: sed quales in legibus ferendis, *uti rogas, & antiquo*. Lege enim lata, multa dicebatur: quæ lex, si à populo acciperetur, tantæ pecuniæ damnatus erat *reus*, quanta erat multa, quam dixerat *magistratus*: sin populus *antiquaret*, absolvebatur. Neque vero ex eo, quod supra, rostra comitium appellavimus in iudicio populi describendo, existimandum est, eo tantum in loco *comitia de multa* haberi. Nam aliis quoque in locis haberi docuimus ante: sed quia eo in loco sæpius id usu veniebat, propterea eum locum potissimum accepimus: sed ita, ut de aliis locis idem vellemus, quod de hoc, intelligi. Ad modum etiam horum comitiorum pertinet, quod Cicero scribit pro domo sua: Si qua res illum diem aut auspiciis, aut excusatione sustulisset, totam causam, iudiciumque sublatum esse. Ex hoc enim loco apparet, in reorum favorem proprie institutas fuisse has duas rationes effugiendi iudicii: quarum una erat in auspiciis, quæ si diem iudicii diffunderet, totum iudicium sublatum erat, benigna scilicet voluntatis Deorum interpretatione, quasi nolent omnino de hoc reo damnando cum populo agi, quando bona auspicia non dedissent. Altera causa etiam in excusatione legitima: quæ si die iudicii obtendi poterat, tota causa (inquit Cicero) tollebatur: ita ut reus non posset hoc nomine causam dicere, nisi renovato de integro toto iudicio, perinde, ac si nihil priore actum esset. Erant autem excusationes legitimæ, *morbus*: quomodo excusatum dicit fuisse P. Africanum *T. Livius*: *exilium voluntarium*, quomodo Cæso Quintius excusatus est, teste eodem *Livio* lib. 3. Item funeri familiaris procuratio, aliæque huius generis, quæ ex iure civili colligi possunt.

Quod attinet ad sacerdotum comitia, in his id jam diximus proprium fuisse, quod septemdecim tantum *tribuum* suffragio staretur, earum quibus id forte obtigisset. Itaque propter incertum sortis beneficium omnes *tribus* conveniebant, ut nulla se exclusam conqueri posset: sed in sortem tantum id rejicere poterant, quæ in suffragium vocatæ non erant. Statim ergo ut unus competitorum novem *tribus* tulerat, sacerdos renuntiabatur. Aut si ita variassent *tribus*, ut nullus competitorum novem ferret *tribus*, tum qui plures tulerat, reliquos superabat. Sin suffragiis pares essent, tum revocari *tribus* oportuisse existimari licet, nisi potius hac in re collegii iudicio staretur, ut is sacerdos esset, quem potissimum cooptassent. Cæterum ex *Cicerone* secunda Philippica, & in Bruto discimus, iis, qui petitionem sacerdotii profiteri volebant, nominationem fuisse necessariam, hoc est, non potuisse quemquam petitionem sacerdotii profiteri, nisi sibi unum aliquem, aut plurimum duos, nam plures lex non concedebat, ex collegio conciliasset, à quo, vel à quibus, in concione nominaretur. Oportebat autem eum, qui nominaret aliquem, *juratum id facere*, hoc est, publice jurare, dignum esse eum, quem nominaret, eo sacerdotio, de quo ageretur. Quod iuramentum fortasse eo fuit institutum, ne quem suffragiis suis populus indignum sacerdotio crearet. Denique *inauguratos* oportebat esse omnes, cujuscunque sacerdotii *candidatos*. Ita autem dicebantur *inaugurati*, si adhibitis ad Deos consulendos auguribus, pronuntiarentur digni ad fungendum sacerdotium. Atque ante legem quidem *Domitiam* omnino cooptabatur in collegium, qui inauguratus erat. At post *legem Domitiam* omnes competitors *inauguratos* esse oportebat, sed is solus cooptabatur, quem populus creasset, quod pluribus probat *Nicolaus Græcchius* lib. 2. de Comitibus, cap. 4. & ita fere populus iudicium sacerdotum confirmabat. Qua ratione factum, ut apud Latinos auctores totum hoc creandorum sacerdotum negotium verbo *inaugurandi* contineatur: ita ut *inauguratum* fuisse aliquem sacerdotem dicant, cum factum fuisse sacerdotem dicere volunt.

Post dicta suffragia in *magistratum* creatione, eadem fere, quæ post *centuriata*, fiebant. Postquam enim à præcone & à magistratu renuntiati erant, quos populus crearet, domum à frequenti amicorum comitatu deducebantur.



Post legunt comitia, id modo restabat, ut publicarentur, id quod æneis tabulis per fora & templa fixis fieri solebat, teste *Cornelio Tacito* libr. 11. Annalium.

In iudiciorum comitiis, si damnatus erat reus, illico prædes dare solvendæ mulctæ cogebatur: alioqui in vincula duci jubebatur à magistratu, quod ex historia *L. Scipionis Asiatici*, apud *Livium* lib. 38. & *Agellium* lib. 7. c. 19. intelligi potest.

Atque hæc quidem de comitiis hæctenus. Sequitur de magistratibus.

## AD LIBRUM SEXTUM

## PARALIPOMENA.

*Causa, locus comitorum, campus Martius, septa, suffragia per puncta ferebantur, in iisdem sortitio.*

URbis Romæ regimen triplex censetur: aut civile, quod in magistratibus urbicis: aut militare, quod in exercituum imperatoribus, legionum præfectis, castrorumque præpositis: aut denique sacrum, quod in sacerdotibus spectatur; ideoque unicuique sua erant comitia, de quibus eleganti volumine Græchius, qui mihi non ad manum. Andreas Tiraquellus in Alexandrum Neapolitanum libr. 4. Genial. diem. c. 3. Petr. Greg. Synagmat. Jur. universi lib. 27. (al. 47.) cap. 15. Marcell. Douar. Ponzan. in Elucidationibus p. 139. & rursus pag. 969. Carol. Sigon. Emendation. libr. 1. cap. 12. Nannius Miscellaneor. libr. 10. cap. 6. Wolfgangus Lazius in Rep. & alij. Interdum vero non univ. populum, sed partem adesse magistratus jubebat, atque is conventus, non comitia habita, sed concilia edicta proprie vocari poterat. A. Gell. lib. 15. cap. 27. immutata hæc ratio sub Augustis. C. Tacit. lib. 1. Annal. De comitiis consularibus, quænam primum illo principe, ac deinceps fuerit, vix quicquam affirmare amsim, adeo diversa, non modo apud antiores, sed in ipsius orationibus reperitur. Et de comitiâ morbo, quem ἐπιληψίαν aut ἰσπὴν νόσον, epilepsiam, sacrum morbum, aut ἰσπᾶδίων Herculeum, aut caducum appellant, aut denique lunaticum, ex *Cornelio Celso* libr. 3. cap. 24. *C. Plinio* libr. 20. cap. 17. *Galeno* libr. 6. de Morbis vulgar. *Aetæo* lib. 1. c. 13. *Aristotle* Problem. Sect. 30. disquisitione elegantior *Bainab.* *Brissonus* ex *Q. Sammonico Sereno* libello de Medicina c. 58. *Joan. Rosinus* etiam annotavit ipsius, cujus major in hoc libro diligentia, quam in aliis, licet iustitiam successus.

Locus in principio comitorum in ipsa Urbe erat, unde nomen inditum comitio. Qui locus à Palatii porta incipiens, qua forum terminabat, quasi *Titi* fornacem contingebat. Verba sunt *Lucii Fauni* de Antiquitatibus Urbis Romæ, lib. 2. cap. 10. subdit deinde: *Constat tamen diu fori ipsius partem fuisse comitium, quæ motorem Plinius de sicu mentionem faciens, quæ hoc loco erat in foro, atque in comitio fuisse scribit, tametsi tantum una esset sicus.* Locus autem, quem è *Plinio* indicat, habetur lib. 15. cap. 18. adde *Ciceronem* lib. 4. ad *Attic.* epist. 3. *Sueton.* in *Cæsare* cap. 10. quem locum adscribam, quia sanus non est: *Ad illis præter forum aut comitium basilicæque, etiam Capitolium ornavit porticibus ad tempus extrudis, in quibus abundante rerum copia, pars apparatus exponeretur: Legendum censerem, in quibus pars apparatus exponeretur.* *Bartholomæo Marliano* lib. Topograph. Urb. Romæ cap. 15. nomen inde deductum videtur, vel quod litium casu coirent, ut loquatur cum *M. Varone* lib. 4. de Ling. Lat. aut quod in eum locum ad sedans incedendum *Romulus* & *Tatius Reges* coissent. Idem *Marlian.* ejusdem libri cap. 19. *Publius Victor*, *Sexus Rufus*, *Onuphrius Panvinius*, alique Urbis descripores in 8. regione ponunt, nempe in ipso foro. Alludere videtur *M. Plautus* in *Curcione*, sc. *beatiss.*

*CV. Adolescens ob rempublicam hoc intus mihi Quod insigne habeo, queso ne me in comitiis.*

*LY. Licetne inforare, si in comitiis non licet?*

*CV. Non inforabis me quidem: non mihi placet Tuum profecto neque forum, nec comitium.*

Pars fori itaque comitium, indubitatum est ex auctoribus

antea citatis; & vidit *Theodorus Marcilius* in leg. *Xvirales* ad cap. 8. Comitii vero pars erat locus quidam, quem populi Romani secretarium appellaverunt, quem magis miror ab *Onuphrio* in 4. Urbis regione positum, quam ab aliis omnibus ejus mentionem prætermisissam: quam licet repetere ex vetusto marmore.

SALVIS. D. D. N. N. HONORIO. ET THEODOSIO. VICTORIOSISSIMIS. PRINCIPIBUS. SECRETARIUM. AMPLISSIMI. SENATUS. QUOD VIR. ILLUSTRIS. FLAVIUS. ANNIUS. INSTITUIT. ET FATALLIS. IGNIS. ABSUMPSIT. FLAVIUS. ANNIUS. EUGARIUS. EPIPHANIUS. VE. PRÆF. URB. VICE. SACRA. JUD. REPARAVIT. ET. AD. PRISTINAM. FACIEM. REDUXIT.

Postea tamen crescente in dies & argente civium venenarumque multitudine, mutatus comitorum est locus, & ne fori angustia ampla civitas convocata posset coarctari, provium, translataque extra Urbem in campum Martium comitia. Quo viri eruditi trahunt illud *Q. Florentis Tertullianus* lib. de Spectacul. cap. 5. *Consus consilio, Mars duello, Lares comitio potentes.* Ut comitium sit campus ille comitiis habendis destinatus, nam ut *Pamelius* eleganter observat, Lares ædem in campo Martio habebant. *D. Anson.* in *Gratiar. Actione.* *Consul* ergo, *Imperator Auguste*, munere tuo, non passus septa, neque campum, neque suffragia, non puncta, neque loculos. *Plutarch* in *Lucullo* ad finem: *ἐκείνῳ δὲ τῆν ἐν τῷ πεδίῳ τῷ Ἀπείῳ. Contendit sepelire in campo Martis.* Scio *Guilielmum Xylandrum* verisimile in comitio, sed parum interest. Nam comitium co saculo in campo Martio. *Fl. Renar.* *Veget.* *Rei militar.* lib. 1. cap. 10. *Campum Martium Tibridi vicinum elegerunt.* *Godofalco Stewechio* ibidem notatum est ex *Marliano* in *Topogr.* Urb. lib. 6. cap. 19. vet. Scholiast. *Juvenal.* ad sat. 2. v. 132. *Hic ager Tarquinii Superbi fuit, & pro illius fuga Marti consecratus, dicitur esse Martius Campus.* *Iple Juven.*

— Vade ergo, & cede severi

Jugerebus campi.

*Q. Horat.* lib. 1. od. 8. de adolescente exercitia illa solitæ exotio.

— Cur apricum

Oderit campum, metuens pulveris.

Ejusdem libri ode sequenti.

— Nunc & campus, & arca.

*Et lib. 1. epist. 7.*

*Et Indis, & post decisa negotia, campo Scitari libet ex ipso.*

*Lib. 2. satyr. 6.*

— Noster ludos spectaverat una,

Luserat in campo fortuna filius omnes.

*Claudian.* lib. 1. in *Euro.*

*Per te, perque tuos, obrestor, Roma, triumphos,*

*Nesciat hoc Tibris, nunquam poscentibus olim*

*Qui dare Dentatis annos, Fabisque solebas,*

*Martius Eunuchi repetat suffragia campus.*

*Et de 6. Hon. consul. in principio.*

*Mars angusta sui renovat suffragia campi.*

*C. Petron.* *Satyr.* in bellorum civilium illa eleganti descriptione.

*Nec minor in campo furor est, emptique Quiritis*

*Ad prædam strepitumque lucri suffragia vertunt.*

*M. Lucan.* lib. 1. *Pharsal.*

— Letalisque ambitus Urbi,

*Anna venali referens certamina campo.*

PPP 2

SIL

Sil. Italic. lib. 8. Punicor.

Malum exitiale fovebat

Ambitus, & Grajo sanctior agnore campus.

Etat in hoc campo prope fluvium locus exercendis militibus, qui *area* vocabatur, ubi à me fuisse expositus: & alter, cui includebatur populus, donec de creandis magistratibus suffragia tulissent, cui nomen esse voluerunt, *septa*, aut *ovilia*. Apposite admodum, ut semper solet, Servius Honoratus, ad eclogam 1. Virgilianam. *Septa proprie sunt loca in campo Martio, inclusa tabularis, in quibus stans populus Romanus suffragia ferre consueverat, sed quoniam hæc septa similia sunt ovilibus, duo hæc invicem pro se ponuntur.* L. Seneca lib. 2. de Ira cap. 7. *Cum videris fornem multitudinis refertum, & septa concursu omnis frequentia plena, & illum Circum, in quo maximam sui partem populus ostendit.* C. Plin. lib. 16. cap. 4. *Trabs fuit in porticibus septorum à M. Agrippa relicta. Qui locus insignis est, & ostendit porticibus circumjectis ea ornata fuisse loca. Meminit idem lib. 36. cap. 5. Nec minor questio est, in septis Pana & Olympum Chironemque tum Achille, qui fecerint. Hic etiam ludii exhiberi solebant.* C. Sueton. Calig. cap. 18. *Munera gladiatoria partim amphitheatro Tauri, partim in septis aliquot edidit. Ratio expressis & conceptis verbis est apud eundem in eodem Imperatore cap. 21. quod amphitheatrum esset adificatum prope septa. Confirmatque idem in Claudio c. 21. Aniversarium in castris prætorianis sine venatione apparatusque; iustum & legitimum in septis munus gladiatorum exhibuit. Et apparet sub Augusto raro solemnes ludos alibi, quam in septis exhibitos. Nam idem ille Suetonius in Nerone cap. 12. Gymnicio, quod in septis dabat, inter buthyssa apparatus, bartim primus posuit. Lege Strabonem lib. 5. Geograph. ad finem. Locus etiam deambulationibus destinatus, ut qui vicino Tibride apricus esset, & salubriori invitaret cælo, accedente præsertim tantarum rerum opulentia. Disco ex Statio Papinio lib. 4. sil. 6. principio.*

*Forte remittentem curas, Phæbogue levatum  
Pellora, cum patulis tererem vagus otia septis,  
Jam moriente die rapuit me cæna benigni  
Vradicis.*

Martial. lib. 9. epigr. 60.

*In septis Mamurra diu, multamque vagatus,  
His ubi Roma suas antearexat opes.  
Inspecit molles pueros.*

M. Lucan. sæpe meminit, lib. 1. Pharsaliz:

Et misera maculavit ovilia Roma.

Et lib. 7. Pharsal. v. 305.

*Et caput hoc posuim rosivis, effusisque membra,  
Septorumque uestas, & clausi prælia campi,  
Cum duce Syllano gerimus civilia bella.*

D. Juvenal. sat. 6.

*A Meroë portabis aquas, quas spargat in ade  
Isidis, antiquo qua proxima fuerit ovili.*

P. Ovid. lib. 1. Fastor.

*Est quoque, quo populum fas est includere septis.*

Jam ad suffragia descendendo, quæ etiam *insanis permissa* indignatur Seneca l. 2. de Ira c. 35. & per *puncta* conferebantur, coacta in septa multitudine, & in tribus, atque deinde in centurias distributa. Notatum scio ab eruditissimo viro Joanne Savarone. Sidon. Apollinar. lib. 1. epist. 9. *Cuius examinis quoque tui puncta tribuantur.* Idem lib. 3. epist. 14. *Quia gloria punctum, quod ditioni negares, das amicitia.* Et lib. 8. Idem epist. 6. *Lector ad puncta censoris omnium voce celebrati.* Rursus idem lib. 9. epist. 11. *Tetricis puncta censoribus tardius prociacitas recitatoris, quam trepidatio excudit.* Eiusdem libri epist. 16. *Nihil palam sane loquitur pavetque publica puncta.* Helen. Acton. ad Horatii Antem poetiam. M. Cicero frequenter, in Orat. pro Plancio: *An una fieri poterunt, si una tribus non tulissent? At nonnullas punctis pane totidem.* Et Orat. pro L. Mutæna. Recordor, quantum hæc quæstiones, in senatu habita, punctorum nobis, Servi, detraxerint. Alcon. Pædian. in Orat. pro Scauro: *Et in ea puncta inter abolitionem & condemnationem interessent.* Denique idem in Divinatione illa sua divina. Imo lege Cassia tabulari, cuius auctor fuit L. Cassius, cautum legimus, ne voce suffragia ferrentur, sed tabellis. Auctores sunt ipse Tul. lib. 3. de legib. & Alconius in Cornelianam, ut Verrutium & Honoremannum omittam. Alluserunt poeta Horat. in Arte:

*Omne tulit punctum, qui misuit utile duli.*

Epigrammaticus ille antiquus anonymus, epigr. & poemat. veter. lib. 2. in Sempronium Rufam prætorium:

*Ciconiarum Rufus ille conditor,  
Ipse est duobus elegantior Plancis,  
Suffragiorum puncta non tulit septem:  
Ciconiarum populus ultus est mortem.*

Sidon. Apollinar. cap. 2.

*Te punctis scripsere tribus.*

Et eam, 7. Idem.

*Concurrunt ad puncta tribus.*

In hisce suffragiis sortitioni locus. Mattian. Cap. lib. 1. allusit: *At intra consistorium Regis quædam sæmina, quæ Atrastia dicebatur, urnam callitem, superamque sortem irrevocabiliis raptus celeritate torquebat.* Claudiani pulcher est locus de 6. Hon. consul. in limine:

*Neque enim campus solemnus, & urna  
Luditur in morem, species nec diffonsa cætu,  
Nec peregrina nitet simulati juris imago.*

Et lib. 2. de laudibus Stilichon. de eiusdem consulatu:

*Talibus innotat donis, dextraque regendum  
Divæ simul porrexit ebur, solemnibus urnam  
Commovet auspiliis, avibusque incepta secundat.*

M. Lucan. lib. 5. v. 391.

*Nam quo melius Pharsalicus annus  
Consule notus erit? fingit solemnita campus,  
Et non admisse divinit suffragia plebis,  
Decantatque tribus, & vana versat in urna,  
Nec calum servare licet.*

Quibus omnibus mutatum à Cæsare comitiorum ordinem describit. Sed ad alia pergendum.

# ROMANARUM ANTIQUITATUM LIBER SEPTIMUS. DE MAGISTRATIBUS.

**R**eruenimus ad magistratuum descriptiones, quorum ordines, munia, dignitates & privilegia sunt nobis hoc libro explicanda. Digna profecto, in cuius indagatione & consideratione non parum operæ ponatur. Polyb. lib. 6. Inter rerum Romanarum Scriptores non postremus, si modo omnes ejus libri ad nos pervenissent, maxime pulcherrimam hujus populi politiam miratur, & omnibus aliarum gentium rebus publicis, Lacedæmoniorum in primis antepone non veretur. Utinam autem nos tantam in hac tractatione diligentiam adhibere possemus, quantam rei dignitas requirit. Sed difficultatem maximam parit, sæpius magistratuum variata ratio, & veterum monumentorum, in quibus hæc perspicue tractata sunt, amissio. Fuerunt quidem, & ante hoc sæculum, & nostra etiam memoria plurimi, qui in harum rerum consideratione maximos labores exantlarunt, quique ea, quæ summo studio & labore invenerunt, aliis liberaliter communicarunt. Inter quos, ut aliquorum tantum nomina recitem, fuerunt Flavius Blondus Foroliviensis, qui in libris de Roma triumphante plurima observatione dignissima exposuit: Pomponius item Lætus, Alexand. ab Alexandro Neapolitanus, & Dominicus Floccus Florentinus, qui scriptor librorum de magistratibus & sacerdotiis Romanorum, qui sub nomine Fenestellæ circumferuntur, jam à plurimis proditur. Et hi quidem ante hæc tempora vixerunt. Nostra autem memoria Wolfgangus Lazius Historicus Cæsareus, suis illis aureis reipublicæ Romanæ commentariis, & Onuphrius Panvinus Veronensis, Fastorum commentariis, tanta diligentia in hac scriptioe versati sunt, ut veteres illos longo intervallo post se reliquisse dici jure possint. Quædam etiam hinc inde sparsa, in optimis de antiquo jure civium Romanorum, Italiæ, provinciarum, de judiciis, & alibi habet doctissimus Sigonius, Ulricus Zasius in scholiis ad legem 2. F. F. Pomponii de origine juris, & Lexicon illud juris civilis, quod primum à Pardulpho Prateo delineatum, novissime auctum, ex officina Martini Lechleri Francofurti prodit. Horum igitur doctissimorum virorum exemplum quid vetat me quoque sequi, & aliquam operam in harum pulcherrimarum rerum consideratione ponere: præsertim cum institutus ordo id requirat: & illi libri, qui diligentissime de hac materia scripti extant, non cuiusvis sint obvi. De Fenestellæ enim, vel potius Dominici Flocci Florentini, & Pomponii Læti libris, qui jam omnium manibus teruntur, doctissimorum virorum judicia nemini sunt ignota. Editus etiam non ita pridem est libellus de magistratibus, deque reipublicæ Romanæ statu Lausannæ: qui, si libere licet, quod sentio dicere, haudquaquam perfectus est, & plurimis in locis à gravissimis Scriptoribus dissentit. Quod vero ad hunc meum tractatum attinet, affirmare possum, me, quæcunque ex illis, quos nominavi, clarissimorum virorum scriptis, tum ex veteribus rerum Romanarum Historicis, & ex publicis etiam clarissimi viri Joannis Rosæ, piæ memoriæ, præceptoris quondam mei lectionibus didicerim, fideliter hic in unum contulisse, & cum omnibus harum rerum studiosis candidè communicasse. Sed de mea fide, candore & studio alii judicium permittens, descriptionem magistratuum ordinar: si prius de politia, & ejus speciebus quadam generalia præmisero.

## De generibus politiarum.



Ocabulum *politia*, ut *Plutarchus* in lib. de tribus reipublicæ generibus annotat, tria præcipue significat. Primum, *communicatione juris*, quod in aliqua est republica: sic dicitur, impertiri alicui *politiam*: *Einen in seine Stadt nehmen, einem das Stadtrecht mittheilen.* 2. *Politia* etiam dicitur hominis civilis, qui rempublicam administrat, vitæ ratio: sic *Biantis* *politiam* in laude ponimus, ac *Hyperboli* & *Cleonis* vituperamus. 3. Significat ordinem & constitutionem civitatis, ad quam diriguntur actiones. Juxta hanc tertiam significationem, *Politia* est legitima ordinatio reipubl. secundum quam alii præsumunt, alii parent: sicut *Arist.* l. 3. *Polit.* c. 4. definit: *Est descriptio, seu ordo civitatis & magistratuum, cum aliorum, tum præcipue summi gubernatoris.* Ejus tres à plerisque recensentur species, *regnum*, sive *monarchia*, *aristocratia* & *democratia*: quarum tamen singulis contrariæ sunt oppositæ: *monarchia* tyrannis: *aristocratia* oligarchia: *democratia* ochlocratia. Hinc fit, ut ab aliquibus non tres, sed connumeratis vilioribus, *sex politia* species recensentur, tres rectæ & tres vitiosæ: cujus sententiæ est etiam *Polyb.* l. 6. qui de *Politiarum* speciebus & revolutionibus erudite & eleganter disputans, inter alia sic scribit: Quapropter *sex* sunt *politiarum* dicenda genera: quorum tria decantata sunt omnibus: tria reliqua istis sunt cognata: *monarchia* scilicet, *oligarchia* & *ochlocratia*, &c. *Monarchia* sive *regnum*, est imperium ad communem utilitatem spectans. Notandum hoc loco est, licet juxta naturam vocabuli, omnia imperia, ubi unus aliquis cæteris imperat, & supremam potestatem habet, *monarchia* appellari possint, quemadmodum nostro sæculo regnum *Turcicum*, *Persicum*, *Muscoviticum*, *Tartaricum*, *Gallicum*, *Danicum*, *Suevicum*, &c. item *Principatus*, *Ducatus* & *Electoatus*: quo etiam referuntur *Episcopatus* & *Comitatus*, &c. In iis enim singulis unus aliquis præ reliquis potestate eminens suæ ditionis incolis imperat, qui *monarcha* dici recte potest: tamen jam usus obtinuit, ut quatuor tantum summa in mundo imperia, quæ à Deo per Prophetam *Danielem* prædicta sunt, *monarchie* nomine censeantur: *Affyrium*, *Persicum*, *Macedonicum* & *Romanum*. *Polybius* lib. 6. distinguit inter *monarchiam* & *regnum*, ita ut *monarcha* dicatur, si quis robore corporis & animi viribus præstans, sibi ipsi imperium & principatum alicujus populi sumat & obtineat, sine voluntario consensu populi: *regnum* vero quando voluntario subditorum consensu imperium & principatus uni alicui conceditur. Quo in loco etiam docet, quomodo *regnum* ex *monarchia* oriatur; atque hæc illo sit prior, quæ harum rerum studiosus ipse poterit legere. Opponitur primo huic *politia* generi *tyrannis*, quæ est aberratio *monarchie*, & imperium ad utilitatem unius spectans. *Aristot.* l. 3. *Polit.* Qui hujusmodi imperium tenet, *tyrannus* dicitur, ducto nomine, ut quibusdam placet, à *Tyrhenis*, quod hi atrocissimi quondam insignes fuerint: vel à Græcis, quibus, quicumque in civitate, quæ libera soleret esse, dominatur, *tyrannus* appellatur, non *Rex*. *Trogus Pompejus* auctor est, Reges olim, quos ad majestatis fastigium, non ambitio popularis, non vis, sed spectata inter bonos moderatio proceheret, quique æquo jure omnia administrarent, ob fortitudinem *tyrannos* esse dictos: cæterum, cum Urbes & regna oppressa, vi magis, quam legibus gubernarentur, ita ut quod libido, non quod æquum diceret, pro lege ratum haberetur, *tyranni* nomen verti cepisse, & eum notasse, qui nullam legibus & juri reverentiam haberet, sed pro suo libitu omnia ageret, & in immeritis crudelissime contra jus fasque sæviret. Altera *Politia* species est *aristocratia*, quæ est imperium paucorum ad communem utilitatem spectans. Ac dicitur *aristocratia*, vel quia optimi imperant (*Latinis optimatum imperium*) vel quia ad optimum publicum imperantes spectant: [*Aristoteles* lib. 3. *Polit.* *Polybius* libro 6.] *Polybius* aristocratiam definit, cum respublica secundum electionem justissimis ac prudentissimis viris æqualiter administratur. Quando hæc degenerat, fit *oligarchia*, quæ est imperium ad utilitatem paucorum, scilicet divitum, spectans. Tertia species est *democratia*, quæ definitur imperium populi, communem utilitatem spectans. Hæc cum degenerat, fit *ochlocratia*, cum vulgus auctoritatem suam confert ad augendam potentiam tenuiorum civium contra optimates. *Politia* in genere contraria est *anarchia*, in qua nemo præest aliis, nec quisquam alteri, tanquam legitimo magistratu obtemperat, sed quilibet facit, quod sibi rectum videtur, aut lubet.

Hæc *politia* genera omnia respublica Romana experta est. *Monarchia* fuit sub Regibus, & quando Dictatores summam in republica potestatem obtinuerunt, postremum etiam sub Imperatoribus Augusto & aliis. Hæc in tyrannidem versa est *Tarquinio Superbo* Romæ regnante, Dictatore *Sulla*, & imperantibus *Tiberio*, *Nerone*, *Caligula* & aliis. Liberata à tyrannide Regum republ. & Consulibus, mox etiam tribunis militaribus, Consulari potestate, & decemviris, legibus scribendis, creatis, *aristocratia* fuit: quæ tamen aliquot ante secessionem plebis in montem sacrum annis, tertio decemvirorum anno, & sub triumvirorum reipubl. constituendæ imperio, in *oligarchiam* degeneravit. Tribunis autem plebis in rempublicam inductis, quamdiu quidem illi intra metas sese continuerunt, *democratia* fuit: quando vero contra patricos & majores magistratus tumultuati sunt, & seditiones excitarunt, uti tum

sæpe alias, tum paulo ante decemvirorum creationem, & Gracchorum tribunatu factum, *ochlocratia* effecta fuit. Ab anno vero Urbis cccclxxvi. impeditis per totum quinquennium, [ut *Livius lib. 6. Decad. 1. Sextus Rufus, Cassiodorus & Eutropius. Polyb. l. 6. Jo. Bodinus in Methodo historica, cap. 6.*] vel quadriennium, ut alii malunt, magistratum curulium comitiis, & à trib. pleb. republ. administrata, fuit *anarchia*, quemadmodum etiam à *Diodoro Siculo* illius temporis status expresse nominatur.

Scribit *Polybius*, suo tempore reipubl. Romanæ formam non simplicem, sed mixtam & compositam fuisse, ex *monarchia, aristocratiâ & democratia*, ita ut in Consulum potestate *monarchia* sive regnum: in senatus auctoritate *aristocratiâ*, in populi majestate *democratia* apparuerit: quam sententiam ex Veteribus quidem *Dionys. & Cicero*, ex recentioribus autem *Carolus Sigonius, Paulus Manutius, Nicolaus Grucchius & alii* sequuntur. Sed *Johannes Bodinus* contra multis rationibus probare nititur, toto illo liberæ reipubl. præcipue *Polybii*, & post *Cic. ac Dionysii* tempore, *democraticam* politiæ formam viguisse: in cuius viri sententiam, me quoque gravissimis adductum argumentis pedibus ire non diffiteor. His ita præmissis, *magistratus populi Romani* à divisione eorum initium facientes, quanta fieri poterit diligentia, ordine explicabimus.

## CAPUT II.

*Magistratum Romanorum divisio.*

**M**agistratum Romanorum non una fuit ratio: alii enim in ipsa Urbe fuerunt, sive *urbani*: alii extra Urbem, seu *provinciales*: rursus urbanorum magistratum alii fuerunt *maiores*, alii *minores*. Utrorumque alii fuere *ordinarii*, alii *extraordinarii*.

Magistratus maiores ordinarii fuerunt: *Rex, Præfectus, vel Trib. Celerum, Consules, Censores, Praetores, Imperatores, Cæsares Augusti*, donati tribunitia potestate, nobilissimi *Cæsares*, vel *Principes* juventutis, *Præfectus Urbis*.

Magistratus maiores extra ordinem fuerunt: *Præfectus Urbis* absente ordinario magistratu, *Interrex, Dictator, Magister Equitum, Decemviri* legibus scribendis Consulari potestate, *Tribuni militum* Consulari potestate, *Triumviri* reipublicæ constituendæ.

Magistratus minores ordinarii, *Quæstores* urbani, vel *æarii, Trib. plebis, Aediles plebis, Aediles curules, Aediles cereales, Curatores* omnium trium, *Triumviri capitales, Triumviri nocturni, Triumviri valetudinis, Triumviri monetales, A. A. A. F. F. Quatuorviri* viarum curandarum, *Quinqueviri* cis & uls Tiberim, *Decemviri* litibus judicandis, *Centumviri* litibus judicandis, *Præfecti æarii, Curatores* operum publicorum, *Curatores alvei Tiberis & cloacarum, Curatores viarum singularum* extra Urbem, *Præfectus Prætorio, Præfectus frumenti* populo dividendi, *Præfectus vigillum, Curatores regionum*: *Denuntiatores* regionum, *Magistri vicorum* 14. regionum Urbis, *Advocatus fisci*.

Magistratus minores extra ordinem, *Duumviri* perduellionis, *Quæstores* parricidii, vel rerum capitalium, *Præfectus annonæ, Quinqueviri* mensarii, *Triumviri* mensarii, *Duumviri* navales, *Triumviri*, qui conquirerent juvenes idoneos ad arma ferenda, militesque facerent, *Quinqueviri* turribus murisque reficiendis, *Triumviri* legendi senatus, *Triumviri* recognoscendi turmas equitum Romanorum.

*Magistratus* populi Romani extra Urbem, vel *Provinciales, Proconsules, Propratores, Legati Proconsulum, Legati Propratorum, Quæstores* Provinciales, *Proquæstores, Præfectus Ægypti, Præfecti* Præfecturarum, *Consulares* quatuor, qui per Italiam jus dicerent, *Juridici* Italiæ, *Triumviri*, vel *Quinqueviri*, vel *Septemviri*, vel *Decemviri* coloniæ deducendæ, *Quinqueviri*, vel *Septemviri*, vel *Vigintiviri* agris dandis, attribuendis, *Quinqueviri*, vel *Quindecimviri* agrorum metiendorum, dividendorumque, *Triumviri*, vel *Quinqueviri* ad inspiciendos fines, litisque dirimendas.

*Ministri magistratum* populi Romani, scribæ, accensi, vel adcesi, præcones, lictores, viatores, carnifices. Hos omnes, quantum quidem fieri poterit, ordine explicabimus.

## CAPUT III.

*Qui sint magistratus maiores, & ordinarii, & de Rege.*

**M**ajores Magistratus dicuntur, quorum majora sunt auspicia, quique comitiis centuriatis creantur, vel qui imperium potestatemque habent: hoc est, qui non obedientes & noxios cives multa, & vinculis coercendi jus habent. *Agell. lib. 13. cap. 11. Cicero lib. 3. de legibus.* Ordinarii autem, qui singulis annis ad munus suum ordinarium in Urbe obeundum à populo creantur: vel qui ordine legibus instituto solemniter creantur, & perpetuo usurpantur. *Inter ordinarios* igitur magistratus principem locum tenet *Rex*, de quo primum nobis agendum. *Respublica Romana* primum à *Regibus* gubernata fuit.

fuit, consentientibus omnibus, qui ejus populi historiam scripserunt. In eorum vero creatione hic mos, *Dionysio* l. 4. teste, fuit observatus. Defuncto Rege aliquo, senatus à populo accipiebat potestatem constituendam, ad quam placeret formam, reipubl. Senatus *Interreges* creabat. Illi virum eligebant optimum, nullo civium, fociorum, aut exterorum discrimine, quem Regem constituerent. In quem, si Senatus populique consentirent *suffragia*, & addicerent *auspicia*, assumebat is imperium. Quod si horum trium aliquid deesset, alter nominabatur, & post hunc tertius, nisi secundus ille probaretur Deorum hominumque judiciis. *Dionys. lib. 2. Liv. lib. 1. Plutarch. in vita Romuli.* Et hac quidem ratione omnes Reges post Romulum imperium adepti sunt, præter *Severum Tullium & Tarquinium Superbum*, qui non legitime ad regnum pervenerunt. *Romulus* autem, cum nullus adhuc Senatus esset, à populo communi consensu Rex declaratus fuit: cui tamen populi declarationi obtemperare prius noluit, quam Deus auspicio certo comprobaret illam electionem: ac deinde hunc morem instituit, ne quis, nisi *auspicato*, regnum assumeret, magistratumve iniret, ut scribit *Dionysius* lib. 2. qui etiam addit, observatum hoc apud Romanos esse longo tempore, non solum sub *Regibus*, verum etiam sublata monarchia, in *consulum, prætorum cæterorumque magistratum* comitiis. Potestas atque officia Regis fuerunt, *primum*, ut sacra curaret, atque sacrificia, perque eum gereretur, quicquid ad placandos Deos attinet. *Alterum*, ut legum ac morum patriorum haberet custodiam, & juris sive naturalis, sive quod scripta & pacta continet: utque de injuriis gravissimis causas ipse decerneret, leviores permetteret senatoribus: providendo interim, ne quid peccaretur in judiciis: utque *Senatum* cogeret, *populum* in concionem convocaret, primus sententiam diceret, quod pluribus placuisset, ratum haberet. Hæc Regi munia *Romulus* attribuit, & præterea summum in bello imperium. *Dionys. lib. 2. Liv. lib. 1. dec. 1. & alii.* Insignibus autem quibusdam, ut præ cæteris internosci, & à reliquo populo discerni possent, *Romulus*, & post eum alii *Reges* usi fuerunt, qualia sunt hæc: Incedebant ornati purpura, & toga purpurea, dantes populo jura, & exercentes judicia sedebant in sella curuli conspicua: habebant circa se lectos juvenes trecentos, eosque robustissimos, ad custodiam sui corporis, qui eo, quod Regi quotidie præsto essent, à celeritate officii *celereres* sunt nuncupati: quidam tamen à tribuno, vel præfecto suo, cui hoc nomen fuerit, vel à *Celere* quodam Romuli comite, qui *Remum* interfecerat, *celereres* eos dictos affirmant. Præter *celereres* habebant duodecim alios ministros succinctis vestibus & expeditos ad plectendos facinorosos, quos *lictiores* vocant, qui ipsis curuli sella vectis, præferrent fasciculos virgarum, intra quas obligata securis erat, sic ut ferrum in summo fasce extaret. Cujus rei causas *Plutarch. in quæst. Rom. p. 283.* ostendit, inquires: vel indicium id fuisse, iram magistratus non debere esse in proclivi, & solutam: vel propterea sic institutum, ut solutio fascium, quæ paulatim fit, moram aliquam iræ injiceret, & cunctationem: fecisseque nunquam, ut sententia de supplicio exigendo mutaretur. *Virgas* vero & *secures* simul ipsis prælatas, ut cum vitiorum alia sanabilia sint, alia insanabilia, *virgis* corrigerentur, quæ emendari possint, *securibus* amputarentur *immedicabilia*. Numerum autem *lictiorum* Romulus sumpsit, vel à numero avium, quæ aurgurio ipsi regnum portenderant, vel ab *Hetruscis* finitimis, quod ii ex duodecim populis (tot enim primores urbes in Hetruria fuisse ab auctoribus proditum est) communiter creato Regi, singulos singuli populi *lictiores* dederint. *Tarquinius Priscus* v. Romanorum Rex usus etiam fuit toga picta purpurea, sella eburnea. Gestavit coronam auream sceptrumque eburneum in summitate habens aquilam, permissu scilicet senatus, populique Romani, cum donatus iis esset ab Hetruscis, quæ ornamenta etiam posteriores Reges retinuerunt, testibus *Dionysio*, lib. 3. *Livio* l. 9. *Plutarcho* in Romulo. *Floro*, *Eutropio*, lib. 1. & aliis. Imperium penes Reges fuit annos CCXLIII. *Sext. Rufus*, *Messala*, *Livius*, *Eutropius*, *Orosius* & alii: *Dionysius Halicarnassensis* lib. 4. titul. 2. unum annum adjicit, alii pauciores numerant, cujus diversitatis causam *Sigonius* commentariis suis in Fastos erudite monstravit.

## CAPUT IV.

## De præfecto, vel tribuno celerum.

**T**ribunus, sive præfectus *celerum*, ut scribit *Pomponius*, tit. 2. ff. de orig. Juris fuit, qui equitibus præerat, & veluti secundum locum à *Regibus* obtinebat, quo in numero fuit *Junius Brutus*, qui auctor extitit Regis ejiciendi. Et paulo post ait, magistratos equitum ita Dictatoribus esse junctos, ut *Regibus tribuni celerum*. Fuerunt autem *celereres* trecenti robustissimi, & ex nobilissimis familiis delecti juvenes, commendati suffragiis curiarum, & deni per singulas curias delecti, qui circa Regem essent, ipsum hastati per Urbem assæctarentur, & jussi ministeria exequerentur, in militia antesignani, & protectores, qui primi pugnam inirent, & postremi se reciperent: *equites* quidem, ubi campus esset ad equestre certamen accommodus, *pedites* vero in aspero loco, & equis invio. Appellati fuerunt *celereres*, vel à celeritate ministerii, juxta rationem vocabuli Romani, vel à duce suo, cui nomen id fuisse dicit, vel à *Celere* quodam Romuli comite, qui eum in pugna contra *Remum* strenue adjuverit, *Remum*que occiderit, *Plutarchus* in Romulo. Hi trecenti juvenes, in tres centurias distincti, singulæ suum præfectum habebant, qui

qui *centurio* dicebatur: qui vero his omnibus, nec non & centurionibus, præerat, præfectus, sive *tribunus celerum* nuncupabatur. *Plut. arch.* in Numa scribit Numam Pompiliū secundum Regem, celerum custodiam deposuisse: quod si ita est, sequentibus Regibus, eorum munus rursus institutum fuisse, credendum est; cum etiam in reliquorum Regum vitis *celerum* mentio fiat. Nos Germani appellare possumus celeres, *die heerscharer*: tribunum vel præfectum celerum, *der heerscharer hauptman*.

## CAPUT V.

*De senatoribus, eorum numero, & lectione: item, qui sint patricii majorum, qui minorum gentium: qui patres conscripti: quis princeps senatus, & qui senatores peditarii.*

Dicendum jam de *Consulibus* esset: cum autem augustum Regum, & aliorum etiam magistratum consilium fuerit *senatus*, & ex eo plerique, de quibus ordine dicetur, *magistratus* creati: operæ pretium videtur, ut prius de *senatoribus* pauca annotentur, & quinam *candidati* fuerint explicetur, quo facto ad descriptionem *magistratuum* revertemur.

*Senatores* à Romulo primum institutos esse, *Livius*, l. 1. *Dionys.* l. 1. *Plut.* in Romulo aliique auctores tradunt, eosque qui tum generis amplitudine, tum prudentia, tum etiam instituto vitæ clariore essent, electos hac quidem ratione: primum ipse *Romulus* ex omnibus unum præcipuum declaravit, cui rerum urbanarum regimen committeret, quoties ipse foras exercitum duceret, deinde iussit *tribum* unamquamque tres viros seligere, qui per ætatem maxime saperent, & genere præcellerent: post hos ix. mandavit singulis curiis, ut e *patriciis* ternos eligerent, maxime idoneos adjectisque, ad illos ix. quos *tribus* legerant, his nonaginta & omnibus præfecto duce, quem ipse secrèverat, centenarium explevit *senatorum numerum*: vel quia eum numerum satis esse putaret, vel quia c. tantum ex illa multitudine creati patres possent. Hoc *consistorium* sive *concilium*, *senatum* appellavit, de quo postea: ipsos autem, qui electi essent *senatores* & *patres*. *Senatores* quidem, vel propter ætatem eorum, vel propter virtutem, quia prius viros ætate & virtute præstantes senum appellatione honorarunt. *Patres* autem, vel quod hi solum, qui legitimi patres essent, creari, vel quod illi patres suos offendere possent, quod non multis contigit ex primis illis advenis: vel à patrocinio hoc nominis acceperunt, vel etiam, quod primores & potentes illos oporteret paterno officio & indulgentia humiliorum causam, in fidem suam curamque suscipere, quodque cæteri edocerentur; ut tutiorem sibi vitam in eorum præsidio vivendam statuerent, neque quibus virtute cederent, eorum honore auferentur, sed benevolo & amico animo in eos forent, *patresque* illos honoris gratia & appellarent, & esse opinarentur. *Dionys.* *Liv.* *Plut. arch.* *Festus* ait, eos patres dictos fuisse, quod agrorum partes attribuerint tenuioribus, ac si liberis propriis. Hæc de primis *senatoribus*, quorum centum fuerunt. Auctus autem hic numerus non multo post fuit, confecto bello Sabino. Cum enim *Sabinorum*, *Etruscorum*, & aliorum in dies ad asyllum confugientium adventu Urbs valde crevisset, eosque *Romulus* in civitatem æquo jure suscepisset, atque in *Lucerum Tatiensiumque* tribus coniecisset: placuit *Romulo* & *Tatio*, quem ipse paulo ante victum, in societatem regni Romani adsciverat, ut *patriciorum* duplicato numero, *senatorum* quoque numero auferetur. Ex illustrioribus igitur familiis viros centum curiarum suffragiis diligentes, in *patres* cooptarunt, & veteribus *senatoribus* adscripserunt: atque hac ratione *senatorum* numerum ad ducentos auxerunt. *Dionys.* l. 2. Neque vero hic numerus retentus diu fuit. *Tarquinius* enim *Priscus*, mox ut principatum accepit, ad conciliandum sibi plebis favorem selectos, ex omni plebejorum numero viros centum spectatæ vel fortitudinis, vel prudentiæ, in *patriciorum* primo allectos ordinem, *patrum* etiam adscripsit numero: ac tum primum Roma trecentos habuit, qui ducenti ante fuerant. *Dionys.* lib. 3. Hic numerus postea aliquandiu mansit. Nam quod legitur de *L. Junio Bruto* & *P. Valerio Poplicola*, quod præcipuos ex plebe allegerint in *patriciorum* ordinem, & ex his *senatum* à *Tarquino Superbo* cadibus & expulsionibus imminutum, suppleverint, ii numerum veterem non auxerunt, sed tantum diminutum suppleverunt. Longo tempore post, à *C. Graccho* trib. pleb. allectis ex equestri ordine trecentis, *sexcenti* *senatores* lege primum facti sunt, testibus *Plutarch.* in *Grac.* & *Floro*, epit. lib. 60. qui tamen *sexcentos* equites *senatoribus* additos fuisse scribit. Verum hæc lex aut à populo antiquata, aut non ita multo post abrogata esse videtur, cum eadem à *M. Druso* trib. pleb. sit relata, ut est apud *Appianum* lib. 1. *bellor. civil.* Sed & illa lex, una cum cæteris *Livianis Philippo Consule* referente, uno *S. C.* sublata fuit. Facta etiam lectio *senatus* est, teste ibidem *Appiano* *L. Corn. Sulla*, *Quincto Pompejo Rufo* *Coss.* Ita enim scribit, eos *Consules* in *senatum*, tum maxime propter infrequentiam contemnendum, trecentos ex optimatibus legisse: quam tamen lectionem non à *Consulibus*, sed à *ensoribus* qui tum fuerunt, *L. Julio Casare* & *P. Licinio Crasso* factam fuisse, opinatur *Sigonius* [*libro 2. de antiquo jure civium Romanorum cap. 2. Dionysius libro 43. & 52. extremo. Suetonius in Augusto, cap. 35. idem Dio libro 54.*] Idem etiam *Appianus* memoriæ prodidit, ipsum *Sullam* *Dictatorem senatum* exhaustum trecentis principibus equestris ordinis lectis, dato tribubus de singulis suffragio, supplevisse. Quanquam autem certus *Sullani*

*senatus* numerus afferri non potest: tamen supra quadringentos fuisse, ex epist. quadam Cic. ad Attic. elici posse videtur, ubi sic scribit: *Homines ad xv. Curioni nullum S.C. facienti assenserunt: facile ex altera parte, cd. affuerunt.* Hæc ille. Auctum inde ad nonagenos à *Cæs. Dictatore* senatum, & post necem ejus à triumviris reipubl. constituendæ indignissima etiam turba repletum, & *Dionis*, & omnium prope loquuntur historie. Unde est & illud *Suetonii*: Augustum senatorum affluentem numerum deformi & incondita turba (erant enim super mille, & quidam indignissimi, & post necem Cæsaris per gratiam & præmium allecti, quos *orcinos* vulgus vocabat) ad modum & splendorem pristinum redegit. Hæc de numero *senatorum*, quantum quidem ex antiquis auctoribus sciri potest, quæ omnia diligenter tractat *Carolus Sigonius*, ex quo fere ad verbum hæc descripsi. Cæterum legi solebant *senatores* à *Regibus*, *Consulibus* & *Censoribus*, aliis tamen atque aliis temporibus, ut ex his, quæ dicta sunt, & ex *Dionysio*, *Livio*, & *Festis*, aliisque manifestum est. In iis vero legendis *generis*, *ordinis*, *status*, & *magistratus* habita fuit ratio. *Generis* quidem, ut ex iis familiis legerentur, quibus *senatus* patebat. Patuit autem primum *patriciis*, post etiam *plebejis*. De *patriciis* nullum est dubium; de *plebejis*, quando illi primum in *senatum* allecti fuerint, valde discrepant auctores, *Zonaras* à *Tarquinio Prisco* primum factum fuisse scribit, *Festus* à *L. Junio Bruto* & *P. Valerio Poplicola* primis Consulibus. Eos tamen, antequam in *senatum* allegerentur, *patricios* factos fuisse, *Dionysius* l. 5. aperte tradit: Ex quo etiam colligitur, post annum a. v. c. cclx. & ante annum cccxx. uti ex *Livio* patet, plebi *senatum* communicatum fuisse. *Sigonius* conjectura ductus putat, *Decemvirum* Consularium tempore id institutum fuisse, ex quibus aliquot ex plebe fuerunt, quos in *senatum* propter magistratus ipsius amplitudinem ascitos esse, atque eorum exemplo post alios etiam adscriptos, præsertim vero postquam *plebeji*, de tribunatu militari, quæ erat Consulatu potestas proxima, capiendo pervicerint. Ordinis ea ratio fuit, ut cum in *senatum* legendi essent, maxime ex equestri ordine, qui proximus dignitate erat, legeretur, quod ostendit *Livius* lib. 2. & 43. & alii.

Censum autem in legendo *senatu* spectatum, declarat *Seneca* [declamat. lib. 2.] inquit: *Senatorum* gradum census ascendere facit. An vero hoc antiquum fuerit institutum, in dubium revocare videtur *Plin.* lib. 14. prologo. cum ait: *Posteris laxitas mundi, & rerum amplitudo damno fuit, postquam senator* censu legi cœptus, pessum ière vitæ pretia, &c. Laudatur autem *census* in *senatore*, ne splendor amplissimi ordinis rei familiaris angustiis obscureretur. Cæterum ante Augustum, *censum senatorium* sestertium 800. millia fuisse: eumque ab Augusto ampliatum docent *Suetonius* & *Dio*. Neque solum, si quis *senatorium* censum non haberet, *senator* legi non poterat: sed si posteaquam lectus esset, *censum* labefactasset, ordinem amittebat. Cic. epist. ad Q. Valerium.

Quin etiam *ætatem* in legendo *senatore* certam esse observatam, ex eo suspicari possumus, quod scribit *Agellius* [lib. 14. cap. 8.] Præfectum Urbis ea ætate factum, quæ non esset *senatoria*, & ex Cic. oration. pro lege *Mauilia* de *Pompejo*. Quæ tamen hæc ætas esset, dubium videtur. *Sigonius* [libro 2. de antiquo jure civium Romanorum cap. 2. Cic. lib. 3. de Legibus] ex *Valerio Maximo* & *Cicerone Philipp.* probat, *senatoriam* prope eandem fuisse cum *quæstoria*. *Quæstura* autem capiendæ annus fuit vicesimus, ut post demonstrabitur. Rationem hujus suæ *sententiæ* *Sigon.* affert etiam hanc, quod illi maxime in *senatum* legi confueverint, qui magistratus cœpissent: *Quæsturam* vero primum urbanum fuisse magistratum, extra controversiam est. Hinc etiam intelligi potest, *senatorem* legi ex ordine, nisi qui magistratum gessisset, non fuisse solitum. Quare congruenter *Cicero* sanxit in legibus suis, è magistratibus *senatum* esse oportere. Probat idem in oratione post reditum in *senatu*. Est tamen illud animadvertendum, quanquam hæc omnia in aliquo constarent: non tamen idcirco necessario *senatorem* eum fuisse. Opus enim fuit lectione *censoris*, usque adeo, ut ne qui magistratus quidem gessissent, nisi à *censoribus* lecti essent, *senatores* esse possent. *Valerius Max.* Neque vero legendi solum *senatoris arbitrium* fuit *censorium*, sed etiam prætereundi & movendi, ita ut, quem in recitando *senatu* nominassent, is lectus in *senatum*, quem præterissent, idem *senatu* motus putaretur. Atque hæc legendi *senatus* ordinaria fuit ratio, ut & à *censoribus*, & eo, quo dictum est, modo legeretur. *Appii Claudii* Cæci *censoris*, qui libertinorum filios legit, & *Fabii Buteonis* Dictatoris *senatus* legendi causa dicti, lectiones fuerunt extraordinariæ, sicuti & *Gracchi* atque *Drusi*, tribunorum pleb. *Sulle* Dictatoris, *Cæsaris* Dictatoris, triumvirum reipubl. constituendæ, & Augusti Cæsaris.

Insigne *senatorum* fuit tunica lari clavi, qua ab equitibus sunt separati. *Plinius*, [lib. 33. cap. 2.] *Suetonius*, in *August.* & *Tiberio*. *Quæstus* omnis in *senatore* indecorus fuit, teste lege *Q. Clodii* trib. pleb. de qua *Livius*, lib. 21. c. 23. & *Cic.* 7. *Verrina*. Denique in petendis honoribus fuerunt occupati, unde multa ornamenta domi forisque pepererunt, *Cicero* pro *Cluentio* & pro *Posthumo*. Finem capiti imponam, si prius dixerò, qui *patricii minorum*, qui *majorum* gentium, quique *patres conscripti* fuerunt: quis princeps *senatus*, & qui *pedarii* *senatores*. *Patricios* majorum gentium dictos fuisse ducentos illos *senatores* à *Romulo* primum lectos, eorumque progeniem, dubium non est. Eos vero, qui à *Tarquinio Prisco*, v. *Romanorum* Rege, ex *plebejis* in *patriciorum* primum ordinem allecti, deinde *patrum* numero adscripti fuerunt, *patricios minorum gentium* appellatos, testis est *Liv.* l. 1. Allectos autem in *senatum* à *L. Junio Bruto*, & *P. Valerio Poplicola* primis Consulibus post pulsos *Urbe Reges*, *patres conscriptos* vocatos, *Livius* lib. 1. &c.



& *Plutarchus* in *Poplicola* docent, cumque his *Cornelius Tacitus*, 11. lib. *annal.* cujus hæc sunt verba: *Iisdem diebus in numerum patriciorum* ascivit *Cæsar* vetustissimum quemque è senatu, aut quibus clari parentes fuerant. Paucis jam reliquis familiarum, quas *Romulus* majorum gentium, *L. Tarquinius* minorum, *Brutus conscriptorum* appellaverant. Sic enim legendum hunc locum monuerunt *Ludovicus Vives*, *Guilielmus Canterus*, & novissime *Justus Lipsius*. Alii aliter sentiunt, quorum opiniones hic recenferi non est necesse. *Princeps senatus* dictus fuit is, qui in lectione senatus, quæ per *censores* peracto censu fiebat, primo loco recitabatur. *Agell.* lib. 3. cap. 18. Qui honor fere nemini, nisi *consulari* & *censoario* tribuebatur: & qui semel principatum hunc acceperat, is, dum vivebat, locum illum etiam apud alios *censores* retinebat, nec nisi eo mortuo alius *princeps senatus* declarabatur. *Pedarii senatores* qui sint, docet *Agellius*, ex *Varronis* *Satyra Menippæa*, quod videlicet equites quidam *pedarii senatores* appellati sint, qui nondum à *censores* in senatum lecti, & ita *senatores* quidem proprie non fuerint, honoribus tamen populi usi sint, & propterea in *senatum* venerint, & sententiæ jus habuerint: & quia in postremis scriptis essent, sententias non rogati fuerint, sed in eas, quas *principes* dixissent, discesserint. Ubi etiam diversas ab hac sententias aliorum recitat, ut, quod quidam opinati sint, *pedarios senatores* appellatos esse, qui sententiam in senatu non verbis dixerint, sed in alienam sententiam *pedibus* iverint; quidam autem, inter quos *C. Bassus*, eos *pedarios* dictos fuisse, qui cum curulem magistratum non gessissent, *pedibus* in curiam itaverint, non curuli sella vecti fuerint, sicut illi, qui *curulem magistratum* gesserant. Quorum omnium sententias improbat: priorem quidem, quod inde sequeretur, si quando *senatusconsultum* per discessionem fieret, omnes *senatores* esse *pedarios*: quia tum universi sententiam *pedibus* ferant: posteriorem vero ex *Varrone*, qui scribit etiam *curulibus magistratus* functos, si nondum à *censores* in senatum lecti essent, *senatores* non esse. *Festus* scribit, *pedarium senatorem* appellatum fuisse, qui *tacitus* transeundo ad eum, cujus sententiam probet, quid sentiat, indicet. Hactenus de *senatoribus*. Reliquum est, ut de *senatu* quoque, ejus potestate, & *senatusconsultis* quædam addantur, quod capitibus duobus proxime sequentibus fiet.

## AD CAP. V. PARALIPOMENA.

*Allesti & conscripti senatores, patriciatus dignitas, omnia senatus auctoritate gerebantur, ejus eloquia, eos ladere majestatis imminuta crimen, in senatusconsultis major non melior pars probata.*

**N**on unus omnium senatorum honor, non una dignitas colligitur, nam nonnulli *allesti* appellabantur, alii *conscripti*, *C. Tacit.* 11. *Annal.* *Iisdem diebus in numerum patriciorum* ascivit *Cæsar* vetustissimum quemque è senatu, aut quibus clari parentes fuerant, paucis jam reliquis familiarum, quas *Romulus* majorum, & *L. Junius Brutus* minorum gentium appellaverant, exhaustis etiam, quas *Dictator Cæsar* lege *Cassia*, & *princeps Augustus* lege *Seniæ* sublegete. Locum produxit vir doctus antea, sed dum *allestos* interpretatur ad *ins civitatis* pertinere, assentire non possum, quippe vilior plebis & indifferetæ multitudinis *fax*, *allestorum* nomine venire, cum constet senatorum eam esse proprie appellationem; hoc sensu *Suet.* in *Aug.* c. 2. *Ea gens à Tarquinio Prisco Rege inter Romanas gentes allesta in senatum, mox à Servio Tulio in patricios transfusa, procedente tempore ad plebem se contulit, ac rursus magna vi per D. Julium in patriciatum rediit.* Vulgata hæc est lectio, probataque *nirifice Lævino Torrentio*, & sic eam explicat, ut velit *historicus*, gentem *Osaviam*, quæ *Veliterna* esset, primo à *Tarquinio Romanam* traductam, ac proinde *Romanam* factam fuisse, à *Servio Tulio* autem etiam *patriciam*, cumque postea ad plebem transiisset, à *Divo Julio* redactam iterum inter *patricias*. Sic nimirum etiam *gens Claudia*, post *Romanam* recens conditam cõ ex *Sabinis* commigrants, mox *Romana* facta est, sed anno demum sexto post exactos *Reges*, in *patricias* cooptata, ut auctor est *Livius*. At viri egregii, *Philippus Beroaldus*, *Antonius Coccius Sabellicus*, neuter male de hoc *Scriptore* meritis, eosque sequuti *Adrianus Turneb.* lib. 24. *Adversariorum* cap. 15. *P. Pithæus* lib. 2. *subceffor.* cap. 7. legunt: *Inter minores gentes allesta in senatum.* Nec multum dissentit *Illaacus Casaubon.* quem vide. De discrimine hoc *senatorii ordinis* capiendus idem *Suetonius* in *Orhone*, cap. 1. *Namque & senatus honore rarissimo, statim in palatio positus a prosectus est eum, & Claudius allestum inter patricios collaudans, amplissimis verbis hæc quoque adiecit.* Est & alter locus *subindicius* paulo ante, quem apponerem, ex eodem in *Tiberio* cap. 1. *Inde Romam recens conditam eum magna*

*clientium manu commigravit, auctore Tito Tatio consorte Romuli, vel quod magis constat, Appio Claudio, gentis principe, post Reges exactos sexto fere anno, à patribus in patricios cooptata.* *Vitiolum* lectionem contendunt rescribuntque, *Ata Claudio gentis principe.* *Ata* enim cognomento *Romano* dicebantur illi, quibus *pedes* tumore *viciari.* Atque ita *Jacobus Bononiensis* ex *M.S. codice*, qui *testem* lectionis suæ facit *Martialem* lib. 4. *epigr.* 19.

*Plumea seu laxi partiris pondera follis,*

*Sive levem cursu vincere quæris Atham.*

*Editio Hadriani Junii* habet; *Vincere quæris Atham.* *Hermolaus Barbarus* suis in *Plinium Castigationibus* lib. 7. cap. 20. putavit esse legendum:

*Sive legem cursu vincere quæris Atham.*

*Sed parum refert.* *Vet. Schollast.* *Juvenal.* ad v. 192. *fat. 7. Patricius senator esse, luntula nam adspita calcæis discernuntur novitiis à patriciis.* *Corippus* sæpe, lib. 4. num. 2.

*Inde senatorum sacro recitantur ab alto*

*Nomina, conscripti patres, qua voce citati.*

*Accedunt hilares.*

*Et ejusdem libri num. 5.*

*Ante pedes domiæ, faciunt qui jussa clientes*

*Astabant lævi, vulnque & veste nitebant*

*Romani populi patres sine semine falli.*

Qui ex *conscriptis* hisce *patribus* ortum traxerant, *patricii* vocabantur, qui honor primum legitimus erat, & dignitati uniuersujusque sine generi conveniens, ac temporibus *Constantini* principis coepit *patriciatus* culmen concedi iis, quos dignos censuissent *Imperatores*, ut ex *Zosimo* relatione clarum est, coepumque *patricius* appellati *πατρίος βασιλέως*, *pater Imperatoris*, ut *Luitprandus* exponit, & *pater principis*, ut vertitur ab eo, qui *Nicephorum Callistum* *Latina civitate* donavit libro 13. cap. 1. *Suidas*, *πατρίος πατρός τῶ κοινῶ*, *patricius pater respublice.* Eundem *consule* *Suidam* in *Antiocho Presposito.* *Georg. Cedren.* in *Basilio Macedone*, *Procopium* lib. 1. de bello *Vandal.* *Aurel. Cassiodor.* l. 6. *form.* 2. *Mox ut datus fuerit (patriciatus) in vita tempus reliquum homini sit coævus, ornatus individuis cingulum fidele, quod nescit ante deserere, quam de mundo contingat exire.* *Justin.* Aug. l. 1. *Instituit. tit. 12. §. 5. Quis patiatur Imperatoriam celsitudinem non valere eum, quem sibi patrem elegit, ab aliena eximere potestate?* Idem l. 5. *C. de Consul.* Ne videantur qui à nobis loco *patris* honorantur, *alieno juri* esse *subjecti.* Neque vero *Pithæo* assentior, qui ex *Zosimo* l. 2. vult *patriciatus* hoorem institutum, ille enim tantum *arbitrariam* hanc *prærogativam* de-

signat ab eo excogitata, diu enim antea nomen fuerat. C. Sueton. præter loca proxime superius adducta, etiam rebus Titii cap. 6. *Neque ex eo desinit participem atque etiam tutorem imperii agere.* Tutorem imperii agere quid aliud est, quam patricius dignitatem adipisci, & fortassis ab hac mente accipiendum erit Q. Symmachus lib. 2. epist. 35. *parentes etiam patrie.* Nisi forte de ipsis Cesaribus intelligendum quis existimet, non vero de patriciis, quos parentes patrie etiam vocabant. Tam gloriosum autem habebatur eam appellationem usurpasse, ut cum nomine regio conjungerent, Chronic. Lauris Hamense MS. productum à Meursio: *Ortho, Dei gratia, Rex Francorum ac Longobardorum, ac patricius Romanorum.* Siebert. Gemblaceni. in Chronico Anno 999. *In Italia crescit patriciatu Romanorum arrepto, contra Othonem Imperatorem rebellat.* Et deinceps sequenti anno: *Ortho Imperator Romæ, crescentem patriciatum bello aggreditur.* Paul. Varnefrid. lib. 2. de Gest. Longobardor. cap. 3. *Hic Narses prius quidem chartularius fuit, deinde propter virtutum merita patriciatu honorem promeruit.* Ex his facile erit corrigere locum Adonis Viennensis Chronici sui ætate 6. p. 174. *Justinus Minor annis undecim, Narsissus patricius Totilam Gothorum Regem in Italia superavit & occidit, hic deinde militis virtutibus Sophia Augustæ, Justiniani uxoris, Longobardos à Prænoniis iudicavit, eosque in Italiam introduxit.* Quis hic sub Justiniano Minore Narsissus: sub Claudio principe libertum illius nominis potentissimum fuisse constat, & ad amplissimas dignitates ejusdem principis, seu stulticia omnia tolerantis, sive benignitate omnia suis concedentis, evehum: sed multis id ante Justinum feculis. Rescribendum est ergo, *Narses patricius Regem Gothorum Totilam.* Nam præter Varnefridum proxime superius allatum, id ipsum narrat P. Victor in Justiniano, Paul. Diacon. in supplemento ad Eutropium l. 16. in rebus Justiniani p. 459. qui & *exarchum Italiæ fuisse præterea scribit.* Agathias Scholasticus l. 1. hist. Otho Frising. Chronic. l. 5. c. 5. *Itaque cum Narses patricius, deletis barbaris Italiam in pristinum statum reduxisset, Romani, ut asselet, felicitati ejus invidentes.* Freculph. Tom. 2. Chronicor. l. 5. c. 23. *Contra quem Justinus Imperator Narsetem patricium direxit, qui in Italiam veniens, viriliter ac fortiter dimicans contra Gothos, Totilam eorum Regem occidit, gentemque Gothorum cadibus prostravit.* Vetus marmor apud Onuphrium Panvinium, cujus hæc sunt verba:

IMPERANTE. DN. PISSIMO. AC. TRIUMPHALI. IUSTINIANO. PP. AUG. ANNO. XXXVIII. NARSES. VIR. GLORIOSISSIMUS. EX. PRÆPOSITO. SACRI. PALATII. EXCONSUL. ATQUE. PATRICIUS. POST. VICTORIAM. GOTHICAM. IPSIS. ET. EORUM. REGIBUS. CELERITATE. MIRABILI. CONFLICTU. PUBLICO. SUPERATIS. ATQUE. PROSTRATIS. LIBERTATE. URBIS. ROMÆ. AC. TOTIUS. ITALIÆ. RESTITUTA. PONTEM. VIÆ. SALARIÆ. USQUE. AD. AQUAM. A. NEFANDISSIMO. TOTILA. TYRANNO. DESTRUCTUM. PURGATO. FLUMINIS. ALVEO. IN. MELIOREM. STATUM. QUAM. QUONDAM. FUERAT. REFORMAVIT.

In altera pontis parte hi versus leguntur:

QUAM. BENE. TURBATI. DIRECTA. EST. SEMITA. PONTIS. ATQUE. INTERRUPTUM. CONTINUATUR. ITER. CALCAMUS. RAPIDAS. SUBIECTI. GURGITIS. UNDA. ET. LIBET. IRATÆ. CERNERE. MURMUR. AQUÆ. ITE. IGITUR. FACILES. PER. GAUDIA. VESTRA. QUIRITES. ET. NARSIN. RESONANS. PL AUSUS. UBIQUE. CANAT. QUI. POTUIT. RIGIDAS. GOTHORUM FLECTERE. MENTES.

HIC. DOCUIT. DURUM. FLUMINA. FERRE. IUGUM.

Sed ad patricios redeo. Satis quippe clarum est apud Adonem *Narses non Narcissum*, qui illo tempore nullus, intelligendum. D. Juvenal. sat. 10.

Tutor haberi

Principis, angusta Caprearum in rupe latentis.

Claudian. de 6. Hon. consul. pro toto senatu patricios possit.

Adiit ipsa suis talis Victoris castris

Romanae tutela toga, que divite pennis

Patrii reverentia fovet sacra viae castris.

Et clarus ejus dignitatis officium exprimit. lib. 2. in Eutrop.

Præsidium legum genitorum vocatur

Principis, & famulum dignatur curia patrem.

Coripp. lib. 2. num. 8.

Hic etas dispar, sed par votum atque voluntas,

Ambo patrii, dilecti principis ambo.

Et lib. 4. num. 5.

Patricius senio fulgens Callinicus honore,

Qui pater imperii meruit jam facius haberi.

Inscriptio vetus in hæc verba apud Wolfgangum Lazium lib. 4. Resp. Rom. cap. 9.

HIC IACET ELIUS CONSTANTIUS VIR CONSULARIS COMES ET MAGISTER UTRIUSQUE MILITIE ATQUE PATRICIUS SECUNDO CONSUL ORDINARIUS.

Prima senatus auctoritas in eo erat polita, ut quicquid agenda incumbere, ejus decretis sanctissimi auctoritate. Salustius Crispus monet Liviam Augustam apud C. Tacitum libro 1. Annal. Ne Tiberius potentiam dominæ, di resolveret cunctis ad senatum vocando. Dignissimi scriptoris Joannis Saresburiensis locum gravissimum apponam, cujus nominis varie concipiuntur, nam Salsberienis Caruntum in Celtica Pontifex vocatur à Joanne Picardio in Guilielmo Neubrigensem lib. 2. cap. 25. ab Israël Spanchio in Nomenclaura sua pag. 6. Joannes Zarispatriensis, & ad eodem pag. 710. Joan. Sarisburiensis, sed parum recte. Is ergo lib. 5. Pollicitar. cap. 9. Cordis locum, auctore Pintarcho, senatus obtinet: senatus vero, sicut majoribus placuit, officii nomen est, & habet ætatis notam: (imitatur est illud Ovidianum, nomen & ætatis mihi senatus habet.) Si quidem sic dicitur à senectute. Eum vero Athenienses Areopagum dicebant, eo quod in illis totius populi virtus consisteret, & cum ab illis præclara plurima inventa sint, nihil salubrius, nihil gloriosius, institutum est, quam senatus. Quid enim nobilissimum est ceteri senum, qui emeriti à vulgaribus officiis ad consilium & regimini officium transfuerunt, & in marcido corpore exprimitur mentis vires, eo sapientia magis apti negotiis, quo in exercitiis corporis minus possunt. Eorum nique tantus honor existit apud Græcos, ut duces rei publicæ, nusquam precederent, nihil æque ageretur, quod senes instituti non inducerent, aut approbarent. Et quod magis est, initio Urbis conditæ, nomina eorum auris literis scripta sunt. (Hoc unde ille desumpserit, aut quis post eum ipsum prodiderit, non memini legere) ipsique patres conscripti appellati, qui alios sapientia, ætate, & affectu paterno præcedebant, penes istos consiliorum erat auctoritas, & omnium publice gerendorum. C. Sæcon. in Tiberio c. 50. Quibus etiam speciem quandam libertatis induxit conservatis magistratibus ac senatu, & maiestate pristina, & auctoritate, potestateque, neque tam parvum quicquam, neque tam magnum, publici privatique negotii fuit, de quo non ad patres conscriptos referretur. Neque atinet vel historicos alios, vel poetas advocare.

M. Lucan. lib. 1. v. 480.

Livisæque belli

Consulibus fugient mandat decreta senatus.

Et lib. 5. Pharsalia statim in ipso limine, ubi sic Lentulus;

Cunctaque iussuri primum hoc decernite patres,

Quod regibus populisque liges nos esse senatum.

Claudian. lib. 1. de laudibus Stilichonis ad finem:

Hoc quoque non parva fuit cum laude relinqui,

Quod non ante fretis exercitus adstitit ultor,

Ordine quam pristino consertit bella senatus.

Neglectum Stilicho tot jam per secula morem  
Reituli, ut ducibus mandarent praelia patres  
Deceoque toga felix legionibus iret  
Tessera, Romuleas leges reddidit fatetur,  
Cum procerum iussis famulantiæ cernimus arma.  
Idem de G. Hon. consul.

Agnoscent proceres, habituque Gabino  
Principis, & ducibus circumstipata togatis  
Iure paludate jam curia militat ante.  
Hac quidem de obsequio senatus in Augustum. Antea quan-  
tum principis senatusi deferret, exposuerat:

Hic est ille puer, qui nunc ad rostra Quiritis  
Evocat, & solio fulvis genitoris eburno  
Gesturam patribus celsus ex ordine rerum,  
Eventusque refert, veterumque exempla secutus,  
Digerit imperii sub iudice facta senatus.

Denique idem lib. 3. de laudibus Stilichonis, de Roma:  
Ipsa iuber signis, bellatorumque togatus  
Imperat, & spectant aquile decreta senatus.  
Coripp. lib. 2. num. 7. ubi multa egregia ad officium senatus  
spectantia Iustinus disserit. Vide locum:

Et juris servate modos, dispositio plebes,  
Ut decet imperii veros disporre patres,  
Urque pedes proprios, & membra minoræ fovete.

Varias Romani senatus laudes contextit vir doctissimus Fr.  
Juretus. Q. Symmach. lib. 1. epist. 46. Pars melior humani  
generis senatus. Petron. in Satyrico. Senatus recti bonique præceptor.  
Aurel Prudent. lib. 1. in Symmachum, mundi lumina. Epictet-  
us ab Adriano interrogatus, quid conferret esse senatum? ut ha-  
beret in questionibus illis, quæ ex causa sunt cum Nostri a im-  
perii Romani, ornamento, respondit, Urbis splendorem. Et  
legati Pyrrhi Epirotæ interrogati quid de Romanis sentirent:  
reponderunt, Urbem sibi templum visam, senatum Regum conse-  
ssum. Reculit L. Flouus l. c. 18. apud quem male antea lege-  
batur, senatum regnum. Nam Plutarchus in eodem Pyrrho βα-  
σιλειον πῶλλον σπουδαίον, multorum Regum consilium inter-  
rogatum est. Ammian. lib. 14. scribit; Ubiq; senatorum re-  
verendam cum auctoritate canissem, sed tamen cæcis illius magnifi-  
cum splendorem lesum fuisse levitate pancorum in. audita, ubi nati  
essent non reputantium, sed ad lasciviam labentium. Idem lib. 16.  
Cumque Urbi appropinquaret (Constantianus) senatus officia, reveren-  
dasque patricia stirpis effigies ore sereno contemplantus, non ut  
Cincis ille Pyrrhi legatus, in unum coactam multitudinem Regum,  
sed ablym mundi totius adesse assuebat. M. Tull. Orat. de  
Arulpe. respons. Senatus principis salutis, publicæque mentis.  
Probi Casaris dictum est apud Fl. Vopiscum in vita ipsius:  
Romanos senatores mundi principes esse, tales fuisse, & tales sem-  
per futuros Aurel. Cassiodor. lib. 1. epist. 13. Quicquid humani  
generis floris est, decet curiam habere, quia sicut ars decus est urbi-  
bium, ita illa ornamentum sit ceterorum ordinum. Et lib. 6. for-  
mul. 4. Senatus mira opinione gloriosus, mundi lumina. Quinti-  
lianus declamat. 329. appellat sanctissimum ordinem. Virgil. l. 6.  
Æneid. sanctumque senatum. Et repetit idem Majorianus Aug-  
ustus Novella 3. de titulo imperii sui. Et in Xviralibus scitis  
senatus iubetur omni vitio cavere, ut relatum est a Cicerone lib.  
3. de legib. Nazarius paneg. Constantini. Sensisti Roma te tan-  
dem arcem omnium gentium, & terrarum esse Regiam, cum ex  
omnibus provinciis optimates viros curia tuæ pigrioraveris, ut se-  
natus dignitas non tam nomine quam re esset illustrior. Eleganter  
l. 74. Cod. Theod. de decurion. Qui vitis, antea ad eone vita op-  
probrio laborant, amplissimo ordine iudicium judicantur, qui a famo-  
sis dignitatem portæ non patent. Quod quomodo fit intelliger-  
dum, repetit ex C. Tacito lib. 11. Annal. & Dione Cocceiano  
libro 52. in fine. Et Cassiodoro l. 1. epist. 41. quos vide, sed nul-  
lus melius laudavit Silio Italico Puniceor. lib. 1. ad finem:

Concilium vocat Augustum, castaque beatos  
Pauertate patres, & nonniã parva triumphis:  
Consul, & æquantem superos virtute senatum  
Facta animosa viros, & recti sacra cupido  
Attollunt, hirtaque coma, neglectaque mensa,  
Dexteræque ad curvis capulo non segnīs aratris,

Exiguo faciles & opum non indiga corda.  
Et cum republicam corpus efficerent, Imperatores esse cap-  
turi volebant, senatores pectus. Plutarchus paulo supra lauda-  
tus à Saresbericensi, Corippus loco proxime citato.

Vos estis pectus, vos brachia verticis hujus,  
Quorum consiliis, quorumque laboribus usa  
Publica res domuit gentes, & regna subegit.

Quia ut vitæ principium, secundum Platonicos à capite in alias  
humani corporis partes dimanare credebatur, ita sapientia &  
prudentiæ sedes in pectore. Macrob. libro 1. Saturnal. cap. 6.  
Horat. libro 1. epistol. 4. Plant. in Militie act. 3. sc. 1. & in  
Epidico act. 2. sc. 2. & puto, alibi hoc in opere à me id dictum.  
Quamobrem male de senatu loqui imminuta majestatis crim-  
en, Arnobius libro 4. sub finem, & Salvian. Massiliensis l. 6.  
Sunt enim senatores quædam principis pars. L. 5. C. ad leg. Jul.  
Majestatis. Et princeps ipse in ordine senatorio numeratur, L. 1.  
Cod. Theod. de exhibend. & trans. reis. quodque magis mirum, sen-  
atorum quilibet, qui dignitatem suam non defendebat, imminuti ma-  
jistratus, velut majestatis reus erat. Ut verba usurpëm Alconii  
Padiani in 3. in C. Verrem Actionem: itaque nec probrosam  
Imperatoribus ipsis in ordinis senatorii albo inscribi. Clau-  
dian. de 4. consul. Hon.

Numerofo Consule Consul  
Cingeris, & socios gaudes admittere patres.

Superest tantum de S. C. I. O. jam facta qua ratione consumaretur.  
Id autem fiebat, si omnes inclamassent, geminassentque hanc  
voce O M N E S. Quæ distinctio unanimum consensum expri-  
mebat, neque quemquam esse, qui reluctaretur. Fl. Vopisc. in  
Tacito August. Hædita comione à Metio Niomacho senatore,  
clamatum clare, omnes, omnes. Idem in Probo: Cum Manilius  
Statiarius in Probi laudem excurrisset, sic clausit: decerno legem  
patres conscripsi votis omnibus cominantis, nomen Casarem,  
nomen Augustum, addo Probo consulare imperium, patris patriæ  
reverentiam: post hæc acclamatum, omnes, omnes. Jal. Capitolin.  
in Maximo & Balbino. Equum est, justumque est, sententia Sabini  
omnes senatus. Et paucis interjectis: Gordianum Casarem omnes  
cupimus. Ael Lampridius in Commodo Augusto: Proroga,  
proroga, omnes consensum rimo trahendum. Trebell. Pollio in  
Claudio. Claudi dux fortissime, habes virtutibus tuis, devotio-  
nis, Claudio statum omnes dicamus. Claudium Consulem omnes  
cupimus. C. Plin. junior in incomparabili panegyrico, quem  
Trajano dixit: Unus solusque censet, quod sequentur omnes,  
& omnes improbarent. Exultimare tamen apud Trebellium  
Pollionem in Valeriano in principio locum esse corruptum:  
Quæcum essent sepius dicta, addiderunt omnes. Legi cuperem,  
addiderunt omen. Atque ita discessim est. Omnibus enim re-  
bus agendis adhibebant formulam auguralem ἀγαθὴ εὐχῆ,  
bona fortuna. Donat. in P. Terentii Phormionem act. 1. sc. 2.  
Joan. Xiphilin. in Nerva. T. Liv. 1. Decad. l. 1. M. Cicero  
pro L. Murena, C. Sueton. in Augusto cap. 58. in Calig. c.  
15. in Nerone c. 37. Anl. Pers.

Hoc bene fit.  
Ennius apud Servium lib. 6. Æneid.

Emicuit, dum ferre moror, civis ipse, bonum sit.  
Senatusque sulta fiebat, ut non sanioris, sed majoris partis pro-  
baretur consensus, neque quam prædentes, sed quam multi-  
idem censuissent, intererat. Hoc est, quod numerari sententias,  
non ponderari dixit Plinius nepos lib. 2. ep. 12. diserte Q. Sym-  
machus lib. 4. epist. 27. Lex curia est, ut majoris partis numeri  
antisset auctoritas. Quare senator quilibet poterat Consulem,  
vel quemcumque alium magistratum in qui senatum habebat, ad-  
monere, ut antequam senatusconsultum præferretur, senatum  
numeraret, alioquin senatusconsulto intercedebat. Fest. Pomp.  
libro 12. Numeri senatum quivis senator ait Consuli, quem impo-  
dimento vult esse, quo minus fiat senatusconsultum, postulatque,  
ut aut res que adferatur, dividatur, aut singuli consulantur, aut  
si tot non sint senatores, quo numero liceat perscribi senatusconsultum.  
Respexit hæc Cicero lib. 5. epistol. ad Atticum: Consule,  
aut numeri. Et Calius lib. 8. epistol. Familiar. ad eundem  
Ciceronem: Cum posset rem impedire, sive ut minoraretur, po-  
sularret, tacuit. Apud Dionysium Halicarnasem libro 11.

Hist. Lucius Cornelius ab Appio postulat *δεσποτῆς τὰς γυμναζε, numerari sententias*. M. Fab. Quintilian. Declamat. 365. *De vi septem judicent, quod major pars judicium stauerit, reus patiatnr, duo ignominiam stauerunt, duo exilium, tres mortem, petitur ad mortem*. Hac quidem epigraphæ controversiæ: sequitur deinde: *Ego existimo majorem partem esse, in qua plures idem sentiant, eandem penam pronuntiant, in eadem verba jurant*. Ne quæ autem ambiguitas laboriatur, disertis verbis explicat, quinam sit ille major numerus. Partem intelligimus eandem numero applicatam, quemadmodum sententia consuetam. Sed quis L. Seneca aurea verba præciserit, huc spectantia? lib. de vita beata cap. 2. *Cum de vita beata agitur, non est, quod mihi illud discessionum more respondeas, hæc pars major esse videtur, ideo enim peior est, non tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant*. Appolite, & cum judicio alium ejusdem Seneca locum annotavit J. Lipsius: *Quid præstat Philosophat ut malis tibi placere, quam populo, ut existimæ judicium, non ut numeres*. Imperita librariorum multitudo antea legerat, illud discessionum more respondeas. Primus Rudolphus genuinam lectionem animadvertit, & ex eo Erasimus Roterodamus. Egregie decreta Lateranensis concilii apud Guilielmum Neubergensem de Reb. Anglic. lib. 3. cap. 3. *Ex hoc tamen nullum canonicis insistentibus, & aliis ecclesiis præjudicium generetur, in quibus majoris & sanioris partis debet sententia prævalere: quia quod in eis dubium venerit, superioris iudicio poterit definiti, in Romana vero curia & ecclesia, speciale evenit aliquid atque constituitur, quia non potest ad superiorem recursus haberi*. Aurel. Prudent. lib. 1. in Symmachum in fine:

*Scrovenus leges patrias, infirma minoris.*

*Vox cedat numero.*

Frequenter, si quis cogebatur senatus Kalendis Januariis, Stodon. Apollinar. lib. 8. epist. 6. & ad eum locum ex multis diversisque Scriptoribus eruditissimus Savaro. Cessabat autem duobus tantum toto anno mensibus, *Novembri & Decembri*, Sueton. in Augusto cap. 32. 35. alius vero omnibus mensibus, habebatur bis, *Kalendis & Eidibus*, exceptis *Eidibus Martiis*, quæ paricidium appellabantur, quod in illis contigisset Cæsarem interfici, alibi hoc in opere est à me observatum. Quid sit senatus moveri, non est difficile intelligere ex Joanne Zonara Tom. 2. Dione Coeciano lib. 56. Valerio Maximo lib. 2. cap. 4. tit. 25: Auctore incerto libri de vir. illustrib. cap. 72. Alconio Padiano in argumentum Orat. in Catilin. & aliis. Denique non nisi in loco sacro senatum fas erat convocari. Herodian. lib. 7. histor. Roman. Servius ad lib. 7. Æt. v. 153. Guntherus alluist libro 1. Ligurini.

*Ergo ubi tanta patres audire negotia, dignum In sedere locum, diverso magna favore Pondera librantes.*

Claudian. de 6. Hon. consul.

— Fulgentia tecum

*Collecti trabecatus adit delubra senatus.*

Et cum summum esset crimen, senatorem non perito & concessio comineatu à curia abesse, ut ex C. Tacito in accusatione Thraex Patii, & Barez Sorani lib. 16. Annal. colligitur, ita ultra annum sexagesimum non poterat cogi senator, ne in senatum veniret. L. Seneca lib. de Brevit. vitæ cap. ult. Licet alii tempus vacationis legitimum præstant sexagesimum quintum.

#### CAPUT VI.

*De senatu & ejus potestate, item per quos more majorum, quo loco, & quo tempore senatus habitus fuerit.*

Totum illud senatorum collegium, sive concilium, *senatus* dictus est, cujus quæ fuerit potestas, paucis indicat Dionysius lib. 2. inquit, *Senatui dignitatem ac potestatem eam addidit Romulus*, ut de iis, de quibus à Rege ad ipsum relatum esset, decerneret & ferat calculum, ita, ut semper plurium obtineat sententia, & ita *senatus* erat potestas in negotiis ad rempublicam pertinentibus, & alio loco scribit, libro 6. legem semper ab Urbe condita fuisse Romæ, ut respublica omnis in potestate *senatus* esset, præter magistratum creationem, legum lationem, & belli pacis arbitrium. Polybius vero libro 6. pluribus eam *senatus* potestatem exponit, cujus verba sunt hæc: *Senatus* primam ærarii potestatem habet. Etenim in ipsius arbitrio sunt & reditus & sumptus. Neque enim *questores* ne ad particulares quidem usus, integrum est aliquid expendere, sine ipsorum decreto, nisi in *Consules* tantum: universalis vero, ac maximus quisque sumptus, quales plerumque *questores* in facta tecta, ad publicum pertinentia, singulis quinquenniis facere solent, in *senatus* est potestas, & per hunc indultum est, quicquid conceditur *censores*. Consimiliter & quæcunque flagitia per Italiam commissa, publicam animadversionem requirunt, ut puta *proditionis, conjugationis, veneficii, cadis*, dolo perpetrata: Horum puniendorum cura *senatum* concernit. Præterea, si quis privatus, vel civitas quæpiam ex Italicis, vel conciliatione aliqua, vel æstimatione, vel auxilio, aut custodia opus habet, horum omnium procuracionem habet *senatus*. Denique si legatio quædam aliquo mittenda sit extra Italiam, quæ vel conciliet quosdam, vel adhortetur, sive omnino imperet aliquid, aut accipiat, vel bellum denuntiet, de his providet *senatus*. Consimiliter cum Legati Romam veniunt, quomodo tractandi sint quilibet, quidque respondendum, cuncta hæc perficiuntur per *senatum*. Hactenus Polybius. Quæ omnia etiam confirmantur à Cicer. oratione in Vatinius testem, & pro domo sua, exceptis iis, quæ de iudiciis à Polybio dicuntur: quæ tamen sic intelligenda sunt, quod *judices* ex *senatu* lectos fuisse dicere velit. Eo enim tempore, quo Polybius hæc scripsit, nondum communicata fuerunt iudicia ordini equestri, ut alibi ostendetur, alioqui maxime obscurus hic locus esset. Non minima etiam *senatus* potestas fuit, quod in *comitiis majoribus*, & legibus ferendis, necessaria fuit & cognitio & auctoritas ejus. Livius libro 1. & 8. & Appian. libro 1. de bellis civilibus, & Dion. libro 11. & maxime commendant *senatus* dignitatem ea, quæ à Plutarcho scripta sunt in Pyrrho, de Cynea, quod cum à Pyrrho Romam legatus missus esset, & inde reversus, à Pyrrho interrogaretur, quomodo placuisset sibi *senatus Romanus*? responderit, *sibi senatum illum visum fuisse confessum Regum*. Sed reliqua etiam videantur.

Per quos autem *senatus* more majorum haberi & consuli consueverit, exponit Agellius ex Varrone, lib.

lib. 14. c. 7. dicens: *Senatum* haberi solitum fuisse à *Dictatore, Consulibus, Pratoribus, Tribunis pleb. Interrege, & Præfecto Urbis*, neque alii præter hos, jus fuisse facere *senatusconsultum*. Quoties autem usu venisset, ut omnes isti *magistratus* eodem tempore Romæ essent, tum quo supra ordine scripti fuerunt, qui eorum prior aliis esset, ei potissimum *senatus* consulendi jus fuisse. Extraordinario autem jure *tribunos* quoque militares consulari potestate, item *decemviros* legum scribendarum, *triumviros* etiam reip. constituendæ, jus consulendi *senatum* habuisse. Idem tradit, de *Præfecto Urbis Latinarum* causa dubitatum fuisse, utrum jus id habuerit, sensisse tamen & *Capitonem & Tiberonem* contra Mutium, Præfectum Urbis Latinarum causa, & Trib. pleb. quanquam hi ante Atinium plebiscitum *senatores* non essent, *senatum* tamen habere potuisse. Docet etiam, *senatum*, nisi in loco per augures constituto, vel consecrato, quod *templum* appellaretur, haberi non licuisse, quodque *senatusconsultum* aliis locis factum esset, iustum non fuisse, & propterea in *curia Hostilia & Pompeja*, & postea in *Julia*, cum profana ea loca essent, templa fuisse per augures constituta, ut in iis *senatusconsulta*, more majorum, iusta fieri possent. Loca autem ea *senacula* dicta fuisse, habet *Festus* inquit: *Senacula* Romæ tria fuisse, in quibus *senatus* haberi solitus sit, memoriæ prodidit *Nicostratus* in lib. qui inscribitur de *senatu habendo*. *Unum*, ubi nunc est *ades Concordia* inter Capitolium & forum, in quo solebant *magistratus*, ut dicit *Titinius*, cum senioribus deliberare. *Alterum* ad portam Capenam. *Tertium* intra ædem Bellonæ, in quo exterarum nationum legatis, quos in Urbem admittere nolebant, *senatus* dabatur. Hæc *Festus*. Sed tamen etiam *magistratibus* iis, qui ad Urbem esse dicebantur, datum in eo Bellonæ templo *senatum* fuisse, ex *Livio* [lib. 38. & 49.] cognoscitur. Memorabile est, quod *Plinius* [lib. 8. c. 45.] scribit, cum esset nuntiatum, bovem loquutum (quod frequens in Priscorum prodigiis fuisse ait) *senatum* sub dio haberi fuisse solitum.

Cæterum, ut de tempore etiam habendi *senatus* aliquid dicatur, sciendum est, *senatum* alium fuisse *legitimum*, alium *indictum*. Legitimus dicebatur, qui vel lege, vel more certis semper diebus habebatur, Kalend. Non. Idib. *Suetonius* ait: [in *Augusto* cap. 35.] Sanxisse Augustum, ne plus quam bis in mense *legitimus senatus* haberetur, scilicet Kal. & Idibus: neve Septembri, Octobrive mense ullos adesse alios necesse esset, quam sorte ductos. *Indictus* autem dicebatur, qui reliquis diebus mensis, qui modo *comitiales* non erant, magistratum vocatu cogebatur. *Jul. Capitolinus* [in *Gordiano*] *Comitialibus* autem diebus idcirco *senatus* non dicebatur, ne *senatores* à suffragio ferendo avocarentur. Præterea *Agellius* [lib. 14. cap. 1.] docet, *senatusconsultum* nec ante exortum, nec post occasum solem factum, ratum fuisse. Opus etiam *ensoriorum* fecisse existimatos, per quos eo tempore *senatusconsultum* factum esset, quod confirmat his verbis *Seneca* [lib. 1. de *tranquill. vita*] *Majores nostri*, inquit, novam relationem post horam decimam in senatu fieri vetabant. Quin & totum mensem Febr. legationibus exterarum gentium audiendis attributum fuisse, ex *Ciceronis* epistola ad *Lentulum*, ad *Q. Fratrem*, & aliis locis multis constat.

C A P U T VII.

*Quomodo sententiæ in senatu & rogatæ & dictæ fuerint. Item de senatusconsultis.*

*Senatusconsulta* duobus modis fieri solita, *Agellius* lib. 14. cap. 7. ex *Varrone* docet, aut per *discessionem*, si consentiretur, aut, si res dubia esset, per singulorum sententias exquisitas. Singulos autem debere consuli gradatim, incipique à *consulari gradu*: ex quo gradu semper quidem regulariter primum rogari solitum, qui *princeps* in senatu lectus esset. In *senatusconsulto* vero per *discessionem* faciendò, moris fuit, ut is *magistratus*, qui de aliqua re ad senatum retulerat, diceret: *Qui hoc censetis, illuc transite*: qui alia omnia, in hanc partem: quibus verbis præibat omnis causa, ne diceret: *Qui non censetis*, *Festus, Hirtius, Suetonius, Plinius junior, Agellius, Cicero & alii*. Quod si singulorum sententiæ exquirendæ essent, tum hoc ordine procedebatur. In more erat, ut post *comitia* consularia, *Consules* designati primi sententias rogarentur, & eorum is prior, qui priore loco declaratus esset: ante *comitia* vero is, qui à censoribus *princeps senatus* lectus erat: ii deinde, quos *Consulibus* videbatur: ita tamen, ut ne *prætorium* consulari, *adilitium* prætorio, *tribunitium* ædilitio anteferrent, quemadmodum ex *Sallustio, Agellio & Cicerone* quinta *Philippica* cognoscitur. Memorabile autem est, quod *Suetonius* scribit in *Julio Cæsare*, consuetudinem obtinuisse, ut quem ordinem rogandarum sententiarum Consul Kalend. Januariis tenuisset, eundem toto anno usurparet, quem tamen morem à *Cæsare* non observatum fuisse, ibidem annotat.

Cum rogatus *senator* dicere sententiam vellet, *assurgebat*, stansque dicebat, & non modo de ea re, de qua relatum fuisset, verum etiam quacunque de re volebat, & quamdiu volebat, dicendi potestatem habebat. *Agellius* lib. 4. cap. 10. *Tacit.* lib. 3. & 13. *Annalium, & Plutarch.* in *Catone*. Forma autem sententiæ dicendæ, quemadmodum ex *Philip. oration.* apparet, fere hæc erat: *Quod verba facta sunt de literis: &c. de ea re ita censeo*. Neque vero prætereundum illud est, quod *Padianus* in *Milonianam* docet, cum aliquis in dicenda sententia duas, pluresve res complexus esset, ex si non omnes probarentur, .  
pe-

postulari solitum à quovis sedente, ut divideret, id est, ut de rebus singulis referretur, de quo more multa etiam *Plinius* lib. 8. epist. ad *Aristonem*, & *Cicero* lib. 1. epistolarum ad *Lentulum* habent.

Cæterum qui numerus senatorum ad senatusconsultum faciendum necessarius fuerit, non videtur alienum ab hoc loco inquirere. Quis numerus senatorum inde ab Urbe condita ad Augusti tempora Romæ fuerit, capite ab hoc tertio annotatum est. Quia vero non omnes senatores semper adfuerunt, idcirco certus numerus eorum constitutus, qui necessario præfens esset ad senatusconsultum faciendum. Is autem diversus fuit, pro diversis reip. temporibus. *Livius* [lib. 39.] ubi de *Bacchanalibus* loquitur, innuere videtur, senatusconsultum fieri posse, si centum, non minus, senatores in senatu essent. *Padianus* autem de re non ita magni momenti loquens, in *Corneliana* scribit, lege *Cornelia* cautum fuisse, ne quis in senatu solveretur legibus, nisi ducenti adfuerent. Posterioribus temporibus 400. adfuisse oportere, docet *Dio*, [lib. 54.] de Augusto scribens: Cum videret senatum non semper frequentem convenire, decrevit, ut ejus consulta etiam à paucioribus, quam à quadringentis fierent. Prius enim non aliter, quam eo numero constante, rata esse poterant. Hactenus ille. Qui igitur senator non aderat, is legitima excusatione agebat, aut in culpa erat, teste *Cic.* Si in culpa erat, tum multa ei indicebatur, quæ dum solveretur, pignus ab eo capiebatur. Hinc *Agellius* de *Varro*ne [lib. 14. c. 7.] scribit, quod in *Isagogico* suo de senatu habendo, item de epistolis etiam de pignore capiendo disseruit, deque multa dicenda senatori, qui cum in senatu venire deberet, non adesset. Meminit hujus moris etiam *Cicero*, [lib. 3. de legibus,] apud quem est cadere vel concidere pignora, pro ita capi, ut auctione distraherentur, & consumerentur. Sed pergamus ad reliqua. Discessione facta, sive sententiis singulorum exquisitis, præscribebatur senatusconsultum. In eo autem scribendo moris erat, ut ea res, de qua rogata sententiæ fuerant, summam exponeretur. Exempli gratia: Quod *M. Marcellus* Consul verba fecit de provinciis o. e. r. 1. c. quæ verba sic interpretatur *Valerius Probus*: De ea re ita censuerunt. Quod verba facta sunt de Philosophis & rhetoribus, o. e. r. 1. c. Quod *M. Pomponius* senatum consuluit, &c. Quod si quid Consulibus senatus mandaret, addi solebat: Si eis Consulibus videatur. *Donatus* in *Terentium*. Cujus rei exemplum est in *Ciceronis* *Philippicis*: Utique *C. Pansa*, *A. Hirnius* Coss. alter, ambove, si eis videatur, quæstoribus urbanis imperent. Quamquam ex eodem apparet, eam interdum formulam prætermisissam. Quoniam autem senatusconsultis intercedere tribuni plebis poterant, propterea moris erat, ut illa clausula adderetur: Si quis huic senatusconsulto intercesserit, senatui placere, auctoritatem præscribi, & de ea re ad senatum, populumque referri. Ac si quis intercessisset, addebatur: Huic senatusconsulto intercesserunt *C. Cælius*: *C. Pansa* tribuni plebis. Et tum quidem non senatusconsultum, sed auctoritas præscripta dicebatur, *Dio* [lib. 5.] Quod si forte usu veniret, ut non tam multi, quam opus erat, convenirent, senatus quidem habebatur, decretumque præscribebatur, non tamen quasi ratum effectum habebat: sed erat auctoritas, uti senatus-sententia nota ac testata esset. Tale enim quiddam vis hujus verbi declarat, quod uno verbo Græcè exprimi non potest. Idem etiam observatum est, si quando in loco aliquo non legitimo, aut die non idoneo, aut non legitimo edicto, sed ambitiose senatus coactus esset, aut nonnulli tribuni plebis intercessissent. Tum enim senatusconsultum fieri non poterat, quid tamen placuisset, testari reliqui volebant. Hæc *Dio*, quibus consentanea scribit *Cicero* epistolis ad *Lentulum*.

Notari quoque eum nominatim oportuisse, in cuius sententiam senatusconsultum factum esset, colligitur ex epist. *Cic.* ad *Atticum*. Scripto senatusconsulto, eorum omnium nomina, qui affuissent, adscribi solebant, quod notum est ex epistola *Cælii* ad *Ciceronem*, & ex ipso *Cicer.* Fieri autem id ad Consulibus pedes solitum fuisse, *Lampridius* [in *Hellogabalo*] subindicare videtur. Ex iis quæ hactenus dicta sunt, intelligi etiam potest, quæ impedimento fuerint, quo minus senatusconsultum fieri potuerit, ut puta, 1. Si legitimus senatorum numerus non adesset: quo tempore cuivis senatori dicere Consuli licebat: numera senatum. 11. Cum dies tolleretur: hoc est, cum quis ad usque solis occasum orationem produceret, quo tempore senatusconsultum fieri non poterat. 111. Cum quis tribunorum plebis moram interponeret, hoc est; tempus sibi ad deliberandum postularet. 1v. Cum quis intercederet. Nam ut scribit *Agellius* lib. 14. cap. 7. intercedendi, ne senatusconsultum fieret, jus fuit iis, qui eadem potestate, qua ii qui senatusconsultum facere vellent, majoreve essent. Memorabile autem est, quod *Valerius* lib. 2. cap. 2. scribit, vetustis temporibus jus non fuisse tribunis plebis curiam intrare: ante valvas autem, positis subfelliis, decreta patrum examinasse, ut si quæ ex iis improbascent, rata esse non sinerent. Itaque veteribus senatusconsultis, T. litteram subscribi solitam, qua nota significabatur, illa tribunos plebis quoque censuisse. *Livius* lib. 3. etiam auctor est, anno a. v. c. cccv. institutum à *Valerio* & *Horatio* Coss. fuisse, ut senatusconsulta in ædem *Cereri* ad ædiles plebis deferrentur, quæ ante arbitrio Consulium supprimebantur vitiabanturque. Postea tamen ad ærarium ea delata fuisse, & *Cicero* 5. *Philippic.* *Suetonius* in *Augusto*, & *Tacitus* libro 3. *Annalium* testantur. Hæc de senatu, ex quo, ut ait *Dionysius*, sacerdotes & magistratus creati sunt. Ii vero, qui magistratum aliquem petebant, candidati dicebantur, de quibus capite sequenti.

## CAPUT VIII.

## De candidatis.

**C**andidati dicebantur, qui magistratum aliquem petebant: id nominis adepti à *toga candida*, quia gestabant, qui se magistratum petere professi essent. Professio autem ista fiebat ad populum, ea ratione, ut quis impetrata ab aliquo magistratu concione, vel per se, vel per amicos, oratione declararet, velle se magistratum populi beneficio obtinere. Nemini autem prohibitum erat profiteri in candida toga petitionem, quia populo in candida veste supplicare, cuius liberum erat, qui se à populo obtinere posse sperabat. Sed tamen non semper habebatur ratio eorum, qui professi essent. In quo magistratum ac *senatus* cognitio locum habebat. Ne enim populus magistratum alicui mandaret indigno, aut contra leges, publice intererat considerari *candidatorum* causas à magistratibus & consilio publico: quæ deinde ad populum allegatæ, efficiebant, ut eorum tantum, qui digni essent, rationem comitiis habere vellet. Ac sæpe etiam, contra populi studia manifesta, magistratus iudicio aut *senatus* decreto excluderentur suffragiis populi nonnulli *candidati*. Oportebat enim eos ante comitorum diem, sua nomina etiam profiteri apud magistratum illum, qui comitia habiturus erat. Tum si digni iudicarentur, quibus pars aliqua gubernationis reipublicæ à populo committeretur, nomina eorum à magistratibus recipiebantur: sin minus, non recipiebantur, neque tum populus, etiam si maxime vellet, creare eos poterat. *Professio* porro, quæ integrum annum ante comitia nonnunquam incipere solebat, posita erat, ut apud *Ciceronem*, de petitione Consulatus *Q.* Cicero prolixè disputat, in amicorum & populi voluntate concilandam. *Amicorum nomen* latius in hoc genere patuit, quam in reliquæ vitæ consuetudine. Nam & propinqui & necessarii, & omnino, qui aliquid voluntatis ostenderunt, inter amicos habiti sunt. Hi omnes conciliandi erant. Studia enim eorum plurimum ad petitionem valebant. Qui vero aliquid voluntatis ostenderunt, ii ferme, aut *salutatores*, aut *deductores*, aut *sectatores* fuerunt. *Salutatores* prima dici hora domum petitoris veniebant, atque salute dicta, inde discedebant. *Deductores* præterea tantisper expectabant, dum illum domo exeuntem in forum deducerent, atque hi etiam observare eum dicebantur. *Sectatores* assidui cum eo omnibus horis erant, ejusque latera stipabant. Hic *petitorum* mos erat, ut summo mane domi inambularent, ac sui copiam saluatoribus facerent. *Popularis ratio*, sive voluntatis populi conciliatio, quatuor habebat partes: *nomenclationem*, *blanditiâ*, *assiduitatem* & *benignitatem*. *Nomenclatio* eam habuit vim, ut *petitori* suo quemque civem nomine appellaret. Fuit ergo illud in primis *petitori* elaborandum, ut singulos cives noisset, eorumque nomina teneret. Siquidem qui aut non tenet, aut oblitus est nomen alterius, is parum ejus rationem videtur ducere. Sed quoniam in tanto populo, & tantis vitæ occupationibus fieri non poterat, ut æque omnes cogniti essent: hinc ministrum instituerunt, qui *petitori* nomina omnium civium, ut quisque occurrebat, suggereret, eumque *nomenclatorem* vocarunt. *Cicero* pro *Muræna* *monitorem*, *Festus* *furtorem* appellat, quod clam veluti infarciret in aures *candidati* nomina salutandorum civium. Altera pars popularis rationis est *blanditiâ*. Est autem blande appellare, non proprio nomine, sed honestiore salutare, ut patrem, aut fratrem, aut patronum. Ad assiduitatem pertinebat ambire, *prensare*, ac rogare. *Ambire* erat circuire. *Ambibant* autem *petitores* non solum Romæ & in foro, sed etiam in conciliabulis Italiæ, in quibus cives multi negotiandi causa versari solebant. *Prensare* erat rogandi causa singulorum dexteram prehendere. *Rogare* erat precibus petere, ac beneficium reposcere. Atque in hoc quidem munere supplicationis, vel admonitionis, aut ipsi versabantur, aut alios claros viros adhibebant, qui vices suas sustinerent, qui *suffragatores* dicti sunt. Ii cum virtutes *petitorum* populo commemorabant, tum beneficia accepta exponebant. Attulit etiam aliquid ad hanc rationem *toga candida*, qua sumpta *petitores* nudinis veniebant in *comitium* & in colle considebant, unde coram possent ab universis videri. Narrat etiam *Plutarchus* in *Coriolano*, *petitores* cum in campum descenderunt, tunicam deposuisse, sive, quemadmodum idem inquit in *problematibus*, *problemate* 49. ne in sinu pecuniam gestare possent, qua *suffragia* emerent: sive, ut *cicatrices* adverso pectore acceptas commodius possent ostendere omnibus, qui occurrerent: aut quemadmodum *prensationibus* & *supplicationibus*, sic etiam habitu & nutatione corporis se deprimerent. *Benignitas* posita in conciliando populo, *congiariis dandis*, *prandiisque præbendis*, *gladiatoribus exhibendis*, *locis parandis* & *pecuniis dividendis*, quibus muneribus dandis multi patrimonia consumpsisse leguntur. Fuerunt etiam, qui locis tribulibus suis, cum *gladiatores* darentur, in foro commodandis, gratiam eorum quaesierunt. *Quinetiam* postremis temporibus consuetudo obtinuit, ut præsentem pecunia populi *suffragia* emerentur, ad eamque rem ministri adhiberentur, *interpretes*, *sequestres* & *divisores*. *Interpretes*, teste *Asconio*, erant, per quos pactio indicabatur. *Sequestres* apud quos pecunia deponeretur: *Divisores*, qui singulis numeros distribuebant. Hæc omnia *Cicero*, de petitione Consulatus & alibi, *Asconius*, *Plutarchus*, & alii.

## De Consulibus.

Supremum inter reliquos *reipublica Romana* magistratus ordinarios locum, rerumque imperium, post Reges, *Consules* obtinebant: de quorum institutione, dignitate & potestate, hic nobis dicendum est. Postquam Regum imperium per *L. Junii Bruti* & sociorum ipsius *Tarquinius Collatini*, *Spurii Lucretii* atque *Valerii*, qui *Poplicola* postea dictus est, operam, Roma excussit, re cum patribus, universoque populo deliberata, visum fuit commodissimum fore, ut deinceps, suprema potestas duobus committeretur, idque ad anni solummodo spatium: quos tum quidem *prætores* (cum nondum *prætorium* nomen peculiariori haberet magistratum à *Consulibus* distinctum) quod summæ rerum præessent, vel quod populo præirent, aliquot annis interpositis, *judices* à judicando: ac tandem *Consules*, à consulendo, vel quod alios consulerent, vel quod ab aliis consulerentur, appellatos esse, ex *Sexto Pompejo*, *Justiniani Imperatoris Novellis*, [24. & 25.] *Cicerone* [lib. 3. de legib.] & *Varrone* discitur. [*Varro* libro 4. de Ling. Lat. & lib. 2. de vita populi Roman. apud *Nonium*. Vide etiam *Antonium Contium* lib. 2. lectionum subsecivarum juris civilis cap. 19.] Græci eos *ὄπαρχος* appellare maluerunt, quam *συμβολαίης*, sive *προβόλαίης*: à potestatis præcellentia. Hi creabantur *comitiis centuriatis*, ut præcedenti libro ostensum est. Legitimus annus ejus magistratus capiendi fuit quadragesimus tertius ætatis. Nemini enim *Consulatus* regulariter contingebat, nisi ad minimum annos ætatis XLII. explevisset, & prudentia atque virtute singulari conspicuus, gradatim per *questuram*, *adilitatem* ac *præturam* antea gestam, sibi aditum fecisset ad petitionem hujus muneris: Ideo prorsus peculiare & extraordinarium quiddam fuit, quando honoris & præmii causa aliquis ante legitimum tempus factus est *Consul*, quod *Marco Valerio Corvino*, *Tito Flaminio*, *Scipioni* & *Pompejo* contigit. Nec licebat *absentem* aliquem *Consulem* creari. Qui *candidatos* se profitebantur, eos oportebat esse præsentem. Inter *consulatum* etiam & *præturam*, ad minimum intercedebat spatium hiennii: sicuti & tantundem temporis inter *adilitatem* & *præturam* interponebatur. Nec fas erat denuo anno sequente *Consulem* fieri, qui anno proximo hac dignitate fuerat perfunctus. Quanquam in persona *Marii*, propter molem ex bello Cimbrico imminenti periculi hoc non fuit observatum. Et hæc quidem ad hunc modum se habuerunt, dum *respublica* fuit sui juris. Nam de eo tempore, quo cœpit *Cæsaris imperium*, hic non loquimur. *Raro* quoque hæc dignitas *bis*, aut *ter* in unum quempiam collata est. Quanquam in quosdam toties collata fuisse legitur. *Ravius* vero *quater*, aut *quinquies*. Unius *Marii* hoc est proprium, quod *septies* *Consulatum* gessit. Initio etiam hæc dignitas non nisi in *patricios* conferebatur: quæ postea cum *plebej*is quoque communicari cœpit, anno ab u. c. cccxcvii. Anno autem *dxccxi*. eo res deducta legitur (cum id multis annis ante, *lege Licinia* fuisset obtentum) ut tum primum novo quodam prorsus exemplo ambo *Consules plebeji* eligerentur. Sed tamen nihilominus plerumque evenit, ut jungerentur *patricius* & *plebejus*.

*Insignia Consulum* fuerunt *sella curulis* regia & eburnea, in qua jus dicebatur, *trabea* seu purpurea prætexta, *liſtores* præferentes ipsi fasces. Fuit & hoc maximæ dignitatis, quod hic magistratus esset *ἰσώρυστος*, hoc est, quo annorum solebant differentia notari: non aliter, quam apud nos *Christianos* annorum series à nativitate *Salvatoris* nostri sumitur.

Cæterum quæ potestas *Consulum* fuerit, tum multi alii, tum vero *Polybius* libro 6. exacte describit: cujus hæc sunt ex versione *Wolfgangi Musculi*: *Consules*, inquit, antequam exercitus educantur, Romæ præsentem omnium publicarum actionum potestate funguntur. His reliqui principes cuncti subjiuntur & obediunt, præter *tribunos plebis*. Et in senatum illi legationes ducunt, & urgentia consilia proferunt, ac totum edictorum (sive *senatusconsultorum*) negotium ipsi exequuntur. Denique quicquid per plebem, quod publica negotia concernat, perficiendum est, hujus cura pertinet ad ipsos. Illorum est convocare concionem, illorum proferre edicta (sive *senatusconsulta*) illorum ea, quæ à pluribus decreta sunt, dispensare. Denique & bellicus apparatus ad eos pertinet, ac universæ, quæ sub cœlo est, œconomia, prope *Imperatoriam* ac regiam habent potestatem. Licet enim ipsis constituere millenarios *judices* (sive *tribunos militum*) qui videntur imperare belli sociis, describere exercitus, ac seligere socios ac necessarios. Et præterea in ipsorum potestate est, quemlibet ex subditis ubilibet commorantibus, punire. Et id quoque potestatis habent, ut *sumptus* ex ærario publico, quantum ipsis videtur, *faciant*, quæstore ipsos ad hoc consequente, & imperata incunctanter. Hactenus *Polybius*. Quæ omnia etiam ab aliis *Scriptoribus* confirmantur, & à *Cicerone* libro 3. de *Legibus* paucis comprehenduntur, cum inter alias leges hanc quoque recitat: *Regio imperio duo sunt, iique præuendo, judicando, consulendo, Prætores, Judices, Consules appellantur: militia summum jus habent: nemini parento: olliſsalus populi suprema lex esto. Eum magistratum, nisi interceverint decem anni, ne quis capito. Aevitatem annali lege serwant, &c.*

Restriçta tamen plurimum est *Consularis* potestas, quod ad *senatus* auctoritatem fuit alligata, & quod mature est constituta provocatio à *Consulibus* ad plebem *lege Valeria*. Qui *consulatum* gesserant, *Consu-*



*laves* appellabantur, sicut, qui præturam, *prætorii*: qui ædilitatem, *ædilitii*: qui quæsturam, *quæstorii*. Et erat eximii honoris symbolum, dici *Consularem*, hoc est, agnosci pro eo, qui dignus fuisset habitus, cui se legitimis suffragiis respublica Romana, maximæ partis orbis terrarum domina, aliquando commisisset. Ex illis electi sunt, *Diktatores*, *Magistri equitum* & *Censores*.

Non est hoc loco silentio prætereundum, quod de *Consulibus honorariis* Dio lib. 43. scribit, quos anno a. v. c. dccii. primum creatos fuisse docet. Ejus verba sunt hæc: *Consulatum*, inquit, *Cæsar* continuo, ante etiam, quam Urbem intraret, accepit. Non autem toto anno gessit, sed postquam in Urbem venit, eo se abdicavit, *Consule* fecit *Q. Fabium*, ac *C. Trebonium*: Fabioque extrema magistratus sui die mortuo, statim in residuas horas *C. Caninium* substituit. Hac in re dupliciter prævaricatum est à *Cæsare* contra instituta majorum, quod *Consulatus* non toto anno, neque omni reliquo anni tempore gestus est, sed ipse vivus, ac neque legibus patriæ, neque edicto quodam iustus, eo se abdicavit, aliumque subrogavit. Deinde quod is *Caninius* simul & *Consul* creatus est, & gessit *magistratum*, & deposuit, quod *Cicero* cavillatus, tanta fortitudine ac cura *Consulem* eum in suo magistratu usum dixit, ut ne brevissimum quidem in eo somnum admiserit. Verum ab eo cœptum est, ut perpauci toto anno *Consulatum* gererent, sed alii pauciores, alii plures menses diesque, prout casus tulisset, eo *magistratu* fungerentur. Ac nostro quidem tempore, nemo, neque ad integrum annum, neque amplius duobus mensibus cum collega aliquo *Consul* est: in cæteris ab antiquo more nihil discrepamus. Annorum autem numerus his, qui initio ejus Consules fuerunt, adscribitur, &c. Audum vero fuisse hoc institutum à *triumviris* R. P. C. L. *Marcio* *C. Sabino* *Coss.* ut ipsi gratiæ causa multos in eundem annum *Consules* designarent, qui in paucos menses aut etiam dies *magistratum* gererent, idem Scriptor tradit lib. 48. his verbis: *Consules* electi sunt, non, ut moris erat, duo, qui annum eum *magistratura* gererent, sed ipsis *comitiis* tum primum plures designati simul sunt. Jam quidem ante quoque, nonnulli aliis in *Consulatu* substituti fuerant, neque mortuis, neque per ignominiam, aut alias eo depositis. Verum hi tamen ipsi ex arbitrio eorum, quibus *Consulatus* in totum annum mandatus fuerat, constituti: tum vero *annuus Consul* nullus est creatus, sed alii ad alias partes temporis ejus designati, quorum primi nomen *Consulum* per totum annum gerebant, ut nunc quoque fit: reliquos ii, qui, Romæ, aut in Italia erant, sui quemque *magistratus* tempore *Consulem* nominabant, reliqui aut omnes istos, aut plerosque ignorabant, idcircoque eos *Consules minores* appellabant. Hæc ille. Hinc *Suetonius* de *Domitiano*, cap. 2. In sex *Consulatibus* nonnisi unum ordinarium gessit. Quem locum *Adrianus Turnebus* *Adversariorum* lib. 5. cap. 10. explicans scribit, *Ordinarium Consulem* dici, ex cujus nomine anni supputatio ordinaretur, id est, cujus nomen in literis & instrumentis, & in Fastis scriberetur, qui denique *Kalend. Januar.* honorem iniret. Nam, inquit ætate Imperatorum annus in multos dividebatur *Consules*: sed soli, qui anni initio inibant honorem *ordinarii* censebantur, honoratioreque erant. Sic & *Seneca*: *Consulem* me fecit, sed non *ordinarium*. Atque tantum de *Consulibus*.

## CAPUT X.

## De censoribus.

**A**Nno cccx. primi *censores* constituti sunt, quod *Consules* negotiorum mole impediti, vacare censis civibus non poterant, ideoque totos annos septemdecim nullus fuerat habitus census. [*Varr. lib. 4. de Lingua Latina. Festus.*] Partem igitur hanc *consularis muneris*, & alia quædam officia judicaverunt patres transferenda esse in *peculiarem magistratum*, cui hinc  *censura* nomen est impositum, quod ad eorum *censores*, id est, arbitrium, censeretur populus; vel quod quisque rem suam tanti æstimare solitus sit, quantum illi censuissent. *Livius* lib. 4. scribit: *Censores* eos dictos, quod *censui præessent*. Fuit hic unus de *magistratibus majoribus*, & Romanæ reipublicæ propter disciplinæ custodiam, cujus severa cura *censoribus* inter cætera, sine provocatione commissa fuit, admodum salutaris. Ipsorum officium erat describere facultates cujusque civis, observare singulorum hominum, etiam eorum, qui *senatorii*, aut *equestris* erant ordinis, mores & vitam: & notare ignominia civem quemcumque: *senatorem* loco movere, & *equiti* adimere equum & annulum, si quid in vita ejus deprehenderet honestati contrarium; tollere quoque omnia, quæ probitati morum pestem & perniciem illatura videbantur, unde *magistri morum* solebant nominari. Si quis etiam, ait *Agellius* lib. 4. cap. 12. agrum suum passus fuerat fordescere, cumque indiligenter curabat, ac neque araverat, neque purgaverat, sive quis arborem suam vineamque habuerat derelictam, non id sine pœna fuit: sed erat opus censorum, *censoresque* ærarium faciebant. Item si quis *equus Romanus* equum habere gracilentum, aut parum nitidum visus erat, *impolitia*, id est, incuriæ notabatur. *Plinius* lib. 34. cap. 6. scribit, statuas circa forum omnes, quæ non essent populi aut senatus sententia positæ, per *censores* *Scipionem* & *Popilius* sublatas fuisse, ne scilicet quis temere sibi honores, & eorum insignia vindicaret. Et alibi *Plinius* lib. 33. cap. 4. docet quomodo lege *censores* de numero metallicorum hominum, ne nimis multi ad aurifodinas adhiberentur, fuerit constitutum. Apud eundem lib. 35. c. 17. legitur etiam, *fullonibus* modum in pingendis vestibus à *censo-*

ribus fuisse prænitum. Porro, ut constaret quinam è *senatu*, aut ordine *equestri* rejicerentur, *ustatum* erat, peracto censu recitare omnium *senatorum*, qui tali ordine digni haberentur, postea & *equitum* nomina: ubi, qui in recitatione præteriti erant, sua dignitate exuti intelligebantur. In *senatorum* catalogo eximius honos erat primo loco recitari. Quod ideo notandum est, quia talis vocabatur ob eam dignitatem *princeps senatus*, de quo supra. Eadem ratione *princeps equestris ordinis* dicebatur is, quem *censores* primo loco scripserant in *equitum tabulis*, sive catalogo. Hoc tamen etiam observandum, quod licet quis à *censores* esset notatus, non tamen propterea fuerit ut infamis per omnem vitam à reditu ad honores exclusus. Eum enim vel *successores*, vel *judices*, re cognita & iudicata (siquidem *censores* plerumque fama solummodo laborantem, etiamsi causam non dixisset, ab officio removebant) vel populus iis suum locum reddens, aut novum honoris gradum decernens, poterat restituere. Et habent *Valerius* libro 2. capite 9. ac *Cicero* pro *Cluentio* duo exempla *virorum*, qui per *censores* è *senatu* eiectioni, postmodum ipsi ad *censores dignitatem* pervenerunt, ubi multa de *censores* animadversionis correctione afferunt. Et *Valerius* graviter ait in illis duobus, qui ita notati fuerant, ignominiam virtutem acuisse: Rubore enim ejus excitatos omnibus viribus incubuisse, ut digni civibus viderentur, quibus dari potius, quam obijci *censores* deberet. Sed & alia ad *censores munus* pertinebant, ut puta, addere tribus, tueri Urbis templa, vias, pontes, aquarum ductus, & alia quædam publica ædificia: elocare item vectigalia, & fundos publicanis, quod in conspectu populi Romani fieri oportebat, ut ex *Cicerone*, oratione 1. in *Rullum* patet. Pretia quoque sacrificiorum procurare, & alere sacrosanctos, lustrum condere. Habuerunt etiam *potestatem leges condendi*, aut abrogandi, & cognoscendi de certis causis, ut de matrimonialibus: *equitibus* quoque *emeritis* vacationem dederunt: quorum omnium probationem qui desiderat, legat *Licium*, *Plutarchum*, *Valerium*, *Agellium*, *Plinium* & alios. *Cicero* 3. de *Legibus* paucis verbis hæc omnia complectitur, quando de *censores* munere ejusmodi legem proponit: *Censores* populi *avitates, soboles, familias pecuniasque censent*. Urbis templa, vias, aquas, ararium, vectigalia tuentur: *populique partes in tribus distribuunt*: *exin pecunias, avitates, ordines partiuntur*: *equitum peditumque prolem describunt*: *calibes esse prohibent*: *mores populi regunt*: *probrum in senatu ne relinquunt*: *bini sunt*: *magistratum quinquennium habent*: *reliqui magistratus annui sunt, eaque potestas semper esto, &c.*

Fuit autem observatum, ut ad hoc munus non eligerentur, nisi duo viri, virtute & auctoritate insignes, & ut plurimum *Consulares*: nec post *Martium Censorium* ulli licuit bis hanc dignitatem capere. Cum etiam *censores* moreretur, id pro infamissimo habebatur omine: propterea quod eo anno, quo Roma à Gallia occupata est, mors *censores* calamitatem eam præcesserat. Ideoque post occupatam à Gallis Urbem tanta religione *obitus censores* accipiebatur, ut *confestim collegam* quoque *magistratu* illo abire oporteret, nec quisquam in demortui locum sufficeretur. *Liv.* lib. 4. 5. 6. 9. *Plutarchus* in *vitis*.

Creabantur autem quinto quoque anno. *Livius* lib. 4. & 9. Et quanquam primis & posterioribus temporibus integro quinquennio, quod spatium lustrum dicebatur, *magistratum* retinerent: tamen anno Urbis cccxix. *Mamercinus Dictator* eam potestatem annuam & semestrem fecit.

Communicatus fuit hic *magistratus*, qui initio solis *patriciis* fuit delatus, cum plebe, anno Urbis cdi. *Livius* libro 7.

Cæterum cum ingratum sit licentiam quærentibus, rigidior disciplina custodia contineri: idcirco accidit, ut aliquando, & ut verisimile est, post annum Urbis oclxvii. intermitteretur *censores*, quæ tamen anno dcxciii. est restituta. *Clodium* quoque *tribunum* inter cæteros perniciosos conatus *censores* tantum non sustulisse, cum legem tulisset, ne quem *censores* *senatu* moverent, neve qua ignominia afficerent, nisi qui apud *tribunos* accusatus, & illorum quoque sententia damnatus esset, ex *Dione* lib. 38. & 40. & *Cicerone* in *Pisonem*, & pro *Sestio* intelligitur. Sed anno cc. 1. *Metellus Scipio*, *Pompeji* in *Consulatu* collega, eam denuo integram reddidit reipublicæ: quæ postea usque ad *Decii Imperatoris* tempora retenta est, usurpantibus sibi hunc honorem ipsis *Imperatoribus*, non tamen omnibus. Et scribit *Dio* lib. 54. de iis, qui postremi de personis privatis *censores* fuerunt, sub *Augusto Casare*, tribunal ipsorum, cum prima *magistratus* die conscenderent, corruisse & contractum esse, omine non obscuro, quod deinceps eorum similes *censores* non essent gesturi. Apud *Halicarnassum* l. 1. etiam mentio fit commentariorum, quos *censores* in sua familia reliquerint, ubi scribit: Sicut apparet, cum ex aliis multis, tum ex *censores* commentariis, quos à patribus filii per manus accipiunt, & ipsis posteris pari cura tradunt, haud secus quam sacra paterna & gentilitia. Hi per viros illustres servantur in familiis *censores*. Hactenus ille.

## CAPUT XI.

### De prætoribus.

**C**onsules primum prætores appellatos fuisse, à præeundo, ante dictum est, testantibus id *Festo*, *Justiniano Imperatore* & *Varrone* lib. 4. de *Ling. Latina*, qui inquit, *Prætor* dictum eum, qui præiret jure & exercitu. Dixisse enim *Consules* primis temporibus jus, ex plurimis *Licij*, *Dionys.* & aliorum locis est ma-

manifestum. Post autem, ut scribit *Pomponius ff. tit. 2. de origine juris l. 2. anno A. V. ccccxxvi.* cum *Consules* avocarentur à bellis finitimis, neque esset, qui in civitate jus reddere posset, factum est, ut *prætor* quoque crearetur, qui jus in Urbe diceret: quod idem etiam *Livius lib. 6.* testatur. De hoc *Cic. lib. 2. de Legibus*: Juris discipulator, qui privata judicet, judicari jubeat, *prætor esto: is juris civilis custos esto: huic potestati pareto.* Post aliquot vero annos non sufficiente eo *prætor*, quod multa turba peregrinorum, ad jus petendum in Urbem veniret, creatus est & alius *prætor*. Ita *prætores duo* facti: unus qui civibus, alter qui peregrinis jus diceret. Unde ille *urbanus*, hic *peregrinus* vocatus. Quod factum post *DXII.* annum fuisse *Livius epitoma lib. 19.* ostendit. Hi *comitiis centuriatis* creati, à populo jurisdictionem, sed incertam, accipiebant. Ubi vero designati erant, ex *senatusconsulto* duas jurisdictiones, *urbanam & peregrinam* sortiebantur, quamque sorte adepti erant, eam exercebant. Itaque licet apud *Livium* legere, quotannis jurisdictiones in sortem conjectas, easque *prætores* designatos fortiri iustos. Factum tamen aliquando est, ut ambas jurisdictiones unus *prætor* ex *senatusconsulto* sortitus sit, easque exercuerit: idque non antiquis solum temporibus, quorum testis est *Livius*, sed etiam ultimis. Cæterum *prætores*, priusquam jus dicerent, ut cuique notum esset, quemadmodum anno suo jus dicturi essent, in albo edictum constituiebant, atque proponebant, quod ab edicendo, id est, ante denunciando, ac prædicendo sic dictum est, quasi tanto ante populo denuntiaret, quæ esset in jure dicendo observaturus. Hoc autem in *magistratu*, habita concione, & juratus in leges faciebat, teste *Cicerone lib. 2. de Finibus*. Juris dicundi munus tribus hisce continebatur verbis, *do, dico, addico*, de quibus libro *de judiciis*. Insignia *prætorum*, quibus utebantur, fuerunt: *prætecta, sella curulis, hasta & ministri, scriba scilicet, accensi & lictores*. *Prætecta* fuit toga purpura prætexta, quam Kalendis Januariis, in Capitolio, votis solemnibus nuncupatis, una cum cæteris insignibus acceperunt, quod eis commune cum *Consulibus* fuit. *Sella curulis* fuit sella eburnea, qua in publico & privato loco sedendi causa utebantur. Propria autem *prætorum* insignia duo fuere, *hasta & gladius*: illa ad jurisdictionem, hic ad questionem significandam. *Cyprianus epistoliarum lib. 2.* *Seneca* de brevitate vitæ. *Lictoribus* duobus *prætor urbanus* usus est, teste *Censorino* de die natali. *Polybius* tamen & *Plutarchus* eidem *sex lictores* datos tradunt. Usus *scribarum* fuit, ut in tabulas actioes referrent: *accensorum*, ut citarent, & horam esse tertiam, aut meridiem admonerent: *lictorum*, ut coercerent, aut summovent. Cæterum licet hi duo *prætores, urbanus & peregrinus*, parem potestatem habuerint, ideoque alter alterius decreto intercedere potuerit, teste *Afconio* in 3. *Verrinam*, si quis eos appellaret: dignitas tamen urbane major fuit, quam ob causam *prætor urbanus* major, *peregrinus* minor appellatus fuit. *Hotomanus* tres fere differentias inter *prætorum urbanam & peregrinam* fuisse tradit: *Prætorum*, quod soli cives Rom. agere apud urbanum potuerint, *peregrini* non item. *Alteram*, quod apud urbanum lege ageretur, apud peregrinum autem nequaquam. *Tertiam*, quod *prætor urbanus* edictum in albo proponeret, quibus de rebus jus anno suo dicturus esset: cum alter nusquam legatur proposuisse, sed (ut idem opinatur) ex *urbano edicto* jus diceret. Et hæc quidem de duobus *prætoribus*, qui primum soli creati fuerunt, & judiciis privatis præfuerunt. Publicis enim judiciis primis temporibus ante constitutas questiones perpetuas solebant illi præesse, quos populus creasset, *questores* (*Pomponius questores parvicitii* appellat) ut quodque crimen publica animadversione dignum incidat: aut vero ab aliquo *magistratu* ad populum vocabatur is, quo cum judicio publico agendum esse videbatur. At post constitutas questiones perpetuas (quod *Cicero* in *Bruto* factum esse ait, *Censorino & Manilio* *Coss.* qui est annus Urbis *DCV.*) ad *Sullæ* usque tempora *sex prætores* creati fuerunt, quorum duo *urbanus & peregrinus*, de privata causis egerunt: reliqui quatuor judicia publica exercuerunt, ea nimirum, de quibus non videbatur extra ordinem quærendum esse: unus de repetundis, alter de ambitu, tertius de majestate, quartus de peculatu. Nam propterea questiones perpetuæ dicebantur, tum quod lege erat præscripta quædam forma perpetua judicii de his rebus exercendi, ut nova semper lege non opus esset: tum vero, quod annuam provinciam in his questionibus exercendis illi *prætores* peragerent: non, quemadmodum ante fieri solebat, ut, cum ita casus tulisset, ut quærendum videretur, tum primum crearetur, qui quæreret, statimque hoc absoluto judicio potestatem de eadem re quærendi non haberet. L. vero *Cornelius Sulla Dictator*, cum videret non satis esse aucto perpetuarum questionum numero, ut quatuor modo *prætores* publicis judiciis præessent, adjecit alios quatuor, ut vult *Pomponius*: atque ita *decem prætores* cæperunt Romæ esse, quorum duo *urbanus & peregrinus*, privatis potissimum judiciis præerant: reliqui octo questionibus publicis. Erant autem, si *Pomponium ff. tit. 2. de origine juris l. 2.* sequamur, illi octo *prætores*, quos ex *Ciceronis* oratione pro *Cluentio* colligere fere possumus, duo qui inter *fiscarios* jus dicerent: unus qui de repetundis quæreret, alius qui de peculatu: alius qui de ambitu: alius qui de falso: alius qui de majestate, alius qui de vi. Quidam tamen volunt, quatuor quidem *prætores* à *Sulla Felice* prioribus additos, verum ex iis tantum duos retentos, atque *Sulla* tempore octo *prætores* creatos fuisse, quibus duo *prætores Cereales* à *Cæsare* *Dictatore* addit, testibus *Tranquillo, Dione & Pomponio*: ab *Augusto* item duo, testibus iisdem & *Tacito* & *Claudio* *Imperatore* duo, qui de fideicommissio jus dicerent: quorum tamen unus detraxerit *Titus*, in cujus locum restituerit *Nerva*, qui inter *fiscum & privatos* jus diceret, & postremum adjectus *prætor* tutelaris à *Marco* *Imperatore*, ut habet *Julius Capitolinus*, quindecim *prætorum* numerum effecerint.

## De Imperatoribus, Caesaribus, Augustis, donatis tribunitia potestate.

POstquam respublica Romana, ejectis Regibus, per annos CDXLVII. ut habet *Sext. Rufus* & alii, à *Consulibus*, *Decemviris* legibus scribendis, & *Tribunis militum* Consularibus fuisse gubernata, secuta alia est ejus mutatio, & summa potestas, quæ hæcenus penes populum fuerat, in unum translata, atque ita popularis reipublicæ status in monarchiam conversus est, hæc quidem ratione. Cum *C. Julius Cæsar* devictis Pompeji in Hispania filiis, & reliquis civilis belli confectis; Romam reversus esset: *senatus*, qui magna ex parte *Pompejum* secutus fuerat, metuens ne ipsa victoria elatus, crudele quid in se statueret, novos quosdam, ac singulares honores decrevit, inter quos fuerunt hi vel præcipui: ut pater patria diceretur *Comiti* in decennium (quem tamen honorem post aspernatus est) *Dictator* in perpetuum esset, *sacrosanctus* haberetur: *Quintilis* mensis ab ejus nomine *Julius* appellaretur: Ut *comitia tributa* in sua haberet potestate: In acta sua magistratus incuntes jurarent: & ut *Imperator* appellaretur. Quæ omnia post necem *Julii* in *Octavio*, postquam *triumviratum* deposuisset, sunt confirmata, & alia insuper addita. Nam & ipse *Imperator* est dictus. Quam quidem appellationem *Suetonius* in *Tiberio* scribit, prænomen fuisse, quo primum *Julius Cæsar*, deinde filii ejus, ac nepotes *senatusconsulto* sunt affecti. Intelligi autem *Imperatoris* vocabulo non eum voluerunt, qui re bene gesta id nominis, vel militari studio, vel *senatus auctoritate* consequutus, sed qui potentiam & auctoritatem in republica summam adeptus esset: quo factum, ut quotquot post *Octavium* summum jus in republica obtinuerunt, *Imperatores* appellarentur. Quanquam etiam prior hujus tituli usus non penitus abolitus, sed tum in aliis, tum in ipsis *Principibus* fuerit retentus & observatus, cum scilicet, rebus in bellis præclare gestis, pro victoriarum numero *Imperatores* II. III. IV. V. nuncuparentur. Quemadmodum de *Octavio* legimus, quod xx. (id est, viciesimum) *Imperator* propter res præclare gestas, & toties reportatam ex bellis victoriam, fuerit appellatus. Idem etiam *Augusti* dicti sunt, quo nomine primum *Octavium* appellatum fuisse *Dio* lib. 53. *Suetonius* in *Augusto* & alii tradunt. Cum enim *senatus* & populus Romanus eum singulari aliquo nomine ornare vellent, & alii censerent, *Romulum* eum appellari oportere, quia & ipse conditor Urbis esset, quo quidem nomine *Octavium* valde delectatum fuisse scribitur: ne tamen ea occasione in suspicionem regni incideret, prævaluit ipsa *Muracii Planci* sententia, ut *Augustus* potius vocaretur, non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine, quod loca quæque religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, & omnia quæ maximo honore digna sunt, *augusta* dicuntur. *Cæsar* a. d. xvi. Kalend. Febr. alii Idibus Januariis id factum fuisse scribunt. *Cn. Octavio* VII. *M. Vipsanio Agrippæ* Coss.

Præter hæc, quæ commemoravimus, *tribunitia* etiam potestate *Imperatores* donabantur, *Pontifices maximi* creabantur, & *pater patria* appellabantur. De quibus omnibus & de potestate, quæ his ipsis appellationibus ad eos deferebatur, eleganter & prolixè scribit *Dio*, cujus verba, cum ad intelligendam *Imperatorum* potestatem maxime faciant, omnino adscribenda esse putavi. Sic autem *Dio* lib. 53. *Imperatores* omnia, quæ in populari forma reipublicæ multum valuerant, *senatu* populoque volentibus, ea cum ipsis nominibus in se recipiunt, excepta *Dictatura*. *Consules* enim sunt sæpenumero, & quoties extra pomerium sunt, *Proconsules* dicuntur, nomenque *Imperatoris* non modo, si qui aliquam victoriam retulerint, sed & alias reliqui omnes ad significandam plenam suam & perfectam potentiam, semper gerunt, loco nominis *Regii* & *Dictatoris*: quæ semel re publica sublata, ut non imponunt sibi, ita eorum vim ac rem ipsam *Imperatorio* titulo confirmant. Horum nominum ratione exercitus scribendi, pecuniam conficiendi, peregrinis atque urbanis rebus perpetua & in omnia valente potestate, imperandi, atque etiam intra pomerium *equites senatoriosque* necandi, aliaque omnia, quæ *Consulibus*, aliisque cum pleno imperio magistratibus facerentur, agendi jus habent. Ex *consoria* autem appellatione in vitam & mores inquirendi, census agendi, in *equestrum* ac *senatorium ordinem* adscribendi, aliosque ex iis removendi pro suo arbitrio licentiam consequuntur. Quod autem omnibus sacerdotibus inaugurati sunt, ac plerisque in ea collegia addiscunt, semper unus eorum (siquidem duo, vel tres nonnunquam simul *Imperatores* sunt) summum *Pontificatum* gerit: eo fit, ut omnes religiones & sacrificia in sua habeant manu. At *tribunitia* potestas, quam præclarissimus quisque *Imperator* habuit, efficit, ut intercedere iis, quæ ab aliis contra ipsorum placitum moventur, possint, ac sacrosancti sint, ita ut si vel minimo sermone se ab aliquo læsos existiment, indicta eum causa, tanquam qui se piaculo obstrinxerit, necare queant. Gerere quidem *tribunatum plebis* nefas ducunt *Imperatores*, cum utique ipsi *patricii* sint, omnem vero *tribunitiam potestatem*, quanta unquam maxima fuit, accipiunt: & quia quotannis eam cum *tribunibus plebis* ejus anni renovant, annorum imperii ipsorum hinc summam concipi solet. Hæc igitur singulari, cum legibus fuerint stabilita in ea reipublicæ institutione, qua penes populum est summa rerum, *Imperatores* cum ipsis nominibus sibi sumunt, ut nihil sibi à subditis non datum habere videantur. Aliud porro quoddam jus habent, nulli unquam Romano aperte & in omnibus rebus concessum. Legibus enim

enim soluti sunt *Imperatores*: quo ipso solo, & ea quæ retulimus, ac reliqua etiam omnia agendi, licentia eis datur. Ad hunc itaque modum, ratione eorum nominum, quæ in populari civitatis statu usurpantur, omnem totius reipublicæ potestatem accipiunt, ac Regem etiam, nisi quod invidiam nominis vitant. Nam *Cæsaris* & *Augusti* vocabula, nihil eis quidem ea potentia adjiciunt peculiaris, sed alterum successionem stirpis, alterum splendorem dignitatis significat. *Patris* autem nomen, tametsi eis aliquid jus in subditos tribuit, quale est parentum in liberos: tamen initio non in hunc finem eis impositum est, sed honoris gratia, utque admonitioni esset ipsis, ut subditos *liberorum* loco, hique rursus ipsos veluti *parentes suos* charos haberent. Hæ sunt appellations istæ, quibus *Imperatores* secundum leges, ac instituta nostri etiam temporis utuntur: nostra vero ætate omnia eis hæc tribuuntur, *censo* excepto: ac olim singulæ ex legibus decretæ eis sunt. Hactenus *Dio*. Brevius *Zonaras* Annal. Tomo 2. Omnis autem, inquit, potestas, quæ *Consulum*, *Tribunorum plebis*, *Censurorum*, cæterorum denique omnium olim fuerat, in *Imperatores* est translata: atque illud etiam eis datum, ut legibus soluti essent, nec ullo præscripto tenerentur. Ex quibus intelligitur, quanta *Imperatores* potestate præditi fuerint: quæ quidem potestas, ut & hoc addam, ipsis quando jam ab exercitu *Imperatores* proclamati & consalutati (id enim plerumque primum fieri solitum legimus) & à *senatu* comprobati fuerant, *lege Regia*, quæ quod sublato vetere *comitiarum* more à *senatu* ferebatur, nonnunquam etiam *senatusconsultum* dicitur, tributa fuit, teste præter alios *Cornelio Tacito* lib. 12. Annal. qui de *Nerone* sic scribit. Illatusque castris *Nero* & congruentia temporis præfatus, promisso donativo, ad exemplum paternæ largitionis, *Imperator* consalutatur. Sententiam militum secuta patrum consulta. Et de *Vespasiano*: At Romæ *senatus* cuncta Principibus solita, *Vespasiano* decernit, &c. Qualis autem ea lex fuerit ex fragmento legis de *Vespasiani imperio*, quod ærea tabula incisum, adhuc hodie in *Laterani basilica* asservari dicitur, & ad quam legem *Corn. Tacitus* iis verbis, quæ de *Vespasiano* paulo ante citavimus, respexisse videtur, aliquo modo intelligi potest: quod, ut gratiam aliquam ab harum rerum studiosis ineam, libet hic adscribere, ac tum hunc de *Imperatoris* potestate tractatum concludere. Fragmentum vero illud est hujusmodi.

FOEDVSVE CVM QVIBVS VOLET, FACERE LICEAT, ITA VTI LICVIT DIVO AVG. TI. IVLIO. CÆSARI AVG. TIBERIOQVE CLAVDIO CÆSARI AVGVST. GERMANICO. VTIQVE ET SENATVM HABERE, RELATIONEM FACERE, REMITTEERE, SENATUS-CONSULTA PER RELATIONEM, DISSESSIONEMQVE FACERE LICEAT, ITA VTI LICVIT. D. AVG. TIB. IVL. CÆSARI. TIB. CLAVDIO. CÆSARI. AVG. GERMANICO. VTIQVE CVM EX VOLVNTATE, AVCTORITATEVE, IVSSV, MANDATOVE EIVS, PRÆSENTEVE EO SENATVS HABEBITVR, OMNIVM RERVVM IVS PERINDE HABEATVR, SERVETVR, AC SINE LEGE SENATVS EDICTVS ESSET, HABERETVRVE VTIQVE, & QVOS MAGISTRATVM, POTESTATEM, IMPERIVM, CVRATIONEMVE CVIVS REI PETENTES SENATVI, POPVLOQVE ROMANO COMMENDAVERIT, QVIBVSVE SVFFRAGATIONEM SVAM DEDERIT, PROMISERIT, EORVM COMITIS QVIBVSQVE EXTRA ORDINEM RATIO HABEATVR, VTIQVE EI FINES POMERII PROFERRE, PROMOVERE, CVM EX REPUBLICA CENSEBIT ESSE, LICEAT. ITA VTI LICVIT TIB. CLAVDIO CÆSARI AVG. GERMANICO. VTIQVE QVÆCVMQVE EX VSV REIPUBLICÆ, MAIESTATE DIVINARVM, HVMANARVM, PVBLICARVM, PRIVATARVMQVE RERVVM ESSE CENSEBIT, EI AGERE, FACERE IVS POTESTASQVE SIT. ITA VTI DIVO AVG. TIBERIOQVE IVLIO CÆSARI AVG. TIBERIOQVE CLAVDIO CÆSARI AVG. GERMANICO FVIT. VTIQVE QVIBVS LEGIBVS PLEBISQVE SCITIS SCRIPTVM FVIT, NE DIVVS AVG. TIBERIVSVE IVLIVS CÆSAR AVG. TIBERIVSVE CLAVDIVS CÆSAR. AVG. GERMANICVS TENERENTVR IIS LEGIBVS, PLEBISQ. SCITIS IMP. CÆSAR. VESPASIANVS SOLVTVS SIT. QVÆQVE EX QVAQVE LEGE, ROGATIONE DIVVM AVG. TIBERIVMVE IVLIVM CÆSAREM AVG. TIBERIVMVE CLAVDIVM CÆSAREM AVG. GERMANICVM FACERE OPORTVIT: EA OMNIA IMP. CÆSARI VESPASIANO AVG. FACERE LICEAT. VTIQVE QVÆ ANTE HANC LEGEM ROGATAM ACTA, GESTA, DECRETA, IMPERATA AB IMP. CÆSARE VESPASIANO AVG. IVSSV. MANDATOVE EIVS A QVOQVE SVNT: EA PERINDE IVSTA, RATAQ. SINT, AC SI POPVLI, PLEBISVE IVSSV ACTA ESSENT. Sanctio. SI QVIS HVIVSCE LEGIS ERGO ADVERSVS LEGES, ROGATIONES, PLEBISVE SCITA, SENATVSVE CONSULTA FECIT, FECERIT, SIVE QVOD EVM EX LEGE, ROGATIONE, PLEBISVE SCITO, S. VE. C. FACERE OPORTEBIT NON FECERIT, HVIVS LEGIS ERGO, ID EI NE FRAVDI ESTO, NEVE QVID OB EAM REM POPVLO DARE DEBETO, NEVE DE EA RE CVI ACTIO, NEVE IVDICATIO ESTO, NEVE QVIS DE EA RE APVD SE AGI SINITO.

[Vide *Marium Salamonium* lib. 6. de *Principatu*, & *Antonium Vaccam* à capite *silicis* volumine 1. expositionum locorum obscuriorum & paratitlorum in *Pandectas* ad tit. 4. lib. 1. Quod principi placuit, &c. *Georgius Fabricius Antiquitatum* lib. 1. scribit, *videri hanc alteram tabula partem, priore amissa*.]

## CAPUT XIII.

## De Principibus juventutis, Caesaribus &amp; nobilissimis Caesaribus.

Non erant hi proprie magistratus, sed tamen ad capiendos magistratus designabantur: ideoque nolui eos hoc in loco silentio præterire. Consueverant Imperatores ex filiis, vel nepotibus, vel aliis sanguine junctis, unum atque alterum, quorum præclaram indolem conspexerant, creare, ad quos imperium transferri volebant: eosque primum Principes juventutis, post, exstincta fere Cæsarum familia, Cæsares, tandem nobilissimos Cæsares appellabant. Primus hujus instituti fuit auctor Octavianus Augustus, de quo sic Cornel. Tacitus lib. 1. Annal. Augustus subsidia dominationi Claudium Marcel- lum sororis filium, admodum adolescentem, pontificatu & curuli ædilitate: M. Agrippam ignobilem loco, bonum militia & victoriæ socium, geminatis Consulatus extulit: mox defuncto Marcello, generum sumpsit: Tiberium Neronem & Claudium Drusum privignos Imperatoris nominibus auxit, in- tegra etiam dum domo sua. Nam genitos Agrippa Cajum ac Lucium in familiam Cæsarum induxerat: necdum posita puerili prætexta, Principes juventutis appellari: destinare Consules specie recusantis fla- grantissime cupiverat. Hæc Tacitus. Ex quibus hoc intelligitur, Octavianum Augustum primum aucto- rem esse hujus instituti, quod deinde reliqui Imp. retinuerunt, ut quem vellent successorum habere, adoptarent, Principem juventutis nuncuparent, ac deinde variis honoribus, Consulatus, pontificatu, tribunitia etiam potestate, & aliis ornarent. Sic Nero Princeps juventutis à Claudio dictus est. Et ex- tant in Huberti Goltzii Augusto numismata aliquot cum his inscriptionibus, C. L. Cæsares, Augusti, F. Coss. desig. Princ. juvent. item, C. Cæsar Augusti F. Pont. Coss. des. Princ. juvent. item, L. Cæsar Augusti F. augur. Coss. des. Princ. juvent. &c. ut taceam de lapidum inscriptionibus, quas & Hubertus Goltzius & Onuph. Panvinius adducunt. Aliquanto post, translato imperio à Cæsarum familia ad alios, ii qui ab Imperatoribus adoptati, & successores designati erant, non amplius Principes juventutis, sed Cæsares tantum appellabantur, novo prorsus more, cum ex Cæsarum familia non essent, atque ita posterioribus temporibus Cæsarum appellatio non familiæ, sed dignitatis fuit. Docet hoc Ælius Spartianus in Ælio Vero, his verbis, Ælius Verus ab Adriano adoptatus, nihil habet in sua vita memo- rabile, nisi quod tantum Cæsar est appellatus, non testamentum, ut antea solebat, neque eo modo, quo Trajanus est adoptatus: sed eo prope genere, quo nostris temporibus à vestra clementia (de Dio- cletiano loquitur) Maximianus atque Constantius Cæsares dicti sunt, quasi quidam Principum filii viri & destinati Augusta Majestatis hæredes, &c. Idem Orosius lib. 7. cap. 25. confirmat, eodem modo de Diocletiano scribens, quod Maximianum Cæsarem legerit, post eundem ex Cæsare Augustum fe- cerit, atque in ejus locum Constantium & Maximianum Galerium Cæsares legerit. Non addam plura testimonia, quorum plena est illorum temporum historia. Retinuerunt autem hoc nomen etiam tum, cum ad Imperatoria Majestatis fastigium pervenerunt. Novissime Cæsares nobilissimi appellati sunt, uti ex Fastis Onuph. Panvini & imaginibus Imp. quas ex antiquis numismatibus Jac. de Strada Mantuanus Fastis illis adjecit, liquido cognosci, ut de aliis taceam, potest. Fuerunt ergo tum Principes juventutis, Cæsares & nobilissimi Cæsares, iidem, qui hodie Reges Romanorum.

## CAPUT XIV.

## De Præfecto Urbis.

Præfectus Urbis, de quo hoc capite agendum, magistratus est ordinarius, primum ab Octavio Augusto, consilio Mecænatidis institutus, testibus Suetonio in Augusto, Dion. lib. 52. & aliis. Occasio ejus crean- di, dignitas, & munia facile intelligi possunt ex oratione Mecænatidis ad Augustum, qua suadet, imo hor- tatur eum, ut solus imperium retineat: & simul rationem constituendæ reipubl. monstrat, ubi inter alia dicit, Præfectum Urbis ex primariis viris quendam creandum esse, qui omnes magistratus, quos geri ante hunc conveniret, gessisset: non ut per absentiam magistratum reipublicam administraret: sed ut cum reliquis in rebus Urbis præset, tum causas quoque eas, quibus provocatio competeret, capi- talesque etiam omnes, paucis exceptis, in Urbe ac extra eam, usque ad xxci. millia passuum dijudica- ret, &c. Hujus igitur sapientissimi viri consilium Augustus secutus, ubi reipublicæ curam & gubernationem omnem in se recepit, Præfectum Urbis instituit, quem etiam sequentes Imperatores retinuerunt. Plurima ejus officia Ulpianus ff. de officio Præfecti Urbis, ex epistola Divi Severi Augusti, ad Fabium Ci- lonem Præfectum Urbis recenset, quorum hæc fere sunt præcipua, ut servorum de dominis querelas, vic- tissimque horum in illos criminationes audiret: Ut patronis de libertis ingratis querentibus jus diceret: Ut de tutorum curatorumve criminibus cognosceret: Ut numulariorum argentariorumque fraudes coërceret: Ut carnis curam gereret: Ut quietem in populo procuraret, illicitaque collegia coërceret: Ut spectaculorum disciplina præset. Denique quicquid non modo intra Urbem, verum etiam intra centesi-

num ab Urbe lapidem commissum esset, animadverteret: sic, ut & Urbe, & Italia interdicendi potestatem haberet, itemque in insulam deportandi. Hæc pluribus *Ulpianus* explicat. Primus *Præfectus Urbis* hac potestate ab *Octavio Augusto* creatus est *Cilnius Mecenas* equestris ordinis, eum secutus *Messala Corvinus*, tum *Taurus Statilius*, dein *L. Piso*, ut est apud *Tacitum* lib. 6. *Annalium*. Cæterum constituto hoc novo & ordinario magistratu, non plane abolitus est vetus ille, quando *Præfectus Urbis* Latinarum causa creabatur: sed retentus etiam *Augusti*, & aliquot sequentium Imperatorum temporibus est, uti ex *Tacito* ibidem constat. De eo igitur capite sequenti agemus. Sequuntur *magistratus maiores extra ordinem*.

## CAPUT XV.

## De Præfecto Urbis absente ordinario magistratu.

Qui *extraordinarii magistratus* fuerint, ex superioribus intelligi potest, videlicet, qui non singulis annis creati fuerunt, ut annum habuerint potestatem, sed qui tum demum, cum necessarius ipsorum videbatur usus, à populo electi fuerunt, & quando curationem illam, cui præfecti erant, absolvissent, *magistratu* abierunt. Inter eos primus & antiquissimus est *Præfectus Urbis*. Alius vero est hic à superiore: cujus institutio prima refertur ad *Cn. Octavium Augustum*: hic enim *magistratus* ante Augustum in republica fuit, & *extraordinarius* quidem, sicut ille *ordinarius*. Prima mentio hujus *Præfecti Urbis* fit apud *Livium*, cum ait, *Lucretium* à *Lucio Tarquinio Superbo* Rege contra Ardeates profecto, *Præfectum Urbis* institutum fuisse, ac imperium in Urbe, Rege absente, habuisse. *Tacitus* lib. 6. *Annalium* primam eorum originem ad *Romulum* refert, & demonstrat sub Regibus semper usitatum fuisse, *Præfectos Urbis* creari: cujus verba quia notata digna sunt & ea tradunt, quæ ab aliis Scriptoribus sunt omissa, adscribam: Antea, inquit, profectis domo Regibus, ac mox *magistratibus*, ne Urbs sine imperio foret, in tempus deligebatur, qui jus redderet, ac subditis moderaretur, feruntque ab *Romulo* *Dentrem Romulium*, post ab *Tullio Hostilio Numam Marcium*, & ab *Tarquinio Superbo* *Spurium Lucretium* impositos: dein *Consules* mandabant, duratque simulachrum, quoties ob ferias Latinas præficitur, qui *consulare munus* usurpet: Hæc *Tacitus*. Constat igitur *Præfectos Urbis* sub Regibus quoties illi ad bellum profecti, ab Urbe abessent, creari solitos, quod & *Dionysius* libro secundo indicat, quando de *Romulo* & prima *senatus* lectione hæc scribit: Ex omnibus, unum præcipuum ipse declaravit, cui rerum urbanarum regimen committeret, quoties ipse foras duceret exercitum, &c. Ejectis autem Regibus etiam à *Consulibus*, ante institutam *praturam*, quotiescunque ipsi ad bellum proficiscendum erat, *Præfecti Urbis* declarabantur, & domi relinquebantur, qui absentibus *Consulibus*, munus *Consulare* in Urbe obirent & jus dicerent. Hi vero non ut reliqui *magistratus comitiis*, sive *curiatis*, sive *centuriatis*, sive *tributis* creabantur, sed à Regibus & *Consulibus* eligebantur, quod ex *Taciti* & *Dionysii* jam citatis locis perspicuum est: habebantque absentibus *Consulibus*, vel legibus ferendis, vel iudicio exercendo jus *centuriatis comitiis* cum populo agendi. At post introductum *praturæ magistratum*, desit *Præfectus Urbis* fieri, nisi quod Latinarum causa profectis Urbe *Consulibus*, reliquendus domi erat *Præfectus*, idque religionis causa potius, quam quod eo *magistratu* magnopere opus esset. Et quoniam feriis agi cum populo non licebat, idcirco planum est, huic *Præfecto Urbis*, cui nonnisi tempore Latinarum (de quibus alio libro diximus) imperium erat, jus non fuisse agendi cum populo, tametsi vocandi *Senatus* (si quid interim accidisset, cur extra ordinem vocandus videretur:) jus habebat, ut ex *Agellio* libro decimo quarto, capite ultimo discimus. Reliquo vero anni tempore, quanquam abessent *Consules*, nullus locus reliquus erat huic magistratu, sed summa potestas erat penes *Pratorem urbanum*, ut ex *Cicerone* lib. 10. *epist.* ad familiares discitur.

*Hotomanus* tria *Præfectorum Urbis* genera facit, unum eorum, qui sub Regibus, & primis *Consulum* temporibus *extraordinarii magistratus* fuerunt: aliud eorum, qui posterioribus temporibus, libera tamen adhuc civitate, ejus magistratus procurationem habuerunt, & *Præfecti Urbis* Latinarum causa dicti sunt: tertium genus eorum, qui Imperatorum temporibus *ordinarii magistratus* fuerunt. Nos priora duo genera hic conjunximus.

## CAPUT XVI.

## De Interrege.

*Interregnum*, ait *Festus*, appellatur spatium temporis, quousque in loco *Regis mortui* alius ordinetur. Id autem qui præerat cum Regia potestate & insignibus, *Interrex* dicebatur. Origo *Interregum* antiquissima est. Nam *Romulo* (de cujus obitu varix diverforum sunt sententiæ, quas hoc loco recensere non est necesse) defuncto, ut tradit *Dionys.* lib. 2. antequam novus crearetur Rex, integrum annum *Interregnum* fuit. Sequenti, inquit, anno post *Romuli* scilicet obitum nemo *Romæ* regnavit, ad novum *Interregum magistratum* delata administratione reipublicæ, in modum hunc: Ducenti patres conscripti, ex quibus *senatus* Rege

Romulo constitutus erat, distributi in decurias, *decemviri* sorte committebant *Urbis imperium*. Hi non simul, sed unus post alium quinque diebus lictores habebant; ceteraque insignia regia, quæ ceu per manus tradebantur, à primo deinceps usque ad ultimum tum *quinqueduanus* ille *magistratus* migrabat ad sequentem decuriam, & inde rursus ad aliam, &c. Hæc *Dionysius*, quæ & *Livius* lib. 1. tradit, sed paulo aliter. Observatumque hoc fuit sub Regum imperio, ut quoties Rex vita defunctus esset, priusquam novus eligeretur, *Interreges* vicem Regis obirent. Mansit postea hæc appellatio etiam sub *Consulum* imperio. Cum enim *ordinarii magistratus* abessent, & *comitiis* interesse non possent, sive vitio creati se abdicassent, neque placeret *Dictatorem* desiderari, tum res ad *interregnum* veniebat. Atque etiam *Interreges*, qui sub *Consulibus* erant eodem modo *quinqueduanum* habebant *magistratum*, ut illi superiores. Morem hunc fuisse observatum etiam tempore *Ciceronis*, lib. 7. ad familiares, apparet, ex epistola ad *Trebatium*, ubi sic scribit: Nisi ante Roma profectus esses, nunc eam certe relinqueres. Quis enim tot *interregnis* jureconsultum desiderat, &c. *Interreges* autem non nisi à patriciis eligebantur, vel prodebantur (hoc enim verbum proprie de iis usurpabatur) ut ex plurimis *Livii*, *Ciceronis* & aliorum locis cognoscitur. Mutata vero veteri reipublicæ forma, & summa rerum ad unum delata, *Interreges* creati desierunt.

## CAPUT XVII.

## De Dictatore.

ANNO Urbis conditæ cclv. *Coss. T. Largio* (vel *Lartio*) *Flavo*, & *Clælio Siculo*, cum omnes Latini populi, auctore *Octavio Mamilio*, conspiratione facta, bellum Romanis moverent: senatui autem in tantis angustiis & periculis constituto, etiam à domesticis in apparando bello, & militum delectibus, nonnihil difficultatis objiceretur, non omnibus pari alacritate dantibus nomina. Nam egeni, præsertim ære alieno pressi, quorum ingens erat numerus, citati non parebant, nihil sibi cum patriciis esse discutientes, nisi *senatusconsulto* remitterentur debita: immo non deerant, qui deserturos se Urbem dicerent, seque invicem hortabantur ad non immorandum in Urbe, in qua nullius bonæ rei sint participes. Ad hunc modum constitutis rebus, & ad seditionem spectantibus, cum etiam in Senatu plurimum discrepantes sententiæ audirentur: aliis, quorum princeps *M. Valerius* erat, æquum esse censentibus, inopibus debita remitti, & hac ratione parvo dispendio civium benevolentiam redimi, magnopere utilem futuram, tam privatam, quam publice: aliis autem, inter quos *Ap. Claudius Sabinus* primus erat, diversum sententibus, & obnixè contendentibus, plebi seditiosæ nihil quicquam concedendum esse: aliis mediam viam quærentibus, ubi nihil proficeretur, nec seditio tolleretur, facta in Senatu mentio est ejusmodi *magistratus*, cui aliquando plus auctoritatis & potestatis esset, quam *Consulibus*, quibus multum dignitatis & potestatis, lege *Valeria* ademptum erat. His in Senatu disceptatis, *senatusconsultum* tandem de creando *Dictatore*, ut refert *Dionys.* lib. 5. factum tale est: *T. Largium*, vel *Lartium* & *Clælium Coss.* & si quis alius *magistratus* sit in republ. potestatem deponere. Unum autem virum à Senatu electum approbatumque suffragiis populi, habere semestrem potestatem rerum omnium amplio rem, quam sit *Consulum*. Hoc *S. C.* ad plebem perlato & ab ea probato, *T. Largium*, vel *Lartium*, vel *Clælium* à collega *Clælio* dictus est. *Livius* tamen, *Entropius* & *Eusebius* triennio ante, anno scilicet cclii. ab u. c. primum *Dictatorem* creatum scribunt, quos sequitur in Fastis suis *Hubertus Goltzius*. Appellatus autem est *Dictator*, teste *Varrone* lib. 4. de Ling. Lat. vel quod à Consule diceretur, vel quod ejus dicto omnes audientes essent: quod idem *Livius* lib. 2. & *Plutarchus* docent & *Dionysius*, qui etiam hoc addit, cavisse Senatam, ne invidiosum & molestum nomen imponerent *magistratui* gubernaturo civitatem liberam; tum subditorum causa, ne offenderentur odiosis vocabulis: tum ipsorum, qui id imperium assumunt, respectu, ne imprudenter vel efferantur plus æquo ab aliis, vel ipsi eos tractent insolentius, sicut in tanta potestate fieri solet. Alio nomine *Magister populi* dictus est, sicut is, quem ipse postea *Dictator* ascivit, quique proximam à *Dictatore* potestatem habebat, *magister equitum* vocatus est, testibus *Varrone*, *Cicerone*, *Sext. Pomp. Festo* & *Seneca*. Et primum seditionis quidem sedandæ, & rei gerendæ causa hic *magistratus* est institutus: unde in posterum observatum fuit, ut quoties aut belli externi, aut seditionis domesticæ vis quædam major reipub. immineret, cui avertendæ, majore severitate & potentia, quam *Consulari* opus esset, crearetur *Dictator*. Hinc toties in Fastis scriptum reperitur: *Dictator rei gerendæ*, item *seditionis sedanda causa creatus*, &c. Postea vero, etiam propter alia quædam ardua negotia, *Dictator* dictus invenitur, ut *clavi figendi causa*, in *pestilentia* aut *seditione*, de quo more *Livius* l. 7. hæc scribit: *C. Genatio*, *L. Emilio Mamercus* 11. *Coss.* cum piaculorum magis conquestio animos, quam corpora morbi afficerent, repetitum ex seniorum memoria dicitur, pestilentiam quondam clavo ab *Dictatore* fixo sedatam. Ea religione adductus Senatus, *Dictatorem clavi figendi causa* dicitur: dictus *L. Manlius Imperiosus*, *L. Pinarius magistrum equitum* dixit: Lex vetusta est, prisca licetis verbis scripta, ut qui prætor maximus sit, idibus Septembribus *clavum pangat*. Fixus fuit dextro



lateri ædis Jovis Opt. Max. ea parte, qua *Minervæ* templum est. Eum *clavum*, quia ratæ per ea tempora literæ erant, notam numeri annorum fuisse scunt, eoque *Minervæ templo* dicatam legem, quia numerus *Minervæ* inventum sit. Volſiniis quoque clavos indices numeri annorum fixos in templo *Nurtiæ Hetrusca Dea* comparere, diligens talium monumentorum auctor *Cincius* affirmat. *M. Horatius Consul* ex lege templum Jovis Opt. Max. dedicavit, anno post Reges exactos. A Consulibus postea ad *Dictatores*, quia majus imperium erat, solemne clavi figendi translatum est. Intermisso deinde more, digna etiam per se visa est res, propter quam *Dictator* crearetur. Hæcille. III. Comitiorum habendorum causa, *Dictator* creabatur, majori *magistratu* absente. IV. *Latinarum feriarum* causa. V. Ludorum Romanorum causa, qui signum daret mittendis quadrigis. VI. Senatus legendi causa: quod bello Punico II, propter solitudinem curiæ institutum fuit. Quorum omnium exempla in Fastis Capitolinis, *Sigonii*, *Onuphr. Panvini*, *Huberti Goltzii* & aliorum reperiuntur. Conferebatur autem *Dictatura* alicui viro *Consulari* spectatæ virtutis, non à populo, aut per suffragia, nec à Senatu (quanquam is interdum nominaret, quem vellet *Dictatorem* dici) sed à Consule, viva voce (nonnunquam etiam per literas, sed rarius) sic ut cessantibus interim cæteris magistratibus omnibus, præter *tribunatum plebis* (qui tamen eo anno, quo primus *Dictator* creabatur, nullus fuit) summa ei permetteretur, atque plena potestas belli ac pacis aliorumque omnium negotiorum, eaque prorsus libera, & absque omni provocatione, & sic etiam jus animadvertendi pro sua sententia in cujuscumque civis Romani caput, indicta causa, & inconsulto populo, mandandi, edicendi, præscribendi, creandi in semestre *magistratus*, prout ipsi videbatur esse ex commodo republicæ. Et hoc intelligit *Festus*, cum scribit: *Optima lex \*\*\*\** in magistro populi faciendo, qui vulgo *Dictator* appellatur, quam plenissimum posset jus esse, significabatur.

Sed tamen non perpetua, nec etiam diuturna, sed regulariter *semestris* fuit hæc potestas, quanquam aliquando in magnis periculis, ad annum nonnullis fuit continuata, ut *Camillo*, quando iterum fuit *Dictator*, & bis *L. Papirio Cursori* & *Q. Fabio Maximo*. Hinc ita *Ciceronis* lex: *Ast quando duellum gravius discordiæ civium crescit, unus ne amplius sex menses, nisi Senatus creverit, idem juris, quod duo Consules teneto, isque aye sinistra dictus populi magister esto*, &c. Sic enim legit *Lambinus*: paulo aliter *Guilielmus Canterus* lib. 2. *Novarum lectionum*, cap. 4. eodem tamen sensu. Quin etiam de pluribus legitur, quod ante legitimum tempus, decimoquarto, vel quinto die postquam *Dictaturam* adepti fuerant, eandem deposuerint. Nec licebat *Dictatori* equum, nisi ituro ad bellum, conscendere, aut ullos sumptus facere ex ærario, sine *senatusconsulto*, vel populi jussu, alioqui omnes fasces, ut plus terroris haberet, & majorem parendi necessitatem hominibus incuteret, usurpabat: quare *Polybius* lib. 3. præter alia discrimen hoc inter *Consulem* & *Dictatorem* fuisse scribit, quod *Consulem* duodecim secures præcesserint, *Dictatorem* vero viginti quatuor.

Est & hoc de *Dictatoribus* observatione dignissimum, quod *Dionysius* lib. 5. refert, ubi tradit *Sy. Largium* (vel *Lartium*) *Dictatorem* primum sopito bello Latino *Dictaturam* designatis prius Consulibus, deposuisse, nemine civium à se occiso, nec pulso in exilium, nec multato gravius. Ibi enim hæc addit: Id exemplum omnes postea *Dictatores* secuti sunt, usque ad ætatem ab hac nostra tertiam. Nusquam enim in omni historia proditum reperimus, aliquem in hoc *magistratu* se gessisse immodeste, vel inciviliter, quamvis sæpe republica *solemnibus magistratibus* abrogatis, omnia unius potestati permiserit: quod si in externis tantum bellis *Dictaturam* adepti, bene patriam defendissent, nil corrumpi magnitudine imperii, minus mirum esset. Nunc inter multas magnas seditiones civium, vel regnum, tyrannidemve affectantibus quibusdam civibus, vel imminentibus innumeris aliis calamitatibus, ad prohibendas eas potestate accepta, omnes ad unum sine reprehensione usi, primum illum *Dictatorem* æmulati sunt, ut vulgo crederetur unicui id esse cujusvis insanabilis mali remedium: & extremam hanc salutis spem reliquam, cæteris deficientibus. Sed patrum ætate quadringentis annis elapsis à *Dictatura Titi Largii*, odiosa res visa est omnium mortalium judicio, quando *Lucius Cornelius Sulla* primus & solus acerbè crudeliterque usus est ea, ut tum primum sentirent Romani, quod superioribus temporibus ignoraverant, *Dictaturam* esse tyrannidem. Nam & Senatum ex qualibuscunque constituit, & *tribunitiam potestatem* fecit quam minimam, & Urbes defolavit integras, & regna aliis dedit, aliis abstulit, aliaque multa superbe gessit, de quibus longum esset dicere. Civium quoque præter eos, qui præliis absumpti sunt, deditiorum interfecit non minus quatuor millia, & his excruciatos prius aliquot. Hactenus *Dionysius*. Post *Caji autem Julii Caesaris*, qui postremus *Dictator*, & quidem *perpetuus*, contra leges patrias fuit, *Dictatura* penitus e republ. est sublata.

## CAPUT XVIII.

## De magistro equitum.

Quam primum *Dictator* ita, uti dictum est, creatus esset, eligebat sibi ipse *magistrum equitum*, virum aliquem, ut plurimum *Consularem*, aut si ita postularet necessitas, alioqui virum industrium, qui *magister equitum* nominabatur, quod ei potestas in equites committebatur: sicuti de *Dictatore* jam me-

memotavimus, eum *magistratum populi* vocitatum, quod penes ipsum summa in populum Romanum potestas fuerit. Sed ad dignitatem & potestatem *magistrorum equitum* quod attinet, tradit *Pomponius* jurisconsultus, fere eandem eos habuisse, quam Regum temporibus *tribuni celerum*, & post, imperio universo in unius manu posito, *praefecti pratorio*. Subjecti certe fuerunt *Dictatorum* imperio, & sine ipsorum mandato & permisso nihil moliri ausi sunt. Unde legimus de *Q. Fabio* & *M. Minutio* *magistris equitum*, cum absentibus *Dictatoribus*, & ab ipsis prohibiti, praelium cum hostibus commississent, quod in gravissimum vitae discrimen venerint: & nisi populi precibus liberati, & salute donati fuissent, capitis supplicium subire fuerint coacti, ut *Livius*, *Plutarchus*, *Entropius* & alii testantur. De *magistro equitum* quidam etiam *Ciceronis* legem intelligunt, quam, cum in exemplaribus sic concepta sit: *Æquitatem quicumque regat, habeto pari jure cum eo, quicumque erit juris disceptator*: sic legendum putat *Guilhelmus Canterus* l. 2. Novarum lectionum, c. 4. *Æquitatem quicumque regat, habeto pari jure, vel par jus, cum eo, quicumque erit juris disceptator*: voluntque *Ciceronem* parem *magistri equitum* potestatem facere imperio pratorio. Nonnunquam, sed raro *Dictatores* sine *magistris equitum* creati sunt. Peculiarè hoc fuit, quod *M. Minutio* tempore secundi Punici belli æqua potestas, cum *Dictatore* commissa est, quod tamen ante nunquam factum fuisse testantur *Plutarchus* in *Fabio*, *Polybius*, *Livius*, *Florus*, *Entropius* & alii.

## CAPUT XIX.

## De decemviris legibus scribendis Consulari potestate.

Occasionem creandorum *decemvirorum* primam dedit *C. Terentius*, ut *Dionysius* eum nominat, vel, ut *Livius*, *C. Terentillus Arsa* tribunus plebis. Is enim anno ab Urbe condita cccxi. Consulibus *L. Lucretio Tricipitino* & *T. Veturio Gemino*, legem se promulgaturam, professus erat de *quinqueviris* legum de *Consulari imperio* scribendarum causa creandis. Sed resistentibus acriter primum patribus & *Praefecto Urbis Q. Fabio*, deinde etiam *Consulibus*, perlata ea non est. In sequenti autem anno *P. Volturnio* & *Servio Sulpitio Camerino* *Consulibus legem Terentillam* à toto collegio relatum, *Livius* lib. 3. docet, quibus tamen nonnihil diversa scribit *Dionys.* lib. 10. Is enim non relatum *Terentii legem* hoc anno fuisse, sed collegium tribunorum ad populum tulisse, de *decemviris* legum scribendarum creandis, ex quorum præscripto omnia tam privatim, quam publice gererentur, auctor est. Causa autem *rogationis tribunorum* hæc erat: Nondum, inquit *Dionys.* erat apud Romanos jus æquum omnibus civibus, nec omnes ex æquo ordine admittebantur ad tractandam rempublicam, nec jus scriptum extabat: sed quamdiu regnatum est in Urbe, Regum arbitrio lites dirimebantur, quod tum erat pro legibus. Translato deinde à *Regibus* ad annuos *magistratus* imperio, inter cætera officia regia, juris quoque reddendi munus ad eos devenit. Id jus maxima ex parte constabat virorum potestate præditorum præditiis, minima pars ejus habebatur in libris *pontificum*: quarum legum scientia penes solos erat *patricios*, quod hi soli hujusmodi libros versarent. Reliquum vulgus negotiatorum & agricolarum, quod nonnisi mercatus gratia in Urbem stans diebus conveniebat, prorsus imperitum erat rerum talium. Capita *rogationis tribunorum* fuerunt hæc: *Decemviros legitimis comitiis* à populo eligi, ætate, prudentia, dignitate præstantissimos, & qui bonæ suæ famæ rationem habeant maximam. Eos viros leges de negotiis tam privatis, quam publicis promulgare, quibus legibus sua jura præscribentur tam privatis civibus, quam annuis *magistratibus*. Certarum deinde aliquot annos inter *patricios* & *plebem* de hujus legis promulgatione, donec tandem anno cccxix. *Coss. Sp. Tarpejo*, *A. Æternio* cum tribuni plebis lenius cum patribus agerent & eos rogarent, ut finem certaminum facerent, si plebejæ leges displicerent, ut illi communiter legumlatores & ex plebe, & ex patribus qui utrisque utilia ferrent, quæque æquandæ libertatis essent, sinerent creari, suadente *T. Romulio*, qui prioris anni Consul fuerat, *senatusconsultum* factum est, ut legati mitterentur ad Græcas Urbes, quæ sunt in Italia, alii Athenas, qui peterent à Græcis leges optimas, & instituto suo convenientissimas. Quibus reversis, referendum ad Senatum de *legislatoribus* eligendis & quodnam eorum futurum sit imperium, quamve diuturnum, deque cæteris rebus ad id negotium pertinentibus. Missi itaque legati ad Græcas Urbes sunt *Sp. Posthumius*, *Ser. Sulpitius*, *A. Manlius*, triremesque eis assignatæ & ornatae sunt, ex ærario, pro majestatis Rom. imperii. Quibus anno tertio reversis *tribuni plebis* urserunt, ut legumlatores crearentur. Post aliquot igitur contentiones *tribunorum* & *Consulium*, *senatusconsultum* in designatorum *Consulium* subsequentis anni sententiam factum est, eligendos *decemviros* è *Senatus* primoribus: eorum annum esse imperium ex eo die, quo creati fuerint, cum ea potestate, quam modo *Consules*, olim *Reges* habuissent: interim cessare omnes *magistratus* alios, donec juxta leges creati fuerint: *decemviros* vero privatis jura reddere, & rempublicam constituere. Hoc *senatusconsulto* à tribunis ad populum relato, *Ap. Claudius* & *T. Genutius*, qui in sequentem annum *Consules* designati erant, *magistratum* ejurarunt & *tribunorum*, *adilium*, *quaestorum* magistratibus aliisque, ad tempus antiquatis, *comitiis centuriatis decemviri* creati sunt, de quorum imperio *Dionysius* libro octavo hæc tradit: Sequenti anno (qui fuit ab Urbe condita cccxi.) *decem-*

viri assumptis civitatis gubernaculis, aggressi sunt rempublicam constituere: penes unum faeces erant, & reliqua *Consularis potestatis* insignia. Is *Senatum* convocabat, decreta confirmabat, ceteraque agebat pro imperio. Reliqui (quibus singuli accensi apparebant, teste *Livio* libro tertio) ad minuendam potestatis invidiam non multum à privatis differebant habitu. Deinde alius in potestatem succedebat, servatis vicibus, idque ad certos dies, donec elaberetur tempus annum. Omnes autem à mane pro tribunali cognoscebant causas privatas & publicas (*Livius* decimo quoque die id à singulis factum fuisse docet, tum quæ ad subditos pertinerent & socios) Et lites controversas dirimebant de singulis discerpentes, summa æquitate atque justitia: visumque est civitati optimum ejus anni *decemvirale imperium*. Sed maxime laudabatur cura plebejorum hominum & præsentaneum contra omnem vim atque injuriam auxilium. Jactabaturque à multis non fore opus civitati aliis magistratibus, cum unus ad obeunda omnia munia mira prudentia sufficiat. Et mox: Hic *decemviri* leges conscriptas tum ex Græcorum jure, tum è patriis consuetudinibus proposuerunt in decem tabulis cognoscendas cuilibet, ferentes admoneri se à privatis hominibus & hoc agentes, ut leges placerent omnibus: dique consultaverunt cum proceribus revocantes ad exactissimum examen singulas. Ubi vero visæ sunt bene habere, primum Senatu coacto, nemine contradicente, *senatusconsultum* de iis fecerunt: deinde *centuriatis comitiis* in præsentia *pontificum*, *augurum* aliorumque sacerdotum à re divina exorsi, calculos dederunt *centuriis*: tum *plebiscito* quoque confirmatas & in æreas columnas incisas, una serie proposuerunt in loco fori maxime conspicuo, &c. Hactenus *Dionys.* Finito annuo eorum imperio, cum videretur aliquid deesse iis legibus (quemadmodum idem auctor, & cum eo *Livius*, *Plutarchus* & alii testantur) anitentibus etiam nonnullis ex patribus, ut ea ratione *tribunitia potestas* abrogaretur, consensu *Senatus* & plebis etiam in sequentem annum *decemviri* creati sunt, pars quidem eorum ex prioribus relictis, pars in aliorum loca subrogati, ut id quod x. tabulis deesset, supplerent, & legum jam latarum observationem à volentibus nolentibus exigerent. Cum vero hi statim initio suæ administrationis clandestinum fœdus inter sese jurejurando ferirent, ne quis ex collegio ulla in re alteri adversaretur, sed quod uni eorum placuisset, idem probaretur omnibus: neve *comitia* haberent, perpetuoque retinerent imperium: neve quemquam alium ad id admitterent, ipsique pari honore, pari potestate essent, *senatusconsultis*, *plebisque scitis* nonnisi raro, idque necessario, uterentur, maximam partem rerum pro imperio, multa tyrannice agerent: cumque primo honoris die post peracta sacra solemnia singuli cum singulis insigniis regii prodirent, prælatis cuique duodecim fascibus & securibus, quod antea antiquatum fuerat, accedente etiam cæde *Siccii* & *judicio Virginia*, *decemviri damnati*, & hæc potestas in univèrsum sublata est, tertio anno postquam primum in rempubl. fuisset introducta.

## CAPUT XX.

## De tribunis militum Consulari potestate.

UT plurimorum aliorum magistratum, ita etiam hujus, de quo agendum est, auctores fuerunt *tribuni plebis*. Dicuntur *tribuni militum*, vel *tribuni militares* Consulari potestate, ad differentiam eorum, qui castrensium magistratus erant. Causam autem iis creandis dederunt *tribuni plebis*, qui, ut referunt *Livius* libro 4. initio, & *Dionysius* lib. 11. cum multa alia privilegia patribus & patriciis ante extorsissent, tandem etiam hoc ad populum tulerunt, ut alterum *Consulem* ex plebe fieri liceret. Rogarunt hoc *tribuni plebis*, & gravissime urserunt anno ab Urbe condita cccix. *Coss. M. Gernutius* & *C. Curtio*. Cum autem *patricii* tribunis sese gravissime opponerent, nihil tamen efficere possent, *tribunis* nihil de suo fervere remittentibus, tandem suasu *C. Claudii*, viri Consularis, ne *Consulatus* cum plebe communicaretur, *senatusconsultum* factum est, ut in locum *Consulum* alii magistratus, vel præfecti, pars ex plebe, & pars ex patribus crearentur, *Consulare potestatem* habentes, quorum imperium cum finitum esset, *Senatus plebsque* convenirent & cognoscerent, utrum *Consules*, an *Præfectos* mallent imperium suscipere: & quod omnibus suffragium ferentibus videretur, firmum esset. Quod *senatusconsultum* cum *tribuni plebis* summis laudibus extulissent, plebsque accepisset in annum sequentem, qui fuit ab Urbe condita cccix. *tribuni militum* tres, & quidem omnes *patricii*, *A. Sempronius Atratinus*, *T. Clælius Siculus*, *L. Atilius Longus* creati sunt. Plebs eo primum contenta fuit, quod sui ratio in *comitiis* habita fuisset. Sed iidem paulo post, cum vitio facti essent, abdicarunt, inque eorum locum *Consules* sunt creati. Post aliquot annos rursus *tribuni creati*, & primum quidem tres, mox quatuor, & tandem sex. Nec plures creatos fuisse unquam *Sigonius* Comment. in Fastis demonstrat, licet diversum reperiatur apud *Livium* lib. 5. initio, qui uno in loco dicit octo creatos fuisse: quem tamen locum corruptum esse credibile est, cum apud nullum alium authorem ejus rei mentio extet. Ideoque in Fastis etiam *Onuphrii Panvini*, & *Huberti Goltzii* tantum sex eo anno, quo *Livius* octo fuisse dicit, ponuntur. Fueruntque hi *tribuni* nonnunquam omnes *patricii*, nonnunquam ex patribus & plebe simul creati. Post annum cccxvi. nulli amplius *tribuni militum* reperiuntur: ut non sit dissimile verò, eos qui anno cccxvi. creati fuerunt, ultimos fuisse. Ita hic *magistratus* post annum lxxvii.

quam in rempublicam introductus esset, frequentari desit. De potestate & insigniis eorum, quia iisdem, quibus *Consules* usi fuerunt, quod ex verbis illis, *Consulari potestate* intelligitur, non opus est ut hic à me multa afferantur.

## CAPUT XXI.

*De triumviris reipublicæ constituendæ.*

**T**riumvirorum reipublicæ constituendæ magistratus (si modo magistratus dicens est) ut contra leges fuit institutus, ita etiam non fuit diuturnus. Initium eorum incidit in annum ab Urbe condita 1000. Causæ propter quas ii in rempublicam inducti fuerint, hæ ab auctoribus *Dione* libro 46. *Appiano* libro 3. & 4. bellorum civilium, *Suetonio* in Augusto, *Plutarcho* in M. Bruto & Antonio, & aliis recensentur. Cum C. *Julius Cæsar* in senatu viginti tribus vulneribus esset confossus, C. *Cæsar Octavianus*, qui à C. *Julio* adoptatus, & in *Cæsarum* familiam translatus erat, anno 1000. Consul cum Q. *Pedio*, *Hircio* & *Pansa* ad Mutinam occisis suffectus in toto suo Consulatu nihil aliud moliebatur, quam ut patris *Julii Cæsaris* interfectores ulcisceretur. Quod igitur *Pedium* collegam legem ferre iussit de quæstione habenda in eos, quorum ille opera occisus esset, postulatique ea lege M. *Brutus*, C. *Cassius* & D. *Brutus*, absentes damnati sunt. M. autem *Antonii* opes C. *Asinius Pollio*, qui Hispaniæ, & L. *Munatius Plancus*, qui Galliæ præerant, cum suis exercitibus adjuncti auxerant, & D. *Brunus*, cui Senatus, ut persequeretur M. *Antonium*, mandaverat, relictus à legionibus suis profugerat, & tandem jussu *Antonii*, in cujus potestatem venerat, à Capeno Sequano, ad Aquilejam interemptus erat. Cæsar igitur cum M. *Brutum*, qui Macedoniam, & C. *Cassium*, qui Syriam ex Senatusconsulto obtinebant, nullo pacto armis ulcisci posset, cum M. *Antonio* & M. *Lepido*, pace facta, postquam Consul creatus esset, utrumque ex Gallia in Italiam accersivit. Congressi omnes in agro Bononiensi, ut *Dio* libro 46. vel Mutinensi, ut *Appianus* libro 4. civil. initio docet, consultationes summas de ordinanda & corrigenda republica habuerunt, & tandem ita inter eos convenit, ut publice quidem ipsi tres constituendis, administrandisque rebus præficerentur, idque non in perpetuum, sed in quinquennium: ita ut omnia ex animi sui sententia etsi neque ad Senatum, neque ad populum de his retulissent, agere, magistratus aliosque honores, quibus ipsi vellent, tribuere possent: privatim autem, neve viderentur omnes provincias sibi ipsis arrogare velle, *Cæsari* Africa, utraque Sardinia & Sicilia: *Lepido* Hispania omnis, ac Gallia Narbonensis: *Antonio* reliqua omnis Gallia, quæ cis & trans Alpes jacet, tribueretur: ut inimicos suos proscriberent, ac cæderent: *Lepidus* in locum D. *Bruti* Consul fieret, Romamque & totam Italiam in custodia haberet: *Antonius* vero & *Cæsar* Brutum & *Cassium* bello persequerentur. Atque his consultationibus perfectis, cum confestim omnes Romam venissent, singuli interjectis diebus Urbem ingressi, quæ decreverant executi sunt. *Fusi* quoque inimici, plurimi equites, cxxx. senatores proscripti sunt: inter quos fuerunt L. *Paulus*, frater M. *Lepidi*, L. *Cæsar*, avunculus *Antonii*, & qui Cæsarem suis sententiis ornaverant, M. *Cicero*: cujus occisi à *Popillio* legionario milite, cum haberet annos LXIII. caput cum manu dextra in rostris positum est. Inierunt triumviratum v. Kal. Decem. anno ab v. c. 1000. Cum autem quinquennium hunc magistratum gessissent, teste *Dione*, semetipsos in alterum quinquennium renuntiaverunt: quod factum esse anno 1006. *Carolus Sigonius* scribit. Sed non multo post dissidiis ortis inter *Octavianum* & *Lepidum*, *Octavianus* fugato *Sex. Pompejo*, *Lepidum* bello persequutus est, eique victo triumviratus honorem abrogavit, supplicem tamen factum vita donavit. Postea etiam *Antonio* bellum intulit, eoque victo, cum ipse solus rerum potitus esset, triumviratu abiit. Hunc finem habuit triumviratus, qui non ultra annos x. in republica Romana fuit. Sequuntur magistratus minores ordinarii.

## CAP. XXII.

*De quæstoribus urbanis duobus, vel quæstoribus ærariis.*

**Q**uæstores, inquit *Varro* lib. 4. de ling. Lat. à *quærendo* dicti sunt, qui conquirent publicas pecunias & maleficia, quæ triumviri capitales nunc conquirunt; ab eis postea, qui quæstionum judicia exercent, quæstores dicti. Tria eorum fuerunt distincta genera. Alii enim quæstores urbani, vel ærarii: alii quæstores parricidii, vel rerum capitalium: alii quæstores provinciales fuerunt. Sed nobis de quæstoribus ærariis, vel urbanis hoc loco dicendum est: De eorum autem prima institutione dubitatur. *Ulpian.* quidem ff. lib. 1. titul. 13. de quæstoribus, sic scribit: *Origo quæstoribus creandis antiquissima est, & pene ante omnes magistratus.* *Junius Gracchanus* lib. 7. de potestatibus refert, etiam ipsum *Romulum*, & *Numam Pompilium* binos quæstores habuisse, quos ipsi non sua voce, sed populi suffragio crearent. Sed sicuti dubium est, an *Romulo* & *Numa Pompilio* regnantibus quæstor fuerit: ita *Tullo Hostilio* Rege quæstores fuisse, certum est: & sane crebrior apud veteres opinio est, *Tull. Hostilium* primum in rem.

republic. eos induxisse. Et à genere quærendi, *quaestores* initio dictos, *Junius*, & *Trebatius*, & *Fenestella* scribunt. Hæc *Ulpianus*. A quibus tamen nonnihil discrepant ea, quæ *Cornel. Tacitus* scribit in *Annalibus*. *Plutarchus* in *Poplicola*, eorum primam institutionem ad *P. Valerium Poplicolam* refert, inquam: *P. Valerium*, cum Saturni ædem ærarium constituisset, populo concessisse, ut *quaestores duos* creare posset: creatoque primos esse *P. Veturium*, & *M. Minucium*, & pecuniam multam coactam, &c. Hæc ille. Erat autem *quaestura* primus *magistratus urbanus*, qui petebatur, postquam quis x. annua stipendia fecisset, non ante annum ætatis xxvii. Sed vigesimo tamen septimo & sequentibus peti poterat. Ac, primum quidem ex *patriciis*, comitiis curiatis, ut ex *Livio* lib. 31. & *Plutarcho* manifestum est, creabantur: postea vero cum duobus prioribus alii duo adjicerentur: qui *Consules* in bellum euntes sequerentur, eisque ad ministeria belli præsto essent, de quibus post dicam: à plebe obtentum est, ut pars ex *patriciis*, pars ex *plebe comitiis tributis* crearetur, quorum posterius ex epistola etiam *Cic.* ad *Curium*, cujus initium: *Ego vero te jam nec hortor*, &c. intelligitur: ubi *Cic.* lib. 7. ad *Famil. epist.* 30. scribit: In campo certe non fuisti, cum *comitiis quaestoriis* institutis, &c. jungit enim: *Ille autem qui comitiis tributis auspiciatus esset, centuriata habuit*, &c.

Officia *quaestoris urbani* fuerunt varia, ex quibus hæc fere sunt præcipua: *curam gerere ararii*, & *vestigalium* populi Rom. pecuniam publice, vel privatim erogare, vel in ærarium condere, atque in tabulas accepti & expensi referre: cum exercitus scribi, & in campum legiones duci oporteret, signa militaria ex ærario depromere, atque ad *Consules* in expeditionem ituros mittere: legatis ex ultimis oris terrarum Romam profectis, publicum hospitium curare, & munera sæpe commeatu, large & hospitallyter, & vestimenta publico nomine exhibere, ac ne quid ipsis eorumque comitibus deesset, prospicere: ægotantium legatorum peregrinorum curam suscipere, mortuisque funus è publico facere. Apud *quaestores urbanos*, Imperatores ab expeditione redeuntes, ac triumphum petentes, jurare cogebantur, vere fuisse scriptum ad Senatum de hostium occisorum, & civium amissorum numero, alioqui triumphum hi negabatur. Ad eorum etiam munus pertinebat, prædam ex hostibus captam vendere, pecuniamque inde redactam in ærarium referre: tandem translata etiam ad eos est cura asservandorum *Senatusconsultorum*, cum antea tribunorum plebis, & ædilium id munus fuisset: *Plutarchus*, *Livius*, *Valer. Maximus* lib. 2. cap. 8. *Dio*, *Agellius*, lib. 13. cap. 13. & alii. Sed nullum imperium habebant hi *quaestores*, non vocationem, nec prehensionem, non sella curuli, ut perique *magistratus*, neque licitoribus aut viatoribus utebantur, & apud *prætorem* poterant à privato in jus vocari. Convocandæ tamen concionis jus habebant, ut *Dionysius Halicarnass.* lib. 8. docet. Post constitutam autem Romæ monarchiam, *quaestura* sæpe abrogata, & rursus instituta fuit, ut ex *Suetonio* & *Tacito* discimus. Sub Imperatoribus Augustis coepit aliud genus *quaestorum*, qui dicebantur *quaestores candidati*: eorum officium erat libros, hoc est, epistolas, sive orationes Principis in Senatu legere. *Ulpianus*, *Aelius Lampridius*, *Dio* & *Tacitus*. De his vide etiam *Barnabam Brissonium* lib. 1. Antiquitatum, capite 17.

## CAP. XXIII.

## De tribunis plebis decem.

MULTAS in republica Romana dedit turbas nimia *fæneratorum* in egenos & obæratos crudelitas, quod manifestum est omnibus iis, qui diligenter Romanas historias legunt, ut non necesse sit multa de ea re hoc loco verba facere. Illud tantum jam ostendam, eandem crudelitatem etiam causam fuisse creatorum *tribunorum plebis*. Cum enim, ut docent *Dionysius* libro 6. *Livius* lib. 2. & alii, Romani post ejectos Reges continuis bellis vexarentur per multos annos, plurimi, quibus tenuis res erat, cogebantur, tum propter continuas illas expeditiones, tum propter tributa, aliaque onera, *nomina facere*: reversi autem ex bellis domum, cum solvendo non essent, à creditoribus vincti in servitium ducebantur, ubi misere ab iisdem tractabantur. His miseris mota plebs aliquoties petebat, se illis sublevari: minabatur etiam, nisi levationem, vel remissionem debitorum impetraret, non daturam nomina ad expeditionem, quod primum anno ab Urbe condita cclv. Coss. *Tito Lartio Flavo*, & *Q. Claudio Siculo* factum esse habet *Dionysius*. Delimita tamen patrum pollicitationibus plebs, sæpe de suo fervore remittebat, & imperata faciebat. Cum autem patres, secum ipsi dissidentes, nullis egenorum querelis moverentur, ut ipsorum curam habuissent, res tandem ad seditionem venit, ita ut cum anno Urbis conditæ cclix. Coss. *A. Virginio Tricofo Calmontano*, *T. Vetustio*, vel *Veturio*, *Gemino Cicurino*, bellum cum *Volscis* & *Æquibus* esset, plebs auctore *Siccio* & ex castris, & ex Urbe in montem Urbi vicinum, qui postea *sacer* dictus fuit, secesserit, & non prius inde revocari potuerit, quam patres per legatos plebi debitorum levationem, & nexorum solutionem obtulissent, eique insuper *tribunatum plebis*, cujus constituendi tunc primum facta est mentio: item *ædiles plebis* permittentes: quo facto sublata est discordia, & plebs in Urbem rediit: creatique primum *tribuni plebis quinque*, anno ab Urbe condita cclx. *Sp. Cassio Viscellio* 11. *Aul. Posthumio Aurunco* 11. Coss. qui *tribuni* dicti fuerunt, ut docet *Varro* lib. 4. de *ling. Lat.* quod primi ex *tribunis militum* creati fuerunt. Eorum nomina, uti recenset *Dionys.* lib. 6. fuerunt hæc:

hæc: *L. Junius Brutus*, *C. Sicinius Bellutus*, *C. & P. Licinii*, & *Sp. Icilius Ruga*: refertque *Dionysius*, eos comitiis curiatis à plebe creatos, a. d. 4. Id. Decemb. potestatem *tribunitiam* accepisse. Duplicatam deinde hic numerus fuit, & pro quinque decem creati, cum magno *optimatum* dispendio, anno ab Urbe condita cccxvii. *Coss. M. Valerio*, *Sp. Virginio*. Primi autem *tribuni plebis* his conditionibus creati sunt: Cum in illa plebis cum patribus transactione, plebeji metuerent, ne soluto cœtu, vel promissis non starent, vel aliqui comprehensi raperentur ad supplicium; securitatis suæ causa potestatem illam postularunt, & adepti sunt, ut ipsi è suo corpore contra *patriciorum* potentiam ac vim, creare *peculiarem magistratum* possent, à quo auxilium latius adversus *Consules* esset, utque hic *magistratus sacrosanctus* esset, hoc est, talis, quem vel vi, vel verbis violare capitale esset, & scelus inexpiabile: ut ita magis ad impediendum, quam ad agendum initio *tribuni* fuerint creati, hoc sine, ut si quid vel de publico negotio, vel de privato, animadverterent à patribus agi, quod fraudi posset esse plebi, interponerent suam auctoritatem, & illud averterent; non autem ipsi alia & nova molirentur, sicut sæpe fecerunt. Ideo in *Halicarnasse* aliquoties ipsis objicitur, quod non sint memores, quas metas ea potestas habeat. Nam in veteri jure non habuerunt *tribuni* potestatem vocandi: qua de re legi potest *Agell.* lib. 13. cap. 12. & *Cicer.* 2. in *Rullum*, & lib. 3. de *Legib.* dicit, *tribunum plebis* majoris præsidem libertatis, custodemque esse voluerunt, & alibi de *tribunis* verba faciens, inter alia comparat eos cum *Ephoris*, quod & *Val. Maximus* lib. 4. cap. 1. facit. De potestate autem *tribunorum* hæc invenimus. Quod quemvis poterint tueri, contra vim intentatam à superiore, & quod licuerit illis quibusvis decretis, quæ improbabant, intercedere: licuerit etiam ipsis quemcumque vellent, arreptum in concionem producere, & cogere quibus de rebus esset interrogatus, de iis respondere: hac tanta potentia & immunitate, tanquam telo quodam acerrimo armati, si qui natura inquieti, aut alias *patribus* iniqui essent, valde abusi sunt sua potestate, & paulatim latius progrediendo, & multo plus sibi juris vindicando, quam initio fuerat concessum, multum labefactarunt auctoritatem *Consulum* & *Senatus*, & auctores crebri fuerunt maximorum tumultuum, & malorum, ut non raro pestis & *perniciës reipublicæ* nominentur. Et ferme semper, quoties aliquid affulsit quietis reipublicæ, illud turbantur ubique opponendo se importune *Senatui*, & res movendo novas & rixarum subministrando materiam perpetuam: quamquam ipsa *tribunorum constitutio*, si intra limites suos mansisset, & juste fuisset administrata, fuisset salutis reipublicæ, & frenum *patrum*, ne discederent ab officio, sicut & *Dionysius* eam habet pro saluberrima, & quæ multum ad insolentiam *patrum* reprimendam potuerit: Ibidein tamen addit, id catenus se judicare, quatenus illa potestas cadat in bonos & prudentes viros, quia improbis & stolidis non raro fuerit ad pessimos conatus occasio. Sed & hoc de *tribunis* memorabile est, quod si unus cæterorum rogationibus refragaretur, impedire poterat omnia. Unde & *Claudius* apud *Halicarnasseum* sperat fore, ut ipsa *tribunitia* vis à se ipsa destruat, si scilicet aucto *tribunorum* numero incidant inter ipsos dissensiones. Gestarunt *tribuni plebis* purpuram, ut affirmat *Cicero* pro *Cluentio*, quamquam contrarium assertit *Plutarchus* *Problem.* 81. *Domusque tribunitia* non fuit clausa, sed noctu & interdium semper tanquam portus quidam & perfugium iis, quibus opitulandum esset, patuit. Nec licuit *tribuno* integrum diem ab Urbe abesse, nisi in Latinis feriis. *Halicarnas.* lib. 8. *Agell.* lib. 3. cap. 2. & *Macrobius* lib. 4. *Saturnaliorum*, cap. 3. *Potestas* etiam *tribunorum* terminata fuit mœnibus, nec extra Urbem quicquam valuit, ut docent *Halicarnas.* & *Livius* lib. 3. Cæterum quod *Sulla Dictator* totam hanc potestatem aboleverit, quæ tamen à *Pompejo* restituta sit, videmus in *Plutarcho* in *Pompejo*, & *Cicerone* lib. 3. de *Legibus*, ne plures nunc producam. Sub *Constantino* autem Imperatore in universum *tribunatus* cessavit.

## CAPUT XXIV.

## De ædilibus plebis duobus.

Quod hæctenus in hisce libris religiose observavi, ut singula munia reipublicæ quæ aliqua ex parte distincta fuerunt, etsi in nomine similitudo quædam esse videretur, distincte etiam traderem, atque explicarem: idem mihi & hoc loco faciendum puto, ubi de *ædiliis* officiis differendum erit. Cum enim tres ordines eorum fuerint, alii *plebeji*, alii *curules*, alii *cereales*: qui, licet unum nomen habeant, quoad officia autem multum à se invicem differant: de iis singulis singulatim dicere institui, & primum quidem de *ædilibus plebis*. *Ædilis* dictus est teste *Varrone* lib. 4. de *ling. Lat.* qui *ades sacras* & *privatas* curaret. *Ædiles* autem *plebis* dicti sunt, quod ex plebe crearentur, & *plebis* proprii magistratus essent. Duo igitur *ædiles plebis* primum creati sunt anno ab u. c. cclx. *Sp. Cassio Viscellino* 11. *A. Posthumio Aurunc.* 11. *Consulibus*, eodem anno, quo primi *tribuni plebis*. Cum enim, ut *Dionys.* lib. 6. testatur, inita inter patres & plebem concordia, plebs, quæ in montem sacrum secesserat, in Urbem rediisset, & inpetrasset à *Senatu*, ut liceret sibi quotannis è suo corpore creare *tribunos plebis*, de quibus jam dictum est: petierunt etiam sibi à *Senatu* permitti, ut quotannis duos è plebe crearent *subministratos tribunis*, quicquid opus esset, & lites nonnullas, eorum permisso, *dijudicatos*, *ædiumque sacrarum*, locorum publi-

publicorum, atque annonæ curam habituros. Quo per fenatum concesso, creaverunt, quos tum ministros & socios tribunorum, & iudices appellabant. Nunc vero ab officiorum uno *adiles* vocant, potestatem habentes alterius magistratus ministram, ut antea. Curant autem multas magnas res, suntque maxima ex parte Græcorum *agoranomis* similes, &c. Hactenus *Dionys.* Primi *adiles plebis* creati fuerunt *comitiis curiatis*, idque observatum usque ad legem *Voletonis* latam. Post illam vero legem *tributis comitiis* creati eos solitos, consentiunt scriptores fere omnes.

Officia *adilium plebis* fuerunt, ut ex *Dionysio* audivimus, & alii etiam scriptores confirmant, *tribunis plebis* ministrare, & de levibus quibusdam causis, & litibus ipsorum permissu judicare: iis, qui plusquam lege definitum erat, agri possiderent, diem dicere: matronas proprii accusare, fœneratores coercere, popinas, & ganeata obsonia inhibere, in facta dictaque incivilia, atque improba animadvertere, atque multam indicere: ut ædificia publica privataque fierent, ut cloacæ publicæ, aquæductus, & cætera ædificia, lauta, munda, integræ, & expedita asservarentur, curare: iniqua pondera corrigere, mensuras minores frangere, & multare, de alæ lusbis cognoscere, convehere frumentum, & oleum: ne Urbs penuria annonæ, aut caritate laboraret: utque comæatus, quæque bello usui forent, in castra deferrentur, ipsorum muneris erat. *plebiscita* ut in æde *Cereris* asservarentur, ad ipsorum curam spectabat. Quare *Pomponius* jurisconsultus ff. titulo de *origine juris*, scribit, eos ob hanc causam potissimum creatos fuisse. Postea etiam *senatusconsultorum* cura, ne pro Consulibus arbitrio supprimerentur, ipsis est mandata, quæ tamen ad extremum *quaestoribus* urbanis, ut in ærarium reponerentur, sunt commissa. In tantum etiam honoris culmen *adilitas* est provecta, ut aliquando Urbe peste laborante, majestas *Consularis*, quemadmodum *Livius* lib. 3. habet, ad *adiles plebis* deciderit. Hanc vero eorum potestatem à *Claudio* & *Nerone Imperatoribus* Augustis, plurimum accessam fuisse, *Cornelius Tacitus*, & *Suetonius* produnt.

## CAPUT XXV.

De *adilibus curulibus duobus*, & *adilibus cerealibus duobus*.

Alii erant *adiles*, qui *curules* appellabantur, à sella *curuli*, qua uti solebant. *Plutarchus* in *Mario*, eos *maiores adiles* appellat. Creabantur autem ex *patriciis*, non ex *plebejis*. Querentibus autem de eâ injuria *tribunis plebis*, convenit inter eosdem & *senatum*, ut alternis annis ex plebe fierent: postea promiscuum fuit. Eorum origo, ut *Livius* lib. 6. extremo habet, hæc fuit: Cum concordia inter *plebem* & *patres* inita, fenatus ludos in ejus honorem decrevisset, & *adiles plebis* se eos facturos recussissent, conclamarunt *patricii juvenes*, se id honoris Deum immortalium causa libenter acturos, ut *adiles* fierent. Quibus cum ab universis gratiæ actæ essent, factum *senatusconsultum*, ut duos viros *adiles* ex patribus *Difator* populum rogaret. Primi igitur *adiles curules* creati sunt anno Urbis conditæ cccxxvii. Cn. *Quintius Capitolinus*, & P. *Corn. Scipio*, L. *Sextio*, L. *Emilio Mamerco* Consulibus. *Livius* lib. 7. initio. Horum munus fuit ludos sacros & solennes instituere, ac procurare. Sacrarum ædium, & privatarum curam gerere. Quod tum ex iis, quæ dicta sunt, tum ex his *Ciceronis* verbis Actiōne 7. in *Verrem* intelligitur. Sicenim scribit: Nunc sum designatus *adilis*, habeo rationem, quid à populo Romano acceperim, mihi ludos sanctissimos maxima cum cura & ceremonia *Cereri*, *Libero*, *Liberæque* faciendos: mihi *Floram matrem* populo, *plebique Romanæ* ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate, ac religione *Jovi*, *Junoni*, *Minervæque* esse faciendos: mihi sacrarum ædium procuracionem, mihi totam Urbem tuendam esse commissam. Ob earum rerum laborem & sollicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in *senatu* sententiæ dicendæ, locum, *togam prætextam*, *sellam curulem*, *jus imaginis* ad memoriam posteritatemque prodendam. Hæc *Cicero*. Ex quibus etiam, quæ insignia honorum *adilibus* concessa fuerint, cognoscitur. Cæterum illos ludos quisque *adilis* sua impensa & sumptibus pro modo patrimonii, ac dignitatis suæ celebrandos procurabat, ut ex alio *Ciceronis* loco lib. 2. Officiorum patet, ubi etiam docet, vitandam esse suspicionem avaritiæ. Multi enim, ut ludorum sumptum vitarent, *adilitatem* non petebant. *Mamerco*, inquit, homini ditissimo prætermisso *adilitatis* *Consulatus* repulsam attulit: & addit, *Muranam*, qui *adilis* non fuerat, propterea ludos in *pratura* fecisse, ut à se suspicionem avaritiæ removeret, & sibi populi Romani benevolentiam ac studium conciliaret. Est & hoc observatione dignum, quod *Lucius Joannes Scoppa* in *Collectaneis* annotat, legem Romæ latam fuisse, ne quis Romanorum quid scriberet, nisi prius ad *adiles curules* accessisset, & scribendi veniam impetrasset, cum illi prius scriptoris vires perpendissent, & secundum ingenii capacitatem, ac doctrinam, componendi potestatem dedissent. Quod de *fabulis scenicis* intelligendum esse, ex omnibus fere *Terentii comædiarum* inscriptionibus colligi potest. Eas enim *adiles* emebant, & ut publice agerentur, curabant.

Erat etiam *adilium curulium* officium, curare, ut *templa*, *theatra*, *stadia*, *fora*, *porticus*, *curiæ* & *basilicæ*, atque *mania*, magnificis operibus reficerentur, & ornarentur. Sed non contenti his muneribus, etiam annonæ, aliarumque rerum curacionem & cognitionem sibi vindicarunt, & multa cum *adilibus plebejis* communia habuerunt. Omnium autem maxime ad eos pertinebat, causas & lites

redhibitionum, id est, in quibus agebatur de rei corruptæ vitio, quam quis aut vendidisset, aut commutasset, dirimere: ideoque ubi *Kalendis Januarii magistratum* inierant, non aliter atque *pretores* editum proponebant, in quemadmodum de singulis controversiis jus dicturi essent, populum præmonebant. Unde apud jurisconsultos peculiaris titulus est de *adilitio edito*. Annus, quo hic *magistratus* peti solebat, erat, ut colligunt *Paul. Manutius*, & alii, xxxvii. Atque hæc de *adilibus curulibus*.

De *adilibus Cerealibus* pauca, quæ admoneam, habeo. *Cereales* dicti, quod *Cereri*, hoc est, frumento præfint. Et primum à *Cajo Julio Casare* instituti, & ex *patriciis* creati sunt, anno ab Urbe condita nccix. Testis est *Suetonius Tranquillus*, cum in Julio scribit: *pratorum, adilium, quaestorum*, minorum etiam *magistratum* numerum ampliavit. Et *Dio* lib. 43. qui paulo clarius idipsum docet, sic scribens: Eodem anno primo sex *ediles* sunt constituti, duo *patricii*, qui *Cereri adiles* vocarentur, quatuor *plebeji*. Isque mos ad nostram usque ætatem exinde perductus est, &c. Hæc ille, quæ etiam confirmat *Pomponius* jurisconsult. ff. tit. de origine juris.

## CAPUT XXVI.

## De curatoribus omnium triumum.

**C**uratores *tribuum* erant, qui *tribuum* commoda procurarent, perinde atque in vicis *vicorum magistrari*. Eorum *Terentius Varro* lib. 5. de lingua Latina meminit, in recitatione verborum, quæ dicit *ensor præconi*, conditurus iustrum: Omnes *quirites*, *pedites*, armatos, *privatosque*, *curatores omnium triumum*, sive quis pro se, sive altero dari rationem volet, voca incitium huc ad me, & o. Apud alios scriptores non facile est eorum mentionem invenire.

## CAPUT XXVII.

## De triumviris capitalibus.

**T**riumviri *capitales*, qui & *tresviri*, seu *treviri capitales*, eo quod tres viri simul ad munus illud obeundum crearentur, sunt dicti, fuerunt, quemadmodum scribit *Pomponius* ff. de origine juris, qui carceris custodiam habent, ut cum animadverti oporteret, id inventu eorum fieret. Horum sæpe fit mentio apud *Livium*, *Ciceronem*, *Plautum*, & alios. Creati sunt primum, ut *Onuphrio Panvino*, & *Huberto Goltzio* in *Fastis* placet, ab Urbe condita anno cdlxv. Eorum non tantum erat, uti ex *Pomponio* audivimus, *carceris custodiam* habere, sed etiam *latomiarum*. Ad columnam item *Mæviam*, ut *Cicero* docet, de eorum scelere cognoscebant, qui cum cives Romani non essent, in Urbe habitarent: ac de vilibus, & abjectæ tantum conditionis hominibus, ut de furibus & servis nequam, jus dicebant, teste *Afconio* in *Divinationem*. Primis autem temporibus, etiam de aliis maleficiis cognovisse eos nondum constitutis quæstionibus publicis, colligitur ex *Plauto* in *Afinaria*, & *Varrone* libro 4. de lingua Latina, qui de *quaestoribus* agens scribit *quaestores à quarendo*, qui conquirerent publicas pecunias, & maleficia, quæ *triumviri capitales* nunc conquirunt. Quod autem addit *Pomponius*, animadversum in delinquentes ac scelerosos, ipsorum interventu fuisse, intelligendum sic est, non quod ipsi *triumviri* quenquam supplicio affecerint, sed usi ad eam rem sint opera licitorum, quorum octo sub se habebant: unde apud *Plautum* in *Amphitruone* *Sofia*:

*Quid faciam nunc, si tresviri me in carcerem compegerint?*

*Inde cras è promptuaria eella depromar ad flagrum.*

*Nec causam liceat dicere mihi, neque in béro quicquam auxiliæ fiet?*

*Nec quicquam sit, quin me omnes esse dignum deputent.*

*Ita quasi incudem me miserum homines octo validi cadent, &c.*

Hic enim per octo homines, octo licitores intelligunt, ministrantes *triumviris*. Quod vero etiam sacramenta exegerint *triumviri capitales*, atque in divinos usus, & ad tuenda sacra civitatis eam pecuniam contulerint, constat ex lege *Lucii Papirii* tribuni plebis apud *Festum*, quam quomodo legendam putant *Lucas Fruterius*, & *Josephus Scaliger*, huc scribam: *Quæcumque prætor posthac factus erit, qui inter civis jous dicet, tresviro capitaleis populum rogato, iisque tresviri capitaleis, quæcumque posthac facti erunt, sacramenta exigunt, judicantoque, eodem jouse sumpto, uti ex legibus, plebei que sciteis exigere, judicare esse oportet.* Addit enim *Festus*, sacramenti nomine id æs dici cœptum esse, quod & propter ærarii inopiam, & sacrorum publicorum multitudinem consumeretur in rebus divinis. Creabantur porro comitiis *tributis capitales triumviri*, ut alibi est offensum. Vide etiam de hac lege & *triumviris capitalibus* *Jacobum Rocardum* libro secundo *Variorum*, cap. 18.



## CAPUT XXVIII.

*De triumviris nocturnis, triumviris valetudinis, & triumviris monetilibus.*

Quando *triumviri nocturni* creati fuerint, certum non est, hoc constat, antiquum eum *magistratum* esse. Meminit ejus *Livius* libro nono, ubi de *C. Flavio* scriba, quomodo *adilis curulis* factus sit, agens, inter alia dicit, cum prius *tribunatum* gessisse, & duos *triumviratus*, nocturnum alterum, alterum *coloniæ* deducendæ, &c. Meminit ejus & *Tacitus* libro 5. *Annalium*, his verbis: *Triumviri nocturni*, quod ad incendium in *sacra via* ortum tarde venerant, à *tribuno plebis* die dicta damnati sunt. Quod eorum officium fuerit, *Paulus* jurisconsultus *Dig. lib. prim. tit. 15.* Apud vetustiores, inquit, incendiis arendis *triumviri* præerant, qui ab eo, quod excubias agebant, etiam *nocturni* dicti sunt. Interveniebant nonnunquam, & *adiles*, & *tribuni plebis*. Erat autem familia publica, circa portas & muros disposita, unde & si opus esset, vocabatur. Fuerunt & privatae familiae, quæ incendia, vel mercede, vel gratia extinguerent: deinde *Divus Augustus* maluit per se huic rei consuli instituto præfecto vigillum cum cohortibus. Hæc ille.

*Triumviri valetudinis.*

De his cum nihil quicquam in veteribus scriptoribus inveniam, nec satis sciam, an *magistratus* fuerint; quia tamen ab *Onuphrio Panvinio* in magistratum numerum referuntur, nolui eos præmittere, & cum mihi, quinam illi fuerint, cognitum non sit, *Onuphrii* verba libro 2. *Commentariorum Reipublicæ Romanæ*, adscribere libet, quæ hæc sunt: Hujus, inquit, *magistratus* nulla apud veteres auctores, quod sciam, mentio est. In antiquo vero argenteo nummo sic scriptum est, *M. Acilius* III. VIR VALETU. Hi nostra ætate pestis causa creati solent, atque *domini sanitatis* vocantur, quibus temporibus de morbo suspectis, magna potestas concedi solet. Nummi autem verba sic ego interpretor. *M. Acilius* III. VIR. valetudinis tuendæ. Hæc *Onuphrius*.

*Triumviri monetales.*

De *triumviris monetilibus* *Pomponius* Jurisconsultus ff. tit. 2. de origine juris, sic scribit: Constituti sunt eodem tempore & *quatuorviri*, qui curam viarum agerent, & *triumviri monetales*, æris, argenti, auri flatores, &c. Præfuerunt eudendæ monetæ: dicti fuerunt *triumviri monetales*, & *triumviri A. A. Æ. F. F.* quod est *auro*, *argento*, *ære*, *flando*, *feriendo*. De iis etiam intelligendus locus apud *Ciceronem* in epist. ad *Trebatium* jurisconsultum, ubi sic scribit: *Tre viros* vites censeo, audio capitales esse, malleum auro, argento, ære essent. *Triumviro* enim *tre viros* dici, & *tre viros* solitos, non est obscurum, & sic hunc locum interpretantur *Bembus* in epistola ad *Paulum Manut.* & alii. Quamvis etiam hoc verum sit: intelligi simul per *tre viros* *populos* illos in confinibus *Germaniæ*, quorum metropolis fuit *Trevirum*, urbs adhuc celebris propter archiepiscopum *Trevirensisem*.

## CAPUT XXIX.

*De quatuorviris viarum curandarum, & quinqueviris cis & uls Tiberim.*

Maxima priscis temporibus *senatus* diligentia fuit in faciendis sarciendisque viis, tam intra, quam extra Urbem. Earum autem curandarum munus primum *ensoribus* à senatu commissum fuit, unde supra, cum de *ensorum officio* diceremus, addidimus, hoc eorum munus fuisse tueri vias, &c. post vero cum *ensores* aliis rebus pro officio occupati, huic muneri sollicitè vacare nequirent, ex *senatusconsulto* magistratus alius speciatim ob eam causam creatus est. Hi *quatuorviri viarum curandarum* vocabantur, quod viis vel muniendis, vel sternendis præessent. Eorum non multa mentio est in scriptoribus, quos habemus: in antiquis autem epigrammatis plurima. *Pomponius* IC. & *Dominicus Floccus* Florentinus sic de iis scribunt: Constituti sunt & *quatuorviri*, qui curam viarum agerent. Vide etiam de his *Barnabam Brissonium* lib. 4. *Antiquitatum*, cap. 12.

*Quinqueviri cis & uls Tiberim.*

Non fuerunt hi *magistratus*, sed *magistratum vicarii*, de quibus *Pomponius* IC. & eum sequutus *Dominicus Floccus*, sic scribunt. Et quia magistratibus vespertinis temporibus in publicum esse inconveniens erat, *quinqueviri* constituti sunt *cis Tiberim*, & *uls Tiberim*, qui possent pro magistratibus fungi. Est & horum memoria obscura, nisi quod præter *Pomponium* & *Floccum Livius* etiam alicubi eorum meminit. Cæterum ut & hoc addatur, veteres usi sunt particula *uls*, pro quo nos dicimus *ultra*, teste *Festo*.

## CAPUT XXX.

## De decemviris stlitibus judicandis, &amp; centumviris litibus judicandis.

**D**ecemviri stlitibus judicandis magistratus fuerunt, ut docet *Pomp. ff. tit. 2. de orig. jur.* Cum esset, inquit, necessarius magistratus, qui hastæ præfesset, *decemviri stlitibus judicandis* constituti sunt. Hic magistratus post *quæsturam* coëptus est, ut colligitur ex *Suetonio* in *Augusto*, & ex antiqua inscriptione, *SCÆVA. QUÆSTOR. DECEMVR. STLITIBUS. JUDICANDIS. TRI. PL. & C.* Adhibuerunt autem hi *decemviri* hastam prætoriam, atque ea posita judicauerunt, & ea judicia exercuerunt, quæ *centumviralia* dicta sunt, de quibus plura libro de judiciis. Quod ad vocabulum *stlitibus* atinet, significat illud idem quod *super lites*, testantibus *Quintiliano* & *Festo*. *Centumviri* autem magistratus non erant, sed *judices*, de quibus sic scribit *Festus*. *Centumviralia* judicia à *centumviris* sunt dicta: nam cum essent Romæ xxx. & v. *tribus*, quæ & *Curia* dictæ sunt, terni ex singulis *tribubus* sunt electi ad judicandum, qui *centumviri* appellati sunt: & licet quinque amplius quàm centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, *centumviri* sunt dicti. De quibus controversiis illi judicauerint, docet *Cicero* lib. 1. de *Orat.* his verbis. *Jactare se in causis centumviralibus*. in quibus usufructio, tutelæ, gentilitium, agnationum, alluvionum, circumlusionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamtorum ruptorum, aut ratorum, cæterarumque rerum innumerabilium jura versantur, &c. Posterioribus autem temporibus multum crevit eorum jurisdictione, ut in *Enchiridion.* lib. 4. cap. 1. & lib. 5. cap. 2. lib. 11. cap. 4. videre licet, atque eorum numerus auctus ad cxxx. manente tamen semper nomine *centumvirorum*, ut testatur *Plin. jun.* lib. 6. epistolarum, epist. 33. ad *Rom.* Dividebantur porro *centumviri* in quatuor concilia, uti alio libro ostendetur.

## CAPUT XXXI.

## De Præfectis ærarii.

**S**equuntur alii magistratus ab *Octavio Augusto* instituti, inter quos non postremum locum obtinent *Præfecti ærarii*, de quibus hoc capite dicam. Origo eorum creandorum hæc fuit: Cum ad Urbis præsidium, & tuendos imperii fines plurimæ legiones alendæ essent, nec *Augusto* suppetere tot sumptus, consuluit *senatum* de redivo quodam perpetuo constituendo; unde citra ullius injuriam stipendia ac præmia militibus sufficerent. Quia vero nullus redivus excogitari poterat, quem omnes probarent, quin imo omnes eum quæri indignarentur, *Augustus* ipse certum ac proprium *ærarium* constituit, quod *militare* appellavit, atque in illud pecuniam pro se & *Tiberio* intulit, promissitque se quotannis id facturum. Quem secuti aliquot *Reges* & *populi*, idem sunt polliciti. Post vero, cum neque ipsis pecunia, neque ea, quæ à *Regibus* & *populis* mittebatur, satis locupletari *ærarium*, nec alia ratio inveniri posset, constituit, ut pars *hereditatum* ac *legatorum vicepsima* eo referretur, exceptis iis, quæ proximis cognatis aut pauperibus relinquebantur. Hujus igitur *ærarii* administrationem tribus *prætoribus*, sorte lectis, ad triennium mandavit, qui binis licitoribus, aliisque ministris, quos conveniebat, uterentur, ut *Dio* lib. 55. scribit: Quod & *Suetonius* in *Augusto*, cap. 49. confirmat his verbis: *Quicquid ubique militum esset, ad certam stipendiorum præmiorumque formulam adstrinxit: definitis pro gradu cujusque, & temporibus militiæ, & commodis missionum: ne aut ætate, aut inopia post missionem sollicitari ad res novas possent: utque perpetuo, ac sine difficultate sumptus, ad tuendos eos, prosequendosque suppetere, ærarium militare cum vectigalibus novis constituit. Hæc ille. Postremis autem temporibus eosdem *præfectos* à Principe eligi, & sine electoribus creari solitos, docet *Dio* lib. 55.*

## AD CAP. XXXI. PARALIPOMENA.

Quid ærarium? ubi asservaretur? cur in Saturni fano, sanctius ærarium, dotata inde puella, ponderata non numerata pecunia, thesaurus, materia pecunia, adulterini nummi.

**I**ndorus Hispalensis lib. 16. Etymologiar. cap. 17. Antiquissimi nondum auro argenteoque invento, are utebantur, nam prius areæ pecuniæ in usu hominum fuit, post argentea, deinde aerea subsecuta, sed ab ea qua cepit, nomen retinuit, unde & ærarium dictum, quia prius tantum es in usu fuit, & ipsum solum recondebatur. Mutati lapsus ei præpositi, nam olim tribuni præerant. *Fest.* *Pomp.* lib. 1. postea *quæstores*.

Sidon. Apollinar. carn. 5. v. 128.

--- Fuit ille quod olim.

Quæstor Consulibus, tractabat publica jure

Æra suo.

Sub Imperatoribus novi magistratus instituti, in quorum cura pecunia publica esset, nam à *quæstoribus* ad *prætores*, ab his sub *Augusto* ad *senatores*, *C. Pün.* lib. 9. epist. 1. denique sub *Claudio Casare* ab illis *præfectis* ad *quæstores* denuo munus illud devolutum. dixi ad illud *Claudiani* in consilatu *Manlii Theodori*:

Ab ælloque hominum cumulent æraria censu.

Et lib. 2. de laudib. *Stilichon.*

--- non indecorer æraria lassant.

Expensa.

ad mortis & apud Persas, publicum pecuniam magnatibus asserendam committere, eruditissimus Brissonius jam praecuravit. Q. Curtius lib. 5. *Tridantem pecuniam*, quae ex una satrapia cogebatur, *in eodem memorat*, & Bagopanem arcis Babylonicae, & regie pecuniae ejusdem provinciae custodem eodem libro. Darius Persarum Rex ad constructionem templi Hierosolymitani apud Joseph. l. 11. Antiq. Jud. c. 4. sumptus exhiberi vult *ex τὴ Βασιλικῇ ἀξολομαίῃ*, ex Regio arario. Est & edictum Artaxerxis ad omnes, qui thesauris suis trans flumen praepositi erant, ut quicquid ab iis Estdras sacerdos, scriba legis Dei caeli, postulasset, illico praeretur. Estdra cap. 7. Sirabo lib. 15. ubi de *Susa*, & Arrianus lib. 3. de *Pasagardis*. Erat & *Gaza* celebre thesauris regis reponendis oppidum, unde eo nomine opulentiam significarunt. Curt. lib. 3. quam Urbem in *Palastina* reponit Pompon. Mela lib. 1. cap. 11. quare Suidas *ἄζαν θναυπιῶν*, gazam thesaurum interpretatur: & pene eadem Helychius Grammaticus. recte Serrius ad lib. 1. *Aeneid. Gazam, Persarum lingua censum, divitias*. Hujusmodi *custodes* aut arario Regio praepositi vocantur *ἄξολομαίται*. Diodor. Sicul. lib. 17. *custodem Regie pecuniae* vertit. *Emilius Probus*, sive *maius Cornelius Nepos* in *Dataime*, vetus Interpres Biblior. *Ether* c. 3. *ararium gazae* transtulit. quam immensa, quamque prodigiola ejus summa, licet videre ex variis scriptoribus adductis ab eodem Brissonio loco laudato. *Artemidor*. lib. 4. *Oncirocrit*. cap. 35. *Ἀρχὴν βασιλικῆς ἐν τῷ προσημαίῃ*. *Pecunia Regia sacra* est praefectus. Asservabatur plenissime hac pecunia in templis, quod loca ea sacra & inviolata censerent, ideoque tutissimo praesidio in fanis Deorum deponabantur. *Abbas Urspergensis* sui *Chronici* pag. 41. *Audita* templi Hierosolymitani opulentia, quam *Pompejus* intactum reliquerat, in *Palastinam* divertit, *Hierosolytam* adiit, templum pervadit, opes diripit. Et quis nescit ararium olim totius Graeciae in *Delo* insula fuisse? & templum *Delphici Apollinis*, propter opes in eo depositas a *Brenno Gallorum* duce peritum? ut narrat praeter alios *Justinus* l. 24. *Hegeisippus* *Excidii Hierosolymitani* lib. 1. cap. 17. *Denique Pompejus curarum istiusmodi declinans superflua, dum triumpho potius ambitur ambigua, sequentibus sese suorum plurimis, vidit tabernaculum, secundum quod soli principi sacerdotum solenni accessu patebat, atque intus aspectu lucernam, & mensam, & thymiama, & tabulas testamenti, & super eas *Cherubim*, multitudinem aromatum dispersam, & sacra pecunia talenta duo milia, in quibus cum plurimum auri esset, integer tamen ab omni cupiditate vel ipsa, vel si qua sacrorum vasorum inventa sunt, intacta conservari praecipit. Ea, ut testimonio, ratione induci Romani, in aede Saturni ararium esse vulerunt. *Pseudo-cornelius* ad v. 59. fat. 2. *A. Peltii*. *Es in aede Saturni condebat, nondum argento anroque signato, inde ararium nomen accepit, fuit autem assis libralis, & dipondius, quod hodie in usu remansit, & solebat pensari potius, quam numerari, unde & dispersatores diei prorogatores. Rationem habes apud *Minutium Felicem* in *Octavio*, qui dialogus falso à quibusdam pro *Octavio Arnobii* libro habebatur. & à *Q. Florentio Tertulliano* *Apologet.* adverb. gen. cap. 10. *Siqueras rerum argumenta, nusquam invenio fideliora, quam apud ipsam Italiam, in qua Saturnus post multas expeditiones, postque *Atti.* a hostilia confedit, exceptus à *Jano*, vel *Jane*, ut *Salii* volunt. *Mons* quem incolerat, *Saturnus dicitur, civitas* quam deposulaverat, *Saturnia usque nunc est, tota denique Italia post *Oenotriam*, Saturnia cognominabatur; ab ipso primum tabula, & imagine signatus numerus, & inde arario praesidet. Primum templum illud iis utibus addixit *Valerius Poplicola*. *Macrobius* lib. 1. *Saturnal.* cap. 6. vel quia reverentia sacri loci, ut jam admonui, & habetur apud *Apollonium Collatium* *Excidii Hierosolymitani* lib. 4. de templo *Salomonis*:****

nam parcere sacro

Ille loco, septemque Urbis monumenta manere

Una cupit.

Vel quia tutissimum erat ille mons, & provida naturae manu, adversus injurias hostium, sitque munitus erat. *Plutarchus* in *Rom. Problemat.* cap. 42. *C. Jul. Solin.* *Polyhist.* cap. 2. ut vel historicam *Tertulliani*, vel factam *Collatii*, vel politicam ratio-

nem *Plutarchi*, lector proba. Atque ita *Lucanus* intelligendus lib. 3. *Pharfal*.

— pugnaeque *Metellus*,  
Ut videt ingenti *Saturnia* templa revelli  
Mole, rapit gressus.

Et paucis deinde interjectis:

Non nisi per nostrum vobis percussa patebant  
Templa laevis, nullasque feres, nisi sanguine sacro  
Sparsas raptor opes.

*Pulcherrime sanguine sacro*, nam magistratus sacrosancti erant, necque sine majestatis imminuta crimine violari poterant. Sequitur postea post aliquot versus in *Lucano*:

*Protinus abducto patuerunt templa Metello.*

Tunc rupes *Tarpeja* sonat, magnisque reclusas  
Testatur stridore fores.

Porro duplex ararium. *L. un. C. de quaest. off. unum* quod vulgare suspicor posse appellari, quod communis reipublicae census, & ordinaria tributa in eo reconderentur, in exteriori scilicet fano, alterum sacrum *L. fin. C. de palat. sac. largit. lib. 2.* ad ultimos reipublicae laborantis casus aurum vicefimarum celans, idque in penitiori aedis sacrae recessu asservabatur, tutiori nempe & munitiori loco, hoc ipsum sanctius ararium appellatur. *Philippus Rubenius* lib. 2. lectissimorum electorum, cujus unica pagina meo judicio, prior videtur, quam stuge quorundam volumen *T. Liv. 3. Decad. lib. 7. Caetera expedientibus, quae ad bellum opus erant, Consulibus, aurum vicefimarum, quod in sanctiori arario ad ultimos casus servaretur, promi placuit.* *M. Tull. lib. 7. ad Atticum Epistol. 20. Attulit mandata ad Consules, ut Romam venirent, pecuniam de sanctiori arario proferrent.* Idem act. 3. in *C. Verr. Primum mihi literas publicas, quas in arario sanctiore conditas habebant, proferunt.* Quo loco ostenditur non tantum opes reip. recondi illic solere, sed & tabulas publicas, ut ab aliis est observatum. *Meminit Caesar l. 1. belli Civil. Lentulus aperto sanctiore arario ex Urbe profugit. Vicefimarum istud aurum quibusdam placuit appellari Cimeliarium, inter hos *Caelius Rhodigin. lib. 4. Antiq. lect. cap. 9. ἀρκαριον* enim thesaurus est.*

In iis bellorum civilium Pompejanorum Consules cum summo dedecore Urbe excedentes, sanctius hoc aratum clauferunt. *Cicero* eodem lib. 7. ad *Atticum* epist. 12. *Neque enim rerum prolatio, nec senatus, magistratuumque discessus, nec ararium clausum tardabit.* Et post illum *Dio Coccejan. lib. 41.* quod ridiculum vilium nonnullis, ut *claves* auferrent Consules, aurum & ararium *Caesari* relinquere, quasi is pecuniis parceret, qui legibus non pepercisset, qui vexillis jam sublati hostem se senatus, libertatis pristinae oppressore professus fuisset. Et revera *Caesari* in Urbe ventiantia nihil prius visum agi dignum, quam rapere, quicquid opulentiae congestum fuerat. *Appian. Alexand. bellor. civil. lib. 2. pag. 453. ἀρκαριον ἐκείναι χρομαίτων.* *Intactas ad id temporis pecunias abstulit.* *L. Florus* lib. 4. cap. 2. *Nec Pompejus ab Italia, quam senatus ab Urbe fugatur prior, quam pene vacuum metu Caesar ingressus Consulem se ipse facit, ararium quoque sanctum, quia tardius aperiebant tribuni, iussit effringi, censumque & patrimonium populi Romani antea rapuit, quam imperium.* Notavit eum locum apud *Lucanum* lib. 3. jam citato, eleganter expressum *Joannes Camers*, sed verba poëtae apponam:

— tum conditus imo

Erutur templo multis intactus ab annis  
Romani census populi, quem Punica bella,  
Quem dederat Persis, quem vixit praeda Philippi,  
Quos tibi, Roma, fuga Pyrrhus trepidante reliquit;  
Quo te *Fabricius* Regi non vendidit arvo,  
Quicquid parcorum mores servastis avorum,  
Quod dites *Asiae* populi misere tributum,  
Victorique dedit *Minoa* *Creta* *Metello*.

Pauperiorque fuit tum primum *Caesare* Roma:

Quantum autem inde sustulerit pecuniarum, poëta non potuit exprimere articulatum, satis habuit dixisse, totum Romani populi censum per vim raptum; at historici numerum remulerunt, & summam. *Freyulph. Lexovienf. Tom. 1. Chronico. lib. 7.*

cap. 8. *Cæsar Romam venit, negatamque sibi ex arario pecuniam fratris foribus inuast, protulitque ex eo auri pondus quatuor millia centum triginta & sex, argenti pondus prope nongenta millia.* Quæ omnia ad verbum ex Paulo Orofio transcripsit lib. 6. cap. 15. nisi quod Orofius exiguo admodum discrimine in numero variet, nam pro centum triginta & sex habet ille centum triginta & quingue. Cui consentit Abbas Urspergensis Chronici sui pag. 42. Ado Viennensis Chron. ætate 5. pag. 97. in summa auri cum Orofio concors est, at argenti pondus uttingenta solummodo ponit. Martin. Polon. de Imperio Romanor. l. 2. c. 17. contempsit fuit dixisse, *Cæsar negata sibi ex arario pecunia, fratris foribus ararium spoliaruit.* Joana. Zonar. Annal. 2. Tomo pag. 127. *μη γαταρῶν δὲ τῶν κλειδῶν, ἰκκῶν τῶν ἰκκῶν.* Cum claves non reperirentur, secretibus aperiri ararium iussit. Aliter narat C. Plinius lib. 33. cap. 3. *C. Cæsari introitu primo Urbis in civili bello suo, ex arario protulit laterum aureorum viginti sex millia, & in numerato pondus trecenta, nec fuit aliis temporibus respublica locupletior.* Obiter idem lib. 19. cap. 3. *Cæsarem vero Didactorem initio belli civilis inter aurum argentamque protulisse ex arario lasperitii pondus centum undecim.* Prioris loci diversissimam lectionem vide apud Jac. Dalecampium.

At enim Plinius & auctores alii antea citati, neque per aureos, aut sesterios, aut talenta, aut quamlibet aliam pecuniam suam numerant; sed per pondus, quia antiquitus pecunia solent perferri potius, quam numerari, ut Pseudocornutus ad v. 59. sat. 2. A. Perfili supra citatus diferte Fr. Hottomanus lib. 4. Antiquitat. Romanar. Priscian. Cæsariensis Grammatic. lib. 9. neque aliter militibus divitâ stipendia, quam ad stateram. M. Varro lib. 4. de ling. Lat. *Stipendium quoque à sipe dictum, quod æ quoque sipe dicitur, nam quod asses libra pondus erant, qui acceperant majorem numerum, non in arcæ ponbant, sed in aliqua cella stipabant.* Observe Godefridus Stevetchius ad Vegetium lib. 2. cap. 19. *Fest. Pomp. lib. 14. Pendere panas, solve re significat, ab eo quod ære gravi cum nterentur Romani, penso eo, non numerato, debitum solvebant.* Servius Honoratus ad l. 6. Æneid. v. 20. *Pendere panas, solve re. traditum à pecuniaria damnatione.* Nota est historia Brenni, qui libertatem Romanis obsequis vendidit mille auri pondus. Plut. in Camillo. L. Florus idem narrat lib. 1. hist. Rom. cap. 31. *Mille pondus auri recessum suum vendidit aures, idque ipsum per insolentiam, cum ad insignis pondera addito adhuc gladio superbe vae vitâs increparent.* Sulpitia poetria in satyra illa sua de temporibus Domitiani:

*trusina Galli fugere relicta.*  
 Sil. Italic. lib. 1. Punicor.  
*Hic galeæ Senonum, pensatque improbus auri*  
*Arbitræ ensis inest.*  
 Et lib. 4. ejusdem operis:  
*Pensantes aurum Celtas umbone ferebat.*  
 Et ad eum ritum, licet suo sæculo desitum, allusisse videtur Martialis lib. 7. epigr. 52.  
*Quando commodius nullo tibi ferre labore*  
*Argenti potuit pondera quinque puer?*  
 Quare in emptionibus illis familiarum imaginariis, quamquam res oboleverat, libripendis tamen nomen retentum. Theodor. Marcell. ad leges Xvirales exactissime cap. 14. Horatius respexit lib. 2. Epist. 2.  
*Quod quis libra mercatus, & ære est.*  
 Unde frequentissima in solutionibus pecuniariis, lancis mentiono. Juvenal. sat. 6. v. 205.  
*nec illud,*  
*Quod prima pro nocte datur, cum lance beata*  
*Dacicus, & scripto radiat Germanicus auro.*

Vetus scholastes solidos ita signatos exponit, qui pro virginitate deposita nova nuptia donantur. Hujusmodi pecuniam Græcis celebriatam, usque frequentissimo receptam *Δωρητῶν* appellat. Harmenopolus lib. 4. tit. 7. alii *ἀγαλαυτῆριον* aut *ὀρθῆριον*, Callimach. in Hymno Dianæ, dictionarium Græcorum. ἀδρηματα. At versum Juvenalis suspicor parum esse sanum, quid enim est scriptum *aurum*? in M. S. codice legebat, *scripto radiat auro.* Pro quo restituendum censebam:  
*Dacicus, & scintille radiat Germanicus auro.*

Seкулum enim idem est, ac si variegatam atæque telam dixerat. Unde recte à Plinio lib. 11. cap. 24. ut observat Adrian. Turneb. lib. 27. cap. 24. *seculatum* dicitur. Ipse Juvenalis hujus correctionis auctor sat. 2. v. 97.

*Carulea indutus stultata, aut galbana rasi.*  
 Clare idem Plin. lib. 8. cap. 48. *Quam sola ars stultata textum commendat in Læstianis.* *Stultatum textum* accipiunt Critici pro *virgato*, *cancellatum* & *reticulatum maculorum ad instar distincto.* Voce desumpta à similitudine lauri, Josepho Scaligero ita videtur, alii *τὸ κλυδία* appellant: hinc & Diodorus Siculus Gallos scriptis *σῆρα* vestire, *κλυδίας ποικυλῆσι καὶ πυχυοῖς διασκευάμενα, παδάρτα*, *reticulatum distincta, virgata vive stultata.* Neque displicet à forma sic dictum hoc vestis genus; est enim *stultata* βρόχος recte quadratum & oblongum. Jul. Pollax lib. 5. Onomast. cap. 4. Martialis. lib. 11. epigr. 32. *firmat egregie correctionem alatum:*  
*hic implet gabatas, paropsidasque*  
*Et leves stultatas, cavasque lances*  
*Hoc lantum vocat.*

Ecce ut Juvenalis seculum aurum lanci conjunxit, ita & Epigrammatographus. Claudian. lib. 1. in Eutropium, de magistratibus provincialibus ab eo venundatis:

*propria solatia sorti*  
*Communes vult esse notas? & venditns ipse*  
*Vendere cuncta crevit, certantum saepe duorum*  
*Diversum suscipit onus, cum pondere iudex*  
*Vergit, & in geminas mutat provincia lances.*  
 Corripp. lib. 2. de laudib. Justinii Minoris Augusti num. ult.  
*Hinc chartas flammis subigunt, hinc pondere fusos*  
*Exaquant solidos, & lancea pollice pulsant.*

Locus hic ex professo esse possit agendi de numismatis, & re nummaria veterum, nisi inter antiquos Orifimus Lexoviensis Episcopus, & Caroli sexti Gallorum Regis præceptor, curioso id ipsum volumine, & inter recentiores Gulielm. Budaus libris de Assæ, Alexander Sardinus, Bilibaldus Pirckheymus, Henricus Bantingus, Henricus Mameranus de prisca moneta, Joachim. Camerarius de numism. Græc. & Lat. Stanislaus Giesephus, Math. Hoffus histor. rei nummarie veteris & alii, sed præcipuus Fr. Hottomanus præoccupassent. Tantarum paucula obiter perstringam. Ac primum de materia nummorum dicendum, quæ triplex ex Pomponio I. C. colligitur lib. 2. §. deinde ff. de orig. jur. *æ, argentum, aurum.* Cicerolib. 3. de legib. *Minores magistratus æs, argentum, aurum signant.* Trebelli. Pollio in Victoria Tyranna: *Cus sunt ejus nummi ærei, auri, & argentei.* Hoc tamen discrimine, quod initio omnes omnino pecuniae, ex ære: ex auro argenteo nulli nummi cusi, Isidorus & alii Grammatici, supra hoc ipso capite à me producti. Neque enim ante victoriam Pyrrhi argenti signatum in usu Romæ, neque aurum in pecunia cognita ante Carthaginensium & Corinthum superatas. Fr. Patricius lib. 3. de Republica tit. 9. P. Ovid. lib. 1. Factor.

*Æra dabant olim, melius nunc omen in auro est,*  
*Prisæque concessit vicia moneta nova.*  
 Adeo ut nec plumbeos, nec stanneos, nec ferreos nummos prisicos illos habuisse legamus; quamquam plumbei pro vilissimis, & quasi nullius pretii rebus nummi usurpentur apud Plautum in Trinummo sc. hinc ego.  
*Eine aurum crederem.*  
*Cui si capitis reus fiet nummum unquam plumbeum?*  
 Et in Castina sc. omnibus.  
*Cui homini hodie pecuni nummum non est, nisi plumbeum.*  
 Et in Mostellar. sc. illi bucedæ.  
*Tace sis faber qui cadere solos plumbeos*  
*Nummos.*  
 M. Martialis. lib. 1. epigr. 100.  
*Confitemus tibi plumbea se libra.*  
 Et lib. 10. epigram. 74.  
*Centum merebor plumbeos die toto.*  
 Vultibus Imperatorum signati nummi, non modo florent jam republica, sed etiam nascente, neque modo id in more Romanis positum, verum & Græcis. Aristoteles lib. 6. Politicor.

vicor, nummi appellat χαρκτηρια, Latini vertunt titulos, figuratas, hoc est, vultus Imperatorum, qui cudi hujusmodi monetam jubebant, nomen, inscriptionem, notam aliquam victoris alicujus, aut casus alterius indicem addebant, ut ex thesauro numismatum Goltzius conjiungere licet, ratio elegans apud Aurelium Cassiodorum lib. 6. epist. 7. *Ut imago principum subtellos videretur passere per commercium.* Apud eundem Theodorici Rex lib. 7. epist. 32. *Moneta debet integritas quarri, ubi & vultus noster imprimitur, & generalis utilitas quaritur.* Artemidor. Daldian. lib. 4. Oneirocrit. cap. 33. ὁ Στρατηγικός αὐτοῦ τὸν βασιλέα λακτίζειν, προλιθῶν, ὅτι χρυσὸν νόμισμα, ὃ ἔταχε πεπύσας, ἔδιν γὰρ δίδωσεν, ἢ τὸν βασιλέα ἢ τὴν ἰκονά αὐτοῦ λακτίζειν ἢ παύειν. Stratonius putabat se Regem calcitrare, & progressus invenit aureum nummum, quod calaverat, nihil enim differbat, sive Regem, sive ipsius imaginem calcitrare aut calcare. Georgius Cedrenus in Nicephoro Phoca. Jul. Paul. Receptar. fenteriar. l. 5. tit. 25. §. 1. *Legge Cornelia testamentaria tenetur, qui nummos aureos, argenteos adulteraverit, laverit, conflaverit, raserit, corripserit, vitaverit, vituque Principum signatam monetam, prater adulterinam, reprobaverit.* In cettus auctor. lib. de Reb. bellic. *Sed potentia regalis pro licentia speciem suam tantum in auro argenteo figuravit, quæ pro reverentia figuræ, nullis visibus proficiens, ad bonorem regium sacra permansit, æris autem materia, quæ copia vilior erat, ad dona militum, & populorum commercia signabatur.* Itaque Imperatorum Romanorum vultus in nummis, quibus qualibet gentes utebantur eorum ditioni subiectæ, quare ut insolens quiddam nec usitatum notatur à Procopio lib. 3. de bello Gothico, quod Franci, non ut alii populi, Romani Imperatoris imaginem, sed sua impressa nummos signent. Nota est questio illa Evangelica, de numismate Tiberii Augusti effigie impressa signato, Corippus Grammatic. de laudibus Iustini lib. 4. num. 2.

*Hinc vetus argentum formas speciei que novatum in variis, sculptum titulis, pressumque figuris, Excelsis portant humeris, magnisque laborant Pondribus, distoque graves funduntur in unum, Utque materies in magnos surgit æceros.*

Id frequenter in inauguratione novorum principum, ut ex loco isto Corrippi clarum est, & ex Ammiano Marcellino lib. hist. 26. *Aureos siliet nummos in vultum novi Principis, aliæque ad illecebras aptantes.* Præcipua hoc agendi ratio ut favorem militarem caperent, novo hoc largitionis genere, nam pecuniam sua effigie signatam in vulgus spargebant, vel singulis militibus dividebant. Curopalates lib. de off. aula. Constantinop. pag. 202. ἰσαται δὲ πλοσιὸν αὐτοῦ ὃ τὸ βασιλικὸν βεστηρίον ἀρχῶν, καὶ ἔχει ἐν τῷ ἱματίῳ αὐτοῦ νομισματὰ χρυσὰ κερυμῆνα πολλὰ, ἃν καὶ δρατήμιον ὃ βασιλεὺς σκαρτίζει εἰς τὸς περιεσῦτας ἀρχοντας τε καὶ ἀρχόντοβπλα. *Sicut autem prope illum princeps vestiarum imperatorii, in pallio suo habens numismata suis, multa, quæ manipulatim etiam sibi mens Imperator, dispergit in circumstantes tum principes, tum principum pueros.* De inaugurando jam principe Rufino Claudian. lib. 2. in illum:

*Prosiluit stratis, densisque capaciæ turbe Atria regisica jussit splendere paratis Excipituræ dapes, & quod post vultu daretur, Inscribi propriis auro fatali figuris.*

Duo ergo requiruntur, ut valeret numisma, proba materia, & vultus Imperatoris ei impressus. reprobâ numismata cybdela appellata. Cal. Rhodigin. lib. 10. Antiquar. lectio. cap. 2. & adulteratos hujusmodi, sive monetarios, vocant παραχαρματα. Baptista Egnat. Annotationib. falso monetarios exposuit vestitum rectoris, cui Suidas contradidit μονηταριοι οἱ περὶ τὸ νόμισμα πενήτα, monetarii circa numisma operantes. Et sic à Turnebo notatum lib. 18. Adversarij. cap. 17. Fl. Vopisc. in Aureliano. Valentinian. & Valens AA. l. 1. C. de veter. numism. potest. *Solidos veterum principum veneratione formatos, ita tradidit suscipi ab ementibus & distrahentibus jubemus, ut nihil omnino resagitationis oriatur, modo ut debiti ponderis sint, & species proba.* Quare adulterinam formasse & excidisse pecuniam, immunita majestatis censebatur, non tam ob suppositum nummum, quam quod dignitatem vultus Imperatorii sedasse judicari

posset. Constitutio extat Gratiani & Theodosii Augustorum in hæc verba l. 3. C. eod. *Universus auctoritas tua profusio edicto commoneat, obryzatum omnium solidorum uniformem pretium postulare, capitali scilicet supplicio puniendo, qui vel iussa nostra majestatis avaritia cæcitate contempserit, vel æternales vultus, dum fraudibus studet, duxerit violare.* reprobos appellat nummos Ulpianus l. C. l. 24. §. qui reprobos ff. de pignor. it. action. & illius pecunie usus interdicitur, à quo vultus Imperatoris abest, ut habetur apud Scavolam l. C. l. 102. ff. de solut. qua in lege, a prope pecunia illa est, quæ multum artis admixtum sibi habet, licet eruditissimo Andrea Alciato placuerit locum esse corruptum, itaque diffunditorum lib. 2. cap. 25. ἐφαῖ legit, hoc est, mercedem vel collationem pecunie tributum nomine indicam. Sed prior lectio potior, nam arata pecunia plerumque supposito signo adulterina erat. A. Perf. fat. 5.

*& veri speciem dignoscere calles.*

*Ne qua subarato mendosum timent auro.*

Falsa moneta vetita legibus Romanis, nam peculatus id crimen vocatur. Isidor. Hispalen. lib. 5. Etymologiar. cap. 26. *Peculatus iudicium in eos datur, qui fraudem arario faciunt, pecuniamque publicam intervertunt, non autem se iudicatur furtum publicæ rei, sicut privata.* Licet Verrio Flacco, & Paulo Diacono in schedis aliud videatur, ut & M. Varroni libro 4. de ling. Lat. Festus Pomp. lib. 14. *Peculatus furtum publicum dicitur captus est à pecore, quia ab eo initium ejus fraudis esse cepit, siquidem ante eas aut argentum signatum ob delicta pœna gravissima erat ducatum ovium & triginta homin. ea lege sanxerunt T. Menenius Lanatus, & Sestius Capitolinus Consules, quæ pecudes, postquam are signato nisi caput populus Romanus, Tarpeia lege cautum est, ut bos centissibus, ovis decussibus aestimaretur.* Quem locum Festi non esse, Antonius Augustinus vir summi iudicii exiitiam, utque inter Grammaticos de verbis conveniat, certe de re ipsa certum ex l. r. ff. ad leg. Jul. Peculatar. *Cavetur lege Julia peculatus ne quis in aurum, argentum, æs publicum quid inadet, neve immisceat.* Expressius multo l. 9. ff. ad legem Cornel. de falsi. *Legge Cornelia cavetur, ut qui in aurum vitii quid addiderit, qui argenteos nummos adulterinos conflaverit, falsi crimine teneri: eadem pœna afficitur etiam is, qui cum prohibere tale quid posset, non prohibuit, eadem lege exprimitur, ne quis nummos stanneos, plumbos, emere, vendere, dolo malo veller.* Cicero lib. 3. de offic. *Si sapiens adulterinos nummos acceperit, imprudens pro bonis.* Et quantum adulterina moneta dici possit & debeat, habetur l. 6. ff. ad leg. Jul. peculatar. *Qui cum in moneta publica operarentur, extrinsecus sive signatam pecuniam forma publica, vel signatam fuerant, hi non videntur adulterinam monetam excoruisse, sed furtum publica monetæ fecisse, quod ad peculatus crimen accedit.* Denique vide titulum 24. lib. Codicis 9. de falsi. moneta. Et Harmenopolium l. 6. prompt. tit. 13. Paulum l. C. supra proximo à me loco hoc capite laudatum. ex illo, pœnam patet constitutam monetæ adulteratoribus manus amputationem, ex isto, quam multiplex fit illud crimen, & quam variæ ejus species, ostenditur. Quod & Constantini Imperatoris edicto, sive constitutione præcautum, ut extat in C. Theodosiano lib. 9. tit. 23. licet etiam Perennium morte ob id multatum. Herodian. lib. 6.

Nec Romanis tantum id legibus interdictum, sed & Græca consuetudine. Diocles, & Eubulides antiqui scriptores idiplum loquuntur. citati à Diogene Laërtio lib. 5. Διογῆνης, Ἰνδοῖς τραπέζιτε, Σινωπέως, ἐπὶ δημοσίαν αὐτοῦ τὴν ταρπέαν ἔχοντες τὸ παρὸς, καὶ παραχαρμάτων τὸ νόμισμα. ζυγίειν. Diogenes Iesii mensarii filius, Sinopenus fuit, fugisse illum, quem pater ejus publice mensam haberet, a pecunia adulteraret, loquitur. Ipse autem Cynicus in Podalo, παραχαρμάς dixit τὸ νόμισμα. Verit vir doctus, falso signare monetam. Refertur à Demothene insigne statuum Solonis, non minus severe à iudicibus summis esse plectendum, qui leges corripisset, & adulterinas induxisset, quam qui numismata adulterasset. in orat. contra Timocharem. Idem in orat. in Leptinem in fine. Perficus quoque moribus veterum. Nam Aryandes Ægypti prætor, Darium, qui ex purissimo auro monetam emiserat imitatus, & ipse ex purissimo argento fecit, ejus rei in simulatus, & morte affectus est. Herodotus lib. 4. quoniam imo apud Ægyptios hæc erat constituta so.

solennis poena, ut si qui vel cuderent, vel circumciderent monetam adulterinam, vel signa, vel pondera immutarent, aut falsis literis inscriberent, dextra abscissionem multarentur. Diodor. Sicul. lib. 1. cap. 6. Apud Suecos, falsarii hujusmodi appensis & circumjectis unguibus adulterinis in cunctis agebantur. Olaus lib. 6. cap. 13. naturalis ratio id vult: nam per pecuniam vitæ commercia habemus. Plato lib. 5. de legib. Aristot. lib. 1. Politic. cap. 6. ob id Carolus Magnus, quo diligentius moneta cuderetur, in palatio officinam esse voluit. Joan. Bodin lib. 6. cap. 13. neque aliud sonant barbarorum populorum placita. Synodus Bavarica pag. 147. De prudentia & constantia missorum nostrorum, de falsis monetariis requirendum est. Carolus Magnus Capitulari Appendice 2. ad l. 4. c. 12. Jam observavit Marcellinus Donatus Pontan. Dilucidationum suarum p. 1045. lex est Longobardorum a Lotario Rege lata, lib. de legibus prim. Longobardicis l. 2. Si quis aurum sine jussione Regis figuraverit, aut monetam confinxerit, manus ei incidantur. leg. Wisigothorum tit. 5. Si servus circumcidisset, vel adulterasset solidos, ei dextera manus amputabatur. si iugum cum, dices, mediam bonorum partem scio deberet, si sine bonis, in servitatem Regi daretur ei, cui elegerit Rex. Atque hoc frequentissimum etiam vel temporibus D. Hieronymi, qui scribit in vita D. Antonii Eremitæ; Falsæ moneta auctores, ne ipsi strepitum deprehenderentur, ad emusum in eremis antra sibi parasse. & furivæ falsaque moneta officinas. Sed redeo ad ararium.

Ex illo nobilitum civium filia, qui optime de republica meruissent, dotem suam recipiebant. Ammian. Marcellin. lib. histor. 14. Dotatur ex arario filia Scipionis, cum nobilitas forem adita virginis, dicitur nam absentiam pauperis erubesceret patris. Id contingebat, si parentes nihil illis reliquissent, unde dos daretur. L. Apul. Apolog. l. 1. Quod si modo iudicis ista de causâ sederent, C. Fabricius, Cn. Scipio, Manius Curius, quorum filia ob paupertatem de publico dotibus donata ad maritos ierunt, portantes gloriam domesticum, pecuniam publicam. L. Seneca l. 1. quæst. Natural. ult. An tu existimas ex auro nitidum habuisse Scipionis filias spectulum, cum illis dos fuisset et grave à paupertas felix, quæ tanto tanto locum fecit: non fuisset illis senatus dotem, si habuissent, at quisquis ille fuit: cui socii loco senatus fuit, intellexit se accepisse dotem, quam fas non esset reddere. Duplex hic memoria Senecæ lapsus, primum in nomine, nam non fuit is Scipio Africanus, ut ipsi videtur, loco jam proxime citando, cum ille duas filias elocasset suas, unam P. Scipioni Naficæ, Alteram Tituba Græchio, ut narrat T. Liv. 3. Decad. lib. 8. neque dux fuerunt pauperis illius Scipionis filia, ex arario dotanda, sed unica tantum, ut jam jam probabitur, cum tamen ipse idem Seneca constantissime, & duas fuisse filias, & Scipionis quidem Africani illas, contendat in Consolat. ad Helviam matrem cap. 12. Scipionis filia ex arario dotem acceperunt, quia nihil illis reliquerat pater. Equum erat mehercule populum Romanum tributum Scipioni semel conferre, cum à Carthagine semper exigeret: à puellarum felices viros, quibus populum Romanum loco socii fuit: beatior esse istos putas, quorum pantomima decies sestertio nubunt, quam Scipionum, cujus liberi à senatu tutore suo in dotem et grave acceperunt. Cujus erit summum & clarissimum auctorem adinvenire, memoria eum lapsum esse, si duos ei historicos opponam. quorum unus antiquior, alter posterior, nempe Valerius Maximus, & Joannes Zonaras, quorum iste l. 4. c. 4. tit. 10. hic vero Annal. Tom. 2. pag. 83. non Africanum hunc minorum fuisse, sed Cn. Scipionem, quod & antea citatus confirmavit Apulejus: sed utriusque verba apponam. Ita Valerius: Cum seundo Punico bello Cn. Scipio senatus scripsisset ex Hispania, petens, ut sibi successor mitteretur, quia filiam virginem adultæ jam ætatis haberet, neque ei sine se dos expe dirî posset, senatus, ne respública bono dote caveret, patris sibi partes desumpsit, consilioque uxoris ac propinquorum Scipionis constituta dote, summam ejus ex arario erogavit, ac puellam nuptui dedit: dotis modus quadragesima millia aris fuit; in quo non solum humanitas patrum conscriptorum sed etiam habitus veterum patrimoniorum cognosci potest. Zonaras hunc in modum. ὁμοῦ ἢ ἡγεσσία παρατίθειν τῆ Γραίας, ἢ ἀρεθῶν οὐκ ἀπὸ τῆ δουρατῆ ἐρασίην ἀρτία ὄση ἀνδρῶν, ἠψῆσσαντο ἐν τῷ δημοσίου προίκα δούνας αὐτοῦ. Itaque Cneio veniam domum evadit petenti, ac filia nobilem do-

tem colligeret, senatus dotem ex publico decrevit. Hæc pars non major modo, sed & inelior. Ad alta pergo.

Reperio etiam ararii privati mentionem, apud Cornelium Nepotem in vita T. Pomponii Attici. Excoꝑitatum est à quibusdam, ut privatam ararium Caesaris intersectoribus ab equitibus Romanis constitueretur. Id facile effici posse arbitrati sunt, si & principes illius ordinis pecuniam contulissent. Itaque appellatus est à C. Flavio Bruti familiari Atticus, ut ejus rei princeps esse vellet. At ille qui officia præstanda amicis sine factione existimaret, semperque se à taliens consiliis removisset, respondit, si quid Brutus de suis facultatibus uti voluisset, usuram quantum ea paterentur: se neque cum quoquam ea de re collocaturum, neque coisurum. Neque vero exitum ulli dei reperiri alibi, quod hic à Nepote traditur, nisi quod simile quippiam à L. Floro refertur lib. 2. cap. 6. de senatu, qui deficiente pecunia publica, opes suas velut ex arario ad reipubl. subsidium contulit.

In ararium publicum pecunia ex repetundis inferebantur, C. Plin. lib. 2. epist. 11. Cornutus Tertullus Consul defignatus, vir egregius, & pro veritate firmissimus, censuit septingenta millia, quæ acceptæ Marius, arario inferenda, Mario Urbe Italique interdiciendam.

Præterea & pecunia viduarum & pupillarum, quo tutius afferrentur, in ararium deferri solebant. T. Livius 3. Decad. lib. 3. & L. Valerius tribunus plebis, in legis Oppia dissolutione apud eundem Livium 5. Decadis lib. 3. & video observatum à Godofalco Stewechio ad Vegetium lib. 3. cap. 3.

Omnes opes publicæ in unum locum congregatæ, & depositæ, arario nomen dederunt, ac thesaurum privatiorum pecunias vocarunt, ita depositas, ut neque memoria extet, neque dominum habeant, ut est in l. 1. ff. de acquir. rer. domini. sive, ut definit M. Aurel. Cassiodor. lib. 6. epist. 8. Thesaurus est depositiva pecunia, quæ longæ temporis vetustate competentes dominos amisit. Sed notissima sunt omnia, & qui plura cupis, consule Petrum Gregorium Tolofatem Syntagm. Jur. univ. lib. 3. cap. 11. ubi obiter notari velim, veteres & thesaurum usurpasse, pro thesauro, ut & formosus in usu, pro formosus. Vet. Scholiast. Juvenal. ad v. 199. sat. 13. Glanum dicit genere Sparthanum, qui creditum fidei sue thesaurum à Milefo quodam, & repetentibus hanc pecuniam hereditibus, filiis ejusdem hilefisi, reddere dubitavit.

Notatum est à viris doctis, Petro Pithæo, & Fr. Lindenbrogio, ex Pandectis Florentinis multis in locis. Æl. Donat. in Terent. Thesaurum Latini veteres secundum Græcos proferebant. Atque ita in P. Terentio legendum ex fide MS. Codicis in prologo Euanclii:

Idem Menandri phasma nunc nuper dedit  
Atque in thesauro scripsit, causam dicere  
Præus, unde petitur aurum, quare sit suum,  
Quam ille qui petit, unde is sit thesaurus sibi.

Deponebatur pecunia varie, aliquando in tumulis majorum, qui sacrorum in numero habebantur, neque sine piaculo violabantur. Feil. l. 17. in voce sacrum, & in voce religiosus l. 16. unde Andromache illa apud L. Senecam tragædium in Troadib. act. 3. fecit. 1.

Est tumulus ingens conjugis cari sacer,  
Verendus hosti, mole quem innensa parens  
Opibusque magnis struxit in lucus suos  
Rex non avarus.

Et eadem scena, paucis interjectis:  
\_\_\_\_\_ fuerat hoc proventus nefas  
Donais inausum, templa violafis, deos  
Etiam faventes, busta transferat furor.

In his igitur tumulis repositi thesauri. Donatus in locum proxime laudatum: Adolefens, qui reus familiarum patris ad ueniam prodegerat, servum mittit ad patris monumentum, quod senex sibi vivens magnis opibus apparaverat, ut id aperiret, illatrus epulas, quas pater post annum de inimico sibi caverat inferri, sed eum agrum, in quo monumentum erat, senex quidam avarus, ibi adolefente emerat. Servus ad aperiendum monumentum auxilio usus senis, thesaurum cum epistola ibidem reperit. Senex thesaurum, tanquam à se per tumultum hostilem illi defessum, retinet, & sibi vindicat.

adolefcens iudicem cepit. Id in more positum fuiffe difcimus ex nobili illa Cyri Perfarum Regis hiftoria, quam Arrianus lib. 6. defcripfit, & Q. Curt. lib. 10. Forfe fepulchrum Cyri Alexander juffit aperiri, in quo erat conditum ejus corpus, cui dare volebat inferias, auro argenteoque repletum effe crediderat, quippe ita fama Perfæ vulgaverant. Inhæc extat edictum Theodoric Gothorum Regis, quod cofuile apud Caffiodorum lib. 4. epift. 34. Moderata juffione decernimus, ut ad eum locum, in quo latere plurima talenta fuggervuntur, fub publica teftificatione concordent, & fi aurum, ut dicitur, vel argentum fuerit in indagazione detectum, compendio publico fideliter vindicabit, ita tamen, ut abftinentis manus à cineribus mortuorum, quia nolumus hura quarî, quæ per fœnefta poffunt fœdera reperiri: adftricta tegant cineres, columna vel marmora orneat fepulchra, talenta non teneant, qui vivendi commercia reliquerunt, aurum enim fepulchris juffit detrahitur, ubi dominus non habetur, imo culpa genus eft, inutiliter abdita relinquere mortuorum, unde fe eita potefi fuffentare viventium, non eft enim cupiditas eripere, qua nullus fe dominus ingenuificat auiffiffe. Et in facris literis Hyrcanus & Herodes è monumento Davidis, talenta tria millia, ornatum ex auro, & thefaurum multum. Jofephus Antiq. Judaic. lib. 16. cap. 11. hic autem thefaurus in fepulchris inventus, cujus effer dominus? controverfum video: tu lector confule Philoftratum Lembiom de vita Apollonii Thyauæ lib. 2. & eundem in vita Attici ad Nervam Imperatorem, cujus operis fragmenta apud Photium Patriarcham in Bibliotheca extant, Zonaram in vita Nevæ Annal. Tom. 2. Calliftratum IC. l. 36. §. 10. ff. de jure ffici, Tryphonianum IC. l. 63. §. 1. ff. de acquir. & amitt. poff. denique l. 2. C. Theod. de Thefaur. M. Manil. lib. 5. Altronomic.

sub terris ferriari caca metalla,

Depofitas & opes.

Aut in templis recondita pecuniæ, ut initio hujus tractatus dicebam. Et de populo fancto notius eft, quam quod notiffimum, decretum enim à Jofue, cap. 6. Ut qui, quid auri effer, aut argenti, domino confecraretur, dum Hærico obfi-

deretur. Et thefaurus memoratur domus domini in facis literis lib. 4. Reg. cap. 12. & thefauri divini leguntur prefecti lib. 1. Paralipom. cap. 9. in eo thefauro, non modo vestes facræ, aut pecunia, fed & fpolia hoftibus crepta, ut pater de lancis & fagittis aureis, quas à Rege Saphone captas David gezo-phylacio confecravit. Narrat Jofephus libr. 8. Antiq. Judaic. cap. 10. Id vel maxime Romani moris. Ulpian. apud Jacobum Ravardum varior. lib. 1. cap. 15. Rem pecuniæque fignatam in ade deponere. Paulus IC. Sed confiat ut ante litem conteftatam præfes jubeat in ade facra pecuniam deponi. M. Cicero lib. 5. epiftolar. familiar. Nam de Lucejo eft ita actum ut auctore Cnejo Pompejo ifta pecunia in fano poneretur. Et ibidem loci paucis interpolitis: Illud me non advertiffe moleffe ferrem, ut adfcriberem te in fano pecuniæ, meo juffu depofuiffi. Idem lib. 15. ad Attic. Quum ex reliquis, quæ Nonis April. fecit, abundarem, coger mutuari, quodque ex iftis fructuofis rebus receptum eft, id ego ad illud fannum feponitum putavi. M. Vatto lib. 4. de Ling. Latina. Ea pecunia, que in iudicium venit in litibus à facro sacramentum, qui petebat, & qui inficiabatur de aliis rebus, uterque quingentos affes apud pontificem deponebant. Eadem itaque res in ade fura in fano, apud pontificem deponere. Vide quæ hoc opere expoſui de donariis templorum votivis. Cæfar lib. 1. bell. Civil. Pecunia muni, ipſi imperantur, à fanis tolluntur, omnia divina humanaque jura permifcentur. Herodot. Dio. Chryfoft. Emil. Probus in Ariftide, Herodian. citati in hoc à Dionyfio Lambino legantur, nam neque motis mihi, neque otii quiequam, ut tranſcribam. Plaut. Bacchidib. fe. ibo in Piræum.

Nos ibi apud Theotinum omne aurum depofuimus,

Qui illic facerdos eft in Diana Ephesia.

Et ibidem loci paucis interpolitis:

Quin ipſa in ade Diane conditum eft, ibi

Demum publicitus fervant.

Jam vero ad quos inventus thefaurus fpectat, ad dominum foli, inventorem ipſum, an verius ad fannum Imperatorium? controverfum à IC. qui videantur.

## CAPUT XXXII.

### De curatoribus operum publicorum, curatoribus alvei Tiberis, & cloacarum, & curatoribus viarum fingularum, extra Urbem.

Horum ficut & fequentium, nulla mentio eft, niſi in lapidibus & apud Suetonium, qui in Auguſto cap. 37. fic fcribit: Quoque plures partem adminiftrandæ reipublicæ caperent, nova officia excogitavit, curam operum publicorum, viarum & aquarum alvei Tiberis, frumenti populo dividendi, præfecturam Urbis, triumviratum legendi fenatus, & alterum recognofcendi turmas equitum, quoticunque opus effer. Hæc Suetonius.

#### Curatores alvei Tiberis, & cloacarum.

Officium horum fuit curare, ne quid detrimenti cloacæ caperent, & ut purgarentur, & aquam transmittere poſſent. Cloacam, ut id obiter adjiciam, primus cœpit fodere Tarquinius Prifcus, qui montibus ſubfoſis ac Urbe penſili fornibus ſuſpenſa receptaculum omnium Urbis fordium cloacam fecit, inque tres ductus diviſit, maxima ea cloaca dicta eft, foſsæ deinde ſunt aliæ, ut plures eſſent. Sed poſt Urbem à Gallis captam & incenſam, dum ſibi quiſque domicilium reædificare, qua parte primum potuit, feſtinat: vicorum nulla, ut ante, fuit ratio obſervata, neque civitas, ut prius, in certas regiones diviſa, neque cloacæ, quæ olim per publicum ducebantur, animadverſæ, ubi eſſent, poſtea privata ſubintrarunt tecta: unde factum, ut quæque domus hodie ſuam fere habeat cloacam. Earum cura primum penes cenſores fuit, ut alibi eſt dictum, poſtea publici earum curatores ab Auguſto ſunt inſtituti. Plura de cloacis habent Dionyſius lib. 3. Plin. lib. 36. cap. 15. Bartholomæus Marlianus lib. 3. cap. 18. Liv. lib. 1. & alii.

*Curatores viarum singularum extra Urbem.*

Quatuor viros viarum curandarum creatos fuisse paulo ante est dictum. Crescente vero viarum numero, quum hi non sufficerent, singulis vel duabus, aut tribus, pluribusve viis restituendis, faciendisque, prout temporis necessitas exigebat, singuli cives prepositi fuerunt, qui *curatores* earum viarum appellabantur. Quorum *magistratus* cum prius incertus esset, nec nisi ad tempus crearetur, tandem cum ordinarium fecit *Cæsar Augustus*, ut docet *Suetonius* in Augusto cap. 37. Meminit eorum *Cicero* ad Atticum, & *Plinius junior*, & *Plutarchus* in Gracchis, & *Tacitus*. De viis multa habent *Georgius Fabricius*, & *Onuphrius Parvinius*.

AD CAP. XXXII. PARALIPOMENA.

*De retandis fluminibus, prima navigandi ratio, naves vitiles, myoparones, lembi, lenunculi, caudicaria.*

**F**luminum alvei egestis ruderibus, quæ vadosa possent facere, purgari solebant, ne tandem aliquando collectis interque se collatis saxis innavigabilia essent. Quod, quia à multis observatum video, ad eos te, Lector, remitto, aliquot tamen inscriptionum veterum fragmenta apponam. Primum est:

C. CALPETANUS. RANTIUS. QUIRINALIS. VAL. CESTIUS. CURATOR. RIPARUM. ET. ALVEI. TIBERIS. TERMINAVIT.

Secundum in hæc verba:

TI. LIVIUS. FEROX. CURATOR. ALVEI. ET. RIPARUM. TIBERIS. ET. CLOACARUM. URBIS. TERMINAVIT. RIPAM. R. P. PROXIMO. CIPPO. P. CCCLXXXI. S.

Tertium sic se habet:

C. VIBIUS. C. F. RUFUS. SEX. SOTIDIUS. SEX. F. STRABO. LIBUSCID. C. CALPETANUS. C. F. STATIUS. RUFUS. M. CLAUDIUS. M. F. MARCELLUS. L. VISELLIUS. C. F. VARRO. CURATOR. RIPARUM. ET. ALVEI. TIBERIS. EX. S. C. TERMINAVIT.

Atque hæc quidem ex Onuphrio in civitate Romana pag. 326. licet secundum aliter in Lipsii, & Jani Gruteri inscriptionibus legatur. Adde & hæc ex vetustis lapidibus desumpta, primum Romæ extat:

EX. AUTHORITATE. IMPERATORIS. CÆSARIS. DIVI. NERVÆ. FILII. NERVÆ. TRAIANI. AUG. GERMANICI. PONTIFICIS. MAXI. TRIBUNIC. POTEST. V. COS. L. MESIUS. RUSTICUS. CURATOR. ALVEI. ET. RIPARUM. TIBERIS. ET. CLOACARUM. URBIS. TERMINAVIT. RIPAM. R. R. PROXIMO. CIPPO. P. CLXXXI. S.

Alterum est ibidem loci ad ædes Rusticorum:

EX. AUTHORITATE. IMP. CÆSARIS. DIVI. TRAIANI. PARTHICI. NERVÆ. NEPOTIS. TRAIANI. HADRIANI. AUG. PONTIFICIS. MAXI. TRIB. POTEST. V. COS. L. MESIUS. RUSTICUS. CURATOR. ALVEI. ET. RIPARUM. TIBERIS. ET. CLOACARUM. URBIS. R. R. RESTITUIT. SECUNDUM. PRÆCEDENTEM. TERMINATIONEM. PROXIME. CIPP. PED. C. XV. S.

Denique tertium suppeditat Paul. Manutius in Orthographia pag. 108. quod descripsi:

..... M. F. CLAUDIO. PRISCO. .... ICINIO. ITALICO. LEG. AUG. PR. PR. PROV. CAPADOCIÆ. LEG. PR. PR. PROV. BRITANNIÆ. LEG. AUG. PR. PR. PROV. MÆSIÆ. SUPER. CURATO. ALVEI. TIBERIS. ET. CLOACARUM. URBIS. C. &c.

Et quoniam mentio navigationis incidit, non erit alienum de prima navigandi origine, navigationumque inventionis disserere. Præter ea, quæ satis frigide congesta in libris suis de re-

*rum inventoribus* Polydorus Virgilius, (ut omittam Prometheum in Æschyli celebri illa tragoedia gloriari naves à se inventas, cujus verus vide apud M. Antonium Muretum lib. 1. cap. 11. & de navi longe consensus est auctorum, Jasonem ejus esse inventorem. Scholiast. Aristophan. equitibus. Scholiast. Demosthenis. Ulpianus in Orat. in Lepinem. & Scholiast. Thucydid. Etymologici auctor. in voce *ἰστῆρς* Helychius in voce *ἀρπύξ*. Denique & Eustathius in lib. 1. Iliad.) dicendum hic, non Jao, non Herculi, ut est in fabulosis poetarum narrationibus, non Aeginetis, Phœnicibus, aut Tyriis, ac ne Jasoni qui tem, ut video historicis quibusdam placuisse, deberi navium excogitatum usum, sed Bitannis, easque naves constat omnino fuisse, & e vitibus contextas. C. Plin. lib. 4. cap. 16. *Ad eam Britannos vitilibus navigiis corio circumfusus navigare*. Et lib. 7. cap. 56. *Nave primus in Græciam ex Ægypto Danans adventit, ante ratibus navigabat inventus in mari rubro inter insulas ab Erythra Rego: sepe rimuntur qui Mysos & Troianos priores excogitasse in Hellesponto putent, cum transiret adversus Thracas, etiam nunc in Britannico Oceano vitiles corio circumfusa sunt, in Nilo ex papyro, & scirpo, & arundine*. In MS. Foxicnsi habetur, in Britannico Oceano vitiles, ut & in priori loco, vitilibus navigiis corio circumfuso navigare, quod ferri posset, maxime cum in Britannia nostra ne nomen quidem vitis auditum, multo minus arboris illius ad navigia faciendâ usus receptus, sed recepta lectio placuit Hadriano Turnebo lib. 28. Adversar. cap. 45. puto ergo non è vite, sed è vimine facta navigia. Lisdorus in glossis. *Carabus, parva scapha, ex vimine & corio*. Idem lib. 19. cap. 1. *Myoparo, quasi minimus pavo, idem quod carabus: est enim scapha parva, ex vimine facta, qua prætexta crudo corio, genus navigii præbet, quas habent Germanorum priata in Oceani littoribus*. Et de Bitannis, quibus Plinius vitiles naves tribuit, loquens Solinus, vimineas assignat Polyhist. cap. 25. *Navigant in vimineis alveis, quos circumdant ambitione tergorum bubulorum*. Alveos autem pro navibus sumi docuit Philip. Beroald. in suis in Servium Annotationibus. §. 12. de futilibus hujusmodi naviculis iotelligendi poeta.

Fest. Avien. in Ora maritima:

*Non carinas hi quippe pinu texere  
Fecere morem, non abiecti ut usus est,  
Curant faselo, sed rei ad miraculum,  
Navigia junctis semper aptant pellibus,  
Corioque vastum saepe percurrunt salum*

Virgil. lib. 6. Æneid. de Charonte Æneam traducente:

*gemuit sub pondere cymba  
Sutillis, & multam accepit rimosa paludem.*

Sidon. Apollinar. carm. 7. v. 374.

*Quin & Aremoriens piratam Saxona traclus  
Sperabat, cui pelle salum sulcare Britannum  
Ludus, & assuæ Glacum mare fudere lembo.*

Pulchre M. Lucan. lib. 4. Pharsalix v. 131. morem illum perstrinxit:

*Usque habuit ridas Sicoris, camposque reliquit,  
Primum cana salix madescente vimine parvam  
Texitur in puppim, casoque induta juvenco  
Vestoris patiens, tumidum supereminet amnem:  
Sic Venetus stagnante Pado, fusoque Britannus  
Navigat Oceano, sic cum tenet omnia Nilus  
Constritur bibula Memphis cymba papyro.*

Aliam speciem navium expressit Julius Solin. Polyhistor. c. 60. *Bubulis viribus combustas rates superponunt, velati que*



hoc ratis genere, venenatis sagittis praterentes petunt. Contextus viminibus istiusmodi naves auctores supra laudati myoparones, & lembos appellarunt. Achill. Tacies de Amorib. Clitophonis & Leucippes lib. 3. pag. 82. ubi *σκαφὸν λευκικὸν*, doctus vir venit, myoparonum latrocinantium. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 3. Myoparonum pyratia rarisra. Paulus Oros. lib. 6. cap. 2. Mithridates cum quassata jam nave mergeretur, in myoparonem Seleuci ipse adjuvante pirata transfuit. Virus Hierodotus in vita D. Hilarionis. Nonius cap. 13. num. 6. Myoparo est navicula piratarum. Aliquanto diligentius Fest. Pomp. lib. 1. 1. Myoparo genus navigii ex duobus dissimilibus formatum; unum & ralion, & paron per se sunt. Idem infra lib. 15. Parones, navium genus, ad cuius similitudinem myoparo vocatur. Priorem locum Gothofredus tentavit, nam & myson, & paron: Scaliger multo melius, nam & myon & paron. Mucæve quippe ab angustia dicuntur hæ naves, & ab insula Paro, parones. Siliæna historiar. lib. 4. navesque triginta, totidem myoparone. L. Sen. lib. 1. Controv. 2. faciisti in pyratata myoparone. M. Tull. lib. 3. de Republic. Naniquam quæretur ex eo, quo scelere impulsus mare haberet infestum uno myoparone, eadem inquit, quo tu orbem terræ. C. Salust. hist. lib. 3. Et forte in navigando coherens una grandi phaseli vela, à ceteris detravitt, marique placido à duobus prædonum myoparonibus circumventa. Sidon. Apollinar. lib. 8. epist. 6. Littoribus Oceani irrare pandos myoparones, quorum quot revigēs videris, totidem putes te cernere archipyratas.

Lembus etiam in navigiis iis prædonum, forte idem cum myoparone. Sidonius Apollinaris paulo antea citatus carm. 7. Q. Cuit. lib. 4. Pharnabæxus cum Apollonia & Athenagora viri-  
tati traduntur. Duodecim triremes cum suo milite ac remige; præter eas triginta naves, & pyratice lembi. Heliodor. lib. 1. histor. lib. 3. Et forte in navigando coherens una grandi phaseli vela, à ceteris detravitt, marique placido à duobus prædonum myoparonibus circumventa. Sidon. Apollinar. lib. 8. epist. 6. Littoribus Oceani irrare pandos myoparones, quorum quot revigēs videris, totidem putes te cernere archipyratas.

Lasticis subito configunt æquore lembi,  
Stagnaque remigibus spumant inversa canoris.

Turpilinus in Lemnibus:

Lembus redeuntes domum

Duo ad nos certam accelerarunt ratem.

Accius in Deiphobo:

Et statuerem, forte aliquanto quam selitus

Lembo sum progressus.

Plaut Mercatore sc. ex summo.

Lembo advehitur tunc pater paucillulo.

Eandem navem, à celeritate cursus, qui in prædatione necessarii, puta dromonem vocatam: Nam Fulgentius *δρομῶν* lembum vertit. Quæ vox eo in significatu est observata ab antiquis scriptoribus, qui Cassiodorus præcesserunt, quamquam inter Græcos meminere plerique. Ethicus Hister histor. lib. 5. Procopius lib. 3. de bello Gothico. Isidorus Hispalensis lib. 19. cap. 1. Græcam originem *δρομῶν* à cursu demisit Jul. Pollux lib. 1. Onomastic. cap. 9. *δρομαδὸς ὀκταδὸς*, naves cursorie, vertente eruditio Rudolpho Gualtero, observavit Guilielm. Fornerius. fallitur Joan. Picardus, qui nullam ejus mentionem apud ullum extare scriptorem asseruit, nisi Cassiodorum. is itaque lib. 5. variat. epist. 16. Cum nostrum igitur animum frequens cura pulsaret, naves Italiam non habere, ubi tanta lignorum copia suffragatur, ut aliis quoque provinciis expetita transmittat, Deo nobis inspirante decrevimus, mille iterum dromones fabricandos assumere, qui & frumenta publice pos-

siat convehere, & adversis navibus, si necesse fuerit, obviare. Eiusdem libri epistola sequenti; Dnam igitur magnitudinē vestra ex Italia litoribus officia justissimum preparare nantarum, ut dromones, quos industria fabricare valisset, manus remigum profusa susciperet. Paucis deinde interpositis, pulcherrime explicata carum navium officium: Nunc præditiis rebus armamentata procura, vela præcipue, alas navium jactantia, lignum volatile, (melius meo iudicio, quam lignum volatile) quidam spiritus currentium carinarum, prænantia mercium, anxilia quæta nantarum, quorum beneficio consuevit otiosi, quod à celerissimis aribus vix probatur impleri. Usi sunt posterioris ævi auctores, Actuarii Aquincitavi scriptor, qui Sigiberti Gemblacensis Chronicum continuavit: ad annum 1191. Invenit navem paganorum permaximam, quam dromonem dicunt. Guilielm. Neubrigenf. histor. Angl. lib. 2. cap. 16. Advehebatur pontifex ex triremi ingressurus dromonem, sed conspectis circa dromonem piratis, mox remis retortis in Mogalonensem se portum recepit: at si qui erant in dromone, tam viriliter resistere piratis, ut confusos nec illesos abigerent. Hinc qui dromonibus præpositi erant, dromonarii in eisdem Cassiodori lib. 2. epist. 31. cujus epigraphæ sic habet: Dromonarii Theodorici. Et sub finem epistola elegantis circumloquutione id ipsum describit: Quando cursus vester non atteritur, qui per vias liquidas expeditur, non enim vobis nimio labore claudicare contingit, qui navibus ambulatis, vehiculum vestrum non sentit injuriam, nec de se scilicet patitur, quod unda potius corrente portatur: Hac ille.

Reperio & aliud navigii genus, quod lenunculum vocant, sive, ut verius dicam, lenunculum, à Lenno insula, uti etiam præmonui parones cymbas, à Paro appellatas. Ammian. Marcellin. lib. 14. Nam solo orto magnitudinē angustii gurgitis & profundū à transtu arcebantur, & dum piscatoris quarunt lenunculos, vel juvare temere contextis ratibus parant. Idem lib. 16. Lenunculo se commisisse piscantis. Glossarium vetus, lenunculus *τιδου*, *σκαφίδου*. Salust. Primo indicit forte super noctem, in lenunculo piscantis. C. Tac. lib. 14. Annal. Navis deinde occursu lenunculorum Lærinum in lacum vectam velle sua inferunt. C. Cæsar Commentariorum lib. 2. de bello civili cap. 43. Itaque perterritis omnibus, sibi quisque consulebat. qui in classe erant, proficisci properabant. horum fuga navium overariorum magistros incitabat. pauci lenunculi ad officium imperiumque conveniebant. Præterea ea quæ apud Nonium Marcellum Grammaticum & alios: huic navigio qui præerant, lenuncularii vocati, Lapis Romanus:

PATRONO. CORPORIS. LENUNCULARIORUM. AUXILIARIORUM. OSTIENSIVM.

Et inscriptio ista in alio lapide:

ORDO. CORPORATORUM. LENUNCULARIORUM. TABULARIORUM. AUXILIARES. OSTIENSES.

Naves ipsædem istæ in mari, at in Tiberi caudicarie solebant appellari. L. Sen. lib. de brev. vit. cap. 13. Hoc quoque quærentibus remittamus, quis Romanis primus persuasit navem conscendere? Claudius hic fuit, Candex ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularum contextus, candex apud antiquos vocabatur, unde publica tabula codices dicuntur, & naves, nunc quoque quæ per Tiberim ex antiqua consuetudine commætas subvehunt, caudicarie vocantur. Quæ de Claudio ait ille, petita sunt ab auctore anonymo virorum illustrium. Appian. Claudius Candex Cæci frater fuit, primo ad explorandos hostes piscatoria nave fretum trajecit. Et ex C. Suetonio in Tiber. cap. 2. & de navibus, dicam infra, hoc opere cap. 38. D. Aufon.

Mosella:

Navita caudicis fluitans super æquora lembo.

## De præfecto prætorio.

Veteres, inquit *Asconius Padianus*, omnem magistratum, cui pareret exercitus, prætorem appellarunt: unde & prætorium tabernaculum ejus dicitur, & in castris porta prætoriana, & hodie quoque præfectus prætorio. Præfectus igitur prætorio dicitur, qui militibus iis præerat, quos Imperatores in sui custodiam allegerant. Fluxit autem hoc institutum primum ab *Octavio Augusto*, ut ex *Suetonio* & *Dione* cognoscitur, deinde à *Tiberio Cesare* stabilitum est. Et primum quidem ex equitibus tantum Romanis præfectus prætorio legebatur: postea vero, cum ex præfectis quoque Imperatores creari cepti sunt, quorum primus fuit *Macrinus*, tum non Senatoribus modo, sed Consularibus etiam ea dignitas patuit. Duravitque hic magistratus ad imperium usque *Constantini*, quo tempore cum prætoriani pro *Maxentio* contra *Constantinum* stetissent, post victum & occisum tyrannum, castrum prætorio diruto, cohortes prætoriana exauctoratae sunt, atque ita præfectorum prætorio dignitas est sublata: in quorum locum, quum ipse Imperator novam quandam orbis Romani divisionem commentus esset, ut eum in quatuor præcipuas partes, sive dioceses divideret, quatuor quoque Præfectos prætorio creavit, qui singulis præessent: quorum unus præfectus prætorio Galliarum, alter præfectus prætorio Italia, tertius præfectus prætorio Illyrici, quartus præfectus prætorio Orientis, dicebatur, de quibus alii. Sed ut ad præfectum prætorio, qui in Urbe cohortibus prætorii præerat, revertar, maxima ejus dignitas & potestas fuit, uti tum ex aliis, tum ex *Aurelio I.C.* intelligitur, qui sic scribit: Breviter commemorare necesse est, unde constituendi præfectorum prætorio officii origo emanarit. Ad vicem magistri equitum præfectus prætorio antiquitus institutus esse, a quibusdam scriptoribus traditum est. Nam cum apud veteres Dictatoribus ad tempus summa potestas crederetur, & magistris equitum sibi eligerent, qui associati participales, curæ ac militiæ gratia secundam post eos potestatem gererent: regimentis reipubl. ad Imperatores perpetuos transitis, ad similitudinem magistrorum equitum præfecti prætorio à Principibus electi sunt, dataque est eis plenior licentia, ad disciplinæ publicæ emendationem. His cunabulis præfectorum auctoritas initiata, in tantum meruit augeri, ut appellari à præfectis prætorio non possit. Nam cum ante quaesitum fuisset, an liceret à præfectis prætorio appellare, & jure liceret, & extarent exempla eorum, qui provocaverant: postea publice sententia principali lecta, appellandi facultas interdicta est. Credit enim *Princeps*, eos, qui ob singularem industriam explorata eorum fide, & gravitate ad hujus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicatos esse pro sapientia ac luce dignitatis suæ, quam ipse foret judicaturus. Subnixi etiam sunt alio privilegio præfecti prætorio, ne à sententiis eorum minores ætate ab aliis magistratibus, nisi ab ipsis præfectis prætorio restitui possint. Hactenus ille. Plura de præfectis prætorio, vide apud *Wolfgangum Lazium* Commentariorum Reipubl. Romanæ lib. 1. & 2.

Notandum & hoc est, quamprimum præfectus prætorio lectus esset, dari ei ab Imperatore cingulum cum gladio solitum, unde memorabilis illa *Traiani* vox literis mandata est, qui cum præfectum suum cingulo donaret, ita dixisse fertur: *Accipe hunc enssem, & si quidem rectè atque è republica imperavero, pro me: sin secus, in vie utere.* *Plinius junior* in *Panegyrico*, & alii.

## De præfecto frumenti dividendi, &amp; præfecto vigilum.

ETiam hic magistratus novus est, institutus ab *Augusto*, ut ex *Suetonio* in *Augusto* cap. 37. apparet, ubi dicit, *Augustum* multa nova officia excogitasse, & inter ea etiam curam frumenti populo dividendi. Cum enim lege *Gracchi* esset obtentum, ut frumentum populo divideretur, & quidem senis æris trientibus in singulos modios veniret, *Publii* autem *Clodii* rogatione effectum esset, ut gratis frumentum populo daretur: *Octavius Augustus*, ubi imperium est adeptus, summopere curavit, ut illud institutum observaretur, ut ea liberalitate populus benevolentior sibi redderetur: ideoque frequenter populo frumentum distribuit, cui distributioni qui præerat, præfectus frumenti populo dividendi est appellatus. De frumenti divisione sic *Suetonius* in *Augusto*, cap. 40. *Ac ne plebs frumentationum causa frequentius à negotiis avocaretur, ter in annum quaternum mensium tesseras dare destinavit, sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus, ut sui cujusque mensis acciperet.* Et paulo post: *Frumentum quoque in annonæ difficultatibus saepe levissimo, interdum nullo pretio vititum admensis est, tesserasque nummarias duplicavit.* Hæc ille. Et sic *Dio* lib. 54. quoque refert, cum vehemens Romæ famas esset, ab *Augusto* viros Consulares frumento & pani præfectos fuisse, qui certam singulis summam venderent, &c. Cæterum cum in loco *Suetonii* a nobis citato mentio fiat tesserarum frumentariarum, sciendum est, fuisse eas signa, quæ qui exhiberent, frumentum pro portione Romæ à Principe accipiebant. *Adrian. Turneb.* *Adversarior.* lib. 19. cap. 26. existimat, fuisse frustilla lignea quadrata, certa insignita & notata forma, quæ

quæ data sunt iis, quibus jus fuerit petendi frumenti publici, idcoque à Græco *τίσσορα* dictas putat, quanquam & rotunda etiam fuerint, cum à *Dione σφαίρα* dicantur, id est, globuli & pilulæ. Sed hæc præter rem.

### *Præfectus vigilum.*

Etiam *præfectus vigilum* ab Augusto institutus est, testibus *Suetonio* in Augusto cap. 30. *Dione* lib. 55. & aliis. Nam cum septem cohortes opportunis locis constituisset, ut binas regiones Urbis unaquæque cohors tueretur: præposuit eis *tribunos*, & super omnes spectabilem virum, qui *præfectus vigilum* appellaretur. Is cognoscebat de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, receptatoribus: nisi si qua tam atrox, tamque famosa persona esset, ut *præfecto Urbi* remitteretur. Et quia plerumque incendia culpa fiunt inhabitantium, aut *fustibus castigabat* eos, qui negligentius ignem habuissent, aut severa interlocatione comminatus, fustium castigationem remittebat. Idem per totam noctem vigilare debebat, & coërrare calceatus, cum hamis & dolabris, & curare omnes inquilinos admonendos, ne negligentia aliqua incendii casus oriatur. Præterea ut aquam uniusquisque inquilinus in cœnaculo habeat. Hæc *Paulus* ff. titulo *de officio præfecti vigilum*. Quæ confirmat etiam *Dio* lib. 55. his verbis: Cum eo tempore multa in Urbe essent vastata, libertinos septem locis ad ea curanda instituit, equitem eis præfecit, quos etsi haud diu id officium gerere pati statuerat: tamen privatim accideret, denuntiare. *Magistri* verò *vicorum*, qui & *vico-magistri* appellati sunt, quatuor per singulos vicos creabantur, ut illos tuerentur, de quibus, quod prætextati soliti fuerint ludos *compitalitios* facere in DEORUM Larium honorem, scribit *Aconius* in *Pisonianam*. Eorum omnium merito fit sapissime in *Sexti Rufi*, & *P. Victoris* libris de xiv. Urbis regionibus. Et *Suetonius* in Augusto cap. 30. scribit: Sparium Urbis in regiones *vicosque* divisit instituitque, ut illas annui magistratus sortito tuerentur: hos *magistri* è plebe cujusque viciniæ electi. *Magistratus* enim annuos regionum, *curatores*, & *denuntiatores* intelligit: magistratos autem è plebe, *magistros vicorum*, vel *vico-magistros*.

### CAP. XXXV.

### *De curatoribus regionum, denuntiatoribus regionum, & magistris vicorum, Urbis regionum 14.*

Cum Urbem in quatuordecim regiones *Augustus* divisisset, per singulas eas duos *curatores*, & duos *denuntiatores* creavit. *Curatorum* munus erat procurare apud Principem commoda regionum, decorem & elegantiam: *vicarum* & *vicorum* Urbis, ne a privatis novis ædificiis interrumpere, providere, & alia ejusmodi facere. *Denuntiatorum* verò officium erat, quicquid regioni tam publice, quam privatim accideret, denuntiare. *Magistri* verò *vicorum*, qui & *vico-magistri* appellati sunt, quatuor per singulos vicos creabantur, ut illos tuerentur, de quibus, quod prætextati soliti fuerint ludos *compitalitios* facere in DEORUM Larium honorem, scribit *Aconius* in *Pisonianam*. Eorum omnium merito fit sapissime in *Sexti Rufi*, & *P. Victoris* libris de xiv. Urbis regionibus. Et *Suetonius* in Augusto cap. 30. scribit: Sparium Urbis in regiones *vicosque* divisit instituitque, ut illas annui magistratus sortito tuerentur: hos *magistri* è plebe cujusque viciniæ electi. *Magistratus* enim annuos regionum, *curatores*, & *denuntiatores* intelligit: magistratos autem è plebe, *magistros vicorum*, vel *vico-magistros*.

### CAPUT XXXVI.

### *De advocato fisci.*

*Fisci*, *fiscina*, & *fiscella*, ait *Aconius* in 1. *Verrinam*, sparteæ sunt utensilia ad majoris summæ pecunias capiendas: unde quia major summa est pecuniæ publicæ, quam privatæ, ut pro censu privato loculos & arcam, & *facellos* dicimus, sic pro publico thesauro ærarii dicitur *fiscus*. Hæc ille. Propriè autem *fiscus* Principis erat, ut *ærarium* populi. Qui huic *fisco* patrocinabatur, *fisci patronus* vel *advocatus* dicebatur, isque à *Marco Antonino* Philosopho primus institutus est, teste *Julio Capitolino* in ipsius vita. Sequuntur *magistratus* minores extra ordinem.

### AD CAP. XXXVI. PARALIPOMENA.

#### *Quid fiscus Imperatorius, in exercitu, ventri in republ. similis, & lienis.*

UT populi universi, stante republica, census *ærarium* erat, ita translatis jam rebus ad monarchicam dominandi ritum, summaque imperii in Cæsares transfusa, *fiscus* dicebatur pecuniæ publicis usibus deputatæ, asservendæ locus. *Hesychius* & *Suidas* *δυσπόσιον ταμείον* reddunt, *D. Augustin.* in *Psalm.* 146. vertit *fiscum publicum*. *Sueron.* in *August.* capit. ult. *Quantum pecuniæ in ærario, & fisco.* *C. Tacit.* libro 5. *Bona fidei abintæ ærario, ut in fiscum cogerebantur.* *L. Sen.* lib. 7. *de Be-*

*nefic.* c. 6. *Cæsar omnia habet, fscus ejus privata tantum ac sua, & universa in imperio ejus sunt ac patrimonialia propria.* *Afcon.* *Padian.* in *Divinat. Verrin.* ostendit nomen inde derivatum quod *cophinis* & *spartellis* sparteis antiquitus pecuniæ asservantur. *El. Spartian.* *Hadriano:* *Diminutorum bona in fscum privatatum redigi vetuit, omni summa in ærario publico recepta.* *C. Plin.* junior in panegyrico illo luculento, quem *Trajano* dixit: *Non eadem severitate fscum, quæ ærarium cohibes, imo tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis.* *Q. Symmachus* lib. 10. *epist.* 54. *Fiscus honorum principum, non sacerdotum damnis, sed hostium spoliis augetur.* Idem scriptor corrigendus est lib. 1. *epist.* 64. *fundo acciperas rebellione barbarica, quot auri, argenti, privati aut publici, sacri aut profani.*

*Mauritania fuit direptione hostium lacinatum, evenit ea tempestate, ut etiam fidei depositum belli jure raperetur, quod à summis civitatis, quos fuga reliquos fecerat, jus ararii reposcebat. Ex MS. codice legebat, non omnino incepte, Schoppius, ut etiam fisci depositum belli jure raperetur. De fisco Juvenalis sat. 4. de Imperatoris Domitiani truculentia:*

*Quicquid conspicuum, pulcherrimæ ex æquore toto  
Res fisci est, ubicunque natat.*

*De arario Claudian. in Consulatu Manlii Theodori:*

*Abductoque hominum cumulent araria censu.*

*Confunduntur tamen interdum. Claudian. idem de 4. Hon. Consul. ad Augustum:*

*Non tua privati crescant araria damnis.*

Boni certe principes vel eo nomine impensis laudabantur, quod provinciis bello, aut aliqua calamitate attritis civitatibus consueverint subvenire, remittendo tributa, onerumque fiscalium indulgentia concessa, quod dignum encomio vilius est in Constantino Augusto, qui Ædud civitati gravissime afflictæ remisit, quod è quinquentio reliquum fuerat. Fumenius Rhetor in luculenta illa de restaurand schol. oratione: *Quinque annorum nobis reliqua remissis, ò Instrum omnibus lustris felicitus. Et Theodorici Rex, provincia Alpiam Cottiarum, quod per illam exercitus transferat, tertia iudiciorum tributa laxavit. Aurel. Cassiodor. lib. 4. epist. 36. Alebantur interdum è fisco pauperes, & posteriorum Imperatorum, maxime Christianorum temporibus, convocatis generalibus conciliis, episcopis eo profecturis viaticum suppeditabant. Sever. Sulpit. histor. sac. lib. 2. Ita missis per Illyriam, Italiam, Africam, Hispanias, Galliasque magistris officialibus, acciti numerative quadringenti, & aliquanto amplius occidentales episcopi, Ariminum convenere, quibus omnibus annonas & cellaria dare Imperator præceperat, sed id postis, id est, Aquitanis, Gallis, ac Britannis indecens visum, repudiatis fiscalibus, propriis vivere maluerunt, tres tantum ex Britannia, inopia proprii publico usi sunt, cum oblatam à cæteris collationem respissent, sanctius putantes fiscum gravare, quam singulos. Corrippus African. lib. 2. num. 7.*

*Omnibus sufficit sacratum commodum fisci,*

*Ex quibus est commune bonum, commune levamen,  
Tutetur fisco justorum nemine laeso.*

*Quæ sua sunt capiat, quæ sunt privata, relinquat.*

*Sequitur deinde eodem numero:*

*Nec patitur quemquam sacratum ledere fiscum,*

*Nec ledi quemquam finimus sub nomine fisci.  
Sed & eodem libro num. 10.*

*Cum fiscum est, quod mundus habet, fisci summe regentum  
Publica quid æstro profuit commercia fisco.*

*Erat & fiscus in exercitu, alendo indubie militi. lapis Matheus in Italia, apud Wolfgangum Lazium lib. 6. Reip. Roman. cap. 1.*

*C. ARRIO. C. F. COR. CLEMENTI. MILITI. IX. COH. PRÆ. EQUITI. COH. E. JUDEM. DONIS. DONATO. AB. IMPERATORE. TRAIANO. TORQUIBUS. ARMILLIS. PHALERIS. OB. BELLUM. DACICUM. SINGULARI. PRÆFECTOR. PRÆTENSERARIO. OPTIONI. FISCICURATORI. CORNICUL. TRIB. EVOCATO. AUG. COH. I. VIGIL. STATIVORUM. COH. XIV. URB. COH. VII. PR. TERCENARIO.*

*Cum respublica, ut antea monui, corpus haberetur, fiscum licentem esse vclerunt, præsertim lib avais principibus. Trajanus Augustus dicebat, fiscum licentem esse finitum, quod eo crescente, arvis reliqui tabescerent, ut verba Aurelii Victoris usum in Juliano. Johann. Corasius Miscellaneor. Jur. Civil. l. 6. c. 19. recte ille apud Paulum Diaconum histor. Miscellæ l. 11. *Quidam improbus exactiones detestans, dicebat fiscum esse licentem, quod eo crescente reliqui artus tabescerent. Crescere autem fiscus credebatur Imperatoribus, ex additione bonorum proscriptorum. Cassiodor. lib. 4. epist. 32. Andreas Alciatus emblem. 146. & Claudius Mimos:**

*Humani quod splen est corporis, in populi re*

*Hoc Casar fiscum dixerit esse suum.*

*Splene aucto reliqui tabescunt corporis artus,*

*Fisco aucto arguitur civica pauperies.*

*Ventrem esse eleganter exequitur Corrippus lib. 2. num. 7.*

*Quod fisci est, nullus rapiat, cognoscite fiscum*

*Ventris habere locum, per quem omnia membra cibantur.*

*Venter alit corpus, fuerit si venter inanis,*

*Omnia desiciunt, tenuantur robore membra,*

*Et contracta rigent arenibus ossa medullis.*

*Qui plura cupis de fisco, consule Marcellum Donatum Ponzanum dilucidationum suarum pag. 130 & sequentibus, Bredodidum & Brissonium in repertorio juris, & in lexico, & alios passim.*

#### CAP. XXXVII.

### *De duumviris perduellionis, & quæstoribus parricidii, vel rerum capitalium.*

**Q**ui magistratus minores, item qui extraordinarii fuerint, dictum est ante. Inter minores autem magistratus extraordinarios, primi sunt duumviri perduellionis, sive capitales, quorum origo est antiquissima, ut puta, qui à Tullo Hostilio III. Romanorum Rege primum creati sunt. Cum enim Horatiiis victoria Urbem Romanam triumphans ingressus, forem sibi obviam & unum de Curiatiiis lamentantem interfecisset, posteaquam à quibusdam reus factus, neque absolvi iuste, nec honeste damnari à Rege posset: Rex duumviros creavit, qui de perduellione certarent. Verba Livii lib. 1. sunt hæc: Rex ne ipse tam tristis, ingratiæ ad vulgus iudicii, ac secundum iudicium, supplicii auctor esset, concilio populi advocato, duumviros inquit, qui Horatium perduellionem iudicent, secundum legem, facio. Lex horrendi carminis erat. Duumviri perduellionem iudicent, si à duumviris provocarit, provocatione certato: si vincent, caput obnubito: infelici arbori reße suspendito: verberato vel intra pomerium, vel extra pomerium. Hæc Livius. Fuit etiam post Reges ejectionis hic mos aliquandiu retentus, ut in iudicio perduellionis duumviri crearentur, qui perduellionem iudicarent, uti ex Livio constat, donec tandem vetustate obsoletus, prorsus intermissus fuerit, quem tamen à Labieno tribuno plebis postremis temporibus, in rempublicam relatum, Cicero gravissime queritur. Meminit eorum præter Livium lib. 1. & 6. & Ciceronem pro Rabirio, Plutarchus quoque, Suetonius & Dio. libro 37. De perduellione & perdellibus alibi dicitur.

## Quæstores parricidii, vel rerum capitalium.

Quæstores parricidii, vel rerum capitalium, qui & quæstores dicti, fuerunt qui judicia quæstionum exercerent. Eorum magistratus non fuit ordinarius, sed *extraordinarius*. Cum enim *Consules* de capite civis Romani, injussu populi jus dicere non possent, idcirco, quoties usus postulabat, ex *Senatusconsulto*, vel *Dictator* vel *Consulum alter*, ambove, vel *prætorum* aliquis de crimine publico quærere jubebatur: qui iustus erat, is *quæstor* dicebatur. Docet hoc *Pomponius* jurisconsultus ff. titulo de origine juris his verbis: Quia de capite civis Romani injussu populi non erat lege permissum Consulibus jus dicere, propterea *quæstores* constituebantur à populo, qui capitalibus rebus præfessent. Hi appellabantur *quæstores parricidii*, quorum etiam meminit *lex duodecim tabularum*. Hactenus *Pomponius*. Quæ etiam confirmat *Festus* sic scribens: *Parricidii quæstores* (sic enim legendum esse monet *Josephus Scaliger*, non *parricidii*) appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quærendarum. Nam *parricida* non utique is, qui parentem occidisset, dicebatur, sed qualemcunque hominem. Id autem fuisse indicat *lex Numa Pompilii Regis*, his composita verbis: *Si quis hominem liberum dolo sciens morti duit, parricida esto, &c.*

Hoc autem modo *publica quæstiones* tractatæ sunt usque ad annum v. c. DCIV. quo constitutæ sunt quæstiones *publicæ de ambitu, majestate, peculatu, repetundis & singulis suis sui prætores præfessi*, atque tum, si de aliquo horum criminum esset quærendum, non novo *quæstore*, qui extra ordinem quæreret, opus erat, sed *prætor* ille, qui ei quæstioni præfesset, adibatur, isque, ut ante, cum consilio de eo crimine cognoscebat, dicebaturque tum ipse *prætor* quærere, & quæstionem ac iudicium exercere, quæstioni præfesse, & *quæstor* esse, uti ex multis *Ciceronis* locis intelligitur. Sed de his plura dicentur libro de *judiciis*.

## CAPUT XXXVIII.

## De præfecto annonæ.

**P**ræfectus annonæ extraordinarius magistratus fuit. Ejus munus erat, ut videret, ne plebs annonæ inopia & caritate laboraret, utque panis copia redundaret, pondereque iusto, ac munditia debita panis veniret. Itaque si quid ad *annonam* pertinens commissum erat, ipse cognoscebat. Mentio ejus fit à *Livio* lib. 4. & alibi sæpe, item à *Pomponio* ff. titulo de origine juris, & *Martiano* ff. l. 13. de *accusat.* Eundem magistratum gessit *Cn. Pompejus Magnus* eo anno, quo *Cicero* revocatus est ab exilio, ut constat ex oratione ejus pro domo.

## AD CAP. XXXVIII. PARALIPOMENA.

*Annus pro annonæ, Africa, Ægyptus, Gallia frumentationem Urbi suppeditabant, per Tiberim inuenta, panis distribuebatur, seditio ob famem, frumentum dimensum, gratuitum.*

**A**nnus pro annonæ apud vetustos scriptores. *Q.* *Tertullianus* Apologet. cap. 10. Denique cum imbris æstiva hyberna suspendunt, & annus in cura est. Sed & alii passim. sic *Sigismundus Gelenius* censuit legendum illud *C. Plinii* l. 16. c. 26. Cedri, & juniperus, & illex, annua fere habentur, novus fructus in his autumno pendet. Sic in vulgatis editionibus, at ille transferibit ex MS. Circa, & juniperus, & illex, annifera habentur, novusque fructus in his cum annotino pendet. Ut annifera dicantur arbores, quæ annonam, seu annum, id est, fruges ferant. Nam & fruges de arboribus dici, *Livii* locus docet apud *Theodorum Marcellum* in leg. 12. tabular. capit. 60. Dulcedine frugum maximeque vini. *Gloss.* vet. frugis, καρπός. Sed de hac annonæ significatione postea. *Claudian.* lib. de bello *Gildonico*:

*Pensabam Pharium Getulis messibus annum.*  
M. *Lucan.* *Pharsal.* lib. 3. v. 70.  
*Effusus magnam Libye tulit imbribus annum.*  
*Stat.* lib. 3. syl. 2. v. 22.

*Dicarchæis Pharium grævis intulit annum.*  
*Annona* ista in Urbe penes *adiles* erat, quorum curæ commissum, ne populus fame præmeretur, *Tiraquell.* in *Alexand. Neapolitan.* libro 4. *Genial. diæ.* capite 4. *Ilkata* in Urbem

per præfectos dividebatur. *Rosin.* supra hoc libro cap. 34. qui ob id *annonæ præfessi* vocantur. Sed unde cooheretur in Urbem, controversum. Itaque initio fundatæ reipublicæ, *horrea* populi Romani dicebantur *Sicilia*, & *Sardinia*, licet pars hujus ad septentrionem vergens sit sterilitate non modo damnata, sed & morbis contagio aëris infestata. *Martial.* lib. 4. epigr. 60. tamen australis ejus regio frugifera. *Lucauus* loco proxime citato eleganter describit:

*Curio Sicaniâs transcendere iussus in Urbes,*  
*Qua mare tellurem subitis aut obruit undis,*  
*Aut sidit, & medias fecit sibi littora terras,*  
*Vis illic ingens pelagi, semperque laborant*  
*Æquora. ne rupti repetant confinia montes,*  
*Bellaque Sardoas etiam sparguntur in oras.*  
*Utraque frugiferis est insula nobilis arvis,*  
*Nec plus Hesperiam longinquis messibus ulla,*  
*Nec Romana magis compleverunt horrea terra,*  
*Ubere vix glebe superat, cessantibus austris*  
*Cum medium utres borea cogente sub axem*  
*Effusus magnam Libye tulit imbribus annum.*

At postea aucta reipublica, prolatoque imperio sub Consulibus ex *Æfrica*, domita jam *Carthagine*, sub primis Imperatoribus, ex *Ægypto*, quam in provincia formam redegit *Augustus*, denique declivi jam principatu, aut potius diviso, à *Gallia* frumentaria in Urbem ad annonam populi, convehantur. Recte *Æl. Lamprid.* in *Commodo*: *Imperata utrique provinciæ, (Æfrica & Ægypto) tributa frumentaria, ut si Alexandrina cessasset, classis Africana subsidio esset.* *C. Plin. jun.* in panegyrico. *Dicitur Ægyptus, credatque experimento, non alimenta se nobis, sed tributa præstare,* *Æl. Spartian.* in *Pescennio Nigro.*

Ne Africam occuparet, & fame populum Romanum perurgeret, & videretur id facere posse per Libyam Ægyptumque vicinas Africa. C. Tacit. lib. 12. Annal. Nec nunc insatunditate laboratur, sed Africam potius & Ægyptum exercemus, navibusque & casibus populi Romani vita permixta est. Nescio an non legi debeat, navibusque & classibus populi Romani vita permixta: ut significet frumentationem vel singulas naves advenisse, vel multas simul. D. Aufon. in urbis, de Burdegala:

— toto tibi navigat orbe cataplus.

Certe Alexandrinæ frumentationes nobilitate etiam à Græcis. Bacchylides in fragment. citante Athenæo lib. 11. Dipnosophit. πυροφόροι δὲ καὶ ἀγροῖτα γῆς ἀγροῖ δὲ Ἀγροῖται μέγιστον πλεόντων, ὅς πινόντων ὀρεῖται κίε. Et tritico onise naves splendidas ab Ægypto deferunt: ditissimas amplissimas, ut bibentis cor imaginatur. Alibi in hoc opere de nave ista Alexandrina quadam obiter docui. Vide viros doctos ad cap. 97. Suetonii in Augusto. M. Varro de annonâ ex Africa advecta, lib. 2. de Re Rust. Frumentum locum, qui nobis advehat; quo sativi flammis ex Africa, & Sardinia. Atque ita de fertilitate Africa intelligenti poetæ, ut & de tributo ab eadem Romanis præstito. Aurel. Prudent. lib. 2. in Symmachium.

Respice num Libyæ desistat ruris arator

Frumentis onerare rates.

M. Martial. lib. 6. epigr. 86.

Postidea Libycas messes, Herminumque, Tazumque,  
Et potet gelidam, qui mioi landat, aquam.

Petadius antiquus scriptor,

Et quicquid Libyco fecatur arvo,

Non una positum tenere cella.

Sidon. Apollinar. carm. 2. v. 46.

Ægypti frumenta dedi.

L. Sen. in Thycste in choro act. 2.

Non quicquid Libyæ terit

Fervens areas messibus.

Uterque imitatus est Horatium lib. 1. od. 1. sic enim ille:  
Quicquid de Libyæ verritur arvis.

Rutilius Claudius Numatianus Gallus Itinerarii sui lib. 1. ad Romam.

— tibi Nilus inundet

Altricemque suam fertilis orbis alat.

E qua provincia quacunque navigia temporibus Augusti in Italiam commebant, Caprea insulam transitura vello solo contentæ erant, exceptis Alexandrinis: quibus permixtum & suppara addere, datus, ut puro, is honor ignobili insulæ tunc primum. Papinius jam citatus proxime superius:

Prima salutavit Capreas, & margine flexo

Sparsit Tyrrhene Mareotica vina Minerva

De utriusque provincia fertilitate hæc accipienda sunt poetarum loca. Sidonii Apollinar. carm. 7.

— coxit quod torridus aufser,

Niliacum Libyamque salum.

Claudian. lib. de Bello Gildon.

Tot mihi pro meritis Libyam Nilumque dedere,

Ut dominam plebem, bellatoremq; Senatam

Classibus æstivis alerent, geminoque viissim

Littore diversi completeret horrea venti.

Stabat certa salus, Memphis si forte negasset,

Pensibam Pharium Getætis messibus annam:

Frugiferas certare rates, lateque videbam

Punica Nilicæ concurrere carbasa velis.

Et lib. 3. de laudib. Stilichonis:

— quod Pannus arator

Intulerit, madidus quantum transfuderit aufser.

Et lib. de laudib. Sereix:

— Phariæ segetes, & Punica messis

Castrorum devota cibo.

Posteriori seculo, ut jam dixi, etiam annonam à Gallia

petitam docuit idem Claudianus libro 1. in Eutrop.

Quæ suscepta famæ? quantum discriminis Urbi?

Ni tua vel feceri nunquam non provida cura

Aspiratam Ardoris pensasset frugibus annua.

Pauculis interjectis versibus ibidem loci sequitur de Hispania:

Tentonius vover, Pyrenæique juveni

Sudavere viki, segetes miratur Iberas

Horrea, nec Libyæ seferunt damna rebellis,

Jam transalpina contenti messe quiritis.

Id prius Honorii avo factitatum. Idem libro 2. de laudib. Stilichon.

— quibus Africa per te

Et prim. auditas Rhodanus jam donat avistas.

Ut mihi vel Massila Ceres, vel Gallia profert

Fertilis, messique fera: nunc humidus aufser,

Nunc equilo, undique distinet horrea venti.

Navibus aut classibus avelum frumentum ex Sicilia, Sardinia, Africa, Ægypto, aut Gallia, ut jam dictum est, imponebatur caudicariis navibus ut per Tiberim in Urbem inferretur.

supra hoc libro cap. 32. dictum est. Marian. Capella lib. 6. de Nupt. Merc. & Philolog. Ad ostia Tiberina naves onerata adpelant. Q. Symmach. lib. 10. epist. 22. Missetis etiam vegum classem, que annonariis copis angeat devota plebis altimoniam, hanc ergo in Tiberiis ostiis mixtum populo Senatui expiçiet, venerabuntur tanquam sacras puppes, que felicia onera Ægyptiæ frugis invexerunt. Sidon. Apollinar. lib. 1. epist. 10. Sane hunc ipsum è vestigio ad portum mittere parvoglia compertis naves quingue Brundisio profectas cum speciebus tritici, ac mellis, ostia Tiberina contigisse. Aurel. Prudent. lib. 2. in Symmachium:

— & ad ostia Tiberis

Mittere triticeos in passum plebis aceruos.

Claudian. loco proximo supra citato:

Invecta Rhodano Tiberina per ostia classis

Cyniphiisque serax Araris successit arisis.

Naves illæ majores ammonaria vocabantur, minores hæ scaphæ candicarie. Salust. lib. 4. historiar. Contendit ad flumen Euphratem, & quaquam ad id naves candicarie, occulte per hycem fabricata. Fest. Pomp. lib. 3. Candicarie naves ex tabulis crassioribus factæ, & qui istiusmodi navigis præerant, codicarii sive candicarii dicebantur. l. 9. Cod. Theodof. de suariis, & l. 1. Cod. eod. de canone frumenti Urbis Romæ. Lapis antiquus apud Smetium inscriptiç. pag. 70.

MENSORES. PORTUENSIS. QUIBUS. VETUS. FUIT. CUM. CAUDICARIIS. DIURNUM. QUE. CERTAMEN.

Mensores isti advectam annonam in horrea publica intulerunt, quæ quam plurima in Urbe fuisse, ex libro primo hujus operis liquet, in quo descriptio Urbis ex Onuphrio, Victoteque habetur. Erant autem horrea vel pensilia in editiore villa parte, Jun. Columella lib. 1. de Re Rust. cap. 6. aut subterranea, Castiodor. libro 12. epist. 12. Columellæ consentit M. Pollio Vitruvius, qui horrea sublimia vocat Archiretanic. lib. 6. cap. 7. Plinius cum Calliodoro stat, apud quem horrea defossa reperio dici, libro 18. c. 78. Addendum & ex tabulis lignicis mobilibus fuisse, ut verbis utar Scavola IC. l. 60. ff. de Acquir. rer. domini. Itaque nisi ex horreis publicis distribuere frumentum, laborabat civitas fame. Crudele illud censetur Caligula factum apud C. Suet. cap. 26. qui nonnihil horreis præclusis famem populo induxit. In aliis editionibus, & in MS. legitur, horreis præclusis famem induxit. Unaque lectio recta. Sabinus Grammaticus ad illud P. Virgiliti lib. 1. Georgic.

— si ruperit horrea messis.

Alb. Tibull. lib. 4. in heroico ad Messalam opere:

— Horrea secundis indudentia mensis.

Aurel. Prudent. lib. 5. in Symmachum:

— Romana nec horrea rumpst.

Inde annonæ efferebatur, & populo dividebatur, vel per præclum frumenti dividendi, ut supra hoc libro cap. 34. & probat vetus inscriptio:

POST. MIMESIUS. C. F. SARDUS TRIS. MIL. Q. ÆD. PL. PR. LEGATUS. TICÆSARIS. AUG. PROCOS. PRÆF. FRUMENTI. DANDI. EX. SC.

Ista quidem apud Menturum est Criticar. Curar. parte 2. altera apud Manutum Orthograph. pagina 8.

QUILLARGÆ CERERIS. MESSES. FRUCTUSQUE. RENATOS. DIGERIT. IN. PRETIUM.

Ergo & dividere dicebantur isti annonam & dare, & præterea regere. Lapis verus ejusdem operis paginæ 306. infertur, quem transcribam.

RAGONIO. CELSO. VINCENTIO. V. C. A. PRIMO. ÆTATIS. INTROÏTU. IN. ACTU. PUBLICO. FIDELI. EXERCITATIONE. VERSATO. CUJUS. PRIMÆ. VITÆ. OFFICIO. SEDIS. URBANÆ. ADVOCATIONI. EXERCITO. FIDEM. JUNXIT. INGENIO. PRUDENTIA. MISCUIT. LIBERTATEM. ITA. UT. NEMO. DE. EJUS. INDUSTRIA. NISI. ILLE. CONTRA. QUEM. SUSCEPERAT. FORMIDARET. CUJUS. ACCESSUS. ÆTATIS. AMPLISSIMI. HONORIS. ET. QUI. SOLET. SENIORIBUS. PROVENIRE. ORNAMENTA. PROMERUIT. NAM. REXIT. ANNONARIAM. POTESTATEM. URBIS. ÆTERNÆ. EA. ÆQUITATE. UT. INTER. OMNES. QUI. AD. EUM. ANIMO. LITIGANTIS. INTRASSENT. PARENTEM. SE. PLERUMQUE. MAGIS. QUAM. JUDICEM. PRÆBUISSET. HINC. ETIAM. FACTUM. EST. UT. MENSORES. NOS. VOTI. COMPOTES. ABIREMUS.

Neque semper annonæ erat frumentum, sed interdum arctiore in penuria panis dividebatur. Julianus Cæsar in Misopogone, cujus verba pag. 38. Martino Morentino ita Latine sonant: *Neque vero civitas tantum, sed etiam plebs ex agris undique consistit ad panem, cujus unius magna est copia, & utilitas, eodemque. Aliquot deinde lineis interjectis: At civitas pane quidem abundabat, præterea nihil aliud habebat. Valentinianus Augustus: Comperimus nonnullos venditis adibus panes carum penes se retinere. Valens princeps: Gradilis panis in alium gradam translatio inibebatur. Eleganter idem alio loco: Titulus figendus est aneus, in quem & panis modus, & præcipiens nomen debeat incidi. Tituli 17. lib. 14. Codicis Theodosiani epigraphæ istiusmodi est, de annonis civitatis, & pane gradili. Justinianus l. 31. C. de jure dotium: Si quis in dotem vel prædium, vel certum redditum, vel ades, vel panes civiles spondiderit, vel promiserit, si ex tempore matrimonii biennium transactum sit, illius redditum, vel pensionem, nec non panis civilis quæstum sancimus eum præstare. Constitutio 88. epigraphæ est, πεινὴ ἀναγνήσας χορηγῆσαι ἀπὸ τῶν. De suspensione administrationis panum. Vide ipsam constitutionem. Historici meminerunt. Fl. Vespiscus in Aureliano Aug. epistolam citat Valeriani ad Sejonium Albinum præfectum Urbi: Decernes panes militares mundos sedecim, panes militares castrenses quadraginta. Panes mundi sunt puriores, aut è polline confecti: castrenses sunt, ut enim Horatio loquitur, secundum aut è siliquis. Sic enim ille lib. 2. epist. 1.*

— vivit siliquis & pane secundo.  
Aurel. Cassiodor. lib. 6. epist. 18. *Nam si querela panis, ut assolet, concitetur, tu promissor ubertatis seditiones civicas momentanea satisfactione dissolvit. Ita intelligendi poetæ. Pomponius in prostibulo apud Nonium cap. 1. num. 63,*

— Continuo ad te centumviri current  
Qui panem petent  
D. Juvenal. sat. 10. v. 82.

— duas tantum res anxius optat  
Panem, & circenses.  
In editione Pithæi ita legitur; in quibusdam aliis, *pana, & circenses*: aut, *pannum & circenses*. Quæ omnes tres lectiones possunt defendi. Prud. lib. 2. in Symmachum non multum à fine.

Posthinc ad populum convertite oculos: quis in Urbe est, qui Jovis insectum sanie non despicit aram?  
Omnis qui celsa scandit canaenla vulgus,  
Quique teris silicem variis discursibus aram,

Et quem panis alit gradibus dispensus ab aliis,  
Aut Vaticano tumulum sub monte frequentat.  
In Giffenii editione primus versus legitur aliter, sed paucum refert:

— ad populum convertite oculos, quæta pars est.  
Vetus marmor apud Onustium Civitate Roma pagin. 65.  
P. ÆLIO. P. F. PAPIR. MARCELLO. CENT.  
FRUM. SUB PRINCIPLE. PEREGRINORUM.  
HASTATO. ET. PRINCIPIET. PRIMIPILO.  
LEG. VII. GEM. PIÆ. FELICIS. ADLECTO.  
AD. MUNERA. PRÆF. LEGG. VII. CLAUD.  
ET PRIMÆ. ADJUTRICIS. V. F. FLAMINI.  
LUCULARI. LAURENT. LAVINAL. PATRO.  
NO. ET. DECURIONI. COLONIE. APULE.  
SIUM. PATRONO. CIVITATIS. FORO. FLAM.  
FULGINIÆ. ITEM. QUE. I. GUVINORUM.  
SPLENDIDISSIMUS. ORDO. FORO. FLAM.  
CUJUS. DEDICAT. DECURIONIBUS. ET.  
LIBERIS. EORUM. PANEM. ET. VINUM. SS.  
XXX. N. ITEM. MUNICIPIBUS. SS. IV. N. DE.  
DIT.

Quod si annonæ defecisset, (hoc est, si arctior incidisset, ut verbis utar Suetonii in Tiberio cap. 8. aut arctissima fuisset, ut idem ait in Galba cap. 7. eademque nitur voce Herinogenianus IC. l. 53. ff. de Judiciis) ut nec in horreis publicis frumentum, nec gradibus panis suppeteret, sæpe oriebantur seditiones, & ab indignante famelicæque plebe, petiti illi, quibus id negotii demandatum. Paulus Diacon. Epitomes Eutropiana additamento lib. 10. *Usque adeo autem mitis fuit, ut cum ob inopie frumentariæ suspicionem, lapidibus à populo Romano perstringeretur, maluerit ratione expulsa placare, quam ulcisci seditionem. Alconius Padian. in Miloniam. Et Cicero ipse in eadem Oratione. Q. Symmachus lib. 2. epist. 6. Freqvens sermo est tenui victu in turbas plebem moveri, nec ulla spes datur presentibus angustiis copiam posse succedere, annus ubique ad famem proximus. Et lib. 4. epist. 18. Interea laborantium fame murrunt est, strepit civitas. Eiusdem libri epist. 54. Sed quod mihi insusurras frugis Africane tenuis commeatat? Vide locum. Signanter Josephus Judaicar. Antiquitat. lib. 15. cap. 12. Cujus verba sic Latine sonant Sigifmundo Gelenio interprete: Sicitas diuturna obtinuit, ut maxima sterilitas esset, frugumque inopia, ad hæc accedebat populare in Regem odium, quod fere solet calamitatum culpa in eos rejici, penes quos est regimen reipublicæ. M. Lucan. lib. 2. Pharsal.*

— - irarum causas, & summa favoris  
Annona momenta trahi, namque asserit Urbes  
Sola fames, emitturque metus, cum seque potentes  
Vulgus alunt.

Claudian. lib. 1. de laudibus Stilichon.  
— - duplices disponere classes,  
Quæ fruges, quæ bella ferant, aulaque tumultum  
Et Roma lenire famem.

Rebellasse eo solo nomine populum sæpissime historici loquuntur. Marcellinus Comes in Chronico. Honorio 8. & Theodosio Juniore 3. *Coss. apud Constantinopolim magna exarsit scditio, penuria rei annonariæ ingrudente. Idemque in eodem opere: Antiocho & Basso Coss. cum ad horrea publica processum celebraret Theodosius Imperator, tritici in plebem ingrudente penuria, ab Orientis populo lapidibus impetitus est. Fuit itaque favientis, & in rabiem actæ ob famem plebeculæ is mos, ut magistratus, quorum incuria arctior incidisset annonæ, lapidibus peterent. Paulus Diaconus supra proxime laudatus, & P. Victor in Antonino Pio in fine. Cum ob inopie frumentariæ suspicionem lapidibus peteretur. Quod Roma frequentissimum. Ammian. Marcell. lib. 26. C. Sueton. in Claudio c. 18. Arctiore autem annonæ ob assiduas sterilitates, detentus quondam medio foro à turba conviciisque simul ac fragminibus panis ita instratus, ut ægre, ac nisi possico, evadere in palatium valuerit, nihil non ex eo cogitavit ad invadendum etiam in tempore hiberno commeatat. Eandem autem narrat historiam Paulus Orosius lib. 7. cap. 6. Verumtamen sequenti anno tanta fames Romæ fuit, ut medio foro Imperator correptus à populo,*

pulo, comitiis & fragminibus panis terpissime infestatus, ægre per  
*psendothyrum in palatium refugiens, furorem exiitae plebis evi-*  
*serit.* Uti pecuniam superius dixi ad iteram pendi, non numerari  
 confueam olim, ita frumentum plebi dividendum, resera frumentaria data, ut multis probavit vir eruditissimus  
 Joannes Bernartius, ad lib. 10. Thebaidos Stariæ, non mensura,  
 sed pondere dabatur; nam in legibus Xvralibus  
*vincto farris libra in singulos dies datur.* Ut ad illas cap. 18.  
 Theodorius Marcellius docet, & Jacobus Cnjacius lib. 11.  
 cap. 22, Observation. Q. Horat. lib. 1. sat. 5.

*cui satis una  
 Farris libra foret.*

Ideoque, si defecisset annona, Imperatores lenitate sua solent  
 subvenire, & comiteatum in Urbem subvehendorum  
 curam alicui permittere. Synmach. lib. 10. epist. 31. quod  
 tunc gratuitum, & sine pretio, imo interdum & sine mensura  
 conferebant, ad occupandam popularis gratiæ favorem,  
 quam alias neque gratuito, neque sine certa dimensione con-  
 cederent, uti antea in vetustis inanimoribus, inscriptionibus  
 à me allatis patet, ubi *mensores frumenti* nominantur. de novo  
 hoc, & blanditiarum pleno ritu C. Tacit. lib. 15. Annal.  
*Pretinque frumenti minutum, usque ad ternos unmos.* minutum  
 scilicet pretium, ad captandos indilicet mal iudinis  
 animos, de recepto enim more antea dixerat, *frumenti pretio*  
*nihil additum est.* Et deinde in fine ejusdem libri: *Addiditque*

*militibus sine pretio frumentum, quo antea ex modo annonæ ute-*  
*bantur.* C. Sueton. apertius in Julio cap. 26. *Frumentorum*  
*quotis copia esset, etiam sine modo mensuraque præbuit: ac singu-*  
*la interdum manipia, ac prædia virisim dedit.* Recte quidem  
*virisim.* Nam promptior conciliandi animos ratio per distri-  
 butionem hujusmodi, quam si in universam multitudinem  
 quippiam fuisset collatum. In eodem Julio idem Suetonius  
 cap. 38 *Populo præter frumenti denos modios, ac totidem olei*  
*libras, tricenos quoque unmos, quos pollitius publice erat,*  
*virisim dæristi, & hoc amplius, centenos pro mora.* Egredie  
 in Nerone cap. 10. *Prætorianis cohortibus frumentum men-*  
*strum gratuitum.* Mensuram vero, quia interdum & in  
 dies singulos diribitores alimenta præstabant civibus. C.  
 Petron. in Satyrico: *Hodie post divitiis æstium non sumo.*  
 Allusum à Claudiano libro de bello Gildonico:

*Pasimur arbitrio Mauri, nec debita reddi,  
 Sed sua concedi jactas, gaudetque diurnos  
 Ut summa, præbere cibos, vitamque sanctamque  
 Librat barbarico fassis, vulgigue superbit  
 Fletibus, & tantæ sescendit vota ruina,  
 Romuleas vendit segetes.*

Quomodo deinde variatus hic ritus in rebus Getæ & Carsacæ  
 legendus est Herodianus, Suetonii Interpretes ad Aug-  
 gust. cap. 42. Petrus Gregor. Tholosanus in Syntagmate  
 juris universi, & alii.

#### CAPUT XXXIX.

#### De quinqueviris mensariis, & triumviris mensariis.

Quinqueviri mensarii à dispensatione pecuniæ dicti, ut tradit Livius libro 7. creati sunt, eodem teste,  
 anno a. u. c. coi. Coss. Valerio Poplicola, C. Marcio Rutilio, ex plebe. Causa eorum creandorum  
 fuit, *scæneratorum improbitas, & æris alieni plebis Romanæ magnitudo;* cui quidem rei cum Principes  
 plebis succurrere sæpenumero tentassent, sed nihil proficere potuissent, hoc anno, scribit Livius, in-  
 clinatis semel in concordiam animis, novi Consules scænebrem quoque rem, quæ distingere unanimos vide-  
 batur, levare aggressi, solutionem alieni æris in publicam curam verterunt: quinqueviris creatis, quos  
 mensarios à dispensatione pecuniæ appellarunt. Meriti æquitate curaque sunt, ut per omnium annalium  
 monumenta celebres nominibus essent. Fuere autem C. Duilius, P. Decius Mus, M. Papirius, Q. Pu-  
 blius & T. Emilius, qui rem difficillimam tractatu, & plerumque parti utriusque, semper certe alteri, gra-  
 vem, cum alia moderatione, tum impendio magis publico, quam jactura sustinuerunt. Tarda enim no-  
 mina, & impeditiora inertia debitorum, quam facultatibus; aut ærarium, mensis cum ære in foro positis,  
 dissolvit, ut populo prius caveretur: aut æstimatio æquis rerum pretiis liberavit; ut non modo sine injuria,  
 sed etiam sine querimoniis partis utriusque exhausta vis ingens æris alieni sit. Idem Livius libro 23. tradit,  
 anno DXXXVII. tempore 11. belli Punici triumviro mensarios creatos fuisse. Verba ejus sunt: Et Romæ  
 quoque propter penuriam argenti, triumviri mensarii, rogatione Minutii tribuni plebis facti, L. Æ-  
 milius Pappus, qui Consul cenforque fuerat, & M. Atilius Regulus, qui bis Consul fuerat, & L. Scri-  
 bonius Libo, qui tum tribunus plebis erat, &c. Creabantur hi comitiis tributis.

#### CAP. XL.

#### De duumviris navalibus, triumviris, qui conquirerent juvenes idoneos ad arma fe- renda, militesque facerent, ac de quinqueviris turribus murisque conficiendis.

Duumviri hi sic dicti sunt, quod duo viri simul idem munus obirent, non fuerunt ordinarii magistratus,  
 sed extraordinarii. Eorum prima mentio fit à Livio lib. 9. in historia anni a. u. c. CXXLI. Coss.  
 C. Junio Bubulco 11. & Q. Emilio Barbula 11. quo tempore acerrimum populo Romano bellum cum  
 Samnitibus erat, ubi scribit, rogante M. Decio tribuno plebis, duumviro navales classis ornandæ reficiendæque  
 causâ populum jusisse. Quod eorum officium fuerit, non est difficile videre. Reficere scilicet,  
 & ornate classem, utque navalibus sociis impleatur, comiteatuque instruat, curare. Creati hi magistratus,  
 quemadmodum ex Livio lib. 40. & lib. 41. intelligitur, & postea sunt, bello contra Ligures,  
 item bello Illyrico, qui tuendam xx. navibus, mari superiore Anconam velut cardinem habent, uti  
 Livius docet: ex quo etiam intelligitur, non certum ac definitum tempus magistratum hunc habuisse,  
 quod in aliis magistratibus fuit observatum: quippe hi, quorum posteriore loco ex Livio mentio-  
 nem feci, biennium illum magistratum tenuerunt, unde extraordinarium eum fuisse, liquido apparet.

Trium-



*Triumviri, qui conquirerent juvenes idoneos ad arma ferenda, militesque facerent.*

Hi creati sunt, secundi belli Punici tempore, anno A. U. C. DXLI. *Q. Fulvio Flacco III. & Appio Claudio Pulchro* Coss. Causam eorum creandorum *Livius* lib. 25. tradit. Consules, inquit, cum ægre delectum conficerent, quod inopia juniorum non facile in utrumque, ut & novæ urbanæ legiones & supplementum veteribus scriberetur, sufficiebat: Senatus abistere eos incepto vetuit, & *triumviros* binos creari jussit: alteros qui citra, alteros, qui ultra quinquagesimum lapidem in pagis, forisque, & conciliabulis omnem copiam ingenuorum inspicerent; & si qui roboris satis ad ferenda arma habere viderentur, etiamsi nondum militari ætate essent, milites facerent. *Tribuni plebis*, si iis videretur, ad populum ferrent, ut qui minores septem & decem annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si septem & decem annorum, aut majores milites facti essent. Ex hoc Senatusconsulto creati *Triumviri* bini, conquisitionem ingenuorum per agros habuerunt. Hæc *Livius*: præter quæ nihil de iis reperio.

*Quinqueviri turribus murisque reficiendis.*

Meminit & horum *Livius* lib. 25. eo loco, ubi præcedentium: *Comitia* deinde, inquit, à prætore urbano de Senatus sententia plebisque scito sunt habita, quibus creati sunt quinqueviri turribus murisque reficiendis, &c. Quod *Livius* dicit, comitiis eos creatos fuisse, *tributa* intelligit, officia eorum titulus indicat.

## C A P U T X L I .

*De triumviris legendi Senatus, triumviris recognoscendi turmas equitum Romanorum.*

DE his, quod ab *Octavio Augusto* instituti fuerint, *Suetonius* in *Augusto* cap. 37. scribit, cujus hæc sunt verba: Quoque plures partem administrandæ reipublicæ caperent, nova officia excogitavit, curam operum publicorum, viarum & aquarum alvei Tiberis, frumenti populo dividendi, præfesturam Urbis, *triumviratum* legendi Senatus, & alterum recognoscendi turmas equitum, quotiescunque opus esset. Hæc ille. Unde etiam manifestum est, extraordinarios eos *magistratus* fuisse. Sequuntur *magistratus provinciales*.

## C A P U T X L I I .

*De proconsulibus.*

HÆtenus de iis *magistratibus*, qui in ipsa Urbe potestatem habuerunt, quantum quidem ex veterum monumentis cognosci potuit, mediocri diligentia diximus: restat ut *provincialium* explicationem subjungamus. Dicuntur *provinciales*, quod non in Urbe, sed extra eam, in *provinciis* scilicet, potestatem habuerint, & exercuerint. Quid autem *provincia*, quotuplices, & quomodo constitutæ fuerint, libro de *militia* explicandum erit. Nos hoc capite de *proconsulibus* dicemus, ubi primum consideranda venit ipsa appellatio. Plurimum enim de ea discrepant viri hujus nostri sæculi doctissimi, quomodo ea scribenda, & pronuntianda sit. Quidam volunt esse duo distincta vocabula, alterum præpositionem, alterum nomen, atque in singulari numero in omnibus casibus *proconsule*, in plurali, *proconsulibus*: alii contra contendunt esse unum nomen compositum, & inflecti regulariter, *proconsul*, *proconsulis*, *proconsulii*, &c. sicuti, *pronepos*, *pronepotis*, *pronepoti*, &c. dicimus. Cujus sententiæ est *Aldus Manutius* junior in Orthographia. Vide etiam *Paulum Manutium* Commentariis in primam epistolam *Cic.* ad *Lentulum*. Qui priorem sententiam amplectuntur, pro se adducunt *Augustini* & *Ciceronis* auctoritatem. *Augustini* hoc est: Ab E litera vocali, nullum Latinum nisi juncta præpositione masculinum invenitur, ut *proconsule*, *propratore*. Ergo juncta præpositione fiunt Latina, ut dixi, pro *pratore*, pro *quæstore*. Nam veteres nominativo casu *proconsul* dicebant, attendentes, nullum nomen apud Latinos virilis generis in E exire. Hæc ille. Apud *Ciceronem* autem extat testimonium, ubi L. Philippus dicit, se Cn. Pompejum pro *consule*, non pro *Consulibus* ad bellum Mithridaticum mittere: & alibi apud eundem Gellius *proconsule* vocatur. Ad quas auctoritates quid respondeat *Aldus Manutius*, videri potest. Legimus quidem etiam in *Ciceronis* epistolis ad Familiares, quas *Dionysius Lambinus* emendavit, sæpe M. T. C. P. Lentulo PRO CONSULE. Sed de vocabulo non est tanti: rem ipsam videamus.

*Proconsules* quatuor modis dictos fuisse invenimus. Primum eos, quibus ultra legitimum, & annum tempus *magistratus* prorogatus fuit: deinde eos, qui ex privatis in provincias, vel ad gerendum bellum missi sunt: tum eos, qui ex *magistratu* in provincias sunt profecti: postremum qui constituta *monarchia* à Senatu in provincias eas, quæ populi fuerunt, missi sunt.

Ad primam hujus vocis significationem quod attinet, primus ejusmodi *proconsul* fuit *Q. Publilius Philo*, ut in *tabulis Capitolinis* extat, & in *Livio* lib. 8. cujus verba in historia *Belli Palapositani* hæc sunt: Itaque cum & comitorum dies instaret, & *Publium* imminentem hostium muris avocari à spe capiendæ indies urbis, haud e republica esset, actum cum tribunis est, ad populum ferrent, ut cum *Publium Philo* Consulatu abiisset, *proconsul* rem gereret, quoad debellatum cum Græcis esset, &c. Unde constat, *proconsules*, primo fuisse eos, quibus post *Consulatum magistratus* prorogatus esset.

Alio modo *proconsules* dicti, qui ex privatis, nullo ante gesto magistratu urbano, ad bellum mittebantur, qualis fuit *P. Cornelius Scipio*, de quo *Livius* lib. 26. Et hos quidem vere *magistratus* fuisse, aut dici potuisse, *Sigonius* negat. Nec etiam alius ante hunc *Scipionem* in Romana historia reperitur, cui privato, quique antea nullum in Urbe magistratum gessisset, *proconsulatus* hoc modo fuerit concessus, id quod etiam *Carolus Sigonius* in posteriori cum *Grucchio* disputatione fatetur.

Tertio modo, *proconsules* dicti fuerunt, qui proximo post *Consulatum* in Urbe gestum anno, in provincias *Consulares* profecti sunt, easque *pro Consulibus* gubernarunt. Fuit enim constitutum lege *C. Sempronii Gracchi*, atque postea usque ad *Augusti* imperium observatum, ut antequam novi *Consules* atque *prætores* designarentur, provinciæ duæ *Consulares* & sex vel octo, vel plures *prætoria*, prout numerus *prætorum* postulabat, à Senatu futuris *Consulibus*, & *prætoribus* decernerentur, quas illi designati fortirentur, vel inter se compararent, ita ut finito annuo magistratu urbano in eas proficiscerentur: *Consules* quidem in *Consulares*, unde *proconsules*; *prætores* autem in *prætoria*, unde *proprætores* appellabantur, uti ex multis scriptorum veterum locis manifestum est. Atque hæc tum ordinaria provinciarum administratio fuit. Quod si qui non proximo anno à *Consulatu* in Urbe gesto, quemadmodum sæpe fiebat in quinto, vel sexto, vel alio post *Consulatum* anno in provincias proficiscerentur: si etiam *prætores* non proximo à gesta in Urbe *prætura*, sed aliquanto post in provincias proficiscerentur, tum privati in provincias ire dicebantur, ab ordinariis vero *proconsulibus*, aut *proprætoribus* nihil diserepabant. Antequam autem ad quartum ordinem *proconsulatum* accedamus, quædam de his qui ex *Consulatu* in provincias sunt profecti, eorum creatione, vel electione, potestate, imperio, & aliis huc pertinentibus dicenda nobis sunt.

Ad creationem igitur eorum quod attinet, non eligebantur à populo, vel plebe *centuriatis*, aut *tributis comitiis*, uti de *Q. Publilio Philone*, & *P. Scipione* legimus: sed quando *comitiis centuriatis*, *Consules* in annum sequentem designati erant, tum alter *Consul* qui magistratum gerebat, ad Senatum de provinciis referebat, quæ futuræ *Consulares*, quæ *prætoria* essent. Quod ubi constitutum esset, tum illæ, quæ *Consulares* erant, *Consulibus* designatis decernebantur, ut eas vel fortirentur, vel inter se compararent, utram quisque ex *Consulatu* obtineret. Quo factò, *Consulatus* sui tempore quem Romæ gerebant, legem ad populum per curias congregatum ferebant de imperio militari, sine qua lege bellum gerere non poterant, tum *provincia Senatusconsulto* ornabantur. Pertinebant autem ad ornamenta illa, latitudo provinciæ, magnitudo exercitus, stipendium in milites, viaticum in legatos, & cohortem, comitatus & cætera generis ejusdem: quæ quidem, quoniam non omnibus eadem amplitudine, numeroque concessa sunt, propterea, cum ea decernebat *Senatus*, tum provincias, aut præfides ipsos provinciarum ornare dicebatur. Ad viaticum pertinebat *annulus aureus*, qui, teste *Zonara*, magistratibus peregre proficiscentibus de publico dabatur, item vestes, vasa, vehicula, muli, tabernacula, & reliqua ejus generis, quæ instrumenta locata fuisse, indicio est *P. Ventidius*, qui, ut *Agellius* lib. 15. cap. 4. scribit, victum quæsitivè comparandis mulis & vehicula *magistratibus*, qui sortiti provincias forent, præbenda publice conduxit. Itaque etiam *Alex. Severus*, ut tradit *Capitolinus*, exemplo veterum, argento & necessariis *magistratus*, quos in provinciam mittebat, instruebat, ita ut præfides provinciarum acciperent argenti pondo vicena, phialas fenas, mulos binos, equos binos, vestes forenses binas, domesticas singulas, aureos centenos, cocos singulos. Quanquam ex verbis Appii apud *Ciceronem* lib. 1. ad familiares conjici possit, extremis reipublicæ temporibus eos, qui *legem curiatam* non habuissent, rem militarem quidem attingere potuisse, viatico autem publico fraudatos fuisse, atque ita suo sumptu in provincias ivisse.

Comitatus complectebatur *adjutores*, *ministros comitesque* eorum omnes, quos cum usus ratioque provinciæ, tum dignitas ipsa magistratuum ac reipublicæ postulavit. Fuerunt autem *legati*, *tribuni militum*, *centuriones*, *præfecti*, *decuriones*, aliique militarium operum, rationumque *adjutores*, atque ministri. Præterea vero *scriba*, *accensi*, *præcones*, *lictores*, *interpretes*, *tabellarii*, *aruspices*, *cubicularii*, *medici*, & qui quotidianæ vitæ prope focii fuerunt, quæ *cohortes prætoria*, & quasi *prætoria* dicta est. Inter quos referendi *contubernales* quoque sunt, qui erant adolescentes, rei militaris percipiendæ, & provinciæ cognoscendæ gratia *magistratus* in provinciam sequuti. Ideoque familiariter cum iis vixerunt, neque ab eorum lateribus discesserunt, teste *Cicerone*. Atque hac quidem ratione *proconsules* provincias obtinebant, atque ornabantur. Quomodo autem in eas sint profecti, & quod ipsorum munus atque officium in provinciæ administratione fuerit, jam explicabimus.

Ubi provinciam *Senatusconsulta* atque in ea imperium *proconsules* obtinuerant, tum vero extremo

*Consulatus* anno, aut sua sponte, aut *Senatusconsulto paludati* exhibant. Verum antequam id facerent, in Capitolium venientes, ibi solennia pro republica vota nuncupabant, atque inde *paludamento, listoribus duodecim*, cum totidem securibus ac fascibus, insignibusque cæteris imperii assumptis, recta ad portam Urbis ibant, ad quam veteri instituto salutati, inde aut continuo, amicis officii causa aliquanto viæ spatio prosequentibus, ac bene ominantibus in provinciam iter ingrediebantur: aut si quid negotii in Urbe haberent, ad Urbem per aliquot dies, aut menses manebant, quod cum imperio in Urbe esse non possent. Hoc tamen etiam sciendum, ut *Senatusconsulto* exire *Consules* iussi sunt, sic, ne irent, tribunorum plebis edicto aut dirarum obnuntiatione prohiberi potuisse: Itaque *M. Crassus* cum *P. Attejo* primum edicenti, deinde obnuntianti non parvisset, ipse post, ac filius cum *Parthis* dimicans, iustas dedisse pœnas existimatus est.

Verum ubi iter in provinciam jam erant ingressi, moris fuit, ut *proconsules* eos, quibus succedebant, de adventu suo facerent certiores: scilicet, ut cum iis congregientes, de statu cognoscere provinciæ possent: quo vero die in provinciam accedebat, eodem provincialis muneris initium capiebant. Erat autem id in duas partes distributum, in *potestatem & imperium*. *Potestas* fuit facultas cognoscendi, *imperium* exercitui imperandi, bellumque gerendi: quorum alterum pacis, alterum belli temporibus congruit. *Æstatem* fere rei militari, *hyemem* prætorix cognitioni, quæ in jurisdictione potissimum est versata, dicabant. *Jurisdictionem* autem, (de imperio enim militari alibi dicam) ita instituebant, ut aut intra prætorium, & in cubiculo querelas provincialium audirent, ministrante atque admittente cubiculario. Quæque ibi transigebantur, ea fere per diplomata annulo obsignata perficiebantur: aut in *basilica*, atque in tribunali, *scribis, accensis, præconibus & listoribus* apparentibus, jus dicerent. Hoc ut commode facere possent, institutum erat, ut *proconsul*, posteaquam in provinciam venerat, in aliquam civitatem, vel in plures ex iis, in quibus conventus agi solebat, conventum sive forum in certam diem edicto indiceret, eoque *provinciales* homines evocaret, atque ita aut uno in oppido plures conventus, aut in singulis singulos ageret, atque omnes percurreret. Jus vero reddebat, & iudicium dabat vel *ex legibus*, quas aut Imperator ab initio ex decem legatorum sententia provinciæ dederat, aut postea è re nata *Consules*, aut *tribuni plebis* tulerant, quo etiam *Senatusconsulta* pertinent: vel ex edictis, quæ ipsi in provincia, ingressi singulis de rebus diligenter scripta proposuerant: quæ si ex urbanis aut provincialibus edictis sumpsissent, *translatitia*: sin minus *nova* dicebantur. Tota autem iudiciorum forma eadem erat in *provinciis*, quæ erat Romæ: ut ex libro *de iudiciis* intelligi facile poterit. Et privatarum quidem causarum cognitionem nonnunquam vicariis quibusdam, puta *legatis* suis *quæstoribus* vel aliis, delegabant. Publicarum autem causarum sive quæstionum exercitationem mandare aliis non poterant, nisi forte lege, quæ de quæstione illa scripta esset, nominatim cautum esset, ut is, cui exercitatio ejus quæstionis obtigisset, posset eam alii mandare.

Præter *jurisdictionem* habebant etiam *curationem*, quæ consistebat in cæteris rebus curandis, atque provinciæ imperandis, ut in *re frumentaria*, tributaria, vectigali, & *viaria*: quæ omnia per edicta sua administrabant. Frumentum aliud vendebant, aliud emebant, aliud in cellam suam æstimabant, aliud imperabant, aliud honoris causa accipiebant: quod *frumentum honorarium*, sicut etiam vinum, quod honoris causa accipiebant, *vinum honorarium* dicebatur. Extra ordinem autem interdum vectigalia nova instituebant, ac tributa imperabant, verum non sine crimine. Sæpe etiam naves, nautas, militesque provinciæ civitatibus ex fœdere imperasse eos, sumptum autem ex ordine navarcho à sua quaque civitate suppeditatum fuisse, *Cicero* alicubi docet: Sed tamen, ut *præsides* multi, libidine atque avaritia obcæcati, nova vectigalia, ac nova tributa provinciis imposuerunt, aliaque ad perniciem earum plurima imperarunt: sic nonnulli tanta caritate, atque abstinentia fuerunt, ut non solum *publica vectigalia* sustulerint, sed etiam prætorium ipsum vectigali, in quo præcipue *Cicero* gloriatur, remiserint, neque ulli alii rei, quam commodis, ornamentisque sociorum studuerint. Unde honores summos ab ipsa provincia retulerunt, *legationes* Romam honoris sui causa missas, *statuas, fana, dies festos*, cujusmodi se affici ornamentis ipse in Cilicia *Cicero* prohibuit.

Cæterum, quomodo etiam de provincia decesserint *proconsules*, aperiendum est: qua de re hæc à veteribus scriptoribus traduntur. Annuo provincialis imperii munere terminato, *proconsul* successorem, si mature venturus erat, in provincia expectabat, atque ei adveniendi obviam prodibat, ac præsentem præsens provinciam, atque exercitum tradebat, deinde intra triginta dies (tot enim *lex Cornelia Sylla* dedit) decedebat: verum interea nihil in provincia, quod ad administrationem attineret, attingebat. Quod si decessor ante successoris adventum decessisset, tum vero aliquem, qui provinciæ præfesset, ut *quæstorem*, aut *legatum* cum imperio est relinquere coactus. Constituto *successore*, aut imperii *vicario*, Romam decedebat, si ante, quod *C. Julius Cæsar* in primo Consulatu sancivit, rationes pecuniæ confectas apud duas provinciæ civitates reliquisset: quibus rebus peractis & provincia decessit, ac Romam venit, & nisi triumphum petere in animo habuisset, *listoribus dimissis, & paludamento* deposito, Urbem privatus ingressus est. Sin autem de triumpho postulando cogitaret, aliquandiu ad Urbem manebat, & *listores fascisque laureatos* quamdiu triumphasset, habebat, ac Senatu in ædem *Bellonæ* evocato, res à se gestas exponerat, ac triumphum petebat. Ubi vero, sive triumphans, sive privatus Urbem introisset, tum alio die

rationes referre ad ærarium cogebatur, nec multo post *centuriones*, cæterosque provincialis curæ socios ad ærarium in beneficiis, si liberet, deferbat. Ac ante legem quidem Juliam liberior referendi ratio fuit. *Lege* autem *Julia* cautum est, ut rationes, quas in provincia apud duas civitates reliquissent, eas statim, atque Urbem iniissent, ad ærarium totidem verbis referrent, atque tringinta diebus, quibus rationem retulissent, comites in beneficiis deferrent: quod tamen non *proconsulum* proprium, sed *questorum* commune fuit, quemadmodum ex *Ciceronis* scriptis intelligitur.

Verum quemadmodum *proconsulibus*, qui se optime gessissent, magni & in provincia, & in Urbe honores habebantur: sic contra, si quid deliquissent, atque a legibus recessissent, multis judiciorum laqueis irretiti sunt. In primis autem tribus obnoxii legibus ac quæstionibus fuerunt, *peculatus*, *majestatis*, & *repetundarum*. *Peculatus*, si prædam aut pecuniam publicam avertissent, quo judicio etiam *questores*, *legati*, & *scribæ* eorum obstricti fuerunt: *Majestatis*, si aut exercitum aut provinciam hosti prodidissent, aut ultro exercitum è provincia eduxissent, aut bellum sine S. C. intulissent: *Repetundarum*, si se in socios, aut avare, aut superbe, aut libidinoſe, aut crudeliter, aut injuste gessissent. Quæ lex maxime *socialis* fuit, & provincialium salutem continuit, quo judicio postulati plurimi, damnati multi, nonnulli etiam absoluti sunt: de quibus alio libro disputabimus. Atque hæc quidem de iis *proconsulibus*, qui libera adhuc republica provincias gubernarunt, dicta sint: restat ut de his, qui constituta *monarchia* provinciis præfuerunt, quædam addam.

*Octavius Augustus*, cum Senatus ac populi Romani voluntate compelleretur, ut solus rempubl. regeret, provincialium administrationem aliam à priori instituit. Alias enim sibi reservavit, eas scilicet, quæ potentiores erant, & plus periculi ostendebant: ac vel hostes accolas habebant, vel novos per se ipsæ aliquos motus turbare poterant. Quæ autem infirmiores, & paciores erant, populo attribuit, ut in eas, quos vellent, mitterent, eosque qui ipsis præessent, *proconsules* appellavit: de quorum potestate quid *Dio* lib. 53. scribat, audiamus: Annuas, inquit *Dio*, eorum præfecturas *Augustus* esse jussit, nisi quis multitudinis liberorum, aut nuptiarum ratione privilegium haberet, utque de communi *Senatus* consilio mitterent, neque gladio accincti, neque militari habitu utentes. *Proconsules* autem eos dici voluit, non modo duos istos *Consulares*, sed reliquos etiam *prætorios*, aut qui *prætoriorum loco* haberentur: utque lictores utrisque tot, quot in Urbe permiffum est legibus habere, adessent, ut imperii insignia statim atque extra pomerium venissent, adsumerent, & usque ad reditum in Urbem ea servarent. Et post: Senatus autem, & eorum quidem *Consularibus* Africam atque Asiam concessit, & *prætoriiis* reliquas provincias adscripsit. Utrisque autem ex æquo interdixit, ne ante quintum annum à gesto in Urbe magistratu provincias sortirentur: ita fiebat, ut etsi eorum numerus, quam provincialium, erat major, tamen ad omnes tandem imperium perveniret. Post *Cæsaris* autem *Octaviani* tempora, cum nonnulli eorum male gessissent *magistratum* suum, Imperatori istæ quoque provinciæ adjectæ sunt, ac sic his etiam ipsis quodammodo is provincias assignabat. Cæterum & *legatos*, seu *assessores* quosdam sibi adſcribere, quorum consilio in administratione provinciæ uterentur, unicum quidem *prætorium*, ex sui, aut inferioris ordinis hominibus, tres autem *Consularis*, ex ejusdem dignitatis viris accipiebat, eos, qui ipsi Imperatori probarentur. Erat etiam hoc generaliter de omnium provincialium potestate constitutum, ne quem *delectum* militum agerent: ne *pecuniam*, præter eam quæ constituta erat, exigere, Senatus, Imperatorisve injussu: cum successor missus esset, is ut statim ex provincia abiret, ac ne in redeundo domum tempus tereret, sed intrâ tertium mensem Romam reverteret. Hæc *Dio*. Plura de iis traduntur à jurisconsultis, titulo de *proconsulis* officio, qui proprie huc pertinet.

#### CAPUT XLIII.

#### De prætoribus provincialibus, & proprætoribus.

**I**Nitio provinciis præfecti sunt *prætores*, ut & jus *provincialibus* dicerent, & si res cogeret, bellum administrarent. Itaque *prætorum* numerus ob id crevit, quia provincialium numerus crevit. Cum enim duo *Rome* *prætores* essent, unus, qui inter cives, alter, qui inter peregrinos jus diceret, ac provinciæ duæ *Siciliæ* atque *Sardinia* essent institutæ, visum est faciendum, ut *prætores* alii in eas duo adjicerentur. Inde duabus ad imperium adjunctis Hispaniis, totidem alii accesserunt, qui quaterni quaternas in singulos annos provincias gubernarent. Quoniam autem in ipsis provinciis sæpe tumultus ac bella graviora excitabantur, quæ bella jam inde ab initio geri per *Consules* erant solita, hinc etiam provinciæ *Consulibus* ordine sunt commissæ. Et sic duo potissimum ordinarii fuerunt provincialium rectores: *Prætores* qui in prætura, & *Consules*, qui graviore urgente bello in Consulatu provinciis præfuerunt. *Prætores* igitur *provinciales*, sicut & reliqui, creati sunt *comitiis centuriatis*, quibus, ubi erant designati, decretæ à Senatu provinciæ, quas sortirentur. Insignia fuerunt eadem, quæ *prætorum urbanorum*, lictores videlicet sex, totidem fasces, atque secures, unde ab *Appiano* *ἑξαπέδικος*, id est, *sex securium* appellantur. *Tempus* ordinarium quo provincias tenuerunt, fuit *annuum*. Si vero prorogato post præturam imperio in provinciis remansissent, *proprætores* sunt appellati. Atque hoc quidem ultra annum Urbis *oc. sic* est obser-

observatum. Postea vero, cum *L. Calpurnius Piso* tribunus plebis, *L. Marcio Censorino*, *M. Manilio Coss.* anno ipso *DCIV.* teste in *Bruto Cicerone*, primus de quaestione perpetua repetundarum tulisset, id est, ut ex praetoribus iis, qui provincias sortiri soliti erant, unus provinciae loco, quaestionem repetundarum fortiretur, eique per annum in Urbe praeset: & cum idem postea etiam in aliis quaestionibus ac praetoribus, alii alia lege sanxissent, initium introductum est, ut praetores, qui quotannis adhuc seni tantum creabantur, iurisdictiones duas, quaestiones quatuor, aut plures ex legibus, quae de quaque quaestione latae erant, in sortem conicerent, easque per annum in Urbe exercerent: extremo autem anno, ex Senatusconsulto provincias in posteram fortirentur, & inde praetores appellari coepti sunt.

Ceterum ad ipsam appellationem quod attinet, utrum praetor, an praetore dicendum sit, ea hic repetantur, quae de proconsulibus monuimus. Non autem uno modo praetores dicti sunt. Primum enim praetores provinciales, qui imperio prorogato in provinciis ultra legitimum tempus manserunt, praetores sunt appellati: tum etiam illi, qui ex privatis ad bellum gerendum, non autem ad gubernandam provinciam, missi sunt, ut *C. Octavius*. Et hi proprie magistratus non fuerunt. Tertio praetores dicti, qui praetura in Urbe gesta, sub finem anni in provincias profecti, eis praefuerunt: hi ordinarii magistratus provinciales fuerunt: quorum imperium & potestas eadem fuit, quae proconsulum, nisi quod sex tantum licitoribus, totidem fascibus & securibus usi fuerunt, & quod provincias minores obtinuerunt. Caetera, quae capite proxime praecedenti, de proconsulum in provincias profectio- ne, & comitatu diximus, item de imperio, iurisdictione, curatione & decessione, illa omnia etiam ad praetores pertinent. Quarto praetores etiam dicti sunt illi, quos *C. Octavius Augustus*, & post eum reliqui Imperatores in eas provincias, quas sibi reservabant, miserunt. Et hi majorem, quam proconsules, qui provinciis populi praesidebantur, habebant potestatem: de quibus *Dio* lib. 53. in hunc modum scribit, de *Augusto* verba faciens: Qui neque Consulares, neque praetorii erant, ipse (*Augustus* scilicet) delegit, ac legatos suos & praetores nominavit. Nam cum haec nomina diu admodum in priori republica forma floruisse, praetores, inquam, & Consules: praetoris nomine, ut bellis maxime ab antiquis temporibus conveniens, a se delectos insignivit, praetores eos nuncupans: Consulum appellatione reliquos, ut paci propinquiores affecti, proconsules dicens. Haec nomina in Italia *Caesar* reservavit: qui extra Italiam imperarent, quasi eorum locum tenentes, praefectos appellavit. A se porro designatis, praeter nomen praetorum hoc etiam tribuit, ut plus quam annum essent cum imperio, quatenus videlicet ipse statuisset, ut militarem habitum gestarent, gladiumque, & jus capite plectendi militis haberent. Omnes autem praetores, ac qui non sunt proconsulibus, sex utuntur licitoribus, nomenque inde apud Graecos habent ἑξπικίδεκταις. Utrique autem imperii insignia statim, atque venerint in provinciam ipsis destinata, accipiunt, perfunctique eo statim deponunt. Haec ille. Qui etiam paulo post addit, praetores, cum urbanis legionibus, pluribus instructis praefectis in provincias à *Casare* missos, additosque eis curatores, qui publicos redditus colligerent, & certas impensas facerent. Quin etiam de ipsis constitutum ait, ne quem delectum militum agerent, ne pecuniam praeter eam, quae constituta erat, exigerent, Imperatoris injussu, cui successor missus esset, is statim ex provincia abiret, ac ne in redeundo tempus tereret, sed intra tertium mensem Romam reverteret. Plura de his praetoribus habentur in *Pandectis* titulo de officio praesidis, quae inde petantur.

## CAPUT XLIV.

## De legatis proconsulum, &amp; praetorum.

Inter comites proconsulum & praetorum primum locum obtinuerunt legati, de quibus hoc capite agemus, reliquos ad alium, & commodiorem locum differentes. Legati, inquit *Varro* lib. 4. de lingua Latina, dicuntur, qui lecti publice, quorum opera consilioque uteretur peregre magistratus, quive nuntii Senatus, aut populi essent. Quibus ex verbis intelligitur, duplices fuisse apud Romanos legatos: alios, qui Senatus voluntatem ad alios detulerunt: alios, qui praesidibus, proconsulibus scilicet, & praetoribus operam quacunque ratione navarunt. Sunt autem & aliae legati significationes, verum de ea tantum dicemus, cujus priori loco *Varro* meminit. Illi igitur legati, qui proconsules praetoresque in provincias euntes comitabantur, aut à Senatu iis dabantur, aut permissu Senatus ab ipsis praesidibus adsciscebantur, aut lege aliqua extra ordinem deligebantur, *Cicerone* teste. Numerus legatorum provinciarum rectoribus assignatorum, qui minimus, fuit trium. Nec vero dubium est, quin in eo sit habita ratio praetorii gradus & Consularis, & provinciae, & belli, ipsius denique hominis. Unde legimus, nonnullis legatorum numerum auctum esse. Observatum & hoc est, ut legatos libenter sibi quisque legaret, qui rei militaris periti essent, quique ipsi provinciis alias cum imperio praefuissent. Itaque Consulares Consulibus, praetorii praetoribus legatos se poscentibus adjunxerunt, & frater fratrem, filius patrem sibi legavit. Caeterum, quod ad munus ipsorum attinet, vicarii quidam erant proconsulum, ad molem rerum provincialium sustinendam, unde etiam ipsi licitoribus ac fascibus utebantur.

Ad

Ad jurisdictionem autem quod attinet, privatarum tantum causarum cognitionem habebant, in quibus non sua, sed mandata utebantur auctoritate: & si quid occurreret, quod majorem diligentiam exoptularet, id ad proconsulem remittebant. *Publicarum* autem *quaestionum* cognitio & exercitatio iis à *processu* mandari non poterat, nisi in lege istius quaestionis nominatim scriptum esset. Jus nullum habebant animadvertendi in caput cujusquam, nec atrociter verberandi. Id enim *proconsulis* erat. Si tamen contigisset, *proconsulem* abesse à provincia, tum *legatis* committebantur, quæ animadversionem postulabant. Sed & hoc notandum, si *proconsules* aut *propraetores* ante successoris adventum, de provincia decederent, eos *legatos* vel *quaestores* interim provinciae præfecisse, qui & ipsi tum *proconsules* aut *propraetores* appellabantur.

De *legatis* decem, quorum consilio & ope duces exercituum utebantur, in provinciis constituendis, alio loco dicam. Illud hoc loco, antequam ad alia progrediar, admonendum videtur, quod de *legatione libera* interdum legitur, moris fuisse, ut *Senatores Romani*, quibus privata negotia in provinciis erant vel hæreditates, aut legata perfequendi, vel nomina exigendi, honorario titulo *libera legationis* à Senatu donarentur, ut ita sub *legatorum* personis commendabiliores controversias haberent, atque *favorabiliores*. Quin etiam voti solvendi, & periculi vitandi causa eas legationes sæpe impetrabant, & *lictors* à *provincialibus* magistratibus cæterorumque *legatorum* insignia accipiebant. *Cicero* autem lib. 3. de *Legibus*, in suo *Consulatu* omnino extinguere & tollere ejusmodi *legationes* voluit, unde etiam inter alias suas leges hæc ponit: *Rei sua ergo ne quis legatus esto*. Sed intercessit *Livius tribunus plebis*, &c. Et hæc de *legatis*.

## CAP. XLV.

## De quaestoribus provincialibus &amp; proquaestoribus.

**Q**uaestorum tria genera fuisse supra diximus: Alii enim *quaestores ararii*, vel *urbani*: alii *quaestores parricidii*, vel rerum capitalium erant: alii *quaestores provinciales*, de quibus hoc capite dicemus, eo ordine, ut primum, qui *quaestores provinciales* fuerint, quomodo creati sint, & provincias obtinuerint, tum quam potestatem habuerint, ostendamus. *Quaestores provinciales* erant, qui una cum *proconsulibus*, aut *propraetoribus* in provincias exibant. In singulas enim provincias singuli *quaestores* mittebantur, præterquam in Siciliam: quæ cum duplex fuisset, provincia vetus & nova, duos etiam habuit *quaestores*, unum qui *Lilybei*, alterum qui *Syracensis* curabat. Legebantur autem eodem modo, quo *praetores provinciales*. Nam cum legitimus *quaestorum numerus* in annum populi suffragiis esset creatus, jubebat *Senatus* ut provincias in sortem conjicerent: *provincia* vero *duæ* erant *urbanae* eorum, qui *æratio* populi *Romani* præessent: reliquæ fere *provinciales*, eorum, qui cum *Consulibus*, aut cum *praetoribus* in provincias irent. Quemadmodum autem *praesides* non semper provincias ex *Senatusconsulto*, & sorte, sed aliquando lege obtinuerunt: sic etiam *quaestores* non semper ex *S. C.* eas sortiti, sed aut *S. C.* aut lege aliqua extra ordinem nominatim adepti sunt, cujus rei exempla non pauca apud *Livium* & *Ciceronem* extant.

*Ministris quaestores usi* sunt, scribis & *lictoribus*: scribis ad conficiendas tabulas publicas, *lictoribus* ad majestatem magistratus tuendam. Nec vero semper *quaestor* cum suo *praeside* in provinciam proficiscebatur: verum sæpe, aut multo ante, aut multo post eum in provinciam veniebat: unde fiebat, ut non idem semper *quaestorii muneris* ineundi dies fuerit, qui *praetorii*: quod ubi evenit, simul illud etiam contingere potuit, ut duos *quaestores* *praeses* unus eodem anno haberit, *Cicerone* teste.

*Potestas* horum erat, publicam *pecuniam*, quam ex *æratio*, à *tribunis æarii* accipiebant, quæque attributa pecunia dicebatur, *curare*, & inde stipendia, & viaticum *legatis*, cohorti *praetoriae*, & exercitui suppeditare: tum etiam vectigalem pecuniam ex re frumentaria, & ex portoribus, cæterisque, quæ *publicani* exercent, vectigalibus exigere, & Romam in *æarium* referre. Nonnunquam etiam *propraetores* *quaestoribus* jurisdictionem, imperiumque suum mandant, & totius rei frumentariae administrationem commiserunt. Quod si *quaestores* à *propraetoribus* vel *proconsulibus*, ante successorum adventum de provincia decedentibus, provinciae præponerentur, tum & ipsi *proconsulis* aut *propraetoris* nomen ferebant, prout hujus, vel illius vices sustinebant. Si vero *quaestores* non expectato successore de provincia decederent, non erat eorum, suæ provinciae aliquem præficere: sed ejus, penes quem summum erat provinciae imperium, *proconsulis* aut *propraetoris*.

Cæterum quanta intercesserit necessitudo *quaestori* cum *praeside* suo, docet *Cicero* cum sæpe alias, tum vero in *Divinatione* in *Verrem* his verbis: Sic à majoribus accepimus, *praetorem quaestori* suo parentis loco esse oportere, nullam neque justiore neque graviore causam necessitudinis posse reperiri, quam conjunctionem sortis, quam provinciae, quam officii, quam publici muneris societatem. Idem alibi dicit, majores hanc *quaesturae* conjunctionem liberorum necessitudini proximam esse voluisse. Inter *urbanos*, & *provinciales quaestores* hanc differentiam notat *Hotomanus*, primum quod illi neque *lictors*, neque *viatores* habuerint, cum neque vocationem, neque prehensionem haberent: hi vero & *lictors*, &

& togam prætextam habuerint. Deinde quod urbani *jus non dixerint*: provinciales autem jure dicendo conventus circumvenerint, ut scribit *Suetonius*, & quæcunque commissa populo Romano esse t, exquisiverint, deque iis judices ac recuperatores dederint, quemadmodum videmus in *Divisionatione*, Q. Cæcilius Verris quæstorem in Agonidem judicium dedisse.

Porro ad *proquæstores* quod attinet, nam & de his me dicturum aliquid promisi, sic appellati sunt ii, qui mortuo quæstore præfidi ipsi *quæstoris* loco esse cœperunt, item qui, quæstore, non expectato successore, decedente provinciæ ipsius interea præfecti sunt. Hi vero provinciam suam non à Senatu, aut populo, uti *quæstores*, verum ab ipso proprætore, vel proconsule, acceperunt, ideoque inferiori gradu fuerunt. Legimus etiam præsentibus nonnunquam *quæstoribus*, tamen etiam *proquæstores* fuisse, sed raro.

## CAP. XLVI.

## De præfecto Ægypti, præfectis præfecturarum, Consularibus quatuor, qui per Italiam jus dicerent, &amp; juridicis Italiæ.

**P**ræfecti vocabulum late patet. Nam & in re militari magnus ejus usus est, & in hoc de *provinciælibus magistratibus* loco varie usurpatur. Scribit enim *Dio*, Octavium Augustum, eos omnes, quos provinciis extra Italiam sitis præposuisset, *præfectos* appellasse. Verum cum eorum eadem, quæ *proprætorum* in Cæsaris provinciis misorum ratio fuerit, nihil de iis hic dicam, sed tantum de *præfecto Ægypti*, pauca monebo. *Præfectus Ægypti*, qui & *Augustalis* dictus est, ab *Augusto* primum fuit institutus, & Ægypto, quam *Antonio & Cleopatra* victis in provinciæ formam redegerat, præpositus. Diversus fuit à reliquarum provinciarum rectoribus, quod non *Senatorii*, ut illi, sed *equestris ordinis* fuerit. Senatoribus enim eam provinciam *Augustus* committere, ut *Dio* lib. 51. docet, noluit, veritus, ne si violentiores *Senatores præfides* nacta esset, occasionem rerum novandarum afferret. Quin etiam, ut idem ait, proficiscendi in Ægyptum potestatem, nisi ipse nominatim alicui permisisset, omnibus ademit. Primus, qui ei præfuit sub præfecti nomine, *Cornelius Gallus* fuit, à quo deinceps omnes, qui eam provinciam administrarunt, *præfecti* sunt appellati. Meminit eorum *Ulpianus* ff. titulo de *præfecto Augustali*, his verbis: *Præfectus Ægypti* non prius deponit *præfecturam*, & imperium, quod ad similitudinem *proconsulis* lege facta sub Augusto ei datum est, quam Alexandriam ingressus sit successor ejus, licet in provinciam venerit, & ita in mandatis ejus continetur, &c. Reliqua fere omnia cum *proconsulibus*, vel *proprætoribus* communia habuit.

*Præfecti præfecturarum* dicebantur ii, qui præfecturis præerant, & in iis jus dicebant: proprie quidem *provinciales magistratus* non erant. Præfecturæ enim, uti *Festus* docet, in Italia appellabantur illæ urbes, in quibus & jus dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quædam earum respública: neque tamen magistratus suos habebant, in quas legibus *præfecti* mittebantur quotannis, qui jus dicerent. Quarum genera duo fuere: alterum, in quas solebant ire præfecti, populi suffragio creati: alterum, in quas *prætor urbanus* quotannis *præfectos* mittebat. Sed de *præfecturis* alio loco plura dicemus.

*Consulares* quatuor, qui per Italiam jus dicerent ab Imperatore *Adriano* instituti sunt. Cum enim is Italiam in quatuor regiones distribuisset, in singulas *præfectos* misit, potestate fere *proconsulari*, qui, quod prius Romæ Consulatum gessissent, *Consulares* dicti. *Ælius Spartianus* in *Adriano*: *Quatuor Consulares* per omnem Italiam judices constituit. *Julius Capitolinus* de *M. Antonino Pio*: Ab *Adriano* inter quatuor *Consulares*, quibus Italia committebatur, electus est ad eam partem Italiæ regendam, in qua plurimum possidebat. Ex quibus constat *Consulares* hos tantum judicium habuisse, hoc est, judicandis Italiae controversiis occupatos fuisse, rem vero militarem non attigisse. Neque diu post *Adrianum* hæc ordinatio mansit, id quod testatur *Appianus* lib. 1. de bellis civilibus, quem morem imitatus *Adrianus* Imperator, renovavit post ætates aliquot, non diu duraturum post ejus obitum. Hæc ille. In horum *Consularium* locum juridicos Italiæ præposuit *M. Anton. Philosoph.* testante *Ful. Capit.* his verbis: Datis juridicis Italiæ consuluit, ad id exemplum, quo *Adrianus* *Consulares viros* reddere jura præceperat. Plura de iis non memini me legere.

## CAPUT XLVII.

*De triumviris, quinqueviris, septemviris, ac decemviris, coloniæ deducendæ. De quinqueviris, septemviris, vigintiviris, agris dandis, attribuendis. De quinqueviris, quindecimviris agrorum metiendorum.*

DE *coloniis*, earum divisione, jure, & deductione libro ultimo dicendum nobis erit, ideoque hic breviores erimus. *Appianus* libro primo bellorum civilium scribit, morem Romanis fuisse, nunc hos, nunc illos Italiæ populos subjugando parte agri multare, in eumque colonias deducere: aut in jam ante condita oppida novos colonos sui generis adscribere. Hæ *coloniæ* tanquam præsidia partis bello provinciis imponebantur: in quibus quantum erat culti agri *coloniis* dividebatur, aut vendebatur, elocabaturve: quod vero incultum supererat, ut fere bellum sequi solet vastitas, quia sub sortem mittere non vacabat, per præconem invitatis assignabant, quibuscunque liberet colere, excepta sibi tributi nomine in singulos annos ex arbutis proventus parte quinta, frugum vero decima. Quin & gregibus vestigial indictum erat, tam minoris, quam majoris pecoris: ita prospiciebatur frequentiæ generis Italici, quod laboris patientissimum est habitum, ne carerent auxiliis domesticis. Hactenus *Appianus*. Ex quibus intelligere licet, qua occasione *coloniæ* fuerint deduci cœptæ. Cum igitur aut lege aliqua à plebe scitum, aut Senatusconsulto decretum esset, *coloniam* aliquam deduci, & numerus colonorum scriptus esset, creabantur *comitiis tributis*, ut libro superiore ostendimus, modo per *Consulem*, modo per *prætorem urbanum*, *curatores*, qui *coloniam deducebant*, interdum *tres*, interdum *quinque*, *septem*, *decem*, *viginti* etiam, qui inde *triumviri*, vel *quinqueviri*, vel *septemviri*, vel *decemviri*, vel *vigintiviri* *coloniæ deducenda*, aut agris dandis, attribuendisve appellabantur. Hi postquam creati erant, *colonos*, qui vel sua sponte nomina dederant, vel sorte exicrant, in agros lege definitos, atque in *coloniam* sub vexillo, quasi exercitum aliquem deducebant. Dux autem deductionis aliquis è *curatoribus agrariis* erat. *Appianus*, *Plutarchus*, *Cicero*. Signa cohortium, in antiquis nummis, quibus *coloniæ* alicujus deductio significatur, impressa adhuc etiam cernere possumus. Ubi vero colonos in agris, quo deducendi erant, collocarant, tum aratro urbem, & agrum circumscribebant, testibus *Varrone*, *Dionysio*, *Plutarcho*, & *Cicerone*, ac aliis: nummis etiam antiquis, in quibus aratro deductio *coloniæ* demonstrabatur, quales in *Fastis*, *Julio*, & *Augusto Huberti Goltzii* multi cernuntur, in quibus etiam hi, quorum *primus* repræsentat nobis vexillum, *aquilam*, & signum cohortis, *secundus* item vexillum, *aquilam*, aratrum, decempedam, sive perticam agri mensurariam, *tertius* sacerdotem agentem jugum bouum, & sulcum aratro ducentem, urbe, agroque, quomodo dixi, circumscripto: tum vero agri divisionem, ac suæ cuique partis assignationem sunt aggressi, unde agros coloniarum divisos, & assignatos dici notavit *Frontinus*. Quod munus difficillimum, ac molestiæ sæpe plenissimum videtur fuisse, propter odium colonorum, in quod illi facile poterant assignationis ejus causa incurrere. Atque hæc omnia fiebant auspicato: qua de causa *curatoribus* illis *pullarius* dabatur, qui cum ipsis proficisceretur. Tantum de illis. Sequuntur *ministri magistratuum* Romanorum.

## CAP. XLVIII.

*De scribis, apparitoribus, accensis, interpretibus, præconibus, lictoribus, viatoribus, & carnificibus.*

A magistratuum explicatione ad *ministros* transibimus. Fuerunt autem *ministri magistratuum scribæ*, *apparitores*, *accensi*, *interpretes*, *præcones*, *lictores*, *viatores*, *carnifices*. Scribæ, uti *Festus* docet, fuerunt *librarii*, qui rationes publicas scribebant in tabulis. Apparuerunt autem singulis magistratibus eo nomine, ut rationes publicas in tabulas referrent, & leges, actaque omnia perscriberent: unde dixit *Cicero* in *5. Verrina*, *scribarum ordinem* esse honestum, quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ, periculaque magistratuum committantur. *Leges* quodammodo in manibus *scribæ* habuisse, & magistratibus jus suggestisse, ostendit idem, cum in tertio de *Legib.* extremo scribit: Animadverto quosque in magistratibus ignoratione juris sui tantum sapere, quantum *apparitores* velint, quod ipsum de *scribis* esse dictum docet *Plutarchus*, ubi *scribarum arrogantiam* à *M. Catone* minore fractam ac repressam esse narrat, in hæc verba: *Cato* cum quæsturam inisset, *ministros*, & *scribas* coërcuit, qui publicas tabulas, legesque tractantes, cum adolescentes nati essent, quibus magistratibus apparerent, quod ii propter inscientiam magistris egerent, potestate non cedebant, sed ipsi erant magistratus. Eos vero *Cato apparitorum loco*, ut erant, tractavit, cum alios



alios fraudis, alios inscientiæ insimularet: cumque illi auxilio collegarum *Catonis* usi resisterent, *Cato* primum eorum damnatum de fraudata hereditate ab ærario expulit, alterum vero de inertia postulavit. qui cum gratia *Catuli censoris* fultus evasisset, eo nunquam usus est *Cato*. Addo illud, scribas fere à *quæstoribus* mercedem apparitionis accipere solitos, id quod ex fragmento veteris hujus tabulæ intelligitur.

Q. URB. QUEI ÆRARIUM PROVINCIAM OBTINENT EAM MERCEDEM DEFERTO QUÆSTORQUE QUEI ÆRARIUM PROVINCIAM.

OBTINEBIT EAMPECUNIAMEISCRIBÆSCRIBEISQ. HÆREDIVE. EJUS SOLVITO IDQUE EI SINE FRAUDE SUA FACERE LICETO. QUOD SINE MALO PECULATU FIAT OLLEISQUE HOMINIBUS EAM PECUNIAM CAPERE LICETO.

Omnium autem, ut scribit *Festus*, minimæ dignitatis fuit *scriba navalis*, quod periculis quoque ejus ministerium esset objectum. Cum ergo multi essent *scribae* in civitate, factum est, ut in decurias multas sint translati, *quæstoriorum*, *adilitiorum*, *prætoriorum*, prout à *quæstoribus*, *ædilibus*, *prætoribus* essent lecti. Nam hoc jus eorum *magistratuum* fuisse, non obscure innuit *Cicero* pro *Cluentio*, cum scribit: Nuper hominem tenuem *scribam adilitium* D. Matripium cum defendissem, apud M. *Junium*, Q. *Publium* prætores, & M. *Platorium*, C. *Flaminium* ædiles curules: persuasi, ut *scribam* jurati legerent eum, quem iidem isti *censores* ærarium reliquissent. Et *Livius* lib. 40. Q. *Petilius prætor* urbanus eos libros à L. *Petilio scriba* jussisset, & erat familiaris usus, quod *scribam* eum *quæstor* Q. *Petilius* in decuriis legeret. Sed tamen aliquot etiam decurias pretio emptas fuisse apparet, ex Oratione quinta in *Verrem*. Non admodum autem gravem, atque honestum fuisse Romæ *scribarum ordinem*, duæ res indicio sunt: una, quod *Æmilius Probus* in *Eumene scribarum munus* multo apud Græcos honorificentius fuisse, quam apud Romanos, prodit: nam apud Romanos revera, sicut essent, mercenarios habitos: apud Græcos, neminem nisi honesto loco, & fide, & industria cognita admissum. Altera, quod *Piso* apud *Agellium* lib. 6. cap. 9. de *Cn. Flavio scriba* ita scribit: *Cn. Flavius*, patre libertino natus scriptum faciebat: isque in eo tempore *adili curuli* apparebat, quo tempore *ædiles* subrogantur, eumque primæ tribus *ædilem curulem* renuntiaverunt, atque *ædilis*, qui comitia habebat, negat accipere neque sibi placere, qui scriptum faceret, eum *ædilem* fieri. *Cn. Flavius* dicitur tabulas posuisse, scriptu sese abdicasse, isque *adilis curulis* factus est. Non tamen aditum omnino scribis ad majores honores fuisse inreclusum, *Ciceronii*, qui *Scipionis Africani* majoris *scriba* fuerat, *exemplum* ostendit, qui auctore *Valerio*, cum in campum *Africani* filium candidatum *prætorii comitiis* deduxisset, seque omnibus *centuriis Scipioni* anteferri vidisset, è templo descendit. Quin etiam *Cicero* quendam memorat, qui cum in *Sullæ Dictatura scriba* fuisset, post in *Cæsaris*, prætor urbanus fuit.

*Apparitores magistratuum* dicebantur, qui magistratuum imperio præsto erant, ut *scribae*, *accensi*, *interpretes*, *pracones*, *viatores*, *lictores*, *ferri publici*, *carnifices*. Hæc autem munera libertis fere suis magistratus quisque more majorum mandavit. Quod cum ex aliis multis locis colligitur, tum maxime ex oratione Senatoris cujusdam apud *Tacitum* lib. 13. *Annalium*, de libertinorum ordine ita differentis: Hinc plerumque tribus: decurias, ministeria *magistratibus*, & *sacerdotibus*, cohortes etiam in Urbe conscriptas, & plurimis *equitum* plerisque *senatoribus* non aliunde originem trahi. Quibus verbis satis planum facit, libertinis tribus & decurias, credo *scribarum* & *praconum*, & *viatorum*, aliquando esse repletas, ex libertinis ministros esse *magistratibus* & *sacerdotibus* datos; eosdem esse aliquando in cohortes ad bellum descriptos, atque inde plurimos *equites*, multos *senatores* originem deduxisse.

*Scribas* autem ex hoc numero exemimus: non quod non *apparitorum* numero fuerint, sed quod eorum ordinem ex ingenuis potius, quam ex libertinis constituisse animadvertimus. Siquidem & antiquus ille *scriba Pontificum* *Cn. Flavius*, non libertinus fuit, sed libertini filius, & *Cicerejus scriba* *Scipionis*, prætor legi non potuisset, nisi ingenuus fuisset. Neque enim stante republica magistratus ulli libertinorum ordini patuerunt. *Cicero* tamen M. *Tullio* liberto suo *scriba* usus est.

*Accensos*, hoc loco intelligimus *magistratuum ministros*, qui accirent. Sic enim *Varro* libro 4. de lingua Latina, Consul loquitur ad exercitum: *Impero, qua convenire ad comitia centuriata. Quare hic accenso, illic præconi* dicit, hæc est causa. In aliquot rebus idem ut *præco*, *accensus* acciebat, à quo *accensus* quoque dictus. *Accensum* solitum ciere *Bœotica* ostendit, quam *comœdiam Ælii* esse dicunt, hoc versu:

Ubi primum accensus clamavit meridiem, &c.

*Livius* de *decemviris Consularibus*: Penes præfectum juris duodecim fascies erant, collegis novem singuli *accensi* apparebant. Et *Cicero* in epistola illa nobili ad fratrem: His rebus nuper C. *Octavius* jucundissimus fuit, apud quem *primus licitor* quievit, tacuit *accensus*, quoties quisque voluit, dixit, & quam voluit diu. Quo in loco cum de *accenso*, tacuit, dixit, significat, *accensi officium* fuisse non solum ut acciret ad prætorem, qui jus poscerent: sed etiam, ut molestis interpellatoribus silentium imponeret. Libertis autem hoc muneris datum esse, idem ille in eadem ostendit: *Accensus* sit, inquit,

co etiam numero, quo eum majores nostri esse voluerunt, qui hoc non in beneficii loco, sed in laboris, aut muneris non temere nisi libertis suis deferebant, quibus illi quidem non multo secus, ac servi imperabant: unde ad Appium cum scribit, *Pausaniam, Lentuli libertum, accensum suum vocat.*

*Interpretes fuerunt, quos inter exterarum gentes, ad externorum populorum orationem interpretandam adhibuerunt: quos ex apparitorum & libertinorum numero fuisse, Ciceronis verba, quæ sequuntur, ostendunt: Primum ad Thermum, inquit, se pro Coss. in Sicilia, in longa apparitione singularem, & prope incredibilem interpretis sui Marcilii fidem cognovisse. Deinde in Cornelianâ: C. Publicium Menandrum, libertinum hominem apud majores legatos in Græciam proficiscentes, interpretem secum habere voluisse.*

*Præconum in civitate usus fuit varius ac multiplex: in auctioribus, ut ad hastam starent, & prætia oblata nuntiarent: in concionibus, ut audientiam facerent: in comitiis magistratum, ut tribus ad suffragia incunda citarent, & eos, qui designati erant, renuntiarent: in legibus ferendis, ut subiciente scriba leges populo recitarent: in judiciis & questionibus, ut iudices, reos, & accusatores, & testes citarent: quod unicuique planum esse potest, qui non cursim, sed attente antiquorum scripta perlegerit. Liberos autem fuisse præcones, exemplo sit Sex. ille Nævius, de quo Cicero pro Quintio. Hi à Consulibus ex civibus Romanis legebantur, eorumque multæ erant decuriæ.*

*Lictores dicuntur, ait Festus, quod fasces virgarum ligatos ferunt, hi parentes magistratibus, delinquentibus plagas ingerunt: Usi sunt lictoribus Consules, Prætores, Interreges, & Dictatores, & si qui alii magistratus non potestatem solum habuerunt, sed etiam imperium. Viatoribus ii, quorum potestas potius quam imperium extitit. Eorum munus erat, ut populum summoverent, fontes virgis cæderent, & securi ferirent, quæ ex Livio multis locis eliciuntur, qui eos etiam alicubi aditus summotores vocat. Hos in plebe Romana fuisse, idem ostendit, apud quem aliquis ex plebe quaeritur, quatuor & viginti lictores apparere Consulibus, & eos ipsos plebis homines: Punico autem bello confecto, qui magistratibus in provincia apparerent, eos fere Bruttios fuisse, unde Bruttianos dictos, tradit Agellus. Plurima de lictoribus collegit observatione dignissima Justus Lipsius libro primo Electorum, cap. 23.*

*Viatores appellantur, inquit Festus, qui magistratibus apparent, eo quia initio omnium trium cum agris in propinquo erant Urbis, atque assidue homines rusticabantur, crebrior opera eorum erat in via, quam Urbe: quod ex agris plerumque homines vocabantur à magistratibus, & frequens eorum erat ab agris ad Urbem via: cum quo etiam Columella & Cicero, cujus hæc sunt verba: E via ad Senatum accercebantur Curvius, & cæteri senes, ex quo, qui eos accercebant, viatores nominati sunt. Hi alii erant à lictoribus, si antiquam utrorumque originem respiciamus. Valgius tamen eisdem fere viatores cum lictoribus existimavit, ut est apud Agellium. Lictorem enim dicit à ligando appellatum esse, quod cum magistratus populi Romani virgis quæpiam verberari jussissent, crura ejus, & manus ligari, vincirique à viatore solita sint, isque qui ex collegio viatorum officium ligandi haberet, lictor sit appellatus, utiturque ad eam rem testimonio M. Tullii Viatoribus utebantur Consules vocandi & nuntiandi causa. Eorumque, sicut etiam præconum, decuriæ erant, quæ à Consulibus legebantur, & mercede afficiebantur, uti testis est antiqua tabula, quam habet Carolus Sigonius, ex cujus etiam doctissimis de antiquo jure civium Romanorum commentariis hæc de ministris magistratum omnia transcripsimus.*

*Erant etiam servi publici, quorum ministerio magistratus fere omnes utebantur, de quibus passim loquuntur historiæ. Eos alios fuisse à lictoribus, ostendit vetus Senatusconsultum, quod ponitur à Frontino libro de aquæ ductibus: Placere Senatui, eos, qui aquis publicis præessent, cum ejus rei causa extra Urbem essent, lictores binos & servos publicos ternos, architectos singulos, & scribas, & librarios, accensos præconesque totidem habere, quot habent ii, per quos frumentum plebi datur. Sed de his quoque videndus Justus Lipsius in lib. primo Electorum, cap. 22.*

*Unus fuit carnifex, qui non modo civis non fuit, sed ne domicilium quidem in Urbe habuit, si teste M. Tullio istamus in Rabiriana illa de perduellione ita loquente: Sed moreretur prius acerbissima morte millies Gracchus, quam in ejus concione carnifex comisteret, quem non modo foro, sed etiam cælo hoc ac spiritu censoriæ leges, atque Urbis domicilio carere voluerunt. Est autem carnifex fere is, per quem in crucem egerunt, ut lictor, per quem securi percusserunt. Hæc habuimus, quæ de magistratibus, eorumque ministris diceremus. Sequuntur leges.*

## AD CAP. ULT. PARALIPOMENA.

*Nota pro literis, notarii idem qui scriba, actuarii, exceptores, in Urbe in exercitu, apud Reges, horum dignitas, viatores, prisci magistratus in agris morabantur, pauperimi erant, colles & sylvas in provinciis fortiebantur, cursores, eorumque officia.*

**A**niquitas *notae* idem ac *literae*: quamquam sciam literas à notis solere distingui; nam ante Mecencatem notarum nuntius itis ad epistolas scribendas, ut in rebus Augusti l. 49. etiam est a Dione Coeccejan. Paulus I. C. l. 6. §. *si. ff. de bon. possessor.* *Notas non esse literas* Pedius ad edictum scribit. L. Sen. epit. 90. *Quid loquar verborum notas, quibus, quantum est etiam excipitur oratio & celeritate lingua manus sequitur?* et *illissimo rari municipiorum libri Grammatici vetustissimi, item Magnonis M. Valerii Probi Grammatici vetustissimi, item Magnonis coetanei Careli Magni & Pauli Diaconi, ferturque Cicero nescio quid de notarum differentia scripserit. Invaluitque usus, ut pro praeonominiis adderentur. Diomedes lib. 1. cap. 12. Item alia nomina & praeonomina, aut singulis literis notantur, aut binis, aut ternis. Priscian. Caesariens. lib. 2. cap. 7. Ex illo consuetudo venit, ut nemo Romanus sit absque praeenomine: & notatur, et singulis literis, vel binis, vel ternis. Verum alia fuit notarum ratio, cum non pro nomine aut praeenomine unam litteram ponerent, sed pro una litera aliam substituerent, & de iis Sueton. Caesar. cap. 56. *In quibus si qua occultius referenda erant, per notas scripsit, id est sic struendo litterarum ordine, ut nullum verbum effugere possit.* Ad id locum. Idem de iisdem in Aug. cap. 88. *Quos autem per notas scribit, b pro a, c pro b, ac diinceps eadem ratione sequentes literas ponit, pro x autem duplex a a. Corrigitur fortassis idem cap. 64. Nepotes & literas & utare docuit. Legendum censentem, notare docuit. Neque enim verisimile est Augustum jam grandiori aetate, aut natasse, aut eos notare docuisse. Est quippe notare idem ac scribere. C. Plin. lib. 1. epit. 6. *Evant in proximo non venabulum, aut lancea, sed stylus, & pugillares, meditabar aliquid, evocabamque, ut si manus vacuas, plenas tamen ceras reserrem.* Jul. Firmicus Mater. Mathem. lib. 3. cap. 8. num. 7. *Facit etiam aut calculi, aut mystice, aut notarum, aut difficultum litterarum inventores.* Poëta illo sensu. Q. Hor. lib. 4. od. 8. *Non in his notis marmora publicis Per quae spiritus, & vita redit bonis Post mortem duobus.***

P. Ovid. lib. 3. de Arte:

*Cum possit solea charitas afferre ligatas,  
Ut blandas vultu sub pede ferre notas.*

Et epist. 4. Phaedra Hippolyto.

*His arcana notis terra pelagoque servantur,  
Inspicit acceptas hostis ab hoste notas.*

Quae itaque de notariis, eadem & de scribis dici possunt, & de actuariis, ac de tribus illis producantur testimonia. Ac primum permissum erat actuariis pacisci & negotiari cum militibus, ipsique ante tempus erogationis pecuniam, specieve annonas mutuo dare, sed pro singulis solidis tremissem tantum, id est, tertiam solidi partem accipiebant, non in annos, sed pro omni tempore dilata solutionis; neque poterant actuarii ulla machinatione, pro temporis prolixitate, unius tremissem quantitatem excedere: quod si quartio hac de causa inter militem & actuarium oriebatur, debebat pecuniam erogator apud principia deponere, & ibi liti decidebatur. Hac fere Anastasius Aug. l. 16. C. de erogac. milit. annona lib. 12. Meminit etiam Arcadius princeps l. 9. C. eod. & Grat. l. 5. C. eod. Martianus Caesar. *Aut curialis, aut qui, anque apparitor, vel ceptio, vel actuarius, vel quilibet publici debiti exactor, sive compositor, possessorum vel curatorum haberit cautionem.* l. 3. C. de epob. public. lib. 10. observavit Godefridus Stewechius ad Fl. Vegetii lib. 2. cap. 19. vetus lapis:

IMP. CÆSARI. M. AUREL. ANTONINO.  
PIO. FELICI. AUG. PARTHICO. MAX. BRI-

TAN. MAX. GERMANICO. MAX. PONTIFICI. CI. MAX. TRIB. POTEST. XVIII. COS. IV. IMP. III. PP. PROC. EQUITES. IN. HIS. ACTUARIUS. LEG. VII. GEM. ANT. P. FEL. DEVO. TI. NUMINI. MAJESTATIQUE. EJUS.

De notatio, præter ea quæ dicta sunt, addendi auctores. Q. Fabius lib. 7. Instit. Orator. cap. 1. A. E. Lamprid. in Diadumeno ad finem: *Et quantum Lollius Urbicus in historia sui temporis dicit, ista litera per notarium prodita illi pueri multum apud milites obsuisse dicuntur.* Lollio Urbico historico notarius ille est, qui privata seipra alioquin digni, quique alicui veluti amamentis est. contenti Ulpian. I. C. l. 1. ff. de extræordinar. cognit. *Lex quoque literarii magistris, licet non sint professores, tamen usurpatum est, ut his quoque jus dicatur. Nam & librariis, & notariis, & calculatoribus, sive tabulariis. Sed cæterarum artium officibus, sive artificibus, quæ sunt extra literas, vel notas posita nunquam extra ordinem jus dicere præses debet.* Plinius junior lib. 3. epist. 5. *In itinere, quasi solutus cæteris curis, huic mihi vacabat. Ad latus notarius cum libro & pugillariis.* Et l. 9. epit. 36. *Cogito si quid in manibus, cogito ad verbum scribenti emendatque similis, nunc pauca, nunc plura, ut vel difficile, vel facile componi tenere poterunt.* Notarium voco, & dic admisso, quæ formaveram, dicto, abiit, rursusque revocatur, rursusque remittitur. L. Seneca in Apocolocyntosi Claudiana: *Multa diserte dixit in senatu deorum, quæ notarius persequi non potuit.* Eadem voce in epistolis sæpe utitur, ut inde pateat, non privatis tantum in adibus, sed & publico senatorum consessu, actuaries seu scribas, seu notarios fuisse. M. Varro apud Servium ad lib. 6. Æneid. *In foliis palma interdum notis, interdum sermonibus scribebat.* Trihemius Abbas lib. de Polygraphia. Aurel. Prudent. lib. 7. ep. de Calliano:

*Magister literarum federat,  
Verba notis brevibus comprehendere cuncta paratus,  
Raptimque puerilis dicta præpetibus sequi.*

M. Manilius lib. 4. Astronomic. eleganti periphtasi adumbravit:

*Hic & scriptor erit felix, cui litera verbum est,  
Quique notis linguam superet, cursusque loquacis,  
Excipiet longas nova per compendia voces.*

Martialis libro 14. epigr. 208. epigraphe est, notarius.

*Curant verba licet, manus est velocior illis,  
Nondum lingua sum, dexa peregit opus.*

D. Aufonius epigr. 136. ad notarium velocissime excipientem.

*Puer notarum præpetum.*

Et aliquot interjectis verbis multis munus illud exequitur:

*Quis ista jam dixit tibi  
Quæ cogitabam dicere?  
Quæ sienta corde in intimo  
Exeret ales dextera?  
Quis ordo rerum tam novus  
Veniat in aures ut tuas  
Quod lingua nondum absolverit?  
Doctrina non hæc præstitit,  
Nec ulla tam velox manus,  
Celeripedis compendii.  
Natura munus hoc tibi  
Densque donum tradidit.  
Quæ loquerer, ut sitres prius,  
Idemque velles, quod volo.*

Scribas eisdem dici notissimum ex T. Livio l. Decad. lib. 2. in rebus ab Scavola gestis, & ejusdem Decadis lib. 4. quod notatum est à Julio Barbarano Officina Promptuario Tom. 1. tit. 24. quorum officium omnes sciunt, in Regum comitatu olim. Ammian. Marcellin. l. 30. *Cæsarium antebat ejus domesticum, postea notarium principis, per venientiam questionem interrogat.* Atque etiam nunc hodie. I. Dikenlonas speculi Tragicæ pag. 127. aut in accusationibus & iudiciis, nam & Latinis scribere, Græcis, & cæteris idem arguere accusare. Petr. Nannius lib. 9. Miscellaneor. cap. 4. J. Brodæus lib. 10. cap. 23. Jul. Pollux lib. 8. Onomast. cap. 9. §. 21. *ἰταρῶν*, notarium officium describitur, sive scribarum, qui totius civitatis censum,

Privatorumque singulorum debita digerebant, de quibus lapis antiquus:

L. TARQUITIO. L. F. POM. ETRUSCO. SULPICIANO. SCRIBÆ. QUÆSTORIO. EX. TESTAMENTO. DE. HS. XX.

Aterius marmoris fragmentum, à Wolfango Lazio peti-  
tum Commentario. Recip. Roman. lib. 5. c. 17. ad finem:  
D. M.

M. ATINIO. ÆL. F. PAL. PATERNO. SCRIBÆ. ÆDILI. CURULI. HON. USUS. AB. IMP. EQUO. PUBL. HONOR. PRÆF. COH. II. BRACHAR. AUGUSTAN. TRIB. MIL. LEG. X. FRETENSIS. A. DIVO. TRAJANO. IN. EXPEDITIONE. PARTHICA. DONIS. DONAT. PRÆF. AL. Æ. VII. PHRIG. CUR. KAL. FABRATERNOR. NOVOR. ATINIA. A. F. FAUSTINA. PATRI. OPTIMO.

Erant itaque scribæ regii, quæstorii, adilitii, & præterea pontificum, & militares, nec Roma modo, sed & Byzantii. Cuiusmodi lib. de offic. Aula Constantinopolit. pag. 233. vordapios dicuntur: qui ad Metropolitanam Philippopolitanam honoratissimum scribunt, & totius Thraciæ præfules. M. Varro lib. 4. de ling. Lat. scribæ publici pontificum. Vetus inscriptio apud Onphrimum:

AGRIÆ. TRIPHOSÆ. VESTIFICÆ. LIVIUS. THEONA. AB. EPIS. IULIS. GRÆC. SCRIBA. A. LIBRIS. PONTIFICALIBUS. CONIUGI. SANCTISSIMÆ. B. D. S. M.

De scribis militaribus, quos notarios appellant, plerique in criticis prodidere. Fl. Vegetius lib. 2. de Re milit. cap. 19. epigraphæ est: Præter corporis robur, notariorum quoque & computandi artem in tironibus eligendam. Et deinde eodem in capite sequitur: Sed in quibusdam notariorum peritia, computandi calculandique usus exigitur. Rationem subiungit: Totius enim legionis ratio sive militarium numerorum, sive pecunie, quotidie adscribitur actis, majore prope cum diligentia, quam res annonaria vel civilis, politis libris adnotatur. Quem locum longiorem apposui, quod sanus inhi non videretur, quinam sunt libri politici? legit Jacobus Cujacius l. 4. Observation. c. 27. polyptycis libris adnotatur. Et quia in plerisque editionibus libris abest, legitur rectissime, polyptycis adnotatur. Cassiodor. lib. 5. variat. epist. 14. ea voce utitur, ut omnibus à te sollicita & equabili indagatione compertis notariorum peritia, computandi calculandique usus exigitur. Aliquoties reperitur eadem dictio & in Codice Theodosiano l. 2. de dispens. l. 13. de jud. deb. sed quid polyptyci significant, viri magni dissentiunt. Alciat. parerg. lib. 3. chirographi & apochas interpretatur, Cujacius loco jam laudato, rationes sive ἀπογραφὰς publicas. Vide rationes ab eo allatas. Ad notarios regredior.

Coniuncta solebat plerumque esse dignitas notarii militaris cum tribunicia potestate, aut primiceriatur. Idem Cassiodor. lib. 6. epist. 16. Notarium te nostrum esse censemus, ut ordine decurso militie, ad primiceriatum pervenias feliciter summamque honor qui efficit senatorum, cui potrum aula referatur, non injuria: nam qui nostris curis militat assidua lucubratione, iuste videtur & curiam libertatis intrare. Ammian. Marcellin. lib. lust. 29. Bassianus procerum genere natus, notarius militans inter primos, quasi prænoscere altiora conatus, licet ipse de qualitate parvis uxoris consuluisse firmaret, ambitioso necessitudinum studio, quibus regeratur, morte creptus patrimonio optimo exutus est. Adeoque notarii & tribuni solebant coniungi. Cassiodor. lib. 11. epist. 20. Inter tribunos & notarios venerandam purpuram adoraturus accede. Marmoris antiqui fragmentum, Romæ in. domo Pomponii Latii.

CL. CLAUDIAN. V. C. CL. CLAUDIANO. V. C. TRIBUNO. ET. NOTARIO. INTER. CETERAS. INGENTES. ARTES. RR. ÆGLO. RIOSISSIMO. POETARUM. LICET. AD. MEMORIAM. SEMPITERNAM. CARMINA.

AB. EODEM. SCRIPTA. SUFFICIENT. AD. EUM. TESTIMONII. GRATIA. OB. JUDICII. SUI. FIDEM. DD. NN. ARCADIVS. ET. HONORIVS. FELICISSIMI. AC. DOCTISSIMI. IMPERATORES. SENATU. PETENTE. STATUAM. IN. FORO. DIVI. TRAJANI. ERIGI. COLLOCARIQUE. JUSSERUNT.

Denique notarii sunt iidem, quos exceptores appellant. Notitia utriusque imperii frequentissime, & entissimus Guidus Pancirolius. Jul. Firmic. Matern. lib. 3. Mathes. cap. 6. num. 7. Malitiosos facit, malevolos, pessimosque in omnibus actibus, sed aut advocatos, aut iure peritos, seu scribas, vel exceptores, aut hortorum præpositos, aut equarum distributores. Ulpian. l. 19. §. ult. ff. loc. conducti. Cum quidam exceptor operas suas locasset, accidit eis, qui eas conduxit, accessisset. Notarium est à Fr. Lindenbrogio ad lib. 14. Ammian. Marcellini: Adfisset hinc inde notarii. D. Augustin. epist. 152. D. Gregor. in Proleg. 40. Homil. de divit. lect. Euang. Quia sicut à me diversis temporibus dictata sunt, ita quoque sunt ab exceptoribus codicibus affixa. Collatio Carthaginensis sub Honorio inter Catholicos & Donatistas habita: Exipientibus Hilario & Præterito exceptoribus D. N. V. C. & Spectabilis præconulis, Fabio exceptore D. N. V. C. & Spectabilis vicarii, & Romulo V. C. legato A. K. excipientibus quoque Januarii & Vitale notariis Ecclesie Donatistarum. Sed satis superque de his dictum ad alia pergo.

Vitatores censerunt qui à villis ad Senatum patres accersebant. C. Plin. lib. 18. c. 3. Jun. Moderat. Columella in præfat. lib. 1. de Re Rust. Illis temporibus proceres civitatis in villis morabantur. M. Tull. in Vatinium: Misericors viatorem, qui M. Bibulum vi domo extraheret. Fuit hic quantum conjicio, in comitatu tribunus plebis. T. Liv. 1. Decad. lib. 2. Ardens igitur ira tribunus viatorem mittit ad Consularem, Consul lidorem ad tribunalum, sed & prætores & Consules suos habebant etiam viatores: ostendit hæc inscriptio, quæ Roma visitur in campo Martio.

T. STABERIO. SECUNDO. COACTORI. ARGENTARIO. VIATOR. CONSULARI. ET. PRÆTORIO. SIBI. ET. CLAUDIÆ. STRATONICÆ. UXORI.

Quare cum C. Cæsar bellor civil. lib. 3. capite 3. ejusdem Straberii meminerit, purarem reponendum Staberium, docet alter lapis Romanus in foro boatio.

T. STABERIVS. EPIGONUS. VIATOR. CONSULARIS. SIBI. ET. SUI. LIBERIS. LIBERTABUSQUE. POSTERISQUE. EORUM.

Sed quod antiquorum divitiarum opulentiaque in agricultura esset, ad Claudianum meum frequenter adimonni. Plin. 1. 18. cap. 2. Terra manibus Imperatorum coli gaudet, laureato vomere, & triumphali oratore. Atellius Fulcius apud L. Senecam lib. 2. Controverf. 1. Hæc ceteros patres nostros, quos apud aratra ipsa mirantes decora sua circumferebat victores. Et Silius Baſilius apud eundem lib. 1. Controverf. 6. Quid tibi videntur illi ab aratro citati, qui paupertate sua beatam secere rempublicam? quibusque summa felicitas vila est, campum sivo (verba sunt Sidonii Apollinaris lib. 1. epist. 6.) tremente profunderet. Pacat. Drepan. Lat. in Paneg. Theodosio dicto. Depositis in gremio Capitolini Jovis laureis, triumphales viri rusticantur. Unde Possidonius apud L. Senecam epist. 90. Agriculturam ait esse sapientiam inventum. & bonus agricola sapientiam confertur. Idem l. 2. de Clementia, c. ult. in fine, & fulissime M. Cicero in Orat. pro Roscio Amerino, & l. 1. de Offic. laudes agriculturæ narrat, & ex multis bonis auctoribus Andreas Tiraquell. in tractatu illo exquisitissimo de Nobilitate. Sed talem fuisse crederentis reipublicæ Romanæ statum, loquuntur poëta. M. Lucan. lib. 10.

Sordidus Hetruscis abductus Consul aratro.

Sil. Italic. lib. 1. Punicor. de Senatu Romano.

hiræque come, neglectaque mensis, Dexteræque à curvis capulo non segnè aratris.

P. Ovid. lib. 1. Fastor. Pascebatque suas ipse senator oves.

Et post eod. lib. Jura dabat populis, posito modo prætor aratro.

Idemque rursus lib. 3. Faistor.

*Et caperet fasces a curvo Consul aratro,  
Nec crimen duras effe habere manus.*

Sidon. Apollinar. car. 5. ubi sic Romam alloquitur:

*— sic quondam Consule curvo  
Vertebas campos.*

Et in eodem carmine v. 304.

*— humili dum iuncta camino  
Viditris funum biberet palmata bubulci.*

Et carm. 7. idem v. 388.

*Vile triumphalis portavit purpura semen.*

Claudian. lib. de bello Gildonico:

*Sufficerent Hetrusca mihi, Campanaque culta,  
Et Quinti Curtiæ seges, patriæque ruenti  
Rufinus, & proprius ferret Dictator aristas.*

Et de 4. Honorii Consul.

*Instrata liore casa, fuscæque salignis  
Possibus affixi, collecta Consule messes,  
Et sulcata diu trabato rura colono.*

Et Paneg. de Consul. Manlii Theodori:

*Attonit inritam blande vestigat & ultro  
Ambit honor, donat toties à rupe profectus  
Lictor, & in mediis Consul quasi aratris.*

Atque hi quidem initio Urbis mores erant, at deinde paulatim aucta maiestate populi Romani, agricolam fuisse, probrosium, & res dedecoris plena, cum quor senatores essent, totidem Reges, saltem comitatu suo, viderentur, retenta tamen aliqua venusta frugalitatis umbra, & quantumvis opulentissimis magistratibus, provincia tamen agrestes, & agricolis convenientes assignata. Petr. Crinit. lib. 4. de honesta disciplina cap. 5. Cautum fuit apud Romanos, uti Consules quidem ipsi eorum collium atque sylvarum haberent, ut hac ratione materies non deesset, qua videlicet navigia publica possent à præfectis fabricum confici, sicuti & servatum adhuc in Veneta república, uti præfectos habeant, quibus hæc sylvarum cura sit demandata, ut quot annis suta illa & arbores ex decreto publico existendantur, ne materies non copiosa constitutendis navigiis suggeratur. Idemque scriptum est à Cælio Rhodigino lib. Antiquar. Lectio. 26. cap. 5. & ab Alexandro Neapolitano lib. 3. Genial. diar. c. 3. Jul. Cæsar Scaliger Poëticæ lib. 1. cap. 4. Quantum Senatibus depressit Consules ad humilitatem sylvarum, tantum Virgilius suis versibus extollit sylvas ad Consulatus fastigium. Auctor omnibus his Criticis C. Suetonius in Julio cap. 19. Eandem ob causam opera optimatibus data est, ut provincia futuris Consulibus minimi negotii, id est, sylvæ collectæ decernerentur. Resitunt viri magni, Adrian. Turneb. lib. 3. cap. 9. Adversatior. Lævinus Torrentius, & Joan. Brodardus lib. 1. Miscellaneor. cap. 39. leguntque, id est, sylvæ callesque decernerentur. Est enim *callis*, iter pecudum (verba sunt Lidori lib. 15. cap. 16.) inter montes angustum, & tritum, à callo pecudum vocatum, sive callo pecudum perduratum. M. Terentius Varro lib. 2. de Re Rust. cap. 10. Neque fenes neque pueri callium difficultatem ac montium ædilitatem atque asperitatem facile ferunt, quod patiendum illis, qui greges sequuntur, præsertim armentitios ac capriuos, quibus ripes ac sylvæ ad pabulandum cordi. Idem Suetonius cap. 24. in Claudio: *Detrahaque Hostiensis ac Gallica provincia, curam erarit Saturni reddidit quasioribus, quam utique medio tempore prætores aut prætura functi sustinerant.* Existunt aut referendum detrahaque Hostiensis ac callium provincia. Sed vulgarem lectionem Ilaacus Calaubonus retinendam contendit ex Dione Ceceiano lib. 55. *παρίας ἐν τῇ παραλία τῇ πρὸς τῇ πύλει καὶ ἐν ἐπέροις τῶν τῆς ἰταλίας χωρίοις ἀρχαῖον ἐπιπύνα.* Quasiores præfert ora maritima ad Urbem (hæc est provincia Ostiensis) & quibusdam aliis Italia locis. Alia hæc Italia loca sunt *Gallia Cisalpina*, nempe inter montes Alpes & fluvium Rubiconem interjecta, quam quasiorum fuisse provinciam certum est, ex Festo Rufo in Breviario suo. Virgil. Ecloga 4.

*Si canimus sylvas, sylvæ sunt Consule digne.*

Sed ad magistratum Romanorum pauperiem revertor, Exempli Cornucani, Fabricii, Curii profert Latin. Pacatus loco proxi-

me supra laudato, & aliorum. Salvianus Massiliensis lib. de Provident. & gubernat. Dei 1. *Nisi forte antiquis illis præficus virtutis viris, Fabriciis, Fabriciis, Cincinnatis, grave fuisse existimamus, quod pauperes erant, qui divites esse volebant.* Paucis deinde interjectis: *Non despiciebant tunc, puto, pauperes cultas, cum vestes hirtam ac brevem sumerent, cum ab aratro accerferentur ad fascies, & illustrandi habitum consulari illis fortasse ipsis quas assumpturi erant imperialibus togis madidum sudore pulverem detorgerent.* Itaque tunc illi pauperes magistratus opulentam rempublicam habebant. Nunc autem divites potestas pauperem facit esse rempublicam. De Curio qui triumphatis Samnitibus, & Pyrrho, reliquum ævi in re rusticâ peregit, M. Tul. lib. de Senect. Valer. Maxim. lib. 4. cap. 3. tit. 6. & lib. 8. cap. 14. de Catone. & præterea Regulo Q. Symmachus lib. 7. epist. 15. *Adde te Rusticuum numero, & paulisper Catones atque Attilios æmulare, quos voveris sicut ad consulares misit secures.* De Quinto Cincinnato quem constat Dictatorem creatum, dum trans Tiberim coleret agrum, & fossam foderet. Ut Livius ait verbis lib. 3. Decad. 1. eademque addiderat post illum Dionysius Halicarnassus lib. 10. Cicero lib. 2. de finib. bonor. & malor. in limine: *Cincinnatum majores ab aratro vocarunt, ut Consul fieret.* Consul tantum ille cum facit, quod mirum mihi, cum Dictatorem fuisse omnes consentiant. L. Seneca lib. de brev. vitæ cap. 17. *Dictaturam properat evadere, ab ipso aratro revocatur.* Id ipsum de Camillo & Serrano proditum à Sardonio Apollinare lib. 8. epist. 8. *Quid Serranorum æmulus & Camillovum, cum reges sylvam, dissimulas optare palmatam?* De iis pene omnibus passim poëta. M. Manilius lib. 4. Astronomicum.

*Serranos Curiosque tulit, fuscæque per arva  
Detulit, æque suo Dictator venit aratro.*

De Cincinnato & Curio Claudian. supra de bello Gildonico, & de ultimo idem lib. 1. in Ruffin.

*Et casa pugnaces Curios angusta tenebat.*

Et de 4. Hon. Consul.

*Pauper erat Curius, Reges cum vinceret armis.*

Sil. Italic. lib. 13. Punicor.

*Nunc auro Curium non unquam cernit amicam.*

De primo A. Persius sat. 1.

*— sulcoque terens dentalia Quinti,  
Cum trepida ante boves Dictatorem induat uxor.*

De Serrano controversia est, num tantum Consul fuerit, an & etiam Dictator, nam Claudianus ille idem modo Consulenti facit lib. 1. in Ruffin.

*Sudabatque gravi Consul Serranum aratro.*

Modo Dictatorem. Idem de 4. Honorii Consulatu:

*Sordida Serranus flexit Dictator aratra.*

Ut viatores præficus Romanis in usu, ita nomine mutato Byzantini habuerunt *cursores*, non quidem illos qui in aciem hostilem excurrebant, impetumque faciebant, ut notat Adrianus Turneb. lib. 24. c. 16. sed qui ad principum ministeria idonei essent. Caropal. lib. de othe. Aul. Constantinopolit. pag. 57. *πρωτοστράτωρ ἐνὶ καὶ δὲ φέρονται τῶν κερσούτων, τῶν καὶ κατὰ τὰ ἐνὶ χερσούτων, κατὰ φάλαγγας ἰδίων.* Protostator est etiam defensor urborum, horum quidem neque ordinem habentium, neque flammæolum suum. Legitur melius in Fr. Junii schedis *πρωτοστράτωρ*, nam protostator ille censori poterit, qui in officialium numero primus stat. Cursores certe antiquissimos fuisse docemur à Tito Livio 4. Dec. lib. 1. *hemerodromos vocant, ingens uno die spatium eurrentes.* Sed isti in triplici omnino genere, aut enim eurrebant *pedites*, aut equites, aut animantes, nulli videlicet, equi, jumenta, ut differunt eruditissime falsissimæque J. Lipsius Cent. 3. epist. 59. quem non exscribo. Horum usus & à Persis receptus, dictique *aslände*, & *anguri*, qui sibi invicem succederent. Suidas in *aslände*. Xenoph. lib. 8. Pæd. horum nonnulli nocturni, alii diurni, accensis fascibus per vias, ex omnibus regni sublimibus locis, in uno die Imperatori significabant, quod erat scito opus. Verba sunt Apuleji apud Joannem Brodardum lib. 6. Miscellaneor. cap. 6. ubi tamen malim legi, *quod erat cito opus.* Imago accensarum facium in Anglia etiamnum hodie, altissimis enim palis (*beckyns* illi vocant) lumina imponunt, si quando turbarum metus, quo veluti edicto,

omnes

omnes ad arma conuertunt, pro aris & focis dimicaturi. Æschylus, Cleomedesque cursum meminerunt, & præfertim eorum, qui equis vecti publicis, & celeriter subinde mutatis nuntiabant, diciturque id genus ministerii hodie la posse, Gallis: *curuale ministerium* Theodorico Regi lib. 5. epist. 5. apud Cassiodorum appellatur. Æl. Spartian. in Vero. Jam illa leuiora, quod *curforibus* suis exemplo *Cupidinum* frequenter alas addidit, eosque ventorum nominibus sepe vocitatis, boream alium, alium notum, & item aquilonem, aut circium, ceterisque nominibus appellans, & indefesse, atque inhumaniter faciens curstare. Paulus IC. l. 99. ff. de leg. 3. Si alii *verna*, alii *cursores* legati sunt, si quidem & *verna* & *cursores* sint, *curforibus* cedent; semper enim species generi derogat. Addendum & è *curforibus*, quos seruos fuisse palam est, quosdam appellari solitos *dolichodromos*, *dianodromos*, *epitodromos*, *hemerodromos*, *stadiodromos*. Q. Tertullian. lib. de fuga in persecutione, in fine: *Cum in matricibus be-*

*nesitariorum*, & *curiosorum*, inter *tabernarios*, & *larios*, & *fures balnearum Christiani* continentur. Legi potest fortasse, *beneficiarium* & *cursum*. Sic eruditissimus Pamelius censuit, licet sciam & *curiosos* in comitatu prædictum haberi, qui admissa per provinciam renuntiarent. Et sub magistro officiorum erat *curiosus cursus publici presentalis unius*, & per omnes provincias. Verba sunt Notitiz utriusque impetii, pag. 46. 130. & Guidus Pancioli. Est titulus in Codice Theodosiano tit. 10. lib. 12. & in Codice Justiniano tit. 2. lib. 12. Cujacius ibidem. Corrip. lib. 5. num. 5.

— jamque ordine certo

*Turba decanorum, cursum.*

Erant ut jam proxime admonui, in seruorum numero *cursores*. C. Petron. Satyrici pag. 21. *faleratis curforibus*. Martial. lib. 3. epigr. 47. quod forte omnes magiltratus eligerentur, hic fuerat dicendum, sed commodius alibi id expeditur.



# ROMANARUM ANTIQUITATUM LIBER OCTAVUS. DE LEGIBUS.



Antea est dignitas, tanta utilitas, tanta denique necessitas legum, ut sine illis respublica nulla constitui, nec consistere possit: sed mera sit barbaries, uti omnium temporum & gentium historiae satis superque declarant. Quid enim Spartæ laudabile gestum fuit, quam vitam ibi homines egerunt, antequam Lycurgus leges ferret, & cuique ordini civium sua officia præscriberet, quidque à quoque requireretur; doceret? Quam eleganter Solon rempublicam Atheniensium instituit, leges ferendo, quemcunque ordinem certis quasi cancellis circumscribendo: immo vero, Deus ipse, cum populum Judaicum sibi præ omnibus aliis gentibus eligeret, certas ipsi leges præscripsit, juxta quas Deum colerent, & vitam suam agerent. Quem morem omnibus hominibus communem, Romani quoque observarunt. Quamprimum enim Urlem Romulus condidit, certas proposuit & tulit suis civibus leges, quæ postea auferente in immensum multitudine, necessitate nonnunquam requirente, interdum hominum libidine impellente, mirum in modum sunt multiplicatæ, id quod veteres scriptores non semel gravissime queruntur. Quare cum proposuerim mihi in hisce commentariis rempubl. Romanam describere, & quantum fieri potest illustrare, leges omittendæ non fuerunt. Nulla enim respublicæ pars est, quæ in iis non attingatur.

Collegerunt patrum ætate quasdam leges Pomponius Lætus, Conradus Celtes, Amymarus Rivallius, eosque secuti nostro tempore Udalricus Zasius Brigantinus, ad cujus legum catalogum annotationes adjecit Ludovicus Caranda Parisiensis, Paulus Manutius, Franciscus Hotomanus, Pandolphus Prætæus, quorum omnium labores summam laudem merentur, & propterea lectioe & cognitione sunt dignissimi. Non tamen me à simili conatu deterruerunt, quin eorum vestigiis insistens, idem tentarem: præsertim, cum vel maxime in his rebus valeat tritum illud: Dies diem docet, semperque posterior dies aliquid inveniat, quod prior ignoravit. Quare non improbaturos spero antiquarum literarum amantes hoc meum studium, quod ipsorum commodis & utilitati consulere cupiens, ea quæ multis plurimorum libris de Romanorum moribus & institutis tradita sunt, uno quasi fasce comprehenderim: id quod in hoc de legibus libro, si non præstiti, certe tamen volui. Omnes enim leges, quæ apud illos, quos modo nominavi, scriptores, reperiuntur: in hunc librum conjeci. Nec eas solum, verum etiam alias, quæ ab illis ignoratæ, aliorum nonnullorum recentium scriptorum cura & industria inventæ sunt, addidi, ut quisvis, qui hunc nostrum catalogum cum aliorum indicibus vel commentariis conferre volet, videbit.

Cæterum antequam ipsas leges recitem, non puto rem ingratham lectoribus me facturum, si quædam generalia de legibus, & more rogandi eas apud Romanos observato, repetam: id quod sequentibus tribus capitibus brevissime facere conabor, à vocabulorum aliquot, quæ huc pertinent, explicatione initio sumpto.

AD LIBRUM OCTAVUM

PARALIPOMENA.

Leges necessariae, legislator parere sibi debet, juri innituntur, eas diversis populis qui primi tulerint, & an mutandae saepius, legum senium, juvenus.



Uila respublica sine certo legum praescripto stare, multo minus florere potest; nam lex dicitur non immerito respicienda civium. Liborius à Bode-stain lib. 1. Jurisprudencia Politica, sive Arcanae disquisitionum cap. 13. ideoque vel praecipua fuit statum solidum fundaturis ratio, ut à legum latrone exordia de sumerent: ut quicumque Reges essent, idem & leges ferrent, & legibus à se latis seipos obstringerent, habenturque legislatores veluti à Deo ipso missi. Cotrip. lib. 4. num. ult.

Legislatores statuit Deus ipse per orbem.

Neque ullus eorum repertus est, qui non edoctum se ab aliquo Deo fingeret leges quas populo traditurus esset, tum quo suam fidem liberaret, tum quo majus pondus possent praescripta ipsius habere, aliusque in singulorum mentes descendere. Pie & Christiane Manuel Palaeologus Augustus in praecipis illis vere antea educationis Regiae ad Joannem filium, ut. 51. τὸν αὐτὸν τὸ σὺνταγμα ἐχρησίζαντα Sed idem quoque bonus Rex erit, & legislator nimis, & praestantissimus iudex, si principem, & legislatorem, & iudicem sibi ipse constituet, proque viribus imitabitur aeternum illum Imperatorem, qui sceptrum ei dedit in manus. Pulchre & apposite D. Synalivus epist. 2. ἀρχὴ καὶ πρῶτος, τὸ ποσειδάωνος τὸς νόμους. Securitas maxima, timere leges. Ammian. Marcell. libr. 14. Ideo urbs venerabilis post superbas efferatam gentium cervicibus oppressas, latasque leges fundamenta libertatis, & retinacula sempiterna, veluti frangi parens, & dives, & prudens, Caesaribus tanquam liberis suis regenda patrimonii sui iura permisit. Antiquus poeta incerti nominis in fragment.

Juri servitium deser, sic liber habetur.

Itaque non nisi pi invari auctoritate viri, ut principes ipsi leges poterant conferbere, neque facile ab aliis sibi eas imponi vulgus patiebatur. Q. Symmach. lib. 10. epist. 33. Imperator parens est legum. Recipimusque omnium pepse gentium temporumque memoria, ut ad legum latatum observantiam invitarentur inferioris fortis homines, exemplo potentum, qui primi eas custodire cogebantur, & praesertim illi ipsi, qui eas tulissent. T. Liv. 3. Decad. lib. 8. Si quid in saugere inferiori velis, prius in te, ac tuos recipias, necesse est, si ipse jus statueris, quo facilius omnes obedientes habeas. Valer. Maxim. lib. 8. cap. 6. tit. 3. Stolo cum lege sanxisset, ne quis amplius quam quingenta agri jugera possideret, ipse mille comparavit, dissimulandique criminis gratia, dimidiam partem filio emancipavit, quam ob causam à d. Popilio Lenate accusatus, prius sua lege cecidit, a. docuit, nihil aliud praecipere debere, nisi quod prius quisque sibi imperaverit. D. Augusti libro de vera religione capite 31. Lex etiam ipsa fit, secundum quam iudicant omnia, & de qua iudicare nullus potest. Hinemar. Rhemenis Archiepiscopus epist. 6. c. 10. Aureis vere literis consignandum illud Theodosii & Valentis edictum, l. 4. C. de legib. & constitutionib. Princip. Digna vox est maiestate regnantis, legibus alligatum se principem profiteri, adeo de auctoritate juris vestra pendet auctoritas, & revera majus est imperio, submittere legibus principatum, & oratione praesentis edicti, quod nobis licere non patimur, aliis indicamus. Quod usque adeo verum consistere esse, ut postquam civitati praesentem principem non valeat rescindere. Sicerium loquantur Jurisconsulti. Paricae reperire est apud Paulum IC. l. 4. Receptar. sententiar. tit. 5. Testamentum in quo Imperator scriptum, est haeres,

inofficiosum argui potest; cum enim qui leges facit, pari maiestate legibus obtemperare convenit. Aurel. Cassiodor. l. 5. epist. 13. Solumus enim hoc exemplum à nostris praedictis inchoare, ut nulli gravis sit iussio, quae constringit & principem. Et quanquam princeps sit solutus legibus, ut loquitur Ulpianus l. 31. ff. de legib. Pulchra sunt illa Antiochi, apud Plutarchum in Apopthegmat. & Tiberii Caesaris, referente Nicephoro Callisto lib. 1. histor. Ecclesiast. c. 17. Si quid contrariam legibus per episcopum iussuero, nolite parere; sed me ignoracione lapsu credidite. Neque ablimilia habet Xiphilinus in M. Antonino Philoseph. D. Ambros. epist. 32. Cum leges praescripti aliis, praescripti & tibi; leges enim Imperator ferit, quas prius ipse iustoluit. Apud Aegyptios non minus Reges, quam privati legibus tenebantur. Diodor. Sicul. lib. 2. Salomonius lib. 1. de Principatu. Vide lib. 2. de reip. dignit. Magistratus, gubernatores, Regesque obediunt quoque ipsi legibus, id est, relictæ rationi. De Ptolomæo Rege Aristæ Historicos, & accurate Osurius lib. 5. de Reg. Institur. Est ejusdem leges dare, & defendere, inquit Carolus Magnus. Aegydius Cartocetus lib. de dictis memorabilibus (licet Augustus monarchia jaciens fundamenta, Imperatorem esse supra leges voluerit, ut ex narratione Dionis Cœceteriani lib. 53. probavit L. Charondas (C.) tamen praeclarum est illud Regis Theodahadi apud eundem Cassiodorum lib. 10. epist. 16. Cum possimus omnia, sola nobis licere credimus laudanda. Quod à Guilielmo Fornero notatum video. At quod Ulpianus superius de principum potestate distinxit, exprimitur ab Henrico Stephano metricis legibus, Aimate 33. Multæ monitricis, & eam rejicit sententiam.

At Ulpiani id, inquit, sententia

Evincere potest, ipse quod nobis urgos.

Princeps, ait ille, legibus solutus est,

Leges ad omnes ista verba qui referre,

Is Ulpiani vel scius, vel inscius

Detorquet alio verba, dum causæ suæ

Servire velit hæc, &c.

At quis genuinus sit legis antea productæ sensus, quæque vera Ulpiani mens, eruditissime explicatum est à G. Barclaio cive & cognato meo, nuper professorum Antegavensium Decano, in laudato inco monarchomachos opere lib. 3. cap. 15. neque facile admittendum, quod asserit Georgius Buchananus, cetera laude dignissimum, in Dialogo de jure regni apud Scotos, leges inventas, ad coercendos Reges, & in ordinem à subditis cogendos; nam non est in illos legum ulla vis compulsiva, sed dicitur tantummodo, quatenus ipsi se legibus à se scriptis ultro obligant, non quod cogantur, aut cogi ab ullo possint, aut debeant, sed quod ab eorum exemplo dependere popularis solcat multitudo. Unde præceptum salubre Pittaci sapientis apud D. Antonium in ludo de septem sapientibus:

Pareto legi, quisque legem sanxerit.

Jacob. Sanazarius ad Federicum Regem in epigi. ex Ovidio. lib. 6. Pastor.

Publica nimirum tunc res sibi constat, & æquum

Imperium, cum Rex quod monet ipse facit.

Siden. Apollinar. carm. 5. v. 554.

— sic agmina voce

Evitit, exemptione levus, primisque labores

Aggredieris, quosumque jubes, cum cetera parerit

Turba libens, servit propriis cum legibus auctor.

Claudian. de 4. Honor. Consul.

In commune jubes si quid, censetque tenendum,

Primus jussa sibi, tuus observantior equi

Fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipsum

Auctorem parere sibi, componitur orbis

Regis ad exemplum, nec sic insectare sensus

Humanos edicta valent, ut vita regentis,

Mobile mutatur semper cum principe regens.

Posteriorum verborum sententia adeo certa est, ut nusquam aliter contigisse prodant historici omnium saeculorum, scriptoresque alii. Aur. Cassiodor. lib. 3. epist. 12. Facilius est errare naturam, quam dissimilem sui principis possit formare rempublicam. Ex Aristide celebratum est illud observante Jano



Grutero, *Coryphæo saltator, gubernatori nauta, oratori auditor, principi populus parat.* Ilocrat. ad Nicoclem. *γυμνάσιον ὄντι τὸ πᾶς πόλις ὅλας ἡδὲ ὁμοῦται τοῖς ἀρχαῖς.* Nec ignores totius civitatis mores ad exemplum magistratum conformari. Epistola Anrigoni Macedonum Regis ad Zenonem Criticum prodeunte Diogene Laërtio lib. 7. pag. 439. *οἷος γὰρ ἂν ὁ ἡγεμῶν ὅς τὸ πᾶς εἰς εἰς ἐς ἑνὶ τὸ πᾶσι γίνεσθαι καὶ τὸς ὑποτασσάμεναις.* Nam cuiusmodi fuerit dux, tales plerumque fieri subditos necesse est. Quod in legibus ferendis id multum momenti obtineat, docet vel unica Ciceronis exclamatio lib. 3. de Legib. *Quæcumque mutatio morum in principibus exiterit, eandem in populo sequitam.* Id contingere viciari posset, quod princeps sit caput, subditi membra, ut loquitur Lactantius lib. 6. Divinar. Instituit. c. 9. vel, ille anima, illi corpus. Maxim. Tyrius serm. 41. eleganter Justinus Martyr quæc. 138. *Ut homo corpore consistat, & anima, ita regnum ex Rege, & iis qui reguntur, & uti vitia ab anima in corpus derivantur, ita à Rege in populum.* Exempla qui volat, repetat ex Hegelandro & Satyro, antiquissimis scriptoribus apud Athenæum lib. 6. Ptolomæus Rex luxuria se tradiderat, Regisque mores (verba in sermo Justinus lib. 30.) tota secuta regia. de Vitellio C. Tacit. lib. 2. hist. de Plennio T. Liv. Dec. 4. lib. 9. de Antiocho Valer. Maxim. lib. 9. cap. 1. de Valentiniano Ammian. Marcellia. lib. 30. de Theodosio Pacat. Latin. in panegy. de M. Antonio Philosopho Herodian lib. 1. de Catone Uticensi Plutarchus in eo: quamquam non parumper totius civitatis ac principis consensus, facilius enim populus Regem in deteriora pronum sequitur, quam virtutis tramitem capessentem. D. Gregorius Nazianzen. in Apologetico ob fugam in Pontum. D. Chrysothomus Orat. 6. ad popul. Antiochen. C. Salut. in Jugurthina: *Flagitiosissima fecere suorum, secuti morem Imperatoris sui.* Arrian. in distinctionibus Epicteti lib. 3. cap. 4. Et ante omnes istos, quos produxi, Plato lib. 4. de legib. cuius verba sic Latine sonant: *Nullo labore, sed exemplo opus tyranno, ut civitatis mores mutet.* Certe Rege Joa à cura religionis desistente totus populus àstitit. Flav. Joseph. lib. 9. Antiquitat. Judaicar. cap. 8. & exemplo Regum immo diu luxus in Persidem primum invectus. Xenoph. Cyropæd. lib. 8. hæc etiam Gruterus notat. Poëta eodem sensu. L. Sen. Thyeste act. 2. sc. 1.

*Rex velit honesta, nemo non eadem vobis.*  
Sophocles in Philoctete v. 284.  
*Ἰδὲ πικρὰ δόξατ γίνονται κινδοί.*  
*Regnum exemplis sunt mali.*  
M. Martial. lib. 9. epigr. 81.  
*Nemo suos, hæc est aula natura potentis, Sed domini mores Casareanus habet.*  
Claudian. lib. 1. de Laudib. Silichonis:  
*Silicet in vulgus manant exempla regentum, Utque ducum lituos, sic mores castra sequuntur.*

Leges in naturalis juris æquitate fundabant, quæ nisi natura inniterentur, non censentur legitima, ut verbosissime probavit Cicero lib. 1. de legib. & sapissime *ius & leges* conjungunt. Q. Symmach. lib. 2. epist. 87. *Vox iuris ac legum est, bona fidei contractura non posse rescindi.* Fræculph. Lexovien. Tom. 1. lib. 2. cap. 17. *Isdem temporibus Minus leges ac iura constituit.* Q. Aurel. Cassiodor. lib. 8. epist. 13. *vos leges dicitis, dum nos iura condimus.* In MSS. melioris notæ codicibus dicitur habetur: *vox legum dicitis, rectissime: nam quæstiones, quorum formulæ ibi describuntur, vox Imperatorum dicebantur.* Claudian. de Consulatu Manlii Theodori:

*— nec dignus nunquam Majestas meminit sese Romana loquentem.*  
Sed & alii *leges iuraque* simul extulerunt poëta. D. Juvenal. sat. 8. v. 54.

*Juris nodos, ac legum ænigmata solvit.*  
Corrippus Africanus in panegyrico Anastasii quæstoris:  
*Principis auspicio leges ac iura gubernans.*  
Et lib. 1. de laudib. Justinii Minoris Augusti num. 1.  
*Compositor morum, juris legumque sacerdos.*  
Q. Horat. lib. 1. sat. 1.

*Agricolam laudat: juris legumque peritus.*  
M. Accius Plautus in Epidico sc. cave preteribllus in sine:  
*Atque me minoris facio pra illo, qui omnium Legum atque iurium scilior, conditor cluet.*

Et jam de iis agamus, qui salutari suo adminiculo, populis, siue certa lege viventibus, subveniunt, legesque stabiles fixerunt manufasque, quadam delibaturis ex Fr. Patricio in præfat. ad lib. 1. de republ. Multi Græcorum de civili societate scripserunt, & in primis Pythagoras Samius, à quo Crotoniata, omnesque fore Italia populi præcepta reipublicæ acceperunt, summa laude extulerunt duos Pythagora discipulos veteres, Zalecum, qui leges Locrensiū scripsit, & Charondam, cuius institutis usi sunt Cappadoces, fuerunt etiam Pythagorici Parmenides, & Zenon, qui Eleam Lucania urbem communem patriam civilibus præceptis optime instituerunt. Tarentini quoque Pythagorica præcepta tenuerunt, & Architam egyptium civem quasi præceptorem popularis disciplinæ duntaxat observaverunt. Hippasus Lacon patriam rempublicam scripsit quinque voluminibus. Eudoxus Cuius civilibus suis leges, & civilia præcepta tradidit, siue & Protogoras Abderites Tyrii, Phaleas Carthaginensis, Ephorus Cretensis, Hippodamus Milesius de optimo reip. statu etiam scripsit, siue & Heraclitus Ephesus, Æschines etiam Milesius inter scriptores habitus est. Zeno Citicensis Stoicorum princeps de civili societate libros edidit, ejus auditor Chrysippus ea licentia de rep. scripsit, quæ pleraque alia, nam & matrum & filiarum congressus permisit, & alia multa, quæ sermonem reformidant. Subjungit deinde de Platone, Aristotele, Cicerone, aliisque legislatoribus, ad quorum veluti simulationem suum componit studium. At sigillatim videamus. Sed ante omnia perpendenda est legum divisio; nam sunt aut humana, aut divina, aut denique naturalis. Jovian. Pontanus lib. 1. de Obedientiæ. naturalib. à brutis homines discernuntur. A. Gell. lib. 6. cap. 14. Eduard. Veston. de trip. hom. offic. lib. 3. pag. 375. Suntque illæ omnibus aliis antiquiores, non in scriptis scriptæ, sed mentibus impressæ, multumque quibuslibet aliis efficaciores. Tertullian. libr. advers. Judæos in Iunice. Easque ex Justiniano Aug. *voxus ἀπάφους, leges non scriptas*, dixit Lilius Gyraldus in progymnati. advers. lit. pag. 432. *humanæ immo populorum hominemve ab alio distinguunt, divinæ ad celestem conditionem fragilem hominum & caducam erigunt sortem.* Jul. Barbaan. officinæ Promptuario Tom. 3. pag. 158. de ultimis loqui non poterunt illi, quibus nondum divina bonitatis sese aperuerat facies, at de primis duobus legum generibus sumenda sunt, quæcumque ab illis prodita. De quibus videatur J. Simancha Pæcenis Collectænot. de republica toto lib. 4. causas cor ferrentur, recentet Cicero Orat. in Vatinius, ut civis suos incolumes conservarent. Aut, ut idem ait lib. 2. de legib. ad salutem civium, civitatumque incolunitatem, vitamque hominum & quietam, & beatam. Aut, ut Aristides orat. Platonice. 1. *non nihil damni à se invicem paterentur civis, nec mali & audaces probis potiores essent.* Ita enim Latine sonant verba L. Sen. lib. 4. Benef. c. 12. *Legem dicimus esse justum iustissime regulam.* Aphthon. sophista pene ad finem progymnati. quibus connotant Horatiana l. 1. sat. 3.

*Jura inventa metu iniusti, fateare necesse est, Tempora si fastosque velis evolvere mundi: Nec natura potest justo fecerere iniquum.*  
*Dividit ut bona diversis frugienda petendâ.*  
Ovid. lib. 3. Faistor.

*Inde data leges, ne fortior omnia possit, Captaque sunt pure tradita sacra coli.*

Ad legislatores regredior: fabulosa poëtarum involucria ad Cererem legum inventionem referunt, quare & eam *legiferam* appellatur, ut relatum à Servio Honorati ad v. 6. lib. 4. Æneid. Videantur Critici. De Theophrasti, lib. 2. huius operis supra expositum est. Nec minus fabulosum, Saturnum Italos legibus à se latis formasse. P. Virgil. lib. 8. Æneid. *Primus ab æthere venit Saturnus Olympo, Is genus indovile, ac dispersum montibus Olympi Composuit, legesque dedit, Latinumque vocari Maluit, his quoniam latinisset tuus in oris.*

Bacchum postea legislatorem fecere, Artianus lib. 8. de gest. Alexandri, & Diodor. Siculus lib. 3. bibliothec. cap. 10. hic ut Indos à se belli jure superatos manuferiori legum cultu imbuir, 1. a Corinthio Phidon, Aristotel. l. 2. Politicor. c. 4. *Alteios Hippodamus*, ejusdem libri cap. 6. *Enotrios Italus*. Idem lib. 7. Politic. cap. 10. *Lesbios Macarius, Cyrenais Jovis filius*. Diodor. Sicul. lib. 6. cap. 16. *Mantinenfes Nicodorus pugil*, ut narrat *Ælianus* lib. 2. var. histor. cap. 23. *Rheginos Charondas, Heraclides lib. de Politis*. Legimus etiam *Cæadem*, vel ut alii appellant *Caladem Atheniensibus* jura constituisse. *Pausan.* l. 1. qui de *Atticis* est. *Locros Epizephyrios Zaleucus* institutus civilibus informavit. *Joan. Stobæus* Serm. 43. *Σάλευκος ὁ πῶν Ἀκρωπὸς νομοδότης*. *Zaleucus Locrensiū legislator*. Hierocles oratione, quales in patriam esse debeamus. Cujus verba Latino idiomate donata hæc sunt: *Ceterum ego Zaleucum Locrensiū legislatorē probō, quod sancivit, ut quisquis legem novam introduclurus esset, circumposito cervicū laqueo id facere deberet, ut auctor ejus mox suffocaretur, nisi eximiam utilitatem nove legis ad antiquum reipublice statum declararet comparata.* *Ephorus* apud *Strabonem* *Amasianum Geographiæ* lib. 6. *M. Tull.* lib. 2. de legib. *Id mihi credo faciendum, ut priusquam ipsam legem recitem, de ejus laude dicam, quod idem & Zaleucum & Charondam fecisse video: cum quidem illi non studii & delectationis, sed reipublice causa leges civitatibus suis scripserunt.* Et deinde apud eundem *Tullium* *Timæus* negat ullum unquam fuisse aut extitisse *Zaleucum*, quod tamen & *Theophrastus* & *concors Locrensiū consensus* asseverat. *Aristot.* lib. 2. Politic. cap. 10. *Is vinum egrotis prohibuit, injussu medici, pena capitis indicta, ut verba Raphaelis Volterrani usurpem, Commentarior. Urbanor.* l. 20. extatque constitutio in varia *Æliani* historia lib. 2. cap. 37. leges ejus saluberrimas utilissimasque appellat *Valerius lib.* 6. cap. 5. tit. penult. nisi quod ibi *Zaleucus* pro *Zaleucus* scribitur, sed facile est illud unius elementi deliquum corrigere. *Marcian.* *Heracleota* in *Periegesi*, seu orbis descriptione v. 314. de *Epizephyriis* loquitur.

*Τῆτος δὲ πρώτος φασὶ χρῆσασθαι νόμοις  
Ἐραππίστῳ, ὃς Σάλευκος ὑποθίσθαι δοκεῖ.*

Verit. *Frederic. Morellus* *Regius* *Iterarum* *Juræcarum* professor, vir optime non de isto modo, sed & de tota te literaria metuit.

*Hos legibus primum exaratis asserunt  
Usos, Zaleucus quas tulisse dicitur.*

*Zamolxis* etiam *Thrac* prælarum navavit operam in legibus præscribendis *Getis*, qui & *Scytharum* sunt genere, & deinde ob insignè beneficium in deorum numerum est relatus, nomenque habuit, quod primus inter gentes *divinum cultum religionemque* sinxisset. Idem *Volterrani* lib. 8. *Comment.* pag. 242. *Suidas* in voce *Ochus*. Hic est ille, quem *Saturni* nomine colunt *Getæ*, *Mnasea* historico auctore. At contra aliorum sententiam *Hellenicus Græcūm* fuisse scribit, non *Thracem*, cui contradicit lib. 4. *Herodotus*, qui illum & *Scytham* & *Pythagoræ servum* contendit. Quod placuisse video *Phavorino* cultissimo *Philosopho*, cujus hæc sunt apud *Stobæum* Serm. 6. relata verba. *Ζάμοκξίς οὐκ ἴσται δὲ Πυθαγόρας, καὶ προσκεκλήθηται αὐτὸς οἱ πόται. Ζάμοκξίς famulus erat Πυθαγόρα, & ab illius temporis hominibus adorabatur. Meminere hujus, legumque ab eo latarum* *Strab.* lib. 7. *Diomed.* Sicul. lib. 2. cap. 5.

*Charondas*, ut quibusdam placet, *Carthaginiensibus* leges præfixit, *Alexander Neapolitanus* lib. 6. *Genial. diar.* cap. 10. ut alius potius probatur, *Thuriis*, aut ut nonnulli legunt, *Tyriis*, *Valer. Maximus* lib. 6. cap. 5. tit. ult. *Diodor.* Sicul. lib. 12. Certe cum *Zaleuco* legislatore conjunxit *Cicero* supra jam proxime laudatus, lib. 2. de legib. & *Diogen. Laert.* lib. 8. in *Pythagora*, pag. 577.

*Minos*em *Cretensium* Regem inter legislatores repositurum præter alios *Diodorus Sicul.* lib. 6. cap. 15. *Frecalphi* proxime supra citatus. *Aristot.* l. 7. Politic. c. 10. *Ovid.* l. 3. *Amor.* eleg. 9.

*Optavit Minos similes sibi legisse annos.*  
Quid refert vel *Epitrotarum* legislatorem *Aryntam*, ut prodidit

*Justinus* lib. 17. aut *Tharactam*, ut video placuisse *Plutarcho* in vita *Pythi* in initio, te ferre, aut *Androdamanentem Chalcidensium*, aut *Philolanum Thebanorum*, ut testatur *Aristoteles* lib. 2. Polit. cap. 12. aut *Mercenarium* cognomento *Tysimegislam Ægyptiorum*. *Cicero* lib. 2. de nat. deor. *Lactant. Firmian.* lib. 1. c. 6. aut *Bocorum*, sive *Bocorum*, vel denique *Bocoridem eorumdem*, ut scriptum reliquerunt *Eusebius Cæsariensis* in *Chronico*, & *Aristot.* lib. 7. Politic. cap. 10. aut *Zoroastrem Bactrianorum*. *C. Plinius* lib. 7. cap. 16. & lib. 30. cap. 1. *Alben. Stadenfis* *Chironici* sui pag. 4. & *Coccius Sabellicus* *Ennead.* l. 1. lib. 5. *Justin.* lib. 1. ex *Trogo* *Pompejo*, aut *Spartanorum Lycurgum*, ut notissimum est. *Isidor.* lib. 5. *Etymol.* cap. 1. aut *Foronem Græcorum*. Vide hic infra de *Lycurgo*, aut *Atheniensium Draconem*, qui res minimas capitali punivit supplicio, ideoque leges suas sanguine, non atramento scripsit, unde *lepulum* *Politiani* epigr.

*Inventum Alci dicuntur jura Draconis:*

*Nil mirum est, certe nil nisi virus habet.*

Sed gradum ad Romanos legislatores faciamus.

Idem *Atheniensibus* salutaris admodum, civitati que profuturas leges constituit *Solon*. *Plutarch.* in eo. *Suidas* in voce *Σόλων*, summaque illi cura de jure testandi. *Antonius Guiber.* *Costanus* quaestio. jur. lib. 1. cap. 6. num. 4. quantum eximiam præstantiam, ut & ipsius moderationem debitis laudibus extollit *Manuel Palæologus Imperator* *Orat.* 1. *πρὸς ἀρχαῖα ἀρχόντων*, de bono principe. pag. 139. à quo pleraque & *Reges Romani*, & *Xviri* haulerunt, quos in *Græciani* missos, ut ab optimis legibus informato populo. congrua statui Romano mutarent fundamenta, ut loquitur *Pomponius* *IC.* l. 2. ff. de orig. jur. *Ammian. Marcellin.* l. 22. fin. historiar. *Et Solon adjutus sententiis Ægypti sacerdotum, latis iusto moderamine legibus, Romano quoque juri maximum addidit firmamentum.* De quibus legibus præsertim id fit intelligendum, explicat diserte *Cicero* lib. 2. de legib. In duodecim tabulis de minuendo sumptu lamentationeque funeris translata fere sunt de *Solonis* legibus. De illo & de *Dracone* meminuit, legesque ab utroque latas inter se confert *A. Gellius* lib. 11. cap. 18. Neque tantum *Xvirales* leges à *Solonis* legibus mutata, sed & sumptuaria temporibus *Dictaturæ Syllanz.* *Ammian. Marcellin.* lib. 16. *Primum itaque saluque dissimilimum, temperantiam ipse sibi indixit atque retinuit, tanquam adversus sumptuarias legibus viveret, quos ex rhetris Lycurgi & axonibus Romanis translatis, digne observatas, & sensientes paulatim reparavit* *Sylla* *Dilatator*. Sic recte *Fr. Ludembrogius* legit, antea pessime, ex *rhetris Lycurgi*, id est, *axonibus*. Sunt enim *rethra Lycurgi* leges, ut & *axones* *Solonis*: *Etymologicus magni* auctor, *Scholast. Apollonii Rhodii* in lib. 4. *Argonauticæ*. *temmate.* 24. *Suidas* *ἀξωνες ἄτοις ἐκαλεσάντο Ἀθηναῖσι τὸς Σόλωνος νόμους, διὰ τὸ ἐξ ἰσραφῆνας αὐτὸς ἐξ ἑλληνικῆς ἀξως.* *Verit.* *Hieron.* *Wolffius*: *axones* (malim *axones* interpretari cum *Ammiano*) dixerunt *Athenienses* *Solonis* leges, quod in scriptis essent lignis tabulis. De *Lycurgi* legibus. *Dionys. Halicarnass.* lib. 2. pag. 113. *C. audian.* de 4. *Hon. Consil.*

*Firmatur senium juris, prisquamque resumptum  
Canitum leges, emendanturque vetusta,*

*Acceduntque novæ, talem sensere *Solonem**

*Res Pandionis, sic armipotens *Lacedæmon**

*Despexit muros rigido munus *Lycurgo.**

Ultimo *Reges* primum, mox *Consules*, deinde *tribuni*, post hos *decemviri*, eosque alii magistratus interceci, pro temporum ratione, negotiorumque inole, varias tulerunt leges, ut infra sigillatim disceatur, ita ut semper posterioribus prioribus derogarent: unde non immerito quaesitum est, deberentne leges abrogari, immutari? nam leges seu præsentis, sive iis abrogari futuras, ad sui observantiam cives cogere, nulli dubium est. *S. Valerianus* Serm. de bono disciplina: *Frasis legibus serviat, & non solum præsentibus, sed etiam futuris manum porrigat.* Vel sensus alius esse potest, ut legibus antiquis stantibus subveniat iis, qui jam vivunt, eoque legum adminiculo, vel non natis prospiciatur, futuri que aut nasciturus caveatur: nam à *justitia*, quam habent leges

in republ. perdurantes, *judex dicitur*. M. Varro l. 4. de ling. Lat. Gracian 33. quæst. 2. cap. 1. & Gregorius 9, cap. 10. *foris exit. de verbor. significat.* Alexander ab Imola in l. t. ff. de jurisd. omnium judic. *Quod autem Valerianus dixit: manum porrigat, fermulari usus est voce.* Q. Symmach. lib. 2. epist. 79. *Ergo accurrenti religioſam manum porrige.* Idemque ſape alias, ſed maxime lib. 3. epist. 67. *Porrige igitur, oro te, adjutricem manum legitima præmia ex more cupienti.* Aurel. Caſiodor. lib. 4. epist. 36. *Neceſſe fuit civica vaſtatione deſectis porrigere dextram ſalutarem.* Sic poetæ, Magn. Fel. Ennod. *Ticinensis carni. l. 3. rum. 7.*

*Porrige dextram  
Nominis abai.*

*Licentius in carmine illo eleganti ad Auguſtinum:  
Nec mirum, jacet omnis enim neca cura legendi,  
Te non dante manum, & conſurgere ſola veretur.*  
Corripp. lib. 1. num. 1.

*Sandiam mihi porrige dextram.*

*Guntherus Ligurini lib. 1.*

*Porreſtaque manu, magno ſub ſaſce labantem,  
Oppreſſumque metu, ſignidem potes, erige vatem.*

*Et illis omnibus antiquior P. Ovidius lib. 4. de Ponto eleg. 5.  
Ad te manuſuetas porriget ille manus.*  
Idemque loquendi modus & apud Græcos invaluit. *Pindar Pythior. od. 4.*

*ἤγεις δ' ἄταρος καρτερῶν ἀνδρας  
ἄπειρον χεῖρας.*

*Socii autem forti viro amicas.  
Porrigebunt dexteras.*

Sed revocor ad propoſitam quaſtionem, quam diſcutit Melchior Junius Pollic. quæſt. parte 3. quæſt. 89. ac quod lex & poſit, & debeat mutari, ratio ipſa probat. Nam ab hominum voluntate dependet, que anceps & dubia, deinde etiam mores antiqui ſepe mutantur, tum negotiorum diverſitas, temporum, & locorum mutationes interdum flagitant: poſtremo leges inter ſe pugnant nonnunquam, aut ſunt plures de eadem re ſcriptæ, non raro etiam ridicula, & ſulta. Quæ omnia convincunt, aliquando neceſſarium eſſe legum abrogationem, novarumque introductionem, & lationem, uti probatum videbis apud Ariſtotelem lib. 2. Polit. cap. 6. Platonem lib. 6. de Legib. Caſum Oxoniensem in locum Ariſtotelis laudatum, Aſchinem in Cteſiphontem, Juſtinianum Aug. Conſtit. 13. T. Livium 4. Decad. lib. 4.

Pernicioſam tamen eſſe legum mutationem conſeſcere in antiquis plerique, fieri hiſce rationibus, quod lex nihil aliud ſit, quam *mens æterna Dei*, qui Hierocli Philoſopho in aurea Pythagoræ carmina *θεός δειών, deus decorum*, appellatur, & *θεός ἴπτατος, deus ſummus, & κοσμοποιός, mundi ſactor, & ἀειπότης, optimus artiſex.* Porphyrius lib. 3. de Abſtinent. carn. & cum mens illa æterna ſemper ſe eodem modo habeat, ſequitur legem debere eſſe immutabilem. Aut certe ſi a divina lege ad humanam transgrediamur, illa cauſam à principe, robur à conſuetudine fortiur, utriuſque contemptum adfert crebra legum mutatio. Prudent. in Rom. Martyte:

*vel quod hæſtera publicum*

*Pati neceſſe eſt, ſolve panam ſanguine,  
Spreviſſe leges, reſpuiſſe eſt principem.*

Deinde mutatis legibus *manus perniciosa conſuetudo non obtemperandi maſtratiſtus.* Verba ſunt Joachimi Perionii veterentis Ariſtotelem loco proxime laudato. Tertio experientia docet, tutius eos degere, qui iſdem legibus etiam malis mutant conſtanter, eodem modo republicam capeſſunt, quam qui mutationibus gaudent. Thucyd. lib. 3. *Accedit, quod negotiis præſentibus melius & rectius olim proviſum, & quod ſape mutatur, nonnunquam in detrimentum labitur.* C. Tacit. lib. 14. *Annal. quod quam exitiale conſentium Loerentis, diſcere poſſumus ex Oratione Demoiſthenis in Timocratem.* Et peſſime Thuriorum republicæ conſultum per eandem legum mutationem ſcribit Diodor. Siculus l. 12.

Hinc derivatum exiſtimo, ut *ſenium legum, aut juvenutem* ſuſcipiant auctores, quod multis ab erudiſſimo Fr. Jureto

obſervatum video. *Constantinus Aug. l. 23. C. Theodof. de Appellat. jubet conſeſcere legem, qua vetabat à præſecti Urbis ſententia provocare.* A. Gell. lib. 20. cap. 1. *Paſſus eſt enim leges iſtas de tam immodico ſupplicio ſitu atque ſenio evori.* M. Tull. Orat. 2. in Catilinam: *Legum interitum, ac bellum civile ac domeſticum, & totum Urbis atque imperii occaſum appropinquare dixerunt Amniam. Maicellia. lib. 16. Senſcentes (ſumptuarias leges) paulatim reparavit Sylla Diſtator. Arnob. lib. 7. adverſus gentes: Reſponſum deinde ab aruſpicibus editum, res ſævas triſtiſſimasque portendit ab incendiiſ, cadibus, à legum interitu, & à juris occaſu.* Q. Symmach. lib. 2. epist. 13. *Ergo quia dominorum conditio reſtricta eſt, privatiſ cupiditatibus juris occurrit medicina: frigit jamdiu apud homines criminoſos vetera decreta, quorum vigor cum latoribus ſiſis occidit, in aliis editionibus erat, quorum vigor cum latoribus ſiſis occidit. Minus effaciter; eadem enim quæ de hominibus pathemata, de legibus etiam dici ſolent, ut *conſeſcere, agrotare, vivere, mori, vulnerari, quæque aia incommoda humana corpora aſſiliunt.* Idem Symmachus lib. 9. epist. 105. *Utinam leges æque necum valerent, quarum ſanctitas ab ipſis plerumque corrumpitur, quibus curanda mandatur. Valerii Maximi locus in ſigni macula deformatus, una cum legum ſanctitate, integritati ſuæ eſt reſtituendus.* l. 6. c. 5. tit. ult. *Ex longinquo rure, gladio accinſus, domum repetens ſubito inditela concione, ſicut erat, in eam proceſſit, ab eoque, qui proxime conſiſterat, ſoluta à ſe legis ſua monuit, idem ego illum, inquit ſanctiam, ac protuſus ferro, quod habebat, diſtricto incubit. Poſter videri ſententia abſoluta; nam contrarietas conſiſtit inter ſolvere legem, ac ſancire, non tamen ſatisfacit; alix editiones, Plantini, Gryphique, ego illam ſanctiam: ſed optime Giphanius & commodiſſime ex MS. codice ſuo: Ego illum, inquit, curabo, qui ſancitavi. Titi Livii verba huc congruunt 4. Decad. lib. 4. *Sic quas tempora aliqua deſiderarunt leges, mortales ut ita dicam, & temporibus iſſis video mutabiles eſſe.* Claudian. de 4. Hon. Conſul.**

*Firmatur ſenium juris, præſtantique reſumunt  
Canitiam leges.*

Ille canitiem & ſenium legibus aſſignat, vitam dat Claud. Rutilius Numantianus Itinerarii ſui lib. 1.

*Porrige veteras Romana in ſecula leges,  
Solaque fatales non vereare colus.*

Eodem pacto & minas legum ſcriptores uſurpant, quaſi humanis affectibus moveri poſſent, & terrores. Theodoſius *Novella. 3. de Judæis.* Jul. Firmic. Matern. lib. de errore profanar. religion. *minaci perſequi edicto.* L. Senec. epist. 95. *quid aliud ſunt, quam minis mixta præcepta?* Amniam. Maicellia. lib. 30. in fine: *interdictis minacibus ſubjectorum cervicibus inclinare.* P. Ovid. lib. 1. *Metamorph. fab. 1. de legibus nondum latis:*

*non verba minantia fixo*

*Ære ligabantur.*

Aurel. Prudent. Romano Martyte:

*Laqueis minacis implicatus Julia.*

Inſuper Imperator l. 31. C. ad leg. Jul. de adult. *inſurgere leges, & armari jura gladio ultore dixit.* Marius Victor Orator Maſtilienſis lib. 2. *Comment. in Geneſin. ubi de primi hominis apſu:*

*tibi crimina pleſtent,*

*Arma telis leges gladiis, & vindice ferro.*

Ita vulgata præſert editio, ſed melius in MS. codice Divi Benigni Divionenſis:

*Armata leges gladiis, & vindice ferro.*

Prudent. lib. 2. in Symmachum:

*falluntur publica jura,*

*Lex armata ſedet.*

Et duritiam legum temperas. Theodof. Symmach. l. 10 epist. 47. & lex res ſerâ (T. Liv. 1. Decad. lib. 2.) & inexorabilis. *Leges irata.* M. Fab. Quintilian. declamat. 366. *Hanc legum iram interpretatur.* D. Ambroſius in Pſal. 37. *ſeveritatem.* At qui plura de legibus in genere deſideras, conſule præter citatos hoc capite, Manutium, Fr. Balduinum, Fr. Hotomanum, Antonium Contium, Carolum Sigonium, qui de lege curiata maſtſiratum, & imperatorum, ac de eorum jure, ſcripſit, Fr. Ballæſtium,

quod *Res sit subditus legibus*; talis enim est epigraphæ operis; Thomam Ficigium de quæstionibus Politicis. Jacobum Typotium, Adrianum Turnebum, Antonium Goveanum, Ludovicum Vivem, Petrum Ramum, qui in libros Ciceronis de legibus scripserunt, & Nicephorum Blemidam, qui ma-

nuscriptus extat in bibliotheca vaticana Romæ, nec prodit, denique Michaëlem Piellum in eadem bibliotheca manuscriptorum, qui totam de legibus materiam duobus libris completus est; Wolfgangum Lazium in opere de Republica Romana.

## CAPUT I.

## Quid lex sit, &amp; quotuplex.



ocabulum *juris*, & *legis* sæpe pro synonymis usurpantur. Est tamen quædam inter ea differentia; *juris* enim nomen generale est, & ad non scripta etiam pertinet: *legis* autem est speciale, & ad jus scriptum tantum refertur. Dicemus de utroque, & primum quidem de *jure*.

*Jus* pluribus modis dicitur. i. Significat id. Quod semper bonum & æquum est: ut *jus naturale* immutabile. ii. Quod omnibus, aut pluribus in quaque civitate utile est: ut est *jus civile*. iii. Prætorum edicta dicuntur *jus honorarium*. iv. Prætoris, & cujuslibet judicis sententia *jus* vocatur, etiam cum jus reddens inique decernit: relatione scilicet facta, non ad id, quod prætor ita fecit, sed ad illud, quod prætorem facere convenit, unde formula illa loquendi, *jus dicere*. v. *Jus* dicitur *locus*, ubi *magistratus* vel alius *judex* consistit juris dicendi, aut judicandi gratia, etiam si domi, aut in itinere, sive de plano hoc fiat. vi. *Jus pro necessitudine* dicimus, veluti est, *jus cognationis* vel *affinitatis*.

*Legis* vero vox non tam late patet. Aut enim eandem cum *jure*, quod ad duo prima significata attinet, vim habet, aut formam contractus, sive pactiones & conditiones notat, unde illud usitatum: *Ea lege & conditione*. Sed nos reliquis omissis, propius ad institutum nostrum accedemus.

*Lex* sive *jus* (hæc enim synonyma esse diximus) triplex est, *divinum*, *naturale*, & *humanum*. De *jure* divino, seu lege divina, quænam ea sit, & quomodo dividatur, in *moralem*, *cerimoniam*, ac *forensem*, docent ex sacra scriptura Theologi in suis methodicis libris.

*Jus natura*, de quo hic etiam nos loquimur, quod tamen est quasi fundamentum humani, est, quod natura omnia animalia docuit. Ab Aristotele libro 5. Ethicæ ad Nicomach. sic definitur: *Natura jus est, quod ubique locorum & gentium retinet vim suam, neque opinione ratum aut irritum est*. Cicero lib. 1. de Legibus. *Jus vel lex natura est ratio summa insita in natura, qua jubet ea, qua facienda sunt, prohibetque contraria*. Definitio Philippi, quam in explicatione libri 5. Ethicorum Aristotelis affert, videtur esse clarior, cum dicit: *Legem natura esse illam ipsam naturam principiorum practicum, & conclusionum, quæ ex illis necessaria consequentia ducuntur, divinitus insitam mentibus humanis, non solum de moribus civilibus, sed primum de agnitione Dei, & obedientia Deo debita, postea de moribus civilibus, qui referendi sunt ad hunc finem, ut Deus celebretur*. Hoc jus in scriptoribus Ethnicis non semel *jus gentium* dicitur. Quæquam in Institutionibus juris civilis *jus natura* & *jus gentium* distinguantur, cum univeisum jus privatum, id videlicet, quod ad singulorum hominum utilitatem pertinet, *tripartitum* esse docetur, collectum aut ex *naturalibus præceptis*, aut *gentium*, aut *civilibus*. Videtur autem hoc interesse inter *natura* & *gentium jus*, quod jus naturale commune sit omnibus hominibus cum brutis animalibus: *jus gentium* autem non etiam brutis animalibus, sed tantum hominibus commune. Sic enim *Jacobus Cujacius* in notis ad Institutiones hunc locum explicans. Quæ bruta, ait, faciunt incitatione naturali, ea si homines ratione faciant, *jure naturali* faciunt. Quæ bruta non faciunt, ea si omnes homines ratione faciant, *jure gentium* faciunt, quod & ipsum *jus naturale* dicitur, & *bonum*, & *æquum*, & *naturalis æquitas*, & *naturalis ratio*, & *lex naturalis*, & *natura*. Quæ autem non omnes, sed quædam hominum congregata in unum locum multitudo, utilitatis publicæ causâ facit, ea vero fiunt *jure civili*. Hactenus ille.

*Lex* sive *jus humanum*, quod idem & *positivum*, & *civile*, & *scriptum* dicitur, est commune præceptum, virorum prudentum commune consultum, delictorum, quæ sponte vel ignorantia contrahuntur, coercitio: communis reipublicæ sponso. Et differt à naturali. i. Quod hoc loquatur de genere, illud de specie. 2. Quod hoc habeat demonstrationes: illud valeat & propter rationem probabilem, Decalogo congruentem, & propter auctoritatem, quam Deus magistratui attribuit: quem jussit addere in hac civili vita cum explicationes, tum adminicula divinarum legum. 3. Quod jus naturæ ubique idem sit, jus positivum non ubique idem. Potest & hoc addi, *legem natura esse æternam*, *leges positivæ mutabiles*.

Non *scriptum jus* est, quod usus approbavit, si quidem diurni mores, consensu utentium comprobati, legem imitantur. Quæquam & illud jus, quod ex auctoritate prudentum constitutum est, *jus civile*, non scriptum fuisse, *Jacobus Ravardus* velit, quem legere potes libro singulari de prudentum auctoritate, cap. 14. ex quo nos etiam paulo infra quædam repetemus.

Porro

Porro *juris civilis* scripti (de hac enim proprie agimus) species recensentur à *Justiniano* lib. 1. tit. 2. sex: *lex, plebiscitum, senatusconsultum, Principum placita, magistratuum edicta, & responsa prudentum.*

*Lex* est, definitore *Justiniano*, quod *populus Romanus* senatorio magistratu interrogante (veluti *Consule*) *constituebat*. Attejus *Capito* apud *Agellium* lib. 10. cap. 22. his verbis legem definit: *Lex, inquit, est generale jussum populi, aut plebis, rogante magistratu: quæ definitio à priori dissentit, quod scilicet est generalior, & ad plebiscita etiam pertinet.*

*Plebiscitum* est, quod *plebs plebejo* magistratu interrogante (veluti *tribuno*) *constituebat: plebs* autem à *populo* eo differt, quo species à genere. Nam appellatione *populi*, universi cives significantur, connumeratis etiam *patriciis, & senatoribus: plebis* autem appellatione sine *patriciis & senatoribus*, cæteri *cives* significantur. Hinc à *Capitone* *plebiscitum* definitur, *le cquam plebs, non populus accipit.* Verum de discrimine inter *plebem & populum*, libro primo satis multa diximus.

*Senatusconsultum* est, quod *senatus jubet, atque constituit.* Nam cum auctus esset *populus Romanus* in eum modum, ut difficile esset in unum eum convocari legis faciendæ causa, æquum visum est, *senatum* vice *populi* consuli. Sed & de his alio loco diximus.

*Principum placita* sunt, quæcunque *Imperator* per epistolam constituit, vel cognoscens decrevit, vel edicto præcepit, eaque etiam sunt leges, legisque vigorem habent. *Populus* enim lege *Regia*, quæ de ejus imperio fertur, ei, & in eum omne imperium suum & potestatem concedit.

*Prætorum* quoque *edicta* non modicam obtinent *juris auctoritatem*. Hoc etiam *jus honorarium* solemus appellare, quod qui honores gerunt, id est, *magistratus*, auctoritatem huic juri dederunt. *Proponebant & ædiles curules* edictum de quibusdam causis, quod & ipsum *juris honorarii portio est.*

*Responsa prudentum* sunt sententiæ & opiniones eorum, quibus permissum erat de jure respondere. Nam antiquitus constitutum erat, ut essent, qui jura publice interpretarentur: quibus à *Cæsare* *jus respondendi* datum est, qui *jurisconsulti* appellabantur, quorum omnium sententiæ & opiniones eam auctoritatem tenebant, ut judicis recedere à responsis eorum non liceret, uti est constitutum. Hæc sex *juris species* à *Justiniano* recensentur: nos vero hac in parte tantum de illis dicemus, quæ proprie *leges* dicuntur, ut sunt *leges & plebiscita*, quæ quidem communi nomine *rogationes* appellantur, quia per magistratus à *populo vel plebe* rogantur: quod qua ratione factum sit, & supra diximus, lib. 6. de comitiis, & sequenti etiam capite, verbis clarissimi viri *Pauli Manutii* libro de legibus repetemus.

## CAPUT II.

## De ratione rogandarum legum apud Romanos.

**L**eges apud Romanos à magistratibus tantum, non tamen omnibus, latæ vel rogatæ sunt. Et quia duo magistratum genera fuerunt; alii enim majores, alii minores dicti, leges à magistratibus majoribus sex tantum, Prætoræ scilicet, Consule, Dictatore, Interrege, Decemviris, & Tribunis militum, ut de Regibus, & Triumviris R. P. C. taceam: à minore uno, Tribuno plebis, rogatæ fuerunt. Præter hos nulli alii legis rogandæ potestas fuit.

Circa rogationem autem legis hæc observabantur. Legem laturus magistratus, scribebat eam domi, & cum peritis consultabat: ne quid contra populi rem, aut voluntatem sanciret, ne forte pugnantia capita simul ferret: neve quid, quod vetus aliqua lex, si ferretur, inane, infirmumque juberet esse: ne curationem, potestatem, commodumve aliquod ipse sibi sua lege, aut collegis, cognatis, affinis mandaret: quod *leges duæ, Licinia, & Æbutia*, fieri vetuerunt. Etiam illud in scribenda lege cavebatur, ne pluribus de rebus, quæ non ejusdem generis viderentur, una rogatione ferretur: quod fieri *lex Cæcilia, & Didia, & Cicero* lib. 3. de legibus prohibuerunt. Addebatur illa exceptio, ut si quid jus non esset rogari, ne esset rogatum: item, si quid contra alias leges ejus legis ergo latum esset, ut ei, qui eam legem rogasset, impune esset, quod fuisset tralatitium, hoc est, scribi solitum in omnibus legibus, tradit *Cicero* lib. 3. epistolar. ad Atticum.

Scripta lege, legislator bene de republica sentiens, ante, quam eam promulgaret, referebat ad senatum, ut quo plus ponderis, majoremque vim lex haberet, de senatus eam sententia ferret: *Popularis* vero, ac seditiosus magistratus non modo prætermissa senatus auctoritate, sed interdum etiam contra senatus auctoritatem legem rogabat.

Promulgabatur deinde *lex*, id est, in publico ponebatur (est enim, ut ait *Festus*, promulgari, quasi provulgari) ut inspiceret, qui vellet, inspectam consideraret: non solum ut intercedi posset ante, quam ferretur: verum etiam, ut aliquanto ante statuere cuivis liceret, utrum, cum ferretur, antiquanda suffragiis, an accipienda lex esset. Item ut quivis monere legislatorem posset, vel de corrigenda, vel omnino de non ferenda lege. Spatium autem promulgationis, quacunque de re ferretur lex, erat trinundinum, id est, per trinas nundinas, vel dies viginti septem. Cum enim nundinarum causa ex agris in Urbem cives convenirent, per trinundinum leges, ut à rustica plebe perlegi, cognoscique possent, patere voluerunt.

Post

Post tertias *nundinas* (nam ipso *nundinarum* die ferre legem non licebat, teste *Macrobio* libro *Saturnaliorum* primo, capite decimo sexto) *magistratus* in eum locum, ubi legem laturus erat, sive in forum, sive in *campum Martium* populum convocabat. Ibi cum legem *præco*, subjiciente *scriba*, recitasset: tum primum quidem is, qui legem promulgavit, populo suadebat, ut *rogationem* acciperet. Sed post eum alii, non privati modo, quibus ab aliquo *magistratu* concio dabatur (nam alioqui concionandi potestas privati non erat) verum etiam quandoque *magistratus*, pro suo quisque censu ex rostris, si in foro, ex *suggestu*, aut alio editiore loco, si in campo Martio *comitia* haberentur, vei *suadebant*, vel *dissuadebant*. Cum suaserant, dissuaserantve legem, tum presentibus sacerdotibus, ut *Dionysius* scribit, & divina exponentibus, sitella, vel urna deferebatur: in quam, sive *tribuum*, si *tribuitis comitiis* lex ferretur, sive *centuriarum*, si centuriatis, nomina conjiciebantur: deinde, sortibus æquatis, hoc est, ita agitata sitella, ne qua fors subsultaret, atque existeret, sed pariter omnes æquatæ jacerent, sortitio fiebat, quæque prima vel *tribus*, vel *centuria*, quæ secunda, quæ tertia de sitella exisset, eundem quem fors dederat, in suffragio ferendo locum, atque ordinem obtinebat. Hæc dum agerentur, si quis *tribunus plebis* legi vellet intercedere, locus erat.

Nunquam enim ante *suasione*, *dissuasione*que intercessio locum habuit. *Tribuni* itaque *plebis*, quorum proprie intercedendi jus erat, edita voce illa vero, de qua mentionem facit *Livius* lib. 6. intercedebant.

Præter hanc *tribunorum plebis intercessionem*, etiam alia tres causæ referuntur, quæ, quo minus promulgata lex perferri posset, impedimento fuerunt: *prima*, cum is, qui promulgavit, vel amicorum precibus adductus, vel *senatus auctoritate* commotus, vel ipse sua sponte consilium mutabat. *Alteræ*, cum neque intercedente *tribuno*, neque eo, qui promulgaverat, consilium mutante, *comitiales dies*, id est, eos, quibus agi cum populo licebat, *Consul* eximebat, vel supplicationibus decernendis, vel feriis indicendis, non solum iis, quæ *Latina* dicebantur, quas indicere soli *Consules* poterant, sed etiam iis, quæ *imperatix*, quas non modo *Consulibus*, verum etiam *prætoribus* ipsorum arbitratu licebat imperare. *Tertia* causa, *auspicia* erant, quorum duo fuerunt genera: unum, quo *magistratus* tantum utebantur, quæ *spectio* dicebatur, vel de cælo *observatio*: alterum genus ad *augures* pertinebat, cum ex avium signis, id est, volatu, cantu (*tripudii* enim animadversio huc non pertinuit) *auspiciis* faciebant. Nam si quid adversi viderent, aut audivissent, id nuntiantes, *comitia* impediabant, teste *Cicerone* lib. 2. de *Legib.* Illo autem priore genere, vel si adversi nihil esset, ipsa tamen per se *spectio* rem impediabat, quod à *Dione* lib. 36. traditum est. *Obnuntiatio* autem, quæ *augurum* erat, duarum rerum observatione fiebat, vel cum de cælo fulsisset, aut tonasset: vel cum aves adversa portenderent, qua de re alibi plura.

*Sortitione tribuum*, aut centuriarum facta, dicebat is qui legem ferebat: *Si vobis videtur, discedite*. *Quirites*. Significat autem verbum *discedere*, hoc in loco, uti annotat *Aconius Padianus*, non quod in communi consuetudine est, de eo loco ubi lex fertur, discedere: sed ut *in suam quisque tribum discedat*, in qua est suffragium laturus. Cum igitur de concione jussi discedere, in suam quisque *tribum*, aut *centuriam* abiisset, privati quidam homines, qui de lege laborarent, ipsi, ne quid fallaciæ committeretur, aut tabulas distribuerunt, aut distribuentibus præfuerunt, idque *diribere* proprio vocabulo dicebatur, quod muneris ferè obiri, curarique ab iis solebat, qui neque ætate graves, neque gestis honoribus insignes admodum essent. Id tamen sibi à senibus & à dignitate præstantibus præcipue contigisse, gloriose commemorat *Cicero* in *Pisonem*.

*Diribebantur*, vel distribuebantur cuique duæ tabulæ, quarum una his duabus literis erat signata. U. R. id est, *uti rogas*: eamque legem accipiebat, uti *magistratus* rogaverat. Altera notata erat litera A. quæ valebat, *antiquo*, hoc est, nihil novari volo, antiqua probo, &, uti explanat *Festus*, in morem pristinum reduco. Appositi etiam erant in quaque *tribu*, aut *centuria* pontes, si *tributa comitia* essent, pro numero *tribuum* trigintaquinque, si *centuriata*, cxciii. (tot enim erant *centuriæ*) ut per suum singulæ pontem suffragium ferrent. Alioqui negotium longi temporis, nec sine perturbatione aliqua fuisset, si ponte unico *tribus* omnes, aut *centuria* transire cogerentur.

*Pontes* autem dicti, quod extractæ ad tempus mensæ fati angustæ, præsertim post legem *Mariam*, pontium similitudinem haberent. *Pontibus* impostæ erant duæ cistæ oblongæ, una in capite pontis, altera in fine, iisque custodiendis certi homines in *comitiis* præerant, qui, *Plinio* libro 33. cap. 2. teste, *nongenti* sunt appellati. Per pontes eos transibant ad *lationem suffragii*, tabellis acceptis in prima pontis parte, quas in extrema redderent. Primo loco ea *tribus*, cave *centuria*, quæ omnium *tribuum*, aut *centuriarum* nominibus in sortem coniectis, prima de sitella sorte exierat, suffragium ferebat: eaque *prærogativa* dicebatur, quod prima rogaretur à magistratu, qui *comitia* habebat.

At in quem *magistratus* legem ferens, in prima *tribu*, vel *centuria*, primum sententiam rogabat, dicebatur *primus*. Deligebat autem quem & dignitate præstare, & rogationi suæ præter cæteros favere judicabat: & erat quodammodo *legis ornamentum*. cum is eam sciscebatur *primus*, cujus in civitate non levis esset auctoritas.

Cum ab eo, quem *magistratus* ipse primum delegisset, deinceps ab aliis ejusdem *tribus* aut *centuria* perlata suffragia erant: tum, suffragiis in utramque sententiam dinumeratis, & eorum numero punctis nota-

notatæ, ejus *tribus*, aut *centuria* voluntas cognoscebatur, eaque à *pracone* renuntiabatur. Et eadem in reliquis *tribubus*, aut *centuriis* ratione servata, ex majore *tribuum*, aut *centuriarum* numero, antiquabatur, vel sciscitabatur lex. Hoc autem, *dirimere suffragia*, & *diremptio suffragiorum* dicebatur.

*Diremptis* igitur *suffragiis*, vel de *antiquata lege*, vel de *accepta* cognoscebatur. Ac de *antiquata*, id est, suffragiis improbata lege nihil est dicendum. *Scitam* autem, atque acceptam, omnes cives jurejurando confirmabant. Post jusjurandum, in æs, sive in æneas tabulas lex incidebatur, interdum etiam in columnas. Illæ tabulæ interdum in *publico* proponebantur, ut oculis civium paterent: interdum vero ad *ararium* deferbantur, & ibi conditæ aservabantur. Atque hæc sunt, quæ in perferenda lege apud Romanos observabantur, quæ omnia multis auctorum testimoniis probare non difficulter possem: sed quia ab aliis, præcipue à *Paulo Manutio*, præstitum est, eo studiosos remitto, cum multa etiam passim à nobis lib. de *comitiis* confirmantur.

## CAPUT III.

*De loco & tempore, quibus leges latæ sint: quibus de causis latæ, & quæ earum sit potestas.*

**L**ocus ferendarum legum, quemadmodum ex superiori de *comitiis* libro liquet, varius fuit. Sicut enim aliæ *centuriatis*, aliæ *tributis*, aliæ *curiatis comitiis* latæ fuerunt: *comitia* autem illa diversis in locis habita sunt: ita etiam leges diversis in locis latæ fuerunt. Illæ quidem, quæ *centuriatis comitiis* rogatæ sunt, ut plurimum in campo Martio: quæ autem *tributis* & *curiatis*, in foro, atque *comitio*. Sed præter hæc nonnunquam etiam latæ reperiuntur apud scriptores vetustos, in *prætiis Flaminiis*, quæ postea *circus Flaminius* sunt appellata: interdum in *luco Petelino*, quandoque in *Capitolio*. Quæ omnia ex *Livio*, *Cicerone*, & aliis auctoribus satis constant, & supra sunt à nobis plenius explicata. Hic vero quæritur, locone sacro, an profano latæ leges sint. Ad quam quæstionem, etsi ante est responsum, tamen hic repetere non pigebit, loco sacro potius, quam profano latas videri. Primum enim in *rostris*, qui locus erat auguratus, *templumque* dicebatur, *Cicerone* & *Livio* testibus, sæpe à *magistratibus* ferebantur. Et *P. Claudium* leges suas in æde Castoris tulisse: scribit non uno in loco *Cicero*, ut jam alia argumenta & rationes omittam. Unde conjicere licet, *magistratus* legem in templo, populum *suffragia de lege* circa templum tulisse. Illæ vero leges, quæ in campo Martio, vel alibi, ut ad *lacum Regillum*, quod apud *Livium* legimus, ferebantur, licet non in templo, at in loco inaugurato ferebantur, id quod vel ex uno *Livii* loco libro 3 cognosci potest, ubi sic scribit: *Tribuni* ubi impediendæ rei nulla spes erat, de proferendo exercitu agere, eo magis quod & *augures* justos adesse ad *lacum Regillum*, fama exierat, locumque inaugurari, ubi auspicio cum populo agi posset, ut quicquid Romæ vi *tribunitia* rogatum esset, id *comitiis* ibi abrogaretur. Hæc *Livius*.

Et leges quidem, quæ in foro ferebantur *tributis comitiis* à minoribus *magistratibus*, quæ in campo Martio, *centuriatis comitiis* à *magistratibus* majoribus ferebantur: inter quas hoc erat discriminis, ut quæ *centuriatis comitiis* ferebantur, aut è *Senatusconsulto*, aut *patribus* auctorebus ferrentur, maxime post *Q. Publilii Philonis* Dictaturam, qui tulerat, ut legum, quæ *comitiis centuriatis* ferrentur, ante latum *suffragium patres* auctores fierent, cum id antea à *Numa* usque *Pompilio* consuetudine magis, quam lege ea de re lata observatum fuisset. Quæ vero *comitiis tributis* ferebantur, eæ, *Senatusconsulto*, aut *patrum* auctoritate necesse non habebant, præsertim post *legem Hortensiam*: qua cavebatur, ut eo jure, quod plebs statuisset, Omnes *Quirites* tenerentur. Quanquam leges multæ *tributis* etiam *comitiis* ex *Senatusconsulto* latæ sint. Porro differebat aliquantulum ferre legem ex *Senatusconsulto*, & *patribus* auctorebus. Nam quæ ex *Senatusconsulto* ferebantur, eæ à Senatu universo, vel majore saltem Senatus parte probabantur, & secunda Senatus voluntate ferebantur: quæ vero *patribus* auctorebus, illæ adversa nonnunquam *Senatus* voluntate ferebantur. Probabant enim inviti *lege Publilia* coacti. Itaque honorificentius habebatur id, quod è *Senatusconsulto*, quam quod *patribus* auctorebus *comitiis centuriatis* latum esset.

De tempore, quo leges latæ sint, etiam supra diximus, quæ hic paucis repetemus. Considerandi autem sunt dies & horæ. Non omnibus diebus licebat *legem ferre*, sed cum alii essent *fasti*, alii *nefasti*, *fastis* tantum id licebat: neque tamen his omnibus, sed tantum *comitialibus*, nisi de cælo servatum esset. Quod si *comitialibus* de cælo servaretur, etiam iis *legem ferre* non licebat. *Publius* autem *Clodius tribunus plebis*, *Ciceronis*, ac bonarum partium inimicus, ut armaret immoderata licentia *tribunitiam* potestatem, dierum discrimen & auspiorum imperium sustulit. Neque enim tantum, ut omnibus plane *fastis ferri lex* posset, verum etiam, ne quis per eos dies, quibus cum populo liceret agi, de cælo servaret, rogationem tulit, idque postea servatum esse, ex *Cicerone* videtur posse colligere. Horæ vero, quibus agi cum populo posset, omnes erant intra ortum solis & occasum, reliquis non licebat.

Ad causas legum quod attinet, variæ illæ fuerunt, uti in ipsa legum recitatione conspicietur, una  
Aaaa tamen

tamen vel præcipua fuit, quod à malis & corruptis moribus illæ manarint. Absque his enim *non opus fuisse legibus*. Itaque ut esset bene vivendi norma, legem inventam esse, manifeste cognoscitur.

*Legum potestas* hæc fuit, ut eo, quod erat legibus sancitum, omnes *Quirites* tenerentur, utque vigebant usque dum alia lege abrogarentur, nec parvo spatio terminarentur, aut annuæ tantum essent, uti prætorum edicta. *Abrogari* tamen omnes licebat præter *sacratas*. Cautum autem erat *xii tabulis*, ut quod postremum populus jussisset, jus ratumque esset. Quin etiam à *Senatu* nonnunquam leges, quæ non videbantur esse ex republica, sublatae sunt. Erant autem quatuor omnino genera, quibus *per Senatum* more majorum statueretur aliquid *de legibus*: unum ejusmodi, placere legem abrogari, ut *Q. Cæcilius, M. Junio Coss.* quæ leges rem militarem impedirent, ut abrogarentur. Atque hoc genere non abrogabat legem *Senatus* (nam *abrogare* proprie populus dicebatur) sed ut abrogaretur, statuebat. Ut tamen ejusmodi *abrogatio* caveretur, in sanctione legum adscribi solebat, *ne per satiram abrogari, derogarique liceret*. Dicebatur autem *satura*, lex multis aliis conferta legibus, ita ut in ea fraus subesse, quæ populum falleret, facile posset: at in simplici lege, si *de abrogando, derogando* populus rogaretur, non difficile erat, id, quod rogabatur, intelligere. Alterum genus erat, si quæ lex lata esse diceretur, non ea videri populum teneri judicaretur. Hoc fiebat, si *augures* contra auspicia latas eas esse, monuissent.

Tertium erat de legum *derogationibus*, quo de genere sæpe *Senatusconsultis* facta sunt. *Quarum* si *Senatus* hostem aliquem judicasset. Tum enim simul etiam, ut ejus leges, quæ quidem adversus rempublicam essent, tollerentur, judicasse, non est à vero alienum. His addi potest & hoc, cum verbo quidem neque à *Senatu*, neque à *populo*, tacito autem omnium consensu, & per desuetudinem leges abrogarentur, id quod & *Julianus jurisconsultus* notavit. Et hæc de potestate etiam & vi legum pauca quidem, sed quæ pluribus explicantur & confirmantur à *Paulo Manutio*, & aliis.

Postremo aliquæ loquendi formulæ, quæ *de legibus* usurpatæ fuerunt, notandæ sunt, quæ ab *Ulpiano* tit. 1. Institutionum his verbis explicantur: *Lex*, inquit, aut *rogatur*, id est, fertur: aut *abrogatur*, id est, prior lex tollitur: aut *derogatur*, id est, pars primæ tollitur: aut *subrogatur*, id est, adjicitur aliquid primæ legi: aut *abrogatur*, id est, mutatur aliquid ex prima lege. Hactenus ille. Sed tempus est, ut ipsam legum recitationem aggrediamur, quod faciemus, si prius *de origine & processu juris Romani* dixerimus, id quod paucis expediemus.

## CAP. IV.

## De origine &amp; processu juris Romani.

**O**riginem & processum *juris Romani* expositurus *Pomponius jurisconsultus*, incipit à *legibus Regiis*, quibus sublati, ait successisse *duodecim tabulas*, ex quibus *ius civile* fluxerit, subsecutas postea leges alias, *plebiscita*, *Senatusconsulta*, *prætorum edicta*, & *Principum placita*, de quibus omnibus ordine ipsum differenter audiemus. Sic vero is scribit: Initio civitatis nostræ populus sine lege certa, sine jure certo primum agere instituit: omniaque manu *Regis* gubernabantur: Postea aucta ad aliquem modum civitate, ipsum *Romulum* traditur populum in triginta partes divisisse: quas partes *curias* appellavit, propterea quod tunc reipublicæ curas per sententias partium earum expediebat. Et ita leges quasdam & ipse *curiatis* ad populum tulit: tulerunt & sequentes *Reges*, quæ omnes conscriptæ extant in libro *Sexti Papirii*, qui fuit illis temporibus, quibus *Superbus Demarati Corinthii filius* ex principalibus viris. Is liber appellatur *ius civile Papirianum*: non quia *Papirius* de suo quicquam ibi adjecit: sed quod leges sine ordine latas in unum composuit. De hoc jure *Papiriano* librum scripsit singularem *Granius Flaccus Licinianus*, in quo *Romuli*, *Numæ Pompilii*, aliorumque *Regum* leges exposuit.

*Jus Papirianum* subsecutæ sunt *duodecim tabula*. Exactis enim *Regibus*, lege *tribunitia* in usu esse *jus Papirianum* desiit, & omnes *Regiæ* leges exoleverunt, iterumque cœpit *populus Romanus* incerto magis jure, & consuetudine aliqua per latam legem: idque prope viginti annis passus est. Postea ne diutius hoc fieret, placuit publica auctoritate *decem* constitui *viros*, per quos peterentur leges à *Græcis* civitatibus, & civitas fundaretur legibus: quas in tabulas eboreas (sive æreas, quod plures tradunt) perscriptas *pro rostris* composuerunt, ut possent leges apertius percipi: datumque est eis jus eo anno in civitate summum, ut leges & corrigerent si opus esset, & interpretarentur: neque provocatio ab iis, sicut à reliquis *magistratibus*, fieret. Qui ipsi animadverterunt aliquid deesse istis primis legibus: ideoque sequenti anno alias duas ad easdem tabulas adjecerunt, & ita ex accidentia (vel accidenti) appellatæ sunt *leges duodecim tabularum*: quarum ferendarum auctorem fuisse *decemviris Hermodorum* quandam *Ephesium* exulantem in Italia, quidam retulerunt.

His legibus latis, necessaria *fori disputatio* fuit. *Interpretatio* enim earum legum prudentum requirebat auctoritatem: & quod eorum auctoritate erat inductum, id omne commune appellabatur *ius civile*: quod quidem *ius civile* ita divisum fuit, ut partim ex legis constaret actionibus, partim ex interpretatione *legum decemviralem*, partim denique ex novo jure, loco appendicis *duodecim tabulis* adjecto.

Legis



*Legis actiones* nihil aliud erant: quam ritus sive *formula* omnium, quibus jus suum veteres petsequerantur, actionum directarum, à prudentibus perscriptæ. Sic enim *Pomponius* jurisconsultus: deinde ex iis (duodecim tabularum scilicet) legibus eodem tempore fere actiones compositæ sunt, quibus inter se homines disceptarent. Quas actiones, ne populus prout vellet institueret, certas, solennesque esse voluerunt. Quibus verbis nihil aliud videtur voluisse *Pomponius*, quam id omne, quod lege *duodecim tabularum* continebatur, prudentes juris certis quibusdam formulis, ac ritu solenni in usum forensem induxisse, sive certas formulas composuisse, quibus lege agi posset. Eas *formulas* obtinendæ atque augendæ potentia suæ causa in pontificum penetralibus reconditas habebant, donec tandem *Cnejus Flavius scriba* illas ab *Appio Claudio* ad formam redactas evulgavit, fastosque penè toto foro exposuit, ut quando & quomodo lege agi posset, sciretur. Hic liber, inquit *Pomponius*, qui actiones continet, appellatur *jus civile Flavianum*: sicut ille (*Papirii* scilicet, qui leges regias continebat) *jus civile Papirianum*. Augescente civitate, quia deerant quædam genera agendi, non post multum temporis spatium *Sextus Ælius* alias actiones composuit, & librum populo dedit, qui appellatur *jus Ælianum*. Hactenus *Pomponius*.

Auctor est pro *Muræna* *Cicero*, cogitata jam, & promulgata à *Cn. Flavio* dierum ratione, veritos *jurisconsultos*, ne sine sua opera lege posset agi, notas quasdam composuisse, ut omnibus in rebus ipsi interessent. Idque eam videtur habere sententiam, ut evulgatis factis & legis actionibus, omnes, quæ à *jurisconsultis* deinceps componebantur formulæ, notis, hoc est, literis singulis, aut binis integrum aliquod verbum designantibus, hac intentione exprimerentur, ut si forte rursus evulgarentur, à populo non possent intelligi: & per consequens, earum interpretatio semper à *jurisconsultis* petenda necessario foret. Quam formularum notis describendarum rationem antiquissimam Romæ ad *Constantini* usque tempora servatam fuisse, colligi posse videtur ex isto rescripto *Constantini*: *Juris formula*, aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus, radicitus amputentur, tit. 1. C. de Form. & Impetrat. act. sublat. Quibus verbis *Constantinus* nequaquam omnes *juris formulas* radicitus amputari voluit, sed hoc, ne illæ *formule* (actus legitimos nominat) notis amplius describerentur, verum ita literis perscriberentur, ut à quovis sine aliqua syllabarum aucupatione recte legerentur. In iis autem, quæ notis describebantur, hujusmodi syllabarum aucupationes frequentes fuisse, testis esse poterit *Marcus Cicero*, sic ad *Atticum* scribens libro decimo tertio: Et quod ad te de decem legis scripsi, parum intellexi: credo, quia dià *œuelar* scripseram. Et ob id haud dubie *jurisconsulti* aucupes syllabarum ab eodem libro primo de *Oratore* dicuntur, quia scilicet in notarum, quibus formulæ descriptæ erant, interpretatione, ob varias, incertasque unius literæ, aut syllabæ significationes ipsi etiam *leguleji* interdum hallucinabantur.

Alterum, ex quo constituisse *jus civile* diximus, fuit *legum decemviralium* interpretatio. Cum enim *leges duodecim tabularum* aliquot obscuriores essent, nec omnes circumstantiæ definitæ: consueverunt eas *jurisconsulti* suis interpretationibus illustrare, quod qua ratione factum sit, aliquot exemplis offendit clarissimus *jurisconsultus Jacobus Ravardus* libro singulari, quem de *prudentum auctoritate* scripsit.

Tertium, ex quo *jus civile* constabat, fuit *jus novum, jurisconsultorum*, sive prudentum auctoritate aut responsis, & fori disputatione constitutum, atque appendicis loco duodecim tabulis adjectum. Cum enim *jurisconsultorum* hæc apud Romanos servaretur differentia, ut alii juris essent studiosi, sive *candidati*, alii *antecessores*, sive *sophista*, alii denique *jurisconsulti* sive *juris auctores*: Studiosi assidebant, titul. unic. de off. assess. *Candidatorum* opera Principes in recitandis potissimum orationibus uti solebant, titul. unic. de Off. Quæst. Et qui jus publice interpretabantur, hi *antecessores* erant, sive *sophista*. *Jurisconsulti* autem populo principali auctoritate de jure respondebant, indeque *auctores juris*, sive simpliciter, auctores dicebantur: siquidem populo de jure dubitanti responsis suis certi alicujus juris auctores fiebant.

Testatur *Pomponius*, ante *Augusti* tempora, qui studiorum suorum fiduciam habebant, eis de jure liberum fuisse populo respondere, eosque *judicibus* à quibus consulebantur, aut certam scripsisse juris definitionem, aut sine rescripto, quid eis videretur, testari solitos, primumque *divum Augustum*, quo major juris auctoritas haberetur, constituisse, ut ex ejus auctoritate responderetur, signataque *judicibus* responsa darentur, & publice respondendi jus à *Principibus* necessario peteretur, titulo secundo §. 25. de origine juris. Id quod eam habere videtur sententiam, ut *jurisconsulti* jus respondendi Principis beneficio nacti, non à populo solum, sed ab ipsis etiam *judicibus* consulerentur: & à populo quidem *consulti* certam pronuntiarent *juris definitionem*: à *judicibus* vero non quicquam pronuntiarent, sed libello, quidnam de jure sentirent, complecterentur, eumque libellum signatum, ne posset à litigatoribus legi, offerrent *judicibus*. Quin etiam *Justinianus* expresse scripsit, tantam olim fuisse *jurisconsultorum* auctoritatem, ut *judicibus* eos consulentibus, à responsis eorum recedere non liceret. §. responsa Instit. de jure naturali gentium & civili, nimirum iis temporibus, quibus ex auctoritate Principis hujusmodi responsa dabatur. Tunc enim ea, quantum ex *Pomponio jurisconsulto* colligimus, juris habere vigorem primum cœperunt. Illud etiam observari solebat, ut quoties gravis aliqua & perplexa juris incidere quæstio, fori quædam institueretur disceptatio, *jurisconsultis* simul in aliquem locum congregatis,

gatis; cujusmodi disputationum fori meminerunt jurisconsulti sæpe, & *Marcus Cicero* libro primo ad *Quintum fratrem*, atque in *Topicis ad Trebatium*. Quod igitur in hujusmodi fori disputatione communi *jurisconsultorum* consensu definitum & decretum erat, id quoque *jus civile* communi nomine dicebatur, & jus non scriptum. *Cicero decreta jurisconsultorum* appellat, cum *pro Murana* sic scribit: Deinde vestra responsa atque decreta & evertuntur sæpe dicendo, & sine defensione Oratoris firma esse non possunt. Per responsa enim singulorum intelligit *Cicero* jurisconsultorum definitiones, per decreta vero, certas fori disputationes communi disputantium suffragio receptas sententias.

Tunc enim *decernere* dicebantur *jurisconsulti*, cum de jure dubio certam & communi consensu probatam proferrent definitionem. Idem jus sine scripto ex sola *prudentum* auctoritate constans jus receptum, & recepta sententia, & *regula juris* dicebatur, quas postea quidam *jurisconsulti* collegerunt, & in libros retulerunt, quales sunt quinque libri receptorum sententiarum *Julii Pauli* ad filium: & *libri regularum juris* in scriptis jurisconsultorum. Tantum de jure civili quod ex duodecim tabulis fluxit: quæ omnia erudite & eleganter explicat *Jacobus Revardus* libro singulari de *auctoritate prudentum*, cap. 14. & 15.

Cæterum, ut eo redeam, unde digressus sum, scribit *Pomponius*, cum esset in civitate lex duodecim tabularum, & *jus civile*, essent & legis actiones: evenit ut plebs in discordiam cum patribus perveniret, & secederet, sibi que jura constitueret, quæ jura *plebiscita* vocantur. Mox cum revocata est plebs, quia multæ discordiæ nascebantur de his *plebiscitis*, pro legibus placuit & ea observari, *lege Hortensia*: & ita factum est, ut inter *plebiscita* & *legem*, species constituendi interessent, potestas autem eadem esset.

Deinde quia difficile plebs convenire cœpit, populus multo difficilior in tanta turba hominum, necessitas ipsa curam reipublicæ ad *Senatum* deduxit. Ita cœpit *Senatus* se interponere, & quicquid constitueret, observabatur: idque jus appellabatur *senatusconsultum*.

Eodem tempore *magistratus* jura reddebant, & ut scirent cives, quod jus de quaque re quisque dicitur esset, seque præmuniret: edicta proponebant, quæ edicta *prætorum jus honorarium* constituerunt. *Honorarium* dicitur, quod ab honore prætoris venerat.

Novissime, sicut ad pauciores juris constituendi via transiisse, ipsis rebus distantibus videbatur: per partes evenit, ut necesse esset, reipublicæ per unum consuli, nam *Senatus* non perinde omnes provincias probe gerere poterat. Igitur constituto *Principi*, datum est ei jus, ut quod constitueret, ratum esset. Ita in civitate nostra aut jure, id est, lege constituitur: aut est proprium jus civile, quod sine scripto in sola prudentum interpretatione consistit: aut sunt legis actiones, quæ formam agendi continent: aut *plebiscitum*, quod sine auctoritate patrum est constitutum: aut est *magistratum edictum*, unde *jus honorarium* nascitur: aut *senatusconsultum*, quod solum Senatu constituyente inducitur sine lege: aut est *Principalis* constitutio, id est, ut quod ipse Princeps constituit, pro lege servetur. Hactenus *Pomponius*, ex quibus originem & processum juris Romani intelligi posse puto. Quibus explicatis, ad ipsam jam legum enumerationem accedemus.

## C A P. V.

## De jure Papiriano, sive legibus Regiis.

**I**Nitium catalogi legum Romanarum faciemus à *legibus Regiis*, quibus primum usos fuisse Romanos jam diximus: quasque *Sextus Papirius* collegit, unde etiam nomen invenerunt, ut jus illud, quo leges Regiæ continebantur, *jus Papirianum* diceretur. *Franciscus Balduinus* jurisconsultus celeberrimus in eo, quem ad leges Romuli scripsit, libro, octodecim recenset ipsius leges, quas se in tabula antiquissima invenisse scribit, & ex quibus multas etiam *Paulus Manutius* in legum libello commemorat. Verum tamen eruditus viris illæ non probantur. *Cujacius* certe non dubitat affirmare, confictas ipsas esse. Ego, ne quid desideretur, primum quæ ipsi recitant capita, si qui forte legere volent, repetam: deinde eas leges commemorabo, quæ certis veterum scriptorum testimoniis nituntur, ita ut de iis dubitari non possit.

Hæc igitur capita ex antiquissima tabula descripsisse se *Balduinus* affirmat.

- |  |   |   |
|--|---|---|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Ne quid inaugurato faciunto.</li> <li>2. Patres sacra, magistratusque soli peragunto in-<br/>euntoque, jusque dicunto.</li> <li>3. Sacrorum omnium potestas sub Regibus esto. Sa-<br/>cro patres custodiunto.</li> </ol> | } | <ol style="list-style-type: none"> <li>4. Plebeji agros colunto.</li> <li>5. Populus magistratus creanto, leges sciunto,<br/>bella decernunto.</li> <li>6. Deorum fabulas ne credunto.</li> <li>7. Deos peregrinos præter Fannum ne colunto.</li> </ol> |
|--|---|---|

8. *Nocturnas in templo vigiliis ne habent.*
9. *Ne quis presentibus fœminis obscœna verba facito.*
10. *Quisque demissam ad talos togam in Urbe habeto, neve egreditor.*
11. *Parricidas omnes capite puniunt.*
12. *Ne quis, nisi per portas Urbem ingreditor, mœnia sacrosancta sunt.*
13. *Mulier viro legitime conjuncta fortunarum & sacrorum socia illi esto: utque domus ille dominus, ita hac domina.*
14. *Filia uti patri, ita defuncto viro hæres esto.*
15. *Adulterii convictam vir, & cognati, uti volent, necant.*
16. *Si vinum biberit, domi ut adulteram puniunt.*
17. *Parentum liberos omne jus esto relegandi, vendendi, & occidendi.*
18. *Monstrosos partus sine fraude cadunt.*  
Hæc Balduinus & Paulus Manutius habent.  
Addit aliquas & Pandulphus Pratejus jurisconsultus, in veteri Jurisprudencia has videlicet:
19. *Virum uxor ne deserito. Uxorem, si in beneficio natorum, adulteriove deprehensa clamve marito fuerit, repudiandi jus esto. Qui præter has causas repudiavit, rerum suarum pars uxori dator, pars Cereri sacra esto.*
20. *Deprehensi in homicidio statim puniuntur.*
21. *Plebeji, quem sibi ex patriciis patronum volent, deligunt.*
22. *Judiciis fraus ne adhibetor.*
23. *Maximarum injuriarum judicium penes Reges esto: minorum penes Senatores.*
24. *Annus decem mensium esto.*

Harum vero plerarumque legum conjecturas sumperunt, quicunque eas primum collegerunt, ex aliquibus *Dionysii Halicarnassei*, *Plutarchi*, *Ciceronis*, & aliorum scriptorum locis, quos hoc loco adscribemus, non quod velimus *Balduini*, & aliquot aliorum sententiam confirmare, aut etiam refutare (id enim commendamus aliis eruditione, & judicio præstantioribus) sed ut ex iis, quænam *politia* à Romulo institutæ ratio fuerit, cognoscatur. Videbunt tamen etiam lectores quasdam ex his, quas ex *Balduino* recitavimus, leges verissime latas, licet ipsa earum verba, quæ fuerunt sine omni dubitatione antiquissima, afferre in medium non possimus.

*Primi igitur capituli* conjectura sumpta est ex *Ciceronis* libro 1. de divinatione, & *Dionysii* lib. 2. At *Romulus* confirmatus in regno divinitus, advocata concione & indicatis auspiciis, *Rex* declaratur consensu omnium, & morem instituit in posterum: ne quis, nisi auspicato regnum assumeret, magistratumve iniret, &c.

De secundo etiam & quarto capitibus ita *Dionysius*: *Romulus* porro postquam discrevit potiores ab inferioribus, mox legibus latis præscripsit, quid utriusque faciendum: ut *patricii* sacra curarent, *magistratus* gererent, jus redderent, secum rempublicam administrarent: res urbanas obirent: *plebeji* vero ab his negotiis immunes, quippe qui talium imperiti essent, nec vacaret eis propter inopiam, agros colerent, pecora alerent, exercerent quæstuosâ officia.

De tertia lege idem *Dionysius Halicarnassæus*: Honores & potestates ita distribuit. *Regi* quidem *eximia* munia fuerunt hæc, primum ut *sacra* curaret atque *sacrificia*, per eumque gereretur, quicquid ad placandos Deos attinet. Deinde ut *legum* ac *morum* patriorum haberet *custodiam*, & juris five naturalis, five quod scripta & pacta continet, utque de injuriis gravissimas causas ipse decerneret, leviores permitteret *Senatoribus*, providendo interim, ne quid peccetur in judiciis, utque *Senatum* cogeret, *populum* in concionem convocaret, primus sententiam diceret, quod pluribus placuisset, ratum haberet. Hæc *Regi* attribuit munia, & præterea summum in bello imperium. *Senatui* vero dignitatem ac potestatem eam addidit, ut is, de quibus à Rege ad ipsum referatur, de his decerneret, & ferat calculum, ita ut semper obtineat plurium sententia.

De quinta lege idem *Dionysius Halicarnassæus* sic scribit: Plebi autem tria hæc commisit: *Magistratus* creare, *leges sancire*, de bello, referente Rege, decernere: ita tamen, ut *Senatus* quoque in his accedat auctoritas.

*Sexta, septima, & octava lex* ex eodem *Dionysio Halicarnassæo* desumptæ sunt, apud quem sic legimus: *Fabulas* à majoribus de diis traditas, probra eorum continentes ac crimina, turpes censuit, & inutiles, ac ne probis quidem viris dignas, nedum diis superis: repudiatisque his omnibus, ad bene ac præclare de immortalibus sentiendum, loquendumque cives suos induxit, nihil his affingi passus beatæ illi naturæ parum consentaneum. Neque enim *Calus* exfectus à suis liberis apud Romanos traditur, neque *Saturnus* suos propios natos devorans, metuensve, ne apperatur ipsorum insidiis: non *Jupiter Saturnum* patrem regno dejectum includens carceri tartari, ac ne bella quidem & vulnera, aut vincula deorum, servitutefque apud homines. Nullum eorum festum atratum, aut lugubre agitur, non planctus habet ob raptos deos, ac lamenta mulierum: qualia sacra Græci faciunt raptam *Proserpinam*, casusque *Bacchi* referentia, & id genus alia.

Ac ne quidem corruptis his temporibus videas apud eos arreptos numine, aut *furor* *Corybanticum*, non *Bacchanalia*, cœtusve clancularios, aut occulta mysteria, non virorum promiscue cum fœminis pervigilia, non his similia prodigia: sed omnia religiose fiunt, ac dicuntur, quæ ad deos attinent, præter morem Græcarum, atque Barbararum gentium. Hæc & plura alia *Dionysius Halicarnassæus*. *Cicero* etiam

in secundo de *legibus* libro inter alias, quæ de religione loquuntur, leges etiam has recenset: *Septimatim nemo habessit deos: neve novos, sed nec advenas, nisi publice adscitos, privatim colunto.* Item: *Nocturna mulierum sacrificia ne sunt, præter olla, quæ pro populo vite fiunt. Neve quem initiant, nisi, ut assolet Cereri, Græco sacro.* An vero ex Romuli legibus eas desumpserit, non addit.

*Nona & decima legis conjectura ex Plutarcho sumpta est; is enim in Romulo scribit, mulieribus Sabinis raptis multos honores esse tributos: cujus generis & hi fuerint, ut via eis decederetur, ne eis præsentibus obsecrænum quidquam diceretur, ut qui nudum se ab iis videri passus fuisset, criminis capitalis reus haberetur.*

De *undecima lege* etiam *Plutarchus* ita scribit: Id etiam singularis fuit consilii, quod quum nullum contra eos, qui patrem suum occidissent, jus privatum posuisset, omne homicidium parricidii, vel parricidii vocabulo notavit: quod hoc scelestum, illud ne existere quidem posse, judicaret.

De *Duodecima Pomponius* jurisconsultus: *Si quis violavit muros, capite puniatur:* sicuti si quis transcendet scalis admotis, vel alia qualibet ratione. Nam cives Romanos alio, quam per portas egredi non licet: quum illud hostile & abominandum sit. Nam & frater Romuli Remus occisus traditur ob id, quod muros transcendere voluerit. Hæc ille. *Plutarchus* in Quæstionibus Romanis, quæstione vigesima septima: Cur omnem murum sacrum intaminatumque habent, portas non item? An vera est *Varronis* sententia? muros propterea sacros existimandos, ut pro iis propugnare alacrius cives, mortemque etiam oppetere sustineant. (Et videtur *Romulus* quoque fratrem propterea interfecisse, quod sacrum locum, & inaccessum transilire aggressus, transcendendum profanumque reddidisset.)

*Portæ* autem sacræ esse non poterant, quum per eas, & alia necessaria, cadavera etiam efferrentur. Itaque Urbem qui de novo condebant, aratro, cui bovem marem & fœminam subjunxissent, locum, quantum erat murus occupaturus, designabant: portarumque dimensi spatium, vomere exempto, aratrum earum locis intactis transferebant, quod omnem terram aratam sacram & inviolabilem censentur futuram.

*Decimatercia & decimaquarta* testimonium extat apud *Dionysium Halicarnasensem*, cujus hæc sunt verba: Romulus unica constitutione redegit uxores ad decentem modestiam. Ea fuit talis, mulierem nuptam, quæ juxta sacratas leges convenisset cum viro, ei participem esse possessionum, ac sacrorum omnium. Nominabant autem prisca Romani sacras nuptias vocabulo suo *farracia*: quia conjuges vescerentur eodem farre. Et paulo post: ita hæc lex mulieres nuptas, non habentes quo se vertant alio, cogebat unius mariti se attemperare moribus: viros item sic habere mulieres, ut rem necessariam, nulloque divellendam tempore. Uxor enim pudica & marito semper obsequens, æque ac ille domus erat domina, in ejus defuncti bona succedebat hæres, sicut parentis filia, ex æsse quidem, si is liberis carens, ac intestatus decederet: quod si prolem haberet, ex æquo cum liberis.

*Decimaquinta & decimasexta* sic meminit *Dionys. Halicarnasensis*. Si autem aliquid peccasset mulier, pœnam luebat ex mariti læsi arbitrio. De hujusmodi criminibus cognati cum ipso cognoscebant, in quibus erat violata pudicitia, & quod apud Græcos videretur levissimum, si deprehensa esset vinum bibisse mulier. Nam utrumque damnavit *Romulus*, ut erratorum muliebrium maximum ratus è stupro nasci insolentiam, stuprum è vinolentia: longoque tempore crimen utrumque apud Romanos iram merebatur implacabilem, comprobantibus legis æquitatem tot sæculis. Hæc *Dionysius*.

*Agellius* quoque lib. 10. cap. 23. quum multa de usu vini mulieribus interdicto scripisset, adducit *Marci Catonis* orationem de dote, in qua id quoque scriptum fuerit: *In adulterio uxores deprehensas jus fuisse maritis necare.* Et ex eadem *Catonis* oratione hæc subjungit: *Vir, inquit, cum divorcium fecit, mulieri iudex pro censore est.* Imperium quod videtur, habet. Si quid perverse tetreque factum est à muliere, mulctatur: si vinum bibit, si cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur.

De jure autem occidendi ita scriptum est: In adulterio uxorem tuam si deprehendisses, sine judicio impune necares: illa te (si adulterares) digito non auderet contingere, neque jus est. *Jacobus Cujacius* jurisconsultus clarissimus lib. Observationum 6. cap. 25. hanc legem, ut falsam, deprehendit, & docet ut mulctentur uxores adulterii convictæ, non autem necentur à maritis concessum à Romulo, cum apud *Dionysium Halicarnasensem* legatur, *ἕμισθον*, quod sit mulctam infligere, non mortem: & *Agellius* quoque mulctare & condemnare, non autem necare, habeat: sed tamen contra *Jacobum Cujacium* sentit *Joan. Bodinus* in Methodo historica, cap. 4. quem legere potes. Moris illius, quo usus vini mulieribus interdictus erat, etiam *Valerius Maximus* meminit lib. 2. cap. 1. Vini usus, inquit, olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur: quia proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consuevit. Et *Plinius* lib. 14. cap. 13. *Non licebat vinum fœminis Roma bibere.* Invenimus inter exempla, *Egnatii Mecennii* uxorem, quod vinum bibisset è dolio, interfectam fuisse à marito, eumque cædis à Romulo absolutum. *Fabius Pictor* in Annalibus suis scripsit: Matronam, quod oculos, in quibus erant claves vinariæ cellæ, resignavisset, à suis inedia mori coactam. *Cato* ideo propinquos fœminis osculum dare instituit, ut scirent, an temetum olerent. Hoc tum nomen vino erat, unde & temulentia appellata. *Cneius Domitius* iudex pronuntiavit, mulierem videri plus vini bibisse, quam valetudinis causa, viro insciente, ac dote mulctavit, &c. Ex quibus tamen omnibus non probatur *Romulum* lege cavisse, ut uxores, quæ vinum bibissent, morte mulctarentur.

*Decima septima* testimonium extat clarissimum apud *Dionysium Halicarnasense* lib. 2. ubi sic scribit: Romanorum legislator, omnem, ut ita dicam, potestatem patri dedit in filium, idque toto vitæ tempore, sive in carcerem eum mittere, sive flagris cedere, sive vincum ablegare ad rustica opera, sive necare libeat, etiam si filius traçet rempublicam, etiam si magistratus gerat maximos, etiam si liberalitatis laudem publice sit promeritus. Certe juxta hanc legem viri illustres pro nostris, favente plebe concionantes in *Senatus* invidiam, fruentsque auris popularibus, detracti è suggestu per parentes abducti sunt, pœnas daturus ex ipsorum sententia: quos, dum per forum ducerentur, nemo adstantium eripere poterat, non *Consul*, non *tribunus*, non ipsa turba, cui tum adulabatur, licet omnem potestatem sua minore existimans. Taceo nunc quod viri fortes necati sint à patribus, nimio virtutis ardore provecti ad patrandum aliquid, præter ipsorum mandatum: sicut de *Mænio Torquato*, aliisque multis traditur, de quibus suo dicemus tempore. Nec contentus hanc potestatem parentibus dedisse legislator Romanus, permisit etiam vendere filium, nil deterritus crudelitatis specie, quod res gravior videri posset, quam pro affectu domestico, quodque maxime quis miretur in hac dissoluta disciplina Græcorum educatus, quasi durum & tyrannicum. Hoc quoque patri concessit, licere illi terna filii venditione pecuniam quarere, majorem largitus potestatem patri in filium, quam hero in mancipium. *Servus* enim semel venditus, deinde libertatem adeptus, in posterum sui juris est: filius vero à patre venditus si liber feret, rursum sub patris potestatem redigebatur: iterum quoque venundatus & liberatus, servus ut ante patris reddebatur. Post tertiam demum venditionem eximebatur e patris potestate. Hanc legem primi illi Reges observabant, incertum scriptamne, an sine scripto proditam, habentes pro omnium firmissima.

De lege *decima octava Dionysii Halicarnasensis* ita scribit: *Romulus* primum necessitatem colonis imposuit educandi, quicquid esset masculum, & è filiabus primogenitas: nullam autem prolem necari permisit minore triennio, nisi quid mutilum, aut alioqui prodigiosum in ipso partu esset editum: Tales enim fœtus exponi à parentibus non vetuit, sed indicatos prius quinque viris vicinis proximis, si illis quoque exponendos esse visum fuerit. Contra hanc legem committentium, præter alias multas, etiam dimidium bonorum addixit ærario.

*Decima nona* descripta est ex *Plutarcho Romulo*, ubi hæc legimus: Leges etiam quasdam tulit *Romulus*, inter quas vehemens est illa, qua mulieri maritum relinquendi potestas adimitur: viro autem ejicere uxorem conceditur, si veneficio circa prolem usa fuisset, aut alienam pro sua subdidisset (sic enim vertit *Guilielmus Xylander*) aut adulterium commisisset: si quis alia de causa repudiasset conjugem, mariti bona partim uxori cederent, partim *Cereri* sacra forent: & qui uxorem dimisisset, is diis manibus rem sacram faceret.

*Vigesima eadem* est cum *undecima*, de qua diximus.

De *vigesima prima Dionysii Halicarnasensis*: Commendavit *Romulus* patriciis plebejos optione cuique è vulgo data, ut, quem vellet patronum sibi legeret. Et *Plutarchus*: *Romulus* reliquos potentiores à vulgo sejunxit, patronos eos appellans, vulgus autem clientes: eaque re mirificam benevolentiam multo excitavit, & eam jura invicem magni ponderis consecuta sunt, &c. Meminit ejus etiam *Livius*.

De *vigesima secunda & vigesima tertia* diximus, ad tertium caput, ubi inter alia *Dionysii Halicarnasensis* verba, & hæc citavimus. Statuit *Romulus*, ut de injuriis gravissimas causas ipse decerneret, leviores permitteret *Senatui*, providendo interim, ne quid peccetur in judiciis.

De *vigesima quarta*, quod *Romulus* annum fecerit mensum decem, cum multi alii, tum *Macrobius* lib. 1. *Saturnaliorum*, cap. 12. scribunt. Atque hæc de illis capitibus, quæ à *Francisco Balduino*, *Paulo Manutio*, *Pandulpho Præte* recitantur. Videbimus jam illas, quarum certiora apud scriptores veteres extant testimonia, & quæ iisdem fere, quibus conceptæ fuerunt, verbis citantur.

### Romuli Regis leges.

Unius tantum legis *Romuli* fit mentio in *Festo*, quæ tamen an *Romulo* adscribenda sit, dubitari posse videtur, quum *Festus* dicat (quemadmodum quidem eum locum *Josephus Scaliger* emendavit) in legibus Regis *Romuli & Tatii*, & *Servi Tullii* eam extare: Est autem hæc:

SEI PARENTEM PUER VERBERIT, AST OLOE PLORASSINT. PUER DIVEIS PARENTUM SACER ESTO. SEI NURUS, SACRA DIVEIS PARENTUM ESTO.

Addit *Festus*, plorassint in hac lege significare clamare, sive inclamarint.

Verberit.] Pro verberet: sicuti vindicit, pro vindicet.

Oloe.] Pro illi.

Sacer esto,] Quid sit sacrum, vel sacram alicui divo esse: in XII. tabulis explicabimus.

### Numæ Pompilii leges.

Ex legibus *Numæ Pompilii* hæc fragmenta reperiuntur:

SEI HOMINEM FULMIN IOBIS (sive, ut *Justo Lipsio* placet, FULMINIS nominandi, casu) OCCISIT. EM SUPRA GENUA NEI TOLLITO, HOMO SEI FULMINE OCCISUS ESIT, EI IUSTA NULLA FIERI OPORTETO.

Sic

Sic eam *Josephus Scaliger* emendavit. Extat apud *Festum* in voce *Occisum*, ubi notat *occisum* à necato distingui à quibusdam, quod alterum à cædendo, atque icu fiat, alterum sine icu. Sententiam hujus legis habet *Plinius* lib. 2. cap. 54. in Catholicis fulgurum, ubi scribit, hominem ita exanimatum cremari fas non esse, condi autem terra in eo loco, ubi fulmine percussus erat, religione tradi.

*Lex Numæ de parricidis.*

SI QUIS HOMINEM LIBERUM DOLO SCIENS MORTI DUIT, PARRICIDA ESTO. SEI IM IMPRUDENS SE DOLO MALO OCCISIT, PRO CAPITE OCCISEI, ET NATIS EIUS IN CONCIONE ARIETEM SUBICITO.

Extat hujus legis fragmentum apud *Festum*, in voce *parici quaestores*, quod tamen altera parte auxit *Josephus Scaliger* ex schediis *Servianis*.

*Si quis hominem liberum.]* Ex hac lege probat *Festus*, antiquitus *parricidam* dictum fuisse, non eum, qui parentem occidisset, sed qui qualemcunque hominem.

*Duit.]* Pro det, antique.

*Parricida esto.]* *Josephus Scaliger* notat, hanc clausulam in omni re capitali positam fuisse, & significare idem, quod, *capital esto*, de qua loquendi forma in XII. tabulis dicemus.

*Im.]* Pro eum.

*Se dolo malo.]* Id est, sine dolo malo.

*Sei in imprudens se dolo malo.]* Hanc partem concinnavit *Josephus Scaliger* ex schediis *Servianis*, in quibus ait, hujus legis mentionem ita fieri: Ut si quis imprudens hominem occidisset, pro capite occisi, & natis ejus in concione arietem offerret.

*Arietem subicito.]* Subici aries dicitur, inquit *Festus*, quem quis agit, ut pro se cadatur, ut ait in eod. lib. *Antistius*, quod fit, ut ait *Cincius* lib. de officio jurisconsulti, exemplo Atheniensium, apud quos expiandi gratia aries inigitur ab eo, qui scelus admittit pœnæ pendendæ loco.

*Lex Numæ de pellice.*

PELLEX ARAM IUNONIS NE TANGITO. SI TANGET, IUNONI CRINIBUS DEMISSIS AGNUM FOEMINAM CÆDITO.

*Pellicem*, ait *Festus*, antiquis proprie dictam esse eam, quæ uxorem habenti nupsit. Cui generi mulierum pœna constituta sit hæc, quam recitavimus, *Numæ* lege. *Jacobus Ravardus* libro singulari de auctoritate prudentum scribit, ex toto jurè *Papiriano* hujus unius legis reliquias extare in libris jurisconsultorum apud *Paulum*, ubi sic scriptum sit: *Granius Flaccus* in libro de jure *Papiriano* scribit, *Pellicem nunc vulgo vocari, quæ cum eo, cui uxor sit, corpus misceat*. Et hanc legem sic interpretatur, *Pellex aram Junonis ne tangito* (vel, quemadmodum *Ravardo* placet, & veteres loquebantur, tagito) id est: *Pellex nulli viro uxorem habenti nubito: si nupsit, crinibus demissis, quod tristitiæ signum erat, Junoni agnum foeminam cædito, sive mactato*.

*Lex Numæ de opimis spoliis.*

QUOVIS AUSPICIO CLASSE PROCINCTA OPEIMA SPOLIA CAPIUNTOR. IOVEI FRETRO BOVEM CÆDITO. QUEI CEPIT, ÆRIS DUCENTA DARIER OPORTETO. SECUNDA SPOLIA IN MARTIS ARAM IN CAMPO, SOLITAURILIA UTRA VOLUERIT, CÆDITO.

TERTIA SPOLIA IANO QUIRINO AGNUM MAREM CÆDITO CENTUM QUEI GERPERIT ET ÆRE DATO.

Hanc legem repetemus libro de *Militia*.

*Lex Numæ de polluctu.*

PISCEIS QUEI SQUAMOSEI NON SUNT, NEI POLLUCETO. SQUAMOSOS OMNEIS PRÆTER SCARUM POLLUCETO.

Sic hanc legem *Josephus Scaliger* restituit ex *Cassio Hemina*, cujus hæc sunt apud *Plinium* verba lib. 32. capite secundo. *Numa* constituit, ut pisces, qui squamosi non essent, ni pollucerent, parsimonia commentus, uti convivia publica & privata, cenæque ad pulvinaria facilius compararentur: ni, qui ad polluctum emerent, pretio minus parcerent, eaque præmercerentur. Significat autem *pollucere*, de piscibus libamenta Diis offerre. *Festus*: *Pollucere merces Diis, quas liceat*, sunt far, polenta, vinum, panis fermentatus, ficus passa, suilla, bubula, agnina, caféi, ovilla, alica, sêsama, & oleum, pisces, quibus est squama, præter scarum. Herculi autem omnia esculenta, & poculenta. Hæc *Festus*.

*Lex Numæ de vino.*

VINO ROGUM NE RESPERGITO.

Extat hæc lex apud *Plinium* lib. 14. cap. 12. ubi sic scribit: *Romulum* lacte non vino libasse, indicio sunt sacra ab eo instituta, quæ hodie custodiunt morem. *Numæ Regis* *Posthumia* lex est: *Vino rogum*

ne vespergito. Quod sanxisse illum propter inopiam rei, nemo dubitet. Ex eadem lege, ex imputata vite libari vina diis, nefas statuit, ratione excogitata, ut putare cogerentur, alias aratores, & pigri circa pericula arbusi. Hæc *Plinius*. Aliter eam accipit, & interpretatur *Justus Lipsius* lib. 3. Antiquarum lectio- num, quem consule.

*Lex Numæ de judiciis.*

SEI QUID HORUM FUAT UNUM JUDICEI ARBITROVE, REOVE, DIES DIFFUN- SUS ESTO.

Testis hujus legis est *Festus*, in voce *Reus*, apud quem sic legimus: *Reus nunc dicitur qui causam dicit*: & item qui quid promisit, sponditve, ac debet. At *Gallus Ælius* lib. 2. Significationum verborum, quæ ad jus pertinent, ait: *Reus est, qui cum altero litem contestatam habet, sive is egit, sive cum eo actum est*. Et paulo post; At *Capito Attejus* in eadem quidem opinione est: sed exemplo adjuvat interpretationem. *Numa* in secunda tabula, secunda lege, in qua scriptum est: *Si quid horum fuit, &c.* Meminit hujus legis *Jacobus Cujacius* Observationum lib. 3. cap. 40. eamque nos interpretabimur in XII. tabulis.

*Lex Numæ de terminis.*

QUEI TERMINOM EXARASSIT, IPSUS, ET BOVIS SACREI SUNTO.

Et hoc caput extat apud *Festum*, cujus hæc sunt verba: *Termino sacrificabant, quod in ejus tutela fines agrorum esse putabant*. Denique *Numa Pompilius* statuit, eum qui terminum exarasset, & ipsum, & boves sacros esse. Meminit ejus & *Dionysius Halicarnassensis* his verbis: *Terminos si quis transferre ausus fuisset, aut tollere, lege lata, deo terminali caput ejus qui tale quid patrasset devovit Numa, interfectori ipsius tanquam sacrilegii impunitate promissa, & puritate à scelere, &c.*

Memoratur & hæc ex *Numæ* legibus apud *Dionysium* & *Plutarchum*: Si pater filio concesserit uxorem ducere, futuram facrorum ac bonorum juxta leges participem, patri posthac nullum jus esto vendendi filium, &c.

Neque prætermittenda est *lex Regia*, de mortuo non inferendo, quæ à *Marcello* refertur lege secunda, ff. de mort. infer. *Ne mulier que prægnans mortua esset, humaretur, antequam partus ei excideretur*. Qui contra faceret, spem animantis cum gravida peremisse videretur, &c. Verum à quo lata hæc lex sit, non additur: nec adhuc inter eruditiores convenit. *Hottomannus* putat, partem eam fuisse alicujus legis Romuli, aut *Numæ Pompilii*, de qua *Marcellus* in superioribus disputavit.

Legem *Servii Tullii* de contractibus meminit *Dionys.* lib. 4. & 5. sed nullam ex iis recitat.

Cæterum ut finem dicendi hic faciam; nullam enim præter has *Regiam legem* me invenisse memini: illud non possum silentio præterire, fuisse plerasque *Regum Romanorum leges*, præsertim illas, quarum æquitas manifesta fuit in XII. tabulas relatas: id quod præter *Dionys. Halicarnassensem*, etiam *Jacobus Cujacius*, & *Josephus Scaliger* viri clarissimi testantur, quorum verba non pigebit hoc loco adscribere. Sic igitur *Jacobus Cujacius*, libro Observationum & Emendationum tertio, capite quadragesimo: *Constat, inquit, ex Halicarnassensi libro secundo & decimo, ex legibus Regiis, & ex moribus populi Romani, multas decemviro leges in XII. tabulas transtulisse, hoc consente populo*. Quamobrem existimo & illas *Numæ leges de eo qui sciens hominem liberum morti duit: & de pena pellicis, & de homine fulmine occiso, & de termino exarato*, ab eodem *Sext. Pompejo Festo* relatas, XII. tabulis adscribendas esse. *Josephus* autem *Scaliger* Castigationibus in *Festum*, ad vocem *Nuptias*, post alia quæ confirmandæ hujus sententiæ causa in medium attulerat, ita concludit: *Ex his non dubium est, leges Regias in XII. tabulas à decemviris conjectas fuisse: & prima, secunda, tertia tabula leges Regias contineri*. Quin leges Regias de patria potestate in quartam tabulam relatas, auctor *Dionysius*, &c. Hæc *Scaliger*, Atque de *legibus Regiis*, sive jure *Papiriano* hæcenus.

CAPUT VI.

*Leges duodecim tabularum cum brevi commentatione.*

**A** legibus Regiis ad XII. tabulas venimus: illæ enim præcipuum *Romanæ jurisprudentiæ* caput fuerunt, uti paulo post adductis aliquot clarissimorum virorum testimoniis probabimus. Qua occasione scriptæ illæ tabulæ fuerint, diligenter à nobis est indicatum libro septimo harum Antiquitatum, capite decimo nono, in quo de *decemviris* disputavimus. Propositæ autem sunt primum, & à populo comprobata, *decem tantum tabula*, anno ab Urbe condita cccii. Sequenti anno, cum adhuc leges quædam deesse viderentur ad juris perfectionem, additæ sunt ab iisdem *decemviris* adhuc II. quæ prioribus X. additæ, XII. numerum effecerunt. De quarum excellentia & præstantia multa dici possent: sed cum mihi propositum sit brevitati studere, horror studiosos lectores, ut illarum præconia apud *Livium*, *Dionysium*, & alios ipsi legant. *Cicero* certe, cujus testimonium apud nos plurimum valere debet, lib. 1. de Oratore, sub

persona *Crassi* mirum in modum eas prædicat, & supra omnes fere bibliothecas omnium Philosophorum extollit. Verba ejus sunt hæc: *Plurima* (inquit *Crassus*) *est in XII. tabulis antiquitatis effigies, quod & verborum prisca vetustas cognoscitur, & actionum genera quadam, majorum consuetudinem, vitamque declarant*: sive quis civilem scientiam contempletur, quam *Scævola* non putat oratoris esse propriam, sed cujusdam ex alio genere prudentiæ, totam hanc descriptis omnibus civitatis utilitatibus, ac partibus *XII. tabulis* contineri videbitis: sive quem ista præpotens & gloriosa Philosophia delectat (dicam audacius) hosce habet fontes omnium disputationum suarum, qui jure civili & legibus continentur. Fremant omnes licet, dicam quod sentio, *bibliothecas mehercule omnium Philosophorum unus mihi videtur XII. tabularum libellus, si quis legum fontes, & capita viderit, & auctoritatis pondere, & utilitatis ubertate superare*. Egregia profecto commendatio harum pulcherrimarum legum: de quibus etiam idem *lib. 2. de Legibus* scribit, quod se puero moris fuerit, ut juniores illam didicerint, tanquam carmen necessarium. Quod magis dolendum est, tantum thesaurum jam amissum, & nihil nisi fragmenta quædam superesse, hinc inde in variis scriptoribus dispersa. In quibus tamen colligendis, emendandis, & illustrandis, multi viri doctissimi suam operam posuerunt: alii quidem aliis felicibus. Primus, ut opinor, in illis colligendis operam suam communi utilitati collocavit *Aymarus Rivallius* Allobrox, easque *lib. 2. Historiæ juris civilis* est interpretatus: Hunc secuti *Oldendorpius* Germanus, & *Franciscus Balduinus*: quorum hic prolixè earum sententiam ostendit, & quomodo jus fere totum civile inde fluxerit, conferendo cum illis *Pandectarum leges* declaravit: ille vero breviter eas explicavit. Neque vero post hos nemo amplius ausus fuit eidem operi manum admovere. Sed ut nostra atas ferax est doctorum virorum, ita etiam plures in his legibus emendandis, quia plurimæ depravatæ fuerunt, & explicandis, quia obscuræ, elaborarunt. Inter eos fuerunt *Franciscus Hottomannus, Jacobus Cujacius, Jacobus Revardus, Pandulphus Pratejus, Adrianus Turnebus, Josephus Scaliger, & Justus Lipsius*, à quo justos commentarios in has leges, sicut & à *Ludovico Carrione* expectamus. Omittam alios, qui de legibus his scripserunt. Cum enim tanta dignitas earum sit, & *XII. tabule fons sint totius juris civilis*, nequaquam arbitrati sunt summi illi viri, se operam, quam in istis declarandis ponerent, ludere: præsertim cum etiam multi veteres jurisconsulti, *Sextus Ælius, Servius Sulpitius, Labeo & Cajus* eas suis commentariis illustrare non dubitarint, quorum omnium tamen vix nomina sunt reliqua: scripta autem cum maxima omnium studiosorum jactura interciderunt. Sed mittam jam prolixiores querelas. Quantum ad hunc meum tractatum attinet, sciat benevolus lector, hæc *XII. tabularum* fragmenta, & reliquias, collecta esse ex *Ciceronis, Dionys. Halicarnassæi, Livii, Agellii, Sext. Pompeji, Festi, Macrobbii, Plinii, &c.* libris, & ex *Pandectis*. In quibus explicandis primum earum sententiam paraphrasticis ipsis verbis legis, sicubi propter obscuritatem necesse erat, subjeci: deinde si qua occurrebant verba antiqua obsoleta, & à nostro usu remota, explicavi. Justos commentarios scribere mihi propositum non fuit: si qui eos desiderant, illi adeant *Oldendorpii, Balduini, Revardi, Hottomanni*, clarissimorum jurisconsultorum, & si aliquando edentur, *Justi Lipsii*, vel *Ludov. Carrionis* scripta.

Cæterum ut de ordine etiam quædam addam, quo quæque lex, & in qua tabula scripta fuerit, nos scire non possumus: cum autem *Ausonius* earum tripartitam divisionem fuisse scribat, ita ut prima pars ad sacra pertineat, altera jus publicum, tertia jus privatum comprehendat: ego quoque eundem ordinem, quem ante aliquot annos *Franciscus Hottomannus*, & hunc sequutus *Joan. Crispinus* observarunt, sequar. Ac primum de legibus, quæ jus sacrum tractant, agam.

### Prima pars legum XII. tabularum, de jure sacro.

Ex iis *XII. tabularum* fragmentis, quæ temporum injuria reliqua nobis fecit, pauca admodum de sacris loquuntur: quinimo unicum tantum de sacris privatis agit, cætera omnia de funeribus & sepulchris. Jam quæ *Aymarus Rivallius* Allobrox, & *Joannes Oldendorpius* jurisconsulti, ex *Ciceronis de Legibus* libris recitant ex *XII. tabulis* fuisse, convinci nullo modo potest. Nam ne verbo quidem *Cicero* meminit, fuisse ea capita in *XII. tabulis* perscripta, cum alioqui, quoties unam, aut plures ex *XII. mutuatur*, id haud quaquam dissimulet, uti postea videbimus. Quod cum ita sit, nos omittis reliquis incertis, ab ea incipiemus, quæ de sacris privatis agit, atque ita concipitur.

#### I. Sacra privata perpetuo manento.

Hujus legis extat testimonium apud *Ciceronem* in Oratione pro *Muræna*, ubi sic loquitur: Nam cum permulta præclare legibus essent constituta, ea jurisconsultorum ingeniis pleraque corrupta ac depravata sunt. Sacra interire illi noluerunt: horum ingenio senes ad coëmptiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt. Idem *lib. 2. de Legibus* cum hanc legem posuisset: *Sacra privata* perpetua manento. De sacris, inquit, hæc una sit sententia, & deinceps familiis prodantur: & ut in lege posui, *perpetua sint sacra*. Et mox: *Privata sacra* ita pontificio jure constituta ait, ut ad quem pecunia, ad eundem etiam sacrorum obligatio perveniret. Omnino enim diligentissime esse animad-



madversum, ne *privata sacra* interirent, sed familiis deinceps proderentur. Sententia igitur legis hæc est, ut quæ *sacra* gens aliqua, sive illa *patricia*, sive *plebeja* sit, ascivisset, ea deinceps ab iis, qui ejusdem stirpis futuri essent, colerentur, & conservarentur. Unde etiam illud institutum constat, ut & mulieres in viro- rum, & adoptati in parentum, & hæredes in defunctorum sacra transfrent: qua de re prolixè *Hottomannus*.

*Sacra privata.* Sacrorum enim alia publica, alia privata fuerunt. *Publica* (ait *Festus*) dicebantur, quæ publico sumptu pro populo fiunt: quæque pro montibus, pagis, curiis, sacellis. At *privata*, quæ pro singulis hominibus, familiis gentibusque fiunt. Idem alibi: Quod privati suæ religionis causa deo dedicaverunt, id pontifices Romani non existimant sacrum. At si qua privata sacra suscepta sunt, quæ ex instituto pontificum itato die, aut certo loco faciendæ sint, ea sacra appellari, tanquam sacrificium. Ille locus, ubi illa sacra faciendæ sunt, vix videtur sacer esse. De iisdem sacris *Macrobius* lib. 1. *Saturnal.* cap. 16. Sunt præterea *feriæ proprie familiarum*, ut *Claudia familia*, ut *Emilia*, sive *Julia*, sive *Cornelia*: & si quas ferias proprias quæque familia ex usu domesticæ celebritatis observat, sunt singulorum, ut natalium, fulgurumque susceptiones: item funerum atque expiationum. Hactenus ille. Sacra autem hæc propria eorum deorum erant, quos *penates*, itemque *lares* nominabant. Et quia gentis alicujus propria certis ritibus & ceremoniis colebantur, *gentilia* dicebantur, quorum etiam meminit *Cic.* in Oratione de Arusp. respons. &c.

Subjicit huic legi *Hottomannus* & alteram de *intercalatione*, sed de qua tantum conjecturas, non autem certa testimonia habet. Ita vero eam concipit: ut *Februarius* mensis, qui Numæ instituto postremus erat, deinceps secundus esset: utque eo mense post *terminalia* annis alternis eorum dierum, qui ad annuam solis rationem deessent, intercalatio fieret. Nos eam non interpretabimur. Sequuntur leges de *sumptibus funerum*, & jure sepulchrorum.

### II. *Hominem mortuum in Urbe ne sepelito, neve urito.*

Quæ sequuntur leges, de *funeribus* & *sepulturis* agunt: hæc autem quæ jam recitata est lex, extat totidem verbis apud *Ciceronem* lib. 2. de *Legibus*, ubi sic scribit: *Hominem mortuum in Urbe ne sepelito, neve urito.* Deinde eam sic explicat: In Urbe sepeliri lex vetat: sic decretum est à pontificum collegio, non esse jus in publico loco fieri *sepulchrum*. Statuit enim collegium, locum publicum non potuisse privata religione obligari. *Servius* tamen in lib. 5. *Æneid.* memoriæ prodidit, apud majores fortasse ante *XII.* tabulas moris fuisse, ut qui mortuus esset, domum suam referret. Unde est apud *Virgilium*:

*Sedibus hunc refer ante suis, & conde sepulchro.*

Notandum vero & hoc est, quemadmodum ante, sic etiam post *latas XII. tabulas*, fuisse quosdam in ipsa Urbe sepultos, quos tamen legibus solutos virtutis causa id consecutos fuisse, *Cicero* existimat. Quin etiam *Imperatores*, & *virgines Vestales*, quia legibus non tenebantur, in Urbe habebant *sepulchra*. Sed & *Virgines Vestæ* nocentes, licet vivæ, tamen intra Urbem, in campo scelerato obruebantur.

*Neve urito.*] Credo (inquit *Cicero*) vel propter ignis periculum.

### III. *Hoc plus ne facito.*

Hæc verba superioris alicujus legis, quæ *funerum* & *sumptuum modum* præfiniebat, appendix sunt: quasi in eam sententiam scripta lex esset, ut quum finem illis rebus præscripsisset, tum hoc quasi sanctionis loco adscriberet. Puto autem hæc verba ad eam legem pertinuisse, qua *Cicero* libro secundo de *legibus* scribit extenuatum fuisse sumptum tribus riciniis, & clavis purpureis, & decem tibicinibus. Cujus legis sententia hæc est: *ne plus quam tres vestes cum mortuo aut conderentur, aut urerentur*: id quod etiam apud Athenienses, teste *Plutarcho*, Solonis lege cautum erat: nec plures decem tibicinibus ad funerum pompam adhiberentur. *Ricinium* enim, vel *recinium*, ait *Festus*, omne vestimentum quadratum ii, qui duodecim interpretati sunt, esse dixerunt. *Verrius* togam, qua mulieres utebantur, prætextam clavo purpureo. In more autem apud veteres erat, vestimenta quædam cum mortuis condere vel urere: quod præter alios docet *Virgilius* *Æneid.* lib. 6. in *Miseno*:

*Purpureasque super vestes velamina nota  
Injiciunt*

Et *Suetonius* in *Cæsare*: Scenici artifices vestem, quam ex instrumento triumphorum ad præsentem usum inducerant, detractam sibi, atque discissam injecere flammæ. Nonnulli eruditi viri, *Jacobus Revardus*, *Adrianus Turnebus*, *Junius* in *Nomenclatore*, & alii per *ricinia* intelligunt *vestes lugubres*, quibus mulieres in funeribus uterentur: sed diversum docet *Fustus Lipsius* epistoliarum quæstionum libro 1. epist. 7.

Et decem tibicinibus.] Etiam *Ovidius* lib. 6. *Fastorum* docet decem tibicines ad funera adhibitos fuisse. *Servius* in 5. *Æneid.* scribit, antiquæ consuetudinis fuisse, ut majoris ætatis funera ad tubam proferrentur, minoris vero ad tibias. Et *Agellius* libro 20. cap. 2. auctor est, *siticines* olim eos proprie appellatos, qui apud *sitos* canere soliti essent: hoc est, *vita functos*, & sepultos. Eosque habuisse proprium genus tubæ, qua canerent, à cæterorum tibicinum proprietate differens, quos *siticinistas* vulgus dicit. Sapienter ergo modum funeris lex præscribit.

## IV. Rogum ascia ne polito.

Solebant Romani nimio quodam fastu, nimioque sumptu exornare sepulchra: id hæc lex prohibet, & jubet e rudibus, & impolitis lignis pyram confici. *Jacobus Ravardus* istud caput, quod modo recitavimus, Hoc PLUS NE FACITO, cum hoc conjungit, sic legens: NE FACITO ROGUM ASCIA, NE POLITO. Priores autem duas voces: *Hoc plus*, non *decemvirorum*, sed *Ciceronis* esse, sicque intelligendas esse: Ea quæ hæctenus *Cicero* ex XII. tabulis de funeribus recitaverit, omnia à *Solone* desumpta esse: legem autem XII. tabularum plus constituisse eo, quod in *Solonis* legibus continetur, videlicet, *Ne quis faceret rogum ascia, nec poliret*, &c.

*Rogum.*] Rogus significat struem lignorum, factam ad cremanda cadavera, sic dictus à rogando, quod in eo manes rogari solerent.

*Ascia.*] Ascia fabrorum materiariorum dolabra est, qua ad aspera ligna polienda utuntur, ab abscondendo dicta: *cin dun beill, breite ax, oder zimmer-ax.*

Sumptus igitur supervacuos & inutiles à funeribus lex removet.

## V. Mulieres genas ne radunto: neve lessum funeris ergo habento.

Et hæc lex à *Solone* desumpta est, quem *Plutarchus* scribit prohibuisse, in funeribus corpus laniare, lamentationemque meditatam edere. *Servius* in illud *Æneidos* XII. *Et roseas laniata genas*, sic scribit: *Moris* fuerat, ut ante rogos humanus sanguis effunderetur, vel captivorum, vel gladiatorum: quorum si forte copia non fuisset, laniantes genas suam effundebant cruorem, ut rogis illa imago restitueretur. Tamen sciendum, cautum lege XII. tabularum, ne mulieres carperent faciem his verbis: *Mulier faciem ne carpito*. Hæc *Servius*. Ubi tamen verba legis mendose recitantur. Non enim faciem, sed genas: nec carpito, sed radito, vel radunto, numero plurium, in legibus fuisse scriptum docent *Plinius* & *Festus*: quorum hic ita ait: *Radere* g. . . . lege ex XII. id est, unguibus: uti interpretari *Festus* voluisse videtur, quid sit *radere genas*: videlicet unguibus eas cruentare, & scindere. *Plinius* autem lib. 11. cap. 37. Malæ homini tantum, quas prisca genas vocabant, duodecim tabularum interdicto, radi à fœminis eas. Sic enim legit *Justus Lipsius* in Quæstionibus Epistolice. Quanquam autem vetitum id esset lege duodecim tabularum, tamen factum fuisse etiam *Varronis* temporibus, docet ex *Servianis* schedis *Josephus Scaliger* in suis ad *Festum* castigationibus, ubi eum sic scribentem adducit *Servius* in schedis: *Varro* dicit mulieres in exequiis & luctu ideo solitas ora lacerare, ut sanguine ostenso inferis satisfaciant. Male hanc legem accepit *Adrianus Junius*, qui in commentario suo de *Coma*, capite secundo scribit, XII. tabularum interdicto cautum fuisse; ne mulieres genas raderent, ut ne diutino radendi usu succrescentibus pilis à natura non datis, sub ementito virilis oris honore fallerent.

*Neve lessum funeris ergo habento.*] *Cicero* lib. 2. de Legibus auctor est, veteres XII. tabularum interpretes, *Sex. Ælium*, *L. Acilium*, non satis se intelligere dixisse, quid esset *lessus*: sed *L.* quidem *Acilium* suspicari, vestimenti genus aliquod funebris fuisse. *Ælium* autem, *lessum* quasi *lugubrem ejulationem* dictam esse, ut vox ipsa significet: quam *Ælii* sententiam se probare & veram esse judicare, *Cicero* addit: cum idem *Solonis* etiam lex veter. Respexit ad hanc legem idem etiam in *Tusculanis* quæstionibus, cum sic scribit: Sed hoc quidem in dolore maxime est providendum, ne quid abjecte, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid serviliter, muliebriterve faciamus. Imprimisque refutetur ac rejiciatur *Philœteti* ille clamor. Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque raro: ejulatus ne mulieri quidem. Et hic nimirum est fletus, quem XII. tabulæ in funeribus adhiberi vetuerunt. Hæctenus ille. Monet *Justus Lipsius* in Quæstionibus Epistolice, veteres *iosum*, & *lausum*, *lesum*, ac *lessum*, una & eadem significatione dixisse.

*Plato* autem lib. 12. de Legibus: *Fieri* (inquit) mortuum jubere aut vetare, absurdum est: plangere vero, & voces ac lamenta extra ædes mittere, vetandum.

## VI. Homini mortuo ne ossa legito, quo post funus fiat: extra quam si militia aut peregre mortuus sit.

Extat apud *Ciceronem* lib. 2. de Legibus: Legis sententia hæc est, ut posteaquam crematum corpus esset, ossa e cineribus legantur, statimque loco proximo in terram condantur, ne si alium in locum sepiendi causa deportarentur, luctus duplicaretur & sumptus.

Excipitur autem hac lege, si quis aut militia, aut peregre sit mortuus, ubi scilicet funus ei fieri non licuerit: tum enim neque luctus, neque sumptus augetur. Itaque & in *Pandectis* is sumptus funeris probatur, cum peregre mortuus in suum transfertur.

Aliter tamen eam interpretatur, & verius quidem, *Jacobus Ravardus*, [1. & si. 14. §. impensa. & 1. Divi fratres 19. ff. de relig. & sumpt. fun.] cum ita scribit: Multum interesse puto inter ossa homini mortuo legere, & inter ossa hominis mortui legere. Nam ossa hominis, quæ dispersa sunt & non cohærent, cum simul colliguntur, tunc hominis ossa legi dicuntur. *Seneca* libro 2. de Ira: Dignus fuit, cui permitteret à convivio ad ossa filii legenda discedere. Sed homini mortuo leguntur ossa, cum ejus cadaveri aliqua ossa

ossa adimuntur. Eoque sensu vivis ossa legere dixit idem *Seneca* libro *de consolatione*. Legere siquidem pro *adimere* & auferre veteres dixisse, non est obscurum, si consideremus cum dicendum esse sacrilegum, qui adimit, qui auferit res Deo rite consecratas. Pertinet autem lex ad hunc morem fortasse, de quo *Festus* scribit, *membrum abscindendi mortuo solitum dici*, cum digitus ejus decidebatur, ad quod servatum iusta fierent, reliquo corpore combusto, id quod hac lege *decemviri* prohibuerunt, nisi quis aut peregre, aut in bello mortuus esset. Tum enim permiserunt ei *ossa legi*, quo post funus fiat, hoc est, membrum aliquod adimi, ad quod servatum iusta Romæ fierent, reliquo corpore apud peregrinos combusto. Hæc fere *Ravardus*.

### VII. Uti servilis unctura, omnisque circumpotatio tollatur.

Solebant olim cadavera, sive corpora mortuorum ungi odoribus & unguentis, unde *Ennius*:

*Tarquinius corpus bona femina lavit & unxit.*

Et *Virgilius* libro 6. *Æneidos*:

*Pars calidos latices, & abena undantia flammis Expediunt, corpusque lavant frigentis & unguunt.* Atque ff. l. *funeris*. 37. de *religios. & sumptibus funerum*, eorum sumptuum ratio probatur, qui unguento pro mortui corpore comparato facti sunt. Sed in servorum corporibus id fieri lex vetat, quæ sumpta est ex *legibus Solonis*. Sic etiam non omnis circumpotatio, sed servilis tantum sublata est. Nam liberi homines, quo minus coronati parentantes, cum supra tumulum dapes posuissent, circumpotare potuerint, nulla lege mihi prohibitum fuisse videtur. Ita *Jacobus Ravardus*.

[*Omnisque circumpotatio.*] *Circumpotatio*, alio nomine *silicernium*, Græcè *περιδειπνον* dicitur. Ita *Varro Meleagris*, quemadmodum *Jacobus Cujacius* apud Nonium legit: Funus exequiati laute, sive (quod *Jano Palmerio* placet) cum *lusu* ad sepulchrum antiquo more *silicernium* confecimus, id est, *περιδειπνον*, quo pransi discedentes dicimus alii Vale. Significat autem *silicernium* convivium funebre, quod apud veteres exhiberi senibus solebat: dictum, quod cum silentio edentes cernerentur, vel propter defuncti memoriam, vel quod cogitarent, se mox illum secuturos, quapropter abeuntes è convivio, veluti se amplius non visuri, mutuo se salutabant. Alii aliter hoc vocabulum interpretantur, de quo vide *Festum*, *Fulgentium*, *Placiadem*, *Donatum* in Terentii *Adelphos*, & *Sipontinum* in Martialem, statim initio.

### VIII. Uti ne sumptuosa resperio fieret: neve murrhata potio mortuo inderetur: neve longæ coronæ: neve acerræ adhiberentur.

Intelligitur ex his verbis, moris fuisse apud veteres, ut *cadaver*, rogusve, liquoribus quibusdam pretiosis perfunderetur: quod ne fiat amplius, hac lege prohibetur.

*Murrhata potio.* [*Festus* scribit, *Murrhata* potionem usos antiquos fuisse, ejusque rei indicium esse, quod etiam *adiles* per supplicationes diis addant ad pulvinaria, & quod duodecim tabulis caveatur, ne mortuo indatur, docente id *Varrone* lib. 1. *Antiquitatum*. Qualis vero ea potio fuerit, de eo valde dubitant auctores. *Hieronymus Mercurialis*, Medicus Patavinus celeberrimus, in variis lectionibus, de *murrhina*, quæ eadem est *murrhata potio*, disputans, *Cujacii*, *Julii Cæsaris Scaligeri*, & *Adriani Junii* multum discrepantes opiniones primum recitat, & refutat: deinde quid ipse sentiat, asserens dicit se existimare, *murrhinam* fuisse artificialem quandam potionem, quæ veterum tempestate vulgatissima fuerit, à posteris autem intermissa, ut vix ejus remanserit nomen: quod vel à similitudine, vel à mixtione, vel ab aliqua alia re fortasse captum sit. Hæc *Mercurialis*. Prohibet igitur lex, ne ejusmodi potio mortuo conficiatur, & ita magni sumptus in eum fiant.

[*Neve longa corona.*] *Longæ coronæ* dicuntur ad differentiam *rotundarum*, qualibus busta, sepulchra, sellas curules, theatra, & currus triumphales exornari consuevissent, ex *Huberti Goltzii*, C. Julio Cæsare, *Fastis* & Augusto: *Gulielmi Brassicani* antiquitatibus, & *Æneæ Vici* Parmensis nummis discimus.

[*Neve acerræ adhiberentur.*] *Festus* scribit *acerram aram* esse, quæ ante mortuum poni soleat, in qua odores incenduntur. Addit autem alios dicere, *arculam* esse, thurariam scilicet, ubi thus reponatur. *Hottomannus* de aris potius accipiendum putat, ut vetet lex, aras, quæ proxime sepulchra fierent, cum thure incensisque odoribus obiri.

### IX. Qui coronam parit ipse pecuniave ejus, virtutis ergo arduitor, ipsique mortuo, parentibusque ejus, dum intus positus erit, forisque feretur, sine fraude imposita esto.

Legis sententia (ait *Hottomannus*) videtur esse hæc, ut qui in ludis certaminibusque publicis coronam adeptus sit (quæ quidem præmium victoribus honoris causa propositæ erant) ei monumentum istud, quasi insigne suæ virtutis, relinqueretur.

Est hæc lex quasi exceptio quædam præcedentis, qua cum prohiberetur, adhiberi ad funera longas coronas, ne imponantur cadaveribus: hic excipiuntur illæ coronæ, quas quis vel ipse, vel per servos equosve suos, virtutis ergo in publicis ludis certaminibusque sibi peperisset atque adeptus esset. Has enim addi, & in funeribus ipsis demortuis dominis imponi, lex concedit.

*Pecunia.*] Pecuniæ nomine lex non equos tantum, sed & servos comprehendit.

*Arduitor.*] Sic emendat *Justus Lipsius* lib. 4. Epistoliarum Quæstionum, epist. 27. cum in vulgatis sit, *arguitur*. Dicit autem *arduitor*, positum antiquè, pro *adduitor*, à verbo *arduo*, vel *adduo*, pro quo nos hodie *addo* dicimus. *Ravardus* legit *arguitor*: ut sit sensus, corona illa sit argumento & indicio virtutis suæ. Hoc autem volunt illa verba, ut coronæ, quæ partæ ab equis vel servis essent, domino æque ac si per se ipse certo eas peperisset, honorem illum conciliarent. Recitat hanc legem *Plinius* lib. 21. cap. 3.

X. *Uti plura funera ne uni fierent: neve lecti plures inferrentur.*

Ad minuendos sumptus, & mortuis, & vivis inutiles, sine dubio lex pertinet: nam, ut *Servius* tradit, apud majores gloriosum fuerat, quam plurimis lectis efferri. Ac *tenuis* quidem *fortuna homines capulis*, sive *feretris* efferbantur: *potentiores autem lectis*. Itaque *Sulla* lex millia lectorum habuisse dicitur.

XI. *Neve aurum addito: ast quoi auro dentes vinciti erunt: im cum illo sepelire & urere, se fraude esto.*

Vetat lex *sepulchris aurum injici*, cum apud antiquos consuetudo ferret, ut in rogam una cum mortuo pretiosa multa injicerentur: id quod ex plerisque *Virgilii* locis, & *Servii* in eum commentariis intelligitur. Testatur autem *Plutarchus* & alii, Romanos in rebus ad sacra & religionem pertinentibus, quales *divorum manium* fuerunt, mirabiliter anxios, & ad summam superstitionem adductos fuisse. Additur deinde exceptio, si tamen quis dentes, qui sibi excidissent, aut evulsi essent, auro incrustasset, licere eos cum mortuo cremari, vel sepeliri, sine fraude: hoc est, non peccari ea re contra leges.

*Ast quoi auro dentes vinciti erunt.*] Id est, cujus dentes, qui illi aliquando vel exciderunt, vel evulsi sunt, auro erunt incrustati.

*Quoi.*] Pro cui, antique.

*Im cum illo sepelire, &c.*] Id est, licere per legem, eum dentem, vel eos dentes cum mortuo uri, vel condi. *Im* pro eum; *se*, pro sine, antique, teste *Festo*.

XII. *Rogum bustumve novum ne propius ædes alienas LX. pedes invito domino adjacito: neve forum sepulchri, bustumve, usucapito.*

Sententia legis plana est. *Pyræ*, inquit *Servius*, est *lignorum congeries*. *Rogus*, cum ardere cœperit, dicitur. *Bustum* vero jam exultum vocatur, quasi beneustum. *Bustum* tamen pro *sepulchro*, in quo humatus quis est, à lege usurpari, ut hoc argumento est: primum, quod cum de loci intervallo caveat, aliud esse *rogum* demonstrat, aliud *bustum*, sive *τύφος*. Atque ut in rogis incendium lex verebatur (quod *Tullius* annotavit) sic in bustis tetrum cadaverum odorem, & aëris pestilentiam cavere oportuit.

*Neve forum.*] Hoc capite lex cavet ne *forum sepulchri, bustumve* usucapi liceat.

*Forum.*] *Festus*, antiquos id *forum* appellasse tradit, quod nunc *vestibulum sepulchri* dici solet. Ac de vestibulo quidem, ambituque sepulchrorum legis ratio perspicua est: ut scilicet potestas esset hæredibus justa quotannis ad sepulchrum facere.

*Cicero* Philipp. 9. Majores, inquit, nostri *statuas* multis decreverunt, *sepulchra* paucis. Sed *statuas* intereunt tempestate, vi, vetustate: *sepulchrorum* autem *sanctitas* in ipso solo est, quod nulla vi moveri, neque deleri potest. Atque hæcenus de *legibus*, quæ ad sacra pertinent, quantum quidem reliquum est, diximus: in quibus ferè omnes, præsertim eæ, quæ de *sepulchris* & *funeribus* loquuntur, extant in 2. *Ciceronis* de *legibus* libro. Sequuntur nunc leges de *jure publico*.

Secunda pars legum XII. tabularum de jure publico.

I. *Privilegia ne irroganto.*

Extat hæc lex apud *Ciceronem* lib. 3. de *legibus*. Cujus sententia est, ne de *privis*, hoc est singulis hominibus, leges ferrentur, cum æquitatis ratio postulet, ut omnes homines summi cum infimis pari jure teneantur: & jura non in singulas personas, sed generaliter constituantur.

Plerique harum legum interpretes ita hoc caput intelligunt, quasi non omnino *privilegia* prohibeantur, sed ita, ut non nisi *comitiis centuriatis* ferantur. Quibus contradicit *Jacobus Cujacius*, & docet, *Privilegia* esse *duplicia*, alia quæ de una tantum persona concipiuntur in omnia tempora, alia quæ ad plures personas ejusdem conditionis, vel ad universos cives pertineant: de his *privilegiis* legem hanc nihil dicere, nec eas prohibere: illa vero omnino tollere: nec verba, nisi per maximum *comitatum* huc, sed ad sequens tantum caput referenda esse: quod ex *Cicerone* etiam intelligitur, ubi hanc legem interpretatur. Sic enim inquit. Tum legum præclarissimæ de XII. tabulis translatae duæ: quarum altera *privilegia* tollit, altera de capite civis rogari, nisi maximo comitiatu, vetat, nondum cognitis *seditionis* tri-

tribunis plebis, ne cogitatis quidem. Admirandum, tantum majores in posterum providisse. In privos homines leges ferri noluerunt, id est enim *privilegium*, quo quid est injustius? Cum legis hæc vis sit, scitum esse, & jussum in omnes, &c. Hactenus *Cicero*. Quæ enim sequuntur verba, ea sequens caput explicat. Vide *Cujacium* lib. Observationum 15. c. 18. Nec multo aliter *Ravardus* eam interpretatur. *Josephus* tamen *Scaliger* Castigationibus in *Festum* scribit, verba *Ciceronis*: Ferri de singulis, nisi centuriatis comitiis noluerunt, esse interpretationem legis hujus, *Privilegia ne irroganto*, pag. 133. quod non placet. Vide etiam *Agell.* lib. 10. cap. 20.

*Privilegia*.) *Privus* adjectivum est, significans *singulum*: pro quo tamen apud *Ciceronem* pro domo, & lib. 3. de legibus mendose legitur *privatus*. Est autem *privilegium* jus singulare & in certæ personæ, vel causæ gratiam, favoremve: & lex de uno homine lata, *Isidorus*.

*Irroganto*.] *Irrogare* propriè significat legibus infligere, ut *irrogare pœnam*, &c. hoc loco videtur positum pro simplici, *rogare*, vel pro introducere.

## II. De capite civis, nisi per maximum comitiatum, ne ferunt.

Reipublicæ interest, inquit *Ulpianus*, ut delicta puniantur. Hoc animadvertentes Romani, etiam ipsi sua judicia gravissimè constituerunt, & alia quidem, videlicet leviora *magistratibus* mandarunt: graviora autem, ubi de capite civis actum fuit, populus sibi reservavit, illamque populi potestatem *decemviri* hac lege confirmarunt, ut de capite civis, nisi *centuriatis comitiis*, non rogaretur, vel ad populum referretur. Sic etiam scribit *Pomponius* non potuisse *Consules* injussu populi de capite civis Romani sententiam ferre. Ideoque *secures Consulibus* aliquando ademptæ ea lege & conditione à *Largio Dictatore* restitutæ dicuntur, ne iis in caput civis Romani injussu populi animadvertent. Posterioribus tamen temporibus, constitutis quæstionibus publicis, non ipse populus de omnibus criminibus capitalibus judicavit: sed *quæstores parricidii*, vel *prætores* publicarum quæstionum delegit, iisque judicia illa commisit.

*Per maximum comitiatum*.] Id est, per *centuriata comitia*, in quibus populus descriptus censu, ætatibus, plus adhibeat in suffragium consilii, quam fusc in *tribus* convocatus.

Habetur hæc lex apud *Ciceronem* lib. 3. de legibus, & oratione pro *Sestio*.

## III. Jussus populi & suffragia sunt. Quodcunque postremum populus jussit, id jus, ratumque esto.

Extat hæc lex, qua *comitia* populi, & suffragia confirmantur, apud *Livium* lib. 7. ubi sic scribit: In secundo interregno orta contentio est, quod duo *patricii Consules* creabantur, intercedentibusque *tribunis*, Interrex *Fabius* aiebat, in XII. tabulis legem esse, ut quodcunque postremum populus jussisset, id jus, ratumque esset: Jussum populi, & *suffragia* esse. Meminit ejusdem *Livius* lib. 9. atque *Cicero* pro *Balbo*, & lib. 2. de *Inventione*.

*Suffragia sunt*.) *Suffragium* est vox illa qua dabatur in comitiis, & in tabellis describebatur, qua unusquisque suam declarabat voluntatem de aliquo magistratu creando, aut reo damnando. Initio autem voce, & palam ferebantur, ut nunc quoque fit, donec ferrentur tabellaræ leges, quæ *suffragia* tabellis describi voluerunt. Aliquando tamen *suffragium* pro auxilio accipitur. Sed hic de priori significatione agimus.

*Quodcunque postremum populus jusserit*.] Cum *senatus*, aut *populus Romanus* multa jusserit, quæ simul servari non possunt, quoniam ex diametro invicem pugnant: tunc postremum pro jure servandum est, ut sibi leges sint scriptæ quæ nullo modo conciliari possunt, semper ultimam sequamur. Nam postrema gravissima sunt. Unde *Modestinus*: αἱ μεταγενέστεραι διατάξεις ἰσχυρότεραι τῶν πρὸ αὐτῶν εἰσίν.

Respexit ad hanc legem auctor *Rhetoricorum* ad *Herennium*, libro 2. quum eam defensionem tenem contendit, qua ostenditur, id factum esse, quod ea lex sanciat: cui legi *abrogatum*, vel *derogatum* sit: id quod posteriori lege sancitum sit, esse neglectum.

## IV. Ut si iudex, arbitere jure datus, pecuniam ob rem judicandam accepisset, capite pœnas lueret.

Descripta est hæc lex ex cap. 1. libro 20. *Agellii*, qua statuitur pœna in iudicum arbitrorumve perfidiam, quam omnibus ætatibus odio hominibus fuisse ostendit etiam *exemplum* illud *Cambysis* Regis *Perfarum*. Testatur autem *Phavorinus* apud *Agellium*, populo Romano hanc pœnam nimis duram esse visam: qui postea passus sit legem hujus generis de tam immodico supplicio, situ atque senio emori: ideoque factum, ut posterioribus temporibus ejusmodi iudices injusti ex lege *repetundarum* extra ordinem puniti, & plerique, vel exilio multati sint, vel etiam diutius; prout admiserint, teste *Modestino*. De arbitris dicitur paulo post.

V. *Ut qui falsum testimonium dixisset, è saxo Tarpejo dejiceretur.*

Habetur & hoc caput apud *Agellium* lib. 20. cap. 1. & convenit cum nono legis divinæ præcepto. Videtur autem sumptum ab Atheniensibus, apud quos in *Areopago* gravissimum fuisse iudicium *ῥυδομαρτυριῶν*, apparet ex *Demosthene*, qui scribit, eos non modo in testes falsi testimonii reos, sed & in eum, qui eos subornaverat, produxeratque, iudicium dedisse, & gravissimè animadvertisse. Cujus rei causa fuit, quod in Græcia valde multi essent ad falsum testimonium dicendum sine ulla religione, tanquam ad ludicrum aliquod, parati. Probat hoc *Cicero* in Oratione pro *Flacco*. Cæterum, quod ad ipsa verba legis attinet, clara & perspicua ea sunt, nec multa explicatione indigent.

[*E saxo Tarpejo dejiceretur.*] *Saxum Tarpejum* miræ altitudinis erat, à quo lex vult dejecti cum, qui falsum dixisset testimonium. Causa tam atrocis pœnæ fuit, ut acerbitas ulciscendi maleficii, bene atque cautè vivendi disciplina esset. Posterioribus temporibus aliquando in iudicium arbitrio fuit positum, qualis pœna falso testi irroganda esset: aliquando legis *Cornelia* pœna ei fuit irrogata: *deportatio* videlicet & omnium bonorum *publicatio*. Testatur hoc postremum *Martianus* IC. qui scribit, [l. 1. ff. ad l. *Corn. de scar.*] eum qui falsum testimonium dolo malo dixisset, quo quis rei capitalis damnaretur: ea lege teneri, cujus pœna est *insula deportatio*, & omnium bonorum ademptio.

VI. *Ne quis hominem indemnatum occideret: hominisve occidendi causa cum telo esset.*

Priorem legis partem ex *Salviano* Massiliensi Episcopo primus observavit *Jacobus Cujacius* IC. celeberrimus, apud quem sic legerat: Interfici indemnatum quemcumque hominem etiam XII. tabularum decreta veterunt. Atque ad hanc legem respexisse eidem *Augustinus* videtur, quando sic scribit: Vos appello leges, iudicesque Romani, nempe post patrata facinora, nec quemquam scelestum indemnatum impune voluistis occidi. Sumptum hoc fortasse est ex *Lycurgi* legibus, quæ auctore *Valerio* de indemnatis supplicium fumi vetabant.

Legis autem æquitas in promptu est: ne, si quemvis sceleris manifestum occidi, sine iudicio liceret, fenestra hominibus audacibus ac facinorosis ad cædes pro libidine faciendas aperiretur.

Posterior pars ex *Cicerone* pètita est, qui in *Miloniana* ita ratiocinatur: Cum lex vetat, esse cum telo hominis occidendi causa: eandem tacite permittere, esse cum telo defendendi sui causa. Locus enim est ex *contrariis*: cujus hoc summum præceptum est, ut contrariorum contraria sit consequentia.

VII. *Ne quis in Urbe cætus nocturnus agitaret.*

Ex declamatione *Portii Latronis* in *Catilinam* apud *Sallustium*.

*Clandestinas coitiones* lex vetat, quippe quæ facinorosis hominibus facultatem aliquid contra rempublicam audendi præbeant, quemadmodum *Menander* scribit:

Τὴν νόκτα τῶν πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν.

Itaque *intempestam noctem* veteres appellabant, ut *Varro* scribit, quia tempus agendi nullum erat. Inde etiam altera illa lex in has tabulas relata: Sol occasus suprema tempestas esto: ut mox dicitur.

VIII. *Ut si quis hostem concitasset, civemve hosti tradidisset, capite pœnas lueret.*

Recitat hanc legem *Martianus* in l. 3. ff. ad leg. *Juliam* majest. *Lex duodecim tabularum* (inquit) jubet eum, qui hostes concitaverit, quive civem hostibus tradiderit, capite puniri.

Plerique interpretant hanc legem de crimine *majestatis* intelligunt.

Est enim *majestatis crimen* illud, quod adversus populum Romanum, aut securitatem ejus committitur: id est, in quo læditur aut dignitas aut securitas ejus. *Cicero* in *Rhetoricis* dicit, *majestatem* minuere, esse de dignitate aut amplitudine, aut potestate populi, aut eorum, quibus populus potestatem dedit, aliquid derogare. *Franciscus Balduinus* in hujus capituli explicatione scribit, tribus modis *majestatem populi* minui. 1. Si quis injussu populi vel principis bellum gereret, delectum haberet, exercitumve compararet: cum populi esset, ex Romuli lege hostibus bellum decernere, indicereve: idque dicit, hoc loco significari per verba *hostem concitare*. 2. Si quis exercitum populi Romani hostibus traderet. 3. Si quis imbellis cederet, hostemve arcere nollit, aut in castra concederet, aut exercitum desereret, aut ad hostes profugeret. Ex quibus omnibus sententiam hujus legis planam esse & intelligi posse, arbitror. *Hottmannus* dubitat quomodo illa verba *hostem concitaret*, intelligere debeat: utrum de iis accipienda sint, qui extra ordinem in hostem pugnent, quod capite fancitum fuisse, manifestum est: an vero de iis qui hostes ex amicis populi Romani faciant. Lector judicet.

*IX. Ut qui ædes alienas acervumque frumenti juxta ædes positum, dolo malo combussisset: vincetus, verberatus igne necaretur: at si casu id fecisset, noxiam sarciret, prætorisve arbitrato castigaretur.*

Hujus extat testimonium apud *Cajum* in l. 9. qui ædes. ff. de incend. ruin. quam ex *Caji* libro ad leges xii. tabular. quarto descriptam esse, inscriptio declarat. In quam sententiam illud est *Callistrati*, in l. 28. capitalium. §. 12. ff. de pœnis. *Incendarios* capite puniri, qui ob inimicitiam, vel prædæ causa, intra oppidum incenderunt: & plerumque vivos exuri: qui vero casam aut villam, aliquanto levius. At fortuita incendia, si cum vitari possent, per negligentiam eorum, apud quos orta sunt, damno vicinis fuerunt, civiliter exerceri: ut qui jactura affectus est, damnum recuperet. Similiter *Paulus* lib. 5. Sententiarum, cap. 4. *Incendarii*, inquit, qui consulto incendium inferunt, summo supplicio afficiuntur. Quod si per incuriam eorum ignis evaserit, duplici compendio damnum ejusmodi sarciri placuit.

*X. Qui fruges excantassit.*

Extat hujus legis & apud *Senecam* lib. 4. naturalium quæstionum, & apud *Plinium* lib. 28. cap. 2. & alibi. *Senecæ* verba sunt hæc: *Apud nos*, inquit, in xii. tabulis cavetur, ne quis alienos fructus excantassit. Rudis adhuc antiquitas credebat, & attrahi imbres cantibus, & repelli: quorum nihil posse fieri, tam palam est, ut hujus rei causa nullius Philosophi schola intranda sit. Hæc *Seneca*. Cui tamen contradicit *Plin.* lib. 28. cap. 2. & lib. 30. cap. 1. & alibi, probans multis exemplis, maximam vim habere incantationes, id quod etiam quotidiana experientia testatur. Non addam plura ad hujus legis explicationem: hoc tantum dico, quod ab aliis sic recitetur: *Qui fruges excantassit: Et qui malum carmen incantassit, coercetur.* *Liv.* Decadis 4. lib. 9. cum de *Bacchanalibus* loquitur, testis est, olim Romæ ex Senatusconsulto conquisitos fuisse omnes veneficiorum & vaticiniorum libros, ut comburerentur.

*XI. Neve alienam segetem pelleveris.*

Extat apud *Augustinum* lib. 8. de civitate Dei, & *Servium* in octavam *Virgilii* Eclogam. *Augustinus* lib. de civitate Dei 8. illud etiam, inquit, quod alio loco de his artibus dicit: *Atque satas alio vidi traducere messes.*

Eo quod hac pestifera scelerataque doctrina fructus alieni in alias terras transferri perhibentur: nonne in xii. tabulis, id est, Romanorum antiquissimis legibus, *Cicero* commemorat esse conscriptum, & ei, qui hoc fecerit, supplicium constitutum: Item *Apulejus* in Apologia: *Magia ista, quantum ego audio, res est legibus delegata, jam inde antiquitus duodecim tabulis propter incredulas frugum illecebras interdicta.*

Hac vero certis conceptisque verborum formulis, ac potius susurris, vel hominibus pernicies, vel agris calamitas inferebatur. Hujus ejusdem generis illæ dira fuerunt, de quibus *Cicer.* in 1. de Divinat. & *Plutarchus* in *Crassi* vita commemorant: unde intelligitur, arcanas quasdam & vetustas execrationes fuisse, quarum ea vis foret, ut, cui semel obnuntiarentur, is nunquam exitium pernicemque vitaret.

*XII. Sanatibus idem, quod fortibus jus esto.*

Extat hoc caput apud *Festum*. *Sanates*, ait *Festus*, dicti sunt qui supra infraque Romam habitaverunt; quod nomen his fuit, quia, cum defecissent à Romanis, brevi post redierunt in amicitiam, quasi sana mente. Itaque in xii. tabulis cautum est, ut idem juris esset *sanatibus*, quod *fortibus*, id est, bonis, & qui nunquam defecerant à populo Romano. Legis æquitas manifesta est, ut ii scilicet, qui benignitatem populi Romani experti essent, constantes deinceps in fide, atque ipsius majestate comiter tuenda, permanerent: tum ut reliqui hoc tanquam invitamento ad populi Romani societatem, atque amicitiam allicerentur. Hanc tamen legem postea *Æbutia* lege abrogatam fuisse, testis est *Agellius* libro 16. cap. 10.

## Tertia pars legum XII. tabularum: de jure privato.

## DE PATRIA POTESTATE.

I. *Uti qui ex patre matreque familias ejus nasceretur, in patris familias sui manu, potestate, mancipioque esset: haberetque pater familias jus in eum vitæ ac necis, terque filium venum dandi potestatem.*

At si ter filium pater venum duit, filius à patre liber esto. Utiq; filia, cæterique liberi una mancipatione liberarentur. *Justinianus* scribit: *Jus potestatis*, quod in *liberos* habemus, proprium esse civium Romanorum: Nullos enim alios esse homines, qui talem in *liberos* potestatem habeant. Nam (ut *Dionysius* testatur) gentes aliæ omnes modum patriæ potestati aliquem statuerunt: at Romani in omne vitæ filiorum tempus eam prodixerunt: etiamsi rempublicam gererent, magistratusve summos obirent.

*Qui ex patre matreque familias.* Sic accipienda sunt hæc verba, quasi dictum esset: *Qui ex justa uxore.* Nam (ut *Justinianus* ait) in potestate nostra sunt ii demum liberi, quos ex justis nuptiis procreavimus.

*M. manu, potestate, mancipio.*] Tria hæc conjunctim coacervata sunt, ut summum illud, & infinitum jus patriæ potestatis intelligeremus. Unde illud de *G. Flaminio* apud *Ciceronem* in 2. *de Inventione*, qui cum tribunus plebis esset, & ex rostris concionem ad populum haberet, vi à patre de eo tempore deductus est.

*Haberetque pater familias jus in eum vitæ.*] Huic tamen legi Imperatores Romani, atque *jurisconsulti* detraxerunt, eamque ad naturalem æquitatem reducerunt, ut ex plurimis *Pandectarum*, *Codicis*, & *Noctellarum* constitutionum locis apparet.

*Terque filium venum dandi.*] Hujus partis testem habemus *Dionysium Halicarnasæum* lib. 2. qui etiam illud adscribit, Majorem hac lege patribus in filios, quam heris in servos potestatem permissam esse. Servum enim semel venditum, si a novo domino manumittatur, sui juris efficit: ac filium non prius suæ potestatis fieri, quàm ter à patre suo venditus, ter à suis dominis manumissus fuerit.

*Ac si ter filium pater.*] Auctorem hæc pars legis habet *Ulpianum*, cujus verba cap. Institutionum 10. hæc sunt: *Liberi parentum potestate liberantur emancipatione*: id est, si posteaquam mancipati fuerunt, manumissi sint. Sed filius quidem ter mancipatus, ter manumissus, sui juris sit. Id enim lex XII. tabularum jubet his verbis: *Si pater filium ter, &c.*

*Venum duit.*] Alii legunt, *venum davit*: *Turnebus*, *venum dabit*: *Josephus Scaliger*, *Venum duit*, ab antiquo verbo *duo*, *duis*, pro quo nos utimur *do*, & subjicit, *venum davit*, male, imò barbarè & ineptè dici.

Quod ait lex, *Filia verò, &c.* Existimat *Hottomannus*, testimonium certum non extare. Nam quod *Ulpianus* cap. 10. sic scribit: *Ceteri liberi, præter filium, tam masculi, quam femine, una mancipatione manumissioneque sui juris fiunt, &c.* nominatim legi XII. tabularum non adscribit, ut nec in l. 8. D. de injur. rup. irr. test. Utcunque sit, capitibus hereditatis *Cajus* quoque libro primo institutionum confirmans, inquit: *Fœminæ, vel nepotes masculi ex filio, una mancipatione de patris vel avi exeunt potestate, & sui juris efficiuntur.*

## DE TESTAMENTIS, AC TUTORIBUS.

II. *Pater familias uti legasset super pecunia, tutelave suæ rei, ita jus esto.*

His verbis legis XII. tabularum, *uti legasset, ita jus esto*: ait *jurisconsultus*, amplissima potestas tributa est testatoribus, ut etiamsi *prætorem*, aut *Consulem*, qui cum summo imperio est, suis liberis tutorem instituant, eos ad hoc onus suscipiendum obligent.

*Pater familias.*] Si hoc intelligendum est, soli *patribus familiæ* testandi jus fuisse, sequitur filiis familias, ne patribus quidem auctoribus, non fuisse, quippe qui suum nihil haberent.

*Uti legasset.*] Pro eo est, quasi dixisset, *uti statuerit*, sive decreverit. *Legandi* verbum à lege fictum est, ut *legare* nihil aliud sit, quàm *statuere*, *decernere*, & (ut vulgus loquitur) *disponere*: sive de hæreditate, sive de legatis, & donationibus in testamento.

*Super pecuniâ.*] Hoc verbo non modo *pecuniâ* numerata, verum etiam res omnes, tam soli, quàm mobiles, & tam corpora, quàm jura continentur.

*Tutelæ suæ rei.*] Mirum videri potest, quasi rei, id est, patrimonio tutela detur. *Tutelæ moribus potius ac discipline pupillorum, quàm fortunis & patrimonio comparata est.* Sed forte adjectum est propter superius verbum pecunia, quasi lex hoc capite de testatorum patrimonio & fortunis sanxisset. Quod ait, *ita jus esto*: per hanc legem jus patriæ potestatis, etiam post patris mortem, & usque ad pubertatem liberorum extenditur.

III. *Parentum*



### III. Parentibus tutorum liberis in potestate dandorum testamento jus esto.

Hujus legis caput habet *Cajus* libro 4. ad leges XII. tabularum, l. 1. ff. de testament. tutel. ubi ait: *Lege XII. tabularum* permissum esse parentibus, liberis suis, sive masculini, sive fœminini sexus (si modo in potestate sunt) tutores testamento dare. Nam secundum naturam sit verisimile, neminem diligentius de bonis tutoribus cogitaturum quam parentes ipsos. Ideoque lex permittit ac suadet, ut parentes in testamentis suis dent liberis impuberibus *tutores*: ne post mortem illorum, incerta sit ejus rei sollicitudo. Addit autem *Cajus*, scire nos in primis hic debere, etiam posthumis filiis posse *tutores testamento dari*. Et sic *Suetonius* scribit, Julium Cæsarem testamentum facientem plures ex iis, qui eum postea occiderunt, nominasse *tutores filii*, si quis sibi nasceretur. Rationem autem cur posthumis dari tutor posset, hanc recitat *Fufinianus*, quod ii in compluribus aliis causis pro jam natis habeantur.

### IV. Ut si paterfamilias intestato moreretur, agnatorum gentiliumque in ipsius pupillis, eorumque potestas esset.

Hujus capituli testes sunt *Fufinianus*, *Ulpianus* & alii. Legitimæ tutelæ, inquit *Ulpianus*, lege XII. tabularum *agnatis* delatæ sunt, & *consanguineis*: id est, his, qui ad legitimam hæreditatem admitti possunt: ut qui sperant hanc successiõnem, iidem tuerentur bona, ne dilapidarentur.

*Si paterfamilias intestato moreretur.*] Hæc verba, *intestato moreretur*, inquit *Fufinianus*, non hanc habent significationem, si omnino non fecerit testamentum is, qui poterat tutores dare: sed si, quantum ad tutelam pertinet, intestatus decesserit. Quod tunc quoque accidere intelligitur, cum is, qui datus est tutor, vivo testatore decesserit.

*Agnatorum gentiliumque.*] *Cajus* hæc sic interpretatur: ut si plures agnati sint, proximus familiam adipiscatur: & si eodem gradu plures sint omnes simul tutelam adipiscantur. Sunt autem *agnati*, *cognati*, per virilis sexus cognationem conjuncti, quasi a patre cognati, veluti frater ex eodem patre natus, fratris filius, neposve ex eo: item patruus & patrum filius, neposve ex eo. At qui per fœminini sexus personas cognatione junguntur, *agnati* non sunt, sed alias naturali jure cognati: differunt autem *agnati* etiam à *gentilibus* hoc modo, quod *agnati* dicuntur, qui *ex eadem familia nascuntur, & idem cognomen habent*: *gentiles*, qui eodem ex genere nascuntur, & simili nomine appellantur. Annotat *Fufinianus* in Institutionibus, ex hac lege etiam libertorum & libertarum tutelam ad patronos liberosque eorum pertinere.

### V. Si furiosus existat, agnatorum, gentiliumque in eo, pecuniaque ejus potestas esto.

Ex *Cicerone* descripta est lib. 2. de *Inventione*. & libro 3. Tusculanarum quæstionum: item ex *Fufiniani* Institutionibus lib. 1. titulo 23. *Cic.* lib. 3. Tusculanarum quæstionum scribit eum qui errore mentis affectus sit, vetari XII. tabulis rerum suarum esse dominum. Itaque non esse scriptum, *Si infans*, sed *si furiosus esse incipit*. Nam stultitiam, inquit, censuerunt, id est, inconstantiam sanitate vacantem, posse tamen tueri mediocritatem officiorum. *Furorem* autem esse rati sunt mentis ad omnia cœcitatem. Sed & apud *Ulpianum* cap. Institutionum 12. ita scriptum est: Lex XII. tabularum furiosum in curatione jubet esse agnatorum. Quapropter furiosos à de mentibus *jurisconsulti* passim distinguunt.

*Existat.*] Verbum *existat*, *Cicero* sic interpretatur, id est, esse *incipit*: quasi jubeat lex statim propinquos officio fungi.

*Agnatorum gentiliumque.*] Ut cui erunt *agnati*, ad eos tutela deferatur, cui *gentiles*, eodem modo. Unde pervulgatum inter veteres proverbium, ut quum aliquem errore mentis affectum significarent, eum dicerent *ad agnatos & gentiles deducendum esse*.

### VI. Ut qui prodigus existeret, ei prætor, causa cognita, bonis suis interdiceret, inque ipsius pecunia, agnatorum gentiliumque potestas esset.

Huic capiti testimonium præbet *Ulpianus* in l. 1. ff. de curat. fur. ubi sic scribit: lege XII. tabularum *prodigo interdicitur bonorum suorum administratio*. Et item capit. Institutionum 12. *Fufinianus* Institutionum lib. 1. titulo 23. Notatione autem digna est ea formula, qua *Paulus* lib. Sentent. 5. scribit, prætores hac in re uti solitos fuisse. Illa vero est hæc: *Quando tu bona patriæ avitæque nequitiatur disperdis, liberoque tuos ad egestatem perducis: ob eam rem tibi ex re, commercioque interdico*. Desumpta videtur hæc lex ab Atheniensibus, apud quos, uti annotat *Baldwinus*, ex lege Solonis, infamia notabatur is, qui patrimonium decoxisset, atque adeo lege omnium Græcorum arcebat foro, & concionibus, sicuti apparet ex oratione *Æschini* contra *Timarchum*: Ipsi etiam *Arcopagitæ* prodigum intemperanter viventem, quem *astotum* vocant, utpote, quem sibi ipsi relictum, vix salus ipsa servare posset, non aliter, quam criminis alicujus reum, & in jus vocabant, & puniebant. *Athenæus* libro quarto.

Et *prator*.] Per *pratorem Consul* intelligitur, qui antiquitus etiam *prator* à præcundo, vel præfendo dictus fuit, uti ex *Cicerone* liquet. Tempore autem decemvirorum *pratores*, qui diversum à Consulatu habuerunt magistratum, nondum fuerunt creati.

VII. *Mulieres orbe innuptæ, in fratris agnativæ proximi tutela sunt.*

Hujus legis testis est partim *Cicero*, partim *Ulpianus*. *Mulieres omnes*, inquit *Cicero pro Muræna*, propter infirmitatem consilii, Majores in tutorum potestate esse voluerunt. Hi invenerunt genera tutorum, quæ potestate mulierum continentur. *Ulpianus* autem cap. Institutionum 11. postquam dixit, *legitimos tutores* esse, qui ex lege aliqua descendunt, per eminentiam autem *legitimos* dici, qui ex lege xii. tabularum introducuntur, nimirum *agnatos*, & *patronos*, statim sic infert. *Fæminarum* autem legitimis tutelæ *lex Claudia* sustulit: unde hanc legem xii. tabularum illâ *Claudiam* abrogatam fuisse intelligitur.

*Orbe innuptæ.*] Quia filiarum familias in patrum suorum potestate sunt, *nupta* autem in virorum manu: *orbe innupta* in fratrum tutela. Quod *M. Cato* de lege *Oppia* diserens apud *Livium* Decadis 4. lib. 4. ostendit: *Majores*, inquit, *nostri nullam, ne privatam quidem rem agere fæminas sine auctore voluerunt, in manu esse parentum, fratrum, virorum.* Et *Valerius* aliquanto post: Nunquam salvis suis exiit servitus muliebris. (*Suos* appellat, quorum in manu sunt, patrem, fratrem, maritum.)

DE SUSPECTIS TUTORIBUS.

VIII. *Ut si quis doli mali culpæve in tutela gerenda suspectus videretur: cum civis apud prætorem suspecti arguere, jus esset: utque doli damnatus, infamis fieret.*

Testimonium hujus legis extat apud *Ulpianum*, *Justinianum*, & *Ciceronem* lib. 3. Officiorum.

*Ulpianus Justinianusque* ajunt, suspecti crimen ex lege xii. tabularum descendere. Et *Cicero* lib. 3. Officiorum scribit, dolum in tutela fuisse vindicatum lege xii. tabularum. *Dolum* autem *malum* *Gallus Aquilius* apud *Ciceronem* definit, *quum aliud agitur, aliud simulatur.* Quam definitionem etiam *Servius Sulpitius* probat. *Tribonianus* vero sic describit: *Dolus malus est* omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita.

*Culpæve.*] *Culpa est læsio*, per imprudentiam alteri illata, quæ alioquin humanitas evitari potuisset. *Donatus* dicit, culpam ejus esse, qui nesciens aliquem læserit.

*Suspectus videretur.*] *Suspectus* tutor quis censi debet, definit *Justinianus* ex responso *Juliani*, Instit. de suspectis tutoribus: *Suspectus est* (ait) *qui non ex fide tutelam gerit, licet solvendo sit.* Et infra: *Suspectum* etiam eum putamus, qui moribus talis est, ut suspectus sit. Enimvero tutor, vel curator, quamvis pauper est, fidelis tamen & diligens, removendus non est, quasi *suspectus*. Idem dicit *Ulpianus* in l. *suspectum*, ff. de *suspectis tutoribus*.

*Eum civis.*] Hanc ob causam *Justinianus* ait, hoc suspecti tutoris iudicium quasi publicum esse, cum ejus accusatio omnibus pateat.

IX. *Ut qui per tutelam pupillum fraudasse ejusque rem furatus esse convinceretur, infamia notatus duplionis pœnam subiret.*

Extat hujus capituli testimonium apud *Tryphonium* in l. *tres tutores* 55. ff. de *adm. tut.* & apud *Ciceronem* in oratione pro *Cæcinnâ*, & pro *Roscio Comædo*. Superior lex de *suspectis* tantum tutoribus egit: hæc vero de iis, qui manifeste furti essent convicti.

*Infamia notatus.*] Hoc iudicio damnatum infamem fuisse, *Cicero* testis est, ubi tutelæ iudicium turpe appellat libro primo de *Oratore*: & pro *Cæcinnâ* ait, turpe iudicium dari adversus eum, qui per tutelam fraudasset aliquem. Idem etiam in oratione pro *Comædo* inter iudicia summæ existimationis tutelæ iudicium enumerat.

*Duplionis pœnam subiret.*] *Ulpianus* in l. 1. §. 2. ff. de *tut. & rat. dist.* Considerandum est in hac actione, utrum pretium rei tantum duplicetur, an etiam, quod pupilli interfit. Et magis esse arbitror, in hac actione, quod interest, non venire: sed rei tantum æstimationem. Item l. 2. Hæc actio licet in duplum sit, in simpli rei persecutionem continet, non tota dupli pœna est. *Duplionis* autem vocabulo usi sunt veteres, pro duplo, eoque significarunt duplicem vel pecunie vel capitis multam.

X. *Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto.*

Hæc lex sumpta est ex *Servii* commentariis in *Virgilium*, libro 6. *Æneid.* pag. 1081. ubi versum illum interpretans:

- - - aut *fraus innexa clienti*:

Ex lege, inquit, xii. tabularum venit, in quibus scriptum est, *Patronus, si clienti, &c.* Si enim *clientes* quasi colentes sunt, patroni quasi patres: tantundem est clientem, quantum filium fallere. Hæc *Servius*.  
Patro-

*Patronatus* autem & *clientelarum jura* supra libro primo descriptissimus. *Agel.* lib. 20. cap. 1. & lib. 5. cap. 13. scribit, antiquis populi Romani moribus comparatum fuisse, ut clientem in fidem receptum, chariorem haberent quam propinquos: eumque etiam adversus hos tuerentur: quin & licuisse *patronis testamentum pro cliente* adversus cognatos dicere, adversus clientem non licuisse.

*Sacer esto.*] *Sacer* homo est, quem populus judicavit ob maleficium, quemque non fas est immolari, sed qui eum occidit, parricidii non damnatur: *Festus*. Et paulo infra: *Quivis homo malus atque improbus sacer appellari solet.*

## DE LEGATIS, ET HÆREDIBUS.

XI. *Uti quisque legasset suæ rei, ita jus esto.*

Agit hæc lex, cujus testamentonium extat apud *Pomponium* in *l. verbis* 120. ff. *de verborum signific.* de legatis, quod patrifamilias liceat legare bona sua, prout sibi placeat. Sic enim eam interpretatur: *Verbis*, inquit, *legis duodecim tabularum his: uti quisque legasset suæ rei, ita jus esto*: latissima potestas tributa videtur, & hæredis instituendi, & legata & libertates dandi, tutelas quoque constituendi. Unde liquet, eam ad manumissiones etiam pertinere, ut quotquot è suis quisque servis liberos relinquere vellet, posset. Ab aliis sic hæc lex recitatur: *Paterfamilias, ut legasset super familia pecuniaque sua, ita jus esto*. Ubi appellatione *familia* bona patrifamilias, & in his servos servasque significari, tradit *Ulpianus*. *Pecunia* quoque *vocabulo* non modo pecunia numerata, verum etiam res omnes, tam soli, quam mobiles, & tam corpora, quam jura continentur.

*Legasset.*] Hoc loco dicitur de *hereditate*, sive de legatis & donationibus in testamento.

*Suæ rei.*] Significatur hoc verbo, de re sua quemque testari oportere. Nam etiam in legatis alienæ rei, quam suam testator putavit, legatum nullum est.

*Ita jus esto.*] Summum testamentorum jus esse ostendit, quemadmodum *Cicero* scribit *Philip.* 11. In publicis actis nihil esse lege gravius: in privatis firmissimum esse testamentum. Porro *testamenti ordo*, ut annotat *Alexander ab Alexandro*, libro 1. *Genialium dierum*, capite 1. apud veteres erat hic, ut primo capite hæredis fieret institutio, sive unus, sive plures essent, qui in universon bonâ ex defuncti voluntate caperent: sequenti capite, & in ima cetera, secundi hæredes, legata, & reliqua testatoris voluntas & dispositio ponuntur: sive aliquos onere gravare, aut si quibus dari fierique oportere, testator pro sua voluntate arbitratus esset: qui non hæredes, sed legatarii sunt dicti. Hæc ille.

XII. *Ut cum paterfamilias super familia sua legaret, nexum faceret, perque æs.*

*Et libram familiam manciparet: ac præter libripendam cives Romanos puberes ne minus quinque adhiberet.*

Hujus capitis argumentum suppeditat primum *Agellius* lib. 15. cap. 13: cum ait. in XI. tabulis eo loco, ubi de testamentis agitur, libripendis mentionem fieri. Deinde *Ulpianus* cap. Institutionum 20. reliqua explicat.

*Testamentorum* apud Romanos genera fuerunt tria: unum, quod calatis comitiis: alterum, quod in procinctu: tertium, quod per æs & libram appellatum est. De hoc tertio testamenti genere hæc lex loquitur. Dicebatur autem *testamentum per æs & libram*, cum paterfamilias ei, quem vellet successorem relinquere, familiam suam, & universon jus patrifamilias mancipio venderet, & simul hæredes nuncuparet. *Ulpianus* ait, in testamento quod *per æs & libram* fit, duas res agi, familiæ mancipationem, & nuncupationem testamenti. Id quod & *Plutarchus* libro de sera numinis animadversione, innuere videtur, de Romanis inquires, ubi testamenta condunt, alii scribuntur hæredes, alii venduntur bona: idque absurdum videri ait. Fiebat vero *mancipatio familia*, quæ imaginaria venditio erat, in hunc modum. Quinque aderant testes, & libripens, cives Romani & puberes: atque iis præsentibus, is, qui successor defuncti erat futurus, patrimonium morituri emebat, verba quædam dicens solemnia, & imaginarii pretii nomine nummum æneum domino dabat.

Verba solemnia erant hæc: *Hujus ego familiam, quæ mihi empta est hoc ære, anæque libra, jure Quiritium, meam esse ajo*. Deinde ære percutiens libram, id æs dabat ei, à quo hæreditatem expectabat, quasi loco pretii. Appellabaturque is, qui emebat, *familia emptor*. Porro venditor nihil emptori tradebat, sed hæredem eum tali modo constituebat, scilicet ut post mortem venditoris posset jure hæreditatem adire. Ubi emancipatio ea facta erat, tum ordinabat venditor, quid post mortem suam fieri vellet: dicebat enim familiæ emptori, sive successori: *Huic volo dari fundum, illi domum, alii centum solidos*. Atque hæc testamenti nuncupatio dicitur, de qua etiam *Ulpianus* titulo Institutionum 20 scribit, quod sic fieri consueverit: Nuncupatur, inquit, testamentum in hunc modum: Tabulas testamenti testator tenens, ita dicit: *Hæc uti his tabulis scripsisse scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor*. Itaque vos *Quirites* testimonium præbitote.

*Nexum faceret.*] Id est, *manciparet*. Festus: *Nexum* est, ut ait Gallus Ælius, quodcumque per *as* & *libram* geritur, idque neci dicitur: quo in genere sunt hæc: *testamenti factio*, *nexi datio*, & *nexi liberatio*, &c. Perque *as* & *libram* familiam *manciparet*.] Quia ratione hoc factum sit, jam ostensum est.

*Præter libripentem.*] *Libripens* fuit is, qui in mancipationibus libram sive stateram tenebat, à *libra* & *pendendo*, sive ponderando dictus, quasi *ponderator*. Veteres enim primum ære gravi non signato usi sunt: neque in emptione & venditione pretium numerarunt, sed appenderunt.

Cæterum & illud hoc loco notandum, ex hac lege tractum esse, quod postea legislatores omnes voluerunt, septem testibus præsentibus testamenta scribi. Erant enim in hac imaginaria venditione septem, videlicet: quinque cives Romani, libripens, & emptor.

### XIII. Cum nexum faciet mancipiumque, uti lingua nuncupasset, ita jus esto.

Extant hæ reliquæ apud Festum, & Ciceronem in 1. de Oratore, ubi Antonius ita Crassum alloquitur: Lapidis mebercle flere coëgisses, ut totum illud, uti lingea nuncupasset, non XII. tabulis, sed in magistri carmine scriptum videretur. Festus eam sic interpretatur, id est, *ita uti nominavit, locutusque erit, ita jus esto*.

*Cum nexum faciet mancipiumque.*] Id est, cum paterfamilias per *as* & *libram* familiam vendet. Loquitur enim lex de *mancipatione*, de qua etiam prior egit, & jubet, ut quod testator hæredem nuncupans, de suis bonis decreverit, id juratumque sit. Quidam etiam ad alios contractus eam referunt.

### XIV. Qui se seivit testarier, libripensve fuerit, nisi testimonium feriat, improbus, intestabilisque esto.

Extat apud Agellium libro 15. cap. 13. sed valde corruptum. Hæc lex varie à diversis recitatur. Apud Agellium sic legitur: *Qui si erit testator: libripensve fuerit, in testimonium feriat, improbus intestabilisque esto*. Sed ubi priora verba nullam fere significationem habere possunt. ego sic recitavi parim ex correctione Jacobi Cujacii, partim aliorum. Videtur autem loqui de testibus ad testamenta adhibitis, quales quinque cives Romanos pùberes cum libripende adhiberi *lex duodecim.* vult, si ii rogati nolint testimonium perhibere, ac fateri testamentum ita conditum fuisse; seque testes à conditore ejus adhibitos fuisse, quali propter ejusmodi inficiationem pena vel multa sint afficiendi. Atque sic etiam *in civili jure* traditum est, ut quam ab initio testamenti tabulæ aperiendæ sunt, *prætor* pro suo officio cogat *signatores* convenire, & sigilla sua recognoscere, vel negare se signasse: quoniam publice expedit, suprema hominum judicia exitum habere. Sed in genere *de omnibus testibus* accipi potest, qui in aliquo negotio, vel contractu vocari se in testes passus sunt, si de peribito testimonio rogati, illud dicere, ejusque approbare fidem non velint, ut *improbi* intestabilisque sint.

*Qui se seivit testarier.*] Id est, qui se in testem vocari passus fuerit. Sic corrigit doctissimus vir Jacobus Cujacius adjunctus a vetusto codice. *Adrianus Turnebus*, legit, *Qui si erit testatus*. Ut *testatus* idem significet, quod *antestatus*, de quo postea.

*Ni testimonium feriat.*] Apud Agellium est, in testimonium feriat. Cujacius legit, *Si in testimonium feriat*, id est, si cogatur, & pulsetur, ut testimonium dicat. *Adrianus Turnebus*: *Ni testimonium feriat*, vel ferat. Potest autem esse *feriat*, una litera mutata. Veteres enim *feriari* pro fari, usi sunt, teste *Diomede*, qui ejusmodi morem antiquis fuisse dicit, ut in dictionibus quibusdam sermonem ex abundantia adderent, nihilque adjecta syllaba dictionibus conferret. *Quomodo aggredi*, pro aggredi, item *moriri*, pro mori, dixerunt.

*Improbus, intestabilisque esto.*] *Intestabilis* proprie dicitur, cui testimonii dicendi jus non est. sicuti contra *testabilis* dicitur, cui jus hoc datum est. Postea autem *intestabiles* etiam in patienti significatione dicti sunt, quibus testimonium non dicitur. Hinc *Cajus* ait: Cum lege quis *intestabilis* jubetur esse, eo pertinet, ne ejus testimonium recipiatur, & eo amplius, ut quidam putant, neve ipsi dicatur testimonium.

### XV. Utique filii filiaque familias bonorum sui, suaque hæredes essent.

Testimonium hujus capituli extat apud *Justinianum* Instit. lib. 2. tit. 19.

Sequuntur nunc leges aliquot de *hæredibus*, quo ordine illi sibi invicem succedere debeant. Hæc autem quam recitavi lex, vult ut primum locum inter *hæredes* habeant *filii filiaque* familias.

*Sui suaque hæredes essent.*] *Tria hæredum genera* à jurisconsultis traduntur. Aut enim sunt *necessarii*: aut sui & *necessarii*: aut *extranei*. *Necessarius hæres* est servus hæres institutus: ideoque sic appellatur, quia sive velit, sive nolit, omnino post mortem testatoris protinus liber & *necessarius* hæres fit.

*Sui autem & necessarii hæredes* sunt, veluti *filii*, *filia*, nepos, neptisve ex filia, & deinceps ceteri liberi, qui in potestate morientis modo fuerunt. Atque hi quidem *sui hæredes* ideo appellantur, quia *domestici hæredes* sunt, & vivo quoque patre quodammodo domini existimantur: unde etiam si quis *intestatus* moriatur, prima

prima causa est in successione liberorum. *Necessarii* vero ideo dicuntur, quia omnino, sive velint, sive nolint, tam ab intestato, quam ex testamento, ex lege XII. tabularum *hæredes* fiunt. Cæteri, qui testatoris juri subjecti non sunt, *extranei hæredes* appellantur. Ex his quæ legis sententia sit, manifestum est. A quibusdam ita recitatur: *Intestatorum hæreditates* primo suorum hæredum, velint nolintve sunt.

*XVI. Ut si qua mulier post viri mortem in decem proximis mensibus pareret: qui quæve ex ea nasceretur, suus suave in viri familia hæres esset.*

Prioris partis testimonium extat apud *Agellium* lib. 3. cap. 16. Altera legis pars, (inquit *Hottomannus*) ex conjectura quidem, sed tamen cum aliqua jurisconsultorum veterum auctoritate addita est. *Ulpiani* quidem in l. 3. §. 4. ff. de suis & legit. Item *Falium* in l. 6. & l. 7. eodem. Loquitur hæc lex de posthumis, quem illi gradum inter hæredes habere debeant, & quinam *veri posthumi* judicandi. Ut enim sobolem illam *posthumam* ex nuptiis vere natam & mariti esse constaret, neve aut proles aliqua notha facile supponi posset, aut impudicis mulieribus liberum esset, sua semper adulteria tegere, obtentu matrimonii: ideo *decemviri* scripserunt atque definiunt, in decem mensibus hominem gigni, ut, qui post decimum mensem à parentis morte nascerentur, pro *veris posthumis* non haberentur, nec inter hæredes numerarentur.

[*In decem proximis mensibus.*] De tempore partus humani varie disputant *Physici*. *Plinius* lib. 7. cap. 5. quidem negat certo definiiri & sciri tempus ejusmodi partus posse: tamen & antiquiores & recentiores scriptores experientia edocti tradiderunt, *septimo, nono, & decimo*, nonnunquam etiam *octavo mense* hominem gigni, & in lucem edi, summumque esse hominem gignendi finem decem menses, non inceptos, sed exactos. Et ex hac lege fluxisse videtur formula illa *Aquiliana* instituendi posthumi hæredis: *Si quis mihi nepos post mortem meam in decem mensibus proximo natus erit, &c.*

Cum qua convenit etiam *Varronis* testamentum: *Si quis mihi filius, unus pluresve in decem mensibus gignatur, ii si erunt veri hæres, ex hæredes sunt.* Reliqua legis verba ante exposita sunt.

*XVII. Si paterfamilias intestato moritur, cui suus nec extabit hæres, agnatus proximus familiam habeto.*

Extat apud *Ulpianum* capite Institutionum 26. Priorem hujus legis partem *Pavulus* interpretatur, in l. si quis. 9. ff. de lib. & posth. Verba sunt perspicua.

[*Si intestato moritur.*] Hæc verba ad id tempus referuntur, quo testamentum desistit, non quo moritur: quippe cum tunc demum certum esse incipiat, *testatorem* intestato esse mortuum. Dicitur autem *intestatus quatuor modis*: testamento non facto, non jure facto, rupto, irritove facto, & ab hærede desistito, id est, cum hæres scriptus hæreditatem repudiavit.

[*Cui suus extabit hæres.*] De suis hæredibus, quinam sint, ante dictum est.

[*Familiam habeto.*] *Familie* appellatio varie accipitur, videlicet: vel *de rebus*, vel *de personis*. De rebus, ut in hac lege, ubi significat hæreditatem defuncti. De personis quando intelligitur, tum rursus quinquè modis accipitur, ut docent *Ulpianus* & *Arcadius*, quæ huc non libet referre.

*XVIII. Intestato liberto mortuo, primum sui succedunt: si hi non fuerint, patronus.*

Testimonium hujus legis extat apud *Justinianum*, Institutionum lib. 3. tit. 8. & apud *Ulpianum* capite Institutionum :9.

Olim (inquit *Justinianus*) licebat liberto patronum suum impune testamento præterire. Nam ita demum lex XII. tabularum ad hæreditatem liberti vocabat *patronum*, si intestatus mortuus esset libertus, hærede nullo relicto.

De *libertis*, quinam illi sint, libro 1. harum antiquitatum abunde dictum est.

[*Primum sui succedunt.*] In hac lege per suos hæredes intelliguntur *liberti filii*, vel liberi naturales, filius adoptivus, uxor, &c. uti ex *Ulpiano* & *Justiniano* cognoscitur.

[*Si hi non fuerint, patronus.*] De *patronis* etiam multa libro primo dicta sunt. Hæc tamen lex de iis non est intelligenda: cum *patronus* hic significet eum, qui ex servitute servum suum manumississet. Cæterum totum hoc caput diligenter ab *Ulpiano* & *Justiniano* explicatur, unde, quæ hic desunt, peti possunt.

*XIX. Uti cæterarum rerum, si hæredes partem quisque suam habere mallet, familie eriscundæ arbitrium sumerent, cui totius rei jus arbitriumque permittent.*

Habetur hoc caput apud *Cajum* l. 1. ff. *famil. erisc.* & apud *Ulpianum* lib. 4. eodem. Quandoquidem communio rerum solet discordiam parere, optima ratione lex introduxit actionem, quam *familie eriscundæ* appellaverunt jurisconsulti. *Cajus* loco citato ita inquit: Hæc actio (scilicet *familie eriscundæ*) proficiscitur ex lege XII. tabularum. Namque cohæredibus volentibus à communione discedere, necessarium videbatur aliquam actionem constitui, qua inter eos res hæreditariæ distribuerentur. Inde etiam

*Papinianus* commendat fratres, qui à lite propter communem hæreditatem suborta, per divisionem ultro discessissent.

*Familia erciscunda.*] *Familia* appellatione hoc loco res hæreditariæ accipiendæ sunt.

*Erciscunda.*] *Ercisci* veteres dicebant, pro partiri, ac dividere, unde illud *Festus*: *Ercum* citum (quod significat hæreditatem divisam) fit inter consortes. *Ercum* (id est, hæreditas) à *coercendo* dictum, unde & *erciscunda*, & *ercisci*. *Citum* autem (id est, & *visum*) vocatum est à *ciendo*. Est autem idem, *ciere*, & *ciscere*, pro *dividere*. Unde forte quis non aberret, si dixerit, *erciscunda*, compositum ab *er*, vel *ereditate*: Sic enim veteres scribebant, sine aspiratione: & à *ciscunda*, id est, *dividunda*, vel *dividendæ*.

*Arbitrium sumerent, cui totius rei jus, &c.*] *Arbiter* (ut *Festus* docet) dicitur *iudex*, quod *totius rei arbitrium*, ex compromisso à litigatoribus sumptus, cui *prætor* disceptandæ arbitrio suo controversiæ potestatem dedit. Quod ad hanc legem attinet, significat *Cicero* lib. 1. de Oratore certa & solemnia fuisse verba, quibus *arbiter*, partibus divis, alterum ab alterius parte arceret. Summa huc pertinet, ut *arbiter familia erciscunde* additus, primum singulas res, si commode fieri possit, singulis adjudicaret: si non possit, & unius pars præponderet: tunc eum alteri in pecuniam certam condemnet. Quod si unus aliquis solus fructus percepit, remque hæreditariam corrupit, aut consumpsit: tum eum in certam quoque pecuniam alteri condemnet.

### XX. Inter hæredes, pro hæreditariis portionibus, obligationes hæreditariæ divise sunt.

Testimonia hujus legis extant plurima in jure civili, quæ prolixè hoc loco commemorare nolo. Sententiam tantum breviter indicabo, quæ videtur esse hæc: Ut *obligationes testatoris* divise sint inter hæredes, pro portionibus hæreditariis. Exemplo fiet res clarior: Si *testator* votum aliquod fecit, aut centum alicui debet, tum solutio illius voti, vel pecuniæ debet fieri non per unum hæredem, sed dividi per hæredes, ita ut omnes hæredes conferant ad illius solutionem, pro portionibus hæreditariis. Et sic creditores demortui debitoris possunt agere, non contra unum hæredem, sed contra omnes. Idem etiam intelligendum est de *testatoribus creditoribus*. Si quis eis debeat aliquam pecuniæ summam, nec ante obitum *testatoris* solutio fiat: tum hæredes ejus omnes, non unus tantum, contra debitorem actionem habent.

*Pro hæreditariis portionibus.*] Id est, pro partibus hæreditatis, quas quisque hæredum ex hæreditate, vel bonis testatoris accepit.

*Obligations hæreditariæ.*] Id est, illæ *obligationes*, quæ à testatore ad hæredes veniunt. *Obligatio* (ut *Justinianus* lib. 3. Instit. tit. 14. definit) est juris vinculum, quo necessitate adstringimur alicujus solvendæ rei, secundum nostræ civitatis jura. Dividuntur autem *obligationes* in *naturales*, *civiles*, & *mixtas*. *Naturales* dicuntur, quæ cum revera contractæ sint, à jure tamen *Quiritium* non approbantur: veluti, si servus civi Romano pecuniam crediderit: jure quidem naturæ, quæ parem omnium hominum conditionem esse voluit, obligatio nata est: sed prætor de ea jus non dicit. *Civiles* sunt, quæ vel nunquam revera contractæ sunt, factæ tamen aliquo, sed ad juris civilis rationem non accommodato, dissolutæ sunt. *Mixtæ* dicuntur, quæ cum revera & æquissime contractæ sunt, tum etiam à jure civili comprobatæ & confirmatæ: cujusmodi sunt, ex mutuo, commodato, deposito, empro, conducto, & cæteris similibus. De hoc tertio genere præcipue lex loquitur. Alias *obligationum divisiones* omitto: de quibus jurisconsultorum scripta videantur: & nos etiam libro sequenti quædam dicemus.

### XXI Ut quæ mulier, cum juris esset, annum unum apud virum matrimonii causa fuisset, ea mulier, ni trinoctium usurpatum esset, pro usucapta haberetur.

Sic hanc legem, cujus testimonia apud *Agellium* libro tertio, cap. 2. & apud *Macrobium* lib. 1. Saturn. cap. 3. extant, recitat *Franciscus Hottomannus* IC.

Docuimus libro harum Antiquitatum v. ex *Severino Boëtio*, Topic. *Cic.* interprete, tribus modis veteres Rom. uxores habuisse: *usu*, *farre*, seu *confarreatione*, & *coemptione*. *Usu* fieri matrimonium dicebatur (ut id breviter repetamus) cum tutoribus auctoribus mulier in matrimonium conveniebat, & cum viro ita consuecebat, ut cum justo marito: adeo ut si usus ille intra annum non interrumpere-tur, pro *usucapta* jam haberetur. De hoc modo lex hæc loquitur.

*Ni trinoctium usurpatum esset.*] *Usurpare* hic est, *usucapere*, verba inter se contrarie relata sunt. Nam *usurpatio*, est usucapionis interruptio. Jubet igitur lex, ut quæ mulier annum unum matrimonii causa apud virum fuisset, ea mulier anno exacto, in ejus viri manu esset: i. e. quasi *usucapta*: sicuti res mobiles anno *usucapiuntur*. Quemadmodum autem jure civili rerum *usucapiones* infringuntur, si dominus eas usurparit: veluti si surculum in fundo defregit (quod ex libro 3. *Cic.* de Oratore intelligitur) eodem modo lex mulieri potestatem facit possessionem illam viri interrumpendi: nimirum si ante anni finem tres ab eo noctes abfuerit. Has autem uxores, quæ matresfamilias non erant, *matronas* proprie, & restrictè appellari solitas verisimile est: præsertim cum *Agellius* lib. 18. cap. 6. scribat, *matronam* dictam esse proprie, quæ in matrimonium cum viro convenisset, quoad in eo matrimonio maneret.

XXII. Ne

XXII. *Ne connubium patribus cum plebe esset.*

*Dionysius* lib. 10. extremo scribit, *decemviros* hanc legem in duas postremas tabulas retulisse: eamque idcirco adjectam fuisse, ne patres cum plebe reconciliati, communi studio *decemvirorum*, qui retinere magistratum perpetuum volebant, obisterent. Abrogatam autem eam, septimo post anno à *Canulejo* tribuno plebis fuisse, *Livius* libro 4. memoriæ prodit: ubi simul, quæ cujusque partis argumenta fuerint, exponit. Perlata enim à *Canulejo* tandem lex fuit, ut deinceps patribus cum plebe connubii jus esset.

XXIII. *Ut si è conjugibus alter alteri nuntium mitteret, eumque res suas sibi habere juberet, divortium esset.*

Et hanc legem, cujus testimonium extat apud *Ciceronem* Philipp. 2. & apud *Cajum* in l. pen. ff. ad leg. Jul. de adult. sic recitat *Franciscus Hottomannus*.

*Cicero* Philipp. 2. sic inquit: *Frugi factus est, miram illam suam res sibi habere jussit, ex XII. tabulis, claves ademit, foras exegit, &c.* Constat Romuli instituto tam sanctam habitam fuisse matrimoniorum conjunctionem, ut divortium Romæ nullum per annos 1000. fuerit; id quod à *Dionysio*, *Plutarcho*, *Valerio*, & *Agellio* memoriæ proditum est. Primum enim *M. Pomponio*, *C. Papirio*, vel (ut alii scribunt) *M. Atilio*, *P. Valerio* Coss. *Sp. Carvilius Ruga* uxori nuntium remisit, quod eam sterilem diceret, seque liberorum quærendorum causa uxorem capere jurasset. Et *Tertullianus* in Apologetico ait: Per annos ferme sexcentos ab Urbe condita, nulla repudium domus sensit. *Plutarchus* autem in *Numa* mentionem facit, morem apud Romanos fuisse, ut marito, qui satis liberorum haberet, jus esset uxorem suam alteri viro, liberorum ex ea quærendorum causa, concedere, atque in matrimonium elocare. Quinetiam *Strabo* lib. 11. scribit, *Catonem Hortensio* uxorem suam *Martiam* liberorum quærendorum causa in certum tempus concessisse. Ubi etiam adscribit, fecisse hoc illum secundum antiquum Romanorum morem. Et *Plutarchus* in *Catone Uticensi* nominatim addit, contracta *Philippi* patris voluntate sponsalia fuisse.

## DE IN JUS VOCANDO.

XXIV. *Si in jus vocato morbus, ævitæve vitium est: qui in jus vocassit, jumentum dato: si volet arceram ne sternito.*

Extat apud *Agellium* lib. 20. cap. 1. sed valde corruptum: quod sic, uti nos scripsimus, emendavit *Jacobus Revardus*.

Vult hæc lex, ut in jus vocato pauperrimo homini, vel inopi, qui aut pedibus forte æger esset, aut quo alio casu ingredi nequiret, plostrum daretur, ne causatio ægri corporis perpetuam daret fidem detrectantibus, jurisque actiones declinantibus, vocationem.

*Morbus.*] Non de gravi & periculoso morbo intelligenda est lex: de eo enim sequens loquitur, verum de levi quadam imbecillitate, quæ rebus agendis non obstat. Id quod etiam *Cacilius* apud *Agellium* probat, inquit: *Morbus* in lege ista non febriculosus, neque nimium gravis: sed vitium ali-quod imbecillitatis atque invalentiæ demonstratur: non periculum vitæ ostenditur.

*Ævitas.*] *Ævitas* senium significat, cum scilicet jam provectiores homines sunt: & quasi *capulares*, ut inquit *Plautus*.

*Jumentum dato.*] *Jumentum* hoc loco non significat, ut alias, simplex jumentum, equum, vel mulam, ad equitandi usum concessam: sed *vestibulum*, quod à junctis pecoribus traheretur. Veteres enim *jumentum* à jungendo dixerunt.

*Si volet arceram, ne sternito.*] *Decemviri* postulanti arceram reo sterni vetuerunt, non quod eam delicate sternere actor, si voluisset, prohiberetur: verum quod eam reo sine *arcera* in jus sequi recusanti, invitus actor sternere non cogeretur. Vocabatur autem *arcera*, plostrum tectum undique & munitum, quasi arca quædam magna, vestimentis instrata, qua nimis ægri aut senes portari cubantes solebant.

XXV. *Si judex, vel alter ex litigatoribus morbo fontico impediatur, dies judicii diffeisus esto.*

Extat hoc legis caput apud *Ulpianum* lib. 2. Pandect. & testimonium habet apud *Agellium* lib. 20. cap. 1. item apud *Festum*.

Sententia legis plana est: hæc scilicet, ut si *judex*, vel alter ex *litigatoribus* gravi morbo corripere-tur, atque sic impediretur, ut in judicio apparere, vel ei præesse non posset, actio illa in alium diem differretur.

*Morbo fontico.*] Sextus Cæcilius apud Agellium lib. 20. cap. 1. dicit decemviros *morbum fonticum* appellasse morbum vehementiorem, vim graviter nocendi habentem. Et apud Festum Ælius Stilo ait, *Morbum fonticum* in XII. tabulis significare certum, cum justa causa, quem nonnulli putent esse, qui noceat, quod fontes significat nocentes.

*Dies iudicii diffusus esto.*] Dies iudicii ita diffundi solet ex hac lege XII. tabularum, ut, si morbo fontico actor, vel reus impeditus esset, morbum in iure allegari per amicum curaret: tunc prætor excusatione cognita, in diffundendo die hac formula utebatur: *Hic dies diffusus esto.* Ergo vocatus in jus, nisi ob morbum opus esset jumento, aut nisi ob morbum fonticum, dies iudicii diffusus esset, statim in jus sequi actorem cogebatur: eique non sequenti, præsentibus antestatis actor iudicium denuntiabat: de quo in sequenti lege.

### XXVI. Si in jus vocet, atque eat.

*Si vis vocationi suat, antestaminor: ni it, aurem capito antestati.*

*Si calcitur, pedemve fruit, manum endo jacito.*

Prior pars extat partim apud Ciceronem, partim apud Porphyriionem interpretem Horatii, sed imrum in modum corrupta: posteriorem Festus habet in voce *Struere*.

Sententia legis videtur esse hæc: *Uti civis Romanus in jus vocatus, illico nulla mora interposita vocantem sequatur.* Qui, si sequi nolit, adeo, ut vi cogi oporteat, actor præsentibus aliquot cives antestetur: id est, in testes vocet: quod si adhuc sequi nolit, aurem antestati capiat. Si fugiat reus, actor ei manum injiciat, atque in jus rapiat.

*Si in jus vocet.*] Ita Cic. lib. 2. de leg. *A parvois enim, Quinte, didicimus, si in jus vocet, atque eat, & ejusmodi alias leges nominare, &c.* Vetuste autem dixit lex, *Atque*, pro statim, ut Servius in illud Virgillii annotavit: *Atque illum in præceps prono rapit abveus amni.* itemque Agellius lib. 20. cap. ult.

*Si vis vocationi suat.*] Sic legitur apud Porphyriionem, quam lectionem rectam esse Justus Lipsius libro 4. epistolarum quæstionum epist. 26. affirmat, eumque secutus sum. Alii aliter emendant. *Lambinus* quidem sic: *Si vis vocationi suat, aut si te in jus vocantem non sequatur, antestatus em capito, seu, in jus em rapito.* Turnebus vero: *Si in jus vocat ni it, aurem antestatus manum injicito, antestati capito.* Aliter Carolus Sigonius: *Si in jus vocet, atque eat: Ni statim eat, en capito antestari, &c.* Est autem sensus horum verborum: Si adversarium in jus vocaveris, & is vi restiterit, ut vim adhiberi necesse sit, antestaminor, &c.

*Fuat.*] Sic veteres dixerunt, pro *fiat*, teste Nonio Marcello, & Julio Sabino in Virgilium.

*Antestaminor.*] Id est, testes aliquot advocato.

*Aurem capito antestati.*] Mos enim erat in antestatione, ut memoriæ causa actor auriculam imam tangeret antestati, cum hoc verbo: *Memento.* Hinc Plin. lib. 11. cap. 45. Est in aure ima memoriæ locus, quem tangentes antestantur. Et huc alludit Virgil. inquit: *Cynthius aurem Vellit, & admonuit.* Addit etiam Lipsius, apud Laurinos lapillum esse, in quo sit caput sculptum, & manus aurem atterens, cum verbo Græco *μνησθῆναι.* Horatii & Plauti versus, ex quibus hic mos elici quoque potest, non adscribam. Alii tamen aliter vocabulum *antestati* exponunt: penes doctos iudicium esto.

*Si calcitur.*] Id est, Si frustratur. Nonius.

*Pedemve fruit.*] Hoc est, si retroversum it, aut fugit, aut gradum auget, vel minuit, si remoratur. Festus. Sic etiam glossarium vetus: *Struere pedem, φέρειν.*

*Manum endo jacito.*] Antiquè, pro *manum injicito.*

### XXVII. Si status dies sit cum hoste, venito.

Extat apud Cis. lib. 1. *Offic.* Sententia legis hæc est: Is qui iudicio sisti promiserit adversario, secundum suam, vel fidejussorum promissionem, se sistat ad diem statutum.

*Si status dies.*] *Status dies* vocatur, qui iudicii causa est constitutus.

*Cum hoste.*] Id est, cum adversario, vel peregrino. Hostis apud antiquos *peregrinus* dicebatur, & qui nunc *hostis*, perduellis. Festus. sic & Cicero libro primo *Officiorum*: Equidem illud etiam, inquit, animadverto, quod qui proprio nomine *perduellis* esset, is *hostis* vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante. *Hostis* enim apud majores nostros is dicebatur, quem nunc *peregrinum* dicimus. Hæcenus Cicero. Appellatus est autem *hostis*, ab *Hostio*, quod est æquum: quoniam peregrini suis, ut nos nostris, utentes legibus, pares nobis videntur. Et quia in conflictu ex æqua causa pugnam adire solent, ideo concinna est translatio ad litigatores, qui pari jure de eadem contendunt causa, ut victoriam consequantur: ideoque *victos* & *victores* nuncupamus.



## D E J U D I C I I S.

**XXVIII.** *Rem ubi pagunt, oranto: nei pagunt ante meridiem in foro, aut in comitio causam coniciunt: post meridiem, præsente ambobus, litem addicito: sol occasus, suprema tempestas esto.*

Sic hanc legem restituit *Josephus Scaliger* in *Castigationibus Sexti Pompeji Festi*. Prior versus extat in 2. libro *Rhetoricorum* ad *Herennium*: reliqua habet *Agellius* libro 17. capite 2.

*Legis sententia hæc est: Ut litigantes, si de re controversa paciscerentur, vel litem inter se componerent, orarent: id est, oratione id peragerent: quod si non paciscerentur, tum ante meridiem in foro, aut in comitio (in illis enim locis jus dicebatur) causam conjicerent: id est, breviter narrarent, non integra & proluxa oratione exponerent: eo facto, prætor post meridiem litem, id est, rem controversam, ei, qui causam obtinuisset, addiceret, ambobus præsentibus. Utriusque enim litigatoris præsentiam lex in lite addicenda desiderat: qua de causa institutum fuit, ut absente altero, alter a prætore edictum peteret, quo absens intra dies decem adesse juberetur: ni veniret, item alterum edictum, item tertium: quibus propositis, tunc peremptorium proponebatur, quo adversario facultas omnis tergiversandi præcidebatur: quippe cum in hoc denuntietur, fore ut etiam absente adversario res cognoscatur, ac judicetur, uti alibi dicitur. Additur deinde: sol occasus suprema tempestas esto: quo significatur, post solis occasum nullum oportere à prætore jus dici: quod si diceret, irritum id esse.*

*Rem ubi pagunt.*] *Pago*, pagis, pagare, pepegi, pactum, significat idem quod *pacisci*, sive pactione componere.

*Quid forum, quid comitium sit, alibi prolixè est explicatum.*

*Coniciunt.*] *Josephus Scaliger* scribit, *coniciunt* unico *i*, more antiquo. Veteres enim sic scripserunt, *abicio, adicio, conicio*, pro quibus dicimus *abjicio, adjicio, conjicio*, testatur *Aldus Manutius* in sua Orthographiæ ratione. Est autem *conjicere* breviter rem narrare.

*Post meridiem.*] *Meridies*, inquit *Censorinus* lib. de Die natali, cap. 19. quod est mediæ diei nomen. Idem libro eodem, & *Plin.* lib. 7. cap. 60. argumentatur, horarum nomen trecentis annis Romanæ ignoratum fuisse, cum in XII. tabulis ortus tantum & occasus nominentur.

*Præsente ambobus.*] Est ἀεχχιρῦδος, pro *præsentibus ambobus*. Quidam legunt: *præsenti litem addicito*, si ambo præsentibus sunt, quos *Josephus Scaliger* reprehendit.

*Litem addicito.*] Hic *lis*, res est, de qua controversa est, quæ addicitor alteri, præsentibus tamen adversario. Quidam malunt legere *litem adjicito*, ut eodem die conjectioni *lis* adjiciatur.

*Sol occasus.*] Antiquè *occasus* hoc loco usurpatur, pro, sol quando occidit: vel *solis occasus*, ut quidam perperam legunt.

*Suprema tempestas esto.*] Id est, diei novissimum tempus. *Macrobius* lib. 1. Saturn. cap. 3. Aliter tamen interpretatur hanc legem *Jacobus Reuwardus* lib. 4. Variorum, cap. 1. de quo judicent docti. Vide etiam *Adrianum Turnebum* Advers. libro 29. cap. 15. & *Franciscum Hottomannum* in Commentariis ad XII. tabularum fragmenta.

**XXIX.** *Si qui in jure manum conferunt, utrique superstitibus præsentibus, vindicias sumunt.*

Diu totis me hæc lex, cum nullius interpretationem, quæ mihi satisfaceret, videre potuerim. Ego quid de ea sentiam, candide in medium proferam. Lectori tamen liberum relinquens judicium, ut vel aliam quamvis interpretationem sequatur, vel ipse aliam excogitet. Videtur ergo hæc legis sententia: *Si qui in jure manum conferunt*, id est, si qui de domo vel agro, vel alia quadam re contendunt, & super ea re festucas inter se, quasi hastas, dicis causa committunt, *utrique superstitibus præsentibus, vindicias sumunt*, id est, utrique litigatores præsentibus testibus festucas illas, inter se committant, & manus conferant. Hoc mihi quidem videtur, sed tamen non omnino satisfacit. Subjiciam autem rationes interpretationis.

*Si qui in jure manum conferunt.*] Hoc ita interpretatus sum, *Si qui de domo, agro, vel alia aliqua re contendunt, & festucas inter se, quasi hastas, dicis causa super alia re vel in loco præsentibus committunt. Quod ex Agel. colligi potest; is enim sic scribit: Qua de re disceptabatur in re præsentibus, sive ager, sive aliud quid est, in ea re solennibus verbis vindicia, id est, confertio manus in re, atque in loco præsentibus apud prætorem Ex XII. tabulis fiebat, in quibus ita scriptum est: Si qui in jure manum conferunt. Sed postquam prætores propagatis Italiæ finibus datis jurisdictionibus occupati, proficisci, vindiciarum dicendarum causa longinquas in res gravabantur: institutum est contra XII. tabulas tacito consensu, ut litigantes, non in jure apud prætorem manus confererent, sed ex jure manu conferunt vocarent, id est, alter alterum ex jure ad conferendam manum in rem, de qua ageretur, vocaret, atque profecti simul in agrum de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, uti unam glebam ad prætorem deferrent, & in ea gleba, tanquam in toto agro vindicarent. Hæc*

*Agellius*, quemadmodum legit *Sigonius*. Nam vulgatus textus paulo aliter habet. Ex quibus hoc liquet, consertionem illam manuum factam fuisse in re atque loco, de quo disceptaretur, præsenti, & quidem apud *prætorem*, id est, præsente prætore, quo nomine tum *Consules* etiam dicti sunt, cum nondum peculiaris *prætorum magistratus* esset, ut ex *Cicerone* cognoscitur. Addit *Agellius*, postquam *prætores propagatis Italia finibus, datis jurisdictionibus occupati, proficisci vindictiarum dicendarum causa longinquas in res gravabantur, &c.* Unde etiam satis patet; consertionem manuum in re atque loco, de quo disceptaretur, præsenti factam esse, & *prætorem* etiam adjudicandæ possessionis causa (quod *Agellius* hic dicit, *vindictiarum dicendarum causa*) ei cui illa deberetur in eas res, de quibus controversia esset, proficisci oportuisse. Nec obstat quo minus hæc interpretatio vera sit, quod lex dicit: *Si qui in jure manum consertunt.* *Jus* enim, ut *Lexicographi* tradunt, nonnunquam dicitur locus, ubi magistratus, vel alius iudex consistit juris dicendi, aut judicandi gratia, etiam domi, aut in itinere, sive de plano hoc agat, &c. Ideoque etiam hic *jus pro loco*, vel re controversa, ubi prætorem adesse, & victori possessionem ejus adjudicare oporteret, intelligi potest: *Manus autem conserrere*, ut vult *Hottomannus*, dicebantur vi vindictiis, qui vim moribus faciebant, festucas inter se, quasi hastas, dicis causa committentes.

*Superstitibus præsentibus.*] Vult lex, ut præter *prætorem* etiam testes illi manuum consertioni intersint. *Superstites* enim testes præsentes dicebantur, inquit *Festus*.

*Vindictias sumunto.*] Id est, illa manuum consertio, ab utrisque litigatoribus fiat, testibus præsentibus, vel alter *litigatorum alterius manum corripit*, aut manum cum eo conserrat, eo modo, uti jam dictum est, non tantum *prætore*, sed etiam aliis testibus præsentibus. Sic enim *Agellius* *vindictiam* exponit *consertionem manus*, in re atque loco præsenti. Et *Adrian. Turnebus* in hac lege, *vindictiam* significare manus correptionem, vel consertionem scribit. Qui per *vindictias* intelligunt glebam illam, vel festucam, quam illi, qui ex jure manu consertum sese invicem vocabant, ex agro, vel domo, vel alia re controversa, in jus ad prætorem ferebant, & super qua vindicabant, multum falluntur, cum *Agellius* auctor sit post XII. tabulas tacito consensu illum morem institutum esse.

XXX. *Si vindictiam falsam tulit, rei sive litis, arbitros tres dato: eorum arbitriis fructus duplione damnum decedito.*

Recitat hoc caput *Festus* in voce *Vindictia*. Vult lex, cum qui falso sibi rem alienam vindicavit, id est, secundum quem post injustam manuum consertionem *vindictiæ*, id est, possessio, data sunt, ad duplos fructus restituendos teneri.

*Si vindictiam falsam tulit.*] *Vindictiam ferre*, est sententia decretoque rem obtinere. *Vindictiæ* appellantur res illæ, de quibus controversia est, quod potius dicitur jus, quia sit inter eos, qui contendunt. *Festus*, *Servius Sulpitius* ait, *vindictiam* in numero singulari significare eam rem, de qua est controversia, ab eo, quod vindicetur, & sic in hac lege accipitur. Sed etiam vobis vocationem recitat *Cincius*, ubi dicit, *Vindictias* olim appellatas fuisse particulas illas, quæ ex fundo sumptæ, in jus allatæ essent. Reliqua vocabula ante sunt explicata.

XXXI. *Ut si quis à libertate in servitutem assereretur: prætor vindictias secundum libertatem daret.*

Capitis hujus extat testimonium apud *Dionys. Halicarnasensem* lib. II. ubi de assertionem *Virginiam* puellæ scribit, *Numitorium* ipsius avunculum, & assertorem postulasse ab *Appio Claudio decenviro*, ut legem à se in XII. tabulis perscriptam servaret, in qua cautum esset, ut ejus, qui in servitutem ex libertate assereretur, dominus usque ad exitum judicii non is esset, qui contra libertatem, sed qui pro libertate pugnaret.

Sententia legis est plana. *Balduinus*, & *Hottomannus* volunt, ita eam accipiendam, ut non modo liber homo, qui status controversiam pateretur, relinqueretur suæ libertati, & ejus possessionem retineat, interea dum hæc quæstio status causæque liberalis penderet: sed etiam ut servus, qui in libertatem ab aliquo legitimo, & *justo vindice* asseritur, interea pro libero habeatur, & assertori libertatis dominus possessione cedat.

*Assereretur.*] Id est, *vindicaretur*, vel liberaretur.

*Vindictias secundum libertatem daret.*] Id est, præter possessionem ejus, de cujus libertate vel servitute disputatur, ei daret, qui libertatem defendit, non ei, qui servitutem quarit. *Vindictia* etiam hoc loco possessionem significant.

XXXII. *Ne quis rem litigiosam in sacrum dedicaret. Qui dedicasset, dupli pœnam subiret.*

Extat apud *Cajum* l. ult. ff. de litig.

Rem, ait *jurisconsultus Cajus*, de qua controversia est, prohibebimur in sacrum dedicare: alioqui dupli pœnam patimur. *Duplium* autem adversario præstandum est, ut id veluti solatium habeat, pro eo, quod potentiori adversario traditus est. Tota lex est plana, nec explicatione proluxa eget. *Rem litigiosam* dicit rem, de qua controversia est.

**XXXIII. Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito.**

Extat apud Festum, in voce, *Portus*.

Sensus legis, ut vult Turnebus libro 13. Adversar. cap. 26. hic est: Si testis ei defuerit, qui litem habuit, ei licere comperendinationis die, id est, die tertio, ante ejus, cujus testimonio uti volebat, ædes libere conquiri, & implorare testimonium, conviciumque recusanti facere. *Joannes Crispinus* aliter legem interpretatur, hoc videlicet modo: Cui testimonium deest, hoc est, qui suam intentionem nullo potest testimonio confirmare, is die tertio ad ædes adversarii *obvagulatum* eat: hoc est, adversario justum, testibus adhibitis, convicium faciat. Veluti, si quid esse in tuis ædibus contenderem, quod cum vere ad me pertineret, tamen apud te esse nullo testimonio possum demonstrare, illudque mihi restituere, uno & altero die rogatus, omnino recuses: mihi permisisse videntur *decemviri*, quandoquidem deficiente testimonio inutiliter jure, aut lege ageretur, tertio die ad ædes tuas venire: ibique rem meam repetere cum convicio, &c. Hæc ille. Ultra sententia sit verior, judicent eruditi.

*Ob portum.*] *Portum*, inquit Festus, in duodecim tabulis pro domo positum esse, omnes fere consentiunt. *Obvagulatum.*] Turnebus legere mavult, *obvagulationem*. Significat autem *vagulatio*, ut Festus docet, quætionem cum convicio: & deducitur a *vagulo*, quod est derivatum à *vagio*.

DE RE JUDICATA.

**XXXIV. Æris confessei, rebusque jure joudicatis, triginta dies justei sunt: postidea indu manus jactio esto: in jous ducito. Nei joudicatum facit, aut quips endo joure em vindicit, secum ducito, vincito aut nervo, aut compedibus quindecim pondo, ne minore: aut si volet, majore vincito. Seu volet, suo vivito, Nei suo vivit, qui em vinctum habebit, libras farris indies dato. Sei volet, plus dato.**

Habetur hæc lex apud Agell. lib. 20. cap. 1. sed multis modis corrupta: quam sic, uti recitabimus, restituit nobis *Josephus Scaliger*. Plurimum etiam in ea emendanda laborarunt *Jac. Cujacius*, & *Jac. Revardus* jurisconsulti, quorum correctiones videri, & cum hac conferri possunt.

Sententiam legis malo *Sexti Cæcili*, quam meis verbis indicare. Is itaque apud *Agellium* sic ait: *Confessi aris*, ac debiti judicatis, triginta dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causa, quam dissolverent. His diebus nihil agi cum debitoribus poterat. Post deinde, nisi dissolverent, ad prætorem vocabantur: & ab eo, quibus erant judicati, addicebantur. *Nervo* quoque, aut compedibus vinciebantur. Hactenus ille. Sed clarior fiet lex, si singulas partes considerabimus.

*Confessei aris.*] Id est, pecuniæ, quam per confessionem adversarii in judicio factam constiterit esse debitam. *Confessei passive*, dicitur, pro, de quo reus confessus est.

*Rebusque jure judicatis.*] *Jac. Revardus* legit, *arisque debiti judicatis*.

*Triginta dies justei sunt.*] *Decemviri*, teste *Cæcilio*, justos dies appellarunt, veluti quoddam justitium, id est, juris inter eos quasi interstitutionem quandam, & cessationem, quibus nihil jure agi cum adversariis posset.

*Postidea indu manus jactio esto.*] Post illos triginta justos dies, nisi tibi satisfecerit, injicere ei manus, atque in jus ducere tibi licet. *Postidea*, pro postea: *indu manus jactio*, pro manus injectio, antique.

*In jus ducito.*] *Jus* hoc loco significat locum illum, ubi magistratus, vel alius judex consistit, juris dicendi, aut judicandi gratia.

*Nei judicatum facit*] Nisi solverit id, quod sententia judicis, sive prætoris continet, nisi sententiæ à prætore latæ obtemperaverit. *Judicatum* enim justum, sive sententiam prætoris de re controversa significat.

*Aut quips endo jure em vindicit*] Nisi quis eum in jure vindicet, *quips*, pro quis, vel aliquis, *endo*, pro in: *vindicit*, pro vindicat, antique. Cum enim *sonare*, *lavare*, veteres in tertia quoque conjugatione dixerint, *sonere*, *lavere*, ut *Nonius Marcellus* testatur: dubium non est, quin idem fecerint in voce vindicare. *Cujacius* certe vir doctissimus affirmat, se in veteri *Agellii* exemplari expresse scriptum reperisse, *vindicit*. *Revardus* legit, *vindex est*.

*Secum ducito.*] Utpote sibi propter æs alienum addictum

*Vincito nervo, aut compedibus.*] *Nervum*, inquit, Festus, appellamus ferreum vinculum, quo pedes impediuntur: quanquam *Plautus* eo etiam cervicem vinciri ait. Sunt & *compedes* vincula pedum ferrea.

*Quindecim pondo.*] Significatur gravitas & pondus eorum compedum. Festus in voce *Exesto* scribit, fuisse quædam sacrificia, in quibus ita clamitabat licitor: *Hostis, vinctus, mulier, virgo, exesto*: scilicet interesse prohibebantur. Unde colligere licet, vinctos sive nexos, sacris olim interesse solitos. Idcirco autem *compedes* quindecim pondo majores, quia essent graviore, quam ut iis, cum sacris interfuerint, sese vincti subducere possint, aut fugere: expresse videntur requirere *decemviri*: ne, si minores essent,

aut nexis custos perpetuo adesset in sacris, aut sine custode aliquod fugæ periculum subirent creditores. Et eo fortasse spectat illa legis *decemvralis* particula, quæ apud *Festum* in voce *Nec*, Antonii Augustini diligentia sic emendata legitur: *Est ei custos nece fit, &c.*

*Si volet, suo vivito.*] Liberum reliquerunt *decemviri* nexis, suo vivere, vel non. Si enim non vellent suo vivere, tum creditores cogebantur eos alere, uti in lege sequitur.

*Libras farris in dies dato.*] Expreserunt *decemviri* cerram farris quantitatem, quam creditor nexis in singulis dies daret: quod si nexis ea quantitate non contentus esset, in creditorum arbitrio posuerunt, si vellent plus dare. *Revardus* pro libras, *libram* legit in singulari: item, pro *in dies endo die*: alii, *endo dies*.

**XXXV.** *Ni cum eo pacit, sexaginta dies in vinculis retineto. Trinis nundinis continuis in comitium prociato, arisque æstimiam prædicato. Tertius nundinis capite pœnas luito, aut trans Tiberim peregre venum ito. Ast si pluses esunt rei, tertius nundinis parteis secanto: si plus minusve secuesunt, ne si fraude esto.*

Hoc caput, quod præcedenti cohæret, *Agellius* non *decemvitorum*, sed suis verbis recitat. *Jacobus* autem *Revardus* ita, ut nos scripsimus, restituere est conatus.

*Sextus Calius* apud *Agellium*, cum priorem legem recitasset, sic pergit: Erat autem jus interea paciscendi. Ac nisi pacti forent, habebantur in vinculis dies sexaginta. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad prætorem in comitium producebantur, quantæ pecuniæ iudicati essent, prædicabatur. *Tertius* autem *nundinis* capite pœnas dabant, aut trans Tiberim peregre venum ibant. Sed eam capitis pœnam faciendæ fidei gratia, horrificam atrocitatis ostentu novisque terroribus metuendam reddiderunt. Nam si plures forent, quibus reus esset iudicatus, secari si vellent, atque partiri corpus addicti sibi hominibus, permiserunt, &c. Causam tam atrocis supplicii in debitoribus, fallentes fidem, constituti, idem paulo post reddidit his verbis: *Nihil profecto immitius, nihil immanius, nisi (ut reipia apparet) eo consilio tanta immanitas pœnæ denunciata est, ne ad eam unquam veniretur. Addici namque nunc, & vinciri multos videmus, quia vinculorum pœnam deterrimi homines contemnunt. Dissectum esse antiquitus neminem equidem neque legi, neque audivi: quoniam sævitia iusta pœnæ contemni non quita est. Adscripsi integrum locum, unde quæ sit hujus capitis sententia intelligi potest. Adjicienda tamen quædam pauca sunt, & nonnullæ ex *Revardo* recitandæ illius emendationis causæ.*

*Ni cum eo pacit.*] Id est, ni is, qui eum vincitum habet, cum nexo paciscatur. De verbo *paco*, vel *pago*, supra diximus.

*Trinis nundinis continuis in comitiis prociato.*] Vult lex produci vincitum debitorem *trinis nundinis* ad prætorem in *comitium*, seu iudicium, ut repetatur publice, in quantam pecuniam fuerit suo creditori condemnatus. Forte eam ob causam, si quis familiaritate, aut misericordia ductus, solvere voluisset eam pecuniam, hominemque miserum vinculis liberare. Item ut constaret omnibus, vincito non fieri injuriam aut à creditore, aut à iudice. *Prociato* veteres dixisse, pro *vocitare* & producere, scribit *Festus*: qui eosdem pro æstimatione, *æstimiam* dixisse, etiam annotavit.

*At si pluses esunt rei.*] Veteres pro plures, & plurima *pluses*, dixerunt, & *plufima*. Item *se*, vel *nesi* pro sine, & reorum nomine, actorem, & reum promissive acceperunt, ut tradit *Festus*.

**XXXVI.** *Affiduo vindex assiduus esto. Proletario civi quisvis volet vindex esto.*

Descriptum est ex *Agellio* lib. 16. cap. 10.

Sententia legis hæc est, ut assidui, vel locupletes cives creditoribus addicti, ab assiduis, vel locupletibus vindicarentur: hoc est, si ita res ferret, assibus redimerentur, non autem à *proletariis*: ne, cum sint tenuioris fortunæ, quam ut asses possent dare, quibus assiduos è vinculis eximerent, ipsi pro assiduis, & se, suosque liberos, familiamque totam in discrimen adducerent: neve corpus liberum, immuneque assidui hominis liberandi gratia servituti, capitisque pœnæ acti sectioni subjiceretur. *Proletario* autem *civi* quemvis vindicem esse permiserunt *decemviri*: quia eorum debita non solent esse grandiora, quam quæ ære exiguo lui possint.

*Affiduo.*] *Affiduus*, inquit apud *Agellium* *Julius Paulus*, in XII. tabulis, & pro *locuplete*, & facile munus faciente, ponitur: dictus ab *assibus*, id est, ære dando, cum id tempora reipublicæ postularent: aut à *muneris*, pro familiari copia faciendi assiduitate. *Cajus jurisconsultus* lib. 2. ad leges XII. tabularum, ait, *assiduum locupletem esse*, qui satis & idonee habeat pro magnitudine rei, quam actor restitui petit.

*Vindex esto.*] *Festus* scribit, veteres *vindicem* eum appellasse, qui vindicabat, quo minus is, qui prehensus erat, ab aliquo teneretur: hoc est, qui prehensum, nexum, sive addictum, liberabat. Alii *vindicem* hoc loco exposuerunt *procuratorem*: alii *fidejussorem*, quod tamen non omnibus probatur.

*Proletario civi.*] *Proletarii cives* à munere, officioque prolis edendæ appellati sunt, quod cum re familiari parva minus possent rempublicam juvare, sobolis tamen gignendæ copia civitatem frequenterent. *Julius Paulus* apud *Agellium*.

## DE EMPTIONE, VENDITIONE, ET USUCAPIONIBUS.

**XXXVII. Venditæ & traditæ res non aliter emptori acquiruntur, quam si is venditori pretium solverit, vel alio modo satisfecerit.**

Extat hoc caput apud *Justinianum* Institutionum lib. 2. tit. 1.

Venditæ res, inquit *Justinianus*, & traditæ, non aliter emptori acquiruntur, quam si is venditori pretium solverit, vel alio modo satisfecerit: veluti expromissore, aut pignore dato, quod quanquam cavetur, ex lege XII. tabularum, tamen recte dicitur, & *jure gentium*, id est, jure naturali id effici. Sed si is, qui vendidit, fidem emptoris secutus fuerit, dicendum est, statim rem emptoris fieri. Nihil autem interest, utrum ipse dominus tradat alicui rem suam, an voluntate ejus alius (cui ejus rei possessio permessa sit.) Qua ratione, sicubi libera univerforum negotiorum administratio permessa fuerit a domino, isque ex his negotiis rem vendiderit, & tradiderit, faciet eam accipientis. Hæc *Justinianus*, unde legis sententia perspicua est. Eadem fere tradit *Theophilus*.

**XXXVIII. Usus & auctoritas fundi biennis, cæterarum rerum annuus esto.**

Extat apud *Ciceronem* in oratione pro *Cæcinnâ*, & in *Topicis*: item apud *Justinianum*.

Tractat & confirmat hæc lex modum acquirendi domini rerum per *usucapionem*, de qua multa à juriconsultis traduntur. *Justinianus* lib. 2. Institutionum, titulo 6. inquit, jure civili constitutum fuisse, ut qui bona fide ab eo, qui dominus non esset, cum crederet, eum dominum esse, rem emisset, vel ex *donatione*, aliave quavis justa causa accepisset, is eam rem, si mobilis esset, anno ubique uno: si immobilis, biennio tantum in solo Italico usucaperetur, ne dominia rerum in incerto essent, &c. Ex his legis sententia perspicui potest. Fiet tamen clarior, si, quid *usucapio* sit, addatur.

Est igitur *usucapio* (quæ, quod per usum aliquid capit, & aufert, dicta est) *adeptio domini* per continuationem possessionis temporis annui, in rebus mobilibus, vel biennii in immobilibus. *Usucapere*, est usu acquirere, & possessione suam facere.

*Usus.*] Scilicet possessionis, vel possessio fundi.

*Auctoritas.*] Auctoritas pro *usucapione* hoc loco, & in sequentibus aliquot legibus ponitur, & significat jus illud, quod ex possessione, tempore à lege definito acquiritur.

*Fundi.*] Fundus integrum aliquid est, agrum cum villa & ædificio significans. Vel, *fundus est omne, quicquid solo tenetur*. Ponitur hic generaliter pro bonis immobilibus. Id est: Si quis rem immobilem biennium totum, sine interruptione possederit, tum demum eam, ut jure suam habeat.

*Cæterarum rerum.*] Id est, mobilium.

**XXXIX. Adversus hostem æterna auctoritas esto.**

Descriptum est ex lib. 1. Officiorum *Ciceronis*.

Quæ sententia legis hujusmodi sit, ostendit *Balduinus* his verbis: Noluerunt, inquit, opinor, *decemviri* alios, quam cives suos possessores tueri, & usucapionis jure donare. Æternum itaque tempus desiderarunt, priusquam *usucapionem* peregrinus compleret. Nisi malimus (quod eodem recidit) *auctoritatem* hic intelligere jus vindicationis, quod æternum contra possessores peregrinos civibus suis esse, & ab omni temporis præscriptione liberum *decemviri* voluerint. Hæc ille.

**XL. Rei furtivæ æterna auctoritas esto.**

Extat apud *Justinianum*, libro secundo Institutionum, titulo sexto.

Sententia legis hæc est, *Rei furtivæ æternam auctoritatem*, id est, liberam, perpetuamque vindicationem esse debere. Repetit eam aliquot annis post *Atinius*, quando sic ad populum tulit: Furtiva res non ufucapiatur, nisi in potestatem ejus, cui subrepta est, revertatur. *Justinianus* sic legem explicat: Quod autem, inquit, dictum est, furtivarum rerum usucapionem per leges prohibitam esse, non eo pertinet, ut ne ipse fur usucapere possit (nam huic alia ratione *usucapio* non competit, quia scilicet mala fide possidet) sed ne ullus alius, quamvis ab eo bona fide emerit, vel ex alia causa acceperit, *usucapiendi jus* habeat.

## DE COLLEGIIS.

**XLI. Uti sodalibus, qui jus coeundi haberent, potestas esset, pactionem quam velent, sibi ferre: dum ne quid ex publica lege corrumpent.**

Sic hanc legem fere recitant *Balduinus* & *Hottomannus*, cujus testimonium extat apud *Cajum* l. ultima, ff. de Collegiis. *Sodales* sunt, qui ejusdem collegii sunt, quam Græci *ἐταίρων* vocant. His autem potestatem facit lex privatas inter se pactiones arbitrato suo ineundi: cum eo tamen, nec communem illam totius

totius collegii, sive ordinis legem violent. Ut enim in l. 38. ff. de pact. dicitur, jus publicorum privatorum pactis mutari non potest. Videtur autem translata esse ex legibus Solonis, in quibus ita est: *si qui ejusdem corporis, aut si qui tribules; aut sacerdotes otiorum, aut navicularii, aut sodales, aut ejusdem sepulchri, religionisve consortes*, aut ad pecorum coemptionem, aliudve negotiationis genus simul proficiscentes, pactioem inter se aliquam inierint, ratum id esse, dum ne quid tabulis publicis prohibeatur. De collegiis, ut quædam dicam, locus postulat.

Fuerunt *collegia* Romæ primum instituta à Rege *Numa*, si *Plutarcho* credimus. Is enim in ejus vita sic scribit: Inter reliqua ejus statuta, distributio multitudinis secundum artificia, meruit summam admirationem. Cum enim Urbs ex duabus gentibus (veluti ostensum est) constare videretur, re autem ipsa dissideret, ac in unum coalescere nullo modo vellet, ne diversitatem & differentiam liceret abolere, sed essent perpetuæ inter partes *offensa* atque *contentiones*: cum animo suo reputans, ea corpora, quæ suapte natura difficulter aliis ob duritiam misceri possent, constricta in particularis, propter harum exiguitatem inter se demum coire, atque commisceri posse: statuit universam multitudinem in *plures portiones* partiri, atque ita primum illud & magnum discrimen in minora tributum e medio tollere. *Divisit* autem *secundum artificia*, ut suum peculiare corpus haberent *tibicines*, suum *aurifices*, *architecti*, *tinctorum*, *sutores coriarii*, *fabri æarii*, *figuli*: reliquas artes etiam singulas omnes in unum suum quamque corpus redegit. Porro unicuique generi suos peculiare conventus, & religiones præscribens, tum primum, ita ex Urbe sustulit eam diversitatem, qua alii *Romani*, alii *Sabini*, hi *Romuli*, illi *Tatii* cives censebantur: suaque divisione id consecutum est, ut omnibus cum omnibus conveniret, ac commercia intercederent. Hactenus *Plutarchus*. Ex quibus verbis & causa constituendi, & nomina *collegiorum* intelliguntur. *Collegii tibicinum* meminit *Valevius Maximus* capite de Institutis. *Collegii fabrum æarium* *Plinius* libro trigesimo quarto, capite primo, & libro trigesimo quinto *collegii figulorum*. Fuerunt postea & alia *collegia* instituta, ut *Capitolinorum*, & *Mercurialium*, quorum *Cicero* libro secundo epistolarum ad Quintum Fratrem, epistola quinta meminit. Fuit autem *Mercurialium Collegium* proprium mercatorum, Institutum *Appio Claudio*, *P. Servilio* *Coss.* *Livio* libro secundo teste, sic dictum à *Mercurio*, qui *Deus* peculiaris illius *collegii* fuit, eum enim antiquitus ut patrum mercatores colebant. *Collegii viatorum* *Agellius* mentionem facit libro duodecimo, capite tertio, *pistorum*, *naviculariorum* & *fabricentium collegii* in *Pandectis* & *Codice* sit mentio. Quid vero juris habuerint ejusmodi *collegia*, ostendit *Cajus Jurisconsultus* in l. 1 ff. Quod cujusque universitatis nomine, vel contra eam agatur: *Collegia*, inquit, Romæ certa sunt, quorum corpus senatusconsulto & constitutionibus principalibus confirmatum est, veluti *pistorum*, & quorundam aliorum, & *naviculariorum*, qui & in provinciis sunt. Quibus autem permixtum est corpus habere *collegii* vel societatis, vel cujuscumque *ἐπιπέρας* nomine, eorum proprium est, ad exemplar reipublicæ, habere *res communes*, arcam communem, & actorem, sive *syndicum*, per quem tanquam in republica, quod communiter agi, fieri oporteat, agatur, fiat, &c. Potuerunt etiam ista *collegia* manumittere, legatum capere, & leges sibi ferre, dummodo ne quid ex publicis legibus corrumpere, ut docet *Scævola* l. pater filium ff. de legatis tertio: & *Paulus* in l. cum senatus ff. de rebus dubiis. Conveniunt igitur *collegia* illa cum nostris *sodalitiis*, quæ dicuntur *zunften* vel *handwerck*. Qui unius & ejusdem *collegii* erant, *sodales* dicebantur.

#### DE SERVITUTIBUS, ET FINIBUS REGUNDIS.

##### *XLII. Via latitudo in porrectum octo pedum esto: in anfractum, sedecim.*

Descriptum est ex *Cajo* libro 7. ad edictum provinciale, l. 8. viæ latitudo, ff. de servit. rust. & testimonium etiam habet apud *Varronem* lib. 6. de lingua Latina.

Loquitur hoc caput de *servitutibus rusticis*, ut si quis jus habeat ducendi vehiculi per prædium alienum, id quod *via* hoc loco dicitur: ea via in porrectum octo pedum esset, in anfractum sedecim.

*Justinianus* libro secundo: titulo tertio, ita inquit: *Rusticorum prædiorum jura* sunt hæc: *Iter*, *actus*, *via*, *aqua ductus*. *Iter* est jus eundi, ambulandi hominis, non etiam jumentum agendi, vel vehiculum. *Actus* est jus agendi jumentum vel vehiculum. *Via* est jus eundi, agendi, & ambulandi hominis. Nam *iter* & *actus*, via in se continet. *Aqueductus* est jus aquæ ducendæ per fundum alienum. *Alexander ab Alexandro* definit *iter* duorum pedum latitudine, *actus* quatuor pedum.

*In porrectum.*] Id est, in directo, ut *Varro* loquitur.

*In anfractum.*] Id est, *in flexum*, ad flectendi plaustrum commoditatem. Meminit hujus legis etiam in appendice ad *Conjectanea* in *Varronem*, *Josephus Scaliger*, ubi dubitat, quomodo intelligi debeat, cum proportio ista anfractum ad directum (sive ut ipse loquitur) ambitus ad dimetientem, defendi nullo modo possit.

*Franciscus Hottomannus* etiam hanc ex *Ciceronis* oratione pro *Cæcina* legem recitat: Ut si quis viam alteri deberet, eam munitam præstaret: si ea immunita esset, qua vellet is, cui ea deberetur, jumentum ageret. Cujus sententia facilis est, nec eget explanatione.

*XLIII. Ut si cui privato aquæductus alterius in publico noceret, ei aquæductus dominus noxæ nomine caveret.*

Extat hujus testimonium apud *Paulum* in *l. 5. ff. ne quid in loco publico*, ubi sic scribit: Si per publicum locum rivus aquæductus privato nocebit, erit actio privato ex lege duodecim tabularum, ut noxæ domino caveatur: ubi legendum *Franciscus Hottomannus* censet, noxæ a domino caveatur, ut vox, nomine, antiqua consuetudinè subaudiatur, & sensus sit, ut noxæ nomine, id est, damni infecti nomine rivi, & aquæductus dominus eo privato caveat. Loca enim publica (ut ait *Ulpianus*) utique privatorum usibus deserviunt, jure scilicet civitatis, non quasi propria cujusque. Itaque si quod forte opus in publico fiat, quod ad privati damnum redundet: prohibitorio interdicto conveniri potest, *l. 2. ff. eodem*. Hoc est, cum locus publicus æque cujusque privati sit, iniquum est, id ab ullo privato in eo fieri, quod alteri privato damnum det. Quod si quid operis fiat, quod perfectum nocere poterit, tum privatus noxæ, id est, damni infecti nomine caveri sibi jure postulabit.

*XLIV. Ut si cui aqua pluvia ex vicini agro noceret, vicino, cui ea noceret, eam per arbitrum arceri jus esset.*

Hujus capitis fragmentum extat apud *Pompejum* in *l. Labeo, 21. ff. de Statu lib.* ubi scribit: Veteres hæc verba legis duodecim tabularum, SI AQUA PLUVIA nocet, sic interpretatos esse, id est, si nocere poterit. Reliquum ex conjectura se supplevisse, *Franciscus Hottomannus* scribit, cum in *Topicis Ciceronis* scriptum esset: *Aquam pluviam nocentem alteram loci vitio nocentem esse, alteram manu*. Quarum, inquit, altera jubetur ab arbitro coerceri, altera non jubetur. In quem locum *Boëtius*: Jus est aquam pluviam arceri, id est, ut si in alicujus agro pluvia aqua colligatur, & in alterius agrum defluat, eaque vicini frugibus nocitura concreseat: arceat eam suis finibus ille, qui sua putat interesse ne defluat. Item: *Aqua pluvia manu nocens est*, quæ ita loco aliquo excipitur, ut inde profluens vicino noceat: si locus is non sit naturaliter talis, sed manu hominis excipiendæ aquæ fuerit apparatus. Vitio vero, quoties naturaliter ita sese locus habet, ut excipere aquam possit, & nocere vicino. Eodem illud *Ulpiani* pertinet in *l. 1. ff. de aqua pluvia*: Si cui, inquit, aqua pluvia damnum dabit, actione aque pluvia arcenda advertetur aqua, &c.

*XLV. Ambitus parietum sestertius pes esto.*

Sic hanc legem restituit *Barnabæus Briffonius* jurisconsultus clarissimus, lib. 1. selectarum ex jure civili antiquitatum, cap. 2. ex *Varrone*, *Festo*, & *Volusio Metiano*. *Varro* lib. 4. de lingua Latina sic scribit: *Ambitus, iter, quod circumeundo teritur*. Nam *ambitus*, circuitus, ab eoque XII. tabularum interpretes ambitum parietis, circummitum esse dixerunt. *Volusius Metianus* libello de asse: *Sestertius duos asses, & semissem, quasi semis tertius*. Lex etiam XII. tabularum argumento est, in qua duo pedes & semis, sestertius pes vocatur. Sic eum locum restituit *Briffonius*. *Festus* quoque sic scribit: *Ambitus proprie dicitur inter vicinorum ædificia, locus duorum pedum, & semipedis, ad circumeundi facultatem relictus*. Ex his, quæ sententia legis sit manifestum est.

*XLVI. Qui sepem in confinio ponet, terminum ne excedito: qui murum, pedem derelinquito: qui domum, pedes duos: qui sepulchrum foveamve, quantum id profundum erit: qui puteum, passum: qui olivam, ficumve, pedes novem: qui denique alias arbores plantabit, quinque pedes ab alieno loco ponito.*

Sic hanc legem recitant *Franciscus Balduinus*, & *Hottomannus*, cujus testimonium extat apud *Cajum* lib. 4. ad leges XII. tabularum, ult. ff. *Fin. regund.* ubi eam ex *Solonis* legibus desumptam, & in XII. tabulas translata fuisse docet.

Sensus legis obscurus non est, ideoque explicatione nostra non eget. Declaratur prolixè ff. lib. 8. tit. de *Finibus regundis*. Vetat autem lex excedi terminum sui soli ab iis, qui sepem vel maceriam effodere voluerint.

In confinio.] *Confinii* appellatione significatur locus, quo se possessores attingunt. Sicut *trifinium* appellarunt veteres eum locum, in quem tres possessores attingebant.

*XLVII. In controversia de finibus quinque pedum usucapio nulla esto.*

Extat apud *Ciceronem* lib. 1. de *Legibus*.

Voluerunt *decemviri*, inter confines vicinorum agros quinque pedum spatium non usucapi, hoc est, possideri: sed medium relinquere, quod liberum semper esset, & commune, ut eo ire, agere, & atrium

etiam circumvertere sine alterius incommodo uterque dominus possit. Hæc horum verborum legis est sententia lata post XII. tabulas: & *Manilia lex* est, qua cavebatur, ut quoties de his quinque pedibus controversia esset, eligeretur arbiter, sive *agrimensor*, qui eos regeret, arteque sua constitueret.

*XLVIII. Ejus arboris, quæ in alienum agrum impenderet, ramos quindecim pedes altius à terra circumcidere jus esto vicino.*

Recitant & hanc legem *Balduinus*, *Oldendorpius* & *Hottomannus*, cujus testimonium extat apud *Ulpianum* in l. 1. ff. de arb. coërcend. ubi prætoris in eandem sententiam interdictum hoc profert: *Qua arbor ex agro tuo in agrum illius impendet, si per te stat, quo minus pedes quindecim à terra eam altius coërceas: tunc quominus illi ita coërceere, lignaque sibi habere liceat, vim fieri veto.* Infert autem sic: Quod ait prætor, & lex XII. tabularum efficere voluit, ut quindecim pedes altius rami arboris circumcidantur: & hoc idcirco effectum est, ne umbra arboris vicino prædio noceret.

*XLIX. Glandem suam in alienum fundum procurrentem colligendi jus esto vicino.*

Suppeditavit hoc caput *Plinius* libro 16. capite 5. Sensus legis manifestus est. *Cajus* legem hanc, ut credi par est, libro ad XII. tabulas quarto, explicans sic scribit: *Glandis appellatione omnem fructum contineri, exemplo Græci sermonis, apud quos omnes arborum species ἀγκόδινα appellantur.* In eandem autem veteris legis sententiam extat prætoris interdictum; *Glandem*, quæ ex illius agro in tuum cadat, quo minus illi tertio quoque die legere, auferre liceat, vim fieri veto.

*L. Ut si vicini inter se jurgant finibus regundis, arbitros tres darent: eisque totius rei jus, arbitriumque permitterent.*

Testimonium legis extat partim apud *Nonium*, partim apud *Ciceronem* libro secundo de legibus. Sententia est manifesta. *Cicero* lib. 4. de republica, teste *Nonio*, sic scriptum reliquit: *Jurgari igitur lex vetat inter se vicinos, non litigare.*

*Si inter se jurgant.*] Benevolorum concertatio *jurgium* dicitur. Inter inimicos dissensio *lis* appellatur. *Finibus regundis.*] *Fines* agrorum *termini* & *limites* appellantur. *Finibus regundis*, id est, finibus discriminandis, seu statuendis. *Regere* enim, antiqua & *decevoirali* significatione, est, suis finibus terminatum habere. *Boëtius* interpres *Topicorum Ciceronis* inquit: *Regi fines dicuntur, quoties unusquisque ager propriis finibus terminatur.*

DE INJURIIS, ALIISQUE DELICTIS.

*LI. Si quis ætitaverit, sive carmen condiderit, quod infamiam flagitiumve alteri precetur, capite punitor.*

*Cicero* libro 4. de republica.

Hoc XII. tabularum caput, quo pœna in scriptores libellorum famosorum & fabularum scenicarum, quibus nominatim cives Romanos taxarent, statuitur, extat in fragmento libri quarti *Ciceronis* de republica, apud *Augustinum* libro secundo, capite secundo, de *Civitate Dei*, ubi *Africanus* de libertate comœdiæ apud Græcos locutus, sic tandem concludit: *Nostræ contra XII. tabulæ, cum perpaucas res capite sanxissent, in his hanc quoque sciendam putaverunt: Si quis ætitavisset, sive carmen condidisset, quod infamiam faceret, flagitiumve alteri precaretur.* Judiciis enim, ac magistratuum disceptationibus legitimis propositam vitam, non poëtarum ingeniis habere debemus: nec probrum audire, nisi ea lege, ut respondere liceat, & judicio defendere. Hactenus *Cicero*. *Horatius* quoque aliquoties in libro sermonum & arte poëtica ad hanc legem alludit. Et extant in jurisconsultorum libris plures leges, quæ cum hac lege congruunt, & libellos famosos prohibent. In *Pandectis* ex *Ulpiano* commemoratur lex, sive *Senatusconsultum* in hæc verba: *Si quis librum ad infamiam alicujus pertinentem scripsit, composuit, edidit, dolove malofecit, quo quid eorum fieret: etiam si alterius nomine ediderit, vel sine nomine, uti de ea re agere liceat: & si condemnatus sit, qui id fecit, infestabilis ex lege esse jubetur.* *Infestabilis* autem dicitur is, ut alibi *Ulpianus* explicat, qui nec testamentum facere potest; nec ad testimonium adhiberi testis. *Cajus* vero sic interpretatur. *Cum lege quis infestabilis jubetur esse, eo pertinet, ne ejus recipiatur testimonium: & eo amplius, ut putant quidam, ne ipsi dicatur testimonium.* Porro *Ulpianus* adjicit, eadem pœna ex *Senatusconsulto* teneri etiam eum, qui epigrammata, aliudve quid, sine scriptura in notam aliquorum produxerit, item qui emendum vendendumve curaverit. Multis post *Augustum* annis, editum est acerbius quoddam *Valentiniani* *Valentini*que editum, ut qui quocunq; loco famosum libellum invenerit, nec statim corruerit, sed alicui patefecerit, capitali supplicio coërceretur. Plurimum Imperatorum hac de re constitutiones habes in integro codice *Theodosiano* lib. 9.



Sed ad nostram legem revertamur.

*Aditaverit.*] Sic legitur in *Augustino*. Monet autem *Ludovicus Vives*, se in veteri libro scriptum reperisse, *Occentaverit*: eamque lectionem probat. Hinc *Josephus Scaliger* in suis ad *Festum* castigationibus sic hanc legem recitat:

SI QUIS CARMEN OCCENTASSIT, QUOD ALTEREI FLAGITIUM FAXIT, CAPITAL ESTO.

*Occentassit.*] *Occentassint* antiqui dicebant, quod nunc *convicium fecerint*, dicimus, quod id clare & cum quodam canore fit, ut procul exaudiri possit, quod turpe habetur: quia non sine causa fieri putatur. Inde cantilenam dici, quia illam non cantus jucunditatem puto. *Festus*.

*Flagitium.*] *Flagitium* apud veteres significabat *infamiam*. Flagitium facere, conviciis alicujus existimationem lædere. *Josephus Scaliger*.

*Capital esto.*] *Capital* facinus est, quod capitis pœna luitur.

LII. Si injuriam alteri faxit, XXV. æris pœnae sunt.

Extat apud *Agellium* lib. 20. cap. 1.

Levis pœna hac lege in eum statuitur, qui alterum insigni injuria affecisset, pro simplicitate scilicet illorum temporum, ut *pratores* eam tollere coacti fuerint. Qua de re libet *Phavorini* verba, quæ sunt apud *Agellium*, adscribere. Sic igitur is inquit: Quod dixi, videri quædam esse impendio molliora, nonne tibi quoque videtur nimis esse dilutum, quod ita de injuria punienda scriptum est: *Si injuriam alteri faxit, vigintiquinque æris pœnae sunt*. Quis enim erit tam inops, quem ab injuria facienda vigintiquinque asses deterreant? Itaque, cum eam legem *Quintus* quoque *Labeo* vester in libris, quos ad XII. tabulas conscripsit, non probaret, *Quidam* inquit, *L. Veratius*, fuit egregie homo improbus, atque immani vecordia. Is pro delectamento habebat, os hominis liberi manus suæ palma verberare. Eum servus sequebatur, crumenam plenam assium portitans: & quemcunque *depalmaraverat*, numerari statim secundum XII. tabulas, XXV. asses jubebat. Propterea, inquit, *pratores*, postea hanc abolescere, & relinquere censuerunt, injuriisque æstimandis recuperatores se daturos edixerunt. Hæc ille. *Sextus* autem *Cacilius* legem defendens, ait non omnes injurias hac pœna æstimatas fuisse, sed leviores tantum, hanc paucitatem assium, grave pondus æris fuisse, cum populus Romanus ea tempestate librariis assibus usus fuerit.

*Si injuriam.*] *Injuria* dicta est, quod non jure fiat. Auctor *Rhetoricorum* ad *Herennium*, lib. 4. ait, injurias esse, quæ aut pulsatione corpus, aut convicio aures, aut aliqua turpitudine vitam cuiuspiam violant. Ideoque *Labeo* docet, injuriam aut re fieri, aut verbis. Re, quoties manus inferuntur: verbis vero, quoties non inferuntur manus, ut cum convicium fit, &c. Hæc lex de levibus, ut ante *Cacilii* verbis dixi, injuriis loquitur, non de atrocibus.

LIII. Si membrum rasperit, è pacto talio esto.

Extat apud *Agellium* libro 20. capite 1. & apud *Festum* in voce *talio*.

Vult hæc lex ut de gravi, & atrocietiam illata injuria pacisci liceat, sed è pacto, hoc est, sine pacto, vel extra pactum talionem esse pœnam. Queritur de hujus quoque legis iniquitate *Phavorinus* apud *Agellium*, inquit: Nonnulla in istis *decemvirorum* legibus nec consistere quidem visa sunt: Veluti illa *lex talionis*, cujus verba (nisi memoria me fallit) hæc sunt: *Si membrum rupit meum, è pacto talio esto*. Præter enim ulciscendi acerbiter, ne procedere quoque executio justæ talionis potest. Nam cui membrum ab alio ruptum est, si ipsi itidem rumpere per talionem velit: quæro, an efficere possit rumpendi pariter membri æquilibrium? In qua re primum ea difficultas est inexplicabilis. Quid si membrum alter imprudens rupit? Quod enim per imprudentiam factum est, id *retaliari* per imprudentiam debet. Ictus quippe fortuitus, & consultus non cadunt sub ejusdem talionis similitudinem. Hæc & plura *Phavorinus*. Sed *Cacilius* pro defensione legis ait, *decemviros* minuire atque extinguere volentes hujuscemodi violentiam pulsandi, atque lædendi, eo metu coercendos esse homines putasse. Neque ejus, qui membrum alteri rupisset, & pacisci tamen de talione redimenda nollet, tantam rationem habendam arbitratos esse, ut an prudens imprudensve rupisset, spectandum putarent, aut talionem in eo vel ad amissum æquipararent, vel in librili penderent: sed potius eundem animum, eundemque impetum in eadem parte corporis rumpendi, non eundem quoque casum exigi voluisse: quoniam modus voluntatis præstari posset, casus ictus non posset. Nec esse nimiam acerbiter pœnæ, cum idem fiat in me, quod egomet in alio fecerim. Præsertim cum habeam facultatem paciscendi, & non necesse sit pati talionem, nisi eam ipse elegerim. Hactenus ille.

*Talio esto.*] *Talio*, inquit *Isidorus*, est similitudo vindictæ, ut taliter patiaturs quis ut fecit. De talione legem etiam *Græci* habuerunt, & ante hos *Judæi* ex præcepto Dei.

LIV. Si os fregit..... æris sunt.

Hujus capitis testimonia extant apud *Agellium*, libro 20. cap. 1. & *Justinianum* lib. 4. Institutionum titulo. 4.

Cæcilius apud *Agellium*, Injurias, inquit, atrociores, ut de osse fracto, non liberis modo, verum etiam servis factas, impensiore damno vindicaverunt. *Justinianus* autem: Pœna injuriarum ex lege *xii. tabularum* propter membrum quidem ruptum talio erat: propter os vero fractum, *nummarie pœne* erant constitutæ, quasi in magna veterum paupertate. Hæc ille. Qualis vero ea pœna, vel quot assium fuerit, non exprimitur.

*LV. Si in tuo alienum pecus pascatur, de pastu pecoris actio esto.*

Testimonium hujus legis extat apud *Ulpianum l. qui servandarum, §. ultimo. de præscript. verb.* ubi commemorat, fuisse legem *xii. tabularum* de pastu pecoris, si in tuo alienum pecus pasceretur.

Voluerunt *decemviri* concordiam inter cives conservare, & causas litium, & controversiarum præcidere, ideoque hæc levia in suas *tabulas* retulerunt. Competebat autem hæc legitima de *pastu pecoris* actio tum proprie, cum in meo tuæ pecudes meum aliquid depastæ essent, naturam suam secutæ. Plura de his habent *jurisconsulti*. Mihi enim propositum non est, *jurisconsultorum* nodosas & difficiles quæstiones hic tractare: memor illius: *Ne sutor ultra crepidam.*

*LVI. Si quadrupes pauperiem fecerit: ei cujus intererit, in eum, qui dominus erit quadrupedis, actio noxalis esto.*

Extat hujus legis testimonium apud *Justinianum* Institutionum titulo, *Si quadr. paup. feciss. dic. §. 1. & alibi. Ulpianus* dicit, Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, actio ex duodecim *tabulis* descendit. *Quæ lex voluit, aut dari, quod nocuit*, id est, animal, quod noxam commisit, aut estimationem noxiæ offerre. *Noxia* enim est idipsum delictum. Et rursus: *Pauperies* est damnum sine injuria facientis datum. Nec enim potest dici animal injuriam fecisse, quod sensu caret.

Observandum autem, hanc actionem de *damno* à quadrupede dato, proprie non pertinuisse ad feras bestias, quæ genitili sua naturalique feritate damnum dederunt: sed ad eas quadrupedes quæ contra naturam commotæ, & aliunde concitatæ, alicui damnum dederunt. Explicatur & hoc caput proluxe à *jurisconsultis*.

*LVII. Ut qui alienas arbores injuria cecidisset, in singulas æris vigintiquinque lueret.*

Descriptum hoc caput est ex *Plinio* lib. 18. cap. 1. Fuit & arborum, ait *Plinius*, cura legibus præcis, cautumque est *xii. tabulis*, ut qui injuria cecidisset alienas, lueret in singulas æris vigintiquinque. Item apud *Paulum* scriptum est: *Si furtim arbores casæ sint*, & ex lege *Aquila*, & ex *xii. tabulis* danda est actio. *Cajus* in leg. 2. quæ ex primo illius libro ad legem duodecim *tabularum* descripta est: Eos, inquit, qui arbores, & maxime vites ceciderint, etiam, tanquam latrones puniri. Notandum tamen & illud est, hanc actionem habere locum tum, cum furtim arbores casæ sunt. Si quis vero per vim sciente domino eas ceciderit, agetur ex interdico: Quod vi, aut clam: aut, vi bonorum raptorum.

DE FURTIS.

*LVIII. Qui noctu furtum faxit, aut interdium telo se defenderit, eum domino cum clamore testificanti occidere jus esto. Si neque noctu neque se telo defendens prebendatur, virgis cæsus, ei cui furtum fecit, addicitor. Servus verberibus affectus, de saxo dejicitor: impubes a bitratu prætoris verberator.*

Testimonium hujus legis extat apud *Agellium* lib. 11. cap. 18. Prior pars etiam apud *Macrob.* lib. 1. Saturn. cap. 4. his verbis legitur.

SI NOX FURTUM FACTUM ESIT, SEI IM OCCISIT, JOURE CAISUS ESTO.

Sequuntur nunc leges aliquot de *furtis*, quæ gravissime Romani punierunt, non tamen omnia eadem severitate. Capitis autem hujus de quo agimus, sensum ex *Agellio* licet cognoscere, ubi sic ait: *Furem*, qui manifesto furto prehensus esset, tum demum occidi permiserunt *decemviri*, si aut cum faceret, nox esset, aut interdium se telo, cum prehenderetur, defenderet. Ex cæteris autem *manifestis furibus*, liberos verberari, addicique jusserunt ei, cui furtum factum esset, si modo id luci fecissent, neque se telo defendissent. *Servos* item furti manifesti prehenso, *verberibus affici*, & de saxo præcipitari: sed *pueros* impuberes prætoris arbitratu verberari voluerunt, noxamque ab his factam sarciri. Hæc ille. Loquitur igitur hoc caput de furto manifesto.

[*Qui noctu furtum faxit.*] Fur, ut *Varro* voluit, ex eo dictus, quod *furzum*, atrum veteres Romani appellarunt, & fures per atras & obscuras noctes facilius furentur. Quam etymologiam *Agellius* reprehendit, inquiens, non à furvo *furem* dici, sed à Græco φῦρ. Nam quod à Græcis, ait, nunc κλέπτης dicitur, antiquiore Græca lingua φῦρ est dictum: hinc per affinitatem literarum, qui φῦρ Græce est, Latine Fur. Itæ ille. Alii *furem* à ferendo vel auferendo dictum volunt, sicuti & Græcum φῦρ, à φέρω. *Furem* autem.

autem *Sabinus* apud *Agellium* definit eum, qui alienam rem attrectaverit, cum id se invito domino facere, judicare deberet. *Furtum* vero est attrectatio rei alienæ, invito domino.

*Aut interdiu se telo defendens, &c.*] *Telum*, inquit *Cajus*, vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur, sed nunc omne significatur, quod mittitur manu. Ita sequitur quod & *lapis*, & *lignum*, & *fer- rum* hoc nomine contineatur: dictumque ab eo sit, quod in longum mittitur, Græca voce figuratum, ἀπὸ τοῦ τηλῆ.

*Eum domino cum clamore testificantis.*] Non voluerunt decemviri, furem in manifesto furto prehensum, simpliciter occidi: sed tunc demum id concesserunt, si ei, sine periculo ejus, cui furtum fit, parci non possit.

### LIX. Si adorat furtum, quod nec manifestum erit, duplionem luito.

Sic hanc legem restituit *Jacobus Reccardus*, cujus testimonia extant apud *Agellium* libro 11. capite 18. & apud *Festum*.

Tria fuerunt decemvirorum tempore genera *furtorum*, manifestum, nec manifestum, & conceptum. *Manifestum*, ut docet *Masurius Sabinus* apud *Agellium*, quod deprehenditur, dum fit: Faciendi finis est, cum perlatum est, quod ferri cœperat. *Nec manifestum* furtum est, quod postea quodcumque deprehenditur: id est, cum fur in faciendo quidem deprehensus non est, sed eum furtum fecisse negari non potest. Quid *conceptum* furtum sit, jam explicabitur. His tribus generibus *jurisconsulti* addiderunt *quartum*, nempe *oblatum*, quod est, cum res furtiva ab aliquo tibi oblata sit, eaque apud te concepta (id est, inventa) sit: utique, si ea mente tibi data fuerit, ut apud te potius, quam apud eum, qui dedit, conciperetur. De furto manifesto præcedens lex loquitur: de *nec manifesto*, hæc.

*Si adorat furtum.*] Sic legitur apud *Festum*, in voce *Nec*. Significasse autem apud antiquos, *advocare* idem, quod agere, docet *Festus*.

*Nec.*] Hæc particula ab antiquis posita est pro *non*, teste *Sinnio Cæpitone* apud *Festum*.

*Duplionem luito.*] Testatur hoc *Agellius* inquires: Aliis deinde furtis omnibus, quæ nec manifesta appellantur, pœnam imposuerunt dupli.

### LX. Furta per lancem liciumque concepta, sicut manifesta vindicantur.

Extat apud *Agellium* lib. 11. cap. 18.

Agit hoc caput, quod ex *Agellio* descriptum est, de pœna furti per lancem liciumque concepti. Et sane tora lex nihil obscuritatis haberet, si de furto concepto per lancem & licium, quid fuisset, certo constaret. De eo enim variæ & discrepantes sunt opiniones, adeo, ut vere dici possit, *Quot homines, tot sententia.* Optime autem consuluisse nobis *Agellius*, & bene de nobis meritus fuisset, si id & quædam alia nobiscum communicasset. Quia ergo, quænam sententia vera sit, difficulter dici potest, aliquot doctissimorum virorum opiniones recitabo, & simul quænam probabilior videatur, indicabo. Lectori tamen liberum relinquam, ut quam velit, partem sequatur.

*Alexander* igitur ab *Alexandro* Neapolitano I. C. libro 6. Genialium dierum, capite 10. de hac lege differens, sic inquit, Dixere *furta per lancem & licium*, quod fures, qui in alienas penetrabant ædes, plecurumque (ut est sagax furum solertia) *licium* ferebant, quo furta alligarent, & *lancem* præ oculis, ne innotescerent. Hæc ille. Cujus sententiam sequitur etiam *Oldendorpius*, & addit, fures illos lancem duobus foraminibus aptatam, ante oculos habuisse, ut matres familiarum, aut virgines, aliæve ancillæ in domo forte fortuna obviæ terrentur, fugerentque potius, quam quod de cognoscendo vel observando fure essent sollicitæ, ac interim illi res subriperent. *Franciscus Balduinus* Tatii Alpini conjecturam sequi mavult, qui opinatur *furta per lancem & licium concepta*, hæc fuisse, quæ religionis obtentu, impostores quidam tanquam sacrificuli, licio succincti, & lancem ad colligendas stipes circumferentes, committerent, sacrilegiis proxima, nempe rerum, si minus ad ministerium jam consecratarum, collectarum tamen ad sacrificia, & eorum nomine. Probabilior autem videtur *Jacobi Reccardi* sententia, quam plerique *jurisconsultorum* & in his etiam *Josephus Scaliger* probant, quæque testimonium apud *Festum Pompejum* habet, apud quem sic legimus: *Lance & licio* dicebatur apud antiquos, quia qui furtum ibat quærere in domum alienam, *licio cinctus* intrabat, lancemque ante oculos tenebat, propter matrum familiæ, aut virginum præsentiam. *Furtum* igitur *per lancem & licium* concipiebatur, id est, perquirebatur ab illis quibus furtum factum erat, non fiebat à furibus, idque hoc modo: Qui conquerebatur sibi rem à quopiam furto ablatam, & in alicujus ædes deportatam, accedebat ad dominum illarum ædium, & petebat, ut liceret sibi rem ablatam in illis quærere, jurabatque *Deos legum custodes*, se reperiendi spe furtum quærere. Et tunc quidem alter ille, apud quem furtum quærebat, domum suam ei, qui furtum quærebat, aperire & in obsignatis, & non obsignatis locis liberam furti inquirendi potestatem facere cogebatur. Is vero, qui furtum quærebat, *licio se accingebat*, ut expeditior ad quærendum esset, & *lancem oculis opponerebat*, ne à mulieribus, aut virginibus in illis ædibus videretur; ab iis enim alienos viros cerni, veteres nolebant. Atque tum, si rem furtivam conciperet, & comprehenderet, *furtum* illud *conceptum* & comprehensum

pro manifesto vindicari sanxerunt, paremque ac manifesto ei pœnam irrogari voluerunt *decemviri*. Et hunc morem quærendi *furta per lancem & licium* desumptum esse à Græcis, ex 12. *Platonis* de legibus libro probare nituntur. *Franciscus Hottomannus* Commentariis in 4. librum Institutionum, præter hanc de qua jam diximus, quamque plerique probant, etiam aliam furti *per lancem & licium* concepti explicationem affert. Scribit enim se suspicari, *furtum per lancem & licium conceptum* id fuisse, quod per simulationem religionis amicii licio sacerdotes deprehendere sint soliti, cum *panem atite lapide conditum*, & in lance ceremoniæ causa delatum, eum qui furti suspectus erat, devorare juberent. Qua de re *Dioscoridis* verba citat, quæ Latine sic sonant: *Eurem quoque atites deprehendit, si quis in pane conditum offerat. Fur enim mansum devorare non poterit: quin etiam concoctus furem coarguit: quippe decocta cum eo devorare non poterit. Hactenus ille. Non tamen dissimulabo, aliam esse Petri Pithei sententiam, libro 1. Adversariorum subsecivorum, cap. 2. quam ipse omnibus aliis anteponere non veretur: eam his verbis explicat: *Furtum quod à lictore, aut viatore licio præcincto, ipso, aut alio quolibet comite indicium & fidem in lance præferente, sive hæc privata fuerit: sive publica (quod magis credo) ex auctoritate magistratus perquisitum inventumque est, per lancem & licium conceptum videtur. Hæc ille. Et hujus sententiæ testimonia ex Petronii Arbitri Satyrico profert, quæ ibi videri possunt.**

*LXI. Is cujus ope, consilio furtum factum erit, dupli actione tenetur. Si servus furtum faxit, noxamve nocuit, sciente etiam domino, servi nomine actio esto: dominus servi nomine non tenetur. De furto pacisci licitum esto.*

Hæc duo capita primus observavit *Antonius Contius* l. C. libro primo Lectionum subsecivorum juris civilis, capite 14. Prioris testimonium extat apud *Labeonem l. sæpe. § ultim. de verborum signif.* Sententia eorum plana est, ideoque nulla opus habent explicatione.

*LXII. Frugem aratro quæsitam furtim noctu si paverit secueritve pubes, suspensus Cereri necator: impubes verberator, noxamve duplionem præstato.*

Descripta est ex *Plinio* libro 18. capite 3.

Sancit hæc lex pœnam in eos, qui alienas fruges furtim depavissent, aut demessissent. Et videtur desumpta esse ex legibus *Draconis* Atheniensis legislatoris. Is enim, ut auctor est *Plutarchus*, non minorem adversus fures uvarum, vel olerum, quam adversus homicidas, vel sacrilegos, pœnam sancit. Mitigata tamen postea hæc pœna apud Romanos est, sicut ex *Ulpiani* verbis his apparet: *Si olivam, inquit, immaturam decerpserit, vel segetem defecerit immaturam, vel uvas crudas: Aquilia tenebitur.* Quod si jam maturas: cessat *Aquilia*. Nulla enim injuria est, cum tibi etiam impensas donaverit, quæ in collectione hujusmodi fructuum impenduntur. At si collecta hæc interceperit, furti tenetur.

*Pubes.*] Non eandem pœnam statuit in adultos, & impuberes, sed inter eos distinguit.

*Suspensus Cereri.*] *Justus Lipsius* libro 4. epistolicarum quæstionum, epistola 26. legendum arbitratur: *Sacratus Cereri verberator: quia in antiquis legum formulis solennis sanctio fuit, Sacer Cereri esto. Et, Sacer Jovi esto.*

*LXIII. Tignum junctum ædibus, vineæque concapes ne solvito. Qui illud junxit, domino duplum præstato.*

Prior pars apud *Festum* in voce *tignum*, & apud juriscons. *sæpe*, sicut & posterior legitur.

Sententia legis hæc est: *Ne quis alius alicujus tignum, id est, ligna, cæmenta, & alia, suis ædibus jungeret, invito eo domino, cujus id tignum esset.* Quod si junxisset invito domino, ne propterea ædes dirueret, sed domino tigni duplum illius præstaret. Ratio legis est, quod *decemviri* noluerunt sub hoc prætextu ædes dirui: vel vinearum culturam turbari, testibus *Ulpiano*, & *Justiniano*.

*Tignum junctum ædibus.*] *Tigni* appellatione continetur omnis materia, ex qua ædificium constat, vineæque necessaria: unde quidam ajunt, *tegulam* quoque, & *lapidem*, & *cæmenta*, cæteraque, si qua ædificiis sunt utilia (*tigna* enim à *tegendero* dicta sunt) hoc amplius, & *calcem* & *arenam* appellatione *tigni* contineri. Sed in *vineis tigni* appellatione omnia vineis necessaria continentur: ut *puta*, *perticæ*, *pedamenta*, &c.

*Vineæque concapes.*] *Varie* hic sese torquent eruditi. Alii *concapu* legunt, alii *cum capite*, alii *aliter*. *Josephus Scaliger* sic legendum & emendandum putat, *vineæque concapes*: hoc sensu: ut si tignum alienum junctum fuisset tuis ædibus, vel *concapes* fuisset tuæ vineæ. Significare autem ait *tignum concapes*, quod depactum ac defixum sit terræ, ad vineam sustinendam, & caput suum habeat cum capite vineæ commissum.

LXIV. Ne quis unciario fœnore amplius exerceto.

Testimonium hujus legis extat apud *Cornelium Tacitum*, Annalium libro 5. vel, ut in *Justi Lipsii* editione est, libro 6.

Quantas turbas in republica Romana dederint *usura*, docent tum alii plurimi rerum Romanarum scriptores: tum vero *Cornelius Tacitus* his verbis: Sane vetus, inquit, urbi fœnebre malum, & seditionum discordiarumque creberrima causa, eoque cohibebatur antiquis quoque, & minus corruptis moribus. Nam primo duodecim tabulis sanctum, ne quis unciario fœnore amplius exerceret, cum antea ex libidine locupletium agigaretur: dein rogatione tribunitia ad semuncias redacta. Postremo *vetita versura*, multisque plebis scitis obviam itum fraudibus, quæ toties repressæ, miras per artes rursum oriebantur. Hactenus ille.

Ne quis unciario fœnore ] Fœnus dictum est, inquit *Varro*, à fœtu, & quasi à fœtura quadam pecuniæ parientis, atque incrementis. Idem docet *Festus*. Sunt autem *varia fœnoris*, sive usuræ species, quas hoc loco attingere libet. *Summa usura*, quæ & usura *centesima*, & *as usurarius* dicitur, est, cum pars sortis centesima singulis mensibus penditur, id est. cum de centum aureis singulis mensibus unus, singulis annis duodecim penduntur. *Usura deunx* dicitur, cum singulis annis in centenos undecim penduntur: *dextans*, cum decem: *doxrans*, cum novem: *bes*, cum octo: *septunx*, cum septem, *semis*, cum sex: *quincunx*, cum quinque: *triens*, cum quatuor: *quadrans*, cum tres: *sextans*, cum duo; *unciaria*, cum unus penditur. Et de hac lex loquitur.

Notandum etiam, quod *Cato* testatur, Romanos fœneratores quadruplo condemnasse. Verba ejus sunt hæc: *Majores nostri sic habuerunt, & ita in legibus posuerunt: Furem dupli condemnari: fœneratorem quadrupli. Quanto pejorem civem existimaverint fœneratorem, quam furem, hinc licet existimare.*

LXV. Ut jurisjurandi ad fidem adstringendam præcipua vis esset.

*Cicero* libro 3. de Officiis, ita scribit: Nullum enim vinculum ad stringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt. Id indicant leges XII. tabularum, &c. *Agellius* lib. 7. cap. 18. Jusjurandum, inquit, apud Romanos inviolate sanctæque habitum, servatumque est. Id & moribus, legibusque multis ostenditur. Sed nemo id copiosius explicavit *Dionysio*, qui libro 2. extremo, Regi Numæ institutum illud assignat. *Polybius* libro 6. commemorat: tantum apud Romanos jurisjurandi religionem valuisse, ut ea laude facile gentibus omnibus antecellerent. Nam si *Græco homini*, inquit, qui magistratum gerat, talentum unum committatur, etiam si decem scribendo assint, signaque totidem, atque etiam duplo plures testes extent: fidem tamen plerumque violant. Apud Romanos autem, qui quum rempublicam gerunt, majorem multo pecuniam tractant, sola jurisjurandi sui religione in officio suo continentur, &c. Ad hanc porro legem illud *Caji* pertinet: *Maximum remedium expediendarum litium esse jurisjurandi religionem.* Hactenus de XII. tabularum iis, quæ adhuc restant, fragmentis.

AD CAP. ULT. PARALIPOMENA.

*Leges Romanorum vetustissima, Papiriana, Valeria, Sacrata, duodecim tabularum, & qui de iis scripserint, scriptæ olim in tabulis, & antea in ade sacra reservata.*

**R**omulus legibus à se latis stabilivit monarchicum dominandi statum, Numa Pompilius sacra religionisque decorem ordinavit, eum sequutus Tullus Hostilius castrensis disciplinæ prospexit, ita tamen ut omnia penes unum essent, quem imperii modum retinere & auxere quatuor insequentes Reges, licet sciam legum primarum rationem quosdam ad Numam referre, qui *ferociam populi à bellis ad sacra contulit*, inquit *Servius Honoratus* ad v. 812. lib. 6. *Æneid.* unde *ἀπὸ τῶν νόμων*, à legibus dictus, vel ut *Servius* ait, *ab inventione & constitutione legum.* *Virgilius* ipse loco laudato:

*Quis procul ille autem ramis ingens olive,  
Sacra ferens? nosse crines, incanaque menta  
Regis Romani, primus qui legibus Urbem  
Fundavit.*

Mutata subinde republica facies, & pulsus Regibus. pro uno, duo creati, qui præessent, decretumque id legibus *Valerii*, sic nominatis, quod *Valerius Publicola* primi anni Consul eas scripsisset, ex *Pintarcho* in illo, ut & leges *Regiæ* *jus Papiriana* appellata, quod *P. Papirius* cas in *Codicem* & corpus n-

num redegit ut constat ex *Pomponio* IC. l. 2. ff. de Orig. Jur. Extitatur idiplum *Granius Flaccus*; qui librum de jure *Papiriano* scripsit, ut reulit *Paulus* IC. l. 145. ff. de verbis significat. nec id non vidit *Raphaël Volaterranus* lib. 29. Commentarior. pag. 332. dictæ etiam istæ leges *curiæ*. Fr. *Duaren.* in *Tit.* 2. ff. de orig. jur. legibus *Valerii* ita constitutum, ut *Consules privatum per se jus administrarent, publicum cum populo & Senatu communicarent.* Fr. *Polletus* *Histor. fori Rom.* lib. 3. cap. 5. & quo potentius immineretur potestas unius, hæc legibus introducta ad populum provocatio. T. *Liv.* 1. Decad. lib. 2. cujus sciti tenor erat, ut citra provocationem non liceret civem Romanum virgis cadere, multo minus capitali afficere supplicio, quare incredibile est, quantam invidiæ mollem sibi conflaverit *Cicero*, quod contra legis *Valeriæ* auctoritatem cives in carcere strangulasset, reliquosque cum *Catilina* injusti populi hostes judicatos coëgisset in exilio collatis cum *C. Antonio* altero Consule signis occumbere, veluti desperata ad populum provocandi libertate, ut vehementissima oratione exaggerat *Galenus* apud *Dionem Coeccejanum* lib. 45. creatumque ob id dirum & immane factum, summum ei periculum, insequente tempestate *Clodiana*, ipsiusque exilio.

Atque ut unico verbo dicam, *Publicola* legibus suis, secures & gladios à cervicibus omnium civium Romanorum arcuit, præter eos, qui perduellii crimine cecidissent. *Cic.* in *Verr. Facinus est vincire civem Rom. scelus verberare, prope partididum necare.* *Tertius* mutatio tribunitias leges protulit, quarum sum-

ma in eo posita, ut optimatum factio encivaretur, plebis seu libertas, seu libido firmaretur. Porro de Valerio gravis est diffusio, quodnam illi cognomentum esset? Auctor virorum illustrium, seu Plinius, aut quilibet alter, cap. 15. *Lucius Valerius Valerius filius, primum de Fejentibus, iterum de Sabinis, tertio de utrisque gentibus triumphavit.* Atque ut eundem esse constet, sequitur paucis lineis interjectis, legem de provocatione ad populum à magistratibus trahit. Et concors L. Florus Epitomes Liviana lib. 2. *L. Valerius Consul legem de provocatione ad populum trahit.* Accedit his fide dignissimus C. Plinius lib. 36. cap. 15. *Sicut in L. Valerio Publilio, qui primus Consul fuit cum L. Bruto.* Eutrop. lib. 1. c. 11. *Lucius ille Valerius Bruti collega.* Sed contra alii non *Lucii* sed *Publii* cognomen inditum contendunt, Stephanus Pighius Campensis Annalium lib. 2. pag. 69. Jacobus Dalechampius in locum Plinii laudatum, Carolus Sigonius ad Florum Epitomaften, Anr. Delius ad L. Seneca Heruleum Octavam partem, syntagm. p. 161. quorum opinio innititur antiquorum fidei. Cathodorus in Chronico consulari, & Cuspinianus ibidem pag. 97. Halicarnass. lib. 5. pag. 87. *οὐδὲ χρῆστα ἀξίως Πύκλιον ἐλάειον. Collegem assumpsit Publilian Valerium.* Ratio erroris videatur desumpta à Plutarcho in Publicola, qui fratrem Valerii Consulis *Publium* appellat, unde dimanavit, ut unius nomen pro alterius usurparetur. De eo Sil. Italic. lib. 2. Punicor. in principio:

*Huius comes equato sociavit manere curas,  
Publilia, ingentis Volesi Spartana propeo:  
Is cultum referens ingenti nomine plebem  
Antonius atrox ducibat Consule fasces.*

Sed leges has Regias, seu jus Papirianum, ut à Justo Lipsio nuper collectum est, preposuissim, nisi alii preoccupassent. Omnium quidem primus Bartholomæus Marlianus, post eum Lud. Charondas, deinde Pandulfus Prætorius, mæx Fr. Baldwinus, & J. Lipsius, aliique eruditi. Leges autem tribunitiæ seu sacratæ (quas Cloacius Verus *escas*, appellat, ex Festo lib. 15.) hæc fere à viris doctis colliguntur.

### LEGES VALERIANÆ.

1. Utique magistratus imperiumque P. R. daret, bonaque cum capite ejus consecrarentur, qui regni occupandi consilia inisset.
2. Utique adversus magistratum quemvis ad populum à civē provocari posset.
3. Utique consularis majestatis læta multa in dies singulis, quinque boum; duarumque ovium pretium non excederet.
4. Utique quaestores duo quotannis ex patriciis à populo crearentur, qui pecuniam publicam acciperent, in arotium Saturni cogenter, in tabulas rationum referrent.
5. Regio imperio duo sunt, iique præeundo, judicando, & consulendo, pratores, judices, Consules, appellando; militia summum jus habento, nemini parento, ollis salus populi suprema lex esto.

### LEGES TRIBUNITIÆ SACRATÆ.

1. Plebs quos pro se contra vim auxilii ergo creasset, tribuni ejus sunt, quod ii prohibessint, quodque plebem rogassint, ratum esto, cum populo patribusque agendi jus habento, iidemque ad plebem quod censuerint, ferunt, sanctique sunt, neque plebem orbam tibunis relinquunt.
2. Tribunum invitum nemo ut unum à vulgo quicquam facere cogito, nec verberato, nec alium verberare iubeto, nec occidito, nec occidere iubeto: si quis contra faxit, sacer esto, bonaque ejus Cereri dicata sunt, qui cum occiderit, cædis purus esto.
3. Appellati subvenire ne dubitanto, vim prohibento, privilegia ne irroganto, de capite in reque civium non sine comitiis decernunto, intercedere collegam ne prohibento.

### LEGES ICILIANÆ.

1. Concionanti apud populum tribuno nemo contradicito, nec dicentem inreppellato, si quis contra faxit, vados dato, tribunus solutorum se multam quam impulerint, qui vades non dederit, morte mulctatur, & bona ejus sacra sunt, si quid contrevetis mulctatum hujusmodi causa incidit, judicia penes populum sunt.
2. Privati homines bono jure parva possidento.
3. Per vim aut fraudem adificia ex publico occupata restitunto.
4. Ex arbitrorum sententia pretium adificationis reddunto.
5. Quæ publica sunt, ea sine pretio plebi dividunto.

### LEGES PUBLILIANÆ.

1. Tribuni & plebis ædiles tributis non curiatis comitiis creantor.
2. Quicquid tribunus plebem rogaverit, iisdem comitiis sciscitatur.

### LEX TERENTIA.

Xviti de imperio Consulari scribendis legibus creantor, quod populus jus in se dederit, eo Consules utantur, non libidinem ac licentiam suam pro legibus habento.

De legibus Xviralibus pauca supra adnotuimus, petitas illas è Solonis legibus, & Lycurgi. Laziardus histor. universalis Epitomes cap. 43. quas, quia nimis rigidas *Lacedæmonii emendaverunt.* Q. Terullian. Apolog. cap. 4. & Zephyrus paraphraestes apud Beaurum Rhenanum. Addendus Zonaras Tom. 2. Annal. pag. 27. *καὶ τρεῖς ἀδελφοὶ εἰς τὴν Ἑλλάδα διὰ τὸς νόμους, καὶ τὰ πρὸς ἐκείνοις ἐν περὶ ματασι.* *Ac tres viros in Græciam ad illorum leges & instituta ablegarunt.* Georg. Cedrenus in Compendio Historiar. pag. 120. *καὶ νόμοι ἐν Ρώμῃ δὲ Ἑλλὰδ<sup>ος</sup> διὰ δάδ<sup>ου</sup>κα βελτίους ἐπέμπεσαν.* *Leges duodecim tabularum ex Græcia Romanam allatae sunt.* Fieculphus Lexoviensis Chronic. Tom. 1. lib. 4. cap. 10. *Quo in tempore Romani per legatos leges Solonis expeierunt ab Atheniensibus, quas in duodecim tabulis scripserunt, ejdemque Consules potestatem decemviris tradiderunt.* Dio Ceccejan. lib. 44. *istor. Rom.* pag. 252. Sed leges illas non admodum antiquas fuisse liquet ex Homero, qui nomen *legis* nul ibi usurpavit. Fl. Joseph. lib. 2. contra Apionem pag. 1070. Paul. Orf. lib. 2. cap. 13. *Ipsa autem trecentesimo anno, hoc est Olympiade nonagesima quinta, potestas Consulatum decemviris tradita, constitucndum legum Atticarum græcæ magnam perniciem reipublicæ invenit.* Error in numero est indubie, & vidit Fr. Fabricius Marcoduranus: nam in quibusdam MSS. habetur numerus designatus, in aliis *octuagesima olympiade*, Halicarnassæus *olympiadem octuagesimam secundam* ponit, Diodor. Siculus lib. 12. *Biblioth. octuagesimam quartam.* ut inter Græcos dissidium est, ita & inter Latios de anno Urbis conditæ, & seio animadvertisse dissidium potius quam composuisse Philippum Brodæum Aricensem IC. A. Gell. lib. 20. cap. 1. *Trecentesimo, utque anno post Romam conditam tabule (duodecim) compositæ scriptæque sunt.* Flor. Eutrop. lib. 1. *hult. Rom. c. 14. Anno trecentesimo & altero decemviri facti.* Consentit eum eo T. Liv. 1. Decad. lib. 3. *Alti paulo serius, Jul. Solin. Polyhistor. c. 2. anno trecentesimo quarto.* Sed levicula hanc controversiam facillimum est componere, si dicamus anno ab Urbe condita trecentesimo primo creatos decemviros, & sequenti anno leges ab iis scriptas, imperiumque iisdem scelere Appii Claudii abrogatum. Caterum illud vel indubitati est juris, paucissima hodie earum legum exare verba, tabulae enim, in quibus descriptæ fuerant, temporibus, nisi fallor, Alexandri Severi, una cum foro Romano conflagarunt, & quæ apud rhetores, grammaticosque supersunt, & maxime in libris de legibus Ciceronis, non esse verba legum antiquarum, sed tantum sensum, acute Anton. Guibertus Costanus quaest. jur. Memorabil. lib. 1. cap. 21. num. 13. docuit. Laudavere inter antiquos scriptores hæc leges plerique, sed

diver-

diversis nominibus, variisque elogiis; *duodecim tabula* M. Tullio appellantur lib. 1. de legib. ad finem. *leges in duodecim tabulis* eidem lib. 3. de legibus ad finem. & simpliciter *duodecim*, lib. 2. de legib. *discebamus pueri duodecim*. *lex etiam duodecim tabularum* Fest. l. 18. in voce *vagulationis*. *glossarium vetus duodecim* *tabularum*, Fest. l. 16. in verbo *recinim*. *lex Romana*. Idem Fests l. 5. in voce *erctam*. & ab inventoribus *Xviralis lex*. A. Gellii l. 20. c. 1. auctore *lex vetusta*. Cajus l. C. l. 1. ff. de orig. jur. *lex duodecim tabularum*, & *lex antiqua*. Ulpian. l. C. l. 2. ff. de noxalib. aditionibus *ius antiquum*. Scavola l. 29. ff. de lib. & posthum. Justinianus Aug. l. un. C. de nudo Quirit. jur. tollend. *inutiles legis antiquae dispositiones*. Sed & in super *lex antiquissima* audit, Novella 22. cap. 2. *ius exploratum* idem Justinianus l. penult. C. de legit. hered. quoniam pro excellentiam *lex nuda* appellatione, quasi omnes insequentis quorumcumque temporum aut auctorum *leges ex duodecim tabulis mutuatae* essent, veluti a radice rami, e fonte rivuli. M. Cato in oratione, qua legem Orchiam dissuadet, apud Festum lib. 14. in voce *permutatum*, *lege sanctum fuisse*, scilicet decemvirum. Tull. lib. 8. epistol. ad familiares epist. 8. Ulpian. l. 130. ff. de verb. signific. Et l. 7. ff. de pact. ius civile, l. 7. ff. de bon. damnat. Ulpian. Reg. jur. tit. 22. §. 19. *finis juris aequi*. C. Tacit. l. 3. *Annal. fons omnis publici privati que juris*. T. Liv. 1. Decad. lib. 3. Et poet. laudavere. Sidon. Apollin. catm. 23. v. 446.

Quo bis sex tabulas docente juris,  
Utro Claudius Appius lateret,  
Claro obscurior in decemviratu.

Aurel. Prudent. lib. 2. in Synmachium :

Dicat cur conditus sit lex  
Bis sex in tabulis? aut cur rubrica minetur  
Evinctura reos?

D. Aulon. in Ternario:

Jus triplex, tabula quod ter sanxere quaterve.

Eas porro leges collegere in unum corpus, aut commentationibus illustrare plurimi in criticis & iuriconsultis eruditi viri, Julius Pactus summus philosophus, legum peritissimus, & mihi inter precipuos amicos semper habitus. Anonius Augustinus, Joannes Oldendorpius, Joannes Crispinus, Anton. Contius, Fr. Hottomannus, Dionysius Gothofredus, Stephanus Pighius in Annalibus suis, Fr. Balduinus, Hadrianus Turnebus, Ludovicus Charondæ, Justus Lipsius; Theodorus Marcilius, quorum trium posteriorum leges apponam, ac primum, verba, quæ Justus Lipsius ultimo digessit, hæc sunt.

1. Jussus populi & suffragia sunt, quodcumque postremum populus jussit, id jus ratumque esto.
2. Privilegia ne irrogant.
3. De capite civis nisi per maximum comitiatum ne ferunt.
4. Forti sanatique idem jus esto.
5. Qui hostem conditaverit, quive civem hosti tradiderit, quive cæcus nocturnus agitaverit, capital esto.
6. Sodalitates & collegia sunt: ast ne in publicas leges commodare peccant.
7. Qui fruges excantassit, Cereri sacer esto.
8. Qui frugem aratro quaesitam parvit secutivæ, pubes Cereri sacerator: impubes prætoris arbitratoerberator, noxamve duplionem præstato.
9. Si in alieno pecus paverit, alio esto.
10. Qui injurie arbores alienas caiderit, in singulas xxv. aris lauto.
11. Arboris impendentis ramos xxv. pedes à terra circumcidere jus esto.
12. Paterfamilias uti legassit super pecunia tutelave sua rei, ita jus esto.
13. Si intestatus moritur cui suus hæres nec escit, agnatus proximus familiam habeto: si agnatus nec escit, gentiles familiam heredesunt.
14. Si frivolis esse incipit, agnatorum gentiliumque in eo pecuniæque ejus potestas esto.
15. Hominem mortuum in Urbe ne sepelito neve urito.
16. Hoc plus ne fasito: rogam astita ne possito.

17. Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento.
18. Homini mortuo ne ossa legito, quo post sanus facias, nisi belli peregreve mortuo.
19. Qui coronam parit, ipse pecuniave ejus, virtutis causa ardentor.
20. Neve aurum addito.
21. Quoi avro dentes vinciti esunt, ast im cum allo sepelire & urere se fraude esto.
22. Servilis unctura tollitor, omnisque circumpotatio.
23. Rogum bustumve novam, propius Ls. pedes, alienas ades ne adjitio.
24. Forum bustumve ne usucapito.
25. Si in jus vocet, atque eat.
26. Si morbus vitave vitium escit, qui in jus vocassit, iusmentum dato: si volet, arceram ne sternito.
27. Si quid horum fuit vitium judicii, arbitrove, reove, dies diffisus esto.
28. Si vis vocationi suat, testamini: igitur em capito.
29. Si calcitur pedemve struit, manum endo jactio.
30. Si quei in jure manum conferunt, utrique supersitibus presentibus vindictis sumnto.
31. Si vindictam falsam tulit, rei suo litis arbitros tres dato: corum arbitris fructus duplione damnum deciditor.
32. Rem ubei pagunt, oranto: nei pagant; ante meridiem in foro aut in comitio causam conjeicnto, post meridiem presentia ambobus litem additio: sol occasus suprema tempestas esto.
33. Eris confesti, rebusque jure judicatis triginta dies jussu sunt: postidea manus endo jectio esto: in jus ducto, nei judicatum facit, aut quips endo jure em vindicit, secum ducto, vincito aut nervo aut compedibus quindecim pondo, ne minore, aut si volet, majore. Si volet, suo vitito, ni suo vivit, qui em vincitum habebit libras farris endo dies dato: si volet, plus dato.
34. Tertius undanis partes secanto: si plus minusve secuerint, se fraude esto.
35. Assiduo vindex assiduus esto: proletario quavis volet vindex esto.
36. Qui se srit testarier libripensve fuerit: ni testimonium fariatur, improbus intestabilisque esto.
37. Cui testimonium desuerit, is tertius diebus ob portum obvagulatam ito.
38. Qui falsum testimonium dixerit, saxo Tarpejo dejititor.
39. Si iudex arbitrove ob rem judicandam pecuniam accepert, capital esto.
40. Qui malum carmen incantassit, Cereri sacer esto.
41. Qui igniviam alteri faxit, xxv. aris pane sunt.
42. Si quis carmen occentassit, alitassit, condidissit, quod alteri flagitium faxit, capital esto.
43. Si membrum rupsit, ni cum eo pacit, talio esto.
44. Si nox furtum faxit, & im aliquips occisit, jure caisus esto.
45. Interdum si se telo descenderit, jure caisus esto.
46. Si adorat furto quod nec manifestum erit, duplione luito.
47. Furti per laucem liciumque concepta quasi manifesta vindicantor.
48. De furto pacisci liceto.
49. Tignum junctom adibus, vineaque concapes ne solvito.
50. Furtiva rei aterna auctoritas esto.
51. Usus, auctoritas fundi, biennium esto.
52. Adversus hostem aterna auctoritas esto.
53. Qui nexum facit mancipiumque uti lingua nuncupassit, ita jus esto.
54. Vindicta secundum libertatem dantor.
55. Ne quis unctario sanvre plus exerceto.
56. Patricii cum plebejis connubia ne jungunto.
57. Via in porcellum VIIII. P. in austracum XVI. P. lita esto.

38. In finibus intra v. pedes usucapio ne esto.  
Ludovici Charondæ iuriconsulti acutissimi digestio tabularum Xviralium hæc est.

Leges XII. Tabularum quæ à Lud. Charonda  
IC. colligi atque restitui potuerunt.

1. Jussum populi & suffragia sunt: Quod postremum populus iussit, id jus ratumque esto.

Ex Livio lib. 7. & 9.

2. Privilegia ne irrogantur.

\* sunt qui addant, nisi maximo comitiatu.

3. De capite civis Romani nisi maximo comitiatu ne feruntur.

Ex Cic. in orat. pro P. Sestio, & lib. 3. de legib.

4. Parici \* quætores qui de capite civis Romani quærant à populo creantur.

\* in meo exemplari Festi, Paricidi.

Ex Pompo IC. cap. 2. D. de orig. jur. & Festo.

5. Civem indicinatum indicta causa ne interficito, neve de civitate tollito: Ast ei ad populum diem dicitur.

Ex Salviano Massiliensi Episcopo lib. 8. de iudicio & providentia Dei hanc legem edidit vir eruditissimus atque de jurisprudentia optime meritus Jac. Cujacius: sed eam ex Livii historia explevi, quæ eundem ex sacratis legibus una fuit.

Qui perduellem concitaverit, quive civem perduelli tradiderit, capite mulctator.

Ex Martiano IC. c. 3. D. ad leg. Jul. majestat.

7. Cum nexum faciunt mancipiumque, si quid placuit dupliciute, sanantibus, idem quod fortibus jus esto.

Quantum alii in hac restituenda lege, quæ apud Festum corrupte legitur, elaboraverint, ex eorum scriptis constat: sunt tamen qui melius eam restituendam existimant, si tantum verba postrema contineat, sanantibus idem quod fortibus jus esto. In meo exemplari legitur fortibus: alii legunt nexu solutoque, forti sanantique idem jus esto.

8. Ne quis in Urbe cœtus nocturnos agitet: qui secus faxit, capite mulctator.

Ex declamatione Porcii Latronis.

Patronus si clienti fraudem faxit, \* facit esto.

\* al. facit.

Hanc legem (ne quis sui laboris præmio fraudetur) restituit ex Servio ad Virgilium commentariis Continus noster, vir diligens & eruditus. Sed tanta religione jus inter patronum & clientem voluerunt veteres, ut etiam patronus adversus clientem testimonium non diceret. Gellius ex M. Catonis oratione in Lentinum, lib. 5. cap. 13.

10. Cum nexum faciet mancipiumque, uti lingua nuncupasset ita jus esto.

Ex Cicero lib. 3. Off. & Festo.

11. Si quis quod lingua nuncupasset inficiatus sit, duplionem luito.

12. Cum nexum faciet mancipiumque presentibus quinque civibus Romanis & libripende qui rem mancipio ceperit, rodusculo librari ferito, atque ei cum quo nexum mancipiumque faxit as dato.

Hanc legem, cujus meminit Justinianus in §. vendita, titu. de verum divis. Instit. ex Boetio & Varrone lib. 4. & 5. de ling. Latin. ut potui restitui.

13. Si qui in \* jure manum conferunt, utrique superstitibus presentibus vindictas sumunt.

\* al. ex.

Ex Festo & Gellio lib. 20. cap. 9.

14. Si vindictiam falsam tulit, rei five litis, arbitros tres \* dato eorum arbitris \* fructus duplione damnum decidito.

\* Al. tot.

\* Arbitrii legit Cujacius.

Alii aliter hanc legem restituere ex Festo conati sunt, equidem vestigia veteris scripturæ mei libri, cum quo consentit in quibusdam Augustini liber, secutus sum, & eruditissimi viri Cujacii conjecturam probavi.

15. Qui parentem occisit, is obvolutus & obligatus culco in profuentem dejicitor.

Ex Anst. Rhetori. ad Heren. lib. 1.

16. Cui testimonium \* defuerit, is tertiis diebus obportum obvagulationem ito.

In meo Cod. defugerit.

Hanc legem primus ex Festo edidi in eo commentario quem multis ante annis ad has 12. tab. leges scripsi. Legunt quidam & restitunt apud Festum, obvagulationem: Eius legis sententia est, Cui testes defuerint aut defugerint cum eos citasset præco, is potest per triduum ad eorum domum ire (nam ob, pro ad, & portum, pro domo in ea lege accipi, Festus scribit) conquesurus, illisque magna voce & clamore testimonium denuntiaturus. Ex hac quidem interpretatio à Cujacii opinione non multum abest.

17. Fundi usus auctoritas biennium esto, cæterarum tennium annus.

Ex Cicero, pro Cecina, & in Topi. lib. 1. offi.

18. Adversus hostem æterna auctoritas esto.

Ex Just. Instit. tit. de usucap.

19. Rei futurivæ æterna auctoritas esto.

Ex Cajo IC. cap. ult. D. de colleg.

20. Qui ejuldem collegii sodales sunt, quibus religionis, aut alterius cujusque rei causa cœte fas est, si quid inter se paciscuntur, id jus ratumque esto: Sed legibus publicis fraudem ne faciunt.

21. Quæ si erit testata libripensve fuerit aut in testimonium feriantur, improbus interstabilisque esto.

Hanc legem primus ex Gellio restitui, in qua describenda postea elaboravit docti quidam viri: Sed parum feliciter. Nam satis constat ex lib. 6. cap. 7. ipsius Gellii eam intelligendam esse de sanantibus quibus XII. tabulis prohibitum erat testimonium dicere & testari. Et lib. 15. cap. 13. scribitur verbum testor esse commune, ut dignor, voveor & confiteor, additurque exemplum ex XII. tabul. Eris confessi rebusque judicatis. Item ex iisdem tabulis id quoque est. Quis si erit testator eis, ut legendum sit testata, id est, si testamentum fecerit, aut testator: Nam testator, ut auctor, est communis generis, quemadmodum Festus scribit aliique grammatici de hujusmodi verbalibus. Quod ait, lex in testimonium feriantur, ex antiqua testimonii denuntiandi forma (de qua scripsi lib. 3. antiquitatum) interpretandum est, hæc autem verba, improbus interstabilisque esto, solemnia erant, & ad utrumque sexum referebantur, ut in eo libro ostendi.

22. Paterfamilias uti legasset super pecunia tutelave suæ rei, ita jus esto.

23. Paterfamilias si intestato moritur, liberi sui hæredes sunt.

Ex jure Consul. & Imp. & Rom.

24. Paterfamilias si intestato moritur, cui suus hæres pupillus fecit, \* in eo pecuniaque ejus agnatorum potestas esto.

\* 1. erit, ut veteres loquebantur, al. extabit.

25. Cui suus hæres nec fecit, agnatus proximus familiam pecuniamque habeto.

Ex Cato. lib. 3. instit. sub titu. 17. collationis legum Moy. hic cujus verba sequuntur sum.

26. Si nullus agnatus fecit, gentiles hæreditatem habento.

27. Si plurius familia jure delata sit, & ii a communione discedere velint, familiam heriscunt.

28. Qui pecuniam promissit, & pluribus hæredibus relicta decessit, hæredes pro portionibus hæreditariis pecuniam solvunt.

Ex Cicerone lib. 3. 9. Tuscul. aucto. Rheto. ad Heren. lib. 1.

29. Si furiosus existet, agnatorum gentiliumque in eo pecunia ejus potestas esto.

Ex Ulpiano IC. c. 1. D. de cura furios.

30. Si prodigus existet, cui bonis interdictum fiet, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque ejus potestas esto.

Ex Cicero lib. 3. off. lib. 1. de Orat. pro Rosc. Comado. & Tripho. IC. c. 54. D. de ad. & peric. tut.

31. Tutor qui pupillum fraudavit, duplionem luito, infamisque esto.

Ex Halicarnass. lib. 2.

32. Patri in filium vitæ necisque, eumque vendendi jus atque potestas esto.



33. Si pater filium ter venunduit, filius à patre liber esto.  
 34. In decem mensibus perfectum partum gigni jus ratumque esto.

Ex Gellio lib. 3. cap. 16.

35. Insignis ad deformitatem puer brevi tempore creatus multoque tetrior foedior diuus esto.

\* al. natus.

Hanc legem quam ex Cicerone lib. 3. de legibus jam diu edidi, nunc integriorem manuscripti nostri codicis auctoritate restituisse mihi videor: ubi aperte legitur dirus, id est, de ira natus, ut Festus interpretatur: & tetrior foedior conjunctim lego, si quis malis retinere natus esto: alias correxeram pro multoque tetrior, multiloque corpore, sed liberum cuique sit iudicium.

36. Stami liberum venundari jus esto: ar si pecuniam quam jussum erat hæredi dare, emptori dederit, liber esto.

Ex Modestiano IC. c. 15. D. de statu l. & Ulpian. in fragm. inst. sit. 2.

37. Si libertus intestato moritur, cui suus hæres nec extrahit, patronus familiam habeto: eademque jura liberi patroni habento.

Ex Ulp. in frag. tit. 29.

38. Patriciis cum plebeis connubii jus nullum esto.

Ex Halicarn. lib. 11.

39. Si mulier apud virum causa matrimonii per annum fuerit, usufructa esto. At si per trinoctium à viro abfuerit, usurpata esto.

Ex Gellio lib. 3. cap. 2. & Macrob. lib. 1. Sat. t. 3. qui hanc legem sic restituendam esse ostendunt.

40. Si vir ab uxore divorit, uxori res suas sibi habere jubeto eique clavéis admitto.

Ex Cicer. in 2. Philipp.

41. Rem suam non litigiosam in sacrum dedicato: Qui fecus faxit, \* duplionem luito.

\* al. facit.

Ex Cajo IC. cap.

42. Si in jus vocet atque eat, in jus ito.

Ex Cicerone lib. 3. de legibus. Cic. lib. 1. off.

43. Staus dies cum hoste esto.

Ex Gellio lib. 20. cap. 1. ubi in vulg. C. corrupte legitur.

Id est, si quis cum peregrino agere velit, certum ei iudicii diem denuntiet.

44. Si in jus vocat, si morbus avitavise vitium escit, qui in jus vocabit, iumentum dato, si nolet, arceram ne sterno.

Ex Ulpiano cap. 2. D. Si quis carat. Gellio & Festo.

45. Si iudex arbitereulve morbo tonico impediatur, dies dimissus esto.

46. Assiduo vindex assiduus esto: proletrio civi quivis volet, vindex esto.

Ex Cic. in Topicis.

47. Vindicias lecnndum libertatem dico.

Ex Halicarnass. lib. 11. & Pomponio IC. cap. 2. de orig. jur.

48. Si calvitur pedemve struit, manum endo jacito, igitur endo capito antestari.

Ex Feff.

49. Si in jus vocas, ni it, manum endo jacito, igitur endo capito antestari.

Ex Porphyriane Horatii interprete.

50. Rem ubi pagunt oratione pagunto, ante meridiem in foro aut in comitio causam conjiciunto, cum perorant ambo presentes, post meridiem litem addicito, sol occasus suprema tempeitas esto.

Ex Gellio lib. 17. c. 2. Aug. Rhetor. ad Heren.

Hanc legem sic restituendam arbitror, ut repetendum, si ambo presentes vel presente ambobus: si enim alterutrum legatur, delenda sunt hæc verba, cum perorant ambo presentes, ejusdem enim sunt sententia: aut forte rectius legitur veterum more presente ambobus, ut alia tanquam glossemata deleantur.

51. Quod lectorum iudicium major pars iudicavit, id jus ratumque esto.

Hoc caput describere tentavi ex 141. Epistolarum Ciceronis, quæ familiares appellantur lib. 8. Ea vero scripta est sub nomine Calii

ad Ciceronem, ubi male legitur in libris impressis: Legisque unum & centesimum caput legit, in quo ita erat, Quod eorum iudicium, &c. Nam in manuscriptis (duos enim consului) sic scriptum est. Legisque xlii. unum caput legit, in quo ita erat, Quod lectorum iudicium, &c. In uno quidem hæc verba, & centesimum, delendi nota circumscripta esse animadverti, duabus scilicet lineis, quæ verba illa hoc modo includebant [ ], quem fuisse veteribus delendi morem mihi ante nos adnotarunt.

52. Iudex qui ob rem dicendam pecuniam acceperit, capite mulctator.

Ex Gell. lib. 20.

53. Qui fallum testimonium dixerit, è saxo Tarpejo dejector.

54. Aëris confessi \* rebusque jure iudicatis xxx. dies iusti sunt, post dein manum endo jacito, in jus ducito. Ni iudicium faxit, aut quips endo \* jure vindicit, secum ducito: vincito aut nervo aut compedibus quindecim pondo ne minore, aut si voler, majore vincito. Si voler, suo vivito: ni suo vivit, qui eum vincitum habebit, libras farris endo dies dato: si voler, plus dato. Ni cum eo pacit. 60. dies in vinculis habeto: Trinis mundinis continuis in comitium productio, quanti aris iudicatus sit, prædicato. Tertius mundinis capite penas dato, aut trans Tiberim peregre venundito. \* Si plures sunt qui eum vincitum habebant, tertius mundinis parteis secanto: si plus iniusive secuerint, se si aude esto.

\* al. additur reis, sed in meo exemplari Gell. non extat, ideoque delendum videtur.

Ex Gellio hunc locum manuscr. cod. ope restit. quem alii aliter legunt.

\* al. addi. eo in, sed in meo exemp. absq.

\* al. ito.

55. Si quis carmen occentassit quod alteri flagitium faxit, fuisse exditor.

Ex Cicer. lib. 4. quæst. Tusc. & 4. de Rep.

Penam hujus legis in qua alii etiam laborant, ab Horatio lib. 2. Epist. ad Augustum, Porphyriane & Acroni ejus interpretibus accepi. Sed eam opinionem alii non probant, qui existimant penam capitalem fuisse, quia vero res est incerta, quam cuique relinquo iudicium.

Ex Macrobiolib. 1. Saturnal. & Gellio lib. 11. cap. 18.

56. Si nox furtum faxit & im aliquis occisit, jure casus esto.

Ex Cicer. pro Milone.

Sic restituendam esse hanc legem, nec adjiciendum, si aliter periculum evitare non potuerit, ostendit Ulpianus lib. 8. ad Edictum in libro collationis legum Moysis hæc tit. 7.

57. Si luci in furto prehensus telo se defenderit, & im aliquis occisit, jure casus esto. Si telo se non defenderit, liber virgis casus ei cui furtum factum est addicitor: servus verberibus casu è saxo præcipitator: puer impubes prætoris arbitrata verberator noxamque farcito.

58. Furta per lancem liciumque concepta sicut manifesta mulctantur.

Ex Ulpiano IC. cap. 2. D. de noxal. act.

59. Si adorat furtum quod nec manifestum escit, duplionem luito.

Ex Ulpiano cap. 7. D. de pass. sed hoc caput alterius legis particulam esse existimo, nude Ulpianus desumpsit.

In meo libro Pompeji Festi legitur, Si adorat furtum, & rest. Nam adorat verbum (ut ipse Festus testatur) significat agit, id est, facit: Sic enim intelligendum ostendit quod scribit Festus in dictione Adorare. Neque vero ulla lex XII. tabul. de actionum formulis statuit, sed qui ipsas XII. tabulas prudentes interpretati sunt, legis actiones composuerunt: quemadmodum in commentariis ostendi. itaque nec in hac lege, nec in aliis, ubi ceteri actionis meminissent, de actione quicquam proponendum existimavi.

60. Si servus sciente domino furtum faxit noxiamve noxavit, dominus ipsam noxam dedito.

Ex Plinio lib. 18. cap. 3.

61. De fulto pacifici jus esto.

Ex Cicer. lib. 3. de Nat. Deor. & Ulp. c. 53. D. de verb. sig.

62. Si nox frugem aratro quæsitam furtim paverit secueritve, pubes suspensus Cereri necator: impubes pratoris arbitratu verberator, noxiamque duplione luito.

*Ex Cajo cap. 9. D. de incend. ruin. naufrag.*

63. Is cuius ope confilio furtum factum escit, duplione luito.

*Ex Gellio.*

64. Qui ædes acervumque frumenti iuxta ædes positum sciens prudens combusserit, virgis castus igni cremator: si casu id faxit, noxiam sarcito: si solvendo non escit, pratoris arbitratu verberator.

*Ex Plinio lib. 17. cap. 1.*

65. Si in membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto.

*Ex Plinio lib. 18. c. 2. & lib. 30. c. 1. & Apule. in 1. apol.*

66. Si injuriam alteri faxit, \* xxv. aris pœna esto: si os fregit, majore pœna noxiam luito.

*al. facit.*

67. Qui injuria ceciderit alienas arbores, in singulas aris xxv. pœnam luito.

*Ex Servio in Virgil. qui tamen hoc caput refert tanquam alterius legis particulam.*

68. Qui finges excantasset, aut malum carmen incantasset, Cereri lacer esto.

*Ex Festo.*

69. Alienam segetem ne pellicito.

*Ex Plinio lib. 16. cap. 13.*

70. Si rupitias, sarcito.

*Fortè melius si rupsit, sarcito, i. damnum dederit. Ex IC.*

71. Glandem in alienum fundum decidentem colligere jus esto.

*Ex Ulpiano. cap. 14. D. de præscri. verb.*

72. Si quadrupes pauperiem faxit, noxæ dedito.

*Ex Festo, & IC.*

73. Si immisissum pecus glandem ex arbore aliena proidentem in fundo alieno depascatur, noxæ dedito.

*Ex Plinio lib. 18. c. 31.*

74. Tignum junctum arboribus vineisve [\* aut capulo] ne solvito, sed duplione præstato.

*\* in meo C. legitur, vineis ne vindicato ne solvito, &c.*

75. Uvam calidam ne legito: hanc ne legito rorulentam. Vindemiare incipito cum ad palmitem pampinus procumbere cœperit, aut cum exempto acino ex densitate intervallum \* non compleri apparuerit, acinum non augeti.

*\* in meo c. deest negatio.*

*Ex IC. tit. de arbor. caden. & Paulo in lib. Sentent.*

76. Si arbor in vicini agrum impenderit, eam subluato: Ast si non faxit, vicino ramos quindecim pedes altius à terra circumducere jus esto.

*Ex Cicer. lib. 4. de Republ. (cujus meminit Nonius Marcell.) & lib. 1. de legib.*

77. De confinio agrorum vicini ne jurganto, sed tres arbitri finis regunto.

*Ex Volus. Metianoci in lib. de asse. observavit, ut alias quasdam, clarissimus Sen. & IC. B. Briffonius, quem propter singulariorem doctrinam & admirandam prudentiam colo, atque veneror.*

78. Inter confines agros quinque pedum æterna auctoritas esto.

79. Inter vicinorum ædificia ambitus parietum sestertius pes esto.

80. Vix latitudo in porrectum pedum octo, in anfractum xvi. esto.

81. Si via immunita sit, qui volet jumentum agito.

82. Si per publicum locum rivus aquæductus privato noceat domino, de noxa caveto.

*Ex Cajo IC. cap. 8. de servit. rust. & Varrone lib. 6. de lingua Latin.*

83. Si aqua pluvia noceat, avortere jus esto.

*Ex Cicer. pro Cecin.*

84. Qui sepem in confinio ponet, terminam ne excedito: qui murum, pedem relinquit: qui domum, pedes duos: qui sepulchrum foveamve effodiet, quantum id altum escit:

qui puteum, sex pedes: qui olivam ficemve ponet, pedes novem: qui alias arbores, quinque pedes.

*Ex Paulo IC. cap. 5. D. ne quid in loc. pub.*

85. Unciatio fenore amplius ne exercetio. Qui majus forum exercetio, quadraplum luito.

*Ex Ulpiano. c. 21. D. de statu.*

86. Hominem mortuum in Urbe ne sepelito neve urito.

*Ex Cajo c. ult. D. fin. regund.*

87. Hoc plus ne facito. Rogum ascia ne polito.

*Ex Corn. Tacito lib. 5. Annal. & Catone lib. de re rust.*

88. Tria ricinia, rica purpurea, decem tibicines nec amplius sunt.

*Ex Cicer. lib. 2. de legib.*

89. Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habentio.

*Ex Festo & aliis.*

90. Homini mortuo ne ossa legito, quo post funus fiat, præterquam si peregre aut militiæ mortuus sit.

91. Vino rogum ne respergito, murhatam potionem mortuo ne induto.

92. Servilis unctura tollitor.

93. Ne in funere circumpotato.

94. Ne longæ coronæ sepulchris imponuntor.

*Ex Plinio lib. 21. c. 3. & Cicer.*

95. Ne acertæ præferuntor.

96. Qui coronam parit, ipse pecuniaque ejus virtutis ergo \* & ei qui peperit & ejus parenti, dum funus fiet, sine fraude duitor.

*\* al. arguitor, sed in manuscrip. cod. Plinii legitur hoc loc. duitor, quod ad finem legis transposuit.*

97. Ne aurum addito.

98. Quoi auro dentes vincti stent, ast im cum illo sepelire urere sine fraude esto.

99. Ne uni plura funera facito, neve plureis leæos sternito.

100. Rogum bustumve novum propius sexaginta pedes ne adjicito ædis alienas invito domino.

101. Forum bustumve ufucapi nefas esto.

102. Quandoque sarpta vinea donec deupta escit.

*Ex fragmentis Festi hanc legem mei libri ope ut licuit restitui: Escit autem est antiquum verbum.*

103. Pecuniam quis nancior habeto, & si quid pignoris nancior, sibi habeto.

*In meo libro hæc verba tum in XII. tabul. tum in fœdere Latino repetuntur: quod si quis XII. tabul. esse neget, non contendo.*

*Ex Festo, ubi idem in fœdere Latino scriptum fuisse ait, Ex Cic. lib. 3. Offic.*

104. Si fidem jurejurando firmarit, ne fallito.

*Ex Macrobio lib. 1. Satyr. cap. 13.*

105. Alternis annis mensam intercalato.

*Plura observari posse alia XII. tabularum fragmenta non ignoro, sed quia integra legum verba restituere non potui, equidem ipsas ex imperfectis reliquiis aut verbis conjecturis describere nolui, ne decemvirali quadam potestate abuterer. Est illud apud Festum. Ast ei custos nec escit, cuius que sit sententia, non constat, nec ipsum explere potui. Doctissimus Turnebus voluit emendare, carcer custos nec escit: sed legem non restituit: alii legunt Attæ cristodes nec escit. Observari etiam apud Ciceron. lib. 3. de Oratore cujusdam XII. tabul. legis hujusmodi principium, Si telum manu fugit, quia vero reliqua verba non extant, amplius deliberandum sentio. Verum existimo Halicarnassæ auctoritate motus, multas ex antiquis Regum legibus patriisque moribus in has XII. tabulas translatas fuisse leges; atque etiam legem illam, cujus Livius lib. 9. meminit, ad has referendam arbitror, qua constitutum erat, quod injussu populi nihil sanciri poterat quod populum teneret. Duæ leges in eo libro extant, qui vulgo M. Aurelii nomine circumferuntur: & licet non sint notatæ indignæ, quia tamen ipsarum verba apud probatos auctores Latinos nondum observari, in illis tabulis proponere non statui. Verum de iis, ut de aliis quibusdam, in commentariis differere visum est.*

Theodori Marcilli politissimæ eruditionis opera has leges Xvirales descriptas habemus.

CAPUT PRIMUM.

**S** In jus vocat, nei it, antefator: igitur in capito si calvitur, pedemque struit, manum endo jactio. Fest. lib. 17. in voce *struere*. Porphyrio ad Horat. lib. 1. Satir. 9. Cajus IC. l. 233. ff. de verbor. significat.

2. Si status conditio dies intercedit, cum hoste ito. M. Tull. lib. 1. de offic. M. Plaut. Curcul. act. 1. c. 1. L. J. Vincasi apud Gellium lib. 16. c. 4.

3. Si morbus vitiaque vitium fecit, qui in jus vocasti jumentum dato: si nolet, arceram ne sternito. A. Gell. lib. 20. cap. 1.

4. . . . morbus sentiens. . . . si quid horum suat unum iudici, arbitroque, reove: dies diffensus esto. Fest. lib. 16. in voce *Reus*. Ulpian. IC. l. 2. ff. si quis caut.

5. Quoi se firit autistatier libripense fuerit, nei testimonium fariator, improbus instabilisq; esto. A. Gell. lib. 15. cap. 13. lib. 6. cap. 7.

6. Quoi testimonium defugerit, is tertius diebus ob portum obvolutum ito. Fest. lib. 16. in voce *portum*. Et lib. 19. in voce *volutum*.

7. Pæna falsi testis. A. Gell. lib. 20. cap. 1.

8. Rom estipacunt, ratum esto nei pacunt, ante meridiem in foro, aut in comitio causam consensito, quom perorant ambo presentes. Post meridiem, presentii stitem adicio. Si ambo presentis, sol occasus suprema tempestas esto. Auctor Rhetorices ad Herennium lib. 2. A. Gell. lib. 17. cap. 2. Fab. Quintilian. lib. 1. c. 6. Terent. Scarus in O. thograph. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 3. Censoriu. de die Natali c. 24.

9. Nexo solutoque, forci smatique idem jus esto. Fest. lib. 17. in voce *Sinates*.

10. Pæna iudicis, qui ob rem disceptandam pecuniam accepit. A. Gell. lib. 20. cap. 1.

11. Si qui in iure manum conseruit, utriq; supersitibus presentibus, vindicias sumunto. A. Gell. lib. 20. cap. 9. Fest. lib. 17. in voce *Supersites*.

12. Si vindiciam falsam tulit, -ci sive stitis prætor, arbitros tris dato, eorum arbitrio, reus fructi amplione decedito. 1. un. C. Theodof. de usur. rei iudic. Fest. lib. 19. in voce *vindicia*.

13. Vindicia secundum libertatem. Halicarnass. lib. 11. T. L. 1. Decad. lib. 3. in narratione de Virginia. Pompon. IC. l. 2. ff. de orig. iur.

14. . . . . Hanc ego rem ex iure Quiritium meam esse ajo. Eaque mihi empta esto, hoc ære æneaque libra. . . . . taudiculo libram ferola. Boënius lib. 3. Commentar. ad Top. Cicer. Isidor. lib. 8. c. 4.

15. Quom nexum faciet mancipiumque, uti lingua nuncupavit, ita jus esto. Fest. lib. 12. in voce *nuncupata*.

16. . . . transque dat. . . . Justinian. Aug. §. venditæ. Infit. de rer. divid. M. Varro lib. 2. Rei Rust. c. 2. Quintil. declamat. 376. Charondas apud Stobæum Serm. 145. Plauto lib. 2. leg. Theophrastus apud Cujacium lib. 11. observat. c. 19.

17. Actio ex causa depositi, in duplum. Jul. Paulus IC. lib. 2. Sentent. tit. 12. leg. Mosaicæ pariatore tit. 10.

18. Aeris confessi, rebisque iudicatis xxx. dies iusti sunt. Post deinde manus endo iustio esto. In jus ductio. Nei iudicatum fasit, aut quiqs endo iure em vindit. It. secum ductio, vincito aut nervo, aut compedibus xv. pondo, ne majore, at si volet, minore. Si volet, suo vincito, nei suo vincit, qui in vincium habebit, libras farris in dies dato. Si volet plus dato. . . . . tertius nundinis partes secanto, si plus mansue secervint, se fraude esto. A. Gell. lib. 20. cap. 1. Et lib. 15. cap. 13.

19. Assiduo vindex assiduus esto: proletario, cui cui volet, vindex esto. Cic. in Topic. A. Gell. lib. 16. cap. 10. Cajus l. 234. ff. de verbor. significat.

20. Uxorulu. Gell. lib. 3. c. 2. Macrob. lib. 1. Saturnal. c. 3.

21. Bonorum focieras inter conjuges, indicio est lex Numæ apud Halicarnass. lib. 2.

22. Partus legitimus. Gell. lib. 3. cap. 16. Scævola IC. l. 29. ff. de lib. & posthum.

23. Partus deformis. Tull. lib. 3. de legib.

24. Patria potestas. Papinianus IC. apud pariatorem legis Mosaicæ tit. 4. Quintil. declamat. 376. & 377.

25. Si pater filium ter venum duxit, filius à patre liber esto: liberos ceteros semel si venum duxit, sui juris fonto. Ulp. IC. Reg. jur. tit. 10. Halicarnass. lib. 2.

26. . . . . Res suas sibi habeto, claves adminto, foras exigit. Tull. Antoniana 2. Cajus l. 2. ff. de divort.

27. De pudicitia matronarum. Livius 3. Decad. lib. 4. Novella 22.

28. Paterfamilias uti legasit super pecunia tutelave sue rei, ita jus esto. l. 120. ff. de verb. signif. auctor Rhetor. ad Herennium lib. 1.

29. Si intestatus moritur, cui impubes suus exhibet hæres, agnatorum gentiliumque tutela esto. Ulpian. IC. Regul. tit. 1. l. 1. ff. de legit. tut. Cajus IC. Institut. tit. 1.

30. Mulierum tutela. Cic. Orat. pro Murena. Liv. 4. Decad. lib. 4. ubi M. Cato legem Oppiam distuldat.

31. Actio tutelæ. l. 55. ff. de administ. tut.

32. Tutor suspectus. Cicer. lib. 3. de offic. l. 1. ff. de suspect.

33. Si furiosus existit, ast ei custos nec est, agnatorum gentiliumque in eo pecuniæque ejus potestas esto. Justinian. Aug. §. furiosus. Institut. de curat. Cic. lib. 3. Tufulanar. lib. 2. de Invent. auctor Rhetorices ad Herennium lib. 1.

34. Curatio prodigi. l. 1. ff. de curat. fur. Ulpian. Reg. tit. 12. Cic. libello de senectute.

35. Ast si intestatus moritur, cui suus hæres nec est, agnatus proximus familiam habeto: si agnatus nec est, gentilis familiam habento. Auctor Rhet. ad Herennium lib. 1. Tull. lib. 2. de Invent.

36. Venter, sive is qui in utero. l. 3 §. utique ff. de suis & legit. obiter Ulpian. in Reg. tit. 22.

37. . . . . ex ea familia, in eam familiam. Ulpianus idem l. 195. ff. de verbor. significat.

38. Actiones hereditariæ. l. ult. C. de hæred. actionib. l. 25. ff. famil. ercisf. l. 1. l. 6. C. eod.

39. Familix ercisfundæ. l. 1. ff. famil. ercisf.

40. Statu liberi. Pompon. IC. l. 29. Modestianus IC. l. 25. ff. de statu lib. Ulpian. Reg. jur. tit. 2. §. 4.

41. Usus auctoritas fundi biennium esto: ceterarum omnium rerum usus, annus esto. Theophilus §. 1. Infit. de usucap. l. ur. C. de usuc. transf. Cic. pro Cæcinnâ. in Top. ad Trebat.

42. Quod subreptum erit, ejus rei æterna auctoritas esto. A. Gell. lib. 17. c. 7. Justinian. Aug. §. furtivæ. Institut. de usucap.

43. Adversus hostem æterna auctoritas esto. Cic. lib. 1. de offic.

44. Ambitus insularum. Volusius Macian. lib. de Affe.

45. De pariete communi. Vitruvius lib. 2. cap. 2. C. Plin. lib. 35. cap. 14.

46. Consuetum. Cic. lib. 1. de legib. l. 3. C. Theod. fin. regund. Jul. Frontin. lib. de limit. agror. Sicul. Flacc. de condit. agror. Aggenus Urbicus de limitib. Jul. Higin. de limitib.

47. Si iurgant vicini, prætor finibus regundis arbitros tris dato. l. 3. & Frontinus supra laudati.

48. Interficia. l. ult. ff. fin. regund.

49. Subnatio arborum. Ulpian. IC. l. 1. ff. de arbor. cæd. Paulus IC. Sentent. lib. 5. tit. 6.

50. Conlocutio. l. 2. ff. de arb. cæd.

51. Glans precidua. C. Plin. lib. 16. cap. 5.

52. Viatum latitudo. Cajus IC. l. 8. de servit. rust. prædior.

53. Am segetes viam munivato: si via immunita est, qua rolet, jumentum n. agito. Fest. lib. 1. Cic. Orat. pro L. Cæcinnâ.

54. Si aqua pluvia manu nocet, arbiter coerceto. Labeo apud Pomponium IC. l. 21. ff. de statu lib.

55. Aqueductus. Paulus IC. l. 5. ff. ne quid in loco publ. vel itin. fiat.

56. Si nox furtum fasit, si im aliquis occisit, jure casus esto. . . . . l. 2. ff. arbor. cæd. l. 9. ff. de Incend.

57. Furta per lancem & licium. A. Gell. lib. 1. cap. 18. & lib. 16. cap. 10. Apul. lib. 6. C. Petron. in Saryr.

58. Arborum furtim castrarum. Plin. lib. 17. c. 1. l. 1. ff. arb. furt. cæd. l. 28. ff. de jurejur.

- 59. Tignum junctum adibus, vineeque concapis ne solvito. . . . . quandoque scripta, donec dempta erunt. Felt. lib. 16. in voce tignum. l. 1. ff. de tigno juncto, l. 7. ff. de acquir. rer. dom. l. 6. ff. ad exhib. l. 98. ff. de solut. l. 23. ff. de rei vindic. §. cum in suo. Infuit de rerum divil.
- 60. Frugem aratro quaesitam qui furitum nox paverit, secute- rit, pneri capital esto, suspensufque Cereri necator: impbes pra- toris arbitratus verberator, noxiarum amplione decernito. Plin. lib. 18. c. 3.
- 61. Si servus sciente domino furtum faxit, aliamve noxiam no- xerit, dominus noxa dedito. Ulpian. IC. l. 2. ff. de noxal.
- 62. Si quadripes parpericem faxit, dominus furtito, noxae de- ditio. l. 1. ff. si quadup. paup. sic. dic.
- 63. . . . . Raptus . . . . . furtito. Ulpian. l. 1. ff. ad leg. Aquil. Felt. lib. 16. in voce raptus. & lib. 17. in voce furtito.
- 64. Si injuriam alteri faxit, 25. aris poena sunt. Gell. lib. 20. cap. 1. Pariator legis Moliaica tit. 11.
- 65. Si quis occentavit malum carmen, sive condidit, quod in- famiam faxit flagitiumve alteri, capital esto. Arnob. lib. 5. Pau- lus Sentent. lib. 5. tit. 4. Cic. lib. 4. Tulcul. & lib. 4. de Repu- blica, referente D. Augustino lib. 2. de civit. cap. 9.
- 66. Qui os fragit, si libero, trecentum: si servo, centum quin- quaginta aris poena sunt. Gell. lib. 20. c. 1.
- 67. Si membrum rumpfit, nei cum eo pacit, talio esto. Idem ibidem.
- 68. Ne nunciario fauore amplius exercento. Tacit. lib. 6. An- nal. Duillius trib. pleb. apud T. Livium 1. Decad. lib. 6. Af- fcon. in Divin. M. Cato in proemio Rei Rust.
- 69. Neres controversa in factum deditur. Cajus IC. lib. 6. ad leg. 12. tab. L. ult. ff. delitigios.
- 70. Patronus si clienti, clientisve patrono, fraudem faxit, sacer esto. Sev. Maur. ad lib. 6. Aeneid Halicarnast. lib. 2.
- 71. . . . . ff. si stipulam incendenti ignis fugit. T. Cajus IC. lib. 4. ad leg. 12. tabul. l. 9. ff. de Incend.
- 72. Coens nocturni. Porcius Latro in Catilinam, T. Liv. 4. Decad. lib. 9.
- 73. Sodalitia. Cajus IC. lib. 4. ad leg. 12. tabular. l. ult. ff. de Colleg.
- 74. Non mittendum qui percunctetur nomen matris fam- iliar. Felt. lib. 14. in voce percunctatum.
- 75. Perduellio. Marcian. IC. l. 3. ff. ad leg. Jul. Majest.
- 76. Si quis hominem liberum dolo sciente morti duxit, paricida esto. Asti telum manu fugit, pro capite & natis ejus in concione arietem subitio. Cic. in Topic. ad Trebatium. D. August. lib. 1. de lib. arbit. cap. 4.
- 77. Veneficia. l. 236. ff. de verbor. significat.
- 78. Qui malum carmen incautatit. . . . . qui fruges excantatit. . . . . neu alienam segetem pellexerit. C. Plin. lib. 28. c. 2. Et lib. 30. c. 1. Sen. lib. 2. Nat. quast. c. 7 Sev. in Eclog. 8. Cic. apud D. Aug. lib. 8. de Civit. Dei c. 19.
- 79. Paricida quaxtores, Pomp. IC. l. 2. ff. de orig. jur.
- 80. Paricida. Vale. Max. lib. 1. cap. 1. Cornificius Rhetor. ad Herennium lib. 1.
- 81. De non necandis indemnatis. Appianus lib. 3. Roman. D. August. lib. 1. de Civit. Dei cap. 19. Salvia. Massiliens. lib. 8. de Provid. Dei.
- 82. Privillegia ne inroganto. Cic. in Orat. pro Sext. Allufit Quintilian. declamat. 399.
- 83. De capite civis nisi per maximum comitatum ne ferunto. Cic. ibidem, & lib. 3. de legib. T. Liv. 1. Decad. lib. 10.
- 84. Quod nunque postremum populus justit, id jus ratumque esto. T. Liv. 1. Decad. lib. 7.
- 85. Connubia. Halicarnast. lib. 10. in fine. C. Canulejus trib. pleb. invehens in patres apud T. Liv. 1. Decad. lib. 4.
- 86. Jus fecialium. Servius Hon. Maur. ad lib. 7. Aeneid.
- 87. Dejuriun. Tull. lib. 3. Offic. in fine.
- 88. Intercalatio. Tuditanus apud Macrob. lib. 1. Saturn. c. 13.
- 89. Hominem mortuum in Urbe ne sepelito, neve nrito. Tull. lib. 2. de leg.

- 90. Sumtum minnito. Tria si volet viciniis, & vincula pur- pura, & decem iubicines adhibeto. Hoc plus ne facito. Idem lib. 2. de legib. Verrius Flaccus in voce ricinium.
  - 91. Rogum aetria ne pleito. M. Tull. lib. 2. de Legib.
  - 92. Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo ba- bento. Idem ibidem. C. Plin. lib. 11. cap. 37. Felt. lib. 16. in voce radere. male Servius refert ad lib. 12. Aeneid. mul- lier faciem ne carpiro.
  - 93. Homini mortuo, ne ossa legito, quoi post funus faxit.
  - 94. Uncura servilis tollatur, omnique circumpotatio: ne respicio, ne longa corona, nec acetra. Cicero ibidem.
  - 95. Murrata potione mortuo ne indito. Felt. lib. 11. in voce murrata ex Varrone lib. 1. Antiquitatum.
  - 96. Qui coronam parit ipse pecuniave ejus: virinitis ergo at- gutor. Ipsique mortuo parentibusque ejus dum intus esit fo- risve essertur, se fraude imposta esto Plin. 21. l. 3.
  - 97. Uni plura funera ne facito. Lestose plures ne inserto. Neve aurum addito. Cicero lib. 2. de Legib.
  - 98. Quoi auro dentes vincli, asti im cum illo sepelire ur- reve se fraude esto. Cicero ibidem loci.
  - 99. Rogum bnfimave novum propitius 60. pedes alienas a- deis, si dominus nolet, ne addito. Cicero ibid.
  - 100. Fari bnfimave aeterna auctoritas esto. Cicero ibid.
- Leges istas in tabellis descriptas, publiceque ut ab omnibus legi possent expositas notatum viri docti; quia enim ad omnes legum custodia spectabat, ita ut omnibus legeretur, publice intererat, & est egregius Dionis Cocejanus locus lib. 41. non multum a limine. καὶ προσίτι καὶ τὰς σήλας, τὰς τὸν νόμους ἔχουσας ἐλυμήνατο. Itemque columnae in quibus leges extabant, de aetolacte sunt. Sed difficultas est num in tabellis descriptae columnis appenderentur? num tabulae istae lignae? ut de aetolibus Solonis supra reterit, an vero aetris ipsae leges vel tabulis vel columnis inciderentur? de tabulis Latinorum omnium consensus est, licet nonnulla sit discrepantia, quibusdam aetras, aliis eburneas, seu eboraeas, denique quibusdam marmoreas fuisse tabulas contentendas, Melchior Guilandinus in capita illa Pliniana de papyro, & Josephus Scaliger in animadvertio- nibus in idem opus. M. Manilius lib. 4. Astronomic.
- Hic etiam legum tabulas, & condita jura Novent.
- At in columnis aetris, non vero tabulis leges antiquas solere scribi, auctor est Dionysius Halicarnassensis lib. 3. pag. 178. ἀνέγραψεν οἱς δέλτους, καὶ προσέθηκεν ἐν ἀγορᾷ πᾶσι τοῖς βου- λευμαῖνοις σκοπεῖν, ἀς ἀφανισθῆναι συνέβη τῶ, χρόνῳ, χαλκίαι γὰρ σήλαι ἐπιτο τῶτε ἴσαν, ἀλλ' ἐν δρυῖναι ἐχαράττοιτο σα- νισιν οἱ τε νόμοι, καὶ αἱ περὶ τῶν ἱερῶν διαγραφαί. Transiit ipse in tabulas, & in foro proposuit legendas quibuslibet, quae tandem vetustate sunt abolita; nondum enim in usu erant columnae aetras, sed in quereis tabulis incidebantur tam leges quam sanctorum ritus. Idem l. 10. histor. Roman. p. 659. ὁ νόμος ἐκρούθη, ὅς ἐστι ἐν σήλῃ χαλκῇ γεγραμμένῳ, ἐν ἀνέβουσαν ἐν τῷ αὐστηρο. Lex per tota est, quae extat in Aventino, insisa in columna aetras. Quae quidem de omnibus promissive legibus intelligenda sunt, sanctorumque quorumlibet titibus, fcederibus publicis, pactif- que seu privata illa essent, seu publici juris, ut admonitus sum nuper a D. Nicolao Sevino, limatissimi iudicii viro, ac collega amanitissimo. At de legib. hae Xvirilibus locus est apud eundem Dionysium l. 10. p. 681. ἐπικρούσαντο δὲ καὶ τὸ δῆμος τὸς νόμους, σήλαις χαλκαῖς ἐχχαράξαντες αὐτὸς, ἐπέβη ἰδο- σαν ἐν ἀγορᾷ, τὸν ἐπιφανισατοὺς ἐκλιθῆναι τῶτον. Tum plebis- citio quoque confirmatae leges, & in aetras columnas incisae una ferre propofuerunt in loco fori maxime conspicio. Quod intelligen- dum non de priua leges ferendi consuetudine, nam tunc in adibus deorum sacris aetrebantur, custodiaeque penes solos pontifices erat, cum quibus Capitolium concendebant, quicunque leges inspicere volebant, & de legalibus libris excer- bebant quae concicienda cauz. necessaria videbantur. Valer. Maxum.

Maxim. lib. 2. cap. 1. *Jus civile per multa sæcula inter sacra ceremoniasque deorum immortalium abditum, solisque pontificibus notum, Cn. Flavius libertino patre genitus, & scriba cum ingenti nobilitatis indignatione factus ædilis curulis, vulgavit, ac fasces toto pene foro exposuit. Eadem multis ante Valerium annis T. Liv. 1. Decad. 1. 9. in fine: Jus civile repositum in penetralibus pontificum evulgavit (Flavius ædilis curulis) fascesque circa forum in albo proposuit, ut quando lege agi possit, sciretur.*

A quo fonte derivatum est, ut divina humanaque sæpe scriptores conjungant, quo legum in ædibus sacris antiquitus designent custodiam. L. Apul. lib. de Philosophia. *Prudentiam dixit atque sapientiam, quarum sapientiam disciplinam vult videri divinarum humanarumque rerum.* Et Draco iste legislator apud A. Gell. lib. 11. cap. 18. appellatur *juris divini & humani peritus.* Aurel. Cassiodor. lib. 7. epist. 46. *Institutio divinarum legum humano juri subministrat exordium.* Paul. Diacon. lib. 10. Supplementi sui ad historiam Eutropii. *Justitie vero ac juris divini humanique tam reperiuntur novi, quam inveterati usus.* Huc quadrat jurisprudentiæ definitio quam Ulpianus adfert, & inseruit Institutionibus suis Justinianus, *divinarum humanarumque rerum no-*

*titia.* Et recte eximus IC. Joan. Borchoften ibidem interpretatur jus publicum, quod in rebus divinis sacris sacerdotiisque versatur; privatum quod ad singulorum utilitatem pertinet. C. Tacit. lib. 3. Annal. alluſit. *Atci Capitonis insignior familia fuit, quod humani divinique juris sciens, egrégium publicum, & bonas domi artes dishonestasset.* Et lib. 5. Annal. *Haud multo post Coccejus Nerva continuus princeps, omnis divini humanique juris sciens, integro statu, corpore ilaeso, moriendi consilium cepit.* Quæ non sum ignatus annotata esse ab insignis eruditionis viris Andrea Alciat. in paterg. Fr. Hortomanno, Barnaba Briffonio lib. 4. Antiquir. c. 16. Domitius Scavola *divini humanique juris auctor celeberrimus, ut verba usurpem C. Velleji Paterculi lib. histor. 2. De eodem Valer. Max. lib. 8. cap. 8. Cum bene ac divi jura civium, & ceremonias deorum ordinasset.* Apud eundem T. Manlius Torquatus lib. 5. cap. 8. vocatur *juris civilis & sacrorum pontificalium peritissimus.* Ut omittam ejusdem laudis prerogativa evedum Arcejum Capitonem, testantibus Macrobio lib. 7. Saturnal. cap. 13. Festo Pompejo lib. 12. A. Gell. lib. 4. cap. 6. de Mafurio Sabino idem lib. 10. cap. 15. Denique *jus pontificum civili conjunctum esse debet.* M. Tull. in Bruto, & lib. 3. de Legib.

## L I B R I VIII.

## ANTIQUITATUM ROMANARUM,

qui est de legibus, pars altera, reliquas magistratum Romanorum leges continens.

**D**iximus hæcenus tum de aliis, quæ ad legum Romanarum rationem pertinuerunt, tum de legibus Regiis: & fragmentis duodecim tabularum: postulat nunc institutus ordo, ut etiam reliquas quæ à diversis magistratibus latæ fuerunt, leges recenseamus, quod jam facere aggrediemur, ordinem eundem fere, quem in prioribus legibus tenuimus, quemque in Institutionibus suis *Justinianus* Imperator præscripsit, observantes. Primum enim de *jure publico*, tum de *privato*, postremum de *criminibus publicis*, quæ leges unquam latæ fuerunt, quantum in tanta rerum antiquarum obscuritate fieri potest, referemus. *Joannem Huldericum Zasium, Paulum Manutium, & Franciscum Hortomannum*, auctores secuti. Quod si quæ nonnunquam occurrent, obscuriores, earum explicationem petere lector poterit vel ex eorum, quos jam dixi, virorem clarissimorum de *legibus libris*, vel ex *Caroli Sigonii* Antiquitatum Commentariis, vel ex *Francisci Balduini* ad nonnullas harum legum editis explicationibus. De quo lectorem monere hoc loco volui. Sequuntur jam leges.

## CAPUT I.

## De legibus religionem spectantibus.

**I**n iis legibus, quæ ex tanto veterum scriptorum naufragio ad nos pervenerunt, paucæ extant, quæ ad religionem pertinent. Non dubium autem est, multo plures fuisse, si omnes integras haberemus. Illæ vero, quæ passim adhuc reperiuntur, vel de *ipsis sacris* loquuntur, vel de *sacerdotiis*, quas hoc capite ordine recitabimus.

## Sulpitia Sempronia lex.

Ad sacra pertinet primum *lex Sulpitia Sempronia*, quam ex S. C. tulerunt P. Sulpitius Saverrio, P. Sempronius Sophus Cos. anno CDXLIX. ne quis templum, aramve injussu Senatus, aut tribunorum plebis majoris partis dedicaret. *Livius* lib. 9.

## Papiria lex.

Non multum dissimilis huic est *Papiria*, quam L. *Papirius* tribunus plebis de consecratione tulit: Ne injussu plebis ædes, terram, aram, aliamve rem ullam consecrare liceret, cujus meminit *Cicero* pro domo sua.

Ad sacra feriæ pertinent & iudi, de feriis tres reperiuntur leges à veteribus latæ, *Hortensia, Publicia, & Cornelia.*

Hor

*Hortensia lex de nundinis.*

*Hortensia lex de nundinis* fuit, ut nundinæ, quæ prius erant feriæ, fastæ essent: uti rustici, qui nundinandi causa in Urbem veniebant, lites componerent. *Macrob.* lib. I. Saturnal. cap. 16.

*Publicia lex.*

*Publiciam* *Publius tribunus* plebis tulit, ut Saturnalibus cerei non nisi ditioribus mitterentur. *Macrobius* libro 1. capite 7.

*Cornelia lex.*

*Cornelia lex à Cornelio Dolabella* Consule anno 1000. statim post necem Cæsaris lata est, ut deinceps is dies, quo *Cæsar* interfectus est, Idus scilicet Martii, natalis Urbis haberetur. *Appianus* lib. 2. de bellis civilibus.

*Licina & Roscia lex theatralis.*

De ludis item tres latæ reperiuntur, quarum prima *Licina* de ludis Apollinaribus loquitur. Hanc tulit *P. Licinius Varus*, prætor urbanus, *M. Claudio Marcello*, *V. T. Quintio Crispino* Coss. anno 1045. Ut Iudi Apollinares, qui die incerta fiebant, in perpetuum in statam diem voverentur. Itaque ipse primus ita vovit, fecitque ante diem tertium nonas Quintiles, is dies deinde solennis servatus. *Livius* lib. 27.

Reliquæ duæ *theatrales* appellantur, & de locis, sive sedibus ordinum in spectaculis agunt. Primum quidem, quemadmodum *Valerius Maximus* libro secundo, capite quarto scribit, per annos quingentos, & quinquaginta Senatus populo mixtus spectaculis ludorum interfuerat: Sed cum morem *Attilius Serranus*, & *L. Scribonius adiles*, ludos matri deum facientes, superioris Africani sententiam secuti, discretis Senatus & populi locis, solverunt: quæ res avertit vulgi animum, & favorem *Scipionis* maximopere quassavit. Aliquanto post etiam equitum loci à populi sedibus sunt discreti, lege *Roscia theatrali*, quam tulit *L. Roscius Otho*, tribunus plebis, *L. Cæcilio Metello*, *Q. Marcio Rege* Coss. anno 1000. Ut in theatro equitibus Romanis, qui H. S. quadraginta possiderent, XIV. gradus spectandi gratia assignarentur: exceptis iis, qui sine suo, sive fortunæ vitio decoxissent, cui generi certum locum assignavit, poena irrogata, si in XIV. sedissent. *Cicero* Philip. 2. *Asconius* in *Cornelianam*, *Florus* Epirome 99. *Dio* lib. 36. *Plinius* libro septimo, capite 20. *Juvenalis* satura decimaquarta, & *Tacitus* lib. 15. Annalium, qui tamen legem interpretatur hanc habuisse vim, ut equites non ante plebem, ac separatim, sed confuse tantum XIV. ordines haberent.

*Julia lex theatralis.*

Post aliquot annos, cum *C. Octavius Augustus* ordinem equestrem recognovisset, censumque ejus auxisset: multi autem, quibus census ille non esset, à XIV. illis gradibus lege *Roscia* excluderentur, mitigavit eam aliquo modo *Augustus*, & *Julianam* legem tulit, ut equitibus Romanis, quibus ipsi parentibusve equester census unquam fuisset, in quatuordecim ordinibus lege *Roscia theatrali* constitutis consistere liceret. *Suetonius* in *Augusto*. *Plinius* lib. 33. cap. 2.

*Incerta lex de funeribus.*

Non separabo ab his legibus quæ de sacris fuerunt, eas, quas de funeribus tulerunt. Meminit *Cicero* epistola 33. lib. 12. ad *Atticum* legis, quæ sumptum sepulchrorum definit, & eum qui modum illum superasset, tanta pecunia, quantam præter modum impendisset, multaverit: à quo autem illa lex lata, & quantus sumptus definitus sit, non addit.

*Cornelia lex.*

Sic *Corneliæ* leges de sumptibus funerum latæ à *L. Cornelio Sulla Felice* *Plutarchus* in vita ejus meminit: sed nec ipse, quænam ea fuerit, aut quem sumptum definiverit, addit.

*Sextia Licinia lex de sacerdotibus.*

Sacrorum ministri sacerdotes erant, de quibus etiam leges nonnullæ adhuc supersunt. Earum fere prima est *Sextia Licinia*, à *L. Sextio*, *C. Licinio* tribunis plebis, *P. Manlio Dictatore*, anno 600. lata, ut pro duumviris sacris faciendis decemviri ita crearentur, ut pars ex plebe, pars ex patribus fieret. *Livius* lib. 6.

*Ogulnia lex.*

Hanc sequitur *Ogulnia*, à *Q. & Cn. Ogulniis*, tribunis plebis, anno 511. *M. Valerio Corvo* *V. Q. Apulejo Pansa* Coss. lata, ut cum quatuor augures, quatuor pontifices eo tempore essent, placeretque au-

augeri sacerdotum numerum, quatuor pontifices, quinque augures, de plebe omnes allegerentur. Ita deinceps octo pontifices, novem augures fuerunt. *Livius* libro decimo.

### *Manlia lex.*

De triumviris epulorum legem tulit *P. Manlius tribunus pleb.* *L. Furio Purpureone*, *M. Claudio Marcello* Coss. anno DLVII. ut propter sacrificiorum multitudinem tresviri epulones crearentur: cum essent ipsi à *Numa*, ut etiam ludorum illud epulare sacrificium facerent, instituti. Jus præterea togæ prætextæ habendæ, item ut pontifici, eisdem esset. *Cicero* lib. 3. de Oratore. *Livius* libro 33. Ubi tamen pro *P. Manlius*, *T. Romulejus* legitur, unde à nonnullis eadem *lex Romuleja* dicitur, quod *Carolus Sigonius* ex conjectura emendavit.

### *Clodia lex.*

De Pessinuntio sacerdotio *Clodia lex* memoratur, quam tulit *P. Clodius tribunus plebis*, *L. Calpurnio Pisone Cæsonio*, *A. Gabinio* Coss. anno 102xv. ut *Pessinuntius* matris magnæ sacerdos, suo sacerdotio spoliaretur, fanumque illud *Brotigaro* Gallogræco attribueretur. *Cicero* pro *Seftio*, & de *Arsupicum* responsis.

### *Papia lex.*

De virginibus *Vestalibus* duæ reperiuntur leges, una de ritu *Vestalis* capiendæ, altera de pœna earum, quæ incestum commisissent. De ritu capiendæ *Vestalis* virginis *Papia* fuit hæc: ut pontifici maximi arbitrato virgines è populo viginti legerentur, sortitioque in concione ex eo numero fieret, & cujus virginis ducta esset, ut eam pontifex maximus caperet, eaque *Vestæ* fieret. Sic enim eam restituerunt. *Jacobus Ravardus*, & *Ludovicus Carrio* l. C. addit autem etiam *Agellius*, eam sortitionem ex lege *Papia* suo tempore non necessariam videri solere. Nam si quis honesto loco natus adeat pontificem maximum, atque offerat ad sacerdotium filiam suam, cujus duntaxat salvis religionum observationibus ratio haberi possit, gratiam *Papia legis* per Senatam fieri.

### *Licina lex.*

De incestu vero *Vestalium* virginum, & earundem pœna constituta: ut scilicet vivæ defoderentur, sacratæ leges à *Numa* propositæ loquuntur, *Dionysio* lib. 1. auctore.

Sequuntur jam illæ leges, quæ de sacerdotum electione, cooptatione, vel creatione latæ sunt, quarum prima fuit *Licina*, quam rogavit *C. Licinius Crassus tribunus plebis* *Q. Fabio Maximo*, *L. Mancino* Coss. anno 106viii. Ut sacerdotum cooptatio ad ipsorum collegio ad populum transferretur. Verum eam non pertulit, ut in *Ciceronis* *Lælio* videre est: Sic enim de ea ipse *Lælius*: *Meministis*, inquit, *Q. Maximo* fratre *Scipionis*, & *L. Mancino* Coss. quam popularis *lex de sacerdotiis* *C. Licinii Crassi* videbatur? Cooptatio enim collegiorum ad populi beneficium transferebatur. Atque is primum instituit in forum versus, agere cum populo: tamen illius vendibilem orationem religio deorum immortalium, nobis defendentibus, facile vincebat, atque id actum est, prætorum me, quinquennio ante, quam Consul sum factus. Itaque re magis, quam auctoritate causa illa defensa est.

### *Domitia lex.*

Secuta hanc est *Domitia*, quam *Cn. Domitius Abenobarbus*, tribunus plebis, *Neronis* Imperatoris *avarus*, offensior pontificibus, quod alium, quam se, in patris sui locum cooptassent, tulit, *C. Mario* III. *L. Aurelio* Coss. anno 102cl. Ne sacerdotum collegia, uti antea quem vellent, cooptarent: sed ut populi id beneficium esset. Cum autem populus per religionem sacerdotia mandare non posset, rogavit, ut minor pars populi, id est, tribus septemdecim vocarentur: ab ea parte qui esset factus, is a collegio cooptaretur: *Suetonius* in *Nerone*, *Vellejus Paterculus* lib. 2. *Cicero* *Agraria* 2. epistola 5. ad *Brutum*, & pro *Cornelio*, & *Asconius* in eandem, *Diol* lib. 37. *Manutius* existimat, hæc lege permissum esse, ut absentes quoque possent petere sacerdotia, hunc locum *Ciceronis* ad *Brutum* de ea exponens: *Ciceronem* nostrum (scribit *Tullius*) in vestrum collegium cooptari volo. Existimo omnino absentium rationem haberi sacerdotum comitiis posse: nam etiam factum est antea. *C.* enim *Marius*, cum in *Cappadocia* esset, *lege Domitiz* factus est augur, nec, quo minus id postea liceret, *lex ulla* sanxit.

### *Cornelia lex.*

*Domitiam* legem *L. Cornelius Sulla* Dictator, & Consul cum *Q. Metello*, anno 102clxxviii. abrogavit. Tulit enim, ut jus creandorum sacerdotum à populo (cujus hæc lege *Domitia* potestas erat) ad collegia transferretur: iique ex veteri more, non tributis comitiis, cooptarentur. *Dio* lib. 37. *Asconius* in *Divinationem*.

*Atia lex.*

*Corneliam legem* rursus abrogavit, & *Domitiam* restituit *T. Atius Labienus* tribunus plebis, *M. T. Cicerone*, *C. Antonio* Coss. anno 1090. Ut populus sacerdotia mandaret, cum antea sacerdotes lege *Cornelia* è pontificum collegio crearentur. *Dio* lib. 37.

*Antonia lex.*

Verum non multo post eam abrogavit *M. Antonius* Consul cum *C. Julio* anno 1061. tulitque, ut jus cooptandorum sacerdotum à populo ad illorum collegium iterum transferretur. *Dio* lib. 44. Quam tamen legem etiam non multo post abrogatam, & jus mandandorum sacerdotiorum ad populum relatum esse *Paulus Manutius* ex aliquot conjecturis colligit. Atque hæc de creatione, vel cooptatione sacerdotum in defunctorum locum lata sunt.

*Lex de vacatione sacerdotum.*

Ad sacerdotes etiam ea pertinet, quæ de vacatione lata est, de qua *Appianus* lib. 2. bellorum civilium, & *Plutarchus* in *M. Marcello*, item in *Camillo* scribunt. Usque adeo Romanis Gallos terribiles, & formidolosos esse, ut in lege de vacatione militiæ, quæ sacerdotibus, & senibus permittitur, illud adscriptum sit, nisi bellum Gallicum exoriatur. Tum enim & senes, & sacerdotes in militiam proficisci. Verum hanc consuetudinem, si tumultus aliquis, non autem bellum à Gallis oriretur, fuisse, docet *Cicero*, *Philippica octava*, his verbis: Gravius autem esse tumultum, quam bellum, hinc intelligi potest, quod bello Gallico vacationes valent, tumultu non valent. Meminit hujus legis & *Livius* lib. 8. & 10. Item *Cicero* pro *Fontejo*.

*Lex de intercalatione.*

Ad sacerdotum officium pertinet *intercalatio*, de qua *L. Pinatius*, *L. Furius* Coss. anno 691. legem tulerunt. *Varro* apud *Macrobium* scribit, eam fuisse antiquissimam, cui mentio *intercalaris* adscribatur, fuisseque in columna ærea incisam. *Macrob.* lib. 1. *Saturnalior.* cap. 13. atque de religione hæctenus.

## C A P. I I.

*De civitate & jure civium Romanorum.*

Recitatis iis legibus, quæ ad sacra pertinuerunt, ad politicas accedimus. Illæ vero aut de jure publico, aut de privato, aut de criminibus latæ fuerunt.

Dicemus primum de iis, quæ de jure publico egerunt, initium sumentes ab iis, quæ de jure seu libertate civium Romanorum loquuntur. Sunt autem illæ duplices. *Alia* enim jus seu libertatem civium Romanorum constituunt, *alia* idem jus aliis communicant: quas hoc capite recitabimus.

Jus five libertas civium Romanorum, qua se adversus nimium magistratum, & præsertim Consulium, imperium munierunt, multis legibus est confirmata.

*Valeria lex de provocatione.*

Prima est *Valeria*, quam tulit *P. Valerius Poplicola*, Consul solus, *Bruto* collega mortuo anno 621. Ut adversus omnes magistratus ad populum provocatio esset. Ne quis magistratus civem Romanum adversus provocationem verberaret, aut necaret, aut pecunia mulcicaret. *Livius* lib. 2. *Dionysius* lib. 5. *Plutarchus* in *Poplicola*, & alii. Eam secutæ sunt leges sacratæ de tribunis plebis, de quibus post dicendum.

*Valeria Horatia lex.*

Cum autem hæc civium Romanorum libertas, & lex de provocatione, decemvirali potestate eversa esset, restituerunt eam *L. Valerius*, *M. Horatius* Consules, anno 604. & nova lege confirmarunt: Ne quis ullum magistratum sine provocatione crearet: qui creasset, eum jus, fasque esset occidi: neve ea cædes capitalis noxæ haberetur: *Livius* lib. 3.

*Valeria lex de provocatione.*

Eadem lex de provocatione, tertio relata est à *M. Valerio Corvo* V. Consule cum *Q. Appulejo* *Pansæ* anno 601. Ne quis, qui provocasset, virgis cæderetur, securive necaretur: si quis adversus ea fecisset, improbe facturum. *Livius* lib. 10. qui addit eam tum tertium post Reges exactos latam esse, semper ab eadem familia.



*Porcia lex.*

Secuta Valerias leges est *Porcia*, quam tulit *M. Porcius tribunus plebis*, eodem anno: Ne quis magistratus civem Romanum virgis caderet, necaretve: sed damnato exilium permitteret: cum antea nudorum cervix infereretur furcæ, corpus virgis ad necem caderetur. *Livius* lib. 10. *Cicero* pro *Rabirio* perduellionis reo, & sæpe alias, *Sallustius* in conjuratione *Catilinæ*, *Suetonius* in *Nerone*, & alii.

*Sempronie leges.*

*Porciam* inde *legem Semproniam* sunt consecutæ, à *C. Sempronio Graccho* tribuno plebis, *Q. Cæcilio Metello*, *T. Quintio Flamini* Coss. anno 103xxx. latæ, Ne de capite civis Romani, injussu populi judicaretur. Ut qui magistratus indicta causa in civem Romanum animadvertisset, de eo populi quæstio constitueretur: quod propter *P. Popillium Cajus* tulit, à quo Consule *Tiberii* fratris socii misere fuerant divexati, ut eum ulcisceretur, atque Urbe, ut & fecit, expelleret. Erat etiam hoc earum caput: *Ne quis coiret, conveniret: quo quis judicio publico circumveniretur.* Quam legem *Cicero* in *Cluentiana*, in senatores, pro plebe esse latam dicit. *Carolus Sigonius* opinatur, etiam *Porciam* legem ab eo relatum fuisse. *Ne magistratus civem Romanum virgis caderet, aut securi feriret.* Meminerunt hærum legum *Cicero* pro *Rabirio*, pro *Domo*, pro *Cluentio*, & libro 3. de *Legibus*. *Plutarchus* in *Gracchis*. Idem *Cicero* 7. *Verina* exclamat: O nomen dulce libertatis: ô jus eximium nostræ civitatis: ô *lex Porcia, legesque Sempronie*. Videtur autem exceptum parricidium his legibus fuisse, cum in oratione pro *Sext. Roscio*, vetus supplicium commemoretur.

*Papiria lex de civitate.*

Cum igitur tanta libertas & tanta dignitas civium Romanorum esset, ideo factum, ut exteri Latini, & Itali summo studio adipiscenda civitatis tenerentur: nonnulli etiam pro suis in rempublicam Romanam meritis impetrarent. Nam *L. Papirius* prætor, anno 103xxi. Coss. *Cornelio Cossio* *Arvina* 11. *Cn. Domitio Calvino*, legem tulit, ut *Acerranis* civitas sine suffragio daretur. *Livius* lib. 8.

*Valeria lex.*

Et *C. Valerius Tappo*, tribunus plebis anno 102lx. *M. Claudio Marcello* v. *T. Quintio Crispino* Coss. legem tulit, ut *Formianis*, *Fundanis*, *Arpinatibus suffragii latio* (nam ante sine suffragio habuerant civitatem) esset. *Livius* lib. 38.

*Claudia lex de sociis ac nominis Latini.*

Nec vero ita temere cuivis civitatem impertiri voluerunt. Quare cum aliquando multi ex Latinis Romanam clam migrarent, ibique pro civibus Romanis sese gererent, atque ea de re sociorum legati graviter quererentur: *C. Claudius* Consul cum *T. Sempronio*, anno 102xxvi. ex senatusconsulto legem tulit, edixitque, ut qui ex sociis, ac Latini nominis ipsi, majoresve eorum *M. Claudio*, *T. Quintio* censoribus, postque ea apud socios nominis Latini censu essent, omnes in suam quisque civitatem ante Kal. Novembris redirent. Cumque antea, lege sociis, ac nominis Latini, qui stirpem ex sese domi relinquerent, datum esset, ut cives Romani fierent, eaque lege male quidam abuterentur, suosque liberos, quos domi relinquere ex lege debebant, quibuscunque Romanis in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio darent, ut libertini cives essent: addita hæc lex est: *Ne quis quem civitatis mutanda causa suum faceret, neve alienaret: & si quis ita civis Romanus factus esset, civis non esset.* *Livius* lib. 41.

*Papia & Junia lex de peregrinis.*

Post legem *Claudiam* non multis annis lata est *Papia de civitate*, quo anno incertum, cujus sententia hæc fuit, ut peregrini urbe Roma expellerentur. *Cicero* pro *Balbo*.

Eandem legem anno 102xxvii. *Mam. Emil. Lepido*, *L. Aurelio Oreste* Coss. *M. Junius Pennus* retulit, & insuper hoc addidit, ut peregrini usu civitatis prohiberentur. Meminit hujus legis, *Festus*, & *Cicero* lib. 3. de officiis, ubi hanc legem inhumanam reprehendit.

*Fulvia & Sempronie lex de civitate Italis danda.*

Non multo post *M. Fulvius Flaccus* Consul cum *M. Plautio Hypsæo*, anno ab Urbe condita 102xxviii. legem promulgavit de civitate Italis danda: verum indignante, atque adversante senatu, ac misso, & prope amandato in provinciam *M. Fulvio*, nihil effectum est. *Appianus* lib. 1. *Bel. civil.* *Valerius Maximus* libro 9. cap. 5. Triennio post *C. Gracchus* tribunus plebis legem hanc retulit; Ut sociis Latinis jus suffragii ferendi, perinde ut civibus Romanis esset. *Plutarchus* in *Gracchis*. *Appianus* libro 1. de *Bellis civilibus*: *Gracchus* multas leges promulgavit de judiciis, de viis, de coloniis, & ad omnes Romanorum res Latinos advocabat, quasi verò senatus hominibus consanguineis honeste repugnare non posset. Reliquis vero sociis, quibus jus suffragii non erat, suffragium in posterum dabat, ut & hos in ferendis

legibus suffragatores haberet. Quo factò fenatus perturbatus Consules edicere iussit, ne quis eorum, quibus *suffragii jus* non esset, in Urbe observaretur, neque propius Urbem quinque millia passuum esset. Hæc ille.

*Servilia lex, de civitate.*

Scuta est *lex Servilia*, quam tulit *C. Servilius Glaucia*, quo anno, incertum. Ut si quis Latinus senatorem Romanorum accusando condemnasset, is civis Romanus esset. *Africanus* in orationem pro *Scauro*. *Cicero* pro *Balbo*.

*Licinia Mucia lex, de peregrinis.*

Cùm verò post Itali summa cupiditate civitatis Romanæ flagrarent, & ob id magna pars eorum pro civibus Romanis se gereret, tulerunt legem *L. Licinius Crassus*, *Q. Mucius Scaevola* pontifex maximus Coss. anno 102LVIII. Ut in suâ quisque civitatis jus redigeretur. Quæ lex eandem fere habuisse vim videtur, quam *Claudia* primum, post *Papia*, quæ vetustate fortasse jam sua negligebantur. *Cicero* libro 3. de officiis, pro *Balbo*. Verum hac lege adeo alienati sunt Principum Italicorum animi, ut ea, vel maxima causa belli Italici, quod triennio post exortum est, fuerit.

*Livia lex, de sociis & Varia.*

Anno post 102CLXII. *L. Manlio Philippo*, *Sex. Julio Casare* Coss. *M. Livius Drusus*, tribunus plebis assiduis Italicorum efflagitationibus fatigatus, legem proposuit de civitate Italiæ danda. Verum antequam eam perferret, domi suæ, incertum à quo, necatus est. *Appianus* libro 1. de Bellis civilibus, *Florus* libro 3. cap. 17. *Epitoma Licii* lib. 71. *Cicero* libro 3. de Legib. Quo factò equites Romani, penes quos tum judicia erant, *Q. Varium Hybridam*, tribunum plebis *Drusi* collegam impulerunt, ut legem ferret in eos, qui Italicos civitatem petentes clam palamve juvissent, qua lege multi ex primoribus Urbe sunt exacti. *Appianus* lib. 1. Bellorum civilium, *Cicero* in *Bruto*, & alibi, *Valerius Maximus* libro 8. capite 6.

*Julia lex, de civitate.*

Motum inde est bellum Italicum sive sociale, quo durante, cùm acceptis aliquot cladibus, caso etiam *P. Lupo Consule*, Etrusci quoque & Umbri aliique iis finitimi populi defectionem spectarent, lex lata est à *L. Julio Casare* Consule, ut qui populi ad eam diem in fide mansissent cives Romani essent, qua lege Latini, Etrusci, & Umbri civitate donati sunt. *App.* libro 1. Bellorum civilium, *Cicero* pro *Balbo*. postea vero & Italici à *Cn. Pompejo Strabone* Consule, & *L. Sulla* alterius Consulis *L. Catonis* legato pluribus præliis victi, & jam ad paucos redacti, omni belli gerendi occasione deposita, eadem lege in civitatem asciti, & in octo novas tribus descripti sunt, quod factum est *Cn. Pompejo Strabone*, *L. Porcio Catone* Coss. anno 102CLXIV.

*Silvani & Carbonis lex, de peregrinis. Sulpitia lex.*

Eodem anno peregrinis etiam aditus quidam ad civitatem Romanam lege *Silvani & Carbonis* tribunorum plebis factus est. Tulerunt enim, ut qui fœderatis civitatibus adscripti essent, si tum, cum lex ferrebatur, in Italia domicilium habuissent, ac sexaginta diebus apud prætorem professi essent, cives Romani essent. *Cicero* pro *Archia*.

Anno proxime sequenti *L. Cornelio Sulla*, *Q. Pompejo Rufo* Coss. *P. Sulpitius* tribunus plebis ad aucupandam Italicorum, qui in octo novas tribus adscripti erant, gratiam, legem tulit, ut novi cives, libertinique in 35. tribus veteres distribuerentur. *Florus* epitoma 77. *Plutarchus* in *Sulla*. Verum ea aut non est perlata, aut eodem anno *P. Sulla* Consule, cum *Sulpitium* ipsum, *Mariumque* inimicos suos Urbe exturbasset, una cum cæteris ejus legibus sublata est.

*Cornelia lex.*

Eandem legem insequenti anno *L. Cinna* Consul retulit, verum etiam non pertulit: pulsus enim Urbe est & Consulatus ei abrogatus. *Vellejus* lib. 2. Concessum tamen ipsis tandem fuit hoc, idque ut *Carolus Sigonius* arbitratur, secundo *L. Cornelii Cinna* Consulatu, qui incidit in annum Urbis 102CLXVIII. & à *L. Cornelio Sulla* confirmatum. Sic enim *Epitoma* 86. scriptum est: Sulla cum Italicis populis ne timeretur ab iis, velut erepturus civitatem, & suffragii jus nuper datum, fœdus percussit, quod factum est anno 102CLXX. *L. Cornelio Scipione* Asiatico, *C. Norbano Flacc.* Coss. *Cicero* in *Philippicis*.

*Cornelia lex, de municipiis.*

Idem tamen *Sulla* victor, & Dictator hoc jus & beneficium multis, qui *Cinnam*, *Carbonem*, *Marium*, *Scipionem* & *Norbanum*, cæterosque adversæ factionis duces, aut consilio, aut pecunia, aut copiis juve-

juverant, ademit. Tulit enim, ut municipiis omnibus jus civitatis, agrique adimerentur. Quod tamen de agris, non autem de civitate ratum fuisse Cicero docet in Oratione pro Domo, cum sic scribit: *Populus Romanus* L. Sulla Dictatore ferente, *comitiis centuriatis*, municipiis civitatem ademit: ademit iidem agros, de agris ratum est. Fuit enim populi potestas, de civitate, ne tamdiu quidem valuit, quamdiu illa Sullani temporis arma valuerunt. Post autem *Sulla Dictaturam deponente*, aut certe mortuo, omnibus, aut plerisque jus pristinum, ut opinatur *Sigonius*, est restitutum. Qua vero lege, incertum.

Hoc igitur pacto, cum *Italia civitatem Romanam* multis laboribus ac multo sanguine primum meruisset, deinde vero armis, atque populi Romani benignitate obtinuisset, amisamque recuperasset: tum tanta demum peregrinorum in Urbem se contulit copia, ut nova lege eorum libido coercenda.

#### *Papia lex, de peregrinis.*

Itaque *L. Aurelio Cottæ*, *L. Manlio Torquato Coss.* anno Urbis 1039. *C. Papius* tribunus plebis legem tulit, ut peregrini urbe Roma expellerentur: *Cicero* lib. 3. *Officiorum*, pro Balbo, pro Archia, *Dio* lib. 37.

Item, Ut focii Latini in suas civitates redigerentur. Ut iudicium focii & civitatibus exteris constitueretur, repetundi ejus causa, qui in civitatis Romanæ censum irrepsisset. *Valerius* lib. 3. cap. 4. *Cicero* pro Cornelio. De his legibus omnibus vide *Carolus Sigonium* lib. 3. de Antiquo Jure Italiæ, cap. 1.

#### *Calpurnia lex.*

Pertinent ad has de jure civitatis Romanæ leges, etiam *Calpurnia*, *Gellia Cornelia*, *Mensia*. *Calpurnia* lege latum est, ut milites virtutis ergo civitate donarentur. *Nonius* in voce *ergo*, ex lib. 4. historiarum *Sisennæ*.

#### *Gellia Cornelia lex.*

*Gellia Cornelia* à *L. Gellio Poplicola*, *Cn. Cornelio Lentulo Coss.* anno Urbis 1033. lata est, Ut cives Romani essent ii, quos *Cn. Pompejus* de consilii sententia singulatim civitate donavisset. *Cicero* pro Balbo.

#### *Mensia lex.*

*Mensia* hæc fuit, ut ex alterutro peregrino natus, deterioris parentis conditionem sequeretur. *Ulpianus* Instit. cap. 5. Et hanc idem *Ulpianus* l. lex naturæ 24. de statu hominis, specialem legem intelligit. Quis eam tulerit, & quando, incognitum.

#### *Lex de Cn. Publicio Menandro.*

Huc tandem referantur illæ leges, quæ de singulis personis, jure civitatis donandis, latæ fuerunt, quarum duæ memorantur. Una est, de *Cn. Publicio Menandro* homine libertino, quem legati Romanorum, legum conquirendarum causa in Græciam proficiscentes, interpretem secum habuerant, ut si domum revertisset, & inde Romam redisset, ne minus civis esset. *Cicero* pro Balbo, *Pomponius* l. 5. ff. de cap. & postlim. rever.

#### *Lex de Mutine Libyphœnice.*

Altera est de civitate Romana *Mutini Libyphœnici* danda, qui cum ab *Hannone* Carthaginensium Imperatore, cujus præfectus fuerat, dignitate sua spoliatus esset, Agrigentum Romanis prodiderat. *Liv.* lib. 27. Tantum de jure civitatis Romanæ.

### CAP. III.

#### *De legibus, quæ de comitiis & cõtionibus fuerunt.*

**M**axima pars juris civium Romanorum in comitiis consistebat, de quibus hoc capite dicemus, ordine sic postulante. Recitabimus autem primum eas leges, quæ in genere de ipso comitorum modo, tum quæ de suffragiis loquuntur.

#### *Ælia lex. Fusia lex.*

Apud omnes scriptores frequens mentio est legis *Æliæ* & *Fusæ*. *Ælia* lex hæc fuit: Ut quoties cum populo ageretur, augures de cœlo servarent, magistratus & obnuntiandi, & legis lationi intercedendi potestatem haberent. *Fusia* tulit, ut certis diebus, qui tamen fasti essent, agi cum populo non liceret. A quibus latæ hæc sint, non certo constat. *Paulus Manutius* utramque à tribunis plebis latam esse contendit addens, ex *Ælia* gente neminem unquam Consulatum gessisse. *Hotomannus* contra *Æliam* à *Q. Ælio Pæto* Consule cum *M. Junio Penno* anno 1039. *Fusiam* à *P. Furio* sive *Fusio Philone* Consule cum *Sexto* Ati.

Atilio Serrano anno 10cxvii. rogatam esse vult, & certè hos Consules in fastis *Sigonii*, *Onuphrii Panninii*, & *Goltzii* invenio.

#### *Clodia lex.*

Abrogavit has *P. Clodius tribunus plebis*, *L. Calpurnio Pisone Caesonino*, *A. Gabinio* Coss. anno 10cxv. lege lata. Ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cælo servaret. Ut omnibus fastis legem ferri liceret, *Afconius* in *Pisonianam*, *Diolib.* 38. Quare *Cicero* toties queritur, *Clodium* propugnacula & muros tranquillitatis atque otii evertisse, pro *Sestio*, in *Pisonem* & alibi.

#### *Curia lex.*

Ad modum comitorum pertinet *lex Curia*, de patrum auctoritate à *M. Curio Dentato*, *tribuno plebis*, *M. Fulvio Pato*, *T. Manlio* Coss. anno cdliv. lata, Uti ante comitia magistratum patres auctores fierent. *Cicero* libro de claris Oratoribus eam *Appio Claudio Cæco* Interrege comitia habente, *Livius* autem lib. 10. *P. Sulpitio*, latam esse tradunt. Et quidem *Livii* sententia est vero similior. Non enim ab eo, qui primus Interrex esset proditus comitia haberi solebant, ut alibi ostendimus: Priorem autem proditum esse *Appium*, *Livius* asserit. Non igitur comitia habere potuit.

#### *Claudia lex.*

De magistratum comitiis *Claudia* loquitur, quam tulit *M. Claudius Marcellus* Coss. cum *Serv. Sulpitio Rufo* anno 10cccii. Ne in magistratum comitiis absentium ratio haberetur. *Suetonius* in *Cæsare*. Plures infra, ubi de magistratibus dicendum erit, habebimus.

Sequuntur leges de suffragiis, quæ duplices sunt. Aliæ enim de suffragiis, per tabellam ferendis, quæ de causa tabellaria dicuntur, latæ sunt: aliæ aliis quibusdam jus suffragii ferendi rogantur. Prioris generis fuerunt, *Gabinia*, *Cassia*, *Papiria*, *Cælia*, *Maria*: alterius autem *Valeria*, *Manilia*, *Sempronia*, *Fuscia*, *Antonia*.

#### *Gabinia lex.*

Primum per multos annos Romani suffragium voce tulerunt: Postea vero, ut quisque liberius sententiam suam proferre posset, absque metu periculi, inventæ tabellæ sunt, quibus suffragia ferrent: idque aliquot legibus fuit constitutum.

Prima fuit *Gabinia*, quam tulit *A. Gabinus tribunus plebis*, *Cn. Calpurnio Pisone*, *M. Popillio Lenate* Coss. anno 10cxiv. Ut comitiis, quibus magistratus crearentur, populus non voce, sed per tabellam suffragium ferret. Et quo id liberius esset, cautum est, Ne quis inspiceret tabellam, ne rogaret, ne appellaret, & ita ab omni parte liberum iudicium suum in magistratibus creandis populus haberet. *Cicero* lib. 3. de Legibus, de Amicitia, item pro *Flancio*.

#### *Cassia lex.*

Secuta hanc est *Cassia*, quæ etiam suffragia libera esse voluit, non iudicum tantum in iudiciis, sed etiam populi in comitiis: verum in tributis tantum, quibus de multis iudicaretur. *Cicero* in *Lælio*, ubi hanc legem biennio post *Gabiniam* latam scribit: item in *Bruto*, lib. 3. de Legibus, *Afconius* in *Corneliam* & *Verrinam* 2.

#### *Papiria lex.*

Idem in legibus faciendum esse, *Papiria* suavit, quam tulit *C. Papirius Carbo tribunus plebis*, *P. Popillio Lenate*, *P. Rupilio* Coss. anno 10cxxi. Ut in iudicandis legibus, aut vetandis, populus tabellam suffragium ferret. *Cicero* lib. 3. de Legibus.

#### *Cælia lex.*

Hanc consecuta est *Cælia*, quam tulit *Cælius tribunus plebis*, *Q. Cælio Metello Balearico*, *T. Quintilio Flaminio*, Coss. anno 10cxxxv. Ut etiam in perduellionis iudicio, quod *Cassia* lege tabellaria exceptum erat, populus non voce, sed tabella sententiam ferret. *Cicero* libro tertio de Legibus.

#### *Sempronia lex.*

Huc etiam *Sempronia* pertinet, quam tulit eodem anno *C. Sempronius Gracchus*. Ut ex confusis quinque classibus sorte *centuria* evocarentur. *Sallustius* in oratione ad *Cæsarem*.

#### *Maria lex.*

Et *Maria*, quam tulit *C. Marius tribunus plebis*, *L. Cæcilio Metello Calvo*, *L. Aurelio Cotta* Coss. anno 10cxxxiv. Ut pontes, per quos suffragia in comitiis ferebantur, angustiores fierent, ne quis illuc, nisi

nisi suffragium ferret, consistere posset ad appellandum, rogandumque. Cicero lib. 3. de Legibus. *Plutarchus* in Mario.

### *Fusia lex.*

Et *Fusia*, quam tulit *Q. Fuscus Calenus* prætor, *C. Julio Cesare*, *M. Calpurnio Bibulo* Coss. anno 1029. Ut singula genera suffragium seorsim ferrent, quo sententiæ internosci possent: antea enim in *tributis comitiis* omnium simul suffragia confundebantur: itaque fiebat, ut singula genera de suffragiorum eventu sic inter se contenderent, ut quod recte statutum esset, id suo suffragio factum dicerent: quod secus in alios rejicerent. Hac lege aurem factum est, ut singulorum generum suffragia seorsim renuntiarentur. Dio lib. 38. Plura de hac lege, quomodo sit intelligenda, libro de comitiis diximus.

### *Antonia lex.*

Memoratur etiam *Antonia lex*, quam *L. Antonius* tulit, qua cum *Cajo Cesare* magistratus partitus est. Cicero Philip. 7.

### *Valeria lex.*

Alterius generis est *Valeria*, quam tulit *C. Valerius Tappo* tribunus plebis, *M. Valerio Messala*, *C. Livio Salmatore* Coss. anno 1025. Ut Formianis, Fundanis, Arpinatibus, suffragii latio (nam ante sine suffragio habuerant civitatem) esset. Livius lib. 38. c. 36.

### *Sempronia lex.*

Et *Sempronia*, quam tulit *C. Sempronius Gracchus* tribunus plebis anno 1034. *Q. Cæcilio Metello*, *T. Quinctio Flaminio* Coss. Ut socii Latinis jus suffragii perinde, ut civibus Romanis esset. Cicero multis locis, *Plutarchus* in Gracchis.

### *Manilia lex.*

Item *Manilia*, quam tulit *C. Manilius* tribunus plebis, anno 1039. *M. Emilio Lepido*, *L. Volcatio Tullio* Coss. Ut libertinis in omnibus tribubus suffragium esset. Cicero pro lege Manilia, & *Asconius*.

Cæterum, quemadmodum Romani *legitimos conventus*, qui reipublicæ causa habebantur, & *comitia* multis legibus confirmarunt, ita contra illegitimas, & suspectas coitiones, & cœtus nocturnos severè prohibuerunt, ut ostendunt leges *Duillia*, *Mania*, & *Gabinia*.

### *Duillia, Mania lex.*

*Duillia*, *Mania* de illegitimis coitionibus fuit à *M. Duillio*, & *L. Manio* tribunis plebis, *C. Martio Rutilo*, *Cn. Manlio Capitolino Imperioso* 11. Coss. anno 603. de collegii tribunorum sententia lata, Ne quis postea populum sevocaret: qui hoc faceret, capitale esset. Livius lib. 7.

### *Gabinia lex.*

De nocturnis coetibus *Gabinia* fuit, ut qui conciones ulla clandestinas in Urbe conflagisset, more majorum capitali supplicio multaretur. *Portius Latro* in declamatione in Catilinam, apud *Sallustium*. Idem autem prius lege 111. tabularum cautum erat, ut idem testatur: de qua lege diximus. Atque hætenus de comitiis.

## · C A P U T I V .

### *De Senatu, & Senatoribus.*

**A**ugustum urbis Romæ concilium, *Senatus* fuit, de quo cum *Cynæus* à Pyrrho interrogatus esset, quid sibi videretur: respondit arbitratum fuisse, videre se *confessum Regum*. Et verè quidem eum locutum fuisse, historiæ testantur. Non enim omnes sine discrimine in *Senatum* receperunt, sed magnum delectum habuerunt. Munus fuit primum *Regum*, post *Consulum*, tum *ensorum*, *Senatum* legere: & eos, qui indigni eo honore essent, *Senatu movere*.

### *Cassia lex.*

*L. Cassius Longinus* tribunus plebis legem tulit, *C. Mario* 11. *C. Flavio Fimbria* Coss. anno 1049. Ut quem populus damnasset, cuive imperium abrogasset, in *Senatu* ne esset. *Asconius* in *Cornelianam*. Tulit autem eam *Cassius* maxime propter similitudines cum *Q. Servilio Cæpione*, qui ante biennium Consul fuerat, & cui populus imperium abrogaverat ob male gestum bellum.

*Claudia lex.*

De Senatorum quæstu legem tulit *Q. Claudius tribunus plebis*, *P. Cornelio Scipione*, *T. Sempronio Longo* Coss. anno 1035. adjuvante uno patrum *C. Flaminio*: Ne quis Senator, quive Senatoris pater fuisset, maritimam navem, quæ plus quam trecentarum amphorarum esset, haberet. Id satis habitum ad fructus ex agris vestandos: quæstus omnis patribus indecorus visus est. *Livius* libro 21. *Cicero* Verrina 7. Hanc legem *Cæsar Dictator* postea in Juliam de repetundis transtulit, de qua infra.

*Sulpitia lex.*

Voluerunt etiam Senatores vitare æs alienum, ideo *Servius Sulpitius tribunus plebis* anno 1015. *L. Cornelio Sulla*, *Q. Pompejo Rufo*, Coss. legem tulit, Ne quis Senator supra duo millia drachmarum deberet. *Plutarchus* in Sulla. Ipse tamen legislator, cum vita excessit, ultra trecentas myriades debiti nomine reliquit.

*Ovinia lex.*

De legendo, & supplendo Senatu hæc leges loquuntur. *Ovinia*, cujus *Festus* meminit, ut censores ex omni ordine optimum quemque curiatim in Senatu legerent. Quo factum est, ut qui præteriti essent, & loco moti, haberentur *ignominiosi*.

*Cassia lex.*

*Cassia* quam tulit *C. Cassius prætor*, *Dictatore Julio Cæsare*, Ut in numerum patriciorum, qui Senatui deessent, alii sublegerentur. *Tacitus* lib. 11. *Annalium*. *Suetonius* autem in *Julio Cæsare* scribit, ipsum Senatum supplevisse, patricos allegisse, prætorum, ædilium, quæstorum, minorum etiam magistratuum numerum ampliavisse. Utrum autem illa *Cassii lege*, an alia id fecerit, incertum.

*Sentia lex.*

*Sentia*, quam tulit, ut opinatur *Hottomannus*, *C. Sentius* Cof. cum *Q. Lucretio* anno 1004. *Augusto* imperante, ut in numerum patriciorum, qui Senatui deessent, alii sublegerentur. *Tacitus* libro 2. *Annalium*, ubi tamen in vulgatis corrupte legitur *Senia*, pro *Sentia*.

*Gabinia lex.*

De Senatu habendo *Gabinia* lata est ab *A. Gabinio trib. pleb.* *L. Cæcilio Metello*, *Q. Marcio Rege* Coss. anno 1035. Ut ex Kalendis Februarii ad Kalendas Martias quotidie *Senatus* cogeretur, & legatis exterarum nationum daretur. *Cicero* libro 1. *Epistolarum* ad *Quintum fratrem*.

*Pupia lex.*

Huc pertinet *Pupia*, qua latum est, Ne *Senatus* ab XVIII. Kalend. Februarii ad usque Kalendas Februarias haberetur. Ne nisi perfectis, aut rejectis legationibus, aliis de rebus *Senatus* haberetur. *Cicero* lib. 1. *epist.* 4. ad *Lentulum*: lib. 2. *epist.* 2. ad *Q. fratrem*, & *Cælius* libro 8. *epist.* 8. ad *Ciceronem*, ubi hac lege solutos esse magistratus scribit.

*Tullia lex.*

Ad Senatores pertinet etiam *lex Tullia de legationibus liberis*. Cum enim consuetudo obtinuisset, ut Senatores, quibus negotia futura erant in provinciis, ut qui hæreditates persequi, vel legata, aut qui nomina exigere volebant in provinciis, quo commemorabiliores atque favorabiliores controversias haberent, à Senatu, ornamenti causa *legationem liberam* peterent, qua semel impetrata, deinceps perpetuo, quotiescunque ejusmodi negotia inciderent, honoris & commodi sui causa utebantur, legem tulit *M. Tullius Cicero*, Consul cum *M. Antonio*, anno 1090. Ne, sicut antea, infinitum, sed annuum tempus earum esset. *Cicero* lib. 3. de *Legibus* testatur, se legationes tales, approbante frequentissimo Senatu (licet ad Senatus utilitatem pertinere viderentur) extincturum fuisse, nisi intercessisset *Livius tribunus plebis*: fecisse tamen, cum essent antea infinitæ, & perpetuæ, ut annuæ fierent, atque ita turpitudine maneret, diuturnitate sublata. Meminit ejus rei etiam oratione *Agraria*. Hactenus de *Senatu*.

## C A P. V.

*De magistratibus majoribus.*

**N**ULLA fere pars reipublicæ fuit, de qua non fuerint aliquæ *leges latae*, id quod hactenus in *facris*, in *jure civitatis*, in *comitiis*, in *Senatu* vidimus. Hoc capite eas consignabimus, quæ de *magistratibus* in genere, & in specie, de *majoribus magistratibus* latæ reperiuntur.

## DE MAGISTRATIBUS IN GENERE.

*Valeria lex de provocatione.*

Huc vero primum pertinent illæ leges, quæ certos quasi cancellos *magistratibus* circumdederunt, ne quod liberet, id etiam confestim sibi licere putarent, quales sunt illæ, quæ de *provocatione* latae sunt, quarum prima fuit *Valeria*, anno ccxliiii. à P. *Valerio Poplicola* Consule, collega *Junio Bruto* mortuo, lata, Ut adversus omnes *magistratus* ad populum provocatio esset. Ne quis *magistratus* civem Romanum adversus provocationem *verberare*, aut necare, aut pecunia multare vellet. Ne quis Romæ imperium haberet, nisi cui a populo datum esset, sacrumque esset cum bonis caput ejus, qui regni occupandi consilia inisset. Ut capitale esset, si quis injussu populi magistratum adidisset. *Livius* lib. 2. *Dionysius* lib. 4. *Valerius Maximus* lib. 4. cap. 1. *Pomponius* I. C. de origine juris.

*Valeria lex secunda sive Valeria Horatia.*

Retulit hanc L. *Valerius Poplicola Potitus*, Consul cum M. *Horatio Barbato*, anno ccciv. Ne quis ullum magistratum sine provocatione crearet: qui creasset, eum jusque fasque esset occidi, neve ea cædes capitalis noxæ haberetur. *Livius* libro 3. *Dionysius* lib. 10. Eadem *Horatia* appellatur.

*Valeria lex tertia.*

Tertio eam repetiit M. *Valerius Corvus* Cos. v. cum Q. *Appulejo Pansa* anno cdlxiii. Ne quis, qui provocasset, virgis cæderetur, securive necaretur: si quis adversus ea fecisset, improbe facturum. *Livius* lib. 10. Diligentius, inquit, quam aliæ sancta est: tertio tum post Reges exactos lata semper à familia eadem.

*Lex Villia annalis.*

De ætate magistratuum loquitur *Villia annalis*, quam tulit L. *Villius Annalis tribunus plebis*, L. *Manlio Acidino Fulviano*, Q. *Fulvio Flacco* fratribus germanis Cos. anno dclxxiv. Quot annos nati quemque magistratum peterent caperentque *Livius* libro 40. ubi tamen corrupte legitur ab L. *Fulvio tribuno plebis* lata, ut adnotat *Sigonius*. Meminit hujus legis & *Cælius* ad *Ciceronem*, & *Valerius Maximus*, ubi eodem modo pro L. *Villio*, aut L. *Julius*, aut L. *Tullius* hæc tenus lectum est, quod viri docti emendarunt. Quæ autem ætas cuique magistratui capiendæ definita hac lege sit, à *Livio* non exprimitur. *Paulus Manutius*, & alii, id quæsierunt, & liberaliter aliis communicaverunt, quod non pigebit hoc loco tribus verbis repetere. *Quæstura* primus magistratus urbanus fuit, hunc non licuisse capere ante annum ætatis xxvii. affirmant, adducti auctoritate *Polybii*, qui lib. 6. scribit, legem fuisse, Ne quis urbanum magistratum gereret, nisi decem stipendia confecisset. Annus autem legitimus ad militandum fuit decimus septimus. *Cicero* Philip. 5. *Tribunatus plebis* definiunt annum ætatis xxx. *adulitati* xxxvii. *pratura* xl. *Consulatus* xliii. &c. Quorum omnium probationem qui requirit, *Manutium* legat libro *Antiquitatum de legibus*, & alios.

*Genutia lex.*

Legi *Villia* annali affinis est *Genutia*, quam tulit L. *Genutius tribunus plebis*, C. *Marcio Rutilio* iv. Q. *Servilio (Abala)* Cos. cdxl. Ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet, neque duos magistratus uno anno gereret. *Livius* lib. 7.

*Cornelia lex.*

*Genutiam* legem repetiit & confirmavit L. *Cornelius Sulla Felix*, Dictator & Consul ii. cum Q. *Cæcilio Metello Pio*, anno dclxxiii. Tulit enim, ut, si quis magistratum peteret, quem ante gessisset, nisi decennium interjectum esset, ejus ratio non haberetur. *Appianus* lib. 1. de bellis civilibus.

*Pompeja lex.*

*Cnejus* etiam *Pompejus Magnus*, iii. Consul cum Q. *Cæcilio Metello Pio Scipione*, anno dccc. legem tulit. Ne cujus absentis in magistratum comitiis ratio haberetur, uno *Cæsare* excepto. Privilegium hoc potius, quam lex est. *Dio* libro 40. *Plutarchus* in *Pompejo* & *Cæsare*, &c.

*Sempronia lex.*

Iniqua lex fuit *Sempronia*, qua C. *Sempronius Gracchus tribunus plebis* ann. dcccxxx. Q. *Cæcilio Metello Balearico*, T. *Quintio Flaminio* Cos. tulit, ut, cui magistratus abrogatus fuisset, ei magistratum iterum capere jus non esset, qua lege M. *Gelanius*, cum Tib. *Gracchi* lege *tribunatus* abrogatus fuerat, notabatur. Eam tamen *Cajus* ipse *Cornelia* matris precibus post abrogavit. *Plutarchus* in *Gracchis* & alii.

*Cornelia lex.*

Iniquior etiam *Cornelia*, quam *L. Cornelius Sulla Felix* Dictator tulit, ut iis, qui suas partes in civili bello secuti essent, honores ante tempus capere jus esset, utque proscriptorum liberi honorum petendorum potestate privarentur. *Appianus* libro 1. de bellis civilibus. *Plin.* libro 7. *Quintilianus* lib. 11. cap. 1. *Cicero* in *Pisoniana*, *Dio* libro 41.

*Hircia lex.*

Similis huic est lex *Hircia*, de *Pompejanis*, ab *A. Hircio*, eo, qui postea in pugna ad *Mutinam* cecidit, lata, ut *Pompejani* ad dignitates non admitterentur. *Cicero* *Philipp.* 13. in *Antonii* epist. Hæ leges in genere de magistratibus loquuntur, videamus speciales.

## DE CONSULIBUS.

De *Consulibus* quatuor, ex magno numero earum, quæ injuria temporum interciderunt, leges extant *Junia*, *Terentis*, *Licina Sextia*, *Genutia*.

*Junia lex.*

Prima est *Junia*, quam *L. Junius Brutus* primus Consul tum solus, anno *ccxliii.* tulit, ut imperium *Tarquinio* abrogaretur, ut ipse idem cum conjuge ac liberis, itemque omneis *Tarquinia* gentis exularent: ut capitale esset, si quis de iis revocandis mentionem faceret: ut Regio imperio abrogato, *Consules* duo Regia potestate quotannis *comitiis centuriatis* à populo crearentur. *Dionysius* lib. 4. *Livius* lib. 2.

Verum multum huic legi detraxerunt *leges Valeria* de provocatione, de quibus paulo ante.

*Terentia lex.*

Neque solum hæ multum detraxerunt *Consulum* potestati, verum cum ipsi multa tyrannice, & licenter agerent, quippe quorum imperium nullis erat legibus circumscriptum, legem tulit *C. Terentius Arsa* tribunus plebis, anno *ccxci.* *L. Lucretio Tricipitino*, *T. Veturio Gemino Cicurino* Coss. Ut quinquaginta crearentur legibus de *Consulari* imperio scribendis, ne ipsi libidinem ac licentiam suam pro lege haberent. *Dionysius* lib. 10. *Livius* lib. 3. qui quidem perlatam eam non fuisse scribit. Fuit tamen causa creandis postea *decemviris* legibus scribendis *Consulari potestate*.

*Sextia lex, quæ & Licinia Sextia dicitur.*

Et *Consulatus* quidem primum solis *patriciis* patebat, *plebeji* ab ejus petitione excludebantur, quod ægre ferens plebs, tandem per *tribunos* effecit, ut sibi etiam eum capere liceret. Tulerunt enim legem *C. Licinius Stolo*, *L. Sextius* tribuni plebis, *L. Furio Camillo* Dictatore v. anno *ccxcvii.* Ut *Consulum* alter ex plebe crearetur. *Livius* libro 6.

*Genutia lex.*

Hanc secuta est *Genutia*, quam tulit *L. Genutius* tribunus plebis, *C. Marcio Rutilio* iv. *Q. Servilio Hala* Coss. anno *ccxi.* Uti liceret ambos *Consules* ex plebe creari. *Livius* libro 7.

## DE PRÆTORIBUS.

De *prætoribus* primâ lex fuit, quam *Manutius* à *M. Furio Camillo* Dictatore, anno Urbis *ccxcvi.* latam esse putat, ut *prætor* unus, qui jus in Urbe diceret, quod ante *Consulum* munus fuerat, *patricius* crearetur. *Livius* libro 6. A quo tamen magistratu, & quibus *comitiis* lata sit, non explicat.

*Bæbia lex.*

Secuta hanc est *Bæbia*, ut alternis annis quaterni prætores crearentur. *Livius* libro 40. *Festus* nominat in voce *Rogat*.

*Cornelia lex.*

De jurisdictione prætorum *L. Cornelius Sulla Felix* Dictator, & Consul 11. cum *Q. Cæcilio Metello Pio* anno *1061.* legem tulit, nemine quidem repugnante, multis tamen injuriis, quemadmodum scribit *Africanus*, ut *prætores* ex edictis suis perpetuis jus dicerent. Quæ res tum gratiam *ambitiosis prætoribus*, qui varie jus dicere assueverant, sustulit. Solebant enim antea *prætores*, neglectis edictis perpetuis, ut quisque avaritia aut ambitione ducebatur, varie jus dicere: hacque ratione fiebat, ut singulis annis nova edicta proponerentur, ipsumque jus *prætorium* ob edictorum varietatem turbaretur. *Dio* lib. 36. *Cicero* *Philippica* 2. meminit etiam hujus legis: Ne *prætor* plus quam x. dies ab Urbe abesset, quod caput existimat *Manutius* vel primæ de *prætoribus* legi additum, vel postea latum fuisse.



## DE CENSORIBUS.

Primum lex lata fuit de *censoribus* quinquennali imperio è gente patricia creandis, anno cccx. *M. Gegano Macerino* II. T. *Quinctio Capitolino* v. Coss. de qua licet certum testimonium non extet, tamen dubitandi etiam nulla iusta causa est.

*Emilia lex.*

Abrogavit hanc legem *M. Æmilius Dictator* II. anno cccxix. qui tulit, Ne censura, quæ usque eo quinquennalis fuerat, plus quam annua, ac semestris esset. *Livius* lib. 4. & 9.

*Publilia lex.*

Secuta illa est, quæ de *censoribus*, ex plebe etiam creandis lata est. Cum enim primum *patriciis* solis ea dignitas pateret, tulit legem *Q. Publilius Philo* Dictator, anno cxxiv. Ut cum eo ventum esset, ut utrumque plebejum *Consulem* fieri liceret, alter ex plebe *censor* crearetur. *Livius* libro 8.

*Marcia lex.*

*Marcia lex* à Marcio Censorino lata est, Ne cui bis *censuram* gerere liceret. *Plutarchus* in *Coriolano*.

*Ovinia lex.*

De munere & potestate censorum *lex Ovinia* à Festo recitatur, qua latum est, ut *censores* ex omni ordine optimum quemque curiatim in Senatu legerent. Quo factum, ut qui præteriti essent, & loco moti, haberentur ignominiosi.

*Clodia lex.*

Neque prætermittenda hoc loco est *lex Clodia*, quam tulit *P. Clodius tribunus* plebis, *L. Calpurnio Pisone Cæsone*, *A. Gabinio* Coss. anno 100xv. Ne quem *censores* in legendo præterirent, neve qua ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus, & utriusque *censoris* sententia damnatus esset. *Africanus* in *Pisonianam*, *Cicero* in eadem, in *Miloniana*, & *Sextiana*. Hac autem lege *censoria potestatis jus* imminutum est, quod quadringentis annis in republica, ut inquit in *Pisonem Cicero*, retentum fuerat. Antea enim *censoribus* notam apponere licuit etiam non accusatis, & quod unus statuisset, nisi alter diserte intercessisset, aut notatum liberasset, tantundem erat, ac si utriusque iudicio esset damnatus.

*Cæcilia lex.*

Restituit eis pristinam potestatem, abrogata lege *Clodia*, *Q. Cæcilius Metellus Pius Scipio* Consul cum *Cn. Pompejo Magno* anno 100ci. Tulit enim, Ut *censoria potestas*, quam *P. Clodius tribunus* plebis imminuerat, restitueretur. *Dio* lib. 40.

## DE DICTATORE.

*Dictator* primum sine provocatione, optima lege, qua voce quam plenissimum jus ejus magistratus significabatur, creatus est, Senatu ita decernente, & lege cautum, uti ex *Consularibus* fieret: item, Ne *Dictatori* equum conscendere liceret. Prioris legis *Livius* meminit, posterioris *Plutarchus* in *Fabio Maximo*: à quo vero latæ ex sint, non additur. Postquam autem *Duillia*, & *Valeria Horatia* promulgatæ sunt, & cautum, Ne quis ullum magistratum sine provocatione crearet, facile intelligitur à *Dictatore* etiam provocationem ad populum concessam esse: & tum in creatione ejus desitum est dici, uti optima lege, utpote imminuto jure priorum magistratuum. Auctor est *Festus*.

Memoratur deinde *lex Genutia Emilia* de clavo pangendo, quam tulere ex S. C. *Cn. Genutius* Aventinensis, *L. Æmilius Mamertinus* Coss. anno cccxc. Ut qui *prætor* maximus esset, Idibus Septembribus clavum pangeret. *Livius* libro 7. ubi addit, legem ætate sua fuisse prisca literis verbisque scriptam, clavumque, quia raræ per ea tempora literæ erant, notam numeri annorum, eoque *Minerva* templo dicatam legem, quia numerus à *Minerva* inventus sit.

*Metilia lex.*

Contra morem majorum fuit lex, quam tulit *M. Metellus*, sive *Metilius*, quod *Sigonio* placet, *tribunus* plebis, anno 100xxvi. *Cn. Servilio Geminio*, *C. Flamini* II. Coss. ut magistri equitum, & *Dictatoris* jus æquaretur. *Livius* lib. 22. Quæ lex lata fuit in gratiam & favorem *M. Minutii Rufi*, qui magister equitum contra edictum *Dictatoris* sui, *Q. Fabii Maximi* pugnauerat.

Fuit *Dictatura* ab initio magistratus semestris, qui mos fere usque ad *Sullæ* tempora mansit: tum vero *L. Valerius Flaccus* Interrex à Senatu proditus, civitate Consulibus destituta, *Cn. Papirio Carbone*, &

*C. Marius* interfectis, legem tulit, ut *L. Cornelius Sulla* perpetuus Dictator reipublicæ constituendæ causa crearetur, & quæcunque is, aut tanquam *Consul*, aut tanquam *proconsul* gessisset, rata essent. *Cicero* *Verrina* 4. in *Rullum*. *Appianus* libro 1. de bellis civilibus.

#### *Antonia lex.*

Fuit & de Dictatura *C. Julii Caesaris* lex lata, à quo, incertum.

Tandem vero, cum multa *Dictatores* tyrannice agerent, & nomen illud invisum populo Romano esset, legem tulit *M. Antonius triumvir* reipublicæ constituendæ, Ne quis, ullam ob causam de *Dictatore* creando referret, neve *Dictaturam* oblatam acciperet: qui secus faceret, eum ut necare jus fasque esset. *Appianus* lib. 3. de bellis civilibus.

De tribunis militum *Consulari potestate*, primum memoratur lex illa, ut *tribuni militum Consulari potestate* promiscue ex *patribus*, & plebe crearentur, qui tamen per annos XLVI. *patricii* omnes creati sunt. *Livius* libro 4.

#### *Licina lex.*

Refertur post hanc *Licina*, quam tulit *C. Licinius Stolo* *tribunus plebis*, *Sp. Furio Medullino*, *P. Cloelio Siculo*, &c. *tribunis militum* anno cccLXXVI. Ne eo anno *tribunorum militum* comitia fierent. *Livius* lib. 6. Verum ea non tenuit.

#### *Titia lex.*

De *triumviris R. P. C.* legem tulit *P. Titius* *Tribunus plebis* anno 1000. *C. Vibio Pansa*, *A. Hircio* *Coss.* Ut *tresviri Consulari potestate* constituendæ reipublicæ in quinquennium crearentur *Cn. Octavius*, *M. Æmilius Lepidus*, & *Antonius*, *Appianus* lib. 4. de bellis civilibus, & *Florus* *epitoma* 120. Pertinet huc lex regia de unius imperio, quam libro præcedenti, cap. 12. recitavimus, unde peti potest. Proxiorum ejus explicationem apud *Antonium Vaccam* *jurisconsultum*, & *Marium Salamonium* libro 5. & 6. de *Principatu* habes. Hactenus de *magistratibus majoribus*.

### C A P U T VI.

#### *De magistratibus minoribus.*

Vidimus capite præcedenti, quibus legibus *magistratum Romanorum majorum* potestas confirmata, interdum etiam diminuta, nonnunquam omnino sublata fuerit: hoc capite de *minoribus* dicemus, quorum primi sunt *quæstores*.

#### *Valeria lex, de quæstoribus.*

De *quæstoribus* reperiuntur tres leges, *Valeria* & alia *ἀνώρυμος*, & *Cornelia*.

*Valeriam* tulit *P. Valerius Poplicola* *Cos. solus*, *Bruto* collega mortuo, anno cxxLIII. Ut pecuniæ publicæ in æde *Saturni* recondiderentur, duoque *quæstores* crearentur. *Livius* lib. 2. *Plutarchus* in *Poplicola*, & alii.

Secuta hanc alia est, qua constitutum fuit, ut præter duos *urbanos quæstores*, duo alii, qui *Consulibus* ad ministeria belli præsto essent, crearentur, iique promiscue de plebe, ac *patribus*, libero populi suffragio. Item, ut *quæstoribus* anno confecto redire ex provincia liceret. *Plutarchus* in *Gracchis*.

#### *Cornelia lex.*

Tertia est *Cornelia*, quam *L. Cornelius Sulla* Dictator anno 100LXXIII. tulit, ut viginti *quæstores* suppleendo *Senatui* crearentur, cui *judicia* tradiderat. *Tacitus* lib. 2. *Annalium*.

#### *Junia sacrata lex, de tribunis plebis.*

Sequuntur *tribuni plebis*. De his vero multæ adhuc extant leges. Prima est *Junia sacrata*, quam tulit *L. Junius Brutus* *tribunus plebis*, primus creatus anno cclx. *Sp. Cassio* *Viscel.* 11. *Posthum.* *Cuminio Aurunco* 11. *Coss.* ut plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxillii latio adversus *Consules* esset, neve cui patrum capere eum magistratum liceret. *Dion.* lib. 6. hæc legis verba refert: Ne quis *tribunum quæstoriatum*, quicquam facere cogito, ne *virgis* cadito, neve *cadit* jubeto: ne occidito: neve occidi jubeto, qui adversus ea fecerit, sacer esto: bonaque ejus *Cereri* sacra sunt: eumque occidere jus fasque esto. *Livius* libro 3. c. 64. etiam hoc carmen ex rogatione illa edit: Si *tribunos plebei* decem rogabo, si qui vos minus hodie decem *tribunos plebei* feceritis: hi tum uti, quos sibi collegas cooptassint, ut illi legitimi cadem lege *tribuni plebei* sint, ut illi, quos hodie *tribunos plebei* feceritis. Dicebantur autem *leges sacrata*, inquit *Festus*, quibus sancitum erat, ut si quis adversus eas fecisset, sacer alicui deorum esset. Sunt qui esse di-

dicant sacratas, quas plebs jurata in monte sacro sciverit. Illud dubitari potest, verumne sit, quod scribit *Diodor.* lib. 12. in Aventino fœdere comprehensum hoc fuisse, uti *tribuni plebis* exacto sui magistratus anno, mox totidem alios in annum sequentem designarent: quod si prætermisissent, illico vivi comburerentur. sin aliquando diutius eos in designando diffensio tardaret, interea potestas eis progrogaretur, dum alios crearent, cum apud nullum alium scriptorem expresse ejus rei mentio fiat.

#### *Icilia lex.*

Secuta sacratas leges est *Icilia*, quam tulit *Sp. Icilius tribunus plebis*, *T. Gegano Macerino*, *P. Minitio Augurino* Coss. anno cclxi. Ne quis tribuno ad populum concionanti contradiceret, neve eum interpellaret. Qui contra faceret, prædes *tribunis* daret, se multam, quam ipsi irrogarent, soluturum. Qui prædes non daret, capitalis esset, familiaque ejus sacra esset: si quid esset in multis controversiæ, populi judicium esset. *Dionysius* lib. 7.

#### *Duillia lex.*

Post hanc, legem tulit *M. Duillius tribunus plebis*, *L. Valerio Poplicola Potito*, *M. Horatio Barbato* Coss. anno ccciv. ut qui plebem sine tribunis reliquisset, quique magistratum sine provocatione creasset, tergo & capite puniretur. *Livius* lib. 3.

#### *Horatia lex.*

Eodem anno legem tulit *M. Horatius Barbatus* Consul cum *L. Valerio Poplicola*, ut qui tribunis plebis, ædilibus, iudicibus, decemviris nocuisset, ejus caput Jovi sacrum esset, familia ad ædem *Cereris*, *Liberi*, *Liberaeque* venum iret. *Livius* lib. 3. *Dionysius* lib. 11.

#### *Trebonia lex.*

Anno sequenti cccv. *L. Herminio Aquilino*, *T. Virginio Tricosto Calimontano* Coss. *L. Tribonius tribunus plebis* legem tulit, ut qui plebem Romanam *tribunos plebis* rogaret, is usque eo rogaret, dum *tribunos plebis* faceret. Qua lege *tribunorum* cooptatio collegio adempta in populum Romanum translata est. *Liv.* lib. 3. & 5.

#### *Atinia lex.*

Cum vero initio *tribuni plebis* Senatu excluderentur, legem tulit *Atinius tribunus plebis*; ut qui *tribunus plebis* esset, idem Senator esset, dicendæque in Senatu sententiæ jus haberet. *Agell.* lib. 14. cap. ult.

#### *Papiiria lex.*

*C. Papiirius Carbo tribunus plebis* legem tulit anno 10cxxxiii. *M. Perperna*, *C. Claudio Pulchro* Coss. Ut eundem *tribunum plebis* quoties quidem vellet, creari liceret. Quæ tamen perlata non est. *Florus* epitoma 59. *Cic.* in *Lælio*.

#### *Cornelia lex.*

Omniem potestatem *tribunis plebis* ademit *L. Cornel. Sulla Dictator*, anno 10cLxxiii. lege lata, Ne *tribunis plebis* ferendarum legum, concionandive jus esset, neve ad eos provocatio esset, ut ne iis intercedere liceret, neve iis, qui *tribuni plebis* fuissent, alios postea magistratus capere liceret. *Cic.* lib. 3. de *Legib. Casar* lib. 1. *Commentariorum de bello Gallico, Plutarchus* in *Sulla, Florus* epitomis. *Appian.* lib. 1. de *bellis civilibus, Aſcon.* in 3. *Verrinam*.

#### *Aurelia lex.*

Abrogata tamen ex parte hæc lex est à *C. Aurelio Cotta Consule* cum *L. Octavio*, anno 10cLxxviii. qui tulit, ut *tribunis plebis* liceret postea alios magistratus capere, quod lege *Sullæ* iis erat ademptum. *Aſconius* in *Cornelianam*, in *Verrum* 1. *Vellejus* libro 2.

#### *Pompeja lex.*

In universum autem omnem potestatem & dignitatem *tribunis plebis* restituit *Cn. Pompejus Magnus* Consul 1. cum *M. Crasso*, anno 10cxciii. Tulit enim, ut ad *tribunos plebis* provocandi jus esset, omniaque omnino, quæ *tribunis plebis* ademerat *Sulla*, illis restituerentur. *Plutarch.* in *Pompejo, Aſcon.* *Verrin.* 1. & 2. & *Casar* lib. 1. de *Bello civili*.

*Publilia Lætoria lex.*

De comitiis *tribunorum plebis* & aliorum magistratuum plebejorum lata est lex à *Volerone*, *Publilio Philone* & *Latorio tribunis plebis*, App. *Claudio Sabino Regillensi*, *T. Quintio Barbato Capitolino* Coss. anno ccxxc. Ut plebeji magistratus, qui antea *curiatis comitiis* fiebant, deinceps remotis patribus, *tributis comitiis* crearentur. *Liv.* 2. *Dionys.* libro 9.

*De ædilibus curulibus Furia lex.*

De *ædilibus curulibus* legem tulit, ut opinatur *Manutius*, *M. Furius Camillus* Dictator, anno cdxv. ut duo *ædiles* ex patribus crearentur. *Liv.* lib. 6. in fine.

*De triumviris capitalibus Papiria lex.*

De *triumviris capitalibus* lex *Papiria* extat apud *Festum*, quam *L. Papirius tribunus plebis* tulit, ut, qui inter cives diceret, *tresviro capitale* populum rogaret, qui *sacramenta litigatorum* exigerent judicarentque: eodemque jure essent, uti quos ex legibus, plebisve scitis exigere judicare oportet. Atque de *magistratibus* hætenus.

## CAPUT VII.

*De legibus, earum vi & potestate, item de privilegiis.*

**C**omitiis & magistratus creati, & leges latæ, & judicia exercita fuerunt. Cum igitur hætenus de magistratibus dixerimus: nunc de legibus agemus, quarum duo fuerunt genera. Aliæ enim *centuriatis comitiis*, quæ quidem proprie leges dicuntur: aliæ *tributis comitiis*, quæ *plebiscitis*, latæ sunt. De *plebiscitis* hæ leges loquuntur.

*Horatia Valeria lex, de plebiscitis.*

Prima est *Horatia Valeria*, quam tulere *L. Valerius Poplicola Potitus*, *M. Horatius Barbatus* Coss. anno ccciv. ut quod tributum plebs jussisset, populus teneret. *Livius* lib. 1. *Dionys.* lib. 2.

*Hortensia lex, de plebiscitis.*

Confirmavit hanc, & amplius extendit *Q. Hortensius* Dictator seditionis sedandæ causa creatus, anno cdlxvii. ut eo jure, quod plebs statuisset, omnes *Quirites* tenerentur, cum antea *patricii* non tenerentur. *Agellius* lib. 15. cap. 27. *Florus* epitom. 11. *Plinius*.

*Publilia lex.*

Retulit hanc post annos aliquot *Q. Publilius Philo* Dictator, anno cxxxiv. Qui etiam de *centuriatis legibus* tulit: ut legum, quæ *comitiis centuriatis* ferrentur, ante initum suffragium patres auctores fierent. *Livius* lib. 8.

*Cecilia Didia lex.*

De ratione legum ferendarum laudatur *Cecilia Didia*, à *Q. Cecilio Metello*, *T. Didio* Coss. anno cccclv. lata. Ne multis de rebus conjunctim una rogatione ad populum ferretur, ne populo necesse esset in conjunctis rebus compluribus, aut id quod nollet, accipere, aut id quod vellet repudiare. Item, ut in legibus promulgandis trinundinum servaretur. *Cic.* Philipp. 5. pro Domo sua, & ad Attic. epist. 1. *Paulus Manut.* *Ceciliam Didiam* non unam legem esse contendit, sed duas diversa sententia latas, ut primum quidem caput ad priorem, posterius ad aliam referatur.

*Junia Licinia lex, de trinundino.*

De trinundino etiam *Junia Licinia* fuit, quam *D. Junius Silanus*, & *L. Licinius Murana* Coss. anno cccxc. tulerunt, Ut iis qui trinundinum in ferenda lege non servassent, graviore, quam *lex Cecilia* & *Didia* sanxissent, pœnæ irrogarentur. *Cicero* Philip. 5. lib. 1. & 4. epistolarum ad Atticum, in *Vatinium*, & pro Domo.

*Clodia lex, de intercessione.*

*Tribunorum plebis intercessionem* in legum comitiis sustulit *P. Claudius tribunus plebis*, lege lata, ut libera & soluta in ferendis legibus *tribunorum plebis potestas* esset, neque intercessione impediretur. *Cicero* pro *Scstio*, Novem enim *tribunis plebis* unus obistere poterat. *Dio* lib. 38.

*Æbutia lex de XII. tabulis.*

DE XII. tabularum legibus tulit L. Æbutius tribunus plebis, ut duodecim tabularum capita, quæ reipublicæ propter antiquitatem obsoletasque res inutilia essent, abrogarentur: solæ legis actiones centumviralium causarum maneret. Agellius lib. 16. cap. 10 Ludovicus Charondas de hac lege in fragmento quodam Romanæ antiquitatis sic reperiri ait: L. Æbutius tribunus plebis, vir popularis, legem tulit ad populum, ut XII. tabularum capita, quæ inutilia essent reipublicæ, tollerentur. Quæ lex multis contradicentibus tandem rogata est.

*Julia lex, de suis legibus.*

Non probatur lex Julia, quam tulit C. Julius Cesar, Dictator, ut ei, qui in suas leges non jussisset, capitale esset. Appianus lib. 2. de Bellis civilibus.

*Licina Æbutia lex.*

Huc denique Licinia Æbutia referatur, quam de legum latoribus tulere Licinius, & Æbutius tribunus plebis, uti potestas nulla, curatiove non modo iis, qui de aliqua curatiove aut potestate tulissent: sed nec eorum collegis, cognatis, affinibus mandaretur. Cicero in oratione 2 contra Rullum & in oratione pro Domo sua. Sunt tamen qui duas leges constituent: alteram Liciniam, aliam Æbutiam, quæ ejusdem generis fuerint.

*Cornelia lex, de iis, qui legibus solvuntur.*

Quamquam autem ita constitutum esset, ut legibus iis, quas populus suffragiis suis confirmaret, omnes Quirites tenerent: tamen factum est nonnunquam, ut quidam gravibus de causis legibus solverentur: qua de re C. Cornelius tribunus plebis, C. Pisone, M. Glabrione Coss. an. 106xxcvi. legem tulit, Ne quis in Senatu legibus solveretur, nisi cc. affuissent: neve quis cum solutus esset, intercederet, cum ea de re ad populum ferretur. Asconius in Cornelianam. Quod eo pertinebat, ut esset quidem in Senatus potestate dare extra ordinem imperia, legibusque solvere, sed ita, ut post ad populum veteri more de ea re referretur. Dio lib. 36.

*Horatia lex, de Caja Tarratia.*

Privilegii speciem habet lex Horatia, quam tulit M. Horatius, ut Caja Tarratia virgini Vestali certi honores tribuerentur, in his ut testabilis esset. Ut si quadraginta annos nata sacerdotio abire, ac nubere voluisset, jus ei potestaque exaugurandi atque nubendi esset: munificentia & beneficii gratia, quod campum Tiberinum, sive Martium populo Romano condonasset. Agellius lib. 6. cap. 7. Plutarchus in Poplicola, ubi eam Tarquiniam appellat.

*Ampia Labiena lex, de Cn. Pompejo.*

Est & privilegium lex illa quam T. Ampius, & T. Labienus tribuni plebis, Q. Cecilio Metello Cere, L. Afranio Coss. anno 106xxciii. tulerunt, ut Cn. Pompejus victor ex Asia ludis circensibus corona aurea, & omni cultu triumphantium uteretur: scenicis autem prætexta coronaque aurea. Vel-lejus lib. 2. Plura privilegia passim in hoc libro recitantur.

## AD CAP. VII. PARALIPOMENA.

*Magistratus in provincias non tam latis legibus, quam sorte missi, fors in bellis, in qualibet re incerta.*

Quæ in superioribus habentur capitibus, aut levia sunt, aut antea hoc in opere à me explicata: superest ut decretas magistratibus provincias ostendamus, non tam legum beneficio, quam fors arbitrio, quæ in decernendis provinciis veluti arbitra interponebatur. Ac primum, Consules sorte commissas provincias obtinebant: Ut ex Authentica de Consulibus manifestum est. Non sum ignarus multa ab omnino Andrea Tiraquel. in tractatum illum luculentum, & varæ eruditionis, de legibus connubialibus esse congesta. T. Livius omnibus paginis testimoniorum plenissimus, 1. Decad. libro 4. & lib. 7. Censuit Senatus utrique legiones scribi, Consulesque sortiri provincias jussit. Et lib. 10. in controversia illa celebratissima inter Fabium Maximum & P. Decium Consules, & 3. Decad. lib. 2. in Consulatu Marcelli & Levini. & 4. Decad. lib. 2. in initio, & lib. 4. Illa tacita

suberat cura, ne novus Consul Graciam provinciam sortiretur. Ejusdem denique Decadis lib. 7. in principio. Plutarchus sæpe, in Paulo Emilio, in Crasso, M. Tull. lib. 1. ad Antic. epist. 12. Quibus ego mederi, & antea sæpe studui, & vehementius post sortitionem provincia epist. 14. in limine. Senatus de re vit, ut Consules duas provincias sortirentur Gallias. Valer. Maximi. lib. 2. cap. 7. tit. 5. Q. Metellum, & que Pompejum Consulares, suos vehementer inimicos, cupitiam sibi professionem in provinciam Hispaniam, quam sortitus erat, identidem exprobrantes, legatos secum ire illum coegit. Fuerat certe hic P. Furius Philus Consul, ut ex narratione Valerii liquet, collegamque habuit C. Flaminiem, ut ex Fastis Capitolinis clarum, & docuit Aurelius Cassiodorus in Chronico Consulari, licet non Philum ille, sed Philonem vocet: atque hoc ipsum est, quod dicitur provincias inter Consules comparari, sortiri que 3. Decad. lib. 10. princ. T. Livius. Cn. Servilius Capio, & Cn. Servilius Geminus Consules, cum de re publica belloque & pace ad Senatum retulissent, consenserunt patres, ut Consules inter se compararent, sortirenturque, uter Brutius adversus Annibalem, uter Hetruriam ac Ligures provinciam haberet. Sæpe & extra sortem provinciæ demandatæ. Ejusdem Decad.

Decadis lib. 8. *Sicilia extra sortem, concedente collega, Scipioni delegata est.*

Sortiebantur etiam *proconsoles* provincias suas, testis est *Ælius Spartianus* in Severo, *Andreas Alciarius* lib. 5. *Paterg.* c. 22. ex *Dione Cocceiano* lib. 58. *C. Plin. junior.* lib. 2. *epist.* 12. *Cornutus Tertullus* censuit ordine movendum (*Marium Priscum*): *acutus Nerva* in sortitione provincia rationem ejus non habendam, que sententia, tanquam *minor, vicit.* Fuisse autem provinciam eam *proconfularem*, discimus ex eodem *Plinio* epistola precedente. *Marius Priscus*, *accusantibus Afris*, quibus *proconful* *præfuerat*, omiſſa defensione *judices* petit. *Paulus juriconsul.* lib. 36. ff. *de adoptionib.* *Emancipari filium a patre quocunque loco posse constat, ut exeat de patria potestate, apud proconfulem etiam in ea provincia, quam sortitus non est, & manumitti, & adoptionem posse dari placet.* *M. Tullius* ad *Q. Metellum* *proconfulentem* scribens lib. 5. *familiar.* *epist.* 2. *Nihil dico de sortitione vestra: tantum te suspicari volo, nihil ea in re per collegam meum, me insidente, esse factum.* *Recordare cetera, quam cito Senatui illo die, facta sortitione coegerim.* *Qui locus clarissimus ostendit sortitionem invalidam, nisi firmatam Senatufconsulto, itaque coram populo, ut ceteri magistratus omnes urbi, ita & provinciales eligebantur, & accedente Senatus auctoritate, in decretas sibi à populo provincias profectioem instituebant.*

Provincia etiam *praesidiales* sorte concedebantur *praesidibus*, nam antiqua libertatis provincie *proconfulibus* demandabantur, alia per *praesides* administrabantur. *Strabo Amalian.* lib. 6. in fine. atque hæc *validiores* audiunt à *C. Suetonio* in *Augusto* cap. 47. *Hegesippus* apud *Marcellum Pontanum* *Dilucidation.* *lib.* 440. *Q. Synnach.* lib. 1. *epist.* ult. *Alexander vir ornatissimus* sortitus provinciam *praesidalem* putat honori suo incrementa praestari, si suo amore possit. in *M. S. Jacobi Cujacii* codice, sortitus *praesidalem*, sed pessime. *Notissimum enim*, quodam provincias *praesidiales* fuisse, quo in numero recensentur *Sicilia*, & *Sardinia*, *Sext. Rufus* in libello *Brev. hist. Rom. quatuor Hist. antie*, *Martian.* *Capella* lib. 6. *Tripolis*, utraque *Mauritania*, *Ruff.* ibidem loci, ut & *Ægyptus*. *Corn. Tacit.* lib. 12. *Annal.* & lib. 1. *hist.* *Gallia.* *Treb. Pollio* in *Posthum.* *Dalmatia*, *Fl. Vopisc.* in *Carino*, legendus præter alios est *Alexander* ab *Alexandro* lib. 2. *Genial. diar.* cap. 27.

Par ratio *questorum*, qui in obtinenda provincia sortem experiebantur. Cujus rei fides ex *M. Tullio* sæpissime, in *Orat.* pro *L. Murena*, in *Orat.* in *Vatinium*, *Orat.* 3. in *C. Verrem*. *L. Feneſtella*, si modo is auctor est, ac non verius *Dominicus Floccus*, ejus libelli qui de magistratibus circumferunt. *C. Suet.* in *Vesp.* cap. 2. *Questor* *Cretam* & *Cyrenas* sorte tulit. *Valer. Maxim.* lib. 6. cap. 9. tit. ult. *Quapropter C. Marini Consul* *molestè tulisse* traditur, quod sibi *asperimum* in *Africa* bellum *gerenti* tam delicatus *questor* sorte obvenisset. *Tacit.* in vita *Julii Agricolæ*: *Sors questura provinciam Asiam dedit.* Sed quando primum invaluit is mos, expeditum reperies apud *Ulpianum* *juriconsul.* *L. nu. ff. de offic. questor.* *Ex questoribus* quidem *solebant* provincias *sortiri* ex *Senatusconsulto*, quod factum est *Decimo Druso*, & *Porcina* *Consulibus*; sane non omnes *questores* provincias *sortiebantur*, verum excepti erant  *candidati Principis.* Hæc ille ex *Junio Trebario*, & *Feneſtella.* Sed quinam illi  *candidati Principis?* quibus non concessum provincias *sortiri?* Sunt illi quibus adius primus ad honores pateſcebat, qui que latera *principis* semper stipabant. Dixi abundantissime ad illud *Claudiani* de 4. *Honor. Consul.* ad finem:

*Per Ligurum populos solito conspexit iras,  
Atque inter nivos alte reherere cohortes,  
Subnixisque alte pubes electa lacertis  
Siderem gestaret onns.*

Addendæ inscriptiones, præter *Fabium* lib. 6. cap. 4. quam prima est:

LEG. PR. PR. PROVINC. BELGICÆ. LEG. I. MINERVIÆ. CANDIDATO. CÆSARIS. IN. PRÆTURÆ. ET. TRIBUNATU. PLEBIS.

Altera in hæc verba concipitur:

ADLECTO. A. SACRATISSIMO. IMPH. A.

DRIANO. AUG. INTER. TRIBUNITIOS. PR. PEREGR. CANDIDATO. AUG.

Tertia sic se habet in æde cujusdam parietis adis sacræ Tibure apud *Onufrium Panvinium*:

DIVI. HADRIANI. AUG. IN. OMNIBUS. HONORABILIS. CANDIDATO. IMPERATOR. TRIB. L. TICLAVIO.

Denique *prætores* sorte addicente provincias suas obtinebant. *M. Tullius* variis in locis lib. 8. ad *familiar.* *epist.* 9. Et *A&.* 2. in *C. Verrem*: *Cum prætores designati sortirentur.* Et 3. *Verrinarum*: *Nam ut prætor factus est, & sortem nullus esturbane provincie.* *Sueton.* *Augusto* cap. 3. *Ex prætura* *Macedoniam* sortitus. Idem in *Julio* cap. 18. *Ex prætura* *ulteriore* sortitus *Hispaniam*, & postquam istud apud bonos scriptores, quamquam reprehensum id à quibusdam veterum rerum publicarum instructoribus, quod in electione illa, quæ per sortem fit, plus temeritas valeat, & casus, quam ratio & consilium. *Liborius* à *Bodenſtein* *jurisprudencia Politicæ* lib. 1. cap. 53.

Neque tantum provincias sortis arbitrio subjectæ, dum dividerentur, sed & bella exercitusque, aut qualibet alia regendi publice forma, cujus rei quam antiquus ritus discimus ex *Homero* lib. 7. *Iliados*, ubi *Hector* sortissimum provocat *Græcorum*, illi omnes cum exire gestirent, sorti rem permiserunt, tum quidam *Ajacem*, alii *Diomedem*, nonnulli *Agamemnonem* à *Jove* petierunt, quod cum *Alexander* legisset; *Interscerem*, inquit, *qui me tertium nominasset.* Ut reſultit *D. Ausonius* in *Panegyrico.* *Ajax ipse* apud *Ovidium* lib. 13. *Metamorphof.* fab. 1.

Sortemque meam vocifis Achici,  
Et vestra valere precor.

Et sorte excubabant *Sidon.* *Apollinar.* lib. 8. *epist.* 6. *Si quid inter excubantes curas, utpote in castris, saltem sortito vocatis.* *L. Apul.* lib. 4. *Mileſiar.* *Latroes* sorte ducti noctibus excubabant *speculandi* gratia. *Vegetius*, *Cod. Theodof.* & *Suetonius* ab eruditissimo *Savarone* notati, *D. Aulon.* in *Ludo.* vti *Sapient.*

Nostri negotiis sua loca sortito data.

*Valer. Flacc.* lib. 3. *Argonautic.*

Jamque adeo nec porta ducem, nec ponè moratur  
Excubias sortita manus.

Ad pericula sorte exabant, & periturosum nomina educabantur. *Servius Honoratus* lib. 6. *Æneid.* *Ob mortem Androgei* *Minois filii*, ab *Atheniensibus*, iis villis panam indixit, ut quotannis septem filios, septem filias, edentes *Minotaurus* darent, quos illi, ut commune omnibus esset periculum, sorte debebant. *Virgilius* ipse eo loci,

Sit ductis sortibus urna.

Et lib. 2. *Æneid.*

Huc deletæ virum sortiti corpora furtim  
Includunt.

*Oraculum est.* apud *Pausaniam* in *Messeniacis*, seu lib. 4.

Κέρν ἀγρῶν νετέροις δαίμονι,  
Κήρα λαχέσαν Αἰτυρίδων ἀμαρῶν.

*Puellam inastam inferis diis*

*Sorte acceptam ab Epytidarum sanguine.*

Idem *Pausanias* in *Laconicis* prodidit *Lymnæum* locum esse, in quo *Diana Orthia*, id est, *Redæ* *facellum* erectum est, ubi sorte ducti homines mactabantur. *Euboa* à *Callisthene* patre, pro sua salute, & *Colophoniam* ab *Erichthæo* patre, pro *Atheniensibus* ex sorte immolata sunt. *Jul. Hygin.* *Fabular.* 238. apud *Carthagenenses* diu *Saturno*, vel ut aliis visum, *Juno*ni, puer sorte delectus immolabatur. *Euseb.* lib. 4. *Præparat. Euangél.* cap. 9. *Lactant.* *Firmitan.* libro 1. cap. 21. describit *opoteſe*, præter morem suum, *Silius Italic.* lib. 4.

Mos fuit in populis, quos condidit advena Dido,  
Poscere cade deos veniam, ac flagrantibus aris  
Infandum diis, parvos imponere natos,  
Urna reduebat miserandos amuna casus,  
Sura Thoantæ, ritusque imitata Diana,  
Cui fato, sortisque deum de more petebat  
Hannibalis prolem difors antiquitus Hanno.

Paucis interjectis Imilce Hannibalis uxor pie :

*Que porro hæc pietas delubra aspergere tabo?*

*Hæc prima scelere causa mortalibus ægris,*  
*Naturam nescire Deum.*

Servius Maurus ad illud Virgiliti lib. 4. *Æneid.*

*Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorte.*

Et ad illud lib. 9. *Æneid.*

*Omnis per vallum legio sortita periculum*  
*Excubat.*

Silius ille idem de Romanis Cannensî clade tertitis, lib. 10.

*Munera sortito invadunt.*

Quinimo statio in castris assignabatur militibus sorte, idque ab Heroicis temporibus observatum, viri docti ex Hom. lib. 10. *Iliad.* v. 430. *Apoll. Collatius*, lib. 2. de *Excidio Hierosolymitano*:

*Parcite, vos, oro, cadisque immitte sortem,*

*Inque viam se quisque petat.*

Neque tamen leges Romanæ sortem admiserunt, sed & divina præscripta, ut ex sacris infinitis pene locis legimus. Num. c. 16. *Ut fors terram tribubus dividat.* c. 33. *Ego dedi vobis illam in possessionem, quam divideris sorte.* cap. 34. *Hæc est terra, quam possidebitis sorte.* cap. 36. *Præcepit ut terram sorte divideretis filiis Israël.* Legatur ad hæc cap. 1. 31.

*Deuteronom.* cap. 1. 23. *Josue*, cap. 24. in fine lib. 1. *Paralipom.* *Psal.* 77. libr. 1. *Reg.* 14. *Et Jonas forte in mare dejectus.* *Jonæ* cap. 1. missa est fors in urnam, quo die gens Judæorum debebat interfici Hester. c. 9. Denique *contradictiones comprimit fors, & potentes quoque judicat*; ut habetur *Proverb.* cap. 18. Atque ut ad novi fœderis monumenta descendamus, *vestis Christi sorte d'visa*, ut unanimi suffragio conceptum ab omnibus Euangelistis *D. Matth.* cap. 27. *D. Marco* cap. 15. *D. Luca* cap. 23. *D. Joan.* cap. 19. *Sedulius presbyter carm.* lib. 5.

*Hujus in exuvias fors mittitur, ut sacra vestis*

*Intemerata manens, à Christo schisma vetaret.*

Forte æque recte :

*Hujus in exuvias fors mittitur.*

Quod & Romanis, ut præfatus sum, legibus receptum. *Justinian.* *Aug.* *Institut.* de legat. *Si plures, quibus optio permittitur, non conveniunt, sortis res committitur.* Eadem pene sunt l. 2. c. quando & quib. l. 10. *Si hæredes & socii non conveniunt in communis rei divisione, sortis locus est.* *Confirmat* *Cajus* l. c. l. 5. ff. *Famil. ercis.* *Si omnes iisdem ex partibus hæredes sint, nec inter eos conveniat, sortiri eos oportet.* Et lexcentis aliis locis idipsum observari potest, quæ apud *Brederodium* & *Brulonium* reperies.

## CAP. VIII.

*De provinciis, earumque rectoribus.*

DE provinciis & earum constitutione alibi dicemus, hic tantum leges recitabimus, quæ de iis sunt rogatæ. Sunt autem duplices. Aliæ enim in genere de *provinciarum administratione* loquuntur, aliæ de certis quibusdam provinciis certis personis mandandis agunt.

## DE PROVINCIIS IN GENERE.

*Sempronia lex de provinciis.*

Hic prima occurrit *Sempronia*, quam tulit *C. Sempronius Gracchus tribunus plebis*, anno 100XXX. *Q. Cæcilio Metello*, *T. Quintio Flaminio* Coss. Ut senatus quotannis ante *comitia Consularia*, designandis *Consulibus* provincias arbitrato suo decerneret, quas deinde ipsi designati inter se sortirentur: quod ante, vel post designatos *Consules*, vel post initum *Consulatum* facere solebant. Præterea cum antea *senatus* decreto per tribunos intercedi posset, ne deinceps liceret. *Cic.* pro *Domo* sua, in *Vatinium*, de provinciis *Consularibus*, *Salsst.* in *Jugurtham*, *Suetonius*.

*Cornelia lex de provinciis.*

Post hanc lata est *Cornelia*, à *L. Cornelio Sulla* Dictatore, ut opinatur *Hottomannus* anno 100LXXXIII. Ut qui cum imperio in provinciam profectus esset, tamdiu illud imperium retineret, quoad in Urbem reversus esset. Cum antea certo ac præfinito tempore imperium illud terminaretur: & si successor non mitteretur, *novæ rogatione* ad imperium prorogandum opus esset. Fuit & hoc *rogationis* hujus caput, ut tringinta tantum dies, postquam successor missus esset, *magistratui* ad decedendum concederentur. *Cicero* *epist.* 9. ad *Lent.* & lib. 3. ad *Appium*, *epist.* 6.

*Julia lex de provinciis.*

De provinciis *C. Jul. Cæsar* duas leges tulit, unam *Consul* cum *M. Calpurnio Bibulo*, anno 100CXC. cujus aliquot reperiuntur capita: Ut *Achaja*, *Thessalia*, cuncta *Græcia* liberæ essent, neque in iis magistratibus *pop. Rom.* jus dicere liceret. *Cic.* pro *Domo* sua in *Pisonem*, & de provinciis *Consularibus*. Item: Ut magistratibus *transseuntibus*, eorumque comitibus *forum*, aliaque ab oppidis & vicis subministrarentur. *Cic.* ad *Attic.* lib. 5. & in *Pisonem*. Item: Ut duabus in civitatibus *provincia sua magistratus* decedentes rationes suas relinquerent, easdemque totidem verbis ad *ærarium* referrent. *Cic.* ad *familiares* lib. 5. *epist.* 20. & in *Pisonem*. Item, *Ne coronarium aurum* iis, qui provincias obtinerent, vel decerni, vel ab iis accipi liceret, nisi decreto triumpho. *Cicero* in *Pisonem*. Ne qui cum imperio essent, injussu *populi*, aut *senatus* de provincia exirent, exercitus educerent, aut bellum sua sponte injussu *populi*, aut *senatus* gererent, in regnum alienum accederent. *Cic.* in *Pisonem*, pro *Posthumo*.

*Julia lex altera.*

Alteram *Dictator* tulit, Ne *provincia pratoria* plus quam annum, neu plus quam biennium *Consulares* obtinerentur. *Cicero* Philipp. 3. & 8. *Dio* libro 43.

Aliæ *leges sunt speciales*, de certis quibusdam provinciis, certis personis mandandis. Tales sunt *Manlia*, *Clodia*, *Trebonia dua*, *Vatinia* & *Pompeja*.

*Manlia lex, de Numidia provincia.*

*Manliam* L. *Manlius* tribunus plebis tulit, C. *Mario*, L. *Cassio Longino* Coss. anno 106XLVI. Ut *Consuli* C. *Mario* *provincia Numidia* mandaretur.

*Vatinia lex.*

*Vatiniam* tulit P. *Vatinus* tribunus plebis, C. *Julio Cesare*, M. *Calpurnio Bibulo* Coss. anno 106XCI. Ut C. *Cesari* *Gallia Cisalpina* cum *Illyrico* in quinquennium sine *senatus decreto* & extra sortem mandaretur. Ut ii, quos in lege nominabat, legati sine *senatus decreto cum Cesare* proficiscerentur. Ut eidem pecunia ex *æratio* ad exercitum attribueretur. Ut idem *coloniam Novomcomum* deduceret. *Suetonius* in *Cesare*, *Cicero* pro *Balbo*, & *epistolis ad Lentulum*, maxime in *Vatinium*, *Sallustius* in *Jugurtha*, *Plutarchus* in *vitis*.

*Clodia lex.*

Post hanc *Clodia* lata est à P. *Clodio* tribuno plebis, L. *Calpurnio Pisone Cæsionino*, & *Gabinio* Coss. anno 106XCV. Ut *Gabinio* *Syria*, *Babylon Persæ*, *Pisoni* *Macedonia*, *Achaja*, *Theffalia*, *Græcia*, omnisque *Bœotia proconsulari imperio* mandaretur: iisque cum exercitu in eas *provincias* iturus pecunia ex *æratio* attribueretur. *Cicero* pro *Domo*, & in *Sextiana*.

*Codia lex altera, de Cypro.*

Tulit idem & aliam legem, ut *Cyprus insula* in *provinciae formam* redigeretur. Ut *Ptolomæus Rex* *Cypri* sedens cum *purpura*, & *sceptro*, & aliis insignibus regis, *præconi publico* subjiceretur, & cum bonis omnibus publicaretur. Ut M. *Cato* *quæstor* cum *jure prætorio*, adjecto etiam *quæstore*, mitteretur in *insulam Cyprum*, & *regiæ gazæ vendendæ*, & *pecuniæ deportandæ* præficeretur. Ut qui *Byzantii* rerum *capitalium* damnati exularent, *populi Rom. nomine* in eam *civitatem* reducerentur. *Cic.* pro *Domo* sua, pro *Sextio*, de *provinciis Consularibus*, *Vellejus* lib. 2. *Plutarchus* in *vitis*.

*Trebonia lex una.*

L. *Trebonius* tribunus plebis duas *leges* tulit Cn. *Pomp. Magno* II. M. *Licinio Crasso* II. Coss. anno 106CXI. Prior fuit, ut *Cæsari* *imperium* in *Gallia* in aliud *quinquennium*, quam quod ex *Vatinia lege* concessum erat, prorogaretur. Ita *senatui* *successoris* mittendi *potestatem* adimebat. *Cicero* lib. 7, 8, 9, 10. ad *Atticum*, *Florus* epitoma 105. *Plutarchus* in *Pompejo* & *Catone Uticensi*, *Dio* lib. 39. Altera fuit, ut *Pompejo Magno* & *Crasso* *Consulibus* *Syria* & *Hispania* *provinciae* in *quinquennium* darentur. *Plutarchus* in *Pompejo*.

*Pompeja lex.*

Anno 106CI. Cn. *Pompejus Magnus* *Consul* III. cum Q. *Cæcilio Metello Pio*, *legem* tulit, ut *sibi* *Hispania* *provincia* in alterum *quinquennium* prorogaretur. *Dio* lib. 38. & *Plutarch.* in *vitis*, qui tamen *quadriennium* scribit. Sequuntur *leges de coloniis*.

## C A P. IX.

*De coloniis deducendis.**Acilia lex.*

Primus C. *Acilius* tribunus plebis *legem* tulit anno 101VI. C. *Cornelio Cethego*, Q. *Minutio Rufo*, Coss. Ut *quinque colonia* in *oram maritimam* deducerentur, *duæ* ad *ostia fluminum Vulturni* *Liternice*: una *Puteolos*, una ad *castrum Salerni*, his *Xentum* adjectum: *tricenæ* *familie* in *singulas* *colonias* jubebantur *mitti*. *Livius* lib. 32.

*Ælia lex.*

Secuta hanc est *Ælia*, quam tulit Q. *Ælius Tubero* tribunus plebis, P. *Cornelio Scipione* *Africano* II. Ti. *Sempronio Longo* Coss. anno 101IX. Ut *Latinæ* *duæ* *colonie*, una in *Brutos*, altera in *Thurinum* *agrum* deducerentur. *Livius* lib. 34. & 35.

Livia.



*Livia lex.*

*Livia* sequitur, quam tulit *M. Livius Drusus* tribunus plebis anno 10cxxx1. *Cn. Domitio Abenobarbo*, *C. Fannio Strabone Nepote* Coss. Ut duodecim coloniarum deducerentur, & singulis tria civium millia assignarentur. *Plutarchus* in *Gracchis*.

*Vatinia lex.*

*P. Vatinus* tribunus plebis *C. Julio Casare* & *M. Calpurnio Bibulo* Coss. anno 10cxciv. legem tulit, ut *C. Casar* coloniam Novumcomum deduceret. *Suetonius* in *Casare*, & alii.

*Claudia lex.*

Paulo post *M. Claudius Marcellus* Consul cum *Serv. Sulpitio Ruso* anno 10cc11. legem tulit. Ut colonis, quos rogatione *Vatinia* Novumcomum *Casar* deduxisset, civitas adimeretur: quod per ambitionem & ultra præscriptum data esset. *Suetonius* in *Casare*.

*Julia lex.*

*C. Julius Casar* Dictator legem tulit, ut ager Campanus viginti millibus civium extra sortem divideretur, eoque colonia deduceretur. *Suetonius* in *Julio* & *Augusto*.

## C A P. X.

*De legibus agrariis.*

**H**is legibus, quæ de coloniis deducendis latae fuerunt, recte mihi videor agrarias subjungere, quæ sic appellatae sunt, quod de agris populo dividendis fuerunt rogatae.

*Cassia lex.*

Prima fuit *Cassia*, quam tulit *Sp. Cassius Viscellinus* III. Consul cum *Proculo Virginio Tricostio Rutilio* anno cclxvi1. Uti ex agro *Hernicis*, quibuscum fœdus ictum erat, adempto, dimidium Latinis, dimidium plebi divideretur. Lex tamen non tenuit. *Livius* lib. 22. *Valerius* lib. 5. cap. 8.

*Licina lex.*

Hanc secuta est alia *Licina*, quam tulit *C. Licinius Stolo* tribunus plebis, *L. Emilio Mamertino* v. p. *Valerio Potito Poplicola* iv. & c. tribunis militum Consulari potestate anno ccclxxv11. Ne quis plus quingenta jugera agri, centum pecoris majoris capita, quingenta minoris possideret. *Varro* lib. 1. de *Re Rustica*, *Columella* lib. 1. c. 3. *Livius* lib. 6. *Appianus*, *Agellius*, *Valerius*, *Plinius*, *Vellejus*, *Plutarchus* in *Camillo* & in *Gracchis*.

*Ælia Licinia lex.*

Confecuta hanc est *Licina* de septem jugeris viritim dividendis. Nam *Columella* lib. 1. Post exactos, inquit, Reges *Liciniana* illa septem jugera, quæ plebis tribunus viritim dividerat, majores quæstus antiquis retulere, quam nunc nobis amplissima vevacta. *Sigonius* dicit tum hanc legem latam esse, cum hic magistratus octo ante annis in rempublicam esset inductus.

*Flaminia lex.*

Post hanc *Flaminia* sequitur, quam tulit *C. Flaminius* tribunus plebis, *Sp. Carvilio Max.* II. *Q. Fabio Maximo Verrucoso* II. Coss. anno 10cxxv. Ut ea regio *Galliæ*, quæ *Picenum* vocatur, unde *Senones* expulsi fuerant, militibus Romanis divideretur. *Polybius* lib. 4. *Cic.* in *Catone* majore.

*Rubria lex.*

Post captam *Carthaginem* de agris in *Africa* dividendis *Rubria lex* lata est, tum *Livia de decemviris*, qui dividerent: quarum legum in tabula ænea mentionem se vidisse *Manutius* affirmat.

*Livia lex. Sempronie leges.*

Secutæ *Sempronie* sunt à *Ti. Sempronio Graccho* tribuno plebis anno 10cxx. *P. Mutio Scævola*, *L. Calpurnio Pisone Frugi* Coss. latae, quarum una repetitio *Licina* fuit: Ne quis ex publico agro plus quingenta jugera possideret: quorum tamen dimidium filiis habere liceret. Ut si quis latius agrum patefaceret, triumviri quotannis data opera creati judicarent, qua publicus ager, qua privatus esset. *Appianus* lib. 1. *Bellorum civilium*. *Plutarchus* in *Gracchis*, *Vell.* lib. 2. *Sext. Aurelius Victor* (hic enim jam auctor proditur) de viris illustribus, *Cic.* pro *Sextio*, & de aruspicum responsis, *Florus* epitoma 58. & *Siculus Flaccus* in lib. de conditione agrorum, apud quem tamen ducenta legimus, cum alii omnes aperte quingenta prodant.

*Altera lex Sempronia.*

Altera fuit, quæ quidem aliquo modo huc pertinet, ut pecuniam Regis Attali, qui populum Rom. hæredem fecerat, iis civibus, qui sua lege *Sempronia* agrum fortiti erant, darent ad comparationem instrumentorum, & agriculturæ apparatus. Ut agri regii à censoribus locarentur: unde vectigal populo penderetur. *Plutarchus* in Gracchis. *Cicero* *Verrina* 5. *Florus* epitoma 58.

*Bæbia lex.*

*Sempronia* leges haud ita multo post secuta est *Bæbia*, quam tulit *M. Bæbius tribunus plebis*, idemque *triumvir* coloniæ deducendæ, Ne agri amplius dividerentur: sed possessores in iis relinquerentur, vectigal pro iis populo Romano solventes, eaque pecunia plebi divideretur. *Appianus* lib. 1. *Bellorum civilium*.

*Thoria lex.*

Non multo post *Sp. Thorius tribunus plebis* legem aliam tulit, Ne quis vectigal ullum agrorum, quos possideret, solveret, cavitque de passione pecoris. *Cicero* in *Bruto*, Duo legis *Thoria* fragmenta ex æncis tabulis exscripta, & suppleta habet *Sigonius* lib. 2. de antiquo jure Italiæ, cap. 2.

*Appuleja lex.*

Anno 10CLIII. C. *Mario* VI. L. *Valerio Flacco* Coss. legem tulit *Appulejus Saturninus tribunus plebis*: ut quem agrum C. *Marius* Consul in Gallia pulsus Cimbris, in ditionem populi Rom. rede-gisset, is populo Rom. divideretur, & si ita lex scivisset, intra diem quintum à singulis senatoribus in eam rem jurare: qui non jurasset, ei multa pœna esset. *Appianus* lib. 1. de Bello civili.

*Titia lex.*

Anno insequenti *M. Antonio*, A. *Posthumio Albino* Coss. legem tulit *Sext. Titius tribunus plebis*, ut vectigal agris publice assignatis impositum quæstor colligeret. *Cicero* lib. 2. de Oratore, pro *Muræna*, *Valerius* lib. 3. cap. 1.

*Martia lex.*

Eodem tempore L. *Marcium Philippum* tribunum plebis, legem agrariam, Gracchanæ similcm promulgasse, ostendit *Cicero* in *Officiis*, quam tamen ipse facile antiquari passus est.

*Cornelia lex.*

L. *Cornelius Sulla* Dictator, & Consul cum Q. *Cacilio Metello* anno 10CLXXIII. legem tulit, ut proscriptorum agri publici essent: quod maxime de iis agris intelligendum est, qui in *Thuscia* circa *Volaterras*, ac *Fesulas* erant, quos militibus suis Sulla divisit. *Cicero* in *Rullum*, pro *Roscio Amerino*, *Sallustius* in *Catilinæ* conjuratione.

*Servilia lex.*

Sequitur *Servilia*, quam tulit P. *Servilius Rullus* tribunus plebis M. *Tullio Cicerone*, C. *Antonio* Coss. anno 10CX. Ut qui agri, quæ loca, quæ ædificia, aliudve quid, quod publicum populi R. factum esset, L. *Sulla*, Q. *Pompejo* Consulibus, id venderetur. Item ut omnia vanirent, de quibus vendendis S. C. facta erant M. *Tullio*, Cn. *Cornelio* Coss. & ea pecunia agri in Italia emerentur, in quos coloniæ à decemviris deducerentur. Ut *Campanus ager*, & *Stellas* publicus populi Rom. divideretur. *Capuam* coloni adscriberentur. Multa hujus legis capita fuerunt. Nam *Cicero* alicubi quadagesimum citat. In *Orationibus* ipsius contra *Rullum* hæc recitantur.

*Tribunus legis agrariae lator decemviro per septemdecim tribus creato, & quem novem tribus fecerint, decemvir esto.*

*Ut comitis pontificis maximi.*

*Decemviratus candidati præfentes profitentor.*

*Curia lege per primum prætorem decemviri ornantor.*

*Si fieri non possit, eodem tamen jure sunt, quo qui optima lege, nec intercedendi potestas esto.*

*Auspicii* coloniarum deducendarum causa decemviri pullarios, ut lege *Sempronia*, apparitores, scribas, præcones, architectos, mulos, tabernacula, centurias, supellectilem, janitores, ex equestri loco ducentos quotannis stipatores corporis habento.

*Potestatem prætoriam omnium rerum judicio sine provocatione in quinquennium habento.*

*Omnia de quibus vendendis S. C. facta sint, M. Tullio, Cn. Cornelio* Coss. aut postea, vendunto.

*Qui agri, quæ loca, ædificia, aliudve quid extra Italiam publicum populi Romani factum sit, L. Sylla & Q. Pompejo* Coss. aut postea, vendunto.

*Ager Recentoricus & Numidicus exceptus esto.*

Quæ libera, quæ publica sint, judicanto.

*Vestigalia* populi Rom. in omnibus provinciis vendunt.

*Aurum, argentum*, ex præda, manubiis, coronario, quæ neque relata sunt in publicum, neque in monumentum consumpta, ab *Imperatoribus* repetunt.

*Pompejus* exceptus esto.

Ubicunque velint, *auktionem* proscribunt.

Eam pecuniam in *ararium* ne referunt.

Agros qui arari, aut coli possint, in *Italia* cœmunt.

Ab invito nil tangunt.

In cœmptos agros plebem deducunt.

Quinque millium Rom. coloniam *Capuam* deducunt, iisque agrum *Campanum* & *Stellatem* campum dividunt.

Quæ publice data, donata, concessa, vendita, possessa post *Marium* & *Carbonem* Coss. ædificia, lacus, agri, stagna, loca, possessiones eo jure sint, ut quæ optimo jure privata sunt, &c.

Verum lex hæc dissuadente *Cicerone* Consule, magno consensu plebis est repudiata.

### *Flavia lex.*

Triennio post *Flavia* à *L. Flavio tribuno plebis* lata est; Ut vel agri, quos à senatu locupletes emissent, reddita possessoribus pecunia, plebi dividerentur, vel, si neminem vetere possessione moveri *senatus* vellet, alii agri ea pecunia, quæ ex novis vestigalibus per quinquennium reciperetur, emerentur: & plebi, quæ agros non haberet, partirentur. *Cicero* lib. 1. ad *Atticum*.

### *Julia lex.*

Postero anno *Julia* lata est, à *Julio Cesare* Consule cum *M. Calpurnio Bibulo*, anno 1091. suafore *Cn. Pompejo*, Ut ager *Stellas*, majoribus consecratus, item *Campanus* ad subsidia reipubl. vestigialis relictus plebi dividerentur. Divisit extra sortem viginti millibus civium, quibus terni pluresque liberi essent. *Vellejus* lib. 2. *Plutarchus* in *Pompejo*, in *Cæsare*, & in *Catone Uticensi*, *Dio* lib. 38. Hanc vocat *Campanam* *Cicero* lib. 2. ad *Atticum*. *Dio* eam optimam fuisse dicit. Et hæ sunt præcipuæ agrariæ leges, quarum à scriptoribus mentio fit.

## C A P. XI.

### *De terminis, sive limitibus.*

**L**eges agrariæ sequuntur illæ, quæ de terminis seu limitibus rogatæ sunt, quarum quæ extant, hoc capite a nobis recitabuntur.

### *Sempronia lex.*

Prima fere, cujus memoria extat, *Sempronia* est, à *T. Sempronio Graccho tribuno plebis* lata, anno 1090. *P. Mutio Scævola*, *L. Calpurnio* Coss. Ut per actuarios limites populo jus eundi esset, sicut per viam publicam. *Hyginus* libello de limitibus constituendis.

### *Mamilia lex.*

Proxima huic est *Mamilia*, quam tulit *C. Mamilius*, qui propterea *Limitanus* vocatus est, *tribunus plebis* bello *Fugurthino*, ut proditum est à *Sallustio*. Hæc lex in finibus agrorum quinque aut sex pedum latitudinem præscripsit, quos ufucapi vetabat *Aggenus Urbicus*. *Cicero* lib. 1. de Legib. & in *Bruto*. Eadem lege etiam singulos arbitros regendis finibus datos esse, ostendit *Cicero*.

### *Cornelia lex.*

*Cornelia*, *L. Corneli* Sullæ Felicis, & *Julia*, *C. Julii Cæsaris* Dictatorum, tantum repetitio *Sempronia legis* fuerunt, teste *Hygino* in libello de limitibus constituendis.

### *Julia lex.*

Reperiuntur in libro variorum auctorum de agrorum conditionibus fragmenta aliquot legis *Mamilie*, *Roscia*, *Peduceæ*, *Allienæ*, *Fabie*, quæ uti à *Fusto Lipsio* viro clarissimo accepimus, huc adscribemus.

Quæ colonia hac lege deducta, quo jure municipium, præfectura, forum, & conciliabulum constitutum erit, si qui ager intra fines eorum erit, si termini in eo agro statuti non erunt, quo in loco terminus non stabit, in eo loco is, cujus supra scriptus ager erit, terminum restituendum curato: quem recta actum,

factum esse velit, idque *magistratus*, qui in ea colonia, municipio, præfectura, foro, conciliabulo, juris dicundi præerit, facito ut fiat.

Qui *limites decumanique* in lege deducti erunt, quæcunque fossæ *limites* in eo agro erunt, qui hac lege ager conlatus, assignatus erit, ne quis eos limites decumanosve obsepito, neve quid in eis *mollitum*, neve quid ibi *obstitum* habeto, neve eos arato, neve eis fossas obturato, neve quid sepito, quo minus suo itinere aqua ire, fluere possit. Si quis adversus ea quid fecerit, in terminos singulos, quotiescunque fecerit, 11x. S. colonis, municipibus eis, atque in quorum agro id factum erit, dare damnas esto. Pecuniæque, qui volet, petitio hac lege esto.

Qui hac lege *coloniam* deduxerit, municipium, præfecturam, fora, conciliabula constituerit, in eo agro, qui ager intra fines ejusce colonix, municipii, fori, conciliabuli, præfecturæ erit, limites decumanique ut fiant, terminique statuuntur, curato. Qui fines statuerit, fines horum sua actio, dum ne extra agrum colonicum, territoriumve fines ducat. Quique *termini hac lege statuti* erunt, ne quis eorum quem ejecit, neve loco moveto sciens dolo malo. Si quis adversus ea fecerit, in terminos singulos, quos ejecerit, loco moverit, sciens dolo malo, ss. v. m. n. (id est, sestertium quinque millia nummum) in publicum eorum, quorum intra fines hic ager erit, dare damnas esto. Deque ea re *curatoris*, cui hac lege erit jurisdictionis, *reciperatorumque* xx. datio, addictio esto. Cum *curator* hac lege non erit, tum quicumque magistratus in ea colonia, municipio, foro, conciliabulo, præfectura, jurisdictionis præerit, ejus magistratus de ea re jurisdictionis, judicisque datio, addictio esto. Inque eam rem his, qui hac lege judicium dederit, testibus publicis duntaxat, in terminos singulos ss. x. millia denuntiandi hæcessantem facito, ita uti è publica fideque sua videbitur. Et si duo de ea pecunia petita condemnati erunt, eam pecuniam ab eodem, aut denique eis, primo quoque tempore exigito: ejusque pecuniæ, quod receptum erit, partem dimidiam ei, cujus unius opera maxime his condemnatus erit, partem dimidiam in publico redigito. Quo in loco *terminus* haud erit, si quis in eum locum terminum destituere volet, sine malo & sine fraude sua liceto facere, neve quid cui his ob eam rem hac lege damnas esto. Vide *Fusti Lipsii* librum primum *Electorum*, cap. 15. Cæterum ut his legibus aliquid lucis accedat, de *limitibus* pauca quædam adjiciam.

*Limitum* multa genera fuerunt, *decumani*, *cardines*, *propsi*, *transversi*. *Decumanus* erat ab oriente in occidentem: à meridie in septentrionem *cardo*: ab occidente ad orientem *propsi*: à septentrione ad meridiem *transversi*. Et à situ regionum *maritimi*, & *montani* erant, qui ad mare, vel ad montes spectarent. Præter hos erant *limites actuarii* & *linearii*. *Actuarius* erat, ut ait *Hyginus* in libro de *Limitibus*, qui primus actus erat, ab ea quintus quisque: quem si numerares cum primo, erat *sextus*: quoniam quinque *centurias* sex limites clauderent, reliqui medii *limites linearii* appellabantur, in Italia *subbruncini*. Dicuntur *limites* à *liminibus*. Quemadmodum enim *limina* introitus exitusque locis præstant: similiter *introitus* exitusque, qui in agris divisis & assignatis pervii semper esse debent, tam itineribus, quam mensuris agendis, *limites* appellantur. *Hyginus* à limo, verbo antiquo, quod *transversum* & obliquum significat, *limites* dici vult. Unde *Festus* ait, *limites* nunc terminos, nunc vias transversas significare. Denique quicquid ad observationem finium in agro opera manuum factum est, *limes*, auctore *Aggeno Urbico* appellatum. *Limitum*, sive terminorum designandorum *ritum* ab antiquis observatum eleganter describit *Siculus Flaccus*, ejus verba huc libet adscribere: Cum *terminos*, inquit, disponerent, ipsos quidem lapides in solidam terram convocabant proxime ea loca, quibus fossis factis defixuri eos erant, & unguento velaminibusque & coronis eos coronabant. In fossis autem, quibus posituri eos erant, sacrificio facto, *hostiaque immaculata* cæsa, facibus ardentibus in fossa cooperti, sanguinem instillabant, eoque fruges & thura jactabant: favos quoque, & vinum aliaque, quibus consuetudo erat *terminis* sacrum fieri, in fossa adjiciebant, consumtisque omnibus dapibus igne super calentes reliquias lapides conlocabant, atque ita diligenti cura confirmabant. Hactenus ille, quæ ad pleniorum harum legum intellectum huc referre volui.

## C A P. XII.

## De legibus frumentariis.

Non sunt silentio prætereundæ *leges frumentaria*, quarum quatuor memorantur, *Sempronix*, *Lixia*, *Terentia*, *Cassia* & *Clodia*.

*Sempronia lex.*

*Semproniam* tulit *T. Sempronius Gracchus* 11. tribunus plebis, anno 100xxxix. *M. Fulvio Flacco*, *M. Plantio Hypsæo* Coss. Ut semisse & triente frumentum menstruum plebi ex publico viritim daretur. *Appianus* lib. 1. de Bell. civil. *Florus* Epit. 60. *Cic.* pro Sextio, & alibi sæpe, *Vellejus* lib. 2. *Plutarchus* in in vitis. Hinc locus Romæ constitutus, in quo frumentum publicum asservabatur, una cum legibus frumentariis, qui dicebatur *horrea Sempronia*.

Lixia

*Livia lex.*

Hanc legem postea confirmavit *M. Livius Drusus*, *tribunus plebis*, *L. Marcio Philippo*, *Sexto Julio Casare* Coss. anno 106LXII. Tulit enim, ut *Sempronia lex* de frumento plebi ex publico viritum dando valeret.

*Terentia Cassia lex.*

Secuta est *Terentia Cassia*, quam tulere *M. Terentius Varro Lucullus*, *C. Cassius* Coss. anno 106XXX. Uti frumenti alteræ decimæ à provinciis comererent pretio in singulos modios n. s. trium constituto. Item, ut civitatibus æqualiter imperaretur, pretio in modios singulos n. s. quatuor constituto. *Cic. Verrina* 5 & 7.

*Clodia lex.*

*Clodium P. Clodius tribunus plebis*, *L. Calpurnio Pisone Casonio*, *A. Gabinio* Consulibus, anno 106XXV. tulit, Ut frumentum populo, quod antea senis æris, ac trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur, & *Sext. Claudio* frumentaria procuratio mandaretur. *Asconius* in *Pisonianam*, *Cic. pro Sestio*, & in *Pisonem*, & pro *Domo*. De his legibus omnibus, & tota frumentariæ rei ratione lege ea, quæ collegit *Justus Lipsius* lib. 1. Electorum, capite. 8.

*Hieronica lex.*

Meminit *Cic. & legis Hieronica* in 4. *Verrina*, qua inter aratores & decumanos judicia facta dicit. Tulit eam *Hiero Sicilia Tyrannus*. Hac constitutum fuit, ut refert *Zastus*, quantum frumenti, aut quo pretio, quove tempore arator frumentum decumano, id est, publicano, qui decimas redemerat, daret. Quod ita diligenter & caute scriptum erat, ut nec arator *decumanum* fraudare, nec *decumanus* plus decima ab aratore auferre posset. Atque ob hanc legis æquitatem Romani *Sicilia* potiti, nihil mutaverunt. Memorabile hoc etiam in lege fuit, quod numerus aratorum quotannis apud *magistratus* publice subscribebatur.

## CAP. XIII.

*De legibus sumptuariis.**Orchia lex.*

Hoc capite *leges sumptuarias* recitabo, quæ inde nomen habent, quod modum sumptibus in conviviiis definierint. Cum enim à veteri & avita majorum parsimonia posterius discederent, & nullum modum *luxuria* inveniret, legum animadversioe opus fuit. Lata igitur primum *lex Orchia* est à *C. Orchio tribuno plebis*, de Senatus sententia, tertio anno quam *Cato* censor fuerat, quæ numerum convivarum præscribebat. Et hæc est *lex Orchia*, inquit *Macrobius* lib. tertio *Saturnaliorum*, cap. 17. de qua *Cato* mox orationibus suis vociferabatur, quod plures, quam præscripto ejus cavebatur, tum ad cœnam vocarentur.

*Fannia lex.*

Anno xxii. post *Orchiam*, cum novæ legis auctorem aucta necessitas imploraret, *Fannia* lata est A. U. C. 106XCIIX. secundum *Agellii* opinionem, à *C. Fannio* Cof. quæ *ludis Romanis*, item *plebejis & Saturnalibus*, & aliis quibusdam diebus, in singulos dies centenos æris infumi concessit, decemque aliis diebus in singulis mensibus tricenos: cæteris autem omnibus diebus denos. De hac lege *Sammonicus Serenus* ita refert: *Lex Fannia* sanctiss. Augusti ingenti omnium ordinum consensu pervenit ad populum, neque eam *prætores* aut *tribuni*, ut plerasque alias, sed ex omni bonorum consilio & sententia ipsi Coss. pertulere, cum republ. ex luxuria conviviatorum majora, quam credi potest, detrimenta pateretur. Siquidem eo res redierat, ut gula illecti plerique ingenui pueri, *puccitiam & libertatem* suam venditarent: plerique ex plebe Rom. vino madidi in *comitium* venirent, & ebrii de reip. salute consularent. Hæc *Sammonicus*. Addit *Macrob.* lib. 3. *Saturn.* cap. 17. *Fannia legis* severitatem in eo superasse *Orchiam legem*, quod in superiore numerus tantummodo cœnantium cohibitus fuerit, licueritque secundum eam unicuique bona sua inter paucos consumere: *Fanniam* autem & sumptibus modum fecisse assibus centum. Unde à *Lucilio* poëta festivitatis suæ more *centussis* vocetur.

*Didia lex.*

*Fanniam* legem post annos x. & 11x. *Didia* consecuta est. Ejus ferundæ duplex fuit causa. Prima & potissima, ut univèrsa Italia, non sola Urbs, lege sumptuaria teneretur, Italis æstimantibus, *Fanniam* legem non in se, sed in solos urbanos cives esse conscriptam. Deinde, ut non soli, qui prandia, cœnasve majore sumptu fecisset: sed etiam, qui ad eas vocati essent atque omnino interfuissent, pœnis legis tenerentur.

Lici.

*Licina lex.*

Post Didiam *Licina lex* lata est à P. *Licio Crasso Divite*: cujus ferendæ probandæque tantum studium ab *optimatibus* impensum est, ut S. C. juberetur, ut ea tantummodo promulgata, priusquam trinundino confirmaretur, ita ab omnibus observaretur, quasi jam populi sententia comprobata. Lex vero hæc paucis mutatis in plerisque cum *Fannia* congruit. Summa ejus fuit, ut Kalendis, Nonis, *mundinis Romanis*, cuique in dies singulos xxx. duntaxat asses edundi causa consumere liceret: cæteris vero diebus, qui excepti non essent, ne amplius apponeretur, quam *carnis arida pondo tria*, & falfamentorum pondo. Ea autem, quæ ex terra, vite, arboreve nata essent, promiscue largita est. Ab hac lege *centenarias cœnas* vocabant, in quas ex lege non plus centussibus præter terra nata impendebantur, auctore *Festo*.

*Cornelia lex.*

Secuta est non ita multis post annis, *lex Cornelia*, & ipsa sumptuaria, quam tulit L. *Cornelius Sulla* Dictator: in qua non conviviorum magnificentia prohibita est, nec gulæ modus factus, verum minora pretia rebus imposita. *Agellius* tamen lib. 2. cap. 24. etiam hoc, *Sullanâ lege* constitutum fuisse dicit, Ut Kalendis, *Idibus Nonisque* diebus ludorum, & feriis quibusdam solennibus H. S. tricenos in cœnam insumere jus potestaque esset: cæteris autem aliis diebus omnibus non amplius ternos.

*Æmilia lex.*

*Sulla* mortuo M. *Æmilius Lepidus* Cof. legem tulit & ipse *cibariam*. Cato enim sumptuarias leges *cibarias* appellat. Hac lege non sumptum cœnarum, sed ciborum genus & modum præscriptum fuisse *Agellius* dicit.

*Antia lex.*

Dehinc paucis interjectis annis, alia lex pervenit ad populum, ferente *Antio Restione*, quam legem quamvis esset optima, obstinatio tamen luxuriæ, & vitiorum firma concordia, nullo abrogante irritam fecit. Hanc legem *Agell.* ait, præter sumptum æris, id etiam sanxisse, ut qui *magistratus* esset, magistratumve capturus esset, ne quo ad cœnam, nisi ad certas personas itaret. Addit *Macrobius*, illud memorabile de *Restione latore* ipsius legis ferri, quod, quoad vixit, foris postea non cœnaverit, ne testis fieret contemptæ legis, quam ipse bono publico pertulisset.

*Julia lex.*

Postremo *lex Julia* ad populum pervenit, *Cæsare Augusto* imperante, qua profestis quidem diebus ducenti finiuntur, *Kalendis, Idibus, Nonis*, & aliis quibusdam festivis, trecenti: *nuptiis* autem & *æpotiis* H. S. millies. Hæc fere *Macrob.* lib. 3. Saturn. cap. 17. & *Agell.* lib. 2. Noct. Attic. cap. 24. de legibus sumptuariis, quibus & hoc *Agellius* addit, *Capitonem Atejum* dicere, edictum fuisse, divine *Augusti*, an *Tiberii Cæsaris*, se non satis commemorasse, quo per dierum varias solennitates à ccc. H. S. ad usque duo millia sumptus cœnarum propagatus sit, ut his saltem finibus luxuriæ effervescentis æstus coerceretur. Ad *leges sumptuarias* eas etiam refero, quibus luxus in vestitu & aliis rebus fuit prohibitus.

*Cæcilia lex.*

*Cæciliam* legem tulit *Cæcilius Metellus* tribunus plebis anno 10XXXIII. L. *Veturio Philone* C. *Lutatius Catulo* Cof. qua ratio poliendarum vestium fullonibus præscribatur. Dedere eam ad populum ferendam C. *Flaminius*, L. *Æmilius Papus* censores, cum ipsis non liceret. *Plin.* lib. 35. cap. 17.

*Oppia lex.*

Non multo post *Oppia lex* de matronarum cultu, vel mundo muliebri, lata est à C. *Oppio* tribuno plebis, Q. *Fabio Maximo*, T. *Sempronio Graccho* 11. Cof. anno 10XL. in medio ardore secundi belli Punici, *Ne qua mulier* plus semuncia auri haberet: neu vestimento versicolore uteretur: neu juncto vehiculo in Urbe, oppidove, aut propius inde mille passus, nisi sacrorum publicorum causa veheretur. *Livius* lib. 34. *Tacitus* Annal. lib. 3. Ea tamen post aliquot annos antiquata est auctoribus M. *Fundanio*, & L. *Valerio* tribunis plebis. Fuit etiam lex, *Ne quis in argento & auro plus Lx.* H. S. possideret, quam legem Q. *Jul. Cæsar* 11. Consul confirmavit. *Dio* libro 41.

## CAP. XIV.

*De re militari, triumphis, & bellis.*

**R**ecitabimus hoc capite eas leges, quæ ad rem militarem spectant, quibus postea adjiciemus eas, quibus certorum aliquot bellorum administratio certis magistratibus est demandata.

*De tribunis militum.**Rutilia lex.*

De tribunis militum legem tulit C. Rutilius Rufus, cujus meminit Festus, his verbis: *Rufuli* appellabantur *tribuni militum* à Consule facti, non à populo: de quorum jure, quod *Rutilius Rufus* legem tulerit, *Rufuli*, ac post *Rutuli* sunt appellati. Plura de hac lege non extant.

*Atilia Marcia lex.*

Sequitur *Atilia Marcia*, quam tulere L. Atilius, C. Marcius tribuni plebis, C. Junio Bubulco Bruto II. Q. Emilio Barbula II. Coss. anno CDXLII. Ut *tribuni militum* *seni deni* in quatuor legiones à populo crearentur, quæ antea, perquam paucis suffragio populi relictis locis, *Dictatorum* & *Consulum* ferme fuerant beneficia. *Livius* lib. 9.

*Licina Cassia lex.*

*Liciniam Cassiam* tulere Publ. Licinius Crassus, C. Cassius Longinus Coss. anno DCCXXI. Ne *tribuni militum* eo anno suffragiis populi crearentur, sed *Consulum prætorumque* in iis faciendis, *judicium arbitriumque* esset. *Livius* lib. 42.

*Decia lex.*

De duumviris navalibus legem tulit M. Decius tribunus plebis, C. Junio Bubulco Bruto II. Q. Emilio Barbula II. Coss. anno CDXLII. Ut duumviros navales classis ornandæ reficiendæque causa populus juberet. *Liv.* lib. 9.

De militibus extat lex apud *Plutarchum* in *Gracchis*, ut cives Romani annos x. cum usus reipublicæ postulare, militarent.

*Sacrata lex militaris.*

*Sacrata lex militaris* fuit, Ne cujus militis scripti nomen, nisi ipso volente, deleteretur: Ne quis, ubi *tribunus militum* fuisset, postea ordinum ductor esset. *Livius* lib. 7. *Hottomannus* opinatur latam eam esse à M. Valerio Corvo *Dictatore*, anno CDXI.

*Sempronia lex.*

De ætate militum legem tulit C. Sempronius Gracchus tribunus plebis, anno DCCXXX. Q. Cecilio Metello, T. Quintio Flaminio Coss. Ne minores annis XVI. ad militiam cogentur. Ut vestes militibus gratuito, & præter stipendium darentur. *Plutarchus* in *Gracchis*.

*Incerta lex de disciplina militari.*

De disciplina militari fuit lex, L. Papirio Cursore, Sp. Carvilio Maximo Coss. anno CDXX. lata, à quo incertum, Ut qui juniorum non convenisset ad Imperatorium edictum, quique injussu abiisset, ejus caput Jovi sacratum esset. *Livius* lib. 10.

Feruntur & hæc de militia leges, Ut qui civem ab hoste servasset, is ab Imperatore *quercea corona* donaretur. *Plutarchus* in *Coriolano*.

Ne quis loco ab Imperatore designato cederet, atque ordinem defereret. *Diodorus* lib. 12. Ut si quis ulterius secederet, quam unde signa audiri possent, pro desertore haberetur. *Appian.* in *Libyco*.

*Lex de vacatione.*

Huc pertinet *lex de vacatione*, Ut *sacerdotes* & *senes* militiæ vacationem haberent, præterquam si tumultus Gallicus rursus oriretur. *Plutarchus* in *Marcello* & *Camillo*, *Livius* libro 8. & 10. *Appianus* libro 2. de *Bellis civilibus*, *Cicero* pro *Fontejo*, & *Philippica* 8.

*Valeria lex.*

Anno CDX. M. Valerius Corvus *Dictator* legem tulit, Ne cui militum secessio, quam metu supplicii fecerant, cum de Capua, quæ ipsorum præsidio commissa erat, occupanda conspirassent, eorumque consilium detectum esset, fraudi esset. *Livius* lib. 7.

*De jure triumphandi.*

*De jure triumphandi* hæc memorantur *leges*, Ne quis triumpharet, nisi qui hostium quinque millia una acie cecidisset. *Valer. Maxim.* libro 2. cap. 8. *Dio* libro 37.  
Ut solis *Consulibus* & ducibus triumphare liceret. *Plutarch.* in *Pompejo*, & *Catone Uticensi*.  
Ne qui triumphaturus esset, ante triumphum Urbem introiret. *Plutarch.* in *Pompejo*.

*Maria Porcia lex.*

Item *Maria Porcia*, quam tulere *L. Marius*, *M. Porcius Cato*, *tribuni plebis* anno 1090. *D. Junio Silano*, *L. Junio Muræna* *Coss.* Ut pœna afficerentur ii, qui aut hostium occisorum in prælio, aut amissorum civium falsum numerum literis *Senatui* retulissent: Ut cum primum Urbem intrassent, apud *questores* urbanos jurarent, de utroque numero vere ab iis scriptum esse. *Val. Maxim.* lib. 2. cap. 8. Huc pertinent etiam *Cassia* & *Sulpitia*.

*Cassia lex.*

*Cassiam* tulit *Q. Cassius prætor*, *Q. Ælio Pato*, *M. Junio Penno* *Coss.* anno 1090. Ut *Paulo Anicio*, & *Octavio* ex bello *Macedonico* cum victoria redeuntibus, quo die Urbem triumphantes invehentur, imperium esset. *Livius* lib. 45.

*Sulpitia lex.*

*Sulpitiam* tulit *Serv. Sulpitius Galba* prætor anno 1090. *L. Domitio Abenobarbo*, *Ap. Claudio Pulchro* *Coss.* Ut *C. Pontinio proconsuli*, quo die Urbem triumphans ingrederetur, imperium esset. *Cic.* lib. 4. ad *Atticum*, *Dio* lib. 40. Jam vero aliæ sunt *leges*, quibus bella decreta, eorumque administratio certis personis demandata est, quales sunt hæc:

*Sulpitia lex.*

*Sulpitia lex*, quam tulit *P. Sulpitius Galba Maximus* *II.* *Consul* cum *C. Aurelio Cotta* anno 101. *Vellent*, juberentne *Philippo Regi Macedonibusque*, qui sub regno ejus essent, ob injurias, armæque illata sociis populi Romani bellum indici. *Livius* libro 31.

*Marcia Atinia lex.*

Devictis autem, & pacem petentibus *Macedonibus*, anno 107. *L. Furio Purpureone*, *M. Claudio Marcello* *Coss.* *Q. Marcus*, *C. Atinius tribuni plebis* ad populum tulere, *Vellent*, juberentne, cum Rege *Philippo* pacem esse. *Livius* lib. 33.

*Cornelia lex.*

Anno 107. *P. Cornelius Scipio Nasica* *Cos.* cum *M. Acilio Glabrione* ad populum tulit, *Vellent*, juberentne, cum *Antiocho* rege, quique sectam ejus secuti essent, bellum iniri. *Livius* lib. 36.

*Licinia Cassia lex.*

Anno 107. *P. Licinius Crassus*, *C. Cassius Longinus* *Coss.* ad populum tulerunt. Ut quod *Perseus Philippi filius* *Macedonum* Rex adversus foedus cum patre *Philippo* ictum, & secum post mortem ejus renovatum, sociis populi Romani arma intulisset, agros vastasset, urbemque occupasset: quodque belli parandi adversus populum Rom. consilia iniisset, arma, milites, classem ejus rei causa comparasset. Ut nisi de iis rebus satisfecisset, bellum cum eo iniretur. *Livius* lib. 42.

Anno 106. *P. Corn. Scipione* *Africano* *Æmiliano*, *C. Licio Druso* *Coss.* ab uno *tribunorum plebis*, cuius tamen nomen non additur, lata est *lex*, ut belli *Punici* secundi administratio *P. Scipioni* *Cos.* mandaretur: Ut ex delectibus supplementum conscriberet, voluntarios quotquot posset, à sociis acciperet, & ad Reges, ac civitates literas daret inscriptas populi Romani nomine. *Appianus* de bellis *Punicis*.

*Sulpitia lex.*

Anno 105. *L. Cornel. Sulla*, *Q. Pomp. Rufo* *Coss.* *legem* tulit *P. Sulpitius tribunus pleb.* Ut *L. Cornel. Sulla*, cui *Asia* provincia obvenerat, ut bellum *Mithridaticum* administraret, imperium abrogaretur, & *C. Mario* mandaretur. *Vellejus* lib. 2. *Florus* *Epit.* 77. *Plutarchus* in *Sulla* & *Mario*. *Appianus* lib. 1. de bellis civilibus.

*Gabinia lex.*

Anno 105. *L. Cæcilio Metello*, *Q. Marcio Rege* *Coss.* *A. Gabinius tribunus plebis* *legem* tulit. Ut bellum adversus piratas *Cn. Pompejo* in triennium ita mandaretur, ut toto mari, quod est intra columnas *Herculis*, & in maritimis provinciis usque ad cccc. à mari stadium potestatem haberet imperandi *Regibus*,  
præs.



*praesidibus*, civitatibus, ut se rebus omnibus ad ejus belli administrationem necessariis juvarent. *Asconius Pedianus* in *Cornelianam*, *Vellejus* lib. 2. *Dio* lib. 38. *Plutarchus* in *Pompejo*, *Cicer.* de lege *Manilia*, in orat. post. redit. in Senat. *App.* in *Mithridatico*.

### *Manilia lex.*

Biennio post, *M. Emilio Lepido L. Volcatio Tullo* Coss. legem tulit *C. Manilius tribunus plebis*. Ut belli *Mithridatici* administratio *Cn. Pompejo* mandaretur: Ut provincia univcrsa, cui *L. Lucullus* praefuerat, omneque ipsius imperium, exercitus & copiae *Pompejo* darentur: & hoc amplius *Bithynia* adjungeretur, cui *Glabrio* praerat: classis item & copiae omnes maritimae, quas ipse initio belli *piratici* habuerat: omnes praeterea provinciae, quibus solis lege *Gabinia* non praefuerat, *Phrygia*, *Gallicia*, *Lycaonia*, *Cappadocia*, *Cilicia*, *Colchis superior*, & *Armenia*. *Cic.* pro lege *Manilia*, *Plutarch.* in *Pompejo*, *Appian.* in *Mithridatico*, *Florus* *Epit.* 100. *Dio* lib. 36. Non male ad has de re militari leges retulero *Marciam de Statellis*, quam tulerunt *M. Marcius Sermo*, *Q. Marcius Sylla*, vel *Scylla*, *tribuni plebis*, *C. Popillio Lanate*, *Pub. Ailio*, sive *Allo Ligure* Coss. anno 1000. ut qui ex *Statellis*, *Liguriae* populis, deditis in libertatem, restitutus ante Kal. Sextileis primas non esset, cujus dolo malo is in servitutem venisset, ut juratus *Senatus* decerneret, qui eam rem quaereret, animadverteretque. *Livius* libro 42.

## C A P U T XV.

### *De jure privato, & primum de manumissionibus & libertis.*

DE jure publico haecenus diximus, sequitur privatum, de quo tamen paucae adhuc reperiuntur leges. Hoc capite eas, quae de manumissionibus & libertis extant, recensebimus. Sunt autem istae, *Manlia*, *Furia*, *Caninia*, *Julia*, *Aelia Sentia*, *Junia Norbana*, *Pappia & Visellia*.

### *Manlia lex.*

*Manlia* à *Cn. Manlio Capitolino Imperioso* 11. Coss. cum *C. Marcio Rutilo*, anno cccxcvi. lata est. Ut ii, qui manumitterentur, fortunarum suarum vicepsimam arario darent. *Livius* lib. 7.

### *Furia Caninia lex.*

*Furiam Caniniam* tulere, ut opinatur *Hottomannus*, *P. Furius Camillus*, *C. Caninius Gallus* Coss. anno 1000. Ut in testamento ex tribus servis non plures quam duos, manumittere liceat, usque ad decem dimidiam partem: à decimo usque ad triginta, tertiam partem, ut tamen adhuc quinque manumittere liceat, aequè ut ex priori numero: à triginta usque ad centum, quartam partem, aequè ut decem ex priori numero liberari possint: a centum usque ad quingentos, partem quintam similiter, ut ex antecedenti numero viginti quinque possint fieri liberi: eademque praecipit, ne plures omnino, quam centum ex cujusquam testamento liberi fiant. Eadem lex cavet, ut libertates servis testamento nominatim dentur. *Ulpianus* *Instit.* tit. 1. *Paulus* *Sentent.* 4. *Caji* *Institutiones*.

### *Julia lex.*

*Juliam* tulit *Cn. Octavius Augustus*. Ut Imperator, cum servum manumittit, non vindictam imponeret, sed simpliciter liberum esse juberet. *Paulus* l. apud eum 14. ff. de manumiss. Qua lege tam manumissoris, quam manumissi aetatem definivit, juraque, quibus patroni adversus liberos uterentur, constituit. *Dio* lib. 55.

### *Aelia Sentia lex.*

*Aeliam Sentiam* tulere *Sext. Aelius Catus*, *C. Sentius Sturninus* Coss. anno 1000. Ut qui servi poenae causa vincti à domino, quibusve iniustae notae fuerant, quive propter noxam torti, nocentesve inventi, quive traditi, ut ferro, aut cum bestiis depugnarent, quive in custodia fuissent: ii si manumitterentur, non cives Romani, sed dedititiorum numero essent: id est, ut neque connubium, neque commercium, neque testamenti factionem haberent.

Ut minore triginta annorum servum vindicta, aut testamento, nisi causa apud consilium probata, manumittere non liceret.

Ne dominus annis viginti minor, servum, nisi causa apud consilium probata, manumitteret.

Ut servus ab eo domino, qui solvendo non est, testamento liber esse jussus, & haeres institutus, etsi minor sit triginta annis, vel in ea causa ut dedititius fieri debeat, civis Romanus, & haeres sit.

Quod si duo, pluresve liberi, haeredesve esse jussi sunt, primo loco scriptus, liber & haeres sit.

Ut si patronus libertum inopem non aluerit, primum libertatis causa impositis, tam ipse, quam is, ad quem

quem ea res pertinebit, multetur: deinde *ipſius hæreditate*, tum ipſe, tum ipſius liberi priventur, niſi hæres inſtitutus ſit; poſtremo à bonorum poſſeſſione removeatur, præterquam ſecundum tabulas.

Ne dominus *in manumittendo ſervo ſervæ* legem ei de contrahendo matrimonio, quæ civis Romani libertatem imminuat, imponat: ſi ſecus faxit, ad ejus legitimam hæreditatem ne admittatur. *Ulpianus* tit. 1. Inſtit. & *Juſtinianus* Inſtit. quibus ex cauſ. man. non. lic. item *Julianus* l. qui ſolvendo. 42. *Paulus* l. ſi is qui. 55. l. 57. qui ſolvendo. 60. l. ſi non lex 83. ff. de hæredib. inſt. l. ſciendum. 70. ff. de verb. ſign. l. 1. C. qui manumit. non poſſ. l. 3. §. 2. ff. de ſuis & legit. l. ſi patronus. 33. ff. de bon. liber.

### *Junia Norbana lex.*

*Juniam Norbanam* tulere *M. Junius Silanus*, *L. Norbanus Flaccus*, *Balbus*, Coſſ. anno 1000. Ut ſi ſervi, qui neque cenſu, neque vindicta, neque teſtamento, ſed ut per epiſtolam, aut inter amicos, aut convivii adhibitione liberi fierent, non cives Rom. ſed eodem jure, quo *Latini coloni* eſſent. Ut ſi *Latinus* civem Romanam, vel *Latinam uxorem* duxerit, teſtatione interpoſita, quod liberorum quærendorum cauſa uxorem duxerit, poſtea filio filiave nato natave & anniculo facta, poſſit apud prætorum, vel præſidem provinciæ cauſam probare, & fieri civis Rom. tam ipſe, quam filius, filiave ejus, & uxor, ſcilicet ſi & ipſa *Latina* ſit. Ut *Latinorum* legitimæ ſucceſſiones nullæ prorsus eſſent, ſed eorum bona manumifſores, tanquam ſervorum peculia ſibi haberent. Ut *liberti jus civitatis* Rom. non ante haberent, quam jus aureorum annulorum, aut natalium reſtitutionem à *Principe* impetraſſent. *Ulpian.* in Inſtit. tit. 3. *Juſtin.* §. 5. de ſucceſſ. lib. idem Novell. 78.

### *Viſellia lex.*

*Viſelliam* tulit *L. Viſellius Varro* Coſſ. cum *C. Fontejo*, anno 1000. *D. Claudii* temporibus. Ne libertinis hominibus, qui jus annulorum aureorum adepti non erant, eos honores, qui ingenuorum proprii ſunt, capere liceret. *Imp.* l. unica. C. ad leg. *Viſel.* l. 1. C. quando princ. aët. crim. præjud. *Ulpian.* cap. Inſtit. 3. *Viſellia* tamen ubique legitur, mendose, cum *Viſelliorum* familia nota ſit, cujus erat *C. Viſellius Varro*, *Ciceronis* confobrini, ut conſtat ex *Bruto*.

### *Pappia lex.*

De jure patronatus extat *lex Pappia*, quam tulit *M. Pappius Mutilus* Coſ. cum *Q. Poppæo* 11. Auguſti temporibus. Ut ex bonis ejus, qui H. S. centum millium patrimonium reliquerat, & pauciores quam tres liberos habebat, ſive is teſtamento facta, ſive inteſtatus mortuus erat, virilis pars patrono deberetur. Itaque cum unum quidem filium hæredem reliquerat libertus, perinde pars media debebatur patrono, ac ſi is ſine ullo filio filiave inteſtatus deceſſiſſet: cum vero duos duaſve hæredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: ſi tres reliquerat, repellebatur patronus. Item: Ut *libertus* qui duos liberos in poteſtate haberet, operarum obligatione liberaretur. *Juſtinianus* §. 1. de ſucceſſ. libert. Et in *Pandect.* ſub tit. de bon. liber. aliſque locis compluribus.

## CAPUT XVI.

### *De jure connubiorum, & maritandis ordinibus.*

DE hac etiam parte perpauca leges extant. Memoratur de jure connubiorum *Canuleja*, quam tulit *C. Canulejus tribunus plebis*, *M. Genutio Augurino*, *C. Curtio Philone* Coſſ. anno 444. Ut plebi cum patribus connubiorum jus eſſet. Tulit autem hanc adverſus legem x11. tabularum, qua cautum erat, Ne liceret *patriciis* conjungi connubio cum *plebejis*. *Auguſtinus* libro 3. de civitate Dei cap. 17. *Livius* lib. 4.

### *Julia lex.*

De maritandis ordinibus *Julia* & *Pappia Poppæa* agunt. *Juliam* tulit *C. Octavius Auguſtus*. Ne coelibes niſi qui genere eſſent proximi, quicquam ex teſtamento civis Rom. caperent, neve orbi plus quam dimidium eorum, quæ relicta eſſent. Hoc ex *Eusebio*, *Nicephoro*, & *Sozomeno*, & l. 1. C. de inſir. pœn. cœlib. Ne conjux conjugis teſtamento niſi decimam relictorum partem caperet, fiſcus reliquas novem. *Ulpianus* cap. Inſt. 15. l. 1. C. de his qui ſe def. lib. 10. l. 2. C. de inſir. pœn. cœlib. Fœminis, inquit *Ulp.* *lex Julia* à morte viri, anni tribuit vacationem: à divortio ſex menſum; Lex autem *Pappia*, à morte viri triennii; à repudio, anni & ſex menſum. *Ulpianus* cap. 14. *Suetonius* in Auguſto. Ut priori ex Conſulibus ſaſces ſumendi poteſtas eſſet, qui plures liberos, quam collega, aut in ſua poteſtate haberet, aut bello amiſſiſſet: ſed ſi par utriusque numerus liberorum eſſet, maritus, aut qui in numero maritorum eſt, præferretur: ſi vero ambo & mariti & patres totidem liberorum ſunt, tum ille priſtinus honos inſtauraretur: & qui major natu eſſet, prior ſaſces ſumeret. *Agellius* lib. 2. cap. 15. Ut ſi liberta ab invito

patro-

patrono diverteret, alii nubere invito patrono non posset. Ut jusjurandum, quod liberto impositum est, ne uxorem duceret, ei remitteretur. l. 6. §. 3. de jure pat. l. 1. ff. unde vir & uxor.

Ne qui *Senator* esset, quive filius, nepos, proneposve ex filio, vel ex filia natus, cujus eorum esset, sponfam uxoremve sciens, dolo malo haberet libertinam, aut eam, quæ ipsa, cujusve pater, materve artem ludicram faceret, fecissetve, neve *senatoris filia*, neptisve ex filio, proneptisve ex nepote, filio nato, nata libertino, eive qui ipse, cujusve pater materve artem ludicram faceret, fecissetve, sponsa nuptave sciens dolo malo esset. Eleganter hoc caput explicat *Barnabas Brissonius* libro de jure connubiorum.

Item, ne quis *Senator* ex numero corpore quæstum facientium uxorem duceret. Cæteri autem ingenui prohiberentur ducere *lenam*, a lenone lenave manumissam, & in adulterio deprehensam, & judicio publico damnatam, & quæ artem ludicram fecisset. *Paulus* l. 44. ff. de ritu nupt. *Martian.* autem in l. 19. eod. scribit, cap. 35. fuisse, ut qui liberos, quos habent in potestate, injuria prohibuissent uxores ducere, vel nubere, à magistratibus cogerentur in matrimonium collocare & dotare. Ut *patriciis* liceret libertinas uxores ducere: præterquam si *Senatores*, senatorumve liberi essent. Ne qua *sponsalia* rata essent, nisi statim exacto biennio nuptiæ fierent: hoc est, ne puellæ decem annis minores ducerentur, quarum annus ætatis duodecimus maturus conjugio habebatur. *Zonaras* libro 11. Hæc autem lex in libris jurisconsultorum interdum *Julia* tantum, interdum *Pappia*, interdum *Julia Pappia*, interdum *Pappia Poppæa* dicitur.

### *Pappia Poppæa lex.*

*Pappia Poppæa* tum eadem illa, quæ *lex Julia* continet, habuit, tum vero etiam hæc. Ut ne quinquaginta annis minor sexagenario nuberet: aut vir hac ætate junior quinquagenariam fœminam duceret in uxorem. Ut *patronis*, qui jus trium liberorum haberent contra tabulas testamenti liberti, aut ab intestato contra suos hæredes non naturales bonorum possessio daretur. Ut *patrona ingenua* duobus liberis honoratæ, *libertine* tribus, idem juris daretur, quod *patronis* ex edicto. Ut liberis ingenuæ trium liberorum jure honoratæ, idem juris quod ipsi patronæ tribueretur. Ut omnibus ingenuis præter *Senatores*, eorumque liberos, uxores libertinas habere liceret. Tulere eam *M. Pappius Mutilus*, & *Poppæus* secundum *Coss. suff.* Augusto imperatore. *Tacitus* libro tertio. *Jurisconsulti* sub titulo de ritu nupt. de vulg. substit. de jure patron. & aliis locis innumeris. *Ulpianus* cap. *Instit.* 14. & 24. & 29. *Dio* lib. 56.

## CAPUT XVII.

### *De tutelis.*

#### *Atilia lex.*

Sequuntur *leges de tutelis*, quarum quatuor reperiuntur, *Atilia*, *Julia Titia*, *Latoria* & *Claudia*. *Atilia* hæc fuit, ut mulieribus & pupillis tutores non habentibus à prætore & majore parte tribunorum plebis darentur. Quando lata hæc lex sit, non certo constat. *Sigonius* libro 1. de Antiquo jure civium Romanorum, conjectura ductus scribit, videri sibi latam esse ante *Sp. Posthumii Albinii*, & *Marcii Philippi* Consulatum, qui incidit in annum 1027. Meminit hujus legis *Ulpianus* titulo 11. ubi addit, tutores *Atilia lege* datos, *Atilianos* dici. Meminit & *Livius* libro 39. Hæc tamen postea à *Claudio Imperatore* abrogata fuisse videtur, cum scribit *Suetonius*, sanxisse *Claudium*, ut *Consules* pupillis utriusque sexus tutores darent, quod vicissim ab *Antonino Philosopho* sublatum refert *Capitolinus*, ab eoque prætorem tutelarum institutum.

#### *Julia Titia lex.*

Cæterum cum *Atilia lex* tantum Romæ locum haberet, lata est postea *Julia Titia*, ut etiam provinciæ præsidibus mulieribus, pupillisve tutores non habentibus, tutores darent. *Justinianus* Institutionibus de *Atilianis* tutoribus, & *Ulpian.* cap. *Instit.* 11.

#### *Latoria lex.*

*Latoria* fuit, ut iis qui furiosi, vel prodigi essent, curatores darentur, qui eos circumscriptissent, judicio publico tenerentur. Meminerunt ejus *Cic.* lib. 3. *Offic.* lib. 3. de *Natura Deorum*, *Jul. Capitolinus* in *M. Antonino Philosopho*, *Suetonius* in 4. *Prætorum* apud *Priscianum* libro 8.

#### *Claudia lex.*

*Claudia* à *C. Claudio Imperatore* lata est. Ut ne agnati mulierum tutelam legitimam recipere cogentur. *Ulpianus* tit. 2. *Instit.* & *Imperator* l. 3. *C. de legitimis tutorib.* Tantum de tutelis: plura de iis habebimus in *x11. tabularum* fragmentis,

## CAPUT XVIII.

## De testamentis, hæredibus &amp; legatis.

## Furia lex.

**D**icemus nunc de testamentis, de quibus aliquot leges hodie extant, ut *Furia*, *Voconia*, *Falcidia*, *Cornelia*, *Junia Velleja*, *Julia tres & Pappia*.

*Furia* tulit *C. Furius tribunus plebis*: Ne cui, nisi manumissoris cognato, certisque aliis personis supra mille asses legare, mortisve causa donare liceret: quod si quis majorem summam sibi legatam accepisset, redderet. *Theophilus* Instit. de legatis. Lata est autem, ut ait *Justinianus*, legis XII. tabul. coercendæ causâ, qua uti quisque legasset suæ rei, ita jus erat. *Cicero* pro Balbo, & *Verrina* 3. *Justinianus* de lege Falcidia, *Ulpianus* cap. Instit. 1. & 28. ubi minus quam perfectam eam esse dicit, quod vetet aliquid fieri, & si factum sit, non rescindat. Ad hanc etiam videtur respexisse *Pomponius* l. 120. de verbor. signif.

## Voconia lex.

*Voconiam* de mulierum hæreditatibus tulit *Q. Voconius Saxa tribunus plebis*, *Q. Marcio Philippo* 11. *Cneo Servilio Capione* Coss. anno 1090. Ne qui census esset, virginem, neve mulierem supra quadrantem suorum bonorum hæredem institueret, plusve cuiquam legaret, quam ad hæredem hæredesve perveniret. Ne fœminæ ultra consanguineos ab intestato succederent. *Cicero* *Verrina* 3. de Senectute. lib. 2. de Finibus, *Dio* lib. 56. *Agellius* libro 7. cap. 13. & libro 17. cap. 5. *Augustinus* libro 3. de Civitate Dei, *Florus* Epitoma 41. ubi *Volumnius* legitur, pro *Voconius*. *Paulus* lib. 4. Sentent. Extat autem declamatio *Quintiliani* 264. in qua hæc lex proponitur: Ne liceat mulieri nisi dimidiam partem bonorum relinquere. Verum ea lex ad scholasticas exercitationes ficta, & accommodata fuisse videtur, ut ex *Dione* constat.

## Falcidia lex.

*Falcidiam* tulit *Publ. Falcidius tribunus plebis*, *Cn. Domitio Calvino* 11. *C. Asinio Pollione* Consulibus anno 1000. ejus hæc capita à jurisperitis memorantur: Qui cives *Romani* sunt, qui eorum post hanc legem rogatam testamentum facere volet, jus potestasque esto, ut hac lege licebit. Quicumque civis *Romanus* post hanc legem rogatam testamentum faciet, is quantam cuique civi Romano pecuniam jure publico dare, legare volet, jus potestasque esto, dum ita detur, legetur, ut ne minus, quam quartam partem hæreditatis ex eo testamento hæredes capiant. Eis quibus ita datum legatum erit, eam pecuniam sine fraude sua capere liceto: isque hæres, qui eam pecuniam dare jussus, damnatusve erit, eam pecuniam debeto dare, qua damnatus est. Si quis aliter, quam hac lege liceat, pecuniam dederit, legaverit, hæredi quartam partem ejus pecuniæ, quæ data, legata erit, ex eo testamento retinere liceto. *Paulus* l. 1. ff. ad leg. Falcid. *Eusebius* in *Chronicis*, qui tamen latam fuisse scribit, ut quarta pars tum demum hæredibus superesset, si quatuor, aut minus essent: quod in jurisperit. libris nusquam reperies: tum & hujus hæc verba refert *Dio* libro 48. Ut hæres quartam partem bonorum sibi relictorum, si graviter oneratus sit legatis, accipiat: cætera legatariis relinquat.

## Cornelia lex.

*Corneliam* tulit *L. Cornelius Sulla Felix*, Dictator & Consul cum *Q. Metello Pio* *Balearico*, anno Urbis conditæ 1047. Ut eorum testamenta, qui in hostium potestate essent, perinde rata essent, ac si hi, qui ea fecissent, in hostium potestatem non pervenissent, & hæreditas ex his eodem modo ad unum quemque pertineret. *Julianus* l. 12. ff. qui testam. fac. post. *Ulpianus* capite Instit. 23. *Favolenus* in l. 15. de injust. rupt. Atque ex hac lege inducta fictio est, ut qui captus apud hostes decederet, mortuus eodem momento, quo captus esset, putaretur. Ejusdem legis caput opinatur illud fuisse *Hottomannus*, quod in edicto *Verris* significatur apud *Ciceronem* libro *Accusationum* primo: Non minus multis signis, quam e lege oporteat, cautumque de numero testium, quos in testamentis adhiberi oportet, fuisse.

## Junia Velleja lex.

*Junia Velleja* sequitur. Ut qui testamentum faceret, omnem virilis sexus, qui ei suus hæres futurus erit, cum nascetur, instituendi exhæredandique potestatem haberet, etiamsi vivo testatore nasceretur. Item, Ut si quis ex suis hæredibus suus hæres esse desineret, liberi ejus, & cæteri in locum suorum sui hæredes succederent. *Scævola* l. *Gallus* 20. de liberis & posthumis. *Paulus* *Manutius* eam sic recitat, Ut qui testamentum faceret, omnes eos virilis sexus necessario institueret hæredes, qui cum nascerentur, ei hæredes sui futuri essent, eorumque in locum liberi succederent, qui nisi instituti essent, aut si exhæredati,

dati, ad exemplum posthumorum essent, testamentum non valeret. Duplex itaque in hac lege caput fuit, primum, ut *mortuo filio*, nepotes nondum nati possint institui. Item, ut *vivente filio* nascituri nepotes possint institui, si avo vivente, & mortuo filio nascantur: ne facti sui, cum nascerentur, si se præteritos invenerint, rumpant testamentum. Altero capite cautum est, ut nepotes jam nati vivente filio, ab avo hæredes instituantur, vel nominatim exhæredentur, ne forte mortuo post testamentum filio facti sui hæredes, ad exemplum posthumorum testamentum infirmum. *Cujacius* pro *Junia*, *Julia* legendum censet, corrupteque ubi hujus fit mentio, *Junia* scriptum esse ad l. Gallus ff. eod. notat.

Extant etiam tres leges *Julia*, de testamentis, quarum una dicitur *Julia*, de vicesima: altera *Julia caducaria*: tertia *Julia Miscella*.

### *Julia lex, de vicesima.*

*Julia* de vicesima hæc fuerunt capita: ut quæ hæreditates, legata & donationes mortis causa ad alienos, aut locupletes pervenirent, earum pars vicesima ad fiscum pertineret.

Ut testamenta in municipiis, coloniis, oppidis, præfectura, vico, castello, conciliabulo facta, in foro, vel basilica, præsentibus testibus vel honestis viris, inter horam secundam & decimam diei recitentur, exemploque sublato, ab iisdem rursus magistratibus obsignato, quorum præsentia constat apertum.

Ut testamentum statim post mortem testatoris aperiatur: hoc est, à præsentibus intra triduum vel quinque dies, ab absentibus quoque intra eos dies, cum supervenerint.

Ut testes vel maxima pars eorum adhibeantur, qui signaverint testamentum, ita ut agnitis signis, rupto licio aperiatur, & recitetur: atque ita describendi exempli fiat potestas, ac deinde signo publico obsignatum in archivum redigatur, ut si quando exemplum ejus interciderit, sit unde peti possit. *Dio* lib. 38. & *Paulus* sentent. l. 4. tit. 6.

### *Julia caducaria lex.*

*Julia caducaria* hæc duo capita fuerunt: Ut si nemo sit, ad quem honorum possessio pertinere possit: aut sit quidem, sed jus suum omiserit, bona publicentur. *Ulpianus* cap. Institutionum 28. idem l. 4. §. eod. ff. de fide lib. Quare etsi caducariis legibus bona delata sint, idem erit probandum, Sic enim locum hunc nobis restituit *Cujacius*. Eandem legem *Juliam* significat *Julianus* l. 96. §. 1. de legat. & fideicom. lib. 1. Quoties lege *Julia* bona vacantia ad fiscum pertinent, & legata & fideicommissa præstantur.

### *Julia Miscella lex.*

*Julia Miscella* fuit, ut conjugi superstiti legatum sibi à demortuo ea lege, ne iterum nuberet, ita capere jus esset, si intra annum (luctus nondum erat præfinitus annus) juraret, se liberorum querendorum causa velle nubere. *Justinianus* in tractatu de interdicta viduitate, & lege *Julia Miscella* tollenda, libro Cod. 6. tit. 40. & *Novella* Const. 22. ubi *Julium Miscellam* hujus legis auctorem nominat. Alii tamen *Miscellam* malunt dictam, quod id legis *Julia* caput tam ad virum quam feminam pertinebat. De hac lege *Barnabas Brissonius* lib. 3. selectarum ex jure civili antiquitatum, capite 3. ubi & hoc addit, ei legi *Justinianum*, quod ad jusjurandum attinet, obrogasse. Eo enim legem hanc ait per interpretationem prudentium productam fuisse, ut omnes inde conditiones, quæ liberam auferant nuptiarum contrahendarum potestatem, legatariis remittantur, quasi nullam fieri nuptiis moram oportere lex senserit.

### *Pappia decimaria lex.*

Reliqua est *Pappia decimaria*, cujus hæc sententia fuit: Ut vir & uxor, nullis ex eo matrimonio extantibus liberis, decimam ex testamento matrimonii nomine capere possint. Si vero extent liberi ex alio matrimonio, pro unoquoque ex liberis aliam decimam, & pro communi filio post nonum diem amisso, aliam: pro duobus post nonum diem amissis, duas quod explicat *Ulpianus* in fragment. tit. 15. & 21. Vide *Cujacium* Observat. lib. 3. cap. 12. Alludit ad hanc legem *Tertullianus* lib. 1. ad uxorem. Hæ itaque de testamentis leges ex veteribus adhuc extant, quarum prolixam explicationem nemo à me expectet, cum id ad *jurisconsultos* pertineat.

### *Galicie lex.*

Solet hic quoque mentio fieri legis *Galicie*, de ratione inducendæ querelæ inofficiosi testamenti, de qua tamen cum nihil certi habeatur, non est, ut multa afferam. Si qui volunt, possunt contrarias de ea disputationes legere *Jacobi Cujacii* lib. 2. Observationum, cap. 21. & lib. 14. ac *Jacobi Ravardi* libro singulari de auctoritate prudentium, cap. 12. Atque hæc de testamentis leges ex veteribus adhuc extant.

## CAPUT XIX.

## De usucapionibus, cessione bonorum &amp; furtis.

DE testamentis diximus, persequamur nunc alias leges, quæ ad jus privatum pertinent, quales sunt de usucapionibus, cessione bonorum & furtis.

## Atinia lex.

De usucapionibus extat lex Atinia, qua cautum fuit, ut, quod surreptum esset, ejus rei æterna auctritas esset: nisi si in ejus, cui surreptum esset, potestatem revertisset. Meminit ejus Agellius lib. 17. cap. 7. Paulus l. 4. §. 4. ff. de usurpat. Julianus l. 33. ejusdem tituli, & Cicero Verrina 3.

## Julia Plautia lex. Julia lex. Hostilia lex.

Extat & Julia Plautia, ab Octavio Augusto lata: Ne res vi possessas usucapere ullo tempore liceret. Justinianus de usucap. lib. 1. Instit.

De cessione bonorum ejusdem Augusti Julia memoratur. Ut qui sine dolo suo malo, æri alieno satisfacere non posset, bonis suis cedendo liberaretur. l. 4. C. qui bon. ced. poss. & in C. Theod. lib. 4. tit. qui bonis ex lege Julia cedere possint.

De furtis Aulus Hostilius Mancinus Consul cum Aulo Atilio Serrano anno 1060. legem tulit: Ut furti agere liceret eorum nomine, qui apud hostes essent, aut reipublicæ causa absissent, quive in eorum cuius tutela essent. Justinianus de iis, per quos ag. poss. Hinc illæ Hostiliana actiones, id est, formulæ apud Ciceronem lib. de Oratore 1. ubi de militis testamento agitur. Plura de furtis infra in fragmentis 111. tabularum habebimus.

## CAPUT XX.

## De re nummaria, &amp; fœnore.

Dicendum nobis nunc est de re nummaria & fœnore, quid de iis Romani statuerint. Ac de re nummaria quidem quatuor reperiuntur leges, Papiria, Livia, Clodia, Maria.

## Papiria lex.

Papiria lege cautum fuit: Ut asses qui unciales erant, semunciales fierent. Tulit eam, uti censet Hottomannus, C. Papirius Carbo tribunus plebis, L. Cornelio Scipione, C. Lelio Nepote, Coss. anno 1060. Plinius libro 33. cap. 3.

## Livia lex.

Livia autem à M. Livio Druso tribuno plebis, anno 1060. Cn. Domitio Abenobarbo, C. Fannio Strabone, Coss. lata fuit: Ut octava æris pars argento misceretur.

## Clodia vel Claudia lex.

Clodia vel Claudia fuit: Ut victoriatu nummus, qui ex Illyrico advectus, mercis loco haberetur, Romæ percuteretur: & eadem victoriæ nota obsignaretur. Plin. lib. 33. cap. 3.

## Maria lex.

His addatur etiam lex Maria, quam tulit M. Marius Gratidianus prætor, L. Sulla Dictatore, anno 1060. Ut nummi, certa tum excogitata ratione probarentur. Jactabatur enim temporibus illis nummus, sic, ut nemo scire posset, quid haberet. Cicero lib. 3. Offic. Plinius lib. 33. cap. 9.

Cæterum ut melius intelligantur superiores de re nummaria leges, non absurdum erit, si integrum Plinii locum, ubi legum illarum meminit, adscribam. Sic autem is libro 33. cap. 3. Populus Romanus, ne argento quidem signato ante Pyrrhum Regem devictum usus est. Libralis, unde etiam nunc libella dicitur, & dupondius, appendebatur assis: quare æris gravis pœna dicta. Servius Rex primus signavit æs, antea rudi usus Romæ Remeus tradit. Signatum est nota pecudum, unde & pecunia appellata. Maximus census ex. m. assium fuit illo Rege. Et ideo hæc prima classis. Argentum signatum est anno Urbis 600. Ogulnio, C. Fabio Coss. quinque annis ante primum bellum Punicum. Et placuit denarius pro decem libris æris: quinarius, pro quinque, sestertium pro dupondio, ac semisse. Libra autem pondus æris immittum bello Punico primo, cum impensis respublica non sufficeret: constitutumque, ut asses sextantario pondere ferirentur. Ita quinque partes factæ lucris, dissolutumque æs alienum. Nota æris fuit ex altera parte

parte *Janus geminus*, ex altera rostrum navis: in triente vero & quadrante, rates. *Quadrans* antea *triunciis* vocatus à tribus unciis. Postea *Annibale* urgente, *Q. Fabio Maximo* Dictatore, *asses uncialis* facti, placuitque denarium xvi. assibus permutari, *quinarium* octonis, *sestertium* quaternis. Ita respublica dimidium lucrata est. In militari tamen stipendio semper *denarius* pro decem assibus datus. Nota argenti fuere, *bigæ* atque *quadrigæ*, & deinde *bigati quadrigatique* dicti. Mox lege *Papirii* semunciales asses facti. *Livius Drusus* in tribunatu plebis octavam partem æris argento miscuit. Qui nunc *victoriatas* appellatur, lege *Clodia* percussus est. Antea enim hic nummus ex Illyrico advectus, mercis loco habebatur. Est autem signatus *Victoria*, & inde nomen. *Aureus nummus* post annum Lxi. percussus est, quam *argenteus*, ita ut scrupulum valeret sestertiis vicenis, quod efficit, in libras ratione sestertiorum, qui tunc erant, sestertios 100000. Post hæc placuit XL. m. signari ex auri libris, paulatimque principes imminuere pondus, minutissimus vero ad XLV. m. Hactenus *Plinius*.

A legibus nummariis ad *fœnebres* accedemus, quarum hæc extant, *Licina*, *Duillia Mœnia*, *Genutia*, *Sempronia*, *Valeria*, *Cæcilia Gabinia*, *Julia* & *Clandia*.

#### *Licina lex.*

*Licina* hæc fuit: Ut deducto eo de capite, quod usuris pernumeratum esset, id quod superesset, triennio æquis portionibus persolveretur. Tulit eam *C. Licinius Stolo* tribunus plebis, *Sp. Furio Medullino*, *P. Claudio Siculo*, &c. tribunis militum Coss. anno cccclxxvi. *Livius* lib. 6.

#### *Alia Licinia lex.*

Est & alia *Licina* de fœnore, à *L. Licinio Lucullo* Asiæ proconsule, ante *Ciceronis Consulatum* lata, ad levandam ære alieno provinciam: Ne scilicet supra centesimam jure fœnoris solveretur: Ne majores essent usuræ, quam quibus veteri jure pecuniæ antea credebantur: Ne creditoribus à debitore fœnoris nomine plus omnino liceret accipere, quam quanta fructuum creditoris quarta pars esset,

#### *Duillia Mœnia lex.*

*Duillia Mœnia* à *M. Duillio*, *L. Mœnio* tribunis plebis: *C. Marcio Rutilio*, *Cn. Manlio Capitolino Imperioso* II. Consulibus, anno cccxcvi. lata est. Ut fœnus ne majus unciario exerceretur. *Liv.* lib. 7. *Tac.* tamen lib. 6. Annalium fœnus unciarium xii. tabularum legibus constitutum fuisse tradit. Fuit igitur hæc repetitio legis xii. tabularum anno Urbis cxdv. *C. Plautio Ypsæo*, *T. Manlio Imperioso Torquato*, Coss. lex semunciarum fœnoris a tribunis plebis lata est. *Livius* lib. 7. *Tacitus* lib. 6. Annalium.

#### *Genutia lex.*

Paulo post, anno cxxi. *C. Martio Rutilio* IV. *Q. Servilio* Coss. *L. Genutius* tribunus plebis legem tulit, ne fœnerare liceret, *Livius* lib. 7.

#### *Sempronia lex.*

Atque hæc quidem in Urbe observantur. Cæterum cum essent lucri cupidi, qui nomina in socios, quod si non tenerentur iis legibus, transcriberent, legem tulit *M. Sempronius* tribunus plebis, anno 101x. *L. Cornelio Merula*, *Q. Minutio Thermo* Coss. Ut cum sociis ac nomine Latino pecuniæ creditæ jus idem, quod cum civibus Romanis esset, *Livius* lib. 35. *Cicero* lib. 2. de Officiis.

#### *Valeria lex.*

Anno 101xvii. *L. Valerius Flaccus* II. Consul, cum *L. Cornelio Cinna* II. in Marii demortui locum suffectus, legem tulit: Ut creditoribus quadrans solveretur: hoc est: Ut terni nummi pro centenis in anno penderentur. *Vell. Paterculus* lib. 2. qui tamen hoc factum ut injustum reprehendit.

#### *Cæcilia Gabinia lex.*

*Cæcilia Gabinia* lex ab *Aul. Gabinio* tribuno plebis, *L. Metello*, *Q. Marcio Rege* Coss. Anno 101xxv. lata est: ne jus diceretur de iis pecuniis, quæ versura facta essent sumptæ: Ne scilicet provinciales homines à Romanis exhaurerentur: Ne gravior usura quam centesima exigeretur. Sed & præter amissam sortem certam pœnam fanciebat, *Cic.* lib. 5. *Epist.* 21. ad Atticum.

Quod de *C. Julio Cæsare Suetonius*, & ipse *Cæsar* lib. 3. *Comment. de Bello civili*, memoriæ produnt, *Cæsarem*, cum fides tota Italia esset angustiior, neque creditæ pecuniæ solverentur, constituisse, ut debitores creditoribus satisfacerent per æstimationem possessionum ab arbitrariis ad hoc datis factam, quanti quæque ante civile bellum comparassent, deducta summa æris alieni, si quid usuræ nomine numeratum aut perscriptum fuisset: qua conditione quartam fere crediti deperuisse ajunt, nescio an ad legem aliquam sit referendum, quod aliquibus placere video, qui etiam ex *Tacito* afferunt, eadem lege cautum fuisse, de modo credendi possidendique intra Italiam. Locum *Taciti* cum & superiorum legum mentionem habeat, integrum adscribam. Sic igitur is lib. 6. *Annalium* (quemadmodum *Justus Lipsius* recensuit) scribit:

Interea magna vis accusatorum in eos irrumpit, qui pecunias fœnore auctitabant, adversum legem *Di-fatoris Casaris*, qua de modo credendi possidendique, intra Italiam cavetur, omissa olim, quia privato usui bonum publicum postponitur. Sanc vetus Urbi fœnebre malum, & seditionum discordiarumque creberrima causa, eoque cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus. Nam primo *XII. tabulis* sanctum, ne quis *unciario fœnore* amplius exerceret, cum antea ex libidine locupletium ageretur: dein rogatione tribunitia *ad semuncias* redacta. Postremo vetita versura, multisque plebiscitis obviam itum fraudibus, quæ toties repressæ, miras per artes rursus oriebantur. Hactenus *Tacitus*.

### Julia lex.

Memoratur & alia *Julia lex de cessione bonorum*. Ut qui sine dolo suo malo æri alieno satisfacere non posset, bonis suis cedendo liberaretur. 1. 4. C. qui bon. ced. poss. & in *C. Theod.* lib. 4. tit. qui bonis ex lege *Julia* cedere possint.

### Claudia lex.

*Claudiam* tulit *C. Claudius Casar*. Ne creditores in mortem parentum pecunias filiis familiarum fœnori darent. *Tacitus* lib. *Annalium* 2. quæ lex ab Atheniensibus desumpta est, quos similem habuisse legem ex *Terentii Phormione* discimus.

Referenda ad hanc classem etiam est *lex Patelia Papiria*, quam tulere *C. Patellius Libo Visolus* III. L. *Papirius Mugillanus*, *Coss.* anno *cxvii*. Ne quis, nisi qui noxam meruisset, donec poenam lueret, & in compediibus, aut in nervo teneretur, pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium esset. Et ne quis in posterum neceretur. *Livius* lib. 8. *C. Manlius* in Epistola ad *Q. Marcium Consulem* apud *Sallustium* in conjuratione *Catilinæ*. Tantum *de re nummaria*, & *fœnore*. Sequuntur leges de *judiciis*.

## CAPUT XXI.

### De judiciis, domis & muneribus.

#### Romuli lex.

DE *judiciis* jam dicturi, prius eas leges recensebimus, quæ de *ipsis judiciis* latæ fuerunt, tum quæ de *judiciis*.

#### Sempronia lex.

Sunt autem de *judiciis* latæ istæ: *Sempronia*, *Servilia*, *Livia*, *Plautia*, *Cornelia*, *Aurelia*, *Pompeja*, *Julia*, *Antonia*. *Judicia* primum penes *Senatum* fuerunt, ex lege *Romuli*, de qua *Dionysius Halicarnassæus* scribit in hunc modum: *Romulus*, inquit, postquam discrevit potiores ab inferioribus, mox legib. latis præscripsit, quid utrisque faciendum: Ut *patricii* sacra curarent, *magistratus* gererent, jus redderent, secum *republicæ* administrarent, res urbanas obirent: idque longo tempore etiam sub *Consulibus* servatum, donec tandem *C. Sempronius Gracchus tribunus plebis* *Senatui* iniquior, anno *ixxxx*. *Q. Cæcilio Metello Balearico*, *T. Quintio Flamini*, *Coss.* legem tulit, quam paucis ante annis frater ejus *Tiberius* ferre conatus erat: Ut *judicia*, quæ semper antea penes *senatorum* ordinem fuerant, ad *solos equites* transferrentur. *Appianus* lib. 1. de *Bel. civil.* *Afcon.* in *Divin.* *Vellejus* lib. 2. *Tacitus* lib. 12. *Varro* de *Vita pop. Roman.* apud *Nonium*, in voce *Biceps*. *Plutarchus* in *Gracchis*, *equites* trecentos cum *Senatoribus* trecentis mixtos tradit, atque inter utrosque communicata *judicia*, quod falsum est.

#### Servilia lex.

*Florus* etiam *Epit.* 60. auctor est, lege *Sempronia* trecentos *Senatores* cum sexcentis *equitibus* commixtos *judicasse*: quod procul dubio ad *legem Serviliam* pertinet, quam non multo post tulit *Q. Servilius Cæpio* *Consul*, cum *C. Atilio Serrano*, anno *ixcxlvi*. Ut *judicia*, quæ lege *Sempronia* ad *solos equites* translata erant, ordini *Senatorio* communicarentur: quæ tamen lex non multo post abrogata est. *Tacitus* lib. 12. *Annal.* *Cic.* in 1. de *Arte Rhet.* lib. 2. de *Oratore*, in *Bruto*, in oratione pro *Scauro*, & ibidem *Afconius*. Fuit autem hac lege impar & minor numerus *Senatorum*, quam *equitum*.

#### Julia lex.

Nam paucis post annis *M. Livius Drusus tribunus plebis*, *L. Marcio Philippo*, *Sext. Jul. Casare*, *Coss.* anno *Urbis* *ixcxlvi*. legem tulit: Ut æqua ex parte *judicia* penes *Senatum*, & *equestrem ordinem* essent, id est, trecenti *equites*, & trecenti *Senatores*, *Afconius* in *Cornelianam*, *Cic.* lib. 3. de *Orat.* *Florus* *Epit.* 71. *Appian.* lib. 1. de *Bel. civil.* sic scribit. *M. Livius Drusus* *Senatum* quoque ac *equites* tum maxime propter *judicia* dissidentes invicem conabatur conciliare: quæ cum nequiret *Senatui* palam restituere, arte utroque aggressus est. Nam cum per id tempus propter crebras *seditiones* vix trecentorum expleret numerum, promulgavit legem, ut ex *equestri ordine* adderentur totidem, delectu *optimorum habitum*, atque ex his *omni-*



omnibus in posterum *judices* legerentur: utque causam dicere cogerentur suspecti de munerum corruptela: quod malum jam inter crimina haberi desierat: adeo frontem plerique perfricuerant. Hactenus ille. Verum ne hæc *Livia* longæva fuit: nam *L. Marcius Philippus* Consul, *Drusus* inimicus, eodem anno obtinuit, ut *Drusi leges* tanquam contra auspicia latæ, uno senatusconsulto tollerentur, uti testatur *Cicero* lib. 3. de Legib.

#### *Plautia lex.*

Anno deinde elapso, qui fuit secundus belli Italici, *Cn. Pompejo Strabone*, *L. Porcio Catone* Coss. cum equester ordo in judiciis dominaretur, legem tulit *M. Plautius Silvanus* tribunus plebis. Ut tribus singulæ ex eo numero quinos denos suffragio crearent, qui eo anno judicarent. Ex eo factum est, ut *senatores* quoque in eo numero essent, & quidem etiam ex ipsa plebe. *Cicero* in oratione pro *Cornelio*, epistolis ad *Attic.* lib. 4. & *Africanus* in *Cornelianam*. Ex quo intelligitur, cum ante *equites* soli judicarent ccc. tribus dedisse singulas *judices* xv. itaque col. fuerunt: & *judicia* inter tres ordines, *senatorium*, *equestrem* & *plebejum* communicata sunt.

#### *Cornelia lex.*

*Plautiam* legem secuta est *Cornelia*, quam tulit *L. Cornelius Sulla* Dictator & Consul 111. cum *C. Cæcilio Metello Pio*, anno 102LXXIII. Ut *judicia equestri* ordini adempta, in solum ordinem *senatorium* transferrentur. *Florus* Epit. 89. *Africanus* in *Divinationem*.

#### *Aurelia lex.*

Undecim annis post legem *L. Cornelii Sullæ*, *Aurelia* lata est à *L. Aurelio Cotta* prætore, anno 102XXXIII. *Cn. Pompejo Magno*, *M. Licinio Crasso*, Coss. Ut *judicia*, quæ penes solos *senatores* erant, inter *senatores* & *equestrem* ordinem, & *tribunos ararios* communicarentur. *Cicero* in *Verrinis* sæpe, *Africanus* in eadem, in orationem pro *Cornelio*, & in *Pisonem*, *Florus* Epitome 97. *Vellejus* lib. 2. ubi tamen *tribunos ararios* non nominat.

#### *Vatinia lex.*

Secuta *Vatinia* est, quam tulit, ut opinatur *Manutius*, *Publ. Vatinius* tribunus plebis *C. Julio Cesare*, *M. Calpurnio Bibulo* Consulibus, anno 102XCIV. Qua autem sententia fuerit: se nondum invenire potuisse idem ait: existimare tamen popularem fuisse, cum *Vatinius* senatum, *senatus* illum vehementer oderit.

#### *Julia lex.*

*Julia lex* a *C. Julio Cesare* cum *M. Bibulo*, anno eodem lata est: Ut *judicia* ad duo genera *judicum* redigerentur, *equestris* ordinis, & *senatorii*: *tribuni* vero *ararii*, quod erat tertium, tollerentur. *Suetonius* in *Cæsare*. Meminit & *Agellius* lib. 14. cap. 2. *Dio* lib. 43. Multa præterea hujus legis capita fuerunt de ipsorum *judicum* ætate, dignitate & conditione, de forma & consuetudine *judiciorum* publicorum & privatorum. Quæ omnia in antiquis *jurisconsultorum* libris comprehensa opera *Triboniani* abolita sunt.

#### *Pompeja lex.*

*Pompeja* sequitur: quam tulit *Cneus Pompejus Magnus* 111. Coss. cum *M. Licinio Crasso* 111. anno 102XCVIII. Ut amplissimo ex censu, ex *centuriis*, aliter quam antea lecti *judices*, ex tribus tamen ordinibus, quibus *Aurelia lege* communicata erant *judicia*, *senatorio* scilicet, *equestri*, & *tribunis arariis* res judicarent. Item, ut quinque & septuaginta *judices* causas cognoscerent. *Cicero* in *Pisonem*, & in eadem *Africanus*.

#### *Antonia lex.*

Ultima *Antonia* est, quam tulit *M. Antonius* Coss. cum *C. Julio Cesare*, anno 102CCIX. Ut *tertia* *judicum* decuria è *centurionibus*, *antesignanis*, *alaudis*, *manipularibus* fieret. *Cicero* Philip. 1. & 5. *Suetonius* in *Augusto*. Ex quo etiam intelligi potest, hanc non fuisse abrogatam, cum ille hostis *judicatus* est, ut vult *Zasius*. Sic enim scribit: Ad tres *judicum* decurias quartam addidit ex inferiore censu, quæ *ducenariorum* vocaretur, judicarentque de levioribus summis.

#### *Pompeja lex.*

Hactenus *leges de judiciis* recitavimus, de quibus prolixè *Paul. Manut.* lib. de *Legibus*, & *Francisc. Pollet.* lib. 3. *Historiæ Fori Romani*. Quibus adjiciemus eam *Pompeji legem*, qua tulit, Ut de iis, qui à secundo suo *Consulatu* ad hunc usque diem ob rem *judicandam pecunias* cepissent, quæstio constitueretur. *Appianus* lib. 2. de *Bellis civilibus*.

## CAPUT. XXII.

## De judiciis.

Non est dubium, si omnes, quæ à priscis Romanis latæ sunt leges, hodie superessent, magnum earum numerum de *judiciis* futurum esse. Verum interciderunt fere omnes. Quæ igitur adhuc extant, hoc capite recitabimus. Sunt autem tres, *Pompeja*, *Julia* & *Junia Petronia*.

*Pompeja lex.*

*Pompeja* à Cneo Pompejo Magno Consule solo sine collega, anno Urbis 1001. lata est. Ne reum in judicio laudare liceret. *Plutarch.* in Pompejo, & Catone Uticensi. *Valerius* lib. 6. cap. 2.

*Julia lex.*

*Legem Juliam* judiciariam à C. Julio Casare latam, multa de forma judiciorum publicorum privatorumque continuisse, quæ à *Triboniano* abolita sint, diximus capite præcedenti. Fuit autem & alia *Julia lex* ab *Octavio Augusto* Casare lata, quæ formam judiciorum præscripsit, cujus hæc capita feruntur. Ut qui nomen alicujus deferrent, locum, annum & mensē, quo crimen admissum erit, designent, l. 3. de accus. Ne eodem tempore de duobus reis quis quereretur, nisi suarum injuriarum causa, l. 12. eodem. Ne invito denuntietur, ut *testimonium dicat* adversus socerum, generum, vitricum, privignum, sobrinum, sobrinam, sobrino natum, eosve, qui priore gradu sint. Item: Ne liberto ipsius, liberorum ejus, parentum, viri, uxoris: item patroni, patronæ, & ut ne patroni, patronæ adversus liberos, neque liberti adversus patronum cogantur *testimonium dicere*, l. 4. ff. de testib. Ut inter privatos, qui in judicem consensisset, jurisdictioni ei judici potestas esset, l. 3. §. 1. ff. de judiciis. Ne qui *judex* sit, arbitrium recipere ejus rei, de qua *judex* est, neve se promitti jubeat, l. 9. ff. de arbitris: Ne minor annis viginti judicare cogatur, l. cum lege 41. ff. de arbitris. Ut *Saturnalibus* triduo feriæ servarentur. *Macrobii* libro 1. cap. 10. Eadem etiam latum opinatur *Hottomannus*, ut certus patronorum numerus esset. Meminit *Asconius* in argumento orationis pro Scauro. Et si quis reus vel accusator domum judicis ingrediatur, per legem *Juliam* judiciariam in legem ambitus committit l. 1. ff. de ambit. Item: Ne judices suo anno in alienas aedes ingrediatur. *Dio* libro 54.

*Junia Petronia lex.*

*Juniam Petroniam* tulere C. Junius Casonius, Petronius Turpilianus, Coss. anno 1000. Ut si dissonantes pares judicum existerent sententiæ, pro libertate pronuntiaretur. *Hermog.* l. 24. ff. manumiss. His legibus subjiçiemus eas, quæ de *multis*, item eam, quæ de *donis & muneribus* latæ sunt.

*Memmia lex.*

De judiciis etiam fuit *lex Memmia*, de reis postulandis, qua latum fuit, ut eorum, qui reipublicæ causa abessent, nomina ne inter reos reciperentur. *Cicer.* in Vatinius. *Valer. Max.* lib. 3. cap. 7.

*Lex de calumniatoribus.*

Item illa de *calumniatoribus*: Ut calumniatoribus pœna constituto judicio imponeretur: cujus meminit *Cicero* pro Sext. Roscio, *Papinianus* lib. 13. de testibus, lib. 1. cap. 1. ad senatusconsultum *Turpilianum*. Hac autem lege calumniatori in fronte imprimebatur litera, qua indicabatur calumniatum cum esse. Sic enim *Cicero* pro Sext. Roscio. Literam illam cui vos eo usque inimici estis, ut etiam calumnias oderitis, ita vehementer ad caput affigent, ut postea neminem alium, nisi fortunas vestras accusare possitis, &c. Cæterum hanc legem, sicut & superiorem, quidam *Memmiam*, quidam *Remmiam* appellant. *Paulus Manutius* autem commentariis in orationem pro Sext. Roscio, superiorem illam de reo evocando *Memmiam*: hanc ergo de calumniatoribus *Remmiam* dictam sibi videri scribit. Pertinent ad hunc de judiciis locum etiam leges, quæ de *multis*, item quæ de *donis & muneribus* latæ fuerunt.

*Ateria Tarpeja lex.*

De *multis* primi legem tulere Sp. Tarpejus Montanus Capitolinus, Aul. Aterius Fontinalis Coss. anno ccxcix. unde & *Ateria*, & *Tarpeja* indifferenter dicitur: Ut omnibus magistratibus multa dicendæ jus esset, cum antea solis Coss. id liceret. Ut duas oves triginta boum multa non excederet. *Dionys.* lib. 10. *Agellius* lib. 11. cap. 1. & *Festus* in voce, *Peculatus*. Ad hujus legis primum caput respexisse videtur *Ulpian.* l. unica, ff. si quis jus dic. non. obtem. dum ait: Omnibus magistratibus secundum jus potestatis suæ concessum est jurisdictione pœnali judicio defendere.

*Sextia Menenia lex.*

Biennio post, anno scilicet cccr. P. *Sextius Capitolinus*, T. *Menenius Lanatus* Coss. legem tulerunt, ut oves decussi, boves centussi estimarentur. Apud *Festum*, qui hujus legis meminit, mendum esse videtur, quia priore loco ponit legem *Meneniam Sextiam*, posteriore *Tarpejam*, quasi *Menenius* ante *Tarpejum* & *Aterium* Consul fuerit, quod falsum est. Vide *Antonium Augustinum* apud *Festum*, ad vocem *Peculatus*.

*Papiria Julia lex.*

Fuisse quoque *Papiriam Juliam* legem Consulare de modo multarum latam, ex *Livio* cognoscitur: verum qua sententia, non exprimitur. Atque tantum de *multis*.

*Cincia lex.*

Huc denique pertinet *lex Cincia muneralis*, sive de donis & muneribus, quam tulit M. *Cincius tribunus* plebis, M. *Cornelio Cethego*, P. *Sempronio Tuditano* Coss. anno 10xLix. Ne quis ob causam orandum donum munusve caperet. *Liv.* 34. *Tacit.* lib. 13. *Annalium*, *Cicero* ad *Attic.* lib. 1. item lib. 2. de *Oratore*, in *Catone*. Hanc *Festus* muneralem à *Plauto* vocari scribit, his versibus:

Neque muneralem legem, neque lenoniam,  
Rogata fuerit, nec ne, flocci estimo.

Fuerunt autem & alia quædam hujus legis capita, ut ne plus ducentis aureis donare liceret: extra quam si conjunctis personis donaretur, quod eo amplius donatum esset, ratum non esset, argumento l. sancimus, C. de don. *Ulpianus* cap. *Instit.* 1. 1. 4. & l. 6 C. *Theod.* de donationibus. Item: Ut in donatione quibuscunque personis facta, mancipatio traditione adhiberetur, ff. l. 4. & l. 5. Verum ista proprie huc non pertinent.

Hoc loco meminerunt quidam ex *Tacito* lib. 2. *Annalium*, & ex *Ausonio* legis *Titia* muneralis. Cum vero ii loci de mendo suspecti sint, nihil amplius de ea habeo dicere, præsertim cum etiam *Justus Lipsius* in notis ad *Tacitum* affirmet in *Vaticanis* duobus, & *Farnesiano* codice, legi *Cintiam*, aut *Cintiam*, non *Titiam*.

Atque has leges, quas de jure publico & privato recitarem, habuimus. Sequitur ut de *criminibus* dicamus, quod faciemus capitibus sequentibus.

## CAP. XXIII.

*De criminibus publicis, & primum de majestate.*

Hætenus eas leges recitavimus, quæ de jure publico & privato latæ sunt. Restant illæ, quæ de *criminibus* loquuntur. Fuerunt autem *crimina* maleficia, quæ aut adversus rempublicam commissa sunt, aut populus Rom. adversus rempublicam commissa existimavit, atque judicio legibus constituto, poena vindicanda putavit: qualia sunt *crimen majestatis*, *peculatus*, *ambitus*, *repetundarum*, *vis publica*, *scariorum*, *veneficii*, *parricidii*, *falsi*, *adulterii*, *plagii*. De his omnibus ordine dicemus, sumpto initio à *crimine majestatis*, quippe quod omnium fuit gravissimum & antiquissimum.

*Majestatis*, inquit, *Ulpianus*, est crimen, illud, quod adversus populum Romanum, aut securitatem ejus committitur, id est, in quo læditur aut dignitas, aut securitas ejus. Et pertinent ad hoc crimen omnia, quæcunque aut *populo*, aut *magistratibus* ejus directo injuriæ facta sunt. Gravissimum autem inter majestatis crimina est *crimen perduellionis*. & sub illo tanquam species sub genere continetur. Est autem *perduellio*, hostili animo adversus rempublicam, vel Principem animatum esse. *Franciscus Hottomannus* IC. celeberrimus, quadruplicem inter *majestatis* & *perduellionis* crimina differentiam notat, quarum prima est, quod *majestatis* crimine tenentur ii, qui vel partem aliquam reipublicæ læserunt, veluti, si quis duces hostium accepta pecunia liberavit, aut privatus domi suæ hostium duces tenuit: aut si *magistratui* quippiam pro sua potestate agentis aliquis officiat, veluti C. *Cornelius*, quem *Cicero* defendit. *Perduellionis* autem crimen in eos cadit, qui summam reipublicæ labefactare conati sunt. Altera differentia est, quod *majestatis* crimen in foro apud suum prætorem pro tribunali, judicio certa lege constituto agebatur, ut ex *Verr.* 3. & 7. cognoscitur. *Perduellio* vero primis quidem temporibus à *duumviris* data opera creatis, post autem à populo Romano *comitiis centuriatis* in campo *Martio* cognoscebatur: quemadmodum ex oratione *Ciceronis* pro C. *Rabirio* *perduellionis* reo, in campo *Martio* habita: itemque ex *Valerii Maximi* libro 6. cap. 5. satis plane constat. Tertia differentia est, quod *majestatis* crimen non morte, sed exilio multabatur: *perduellionis* vero damnatum carnifex in Urbem evocatus in cruce *Martio* in campo fixam tollebat, quod ex eadem oratione cognoscitur, in qua crucis mentio fit, & ex *Dionis* libro 37. ubi de hoc judicio commemorat, liquet. Quartam differentiam *Ulpianus* ostendit ff. l. ult. de *crim. majestatis*. ubi ait: *Majestatis* imminuta crimen rei morte obliterari: *perduellionis* autem memoriam etiam

Post mortem damnari. Quomodo intelligendus *Justinianus* Institutionibus §. 2. de publicis judiciis *Publica*, inquit, judicia hæc sunt: *Lex Julia majestatis*, quæ in eos, qui contra Imperatorem vel rempublicam aliquid moliti sunt, suum vigorem extendit. Cujus pœna animæ amissionem sustinet, & memoria rei etiam post mortem damnatur, &c. Plura de *majestate* alibi recitantur, nos hic leges Romanorum, quæ de eo crimine latæ fuerunt, recensebimus: inter quas, quæ quidem post *duodecim tabulas* rogatæ sunt (de illis enim diximus ante) prima est

### *Gabinia.*

Ne quis coitiones clandestinas conflaret: qui fecisset, capitali supplicio p'esteretur. *Sallustius* in declaratione *Porcii Latronis*. Postea leges quatuor de *majestate* latæ, *Appuleja*, *Valeria*, *Cornelia*, *Julia*.

### *Appuleja lex.*

*Appulejam* tulit *L. Appulejus Saturninus* tribunus plebis, anno 1061. *C. Mario V. M. Aquilejo* Coss. Hac lege *C. Norbanus* est postulatus, quam *M. Antonius Censorinus* defendit, ut in 2. de Oratore scribit *Cicero*, ex quo apparet, hac lege vim in Urbe ac seditionem vindicatam esse. *Carolus Sigonius* putat eandem etiam quæstionem de *majestate* perpetuam constitutam esse.

### *Valeria lex.*

*Legem Valeriam* tulit *Q. Valerius*, propter obscurum jus civitatis *Hybrida* cognominatus, tribunus plebis anno 1061. *L. Marcio Philippo*, *Sex. Julio Casare* Coss. Ut quæreretur de iis, quorum opera consiliove focii contra populum Romanum arma sumpissent. *Cicero* oratione pro *Scauro*, & pro *Cornelio*, & in eisdem *Asconius*. *Valerius Maxim.* lib. 8. cap. 6. *Cicero* *Tuscul.* 2. & in *Bruto*.

### *Cornelia lex.*

Sequitur *Cornelia*, quam tulit *L. Cornelius Sulla Felix* Dictator anno 1061. ejus hæc capita apud scriptores dispersa leguntur: *Prator*, qui ex hac lege quæret, de eo quærito, qui intercessionem sustulerit, aut magistratui, quo minus munere suo fungatur, impedimento fuerit. *Qui exercitum è provincia* eduxerit, aut sua sponte bellum gesserit. *Qui exercitum* sollicitaverit. *Qui ducibus hostium* captis ignoverit, aut pecunia liberaverit. *Qui ducibus prædonum* captis ignoverit. *Qui potestatem suam* in administrando non defenderit. *Qui civis Romanus* apud Regem externum versatus fuerit. *Mulieris testimonium* accipiatur. *Calumniatoribus* nulla pœna sit. His damnatis pœna aquæ & ignis interdicio sit. *Cicero* in *Pisonem*, pro *Cluentio*, & *epistolis ad Appium*. *Ascon.* in *Cornelianam*, & alii. Fuit & illud in hac lege, ut à quæstionibus vel cruentis nullius dignitas exciperetur. *Ammian.* *Marcell.* lib. 19. Hac lege populus Romanus usque ad *Cæsarem* Dictatorem est usus. Is tulit, ut de vi & *majestate* damnatis aqua & igni interdiceretur. *Cicero* 1. *Philip.*

### *Julia lex.*

Alia est *Julia*, quam tulit *C. Octavius Augustus*, cujus mentio crebra in libris jurisconsultorum occurrit. Ejus hæc extant capita.

*Prator* qui ex hac lege quæret, de eo quærito, *cujus opera* dolo malo consilium initum erit, quo obsides injussu principis interciderent, quo armati homines cum telis lapidibusve in *Urbe* sint, convenienter adversus *republicam*, locave occupentur, vel templa, quove cœtus, conventus fiat, hominesve ad seditionem convocentur: cujusve opera, & consilio, dolo malo, consilium initum erit, quo quis *magistratus* populi Romani, quive imperium potestatemve habet, occidatur, quove quis *contra rempublicam* arma ferat, quive hostibus populi Romani nuntium literasque miserit, signumve dederit, feceritve dolo malo, quo *hostes populi Romani* juventur adversus *republicam*, quive milites sollicitaverit, concitaveritve, quo seditio tumultusve adversus *republicam* fiat.

Item de eo, qui in bellis cesserit, aut arcem non tenuerit, aut castra concesserit.

*Qui injussu principis bellum* gesserit, delectumve habuerit, exercitum comparaverit, quive, cum ei in provinciam successum esset, exercitum successori non tradiderit: quive imperium, *exercitumve populi Romani deseruerit*, quive privatus pro potestate magistrature quid sciens dolo malo gesserit, quive quid eorum, quæ supra scripta sunt, facere curaverit. Cujusve dolo malo jurejurando quis adactus est, quo *adversus rempublicam* faciat: cujusve dolo malo exercitus populi Romani in insidiis deductus, hostibusve proditus erit, factumve dolo malo cujus dicitur, quo minus hostes in *potestatem populi Romani* veniant, cujusve opera dolo malo hostes populi Romani comeatu, armis, telis, equis, pecunia, aliave qua re adjuvi erunt, ut ne ex amicis hostes populi Romani fiant, cujusve dolo malo factum erit, quo *Rex* exteræ nationis *populo Romano* minus obtemperet: cujusve opera dolo malo factum erit, quo magis obsides, pecunia, juramenta, hostibus populi Romani dentur adversus *republicam*.

Item de eo quærito, qui confessum in judicio reum, & propter hoc in vincula conjectum emiserit. Item cujus ope, consilio, dolo malo, provincia, vel civitas hostibus prodita est. *Qui statuas aut imagines Imperatoris*

toris jam consecratas conflaverint, aliudve quid simile admiserint. *Qui famulos libellos scripserint. Famulos, qui jus accusandi non habent, ad hanc accusandi admittantur, itemque milites. Servi deferentes audiantur, & quidem dominos suos, & liberti patronos. Itemque mulieres accipiantur. Qui in reatu majestatis decesserit, nisi à successoribus purgetur, hæreditas sisco vindicetur. Qui ex alia causa legis Julia majestatis reus est, quam perduellionis, mortis crimine liberetur: qui perduellionis, capite puniatur.*

Collecta hæc sunt à *Carolo Sigonio* ex *Ulpiano, Marciano, Scævola, Venulejo, Modestino, Papiniano, Hermogeniano* ff. ad legem *Juliam majestatis*, *Tacito* libro 1. *Annalium*, & *Suetonio* in *Augusto*. Ad hanc quoque legem de majestate classẽ referri non incommode posse arbitror *Memmiam* de *Jugurtha* Romam evocando, & *Mamilliam* de Senatoribus a *Jugurtha* corruptis. *Memmiam* tulit *Memmius* tribunus plebis, *P. Cornelio Scipione Nasica*, *L. Calpurnio Bestia* Coss. anno 1091. Uti *L. Cassius* prætor ad *Jugurtham* mitteretur, eumque interposita fide publica Romam duceret, quo facilius judicio Regis, *Scauri* & reliquorum, quos pecuniæ captæ arcefebant, delicta patefierent. *Sallustius* de bello *Jugurthino*.

*Mamilliam* tulit *C. Mamilius Limetanus* vel *Limitanus* tribunus plebis, *Sp. Posthumio Albino* & *Minutio Rufino* Coss. anno 1094. Ut quæreretur in eos, quorum consilio *Jugurtha* Senatus decrera neglexisset, quique ab eo in legationibus aut imperiis pecunias accepissent: qui elephantos, quique perfugas tradidissent: item qui de pace, aut bello cum hostibus pactiones fecissent. *Sallust.* de bello *Jugurthino*. Tantum de *majestate*.

## CAPUT XXIV.

## De adulterio.

Secundum inter crimina judiciorum publicorum locum dedimus *adulterio*, secuti ea in re, sicut in toto hoc libro, *Justinianum* Imperatorem, qui & ipse in Institutionibus judicia publica recensens, secundo loco *adulterii mentionem* facit. Habemus autem unam tantum de hoc crimine legem reliquam, *Juliam* scilicet, quam tulit *C. Octavius Augustus* Imperator, cujus hæc capita hinc inde dispersa collegit *Barnabæ Brissonius* 10. eaque eleganti commentario explicavit. Nos capita legis hic referemus, explicatio e *Brissonii* commentario petatur. Sunt autem hæc.

Ne quis posthac stuprum, *adulterium* facito sciens dolo malo. Qui stuprum, *adulterium sciens dolo malo* fecerit, in insulam relegatur. Patri, qui in potestate habet *adulterum* quemlibet, quem in filia deprehenderit, domi suæ, generive sui occidere jus esto, dum una cum eo in continenti filiam occidat. Viro deprehensum domi suæ in uxore sua *adulterum*, qui leno fuerit, quive artem ludicram fecerit, vel in scenam saltandi cantandive causa prodierit, judiciove publico damnatus, neque in integrum restitutus erit, quive libertus ejus mariti, uxorisve, patris, matris, filii, filia, utriusque eorum fuerit, propriusve eorum, vel cum alio communis, quive servus erit, occidere liceto. Qui eorum aliquem occiderit, uxorem sine mora dimittito. Viro *adulterum* cum uxore sua deprehensum, quem aut nolit, aut non liceat occidere, retinere per horas diurnas, nocturnasque non plus quam viginti, testandæ ejus rei gratia, ut uti sine fraude suo jure possit, liceto.

Viro patrique, qui in potestate habet, *sexaginta dies* utiles ad accusandum dantur, intraque eos dies cuiuslibet præferuntur. Post eos dies patri maritoque lapsos, extranei quilibet admittuntur. Ne quis inter eos eum, qui runc sine detractione rei publicæ causa aberit, referto. *Minoribus xxv. annis adulterii accusare ne liceto*. Si servus adulterii accusetur, & quæstionem in eo haberi accusator postulet, judices servum æstimanto: & quantum æstimaverint, tantam pecuniam & alterum tantum eum, qui nomen ejus servi detulerit, ei ad quem ea res pertinet, dare jubento. Qui post maritum & patrem accusare possunt, si ad accusandum plures simul profuerint, is cujus de ea re notio est, de iusto accusatore constituito. Reos adulterii marem & foeminam ex eadem causa ne facito. Si mulier ante denuntiationem nupserit, qui accusare volet, ab adultero incipito. Nec ante ad mulierem quisquam pervenito, quam *adulterum reum* peregerit. *Adultero* absoluto, quæ nupsit, quamdiu nupta erit, adversus omnes secura esto. Si vir, qui uxori adultera repudium misit, vel extraneus, qui mulieri, antequam nuberet, *adulterii se acturos* denuntiaverint, eaque post denuntiationem nupserit, ab ea incipere accusare volenti jus esto. Si vidua sit, de cujus *adulterio* agitur, accusator liberum arbitrium, *adulterum*, vel *adulteram*, urrum prius velit, postulandi habeto. Qui domum suam præbuerit, ut stuprum *adulteriumve* cum aliena matrefam. vel cum masculo fieret, sciens, hac lege tenetur. Qui pro comperto stupro pretium acceperit, quæstumve ex *adulterio uxoris* suæ fecerit, hac lege tenetur. *Damnatam adulterii* si quis sciens uxorem duxerit, hac lege tenetur. Qui deprehensum in domo sua *adulterum* dimiserit, uxoremve in adulterio deprehensam retinuerit, hac lege tenetur. Mulieri accusandæ sex menses utiles dantur, postea accusare ne liceto. *Adulterum adulteriumve* post quinquennium continuum, quam commissum esse *adulterium* dicetur, accusare ne liceto, eaque præscriptio *adultero adulteraque* utilis esto. De servis ancillisve ejus, de quo vel de qua quæretur, parentisve utriusque eorum, qui eis ad usum à parentibus dati sint, si accusator postulet, *quæstionem* habeto. Quæstioni reus, reave, patronive eorum, & is, qui crimen detulit, intersunt. *Patronis*

interrogandi facultas esto. *Servus* de quo quæstio habita fuerit, *publicus* esto. Si reus vel rea absoluti fuerint, *servorum* damnum iudices æstimant: *sive mortui* fuerint, quantæ pecuniæ ante quæstionem fuerint, *sive salvi*, quantæ pecuniæ in his damnatum datum fuerit, factumve erit. *Servi*, qui quæstioni postulari possunt, intra sexaginta dies ex die divortii ne manumittuntur, neve alienantur. *Adulterii damnato* damnatæve testimonii dictio ne esto. Divortia, septem civibus Romanis puberibus testibus adhibitis, præter libertum ejus, qui divortium faciet, posthac faciunt. Aliter facta pro infectis habentur. *Dotalè prædium Italicum* maritus invita uxore ne alienato, neve consentiente ea obligato.

Extant hæc capita apud *Suetonium* in Augusto, *Tacitum* lib. 2. ff. ad leg. *Jul. de adulterio*, *Paulum* libro Sentent. secundo, cap. 22. & *Justinianum* sub tit. *quibus alien. licet*.

### Peducea lex.

### Scantinia lex.

Ante hanc *Juliam legem de adulterio*, mentio etiam fit *legis Peduceæ de incestu*, apud *Ciceronem* lib. 3. de *Natura Deorum*, & *Scantiniæ* de pueris impudicis, apud *Juvenalem Satyra* 2. *Suetonium* in *Domitiano*, *Ausonium*, *Ciceronem* *Philippica* 3. Hanc tulit, ut *Paulo Manutio* placet, *C. Scantinius Aricinus*, *tribunus plebis* in eos, qui alienam pudicitiam sollicitassent, aut suam ipsi prostituissent, quibus pœnam irrogavit decem millia nummum. Meminit ejus etiam *Fabius Quintilianus* lib. 4. cap. 2. & lib. 7. cap. 4. *Calius* ad *Ciceronem*, lib. 8. epistolarum ad *Familiares*, epist. 12. *Valer. Max.* lib. 6. cap. 1. testatur, *C. Scantinium Capitolinum tribunum plebis*, quod filium *M. Claudii Marcelli*, ædilis curulis de stupro appellasset, damnatum fuisse, id quod etiam *Plutarchus* in *Marcelli* vita habet, à quo quidem hanc legem *Scantiniam* vocatam voluit, quod tamen haud videtur verisimile. Hanc porro legem in suam *Juliam de adulterio* & pudicitia retulit *C. Octavius Augustus*, graviore imposita pœna, teste *Justiniano* libro 4. Institutionum, titulo de iudiciis publicis. Vide & *Lævinium Torrentium* commentariis in *Suetonium*, in Augusto, cap. 34. *Elias Vinetus* commentariis in *Ausonium* ait sibi nondum factis compertum esse, quæ & qualis *lex Scantiniæ* fuerit. Tantum de *adulteriis*.

### AD CAP. XXIV. PARALIPOMENA.

*Adulterii crimen, veneficio & furto vicinum, varix in illud pœnæ, castratio, mutilatio, combustio, lapidatio, dejectio è saxo. marito arbitrium iudiciumque concessum.*

**N**ON simplex crimen censebant adulterium, hoc est *μοιχεσίαν*, ut appellat *Josephus* lib. 2. cont. *Appionem*. sed multorum flagitiorum veluti colluviem, *M. Fab. Quintilian.* lib. 5. cap. 11. in fine: *Si causam veneficii dicat adultera, non M. Catonis iudicio damnata esse videatur, qui nullam adulteram non eandem esse veneficam dixit?* idem *Decia mat.* 319. *adultera venefica*. Duplex illud, nocturnum, diurnum, a que ut *Cato* veneficii adulterium in genere connexuit, ita Imperator furto nocturnum conjunxit, ejusque pœnam graviorem longe esse voluit adulterio diurno, *L. 4. C. ad leg. Jul. de adult.* Hinc *νυκτοκρατία*, *nocturna furta*, apud *Sibyllina Oracula* lib. 3. pro adulteriis usurpata, rectissime observavit *Theodorus Marcellius* ad *leges Xvirales* cap. 57. *καπταί γάμοι* dixit *Phocylides*, *furves nuptiarum* glossar. vet. *adulteri, nocturnæ*. *Constantin.* Imperat. l. 30. ff. ad leg. *Jul. de adulter. & stupr.* *Sacilegi nuptiarum adulteri.* *Novius Marcellus* interpretatur *furtum*, quicquid occulte geritur, non res solum ablatas. *Cap. 6. num. 31. M. Plaut.* in *Amphytrone*. lc. 13.

*Manifestum hunc oborto collo teno furem.*  
Furtum, ut puto, corruptela est pudicitiae alienæ. *Virgil.* lib. 4. *Aeneid.* de concubitu illo decantatissimo.

*Vulmi, Martisque dolos, & Anicia furta.*  
*Aurel. Prudent.* *περὶ σαρδίων* Hymno 10.

*furtiva mæharum calent.*  
*Agathias Scholasticus* lib. 3. *Antholog.* cap. 21.

*Ὅχι δόσεις λιχέσσιν ἰτίρητο λάτρει & ἀνήρ,*  
*Λιχτρον ὑπεκλήστων ἀλλοτρίας ἀλόχη.*

*Verrit Eilhardus Lucinus:*

*Non sanctis lectis gaudebat occultus vir,*  
*Lectum furatus alterius uxoris.*

Ad pœnas progredior. quarum primus auctor *Hicellus Argivus* ut *Alexander Neapolitanus* lib. 4. *Genial. dier.* cap. 1. alii *Hættum* vocant, *Paulan. Bæotic.* æquum enim erat, ut violatæ religionis pœnas penderent, quos in aliena comprehenderant *genialis se lectuli expugnatione jecisse*, ut loquitur *Arnobius* lib. 2. contra gentes. *Philo* in *Explicat. Decalogi*, *B. Cyprianus*, *Zeno Veronenis* sermone de *Patientia*, laudati à *Desiderio Heraldo* viro eruditissimo, legantur. *S. Valerian. serm. de bono discipuli.* *Ne ille adulterii facinus prætermissum putet, qui indulgentiæ lege deprehensus evasit.* *D. Juvenal. Sat. 6.*

*fieri genium contemnere fulcri.*  
Itaque seu ob violata nuptialium deorum sacra, seu injuriam hominibus illatam, varix in adulteros decretæ pœnæ. Ac primum apud *Aegyptios* deprehensus in adulterio mille plagis æsus castrabatur, maxime si quam corrupisset, non servilem, sed liberam conditionem prætulisset, quod uno crimine, tria maxima scelera fuisset complexus, injuriam, corruptelam, liberorum confusionem. *Laurentii Rhodomanni* verba sunt interpretis *Diodori Siculi* lib. 2. *Bibliothec.* cap. 3. Romanos eadem severitate usos liquet, vel ex *Porphyrione Grammatico* ad *Q. Horatii Sat. 2. lib. 1. v. 46.*

*Quæ etiam illud*  
*Accidit, ut vidam testes, caudamque salacem*  
*Demeteris ferrum.*

*Pythias ille Terentianus in Eunuchio:*  
*Nunc minatur porro sese id quod mæchis solet,*  
*Quod ego nunquam vidi fieri, neque veire.*

*M. Martial.* lib. 2. *epigr.* 60.  
*Uxorem armati futuri, puer Hyle, tribuni,*  
*Supplicium tantum dura puerile timet.*  
*Væ tibi, dum ludis castrabere, jam mihi dices,*  
*Non licet hoc, quid? tu quod fuis Hyle, licet?*  
*Secundus versus à Domitio Calderino, & à MS. conceptus:*  
*Supplicium facti nec puer Hyle times.*  
*Indignabunda Ovidiana Progne, sorore sua Philome'a à Tereo*  
*marito corrupta* lib. 6. *Metamorphos.* fab. 7.

*Non est lachrynis hoc, inquit, agendum,*  
*Sed ferro, seu si quid habes, quod vincere ferrum*  
*Possit, in omne nefas ego me germana paravi:*

Aut ego cum sacris regalia tecta cremabo,  
Artificem mediisque immittam Terca flammis,  
Aut linguam, aut oculos, aut quæ tibi membra pudorem  
Abstulerant, ferro rapiam.

Secundo membrorum deturcatio, artuumque mutilatio, & præsertim artuum nariumque, ut deformitas corporis sceleris perpetrati atrocitatem denuntiaret, utque poenæ suæ superviventes, quid, & quam turpiter alienam pudicitiam expugnassent, semper vel vultu ipso loquerentur, notat Adrianus Turnebus lib. 28. Adversarior. cap. 46. & in opere Virgiliano Deiphobus Helenæ adulter sic plectitur.

Deiphobum vidit lacerum crudeliter ora,  
Ora, manusque ambas, populatque tempora raptis  
Auribus, & truncas inbrevi vulnere naves  
Martial. lib. 3. epigr. 83.

Quis tibi persuasit naves abscondere mæcho,  
Non hac peccatum est parte, marite, tibi.  
Stulte, quid egisti? nihil hic tua perdidit uxor,  
Dum sit salva sui mentula Deiphobi.

Tertio combustione punita adulteria compertum est ex sacris literis. Genes. c. 38. Scio non semper usque adeo severam animadversionem lege divina proposuit; nam Mosaica lex lapidibus obruebat adulteros. Ezechiel cap. 16. & dilerte in Jure Canonico C. hinc apparet. 23. q. 5. Et c. Hæc imago 33. q. 5. quam poenam simpliciter mortem vocat Bardasanes, referente Eusebio lib. 6. præparat. Evangel. cap. 8. Idem enim Bardasanes libro de Fædo docuerat, quod ex illo transcribit.

Solemnis ergo poena lapidatio erat, non in adulterio tantum vindicando, sed & in aliorum criminum coercitione. Notatum video ab eruditissimo Joanne Meursio. Testimonium petendum ex eleganti illo scriptore Parthenio Erotic. cap. 21. *Ἐπιτάφια τοῦ τῶν στρατιῶν καὶ λαλοῦσιν τὴν κήρυξιν. Exhortatus est milites, ut puellam lapidibus obruerent Aethiæ. Var. histor. lib. 5. cap. 19. ἰστοῦμαι ἐν ὄνται Ἀθηναίων βαλλοῦν αὐτὸν λίθοις. Cum Athenienses jam parati essent eum lapidibus obruere. Polyænus lib. 1. Stratagemata. Sophocl. Antigone, Philostrat. in Heroicis, & lib. 1. de vit. Sophist. in Lolliano, uti quidem omnes de Græca consuetudine loquuntur, & alius id jam præoccupatum. Hebrais idem in more positum, loquitur D. Lucas in Act. Apostolor. cap. 7. de Stephano protoimartyre. Vincentius Bellovacensis in speculo historico. Romæ gladiatorio ludo celebrato, Telemachus monachus increpitans populum attentius spectaculis inhiantem lapidatur à populo. Quæ ille petiit indubie ex Th. Histor. Eccl. lib. 5. c. 26. & Aniel. Cassiod. lib. 10. Histor. Tripart. cap. 11. L. Apul. lib. 1. Mileciar. Publicitus indignatus percrebuit, statutusque est, ut in eam die altera severissime saxorum jaculationibus vindicaretur. Interepse historia Apollonii Tyrii. Tunc civis rapuerunt Strangulionem & Dionysiadem, extra civitatem trabentes lapidaverunt. M. Fab. Quintilian. Declamat. 12. Populus quoque impunitum nefas sine lapidibus præteribit? C. Petron. in Satyrico. Ex his qui in portibus spectabantur, lapides in Eumolpum recitant miserant. Romulus Amafæus interpres Pausanias in Arcadic. p. 259. Cum pueri aliquot (neque enim certus traditur numerus) circa templum luderent, stulticulo, quem repererant, Dianæ signum obligato collo, per ipsum trabentes, Dianam strangulari dicebant, eos Caphyenses cum deprehendissent, violatis numeris crimine damnatos, lapidibus obruerunt. Incerti nominis poeta apud Parthenium, & recitat M. Anton. Deltio in Troadas L. Seneca p. 431. Abdias Babylon. Histor. Apostol. lib. 1. Et cum vellet populus magnum Simonem lapidare, ait Petrus, satis est ad poenam ejus quod agnoscit in suis actibus se speratum. Alexand. Sever. Aug. ut est apud Aëlium Lampridium. Et Pescennius Niger, referente Aëlio Spartiano; Tribunos quos consilio bullaturas accepisse, lapidibus obrui ab auxiliariis scripsit. Et diu ante illa tempora Romani supplicii genus erat. D. Anton. Appian. bellor. Civil. lib. 5. p. 711. καὶ ἐπειθήμενον, τότε ἔβαλλον. Et cum nihil moveeretur, cum demum cum saxis appeterant. Signantissimum Hippolytus Thebanus in Chronico Commentario. Interea enim dum sacris ipse operaretur de more, lapidibus jaculis, & in caput contortis, cum trucidarent. In Græco est codice καθέλα ἄσπετες αὐτοῦ.*

Hic est Hippolytus, cujus D. Hieronymus lib. de Scripturis Ecclesiasticis. meminit, & cum citat Nicephorus Calistus lib. 2. hist. Ecclesiast. cap. 3. non vero ille Hippolytus, qui Potentius Episcopus fuit, qui citatur à Simone Metaphraste. Meminit & Xenophon. lib. 1. de Expedi. Cyri Minor. pag. 258. Accedant Poetæ. Lycophron in Cassandra:

Ἐπειθήλοιο ἀράσιν ἠέδισμένῃ,  
Κρίψαι κρυπτοῦ τις χερσῶν ἰσομεβία.  
Convulsiois maledictis irritatio,  
Occulabit quoddam tegmen lapidum dilutio.

Ita. Guilielmus Canterus vertit, & metricis astrinxit legibus Josephus Scaliger:

Convulsis percitorum injuriis  
Abscondet imber fixæ manualium.

P. Ovid. in Elegia de Nuce:

Nux ego junctæ via, cum sim sine crimine vita,  
A populo saxis præcrevunt petur.  
Obruere ista solet manifestos pœna nocentes,  
Publica cum lentam non capit ira moram.

Idem lib. 13. Metamorphos. Fab. 2.

Clade sui Thracum gens irritata tyranni,  
Troada telorum, lapidumque inessere jacit  
Capit.

D. Anton. Edyllio 7.

crimen ob illud  
Timon Palladii olim lapidatus Athenis.

Atque hi de quiblibet criminibus sic coëctis indignante plebeja multitudine locuti sunt, at peculiare adulterio assignatum supplicium testantur, præter illos quos nominavi, Daniel cap. 13. D. Joannes Evangelista cap. 8. & Melior Hamenuelto notat. Capitulum certe fuisse poenam notum, idque lege antiqua, D. Hieronym. in Nahu. cap. 1. Quæret hic aliquis, si fidelis deprehensus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiet? aut enim punitur, & falsum est hoc quod dicitur: non judicabit dominus his in idipsum in tribulatione, aut non punitur, & optandum est adulteris, ut impræsentiarum brevi & citæ poena cruciatus frustretur æternos. Sed jam miscellaneæ percurram poenas, sine delectu, aut ordine, ut quanta in isto coërcendo crimine diversitas sit, videatur.

Ancyrana synodus Can. 7. Adulterum à participatione sacramentum mysteriorum excludit septem annis integris, ut habetur apud Claudium Cardinalem Guisatum in questionibus, & Græcorum ad eas responsionibus quæst. 11.

Mosævitæ adulteros in partes dissecabant, ut Ovucinzæ exemplo docet Sigismundus Liber Baro in Herberstam. Rer. Moscoviticar. Commentar. pag. 26. aut discepebant, & laniabant. Eiusdem operis pagina 109.

Nonnullæ gentes ferreis catenis collo adulteri saxa alligabant, ut omnibus ludibriis expositis, solo terrore fragiliorem sexum à corruptela arceret. Olaus Magnus, & ex illo Cornel. Scribonius Graphæus Epitom. lib. 6. cap. 12. iisdem scribentibus lib. 14. cap. 6. facile est percipere aliam poenam, quæ non barbara, sed Romana videri posset, mulier adulterans testimonio sex virorum deprehensa, perdit dotem, & quicquid secum tulit in cohabitationem viri, qui eam suscepit. Q. Horat. lib. 1. Satyr. 2. fin.

Desiliat mulier: miseram se conscia clamat:  
Cruribus hæc metuat, dori depresso.

Nobilis illa est adulterii præfixa poena, quæ elicitur ex Platone lib. 8. de legibus qui adulterum arcendum magistratu vult, quod vel morte gravius est, & tamen illum legistatorem summæ auctoritatis appellat Callistratus jurisconsult. l. 2. ff. de Nundinis, quod idem ac si infames fecisset adulteros, ut Charondas, referente Plutarcho lib. de Curiositate pag. 519. nec sciendum quod proditum scriptis, Acronæ Grammatico ad Q. Horat. lib. 1. sat. 2. Matrone, quæ à maritis ob adulterium repudiabatur, togam accipiebant sublata stola propter ignominiam, toga autem meretricibus apta, ita enim profare solebant cum togis pullis, ut discernerentur à matronis. Corruptus videri posset locus, & posset sic reponi, Toga autem meretricibus apta, istæ enim profare solebant cum togis pullis, ut discernerentur à matronis.

M m m m

Q. Sarr.

Q. Sammonicum Serenum corrigi posse sic putant de Cutat. morbor. cap. 59.

Qui Veneris claras expressit amore togatas.

Claræ matronæ sunt adulteræ, toga alba induta, & fuit Vectius Tiberii Cæsaris adulterio nobilitatus. C. Plin. lib. 29. cap. 1. quem vult Sammonicus libidine victum, imitatum toga alba matronas prostituti pudoris convictas, ita antea concipiebatur.

Allia præcepti Titini sententia Vestii,

Qui veteri claras expressit more togatas.

Licet non ignorem de comœdiis togatis intellegi posse. Horat. in Arte:

Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.

D. Juvenal. sat. 1. in limine:

Recitaverit ille togatas.

Erat & ea poena recepta, ut adulteras è saxo deturbarent Capitolino. L. Seneca lib. 1. Declamat. 3. lex, *Incesta de saxo deiciatur*, Thema, *incesti damnata, antequam deiceretur de saxo, invocavit Vestiam, vixit dejecta, repetitur ad penam*. Ista quidem epigraphæ est. Arellius Fuscus pater. *Erat prænuptus locus, & immense altitudinis, tibi dicebam, incestam lex mortu voluit, stat moles abfissa in profundum, frequentibus exasperata saxis, quæ aut elidant corpus, aut de integro gravius impellant, inhorrent speculis enascentibus latera, & immensa altitudinis tristis aspectus, electus potissimum locus, ne damnati sæpius deiciantur*. Recte Nicolaus Faber *legem scholæ seu exercitamenti esse ait; nam sacerdos adultera viva defodiatur, ut ex Juvenale fat. 4. Suetonio, Plinio, Plutarcho, & sexcentis aliis locis notissimum*. Sed non tantum adulterio hæc poenam statutam, sed & quibuslibet aliis criminibus, constat ex Dionysio Halicarnasseo lib. 8. & licet colligere ex Modestino IC. lib. 25. ff. de penis. Ita in proditores animadversum, exemplum habes de Manlio Capitolino apud T. Livium 1. Decad. lib. 6. auctorem de vir. illustrib. cap. 24. & in transfugas ex 3. Decad. lib. 4. aut in obsides, quorum cives defecissent, eadem illa Decad. lib. 5. de Philea Tarentino, ita & in Spurius Cassium animadversum, ex Halicarnasseo loco proxime supra laudato, & in Pitavermum, C. Tacit. lib. 2. Annal.

Denique si ad originem ritum istum placeat revocare, in falsos testes primum stabiliunt reperiemus. A. Gell. lib. 11. c. 18. idque præceptum Vixalibus tabulis, sed procedente deinde tempore abrogatum, eodem Gellio scribente libro 20. cap. 1. nihil in re vulgarissima morari operæ pretium. T. Lucret. Carus libro 3.

Carcer, & horribilis de saxo jactu deorsum,

Verbera, caruifices?

Q. Horat. lib. 1. Saty. 6.

Tunc Syri, Dama, aut Dionysi filius, andes

Dejicere è saxo cives?

Fontes si respiciamus coercitionis in adulteros constituta, ad Romuli tempora eam referemus; nam Halicarnasseus lib. 2. refert eum legem in illos misisse, sed non explicat: hæc ego fuisse existimo, ut cognati cum viro una in concilium convocati de adultera judicarent, diligenter C. Tacit. lib. 13. Annal. *Pomponia Gracina insignis femina, Plautio, qui ovans se de Britannis retulit, nupta, ac superstitionis externæ reæ, mariti judicio permessa, isque præso instituto, propinquis coram, de capite famaque conjugis cognovit, & insouem nuntiavit, præseum institutum interpretor legem à Romulo primis nascentis Urbis temporibus latam*. adde T. Livii non obscurum locum. 4. Decad. lib. 9. de Bacchanalium abrogatione: *Muliercs damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant, ut ipsi in privato animadverterent in eas*. C. Sueton. in Tiberio cap. 35. *Matronas prostrata pudicitia, quibus accusator publicus decesset, ut propinqui, majorum more, de communi sententia, coercerent, auctor fuit. Valer. Max. lib. 6. cap. 3. tit. 12. Consimili severitate senatus postea usus, Sp. Posthumio Albino & Q. Marcio Philippo Consulibus mandavit, ut de iis, quæ sacris Bacchanalium incestu usque fuerant, inquirerent, à quibus cum multa essent damnata, in omnes cognati intra domos animadverterent. Lex Romana antiquissima, & à Romulo lata, ut supra hoc libro admonui, & Ste-*

phanus Pighius dicitur: *Adulterii convictam, vir & cognati, uti volent, necant*. Signantissime Callistus, cap. sicut alterius 7. q. 1. in jure canonico: *Alterius uxor nec adulterari, nec judicari ab alio, nisi à viro permittitur*. Ad id Danielem Venetorum 6. lib. Instit. Canoniar. tit. 16. Aurelius Prudent. lib. 1. in Q. Synmach. Romam alloquitur:

Cum te pestifera premeret Maxentius aula,

Lugetas longo damnatos carcere centum,

Ut scis ipsa, patres, aut sponsus fœdera pacta

Intercepta gemens, atque satellite raptâ,

Immersus tenebris, dira inter vincula luebat.

Ant si nupta thorum Regis consendere iussa,

Ceperat impurum domini oblectare furorem,

Morte maritalis dabat indignatio panas.

Insequutus deinde Numa aliam super eodem crimine legem tulit. A. Gell. lib. 4. Noct. Atticæ. cap. 3. tenor & capita legis illius habentur hæc apud Festum Poinpejum lib. 14. in voce pellices. *Pellex aram Junonis ne tagito, si taget, Junoni criuibus demissis agnam faminam cedito*. Sed quæ poena à Romulo indicta? multiplex sane ea, nec facile contumere. M. Fabius matronas suprà damnatas pecunia multabat. T. Liv. 3. Decad. lib. 5. in principio. D. Augustinus ex illo, ut apparet, Civit. Dei lib. 3. cap. 5. id ipsum prodidit. Alii relegatione, cujus rei fides à Suetonii Augusto cap. 65. Plin. junior lib. 6. epist. 3 t. Ulpian. l. 43. ff. de ritu nupt. Andreas Alciar. Paterg. lib. 5. cap. 8. ut omniam consuetudinem illam portentosam, qua solium raphanum in anum impingere, & evulsis pilis calidum cinerem inspergere in vulnera, ita sonant verba Scholiastis Aristophanis in Nebulas Hartungus Dec. 2. cap. 8. §. 2. Nonnulli capitali supplicio, quod & à barbaris constitutum reperies apud Ludovicum Rom. patricium Navigation. suar. lib. 5. cap. 8. & Brocardum Monachum terra sanctæ Descript. pag. 284. & à Græcis. Philostratus Lemnius de vit. Sophistar. in Hermocrate pag. 605. licet, inquit, ob adulterium ἀποκρίνω, interficere. Heliodor. Æthiop. lib. 1. pag. 21 in Aureliano principe scribit Fl. Vopiscus, idemque Suetonius in Julio cap. 48. id ipsum gladio punire dixit Constantinus Aug. l. 6. ff. ad leg. Jul. de adult. Albertus in l. transigere. C. de Transact. & Baldus in l. squidem C. de contrah. & commit. stip. D. Hieronym. in epistola de muliere septies icita: *mors illa penes maritum erat*. M. Cato in Orat. de dote, apud A. Gellium lib. 10. cap. 23. quod jus primum patris fuit. non vero mariti: ut jam observatum. Dotem etiam, ut antea dixi, amittebant, adde IC. Alexandrum in l. Si cum dotem, ff. de solv. matrim. & l. consensu C. de repud. L. Sen. lib. 2. Controv. 8. de adultera, ut multiplicatam dotem perdat, plus tamen ex quaestu habet. Legimus & in historia C. Marium damnasse Ticinium, qui uxorem falso adulteri titulo repudiavit, ut dotem consequeretur, ut ait Valer. Maxim. lib. 8. cap. 2. Multa curiose, & doctè, ut semper solet, disquisivit J. Lipsius lib. 4. Taciti sui, quæ inde repetit, & I. Borcholten IC. ad tit. 18. libri 4. Institution. Imperial.

Sed à rudioribus illis præcis seculis ad cultiora florentis reip. tempora ascendamus. Ab Augusto lata est lex Julia coercendis adulteriis stuprificæ. Sueton. in eo cap. 34. *Leges retractavit, & quasdam ex integro sanxit, ut sumptuariam, & de adulteriis, & de impudicitia, & de ambitu, de maritandis ordinibus*. Delectandam ex MS. codice censent priorem illam copulam &, sed patum interest. Omitto historicos. Q. Horat. lib. 4. od. 15.

Non qui profundum Danubium bibunt,

Edicta rumpent Julia.

Ejusdem libri od. 5. effuse in legis Juliz hujus laudem excurrit.

Nullis polluitur casta domus surpris,

Mos & lex maculosum edomui nefas,

Laudantur simili prole puerpera,

Culpam parva premit comes.

Lepidissima ea est alteratio inter Italum & Germanum, hoc disticho eleganti comprehensa:

Ut nos vina jurent, sic vos Venus improba vexat,

Proposita est Vincti Julia, nulla meta.



M. Martial. lib. 5. epigr. 76.  
*Qua legis causa nupisti tibi Lelia Quinte,  
 Uxorem potes hanc dicere legitimam.*  
 Et lib. 6. epigr. 22.  
*Ne lex Julia te notare possit:  
 Non nubis, Proculina, si d' fateris.*  
 D. Aufon. epigr. 88.  
*Juriconsulto, cui vivit adultera conjux,  
 Papat lex placuit, Julia displicuit.*  
 Videtur illam jam veluti obsoletam, postliminii jure rediisse Domitianus. Martial. libro 6. epigram. 2.  
*Lusus erat sacra connubia fallere tædæ,  
 Lusus & immeritos exsecuisse mares.  
 Utraque tu prohibes Casar.*  
 D. Juvenal. sat. 2. v. 36. & vetus scholiastes ibidem:  
*Ubi nunc lex Julia dormis?*  
 Sed quæ ejus pœna? relegationem censuit Yvo Villiomarus, Robertus Titius mortem, ex Juvenale loco laudato:  
*Leges revocavit amaras  
 Omnibus, atque ipsi Veneri Martique timendas.*  
 Hujus severitatem ut evitarent matronæ, & ut liberius peccarent, specie matrimonii prætexta, eunuchos in maritos

accipiebant, qui non tam mariti, quam mortui censebantur. Martial. lib. 6. epigram. 2.  
*At prius à mores! & spado mæchus erat.*  
 Ejusdem libri epigram. 67  
*Cur tantum eunuchos habeat tua Gellia, quæris  
 Pannice?*  
 Et epigram. 22. ibidem:  
*Quod nubis, Proculina, concubino,  
 Et mæchum modo, nunc facis maritum.*  
 Idem lib. 1. epigr. 75.  
*Mæchus erat, poterat tamen hoc tu, Paula negare,  
 Ecce vir est, nunquid, Paula, negare potes?*  
 Incertus, sed vetus Poëta apud C. Suetonium in Othone c. 3.  
*Cur Otho mentito sit, quæritis, exul honore?  
 Uxoris mæchus cæperat esse sua.*  
 Denique adulterium pejus perjurio reputabat Thales. Laërt. in vita ejus, & Sibylla Eithraza Deam maxime adulterio irritari varicinabatur, ut refert Lactantius Firmianus lib. de Ira Dei cap. 22. idololatrya gravius illud ipsum prædicat D. Joannes Chrylostomus in D. Joan. homil. 62. Euphroa vetus Poëta apud Stobæum Serin. 6.  
*Οὐκ ἔστι μοιχῆ μίζος ἕδδ' ἢ κακόν.  
 Non est adulterio majus ullum malum.*

## CAPUT XXV.

## De legibus inter sicarios, &amp; legibus veneficii ac parricidii.

**C**Rimen inter sicarios dictum est, si ferro, aut telo cædes facta esset: *veneficium*, si veneno: si parentibus, aut propinquis nex allata, *parricidium*. Sicarii à *sica* dicti. *Sicam* ferreum cultrum fuisse, scribit *Justinianus* libro quarto Institutionum. Qualis vero gladius fuerit, docet *Josephus Antiquitatum Judaicarum* libro vigesimo. *Sicarii*, inquit, *latrones* sunt, cultellis utentes, magnitudine similibus acinacibus Persicis, recurvis, & similibus iis, quæ à Romanis *sica* dicuntur: unde & qui latrocinantur, nomen sumferunt. Hi gladii breves erant, ita ut occultari sinu vestis possent, & facile nec opinantes confodi, & maxime in turba possent. De crimine inter sicarios, & *veneficii* præter antiquas, quarum memoria oblitterata est, extat *Cornelia lex*, quam tulit *Cornelius Sulla* Dictator anno 106. LXXI. I. cujus hæc reperiuntur capita.

*Judex quaestionis* cum iis iudicibus, qui ei obrenerint, de ejus capite quærito, *qui hominem occiderit*, cujusve dolo malo incendium factum erit, quique hominis occidendi, furtive faciendi causa cum telo ambulaverit. *Judex quaestionis* cum iis iudicibus, qui ei obvenerint, de ejus capite quærito, *qui venenum malum hominis necandi causa fecit*, fecerit, vendiderit, emerit, habuerit, dederit. Deque ejus capite quærito, *qui tribunus militum* legionibus quatuor primis, quive *quaestor*, *tribunus plebis*, *triumvir capitalis*, *triumvir agris dandis*, assignandis. *Consul*, *Dictator*, *prator*, *magister equitum*, quive magistratum habuerit, quive in Senatu sententiam dixit: dixerit: qui eorum coit, coerit, convenit, convenerit, consensit, consenserit, quo quis falsum iudicium profiteretur, ut quis innocens conveniretur, iudicio publico condemnaretur. Deque ejus capite quærito, qui testimonium dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis damnaretur, quive *magistratus*, *judexque quaestionis* ob capitalem causam pecuniam acceperit, ut publica lege reus fieret. Qui contra hanc legem fecerit, *is in insulam deportetur*, & bonis omnibus spoliatur. *Marcian. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Theophilus*. Ea lege excepti erant, qui proscriptione Sullana oblata civium Romanorum capita pecunias ex ærario acceperant. *Suetonius in Casare*. Eiusdem etiam hoc caput fuit, ut cum in consilium iri oporteret, *quaestor* à reo quæreret, clam an palam de se sententiam ferri vellet. *Cicero pro Cluentio*. Item: Ut si quis domi suæ necatus erit, is, qui servos, qui ante quaestionem fugerint, pervestigavit, & indicavit, in singulos servos, quos ejus cædis convicerit, quinos aureos ex bonis occisi: aut si inde redigi ea quantitas non possit, ex publico accipiat. Ut de his, qui ante quaestionem habitam fugerint, si aperto testamento liberi scripti inveniuntur, iudicium *inter sicarios* fiat, ita ut è vinculis causam dicant, & convicti perinde ac servi puniantur: & ei qui convicerit, deni aurei præmii nomine dentur ex bonis damnati. *Cajus lib. 25. ff. ad S. C. Silanian*. Hujus legis meminit *Seneca* lib. 1. de Providentia, & libro Declamat. tertio: item in ludo, quem de morte Claudii Cæsaris composuit.

## DE LEGIBUS PARRICIDII.

## Lex de parricidis.

*Parricidii nomine* primum cujuscumque hominis cædem complexi sunt, teste *Plutarcho*: & *Festus* ait, *parricidam*, sive, ut aliis placet, *patricidam* non eum dictum fuisse, qui parentes, sed qui qualem-

cunque hominem occidisset. Quare veteres de *parricidio* leges omnes in genere de cæde cujuscunque hominis, non autem parentum loquuntur. Neminem enim prisca Romani tam nefarium esse arbitrabantur, qui parentibus necem inferret: quin etiam sero admodum Romæ tale facinus est patratum. Primam de iis, qui parentes occidissent, legem latam fuisse opinatur *Carolus Sigonius* tum, cum *L. Hostilius* patrem interfecit, aliquanto post bellum *Annibalis*: quam legem ipse putat fuisse hujusmodi. Si quis parentes occiderit, aut verberaverit: ei damnato obvolvatur os folliculo lupino, soleæ lignæ pedibus inducantur, & in carcerem ductus ibi sit tantisper, dum pareatur ei culcus, in quem conjectus in profluentem præcipitur. Conjecturam hujus legis capit ex *Livii* epitoma, *Cic. Rhetoricis* ad Herennium, & *Plauto* in *Vidularia* apud *Nonium*. Hanc legem putat *L. Cornelium Sullam* constituta publica quæstione, repetiisse, & confirmasse, nihil autem addidisse.

*Pompeja lex.*

Secuta postea est *Pompeja*, quam tulit *Cn. Pompejus Magnus* Consul cum *M. Crasso* 11. anno 109XCVIII. cujus hæc reperiuntur capita: *Prætor*, qui ex hac lege quæret, de ejus capite quærito, qui patrem, matrem, avum, aviam, fratrem, sororem, patrualem, matrualem, patruum, avunculum, amitam, [materteram] consobrinum, consobrinam, uxorem, virum, generum, focerum, vitricum [novercam] privignum, privignam, patronum, patronam, occiderit. Cujusve dolo malo id factum erit, sive conscius fuerit. Deque ejus matris capite quærito, quæ filium filiamve occiderit, & avi ejus, qui nepotem occiderit, ejusque qui emit venenum, ut patri daret, quamvis non potuerit dare. Is si confessus erit, virgis sanguineis verberatus, deinde culco insuatur cum cane, gallo gallinaceo, & vipera, & simia, deinde in mare profundum culcus jactetur. *Marcianus*, *Modestinus* de parricidiis, *Justinianus* Institution. lib. 4. de judiciis publicis, & alii.

CAPUT XXVI.

*De legibus falsi.*

*Cornelia lex.*

*Crimen falsi* latissime patuit. Nam omnia, quæ falso dicta, aut scripta, aut facta in alterius damnum essent, hoc nomine complexi sunt. De falso antiquæ fuere leges, sed certos non habuere prætores. *L. Cornelius Sulla* Dictator & Consul cum *Q. Cæcilio Metello*, anno 106LXXIII. relatis legibus certum etiam prætorem huic crimini addidit, *Cicerone* teste. Ex ejus lege de falso hæc capita extant.

Prætor qui ex hac lege quæret, de ejus capite quærito, qui testamentum amoverit, celaverit, eripuerit, deleverit, interleverit, subjecerit, resignaverit: quique testamentum falsum scripserit, signaverit, recitaverit dolo malo, cujusve dolo malo id factum erit. Qui sibi legatum fideicommissumque descripserit, qui nomine prætoris literas falsas reddiderit, edictumque falsum proposuerit. Deque ejus capite quærito, qui ob falsas testationes faciendas, testimoniave falsa invicem dicenda dolo malo coërit, quique judicem corruperit, corrupendumque curarit.

Deque ejus capite quærito, qui nummos aureos partim raserit, partim tinxerit, vel finxerit, qui in aurum vitii quid indiderit, qui argenteos nummos adulterinos flaverit, qui cum prohibere tale quid posset, non prohibuerit. Qui nummos stanneos, plumbeos, emerit, vendiderit dolo malo, eique damnato aqua & igni interdicito. ff. ad leg. *Cornel. de falso*. Meminit ejus & *Cicero* lib. 3. de Nat. Deor. & *Suetonius* in Augusto.

CAPUT XXVII.

*De legibus de vi.*

Vim dixerunt *injuriam*, quæ inferebatur alicui, sive in Urbe, sive in agro, sive armatis hominibus, sive inermibus. De hac primis temporibus fere judicabant ex legibus de majestate & de *fiarvis*. Ultimis autem temporibus leges de ea latæ sunt.

*Plautia lex.*

*Plautia* à *P. Plautio* tribuno plebis lata est, adjuvante *Qu. Lutatio Catulo* Consule, cum *M. Emilio Lepido* anno 106LXXXV. cujus hæc videntur fuisse capita: Is cujus hæc quæstio erit, de ejus capite quærito, qui adversus rempublicam conjuraverit, insidias Senatui fecerit, magistratibus vim attulerit, qui cum telo in publico fuerit, aut seditionis causa loca occuparit, alienave ædes faxis, ignibus, aut ferro occuparit, deque iis quotidie quærito. Itemque de ejus capite quærito, qui possessorem è fundo hominibus armatis dejecerit dolo malo, aut armatis objectis, ut inde profugeret, causam attulerit, prohibetoque, ne prædium, unde dejectus possessor sit, usucapiatur. Eis damnatis aqua & igni interdicito.

Capi-

Capita hæc collecta sunt à *Carolo Sigonio* ex judiciis, quæ hæc lege facta sunt, quorum memoria est apud *Suetonium*, *Sallustium* in oratione in *Ciceronem*. *Dionem* lib. 39. *Ciceronem* & alios. Et hæc lege, inquit *Sigonius*, judicia de vi omnia facta sunt usque ad *Cæsarem* Dictatorem, eaque multa capita legis de *ficariis*, & *majestate* comprehensa sunt.

### Clodia lex.

Memoratur & *Clodia*, quam tulit *Pub. Clodius tribunus plebis*, *L. Calpurnio Pisone Cæsario*, *A. Gabinius* Consulibus, anno 1090. Ut de iis, qui cives Romanos sine iudicio populi, iudictaque causa necassent, quæstio haberetur. Tulit autem ob *Ciceronem* & alios, à quibus necati erant *Catilinarii*, quamvis nominatim de *Cicerone* nullam faceret mentionem. *Vellejus* lib. 2. *Dio* lib. 38. *Cicero* lib. 3. ad *Attic.*

### Pompeja lex.

*Cnejus* inde *Pompejus* in tertio Consulatu anno 1061. legem tulit de vi, qua nominatim eadem in *Appia* via factam, & incendium curiæ, & domum *M. Lepidi Interregis* oppugnatam comprehendit, & pœnam gravioiorem, & formam iudicii brevioiorem. Capita ejus ab *Hottomanno* hæc sunt collecta: Ut priusquam causa de vi ageretur, testes per triduum audirentur, dicta eorum iudices consignarent, quarta die adesse omnes in diem postero iuberentur, & coram accusatore ac reo pilæ, in quibus nomina iudicum inscripta essent, æquarentur: dein rursus postera die sortitio fieret unius & xxc. qui numerus cum sorte obtigisset, ipsi protinus sessum irent: tum ad dicendum accusator duas horas, reus tres haberet, reusque illo eodem die iudicaretur: prius autem quam sententiæ ferrentur, quinos ex singulis ordinibus accusator, totidem reus rejiceret: ita ut numerus iudicum relinqueretur, qui sententias ferrent, quinquaginta & unus. *Asconius* in *Milonianæ* argumento. *Dio* libro 40. *Cicero* libro 4. de *Finibus*, & ad *Atticum* libro 10. *Cæsar* libro 3. de *Bello civili*. Hanc legem in hunc numerum referri non debere *Sigonius* vult.

### Julia lex.

Post legem *Pompejam* *Julia* lata est à *C. Julio Cæsare* Dictatore, cujus tenuis memoria extat. Unus enim tantum meminit *Cicero*, qui in *Antonium* inquit, lege, quam *Antonius* Consul post mortem *Cæsaris* promulgavit, ut de vi damnati ad populum provocarent: obrogari legi *Cæsaris*, quæ jubet ei, qui de vi damnatus sit, aqua & igni interdici, quam pœnam non à *Cæsare* primum irrogatam esse constat. Neque vero *lex Antonii* inter leges est referenda, quia tantum sit promulgata, non lata. Ita *Carolus Sigonius*.

### Pedia lex.

Postero autem anno *Q. Peditus* cum *C. Octavio* Consul legem tulit nominatim de *Cæsaris interfecto-ribus*, quæ sive de vi, de *ficariis*, sive de *majestate* dicitur, pro lege non est habenda, cum neque in universum, neque in futurum sit lata. Hujus meminit *Vellejus* lib. 2.

Demum *C. Cæsar Augustus* leges tulit de vi publica, & de vi privata. *Publicam* appellans, ut inquit *Justinian.* quæ armis, *privatam*, quæ sine armis esset facta. Prioris legis hæc capita fuerunt.

*Qui arma, tela* domi suæ, in villa, agrove præter usum venationis, vel itineris, vel navigationis coegerit præter ea, quæ quis promercii causa habuerit, hæreditateve ei obvenerint. *Qui turba, seditionisve faciendæ* consilium inierint, servosque aut liberos homines in armis habuerint. *Qui pubes* cum telo in publico fuerit. *Qui pessimo exemplo* convocata seditione villas expugnaverint, & cum telis, & armis bona rapuerint. *Qui ex incendio* rapuerit aliquid præter materiam. *Qui puerum, vel faminum, vel quemquam* per vim stupraverit, qui in incendio cum gladio, aut telo rapiendi causa fuerit, vel prohibendi dominum res suas servare. *Qui hominibus armatis* possessorem domo, agrove suo, aut navi sua dejecerit, expugnaverit concursu, utque id fieret, homines commodaverit. *Qui cætu, concursu*, turba, seditione incendium fecerit, quique hominem dolo malo incluserit, obsederit, quive fecerit, quo minus sepeliatur, quo magis funus diripiatur, distrahatur, quive per vim sibi aliquem obligaverit. *Qui cum imperium* potestatemve haberet, civem Romanum adversus provocationem necaverit, verberaverit, jussitque quid fieri, aut quid in collum injecerit, ut torqueatur, si legatorum, oratorum, comitumque quem pulsaverit, sive injuriam fecerit. *Qui rem vinxerit*, impeditivæ, quo minus Romæ intra certum tempus adsit. *Qui dolo malo fecerit*, quo minus judicia tuto exerceantur, aut iudices, ut oportet, judicent: vel is, qui potestatem, imperiumve habebit, quam ei jus erit, decernat, imperet, faciat. *Qui ludos, pecuniarumve* ab aliquo invito publice privatimve, per injuriam exegerit. *Qui cum telo dolo malo* in concione fuerit, aut ubi iudicium publice exercebitur, præter eum, qui propter venationem habeat homines, qui cum bestiis pugnent. *Qui convocatis hominibus* vim fecerit, quo quis verberetur, & pulsetur, neque occisus homo sit. *Qui ades alienas*, aut villas expilaverit, effregerit, expugnaverit, si quidem in turba cum telo fecerint. *Qui nova vectigalia* exegerint. Prætori, cui exercitio hæc lege obvenerit, cam, si profisciscatur, mandare liceto. Damnatis de vi publica aquæ & ignis interdictio esto.

M m m m 3

Hæc

Hæc autem capita omnia sunt in *Digestis ad legem Juliam* de vi publica, ex *Marciano, Scavola, Ulpiano, Maciano, & Paulo*. Addit *Paulus* armatos non utique eos intelligendos esse, qui tela habuerunt: sed etiam qui quid aliud, quod nocere potest, & telorum appellatione omnia, ex quibus singuli homines nocere possunt, accipi. Cæterum qui telum tutandæ salutis suæ causa gerunt, non videri homines occidendi causa portare.

Capita vero legis de vi privata hæc fuerunt: *Qui cæstum, & concursum fecerit*, quo minus quis in jus producat, quive quæstionem de alterius terro habuerit. *Qui quem ex agro suo* hominibus congregatis sine armis dejecerit. *Qui creditor* sine auctoritate iudicis res debitoris occuparit. His damnatis tertia pars bonorum publicetur. Neque Senator, neque decurio sit, aut ullum honorem capiat, neve in eum ordinem sedeat, neve iudex sit. Hæc ex *Scavola, Paulo, Ulpiano, Modestino, Digestis* ad legem Juliam de vi privata.

#### *Cornelia lex.*

De injuriis etiam legem tulit *L. Cornelius Sulla Felix* Dictator & Consul cum *Q. Cæcilio Metello Pio*, anno Urbis 1061. quam hic referre placet. Capita ejus memorantur ista: *Ut in eos, qui quempiam pulsassent, verberassent, domumve alienam vi introissent, iudicium daretur*. Ut in eo iudicio non esset, qui ageret, gener, socer, vitricus, privignus, sobrinusve esset, propiusve eorum quemquam ea cognatione, affinitateve attingeret, quive eorum cujus, parentisve cujus eorum patronus esset. *Ut filiusfamilias* ex omni causa injuriarum ageret, ut auctori jusjurandum deferre liceret reo, an injuriam fecerit, *Si quis librum ad infamiam alicujus scripserit*, composuerit, ediderit: dolo malo fecerit, quo quid eorum fieret: etiamsi alterius nomine ediderit, vel sine nomine: uti de ea agere liceret: & si condemnatus sit, qui id fecit, instabilis ex lege esse jubetur. *Ulpianus* l. 5. ff. de injur.

#### CAPUT XXVIII.

#### *De peculatu, residuis & sacrilegio.*

**P**eculatus dictus est furtum pecuniæ publicæ, & *peculator*, qui furtum pecuniæ commisit, teste *Africanio*. Nomen autem accepit, ut scribit *Festus*, à *pecore*, quia ab eo initium ejus fraudis esse cœpit. Siquidem ante æs, aut argentum signatum ob delicta pœna gravissima erat duarum ovium, & triginta boum. Ut autem cæteræ quæstiones, sic etiam *peculatus* primis temporibus certum *prætorum* aut *quæstorum* non habuit: sed lege, prout usus incidebat, *prætoribus* aut etiam *Consulibus* mandabatur. Postquam autem quæstio repetundarum perpetuo constituta proprium *prætorum* est nata, tum vero quæstio etiam *peculatus* præcipuo prætori eodem modo mandata est. Id vero ante Dictaturam *L. Sulle*, id est, ante annum 1061. Qua tamen lege accepit, adhuc inveniri non potuit. Hæc *Carol. Sigonius*.

#### *Petillia lex.*

*Franciscus Hottomannus* *Petilliam* de peculatu legem commemorat ex *Livii* lib. 38. quæ lata est à *Q. Petillio* tribuno plebis, anno 1061. *M. Emilio Lepido, C. Flamini Nepote* Coss. Vellent, juberent, quareretur, quæ pecunia capta, ablata, coacta ab Rege Antiocho sit, quique sub ejus imperio fuerint: quod ejus in publicum relatum non esset, uti de ea re *Ser. Sulpitius prætor urbanus* ad Senatam referret. Addit *Livius*: Omnes tribus, uti rogas, jusserunt.

#### *Julia lex.*

Præter hanc nulla fere de hoc crimine lex extat, nisi *Julia*, quam tulit *C. Julius Cæsar*, quaque *peculatum, sacrilegium, & residuas* pecunias est complexus. Ejus legis capita in *Digestis* hæc extant: *Prætor*, qui ex hac lege quæret, de eo quærito, qui ex pecunia sacra religiosa abstulerit, interceperit, in suam rem verterit, aut quo quis auferat, intercipiat, vel in rem suam vertat, fecerit. *Qui in aurum, argentum, æs publicum* quid indiderit, immiscuerit, aut quo quid indatur, immisceatur, fecerit dolo malo, quo id pejus fiat. *Quique tabulam aream, formamve agrorum, aut quid aliud continentem* refixerit, vel quid inde immutaverit, ei aqua & igni interdicatur, atque pecunia ab hærede repetatur. *Quique publicam pecuniam delegatam* in usum aliquem retinuerit, neque in eam rem consumperit. Item de eo, apud quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione, ex pecunia, quam accepit, aliæ quæ pecunia refedit, is damnatus amplius tertia parte, quam debet, solvat. *Ulpian.* lib. 1. ff. eod. *Paulus* sententiarum lib. 5. cap. 29. & lib. 2. ff. ad legem *Juliam de peculatu*. *Residuas* autem *pecunias*, ut & hoc addam, dicebantur, quæ apud eum, qui publicam pecuniam administraret, supererant, cum vel in usum publicum erogari, vel in ærarium referri deberent: *Paulus* lib. 22. ff. ad legem *Juliam de peculatu*. De *residuis pecuniis* legem ante hanc *Juliam* tulisse *C. Cornelium* tribunum plebis, ex oratione *Ciceronis pro Sulla* cognoscitur.

## C A P U T XXIX.

## De Ambitu.

**A**mbitum appellarunt crimen illud, quo quis se in ambiendo magistratu obtrinxit. Ambire vero erat petere, verum studiosius impensiusque, quam mores legelque civitatis ferebant. De ambitu Cicero libro de petitione Consulatus ad Q. Fratrem, Carolus Sigonius lib. 2. de judiciis, & ex eo nos, libro de magistratibus multa diximus. Hic tantum leges de ambitu, vel potius contra ambitum latas recitabimus.

## Lex de toga candida.

Primæ legis, quæ ad ambitum pertineret, mentio est apud Livium lib. 4. L. Pinario, L. Furio, tribunis militum Consulari potestate, anno cccxxi. qua togæ candidæ usus est interdictus. Placuit, inquit Livius, Senatui tollendæ ambitionis causa, tribunos legem promulgare, ne cui album investimentum addere petitionis causa liceret. Vicerunt tribuni, ut legem perferrent. Quo in loco, ut hoc obiter moneam, in vestimentum, duabus distinctis vocibus legendum Justus Lipsius lib. 4. Antiquar. lectio, cap. 15. monet: ut sensus sit, vetuisse legem album addi in vestem, id est, creatam, gypsum, & similia, quibus togas suas ornare petitori solebant, ex quo & nomen manavit candidati. Hanc tamen legem observatam non esse, satis constat.

## Prætelialis lex.

Livius tamen de ambitu primum latam esse C. Fabio, & C. Plautio Coss. scribit anno cccxcviii. adversus eos, qui nundinas, & conciliabula prensandi causa obirent. De ambitu, inquit, à C. Prætelio tribuno plebis, auctoribus patribus tum primum latam ad populum est, eaque rogatione novorum maxime hominum ambitionem, qui nundinas & conciliabula obire soliti erant, compressam credebant. Verum & hanc legem tacito post consensu abrogatam existimare possumus, quippe cum petitorum magistratum etiam in provincias ad coloniarum & municipiorum gratiam colligendam accurrisse constet. Anno inde cccxxxix. C. Manium Dictatorem quæstiones exercuisse scribit adversus eos, qui magistratum petendorum causa cõitiones fecissent, quod adversus rempublicam essent.

## Bæbia Æmilia lex.

Post autem anno 101xxi. leges de ambitu latæ sunt, a M. Bæbio, L. Æmilio Coss. ut scribit Livius. Verum cujus sententiæ eæ fuerint, non addit. Carol. Sigonius opinatur, Æmilium tulisse legem adversus suffragationes & cõitiones: Bæbium autem adversus largitiones.

Anno inde 101xiv. lex de ambitu lata est, Consulibus Cn. Cornelio Dolabella, & M. Fulvio Nobilitore, teste Livio in Epitomis. Putat vero Sigon. hac primum lege capitali pœna cautum esse, ut suffragia donis ac pecunia emerentur. Scribit tamen Plutarch. in Coriolano, se nescire, quis primus populum largitione corruperit: sero tamen largitionem factitatum, satis constare. Itaque ad eadem tempora illud pertinet Polybii, qui scribit, ætate sua ambitum capitalem fuisse, id est, exilii pœna vindicatum esse, & est apud Plin. lib. 35. Qu. Coponium ambitus damnatum, quod vini amphoram dedisset ei, cui suffragii latio erat.

Postquam autem populus in mandandis magistratibus uti tabella cœpit, quod lege Gabinia fieri cœptum esse, anno 101xiv. supra docuimus: tum leges illæ latæ sunt, quarum Cicero meminit in 3. de Legibus: Ne quis tabellam inspiceret, ne rogaret, ne appellaret, quibus legibus studia suffragatorum sublata esse, inquit, qui eam sedulitatem in campum offerebant, ut quos rogarent, eorum etiam tabellam, ne forte deciperentur, vellent inspiceret.

## Marius lex.

C. inde Marius tribunum plebis legem tulisse de ambitu, anno 101xxxiv. ex Plutarcho elicitur. Ea lex, ut ibidem scribit Cicero, pontes in comitiis fecit angustos, nempe, ne cui suffragatori ad rogandum locus in iis pateret. Cæterum qua lege quæstio ambitus perpetua constituta, & proprium prætorem adepta sit, est obscurum. Latam autem per hæc tempora facile crediderim. Siquidem anno 101xxxix. cum una petissent Consulatum P. Rutilius, & M. Scæurus, ut est in Bruto: non Rutilius solum, qui repulsam tulerat, accusavit ambitus designatum competitorum, sed Scæurus etiam absolutus Rutilium. Nec multo post C. Marius, ut addit Plutarchus, cum in præturæ petitione repulsus esset, accusatus est de ambitu, quia Cassius Sabæonis amici servus intra septa conspectus esset, inter eos, qui suffragium ferrent. Marius autem excusavit, se frigidam aquam, cum æstualet, ab eo petiisse bibendi causa.

Quinetiam idem narrat, sextum ab eo Consulatum pecunia esse emptum, & L. Sullam in prætura repulsam passum, post, corruptis pecunia tribubus, eam esse adeptum.

Fabia

*Fabia lex.*

Per hæc etiam tempora *lex Fabia* promulgata est de numero sectatorum, eaque à populo repudiata. Itaque *Cicero* pro *Muræna* dixit: Tenuiores *legi Fabia* de numero sectatorum restiterunt.

*Acilia Calpurnia lex.*

Anno inde 100xxxiv. *lex Acilia Calpurnia* lata est à *M. Acilio Glabrione*, & *C. Calpurnio Pisone* Coss. Ut qui ambitus damnati essent, iis neque magistratum capere, neque in Senatu legi liceret, & pecunia mulctarentur. *Cicero* pro *Muræna*, pro *Cornelio*, & in eam *Africanus*. *Dio* lib. 36. ubi causam etiam ferendæ hujus legis indicat, in hæc verba scribens: Lex ab ipsis Consulibus promulgata est de ambitu, ut qui ejus convicti essent, iis neque magistratum gerere, neque Senatores esse liceret, sed pecuniaria insuper eis mulcta irrogaretur. Postea enim quam tribuosis suum antiquum jus restitutum est, cum multi Senatoria dignitate ante à censoribus moti, eam recuperare conarentur, de omnibus magistratibus frequentes omnino coitiones conspirationesque fiebant. Eam legem Consules tulerunt, non quod ambitum odissent (nam & ipsi ad *Consulatam* contentissima favoris venatione pervenerant, diesque dictus ob eam rem fuerat *Pisone*, isque unius atque alterius cujusdam intercessione, ne causam diceret, effecerat) sed coacti à Senatu, idque hac de causa: Qui ambitus rei essent, iis acerbissimas pœnas statuere. *C.* quidem *Cornelius tribunus* plebis, intenderat, approbante idipsum populo. Senatus immodica supplicia denuntiando, videbat quidem terrorem hominibus injici, quod tamen ea extrema essent, neque accusatores reorum, neque qui eos condemnarent, facile reperiri posse. Ubi vero mediocres pœnæ proposita essent, ibi & frequentes accusationes fieri, neque à damnando reo iudices detereri. His causis inducti patres rogationem eam emendare de eaque legem Consules ferre jusserunt. Ubi dies comitiorum advenit, quæ antequam fierent, nulla lex sanciri poterat, cum interim hoc libero tempore, qui dignitates ambiebant, multa facinora perperrassent: & ne à cædibus quidem temperatum esset, decreverunt, ut contra hos etiam lex promulgaretur, & Consulibus satellitium daretur. Et post pauca: Denique tanta cura tum temporis caverunt, ne quis largitionibus se corrumpi sineat, ut præter pœnas, quas ejus rei manifestis infligebant, accusatoribus etiam honores haberent. Hactenus *Dio*.

Deinde *C. Julio Cesare*, *C. Marcio Figulo* Coss. anno 100xxxix. cum in dies licentia ambitus augeretur propter præcipuam *Catiline* & *Antonii* audaciam, censuit Senatus, ut *lex ambitus* etiam cum pœna ferretur, eique rei *Q. Mutius Orestinus tribunus* plebis intercessit, auctore *Africanio* in orationem in toga.

Inde *M. Tullio Cicerone*, & *C. Antonio* Consulibus, anno 100xc. commemoratur Senatusconsultum & *lex Tullia* lata de ambitu. Senatusconsultum fuit hujusmodi: Si mercede conducti obviam candidatis issent, si conducti sectarentur, si gladiatoribus vulgo locus tributus, & item prandia si vulgo essent data, contra *legem Calpurniam* factum videri. *Cicero* pro *Muræna*.

*Lex Tullia.*

*Lex Tullia* fuit: Ne quis munus gladiatorum biennio, quo magistratum petiturus erat, ederet, nisi ex testamento præstituta die. Ut Senatoribus ambitus damnatis aqua & igni ad annos decem interdiceretur. Ut in plebem pœna gravior esset, quam *lege Calpurnia* fuisset. Ut reis morbum excusantibus, pœna certa esset. *Cicero* in *Vatinium*, pro *Sextio*, pro *Muræna*, *Dio* lib. 37.

Eadem vero in lege continebantur etiam diversorum judicia, pecuniæ deprehensæ, sectatorum multitudo, prandia data, centuriæ descriptæ, locus gladiatoribus datus: quandoquidem hæc, ut *Muræna ambitus* reo objecta, purgat *Cicero* in oratione pro eo.

*Aufidia lex.*

Biennio inde post *M. Valerio Messala*, *M. Pupio Pisone* Coss. lex ab *Aufidio Lurcone* tribuno plebis promulgata est, severior etiam quam *Tullia*. In qua novi hoc est, ut qui nummos in tribu pronuntiaverit, si non dederit, impune sit: sin dederit, ut quoad vivat, singulis tribubus sestertium xxx. debeat. *Cicero* ad *Atticum*.

*Licina lex.*

*Lex* inde lata est *Licina de sodalitiis*, à *M. Licinio Crasso* II. Consule cum *Cn. Pompejo* II. anno 100cxviii. in qua pœnam graviolem constituit adversus eos, qui largitionem fecissent. *Dio* lib. 39. Meminit hujus legis *Cicero* pro *Plancio* multis verbis, ex quibus constat, latam fuisse *legem Liciniam* in eos, qui sodalitia, & qui ambitum commississent, ut de sodalitiis iudices ederentur, ab accusatore, sine rejectione, ut de ambitu iudices forte legerentur, rejectione reo & accusatori permissa. *Sodalitia* autem tum in hac, tum in aliis legibus complectebantur tribules decurias, populum descriptum, & sodales ad vim faciendam paratos, coitionem cum petitoribus, & nummorum divisionem.

*Pompeja lex.*

Anno inde 10001. cum magna inter Consulatus competitores, *Scipionem, Hyppsaum, & Milonem* contentio esset, iique non solum largitione profusa, sed etiam factionibus, armari peterent, ut inquit *Asconius*, comitiis extractis, cum Kal. Januariis nulli essent Consoles, inde v. Kalend. Martias per *Interregem Cn. Pompejum* solus Consul creatus statim iniit, & post diem tertium de legibus novis ferendis retulit: duas ex senatusconsulto promulgavit, unam *de vi*, alteram *de ambitu*: pœnam graviolem & formam iudiciorum breviorlem constituit. Utraque enim lex testes prius dari, deinde uno die atque eodem ab accusatore, & ab reo perorari jubebat, ita ut duæ horæ accusatori, tres reo darentur. Addit prætereà *Dio*, Pompejum legisse omnes homines, ex quibus iudices forte ducendi essent, & certum patronorum numerum statuisse utrique parti, & laudatores sustulisse: adversus autem eos, qui ambitum fecisse arguerentur, eos quoque qui simili de causa postulati fuerant, accusatores constituisse, magno præmio proposito. Nam quicunque duos reos fecissent, atque unum damnassent, ei impunitatem dedisse. *Plutarchus* item latum à Pompejo scribit, ne laudatores darentur, & numerum iudicum centum sexaginta prodiit. At *Asconius* inquit, Pompejum trecentos sexaginta ex amplissimo censu legisse, ex quibus forte ducendi erant in quaque quæstione.

*Julia lex.*

Inde *C. Julius Cæsar* Dictator ambitus flammam restinxit, cum comitia magistratum, alia sibi reservasset, alia populo concessisset: de qua re *Suetonius* in ipsius vita.

Postremo *C. Julius Augustus* comitiorum jus pristinum reduxit, ac multiplici pœna coërcito ambitu, *Fabianis, & Sextientibus* tribulibus suis die comitiorum, ne quid a quoquam candidato desiderarent, singula millia nummum à se divisit, ut *Suetonius* prodiit. Adjicit *Dio* libro 54. Augustum statuisse, ut qui largitionibus magistratum petissent, quinquentio vacarent. Deinde vero cum *Tiberii* tempore comitia ad senatum, & a senatu ad Principem essent translata, ambitus omnis cessavit. Atque ita *lex Julia*, de qua scriptum est in *Pandectis*, teste *Modestino*, necessaria non fuit. Tantum de legibus ambitus.

## CAPUT XXX.

*De pecuniis repetundis.*

Inter quæstiones publicorum criminum prima fuit, & prima prætorem certum habuit hæc de pecuniis repetundis, de quibus quæ leges latæ fuerint, hoc capite docebimus. *Repetunda pecunia* dictæ sunt, quas sive focii sive cives privati, à magistratibus, aut iudicibus, aut publicis curatoribus iudicio repererunt, quas illi aut in provincia, aut in Urbe; aut ob jus dicendum, aut ob iudicandum, aut ob aliud aliquid publice curandum cepissent. Quod genus furti cum exprimere vellent, pecuniam ablatam, captam, coactam, conciliatam, averfam dixerunt, quas voces cum *Cicero* in accusatione *Verris repetundarum* rei, tum legum veterum fragmenta celebrant. Ac *repetundarum* quidem quæstio primis constituta videtur fociorum & provinciarum causa, adversus prætores, quæstros, legatos, cæterosque, qui in provinciis cum imperio aut potestate versarentur: unde *lex socialis* à *Cicerone* in *Verrem* vocatur: deinde ad urbanos etiam magistratus, iudices curatoresque translata, qui aliquid pecuniæ à privatis accepissent.

*Porcia lex.*

Primus autem *M. Porcius Cato*, cum ex prætura *Sardiniam* obtineret, sumptus provincialium in prætores coërcuit, anno 1061. de quo *Livius*: *Sardiniam M. Porcius Cato* obtinebat: fugati ex insula scenatores, & sumptus, quos in cultum prætorum focii facere soliti erant, circumcisi, aut sublati: in veteri etiam plebiscito de *Thermenibus* nominatur *lex Porcia*, qua iubetur, quid quemque dare, præbere oporteret, his verbis: *Nei quis magistratus*, prove magistratu, legatus, neu quis alius facito, neve imperato, quo quis magis iudicet, præbeant, ab iisve auferatur, nisi quod ed. S. ex lege *Porcia* dare, præbere oporteret, oportebit. Per ea vero tempora cum nullis adhuc legibus hoc crimen vindicatum esset, hæc causa privata fuit, & extra ordinem cum senatusconsulto, à recuperatoribus cognita est.

*Calpurnia lex.*

Crescente autem in dies magis magistratum in provinciis libidine, *L. Calpurnius Piso* tribunus plebis anno 1001. *L. Marcio Censorino, M. Manilio* Coss. extirpit, qui legem tulit, qua non solum pœna graviore, ut verisimile est, hoc crimen vindicandum sanxit: sed etiam, ut certum hæc quæstio posthac haberet prætorem, instituit, ita ut nova lege opus non esset focii, sed certum ad quem confugerent, prætorem haberent. *Cicero* libro 2. *Offic. in Bruto*.

*Cacilia lex.*

Eodem tempore nominatur à *Valerio lex Cacilia* lib. 6. cap. 9. cum scribit. *L. Lentulus* Consularis lege *Cacilia* repetundarum crimine oppressus, censor cum *L. Censorino* creatus est. Quam tamen legem *Sigonius* ait eandem cum *Calpurnia* fuisse, atque à duobus tribunis, *Cacilio* & *Calpurnio* latam modo hoc, modo illo nomine appellari arbitratur, apud *Valerium Calpurniam*, pro *Cacilia* oportere legi putat.

*Junia lex.*

Legem *Calpurniam* subsecuta est *Junia*, quam tulit, ut arbitratur *Sigonius*, *M. Junius Pennus*, qui tribunus plebis, teste in Bruto *Cicerone*, fuit, *Mam. Aemilio Lepido*, *L. Aurelio Oreste* Coss. anno 10cxxxvii. qua lege præter litis æstimationem exilium etiam damnato est irrogatum. Itaque *C. Cato*, qui Consul fuit anno 10cxxxix. ea lege Macedonibus accusantibus, utraque pœna multatus est, de quo *Vellejus Paternulus* libro 2. *Cic.* in Verrem, & pro Balbo.

*Servilia lex.*

Post annos inde xxiv. *lex Servilia* lata est à *C. Servilio Glaucia* prætore, *C. Mario* vi. Consule, anno 10cclxi. Cujus legis fragmenta hinc inde apud scriptores veteres sparsa, hæc collegit *Carolus Sigonius*.

Qui prætor ex hac lege quæret, de iis quærito, qui *Consules*, *Dictatores*, *prætores*, *magistri equitum*, aut alio magistratu pecuniam ab aliquo privato abstulerint, ceperint, coegerint, conciliarint, averterint, judicium, qui ex hac lege facti erunt, judicatio, litisque æstimatio esto.

De hisce, dum magistratum, aut imperium habebunt, eorum nomen deferri non licet.

*Prætor*, qui ex hac lege quæret, ei qui petet, *patronos sumendi*, & repudiandi potestatem dato.

*Prætor*, qui jus inter peregrinos dicit, col. viros in perpetuum legito, qui in hac civitate judicent. Idem facito, uti col. viros legat, qui quotannis de *pecuniis repetundis* judicent.

Qui ex hac lege pecuniam petet ad eum *prætorem*, qui ex hac lege factus erit, cum unde petet, in jus educito, nomenque deferto.

*Prætor*, qui ex hac lege quæret, facito, ut is, qui nomen detulerit, die *vicefimo* ex col. viros, qui in eum annum facti erunt, centum adversario suo legat, edatve. Quos vero is ediderit, ex iis is unde petetur, quinquaginta edito, legitove, qui judicent.

*Prætor*, qui ex hac lege quæret, facito, ut judicium & patronorum nomina in tabulis scripta habeat.

*Prætor*, qui ex hac lege quæret, facito, ut qui ita lecti erunt iudices in eam rem, ejus perpetuo iudices sint.

Si is, unde petetur, prius Urbe cesserit, & in exilium abierit, quam ea res judicata erit, *prætor* ab iis item quærito, ad quos eam rem pervenisse constiterit.

*Prætor*, qui ex hac lege quæret, facito, uti testes audiantur, ac citati omnes adsint testimonio dicendo.

*Prætor*, qui ex hac lege quæret, facito, uti testes interroget, *judices* pronuntiet, ne quis *judex* disputet.

*Prætori* qui ex hac lege quæret, judicium in alium diem proferre jus sit.

Si *prætor*, qui eam rem quæret ex hac lege, causam non noverit, ei amplius pronuntiare jus sit.

*Prætor* qui ex hac lege quæret, causam semel à reo dictam in tertiam diem differto.

Extant hæc capita apud *Ciceronem* pro *Posthumo*, pro *Balbo*, in Verrem, & apud *Africanum*, in *Epitoma Livii* 70. & in duobus fragmentis *legis Serviliæ*, quæ ex æneis tabulis *Sigonius* exscripta & suppleta inseruit cap. 27. lib. 2. de *judiciis Romanorum*, ubi hæc de *repetundis* leges omnes recenset.

*Acilia lex.*

Deinde post *Serviliam* legem lata est *Acilia*, à *M. Acilio Glabrione*, in qua illud fuit novi, ut neque ampliari, neque comperdinari reus posset. *Cic.* in Verrem, & in commentariis *Africanus*.

*Cornelia lex.*

*Aciliam* inde *Cornelia* subsecuta est, à *L. Cornelio Sulla* Dictatore lata, qua lege judicia omnia de *repetundis* usque ad primum *Cæsaris* Consulatum perfecta sunt. Capita vero legis hæc fuisse videntur, quantum intelligi ex monumentis scriptorum licet.

Qui *prætor* ex hac lege quæret, de eo quærito, qui *Dictator*, *Consul*, *prætor*, *magister equitum* pecuniam dono ceperit, abstulerit, coegerit, conciliarit, averterit: nec solum avare, sed etiam libidinosè, superbe, crudeliter se in provincia gesserit.

Item de eo, qui *judex* non suæ decuriæ munere functus erit, aut non perpetuo sederit, aut ob judicandum pecuniam ceperit.

Item de eis, ad quos ea *pecunia* pervenerit.

Facitoque, uti viginti dies *accusatori* det, totidemque *defensori*: Item de eis, qui procoff. rationes ad *ænarium* non retulerint, aut qui procoff. privatim aliquo profecti fuerint, ac transmarinas res accersiverint.

*Prætor*, qui ex hac lege quæret, iudices ex senatoribus sortiatur *reo*, & *accusatori* rejectionem permittat, atque in eorum locum subsortiatur. Item facito, ut *accusatori* viginti dies, totidemque *reo* concedat.



Sicaufam non noverit, ei comperendinare, & ampliare reum, jus fit.

*Prator*, qui ex hac lege quæret, facito, ut *reodamnato* lis æstimetur, & aqua, & igni interdicatur. Qui in reatu decesserit, ne ei lis æstimetur.

Extant hæc fragmenta apud *Ciceronem* pro *Cluentio*, in *Verrem*, & apud *Asconium* commentariis in *Verrinas*.

### *Julia lex.*

Postremo, *C. Julius Casar* legem de pecuniis repetundis tulit, quæ usque ad extremum servata, etiamnum in *Pandectis* celebratur. Latam autem esse in primo Consulatu ejus, colligitur ex oratione *Ciceronis* in *Vatinium*, qui *Casare* Consule tribunatum plebis gessit, & ex oratione pro *Sextio*. Hujus legis hæc capita reperiuntur.

*Prator*, qui ex hac lege quæret, de eo quærito, qui cum aliquam potestatem haberet, pecuniam ob judicandum, decernendumve acceperit, vel quo magis aut minus quid ex officio suo faceret. Item de eo, qui comes judicum pecuniam ceperit. Qui ob denuntiandum, vel non denuntiandum testimonium pecuniam acceperit, cui damnato testimonium publice dicere, aut judex esse postulare non liceat. Item de eo, qui ob militem legendum, mittendumve, æs acceperit, quive ob sententiam in senatu, consiliove publico ob judicandum pecuniam acceperit, vel ob accusandum, vel non accusandum. Item de iis, qui magistratus *urbani* plus domi muneris in anno acceperint, quam quod sit aureorum centum. Item de eo, qui ob judicem arbitrumve dandum, mutandum, jubendumve, ut judicet: quive ob non dandum, non mutandum, jubendumve, ut judicet: quive ob hominem in vincula publica conjiciendum, vinciendum, vincirive jubendum, exve vinculis dimittendum: quive ob hominem condemnandum, absolvendumve: quive ob litem æstimandam, judiciumve capitis, pecuniæve faciendum, vel non faciendum, aliquid acceperit. Qui in acceptum tulerit opus publicum faciendum, frumentum publice dandum, præbendum, facta testata tuenda, antequam perfecta, probata, præstita lege erunt. Quod contra hanc legem *proconsuli*, vel *pratori* donatum erit, non liceat usucapi. *Venditiones*, *locationes* ejus rei causa pluris minorisve factæ irritæ sunt, neque usucapio esto prius, quam in potestatem ejus, à quo perfecta res sit, hæredisve ejus veniat. Item de eis, qui munus publice mandatum accepta pecunia ruperunt. Item de eo, qui ob negotium faciendum, aut non faciendum per calumniam pecuniam accepit. Atque hæc quidem sunt in *Pandectis* ad legem *Juliam* de repetundis, & de calumniatoribus. Apud *Ciceronem* verò, & alios hæc præterea inveniuntur.

*Prator*, qui ex hac lege quæret, de eo quærito, qui *procos.* & *propr.* cædes, adulteria, & stupra in provincia fecerit. Qui jus in liberos populos de pecuniis creditis dixerit. Qui de provincia exierit, aut exercitum eduxerit, & sua sponte bellum gesserit. Qui modum in imperato, & æstimato frumento exigendo excesserit. Qui libertatem socii non conservaverit. Qui aurum coronarium aut impetraverit, aut acceperit sine *S. C.* Qui quidquam à sociis præter fœnum, & quatuor lectos, & ligna acceperit. Qui rationes in provincia apud duas civitates non reliquerit, & easdem totidem verbis ad ærarium non retulerit, & ultra triginta dies comites in beneficiis detulerit. Ut *prator* quærat ab iis, ad quos pecunia pervenerit. Quod eorum judicum major pars judicavit, id jus ratumque esto. Horum criminum pleraque objecit *Pisoni* *Macedoniæ* *proconsuli* *Cicero* in oratione in eum habita. Sed de criminibus publicis satis.

## CAPUT XXXI. & ULT.

### *De aliis miscellaneis legibus.*

#### *Icilia lex de Aventino monte.*

IN hoc caput conjiciemus eas leges, quæ in superioribus locum non habuerunt, neque tamen prætermitti à nobis debuerunt. Consignabimus autem eas, prout nobis occurrent. Primum occurrit *lex Icilia*, à *L. Icilio* tribuno plebis, *M. Valerio Maximo*, *Sp. Verginio Tricostio Calimontano* *Coss.* anno *cccxvii.* lata, ut *Aventinus* mons plebi ad ædificia concederetur. *Dionysius* lib. 10. sic eam recitat: Ut quæ privati homines bono jure parva possidebant, ea manerent penes pristinos dominos. Quæ per vim aut fraudem occupassent ædificiis, ea restituto ex arbitrorum sententia pretio ædificationis, addicerentur populo: quæ publica essent, ea sine pretio plebi dividerentur. Meminit ejus & *Livius* lib. 3.

#### *Atilia lex, de dedititiis.*

*Atilia* de dedititiis, quam tulit *L. Atilius* tribunus plebis *M. Claudio Marcello* *iv.* *M. Valerio Lavino* *Coss.* anno *ixlxi.* Omnes Campani, *Attelani*, *Calatini*, *Sabatini*, qui se dederunt in arbitrium, ditionemque populi Romani *Fulvio* *proconsuli*, quæque una secum dederunt, agrum, urbemque, divina; humanaque, utensiliaque, sive quid aliud dederunt: de his rebus quid fieri velitis vos rogo, *Quirites*. Plebs sic jussit: Quod senatus maxima pars censeat, qui assidetis, id volumus, jubemusque. *Liv.* lib. 26.

*Clodia lex, de collegiis.*

*Clodia de collegiis*, quam tulit P. Clodius tribunus plebis: L. Calpurnio Pisone Casonino, A. Gabinio Coss. anno 10cxcv. ut *collegia*, id est, conventus artificum à Numa instituti, & magna ex parte partim legibus, partim senatusconsultis sublatis, restituerentur, multique alii constituerentur. Cicero pro Sextio, in Pisonem, pro Domo, Aconius in Cornelianam, Dio lib. 38. de collegiis in x11. tab. diximus.

*Licina lex, de sodalitiis.*

Fuit & *Licina de sodalitiis*. Ut in sodalitiis iudices ab accusatore ex tribubus ederentur. Cicero pro Plancio, & lib. 8. epistolarum ad familiares.

*Cæcilia lex, de jure Italiæ, & tributis tollendis.*

*Cæciliam de jure Italiæ*, & de tributis tollendis tulit Q. Cælius Metellus Nepos, L. Afranio, Q. Cæcilio Metello Celere Coss. anno 10cxc111. Ut Italia à vectigalibus immunis esset. Dio lib. 37. Cicero lib. 2. epist. ad Atticum: Portorii Italiæ sublatis, agro Campano diviso, quid superest domesticum, præter vicefimam?

*Cæcilia lex, de fullonibus.*

Fuit etiam *Cæcilia de fullonibus*, quam tulit Cæcilius Metellus. Cæjus Flaminius, Lucius Æmilius censores dedere ad populum ferendam, cum illis non liceret. Plin. lib. 36. cap. 17.

*Sempronia lex, de viis Italiæ.*

*Sempronia de viis Italia*, lata à Cajo Sempronio Graccho tribuno plebis, Quinto Cæcilio Metello Balearico, Tito Quintio Consulibus anno 10cxxx. Ut viæ in Italia munirentur, sternerentur, lapidibus miliaria discernentibus notarentur, pontibus instruerentur. Plutarch. in Gracchis, & alii.

*Claudia lex, de scribarum negotiatione.*

*Claudia de scribarum negotiatione*: quam Hottomannus scribit, videri *Claudia* de senatorum quæstu, quam supra rerulimus, partem fuisse. Suetonius in Domitiano: Scribas quæstorios negotiantes ex consuetudine, sed contra *Claudiam legem*, venia in præteritum donavit. Aliud de ea lege nihil reperitur.

*Cornelia lex, de lusu.*

*Cornelia de lusu*: Ne quis in pecuniam luderet, sponsonemve ejus rei ergo, nisi qui corporis exercendi causa susceptus esset, faceret: veluti si certaretur disco, hasta, pilove jaciendo, currendo, saliendo, luctando, pugnando, quæ virtutis causa fiebant. utrum autem hæc lex reipublicæ an Imperatorum temporibus lata sit, vix sciri potest. Hujus Marcianus l. 3. ff. de aleatoribus mentionem facit.

*Publicia lex, de lusu.*

Fuit & *Publicia de lusu*. Ne quis in pecuniam luderet, sponsonemve in ludo, nisi qui virtutis causa susceptus esset, faceret: veluti si quis certet hasta, vel pilo jaciendo, vel currendo, saliendo, luctando, pugnando. Marcianus l. 3. ff. de aleator. Idem lege Titia & Cornelia sancitum fuit, ut idem refert.

*Titia lex, de lusu.*

*Titia de lusu*. Ne quis in pecuniam luderet sponsonemve in ludo, nisi qui virtutis causa susceptus esset, faceret. Marcianus l. 3. ff. de aleat.

Meminit etiam Cicero Philipp. 2. legis de Alea.

*Talaria lex.*

*Talaria de talorum lusu* nominatur à Plauto in Milite glorioso:

Atque adeo ut ne legi fraudem faciam talaria,  
Accuratote, ut sine talis domi agitent convivium.

Facete ad legem aliquam de alea veterem alludit, qua talorum lusus convivii interdicebatur, *Publiciam* forte aut *Titiam*.

*Pagana lex.*

*Pagana lege* in plerisque Italiæ prædiis cavebatur, ne mulieres per itinera ambulantes torquerent fufos, aut omnino detectos ferrent: quoniam adversaretur id omnium spei, præcipueque frugum. Plinius libro vigesimo octavo, capite secundo. Sed de legibus hæcenus.

## AD CAP. XXIV. XXVI. XXIX. XXXIV.

## PARALIPOMENA.

*Parricidium coercitum variis poenis, multatione bonorum, soleis ligneis, carcere, manuum detractione, culeo, quid id fuerit supplicii, quid in eo cum reo includeretur, iudicium de Oreste, falsi testes, ambitus, equuleus.*

**N**on est hic nobis sermo de *parricida*, qui *parem*, id est hominem occiderit, ut notant Fr. Balduinus lib. de legib. Romuli pag. 25. & Jacobus Rævardus comment. in reg. jur. cap. 109. & de ea re lex Numæ intelligenda. Si quis hominem liberum dolo sciens morti dicit, *parricida* esto. Ac ne is quidem hoc loco *parricida* censetur, qui fratrem suoremve premerit, ut habet Isidorus lib. 5. Etymologiar. cap. 26. sed qui patrem tantum aut matrem sukulerit, aut pater liberos interfecerit, ut definit Constantinus Cæsar l. 1. tit. 17. lib. 11. Cod. Theodof. aut frater fratrem interimens. Aurel. Prudent. Hamartig.

*Armat deinde parricidalem manum*

*Frater.*

C. Sueton. in Nerone cap. 39. ubi Æneas patrem discrimini subduxit, Nero matrem interfecit:

*Quis neget Æneæ magna de stirpe Nerouem?*

*Infulit hic matrem, infulit ille patrem.*

De poenis tam horrendo sceleri debitis, disquiram, quamquam neque Solon, ut est apud Plutarchum in eo, & Laërtium lib. 1. neque Romulus quicquam in parricidas itaturus, quod neminem tam nefarium existimavit, ut vellet tantum scilicet admittere. Paul. Oros. lib. 5. cap. 16. in principio. M. Tull. pro Sexto Roscio, & alii. Isidor. in gloss. MS. *parentia, de parricidio lex*, quam latam intellige multis seculis ab Urbe condita, ut sum infra dicitur. Ac primum levissime eos puniit Julius Cæsar, ut bonis omnibus tantum multaret, Cicerois auctoritate C. Suetoo. Julio cap. 42. locus quidem ille in codicibus Cicerois, qui hodie extant, non reperitur, & neque puto de parenticidis, locum illum debere intelligi, sed de parricidis, hoc est homicidiis, ut jam proxime ante admunii, & lex extat tribunitia eodem sensu sumenda, auctore Festo Pompejo lib. 17. in voce *facere*. Verba legis sunt ista: *Si quis eum, qui plebis scito fuerit, occiderit, parricida ne sit*. Itaque ut puto parricidium pro homicidio hic usurpari, ita levem hanc coercitionem homicidiis decretam.

Secundo ex veteri legum Romanarum præscripto, ut *soleis ligneis pedibus indulsis essent, & is in carcere duceretur*, ut est apud auctorem Rhetorices ad Herennium lib. 1. ubi nonnullæ editiones habent, *solea ligneæ pedibus indulsis, alix, pedibus indulte*: sed parum interest. Ratio ecce illa traditur ab Hadriano Turnebo lib. 13. Adversarior. cap. 13. *Ne terram communem omnium parentem a tali in improbo contaminaret*. Tertiam autem communem esse *parentem hominum, ut cælum deorum* dixit Plinius lib. 2. cap. 63.

Tertio ad annum domi affervabantur parricidæ, aut carcere continebantur, donec exacto anno plecti debitis poenis, ut magistratu possent. Calpurnius Flaccus Declamat. 4. cui epigraphæ est, *Damnatus parricidii anno custoditur*. Thema, *Damnatus qui sub nocere est, nulli illum pater domi custodire, ille petit, publico carcere servetur*.

Quarto non occidenti parentes, sed tantum verberanti, manus amputabantur, L. Sen. lib. 5. Contra vers. 4. & lib. 9. Contra vers. 4. In sacris literis Exodi cap. 20. 21. Et Proverbior. cap. 23.

Quinto subiecto igne comburebantur; lex enim hæc extat in Harmenopulo lib. 6. cap. 6. *qui ascendente, vel descendente occiderit, id est, parentes, vel liberos, igni traditor*. Exemplum huius in Gregorio Turon. lib. 3. Histo. Francor. cap. 39. de Clodovei Galliarum Regis filia, Jul. Paulus IC. tit. 24. lib. 5. Receptar. sententiar.

Denique culeo infuebantur; quod longa auctorum catena

probat. Vet. scholiast. Juvenal. ad v. 212. sat. 8. *Parricidis in culeo clausis, ad ranam simia & serpentes jungi solebant*. Idem ad v. 155. sat. 13. *Culeonem insui consueverunt, qui hæc scelera tentarent, id est, parricida cum simia & serpente, & in mare mitti*. Dositheus Grammaticus seu Magister in Sententiis & Epitulis Hadriani Imperatoris lib. 2. *ἰζίνετο νόμος τις τῆς τῆς πῦρος πᾶσι ἀνθρώποις, ὅπως ὅσις πατροκτονίας ποιοῦναι δημοσίας εἰς μόλῳν πῆμθεις συρραφῆναι μετὰ ἰχθύνης καὶ τῆς κῆ, καὶ ἀλκίτορος, καὶ κύνος, ἀπὸ τῶν ζῴων ἀσέβη ἀθροῦς, καὶ εἰς ἀμαξὰν ἰζουμένην μελαίνῳν βούῃ κατατιγθῆναι πρὸς θάλασσαν, καὶ εἰς βύθονα βληθῆναι ἰδιῶν ἐν ὑπόδειγμα τιμωρίας, ἵνα μάλλον φοβηθῶσιν ἄτος ἀτίστον ἔργον ποιῆσαι*. Quæ sic Latine sonant: *Fuit lex quædam huiusmodi omnibus hominibus, nisi qui parricidium seisset, publice in culeum missus infueretur, cum vipera, & simia, & gallo, & cane, impius homo impiis animalibus, & in plaustrum iunctum nigris bobus deportaretur ad mare, & in profundum mitteretur. Offenderunt enim exemplum poenæ, ut magis timeant tam crudele opus facere. mox γὰρ pro culeo Dositheus usurpat, ut & eadem voce utitur Joannes Xiphilinus in Nerone, & Hesychius Grammaticus in voce ἄλλοι Fulgentius Planciades libello de prisco sermone: Culeus dicitur saccus, in quo rei conlucit in mare mittuntur. Neque satis saccum appellasse, sed ex qua materia fuerit ille, percipiendum. glossar. vet. *culleum* vel *colleum*, ταυρίως ἀσπός, ταυρίνους κορίαν. & iterum *cullens*, ἀσπός βόσιος, saccus aut corium bovium, & plane ἀσπός & μόλῳν conjuncti Julius Pollux lib. 10. Onomastic. cap. 50. Verit Rudolphus Gualterus uterque & molgum. Signantissime Anjanus verus imepres ad l. unicam C. Theod. de parricidis. Si quis patrem, matrem, sororem, filium, filiam, vel alios propinquos occiderit, remoto omni aliorum genere tormentorum, facto de coriis sacco, qui culens nominatur, in quo cum missus fuerit, cum ipso etiam serpentes claudantur, & si mare vitinum non fuerit, in quolibet gurgite projiciantur, ut tali poenâ damnatus nullo tempore obtineat sepulturam.*

C. Suetonius *asoperam* nominare videtur in Nerone cap. 45. *Statua ejus à vertice currus appositus est, cum inscriptione Græca, nunc denum agona esse, & traheret tandem: alterius collo & asopera delegata, simulque titulus, ego quid potui? sed in culeum missus est*. Hadrianus Turnebus ex MSS. codicibus legendum putavit, *currus appositus, & raderet tandem*. Sed quid agoni cum cincinnis, aur citris? ut buvi cum ctitellis. & convenienter Philipp. Beroald. & Ant. Sabellicus retinent *currus*, ut sit simulachrum circensium ludorum, quibus currus prælati. Insequentibus gravissima difficultas, nam certum est pro *delegata* debere legi *deligata*, id est, appensa, postea *asoperam* rectissime legunt critici post Mifcelum Politianum Miscellaneor. cap. 20. ex Suida id confirmari potest in voce ἀσπὸς πῆρα, qui interpretatur τὸ μαρτύριον, σακκοπάτιον, marsupium aut sacculum. Aliis placet *asopra*, alius *es. opa*. Turnebus, *asopra*, quod apud Aristophanis Scholiastem *lorum* significat, legit. Denique Theodoros Marcellus ad leg. Xviral. cap. 81. *asopra*. Sed primam lectionem viri docti receperunt, Hæacus Casaubonus, Lævinus Torrentius, Marcellus Donatus. Præter hæc nomina, aliud legitur apud Joannem Zonaram Tom. 2. Annal. pag. 16. τὸν ἕτερον τῶν φυλασσέσθων αὐτῶ Μάρκος Ἀχιλλίον χρέμασι ἀναπίσαντες, μεταγράφοντό τινα γινωθέντος διὰ τὸ εἶς ἔργον, ὁ Μάρκος δύο βύρσαις συρραφίσαις ἐμβληθεῖς, καταποντῶν ὁ ἐξ ἐκείνης μετέπειτα κατὰ τῶν παροκτόνῳ ἰπεκράτησι γίνεσθαι, ἵνα μῦτε ἢ γῆ, μῦτε ὁ ὕδωρ, μῦτε ὁ ἥλιος μινδῆ αὐτῶ θνήσκοντες. Hieronym. Wolfius Latine reddidit. *Altero custodiam M. Aquilio largitionibus corrupto, quadam transcripserunt: quo scilicet igno cognito; Marcus culeobifertus, atque submersus est, id supplicii genus post in parricidis observatum, ut neque terra, neque aqua, neque sol eorum morte inquiraretur*. P. Ovid. ad hunc sensum de Scylla, qua Nisum patrem prodiderat lib. 8. Metamorphos. fab. 1.

*Præmia nulla peto, nisi te, cape pigrus amoris,  
Purpureum crinem, nec me nunc tradere crinem,  
Sed patrium tibi crede caput, sceleraque dextra  
Munera porrexit, Minos porrecta resugit,  
Turbatusque novi respondis imagine facti.*

Dii te summoveant, o nostri infamia sceli,  
Orbe suo, tellusque tibi, pontisque negetur.  
At culci solius mentio apud Zonaram habetur, ut & apud L.  
Apulejum lib. 10. Milefian. Nec quisquam decurionum tam  
agens remanserat juveni, qui eum evidenter noxe compertum culco  
insui non pronuntiare. Firmian. Laetant. lib. 3. cap. 14. Nos  
ergo, M. Tulli, parricide sumus, & insuendi te judice, in culcum.  
Nec id sine erudita cautione legendum; nam in principio nihil  
penitus infuebatur culco cum parricida. Probatur id ipsum de  
Valerio Maximo l. 1. c. 1. eandem cum Zonara narrante histo-  
riam: Culco insutum in mare abjici jussit, idque supplicii genus  
non multo post parricidis lege irrogatum est. Jacobus Cujacius lege  
pro more lumit, & legit, idque supplicii genus multo post parricidis  
lege irrogatum est. Ovidius ad Corneliam legem allusit,  
que prior Pompeja fuerit. Ex Pomponio l. C. l. 2. ff. de origi-  
ne. Hanc antiquam legem appellant Imperatores Gratianus &  
Valentinianus lib. 9. Cod. Theod. tit. 15. & disquirunt Hiero-  
nym. Magius lib. 4. Miscellaneor. cap. 8. Ennodius Magnus  
Ticinctis Dictione 8. Nescito utrum accusem, an quod tyrannus  
es, an quod parricidas premio honoras, utriusque digni crucibus, &  
de presentis vita culcis effugandi. Primi ergo legislatores ex huma-  
na societate deturbare & eliminare parricidas tantummodo  
contendebant, quod & Plato lib. 11. de legibus praeferbit, cu-  
jus haec sunt apud interpretem Marfilium Ficinum: Et qui cadis  
(parricidii) hujusmodi condemnatus fuerit, tamen a judiciis mini-  
stris, quam a magistratibus occidatur, trahaturque extra Urbem  
in statum trivium nudus, ubi singuli magistratus pro universa  
civitate in mortui caput lapidem mittant, atque ita civitatem  
omnem purificent, demum ultra regionis fines portatum, secundum  
leges insuperant abijciant. Extra fines deportari, est in mare  
devolvi. Constantin. Aug. l. m. C. de his qui par. vel. lib. occid.  
Ut omni elementorum usu carere vivus incipiat, & in calum super-  
stitii, terra mortuo auferatur, aut in solitudinem projici, hoc  
est, in insulam deferant, ut loquitur Julius Capitolin. in Anto-  
nino Pio. Utriusque rei testis locupletissimus Plautus, de mari  
in Vidularia quae interit, sed citat Priscianus:

jube hunc insui culco,  
Atque in altum deportari, si vis bonam  
Annonam.

De abjectione seu deportatione idem in Pseudolo, sc. exite in  
fine;

Si mihi non jam huc culcis oleum deportatur,  
Te ipsam culco ego cras faciam ut deportere in peregrinam,  
Ibi tibi adeo lectus dabitur, ubi tu haud somnum capias,  
Sed ubi usque ad languorem.

Accessit crescente indies parricidarum numero, gravitas supplicii,  
ac primum serpentes cum noxio includi coepere, ut de C.  
Villio scriptum reliquit Plutarchus, L. Seneca lib. 5. Controv.  
4. in fine, T. Livius 5. Decad. lib. 8. Valer. Max. lib. 1. cap. 1.  
postea simia, ut jam probabitur, denique canis & gallus gallina-  
ceus, quod a Constantino primum adjectum videtur, Conrad.  
Rittershusius, neque gladio, neque igni subijgeretur (parricida)  
sed insutus culco cum cane, simia, vipera & gallo, inter ferales  
angustias comprehensus, serpentium contubernio misceretur, ut lo-  
quitur Imperator l. un. C. de his qui par. vel. lib. occid. quod li-  
verum est, Trebonianus interpolavit legem Modestini l. pen.  
ad leg. Pomp. de parricidis. Pompejus enim nihil tale in par-  
ricidas tulit, cujus lex eadem cum Cornelia, ut ostendit I. Cu-  
jaciis in notis ad Paulum lib. 5. tit. 25. Juvenalis sat. 8.

Libera si dentur populo suffragia, quis tam  
Perditus, ut dubitet Senecam praeferre Neroni,  
Cujus supplicio non debuit una parari  
Simia, non serpens unus, non culcus unus.

Idem sat. 13.

Vel deducendum cerio bovis in mare, cum quo  
Clauditur adversis innocua simia satis.

Isidorus Hispalensis in glossis: Culcus, trunca ex spurto in mo-  
dam crumena facta, qua linebatur a populo pie & bitumine, in  
qua includebantur parricida cum simia, serpente, & gallo, insuta  
mittebatur in mare, & contendebat inter se animalibus, homo  
majoribus penis afflictabatur. Correctione opus non levi, itaque

rescribere, qua linebatur a populo. Est quippe publicus idem ac  
carisus. glossar. vct. dicitur, carisus, & interdum cum adje-  
ctioe servus solet vocari. C. Vell. Patercul. lib. 2. hist. Roin.  
cap. 19. In carcerem Minturnensem jussu dumvir ductus est, ad  
quem interficiendum cum gladio missus servus publicus, natione  
Germanus, qui forte ab eo Imperatore bello Cimbrico captus erat,  
ut agnovit Marium, profugit & carcere, abjecto gladio. Val. Max.  
lib. 2. cap. ult. tit. 7. eandem rem narrans: Missus ad eum occi-  
dendum in privata domo. Minturnis servus publicus, natione Cim-  
ber, & senem, & incremem, & squallore obstitum, stridam gladium  
tenens, aggregari non sustinuit. Paterculus in carcere, ille in privata  
domo claudum Marium vult, sed forte carcer & in domo, uti  
hic Cimbrum, Livius, Auctorque vir. illust. c. 67. Gallum faci-  
ciunt, immisissum percuissorem Gallum vulens auctoritate determit.  
Sed facile illud distium componere, nam Gallorum nomine  
antiquitus & Germani & Cimbrici continebantur, ut Jac. Scheg-  
rellam jussu tyrannorum veneni positionem non dubitauerat hausit,  
quodque ex ea superfererat, jocabundus illi sum hunc clarum edore  
sonum coegit, reddensque servo publico qui eam tradiderat, Critia,  
inquit, propino. Juvenal. sat. 10. in principio:

tantum orbem, quanto cervix non sufficit una,  
Quippe tenet sudans hanc publicus, & sibi Consul  
Ne placeat, curru servus portatur eodem.

Alio sensu servi publici magistratum, aut recip. ministri appel-  
lantur, ut in Octavio c. 2. in Suetonio legunt, muniti publici  
magisterii contentus, lege, ministerii. L. Apul. l. 9. Milefian.  
in fine, & lib. 10. donec ministeria publica conferant. Petron.  
Satyr. pag. 50. Intrat stabulum praeco cum servo publico, atque  
sane modica frequentia. C. Plin. junior. lib. 10. epist. 30. Utrum  
per publicos civitatum servos (quod usque adhuc saltem) an per  
milites asservere custodias debeam. Eiusdem libri epist. 40. In  
plerisque civitatibus maxime Nicomediae & Niceae, quidam vel  
in opus damnati, vel in ludum, similiaque his genera pauperum,  
publicorum servorum officio ministerioque funguntur, atque etiam  
ut publici, annus accipiunt. Sed quis hic dicitur dicitur,  
servus publicus? ut in Juliano Aug. epistolis, quicunque, ut  
puto, publicis usibus invigilans, prater feribas, & victores, ut  
illos namque disjungit C. Jul. Frontinus lib. de Aque ductib.  
Lictores binos, & servos publicos, & scribas habeant. Definire-  
que non male a Joanne Maria Catanaxo, respública nomine  
emptus, & publicis usibus inferiens. Quaris quanam eorum  
officia servorum? custodias tuebantur, vias publicas munitibus,  
cloacas purgabant. Et de istis quadam I. Lipsius ad Taciti sui  
Annal. 2. sed de diverticulo in viam.

De parricidarum poenis jam antea nominatis, Tertullian.  
lib. de anima, Theophilus paraphrastes lib. 4. Institut. Imperial.  
tit. 18. Carl. Rhodion. lib. 11. cap. 21. Paul. l. C. lib. 5. tit.  
24. sententiar. mutationem poenae ostendit. Hi (parricida) est  
antea insuti culco in mare praecipitabantur, hodie tamen vivi ex-  
runtur, vel ad bestias damnantur. Congerit pleraque supplicia  
in eos Sidonius Apollinaris lib. 4. epist. 22. Dignum abdicatio-  
ne, cruce, culco claudens, ceterisque suppliciiis parricidialibus.  
L. Sen. lib. 1. de ira cap. 16. Cervicem noxios parricidii jubebo, &  
eum parricida in suam culco. Et lib. 1. de Clementia cap. 15.  
Non culcum, non serpentes, non carcerem dixerit. Ecce ut  
ostendat suo seculo. nec gallum, nec canem includi solet, so-  
los serpentes nominat. Eiusdem libri cap. 23. pater tuus plures  
intra quinquagesimum culco insuit, quam omnibus seculis inferos  
acceptimus. Mento orator apud eundem lib. 3. Controv. 17.  
Carisus te culco totum insuisset. Georg. Cedren. Compend.  
historiar. p. 161. de Pilati morte dignatus bovis, pelli bovina  
eum insutum vult. C. Sueton. in Augusto c. 33. Manifesti  
parricidii reum, ne culco insueretur, ita fertur interrogasse. Ad  
ad legem primam, & ultimam ff. de penis, & l. 1. C. cod.

Sed antequam includeretur culco, virgis sanguineis cadeban-  
tur, idque Modestinus prodidit l. 9. ff. ad leg. Pompejam de par-  
ricid. caput tegebatur. Fest. lib. 12. in voce nuptias, cujus haec  
sunt verba, obvolvete quod antiqui obtubere vocant, ob quam

*causam legem quoque patris tab. III. jubere caput ejus obruere, qui parcentem necavisset.* Auctor Rhetorices ad Herennium lib. 1. *Damnatio sollicito iustitiam obvolutum est.* M. Fabius Quintilianus. Declamat. 298. *Cujus statim ora oculoque à iudicio lex iussit abduci, ne hunc juvenum oculi aspectum polluerent tetri oculi.* Quod autem de p. auro, & de nigris bobus disseit Dositheus, puto, nullibi alibi reperitur, sed ratio hac esse potest, quod hujusmodi coloris victimæ Diti patri manibusque sacrentur, in quorum peculio damnata jam habebatur.

Sed enim mirum illud mihi pensare cogitanti visum, non modo non esse exploratum, à quo prima de parricidio lara lex sit, sed ne nomen ejus certo prodii, qui primus ejus criminis reus ceciderit. Certe post bellum Cimbricum & Marii victoriam id primum factitatum luculentis prodium est auctoribus, pumumque matre necata damnatum P. Maelum, ut Floro Epitoma T. Livii placuit lib. 68. aut M. Maelum: Alexander Neapolitanus lib. 3. Genial. diar. cap. 5. aut denique Publiliam, Paul. Orosius lib. 5. cap. 16. Vide locum, in quo plerique huc spectantia invenies, ritusque parricidia puniendi diligenter explicatos deprehendes quid Græci de accusato Oreste matricida censuerint, quare eum Minerva absolvit, perpendit erudit P. Victorius lib. 13. variar. lection. cap. 23. ex Marilianæ Ciceronis, & vide M. Catonem lib. 3. Originum, qui expressit eadem eam scribit, Probus Grammaticus in Bucolica Virgilia. M. Varro in Eumenidibus apud Nonium Grammaticum:

*Di o viisse Oresten, vos ab hoc facessite.*

Martian. Capell. lib. 5. pag. 159 Pindar. Pythior. od. 11. & ut se defenderet, *πέτρα εὐαργία πικρά ἢ Ἀπόλλωνος φησὶ, fertur arcus ab Apolline accipisse.* Seschichorus, referentibus Euripidis Scholiastæ. Cujus accusationem Carcinus poemate complexus est, eumque de matre coactum respondere, ambagibus utentem inducit. Suidas in voce *καρκίνος*.

P. Ovid. *In matre patris malus ultor Orestes.*

Ver scholiast. Juvenal. ad sat. 8. v. 215.

*quippe ille diis auctoribus, ultor*

*Patris erat, casti mediæ inter pœnula.*

Præclarissima vero, ut semel concludam, disquisitio parricidii, si negaretur, hæc invaluat, ut pedibus ignitos vomeres calcarent. quod probationis genus I. Buleus *presumptionem* vocat. Caroli Magni Capitulat. Append. sec. ad lib. 4. c. 3. Et in Synodo Bavarica coacta sub Tassilone duce, temporibus Caroli Magni, pag. 143. *Si quis de libertate sua fuerit interpellatus, & vitens, ne in servitium cadat, aliquem de propinquis suis, per quem se in servitium castum timet, occiderit, id est, patrem, matrem, patrui, avunculum, vel quamlibet hujusmodi propinquitatis personam, ipse qui hoc perpetravit, moriatur, agnatio ejus & consanguinitas in servitium cadat, & si negaverit se illum occidisse, ad novem vomeres ignitos iudicio Dei examinandus accedat. Antiquissimum sane id probationis genus, per ignem veritatem experiri, ut nudis pedibus super carbones in sacrificiis, aut ferum candens incederet examinandi. Servius ad v. 786 lib. 11. Æneid. C. Jul. Solin. polyhistor. cap. 8. Plinius, & poetæ. Virgil. loco jam laudato:*

*Sancte pater, summi cuspis Soracis Apollo,*

*quem primi colimus, cui pinus ardor accrua*

*Pulsitur, & medium freti pietate per ignem*

*Cultores multa preminis vestigia pœna.*

Quod ut si volumus, & præfatum Varro irridet, causamque religionis contemptor, adseribit, quod medicamento plantas tingent: Ita tamen gentium consuetudine receptum me pridem monuit eruditiss. Theodorus Marcellus, & præsertim id in barbaris observatum, lapsa jam republica Romana, testes uberrimi sunt Helmoldus in Histor. Savor. Aimonius Monachus lib. 5. cap. 34. Hildebertus Cenomanensis epist. 17. Petr. Venerabilis lib. 6. epist. 29. Saxo Grammatic. lib. 14. Nicephorus Gregoras lib. 6. cap. 1. Casarius Monachus lib. 2. c. 16. Georg. Pachymerius in Græcor. histor. Ivo Carunensis variis in locis, epist. 74. & epist. 76. epist. 91. epist. 234. epist. 251. epist. 283. & alibi, Aventinus Annal. Bojor lib. 4. ubi de consecra-

tione ferri, meminuit & Sigebertus in Chronic. lex Anglica tit. 15. lex Francica lib. 4. lex Ripuarior. tit. 32. *Quod si postquam eum ad ignem applicaverit, friga lapsus fuerit, &c.* Explicari videtur ex titulo ejusdem legis præcedenti: *Eum super quatuordecim noctes ad ignem representato, & sic de ejus præsentia cum se-succa fidem faciat.* Et tit. 33. §. 5. *Ad ignem, seu ad fontem ex-cursare studeat.* Licet non ignorem in jure canonico hoc genus explorationis prohibitum, c. *menau.* 2. 4. 5. &c. *consultus*, 9. 6. ritum operosissime totum describit Heliodor. lib. 10. *Æthiopic.* variis in locis, sed præsertim pag. 466.

Def. si crimine plena jurifconsultorum volumina, & quam graviter inde in illud animadvertent, repetere ex Strabone Asiatico lib. 15. pag. 813. longum esset enumerare omnium gentium atarumque placita. Carolus Magnus lib. 3. Capitularii cap. 41. si appliciter, *falsi testes ut non recipiuntur*, edixit, eademque præscripsit Synodus Bavarica pag. 146. dixi supra, ubi de adulterii pœnis. Pseudo-Cornutus ad v. 77. sat. 6. A. Petrii. *Cappadoces dicebantur habere naturale studium ad falsa testimonia proferenda, qui nutriti in tormentis à pœnitia, equilem sibi facere dicebantur, ut in eo se invicem torqueant, & cum in pœna perdurarent, ad falsa testimonia se bene veniunt.* Conducti igitur falsa testimonia exhibebant, ut insinuat D. Juvenalis sat. 14. v. 218.

*Falsus erit testis, vendet perjuria summa*

*Exigua, Cerevis tangens aramque pedemque.*

Ægyptii certe capitali falsos testes affliciebant supplicio. Diodor. Sicul. lib. 2. Bibliothec. cap. 3. at Lydii tanquam societate sua indignos vendebant. Melchior Junius quaestionum Politicar. tom. 3. quaest. 98.

Ambitus crimen civitatis propius dixit Sallustius, inter publica animadversione digna censetur 1. 2. ff. de judic. public. & cognitionem habet cum *reputandis*. Juvenalis saty. 14. apud Pet. Gregor. Tholofatem lib. 36. syntagmar. Jur. univer. cap. 29.

*peregrina ignotaque nobis*

*Ad scelus atque nefas, quodcumque est, purpura vendit.*

Dicitur ambitus, ab universis civibus in petitione magistraturarum ambitis, candidati enim circuibant, præstantib, mitiſſica spondebant, neque enim, nisi in comitis suffragia sua dare populus poterat. Fl. Blondus libro 3. Romæ triumphant. Nicol. Ciuchius lib. 1. de comit. Rom. cap. 6. hæc prima fuerunt exordia, crevit deinde ambitio, & mercari honores civicos coeptum. Aſcon. Pædian. in argumento Catlinar. & in Cornelianam. quis tamen primus largitione suffragia furatus, incertum, etiam a re Trajani. Plutarch. in Coriolano, quanquam apud Plinium, Q. Coponium eo nomine damnatum ambitus accipianus, quod amphorum vini cepisset. vide Plinium juniorem libro 6. epist. 5. Et epist. 19. *Cumque res vana esset & ventosa, nullumque haberet terminum, ut loquar cum L. Seneca epist. 84. variis legibus coarctata est.* C. Sueton. in Augusto cap. 34. Et cap. 40. & in Cæsare cap. 9. *Atque utinam* (verba sunt Valerii Maximi lib. 4. cap. 4.) *more majorum nihil eorum, quæ virtuti debentur, emere pœnita liceret.* l. 1. Cod. Theodof. de munerariis lib. 37. C. cod. de decurionib. Fortunat. lib. Poëmat. capite 16.

*Leges resistunt ambitum,*

*Invasor omnis pellitur,*

*Quod respicit prætoriam,*

*Vitet nefas ecclesia.*

Pœna erat, ut honoris petitiones prohiberentur, certaque mœdarentur pecunia summa. Dio Coccejan. lib. 26. aut Senatus moveretur. Sidou. Apollinar. lib. 1. epist. 3. dicam ad illud Claudiani lib. 1. in Ruff.

*Illic ambitio nasci, discedere rectum,*

*Venum cuncta dari, profert aræna, clientes*

*Fallit, & ambitus à principe vendit honores.*

Et lib. 2. de laudib. Stiliconis:

*Ac priam scelera matrem, que semper habendo*

*Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum,*

*Trudis avaritiam, ejus sedissima nutritrix*

*Ambitio: que vestibulis foribusque potantum*

*Excubat, & præstitis commerciis posuit honorum.*

M. Lucan. lib. 1. v. 177. elegantissime naturam illius otiminis expressit:

*Hinc rapti pretio fustes, selectorque favoris  
Ipse sui populus lethalsque ambitus Urbi,  
Annua venali referens certamina campo.*

Nec minus culce C. Petronius in Satyrico, ubi de bello civili, pag. 85. ubi, cum Appiano lib. 1. Civil. ortum interciues nimium potentes, ob hoc solum nomen, lethale bellum, sic enim suavissime canit:

*Nec minor in campo furor est, emittique Quirites  
Ad prædam strepitumque lucri suffragia vertunt,  
Venalis populus, venalis curia patrum:  
Est favor in pretio, senibus quoque libera virtus  
Exsiderat, sparsisque opibus conversa potestas,  
Ipsaque majestas auro corrupta jacebat.*

Supererat de equuleo dicendum, sed liber Hieronymi Magii posthumus, & tractatus de penis infra singula exhibebit. Interim L. Seneca audiatur lib. 3. de Ira cap. 3. & cap. 19. *Torserat per omnia, que in rerum natura tristissima sunt, fiduculis, tabularibus, equuleo, vultu suo.* Vide Festum Pompejum lib. 17. in voce robur & Gothefiedum ibidem. Valerium Maxim. l. 3. cap. 3. tit. 4. & lib. 5. cap. 3. tit. ult. de Phocione. dicitur ita, quod in eo reus extendatur. Isidor. lib. 5. Etymologiar. cap. 27. erat autem machina lignea equi similis, cui imponebatur torquendus. Adrian. Turneb. lib. 15. Adversatior. cap. 16. Apulejus affirmat esse Græcorum inventionem. lib. 10. Milesiar. M. Cic. lib. 4. de finib. *Nec sille sapiens ad tortoris equuleum à tyranno ira cogatur, similem sui habebat vultum ac si ampullam perdidisset.* Idem l. 5. Tusc. quæst. *Hæc etiam in equuleum conjiciuntur, quo vita non aspiat beata.* Legendi præerea sunt Carolus Sigonius lib. 3. de judiciis cap. 17. Antonius Gallonius Rom. Congregationis orator. presbyt. lib. de SS. Martyrum cruciatibus cap. 3. D. Cyprian. epist. ad Dona-

tum, & lib. de laude martyrii. D. Augustin. epist. 59. Euseb. Casariens. lib. 8. histor. ecclesiast. cap. 11. unde colligere liquet, nulum aliud tormentum frequentius esse in martyrum actis, ut non modo passim in scriptoribus legere est, sed & ex tabulis, ab eodem Gallonio delineatis. huic impositi penduli in aere librabantur. Incertus scriptor, sed antiquus, in vita S. Blasii. *justit cum in ligno suspendi.* Theodorët. lib. 3. histor. ecclesiast. cap. 11. de Theodoro quodam sub Juliano supplicii hujusmodi addicto, quod post illum recitat Sozomenus lib. 5. histor. cap. 20. ubi tamen Musculus non equuleum, ut deoivt, sed patrum transtulit: clare constat eum lapsum ex Rustino lib. 1. hist. ecclesiast. cap. 36. Autel. Prudent. io Romano martyre.

*Eviferandum corpus equuleo eminus  
Pendere, & unis ungulisque crescere.*  
Statim deinde, ut lignum ostendat fuisse, subjungit:  
*Jubet amoveri noxiam sibiitem.*

S. Paulinus lib. 5. de vita S. Martini, & ad illum Fr. Jurcutus in eruditissimis suis notis:

*Ast alii sursum porrecti robora ligni  
Triste ministerium furioso corde parabant,  
Ut caro dissentis prope male pendula membris  
Tortori laceros crucianda exponeret artus.  
Tartaream misero persundens sanguine dextram,  
Et spargens iristem per vulnera crebra cruorem,  
Utque eadem gemiaum satiaret pæna furorem,  
Lacussor laceri quatitabat corporis artus.*

Suspensum ita rei corpus variis ictibus lancinabatur, discerebaturque. Valafridus Strabus in Mammete id testatur:


*Jubet altius ergo  
Sanctum suspendi, tormentisque acerbis amens  
Pulsat utrumque latus, dum capitur unguibus unctis,  
Nullam dat Mammetis vocem.*



# ROMANARUM ANTIQUITATUM

## LIBER NONUS.

### DE JUDICIIS.

uperiori libro leges Romanorum, quæ quidem ex tanto naufragio optimorum scriptorum ad nos pervenerunt, recitavimus: sequitur ut judicia quoque consideremus. Horum enim tractatio, quantum ad veterum monumenta rectius intelligenda conducatur, non facile est dicere. In Cicerone certe, cujus egregia monumenta omnium manibus teruntur: & teri etiam, propter multas insignes utilitates, debent, quid, quæso, frequentius occurrit, quam ea, quæ ad judicia Romanorum & publica, & privata spectant? Maxima igitur ex hoc libro lux accedet, tum scriptis ejus aliis, tum præcipue orationibus, in quibus nihil aliud præter juris controversias tractatur: ut interim taceam de Plinio juniore, & aliis innumeris. Quantum etiam prodest harum rerum cognitio versantibus in libris jurisconsultorum, & res ipsa per se satis testatur, & multorum clarissimorum virorum judicia declarant. Quare merito laudanda est industria eorum, qui veterum nonnullorum exemplo ad studiosorum utilitatem judiciorum Romanorum morem, & rationem ex veterum scriptorum fragmentis, quasi è tenebris eruerunt, & in literas retulerunt. Quorum primus nostra ætate; quod ego scio (Guilhelmi enim Budæi de vocabulorum ad veterem juris praxim pertinentium significatione commentarius lucem nondum aspexit) integram Romani fori historiam (sic enim ipse appellat) quinque libris exposuit Franciscus Polletus Duacensis I. C. quos tamen morte auctoris interruptos, & imperfectos auxit, & ad finem deduxit gener ipsius Philippus Broïdæus: libros mebercle omni eruditione refertos, & ad antiquorum monumenta cognoscenda perquam utiles.

Præter hos vero, & alii passim in suis lucubrationibus non pauca ad hanc rem pertinentia maximo studio acquisiverunt, & nobis communicaverunt, quales fuerunt, Jacobus Cujacius, Barnabas Brissonius, Antonius Contius, Jacobus Rævardus, Franciscus Hottomannus, jurisconsulti clarissimi, aliique plures. Nuperrime autem Carolus Sigonius vir clarissimus, & antiquitatis instaurator atque illustrator egregius ad alia, quæ de antiquo jure civium Romanorum, Italiæ, & provinciarum literis mandavit, addidit etiam tres de judiciis libros, ea diligentia, eoque ordine scriptos, ut nihil melius, & ordine convenientiori, omnium judicio, tradi possit. Hos ego in compendium contraxi, & meis Antiquitatum collectaneis inserui, nulla profecto alia de causa, quam, ut plures meæ ordinis homines, ad illius ipsius monumenta diligenter evolventa hac ratione invitarentur, & maximarum utilitatum, quæ inde ad studiosos eorum lectores proficiuntur, participes fierent. Quod meum consilium, ut ipse etiam auctor, si modo hæc collectanea aliquando in manus ejus venient, comprobet, mihi que hujus facti, quod ipso inconsulto, tantum in ejus libros ausus fuerim, veniam det, ac voluntatem potius meam, quam factum ipsum spectet, etiam atque etiam rogo. Hac necessaria excusatione præmissa, judiciorum tractationem adgrediemur.

## CAPUT I.

*Judicia in genere quid sint, & quotuplicia apud Romanos fuerint.*

*Judicia* à judicando dicta apud Romanos (de iis enim tantum hoc loco agemus) fuerunt, quæcunque aut *magistratus* ipsi jus dicentes decreverunt, aut *judices* à magistratu jus dicente dati, de jure statuerunt.

Quoniam autem *jus* aliud *privatum* fuit, aliud *publicum*, propterea *judicia* alia *privata*, alia *publica* extiterunt: *privata* quidem de controversiis, *publica* vero de criminibus constituta. Unde dixit Cicero pro Cæcinnâ: *Omnia judicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum maleficorum causa reperta sunt.* De utrisque quando agere nobis in animo est, prius de *privatis* agemus.

## CAPUT II.

*Quid privata judicia fuerint, & quot eorum cause.*

*Privata judicia* fuerunt *decreta*, seu *sententia* de controversiis *privatis*, quæ aut *magistratus* ipsi, qui jus dicebant, aut *judices* à magistratibus jus dicentibus dati tulerunt, prout jure erat sancitum. Eorum ratio ut cognoscatur melius, de *rebus* primum seu *causis*, de quibus *judicium* fuit, inde de *personis*, quæ fecerunt, post de *ratione faciendii judicii* privati dicendum erit. Et quidem de *causis judiciorum privatorum* hoc capite agemus.

*Causæ*, de quibus *judicia privata* constituta sunt, *lites*, seu *controversia civiles* fuerunt, ac *privata appellatæ: civiles* quidem, quod aut jure civili comprehensæ, aut à jure civili profectæ sunt: *privata* vero quod aut *privatum* quemque, non *populum*, nec *republicam* attigerunt, aut quod *privato* tantum *ejus* res ageretur, actio conveniret, non è *populo* cuiunque. Harum vero controversiarum *prisci jurisconsulti* tripartitam attulere *divisionem*. Quippe alias voluerunt *ad personas* pertinere, alias *ad res*, alias *ad obligationes*, ut *Justinianus* in *Institutionibus* scripsit. In controversiis *ad personas* pertinentibus posuerunt, quæ de *liberis* ac *servis*, *libertis* & *patronis* incidere *lites* potuerunt. Itemque, quæ de *ingenuis*, ac *libertinis*, de *patria* in *filios* *potestate*, de *nuptiis*, de *adoptionibus*, *capitis diminutionibus*, ac *tutelis* fuerunt.

*Causæ rerum* erant, de *mancipationibus*, *usucapionibus*, in *jure cessionibus*, *hæreditatibus*, *fidei commissis*, *bonorum possessionibus*, *arrogationibus*, & *bonorum emptionibus*.

*Obligationum cause* erant de *mutationibus*, *commodationibus*, *depositionibus*, *pignoribus*, *stipulationibus*, *fidejussionibus*, *emptionibus*, *locationibus*, *societatibus*, & *mandatis contractibus in nominatis*, *solutionibus*, *acceptilationibus*, *novationibus*, *delegationibus*, *furtis*, *rapinis*, *damnis injuria datis*, & *injuriis*. De *singulis*, antequam reliqua accedamus, pauca addemus.

## CAPUT III.

*De causis, sive controversiis judiciorum privatorum, quæ de personis fuerunt.*

Quam controversiæ, sive *causa judiciorum privatorum* de *personis* fuerint, diximus. Jam operæ pretium est, ut paulo uberius exponantur, quod quidem breviter expediemus, secuti *Justinianum*, ex quo, vel etiam ex *Sigonio* plenior earum explicatio peti potest. Omnes homines (inquit *Justinianus Institut. lib. 1. tit. 3.*) aut *liberi* sunt, aut *servi*. Et *libertas* quidem (ex qua etiam *liberi* vocantur) est naturalis facultas ejus, quod cuique *facere* libet, nisi si quid vi, aut jure prohibetur. *Cicero* pro *Cluentio* ait, *liberum eum dici*, in cuius *potestate* sit, *arbitrio suo vivere*, *catenus tamen*, ut *lege*, & *instituto* *permissum* fuerit.

*Servitus* autem erat *constitutio juris gentium*, qua quis *dominio alieno* contra *naturam* *subjiciebatur*. *Servi* vero aut *nascuntur*, aut *fiunt*. *Nascuntur* ex *ancillis nostris*. *Fiunt* aut *jure gentium*, id est, ex *captivitate*, aut *jure civili*, cum scilicet aut *liber homo* *major viginti annis* ad *pretium* *participandum* *fese venundari* *passus* est.

*Libertus* erat, qui *deserat esse servus*, vel quem *dominus* ex *justa servitute* *manumiserat*. *Patronus* dicebatur, qui ex *servitute* *manumiserat*. *Ingenuus* is erat, qui *statim*, ut *natus* erat, *liber* erat. *Libertini* iidem qui *liberti*, quemadmodum *Justinianus* accipit. Nos *libro* *harum Antiquitatum* *primo plura* de *iis*, *quinam fuerint*, & *quomodo aliquando à libertis distincti* sint, diximus.

*Patria potestas* erat *jus illud*, quod *pater* vel *avus* in *personas liberorum*, qui ex *justis nuptiis* *procreati* erant, *habebant*. Eratque *proprium civium Romanorum*, quoniam à *lege xii. tab.* *introducitur*.

*Nuptia*, sive *matrimonium* erat *virii & mulieris conjunctio*, *individuum vitæ consuetudinem* *continens*. *Adoptio* fuit *actus legitimus naturam imitans ad liberorum solatium inductus*, *habebatque locum* in *his personis*, in quibus *natura locum habere non poterat*.



*Capitis diminutio* erat prioris status mutatio. Fuitque triplex, *maxima*, *minor* & *minima*. *Maxima* capitis diminutio dicebatur, cum aliquis simul & civitatem, & libertatem amittebat. *Minor* seu *media*, cum civitas quidem amittebatur, libertas vero retinebatur. *Minima*, cum civitas retinebatur, & libertas, sed status hominis commutabatur.

*Tutela* erat jus, ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui per ætatem se ipsum defendere non poterat, jure civili data ac permessa. Hæc plenius, ut dixi, a *Justiniano* & *Sigonio*, atque aliis explicantur.

## CAPUT IV.

*De causis sive controversiis rerum judiciorum privatorum.*

UT cognoscatur, quænam *controversia* de rebus ad judicia privata pertineant, de rebus & earum distinctionibus quædam sunt annotanda.

Rerum aliæ in *patrimonio* nostro esse dictæ sunt, aliæ contra. [*Institut. lib. 2. tit. 1.*] In *patrimonio* fuerunt *res private*, nempe quæ abalienari pro arbitrio potuerunt. *Extra patrimonium*, *res sacra*, *religiosa*, *sancta* & *publica*. *Sacra dicta*, quæ per pontifices consecrata deo sunt, ut aræ, templa, donaria. *Religiosa*, loca, in quæ illati mortui fuerant. *Sancta*, quæ ut inviolatæ essent, pœna propolita cautum erat, veluti muri & portæ urbis. *Publica*, quæ omnium hominum ac gentium communes sunt, ut aër, mare, litus: aut omnium alicujus urbis civium, ut *fora*, *basilica*, *theatra*.

Item *res aliæ corpus* habuerunt, aliæ, *corpore* caruerunt [*Institut. lib. 2. tit. 2.*] Habuere, quæ sub censum ceciderunt, ut fundus, & domus. Caruere, quæ animo tantum comprehendi potuerunt, ut hæreditas, obligatio, servitus.

Item aliæ fuere *mancipi*, aliæ nec *mancipi*. *Mancipi*, teste *Ulpiano*, vocarunt prædia in Italia solo, tam rustica, qualis est fundus, quam urbana, qualis est domus. Item *jura prædiorum*, rusticorum, veluti viam, iter, actum, & aquæductum, item servos, & quadrupedes, quæ dorso collovere domarentur, sicuti boves, mulos, equos, & asinos. Nec *mancipi* cæteræ res appellatæ.

Acquiri vero aut *singulis* voluerunt, aut *universis*. *Singulas*, aut jure gentium, aut jure Quiritium. *Jure gentium*, ut occupatione, captivitate, accretione, rei effectione, traditione, & servitute. *Jure Quiritium*, ut mancipatione, usucapione, in jure cessione. *Occupationis jus* erat ejusmodi, ut quod nullius esset, primum occupanti acquireretur. *Captivitatis*, ut quæ ex hostibus cepissent, sua fierent. *Accretionis*, ut quod alicui rei sic accrevisset, ut pars esset totius ejus, cujus totum esset. Atque hoc in alluvione, circumlutione, inædificatione, satione, pictura, scriptura, prætexta valere voluerunt.

*Rei effectio* eam vim habuit, ut si species ex aliena re confecta ad prætinam formam revocari posset, ejus esset, cujus erat res, quasi materia non esset extincta: aut si ex utriusque materia confecta esset, ejus qui effectisset.

*Transditio* venditionem, permutationem, legatum, donationem complexa est. *Servitus* dicta est, quod quis vel in re, vel ex re sua alteri constituit: quæ duplex fuit, *Personarum*, ut usufructus, usus, habitatio: & *rerum*, ut servitutes prædiorum urbanorum, & rusticorum. *Urbanorum*, ut tigni immittendi, stillicidii recipiendi, vicinis luminibus non officendi. *Rusticorum*, veluti iter, actus, via, aquæductus, & ejusmodi alia. *Mancipationis jus* erat, si quis per imaginariam venditionem, adhibitis non minus quinque testibus civibus Romanis puberibus, & libripende alteri per æs & libram, quæ in sua potestate habebat, tradebat.

In jure cessio fuit communis *alienatio*, & *mancipi rerum*, & nec *mancipi*, quæ fiebat per tres personas, in jure cedentis, vindicantis, addicentis.

*Usucapio* fuit acquisitio per usum legitimi temporis, jure civili constituta, vel adeptio domini per continuationem possessionis, anni vel biennii: rerum quidem mobilium anni, immobilium autem biennii. Res porro per *universitatem* acquiri voluerunt quinque modis, hæreditate, fideicommissio, bonorum possessione, arrogatione, & bonorum emptione. *Hæreditas* fuit successio in universon jus, quod defunctus habuit: eaque duplex fuit, *testamentaria*, & *legitima*.

*Testamentaria* fuit iusta & solennis testatio mentis, ac voluntatis nostræ de universon jure nostro in aliquem, pluresve post mortem nostram abalienando. Atque in his de *hæreditatibus*, legatis, & fideicommissis caverunt, & secundos tertiosque hæredes substituerunt.

*Legitima* fuit, quæ ab intestato ex lege XII. tabularum delata fuit. *Intestatus* dictus fuit, testamento non facto, non jure facto, ruptove, irritove facto, & ab hærede destituito. Quod si quis *intestatus* moreretur, lex primum liberis, deinde agnatis hæreditatem attribuit.

*Fideicommissa* appellata, quæ fidei hæredis, ut ea redderet, committebantur, ut si quid ei testator datum vellet, cui per leges capere non liceret. Itaque non videbatur hæres, sed rogabatur. Horum autem duo genera: unum, quibus res singulæ, veluti vestis, aut fundus relinquebatur, ut *L. Titius hæres esto*. Alterum, quibus universon, ut hæreditas, transferebantur: ut, *Peto abs te, L. Titi, ut meam hæreditatem C. Sejo restituas*.

*Bonorum possessio* erat jus persequendi, retinendive patrimonii, siue rei, quæ cujusque, cum moritur, fuit, solius prætoris beneficio instituta. Nam, quia *heredes prætor facere non poterat*, bonorum possessionem, pro suo jure cuique attribuebat. Earum vero multa genera fuerunt, de quibus post commodiore loco dicetur.

*Arrogatione* ejus bona, qui arrogabatur omnia, præter ea, quæ *capitis diminutione* pereunt, arrogatori pleno jure quærebantur.

*Publica bonorum emptio*, auctione constituta fiebat, cum debitoris alicujus latitantis bonorum possessio creditoribus à prætore concessa esset, eaque bona triginta dies ab iis possessa fuissent.

## CAPUT V.

*De controversiis vel causis obligationum.*

SEquuntur obligationes. *Obligatio fuit juris vinculum*, quo necessitate astringebantur rei alicujus solvendæ ex jure civili. Hæc fuit triplex, *naturalis, civilis, mixta*. *Naturalis*, cum revera contracta erat, vel cum revera contracta esset, facto tamen aliquo, sed ad juris civilis rationem non accommodato, dissoluta erat: ut si quis vi metue promississet, summo jure obligatus erat, & si creditor pactus esset, se nunquam petiturum: aut debitor creditoris postulato jurasset, se non debere. *Mixta*, quæ cum revera, & æquissime contracta esset, etiam à jure civili comprobata erat: ut ex mutuo, commodato, deposito, empto, conducto.

Quin etiam *obligatio* bipartita fuit, *civilis & honoraria*. *Civiles* dictæ, quæ ab aliqua juris civilis parte institutæ, veluti *lege xii. tabularum*, ut hæc legatario sit obligatus. *Honoraria*, quas vel prætores vel ædiles in edictis suis instituerunt: veluti cum prætor bonorum possessionem creditoribus omnibus hæreditariis obligavit.

Item *obligatio* alio modo quadripartita fuit, *ex contractu*, ex quasi contractu, ex maleficio, ex quasi maleficio.

*Contractus* fuit negotium inter duos pluresve data opera gestum, ut vel uterque invicem, vel alter tantum alteri obligaretur. *Contractus* alii *nominati*, alii *innominati*. *Nominati* alii re patere obligationem dicti: alii verbis, alii literis, alii solo nudoque consensu.

*Re obligatio contrahebatur*, cum ea nonnisi re tradita, acceptaque concipiebatur, ut in mutuo, commodato, deposito, pignore. *Mutuum* erat contractus, quo rerum, quæ pondere, numero, mensura constant, usus ita concedebatur, ut postea non eadem, sed aliæ generis ejusdem redderentur. *Commodatum* erat contractus, quo gratis alicujus rei usus ita concedebatur, ut accipiens summam in ea ipse reddenda diligentiam præstare deberet. *Depositum* contractus, quo res aliqua ea lege apud alterum deponeretur, ut is dolum tantum, & nonnullam in ipsa reddenda culpam præstare deberet. *Pignus*, contractus, quo res aliqua creditori ea lege obligabatur, ut in illa ipsa, cum primum ei satisfactum esset, reddenda dolum, & levem culpam præstaret.

Verbis contrahebatur *obligatio* per stipulationem. *Stipulatio* erat interrogatio certis solemnibusque verbis concepta, & apta, convenientiaque responsio, veluti *spondes? spondeo: dabis? dabo*. De *stipulationibus* autem: quatuor quærebantur, *qua persona* vel obligare, vel obligari possent, *qua res* in stipulationem deduci possent, *qua forma* stipulandi esset, *quod jus* stipulationum existeret. Ad *stipulationes* autem pertinebant fidejussiones, quæ per stipulationem fiebant, & ut aliam obligationem confirmarent, institutæ erant. *Fidejussor* erat, qui fide, aut periculo suo suadebat, ut id, de quo agebatur, fieret, quoniam ejus eventum præstaret. *Fidejussionis* formula erat: *Centum à me Titio tua fide credita esse jubes? jubeo*. Jubebat autem sua fide, qui auctor ac suasor erat, ut alteri quid crederetur. *Fidejussio* vero omni obligationum generi adhibebatur.

*Literarum obligatio* ea erat, quæ per scripturam fiebat, neque tamen omnis, sed præcipue ad nomina, quæ in tabulis accepti & expensum fiebant, contrahebatur. Ita *nominum obligatio* sæpe appellabatur, cum alicui quid expensum ferebatur, id est, scribebatur in tabulis, alicuique certam pecuniam expendisse. *Obligatio ex consensu* erat, quæ sine rei traditione, sine stipulatione, sine nominibus, nudo consensu, solaque conventionione contrahebatur, unde & inter absentes, & inter furdos ac mutos recte fiebat. Erant autem quatuor, *emptio, locatio, societas, & mandatam*.

*Emptio & venditio* erat contractus bonæ fidei, inter quos jure civili licebat, nudo consensu factus, de re certa, certo pretio in perpetuum domini jure obtinenda: eaque in personis, rebus, forma contrahendi, & contractus jure consistebat.

*Locatio contractus bonæ fidei*, de re aliqua, certa mercede, vel facienda, vel ad tempus utenda, inter quos jure civili licebat factus, atque in totidem partibus, quot emptio, erat positus. *Quid si nulla merces* constitueretur, sed tantum, quantum inter eos convenisset, neque locatio, neque conductio, sed *actio* præscriptis verbis dicebatur.

*Societas erat contractus bonæ fidei* de alicujus vel rei, vel negotiationis communione, sic institutus, ut ejus & quæstus, & damnum ad unumquemque communiter pertineret: cujus totidem, quot superiorum, erant partes.

*Mandatum contractus bonæ fidei*, de eo quod fieri sine mercede conveniret, periculo mandatoris exequendo, inter quos jure civili licebat, factus, atque in hoc personæ, res, mandata, forma mandati, & jus contractus considerabantur.

His etiam contractibus adjungere licet *fiduciam*, quæ juris civilis fuit. Erat autem *fiducia species mancipationis*, ut *Boëtius* ait, nempe quoties cui res aliqua mancipabatur, cum eo, ut eam mancipanti remanciparet: veluti, si quis dubium timens, amico potentiori fundum mancipasset, ut sibi, cum tempus, quod suspectum esset, præterisset, redderet. Hæc *mancipatio fiduciaria* nominata, quod restituendi fides interponeretur. *Livius* lib. 32. Optimum ratus Corinthum Nabidi Lacedæmoniorum tyranno velut *fiduciarium* dare, ut victori sibi restitueret, si quid adversi accidisset, ipse haberet. Itaque *fiducia* videtur fuisse *contractus*, quo fidem alicujus secuti, rem ei aliquam dicis causa mancipabant: ita dictus, quod nulla alia re, quam fide, & probitate emptoris freti, eam venditionem celebrabant. In ejus vero formula hæc verba fuere solennia: *Ut inter bonos viros, bene agi oportet: & uti ne propter te, fidem tuam captus fraudatusve sim.*

*Obligatio* ex quasi contractu erat, quæ neque ex contractu, neque ex delicto proprie nascebatur sed quia rei privatæ negotium gestum erat, ita appellabatur, ut si quis negotium absentis, ignorantis sua sponte, ac sine mandato gessisset, quæ negotiorum gestorum est appellata.

*Contractus innominati* erant quatuor, *do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias.*

*Do ut des*, cum id negotium gestum erat, quod neque emptionis, neque alterius nominati contractus nomine, appellari poterat, sed *conventum* erat, ut res pro re daretur, veluti in permutacione, & negotio æstimatorio.

*Do ut facias*, cum id conveniebat fieri, quod locari non poterat: veluti, *ut centum aureos Sempronio dem, ut servum suum manumittat.*

*Facio ut des, is*, qui cum superiore reciprocratur, veluti, si convenisset, ut servum meum manumittam, & tu mihi centum solvas.

*Facio ut facias*, cum neque gratis, neque mercede pecuniaria constituta quid fieri conveniebat, sed ut factum pro facto redderetur: veluti, *ut vicini bobus suis alternis diebus uterentur.*

*Obligaciones* autem quatuor modis dissolvebantur, *soluzione, acceptilatione, novatione & delegatione.* *Soluzione*, cum vel ea res, quæ debebatur, vel, si modo creditor consentiret, altera præstaretur. Nam invito creditori aliud pro alio solvi non poterat. *Acceptilatio* erat in tabulas acceptæ pecuniæ relatio. *Novatio* prioris debiti in aliam obligationem transfusio, atque translatio, quæ per stipulationem fiebat. *Delegatio*, alterius debitoris in suum locum substitutio.

*Obligaciones ex delicto*, quæ ex delictis tantum privatis nascebantur, furto, rapina, damno injuria dato, & injuria. *Furtum erat* contractatio fraudulenta, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus possessionisve, quod lege naturali prohibuitur erat admittere. Idque duplex, *manifestum, & nec manifestum.* *Manifestum*, cum res in manibus furis, antequam destinatum in locum ferretur, deprehensa erat. *Nec manifestum*, cum fur in faciendo quidem deprehensus non erat, sed eum furtum fecisse, negari non poterat. His additur *furtum per lanceam* & licium conceptum, & oblatum, de quibus in fragmentis xii. tabul. diximus. *Rapina*, furtum erat illud quidem, sed imprudenter, & vi factum. Itaque rapinæ & privatum & publicum constitui judicium potuit, pœna proposita fuit tripli.

*Dammum injuria datum* à furto & rapina fuit diversum, quod illa lucri faciendi causa tantum, hoc damni inferendi causa factum est: illa non sine dolo, hoc per imprudentiam admissum. *Injuria* enim est, non cavere, quod caveri debuit, & potuit, ut is, qui eo loco jaculatur, ubi vel nulli, vel soli se milites exercere solent. *Injuria* demum erat, quæ aut pulsatione, aut convicio, aut turpitudine corpus, aures, aut vitam alicujus violavit, aut nostram, aut alterius in contumeliam nostram: de quib. in xii. tab.

*Obligatio* ex quasi delicto erat, cum quis pœna aliqua mulctabatur, quasi deliquisset, cum tamen revera non deliquisset, sed tantum in culpa esset: veluti, si cujus ex cœnaculo dejectum aliquid esset.

## CAPUT VI.

*De jus dicentibus, vel de personis, quæ jus dixerunt.*

**C**ivibus, poscentibus ex legibus xii. tabularum, quæ jus omne privatum complexæ sunt, vel ex iis, quæ post xii. tabulas de jure civili latæ sunt, quales fuerunt *Furia, Voconia, Atinia, Attilia, Aquilia, & Falcidia*, &c. vel ex annuis prætorum edictis, jus reddiderunt *magistratus* ii, qui hanc potestatem à populo acceperunt. Ac qui jus quidem suum persecuti sunt, ii lege agere: qui jus reddiderunt, ii jus dicere dicti sunt. Unde illa potestas *legis actio*, hæc *jurisdictio* appellata. Ut autem lege agere, fuit aliquid ex iis, quæ legibus aut delictis instituta erant, in jure persequi: sic *ius dicere*, fuit reddere ea jura, quæ legibus aut edictis continerentur.

*Jus* autem hoc primum dixerunt *Reges*, deinde *Consules*, & qui cum potestate Consulari fuerunt: videlicet, *tribuni militares* Consulari potestate, & *decemviri* legibus scribendis, postremo *prætores* atque *adules curules*.

De jure dicto à Regibus, *Dionysius* lib. 2. & 4. in Romulo & Tullio aperte scripsit, & *Liv.* lib. 1. sub- significavit in Prisco, cum ipso vulnerato *Tanaquilem* Reginam sic fecit loquentem interim *Servio* Tul- lio jubere populum audientem esse, eum jura redditurum, obrurumque alia Regis munia.

De *Consulibus* præter *Dionysium Livium* lib. 2. idem docuit, de Appio scribens: *Appius Consul* de pe- cuniis creditis jus quam asperrime dicere. Et alibi: Quod de credita pecunia jus non dixisset.

De *decemviris* Consularibus *Dionysius* lib. 10. & 11. cum *Livio* lib. 3. Decimo die jus populo singuli red- debant. Item *Appius* dixit, se eo die neque jus dicturum, neque decretum interpositurum. Post autem, ut scribit *Pomponius* 1C. ff. tit. 2. de orig. juris, cum *Consules* avocarentur à bellis finitimis, neque esset, qui in civitate jus reddere posset, factum est, ut *prætor* quoque crearetur, qui jus in Urbe diceret. Crea- tus deinde & alius *prætor*, qui, quod jus inter peregrinos diceret, *peregrinus prætor* appellatus est.

*Ædilium jurisdictionis* adhuc memoria obscurior est: hi tamen de paucis rebus jus dixerunt. In primis autem de *venditione mancipiorum*, de mensuris, & foro venalium. Neque etiam *Solus prætor* sua judicia exercuit, sed socios laboris hujus *decemviros* litibus judicandis habuit, de quibus omnibus in eo libro, qui de *magistratibus Romanorum* est, plurima scitu dignissima tradita sunt, quo studiosum lectorem remitto.

## CAP. VII.

## De loco, ubi judicia exercebantur, de foris, ac basilicis.

**L**ocus, in quo jus dictum est, fuit duplex: aut *superior*, aut *planus*. *Superior* fuit *tribunal* in comitio, atque in tribunali *sella curulis*. *Planus* quicunque locus præter tribunal, posita sella curulis, isque lo- cus tum dicebatur *jus*. Sic enim *Ulpianus*: Jus, inquit, non is solum locus est, ubi juris dicendi, judicandive gratia magistratus populi Romani constitit, sed etiam, si domi, vel in itinere hoc agat. Et *Paulus* 1C. Jus est locus ubicunque *prætor* salva majestate imperii sui, salvoque more majorum, jus dicere constituit. *Comitium* pars fuit fori Romani, in quo *rostra* erant. Unde qui è rostris agebant, in forum, & in comitium versus agere poterant. *Centumviralia* autem judicia in basilicis exerceban- tur. Cum vero de comitio supra quædam in medium attulerimus, hic de foro, quid & quot nume- ro Romæ fuerint, quisque eorum ornatus fuerit, tum etiam de *basilicis*, *tribunali*, & *subsellis*, pau- ca quædam dicemus, quæ quidem legentibus non puto ingrata & injucunda esse futura.

*Forum* à *ferendo* dictum esse, quod eo controversias suas, & quæ vendere vellent, conferrent. *Varro* do- cet. Alii à *foras* derivant, quod scilicet *foras*, id est, sub dio sit. *Isidorus* forum à *sando*, vel *Phoroneo* Rege Achivorum nomen accepisse vult: quod tamen doctis non probatur, uti apud *Alciatum*, & *Francis- cum Polletum* videre est. Quod ad significationes vocabuli attinet, ita scribit *Festus*: *Forum* sex modis in- telligitur. *Primo*, negotiationis locus, ut *forum Flaminium*, *forum Julium*, ab eorum nominibus, qui ea fora constituenda curarunt, quod etiam in locis privatis, & in viis, & in agris fieri solet. *Alio*, in quo judicia fieri, cum populo agi, conciones haberi solent. *Tertio*, cum is qui provinciæ præest, *forum agere* dicitur, cum civitates vocat, & de controversiis eorum cognoscit. *Quarto*, cum id *forum* antiqui appel- labant, quod nunc vestibulum sepulchri dici solet. *Quinto*, locus in navi, sed tum masculini generis est, & plurale. *Sexto*, fori significant *circensia spectacula*, ex quibus etiam *minores forulos* dicimus. Hæc ille. Nos, omisiss reliquis de iis tantum *foris*, quo res conferrentur, dicemus: quorum quidem duo apud Ro- manos fuerunt genera: alia enim ad Urbis splendorem facta erant, in quibus hominum conventus fiebant, vel negotiorum civilium, vel delectationis causa: alia ad communes populi usus parata negotiantibus pate- bant. Quæ vero fora negotiis civilibus tractandis fuerunt comparata, hæc sunt, *Romanum*, *Cæsaris*, & *Augusti*. *Romanum forum*, quod & antiquissimum fuit, & propterea *vetus* appellatum, incipiebat à *Capitoli* radicibus, ubi nunc *Septimii* arcus est: & secundum longitudinem ad *S. Mariam novam*, ubi *Titi* arcus protendebatur, secundum latitudinem à *Palatini* rad- icibus, ad viam sacram, & *Saturni adem*. Variis no- minibus appellatum hoc forum fuit. Nonnunquam enim simpliciter *forum* dictum est, frequentius *Roma- num*, à dignitate scilicet Urbis, quod præ cæteris esset ornatissimum, propter ædificia, & frequentissi- mum, propter judicia. *Latinum* etiam, sive *Latium*, item *Palladium* ab æde Palladis, quæ in eo fuit, est appellatum. Hoc forum eleganter describit *Plantinus Miles*, ubi indicat, quæ præcipua in eo loca, & quæ in singulis hominum studia fuerint:

Qui perjurum (inquit) convenire vult hominem, mitto in comitium.

Qui mendacem & gloriosum, apud Cluacina sacrum, Ditis damnosus maritos sub basilica quarito.

Ibidem erunt scorta exoleta, quique stipulari solent. Symbolarum collatores apud forum piscarium.

In foro infimo boni homines, atque dites ambulant

In medio propter canalem, ibi ostentatores meri.

Confidentes, garrulique, & malevoli supra lacum.

Qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam,

Et qui ipsi sat habent, quod in se possit vero dicier.

Sub veteribus, ibi sunt qui dant, quique accipiunt fa- nore.

Pone ædem Castoris ibi sunt subito quibus credas male. In Thusco vicio ibi sunt homines, qui ipsi sese vendi- tant.

In Velabro, vel pistorem, vel lanium, vel haruspice- m,

Vel qui ipsi vertant, vel qui aliis ut versentur, præ- beant.

Hæc

Hæc ille. Circa forum undequaque fuerunt *tabernæ*, per pilas distinctæ, quæ aut nomen habuerunt *ab opificibus*, aut à positu, atque numero. Plurima autem ædificia, quibus insigne hoc forum fuit, cognosci ex *Onuphrii Panvini* de Urbis regionibus libello, & ex *Bernardi Gamucci* Antiquitibus Romanis, Italica lingua scriptis, possunt. Et hoc quidem foro diu contentus populus Romanus fuit, donec *C. Jul. Cæsar* aliud constituit, cujus solum quanti constiterit, *Suetonio* in Cæsare his verbis significat: Nullum largitionis, aut officiorum genus publice privatimque omisit, *forum* de manubiis inchoavit, cujus area supra festertium millies constitit, quæ summa secundum *Budæi* calculum, vicies quinque centena millia coronatorum efficit. A *Suetonio* non dissentit *Plin.* lib. 36. cap. 15. si ita, quemadmodum *Glareanus* vult, legatur; sic enim inquit: *Pyramides Regum* miramur opera, cum solum tantum foro extruendo millies ducenties festertium emerit *Cæsar Dictator*, &c. In hoc foro *Cæsar* ipse statuam loricatam sibi poni passus est, & *basilicam Juliam* ædificavit. Habuitque & hoc forum in circuitu *tabernas Romanum*. Post aliquot annos restituit id *Domitianus*, & nominavit *Palladium*, id quod *Martialis* testatur.

*Tertium forum* adiecit *Octavius Augustus*, propter hominum iudiciorumque multitudinem, quæ videbatur non sufficientibus duobus, etiam tertio indigere. Itaque festinantius, necdum perfecta *Martis ade* (quam voverat bello *Philippensi*, pro ultione paterna suscepto) publicatum est, ut separatim in eo publica iudicia, & fortitiones iudicum fierent. Spatio modicum fuit, ne aut alienas domos violenter invaderet, aut publica ædificia ignominiose everteret. *Templo Martis Ultoris*, & *colosso Augusti* conspicuum fuit. In hoc foro *Augustus*, cum *Tiberis* circum inundasset, decursus & venationes fieri mandavit. In hoc foro *Martis ades* erat, in qua convivia agitantur à *Martis sacerdotibus*, ut *Suetonius* in *Claudio* auctor est. Atque hæc sunt tria illa fora, quæ intelligit *Martialis* lepidissimus Poëta, cum aliis, tum his versibus:

*Causas, inquis, agam Cicerone disertius ipso,  
Atque erit in triplici par mihi nemo foro.*

Vide hic *Alexandrum ab Alexandro* Neapolitanum, *Genialium dierum* lib. 2. cap. 12.

*Quarti fori* fundamenta jecit *Domitianus* Imp. verum cum is morte præventus exædificare non posset, *Nervæ* id vindicatur, à quo exædificatum exornatumque est. *Suetonius* in *Domitiano*. Hoc *forum transtitorium* fuisse appellatum, *Lampridius* in *Severo* docet, his verbis: Statuas colossas, vel pedestres nudas, vel equestres, *Divis Imperatoribus* in foro *Divi Nervæ* quod *transtitorium* dicitur, locavit, omnibus cum titulis, & columnis æreis, quæ gestorum ordinem continerent. Vocatum hoc fuit *transtitorium*, quod inde in tria fora transitus pateret. Et pertinuit ad montem usque *Quirinalem*, parte ejus aliqua complanata. *Barth. Marlianus* scribit lib. 3. cap. 9. in medio hujus fori columnam æneam ingenti magnitudine, tecta ex laminis aurichalci, intrinsecus lumine ambiguo stetit. *Forum* variis statuis & columnis, quæ *Nervæ* gestorum ordinem continebant, exornatum fuisse.

Tandem *quintum* & celeberrimum Imp. *Trajanus* adiecit ex manubiis distractorum spoliolum referentis, in quo columna 140. cubitorum altitudine fuit, in qua exactissime res ab ipso Principe gestæ incisæ erant. *Agellius* lib. 13. cap. 23. Hoc *forum Trajani* dictum est, & *forum Ulpium*. *Capitolinus* in *Marco Philosopho*: Multi, inquit, nobiles bello Germanico, sive *Marcomanico*, imo plurimarum gentium interierunt, quibus omnibus statuas in foro *Ulpio* collocavit. De hoc foro ita *Barthol. Marlianus* lib. 5. c. 1. *Trajanus* *forum* inter *Nervæ* *forum*, *Capitolium*, & *collem Quirinalem* ab *Apollo* mira industria extructum fuit. Idem architectus *Trajanus* iussu *Methodæum*, & *Gymnasium* ædificavit. *Fori tectum* æneum, intus undique circum simulacra equorum & signorum militarium aurata tegebat. Simulacra autem hæc publico sumptu in eorum, qui bene de republica meriti essent, aut alioqui ob facinus insigne, memoriam ponebantur. *Arcus* item *triumphalis*, & alia multa in *Trajanus* laudem extructa *forum* ejus exornabant. *Fori porticus* amplissimis, excelsoque columnis, & magnis epistylis imposita, tantam præbebat intuitibus admirationem, ut gigantium potius, quam hominum opera crederentur. In hanc summorum viro- rum statuas pulcherrimas *Alexander Severus* in *Trajanus* honorem transtulit. *Equus* item *Trajanus* in medio altis columnis impositus stabat. In medio foro columna *Trajanus* *cochlidis structura* stabat. Hæc circumquaque rerum gestarum à *Trajanus* summam mira arte cœlatam habebat, in primis vero *Dacicum* bellum. Intus 173. gradibus ad summum fastigium, 154. fenestellis lucem admittentibus, præbebat ascensum. Alta pedum 128. vel, ut *Eutropius* scribit, 144. In summo *Trajanus* *ossis* in pila aurea condita servabantur. Hanc columnam *Trajanus* ipse non vidit. Nam dum hic contra *Parthos* bellum gereret, *Senatus* hanc illi absenti dedicavit. Qui dum à *Persis* redit, in itinere apud *Seleuciam* *Syriæ* urbem, fluxu sanguinis è vita discessit. Cadaver vero *Romam* perlatum. Solus hic, teste *Eutropio* inter Imperatores in Urbe sepultus fuit. Hactenus *Marlianus*. De hoc foro & columna *Trajanus* etiam *Georg. Fabricius* *Chemnicensis* in sua *Roma*, cap. 7. multa notatu digna habet: Columna ipsa, inquit, *Paro* marmore incrustata, in qua res gestæ *Trajanus*, & præcipue bellum *Dacicum* est expressum. Cernere in ea est formas munitio- num, propugnaculorum, pontium, navium: item varia militum opera, lignantium, ædificantium, castra metantium, fossas agentium, equos adaquantium, trophæa ferentium, in triumpho euntium:

itegi

item formas thoracum, galearum, clypeorum, scutorum, zonarum, lituorum, pugionum, pilorum, gladiatorum, pharetrarum, aliorumque armorum. Ab ea parte, in qua inscriptio est, *victoria* sunt *alata* cum duabus aquilis. In hoc foro poetæ *Ausonii statua* fuit, de qua *Sidonius Apollinaris*:

*Plausores cui fulgidam Quirites,  
Et charus popularitate princeps,  
Trajano statuam foro locarunt.*

Idem etiam *Ausonius* de se ipso canit:

*Quod legimur medio, conspiciamurque foro.*

In eodem foro *M. Antoninus* proponi edictum mandavit, in quo Christianos pœnarum crudelitate eximit, eosque vocari in jus propter religionem prohibuit: delatorem vero ipsorum cremari vivum præcepit.

*Sallustii forum* in monte *Quirinali* fuit, quo in loco nunc ædes *S. Susanna*. Hoc forum *Sallustius* post Africanam præturam emit, una cum hortis, qui & nunc *Sallustiani* appellantur.

Alterius generis fora hæc erant, *boarium, olitorium, piscorium, suarium, cupedinarium, piscarium, rusticorum, sive suburbanum, & agonium*, in quibus ea, quæ ad victum erant necessaria, vendebantur. De iis cum ad institutum nostrum nihil faciant, hic dicere supersedebo. Præter hæc autem fori *Aurelii* facit mentionem *Cicero*, *Archimonii Victor*, *Esquilini Appianus*, *Ceditii Festus*, *Argentarii Vitruvius*, *Fugarii recentiores*. *Alexander ab Alexandro* Genial. diæ. lib. 2. cap. 12. tredecim recenset fora. *P. Victor* libello de Urbis regionibus, septemdecim numerat, in reliquis libelli *Sexti Ruffi* de Urbis regionibus decem fororum fit mentio. *Onuphrius Panvinius* in sua regionum Urbis descriptione novemdecim enumerat. Venio nunc ad alterum iudicii exercendi locum, *basilicas* scilicet.

Erant *basilica amplissima & ornatisima adificia*, in quibus, non Senatores modo deliberare, verum etiam iudices omnis generis causas cognoscere, & clientibus homines periti de jure respondere solebant, quando hi vacabant, mercatores ibidem, & numularii sua tractabant negotia: hic *basilica* argentariorum est in octava regione mentio apud *P. Victorem*.

Cinctæ erant *basilica* porticibus concameratis ex coaxatis contignationibus immixtis in parastatas columnis aut pilis adjunctis, supra quam contignationem altera est, & superior porticus, cujus tectum testudinatum, aliis postibus parastatis, & arctariis sustinebatur. Medium spatium, & quasi superior porticus *pluteus* vocabatur, qui in utrumque latus per intercolumnia peristyliorum liberum habebat prospectum. *Parastata* vero dupli erant ad latitudinem porticus, sicut & columnæ perpetuo scaporum ductu ad *basilica* latitudinem. Nam sic fere describit lib. 8. eam *fori basilicam*, cujus architectus fuerat *Vitruvius*, qui etiam hoc memoriæ prodit, *basilicas* ita ædificari solitas, ut in una parte iudicia, in altera negotia exerceri possent. *P. Victor* in libello de urbis Romæ regionibus xix. *basilicas* recenset. *Onuphrius Panvinius* xxi. In his ergo centumvirorum quatuor tribunalia erant, quorum *Plinius* Orator in epistolis sæpe meminit.

#### CAPUT VIII.

##### *De tribunali & subselliis.*

**P**ERTINENT & *tribunal*, & *subsellia* ad iudiciorum locum, de quibus antequam ad iudiciorum tractationem redeamus, pauca quædam subjiciemus.

*Tribunal* erat *suggestus editior*, unde conspici magistratus ab omnibus poterat, in quo *sella curulis*, jurisdictionis insigne, locata erat, ubi sedens prætor cognoscebat, & pronuntiabat. *Vitruvius* libro quinto *tribunal* specie amplissimum in æde Augusti his verbis describit: *Tribunal*, inquit, est in eadem æde hemicyclio schematis minoris curvatura formatum: ejus autem hemicyclii in fronte est interval- lum pedes quadraginta sex, introrsum curvatura pedes quindecim, uti qui apud magistratus starent, negotiantes in *basilica* non impedirent: quod ipsa assignatione augustissimum videtur, & in arcus formam, quæ semicirculo minor est, cum ad diametrum non pertingat, redactum. Hæc ille. *Subsellia* autem *sedilia* erant, in quibus ii iudices, qui magistratum *curulem* non gerebant, confidebant, & causas cognoscebant: quales fuerunt *tribuni plebis, quaestores, triumviri, ædiles plebis*, & qui cum curulibus magistratibus iudicabant, *centumviri*. Quin etiam ii, qui causas agebant, sive defenderent, sive accusarent, in *subselliis* confidebant: qua de re vide *Aldum Manutium* lib. 2. de quaestis per epistolam, epistola 4. Atque de loco iudiciorum exercendorum hæctenus. Revertamur ad *iudicia*.

#### CAPUT IX.

##### *De tempore iudiciorum exercendorum.*

**N**ON omnibus diebus licuit *iudicia exercere*: sed in iis diligens observata fuit ratio, sicut in *Kalendarii Romani* explicatione ostensum est, quæ tamen hoc loco paucis sunt repetenda.

Dierum alii *fasti*, alii *nefasti*, alii *intercisi* vocati: *Fasti* fuerunt, quibus *jus fari*, id est, dici poterat.

*Varro*

Varro libro quinto de lingua Latina, *dies fasti* per quos *prætoribus* omnia verba sine piaculo licet *fari*. Contrarii horum vocantur *dies nefasti*, per quos *dies nefas fari* prætorem, *do, dico, addico*. Ovidius lib. 1. Fastorum:

*Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur,  
Fastus erit, per quem lege licebat agi.*

Suetonius in Octavio de *prætoribus*, teste Prisciano: *Fasti dies sunt*, in quibus *jus fatur*, id est, dicitur: & *nefasti*, in quibus *non* dicitur. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 16. *Fasti dies sunt*, quibus *licet fari prætori* tria verba solennia, *do, dico, addico*: hisque contrarii sunt *nefasti*. *Intercisis* diebus quibusdam horis *fas* est, quibusdam *fas non* est *jus dicere*. Et *fastis* quidem diebus *lege agi potest*, cum populo *non potest*, *committalibus* utrumque potest. Hi vero qui *quoto quoque mense fuerint*, ex libro prioris *commentarii* quarto de annorum & dierum apud Romanos ratione, & ex *kalendario Romano* illi libro inserto liquet.

## CAPUT X.

De legis actionibus, sive de exercenda jurisdictione, de vindicatione, & in jure cessione, emancipatione, adoptione, manumissione, postulatione, ac datione tutoris, postulatione, ac datione possessionis bonorum, atque postulatione interdicti, ejusque interpositione.

**M** Agisfratibus *jus dicentibus*, loco etiam & tempore cogitis, jam quemadmodum illud dixerint, declarandum est. *Prætores igitur jus dixerunt*, aut ex superiore loco, aut ex æquo: id est, aut de tribunali, aut de plano. Quoniam autem sella posita sedentes id faciebant, eos *dies cessionum* vocarunt: quorum duo fuere genera. Nam alii *postulationibus*, alii *cognitionibus* dicati fuerunt. *Cognitionum* autem *dies* alii aliis legis actionibus exercendis erant constituti. Unde Ulpian. ff. de bonorum possessione: Si causa cognita bonorum possessio detur, non alibi dabitur, quam pro tribunali, quia neque decretum de plano *interponi*, neque causa cognita bonorum possessio alibi, quam pro tribunali dari potest. Ut autem legis actiones erant multæ, sic *jurisdictio* quoque *multiplex* erat. *Lege* quidem *agere*, ut ante diximus, nihil aliud erat, quam aliquid eorum, quæ lege continentur, apud prætorem, vel apud eum, qui talem *jurisdictio* nem haberet, in jure obire: nempe, vindicare, atque in jure cedere, filium suum emancipare, alienum adoptare, servum manumittere, tutorem, bonorum possessionem, interdictum, & actionem postulare. *Jus* vero *dicere* erat, aliquid horum aut *dicere*, aut *addicere*, aut *dare*. Quæ *prætor*, cum faciebat, *decrevisse*, aut *decretum interposuisse* dicebatur. Diebus igitur *fastis*, *prætores* summo mane in comitium, sive forum veniebant, atque in tribunali sella posita assidebant, & *accenso*, ut tertiam horam populo circumstanti *inclamaret*, imperabata. Tertia *inclamata*, tum per *accensum* eundem populum rogabant, num quis esset, qui apud se *lege agere* vellet, id est, *qui jus posceret*.

Hoc præcepto auditio accedebant, qui *lege agere* volebant, veluti, *si dies postulationum* esset, qui aliquid eorum postulabant, quæ legis actionibus continebantur, ex legibus, aut edictis eorum: nempe aliquid eorum, quæ supra diximus.

Cæterum, hi neque *pro arbitrio*, neque temere *agere* potuerunt, sed prout in singulis legis actionibus scriptum erat.

*Legis* autem *actiones formula* fuerunt agendi, quas primum *pontifices* intulerunt, deinde C. Flavius App. Claudii scriba ab Appio compositas divulgavit, de quibus Pomponius de Origine juris multa. *Legis* igitur *actiones* dictæ sunt, quod earum rerum, de quibus *lex duodecim tabularum* scripta erat, privatim agendarum formularum præscriberebant. Atque hæc actiones ita solennes fuerunt, ut qui *agere* vellent, & *impetrationis* rationem habere, & formularum deberent.

*Impetrationis* ea vis fuit, ut nemini liceret *judicio experiri*, nisi prius ab eo, cujus erat *jurisdictio*, agendi formulam *impetrasset*. Formularum vero, ut formulæ quædam adhiberentur verborum, quarum ductu in *judiciis* experirentur, ut qui uno verbo errasset, is tota causa *cecidisse* videretur. Porro formulæ illæ in singulis actionibus fuerunt fere *peculiares*.

In *vindicatione*, & in *jure cessione* hæc: Si quis servum, aut aliam rem corpoream sibi vindicare volebat, is apud prætorem ita agebat. *Vindicator* tenens servum in jure, ita dicebat: *Hunc hominem ex jure Quiritium meum esse ajo*. Prætor autem interrogabat eum, unde petebatur, an *contra vindicaret*: id est, an contra servum illum suum esse assereret: eo vero tacente, aut cedente, prætor servum *addicebat* vindicanti: qui vero vindicaverat, *lege egisse*: qui cesserat, *in jure cessione*: atque ea in *jure cessione* dicebatur: *prætoris* vero *addictio*, teste Boëtio.

In *manicipatione* & *emancipatione* hæc erat formula: Adhibitis non minus quinque testibus civibus Romanis puberibus, & præterea alio ejusdem conditionis, qui libram æneam teneret, qui appellabatur *libripens*, is, qui *mancipium* accipiebat, æs tenens, ita dicebat: *Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse ajo*, isque mihi emptus est hoc ære, ænea libra: deinde ære percutiebat libram, idque æs dabat ei, a quo *mancipium* accipiebat, quasi pretii loco. Qui ergo *mancipialis* pater filium emancipare volebat, is secundum *postulationem*, die *cognitionis* filium suum *fiduciario* patri emancipabat, hac verborum

formula utens, quæ vindicationem simul ac mancipationem complectebatur: *Hunc hominem ex jure Quiritium meum esse ajo: quoniam emptus est mihi hoc are, aneaque libra.* Naturalis vero pater respondebat: *Hunc filium meum tibi mancipo, & accepto pretio in jure cedebat, quo facto prætor addicebat.* Quoniam vero ex lege filius à patre venundatus usque ad tertiam mancipationem, in potestatem patris redibat, propterea secunda inde mancipatio, & in jure cessio adhibebatur. Cumque iterum filius in potestatem patris redisset, tum tertia adhibebatur, hoc modo: *Ego vero hunc filium meum tibi mancipo, ea conditione, ut mihi remancipes,* ut inter bonos bene agi oportet, ne propter te, tuamque fidem frauder, ac tertium accepto pretio cedebat, & prætor tertium addicebat. Qua re perfecta tum demum filius è potestate patris egressus putabatur. Unde *fiduciaris pater*, qui dominus ejus erat factus, eundem naturali patri sine fraude remancipabat: naturalis vero filium, quem quasi servum coemèrat, manumittebat, atque ita liber ille, id est, sui juris factus erat, ut *Cajus* scripsit.

In adoptione hæc erat: Is qui adoptabat, apud prætorem eum, quem adoptabat, tenens, ita dicebat: *Hunc hominem filium meum esse ajo, isque mihi emptus est hoc are.* Naturalis autem pater usque ad tertiam mancipationem in jure cedebat, prætor vero addicebat. Notavit *Appian.* etiam testibus præsentibus adoptiones apud prætorem fieri solitas.

*Formula manumissionis* fuit ea: Ubi die postulationis manumissio postulata erat, tum die cognitionis post causam cognitam fiebat hoc modo: Qui manumittere servum apud prætorem volebat, ejus, quem manumittere volebat, caput, aut aliud membrum tenens ad prætorem ita dicebat: *Hunc hominem liberum esse volo,* & emittebat eum è manu. Prætor autem *vindicta*, id est, virga, ejusdem servi capiti imposita ita dicebat: *Dico eum liberum esse more Quiritium.* Inde conversus ad licitorem, addebat: *Secundum tuam causam, sicuti dixi, ecce tibi vindicta.* Tum licitor accepta à prætore *vindicta*, caput servi percutiebat, faciem, palma tergumque verberabat. Quibus peractis nomen manumissi in acta à scriba referebatur, adjecta causa manumissionis. Addit *Cajus*, scilicet de manumiss. *vindicta*, non esse omnino necesse pro tribunali manumittere. Itaque plerisque in transitu servos manumitti solere, cum aut lavandi, aut gestandi, aut ludorum causa prodiret prætor. Atque hæc actiones juris per verbum *dico* exprimebantur à prætore.

Sed & tutoris postulatio ad legis actionem, datio ad jurisdictionem pertinuit, auctore *Ulpiano*, cum inquit: *Jus dicentis officium latissimum est.* Nam & pupillis non habentibus tutores constituere potest: quod intelligendum est, si neque testamentarius, neque legitimus tutor adesset, tum datum à prætore fuisse. Hoc cum faciebat prætor, tertiam partem jurisdictionis explebat, quam verbum *do* continebat. Atque hoc idem de *Consulibus & tribunis plebis* dicimus, quorum idem jus fuisse accepimus.

Ad hæc vero qui voluerunt, à prætore quoque bonorum possessionem postularunt, prætorque pro arbitrio dedit. Unde scribit idem *Ulpianus* eodem in loco, *Jus dicentem bonorum possessionem dare potuisse.* Item: Mistum imperium est, cui etiam jurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit. Cæterum *bonorum possessio* fuit jus persequendi retinendique patrimonii, sive rei, quæ cujus, cum mortuus est, fuit, quod prætor aut emendandi, aut impugnandi, aut confirmandi juris civilis gratia dedit. Ut enim *lex duodecim tabularum* ex testamento, vel ab intestato ad hæreditatem vocavit: sic prætor bonorum possessiones invenit; per quas jus civile correxit, non solum in iis, qui intestati mortui essent, sed etiam qui testamentum fecissent. Nam si quis moriens alienum posthumum hæredem scripsisset, his si natus fuisset, à jure civili rejiciebatur: at à prætore *bonorum possessio* secundum tabulas decorabatur. Si libertus patronum præterisset, lex nullum dabat patrono aditum ad bona liberti: at prætor dabat bonorum possessionem contra tabulas. Item, si quis ex testamento hæres institutus esset, non solum a jure civili habebat hæreditatem; sed etiam à prætore bonorum possessionem secundum tabulas.

Neque vero solum has duas *bonorum possessiones* prætor dedit ex testamento, sed etiam octo alias ab intestato, partim jus civile confirmans, partim emendans, partim reprehendens. Sunt autem hæc: primo suis hæredibus, id est, liberis, tum emancipatis, tum suis ab intestato: secundo legitimis hæredibus, nempe agnatis ab intestato ex *lege xii. tabularum*: tertio decem personis, quæ manumissioni extraneo præferrentur, nimirum filio, filiæ; fratri, sorori, nepoti, nepti, patri, matri, avo, aviæ: quarto cognatis proximis: quinto iis, qui ex familia, nempe liberti liberis, tam naturalibus, quam adoptivis, itemque uxori, quæ ipsius in manum convenerat: sexto liberti, patrono, patroni liberis, parentibusque eorum: septimo viro, intestata uxore: & vicissim uxori, viro intestato, quoties deficiebat omnis parentum, liberorumve, seu propinquorum legitima, vel naturalis successio: octavo patroni cognatis, intestato liberti. Atque hæc quidem prætor omnino fecit, prout se facturum in edicto proposuit. Hinc *Valerius lib. 7.* Piso prætor urbanus Terentio patri exhæredato bonorum defuncti filii possessionem dedit, hæredesque lege agere passus non est. Tandem ut *postulatio interdicti* ad legis actionem pertinuit, sic *interpositio interdicti* ad jurisdictionem.

*Interdicta* vero, ut inquit *Justinianus*, fuerunt formulæ atque conceptiones verborum, quibus prætor aut jubebat aliquid fieri, aut prohibebat: quod tunc maxime faciebat, cum de *possessione*, aut quasi posses-



possessione inter aliquos contendebatur. Erat autem *possessio rei* corpore prædita, ut *domus*, quasi possessio rei corpore vacantis, ut *ususfructus*. Ex quibus verbis apparet, interdicta fuisse decreta prætorum de iis rebus, quas iudicum cognitioni committendas non putarunt, sed sibi ipsis pro imperio reservarunt. Cum enim dictum sit, *res alias sacras, & religiosas, alias publicas, alias privatas* fuisse, reliquas actiones, quæ de his incidere poterant, cognoscendas iudicibus tradiderunt. Quæ vero *de vi*, vel *facta*, vel quæ fieri in his posset, incidissent, quatenus ad possessionem ferme pertinerent, ipsi decreverunt. *Decretum* vero illud vocatum est præcipuo nomine *interdictum*. Itaque decreta, quæ de aliis rebus interposita sunt, arbitrio eorum permisa: hæc vero, quæ *interdicta* vocata sunt, propriis formulis concepta, & ut concepta erant, in *edictum* relata, & deinde ex *edicto*, prout res poposcit, pro tribunali pronuntiata. Itaque *interdictum* fuit *actionis*, sive *iudicii* quasi principium. Nam ut scribit *Cajus ff. de vindicta*. is, qui destinavit rem petere, animadvertere debuit, an aliquo *interdicto* posset nancisci possessionem: quia longe commodius est, ipsum possidere, & adversarium ad onus petitoris compellere, quam alio possidente petere. Ita inter cæteras legis actiones recte reponitur etiam *interdicere*: quod est, non tam interdictum interponere, quod est *prætoris*, quam interdictum postulare, sive interdicto contendere, quod est litigatoris. *Interdictum* autem *dabat prætor*, cum mittebat in possessionem. *Mittere* autem in *possessionem* fuisse à danda bonorum possessione diversum, & tamen partem jurisdictionis fuisse, declarat *Ulpianus*, cum inquit, jus dicentem & bonorum possessionem dedisse, & in possessionem misisse.

Cæterum *interdicta*, quæ ad sacras & publicas res pertinuerunt, aut fieri aliquid prohibuerunt, aut restitui, aut exhiberi iusserunt: quæ ad privatas, aut de adipiscenda, aut de retinenda, aut de recuperanda fuerunt. De locis sacris & religiosis ita *interdictum* est: *Quo, quæve illi mortuum inferre invito te jus est, quo minus illi eo eave mortuum inferre, & ibi sepelire liceat, vim fieri veto*. Item: *Quo illi jus est, te invito mortuum inferre, quo minus illi in eo loco sepulchrum sine dolo malo adificare liceat, vim fieri veto*.

De liberis personis ita: *Quem liberum dolo malo retines, exhibeas jubeo*: Qui, quæve in potestate tua est, si is, eave apud te est, dolo malo tuo factum est, quo minus apud te esset, ita eum eave exhiberi jubeo: Si *Srichis* in potestate tua est, quo minus *Mævius* eum ducere liceat, vim fieri veto.

De locis publicis: Ne quid in loco publico facias, inve eum locum immittas, qua ex re quid illis damni detur, præterquam quod lege, *Senatusconsulto*, *edicto*, *decreto*ve tibi concessum est, de eo, quod factum erit, *interdictum* non dabo: quo minus illi viam publicam, iterve publicum aperire, reficere liceat, dum ne ea via, idve iter deterius fiat, vim fieri veto: Ne quid in flumine publico, ripave ejus facias, ne quid in flumine publico, ripave ejus immittas, quo statio, iterve navigio, deterius sit, fiat.

*Interdictum de adipiscenda possessione* dabatur ei, cui bonorum possessio à prætore decreta erat in hunc modum: *Quod bonorum ex edicto meo illi possessio data est, quod de his bonis pro hærede, aut pro possessore possides, possideresve, si nihil ufucaprum esset, quandoquidem dolo malo fecisti, ut desineres possidere, id illi restituas*. Cæterum pro hærede possidebat: qui putabat se hæredem esse, atque eo animo possidebat: pro possessore, qui nullo jure rem, hæreditatem, vel totam hæreditatem sciens ad se non pertinere, possideret. Erat autem utile hoc *interdictum* ei, qui tum primum conaretur adipisci rei possessionem. Itaque si adeptus amississet, hoc nihil juvabatur.

*Retinenda possessionis interdicta* fuere duo, quæ tum usurpabantur, cum inter eos, qui de proprietate litigare volebant, non conveniebat, uter possideret: unum ad *res immobiles* pertinuit, alterum ad *mobiles*. Primum fuit: Uti eas ædes, quibus de agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero possideatis, quo minus ita possideatis, vim fieri veto. Hoc vincebat, qui interdicti tempore possidebat, si modo nec vi, nec clam, nec precario nactus erat ab adversario possessionem. Secundum: Utrique hic homo, quo de agitur, majore parte hujus anni fuit; quo minus eum ducas, vim fieri veto. Hoc vincebat, qui majore parte anni sine vitio possederat.

*Interdictum recuperanda possessionis* reddebatur eis, qui vi dejecti essent de possessione fundi, vel ædium: neque enim dejectio est de rebus mobilibus, cum in eas actio sit vel furti, vel vi bonorum raptorum. Vis autem duplex fuit, *vera* & *simulata*. Vera item duplex, *armata*, & *sine armis*. *Interdictum de vi armata* fuit: *Unde tu illum vi dejecisti, eo illum restituas jubeo*. Sine armis: *Unde tu illum vi dejecisti, cum abs te nec vi, nec clam, nec precario possideret, eo illum restituas jubeo*. *Simulata* veram est imitata, eadem civilis & quotidiana est dicta, ut post dicemus.

Jam vero *interdictorum* alia *simplicia* fuerunt, alia *duplicita*. *Simplicia*, in quibus alter actor, alter reus est, qualia fuerunt omnia restitutoria, aut exhibitoria. Nam actor is est, qui desiderat aut exhiberi, aut restitui: reus autem is, à quo desideratur, ut restituat, aut exhibeat. *Prohibitoria* alia simplicia, alia duplicita erant. *Simplicia*, veluti cum prætor prohibeat in loco sacro, vel in flumine publico, ripave ejus aliquid fieri. Nam actor est qui desiderat, ne quid fiat: reus qui aliquid facere conatur. *Duplicia*, veluti: *Uti possidetis*, & *Utrubi*. Ideo vero *duplicia* vocabantur, quia par utriusque litigatoris in his conditio est, nec quisquam præcipue reus vel actor intelligitur, sed uterque tam rei, quam actoris partes sustinet. *Ujus* autem *interdictorum antiquus*, cum ordinaria judicia essent, fuit, ut primum de possessione ageretur, & ad *interdictum* confugeretur, deinde domini actio institueretur. Hæc ferme *Justinianus* in Institutionibus.

## De actionibus, &amp; earum multiplici differentia.

EX omnibus legis actionis partibus, extrema fuit *actio*, sive *judicium*, quæ ut ab *actore* postulabatur, sic à *prætoribus* dabatur. Verum quemadmodum *actionis dationem* præcedit *postulatio*, sic *postulationem editio*, *editionem in jus vocatio*. De quibus singulis dicam, si prius quid sit *actio*, & quotuplex, dixerò. *Actionem* definit *Iustinianus*, *jus persequendi in judicio*, quod *sibi debetur*, id est, potestatem impetratam à *prætoribus* repetendæ rei, quæ *sibi debetur*, apud *judices*. Egregie illud quidem, ita tamen, si intelligatur non *jus solum persequendi*, sed etiam *ipsa persecutio*. Harum vero actionum *Iustinianus* libro 4. Institutionum. à quo hæc sumpsimus, septem veterum attulit divisiones, quibus incognitis, antiqua *judiciorum consuetudo* cognosci non potest.

Prima divisio hæc est: *Actionum* aliæ in *rem* intentæ sunt, aliæ in *personam*, aliæ in *utrumque*. In *rem*, cum egerunt cum eis, qui nullo *sibi jure* obligati erant, sed eis de aliqua re intulere *litem*. Ut in *re* corpus habente: Si *Titius servum*, *fundumve aliquem suum esse confirmasset*, *Marcus* autem *possessor dominum se esse dixisset*. Quod idem de *rebus corpore carentibus* intelligendum est, ut *usufructu*, & *servitute prædiorum*.

In *personam*, cum egerunt cum eis, qui *sibi obligati erant*, vel ex *contractu*, vel ex *maleficio*, atque intenderunt, eos dare, *facere sibi oportere*. Ut si *Titius* *empta* aut *locata* domo dixisset, *Marcum sibi dare*, *facere oportere*, *quidquid empti*, *locative nomine dare*, *facere oporteret*, aut alios *contractus*, & *maleficia* nominasset. In *personam* autem est dicta, quia non certam *rem* repetiverunt: neque enim dixerunt *rem illam*, aut *illam sibi dare oportere*, sed *quidquid contractus* alicujus nomine eum dare, *facere oporteret*, parum, undenam ille *satisfaceret*, laborantes. Quorum verborum, *dare* quidem ad *dominii translationem* contulerunt, *facere* vero ad *simplex factum*, ut *navis adificationem*, ac *traditionem*, & *utrumque* quidem ad *contractus*: *dare* vero tantum ad *maleficia* accommodarunt.

In *utrumque* autem intentæ sunt, quibus & *rem certam* petierunt, & *præstationes personales* ab *adversario* postularunt. Eæ vero fuerunt tres: *Familia eriscunda*, *communi dividundo*, *finium regundorum*.

*Familia eriscunda* fuit, quæ inter *coheredes hæreditatis dividendæ* causa dabatur. Neque enim solum *postulabatur*, ut *hæreditas divideretur*, sed etiam, ut quod eo nomine alterum alteri dare, *facere oporteret*, *præstaretur*.

*Communi dividundo* fuit, quæ inter eos *reddebatur*, qui *rem*, quam ex *alia*, atque *hæreditatis causa communem* haberent, *dividi*, simulque, quod alterum alteri *præstare oporteret*, dari, fieri *postulabant*.

*Finium regundorum* fuit, quæ inter *confines* dabatur, & ut *fines agrorum vicinorum* dirigerentur, & si quid alter ex alterius agro *percepisset*, *restitueretur*. Ex his *actionibus* primæ *vindicationes*, secundæ *conditiones*, tertiæ *mista* sunt appellatæ.

*Vindicatio* dicta videtur à *vi simulata*, quam *verbis* *petitor* *possessori* *dicis* causa faciebat, ut paulo post apparebit.

*Condictio* vero ex eo, quia *condicere* erat, *diem*, *locumve*, *communi consensu* *indicere*, quo in *judicium* *litigatores* venirent: quod etiam si in *vindicatione* quoque fiebat, tamen quia in *rem actio* *proprium sibi nomen vindicationis* *asciverat*, in hac *communi nomine conditionis* *us* sunt. *Mistarum* nomen est *notum*.

Secunda divisio. *Actiones* aliæ *legitimæ* dictæ sunt, aliæ *honorariæ*.

*Legitimæ*, quæ à *legibus XII. tabularum* *proditæ* sunt.

*Honorariæ*, quæ à *prætoribus* in *edictis* *propositæ* sunt, ut *legi deficienti* *opem* *ferrent*.

*Legitimæ* fuere, quæ in *rem*, & in *personam*, & in *utrumque* sunt *nominatæ*.

*Prætorie* quædam aliæ, quæ à *nominibus prætorum* appellantur, *Publiciana*, *Paulina*, *Serviana*, *Imperatoribus* *rerum potentibus*, ut *creditor*, *constitutæ*, & quidem *rem* & *ipsæ personamque* *complexæ*, quæ ex *Institutionibus Iustiniani* *peti* possunt.

Tertia divisio: *Actiones* aliæ *persequendæ rei causa* sunt institutæ, aliæ *pæna*, aliæ *utriusque*.

*Persequendæ rei* fuere omnes in *rem*, & omnes in *personam* ex *contractu* *nata*, ut ex *mutuo*, *stipulatu*, *empto*, *vendito*, *locato*, *conducto*, *pro socio*, *fiduciæ*, *mandati*, *commodati*, *depositi*: item *quædam ex maleficiis*, ut *furtiva condictio*, quæ una est ex *prætoriiis*, quæ ex *delicto* nascuntur.

*Pæna*, ut *actio furti*. Sive enim *de manifesto quadrupli* ageretur, sive de *nec manifesto dupli*, de sola *pæna* agebatur. Nam *ipsam rem*, aut *vindicatione*, aut *furtiva condictio*, *dominus rei* *persequabatur*. Item in *actione injuriæ*.

*Mista*, quæ simul & *rem*, & *personam* *persequabantur*, ut *actio vi bonorum raptorum*, quæ *rem* *raptam* simul cum *pæna tripli* *persequabatur*, & *actio damni injuriæ* *dati lege Aquilia*, non solum, si *adversus insipientem* *daretur*, sed etiam, si *quanti plurimi æstimatio* *peteretur*.

Quar-

Quarta divisio. *Actiones aliæ in simplum conceptæ sunt, aliæ in duplum, aliæ in triplum, aliæ in quadruplum.*

*In simplum* ex stipulatu, mutuo, empto, locato, vendito, conducto, mandato & aliis.

*In duplum*, furti nec manifesti, damni injuria dati, depositi ex quibusdam causis, servi corrupti.

*In triplum* rapinæ.

*In quadruplum*, furti manifesti, de eo quod metus causa, de pecunia data ad calumniandum.

*Actio vero damni injuriæ*, in insipientem dabatur in duplum, in consistentem in simplum.

Quinta divisio. *Actio alii solidum*, id est, totum id, quod debebatur, exigebatur, *alii pars* sola. Ejusmodi fuit *actio de peculio* filii, de dote, quæ mulieri divortio facto ad dotem exigendam adversus maritum dabatur: item actiones, quæ adversus parentem, patronum, socium, & eum, qui quid donavit concedebantur. Nam omnes, in tantum quod facere possent, damnabantur. Item *actio in debitorem*, qui bonis cessisset, & postea mediocres fortunas adeptus esset.

Sexta divisio. *Actiones quadam natae sunt ex contractibus*, & maleficiis dominorum & patrum familias, quædam ex contractibus & maleficiis servorum, & filiorum familias. De primis dictum est. De reliquis nunc dicendum. *Ex contractibus servorum* hoc modo: Servi aut sine consensu dominorum negotiati sunt, aut cum consensu eorum. *Si consensu*, quatuor actiones emanarunt. *Quod jussu, exercitoria, institoria, tributaria.* *Quod jussu*, data est in eum, cujus servus cum aliquo jussu ipsius contraxit. Nam qui cum servo jussu domini contrahebat, non servi, sed ipsius domini sequi fidem videbatur. *Exercitoria* dabatur in exercitorem, qui servum navi præposuisset, de eo, quod cum eo servo illius rei causa gestum fuisset. *Exercitor* autem erat, ad quem quotidianus navis quæstus redibat. *Servus* autem, quem navi præciebat, *magister* dicebatur. *Institoria* dabatur in eum, qui servum institorem tabernæ præfecerat, de eo, quod cum eo servo ejus rei causa gestum esset. Erat autem *institor*, qui alicui negotiationi præciebatur. *Tributoria* dabatur in dominum, quo sciente una cum servo in merce peculiari contractum erat, nisi res æqualiter inter creditores partita esset, nimirum, ut alia tributio fiat. *Merx peculiaris* erat, in qua servus suo nomine domini consensu ita negotiabatur, ut ejus quæstus ad ipsum pertineret. Sin autem sine consensu negotiati sunt, *actiones duæ* prodierunt *de in rem verso*, & *de peculio*. *Actio de in rem verso* dabatur in dominum, sine cujus voluntate servus contraxit, ut, quod in rem domini versum est, solidum præstet, reliquum ex peculii viribus dissolvat. *In rem domini* versum dicebatur, quodcumque domini facultates aliqua ex parte amplificarat, dummodo necessarius sumptus ille fuisset. *Actio de peculio* dabatur adversus dominum ex servi contractu, quatenus in peculio erat. *In peculio* id esse dicebatur, quod deductis iis, quæ domino familiæ debebantur, supererat. Eadem vero patrum, & filiorum familias ratio fuit, atque dominorum, & servorum. *Ex maleficiis* porro servorum *noxales actiones* natæ sunt, dictæ, quia delicta eorum *noxæ* vocatæ. *Noxalis* autem *actionis natura* fuit, ut dominus ea damnatus, vel litis æstimationem perfolveret, vel si vellet, servum ipsum noxæ dederet. Servo autem noxæ dedito, dominum statim ab ipso domino in actorem transferebatur. Quod si post admissam noxam dominus mutaretur, noxa in novum dominum dabatur. si servus manumitteretur, in ipsum servum. Quod idem *de noxis* etiam *filiorum familias* est intelligendum. Quin etiam *noxalis actio* fuit de pauperie, id est, de damno dato à quadrupede. In his, si damnum à quadrupede mansueta erat, ut equo calcitroso, & bove cornueta, *noxalis actio* dabatur, *lege xlii. tabularum*: si à fera, edicto *adilium* cautum erat, ut ob vulnus homini libero illatum, actio in bonum & æquum daretur, ob cætera damna in duplum.

Septima divisio. *Actiones aliæ stricti juris* fuerunt, *aliæ bonæ fidei*, aliæ *arbitrariæ*. *Bonæ fidei*, in quibus libera potestas permitteretur judici *ex æquo & bono æstimandi*, quantum actori restitui oporteret: in quo & illud continebatur, ut si quid invicem præstare actorem oporteret, eo compensato in reliquum is, quo cum agebatur, condemnaretur. Hæ vero fuerunt, empti, venditi, locati, conducti, mandati, fiduciæ, pro socio, negotiorum gestorum, tutelæ, familiæ erciscundæ, communi dividundo, depositi, commodati, pignoratitia, præscriptis verbis, tam quæ de æstimatione, quam quæ de permutatione competeat, & rei uxoriæ actio. *Arbitrariæ*, quæ ex arbitrio judicis pendeant, in quibus, nisi arbitrio judicis, is, quo cum agebatur, actori satisfaceret, veluti rem restitueret, vel exhiberet, vel solveret, vel noxali causa servum dederet, condemnabatur, & fecerunt tam in rem, quam in personam. *In rem*, quædam prætoricæ: *in personam*, quod metus causa, quod dolo malo factum, cum id, quod certo loco promissum erat, petebatur, & actio ad exhibendum. In iis enim omnibus permittum erat judici, ex æquo & bono, secundum cujusque rei, de qua agebatur, naturam æstimare, quemadmodum actori satisfieri oporteret. Præter has reliquæ *stricti juris* dictæ.

Hæ fere antiquæ actiones fuere, ex quibus, qui jus suum persequi judicio voluerunt, aliquam necessario arripuerunt, eamque à prætore postularunt. Quoniam autem *actio jus* erat *persequendi* in judicio, quod sibi deberetur, qui actionem postulavit: nihil aliud postulavit, quam jus persequendi in judicio, quod sibi deberetur, aut quod suum esset. Id autem erat judicium, aut judicem in eam rem, de qua lis erat, postulare, ut re cognita, & judicata, jus uterque suum adipisceretur. *Judicem* autem dare, præcipuum fuit jus dicentis officium. Unde scripsit *Ulpianus*: Jus dicentis officium latissimum est, nam &

bonorum possessionem dare potest, & in possessionem mittere, pupillis non habentibus tutores constituere, iudices litigantibus dare; & alio libro: *Jurisdictionis* est etiam iudices dandi licentia, id est, qui jus dicit præter superiora jura, etiam iudices dandi jus habet. Hinc illa sunt prope *translatitia* in edictis prætorum: *De ea re iudicium dabo; De ea re iudicium non dabo.*

## CAP. XII.

*De in jus vocatione, edictione actionis, & postulatione actionis, sive iudicii.*

**D**E *actione*, quid sit, & de *divisione actionum* hætenus dictum est, sequitur, ut *modus actionum* explicetur, id quod hoc capite faciemus. Qui petere in animo habebat, aut alia ratione alicui licet, sive actionem intendere, antequam in jus adiret, per amicos intra parietes, quid proficere posset, experiebatur, *Livio* lib. 4. & *Cicerone* pro *Quinctio* & *Cæcina* testibus. Ubi vero res ita convenire non poterat, tum die postulationum petitor eum, unde petebatur, in jus vocabat. Erat autem *in jus vocare*, uti *Paulus* definit, *in jus experiundi causa vocare*. Non omnes tamen vocari poterant. Iudicat hoc *edictum prætoris*: parentem, patronum, patronam, liberos, parentesque patroni, & patronæ, in jus sine meo permisso, ne quis vocet. Item: *magistratus, pontifex*, dum sacra facit, & qui uxorem ducunt, *in jus* vocari non possunt. *Vocabat* autem hoc modo: Qui petebat, eum, unde petebatur, conveniebat, atque ut se in jus sequeretur, admonerat. Si is sequi noluisse, eum in jus educebat, sive rapiebat. Verum ne injuriam facere videretur, ante aliquem ejus actionis testem faciebat, capta scilicet hominis forte intervenientis, aut præsentis auricula, rogabat eum his verbis: *licetne antestari?* id est, possumne testem sumere? si respondebat, *licet*, tum adversarium frustrantem, aut fugientem injecta manu ad prætorem trahebat, atque hoc faciebat auctoritate *xii. tabularum*. Sic enim in iis erat: *Si vis vocationi fuit, antestaminor*. Neminem vero de domo sua in jus vocare licuisse, partim ex *Cicerone* pro *Domo*, & in *Vatinium*, partim ex *Cajo* *Comment. in xii. tabulas. ff. de in jus vocando* cognoscitur, cujus verba sunt: Plerique putaverunt, nullum de domo sua in jus vocare licere, quia domus tutissimum cuique refugium, ac receptaculum sit, eumque, qui inde *in jus vocaret*, vim videri inferre. *Paulus* etiam ait: *Et si qui domi est, interdum vocari in jus potest*, tamen de domo sua nemo extrahi debet. Quod si ille, qui vocabatur, imbecilla valetudine esset, tum qui vocabat, jumentum, currumve dare cogebatur à lege, in hunc modum loquente: *Si in jus vocato morbus ævitæque vitium esset, qui in jus vocabat, jumentum dato: si nollet, arceram ne sternito*. Si vero is, unde petebatur, latitaret, ita ut nullam secum agendi potestatem faceret, eum de domo extrahi non posset, *actor prætoris* auxilium implorabat, atque reum evocari edicto jubebat. *Edictum* vero ad ipsius latitantis ædes ponebatur, cum solenni vicinorum testatione. Si autem vocationi primæ non pareret, neque defenderetur, *prætor* secundam decernens, in bona *petitorem* mittebat, & nisi evocatione tertia, ad sui defensionem venisset, altero decreto bona ejus possideri, proferri, ac distrahi jubebat. Itaque in edicto prætorio erat: *Qui fraudationis causa latitaverit, si boni viri arbitrato non defendetur, ejus bona possideri, vendique jubebo*. Venditio tamen non statim fiebat, sed postquam bona per triginta dies possessa essent, tum vero iterum, qui se creditores esse dicebant, si plures essent, *prætorem* adibant, petebantque, ut sibi liceret unum ex corpore suo constituere, qui debitoris bona auctori subjiceret. Is constitutus dicebatur *magister*, & post id temporis *proscriptio* fiebat in celeberrimis totius urbis locis ita: Ille debitor noster in ejusmodi causa est, ut bona ejus divendi debeant, nos creditores patrimonium ejus distrahimus: quicumque emere volet, adesto. Inde post aliquot dies, tertium jam *prætorem* adibant, postulantes, ut sibi liceret legem bonorum venditorum facere, atque inde ita *proscribent*: Hæc quicumque emerit, creditoribus in dimidiam partem eorum, quæ ipsis debentur, respondere debet, sic ut cui aurei centum debentur, accipiat quinquaginta. Et certo tempore elapso emptori patrimonium addebatur. Et vocabatur is, qui emerat, *bonorum emptor*, actionesque omnes à debitore, in bonorum emptorem transferebantur, & conveniebatur non aliter, ac bonorum possessor, siquidem uterque *successor prætorius* erat. *Theophilus* libro tertio *Institutionum*. *Cicero* pro *Quinctio*. Atque hæc quidem in *xii. tabulis*. *Edictum* inde prætoris legem correxisse viderur, & cavisse, ut si quis *in jus* sequi nollet, satisfidaret fore, ut se in jure sisteret. Unde est titulus in *Pandectis* ex edicto sumptus: *in jus vocatus aut eat, aut satisfidet*.

Ubi vero vocatus *in jus* venerat, *actor* impetrata loquendi potestate actionem ei edebat, qua adversus eum uti volebat. Erat autem ita comparatum, ut qui peteret, non unam, sed multas actiones haberet, id est, multis modis jus suum persequi posset: ut docet *Cicero* pro *Cæcina*, *Theophilus* libro 4. *Instit. & Justinianus* de *furibus*. Ex illis igitur actor unam aliquam eligebat, eamque *in jus* vocato reo edebat. *Plautus* *Persa*, *Ulpianus* *ff. de edendo*. *Cicero* in 4. *Verrina*.

Edita inde actione, qua usus erat, actor *postulabat* eam à prætore, id est, petebat, ut sibi in adversarium liceret intendere (*postulare* enim *Ulpiano* *ff. de edendo*, auctore, est desiderium suum in jure apud eum, qui jurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere.) Reus contra à prætore postulabat *advocatum*. Fuit autem *advocatus* teste *Afconio*, *jurisconsultus*, qui patrono jus suggestit, aut reo *presentiam suam*

suam commodavit. Actione inde adversario edita, eaque à prætorè post postulationem impetrata, tum actor certa verborum accepta formula vadabatur reum, id est, vades, sive sponsores petebat, fore, ut certo die, is plerumque perendinus erat, se in jure sisteret. Vas autem fuit, qui pro altero vadimonium promisit. Vadimonium porro adhibito jurisconsulto concipiebatur: & qui provocabat, vadari: qui provocabatur, vadimonium promittere dicebatur. Concepto vadimonio, & sponsores acceptis, è jure discedebatur. [Liv. epitome 86. Cic. lib. 2. ad Attic. Juven. Sat. 3. Ulpian. ff. de Transact. Cic. pro Q. Roscio. & in 3. Verrina.] Accidit autem, & quidem sæpe: ut prætores deinde ex voluntate litigatorum vadimonia in alios dies perendinos differrent. Interea, dum res in vadimonio fuit, reus cognita actione, aut actori sine judicio cessit, aut se ad contendendum paravit. Si cessit, rem aut pacto, aut transactione composuit. Hinc erat in edicto: *Pacta, conventa: quæ neque dolo malo, neque adversus leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta Principum, neque quo fraus eorum cuiquam fiat, facta erunt, servabo.* Quod ad omnes pactiones transactionesque traductum est.

## CAPUT XIII.

## De intentione actionis, sive litis.

Tertio inde die, qui dies cognitionibus erat dicatus, & *comperendinus* appellabatur, prætor actiones editas ac postulas ex tabulis ordine recitari, atque actores reosque citari per *accensum* jubebat, ut judicia actionibus eorum cognoscendis daret. Quorum illud *dicere vadimonis*, hoc *addicere judicia* vocavit Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 16. Si vero litigatores ad vadimonium die constituto non accurrissent, *litem amittebant*. Præcipue vero reus, si *vadimonium deseruisset*, quod promiserat, perdebat litem: quia prætor postulante actore ex edicto bona ejus possideri jubebat, & si xxx. dies possessa essent, neque ille se defendisset, vendi jubebat, eo modo, quo supra demonstratum est. Si autem uterque occurrisset, tum se litisse dicebantur. Ac tum prior reus ita agebat: *Ubi tu es, qui me vadatus es? ubi tu es, qui me citasti? ecce ego me tibi sisto, tu contra & te mihi sisto.* Procedente autem actore rogabat: *Quid ais?* Respondebat actor: *Ajo (exempli gratia) fundum, quem possides, meum esse: Ajo, te mihi dare, facere oportere, prout natura actionis postulabat, quam ille intendere volebat.* Cæterum responsio actoris ipsam complexa est intentionem actionis. Singulæ autem *actionum intentiones* propriis formulis inclusæ fuerunt, quæ à pontificibus scriptæ quondam, deinde à *jurisperitis* compositæ fuerunt, à quibus qui recessit, *causa cecidit*, ut Cicer. lib. 1. de Oratore significat. Has vero formulas in singulis actionibus cujusmodi fuerint, demonstrare longum esset, & propter similitudinem ipsarum inter se molestum, ac prope putidum, in principibus autem præterire vix sine insigni hujus doctrinæ detrimento licet. Itaque initio ducto à *vindicatione*, quid in paucis observatum sit, videamus.

*Actio vindicationis* fuit duplex, una *possessoris*, altera *dominii*, *Possessio* usum rei hoc loco significat, ut ædium, aut fundi, eaque proprie *vindicatæ* nominatur. Qui vero litem de *dominio rei* intendere volebat, quæ dicebatur *vindicatio*, si, cujus *vindicatæ*, id est, possessio esse deberet, certum fuisset: is, qui possessione carebat, actionem statim possessori de dominio intendebat. Sin autem incertæ fuere *vindicatæ*, primum de *vindicatæ*, deinde de *dominio* agebat, idque hoc modo: Cum incerta esset possessio, ii, quorum intererat, postularunt à prætorè interdictum de possessione, aut quasi possessione, nempe aut de adipiscenda possessione, aut de retinenda, aut de recuperanda. *Interdictum de adipiscenda possessione* reddebatur, ei, cui bonorum possessio à prætorè ex edicto data fuerat. *Interdictum de retinenda*, eis, qui de proprietate litigaturi erant, neque uter possideret, inter eos conveniebat. De *recuperanda* iis, qui vi ex aliquo loco dejecti erant. *Vis* autem hæc fuit duplex, *vera* & *simulata*. *Vera vis* appellata, cum armatis, aut inermibus hominibus coactis aliquis ex loco dejectus erat. *Vis simulata* fuit veræ vis imitatio, quoties dicis causa alter alteri in jure manum conferendo, vim attulit, & verbis vindicavit, seu *vindicatæ* postulavit. In servo quidem *manus consortio* facta est in hunc modum: Qui servi possessionem petebat, tenens servum in jure apud prætorè, *ius vindicabat*: id est, possessionem per simulatam vim postulabat. Quippe roganti reo: *Quid ais?* Respondebat: *Hunc hominem ex jure Quiritium meum esse ajo, ejusque vindicatas mihi dari postulo.* Si ille alter taceret, aut cederet, prætor servum addicebat *vindicanti*, id est, possessionem decernebat postulanti usque ad exitum judicii, de dominio instituendi. Sin autem ille contra *vindicaret*, tum & ipse servum eundem corripiens, & quasi de manu vindicantis abstrahens, dicebat: *Et ego hunc hominem meum esse ajo, ejusque vindicatas mihi conservari postulo.* Tum prætor interdicebat: *Qui nec vi, nec clam, nec precario possidet, ei vindicatas do.*

In fundo autem, aut domo *manus consortio* facta est in hunc modum: Stantes in jure litigatores petitor eum, unde petebatur, ex jure manu confertum vocabat. Ita dicens: *Fundus qui est in agro, qui Sabinius vocatur, meus est, eum ego ex jure Quiritium meum esse ajo. Inde ibi ego te ex jure manu confertum voco.* Ille vero nisi cessisset, respondebat: *Unde tu me ex jure manu confertum vocasti, inde ibi ego te revoco.* Tum prætor dicebat utrisque *superstitibus præsentibus*: istam viam dico: *Inite viam.* Præsto aderat sapiens, qui inire viam doceret: *Redite viam.* Eodem duce redibant: in agro vero, sive domo manum conferebant, id est, terræ aliquid ex eo agro, uti unam glebam sumebant, in eam manum conferebant, atque ad prætorè defc-

deferebant, & in ea gleba, vel festuca tanquam in toto agro, vel domo tota vindicabant. Dicebatur ea gleba vel festuca, *vindicicia*, teste *Festo*: *Vindicicia* olim dicebantur, quæ ex fundo sumptæ in jus allatæ erant. His autem *vindiciciis*, id est, hac gleba, sive festuca in jus allatis, actor, qui dejectus erat, eas tenens, dicebat: *Hunc fundum, sive hanc domum meam esse dico ex jure Quiritium, eoque restitui, unde dejectus sum, postulo*. Tum prætor: *Unde tu illum dejecisti, cum nec vi, nec clam, nec precario possideret, eo illum restituas, jubeo*. Restituebat, si modo illum nec vi, nec clam, nec precario possedisse constaret. *Agellius* lib. 20. cap. 1. hanc vim civilem, & *festucariam* vocat.

Alter *vis simulata* fuit, quæ non à lege, sed à moribus emanavit. Quippe qui possessionem recuperare volebat, possessoris certum diem constituebat, quo in rem præsentem veniretur, ut in fundo, de quo agebatur, moribus vis & deductio fieret. Hoc modo *Cacina* apud *Ciceronem* agere cum *Ebutio* possessore voluit: verum ab eo in fundum ingredi vera vi, non moribus prohibitus, interdictum. Unde vi, *postulavit*, ut ille, qui veram vim passus esset.

Huic accessit & tertia ratio incundæ possessionis, quæ neque à lege, neque à moribus, sed à jure civili profecta est. Hæc non proprie vis fuit, sed usurpatio. *Usurpatio* vero, ut scribit *Paulus* ff. de usurpationibus, fuit interruptio usurpationis. Hinc *Venulejus* ff. de acquirenda possessione: Species inducendi in possessionem alicujus rei est, prohibere ingrediendi vim fieri. Statim enim cedere adversarium, & vacuum relinquere possessionem jubet, quod multo plus est, quam restituere. Hoc autem factum, ut reor, ille, qui inductus erat, *usurpandi surculum* destringere consuevit, atque ita possessionem adversarii interruptit. Et hæc tenus de *vindicacione* possessionis. Jam de *vindicacione domini*.

Constituto possessore, tum lis de dominio intendebatur, possessor ab eo, qui possessione exclusus esset, aut qui omnino expertus possessionis esset. [*Cic. lib. 3. de Orat. Cajus* ff. de usurpationibus.] *Domini* autem petebatur eadem ratione, iisque prope verborum formulis, quibus *possessio*. Petitor enim cum possessore ita agebat, ut primum an auctor esset, id est, an talis esset, unde jus suum repetere posset, statueret: deinde vindicaret, tum satisfacere juberet, tum sponsione provocaret. An auctor esset, ita quæsitum. *Quando te in jure conspicio, postulo, anne sis auctor?* si ille, qui rogabatur, taceret, lis ei æstimabatur. Si negaret, tum prætor dicebat: *Quando negat, sacramento querito*. Erat autem sacramento *querere*, ad certam spondendam pecuniam reum provocare, ni ita esset. Itaque audito prætoris mandato petitor subjiciebat: *Quando negas, te sacramento quinquagenario provoco: Spondesne, te soluturum quinquaginta asses, si auctor sis? id est, si probavero, te auctorem esse? Cui inficiator respondebat: Spondeo quinquaginta asses, si auctor sim*. Inde restipulator: *Tu vero spondesne idem, ni sim? cui ille: Et ego quoque spondeo*. Quod si ille se auctorem esse profiteretur, tum eadem vindicandi ratio in dominio petendo observabatur, quæ adhibita fuerat in petenda possessione. Nam *vindicatio* non magis erat *possessionis* postulatio, quam *dominii*. Itaque ut maneamus in superioribus exemplis, si servus peteretur, petitor servum tenens ita vindicabat: *Quando ais neque negas, te auctorem esse, hunc hominem ex jure Quiritium meum esse ajo*. Tum prætor possessorem interrogabat, an contra vindicaret? Si ille cederet, *servum pariter vindicanti* addicebat, id est, dominium decernebat. Sin contra vindicaret, sic respondebat: *Et ego eundem hominem meum esse ajo ex jure Quiritium. Sed nonne tudicis, qua causa vindicaveris?* Tum petitor causam exponebat.

*Cic. pro Muræna, & lib. 1. de Orat. Valerius Probus libello de notis antiquis. Paulus* ff. de petitione hæreditatis.

Sin autem fundus, aut domus peteretur, eadem ratione *vindicabatur*, id est, dominium petebatur, qua postulatum in servo fuerat. Quippe allatis in jus vindiciis, dicebat petitor: *Hunc fundum ajo meum esse ex jure Quiritium, & reliqua, eodem modo, quo in servo*.

De satisfactionis postulatione ratio fuit ejusmodi: Antequam petitor causam redderet, cur vindicaret, postulabat à possessore, ut satisfacere, se nihil deterius in possessione facturum. *Satisfacere* autem possessor, aut litem amittebat.

*Sponsionis* inde faciendæ ratio fuit hujusmodi: Petitor, ubi cum, unde petebatur, aut intentionem, aut rationem intentionis suæ inficiantem audivit, eum sponsione sacramenti provocavit: Ni ita esset: qua facta, reus petitorum vicissim provocavit hoc modo in intentione: *Quando negas hunc servum meum esse, sacramento te quinquagenario provoco. Spondesne quingentos, si meus sit? id est, si meum esse probavero. Cui reus: Spondeo, si tuus sit: & si sponsionem recusasset, litem amittebat. Inde restipulans rogabat: Et tu spondesne quingentos, ni tuus sit? id est, si probavero, tuum non esse. Cui petitor: Spondeo, ni meus sit: atque hoc nisi fecisset, litem amittebat. In ratione intentionis hoc pacto: Ajo hunc servum meum esse, quia ex ancilla mea natus est. Cui reus: Nego tuum esse, quia ex ancilla tua natus non est. Tum petitor: Spondesne quingentos, si ex ancilla mea natus sit? Reus, Spondeo, si ex ancilla tua natus sit. Et tu spondesne quingentos, nisi ex ancilla mea natus sit? In hoc genere pecunia, quæ interponebatur, sacramentum, stipulatio, & restipulatio, sponsio dicebatur. [*Varro* lib. 5. de lingua Lat. *Paulus* ff. de petit. her. *Cic. 3. Verrina, & in eandem Asconius, Festus*.] Cæterum sponsionis ratio hujusmodi fuit: Qui petebat, dicebatur sponsione, & sacramento provocare, quia interrogabat, *Spondesne quingentos? item sacramento rogare, querere, & stipulari ob eandem causam. Ille vero, unde petebatur, dice-**

dicebatur contendere ex provocatione, contendere sacramento, & restipulari. Contendere ex provocatione, quia provocatus non recusabat sponsonem: sacramento, quia pecuniam, quæ sacramento dicebatur, & ut inquit Isidorus libro 5. sponsonis pignus erat, se soluturum spondebat. restipulari, quia & ipse ab actore vicissim stipulabatur, postquam ipse sponderat: Et tu spondesne idem? Uterque autem spondere, & sponsonem facere, & se inter se sponsonem provocare dicebatur. Cæterum utraque sponso his verbis concipiebatur, si & nisi, sed modo hoc, modo illo, pro natura negotii & rei affirmatione, aut inficiatione. Nam semper contrarium rogabatur ejus, quod reus dixerat. Quippe negante reo, se esse auctorem, rogabat petitor, ac stipulabatur: Spondesne quinquaginta, si es auctor? Ajente autem, fundum suum esse, quia testamentum extet, rogabat, & stipulabatur: Spondesne quingentos, ni tuus fundus sit, ni testamentum extet. Reus autem spondebat, Spondeo quinquaginta, si auctor sim, quingentos, ni meus fundus sit, ni testamentum extet. Inde rogabat vicissim petitor, & restipulabatur: Et tu spondesne quinquaginta, ni auctor sim, si meus fundus sit, si testamentum extet? Cui ille, Spondeo, ni auctor sis, si fundus tuus sit, si testamentum extet, &c. Exempla sunt apud Valer. lib. 2. Macrobinum, Ciceronem, & Livium. De quingentis autem spondendis perpetuum non fuisse crediderim, sed sponsonem factam esse pro modo litis, & arbitrio provocantis. Siquidem dixit Cicer. in 5. Verrin. Facta est sponso sestertium quinque millibus. Et pro Q. Roscio: Pecunia petita est certa, cum tertia parte sponso facta sit.

His de auctoritate, satisfactione, sacramento, & sponsonem perfectis, redeo ad rem, de qua dicere institueram. Cum petitor in hæreditatem fundi ageret, ita dicebat: Ajo hunc fundum meum esse jure Quiritium. Cui possessor inficians respondebat: Et ego meum, non tuum esse ajo ex eodem jure Quiritium. Tum petitor: Satisda, te non deteriorem possessionem facturum. Possessor satisfidabat. Tum petitor: Spondesne quingentos, si meus hic fundus sit? possessor, Spondeo quingentos, si tuus hic fundus sit. Inde restipulans: Et tu spondesne totidem, ni tuus hic fundus sit? petitor, Spondeo, ni meus hic fundus sit. Est autem animadvertendum, si reus nihil ad inficiationem addidisset, puram defensionem dictam: si exceptionem adjecisset, conjunctam. Erat autem exceptio rei defensio, quæ non omnem actoris intentionem excluderat, ut inficiatio: sed ejus partem duntaxat, atque his verbis concipiebatur, extra quam si, vel, nisi si, ut reus dixisset: Imo hæreditas mea est, non tua. Nisi testamentum prodatur, quo tibi relicta appareat, aut aliquid tale. Cicero in Rhetoricis. Ut autem in inficiatione actor, sic in exceptione reus sponsonem concepit. Et sponso quidem cum inficiatione, pura dicebatur, cum exceptione vero conjuncta: ut, Spondesne quingentos, ni hæreditas tua sit, ni testamentum prodatur? Spondeo: tu vero spondesne: si hæreditas mea sit, ni testamentum prodatur? spondeo.

Quoniam autem per exceptiones actio transferabatur, locus admonet, ut de translatione actionis deinceps dicamus.

Transferebatur actio, cum petitor agens plus in intentione sua complectebatur, quam ad eum pertinebat. Quod si fecisset, causa cadebat, id est, ut inquit Justinianus, litem amittebat, nec facile in integrum restituebatur à prætore, nisi minor erat vigintiquinque annis. Plus autem quatuor modis petebatur, re, tempore, loco, & causa. Re, veluti, si quis pro decem aureis, qui ei debebantur, viginti peteret: aut si is, cujus ex parte res est, totam eam vel majore ex parte suam esse intenderet. Tempore, veluti, si quis ante diem, vel ante conditionem petisset. Loco, veluti, cum quis id, quod certo loco sibi dari postulatus est, alio loco petisset, sine commemoratione illius loci, in quo sibi dari postulatus esset: verbi gratia, si is, qui ita stipulatus fuerat, Ephesi dare spondes? Roma pure intendat dari sibi oportere. Causa, ut si quis ita à te stipulatus esset, hominem Stichum, aut decem aureos dare spondes? deinde alterutrum petisset, veluti hominem tantum, aut decem aureos tantum. Ideo autem plus petere intelligitur, quia in eo genere stipulationis est optio, utrum pecuniam, an hominem solvere malit. Qui vero pecuniam tantum, vel hominem tantum sibi dari oportere intendit, eripit optionem adversario: & eo modo suam quidem conditionem meliorem facit, adversarii vero sui deteriorem. Cic. in Rhetoricis.

Atque hoc quidem modo in rebus corpore præditis litis concipiebatur intentio. Qua cognita, facilis est cognitio reliquarum. Nam in rebus corpore vacantibus, ut in usufructu, & prædiorum servitute eodem modo intendebatur, ac vindicabatur. Ajo usufructum fundi tui, qui est in agro Sabino, esse meum. Ajo jus ex fundo tuo aquam ducendi, vel jus versus ædes tuas altius tollendi, esse meum. Hoc autem proprium in his fuit, quod non solum affirmanter intendi potuit, sed etiam neganter, hoc modo: Ajo usufructum fundi mei non esse tuum, atque ita in cæteris. Causa vero hujus dissimilitudinis fuit, quod in rebus corporeis is solum agere potuit, qui non possedit. Nam ei, qui possedit, nulla erat prodita actio. Neque enim intendere potuit: Ajo fundum hunc tuum non esse. Neque enim, si judicatum esset, non esse possessoris, propterea fiebat necessario, ut esset petitoris. In his autem non idem erat, qui affirmative agebat, & qui negative. Nam affirmanter intendebat, qui se jus illud, de quo quærebatur, habere dicebat, veluti usufructum, aut servitutem alterius proprietate. Neganter vero ipse dominus fundi, aut ædium, qui affirmabat, illum alterum usufructum, aut servitutem in fundo, aut ædibus suis non habere. In his autem sponsones fuerunt hæ: affirmative ita: Ajo usufructum fundi tui esse meum. Ajo usufructum fundi non esse tuum: spondesne, si usufructus fundi tui sit meus? spondeo. Si usufructus fundi mei sit tuus? spondeo.

*Et tu spondeſne, ſi uſufructus fundi mei non ſit tuus? ſpondeo. Si uſufructus fundi tui non ſit meus? ſpondeo.* Negative ita: *Ajo, uſumfructum fundi mei non eſſe tuum: Ajo uſumfructum fundi tui non eſſe meum. Spondeſne ſi uſufructus fundi mei non ſit tuus? ſpondeo. Si uſufructus fundi tui non ſit meus? ſpondeo.* Et tu, *spondeſne, ſi uſufructus fundi tui ſit meus? ſpondeo: Si uſufructus fundi mei ſit tuus? ſpondeo.* Eodem modo in cæteris. In actione etiam de ſervitute luminum fuit aliquid diverſi à cæteris. In aliis enim, qui intendebat, idem etiam ſponſionem faciebat. Exempli gratia, ſi me habere dixiſſem jus fundo tuo utendi, fruendi, neque tamen me uti, frui ſineres, vocaſſem te in jus, & intendiſſem apud prætorem, jus utendi tuo fundo meum eſſe, & à te provocatus ſponſionem feciſſem: ni meum jus ſit. At ſi altius ædes tollere incepiſſem, tu in jus me vocaſſes, & ita dixiſſes: *Nego tibi jus eſſe altius ædes tollendi verſus me, & rationem negatæ ſervitutis prætori expoſuiſſes.* Tum ego remiſſam eſſe ſervitutum oſtendiſſem, & à te provocatus ſponſionem feciſſem: *ni meum jus ſit.* Itaque in hoc libertas vindicari, in aliis ſervitus peti videbatur.

Fuerant præterea actiones dua in rem, una de libertate, altera de ventre cognoscendo, quæ propriam requirunt obſervationem. Ex his autem cauſa liberalis fuit duplex; aut enim e ſervitute in libertatem, aut e libertate in ſervitutum vindicabatur. Hæc vero privata omnino cauſa non videtur, quia actio cuique e populo data eſt, qui ſe aſſertorem & vindicem profiteretur. Erat autem lex xlii. tabularum, ut inquit *Dionyſius lib. 11. & Livius lib. 3.* ut ſi quis aut ex libertate in ſervitutum, aut ex ſervitute in libertatem aſſereretur, poſſeſſionis jus maneret uſque ad exitum iudicii penes eum, qui in libertatem aſſereret: non, qui in ſervitutum. Item in eadem lege fuit: *Ut cui vindiciæ ſecundum libertatem à prætore addicerentur, is ſponſores daret, hominem poſtea iudicio ſiſti.* Verba poſtulantis vindicias ſunt apud *Tarentium* in *Adelphis*: *Hunc hominem ego liberum eſſe aſſero, poſtulo ut mihi des vindicias ſecundum libertatem.* Idem *hunc hominem ſervum meum eſſe aſſero, poſtulo ut mihi des vindicias ſecundum ſervitutum.* Decretum prætoris: *Qui libertatem defendit, ei vindicias do.* Decreta in hunc modum poſſeſſione, tum alio die actio de libertate intendebatur, ita: *Hunc hominem ex jure quiritiæ liberum eſſe aſſero:* quo dicto, ille alter reſpondebat: *Hunc hominem ſervum eſſe, meumque ex jure Quiritium ſervum eſſe aſſero.* Inde ſponſiones, ut ſupra: *ni liber ſit, ni ſervus ſit, & ſervus ejus ſit.* Item in cæteris: *Ajo me ingenuum eſſe ex jure Quiritium, neque juſtam ſervitutum ſerviſſe.* *Ajo, hunc hominem cum apud me juſtam ſervitutum ſerviret, à me manumiſſum, meumque liberum eſſe.* Sponſio: *ni manumiſſus ſit.* Hujus iudicii illuſtre exemplum eſt apud *Aſconium* in *Cornelianam*.

De ventre vero ita intentum eſt: *Ajo mulierem hanc ex te pregnantem eſſe: Nego.* Sponſio: *Ni ſit.* Ac de formulis quidem intentionis in actione vindicationis hætenus.

Conditionis vero longe alia ratio fuit. *Conditio* vero fuit, ut diximus, qua non corpus aliquod petierunt, ſed à perſona certam præſtationem poſtularunt, neque, unde ſatisfaceret, curarunt. Ea vero, ut dixi, fuit duplex: una adverſus eum, qui ex contractu: altera adverſus eum, qui ex maleficio obligatus erat. *Contractus nomina* ferme, ut diximus, hæc fuerunt: *mutuum, commodatum, depositum, pignus, emptum, locatum, ſocietas, fiducia, ſtipulatus, negotium geſtum.* Præſcriptis verbis. In his actor ferme ſic intendit: *Ajo te mihi mutui, aut commodati, aut depositi, aut aliorum nomine dare centum oportere.* Ille vero, unde petebatur, aut inſiciabatur, aut excipiebat. Inſiciabatur ita dicens: *Nego me tibi dare centum eo nomine oportere.* Excipiebat, partem actionis excludens, ita: *Nego me tibi ex ſtipulatu centum dare debere. Niſi quod metu, aut dolo, aut errore adductus ſponſandi, aut: Ni minor annis xxv. ſim.* *Plautus* in *Rudente*. Item: *Ajo te mihi domum, aut navim adificare, aut veſtem polire oportere ex ſtipulatu.* *Nego.* Inde ſponſio: *Ni facere debeat,* ut ante, naſcebatur; aut: *Ni mutui, aut depositi nomine centum dare debeat.* Quo in loco dare videtur accipiendum eſſe pro reddere. Non enim qui mutuo dedit, aut commodavit, aut depoſuit, dominium amiſit.

Præſcriptis verbis obligatio erat talis: Si qua naſceretur inuſitata controverſia, litigatores vel ſuo ingenio, vel jurisconſulti ſui actionis formulam certis verbis ſecundum pactum inter ipſos conventum concipiebant, in eaque verba ſponſionem faciebant: exempli gratia, *Mævius fulloni polienda veſtimenta ſua dedit ea mercede, de qua poſtea inter ipſos conveniſſet, atque ita ea polita accepit, neque fulloni ſatisfecit.* Tum fullo ſic intendit: *Ajo te mil. mercedem, de qua inter nos convenit, ob polita tua veſtimenta, dare oportere.* *Nego me dare oportere.* Sponſio: *Ni dare debeat.* Jam vero obligationes ex maleficiis fuerunt, ut diximus, ex furto, damno, rapina, injuria. In furto ejuſmodi fuit intentio: *Ajo, veſtem, quam nuper furto mihi abſtulisti, meam eſſe, teque illam mihi dare oportere.* Hæc autem actio furtiva, *conditio* vocabatur, odio furum à prætore inſtituta, ut furtum non ſolum vindicatione repeti poſſet, ſed etiam conditione. Nam in vindicatione adverſus poſſeſſorem tantum erat actio, hoc modo: *Ajo, hanc veſtem meam eſſe.* Neque furti mentio fiebat. In conditione vero adverſus furem ipſum erat actio, & furti nomine exprimebatur, & illam rem eum dare, id eſt, reddere debere intendebatur, ut *Fuſtinianus* docuit. Eadem in cæteris maleficiis fuit ratio. *Ajo te mihi pugnum, aut fuſtem infixiſſe, aut concivium ſeciſſe, teque mihi tantum, quantum ego aſtimavero, dare oportere.* *Nego.* Sponſio: *Ni fecerit.*

Poſtremo miſtarum actionum intentiones ejuſmodi fuerunt: *Ajo te familiam dividere debere, & eo nomi-*



*nomine centum te mihi dare oportere. Ajo te res communes dividere debere, & eo nomine centum te mihi dare oportere. Ajo, fines agri nostri dirigi oportere, & quot ex agro meo percepisti, te mihi dare oportere. Quibus intentionibus, inficiatio, exceptio, sponso eodem modo subjiciuntur, quo in superioribus diximus.*

His cogitis, quoniam in tertia divisione actiones malefactorum triplices fuisse scripsimus, rei persequenda, poena persequenda, & utriusque: deinceps quænam earum formulæ fuerint, ostendamus. *Cajus ff. de furtiva conditione.* In furto actio, quæ rem tantum persequitur, vindicatio, & furtiva conditio vocabatur, ut dictum est. Per quam ubi res ablata recepta erat, remanebat tamen furti actio, quæ ad poenæ persecutionem pertinebat. In hac ergo intentio hæc erat: *Ajo te centum mihi abstulisse, & manifesto deprehensum esse, & manifesti furti nomine quadringentos aureos mihi dare debere.*

Rapinæ vero actio simul rem & poenam persequabatur. *Justinianus.* Quamobrem formula erat: *Ajo, Mævium vi vestem mihi eripuisse, atque ejus rei nomine, eum quadruplum mihi dare oportere.* Quoniam enim nulla actio rapinæ prodita est, qua rem & personam separatim persequi liceret, propterea una, & eadem actione utrumque persecuti sunt. *Actio damni lege Aquilia* item & rem & personam persequabatur. Poena adversus confidentem in triplum erat, adversus inficiantem in duplum. Itaque intentionis formula erat: *Ajo, Mævium Stichum servum meum interfecisse, factumque illud inficiatum esse, atque eo nomine duplum, quanti hoc anno servus plurimi fuit, mihi dare oportere.* Reus negabat, se interfecisse, aut inficiatum esse, atque eo nomine duplum, quanti hoc anno servus plurimi fuit, mihi dare oportere. Reus negabat, se interfecisse, aut inficiatum esse. Sponso nascebatur: *Ni interfecerit, ni inficiatus sit.* Jam vero in servo corrupto ita intendebatur: *Ajo, Mævium Stichum servo meo persuasisse dolo malo, quo eum deteriorem faceret, atque hoc nomine, quanti ea res fuit, mihi dare oportere.* De eo quod metus causa gestum est, quæ fuit prætoria actio; ait: *Ajo: Mævium terrore ac minis vestem a me extorsisse, atque eo nomine quadruplum, quanti ea res fuit, mihi dare oportere.* De calumnia ita: *Ajo, Mævium calumnia causa pecuniam accepisse, ut mihi negotium faceretur, & eo nomine quadruplum mihi dare oportere.* Cæterum, ut inquit *Justinianus*, actio furti nec manifesti, & servi corrupti à cæteris differunt, quod omnino dupli sunt, at actio damni ex lege Aquilia, & de dolo malo, inficiatione depositi duplicantur, in confidentem autem in simplum dantur. Item actio: de eo, quod metus causa factum est, à cæteris diversa est, quod ejus natura tacite continetur, ut qui iudicis iussu ipsam rem actori restituit, absolvatur. In cæteris non erat ita, sed omni modo quisque in quadruplum condemnabatur.

Sequuntur actiones quintæ divisionis, quibus non totum, sed pars petitur. In iis vero intentio sic concipiebatur, ut de peculio filii: *Ajo, me servo tuo centum aureos mutuo dedisse, teque quantum ex ejus peculio facere poteris, mihi dare oportere.* De dote: *Ajo, me tibi nomine dotis centum dedisse, teque mihi, quantum facere poteris, dare oportere.* Item a parente, patrono, socioque non totum, sed quantum facere possent, petebatur. Eodem modo agebatur cum eo, qui creditoribus bonis suis cessit, si postea aliquid acquisisset.

De actionibus sextæ divisionis, nempe, cum dominis causa servorum, & cum patribus causa filiorum, hæc habemus. Ejus quæ dicebatur: Quod iussu, talis fuit intentio: *Ajo, me Stichum Mævii servo ipsius Mævii iussu centum aureos credidisse, & centum eo nomine Mævium mihi dare oportere.* In exercitatoria sic intentum est: *Ajo, me Stichum servo, quem Mævius dominus ei navi, quam exercet, magistrum præfecerat, centum aureos, ejus rei causa, qui præfectus erat, credidisse, eumque ejus rei nomine centum mihi dare oportere.* In institoria sic: *Ajo, me Stichum Mævii servo, quem Mævius institorem suum fecerat, centum aureos credidisse, eumque ejus rei nomine centum aureos mihi dare debere.* In tributoria ita: *Ajo, Mævium peculiare Stichum servi sui merces ex edicto non distribuuisse, & quanto minus tributum sit, quam debuerit, tantum mihi dare oportere.* Exempli gratia. Duodecim sunt in mercibus servi peculiaribus, ex quibus domino quinque debentur. Valerio quinque, totidemque Servilio: si de peculio agatur, dominus integra quinque obtinebit. Sin autem tributoria, quatuor tantum. Ibi enim melior est domini conditio, hic vero par est omnino. De eo, quod in rem versum est, sic: *Ajo, me Stichum Mævii servo centum credidisse, ut Mævii domum cadentem fulciret, & Mævium, quatenus & in rem versum & in peculio Stichum esse constabit, dare mihi oportere.* Hinc probare opus erit, & in rem domini versum, & servum habere peculium. In noxali ita: *Ajo, Stichum Mævii servum noxam mihi nocuisse, & Mævium aut solvere, aut Stichum noxa dedere mihi debere.* Quo in loco noxa dedere, est noxæ nomine dedere. In pauperie hoc modo: *Ajo, bovem Mævii me cornu petiisse, & vulnerasse, eumque Mævium mihi noxa dedere oportere.* Ajo, usum Mævii mihi vulnus intulisse, & Mævium, quantum æquum esse videatur, mihi dare oportere: *Ajo, usum Mævii meam mihi vestem discidisse, & duplum quanti vestis est, mihi dare debere.* Atque hæc quidem actiones ferme ejus generis fuerunt, ut in iis & certa pecunia, & sponso conciperetur, & ut ad certam formulam iudex astringeretur, postularetur. Unde *stricti juris actiones* à Justiniano sunt dictæ.

Postrema divisione arbitraria positæ actiones fuere, in quibus neque certa pecunia est petita, neque sponso facta, neque ad certam formulam iudex strictus. Hæc vero fuere duorum generum, unum earum, quæ

dicebantur, *Ex bona fide*: alterum earum, quæ proprie *arbitraria* appellatæ. *Bona fidei* tres formula fuerunt: una, quæ contractibus bonæ fidei accommodabatur, cum his verbis; *Ex bona fide*: altera, quæ in fiduciis usurpabatur, cum his: *Ut inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione*: tertia rei uxoriæ propria cum his: *Quantum æquius, melius*. Cæterum *arbitrarium* formula fuit, *Quantum æquius melius*. Arbitrariæ vero quædam fuere prætoris in rem, ut *Publiciana*, & *Serviana*: quædam in personam, ut eæ, quibus de eo agitur, quod aut metus causa, aut dolo malo factum est. Item cum id, quod certo loco promissum est, petitur. Item actio ad exhibendum. Hinc formulæ intentionum natæ: *Ajo, Mævium metu me cogisse, ut aureos centum darem, eumque quantum æquius melius videbitur, mihi dare oportere*. *Ajo, Mævium mihi stipulanti spondidisse, se centum tritici modios Bononia daturum, eumque quantum æquius melius videbitur, mihi dare oportere*. *Ajo, Mævium mihi vestem exhibere debere, & quantum æquius melius videbitur, mihi dare oportere*. In omnibus autem arbitrariis formulis subauditur: Nisi ea res mihi restituitur, quod post in formulis iudicii dandi magis apparebit. Porro autem actiones ex fide bona fuerunt in personam hæc, *empti, locati*, pro socio, fiducia, rei uxoriæ, negotiorum gestorum, mandati, tutelæ, depositi, commodati, pignoris, præscriptis verbis: & mixtæ duæ, nempe *familia erciscunda*, & *communi dividundo*. Harum autem intendendarum formulæ fuerunt hæc: *Ajo, te mihi domum vendidisse, aut locasse: teque mihi ex æquo & bono dare, facere oportere*, quicquid alterum alteri empti, sive locati nomine dare, facere oportet ex fide bona. Eadem ratione in cæteris, quæ nascuntur ex contractibus. Hoc vero præcipue fuit in *fiducia*, & *re uxoria*, quod in fiducia ita intentum est: *Ajo, te mihi domum illam, quam tibi mancipavi, ut mihi remancipares, ut inter bonos bene agi oportet, sine fraude remancipare oportere*. In re uxoria vero ita: *Ajo, me tibi præter dotem peculium, & patrimonium meum dedisse, teque mihi, quantum æquius melius sit, dare oportere*. Differt autem uxoria actio ab actione de dote, quod illa ad dotem tantum pertinet, hæc etiam ad peculium, & patrimonium uxoris.

Mixtarum autem formulæ hæc fuerunt: *Ajo, te familiam dividere debere, & quod eo nomine alterum alteri ex æquo & bono dare, facere oportet, te mihi ex fide bona dare, facere oportere*. *Ajo, te res communes dividere oportere, & quod alterum alteri ex æquo & bono dare, facere oportet, ti mihi ex fide bona dare, facere oportere*. Differunt autem bonæ fidei actiones ab arbitrariis, quod in iis restitutionis mentio fiat, in his non fiat. Ac quemadmodum quidem sive lis, sive actio intenderetur, atque acciperetur, hæc hæctenus.

## CAPUT XIV.

*De iudicibus: de iudicio postulando, & dando: de tribunorum appellatione, & testibus.*

Concepta ad hunc modum actionis intentione, actor iudicium, sive iudicem in eam à prætore postulabat. Si iudicem postulavit, aut eum, qui proprie *iudex* appellatus est, aut arbitrum postulavit: si iudicium aut recuperatores, aut centumviros iudex cognovit causas omnes & juris & facti, sed quæ essent, & leviores, & ad iudicandum faciliores. *Arbiter*, quæ bonæ fidei, & *arbitraria* appellatæ. Unde *Festus*: *Arbiter est, qui totius rei arbitrium habet, & potestatem*. *Recuperatores* dicti fuerunt, qui de rebus privatis recipiendis reddendisque cognoscebant. *Centumviri* iudicia fecerunt fere de iis controversiis, in quibus non de facto, sed de æquitate, & jure certatum est, ut scribitur *Cicero* lib. 1. de Oratore, & pro *Cacina*, & *Quint* lib. 4. Testamenta item ab iis confirmata, aut rescissa fuisse, ostendit pluribus exemplis *Valerius*: & eosdem de inofficioso testamento cognovisse, *Scævola* & *Paulus*, ff. de inofficioso testamento testes sunt. De hæreditatibus vero *Cicero* de lege Agraria. *Quinetium* iidem de causis juris gravissimis, & obscurissimis iudicasse à *Tacito* in Dialogo de Oratoribus, & *Sen.* lib. 3. de beneficiis dicuntur. Sed de *centumviris* alibi plura dicta sunt. Jam de postulando iudice & iudicio agendum.

Concepta igitur actionis intentione, litigatores pro natura actionis aut iudicem, aut recuperatores, aut iudicium à prætore postularunt. Hoc enim jus fuit magistratus ejus, cujus fuit iurisdictio, ut hæc dare postulantibus posset. *Judicis* nomine ipsum sive iudicem sive arbitrum, cum unus postulabatur, significarunt. Ea vero res in hunc modum est acta: Si res ageretur ejusmodi, ut lis de facto, aut de certo jure esset, & minime controverso, actor iudicem adversario, quem ipsi commodum erat, ferebat in verba sponsonis: *Ni ita esset*. Rogabat autem eum, ut eo contentus esset, & non alium posceret, his verbis, de quibus *Festus*: *Si alium procas, nive alium procas*. Est enim *procare* poscere, quod dicitur in iudice collocando. Sin autem iudex, quem actor ferebat, à reo probabatur, tum *iudex convenire* dicebatur. Ubi vero iudex convenerat, postulabatur à prætore verbis simul sponsonis allatis, in quæ postulabatur. Formula postulandi hæc erat: *Judicem, arbitrumve postulo: uti des in diem tertium, sive perendinum*. Hinc etiam *adigere arbitrum, & sumere arbitrum*, dicebatur. Eadem ratio in postulando recuperatorio, & *centumvirali* iudicio fuit. Non postulabantur autem *centumviri*, nisi utrique litigatores in eos subscripsissent. *Plinius* libro 5. epistolarum. Post hæc ille subscripsit *centumvirale iudicium*, mecum non subscripsit. *Cicero* pro *Q. Roscio* & pro *Cluentio*, *Valer.* lib. 2. *Aconius*, *Cicero* pro *Murana* & *Cacina*, *Plautus* in *Bacchidib.*

Ubi *judex*, aut *recuperatores*, aut *centumviri* postulati sunt, in arbitrio prætoris fuit, aut dare, aut non dare, prout in edicto proposuerat. Si dedit, dedit eos, qui salva lege dari potuerunt. Ut enim scribit *Paulus ff. de judiciis*: Non omnes judices dari possunt ab iis, qui iudicis dandi jus habent: quidam enim lege impediuntur, ne judices sint, quidam *natura*, quidam *moribus*. *Lege*, qui senatu motus est: *Natura*, ut surdus & mutus, & perpetuo furiosus, & impubes, quia iudicio carent: *Moribus*, fœminæ & servi, non quia non habent iudicium, sed quia receptum est, ut civilibus officiis non fungantur. Hactenus *Paulus*. Dedit etiam in ea verba, quibus sunt postulati. Hæc vero fuit formula quædam ab ipsa *intentione actionis*, & conceptæ sponsonis accepta, & quidem hoc modo: *Esto judex, & si pareat, remita esse, pronuntia* (paret hic significat idem, quod *invenitur*, manifestum est, ut docet *Festus*.) In plerisque autem actionibus jubebant alterum litigatorum damnari. Ex quo scriptum est à *Justiniano* omnia iudicia fuisse *absolutoria*. Quemadmodum vero singulæ formulæ intentionum ad formulas iudiciorum sint redactæ, breviter superioribus exemplis repetitis, demonstramus. In vindicatione rei corpus habentis, C. *Aquilli judex esto*, si pareat fundum Capenatem, de quo *Servilius* agit cum Catulo, *Servilius* esse ex jure *Quiritium*, neque is *Servilio* à Catulo restituatur, tum Catulum damnato. Quod si exceptio inrecederet, addebat: *Extraquam si testamentum prodatur, quo apparet, Catuli esse*. Sæpe tamen prætor reo iniquis exceptionem addere noluit, quæ de causa tribuni plebis appellari poterant. Quod ostendit *Cicero* in *Lucullo* iniquis: *Postulat, ut excipiantur hæc inexplicabilia*. Tribunum aliquem censo deadeant, à me istam exceptionem nunquam impetrabunt.

In vindicatione rei corpore vacantis ita: *Si pareat usumfructum fundi Servilii esse Mævii, neque Servilius eum uti frui sinat, tum Servilium damnato*. Si pareat, jus eundi, agendi per fundum esse *Mævio*, neque *Servilius* eum ire, agere sinat, tum *Servilium* damnato. Si pareat, jus ex fundo *Servilii* aquam ducendi, vel jus versus ædes *Servilii* altius tollendi esse *Mævio*, neque *Servilius* aquam ducere aut altius tollere sinat, tum *Servilium* damnato. In causa libertatis, & ventris sic: *Si pareat, Servilium liberum, aut ingenuum esse, liberum, aut ingenuum pronuntiato*. Si pareat: *Stichum servum, aut liberum Mævii esse, servum aut liberum pronuntiato*. In conditione vero ita: *Si pareat, Servilium Mævio mutui, aut depositi nomine centum dare oportere, neque eos restituerit, Servilium damnato*. Si pareat, *Servilium domum aut navim adificare, aut vestem polire ex stipulatu oportere, neque satisfecerit, eum damnato*. In mistis ita: C. *Aquilli judex esto, itaque familiam heriscito, ut, quod cuique ex heredibus adjudicandum esse videbitur, quodque Servilium Mævio dare, facere oportet, iudices*. In pœnalibus actionibus hoc modo: *Judex esto, si pareat, Mævium centum Servilio abstulisse, & manifeste deprehensum esse, Mævium in quadringentos damnato*. Item in cæteris, quæ sequuntur, hujus generis. In iis vero, in quibus pars petitur, hoc pacto: *Si pareat, Mævium Lucio Servilii filio centum mutuo dedisse, tum Lucius pater, quantum ex filii peculio facere poterit, damnetur*. In iis vero, in quibus cum dominis agitur causa servorum, ita: *Si pareat, Servilium Stichum Mævii servo jussu Mævii centum credidisse, neque Mævius Servilio satisfaciat, tum Mævius damnetur*. In actionibus bonæ fidei hoc modo: *Si pareat, Mævium Servilio domum aut vendidisse, aut locasse, tum quantum Mævium Servilio ob eam rem dare ex fide bona oportet, tanti damnetur*. In arbitrariis ita: *Esto arbiter, & si pareat, Mævium metu coëgisse Servilium, ut centum daret, aut dolo malo iniquis ponderibus usum, ut eum fraudaret, aut eidem stipulanti spondidisse, se centum tritici modios Bononia daturum, neque arbitrio iudicis eis satisfaciat, tum quantum Servilius in litem juraverit, tanti damnato*. Hæc sunt formulæ usitatæ, quas reperire licet in *Pandectis*. Plures habet *Sigonius*, Pergamus.

Ubi prætor iudicem ac iudicium hoc modo dederat, tum deinceps numerum testium, quibus denuntiaretur testimonium, præscribebat, qui plerumque decem fuerunt. Indicat hoc edictum prætoris de *recuperatorio iudicio* dando, cujus meminit *Probus* in libro de notis: *Quanti ea res erit, tantæ pecuniæ iudicium recuperatorium dabo, testibus publice duntaxat decem denuntiandi potestatem faciam*. Indicat & *lex Manilia*, de qua alibi.

Cum autem *denuntiandi potestatem* dicebant, præcisa oratione denuntiandi testimonii facultatem intellegebant. Interdum etiam is, unde petebatur, dante prætore actori iudicium, tribunos plebis appellabat, & iudicium recufabat: qui vero appellatus erat, is interdicere auxilii causa poterat. *Cicero* pro *Quinctio* in *Antonium*: *Non venirem contra injuriam, quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non jure prætorio*. *Asonius* in *Orationem in toga candida*.

## CAP. XV.

## De satisfactionibus, contestatione litis, &amp; iudicio faciendo.

Dato inde, acceptoque iudicio *satisfactiones* præstitæ sunt, vel ab ipsis litigatoribus, vel ab eorum procuratoribus. Fuerunt vero satisfactiones duæ, *judicatum solvi*, & *rem ratam haberi*: quorum alterum ad *actorem*, alterum ad *procuratorem* pertinebat. Ac si actio esset in personam debitoris, procuratores soli satisfabant: *actorum* quidem de rato, *reorum* vero iudicatum solvi. Itaque in edicto ita fuit:

Cujus nomine quis actionem dari sibi postulaverit, ei, quo nomine agit, id ratum habere eum, ad quem ea res pertineret, boni viri arbitratu satisfacet. Cicero pro Quinctio: Iste postulat, ut iudicatum solvi satisficeret. Illud etiam præcipui moris fuit in causis bonæ fidei, & arbitrariis, ut qui arbitrium adigerent, aliquando pecuniam deponerent, quæ compromissum dicebatur. Cicero pro Q. Roscio. De compromisso autem sic Paulus ff. de recept. & qui arbitr. Compromissum ad similitudinem iudiciorum redigitur, & Proculus, ff. pro socio. Arbitrorum duo sunt genera, unum huiusmodi, ut si æquum, si iniquum esset, ei parere necessarium foret. quod tunc observabatur, cum ex compromisso ad arbitrium isset: alterum ejusmodi, ut ad boni viri arbitrium deberet redigi.

His vero rebus omnibus absolutis, litem contestabantur. Contestari autem litem tum dicebantur, inquit Festus, cum ordinato iudicio, utraque pars dicebat, testes estote. Atque his demum rebus perfectis, uterque litigator sibi denuntiabat in perendinum diem. Nam in eum iudex datus fuerat. Unde ea denuntiatio comperendinatio & conditio dicta. Sic enim Asconius: Comperendinatio est ab utrisque litigatoribus invicem sibi denuntiatio in perendinum diem: namque cum in rem aliquam agerent litigatores, & pœna se sacramenti peterent, poscebant iudicem, qui dabatur post tertium diem, quo dato, deinde inter se in perendinum diem, ut ad iudicium venirent, denuntiabant. Et Festus: Conditio est in diem tertium ejus rei quæ agit, denuntiatio. Quod si cum peregrino res esset, ille dies status dicebatur, teste Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 16. Stati dies, qui iudicii causa cum peregrino instituuntur: & Plauto in Curculione, Status conditus cum hoste dies. Hostis nunc more veteri significat peregrinum. Apud Probum etiam illæ notæ I. D. T. S. P. in actionibus exponuntur, in diem tertium, sive perendinum. Est autem illud intelligendum, universam iudicii privati formam sive legibus, sive moribus fuisse contentam, quousque Augustus Imperator, cum rem publicam constitueret, legem Juliam tulit, qua diligentius hæc omnia sanxit, cuius legis meminit Agellus lib. 14. Ulpianus, item Callistratus ff. de receptis.

Ubi vero dies tertius accessit, tum iudicium factum est, nisi aut iudex, aut alter litigatorum absuit. Quod si causa absentiae fuit morbus (lex XII. tabularum, Paulus, Agellius, & alii plures fonticum illum morbum dixerunt) dies iudicii prolatus est. Sic enim lex XII. tabularum: Si iudex, alterve ex litigatoribus morbo fontico impediatur, iudicii dies diffusus esto, qua de alibi. Postquam autem iudex venit, ex templo ad jurandum accessit, se ex lege iudicaturum. Arbitrator enim non juravit. Formula jurisjurandi solennis fuit: Ex animi sententia, Cicero in Lucullo, & Justinianus. Locus in comitio ad aram, quæ puteal Libonis dicebatur. Erat autem puteal Libonis ara in comitio, in gradibus ipsis, ad lævam curiæ sita, in quam jurari solebat, sic dicta à puteo, in quo Accii Navii novacula cum cote defossa fuerat. Solenne autem iusjurandum erat, jurare Jovem lapidem: si ego te sciens fallo, ita me ciciat Diespiter bonis, salva urbe, & arce, ut ego hunc lapidem. Jurasse autem aram tenentes, ostendit Cicero pro Flacco his verbis: Ergo is, cui, si aram tenens juraret, crederet nemo, per epistolam quod volet, injuratum probabit? Sed pergam ad reliqua. Quod si iudex venit, litigatorum autem alter non venit, neque morbum excusavit, tum prætor peremptorium edictum in eum edidit. De quo sic Ulpianus ff. de iudiciis. Ad peremptorium iudicium hoc ordine venit, ut primo quis petat post absentiam adversarii edictum primum, mox alterum, & tertium. Quibus propositis, tunc peremptorium impetret, quod inde hoc nomen sumpsit, quod perimeret disceptationem, hoc est, ultra non pateretur adversarium tergiversari. In peremptorio autem comminatur is, qui edictum dedit, etiam absente diversa parte cogniturum se, & pronuntiatum. Nonnunquam hoc edictum post tot numero edicta, quæ præcesserint, datur; nonnunquam post unum vel alterum, nonnunquam statim, quod appellatur unum pro omnibus. Hæc autem æstimare oportet eum, qui jus dicit, & pro conditione causæ, vel personæ, vel temporis: ita ordinem edictorum, vel compendium moderari. Hactenus Ulpianus.

Ubi vero uterque litigator advenit, iudex utrumque jurare iussit. Id iusjurandum calumnia iuramentum appellatur. Nam actor quidem juravit, se non calumnie causa inficiari. Cicero pro Milone, & Q. Roscio jurare in litem dicitur. Id autem interpretantur jurisconsulti, actorem jurasse, se litem ex æquo, & bono æstimaturum. Atque unus quidem iudex si fuit, is unum, aut duos iudicii socios jurisperitos sibi adunxit, qui quidem non ipsi iudicaverunt, sed consilium communicarunt. Iudex autem sæpe stans iudicavit, sed ut verisimile videtur, de re parva. Cicero in Bruto. Quemadmodum autem tales iudices cognoscere, paucis exponit Titus in oratione apud Macrobius lib. 3. Saturnalior. cap. 16. loquens de iudicibus sui temporis: Veniunt, inquit, in comitium tristes, jubent dicere, quorum negotium est, narrant. Iudex testes poscit. Ipse ita minctum, ubi redit, ait se omnia audivisse, tabulas poscit, literas inspicit, vix præ vino sustinet palpebras, &c.

Cum autem litigatores, sive patroni eorum iussi essent dicere, tum vero duobus modis dixerunt: uno paucis, altero pluribus verbis. Brevem expositionem appellatur causa conjectionem, de qua sic Asconius: Cum litigatores ad iudicem venissent, antequam causa ad iudicem ageretur, quasi per iudicem rem exposuerunt. Atque id ipsum dictum est causa conjectio, quasi causæ suæ in breve coactio. Longioris expositionis exemplo sint causæ à Cicerone defensæ P. Quintii & Q. Roscii. Causa vero acta ita est, ut testibus literis & argumentis ex ipsa re, qua de agebatur depromptis, utrinque certatum sit. Ejus rei con-

conficiendæ, ac status excogitandi, atque eo probationes omnes conferendi artificium in *libris Oratorii* multis verbis est demonstratum. Neque enim in aliis præceptis antiqui rhetores tam Græci, quam Latini plus studii, aut operæ consumpserunt. De *testibus & tabulis*, si quæ ad hunc locum pertinent, tum afferemus, cum de *publicis judiciis* differemus. Et hæc quidem de *recuperatorio* judicio intelligenda sunt, cujus exemplum est *Oratio pro Cæcinnâ*. De centumvirali, cujus longe alia ratio fuit, pauca sunt adjiçienda.

Ad *centumviros* causas detulere prætores perplexi juris controversiam continentes, non tamen ipsi eis judiciis præfuere, aliis fortasse muneribus occupati: verum eas decemviris *flitibus judicandis* attribuere, qui, ut supra dixi, ex consilio prætorio exlitterunt. Hi vero *centumviros* non solum sortiti sunt, sed etiam coegerunt, atque eis præfuerunt, & litigatores citarunt, & omnino hasta posita totum judicium pro suo arbitrio moderati sunt, non in foro, sed in basilicis, id est, in aulis, quæ ejus officii causa constructæ erant, quarum illustres fuere *Porcia & Julia*. Ipsa vero *centumviralia judicia* in plura consilia distributa erant, & cognitio causarum centumviralium in orbem per ea consilia circumducebatur, perinde atque hodie sit in Italia in *judicialibus* quæ appellantur *rotis*. Quin etiam aliquot causæ ejusmodi fuerunt, ut primum à *decemviris*, deinde à *centumviris* judicata sint, eæque *præjudiciales* appellantur. *Præjudicium* nimirum ipsum decemvirum judicium, quod ante *centumvirale* factum est, nominatum. Cæterum *centumviralia judicia* aucto numero judicium procedente tempore in quatuor consilia fuere tributa, ut testatur *Plin.* lib. 4. & 6. epist. *Quintilian.* lib. 12. *Val. Maxim.* lib. 7. Fuerunt porro quædam causæ, quæ & à decemviris, & centumviris cognitæ sunt, ut de *libertate*, quæ duplex assertio dicta, & de *ventre cognoscendo*, & aliæ. De libertate testis est *Cicero* pro *Cæcinnâ* & pro *Domo*. Itaque libet suspicari, quæ apud jurisconsultos *præjudicia* in causis privatis dicuntur, ea decemvirum fuisse, judicia inde subsecuta *centumvirum*. Satis enim constat, *Justinianum* in libro de actionibus *præjudiciales actiones* vocare de *libertate*, & *ventre cognoscendo*. De libertate autem cognitum esse & à decemviris, & à centumviris, ex *Cicerone* manifestum est. Ex quo intelligitur, judicium decemvirum ratione subsequentiis judicii *centumviralis* fuisse *præjudicium*. In quam sententiam etiam *Ulpianus* accipiendus est, ff. de *in jus vocando*, & de *liberali causa*, ubi significat optionem esse dandam ei, cujus de libertate agitur, an cognitionem causæ suæ malit per *centumviralia* judicia circumduci, an audita à decemviris causa, non præjudicium, sed sententiam proferri. Quanquam autem decemviri *præjudicium centumviralibus* causis fecerint, non tamen omnibus fecerunt, sed aliquibus tantum, quemadmodum ex *Ulpiano*, ff. si *ingenuus esse videtur*, intelligi potest, & ex *Quintil.* lib. 5. & 11. ubi secundam assertionem appellasse videtur secundum judicium de libertate à centumviris factum: Cum primum *decemviri* fecerint: partes centumviralium causarum causas aliquot, quæ duplicia sunt nactæ judicia, unum *decemvirum*, alterum *centumvirum*: itemque hastas duas, unam *decemvirum*, *centumvirum* alteram. Ex quo factum, ut ex duobus de eadem re judiciis factis primum *præjudicium*, secundum judicium dictum sit. *Centumviralium* porro causarum quanquam nullæ extant, neque apud *Ciceronem*, neque apud alium quenquam oratorem, cum inter privatas essent gravissimæ, exempla tamen similium judiciorum multa attulit *Valerius* loquens de *Testamentis*. Has autem causas egere oratores eodem, quo superiores, artificio, ut ex *Ciceronis* Rhetoricis, & *Asconio* convincitur. Quemadmodum autem judicem sese gerere oporteat his causis, declarat *Cicero* lib. 3. Officiorum his verbis: At neque contra rempublicam, neque contra jusjurandum, ac fidem amici sui causa vir bonus faciet, nec si judex quidem erit, de ipso amico. Ponit enim personam amici, cum induit judicis: tantum dabit amicitiam, ut veram amici causam esse malit, ut perorandæ litis tempus, quoad per lege liceat, accommodet. Cum vero jurato dicenda sententia sit, meminerit *deum se adhibere testem*, id est, ut ego arbitror, mentem suam, qua nihil homini dedit ipse Deus divinius. Itaque præclarum accepimus à majoribus motem rogandi judicii; si eum teneremus, quæ salva fide facere possit.

## CAP. XVI.

*De sententiæ latione, in integram restitutione, additione, judicio calumniæ, & falsi.*

Causa demum utrinque perorata, post meridiem ad ferendam sententiam, quodcunque fuerit judicium, ventum est. Sic enim scriptum erat in XII. tabulis: *Post meridiem præsentem ambobus litem additio: sol occasus suprema tempestas esto.* *Supremam* nominat, quia post supremam jus dici, aut causa cognosci non poterat. Quod si judices causam non intellexissent, dixerunt, *sibi non liquere.* *Agellius* lib. 14. *Cicero* pro *Cæcinnâ*. Si vero in causa nihil obscuritatis habuerunt, sententiam tulerunt. *Sententiæ* porro ferendæ non una omnium judicium, neque in omnibus causis ratio fuit. In nonnullis enim causis, ut de libertate & ventre cognoscendo pronuntiarunt, sibi videri hominem aut liberum, aut ingenuum, aut servum aut libertum, aut filium esse, aut non. *Ulp.* ff. de *liberali causa*. In *actione* vero *injuriarum* pronuntiarunt, aut jure fecisse videri, aut non jure fecisse videri. *Justinianus* tit. de *injuriis*. In aliis causis alterum condemnabant, alterum absoluebant. Dicebant autem, aut *condemno*, aut *ille debet*:  
aut,

aut, *solve*: aut *redde*. *Macer. ff. qua sentent.* Si iudex ita pronuntiaverit, cum conslet, Titium Sejo ex illa specie quinquaginta, item ex illa viginti quinque debere, iccirco Titium Sejo centum condemno. *Ulpian. ff. de re iudicata.* Si is, qui petit, summam expresserit, & iudex ait, *solve, quod petitum est*, vel quantum petitum est, valet sententia. Addere etiam soliti fuer. ut iudices in sententiæ latone hæc verba: *Si quid est mei iudicij: Cic. lib. 2. de Finibus, in epistolis ad Q. Fratrem.* Prætor iudicare solet debere. Absolvendi vero formula fuit: *Secundum illud litem do.* *Cicero pro Q. Roscio. Seneca lib. 7. controversiarum.* Neque vero illud præterire oportet, quod est apud *Justinianum*; *Omnia iudicia fuisse absolutoria*, quia si ante rem iudicatam reus satisfaceret actori, officio iudicis conveniebat, eum absolvere, licet in ea causa fuisset, iudicij accipiendi tempore, ut damnari deberet.

Exemplum est ejus rei apud *Ciceronem* pro *Q. Roscio.* Non tamen omnia iudicia fuisse talia existimaverim. Etenim in iis, quibus non res, sed pœna petebatur, restituta re non tamen absolvebantur, ut *Venulejus* ostendit *ff. que in fraudem creditorum*: Hæc actio, inquit, *restituenda* gratia, non *pœna* nomine datur, ideoque absolvi debet reus, si restituerit.

In *arbitrariis* præcipua aliqua observatio fuit. Arbitri primum pronuntiant *arbitrium*, deinde, nisi reus arbitrio paruisset, sententiam protulerunt, eumque condemnarunt. *Arbitrium* autem pronuntiantur ita: Arbitror, te hoc modo satisfacere actori debere. Sententiam vero pronuntiantur hoc modo, ut scribit *Pomponius ff. de arbitris*: Quantum ei debes, redde. Divisioni vestræ stari placet, pro ea parte, quam solvisti creditoribus, accipe. Quod si reus arbitrio iudicis non parebat, tum arbiter actori iusjurandum in litem deferebat, id est, jubebat illum jurare, quanti litem æstimaret, ut reum non modo damnaret, quanti ea res erat, sed etiam quanti actor æstimaret. *Ulpianus ff. de rei vindicatione.* Est porro intelligendum, iudicem in arbitrariis liberio rem fuisse, quam in iis, quæ stricti juris sunt, quod in iis neque pluris neque minoris damnare poterat, quam quantum petebatur in hoc, quantum actori restitui oporteret, æstimabat: in iis exquirebatur tantum, quod lingua nuncupatum esset, in his non tam quod in *contrahendo* dictum erat, quam quod *bona fidei* ratio exigebat: in iis compensationis rationem habere non licebat, in his licebat. Ut si quis peteret decem, & deberet quinque, iudex in illis debitorem damnabat decem, in his quinque. Arbitros tamen prætoris & ipsos imperio fuisse subjectos, docet *Ulpianus ff. de receptis arbitr.* Notavit etiam *Africanus* in causis levioribus singulos iudices sententiam de tabula pronuntiasse.

Porro *iudicio causa perfecta*, secuta sunt tria alia iudicia, unum de *reo*, alterum de *petitore*, tertium de *iudice*. Rei iudicium fuit duplex, unum pro reo, *restitutio in integrum* appellata: alterum contra reum, *addictio*. Petitoris autem iudicium *calumniæ*, iudicis *falsi iudicium* est vocatum. *Restitutio in integrum* fuit huiusmodi. Quoniam fieri poterat, ut aliquis in actione vel recusanda, vel accipienda multis modis lapsus esset, post sententiam semel latam dabatur damnato potestas litis retractandæ, atque ea dicebatur *restitutio in integrum*. *Paulus ff. de in integrum restitutionibus: Integri restitutio est redintegranda rei, vel cause actio*; item integri restitutio est actio prætorica, qua rem certam, aut jus, aliamve quamlibet causam redintegrari, postulamur, cum quid per metum, vel dolum, vel status permutationem, vel iustum errorem, vel necessariam absentiam, vel ætatis infirmitatem gestum est, &c. Plura traduntur ab *Ulpiano* & aliis. Itaque in edicto fuit: *Quod metus causa gestum erit, ratum non habeo.* Ubi notat *Ulpian.* idem olim edici consuevisse: *Quod vi metusve causa.* Sed postea detractam esse vis mentionem, ideo quia quodcumque vi atroci fit, id metu quoque fieri videtur. Item in eodem: *Quæ dolo malo facta esse dicuntur, si de his rebus alia actio non erit, & iusta causa esse videbitur, iudicium dabo, &c.* Plures formæ ab *Ulpiano* petantur.

*Addictio* autem, quæ fuit iudicium contra reum, hujus fuit generis. Post triginta dies, quam quis debere iudicatus fuerat, iterum in jus rapiebatur & ni iudicatum faceret, id est, pecuniam debitam solveret, à prætore creditori nexus addicebatur, nisi sponsorem dedisset, atque à creditore abductus privatum in carcerem condebatur, donec aut pecunia aut opera satisfecisset. *Cicero pro Flacco*: Iste cum iudicatum non faceret, *addictus Hermippo*, & ab hoc ductus est. Hoc pluribus explicat *Agellius l. 20. c. 1. ex lege XII. tabularum* quæ est huiusmodi: *Æris confessei rebusque jure joudicateis, 30. dies justei sunt: Postidea endo manus jactio esto. in jous ducito. nei joudicatum facit, aut quijs endo joure vindicit, secum ducito, vincito aut nervo, aut compedibus quindecim pondo, ne minore: aut si volet majore vincito: sei volet, suo vivito, nei suo vivit, qui eum vincitum habebit, libras farris in dies dato; sei volet, plus dato.* Hæc sunt verba legis, ita restituta à *Josepho Scaligero*: reliqua quæ ab *Agellio* pro explicatione ejus legis adducuntur, ex præcedenti libro repetantur, ubi totam legem explicavimus. Hi ergo addicti, & nexi vocati sunt: *addicti*, propter iudicium prætoris: *nexi*, propter vincula creditoris. *Addictus* est autem, ut inquit *Quintilianus*, quem lex servire, donec solverit, jubet. *Nexus*, teste *Varrone*, liber, qui suas operas in servitute pro pecunia, quam debet, dum solverit, dat.

*Judicium* vero in petito rem fuit, si calumniatus fuisse argueretur. Erant autem calumniatores, qui accepta pecunia litem falso intenderant, aut prætermiserant. De iis *Ulpian. ff. de calumniatoribus.* In eum, qui ut calumniæ causa negotium faceretur, vel non faceretur, pecuniam accepisse dicetur, intra annum in quadruplum ejus pecuniæ, quam accepisse dicetur, post annum simpli in factum actio competit.

Item

Item: Hoc editto tenetur, qui non depectus est. Depectus autem dicitur turpiter pactus. Cicero pro Milone. Qui calumnia litium fundos alienos petebat. Vide etiam Agellium lib. 13.

Ultimum iudicium fuit in iudicem: si ob iudicandum pecuniam accepisset, de quo in XII. tabulis scriptum fuit. Unde Agellius lib. 20. Nisi duram esse legem putes, quæ iudicem, arbitrumve datum, qui ob rem iudicandam pecuniam accepisse convictus est, capite punit. Qui vero iudex sciens dolo malo iniuste iudicabat, is litem suam facere dicebatur, auctor Ulpianus ff. de iudiciis. Iudex tunc litem suam facere intelligitur, cum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit: dolo malo autem videtur hoc facere, si evidens arguatur ejus vel gratia, vel inimicitia, vel etiam fordes, ut veram æstimationem litis præstare cogatur. Is etiam videtur litem suam fecisse, qui ad constitutum tempus in iudicium non venit. Macrobius lib. 3. cap. 16. in oratione Titii de iudiciis: Inde ad comitium vadunt, ne litem suam faciant. Abrogata inde lege XII. tabularum, lege repetundarum de hoc crimine quæsitum est, quemadmodum, qui falsum testimonium dixerunt, lege de falso postulati pœnas dederunt, ut mox ostendemus. Ac de privatorum quidem iudiciorum consuetudine hæc hæctenus.

CAPUT XVII.

Quæ publica iudicia fuerint, item de criminibus & pœnis.

Cognita privatorum iudiciorum ratione, de publicis differendum est. Eorum enim longe alia ratio fuit, quam privatorum. Neque enim, ut inquit Justinianus, per actiones ordinata sunt, neque omnino simile quidquam cum privatis iudiciis habuerunt, magnaque diversitas eorum fuit, & in instituendo, & in intendendo. Publica vero dicta sunt, quod cuivis è populo actio permitteretur. Cæterum iudicia publica fuerunt decreta, quæ de criminibus, quæstione aliquo iudicium exercente, iudices ab eo dati fecerunt, prout leges de singulis criminibus cognoscendis latæ iusserunt. Quæ ut planius intelligantur, de criminibus primum & pœnis, deinde de quæstoribus, tum de iudicibus, iude de quæstionum exercitationibus, dicemus.

Crimina maleficia fuerunt, quæ aut adversus rempublicam commissa sunt, aut populus Romanus adversus rempublicam commissa existimavit, atque iudicio legibus constituto pœna vindicanda putavit. Itaque non solum injuria facta Senatui, aut populo, aut magistratibus: sed etiam nonnullæ privatis illatæ, publicorum iudiciorum legibus comprehensæ sunt.

Reipublica directo facta dicuntur, ut si quis majestatem populi Romani, aut magistratum ejus minuisse, publicam, sacramve pecuniam avertisset, populi suffragia honoris adipiscendi gratia corrupisset, socios spoliasset, aut pecuniam ob iudicandum cepisset, armis magistratum, aut privatum cœgisset, quæ crimina appellarunt majestatis, peculatus, ambitus, repetundarum, & vis publicæ.

Privatis factas ad se pertinere populus existimavit, si quis hominem telo occidisset, si veneno necasset, si parentibus manum intulisset, si falsum testamentum, falsumve nummum fecisset, si uxorem alterius corrupisset, si servum alienum aut celasset, aut vinxisset, aut emisisset sciens, insciente domino, unde hæc crimina nomen acceperunt, inter sicarios, veneficii, parricidii, falsi, adulterii, plagii. Quin etiam quæcunque cum privatos attingerent, de iis quæstionem publicam constitui lege aliqua voluerunt, ea pro criminibus habita sunt, ut circumscriptio pupillorum lege Latoris, de qua Cicero de natura Deorum: Inde iudicium publicum rei privatæ lege Latoria.

Ut autem non omnia rerum privatarum iudicia privata fuerunt, sic non omnia, in quibus crimen versatum est, fuerunt publica: sed ea demum, quæ legibus publicarum quæstionum sunt constituta, quod docet Macer libro primo de iudiciis publicis. Quoniam autem causæ publicæ crimen ferme complexæ sunt, hinc nomen etiam criminalium invenerunt.

Criminibus ipsis adjungi debet disputatio de pœnis, quibus ipsa crimina vindicata sunt. Pœnarum autem genera ex auctoritate Tullii octo prodidit Isidorus, damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, servitutem, & mortem, quarum aliæ bona læserunt, ut damnum: aliæ corpus, ut vincula, verbera, & talio: aliæ jus, ut ignominia, exilium, & servitus: aliæ vitam, ut mors.

Damnum alio nomine multa est dicta. Multa Sabinum vocabulum fuit, eaque in ovibus & bobus æstimationis consistit, quibus primis temporibus Italia abundavit. Itaque, ut scribit Agellius lib. 11. Suprema multa erat duarum ovium & triginta boum, pro copia scilicet boum, & penuria ovium. Sed cum ejusmodi multa pecoris armentique à magistratibus dicta erat, addicebantur boves ovesque, alias pretii parvi, alias majoris, eaque res faciebat inæqualem multæ punctionem, idcirco postea lege Ateria constituti sunt in oves singulas æris deni, in boves, æris centeni. Minima vero multa fuit ovis unius. Quando autem à magistratibus populi Romani more majorum multa dicebatur, vel minima, vel suprema: observari solebat, ut oves genere virili appellarentur, atque ita M. Varro hæc legitima verba, quibus minima multa diceretur, concepit: M. Terentius, quando citatus neque respondit, neque excusatus est, ego ei unum ovem multam dico: ac nisi eo genere diceretur, negaverunt, justam videri multam. Hæc ex Varrone Agellius. Festus autem ita: Multam Offici dicitur putant pœnam quandam. M. Varro ait, pœnam esse, sed pecuniariam, de

qua in primo libro epistolarum quæstionum refert. *Maximam multam* dixerunt trium millium, & viginti assium, quia non licebat quondam pluribus triginta bobus, & duabus ovibus quemquam multare, æstimabaturque bos centussibus, ovis decussibus, ut scribit *Agellius*. Quam autem *legem Aterius* vocavit *Agellius*, eam *Tarpejam* nominat *Festus*, quod Aterius cum Tarpejo Consul eam tulerit. Pro *multa* vero etiam sæpe *pecuniam* dixerunt.

*Vinculorum nomine* complexi sunt compedes, pedicas, manicas, catenas, nervos, bojam, & carcerem. *Plautus* in *Afinaria*: Qui adversum stimulos, laminas, cruceſque, compedeſque, nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, bojas, &c. *Compedes* vinculum est, quo pedes irretiri solent, ab *impediendo* dicti, teste *Nonio*. *Pedica*, vinculum quo pedes vincuntur. *Manica*, quo manus, *Nonius*. *Nervum*, ait *Festus*, appellamus ferreum vinculum, quo pedes impediuntur, quamquam *Plautus* eo etiam cervicis vinciri ait: Perfidiose captus, ædè pol nervo cervicis probas. *Boja*, id est, genus vinculorum, tam ligneæ, quam ferreæ dicuntur, *Festus*, ubi *Scaliger* addit ex antiquis glossis, *bojam* proprie esse collare. *Carcerem* ædificatum fuisse ab Anco Rege, scribit *Livius* lib. 1. imminente foro ad terrorem crescentis audaciæ, omnia ad coercendos & constringendos homines comparata. Unde illa *Ciceronis* in VII. in *Verrem*: Quæret, quamobrem fasces prætoribus præferantur, cur securæ datæ, cur carcer ædificatus, cur tot supplicia more majorum in improbos constituta? Cæterum reorum custodia duplex fuit, *carcer* & *privata domus*. Ante confessionem in liberæ custodias tradere consueverunt: *Liberæ* autem *custodia* dicebantur, cum apud magistratus domi, aut apud privatos, nobiles ponebantur custodiendi, quemadmodum de indice *Bacchanalium* scripsit *Livius*, & de conjuratis *Sallustius*. Post confessionem vero in vincula publica conjiciebantur. *Venulejus* ff. de custodia reorum: *Reus* confessus, donec de eo pronuntietur, in publica vincula conjiciendus. Item *Scævola*: *Reus* confessus ob solam confessionem conjici in vincula consuevit. Fuit autem custos quidam carceris, quem *commentariensem* vocat *Plin.* lib. 7. cap. 38. qui triumpho capitali, cujus summa carceris, & animadversionis cura fuit, parebat. Ostendit hoc *Valerius* lib. 5. scribens, custodem carceris pietatem filiz, quæ in carcere matrem lacte sustentavit, ad triumphum detulisse.

*Verbera* inflicta sunt *virgis* & *fustibus*. *Virgis* usi sunt magistratus, cum expeditis fascibus, lictores animadverterunt in terga: præcessit autem verberatio extremum mortis supplicium, fustigationem in castris adhibuerunt, & pergam. *Valerius* libro sexto. *Metellus* uxorem, quod vinum bibisset, fuste interemit.

De talione sic *Isidorus*: *Talis est similitudo vindictæ, ut taliter quis puniatur, ut fecit*: hoc, enim & natura & lege est institutum, ut lædentem similis vindicta sequatur, unde & illud est legis: *Oculum pro oculo, dentem pro dente*. Item *Festus* citat hæc verba legis: Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto. Permittit autem, inquit lex, parem vindictam. Hinc *Justinianus* scripsit: Pœna injuriarum per membrum ruptum talio erat. *Agell.* autem lib. 11. c. 1. addit reum habuisse facultatem paciscendi, & non necesse habuisse pati *talionem*, nisi eam elegisset. Sed de hac lege supra.

*Ignominia* fuit infamia. *Cicero* lib. 4. de *Rep.* teste *Nonio*. *Censoris* judicium nihil fere damnato affert, nisi ruborem. Itaque quod omnis ea judicatio versatur tantummodo in nomine, animadversio ista ignominia dicta est. *Infames* autem lege & edicto prætorio factos, & quare, apparet ex *Digestis* de iis, qui notantur infamia. Cæterum *infamia* jus munerum honorumque civilium ferme ademit.

*Exilium* intellexerunt, cum *aqua* & *igni interdixerunt*. Siquidem consuetudo loquendi obtinuit, ut omnes, quibus *aqua* & *igni* interdictum esset, quoniam exilii causa solum vertere cogebantur, *exules* appellarentur, ut est in *Rhetoricis* ad *Herennium*. *Exilium* autem non nominabatur in irrogatione pœnæ, sed *aqua* & *ignis interdictio*, quam necessario sequebatur exilium. Neque enim sine *aquæ* & *ignis* usu esse quisquam in *Urbe* poterat, quod docet *Cicero* pro *Cæcinnâ*. *Exilium* non est supplicium, sed per fugium portusque supplicii. Nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere aut calamitatem, eo solum vertunt, hoc est, locum ac sedem mutant. Itaque nulla in lege nostra reperietur, ut apud cæteras civitates, maleficium ullum esse exilio multatum: sed cum homines vincula, neces, ignominiasque vitant, quæ sunt legibus constitutæ, confugiunt, quasi ad aram, in exilium: qui si in civitate legis vim subire velent, non prius civitatem, quam vitam amitterent. Ex illo autem cives civitatis nudati sunt. *Relegati* autem dicti, teste *Festo*, quibus ignominia, aut pœnæ causa necesse fuit. ab *urbe* *Roma*, aliove quo loco abesse, lege, *Senatusque* consulto, aut edicto magistratus.

De *servitute* autem, qua jus libertatis est violatum, & extremo supplicio, quo vita adempta, ut quæ horum judiciorum non sint, post alio loco magis idoneo dicetur.

Quoniam autem has pœnas omnes duobus nominibus incluserunt, *pecunia* & *capitis*, ob id factum est, ut judicia publica alia *capitalia* fuerint, alia non fuerint. Quod etiam scripsit *Paulus* ad edictum principis his verbis: *Publicorum* judiciorum quædam *capitalia* sunt, quædam non *capitalia*. *Capitalia* sunt, ex quibus pœna, mors, aut exilium est, hoc est, *aquæ* & *ignis* interdictio. Per has enim pœnas eximitur caput de civitate. Nam cætera non exilia, sed *relegationes* proprie dicuntur, tunc enim civitas retinetur. *Non capitalia* sunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio pœna est. Hactenus ille.

Ut autem non omnes *causæ* criminales *capitales* fuerunt, veluti si majestatis reus multatus esset *pecuniis*: sic non omnes *capitales* crimen continuerunt, ut *causæ* *Quinctii*, quæ à *Cicerone* *capitalis* dicitur (cum tamen sine crimine) quia infamiam afferebat. *Quinctius* autem *vadimonium* deseruisse dicebatur. *Modesti-*



mus ff. de verborum significatione: Licet *capitalis* Latine loquentibus omnis causa existimationis videatur, tamen appellatio capitalis, mortis, vel amissionis civitatis intelligenda est. Cicero pro Q. Roscio: Si qua sunt privata judicia, summæ existimationis, & prope dicam capitis, tria hæc sunt, *fiducia, tutela, societas.*

## CAPUT XVIII.

## De prætoribus, quæstoribus, iudicibus quæstionum, &amp; iudicibus.

CRiminibus explicatis, transeamus ad *quæstores*. *Quæstores dicti, qui iudicium publicum exer-* *cunt, quam quæstionem vocant.* Huic autem rei operam dederunt primum Reges, deinde *Consu-* *les*, post magistratus ii, quos ei muneri Senatus, aut populus præfecit. De Regibus auctor est *Dionysius* lib. 2. qui Romulum Regem delicta maxima cognovisse, minora Senatoribus permisisse scribit, & *Livius* lib. 1. qui, cum Superbum Regem scribat, ut metum populo incuteret; cognitiones capitalium rerum sine consiliis, per se solum exercuisse, propterque eam causam occidere, in exilium agere, bonis multare potuisse: non obscure, quid cæteri superiores Reges servarint, ostendit.

De *Consulibus* ex eo elicere possumus, quod in Regum locum successerunt, & quod *Brutus* primus *Consul* de conjuratis ultimum supplicium, causa ipsa cognita sumpsit. Verum eodem anno id jus *legis Valeria*, de provocatione lata, est imminutum, cautumque in posterum, ne *Consul* de capite civis Romani injussu populi quæreret: verum ii demum, quos populus quæstionibus publicis præfecisset, qui inde *quæstores parricidii* sunt appellati, quos non multo post Reges exactos institutos scribit *Pomponius*, ff. de orig. jur. Unde *Festus*, *quæstores parricidii* (sive *parricidii*) appellatos ait, quos soliti fuerint creare causa rerum capitalium. Horum autem apud *Livium* sæpius memoria celebratur; ut *Cosso*, & *Medulino* *Consulibus* anno cccxl. item anno cccxlix. & anno dlxvi. Atque in hunc quidem modum usque ad annum dciv. *quæstiones publicæ* exercitæ sunt, ut quotiescunque res posceret, aut *Consules*, aut *Dictator*, aut prætor *Senatusconsulto*, aut lege quærerere juberetur.

Anno autem ipso dciv. perpetuæ quæstiones esse, ac proprium *quæstorem* habere cœperunt. Legem enim *L. Piso* *tribunus* plebis tulit, qua quæstionem repetundarum perpetuam fecit, ut scribit *Cicero* in *Bruto* his verbis: *Carbone* forum tenente, plura judicia fieri cœperunt. Nam & quæstiones perpetuæ hoc adolefcente constitutæ sunt, quæ nullæ ante fuerant. *L. enim Piso* *tribunus* plebis legem primus de pecuniis repetundis, *Censorino* & *Manilio* *Coss.* tulit. Ii vero eo anno, quo dixi, *Consules* fuerunt. *Quæstio* vero perpetua facta intelligitur, cum prætori in singulos annos mandatur: mandatur autem, cum hæc verba in lege de aliquo vindicando crimine lata ponuntur: *De ea re prætoris quæstio esto.* Item prætor, qui ex hac lege quæret, facito, ut, &c. Post quæstionem de repetundis quæstio inde de peculatu, de majestate, & de ambitu perpetua facta est: cumque sex tum crearentur in Urbe prætores, mutata est tota ratio fortitionis prætoricæ. Antequam prætores bini singulis domi jurisdictionem ex *Senatusconsulto* sortiebantur, *urbanam* & *peregrinam*; reliqui quatuor provincias foris gubernandas. Ab hoc vero tempore duæ jurisdictiones, & quatuor quæstiones in sortem ex *Senatusconsulto* à prætoribus sex conjici cœptæ. Prætura vero Romæ acta provincias sortiti sunt, in easque proprietores profecti sunt. Demum *L. Cornelius Sulla* *Dictator*, ut inquit *Pomponius*, quæstiones alias quatuor publicas tulit, de fidei, beneficiis, falso, & parricidio: & propterea prætores quoque quatuor, ut de iis quærerent, addidit. Sic enim exponit *Cicero* in *Verrem*: *Lex Cornelia* testamentaria, nummaria (hæc est, quæ quæstionem de falso continet) cæteræ complures, in quibus non jus aliquod novum in populum constituitur, sed sancitur, ut quod semper malum facinus fuerit, ejus quæstio ad prætorem pertinet ex eo tempore.

Quoniam autem numerus prætorum, & ratio cognitionum earum jam inde ab initio permixta erant arbitrio Senatus, ob id factum est, ut raro, aut fortasse nunquam, nisi octo prætores, quotannis sint creati, ita ut cum essent octo prætores, & decem cognitiones, in iis deferendis pro voluntate Senatus variatum sit.

Ut enim antea aliquando binæ jurisdictiones, & binæ provinciæ singulis sunt tributæ: sic posthac & binæ jurisdictiones, & binæ quæstiones singulis, & jurisdictione cum quæstione uni, & una quæstio duobus ex *Senatusconsulto* commissa est, id quod pluribus exemplis in medium prolatis demonstrat *Sigonius*.

Quamquam autem post annum dciv. prætores primum quatuor, deinde sex perpetui singularum quæstionum quæstores sunt constituti, ut eas quotannis sortirentur: non tamen omnia judicia publica ab ordinariis illis quæstoribus facta sunt, verum extra ordinem multæ quæstiones aut *Senatusconsulto*, aut plebiscito, ut ante, aut *Consulibus*, aut aliis magistratibus, aut etiam privatis hominibus mandatæ sunt: sive quia nulla dum lex de iis constituendis erat lata, sive quod lata erat illa quidem, sed pro rei atrocitate extra ordinem quærendum esse videbatur. Exempla etiam hujus rei sunt apud *Sigonium*. Ac quæstorum quidem, sive ordinarii essent, sive extraordinarii essent, quamquam potestas ab ea lege, qua creati erant, tota manavit: tamen omnium in his rebus collocata fuit, ut in foro, atque in tribunali, & in sella curuli sedentes, iudice quæstionis aliquo (de quo jam dicetur) operam fidemque navante, gladioposito, iudicium exercerent, cum eis iudicibus, qui eis obvenissent, sedentibus in suis subselliis, scribis vero, accensis, præconi.

conibus, lictoribus, aliisque apparitoribus assistentibus, id quod ex *Ciceronis* oratione pro *Cluentio*, & ejusdem *Bruto* est manifestum. Cæterum quæstio, eversa republica, merum imperium est appellata. Sunt enim tria magistratuum imperia celebrata, merum, non merum, & mistum. Merum fuit cognitio rerum capitalium, non merum privatarum, quod proprie *jurisdictio* est appellata: mistum utraque. Indicat *Ulp. ff. de jurisditione*. Imperium aut merum est, aut mistum. Merum est imperium, habere gladii potestatem ad animadvertendum in facinorosos homines. Mistum est imperium, cui etiam *jurisdictio* inest, quod in danda bonorum possessione consistit. *Jurisdictio* est etiam iudices dandi licentia, id est, merum imperium continet causarum capitalium cognitionem: mistum non solum cognitionem rerum capitalium, sed etiam *jurisditionem*, id est, privatarum cognitionem, quæ cum multis aliis in rebus versetur, tum vel maxime in danda bonorum possessione, & dando iudicio posita est, ut supra ostendimus. Et *Paulus ff. de officio ejus*, cui mandata est *jurisdictio*: Mandata *jurisditione* etiam imperium, quod non est merum, videtur mandari. Gladius autem, de quo dictum est, insigne opinor fuit magistratus publicum iudicium exercentis, sicut *hasta prætoris* urbani, privatum iudicium exercentis.

Præterea vero hanc quæstionem sive hoc merum imperium, publicivè iudicij cognitionem, aut executionem mandari alteri non potuisse, satis constat, nisi fortasse eadem lex, quæ de quæstione erat lata, quæstionem illam transmitti licuisse sanciverit. *Papinianus ff. de officio ejus*, cui mandata est *jurisdictio*: Quæcunque specialiter lege, vel *Senatusconsulto* tribuuntur mandata *jurisditione* non transferuntur, &c. Vide locum. Atque hæc quidem de quæstionibus.

Exceptis autem prætoribus, quos summos quæstiores fuisse diximus, erant etiam iudices quæstionum, qui ab *Africanis* principes quæstionum dicuntur, & distincti erant à prætoribus, quæstitoribus, & ab aliis iudicibus, & creabantur ex magistratibus, postquam adiles fuissent. Eorum officium erat, datam actionem exercere, iudices sortiri, testes audire, quæstiones habere, tabulas inspicere: prætores autem actionem dabant, aut negabant; iudices cogebant & dimittebant. Sunt tamen qui opinentur, iudicem quæstionis eundem cum prætore fuisse: alii vero, eum non solum non prætorem fuisse, sed hominem omnino privatum, quarum opinionum refutationem habet *Stigonius*.

Restant cognoscendi iudices, qui à prætoribus, quæstitoribus, & iudicibus quæstionum distincti fuerunt. Iudices vero dicti sunt, qui ex lege ad iudicandum adhibiti sunt, quorumque sententiam prætor ipse per tribunali pronuntiavit. Horum autem legendorum diligens admodum ratio fuit. Primum enim cautum est ex quibus ordinibus essent legendi, deinde quo numero in singulos annos, inde qua conditione, & qua ætate. De ordinibus si quærimus, primum lecti fuerunt ex ordine Senatorio, antiquo, ac Regio instituto, deinde ex equestri, lege *Sempronii C. Gracchi*, tum ex utroque, lege *Servilia Capionis*: deinde ex equestri, lege *Servilia Glaucia*, deinde iterum ex Senatorio tantum, lege *Livia Drusi*, tum ex tribus ordinibus, Senatu, equestri ordine, plebe, lege *Plautia Silvani*, tum ad Senatores solos res tractata lege *Cornelia Syllæ*: inde ad tres ordines, Senatam, equites, tribunos ærarios, hi enim erant è plebe, lege *Aurelia Cotta*: postremo redacta ad Senatores & equites lege *Julia Cæsaris*.

Numerus autem eorum à legibus ipsis præscribebatur, aut à lege *Servilia Glaucia*, quadringentorum quinquaginta. Itaque non idem semper fuit. Etatis item non eadem ab omnibus habita fuit ratio. Nam lege *Servilia Glaucia* cautum est, ne minor annis triginta, major sexaginta legeretur. Cum autem aliis legibus trigintaquinque præscripti essent, Augustus ad triginta redegit, teste *Suetonio*. Ea vero lectio per prætorem urbanum, aut peregrinum juratum celebrabatur, prout lege sancitum fuerat, iique selecti iudices appellati. Vide legem *Corneliam* & *Serviliam Glaucia*.

Quotannis autem lectos indicat *Cicero* in *Verrem*: Nunc iudicem ex Kalend. Januariis non habebimus. Munera vero iudicum fuerunt, ut in legem jurarent, citati à prætore iudicium exercente adessent, in subselliis, quæ subiecta tribunali erant, ex lege sederent, ne inter se disputarent, postremo iurati sententias ferrent. Hæc etiam de iudicibus, sequitur de actione.

## C A P. XIX.

De exercitatione actionis, sive instituenda actione, in jus vocatione, postulatione, nominis delatione, citando accusatore & reo.

**C**Riminibus, quæstionibus & iudicibus cognitis, deinceps de exercitatione quæstionis, sive de instituenda actione, atque tota apud prætorem agendi ratione differendum est. Ordo vero agendi talis fuit: Privatus civis, qui privati nomen deferre in animo habuit, eum in jus vocavit, & prætorem in foro adiens, qui de crimine illo cognoscebat, quod ipse deferre volebat, dicendi potestate accepta, postulavit, ut sibi nomen ejus deferre liceret: qua re impetrata, nomen detulit. Nominis recepto, atque à scribis, jussu prætoris, in tabulas relato, ille reus est dictus. Ita primum præcessit in jus vocatio, deinde postulatio, tum nominis delatio, ad extremum inde secuta est accusatio.

*In jus vocatio.*

Cæterum *in jus vocatio* ita locum habuit, si ille, cui negotium parabatur, in Urbe fuit. Habuit enim ut puto, *prehensionem*, & *eductionem* perinde, atque in privato iudicio. Quod ostendit *Seneca* lib. 4. *Controversiarum*, item in *Ludo*, & *Macer* ff. de accusationibus, cum scribit, qui sunt in magistratu accusari non posse, quia sine fraude *in jus* evocari non possunt. In ipsa vero *vocatione* eadem observata esse in iudicio publico, quæ in privato servata sunt, videtur verisimile.

*Postulatio.*

Ut autem in iudicio privato, adversario *in jus* vocato postulabatur à prætore, ut sibi liceret actionem intendere: sic in publico postulabatur, ut sibi liceret nomen deferre. Testes sunt *Calpius* ad *Ciceronem*, lib. 8. *epistolarum* ad familiares, *Cicero* ipse in *Divinatione*, & ad fratrem, & *Seneca* in *Ludo*. *Postulatio* vero fiebat non solum præsentem, sed etiam absentem illo, in quem fiebat, uti *Cicero* ostendit scribens ad fratrem, cum *Gabinium*, postquam accessit ad Urbem, necdum ingressum, à *Lentulo* de maiestate postulatum nuntiat. Idem *Calpius* ad *Ciceronem*, & *Valerius Maximus* lib. 3. testantur.

Neque vero leges potestatem temere concesserunt, ut quicumque postulare, aut quicumque postulari possent. Scribit enim *Macer* ff. de accusationibus: *Qui accusare possunt*, intelligemus, si scierimus, qui non possunt. Itaque prohibentur accusare alii propter sexum, vel ætatem, ut mulier, ut pupillus: alii propter sacramentum, ut qui stipendium merent, alii propter magistratum, potestatemve, in qua agentes sine fraude *in jus* evocari non possunt, alii propter delictum proprium, ut infames: alii propter turpem quæstum, ut qui duo iudicia adversus duos reos subscripta habent, nummosque ob accusandum vel non accusandum acceperint: alii propter conditionem suam, ut libertini contra patronos: hæc *Macer*. Quod autem scriptum est de muliere & pupillis, idem eo loco tradunt *Pomponius* & *Papinianus*, sed tamen cum exceptione, quæ ibi videatur. Quæ vero de iis, qui accusare non poterunt, à jurisconsultis scripta sunt, ea ex legibus singulis de quoque crimine sumpta sunt. Neque vero solum leges præscripsisse videntur, qui postulare non possent, sed etiam ipsi prætores pro potestate multos à *postulatione* videntur repulisse, ut *quæstores*, ne prætorum suorum nomina deferrent, propter necessitudinem, quæ intra illos intercedebat, teste *Cicerone* in *Divinatione*. Eadem ratione non omnes postulari poterant, primum non magistratus, deinde non ii, qui reipublicæ causa absunt. De magistratibus notum est illud lib. 45. apud *Livium*, ubi *Servilius* reprehendit *Galbam*, quod si nocere *Paulo* voluit, non postridie, quam triumphavit, cum primum eum privatim visurus esset, legibus interrogavit. De iis quæ reipublicæ causa absunt, *lex Memmia* sanxit, cujus mentio fit apud *Valerium* lib. 3. Satis etiam constat, apud Romanos accusationis munus probro fuisse, laudem tamen attulisse iis, qui, ut inquit *Cicero* in 2. de Officiis, aut reipublicæ causa, aut patrocini gratia, aut paternarum aut propriarum inimicitiarum causa ad accusationem accederent, eamque rem summo honori adolescentibus fuisse, quod etiam in *Lucullo* scripsit *Plutarchus*. Jam vero in causa repetundarum illud præcipue observatum est, ut populi qui repeterent pecuniam, ac spoliatos se per legatos quererentur, patronos quoque nominandi potestatem postularent, testibus *Livio* lib. 43. & *Cicerone* in 1. de Oratore. Itaque in legibus de pecuniis repetundis præcipue sanctum est de patronis dandis & repudiandis. Hi vero qui sociorum patroni fuerunt, reorum accusatores extiterunt.

Sæpe etiam evenit, ut duo aut plures non solum in causa repetundarum, sed etiam ambitus, & aliorum criminum, accusationem sibi deposcerent. Quod cum accidit, tum iudicium factum est, uter deberet nomen deferre. Quod *Ulpianus* ostendit, ff. de accusationibus. Si plures existant, inquit, qui in iudiciis publicis accusare volunt, iudex eligere debet eum, qui accuset, causa scilicet cognita, æstimationis accuatorum personis, vel de dignitate, vel ex eo, quod interest, vel ætate, vel moribus, vel alia iusta de causa. Hoc autem iudicium *divinationem* dixerunt. *Divinatio* porro dicta est, teste *Asconio* in *Divinationem* *Ciceronis*, quia non de facto quæritur, sed de futuro, uter debeat accusare. Alii putant *divinationem* dici, quod injurati iudices in hac causa sedent, ut quod velint, prætentire de utroque possint. Alii, quod res agatur sine testibus, & sine tabulis, & his remotis, argumenta sola sequantur iudices, & quasi divinent. *Agellius* autem ita scribit lib. 2. Cum de constituendo accusatore quæritur, iudiciumque super ea re redditum, cuiam potissimum ex duobus pluribusve accusatio, subscriptione in reum permittatur, ea res, atque iudicium cognitio *divinatio* appellatur. *Bassus*, *Divinatio*, inquit, iudicium appellatur, quoniam divinare quodammodo iudicem oporteat, quam sententiam sese ferre par sit. Et quæ sequuntur.

Quale autem hoc iudicium fuerit, facile ipsa *Ciceronis* in *Verrem* *Divinatio*, in qua cum *Cæcilio* disputat, potest docere.

Ex multis autem accusatoribus, qui primas egit, is accusator est dictus: qui secundas, & tertias, subscriptor. Hic vero, ut inquit *Asconius*, accusatorem adjuvare est solitus. Subscriptorum meminere *Cornelius Nepos* in vita *Attici*, *Asconius* in *Cornelianam*, & *Scaurianam*, *Cicero* in *Verrem*. *Plutarchus*.

etiam in Catone majore scribit, legem fuisse, ut reus accusatori daret custodem ad observandam accusationem ejus. Tamen cum Cicero dixisset de Cæcilio, custodem Tullio me apponite: *Asconius* interpretatus est, accusationis subscriptorem.

### Nominis delatio.

Die constituta, venerunt in jus *accusator* & is, cui accusatio parabatur, ac præsentem prætoris delatio nominis facta est. Primum autem, *accusator* calumniam juravit, deinde nomen detulit. *Jurare calumniam*, fuit solenne jusjurandum concipere, se non calumniandi causa nomen delaturum esse. *Livius* lib. 44. *Cælius* ad Ciceronem, lib. 3. epistolarum ad familiares, & *Asconius* in Cornelianam. Hoc in lege *Servilia* de jurare calumniam dicitur. Quoniam autem idem est *delatio nominis* in judicio publico, quod in privato *intentio litis*, verisimile est, easdem formulas actionum, quoad res passa est, observatas. Nempe qui *vadimonium* promiserat, dixit: *Ecce me, sisto me, & tu siste te, quid ais*: Cui accusator respondit: *Ajo, te peccasse contra legem hanc, vel illam*. Hoc innuit *Livius* lib. 4. Formula vero intentionis eadem fere in omnibus criminibus fuit. In crimine certe repetundarum talis fuit: *Ajo, te in prætura spoliasse Siculos contra legem Cornelianam, atque eo nomine sestertium milies à te repeto*. Cicero in Verrem. In peculatu ita: *Ajo, te pecuniam publicam, cum quaestor esses, avertisse, & falsas ad ararium rationes retulisse, atque eo nomine sestertium quingentes à te repeto*. In ambitu ita: *Ajo, te in petendo Consulatu pecuniam dedisse tribubus, prandia, locum gladiatoribus contra legem Tulliam, atque pœnam, qua lege continetur, à te repeto*. Quod si ille aut tacuisset, aut confessus esset, tum in repetundarum crimine lis æstimabatur, ut victo, aut pœna repetebatur: si inficiatus esset, postulabatur, ut nomen inter reos reciperetur, ac delatio nominis scribebatur, & tempus inquirendi postulabatur. Qui vero hoc faciebat, is dicebatur, *reum facere, & legibus interrogare*. *Ascon. Cic. pro Domo, Sallust. & Livius* lib. 45. Ut autem in judicio privato petere, & repetere pecuniam dicebatur actor: sic in publico, petere, & repetere *multam*, & pœnam accusator. *Cic.* aliquot locis. Inde fluxit, ut repetere pœnas ab inimicis dicamus, cum eos ulciscimur, translatione è judicio derivata. Ubi vero voce res peracta erat, tum vero ad scriptum veniebat, ac crimen quod objiciebatur, libello subscriptum relinquebatur. *Ulpianus* ff. de Accusatoribus, item *Paulus Asconius* in Milonianam, & *Cicero* pro Cluentio. Ex quibus etiam intelligitur, accusatorem & voce & libello omnia & singula, quibus reus legem illam, quam nominasset, transgressus esset, esse complexum, ut in pecuniis repetundis, abstulisse, inique judicasse, supplicia de civibus Romanis sumpsisse, aut alia, quæ se probare adversus illum posse confideret.

Ubi vero nomen ejus hoc modo detulerat, postulabat, ut reciperetur, id est, ut in tabulis inter reos referretur. Prætor enim hoc jus habebat, ut *recipere, & non recipere* posset, testibus *Seneca* in Ludo, & *Callio* ad Ciceronem. Erant autem crimina quædam, quæ propter atrocitatem ac magnitudinem suam extra ordinem accipiebantur, ut parricidii, & de vi. *Cicero* in Rhetoricis, & pro *Cælio, Cælius* ad Ciceronem.

Recepto autem vel ordine, vel extra ordinem rei nomine, prætor certam diem qua *accusator* & *reus* ad judicium adessent, constituebat. Is dies in aliis legibus decimus, in aliis tricesimus fuit. *Asconius* in Cornelianam, *Cicero* in Vatinius. In crimine autem repetundarum accusator diem longiorem ad inquirendum poposcit, ut *Cicero* in causa Verrina centum & decem, teste *Asconio*. His rebus actis, reus vestem mutavit, & patronos acquisivit. De veste hæc ratio fuit. Toga alba deposita, atram induit, & barbam capillumque promisit, squalloremque contraxit. Quæ vero *Agell.* lib. 3. de Scip. *Æmil. Plutarchus* de Macro, & *Valerius* lib. 6. de Rutilio narrant, quod nec vestem mutarint, nec barbam promiserint, singularia fuerunt. De patronis hæc accepimus. Scribit *Asconius*, ante bellum civile Cæsaris raro quenquam pluribus, quam quatuor patronis esse usum, post bella vero civilia ante legem Juliam usque ad duodenos patronos esse perventum. Idem defensorum quatuor genera facit, quorum *patronum* cum vocat, qui orator esset, & voce causam orandam susciperet, & sese accusatori opponeret. In his etiam judiciis non licuisset tribunos plebis appellare, significat *Cicero* in Vatinius.

### De citando accusatore & reo.

Quoniam autem sæpe accidit, ut perficiendi judicii causa *accusator* & *reus* citandus fuerit, hoc notandum est. Quoties dies constituta alicui actioni à prætoris accessit, si prætor adesse non potuit, rem in alium diem differendi jus habuit. *Asconius*: Si affuit, *accusatores* & *reum*, & *patronos* citari per præconem jussit. Tum vero, si accusatores non affuerunt, nomen rei ex reis exemptum est: si reus non accessit, absens damnatus est. *Asconius* eodem in loco, & in Milonianam, & *Cicero* in Verrem. Etiam illa causa cognitionis differendæ fuit, si extraordinarius aliquis reus esset delatus, de qua paulo ante diximus. Item, si qua causa cum ea, quæ agebatur, conjuncta, in judicium esset adducta. Nam propter conjunctionem, & quasi affinitatem, eam ante ordinarias peragi voluerunt, ut *Cicero* pro Cluentio: Fabricium statim reum fecit, atque ut ei locus primus constitueretur propter causæ cognitionem, imperavit.

## CAPUT XX.

*De judicibus legendis, sortitione, rejectione, subfortitione, & numero judicum: item qui & quando jurati aut injurati sederent.*

**U**bi vero prætor affederat, & accusatores, reus, & patroni prodierant, de judicibus agebatur, quod munus plerumque judici quæstionis assignabatur. Numerus autem judicum legebatur, qui à lege erat præscriptus, qua judicium illud exercebatur, & quomodo erat præscriptum. Modus autem fuit duplex, *sortitio & editio.*

*Sortitio, rejectio.*

*Sortitio* fuit ejusmodi: prætor, aut judex quæstionis in urnam conjiciebat omnes judices selectos, id est, qui ad judicia ejus anni à prætoribus ex lege fuerant delecti, ac sorte eum numerum educebat, quem lex ipsa præscribebat. Quo facto, dabatur potestas reo & accusatori rejiciendi, quos parum sibi putarent idoneos.

*Subfortitio.*

In locum vero rejectorum alios, sive prætor, sive judex quæstionis subfortiebatur. Quem morem his verbis exponit *Asconius*: Cum multi judices in consilio cum prætore suo judicaturi essent, qui quæstor fuisset in causa publica, necesse fuerat, eos primum de curia Senatoria conscribi, cum Senatus judicaret: deinde in urnam mitti, ut de pluribus necessarius numerus sortito confici posset: tertio permitti accusatori & reo, ut ex illo numero rejiciant, quos putaverint sibi aut inimicos, aut ex aliqua re incommodos fore. *Rejectione* celebrata, in eorum locum, qui rejecti fuerant, subfortiebatur prætor alios, quibus ille judicum numerus legitimus completeretur. & alibi: Sortitus erat judices prætor Verres in eorum locum, ut mos est, alios. Quibus verbis ostendit, hanc lectionem multarum adeo legum, ac quæstionum fuisse, ut more facta dicatur. In hac tamen re variatum esse vi legum, satis postea apparebit. *Rejectionis* meminit *Cicero* pro Sylla, & in tertia in Verrem. De editione mentio fit in lege *Servilia Glauca*, qua jubetur, ut actor ex cōL. judicibus centum edat, reus ex centum edat quinquaginta, sicuti alio loco ea recitata est.

*Editio.*

Eadem ratione lex *Licinia* de sodalitiis potestatem dedit accusatori edendi judices reo, verum non ex delectis ad judicandum, sed ex universo populo. Qua de re gravissime conqueritur *Cicero* pro Plancio.

Hac re transacta, judices lecti citabantur, quique adesse non poterat, excusationem afferebat, *Cicero* in 5. Philippica. Qui vero accedebant, & judicium accipiebant, ii jusjurandum suscipiebant, atque eorum nomina inscripta in arcis reponebantur. Unde scripsit *Asconius*: Subscriptione perfecta, jurabant in lege judices, ut obstricti religione judicarent. (In divinatione vero non jurabant, eodem *Asconio* teste.) Cum jurassent omnes præter ipsum prætorem, nomina eorum libellis consignabantur, ne pro selectis judicibus, ut fit in multitudine, aliqui suppositi corruptissime judicarent. Addit vero alibi: Facile vero pro veris judicibus improbi supponi poterant, volente hoc judice quæstionis, & illis patientibus, qui non veri judices erant: quia nisi citati non considerant, & grave onus erat & incommodum, judicare. Jurasse autem eo modo, quo judices privatarum causarum, facile existimaverim.

## CAPUT XXI.

*De prima actione, quæstionibus, testibus, & tabulis.*

**H**is actis inde cognoscendæ causæ opera dari est cœpta. *Cognitio* vero ferme omnis in duas actiones divisa fuit, primam & secundam, quarum secunda à comperendinatione manavit in iis causis, in quibus comperendinatio est permissa, utraque vero actio accusationem & defensionem complexa est. Quoniam autem accusatio testimoniis maxime nitebatur, propterea prius de testimoniorum ratione, deinde de accusatione agamus.

Testimiorum nomine omnes probationes extrinsecus sumptæ sunt appellatæ, quæ etiam expertes artis ab iis, qui de artificio oratorio scripserunt, sunt dictæ. Hæc vero in tres potissimum partes tributa sunt, *quæstiones, testes, & tabulas*. In his studium accusatoris maxime fuit collocatum: atque earum, & ejusmodi rerum parandarum gratia dies aliquot post nominis delationem ad inquirendum sumpsert, quod maxime in lege repetundarum est observatum. Quanquam non omnia crimina iisdem testimoniis confirmata sunt. Nam cædes quæstionibus & testibus probata est, tabularum fidem non desideravit; repetundæ & peculatus testes, & tabulas poposcerunt, quæstiones reduciarunt, majestas autem & ambitus solis etiam testibus fuit contenta.

De

## De quaestionibus.

Quaestiones fuerunt *testimonia servorum*, vi tormentorum expressa. Itaque propria accusatoris fuerunt, ut reum ex dictis servorum convinceret. Itaque accusator, ubi primum *quaestor* cum iudicibus affedit, servos rei in quaestionem postulare consuevit, & ab eo datos in tormentis habere: *Asconius* in *Milonianam*. Cæterum servi contra dominos torqueri non poterant, excepta causa incestus & conjugationis, teste *Cicerone* pro *Dejotaro*, & in *Paritionibus*. Ratio autem quaerendi qualis fuerit, *Cic.* pro *Cluentio & Milone* ostendit. *Quaestione* habita, & in tabulas relata, tabulae obsignabantur, ut ibidem dixit *Cicero* pro *Milone*. *Quaestio* autem habita est in eculo, de quo post dicam.

## De testibus.

Quaestionibus cognitis *testes* sunt attingendi. Hi fuerunt *liberi homines*, qui testimonium extra tormenta dixerunt. Quoniam autem non omnibus dicere testimonium licuit, propterea ante de testium conditione quaerendum est. *Callistratus* ff. de testibus hæc scribit: Testium fides diligenter examinanda est, ideoque in persona eorum exploranda erunt in primis conditio cujusque, utrum quis *decurio*, an *plebejus* sit, & an honestæ, & inculpatæ vitæ, an vero *notatus*, & *reprehensibilis*, an locuples, vel egens sit, ut lucri causa quid facile admittat, vel an inimicus ei sit, adversus quem testimonium fert, vel amicus ei sit, pro quo testimonium dat. Nam si careat suspitione testimonium, vel propter personam, à qua fertur, quod honesta sit, vel propter causam, quod neque lucri, neque gratiæ, neque inimicitiae causa sit, dimittendus est. Videantur etiam quæ ibi scribunt *Aradius & Papinianus*. De iis vero, qui testimonium dicere non potuerunt, *lex xii. tabularum* locuta est, verba quædam sunt apud *Agellium* lib. 15. cap. 13. Qui se scierit testari, libripensve fuerit, in testimonium feriat, improbus intestabilisque esto. *Intestabilis* autem est, ut inquit *Cajus*, & qui lege jubetur, ne ejus testimonium recipiatur, neve ipsi dicatur testimonium. Sed de tota hac lege libro proxime præcedenti fatis dictum. Testium porro illa divisio fuit, ut alii testimonium *sponte* dicerent, alii *inviti*: his lex jubebat, ut testimonium denuntiaretur, ab accusatore, qui uti eorum testimonio cupiebat, quam intellexit *Valer.* lib. 8. & *Cicer.* in *Verrem*. Non putasti me in hanc rem tuis familiarissimis testimonia denuntiaturum. In quibus autem causis invitis testimonium denuntiari non possit, ostendit *lex Julia* publicorum iudiciorum, quam alio loco recitavimus. [*Paulus* ff. de testib. *Papinianus* ff. de accusat.] Et de his testibus testimonium dicere respuisent, sic scriptum erat in *xii. tabulis*. Cui testimonium defuerit, is tertius diebus ob portum obvolutum ito: id est, si quis, cui testimonium denuntiatum sit, ipsum testimonium deferuerit, tum ad ædes ejus ad dicendum convicium ito, de qua lege alibi. Quoniam vero testes protulit, & accusator & defensor, invitos quidem accusator, voluntarios uterque diligenter, quemadmodum eos interrogaret, animadvertere debuerunt. Fuit enim in interrogando teste summa induitriæ oratoris laus posita, de qua scripsit *Quintil.* libro quinto *Institutionum Oratoriarum* cap. secundo, ubi de tota ratione interrogandorum ab utraque parte testium pluribus, ac subtilius agit. In quam sententiam etiam ab *Asconio* scriptum est: Tenere debemus interrogaciones testium, & accusatoris, & defensoris fuisse, & ejus qui producit, & ejus contra quem producantur. Videndus & *Cicero* pro *Flacco*. Formula interrogandi testis fuit: *Quæro de te, arbitrerisne?* Ipsi vero testes respondebant jurati, respondentisque dicebant: *arbitror.* *Asconius*: Religione adducti testes à *Cic.* dicuntur, quia jurati testes produci solent, non solum, ne falsa dicant, verum etiam, ne quæ vera sint, taceant. *Cic.* in *Lucullo*: Majores nostri voluerunt, ut qui testimonium dicere arbitrari se diceret, etiam quod ipse vidisset. Cæterum *interrogatio* testium ipsam accusationem præcessit, id quod cum aliis legibus cautum est, tum *Pompeja* de vi, de qua supra. Aliæ leges post causam actam testes dari voluerunt, ut *lege Cornelia* de repetundis, in *Verrem* *Cicero*. Addit *Quintilianus* testimonia aut à præsentibus dicta, aut per tabulas simpliciores fuisse contra tabulas pugnam. Adjicit illud etiam, sæpe contigisse, ut testes laudare opus esset: cujus rei ratio ex artificio oratorio repetenda fuit. Non omittendum est illud etiam, quod est apud *Isidorum* de testibus allegatis: Testes sunt, inquit, à quibus quaeritur veritas in iudicio, quos quisque ante iudicium sibi placiris allegat, ne cui sit postea liberum, aut dissimulare, aut subtrahere se, & allegati appellantur. Itaque *Cicero* scripsit ad Fratrem: Nerius iudex edidit ad allegatos, *Cn. Lentulum & C. Cornelium*. Atque hæc de testibus. Restant *tabulae* explicandæ.

## De tabulis.

*Tabularum* vero nomine omne genus scripturarum appellabant, quo causam confirmare suam possent. In primis autem erant *tabulae accepti & expensi*, quas accusator à reo postulabat in certis causis, ut *repetundarum*, & *peculatus*, de quibus sic *Asconius*: Moris fuit, unumquemque domesticam rationem sibi totius vitæ suæ per dies singulos scribere, ex qua appareret, quid quisque de redditibus suis, quid de arte, sænore, lucrove seposuisset quoque die, & quid item sumptus damnive fecisset: sed postquam obsignandis literis reorum ex suis quisque tabulis damnari cœpit, ad nostram memoriam tota hæc vetus consuetudo cessavit. Hæc ille. Quo respexit etiam *Cicero* aliquot locis. Fuerunt etiam *tabulae auctionariae*,  
in

in quibus argentarii, quarum rerum auctio futura esset, præscripserant, quarum meminit Cicero in Catilinam, & *Quintilianus* lib. II. Fuere etiam *passionales*, in quas obsignatas pacta referebantur. *Cicerone* libro primo de Orat. teste. Quinetiam *literæ*, & *syngraphæ* omnes uno *tabularum* nomine comprehenduntur, æque ab accusatore inquisitæ, & obsignatæ, ne corrumpentur, ad *prætorem* delatæ sunt, *Cicero* pro Flacco, & in *Tusculana* 5. Fuere item *tabula rationum relatarum*, quibus iudices docentur, quæ publice data, & accepta sint, de quibus *Festus*. Atque hæc hæc hactenus.

## CAP. XXII.

## De accusatione, defensione, &amp; laudatione.

## Accusatio.

Cum igitur die cognitionis *prætor* consilium advocasset, atque citatus *accusator* & *reus* adesset, tum *accusator* dicendi potestate accepta actionem instituit, quippe primis diebus crimina singula exposuit, atque ad extremum ea producendis testibus confirmavit. Itaque tota illa interrupta oratio fuit, deinde productis testibus alteram alio die orationem habuit, quæ perpetua fuit, & illa *accusatio* est dicta, de qua *Cicero* pro Cælio: *Accusatio crimen desiderat, rem ut desinat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet*, quam non unus accusator peregit, sed partitis inter se muneribus multi. Eadem præmia habuit ad odium, & invidiam inflammandam composita. *Narratio* inde, si incidebat (neque enim omne crimen, ut ambitus narrationem admisit) ad confirmationem fuit apposita: utraque vero ad eum, qui jam rem teneret, accommodabatur. *Contentio* non crimen illud solum, quod intendebatur, sed totius præteritæ vitæ criminationem complexa est. Itaque non solum testimonia adhibuerunt, sed etiam argumenta, id est, ex ipsa re, & vita rei superiore sumptas conjecturas, suspiciones, & signa, omnemque eo industriam suam intenderunt, ut factum fuisset, quod intendebatur, ostenderent. Id enim erat, in quo lex violata objiciebatur. Contentioni inde *peroratio* gravis & vehemens erat subjecta. Itaque *accusatio* omnino nihil aliud fuit, quam perpetua oratio ad crimina inferenda atque augenda artificiose composita. Dixit autem accusator quæ voluit, & per quot dies legis permisso voluit. *Cicero* pro Cluentio. *Asconius* etiam viginti dies datos ad accusandum, & viginti ad defendendum, lege opinor *Cornelia*, scripsit.

## Defensio.

Accusatione perfecta, patroni *defensionem* aggrediebantur, eo die, qui esset ex lege à *præatore* concessus. *Cicero* pro Cluentio. Cæterum ut accusatores crimina inferenda, sic *patroni* diluenda, partitis inter se muneribus, susceperunt, & quoniam tres erant *defensionis artes*, aut *factum negare*, aut *nomen facti*, aut *jure factum* probare; si, quod firmiter videbatur, factum negassent, ferme testes non dabant, sed orationem adhibebant, quæ aut testes tabulasque posebant, aut qui producti erant, refutabant, quod docent *Asconius*, & *Cicero* pro Fontejo. Ut autem *accusatori* testimonia, sic *defensori* argumenta aptiora fuerunt, quæ rhetores in *verisimilia* & *signa* distribuerunt, cui rei clarissimum exemplum *Miloniana* suppedibat. Quod si de nomine facti, aut de jure controversia fuit, tum aut subtilibus definitionibus, aut eruditis de jure, sive absoluto, sive assumptivo disputationibus negotium confecerunt. Erant autem quædam causæ, quæ commodissime *inficiatione* defendebantur, ut *repetundarum*, & *ambitus*: aliæ quæ definitione, ut *majestatis*: quædam jure, ut *caedes*. Primarum exemplum erit *defensio Fonteji*, Flacci, *Muranæ*, & *Planccii*, secundarum *Cornelii*, tertiarum *Miloniana*. Quinetiam *Gracchi* & *Saturninus* jure cæsi fuisse defensi sunt. Principia adhibebant ea, quibus incendium odii ab accusatore conflati restinguerent, & amorem judicum reo reconciliarent. *Narrationes* cum inciderent, ad defensiones rationes accommodabant, easque futuræ fidei seminarium statuebant. In contentione aut vitam rei, si probris affecta fuisset, purgabant, aut si hominum opinione probata fuisset, pro argumento innocentie proponebant, atque inde partibus accusationis singulis occurrebant, & vulnera ab accusatore facta sanabant. *Perorationes* vero ejusmodi adhibebant, ut iis misericordiam commovere contenderent. Cum autem multi dicerent, causa non uno die peragi poterat, sed ad multos traducebatur. *Cicero* quidem scribit, se per tres amplius dies Verrem accusasse, eundem vero *Cornelium* per quatrimum defendisse, tradit *Asconius*. Erant autem dies epilogorum, in quibus ad concitandam misericordiam parvuli etiam filii reorum producebantur: qua de re multa egregie scripsit *Quintilianus*, meminit & *Asconius*.

## Laudatio.

Moris etiam fuit, ut rei præter *patronos* laudatores etiam adhiberent. Hi fuere aut cives summa auctoritate viri, qui in periculo capitis vitam rei in judicio laudarunt, aut *municipes rei*, quos municipia publico nomine ejus officii causa Romam miserunt: aut homines *provinciales*, quos singulæ provinciarum civitates

ab eo administratæ, cum publica laudatione ad sublevandum rei periculum miserunt. Hi minimum decem dati dicuntur. Cicero in Verrem, & in 2. de Oratore. Hæc autem laudatio aliquando defensionis præposita est, ut Cicero pro Flacco: aliquando in ea inserta, idem pro Cluentio: nonnunquam etiam ipsam est defensionem subsecuta, ut de Scuro Asconius refert, & Cicero pro Cælio. His actis, si iudicibus sententia latio permissa esset, ii primo cœtu, & primo iudicasse dicti sunt. Auctor Rhetoricorum ad Herennium, & Cic. in 3. Verrina.

## CAPUT XXIII.

## De secunda actione, quæ comprehensio dicta est, &amp; de officio quaestoris, dum causa agebatur.

Quod si lex comprehensio haberet, prima actione perfecta, post tertium diem secunda est instituta, quæ comprehensio dicta est, eo quod perendino die ageretur. Hanc Asconius definiit partis utriusque recitationem, id est, ut ego interpretor, novam accusatoris, & rei citationem. In hac vero citatione contra factum est, atque in superiore. Ibi enim accusator priore loco dixit, defensor posteriore: hic contra prius defensor, posterius vero iterum actor. Cic. in Verrem. Cum igitur in comprehensione defensio præcederet accusationem, sane intelligendum est in cæteris eandem fuisse rationem, atque superiorum fuit probationum, atque argumentationum. Accusationis hujus secundæ exemplo sint quinque libri in Verrem, quorum unus de prætura urbana inscribitur, alter de jurisdictione Siciliensi, tertius de re frumentaria, quartus de signis, quintus de suppliciis.

Hæc autem omnia quaestoris prudentia regebantur, siquidem scriptum est in Rhetoricis ad Herennium, Accusatoris officium esse inferre crimina, defensoris diluere, testis dicere, quæ scierit, quaestoris unumquemque eorum in officio continere. Interim vero dum causa agebatur, quaestor & dimittere iudices, & invitos retinere pro potestate potuit. Cicero multis locis. Custodiebat etiam urnas in tribunali paratas, sive ad sortes ducendas, sive ad sententias iudicum: quæ in tabellis scriptæ erant, recipiendas. Cicero in Vatinius. Itaque huc alludens Virgilius dixit:

Quaestor Minos urnam movet. Ille silentum  
Conciliumque vocat, vitasque & crimina discit.

## CAPUT XXIV.

## De latatione sententiæ, estimatione litis, &amp; animadversione.

Postquam autem aut prima, aut secunda actio perfecta fuit, tum uterque orator, se dixisse significavit, quo audito, prætor eos dixisse pronuntiavit. Prætor vero iudicibus tabellas dedit, & ut sententias ferrent, in consilium misit. Prioris moris meminit Asconius & Cicero. Mittere autem, aut, dimittere in consilium iudices erat, jubere illos ad urnas ire, atque in eas tabellas sententiam continentes conjicere. Hoc docet Asconius inquit: Mittere iudices in consilium, est dimittere iudices ad sententiam dicendam: ubi allegatis omnibus argumentis orator dixerit, dixi. Cælius: Mittit in consilium eosdem illos, qui litem æstimant, iudices. Tum vero confurgentes iudices in consilium ibant. Cicero pro Cluentio: Confurgitur in consilium. Item cum Cicero dixisset in Divinatione: Non singulos iudices ferre sententiam, sed universos constituere, exposuit Asconius, singulos iudices sententiam de tabula pronuntiasse in levioribus causis, & ob id neque nota, neque custode opus fuisse. Constituere autem, fuisse tabulas in cistas ponere. Hinc Cicero pro Cluentio scribit: Quaestorem in iudicio Scamandri, cum in consilium iri oporteret, quaesisse Scamandrum clam, an palam de se sententiam ferri vellet.

Urnæ vero sive cistæ tot fuerunt, quor iudicum ordines, qui iudicaverunt. Tres quidem, cum omnes adhibiti sunt, una Senatorum, altera equitum, tertia tribunorum ærariorum. Tabella vero, quæ data erat iudicibus, quarum unam in urnam mitterent, erant tres: una absolutionis, altera condemnationis, tertia ampliatiois, eaque tabulæ ceratæ erant.

Ampliatio vero, in quibus causis adhibebatur (neque enim omnes eam leges admiserunt) erat, quoties iudices significabant, rem sibi non liquere, & secundam actionem instituendam esse, & prætor ex consilii sententia pronuntiabat, amplius cognoscendum esse. Itaque ut nota absolutionis in tabula fuit A, condemnationis C, sic ampliatiois, N, L, id est, non liquere. Asconius, Cicero multis locis, Livius, Valerius. Hoc loco prætor gratificari potuit reo, ut C. Licinius M. Popillio, de quo Liv. lib. 42. M. Popillius apud C. Licinium prætorem bis causam dixit, tertio prætor precibus victus, Idibus Martiis adesse reum iussit, quo die novi magistratus inituri erant honorem, ne diceret jus, qui futurus privatus esset. Moris autem fuit, ut dum iudices sententiam ferrent, rei ad pedes eorum se projicerent. Asconius in orationem pro Scuro, & Valerius Max. Conjectæ inde in urnas tabellæ, promiscue dirimi solebant, ut numerus absolutionum & condemnationum & ampliatioum iudicum conciperetur. Cicero in Pisonem &



ad Fratrem. Postquam autem diremptis tabellis prætor judicum cognovit judicium, tum id pronuntiavit. Moris autem fuit, ut si condemnatum pronuntiaturus esset, prætextam poneret, ut inquit *Plautarchus* in Cicerone. Formula verò pronuntiandæ condemnationis fuit: *Videtur fecisse*, aut: *Non jure videtur fecisse*, *Absolutionis*: *Non videtur fecisse*: aut *jure videtur fecisse*. *Ampliationis*: *Amplius cognoscendum*. *Festus*, *Cic.* multis locis & *Livius*. Adde illud, in formula condemnationis non solum crimen commissum, sed etiam pœnam fumendam comprehensam esse, exempli gratia: *Videtur vim fecisse*, atque eo nomine aqua & igni illi interdico. *Videtur provinciam spoliasse*, atque eo nomine litem ei æstimandam esse. *Pompon.* jurisconsultus ff. de interdictis. Fieri tamen etiam potuit, ut de pœna reticuerit, & ad legem rem rejecerit. *Marcianus* ff. ad S. C. Turpilianum.

Diversa vero fuit *ampliatio* à *comperendinatione*, quòd *comperendinatio* facta est, etiamsi judices primo cœtu non judicassent: *ampliatio* verò ex incerta judicum sententia nata est. *Ampliatio* ex arbitratu prætoris quocunque die, *comperendinatio* ex præscripto legis tertio die. Ex causa *comperendinationis* bis tantum causa dicta est, ex causa *ampliationis* sæpissime dici potuit. In *comperendinatione* potuit esse *ampliatio*, in *ampliatione* nequaquam *comperendinatio*. In *comperendinatione* defensor primum dixit, deinde accusator: in *ampliatione* primum accusator, deinde defensor. Si autem per *ampliationem* iterum acta est, non minus secunda actio dicta est, quam si per *comperendinationem*, ut scribit *Asconius*. His actis prætor reum aut absolutum, aut condemnatum referrebat in tabulas, *Cælius* ad Ciceronem. Jus autem ratumque id erat, quia ab his judiciis provocatio non erat. Declaravit *lex Antonii*, qui teste in Philippicis *Cicerone*, ad extremum tulit, ut damnatis de majestate, & de vi, esset provocatio ad populum.

### *Æstimatio litis.*

Condemnatum inde reum duæ res sequebantur, *æstimatio litis*, & *animadversio*. *Æstimatio litis* præcipue erat in causa repetundarum, & peculatus. Erat autem judicium quo lis ei æstimabatur, id est, furtorum omnium ratio inibat, atque inde pecunia reddebatur, cui erepta dicebatur. *Asconius* & *Cicero* pro Cluentio.

### *Animadversio.*

*Animadversio* vero fuit multæ pœnæ legitimæ persecutio, quæ prætoris curæ mandata est. In multa sic acta res est: Pecunia per magistratum exigebatur, quod si ille solvendo non esset, bona auctioni subiciebantur: ea qui emissent, *seffores* vocati sunt. *Livius* lib. 2. & 38. *Asconius* in Verrinas, & *Cicero* in Verrem. *Verberatio*, *coërcitio*, & *tatio* per lictores magistratus ejus sunt facta, cujus fuit illa judicatio. *Plautus* in Amphitruone, & in Asinaria. Scribit etiam *Asconius*, fures & servos nequam apud *triumviros capitales* ad columnam Mæniæ puniri solitos. Infamium cura mandata fuit censoribus, ne eos paterentur in republica munera illa, quibus per infamæ notam privati erant, obire. Exilii obeundi exemplum sit *Marcus Coriolanus*, de quo *Dion.* libro 7.

### C A P. XXV.

### *De judicio calumniæ & prævaricationis.*

**R**eo vero absoluto duo relinquebantur judicia, contra accusatorem ambo instituta: unum *calumniæ*, alterum *prævaricationis*. *Calumniæ*, si falsum crimen intulisse constaret: *prævaricationis*, si cum defensore collusisset, & vera crimina occultasset. De calumniatore *Marcianus* titulo ad S. C. Turpilianum: *Calumniari est falsa crimina intendere*. Calumniatoribus pœna lege *Remmia* irrogatur, sed non utique, qui non probat quod intendit, protinus calumniari videtur: nam ejus rei inquisitio arbitrio cognoscentis permittitur, quia reo absoluto de accusatoris incipit consilio quærere, qua mente ductus ad accusationem processit, & siquidem justum ejus errorem repererit, absolvit eum: si vero in evidenti calumnia eum deprehenderit, legitimam pœnam ei irrogat, quorum alterutrum ipsius verbis pronuntiationis manifestatur, nam siquidem ita pronuntiaverit, *non probasti*, pepercit ei: sin autem pronuntiavit, *calumniatus es*, condemnavit eum: & quamvis de pœna nihil subjecerit, tamen legis potestas adversus eum exercebitur. De hoc judicio etiam loquitur *Asconius* in Scavianam, *Cicero* pro Cluentio, & *Cælius*. Pœnam calumniæ frontis inultionem, & notam fuisse significat. *Plinius* in Panegyrico: quod intellexisse quoque videtur *Cicero*, cum in Rosciana calumniatores dixit literam calumniæ ita odisse, ut omnes literas oderint, eamque literam judices ad caput affixuros. Hæc de calumnia.

Quid verò *prævaricatio* fuerit, docet *Marcianus* eodem loco: *Prævaricari*, inquit, est, *vera crimina abscondere*. *Prævaricator* est, qui colludit cum reo, & translatitio munere accusandi defungitur, & qui proprias rationes dissimularet, falsas verò rei excusationes admitteret. Item *Ulpianus* de verborum

significatione: *Prævaricatores eos appellamus qui causam adversariis suis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt.* Cæterum ut de *calumnia*, sic de *prævaricatione* iudicium constitutum fuisse, ostendit *Cic.* in *Partitionibus*, in exemplo *prævaricatoris* præcepta locorum oratoriorum exercens, item ad fratrem, & in oratione de *Aruspicio responsis*, *Plin.* lib. 3. *Epistolarum*. Ut autem *calumniæ frontis inusitio*, sic *prævaricationis infamix notatio* pœna fuit, quemadmodum ex *Asonia* constat. Atque hæc quidem in *universum de iudiciis publicis* disputata sunt.

## CAPUT XXVI.

## Quæ fuerint iudicia populi, &amp; de criminibus ac pœnis eorundem:

**E**xplicatis iudiciis, quæ jussu populi à magistratibus exercita, & à iudicibus disceptata sunt, sequitur, ut de iis agamus, in quibus *populus ipse* disceptor & iudex fuit. Hæc autem non aliter, ac superiora, & privata, & publica fuerunt. *Privata* fuerunt, quæ de controversiis aut ad res, aut ad personas, aut ad obligationes pertinentibus constituta sunt: *publica*, quæ de criminibus. *Privatorum* unicum est exemplum apud *Livium* lib. 3. de *Aricinis & Ardeatibus* controvertentibus de agro quodam apud populum Romanum. *Publicorum* plurima extant. De quibus, quæ subtilior est disputatio, hæc accepimus.

*Populus Romanus* iudicandi potestatem jam inde à *Romulo Rege* acceptam, usque ad *Augustum Imperatorem* retinuit: verum non iisdem semper comitiis. Nam *curiatis* quidem tantum sub Regibus: *centuriatis* autem, & *tributis*, republica dominatu regio liberata. *Judicavit* autem de criminibus, & pœnis criminum omnibus, quæ ad se à magistratu essent delata. Neque enim, quod in iudiciis prætoris evenit, de iis tantum criminibus cognovit *populus*, quæ aliqua lege continerentur: sed de omnibus, quæ magistratus ad se detulisset, & de omnibus pœnis, quas ille irrogasset, sed tamen ea forma actionis, quæ legibus & moribus contineretur. Neque enim ut illa duo arbitrio, & jure magistratum, sic etiam agendi ratio fuit permessa. Quamobrem iudicia populi publica tractaturi, primum de criminibus, deinde de pœnis, tum de forma actionis, postremo de animadversione dicemus. Siquidem hæc tria magistratus ad populum data sunt, *cognitio*, *irrogatio*, *animadversio*. Unde queritur *Cicero*, dari decemviris agrariis à *Rullo* cognitionem sine consilio, pœnam sine provocatione, animadversionem sine auxilio.

## De criminibus.

*Crimina* ergo, ut rem ordiamur, *maleficia* fuerunt. Quæ verò *maleficia* ad populi iudicium à magistratibus adducta sunt, ea potissimum duo fuerunt, *majestas*, & *peculatus*: quorum in illo dignitas, in hoc fortunæ reipublicæ actæ sunt. Ad *majestatem* autem pertinere existimatum est, si quis tyrannidis aut regni occupandi consilia habuisset, si adversus rempublicam conjurasset, si hostes ad bellum reipublicæ faciendum concitasset, aut juvisset, si magistratum populi Rom. in ordinem coëgisset, si sacra imminuisset, cives Romanos aut carcere, aut morte, indicta causa affecisset, male sua culpa pugnasset, plebis commodis adversatus esset, populo Romano maledixisset. Exempla hinc inde in scriptoribus plurima reperiuntur, ut iudicium *Coriolani*, *Sp. Cassii*, *T. Menenii*, *Sp. Servilii*, *Ap. Claudii*, *Cæsonis Quintii*, *M. Posthumii*, *M. Sergii*, *P. Virgini*, *M. Manlii*, *P. Manlii*, Imperiosus, *Tusulanorum*, *Claudie*, *Cn. Fulvii*, *C. Claudii*, & *T. Sempronii censorum*, *Ser. Galba*, *P. Popillii Lenatis*, *L. Opimii*, *M. Scauri*, *M. Junii Silani*, *Metelli Numidici*, *P. Furii*, *M. Ciceronis*, &c. Quæ omnia iudicia de *majestate* fuerunt, quamquam *majestatis* imminutæ nomen nullum reis obiectum sit, præterquam *Claudix*, auctore *Suetonio* in *Tiberio*.

*Peculatus* autem exempla sunt iudicium *M. Camilli*, *M. Curii*, *M. Livii Salinatoris*, *P. Africani*, *M. Posthumii*, & *Catuli*. *Quinetiam* cædis, falsi, repetundarum, adulterii, tentatæ pudicitix, & vis illatæ crimina in iudicium populi esse vocata reperiuntur, ut *P. Horatii*, *P. Sestii*, *Appii Claudii decemviri*, *C. Lucretii*, *C. Scantini*, *Cn. Sergii Sili*, & *T. Milonis* iudicia testantur. Ex quibus apparet omnia crimina, quæ aut directo, aut non directo rempublicam ipsam attigerunt, ad populi iudicium pro magistratus arbitrio esse adducta, aut ab ipso cognita, & damnata, post per provocationem ad populum esse translata.

## De pœnis.

*Pœnarum* autem genera in his iudiciis fuerunt *damnum*, *exilium*, *servitus*, & *mors*. Hæc verò in duo nomina diviserunt: *multam*, & *caput*. Quos enim damno affecerunt, id est, pecunia condemnarunt, in iis *multa* nomen usurparunt, unde de illa *pecunia* iudicare, *pecunia* anquirere, *multam* dicere, & *multam* irrogare, nata sunt. Quem exilio, servitute, morteve affecerunt, in eo nomen *capitis* factitarunt. Ex quo illa profecta, *diem rei capitalis dicere*, *capitis* iudicare, aut *inquirere*, *rei capitalis accusare*: pro quibus etiam perduellionem iudicare, & perduellionis actionem intendere, posuerunt *Livius*, *Cicero*, & alii. Nomen

vero *perduellionis* & crimen & pœnam significavit: si crimen, quod erat gravissimum inter crimina, nempe imminutâ majestatis: si pœnam, quæ erat acerbissima, nempe mortis, ut in P. Horatio & C. Rabirio, quibus crux: in Sp. Cassio, & M. Manlio, quibus saxum fuit propositum. *Livius* tamen etiam, cum de judicio M. Posthumii, Cn. Fulvii, Gracchi, & Claudii agit, quibus aqua & igni interdiceretur, nomen *perduellionis* usurpavit. Cæterum de *multa* & *exilio* supra dictum est.

*Pœna servitutis* lege Servii Tullii Regis, teste *Livio* & *Dionysio*, proposita fuit iis, qui nomen suum in censum non detulissent: itemque qui citati nomen in militiam non dedissent.

*Mortem autem attulerunt*, aut *securi percutiendo*, aut *arbori infelici suspendendo*: id est, in crucem agendo, quorum utrumque verberatio præcessit, aut de saxo Tarpejo, aut de robore præcipitando, aut in culeo insutum in profluentem projiciendo, aut denique laqueo gulam frangendo, de quibus suppliciiis paulò post dicetur. Atque de his quidem criminibus *magistratus*, ad populum privatos homines accusarunt, atque has pœnas pro arbitrio irrogarunt, aut certe multa, pœnave prius pro jure magistratus indicta, cum parem majoremve potestatem appellassent, & ad populum provocassent, eos reos ad populum peregerunt: populus autem *multam pœnamve* aut jussit, aut remisit: sub Regibus quidem *comitiis curiatis*, post exactos Reges *centuriatis*, & *tributis*.

## CAP. XXVII.

## De judiciis curiatis.

Cæterum de ratione *judiciorum curiatorum* vix habemus quid dicamus, quòd unicum tantum extat P. Horatii *judicium comitiis* factum, id quod primum, ut inquit pro Milone *Cicer*. Romæ capitis *judicium* fuit. P. autem *Horatii* tum de parricidio interrogatus est *lege Numæ*, quæ fuit: *Si quis hominem liberum dolo sciens morti duit, parricida esto*. *Parricidam* scilicet vocavit, auctore *Festo*, non qui parentem occidisse diceretur, sed qualemcunque hominem, atque hac lege interrogatum eum tradunt *Festus*, & *Dionysius*, & *Cicer*. cum dixit pro Milone: Romana civitas primum *judicium* de capite vidit P. *Horatii*, qui nondum libera civitate, tamen populi Romani *comitiis* liberatus cum sua manu sororem interfectam esse fateretur. Actio tamen instituta est ex lege, quam tum *Rex Tullius* tulit, qua lege creati *duumviri* sunt, ut *perduellionem*, id est, rem capitalem, & mortis pœnam judicarent: & si reus ad populum provocasset, ad eum de provocatione certaretur. Verba legis, teste *Livio*, hæc fuerunt. *Duumviri perduellionem judicent, si à duumviris provocarit, provocatione certato: si vincet, caput obnubito, infelici arbori suspendito, verberato, vel intra pomerium, vel extra pomerium*. Res autem acta sic est: *Rex concilio populi advocato, duumviros, qui P. Horatio perduellionem judicent, inquit, facio secundum legem*. *Duumviri creatis, tum alter ex his inquit: P. Horati, perduellionem tibi judico. Lissor colliga manus*. Accessit lictor, iniecitque laqueum: tum *Horatius*, auctore Rege, *provoco, inquit*. Ita de provocatione certatum ad populum est, populus absolvit. Ex quibus apparet, crimen in hoc *judicio* fuisse *parricidium*, id est, cædem sororis, pœnam *perduellionem*, id est, mortem in cruce: *duumviros* creatos primum judicasse, deinde de eorum *judicio* certatum, ac populum eorum *judicium* infirmasse. Atque hoc quidem modo *curiatis* *judicatum comitiis* est.

## CAPUT XXVIII.

## Quorum judiciis tributis &amp; centuriatis actio fuerit, &amp; quo ordine iis actum sit.

Exactis autem *Regibus*, idem populus cum jam jus *centuriatum* conveniendi, ac sciendi, lege *Servii Tullii* Regis haberet, *judiciorum* potestatem adeptus est multis legibus. Nam & anno primo à P. *Valerio* *Cof.* teste *Dionysio*, latum est, ut populus *Consulum* decretum irritum facere posset: si quis à *Consulibus* condemnatus ad populum provocasset, & sextodecimo post anno S. C. in NP. *Valerii* sententiam est factum, ut populus *judiciorum* potestatem haberet, & maxime si quis *rèpublicam* læsisset, aut *seditione* constanda, aut *tyrannide* paranda, aut *civitate* hostibus prodenda, aut aliquo ejusmodi facinore patrando argueretur. Atque hæc *judicia comitiis centuriatis* facta esse intelligendum est, cum nondum essent *tributa*. Nam *judicium Coriolani*, quod *tributis comitiis* per ea tempora factum est, *extraordinarium* fuit, quippe cum nulla lege, aut more tum primum plebs *tributis comitiis* judicaret. *Sacris* autem *legibus*, quæ anno ab exactis *Regibus* XVI. latæ sunt, & XII. tabularum, quæ post annum LVI. promulgatæ sunt, scitum est, ne de capite civis Romani, nisi *centuriatis comitiis* agi posset: quod *Cicero* in *Oratione* pro *Sextio*, & in 2. de *Legibus* scriptum reliquit. Unde in tertio addidit, verè L. *Cottam* dixisse, nihil omnino actum esse de se à *Clodio*, quia *tributis comitiis* de capite suo egressus, quæ rata esse non possent. Quocirca post ea tempora de multa civis Romani semper actum est *tributis*, de capite *centuriatis*. Quam legem fortasse obsolescentem retulit C. *Gracchus*, anno 100XXX. siquidem scribit *Cic.* pro *Rabirio*: C. *Gracchus* legem tulit, ne de capite civium Rom. injussu vestro judicaretur.

Nam injussu vestro cum dixit, populi, non plebis intellexit: etenim *Cicero* tum agebat ad populum *centuriatim* convocatum in judicio perduellionis, *tributis* autem *comitiis* soli minores magistratus egerunt, ut tribuni plebis, ædiles curules, & ædiles plebis. De *tribunis* omnes loquuntur. De *ædilibus* curulibus docet *Valerius* cap. de Pudicitia, cum inquit, M. Marcellum, ædilem curulem C. Scantinius tribuno plebis diem ad populum dixisse, quod filium suum de stupro appellasset, & P. Clodium ædilem curulem Miloni de vi ad populum diem dixisse, *Cicero* testis est. De ædilibus plebis, *Livius* libro 2. qui *Veturio*, postquam Consulatu abiit, ab C. Alieno ædili plebis, diem dictam, eumque x. millibus æris damnatum scribit, & *Agellius*, qui *Claudiam* à C. Fundanio, & T. Sempronio ædilibus plebis multam æris gravis xxv. millium dictam, ex *Capitone* refert.

*Comitiis* autem *centuriatis* egerunt Consules, prætores, & quæstores. De *Consulibus* & *prætoribus* nota res est. De *quæstoribus* auctor est *Livius* lib. 2. quos diem dixisse Sp. Cassio ob affectatam tyrannidem scribit. Quinetiam idem libro 6. auctor est, *tribunos plebis* accusasse T. Manlium populo *centuriatim* in campo citato: verum intelligendum est, petita à Consulibus potestate: quemadmodum idem libro 26. aperte explicuit.

Atque ordine quidem privati tantum in iudicium adducti sunt. Itaque T. Menenius, Sp. Servilius, Ap. Claudius, C. Sempronius, postquam Consulatu, aut decemviratu abiissent, iudicio à tribunis plebis oppugnati sunt. Extra ordinem autem etiam magistratus tentati, ut Scantinius tribunus plebis à Marcello ædili curuli apud *Valerium*: & L. Flacco, ædili curuli Decianus tribunus plebis diem dixit apud *Ciceronem* pro Flacco: & Claudio Gracchoque censoribus tribuni plebis apud *Livium*, lib. 45. Ex quo declaratur, hoc arbitrio magistratus permittum, ut privatum & magistratum apud populum accusarent.

Cæterum ordo agendi, sive *tributis*, sive *centuriatis comitiis*, legibus aut moribus constitutus hic fuit. *Magistratus* qui reum facere, aut accusare voluit, in rostra ascendit, & populo per præconem advocato diem ei, quem reum facere cogitaverat, ad accusationem audiendam prædixit. Ubi vero prædicta dies venit, item è rostris reum per præconem citavit, atque accusationem instituit, eamque ter intermissa die peregit. Ubi vero ter accusavit, tum rogationem per trinas nundinas promulgatam habuit, in qua crimen & poenam criminis comprehendit, ac tertiis nundinis quartam accusationem intulit, ac reo causæ dicendæ potestatem fecit, atque inde diem prædixit, qua die ad populum de poena certandum erat. Quod si qua res illum diem aut auspiciis, aut excusatione sustulisset, iudicium sublatum erat. Qui citati ad diem non affuissent, neque excusati essent, iis exilium jubebatur. Inde *rogatio ad populum* ferebatur, deque ea populo *suffragium* permittebatur. *Dionysius* lib. 7. de iudicio *Coriolani*, & *Cicero* in Oratione pro Domo. Hæc vero singula quamvis in libro de *comitiis* tractata aliquo modo sint, pluribus tamen videntur esse explicanda.

## CAPUT XXIX.

## De die accusationi dicenda, de citatione rei, triplici accusatione, acquisitione, &amp; multæ poenæ irrogatione.

Quicumque igitur magistratus alterum reum ad populum facere cogitavit, in rostra, ut dixi, ascendit: ac concione advocata, palam testatus est, se certa, quam nominabat, die, de certo, quod nominabat, crimine, certum, quem nominabat, hominem accusaturum esse, ac proinde ei, ut ad audiendam sui accusationem adesset, denunciavit. Hæc autem actio, *diei dictio*, & qui ita agebat, *diem dicere* dicebatur. *Livius* multis locis. Videtur autem *diei dicendi formula* hæc fuisse: Ap. Claudii, huc ad me Nonis Septembris adesto, ut te accusari audias, quod vindicias contra libertatem dederis.

Dicta in hunc modum die in rebus capitalibus vadis, in multa prædes ab reis poscebant. Hi erant locupletes sponsores rei in iudicio ad diem dictam sistendi, aut multam, qua damnatus esset, solvendi. Qui si dati non essent, reos in carcerem conjiciebant, atque ibi eos usque ad diem iudicii asservabant. De vadibus *Livius* lib. 2. de iudicio Ap. Claudii. De prædibus *Agellius* lib. 7. ex veteri historia scribit.

## De citatione rei.

Postquam autem dies dicta venit, accusator in rostra ascendens, reum per præconem ex rostris citavit. *Livius* de iudicio *Scipionis*. Potuit autem aut major, aut par magistratus intercedere, ne citaretur, & si absens fuit, potuit excusari. Quod si citatus, neque excusatus, non adfuisset, pro arbitrio magistratus, potuit ei poena irrogari. *Varro* apud *Agellium*, & *Africanus*.

## De triplici accusatione.

Ubi vero primum adesse iussus, deinde secunda actione citatus affuit, tum vero accusari est coeptus. *Cicero* pro Domo, ubi agit de iudicio suo. *Accusatio* vero triplex fuit: siquidem intermissis diebus ter est

est habita. Ea vero eodem artificio confecta est, quo superiores, de quibus differuimus. Quippe accusator crimen attulit, idque testibus & argumentis probavit. Unde dixit *Cicero* pro Domo sua: Ubi crimen est, ubi accusator, ubi testes? *De testibus* vero idem in *Verrem*, & *Livius* lib. 37.

### De anquisitione.

Cum autem ter accusaret, in singulis accusationibus perorandis *multam pœnamve* pro arbitrato dicebat, eaque *anquisitio* dicebatur. Erat autem ejus hæc formula: *Quando igitur hæc & illa, quæ dixi, fecisti, ob eas res ego multam tibi hæc dico, vel pecuniam hæc, sive perduellionem tibi judico.* *Livius* libro primo, *Varro*, *Cicero* pro *Scauro*, & *Dionysius* libro 7. Sæpe autem evenit, ut cum in prioribus accusationibus pecuniæ judicassent, in tertia capitis anquirerent: aut, cum in primis capitis anquisissent, in tertia pecuniæ judicarent. *Livius* de judicio *Cn. Fuluii*, & de *T. Menenio*. Dum autem accusator agebat, reus sub rostris abjectus, adolescentum conviciis expositus stabat, teste *Livio*, ex quo illud etiam constat, *magistratus* non minus accusationi, quam citationi rei intercedere potuisse.

### De multæ pœnæve irrogatione.

Postquam autem accusator tertiam accusationem perfecerat, tum *rogationem scriptam* promulgabat, in qua crimen & pœnam multamve comprehendebat. Erat autem lege vetitum, ut inquit *Cic.* pro *Domo*, ne pœna capitis cum pecunia conjungeretur, duabus, ut puto, de causis, una, quod de capite *centuriatis comitiis* agebatur, de multâ *tributis*: altera ne populo necessitas imponeretur, ut aut utramque juberet, aut utramque repudiaret. *Rogatio* verò per trinas nundinas promulgata manebat, ut populo nota fieret, antequam de ea judicaret. Hæc actio accusatoris, *multa*, *pœnæve irrogatio*, judicatio populi, *multa pœnæve certatio* dicta est. *Cic.* multis in locis, *Sueton.* in *Tiberio*, & *Ascon.* *Rogatio* autem dicebatur, quod de ea rogandus erat populus: *irrogatio*, quod adversus reum conscripta esset. *Cicero* pro *Domo*. Idem autem etiam erat *dicere multam*. *Livius* de *M. Posthumio*, & *Cicero* in *Antonium*. Erat autem formula *irrogationis* eadem, atque *anquisitionis*: nam utraque & crimen & pœna comprehendebatur. Sed in *anquisitione* res verbo peragebatur, in *irrogatione* scripto.

### CAPUT XXX.

### De quarta accusatione, & defensione, de die judicio indicenda, auxiliis reorum, & reo evocando.

Quum igitur *irrogatio* per tres nundinas promulgata mansisset, tum tertiis nundinis accusator in rostra conscendit, ac rursus citato reo *quartam accusationem* instituit, quam *Cicero* pro *Domo*, quartam accusationem *trinum nundinum* appellavit, eaque perfecta protestatem reo ad causam dicendam fecit. Unde *Dionysius* scripsit: Dies à tribuno plebis *Marcio* reo ad causam dicendam *tertia nundina* præfixita: ubi vero reus causam diciturus, atque accusationi responsurus erat, tum aut ipse, aut patronus ejus permisso accusantis *magistratus* in rostra ascendebat, atque inde agebat. *Cic.* ad *Attic.* *Reus* autem, aut rei patronus non solum crimina diluere oratorio artificio contendit, sed etiam causam suam populo virtutibus suis commemorandis commendavit. Quæ eliciuntur ex judicio *M. Manlii*, & *P. Scipionis* apud *Livium*. Eodem modo *Cicero* in 2. de *Oratore*, *C. Carbonem* Consulem causam *L. Opimii* defendisse scribit, ac jure *C. Gracchum* casum contendisse. Extat præterea oratio, qua idem *C. Rabirium* perduellionis reum defendit, ex qua, quæ ratio defensionum ad populum fuerit, elucescit. Vide etiam *Asconium* in *Scaurianam*. Quarta inde accusatione absoluta, *magistratus* accusator diem *comitiis* edixit, quibus *rogationem*, quam per trinas nundinas promulgatam habuerat, ferret. Ea verò res facta est in hunc modum: Si tribuni plebis multam irrogarunt, diem *comitiis tributis* dicebant, quod ipsi pro potestate poterant: si perduellionem, diem *centuriatis comitiis* à prætore urbano poscebant. *Cicero* pro *Domo*, *Livius* lib. 43. & *Antias* libro 45. teste *Agell.* lib. 6. Sin autem Consul atque prætor multam irrogarunt, *tributa comitia*: si perduellionem, *centuriata* indixerunt, quanquam harum actionum rara exempla sunt. Interea verò: dum hæc ad rei exitum parabantur, multa auxilia ipse sibi quærere poterat: quorum unum à *magistratibus* alterum à *populo*, tertium à *lege*, quartum ab ipso accusatore profectum est. A *magistratibus* auxilium latum est, si tribuni plebis, aut collegæ accusatori, aut alteri magistratui intercessissent, ne reum citaret, ut in carcerem duceret, ne accusaret, ne pœnam irrogaret, ne comitia ei judicio haberet: aut si diem accusationis & judicii produxissent. Hæc enim omnia facere pro arbitrato potuerunt, *Livius* de *Scipione*, & de *Fulvio Cicero* pro *Domo*, & *Agell.* lib. 7. de *Scipione*.

*Populare* autem *auxilium* significavit *Cicero*, cum dixit, multas res ad placandum, atque ad misericordiam esse concessas, exorabilem populum, facilem pro salute supplicationem fuisse. Significat autem humiles reorum preces, atque cognatorum, amicorumque pro iis supplicationes, & preces: Etenim

cum

cum ipsi die sibi dicta mutata veste sordidati, ac barba & capillo promisso prensarunt populum, tum nobiles etiam, qui idem pro se facerent, habuerunt. *Livius & Agell. lib. 3.* Cæterum, ut inquit *Festus*; cum reus populum *comitiis* oraverat per deos, ut eo periculo liberaretur, jubebat *magistratus* eum resecreare, id est, populum religione absolvere, ut ita demum populus religione teneretur, si is, qui per deos oraverat, infons innocensque esset.

*Tertium* verò *auxilium*, quod à lege præbitum est, fuit duplex, *auspicia & excusatio*. Unde *Cic.* dixit: Si qua res diem iudicii aut auspiciis, aut excusatione sustulisset, totam causam iudiciumque sublatum esse. Sed de *auspiciis* satis multa in libro de *comitiis*, quæ quidem ad hunc locum pertinent, dicta sunt. *Excusationis* autem ratio fuit hujusmodi: Citato reo licuit non adesse, si excusaretur. *Excusatio* verò aut *morbi* fuit, aut *exilii* voluntarii, aut *funeris* curandi: exempla excusationis morbi & exilii voluntarii, sunt apud *Livium* P. Scipionis, & Cæsonis Quinctii: funeris, apud *Ciceronem* pro Rabirio perduellionis reo.

#### De evocando reo.

*Quartum præsidium* ab *accusatore* petitum est: id autem fuit, quoties accusator accepta excusatione, aliave de causa aut diem produxit, aut omnino incepto destitit, ut apud *Livium* videre est in iudicio Appii, Scipionis, P. Manlii, & Acilii: item apud *Cicer.* in epistol. ad Frat. de Milonis iudicio intentato à Clodio. Cæterum formula dimittendi rei fuit: *Non moror*, teste *Livio* libro quarto. Quod si reus per præconem ex rostris citatus ab accusatore, non affuisset, in arcem, & ante fores per cornicinem evocabatur. Scriptum hoc est, licet obscure, apud *Varronem*, [*Lib. 5. de lingua Latina.*] cujus verba sunt hæc: Indicat, inquit, commentarium vetus antiquitatis M. Sergii Manii filii quaestoris, qui capitis acquisivit Trogum: in qua sic est: *Auspicio orando* sede in templo auspicii, dum aut ad prætorum, aut ad Consulem mittat auspicio petitum cum eat præco, reum vocet ad te, & eum de mœris vocet: præconi id imperare oportet. *Cornicinem* ad privati januam, & in arcem mittas, ubi canat classicum Tito Trogo, & *comitia* edicat è rostris, argentarii tabernas ocludant: patres censeant, exquiras, & adesse jubeas. Et paulo post: Qui de censoribus Classicum ad *comitia* *centuriata* redemptum habent, ut curent eo die, quo die *comitia* erunt, in arce Classicum canat tum circumque mœros, & ante privati hujusce T. Quinctii Trogi scelerati hominis ostium canat: & ut in campo prima luce adsit. Item *Plutarchus* in Gracchis: Moris est Romani, si quis capitis acquisitus non adsit, *cornicinem* summo mane ad fores ejus venientem, classico evocare, neque prius de eo iudices sententias ferre. Idem etiam *Tacitus* lib. 2. confirmat. Inde si ne ita quidem affuisset reus, exilium ei sciscabatur: aut si exilii causa solum vertisset, ei iustum id esse exilium jubebatur. *Livius* de Posthumio & Fulvio. Quo loco notandum est, quicumque citati non affuissent, iis exilium esse iustum *tributis comitiis*, non *centuriatis*: quamvis *centuriatis* tantum de capite ageretur, ut diximus: si præscates fuissent, *centuriatis* opus fuisset.

#### CAPUT XXXI.

#### De rogatione ferenda, iudicio faciendo, & animadversione: item de tormentis in eculeo.

**U**bi vero summus iudicii dies est constitutus, tum *magistratus*, qui accusaverat, & propterea *comitia* indixerat, reum per *preconem* rursus citavit, ac populum advocavit. Reque agi cœpta populum in *tribus*, aut in *centuriis* discedere iussit, omnibus rebus observatis, quæ in comitiis solennes erant, quæ repetere non est hoc loco necesse. Inde *rogationem* per scribam recitari populo iussit, de qua suffragia populum ferre oportuit, ac demum populum num eam acciperet, rogavit. Formula rogandi erat: *Rogo vos, velitis, jubeatisne, ut M. Tullio aqua & igni interdicatur, & quod falsum S. C. retulerit, quod cives Rom. indicta causa necandos curavit.* Sic enim & pœna, & crimen, quæ erat pœnæ causa, rogabatur. *Cic.* pro Domo. Recitata *rogatione*, & rogato populo, populus in suffragia mittebatur ab eodem illo, qui *rogator comitorum* erat, eo modo, qui in legibus ferendis, & magistratibus creandis observabatur: scilicet, ut per pontes in septa transiret, & ad pontes tabellas sententiæ suæ indices custodibus *comitorum* darent. *Asconius* in Corneli. Est autem repetendum, primis temporibus suffragia in iudiciis ferri voce solita. Anno vero DCLXVI. L. Cassius tribunus plebis legem tulit, ut in omnibus iudiciis, præterquam *perduellionis*, populus tabella suffragium ferret, neque ita multo post, Cælius idem etiam in *perduellione* servari voluit, ut alibi dictum est. Cum autem populus legem accipiebat, rogatus nihil aliud respondebat, nisi, *Volo, Jubeo, Uti rogas*: aut tabellam dabat in qua scriptum erat. *Uti rogas*: V. R. quo facto condemnasse dicebatur, aut se *rogationem* antiquare significabat, quo pacto pœnam remittere & absolvere demonstrabat. *Cic.* pro Domo, *Livius* lib. 43. & *Asconius*. pro Scauro. Illud etiam post Reges exactos in *perduellione*, id est, in mortis pœna retentum est, ut *duumviri* crearentur, qui *perduellionem* iudicarent, resque inde per provocationem ad populum transferretur. Meminit hujus  
con-

consuetudinis *Livius* in *judicio Manlii* lib. 6. & *Dio* *Consulatu Ciceronis*. Hanc autem *judicii* formam vestitate obsoletam, se *Consule à Labieno tribuno plebis* relatam contendit *Cic.* in *Orat.* ipsa pro *Rabirio*. Atque hæc quidem sive de *multa*, sive de *capite*, sive de *perduellione*, *tributis aut centuriatis comitiis* ageretur, hoc modo acta sunt.

### De animadversione.

Judicio facta, suscepta est *animadversio*. Hæc in cæteris pœnarum generibus eodem modo in populi *judicio* facta est, atque in *prætorio*, de quibus supra dictum est. Nunc, quod reliquum est, de *servitute & nece* dicamus. *Servitus* pervenditionem inducta est. *Venditio* vero, quæ & *auctio* dicta est, sub *hasta* est facta, magistratu ei, qui pluris licitatus esset, hominem addicente. *Varro* apud *Nonium*, & *Valerius Maximus*. *Necis* autem genera hoc modo suscepta sunt: *Percussio* securi facta est per *lictorem*, prægressa verberatione, quæ *virgis* adhibebatur. *Liv.* lib. 2. & 26. *Strangulatio* vero quæ laqueo fiebat, & præcipitatio, quæ de robore, ambæ suscipiebantur in carcere. *Carceris* vero duæ præcipue fuere partes, *Tullianum & robur*. *Tullianum* à *Serv. Tullio Rege* est additum, de quo *Sallustius*. *Robur* autem, testante *Fest.*, dictus est in carcere is locus, quo præcipitur maleficorum genus, quod antè *arcis* *robustis* includebatur. Cæteris vero cura *triumviris* erat commissa, ut eorum interventu supplicium sumeretur. *Pompon.* ff. de orig. jur. *Cic.* in *Legibus*, & in *Catilinam*. *Strangulatio* igitur facta est in *Tulliano*, testibus *Sallustio* & *Cic.* in *Vatinium*. *Præcipitatio* de robore, vid. *Valerius*, *Livius*, & *Plautus*. Utrumque autem per *carnificem* facta est, prægressa verberatione jussu magistratus, eoque supplicio liberi homines affecti, ut scribit lib. 3. *Bell. civil.* *Appianus*. *Agellius* tamen etiam servos, manifesti furti prehenso, verberibus affectos, & de saxo præcipitatos fuisse, jussu *decemvirorum*, scribit lib. 10. cap. 18. Ut autem liberi de saxo dejectebantur, sic servi in *crucem* agebantur, quod supplicium etiam interventu *triumviri* per *carnificem* sumptum est. *Valerius* lib. 8. de *verberatione*, *Cic.* in 1. de *Divinat.* *Servus* per circum, cum *virgis* cæderetur, furcam ferens ductus est. Fiebat autem *verberatio* per *lictorem*: Unde illa *solennia*: *I lictor, colliga manus, verberato, caput obnubito, arbori infelici suspendito*. Erantque *crux*, *patibulum* & *arbori infelici* suspensio fere idem. *Isidorus* tamen lib. 5. scribit. *Patibulum* vulgo *furca* appellatur: sed *patibuli* minor pœna, quam *crucis*: nam *patibulum* appensos statim exanimat; *crux* autem affixos diu excruciat. De *culeo* & *profuente* supra dictum est. Aliquando etiam *contumeliæ* causa *cadavera* in *Tibrim*, aut in *scalas gemonias* projecta, cujus rei exempla non desunt. His de extremo supplicio explicatis, quoniam supra de *tormentis* egimus, hic de torquendi instrumento, quod *eculeum* dixerunt, pauca subjiciemus.

*Eculeus*, quantum ex veterum non levissimis elici monumentis potest, *catasta* fuit *lignea*, *cochleata*, ad intendendum ac remittendum apta, atque ad *torquendos homines*, ut facti veritas eliceretur, *instituta*. Tormenti vero genus erat hujusmodi: Ubi *catastæ* huic brachia pedesque ejus qui torquendus erat, nervis quibusdam, quæ *fidicula* dicebantur, alligaverant: tum *catasta* intenta, atque in altum erecta, ut ex eo, quasi ex *cruce* quadam miser ille penderet, primum compagem ipsam osium illius divellebant, deinde *candentibus* ejusdem corpori laminis admotis, atque *bisulcis* *ungulis* *ferreis* lateribus laniatis, doloris acerbiter augebant. *Sozomenus* lib. 5. *hist. eccles.* *Eculeum*, *lignum tortorium*. *Prudentius* in *hymno D. Vincentii*, & alibi, *stipitem noxiale* appellat, ubi multa de *eculeo* habet. *Pomponius* Poëta apud *Nonium* etiam meminit hujus tormenti, item *Suet.* in *Tib. Valerius* de *Patientia*, *Quintil.* *decl. ult.* *Cyprianus* ad *Donatum*, & de laude *martyrii*, *Cic.* in *Verr.* & in *Anton.* & *Senec.* lib. 3. de *Ira*. Qui igitur in *eculeo* torquebantur, pendeabant brachiis pedibusque retortis extenti, nervis scilicet, quibus devincta membra erant, propter summam intentionem crepantibus. Utque incitandi doloris causa *eculeus* aut *fidicula* tendebantur, sic ejusdem remittendi eadem laxabantur. Extorquendæ autem de servis veritatis causa *eculeum* adhibitum fuisse, docet *Cicero*, & nos supra scripsimus. Translatus est inde *eculeus* ad cruciandos homines, & acerbiorè supplicio efficiendos, quod in *Christianis* *martyribus* patuit. Atque hæc de *judiciis*.

### AD LIB. IX. PARALIPOMENA.

Principes *judices* fuisse, *variis gentium exemplis probatum*, *statua* quare erigerentur in *foro*, ex *qua materia*, *quotuplices*, *quomodo enses*, *manusque* in iis efficta: *calumniæ actio*, seu *delatores*, *talio*, *sortitio* *judicum*.

**L**egum custodiam adeo necessariam censebant patres nostri, ut principes ipsos *judices* esse oporteret, ut potentia, qua in cæteros pollebant, ad eas observandas rebelles cogere possent. *Manuel Palæologus* Aug. in *educatione* regia ad *Joan-*

nem filium præcepto 51. *Νομοθέτης μὲν ὁ βασιλεὺς καὶ κοίτης τῶν ὑπ' αὐτὸν ἀναδεδεικται, ἀνδράπων ἀνδραποῦ ἀνδρῶν δὲ ἀνδρῶν, μὲν δὲν ὡς ἔχων ἢ σχῆμα*. Verit. Leunc. Manifestum est Regem esse legislatorem, *judicemque* *subditorem* *constitutum*, hominem hominum, mortalem mortalium, nulla re cæteris superiorem, nisi dignitate. Et quamquam sciam præoccupatum, dicam tamen nonnihil obiter. *Plutarchus* in *Alexandro* scribit, illum unam autem actori *clausisse*, ut reo illam reservaret. Is *forotebatur*, quoties jus diceret, *splendido*, ut *species* illa *verenda* metum *barbaris* *incureret*. *Polyæn.* lib. 4. *Stratagemat.* Solent enim externa illa *terriculamenta* plurimum apud *barbaros* prevalere. Non solus ille sane è *Macedonum* *Regibus* *forensia* *judicia* *exercuit*, sed & *pater* ejusdem *Philippus*, qui

qui dormians, & parum attentus, Machetes causam audiebat, eum condemnavit, qui reclamans dixit se provocare: ad quem? inquit Rex ad te ipsum, ait ille, si expergiscaris. Nec minus jucundum quiddam de eodem refertur: Is duorum flagitiosorum accusationem pro tribunali audiens, unum Macedonia exulare iussit, alterum vero illum sequi. Utrumque in Apophthegmatis reulit Plutarchus. Idem aliis principibus in usu. Nam Mithridates duarum & viginti gentium Rex totidem linguis jura dixit pro conatione singulas sine interprete assutus, ut loquitur C. Plinius l. 7. c. 24. Eademque reulita pene apud C. Julium Solinum Polyhyst. c. 7. Rex Pontus Mithridates, duabus & viginti gentibus, quibus imperabat, sine interprete jura dixit. Quod autem prisco id Gallorum principum insituto etiam factitatum, in Carolo Magno testatur Eginhartus, & nuper in admitande eruditionis, superneque facundia actionibus forensibus docuit Annæus Rulmanus jurifconsultus. Annæi filius, qui & dignitatem paternam, & in literatis propensionem, seu hereditarium munus, eloquentia incomparabili exhibet. Vide illum Act. 2. quod procedente deinde tempore Regibus bello, aliisve negotiis implicatis ad majorem domus (quem judicem palatii & auditorem rote vocavit B. Petri Damiani lib. 1. epist. 19.) cancellarium, secretarios, aut denique referendarios devolutum, ut exemplo Beati Andoani (qui & Dado dictus) ostendit temporibus Dagoberti Regis Aimonensis monachus l. 4. c. 41. & Agroecula Episcopi Gabillonensis, qui eodem munere functus est, Gregor. Turonensis l. 5. histor. Francicæ c. 45. quod autem istos magistratus non Reges sed regni appellat impius ille Brutus, in libello nefario quo dignitatem regiam sagillat pag. 88. Et iterum pag. 96. dicitur & examinatur diligenter Guiliel. Barclaus I. C. lib. 4. Cont. Monarchomachos cap. 16. Nec sunt omnino lectu indigna, quæ reperies apud Hortentium Cavalcannum in tractatibus de Brachio Regio, ad ad Robertum Gauguinum lib. 5. cap. 3. & Papon. in Arrest. l. 4. tit. 4. & Judæorum principes judicium officio fungi solitos, testis est Flavus Josephus l. 18. Antiq. Judaicæ. c. 6 ubi de Philippo Tetrarcha, de Indis, Q. Curtius Rufus l. 8. de Scotis, notius est, quam ut historicorum fide sit opus, quippe etiamnum hodierna tempestate Reges judicis intersunt, & atque illud antiquissimum apud illum populum fuit regni jus, verustissimumque præscriptum, cujus verba apponam ex Hestore Boethio Deidono eloquentissimo, dignissimæque fidei auctore lib. 12. histor. Scot.

IN. PROFANIS. REBUS. NEMO IUS. DICITONISI. QUEM IURI. DICUNDO. MAIESTAS. REGIA. PRÆFERIT. SOLIUS. REGIS. NOMINE. IUS OMNE. REDDITOR. CONVENTUS. IUDICANTOR. CONCILIA. CONVOCANTOR. NE. QUIS. ALIA. QUAM. REGIA. AUTHORITY. IUDICATA. OBTINETO.

Alios aliarum gentium Reges etiam judiciis interesse solitos, clarum legentibus historias. De Priamo Trojanorum principe Virgil. 7. Æneid.

Hoc Priami gestamen erat, cum jura vocatis  
More daret populis.

De Didone idem lib. 1. Æneid. dum illa Urbis jacti fundamenta mansura:

Jura dabat legesque viris.

Siculis imperans Acetes, lib. 5 Æneid.

gandet regno Trojann Acetes,

Indicique formæ, & patribus dat jura vocatis.

Ipsæ Æneas futurus monarcha de se l. 3. Æneid.

Jura domosque dabam.

Sidon. Apollinar. carm. 2. v. 218.

nam juris habenas

Nov generum legit respublicas.

Ejustem carminis V 204.

post jura datur

Immerabilibus legionibus imperitabant.

carm. 5. v. 569.

Qui dicitur modo jura Cæsis.

Et v 480. carm. 2.

fit partibus isis

Augustus, longinque Leo mea jura gubernet.

Ad Romanos si descendamus, nullum pene reperimus principem non jura administralle, & judicia per se exercuisse. De Romulo Plutarch. in eo. Virgil. lib. 1. Æneid.

Remo cum fratre Quirinus

Jura dabat.

P. Ovid. lib. 14. Transformationum fab. 19. in principio.

Occiderat Tatinus, populisque equata duobus.

Romule jura dabas.

Alios Reges id ipsum factitalle, nullum dubium. Nam Tarquinius Superbus cognitionis rerum capitalium per se solam exercuit, ut ait T. Liv. 1. Decad. lib. 1. Consales stante rep. indubie cognoscebant de litibus inter civis motis, ut & ab illdem instituti praxiores id muneris obtinuerunt, & li ad Imperatores lubeat pergere, non erit operofum ostendere, conjunctum fuisse principis dignitatem, & judicis officium: atque ut inde ordiar, Servii Galba temeritatis plena postulatio (verba sunt Valerii Maximi lib. 6. c. 2. tit. 11.) quod divum Julium consummatis victoriis, in foro jus dicentem in hunc modum interpellare sustinuit: C. Julii Cæsar, pro Cu. Pomp. Magno quondam genero tuo, in tertio ejus consulatu pecuniam sponendi, quo nomine nunc appello, quid agam? C. Suet. in Jul. cap. 43. jus laboriosissime, ac severissime dixit, L. Seneca lib. 5. de Benef. c. 24. Causam dicebat apud Divum Julium ex veter. nis quidam paulo violentior, adversus vicinos suos, & premebatur causa. De Aug. Sueton. idem in c. 33. Ipse jus dixit assidue, & in noctem nonnunquam, si parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans. Nec id in Urbe modo, sed & ruri. Idem c. 72. Excessibus præcipue frequentavit maritima, insulasque Campaniæ, aut proxima Urbi oppida, Lanuvium, Praeneste, Tibur, ubi etiam in portibus Herculis templi jus per se dixit. Recte, in portibus, nam judicia exercebantur in basilicis, templis, portibus, & præterea in subdivalibus locis, unde liberrius esset oculi prospectus. Valer. Maxim. l. 8. c. 1. tit. 4. In festo populo objectus, cum effugere debitam panam nullo modo posse crederetur, subito coorti imbris beneficio tutus fuit à damnatione, discussa enim quæstione, aliam, vel diis interpellantibus, de integro instaurari non placuit. At quomodo discussa fuit quæstio imbre coorto, nisi sub dio judicium esset institutum. Alter est apud eundem locum. titulo 6. Per id ipsum tempus, quo tristes de eo sententia ferebantur, repentina vis nubis incidit, cumque prostratus humi pedes judicium osculetur, os suum caeno replevit, quod conspectum, totam quæstionem à severitate ad clementiam & mansuetudinem transiit. Quod non potuisset contingere, si sub tecto, ac non sub dio iudices confedissent. P. Virgil. lib. 4. Georg.

Cæsar dum magnus ad altum

Fulminat Euphratem bello, visorque volentes

Per populos dat jura.

De Tiberio Seneca libro proxime laudato cap. 25. in limine. Tiberius Cæsar inter initia dicenti cuidam, memiaisti? antiquam plures notas familiaritatis veteris proferret, non memiaisti, inquit, quid fuerim. De Claudio principe L. Sen. in Apocolocyntosis seu satyra illa amarissima: Ego eram (verba sunt Claudii Aug. ad Herculem) qui tibi ante senpsum tuum jus dicebam totis diebus mense Julio & Augusto. Et in eodem opere aliquot paginis interjectis sequitur:

Quis jam iudex toto lites

Audiet anno?

De eodem Joannes Nihilinus ex Dione Coccejaco lib. 60. ut & de Galba idem Dio lib. 64. Et de Vitellio lib. 65.

Vespasianus non in Urbe modo, sed & in provinciis jus dixit. Philostrat. Lemnius in vita Apollonii c. 12. l. 7. & ipsius filius Domitianus, industria, diligenter, ac plerumque extra ordinem, ut loquitur C. Suetonio cap. 11. addit P. Aurelius Victor, æquissime. De aliis Imperatoribus, sub quo felix illud jurifconsultis fuit seculum, quid opus commemorare quicquam, quum aliis id in legibus passim sit observatum, eos principes non leges modo scripsisse, sed & jura exposuisse. De Severo August. Herodian. lib. 3. & Æl. Spartian. in eo. de Caracalla.



calla idem Herodianus libro quarto, Dionis auctoritate Xiphilinus de Maximo & Balbino, qui moderate causas audiebant, Jul. Capitolin. in iis. de Justiniano Authent. de disposito princ. Authent. de Exact. dot. alii Imperatores jura constituisse, & executisse produunt, nomine oulo expresse, L. Offidius ff. de leg. 3. L. Imperatoribus ff. de Jure fisci, L. ultim. ff. quod cum eo, de Valentiniano Fortunat. lib. 1.

*Dum rogeret princeps data jura Valentinianus.*

De Theodosio Cl. Claudian. de 4. Hon. Consul.

*Non hostes virore cadunt, sed iudice fontes.*

*Dammat voce roos, petit quos Marte tyrannus.*

Raptum jam, quod hujus libri capitibus continetur, percurram, non ignarus Fr. Polleri elegantissimum esse, atque eruditissimum de historia fori Romani volumen, è quo ritus omnes judicandi repeti comodissime possunt.

Cap. 7. de foro agendum fuerat, sed laborem illum exemit Alexander Neapolitanus libro 2. Genial. dier. cap. 12. & eruditissimæ dignitatis Andreas Titaquellus. hoc tantum hic admodum, status majorem in eo steritè conspicuas, cujus rei rationem habes apud Q. Symmachum lib. 10. epist. 25. his verbis: *Nana prater illum populi Romani inusitatum dolorem, etiam senatus impatiens dispensii sui solatium petit de honore virtutis, vestrumque nomen precatur, ut virum nostræ ætate mirabilem statuarum divinitus tradat oculis posterorum, non quod ille præmia terrena desideret, qui gaudia corporis, etiam tum cum hominem ageret, ut caduca calcavit, sed quia ornamentis honorum indicat imitatio, & virtus æmula aliter exemplo honoris alieni. Hinc factum est, ut rusticis adhuc seculi optimi civium man & arte formati in longam memoriam mitterentur. Fuit itaque hic primus statuarum usus, ut de republica bene merentibus aliquod ab honore publico præmium peteretur, oculisque legentium ingereretur. Eleganter eodem sensu Aurel. Cassiodor. l. 8. epist. 2. *Amore principum constat inventum, ut simulachris æneis fides servaretur imaginis, quatenus ventura progenies auctoritatem videret, qui sibi rempublicam multis beneficiis obligasset. Bellica virtus secundum utrumque auctorem allatum dedicandum statuarum prima & præcipua causa, sed & in sequentibus seculis eruditione doctrinaque præstantibus idem honor decretus. Sidon. Apollinar. l. 5. epist. 5. *Statuas literæ dederant, si trabes non dedissent. Sic & Verrio Flacco Grammatico statua in ima parte fori dedicata. C. Sueton. lib. de Clar. Grammatic. c. 17. Decerebatur stante republica jus illud statuarum à senatu. Apul. ad illum morem l. 3. Florid. *Omnes qui in illa sanctissima curia aderant, tam libenter decreverunt locum statua. Paul. juric. l. 2. ff. de loco publ. in imaginis & statua ornamenta & republica futura, in publicum poni debent. Vide infra Ammiani locum ætèratè statuarum dignissimum; & Ennodii Ticiensis. Tertullianus lib. de anima cap. 33. *Ob merita vite imagines, statua, & tituli reponuntur. Ecepta libertate ab Imperatoribus, siue quorum respectu ullam erigere non licebat. Symmachus loco laudato. C. Plin. junior lib. 1. epist. 17. *Ab Imperatore nostro impetravit, ut sibi liceret statua in foro L. Syllani ponere. Claudian. in præfat. ad bellum Geticum:******

*Annuis his princeps titulum possente senatu,*

*Aspice judicium quam grave Misa subis.*

Hoc est quod apud L. Apulejum lib. 3. Floridor. eodem dedicationem statua nuntiant. Egregium illud C. Taciti lib. 4. Annal. *Triumphalia ornamenta, & illustris statua honore, & quicquid pro triumpho datur, multo verborum honore cumlato decerni jubet. At in provinciis magistratus municipales decernere poterant. Pomponius juriconsult. l. 14. de condic. & demonstrat. Titius si statuas in municipio posuerat, hæres esto, si paratus est ponere, sed locus à municipibus ei non datur. Sabinus, Proculus, hæredem enim fore. Inscriptio vetusta Romæ eruta in domo Pomponii Latii:*

C. L. CLAUDIANI. V. C. C. L. CLAUDIANO. V. C. TRIBUNO. ET. NOTARIO. INTER. CÆTERAS. INGENTES. ARTES. PRÆ. GLORIOSISSIMO. POETARUM. LICET. AD. MEMORIAM. SEMPTERNAM. CARMINA. AB. EODEM. SCRIPTA. SUFFICIENT. AD. EUM. TESTIMONII.

GRATIA. OB. IUDICII. SUL. FIDEM. D. D. N. N. ARCADIUS. ET. HONORIUS. FELICISSIMI. AC. DOCTISSIMI. IMPERATORES. SENATU. PÆTENTE. STATUAM. IN. FORO. DIVI. TRIANI. ERIGI. COLLOCARIQUE. IUSSERUNT.

Erant præterea & statua à privatis erectæ, in solatium amicorum parentumque qui obiissent, sed illæ in porticibus Sidon. Apollin. carm. 8. de statua sua.

*Ulpia quod vitulæ porticus ære meo.*

Aut certe in arcibus, aut bibliothecis privatis collocabantur, Theod. Marcil. ad Perium. Arnob. l. t. in fine: *Bibliothecarum repositis in arcibus, quadrigis & statuis muneramini exules & fugitivos. Ut & aliæ de quibus jam dixi, in foro. Sidon. idem Apollin. carm. 9. v. 297.*

*Et charus popularitate princeps,*

*Traiano statua in foro locavit.*

Claudian. loco proxime supra citato apposite admodum:

*Et magis intento studium censore laborat,*

*Quod legitur medio conspiciunturque foro.*

Alciat. Parerg. lib. 4. cap. 27. & alii videntur.

Erant autem statua in multiplici differentia, quædam triumphales, alia pedestres, nonnullæ equestræ, quod & Græcis illis præfixis in usu, licet rudi artificio, nam ante *Deadalum* omnibus statuis oculi clausi. Christophor. Laudinus ad Q. Horatii lib. 1. od. 3. in pedestribus, quæ frequentissimæ, manus exertæ, quo, puto, imperium significari voluerunt, nam una manus clypeum prætendebat, altera impertantis specie extendebatur. Servius Honoratus ad illud lib. 8. *Æneid.*

*Et nos, & tua dexter ad pede sacra secundo.*

Stat. in equo Maximi lib. 1. lyl. 1.

*Dextra vetat pugnas, lavam Tritonia Pallas*

*Non gravat*

Corripp. lib. 2. num. 4.

*Chrymsusa chlamys, vitilque ornata metallo*

*Principis exerta vincebat lumina dextra.*

Ritus initium à Cethegonum familia videtur sumptum. M.

Lucan. lib. 2.

*Exertique manus vesana Cethegi.*

Sil. Italic. lib. 8. Punicor.

*Ipse humero exertus gentili more parentum*

*Difficili gaudebat egno.*

Sic in statuis caudicorum exertæ erant manus dextera, quibus gestus fieri soliti, is enim causam agendi modus, licet primo anno, quo quis ad caudicidiam accessit, non postquam manum exeret, neque eo modo tyro, quo veterani agere, quod ab aliis notatum prætereo, & ad statuas regredior, quas alicui deo consecrari solitas constat. C. Tacit. lib. 3. Annal. *cum Marcelli effigiem divo Augusto Julia dicaver. Morem Romanum loquuntur Halicarnassensis lib. 2. & Strabo lib. 14. Græcum Diog. Laërt. l. 3. in Platone, & Lippius notat ad locum laudatum vetus marmor.*

P. VEIDIUS. P. F. POLLIO. CÆSAREM. IMP. CÆSARI. AUG. ET. COLONIÆ. BENEVENTANÆ.

Equestræ sane non nisi gravissimis de causis concessæ, idque rarenter admodum, nec nisi optime de republ. meritis, & speciosissimis quibusque ducibus. Testem habeo C. Vellejum Paterculum lib. 2. histor. Rom. cap. 61. *Enum (Augustum) senatus, honoratum equestri statua, quæ hodieque in rostris posita ætatem ejus scriptura indicat (qui honor non alii per trecentos annos, quam Lucio Sulle, & Cnejo Pompejo, & Cajo Casari contigerat) præpatorem una cum Consulibus designatis, Hirtio & Pansa, cum Antonio bellum gerere iussit. Nec minus in iis manus dextera protensa, uti ex Satio superius laudato colligitur. Vide quæ a me dicta sunt ad Corrippum l. 1. num. 8. Æl. Spartian. in Juliano Aug. manus semper placare cuperet. Augustus Princeps apud C. Suetonium c. 53. *Vultu manique indecoras adulatones respexit. Heliodor. l. 10. Æthiopic. καὶ ἄτε κηρῶν σιγῆν ἐπιταπίοντων ἱππαινας, ἄτε τὸ βέλμηα τὸ τὰρ ἄρχη προδύλας ἐκφαί.**

ιαφασιοντες την χειρα προτινας και κατασιον, προς ησυχια κινωδωτοι τε δημη κατασιον. Et neque praecones silentium audientes imperantes, manu protensa silentium deumitans, commotione vulgi in tranquillitatem composuit. Ita audiendi poetar. M. Lucan. lib. 1. Pharsal. ubi Caesar tumultum Composuit vultu, dextraque silentia iussit.

Ex eo Aul. Persius sat. 4. Fert animus calida fuisse silentia turbae Majestate manus.

Jupiter Ovidianus lib. 1. Transformat.

voce manique Murmura compressit.

Et apud Staturum lib. 1. Thebaid. de Deorum etiam consilio: veniam donec pater ipse sedendi

Tranquilla jubet esse manu.

Claudian. de bello Gildonico:

secrum dextra sedare tumultum.

Enses quomodo gekarentur, in his statuis, quae bellicos ducum labores habitusque referebant, difficultas non minima, Perla enim demissos ferebant. Jul. Pollux lib. 1. cap. 10. §. 7. Πασσιον ξιφιδιον τι τω μακρο φερασητημιον. Persius ensis femori aptatus. Gothis alius mos. Sidon. Apollin. lib. 4. epist. 20. Penduli ex humero gladii, batheis supercurrentibus strinxerant elansa bullatis latera rhenonibus. Pariterque iidem Graecis ex humeris pendulerant. Lex iode Homero lib. 2. Iliad. v. 45.

Αμρι δ' αβ' αμοισιν βαλαιο ξιφ' αργυρολον.

Circum humeros jecit gladium argenteis clavis distinctum.

Quod ex eo expressit Claudianus lib. 2. de laudibus Stilichon.

galeasque reidentes byanthis, Gestatosque patri capulis radiantibus enses Dividit ex aquo.

Ομοισιν reddit scapulis, αργυρολον ad vestem accommodat, vel ad ipsum entem, qui radians gemmisque distinctus humeros ornabat. Sidon. Apollinar. carmine 5.

Subligat a levia fulgentem bathens enssem.

Clara hujus consuetudinis in Virgilio vestigia, unde conjicere liceat, ita heroicis temporibus factum, lib. 8. Aeneid. atque humeris Tegecum subligat enssem.

Et lib. 9. Aeneid.

Sic ait illachrymans, humero simul exiit enssem.

Auratum.

Scio verum Claudiani aliter a viris doctis legi contra fidem veteris editionis Venetae, & MS. mei.

Gestatosque patri capulis radiantibus enses.

At certe in statuis equestribus Romanis ad latera inferi enses cingulis gestabantur, apertissime de Domitiani statua equestri Stat. lib. 1. syl. 1.

It tergo demissa chlamys, latus ense quieto Securum.

Idem lib. 1. Thebaid. v. 427.

Forfan & accinctos lateri (sic ira ferebat)

Nudassent enses.

Idem lib. 4. Thebaid. v. 41.

incedit Adrastris,

Contentus ferro cingi latus.

Imitatus est illud M. Varonis lib. 6. de L. L. Latrones stipatores, quod ad latera sint Regum, vel quod ad latera ferrum habeant accinctum.

Et lib. 7. Thebaid. v. 502.

Quem non permoveas? longe tua iussa cohortes

Expellant, multoque latus praefulerat ense.

L. Seneca tragocedus in Agamemnone act. 3. sc. 1.

Ut Pergamum omne Dorica cecidit face

Divisi praeda est, maria properantes petunt,

Jamque ense fessum miles exonerat latus:

Neglecta summas fuita per puppes jacent.

Heli dor lib. 2. Ethiopie pag. 65. το ξιφ' υφαρει λατρα ται θηκε υπο την πλουρα αιουμενε. Gladium illi clavis aufert ex vagina, quae sub latere pendebat.

Ovid. lib. 3. Amor. eleg. 7.

Ense latus cinctum, quod tibi servit, erat.

Horat. lib. 2. od. 7.

Longaque fessum militia latus

Depone sub laurn mea.

Sil. Italic. lib. 1. v. 165.

Quem postquam diro suspensum robore vidit

Deformem, lateri famulus clam corripit enssem

Dilectum domino, pernix irrupit in aulam.

Sic recte legitur, neque enim attentior Fr. Modio Novanti-quar. lection. epist. 57. legenti:

Quem postquam diro suspensum robore vidit

Deformem leti famulus, clam corripit enssem

Dilectum domino.

Corrippus lib. 3. num. 5.

Ense latus cincti, praestitit curra cothurnis

Adstant tarsi pariter, pariterque nitabant

Extantes latus humeris.

Atque is quidem militarium statuarum habitus, quas Ammianus lib. 19. armatus vocat, de quibus legendus P.inius junior

lib. 11. epist. 7 togatarum alius longe. Sed ad materiam pergo, quae & ipsa multiplex: nam apud primos illos statuarum artifices, rudi & inculto adhuc seculo, priusquam Rhecus, &

Theodorus as invenissent, ex hebeno, cupresso, cedro, taxo, quercu, lotoque fiebant, Pausania teste in Arcad. deinde ad metalla transiitum, & ex ere, plumbo, marmore, erigat caperunt. Cassiodor. l. 7. epist. 44. & tandem aurex argenteaque factae.

De argenteis C. Sueton. in Augusto c. 52. Atque etiam argenteas statuas sibi olim positas conspexit omnes. Quod Dio Coeccejanus observandum prodidit lib. histor. Rom. 53. Artemidor. lib. 2.

cap. 44. αζαλαμα τα χρυσα προτομια, η αργυρα, η χαλκη, η ελεφαντινη, η λιθη, η ιλακτρα, η εβρα αραβα αυ ειν. Statuae quoque auro factae, aut argenteo, aut ere, aut ebore,

aut lapide, aut electro, aut hebeno, bona sunt. Illarumque ex testamento decreta, modo, forma, pondere metalli conceptis verbis praefinito. Star. lib. 5. syl. 1. v. 190.

Da Capitolinis aeternum sedibus aurum

Quo nitent sacri centeno pondere vultus

Caesaris, & propriae signet cultricis amore.

De aureis argenteisque C. Plinius junior in panegyrico Trajani: Tuam statuum in vestibulo Jovis unam alteramve, &

hanc arcem cervimus, at paulo ante omnes aditus, omnes gradus, totaque area, hinc auro, hinc argento relucebat, itaque haec parva manent, illa aureae & innumerabiles, strage & rina, publico gaudio litaverunt. Tyrannica taxat sub Domitiano tempora, qui ut loquar cum C. Suetonio in eo cap.

13. Statuas sibi in Capitolio non nisi aureas & argenteas poni permisit, ac pondus certi. Hoc quidem invisio principi, metu adigente, concessum, at nonnullis aliis, etiam solo amore impellente, luxuriantibus deinde teculis felicitate nimia.

Claudian. lib. 3. de laudib. Stilichon. in limicoe:

Ob sacrum, quod in ere colis, miraris in auro,

Cerne libens.

Culte Aurel. Prudent. lib. 2. in Symmachum, ut pene semper in illo opere:

His ego pro meritis, quae premia digna rependam,

Non habeo, membra statuis effingere velle est,

Virtutem nil velle decet, nam vite, quod atas

Erigit, ara cadunt, aut solum desinit aurum,

Aut candor perit argenti, si desuit usus,

Et fuscata situ corrumpit vena colorem:

Viva tibi, Princeps, debetur gloria.

Tertium veluti genus erat earum, quae bracteis aureis obducebantur. T. Liv. 4. Decad. lib. 10. Adom (Pietatis) dedi. avit

M. Aulus Glabrio, duumvir, statnamque auratam, qua prima omnium in Italia statua aurata est, patri Glabrio posuit. Eadem

Valer. Maxim. l. 2. c. 5. Est autem bractea in gloss. πταλοσ, & bracteaiores πταλοποιοσ aut πταλοποιοσ l. 1. C. de excuf. artifice.

Jul. Firmic. Maternus Astroomic. lib. 8. Plin. lib. 33. cap. 3. frequentissimum tamen, omni reipublicae seu labentis, seu florentis, seu crescentis auro, in statuis usus ari. Ammian. Marcellin. lib. 14. Quidam aeternitati per statuas se commendari posse

affirmantes, eas adhaerere affectans, quasi plus praemii ex signentis

entis;

anis, sensibus carentibus adepturi, quam ex honeste recteque factorum conscientia. Paria reperies apud Magnum Felicem Ennodium Ticini Episcopum, dictione 8. *Quamvis, iudices, virorum fortium effigies mansuero perenniter are servantur, & per hac simulachra nesciant obitum, quamvis in eternitatem migret per has artes imago mortalium, & angustiam humana natura legem vincat industria, tamen virtutis pretium nec parvici- da aliquando meruit, nec tyrannus exsolvit.* L. Apul. lib. 3. Floridor. *Quid igitur superest ad statua mea honore, nisi aris pretium, artificis ministerium, quæ mihi ne in mediocribus quidem unquam civitatibus defuere?* Vetus marmoris fragmentum, & Ulpianus IC. l. 13. ff. de Injur. & l. fam. citante P. Colv. ibidem loci videantur. L. Apul. l. 3. Milefiar. Nam & patronum scripsit, & ut in are tua stet imago delevit. l. 10. hilt. suppl. Entropii Paul. Diac. Pictor, filiorum ex are & marmo- re, & proxime Polyceles & Euphranoras. Attemidor. lib. 1. Oneirocrit. cap. 51. *χαλκεὶ γὰρ εἰκόνας τῶν ἐλευθέρων ἀναθίστανται, τὸ αὐτὸ δὲ σημαίνει καὶ εἰκόνας βασιλῶν ἢ ἀρχιδιάκων ἢ χαλκῶν ἢ ἀγορᾶ κειμένων.* Eræ enim imagines & statuæ (nam non εἰκόνας, ex are, sed ἀγάλματα) liberis hominibus eriguntur: eadem significat, etiamsi quis inventionem suam, aut statuam æream videat in foro positam. Philostratus Lemnius lib. 5. de vita Apollonii Tyaneici cap. 11. *καὶ πάλταρχὲ μὲν γυρῶν τῆς πόλεως, πάλταρχὲ δὲ ἐσθῆτος χαλκῆς, ἥμιν δ' ἀγορῆς παραδόσεις λόγων.* Et ubique in tota civitate pingentis, ubi aures statuæ tibi erigentur, nobis vero materiam sermonum suppeditabis. C. Plin. junior lib. 4. epist. 7. *Illum coloribus, illum cera, illum are, illum argento, illum auro, ebove, marmo- re effingit. Quod totidem pene verbis expressum à Statio lib. 2. lyl. 2.*

Quid referam veteres ceræque arisque figuræ?  
De areis subinde statuæ sequitur ibidem loci:  
*Æraque ab Isthmiæis auro potiora favillis,  
Ora ducum, & vatum, sapientumque ora priorum,  
Quæ tibi cura sequi.*

Claudian. lib. 2. de laudib. Stilichonis adulatorie:  
*Hinc amar, hinc veris, & non fallentibus omnes  
Pro te solliciti votis, hinc nomen ubique  
Plausibus, auratis celebrant hinc ora figuris.  
Quæ non incudes streperent? quæ flamma vacaret  
Fabrili? quæ sufficerent fornacibus æra  
Effigies ejusdem loci in præfatione jam laudata ad bellum*

Geticum. Sic enim habetur in vulgatis editionibus:  
*At prior effigiem tribuit successus ananiam  
Oraque patrius nostra dicarunt honos.*

Lege opera MS. mei Bongarsiani, & jam idem ex Cujacii, ut puto, codice Stephanus Claverius repoluerat,  
*Sed prior effigiem tribuit successus ananiam,  
Oraque patrius nostra dicarunt honos.*

Quod confirmari potest, ut omittam multiplicem citatorum à me numerum scriptorum à L. Seneca l. 6. Natural. quæst. c. 29. *Cur ergo aliquis ad hoc stupet, quod æs unius statuæ, nec solidam quidem, sed concavam, ac tennè, diruptum est.* Et statuæ Antonio Muzæ are collato ponitur Sueton. in Augusto c. 59 P. Virgil. lib. 6. Æneid.  
*Excudent alii spirantia mollius æra.*

Are autem collato dixit Suetonius, sequutus testamentorum formulam, inscriptionisque præsigi solitas. Vetus marmo- ris fragmentum apud Onufrium Panvinium in Civit. Rom. pag. 76.

SENÆ. CN. FIL. BABILÆ. SACERDOTI. DI-  
VÆ. FAUSTINÆ. DECURIONES. ÆRE. COL:  
LATO. OB. MERITA. EJUS. POSUERUNT.

Sunt & aliæ passim in Bartholomæi Amanii, & Petri Apiani collectaneis, quas & Smithus, & Gruterus, & postremo Li-  
psius suis Inscriptionibus inseruerunt, & nonnullæ in Wolf-  
gango Lazio lib. 10. cap. 7. reip. Rom.

L. PUDENTI. HIC. QUINI. ESSET. ANNOR. XIII.  
ROMÆ. CERTAMINE. SACRO. IOVIS. CAPITO-  
LINI. LUSTRO. VI. CLARITATE. INGENII. CO-

RONATUS. EST. IN. POETAS. LATINOS. OM-  
NIBUS. SENTENTIIS. IUDICUM. HUIC. PLEBS.  
UNIVERSA. MUNICIPIUM. ISCONENTIUM.  
STATUAM. ÆRE. COLLATO. DECREVIT. CU-  
RAT. R. P.

Erigebantur porro vel patronis à clientibus suis, uti supra hoc opere lib. 1. c. 16. expositum, vel Consulibus bene administra-  
ta republica, eademque tollebantur, eradebantur tituli, me-  
moriatque omnis abolebatur, eaque severissima pena male-  
merentibus & erat, & habebatur, Æl. Lamptid. in Heliogab. & multo apertius in Commod: *Parricida gladiatoris statuæ detrahantr.* Vide alias non abfimiles ibidem acclama-  
tiones. Jul. Capitolin in Maximinis: *Jussit præterea tabulas pingi, ita ut erat bellum ipsius gestum, & ante curiam proponi, ut facta ejus pictura loqueretur, quas quidem tabulas, post mortem ejus senatus & deponi jussit, & exiri.* Sueton. in Do-  
mitiano cap. ult. *Senatus adeo latus est, ut repleta certatim curiæ non temperaret, quia mortuum contumeliosissimo atque acer-  
bissimo declamationum genere laceraret: scalus etiam inferri, clypeosque ejus ac imagines coram detrahi, & ibidem solo affigi juberet, nullissime eradendos ubique titulos, & abolendam omnem memoriam decerneret.* Hodieque etiamnum pleræque videntur statuæ, quibus exempti tituli, quo referendam divorum Arcadii & Honorii Augg. rescriptum l. 17. C. Theodof. de pœnis: *Quod divinum præmium consulatus luteulentum prodigium contagione fadavit, patriciatus dignitate, atque etiam omnibus aliis inferioribus spoliatum se esse cognoscat, quos morum pal-  
luisse severitate, omnes statuæ, omnia simulachra tam ex are, quam ex marmore, seu ex succis, (aliter in margine, ex fuscis) quam ex quacunque materia, quæ apta est effugendis, ab omnibus civitatibus, oppidis, locis privatis, ac publicis, præcipimus aboleri: ne tanquam nota nostri sæculi obtutus polluat invenientium. Scio præter alios magnum purpuratorum patrum, & literatorum decus Casarem Baronium idipsum observasse, in incomparabili illo de Annalibus Ecclesiasticis opere. Claudian. in præfat. in lib. 2. in Eutrop.*

Illicitas Consul pœnas, se Consule, solvit.  
Annus qui trabeas, hic dedit exilium.  
Insansum populis in se quoque vertitur omen,  
Sævit in authorem prodigiosus honor.  
Ablato penitus respirant nomina festi,  
Maturamque lumen senior aulis vomit.

D Juvenal. sat. 10. v. 58. de Sejano damnato sub Tiberio.  
- - - mergit longa, atque insignis horum  
Pagina, descendunt statuæ, reserque sequuntur,  
Ipsas deinde rotas bigarum impalla securis  
Cedit, & immeritis franguntur crura caballis.  
Jam frident ignes, jam sollibus, atque caminis  
Ardet adoratum populo caput.

Denique signabatur basis statuarum dedicationis elogio. Va-  
ler. Maxim. lib. 4. cap. 4. tit. 2. *Plurimorum ac maximorum operum prætextu titulum imaginum suarum amplificavit.* Ejusdem libri cap. 5. tit. 3. *Itaque titulo imaginis ejus speciosus non recepta dilatata, quam aliorum gesta adscribi potest. In basi, inquam, adscriptus hic titulus. Sext. Propert. lib. 2. eleg. 14. alludit:*

Talique sub nostro nomine carmen erit.  
P. Ovid. epist. 2. quæ est Phyllidis Demophoonti.  
*Inter & Ægidæ media statuæ: aris in Urbe  
Magnificus titulis sed pater ante suis.*

Sequitur paucis interjectis:  
*Hoc tua post illos titulo signetur imago,  
Hic est, cujus amans favina capta dolo est.*  
Eademque omnino ratio anathematum dicit appensorum, quibus inscribi solitus titulus, consecrationis index, vide alibi hoc in opere à me dicta. Idem Ovidius lib. 1. Amor. eleg. 11.

Non ego vitrices lauro redimire tabellas,  
Nec Veneris media ponere in ade moror.  
Subscribam: Veneri fidas sibi Naso tabellas  
Dedicat.

Cap. 16. de calumnia judicio, & talione instituendus fuerat, sermo, sed omnia jam præoccupata: Obiter nihil minus aliquid pestifringam. Et calumnia malitiosa & mendax infamatio. Non. Marcelli. cap. 4. num. 74. Beda lib. de Orthogr. Calumnia est crimen falsum, cum nobis adversarius, aut malum, quod non fecimus obijit, aut bonum, quod fecisse probatur, in contrarium vertit. A. Cassiod. in Pl. 117. Calumnia est commentum aliquod periculose facultatis obiectum. Hiæc reis absolutis actio dabatur, advefus improbos litigatores, qui eos temere & inique petierant, quæ eos decima lictis parte norabat, uri oblectiva. tum est à Barn. Briffonio, & habetur dicitur apud Justinian. & Theophilum paraphrastem §. hæc autem Infit. de poen. tem. litig. Inprobi isti litigatores, sunt calumniatores, sive etiam delatores. D. Synefius epist. 121. συκοφανταί νομοὶ ἀλάστορες, τῆς χάρας. Calumniatores fiscales, communis patrie mali genii. Valentinian. & Valens Augg. l. 2. Cod. Theodof. de delatorib. Humanis generis inimici delatores. Ecl. 19. l. 25. C. cod. tit. 4. Violant pacem, turbant securitatem. C. Tacit. l. 4. Annal. Delatores genus hominum publico exitio repertum. De quorum publica grassandi rabie, atque etiam prima origine, qui multa cupis, adi ad Ammianum Marcellinum lib. 14. in limine. Excogitata est super his, ut homines quidam ignoti, vilitate ipsa parum cavendi, ad colligendos rumores per Antiochia latera cuncta desiliarentur, retulatur quæ audirent, hi peragrante & dissimulante honoratorum circum adfendere, pervadendoque divites domos egentium habitu, quicquid scire poterant vel audire, latenter intronissis per posticas in regiam, nuntiabant. Id observantes conspiratione concordi, ut fingent quædam, & cognita duplicarent in pejoris, laudes vero suppresserent Casuris, quas invitis compluribus formido malorum impendentium exprimebat. Considera locum integrum, neque ullus magis idoneus. Quod & simili narratione confirmat Ael Lampridius in Alexandro Severo, & ante istos de Tiberio eadem I. Xiphilinus in eo pag. 233. & antiquior ejus rei memoria in Tarquinii Superbi gestis apud Dionysium Halicarnasenseum l. 4. Sed ante omnes illos Sicilia tyrannus senior ille Dionysius Sagogidas habebat, vel ut alii appellant prosagogidas, inter quos est Cælius Rhodigin lib. 22. Antiquar. lection. cap. 17. de quibus dignissimus est Pirarchi Iteus libro πρὸς πλυπραχμοσύνης, de curiositate: καίτοι τὰ γὰρ τυράννης, οἷς ἀνάγκη πάντα γινώσκων ἐπαχθεσάτους τοῖσι, τὸ πᾶν λεγομένων ὧτων καὶ προσαγωγῶν γίνῃ. ὡτακασὰς μὲν ἐν πρώτῃ ἔρχεν ὁ τίς Δαρύῃ, ἀπιστῶν ἑαυτῷ, καὶ πάντα ὑποτάσσῃ καὶ δειδωκῆ. τὰς δὲ προσαγωγίας οἱ Διονύσιοι τοῖς Συρακυσταῖσι καλέμῃζαν. Quæ verba ita Latine sonant. Sane tyrannus, quibus omnia cognoscere est necesse, incisissimos reddidit hoc genus hominum, qui auscultatores & delatores appellantur. Primus Darius minor auscultatores usurpavit, sibi ipsi non credens, omnesque habens suspectos atque metuens. Delatores, quos ipse prosagogeas nominabat, Dionysii inter Syracusanos sparserunt. Itaque longas aures fatuis principibus, aut tyrannis, ut videtur, lavientibus, & occasione ex levissimo rumore captantibus, ut cives extinguerent, assignabant, prudentibus & legitimis longas manus affingentibus, quibus rerum actus denotabant. Vetus Scholiast. Aristophan. ad Plurum act. 2. sc. 1.

Midas μὲν ἐν ἑνὶ τῷ εἰς λαβῆναι. Vertit Nicodemus Frischlinus:

Imo Midas, si modo asininus induatis aures.

Adeundus liber Luciani, non temere credendum calumnia, de quo non male meritus Gilbertus Cognatus, at omnium optimi non de illo modo, sed de omni utriusque lingue literatura Georgius Strachanus, qui non ita pridem illum libellum Latina cultissime donavit civitate: in eo depingitur calumnia, in διὰ τῆς τῆς αὐτῆς ἀδότης τὰ ὄτα παμμεγέθη ἔχων. Ad dexteram vir quispium sedebat maximas habens auriculas. Unde illud profluxit, ut credulos stup a quam par esset longioribus auribus effinxerint, ut apud Diogenianum in proverbium abierit, Midas οἷς τὰ ὄτα Midas asini aures. Sycophantæ, inquam, appellantur hi a Græcis, quod furta ficuum apud Athenienses capitalia essent. Fr. Poller. lib. 4. histor. fori Rom. cap. 5. Andreas Alciatus Parerg. lib. 11. cap. 4. Suidas in voce συκοφαντίων. Cujus verba Hieronymo Wolfio interprete hæc

sunt. Ficu arbore primum inventa, vetuisse tradunt Athenienses, ne ficus exportarentur, qui autem deserebant, qui exportabant, sycophantæ, quasi ficuum indices, dicebantur: inde translatum nomen ad quasvis calumias; Alii dicunt, cum in Attica fame laboraret, quosdam ficus diis consecratos devorasse, & post laxata athena, fuisse accusatos. Idem in voce συκοφαντίων. Eademque pene tradit Philomestus lib. de Sminthis Rhodiis apud Athenæum l. 3. c. 3. in limine. Non sunt aliena a proposito, quæ in Paulo Feti Epitoma deprehendes l. 17. Sycophantæ appellatos hæc de causa dicunt. Atticos quosdam juvenes solitos ajunt in hortos irrumperet fuscisque deligere, quam ob causam est consuetudo lege, ut qui id fecisset, capite trancaretur, quampanam qui persequerentur ob parvula detrimenta, sycophantæ appellatos.

Guilielmus Budaus in Annotationib. priorib. ad Pandectas, Cæl. Rhodigin. lib. 18. Antiquar. lection. c. 9. & alii.

Sed quia adhibere fidem delatoribus & sycophantibus improbi principis argumentum est, videamus, qui eos fovent, quive expulerint, coercuerint, poenis affecerint, si prius Plaurum adduxero. Curcul. fe. 1. act. 4.

Edopol vugatorem lepidum hunc nactus est Phædromus Halophantam, an sycophantam, hunc magis esse Dicam, nescio.

Qui locus mira varietate & contentione à Criticis vexatur, Andr. Alciatus lib. 11. Paterg. jur. cap. 4. kalophantam legit, interpretatur χυσιανόν, nisi & honesta loquentem: alii halophantam probant, Joachim. Camerarius, Guil. Canterus, Adrianus Turnebus lib. 11. cap. 5. Advetarior. halophantam legit, quem sequitur Dionys. Lambinus, & uterque Festum habet auctorem lib. 8. Fulvius Ursinus halopantam præfere, halopantam vult Nonius cap. 2. num 396 sic fæpe Plautus sycophantias pro imposturis ponit, & sycophantari pro versutias agere, fallere in Bacchidib. sc. hunc hominem:

Sycophantias componit, aurum hæc te ut auferat.

Et in Rudente Charnides;

Enim vero hæc sycophantia nunc sycophantari volo.

Et in Trinamio Callicles:

— satis sitte & probe,

Quamquam hoc me etiam atatis sycophantari pudet.

Delatorum istorum, seu sycophantarum, seu accusatorum rabies cepit primum sub Tiberio favite. C. Tacit. lib. 3. Annal. adeo ut nulli fidem deroga. et, seu vera, seu falsa diceret. C. Sueton. in eo cap. 61. Decreta accusatoribus præcipua præmia, nunquam & testibus, nemini delatorum fides abrogata. Mirum scævientis tyranni ingenium, accusationes innocentum, & testes in eodem pecunia armare. Sed & illud atrox nec minus injuriosum ejusdem factum, narrante eodem Suetonio c. 58. Statue Augusti quidam caput dempserat, ut alterius imponeret, acta res in senatu, & quia ambegebatur, per tormenta quaestita est: damnato reo, panlatim hoc genus calumnia eo processit, ut hæc quoque capitalia essent, circa Augusti simulacrum servum cecidisse, vestem mutasse, nummo vel annulo effigiem impressam latrine ant lupanari intulisse, dictum illum factumque ejus existimatione aliqua lassisse. Liberrima profus indignatione L. Seneca lib. 3. de Benef. cap. 26. Sub Tiberio Cesare sicut accusandi frequens. & pene publica rabies, qua omni civili bello gratius togatam civitatem confecti: Excipiebatur ebriorum sermo, simplicitas jocantium, nihil erat tutum, omnis scævendi placebat occasio: Nec jam reorum exspectabatur eventus, cum esset minus. Cenabat Paulus in convivio quodam, imaginem Tiberii Cesaris habens clypeam, & eminente gemma: rem ineptissimam fecero, si nunc verba quaesiro, quibus etiam illum marcellam sumpsisse: quod factum simul & Maro, ex notis illius temporis vestigatoribus, notavit. At servus ejus, cui nesciebantur insidia, ei ebrio annulum extraxit, & cum Maro convitias testaretur, admotam esse imaginem obsecans, & jam subscriptionem componeret, ostendit in manus servus annulum. Mirum sane mihi Maronem illum adeo notum eo seculo, à Tacito, Suetonio, Dione, Xiphilino, & aliis præteritum, sed aut parum hi curiosi ferule præsumptum scriptores, aut in Seneca mendum, neque ego tacite nodum solverim. subscribebant autem delatores libello, hoc est quod idem Seneca vocat in apoclocynthosi, edere subscriptionem. Certe tamen nec mulier, nec

nec criminis damnatus, nec miles, nec veteranus, nec vit clarissimus deferre poterat, ut ait Martianus I. C. l. 18. ff. de iure fisci, & Imperator l. ultim. C. de delatorib. quanquam Augustus armiculi suspensores deferre statuerit. Suet. cap. 10. in limine. Vitellius delatores tantum in mathematicis deferendis libenter audiebat, quos adeo perniciali odio est persecutus, ut à quovunque deferrentur, inauditus capite puniret. Sueton. c. 14. summo eos studio affectavit Domitianus, dum bona vivorum & mortuorum usquequaque quolibet & accusatore & crimine corripiebantur. De illius temporis injuria, & nimia apud sceleratum principem delatorum libertate, congeritur Plinius in P. neg. Trajani: *Vidimus delatorum iudicium, quæsi gravissimum, quasi latuissimum. Et effusius ibidem loci: Nihil gratius, nihil sanctius dignius, quam quod contigit desuper delatorum intreri suspensa, retortasque cervicibus agnoscebamus, & frangebantur, cum velut pliculares publice sollicitudinis victimæ, supra sanguinem innocuorum, ad lenta supplicia gravioresque pœnas ducerentur. Concessi sunt in navigia rapiti conquisita, ut temporis dediti abirent, fugeruntque vanas delationibus terras: ac si quem stultus & procellæ scopulis reserverassent, hic nuda saxa, & inhospitale litus intolleret, ageret duram & anxiam vitam, reliquæque post tergum totius generis humani societate marceret. Memoranda facies, delatorum classis omnibus permissa venit. Vide quæ sequuntur. Certe igitur lumina prodigatis hæcæ hominibus apud dirum illum tyrannum valuit auctoritas, ut ex Juvencalè non est obscurum discere sat. 1.*

— Et post hunc magni delator amici,  
Et cito raptus de nobilitate comesa  
Quod speresst.

Hæc quidem de confirmata tyrannide, nam initio principatus fideles calumniæ magna calumiantium pœna repressit, ferebaturque vox ejus, princeps, qui delatoris non castigat, irritum. Suet. c. 9. Martial. lib. spectaculor. epigr. 4.

Turba gravis paci, placidæque inimica quieti,  
Quæ semper miseris sollicitabat opes.  
Traditæ est Getulis, nec cepit arena nocentes,  
Et delator habet quod dabat exilium.

Sic in vulgata editioe lectum, quod confutat Georgius Merala, itaque iudicæ est legendum:

Traditæ est Gyaris.

Nam insula illa, ut & pleraque alia in illo mari, relegatis civibus fuerat receptaculum Juvencal. satyr. 1.

Aude aliquod brevibus Gyaris & carcere dignum.

Et sat. 10. idem.

Gyaris clausus scopulis, parvæque Seripho.

Contra Titus eisdem frater, flagellatus per arenam egit. Suet. in eo cap. 8. Dio Coeccejanus in vita ipsius. Constantinus eos non modo admittet, sed & fovebat, ex Rufino hist. Ecclesiast. lib. 9. Pomp. Lætus in eo. Eoque nomine impensius laudantur tempora Honorii, cui tutor Silicho datus. Claudian. lib. 2. de laudib. ipsius:

Denique non dices sub pre rupe paterno  
Vel laribus paller, non infidiator oberat  
Falsurus quemcumque remm.

Sed jam de pœnis pœnifero huic hominum generi irrogatis dicendum: nam Opilius Maerinus undique conquisitos (verba sunt Julii Capitolini in illo) pœnis afflictebat. Sed quam hæc pœna? Plinius & Martialis paulo superius, relegationem ponunt, seu deportationem in insulam. Pertinax Aug. Urbe exigebat. Herodian. l. 2. Gordianus paulo gravius animadvertit, exilioque eos multavit. Idem lib. 7. aquitaneque apud eundem lib. 5. Delatores, & servi omnes, quicunque dominos detulerant, patibulis suffixi, totaque Urbs, adeoque Romanus imperium expurgatum sceleratis hominibus supplicio affectis, partim exilio multatis. Quod apparet vetustissimum fuisse supplicium. Johann. Britannicus ad sat. 1. Juvencal. v. 33. ex Modestino lib. 2. ad Herennianum Rhetor. Quadruplicator, ut breviter scribam, capitalis est.

Quadruplicator enim idem est ac delator, ut jam infra expedietur: vet. Scholiast. Juvencal. ad vers. 268. satyr. 8. nam Brutus primus Consul Vindicium servum, ut conservatorem patriæ

manumisit, ut delatorem dominorum cruci affixit, quod factum matrona planxerent. Antonius Pius: *Si non probarent objecta crimina, capite eos multabat, si probarent, oblato premio infames dimittebat.* Jul. Capitolin. in eo. Eulebius libro 4. Histor. Ecclesiast. capite 9. cujus exemplum in hoc ut in plebisque aliis expressit Aurelius Cejonius eodem libro, capite 19. Sed quam hæc infamia? Docuit idem Capitolinus ibidem loci: *Calumniis quadruplicatorum intercessit, apposita falsis delatoribus nota.* Nomine notæ autem intelligit K. elementum, quod ex lege Rhemmia frontibus candenti ferro imprimebatur, quo facilius omnes sibi ab eorum insidiis cavere possent. Fl. Baldovinus libello de famosis libellis, Philipp. Brodaus Aricensis, & uterque testem citare potest M. Ciceronem in Orat. pro Roscio, ubi confert acculatores asseribus, & canibus Capitolinis. *Sed si ego hos bene novi, litteram eam, cui vos usque adeo inimici estis, ut etiam eas omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigit, ut postea neminem alium: nisi fortunas vestras accusare possitis.*

Hoc ipsum est, quod Plinius Panegyrico ait delatores habere frontem ferream, puerilis & notis vulneratam. Quo sensu Callistratus I. C. l. 3. de testib. ff. notatum & reprehensibilem, opprobrum diserte homini honestæ & inculpate vitæ, & ibidem, alius est homo calumnia damnatus, alius integre frontis. Quare superius hoc opere, quæ a me sunt de stigmaticis dicta. Contra quam improbi nonnulli delationem præmiis iuvitarent, id quod lege Papia lata, quæ plebeis congiarium quadripartitum unumvirum vitæ dabat. C. Tacit. lib. 4. Annal. cui concors Suetonius in Nerone cap. 10. Præmia delatorum Papia legis ad quartas redegit. Et significatissime naturam præcipuumque illius legis ca. ut exp. essit, dum dicit, ad quartas, illi quippe quadruplicatores dicti, Asconio Pædiano ad Action. 1. in Verem teste. Et ad Act. 4. qui nomen illis inde inditum scribit, quod se eo questu tuchantur, ut eas res persequerentur, quarum ex legibus quadrupli alluerat. Ad stipulatur locus Festi Pompeii l. 15. aut potius Paulus ejus non tam Epitomas, quam corruptor: quos ut reigub. perniciosos Trajanus suffulit: præmia ab aliis principibus ante se concessa abrogavit, uti antea ex Plinii Panegyrico, quem ei dixit, manifestum est, & videri potest in aliis historicis, noavitque idem Uldericus Zasius in Catalogo legg. Antiquar.

Denique ut semel absolvam, pœna solennis calumniantium erat olim talio, id est pœna reciproci. l. 11. C. de exhib. reis. aut parviadilla, Verrius, aut injuria ultio, M. Fab. Quintilian. declamat. 372. aut similitudo supplicii. Honor. & Theod. Augg. l. 17. C. de Accusationib. nec impunitam fore licentiam noverrit mentendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. At Priscianus lib. 5. cap. 1. interpretatur vicem, lictor. in gloss. Antiphrasosin Græci dicunt talionem. nescio num recte. glossar. Philoxeni, talio ἀντιρήσις. L. Seneca lib. 3. controvers. 1. *Si circumventus injuriam persequatur, de vi agat, talionem petat.* Cujus vel præcipua habebatur ratio in pravariationibus. Cujus vel Polletus lib. 4. histor. fori Rom. cap. 3. & idipsum loquitur Paulus I. C. l. 6. ff. de pravariat. l. fin. C. de Accusar. sed multo magis in calumnia diligentissime exquiri Polletus lib. 4. cap. 5. & continetur recepto DD. Honorii & Arcadii l. ultim. C. de Calumniatorib. idipsum valuit in atroci injuria, Fest. lib. 18. *Si quis membrum raptis, ni cum eo pacit, talio esto; permittit enim lex parvam vindictam.* Uti ex duodecim tabularum fragmentis liquet apud A. Gellium lib. 20. cap. 1. M. Cato lib. 5. Origin. ut adducit Priscianus Cæsaricosis libro 6. de Grammat. *Si quis membrum rupit, aut os fregit, talione proximus agnatus ulciscitur.* Ejus autem pœna usus apud pleraque gentes receptus, de Græcis & præsertim axoniæ Solonis, Diogen. Laërt. lib. 1. de Indis, Strabo Amatifanus l. 15. notatum pridem ab eruditissimo Theodoro Marcilio ad legg. Xvirales c. 68. de populo sancto, à quo fons repetendus ejus constitutionis in sacris literis diserte habetur, Exodi cap. 22. Denteron. cap. 19. Et Levitici cap. 24. cujus forma his verbis concipitur in divinis illis oraculis, oculum pro oculo, dentem pro dente. Et recte D. Valerianus sermone de bono disciplina, antiquam sententia severitatem appellat.

Legendus S. Isidorus Pelusioti lib. 2. epistol. 133. *ἀποσταθὸρ* quali mutuum dices, septuaginta illi interpretes veniunt, quæ in nascenti quidem Ecclesia, versio optima habebatur, at *capit in secundis haberi*, D. Hieronymo scripturas sacras veteris testamenti, de Hebraica veritate in Latina lingua vertente. Ut tradidit Sigebertus Gemblacensis in Chronico ad annum 395. Sed redco in orbitam.

Talionem Romanos admisisse notius est, quam ut dici debeat, & præsertim in criminibus cuiuscunque conditionis vindicandis. Hippolytus Bouacoſſa IC. in quaestione criminibus in voce membrum pagin 121. hanc reddi rationem. *Mutilant alicuius membrum mutilent etiam illi simile, quia carens membro tali est deformis, & interest reipublice quæpiam non deformari*. Unde apparet ex Paulo à Castris, Baldo, Alexandro, aliisque juris civilis interpretibus ibi loci ab eo etatis, pertinere talionem ad publica iudicia. Quod non diffitetur Leo Aug. Novell. 92. cuius capita præcipua transcriptit Constantinus Harmenopolus lib. 6. tit. 1. Epitomes juris civilis, verba ita Latine sonant Bernardo à Rey interprete: *Si quis cui in oculum damnum intulerit, hunc iubemus, si quidem unum perfoverit, accepta talione minus quoque jactura mullari, si vero utrumque, altero quidem oculorum eum spoliarî, ut sceleris sui notam gestare possit, quoniam autem & sancta ac impia manus ei amputari debet, pro manu ablato bestis patrimonio sui ei irrogatur, idque in solatium vite, is cui oculi sunt effossi, auferto. Accedat C. Taciti testimonium lib. 14. Annal. Perinde pœna venereur, ac si publico calumnie iudicio notatus. Potius Latro apud L. Senecam lib. 5.*

Controv. 33. *Expositi, inquit, in nullo numero sunt, servi sunt, hoc legum latore visum est, denique si non licet, habent legem talionis. Præclara extat epitola Antonini Imperatoris in supplemento histor. Eutropii Paulo Diacono auctore lib. 10. Quod si quis perſſit hujusmodi hominibus absque ullo crimine movere negotia, ille quidem qui delatus pro hoc nomine fuerit, absolvatur, etiamsi probetur id quod ei obijciatur, Christianus; Is autem qui crimen obtendit, reus pœna infus, quam objecit, existat. Theodorius Rex Eustorgio, de Episcopo Augustana civitatis, qui falso accusatus, absolutus est, ut narratur ab Aurelio Cassiodoro lib. 1. Variar. epist. 9. *Quiquid autem ex invidia dicitur, veritas non putatur, volumus enim impugnatore ejus legitima pœna percellere. Legitima pœnam interpretor talionem, vel edito Augusti principis scribente Suetonio in eo cap. 32. Dinturnorum reorum & vex quorum sordibus, nihil aliud, quam voluptas inimicis querebatur, nomina abolerit, condicione proposta, ut si quis quem repetere vellet, par periculum pœna subiret. Est autem repetere, iterum reum facere vel in capitis discrimen vocare. Venulejus IC. l. 12. ff. de accusationib. Paulus IC. l. 3. ff. eod. lege Julia de vi, & Senatusconsulto cantum est; ita ut liceat alii ex integro repetere reum. Item l. 18. ff. de quaestione. Reus evidentioribus argumentis oppressus, repeti in quaestione potest. Ulpian. l. 14. ff. de bon. liberto. Modestini. IC. l. 16. ff. de quaestione. Repeti posse quaestione divi fratres rescripserunt. Hoc est de novo refumi, aut de novo accusationem institui. Papius. IC. l. 10. ff. ad SC. Turpilian. Tringina dies repetendi rei divus Trajanus utiles interpretatus est. Macer. IC. l. 15. ff. eod. antequam reus repetereur, & alii passim in jure. Utitur & ipse Suetonius in Domitiano cap. 9. Reos, qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependissent, universos discrimine liberavit, nec repeti, nisi intra annum, eaque condicione permisisse, ut accusator, qui causam non teneret, pœna exilium esset. Sed regressior ad talionem.**

Non modo jus divinum, civile Romanum, aliorumque populorum decreta talionem probant, sed & Natura ipsa videtur ei exordium subministrasse, est enim æquissimum, ut lædentem similis vindicta sequatur. Isidor. Hispanens. lib. 5. Etym. cap. 27. quamobrem admiror Cæciliam IC. talionem sustulisse, hac sola ratione, quod non posset ad æquilibrium membrum rumpi: ut loco proxime supra laudato discrete docuit A. Gellius, neque id tantum juris antiquati est præceptum, sed & Casareï. l. 3. ff. ad SC. Turpilian. & Pontificii C. quod debet l. 4. quæst. 1. hodieque omnes pœnæ sunt arbitrariæ in extraordinariis judiciis; nam in ordinariis, ut

jam antea admonui, judiciis, omnes in eo consentiunt paritatem supplicii irrogant. Ratio autem cur placuerit talionem tolli, hæc à Bartholo, ad l. si cui ff. de accusationib. redditur, *ne metu absterreantur accusatores, atque impunitas criminibus sit permilla. At contra Pythagora discipuli ita probant talionem, ut justitiam definiret retaliationem, quod Rhadamantus juri dicitur, Aristotel. l. 5. Ethic. ad Nicomachum cap. 5. hinc Hætioti versus congrue intelligitur, quem Suidas citat in voce ἀντάξις, & Julianus in Cæsaribus:*

*Εἰς μάδος τὰ κ' ἵππερ, δὴν τ' ἰβὴτα γέιστρο*  
Lex velle est, cum quis pariter, que se ferit ipse.  
Vertit non minus eleganter C. Catoclarus, libellorum supplicium magister, & in utraque lingua versatissimus:

*Judicium, si quis, que fecit, perferat, æquum est.*  
Cap. 17. de pœnis quædam pertractantur, quæ aut divinæ aut humane Gregor. Thololan. lib. 31. Syntagm. jur. univ. cap. 4. Humana sunt civiles, aut militares, aut serviles, aut ex his omnibus mixta, de quibus uberius Pet. Faber Santorianus l. 1. Semestr. & nos nonnulla superius hoc opere ad finem l. 8. & infra in tractatu de triumpho plura. Interim penam qui divinis afficeret honoribus, & inter Deos collocaret, reperit est Democrius, testante Plinio libro 2. cap. 7.

Cap. 20. *Judicium sortitio consideranda, quæ ideo excogitata, ne frastus in causarum conjectione suboriri posset, aut ne favor transverso iudicum raperet animos. Græci λαχάνειν δίκαιε, dicitur in Annotationib. ad pandect. priorib. Guilielmus Buzæus in Annotationib. ad pandect. priorib. C. Plin. in perfectissimi operis præfatione, plurimum refert, sortitatur aliquis iudicem, an eligat. M. Tull. Aët. in Verrem 3. Quo die sese ex iustitio, & lege Rupilia sortitum Syracensis iste edixerat, hoc est, sortitione causas cogniturus: & paucis deinde interjectis: *Parasset eo die sortiri, quod lex Rupilia veteret: & paulo post ibidem loci: Id ei postero die in mentem venit, ex lege Rupilia sortiri dicat oportere, eduxit ex urna tres. Idem Orat. in Vatium: Nam quis reus in tribunal sui quaestoris ascenderit? emque vi turbavit? subfellia dissipavit? urnas deleverit.**

Alcon. Padian. in Divinationem in Verrem Servius Honoratus ad lib. 6. *Æneid. Sive sorte, sive iudicio, traxit autem hoc ex more Romano non enim audiebantur cause, nisi per sortem ordinata, tempore enim, quo cause agebantur conveniebant omnes, unde & concilium ait, & ex sorte dierum ordinem accipiebant, quo post diem trigesimum suas causas exequerentur.*

C. Sueton. in Vespasiano cap. 10. *Sorte elegit, per quos rapta bello restituerentur, quique iudicia centum viralia, quibus peragendis vis suffragia litigatorum atus videbatur, extra ordinem dijudicarent, redigerentque ad brevissimum numerum. Vet. Scholia. Juvenal. ad satyr. 13. in principio, ut omitterem nihil esse frequentius apud IC. Authentic. de Exec. & iis qui conven. & reconven. §. illud quoque. Ulpian. l. 17. ff. ad leg. Jul. de adult. §. ult. *Mulier vero iudicem religiosum sortita, pudicitiam suam defendit. Arcad. & Honor. Augg. l. 8. C. de Judæis: Sortiri iudicium jure publico non vetetur.**

Similique penitus utitur loquendi formula Zeno Imp. l. 3. C. de privileg. scholar. l. 12. Ita poetas intelligo, qui iudicia, aut iudices desiderantes, memincunt pene semper urnarum, in quas conjeda sortes eximiebantur. Nam in castris sortes in galeam conjiciebantur Scivius ad lib. 5. *Æneid. Et in ludis idem faciebantur.*

Papinius Statius l. 6. Thebaid. v. 388.

*Et jam sortitus Prothens versarat athena*  
Casside.

At in judiciis & magistratibus creandis urna semper recepta de magistratibus supra, de judiciis.

Sext. Propert. lib. 4. cleg. 12.

*At si quis posita iudex sedet & hæus urna,*  
In mea sortita iudices ossa pila.

Locus indubie difficillimus, & est altum tot interpretibus silentium, tetigit Catolus Sigon. l. 2. de judic. c. 12. sed nemo quid pila sortita esset, hæcenus exposuit. Joan. Passerius doctor meus, sortiri pilam, est sorte educere ex urna nomen iudicis in

in pila scriptam. Plutarch. in Lycurgo pilas exiguas ē farsure commemorat, quibus consiliis in vas tanquam sortitione barbarum admittebatur vel excludabatur aliquis ē concivis Lacedaemoniorum.

Sed nihil ad iudicum tribunalia. Ego existimem pilas esse in Propertio, globulos quosdam, quibus nomina iudicum inscripta, & adducor maxime auctoritate Aconii Pediani in Manilianam. Quem locum indicavit amicissimus, doctissimusque Nicolaus Sevinius: Quarto die adesse omnes in posterum iuberentur, ac coram accusatore ac reo, pile in quibus nomina iudicum inscripta essent, agerentur, dein rursus postera die sortitio iudicum fieret, unus ē octuaginta, qui numerus cum sorte obtigisset, ipsi protinus sessum irent.

ita rectissime hactenus excusis ille locus, falsi sunt, qui pro pills, libellos aut tabellas reponere conantur. Fr. Polletus lib. 5. histor. fori Rom. cap. 7. urnam autem vas fuisse, sive stellam, aut loquitur Aconius, in quam conjiciebantur sortes, omnibus vulgatissimum est, ita perpetuo ejus mentio, una cum iudiciis injecta.

P. Virgil. lib. 6. Aeneid.

stat ductis sortibus urna.

Et eodem libro post:

Nec vero ha sine sorte data, sine iudice sedes,  
Quaestor Minos urnam movet.

D. Juvenal sat. 13. in limine:

Exemplo quodcumque malo committitur, ipsi  
Displicet auctori, prima est hac ultio, quod se  
Iudice nemo nocens absolvitur, improba quamvis  
Gratia fallacis praetoris vicerit urnam.

Valer. Flacc. libro 2. Argonautic. non multum à fine:

sortitaque lethen

Corpora, crudelis scopulis me destinat urna.

Papinius Statius multis in locis lib. 2. syl. 1.

Quicquid habent ortus, finem timent, itimus omnes,  
Itimus, immensis urnam quatit Aëcon umbris.

Lib. 3. syl. 3.

inferna rigidum timent Aëcon urna.

Et lib. 8. Thebaid. v. 102.

Crimine non ullo subeo nova fata, nec alma

Sic merui de luce rapti, sit iudicis urna

Dilecti, verumque potest dependere Minos.

Et lib. 11. Thebaid. v. 571.

I mecum ad manes, illic quoque passa repescam,

Si modo Agenorei sit Gnosia iudicis urna.

Q. Horat. lib. 2. od. 3.

Omnem eodem cogimur, omnium

Versatur urna, scrius, ocyus,

Sors exitura.

Idem lib. 3. eod. 1.

Omnem capax movet urna nomen.

L. Sen. in Her. Fur. act. 1. in choro ad finem:

Nulli iusto cessare vacat,

Nulli scriptum proferre diem,

Recipit populos urna citatos.

Et eadem tragedia act. 3. sc. 2.

Non unus altis sede quaestor sedens

Judicia trepidis sera sortitur reis.

Et in Agamemnone act. 1. sc. 1.

Quaestor urna Gnosius versat reos.

Claudian. lib. 2. in Rufinum in fine:

Tunc anima, quas ille sero sub iure peremit,

Circumstant, nigrique trahunt ad iudicis urnam.

Et lib. 2. de raptu ad finem:

Urnâ nec incertas versat Mino a sortes.

Quorum omnium poëtarum versus de fabulosis antiquitatis commentis accipiendi sunt; fingebant enim animabus humana corporis morituri mole exutis positos esse apud inferos iudices, qui rependerent beneficiis æterna præmia, delinquentibus apud Iuperos, nunquam finiendos imponerent cruciatus, in ferarum corpora humanos spiritus animasque transfunderent.

Timæus Locrus libro de animo mundi & natura ad finem.

Λέγοντο δ' ἀναγκάσι καὶ τιμαρίας ζέται, ἀς μετὰ νομοθέτου τῶν ψυχῶν, τῶν μὴ δεικνύειν ἰσχυραῖα σκάνδα καὶ ὄψιν ἐκδιδόμεθα, τῶν δὲ μεταρίων ἐστὶν ἰσχυρὰ σέματα ποτὶ κίλασιν, λάγναν δ' ἐς σὺν ἢ κἀπρῶν μορφῶς, κῆρον δὲ καὶ μετάρων ἐς πλῆθὺν ἀετοπέγων, ἀργῶν δὲ καὶ ἀπρῶτων, ἀμαθῶντε καὶ ἀνοήτων, ἐς τῶν τῶν ἐνδῶρον ἰσῶν. Itaque dicuntur necessario pena externa absurdæ cum animi varia sibeant corpora, ignavi & meticulosi in muliebres figuras ac contumeliam proficitus transferantur, crudelēs ac sanguinarii in corpora ferarum ad penam, salaces & libidinosi in suam ac aprorum formas, leves & sublimipeta in alitum pennigerorum species, otiosi & inertes, imperiti & amentes in aquatiliū figuram.

Quam opinionem exagitat impie fati, nec ut solet, L. Seneca Consolat. ad Marciam cap. 19. Cogita nullis desultum malis affici, illa quæ nobis inferos faciunt terribiles, nullas scimus invenire mortuis tenebras, nec carcerem, nec flumina flagrantia igne, nec oblivionis amnem, nec tribunalia, nec reos in illa libertate tam laxa, nullos iterum tyranos, inserunt ista poëta, & vanis nos agitavere terroribus, mors omnium dolorum & solutio est & finis. Ei concordēs inter antiquos plerique. Plato in Phædro in fine. Et lib. 1. de Republ. μῦθοι περὶ τῆς ἀδῶς, fabula de inferis. M. Tull. Orat. in Cæcilium 4. pro A. Cluentio, & I. 1. Tuscul. quaest. Callimachus lib. 3. Antholog. citante Dionysio Lambino ad Q. Horatii lib. 1. od. 4.

Jam te premet nox, fabulaque manes.

Contra Pythagoras ac Pythagorei omnes metempsychosin probantes, in hanc opinionem, quantumvis ridiculam ierunt, ut censerent demouorum animas arbitrio inferni iudicis nova ferarum subintare corpora.

Plotinus in lib. de suo cuiusque genio: Qui, unque humanam proprietatem servarunt, iterum & ipsi homines renascuntur, quæ autem ad sensum defecerunt, bruta quidem ac stolta animalia redeunt, sed ita tamen, ut qui iram adiecerint, fera existant, & pro ipsa inter se differentia differant, qui vero in libidine & voluptatibus vitam egerint in salacia & voluptuaria animalia revertantur, quod si nec sensu ipso, nec sensus ulla parte usi fuerint, hi utique omnes plantæ resurgant, quoniam in his vel animus tantum vegetalis fuerit, neque aliud egerint, quam ut in plantis verterentur, qui autem musicis modulis affecti atque delinuit vixerunt, si in ceteris non degenerarint, animalia musica renascuntur, & qui sine ratione civitates atque imperia rexerunt, aquile sunt, nisi & ipsi alia pravitatis sint infecti, nam & qui absque sapientia sibi illa improbus tractant, calumque suspiciunt, in alites commutantur, ad sublimiora semper devolantes, qui virtutem autem civilem assequuntur est, homo revertitur, qui minime adeptus, in civoile aliquod animal, ut aprum, aut alia huiusmodi se transformat.

Huc referendi Simonidis jambi à Stobæo laudati Serm. 71. & Latinitate donati à Georgio Buchanano, qui consulatur; longum enim nimis foret transcribere. Q. Flor. Tertullian. Apolog. cap. 47. Sic enim poëta & philosophi tribunal apud inferos ponunt. Capite deinde sequenti dogma illud, seu potius delirium vulgatissimum persequitur; Age jam si qui philosophus affirmet, ut ait Laberius, de sententia Pythagore, hominem fieri ex mulo, colubrum ex muliere, & in eam opinionem omnia argumenta eloquii virtute distorserit, nonne consensum movet, & fidem infiget etiam ab animalibus abstinendi?

Verus autem, quos ille subindicat, sunt isti licet ab aliis grammaticis parum correcti, imo plerisque in vocibus multati:

At audio mala multa etiam ex bonis,  
Par illud ut nos olim mutant philosophi,  
Et nunc de mulo hominem, de muliere colubrum  
Faciant, & ex diversis diversis alia.

Ridiculum foret, quod tritissimum est, narrare opinionem suam ductis à seipso experimentis probasse, ut quod meminerit se aliquando formam gessisse Euphorii, pavonis, Homeri poëta, Callidæ, Alces meretricis. Ovid. lib. 15. Metamorphos. fab. 3. Petrus Crinitus in poematis:

Adde quod is leges, legumque oracula novit,  
Que servanda dedit Sanius mysteria vates,

Cur etiam plures variato corpore formas  
Prætulit, atque idem famosi nominis Alce,  
Moxque Melæthæos animos, & pectora sumpsit,  
Et modo gemmantis ales Junonia pennas  
Explicat, & bello ferus indūit arma Pyraides.

D. Aufon. epigr. 69.

Pythagora Euphorbi reparas qui semina rerum,  
Corporibusque novis das reduces animas.  
Dic quis erit Marcus jam fata novissima functus,  
Si redeat vitam vrsus in aëream?  
Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus,  
Non aper, aut aries, sed scarabeus erit.

Ad istud iudicium infernorum commentum allusum à Valerio Flacco Setino lib. Argonaut. 3.

Quippe nec in ventos, nec in ultima solvitur ossa,  
Ira manet, duratque dolor, cum deinde tremendi  
Ad solum venere Jovis, quæstusque nefandam  
Edocere necem, patet ollis janua leti,  
Atque iterum remeare licet, comas una sororum  
Addiunt, & pariter terras atque æquora lustrant,  
Quisque suos fontes, inimicæque pectoris panis  
Implicat, & varia meritis formidine pulsant.

Statius lib. 4. Thebaid. v. 529.

In speculis mors atra sedet, dominique silentis  
Adnumerat populos, major supereminet ordo,  
Arbiter hos duva versat Gortynius urna  
Vera minis poscens, adigitque expromere vitas  
Usque retro, & tandem pœnarum lucra fateri.

Recte Placidius Luctatius interpres ibidem loci, arbiter, quasi  
quæstor, ex sorte iudex legit quos habeat in consilio. Sed omnium  
optime suavissimeque Claudianus hanc, post iudicium infer-  
norum sententiam, animarum transmigrationem depinxit,  
cujus versus ob elegantiam, licet longiores, adscribam è lib. 2.  
in Ruffinum ad finem:

————— quæstor in alto  
Conspicuis solo pertentat crimina Minos,  
Et iustis dirimit fontes, quos nolle fateri  
Prospectit, ad mala mox transmittit verbera fratris,  
Nam iuxta Rhadamantus agit: cum gesta superni  
Curruculi, totoque die prospexerit actus,  
Execrat damnatum meritis, & muta ferarum  
Cogit vincula pati, truculentos ingerit ursos,  
Prædonesque lupis, fallaces vulpibus addit.  
At qui æsidia semper vinoque gravatus  
Indulgens Venere, voluit torpescere luxu,  
Hunc suis immundi sedos detrudit in arctus.  
Qui iusto plus esse loquax, arcanaque sœviti  
Prodere piscosus fertur victurus in undas,  
Ut nimiam pensent æterna silentia vocem.

Media quoniam antea exposita sunt, superest, ut prima &  
ultima explicentur, quæstorem Minoem vocat, imitatus Vir-  
gilium l. 6. Æneid. quæstor Minos urnam movet, estque Asco-  
vio Pædiano, quæstionis princeps, dictusque prætor aut quæ-  
stor, quod videlicet in crimina admissa inquireat. Martianus  
I.C. l. 1. ff. ad leg. Coruel. de sicar. Quivæ magistratus iudex  
quæstionis, ob capitalem causam pecuniam acceperit, ut pu-  
blica lege reus fieret.

Quem locum male à Francisco Accursio intellectum ex-  
posuit Guilielmus Budzus Annotationibus in panæticas prio-  
rib. Luctatius proxime ante citatus. Cic. pro M. Fontejo non  
multum à limine; Quid mihi opus est sapiente iudice, quid  
æquo quæstore? l. 2. Cod. Theodos. de postul. Non idem in  
eodem negotio quæstor sit & defensor. Hoc est, iudicis & ad-  
fertoris habeat personam, ut vetus scholiastes interpretatur.  
Mofchopulo redditur *κρίματις*.

Ammian. lib. 14. Qui metu sui discriminis anxius, cum ac-  
cusatores quæstoresq; subdititios sibi consociatos ex illisdem foreis  
eveneret emergentes, quæ clampalamve agitabantur, occultis Con-  
stantini literis edocebat. Et libro 20. idem; Quæstores dederat  
spectaturos, quas ob res oppidum sit excisum. Et libro 30. Erran-  
tes vindicavit sempiterna rigor iustitia, aliquoties serus, sed si-ru-

pulosus quæstor gestorum recte vel fecinus. C. Vellejus Paterculus  
lib. 2 cap. 45. Legem tulit, quæ Marcum Catonem à republica  
relegavit, ut is quæstor cum iure prætorio, adjecto etiam quæstore,  
mitteretur in insulam Cyprum, ad spoliandum regno Ptolemæum.  
Aldus Manutius legit, ut is quæstor cum iure prætorio, diu enim  
ante, inquit, Cato quæstor fuerat. Iustus Lapius reponendum  
censuit, ut is quæstorius. Vulgarat lectioem retinet Jacobus  
Schegkiius, sed probo conjecturam Aldi. Ita poëta. D. Aufon.  
epistol. 24. ad Paulinum suum:

————— vel si tibi proditor instat,  
Aut quæstoris gratior censura veretur,  
Occurre ingenio, quo sæpe occulta teguntur.

M. Manilius lib. 5. Astronomic.

Quæstor scelerrum venit, vindæque reorum,  
Qui commissa suis rimabitur argumentis,  
In lucernæ trahet tacitæque silentia fraude.

Corruptissime ante Josephum Scaligerum legebatur, & sine  
ullo probabili sensu:

————— tacita licentia fraude.

Sequitur in Claudiano, loquaces in pisces mutatos, & recte,  
nam pisces muti, & sine ulla potestate naturali vocem emittunt.  
Artemidor. lib. 2. Oneirocritic. capite 18. καὶ ἢ γυνὴ ἐν  
γαστρὶ ἔχουσα, ἰχθὺν ἢ ὑπὸ πλάτος πικρὴν, ὡς μὲν οἱ παλαιοὶ  
ἀληθεῖν, ἀρῶν γυνήσιν. Quod si mulier prægnans se piscem  
parere somniet, iuxta veterum sententiam mutum pariet. M.  
Tull. libro 1. ad Quintum fratrem epist. 1. mutas pecudes  
dixit, idem in Aratius:

Ipse autem labens multis equus ille tuctur  
Pisibus.

Depravatum locum facile est restituere uno elemento de-  
tracto.

Ipse autem labens mutis equus ille tuctur  
Pisibus.

P. Ovid. lib. 3. de Arte:

Quamvis mutus erat, voci favisse putatur  
Pisibus, Artonicæ fabula nota lyra.

Et lib. 4. Transformator. fab. 3.

Verterit in tacitos juvenilia corpora pisces.

Ita Naviium in Lycurgo apud Nonium c. 1. num. 29. capiunt,  
inter eos Ciofanus est:

Ducite eo cum argenti linguis mutas  
Quadrupedes.

Quod ridiculum admodum, pisces enim *ἄροδες* & ob id  
non quadrupedes. Cælius Symposius Ænigm. 12. cuius lem-  
ma est, pisces & sumen:

Esti domus in terris, clars que voce resultat,  
Ipsa domus resonat, tacitus sed non sonat hospes,  
Ambo tamen currunt, hospes simul & domus una.

Sed ad sortitionem iudicium intermissam regressor. Poterat  
reus eos rejicere, quos vel sibi inimicos, vel incommodos fore  
arbitrabatur. Aconius Pædianus in 2. Verrinam, & tunc  
subsortitio instituebatur, eodem omnino modo, quo prior  
sortitio; Positis in arca iudicium nominibus, deinde in urnam  
conjectis, ut de pluribus numerus necessarius efficeretur.

Quod si tamen forte datorum iudicium aliquis obiisset, non  
vero ob inimicitias esset à reo rejectus, sorti non erat locus ul-  
terius, sed prætor privata sua auctoritate substitutebat alium iu-  
dicem in demortui locum, aut certe à prætoro eodem sorte  
interposita fiebat substituio. C. Sueton. in Julio cap. 41. Ac ne  
qui novi cæus recusantis causa moveri quandoque possent, instituit  
quotannis in demortuorum locum ex his qui recensiti non essent,  
subsortitio à prætoro fieret. Cicero loco proxime superius lau-  
dato; Postea quam rejectio iudicium facta est, quod & in sor-  
titione ipsius spem fortuna populi Romani, & in rejiciendis ju-  
dicibus mea diligentia istorum impudentiam vicerat.

Paucis deinde interjectis: Subsortiuntur enim in M. Metelli  
locum. Idem in Orat. pro Cluentio habita: Si ex lege subsortitus  
non erat Junius, idcirco illius damnatione aliquid de Cluentio iu-  
dicabatur. Et postea: Ab isto enim quod ex lege subsortitus iu-  
dicium non esset.

Deinde veto post aliqua: Post paucos dies ex subsortitione sedis-  
sat.



set. Et in Orat. pro Cn. Plancio. Jam non eos Junius subfortitus est. Et Act. 3. in Ver. Alium praeoratorum cum iis iudicibus, quos in horum locum subfortitus est, de re in consilium iterum praesidi. Postea deinde: Nam de subfortitione illa Juniana iudicium nihil dico. Et Servius adestur, qui fortiri interpretatur, substituere, addit deinde, & est verbum iudiciorum, nam subfortitii dicuntur iudices, qui occupatorum funguntur officia. ad v. 72. libro 3. Georgic.

solemne armento fortire quotannis. In quo non solita diligentia, nam subfortitio non tantum eorum gratia, qui occupati essent, sed & mortuorum, & inimicorum, ut jam exposuimus. Junius Philargirius doctus Grammaticus eodem Virgilii loco, fortire, exponit, substituere, & meo quidem iudicio rectissime.

Nec veto Romanis tantum is mos, sed & Graecis, & praefertim Atheniensium legibus receptus. Lucian. Samosatensis Dialogo, cui titulus δε κληρονομίῃ ἢ δικασίῃ. Bis accusatus, sen fora. Demosthen. Orat. contra Aristogitonem. Quod Solonis invenum fuit, ob cuius in republica perniciosum utum vituperatus idem legislator, restant Aristotele libro 2. Politic. cap. ult. Isti plures habebant stationes, nam φοινικὰ, ubi de vita disceptabatur, & περι δημοτικῶν, ubi civiles cause agitantur: uniuersique stationi titulus appendebatur, elemento notatus, ut α. β. γ. usque ad x. nam decem tantum erant stationes.

Judices certe & suum & stationis nomen in pugillatibus scriptum habebant, & cum esset iudicium instituendum, in forum omnes concedebant, & sortibus in urnam coniectis, qui sortitus erat literam α. ibat in eam stationem, quae ea litera notabatur, cum β. educabatur, eam occupabat fori conditionem, atque ita deinceps.

Blepyrus ille apud Aristophanem in concionantibus, & vetus ibidem loci Scholiastes:

τὰ δὲ κληρονομία πρὸς τῶν; ΠΡ. πῶς τὴν ἀγορὰν καταβίωω, κατὰ σήσαα παρ' Ἀρμόδιον κληρώσω πάντας ἕως εὐ πιδῶς ὁ λαχὼν ἀπὴν χαίρειν ἐν ὁποίῳ γράμματι διαπέσῃ. καὶ κηρύσει τὸς ἐκ τῆ βῆθ' ἐπὶ τὴν σὶδὴν ἀκούσθῃ τὴν βασιλίου διαπίπυοντα.

Vertit Andreas Divus Justinopolitanus non male:

Sorte autem iudicia ubi vertes? PR. In forum deponam, Et postea apud congruum sorte eligam omnes, quosque Sciens sortitus abeat, gaudens in qua litera canet, Et praeciosos ex betta in porticum sequi Regalem canentes.

Denique cap. 29. de poenis post sententiam irrogandis, quare hic de modo accusandi, & defendendi, condemnandi, absolvendi que agam.

Primum praecipuus accusatoris scopus invidiam permovere adversario apud iudices, alii adnotarunt ex L. Apulejō libro 3. Milesiar. Sidonio Apollinare lib. 1. epist. 7. Cum accusatores semipullati nuntios a decemviris operirentur: & ab industria praeripuissent reo debitam miserationem sub invidia sordidatorum. M. Cicero in Orat. pro Fonteio, & Act. 2. in Verrem, morem concitandae indignationis idem expressit; Expulsi rebus omnibus suis, Romam venerunt, sordidati, maxima barba, & capillo. L. Sen. lib. 10. Controversi. 1. Sordidatus es, non queror, sed si sordes tuae invidiam mihi concitant, queror. Fab. Quintilian. Declamat. 279. Non vociferationis saltem invidiam facere apud populum conatus. Et Declamat. 283. Quis iste est filii habitus, quae sordes? quid hanc mihi invidiam facis? C. Petron. in Satyrico: amolitur Atylos invidiam.

Verum hanc commovendi misericordiam rationem legibus Atheniensium veritam ait Quintilian. libro 2. Orator. Instit. capite 17. Et Lacedaemoniorum civitate expulsam eloquentiam, & Athenis quoque, ubi actor movere commiserationem vetabatur. Et libro 6. ejusdem operis, capite 1. Id sensisse Atticos credo, quia Athenis affectus movere per praeconeum etiam prohibebatur orator.

C. Plinius Junior lib. 2. epist. 11. Respondit Fronto Catius, deprecatusque est ne quia ultra repetundarum legem quaereretur,

omniaque actionis suae vela vir movendarum lachrymarum peritissimus quodam velut vento miserationis implevit. Moverique solebat commiseratio his potissimum a rebus: Si reus, in antea vita fuit innocens, si benemeritus, si spes in futurum immanenter vitari, & si in aliquo usu futuri, si vel aliis incommodis, vel presenti periculo, vel poenitentia videatur satissimarum dedisse: ut Maria Catanæus docuit. Ad illum morem accommodatissime, ut solet, L. Apulejus lib. 10. Milesiar. Tum demum clamatus introducitur reus, & exemplo Atticae legis Marciique iudicii, cause patronis denuntiat praeo, neque principia dicere, neque miserationem commovere.

Quidni liceat pulcherrimum è M. Tullio locum transcribere, cum hunc ritum vel solus docere possit? Is ergo 2. Verriana: Non possum dissimulare iudices, timeo, ne C. Verres, propter hanc virtutem eximiam in re militari, omnia quae seculi impune fecerit, venit enim mihi in mentem in iudicio M. Aquillii quantum ad corvicitatis, quantum momenti oratio M. Antonii habere exsistimata sit, qui ut in dicendo erat non solum sapiens, sed etiam fortis, causa prope perorata, ipse arripuit M. Aquillium, constituitque in conspectu omnium, tunicamque ejus a pectore absidit, ut cicatrices populus R. iudicesque aspicerent, adverso corpore acceptas, simul & de illo vulnere, quod ille in capite ab hostium duce accepterat, multa dixit, eoque adduxit eos qui erant iudicaturi, vehementer ut vererentur, ne quem virum fortuna ex hostium telis eripuisset, cum sibi ipse non peperisset; hic non ad populi laudem, sed ad iudicum crudelitatem videretur esse servatus.

Frequentissimum sane id, nec ullum magis credium idoneum argumentum permovendae affectibus, ut ex elegantissima illa declamantium vociferatione colligitur apud Petronium in lumine Satyrici fragmenti.

Idem Cicero lib. 2. de Oratore: Quod enim ornamentum, quae vis, qui animus, quae dignitas illi oratori desuit, qui in causa peroranda non dubitavit excitare reum consularem, & ejus diloricare tunicam, & iudicibus cicatrices adverso corpore acceptas ostendere? T. Livius concionem in hunc modum refert 5. Decad. lib. 5. Ego ter & vices cum hoste per provocationem pugnavi, ex omnibus quibuscumque manus conferui, spolia retuli, in sine corpore honestis cicatricibus adverso corpore acceptis habeo, nudasse deinde dicitur, & quoque bello vulnere accepta essent, retulisse, quae dum essent, ut, adaperitis forte quae velanda erant, tumor inguinum risum proximis movit, tum hoc quoque quod ridetis, inquit in ego dies noctesque per sedendo habeo, nec magis me ejus, quam cicatricum harum pudet, pavet etque, quando nunquam mihi impedimento ad rem publicam bene gerendam domi militiaeque fuit, ego hoc ferro saepe vexatum corpus miles adolescentibus militibus ostendi, Galbanitens & integrum demdet.

Similia pene sunt, quae Marechalli Bironii epistola exhibet, dum reus in Regio praefidio damnandus capitis detineretur, vir, deus bone! magnus, nisi maximus esse studuisset, Ita Ulysses Ovidianus lib. 15. Metamorphos. fab. 1.

sunt & mihi vulnera, cives, Ipso pulchra loco, nec vanis credite verbis, Aspiciite, en (vestemque manu deduxit) & haec sunt Pectora semper vestris exercita curis.

Originem istius legis licet repetere à Pausania in Atticis, apud quem ista fere extant: Ubi Hyperides oraret pro Phryne, nihilque se proficere intelligeret, quia clarissimum videbatur, quod iudices in eam essent daturi calculum, eam in medium adducens, vestes laceravit illius, pectusque nudam ostendit, postea cum Epitogi commiserationem ex conspectu oravit, ut omnes iudices in Hypophetis, & Zachori superstitionem induxerit, & cum dimissa haec fuisset, lex postea lata est, ne quisquam, dum diceretur, accusatum, accusatamve respiciens iudicaret.

Ex ipsius reorum conspectu itaque commiseratio permoveri solita, comam illi demittebant, cinere respergebant, vestem lugubrem induebant, magistratum insignia, & laetiores cultus ponebant, alibi hoc in opere dictum, ubi de atrata veste, & nigro colore lucibus adhibito disserui. Fortunat. lib. 4. de S. Martino:

& longa catena rororum  
Aetrescente coma.  
V v v v 2

Pro-

Promissum hunc crinem, ut dixi, pulvere aspergebant, quo miserabilior species appareret: exempla in sacra pagina pene innumera, libro 2. Reg. cap. 13. & lib. 1. Machabaur. cap. 3. Hierem. cap. 6. Josue cap. 7. Job. cap. 2. in fine, ut omnittam hunc legendi morem Graecis receptum. Homerus lib. 18. Iliad. in limine, neque attinet poetas laudare in hanc rem; pleni enim sunt:

Stat. l. 6. Thebaid. in principio:

*Squalentiaque ora  
Sparsum, & inultam ferali pulvere barbam.*

Idem lib. 3. Thebaid. v. 137.

*Canitiem impexam dira tellure volutans.*

Claudian. lib. 3. de Rapui:

*Tum laceras effusa comas, & pulvere cauos  
Sordida.*

Virgil. lib. 10. Aeneid.

*Canitiem multo deturpat pulvere.*

Et in Cyridem:

*Intonsos multo deturpat pulvere crines.*

Accusati apud senatum rei sedebant sub patrono, instituta ad populum provocatione, super eundem collocabantur, declarator ille apud L. Senecam lib. 3. Controvers. 17. de Popilio Lenate Ciceronis interfector. *Impius es, ingratus es, audeo dicere parricida, respice formam, hic sub Cicerone sedisti, respice rostra, hic supra Ciceronem stetit. Quod nescio an ab ullo animadversum.*

Qua condemnationis, qua ampliacionis, qua denique absolutiois fuerit in hisce capitalibus judiciis nota, ex Alconio Pediano act. 3. in C. Veirem, aliis est observatum, hic tantum Theta praefigi sententiae capitali consuetum animadvertendum, quod & vulgatissimum. Isidor. lib. 1. cap. 20. & cap. 23.

Pseudo-Cornutus ad v. 13. sat. 4. A. Persii. *Judices literam theta apponunt ad eorum nomina, quos supplicio afficiunt merito, Sicut autem tu dardru, eo quod quasi habeat telum suum, ideoque quasi triste intelligitur, vel mortis signum, unde quidam ait, O merito ante alias infelix litera theta.*

D. Aufon. epigr. 120.

*Miselle doctor, & tibi sit obsiano,  
Tuumque nomen theta scilicet signet.*

A. Persius loco laudato:

*Et potis es nigrum vitium praefigere theta.*

Sidon. Apollinar. carm. 9.

*Isti qui volet exarationi  
Districturn bonus applicare theta.*

Martial. lib. 7. epigr. 36.

*Nosti mortiferum praetoris Castrice signum,  
Est opera pretium discere theta novum.*

Scio contrario ritu saluiferam Hebrais fuisse thau notam in sacris literis, Ezechiel cap. 9. & cap. 59. & D. Hieronym. ibidem. Omnia certe reo proniora; nam si paritas sententiarum constitisset, absolvetatur; unde lex illa relata à L. Seneca lib. 3. Controvers. 2. *Parricida aequis sententiis absolutus. I. C. l. inter pares. ff. de re iudicata. Aristotel. problemat. cap. 13. & cap. 15. causa ex Seneca tragædo audiatur in Thebaide:*

*Inclinat animus semper infirmo favens.*

Origo ex D. Augustino hac repetenda est lib. 18. Civit. Dei cap. 26. *Mars apud Athenienses homicidii reus iudicatus duodecim diebus, in eo pago, qui postea Areopagus est dictus, sex sententiis absolutus est, ubi enim pares erant sententia absolutio condemnationi semper praeferebatur.*

Neque poterat lata semel sententia mutari ab eodem iudice, aut decretum prolatum. Celsus l. C. l. 14. ff. de re iudic. *Quod iussit vetuisti praetor, contrario imperio tollere, & repetere potest, licet de sententiis contra. Cum jam sententiae (verba sunt L. Apuleji) lib. 10. Milicari.) pares, eundemque sylis ad unum sermonem convergentibus, ex more per se in eam unam conjici deberent, quo semel conditis calculis, cum jam rei fortuna transacta, nihil commutare liceat. Et pulcherrime idem l. 1. Floridor. in fine: Praeco cum proconsule & ipse tribunal ascendit, & ipse rogatus illic videtur, & quidem perditu sciat anti ambulat, anti plerumque consentissime*

*clamat. Enim vero ipse proconsul moderata voce rarenter & sedens loquitur, & plerumque de tabella legit, quippe praenotis vox garula ministerium est, proconsulis autem tabella sententia est, quae semel lecta, neque augeri littera una neque antem minui potest, sed ut nunquam recitata est, ita provincia instrumento refertur: exceptum illico & lectum est, nec revocare illud, nec antem mutare, nec emendare nisi inde quicquam licet. Exemplo legem hanc confirmare poterit Coriolanus, cujus exilio iam decreto tribunicia intercessio intervenerat, sed frustra. noluit enim senatus prudenter paulo ante seotentiā, & cum matura deliberatione latam rescindere. Plutarch. in eo. Allost C. Pinius junior lib. 6. epist. 13. Illi quoque enim, qui prius negarant P. Areno, quae petebat, eadem danda, postquam erant data, censuerunt, singulos enim legere de dissentire fas esse, peracta, quod pluribus placuisset, candidis tunc dandum. Ad quem locum eruditissimus senex Claudius Minos videatur.*

Quo rite sententia non revocanda edi posset, adhibebantur ritus quidam solennes, primum ut per partes disquisito ageretur, (sic enim legendum apud Plinium l. 29. c. 1. ut me doctissimus senator Tholofas D. Catellius admonuit, ex MS. suo, non ut antea per parietes) hoc est, ut singula capita criminis obiecti discederent, ne quid temere aut imprudenter committeretur. Deinde quia facilius erat accusare, quam obiectum criminum diluere, ideo si actor sex horas habuisset sibi concessas, reus novem fortiebatur. C. Plin. lib. 4. epist. 9. At Cn. Pompejus fratrum veluti eloquentia injecti, & coartavit facundiam, ut reus tres horas, actor duas tantum haberet. Alcon. Pedian. in Milonianam, quod in funere Germanici disquirendo observatum, C. Tacit. libro 3. Annal.

Hora ista posita clepsydra distinguebantur, praesertim posteriori illo aeo, nam primitus umbris solis tempora intermorbant. Aurel. Macrobr. lib. 1. Saturnal. cap. 3. quod solarium interpretantur nonnulli, sed falso, ut proxime infra A. Gell. l. 3. cap. 3. Artemid. lib. 3. cap. 67. Aufon. in ephemeride. A. Pers. sat. 3. principio:

*Quinta dum linea tangitur umbra.*

Secundo excoigita clepsydrae, ut differit C. Plinius libro 7. cap. 60. de quibus P. Victorius lib. 21. c. 13. Cal. Rhodigin. lib. 18. c. 39. & peritissime describit Censorinus libello de die Natal. cap. 23. Deinde aliquanto tempore post P. Cornelius Nisticensor ex aqua fecit horarium, quod & ipsum ex consuetudine nascendi ex sole horas solarium ceptum vocari. Recte ex aqua, ut supra enim aqua est, atque inde κλεψύδρα appellant. Sidon. Apollinar. lib. 2. epist. 6. Per spatia clepsydram horarum incrementa servantem probatur. Et eodem lib. epist. 13. Cuius ipsa denique spatia vite custodiebantur, ut per horarum dispositas clepsydram explicarentur. Cassiodorus lib. 1. variar. epist. ult. eodem sensu dixit, momenta horarum consistere. L. Apul. lib. 1. Apolog. Possem equidem bono periculo, his diebus contentus perorare, quoniam tamen mihi pro accusationis longitudine largiter aqua superest, etiam, si videtur, singula consideremus. Et post eodem lib. Tu interea, dum legitis, aquam suscite. Deinde vero, mea licet aqua urare. Et lib. 2. Apolog. At tu, licebit, aquam sinas fluere. C. Plinius junior lib. 2. epist. 11. Dixi horis pene quingue; nam decem clepsydram, quas spatiosissimas acceperam, sunt addita quatuor. Idem l. 6. epist. 2. Increbui passim & invaluit consuetudo, binas, vel singulas clepsydram, interdum & dimidias & dandi & petendi. Et ibidem loci, paucioribus clepsydram causas praecipitavi. Cic. l. 2. Tusculan. quaestio. Cras ergo ad clepsydram, sic enim dicimus, sed tibi hoc video, non posse dari. Philetas. Lucianus in piscatore, Synefius in Dione, à P. Colvio adnotati. Et Lucianus quidem in lib. de legenda historia, cujus verba explicat Franciscus Luisinus parerg. lib. 3. capite 39. M. Fab. Quintilian. libro 12. Instit. capite 6. Definit non male Suidas in voce διαμετρομηνήν μετρη, divisa & dispersita dies. Ubi sic ille Hieronymo Woltio interprete. Mensura quaedam aquae est ad certum diem intervallum fluens, eaque mense Decembris dividebatur, quo maxime causa maximifque de rebus agebantur, & quidem in tres partes distribuatur, quarum accusatori una, reo altera, tertia iudicibus assignabatur. Multiplex error; nam neque mense Decembris de maximis causis agebatur, cessante tunc senatu,

C. Sue-

C. Sueton. in Augusto cap. 35. neque de divisione aquæ verum, quam ut admittamus, tamen reus, non unam aquæ partem, ut actor, habebat, sed duas partes propemodum ex lege Pompeji, ut jam paulo supra admonui. Melius idem in voce, ἀλλὰ δὲ ἀναλόγως ἕδωκεν, frustra consumis aquam, in eos qui frustra student eloquentiæ, translatam ab iis qui in iudiciis ad aquam dicebant.

Jocose Jupiter ille apud Julianum Cæsarem in Cæsarib. jubet dicere ad μίχα τὴν ὕδατος, aqua rationem. Et eodem in opere post. ἰπὶ τὸν Ὀκτασίαν τὴν ὕδατιαν ἔπειρε τὴν Ἰουστινίαν & Διδάταν, ἐπιμαρτυρῶν αὐτῷ τὴν ὕδατος ἑλασσοῦ. At Octavianum Neptuni nupter clesphydam (ita ὕδατιαν vocit C. Cantoclarus peritissime) detulit, eique quam minimum potuit aquæ distribuit. Cælius Symposius ænigmate 70. leimma est clesphydra.

Lex bona dicendi, lex sum quoque dura tacendi,  
Fus avidæ linguæ finis sine fine loquendi,  
Ipsa fluens dum verba fluunt, ut lingua quiescat.

Martial. lib. 6. epigr. 35.

Septem clesphydras magna tibi voce petenti  
Arbiter innotuit, Cæciliæne, dedit.

At tu multa diu dicis, vitresque tepentem  
Ampullis potas semisuperius aquam.

Ut tandem saties vocemque stringe, rogamus  
Jam de clesphydra, Cæciliæne, bibas.

Et lib. 8. epigr. 7. idem:

Hoc agere est causas, hoc dicere, Cinna, diserte,

Horis, Cinna, decem dicere verba novem?

Sed modo clesphydras ingenti voce petisti

Quatuor, ὃ quantum, Cinna, tacere potes.

Sed quoniam de horis multa jam dicta sunt, quomodo in foro dividerentur, hoc cum poetis addendum, eas cæli januæ assidere, & solis comites ab iisdem effictas. Aristæner, libro 1. epist. 11. Pindar. Olympicor. od. 4. in limine, & od. 13. Pythior. od. 9. & corruptus idem apud Stobæum Serm. 5. ubi ἀγὰδ ὀρωγὰς legitur, sed reponere ἀγὰδ ὄρας, bonas horas. Apul. lib. 10. Gratia gratissima, Hora pulcherrima. Lucetius Placidius adv. 410. lib. 3. Thebaid. Papinianæ:

Rapidis accurrunt passibus Hora.

P. Ovid. lib. 2. Metamorph. fab. 1. in janua cæli, cum sole:

Posita spatiiis aequalibus Hora.

Claudian. in Consul. Olib. & Probinis:

Te variis scribent in floribus Hora.

Corrigendus idem libello de laudibus Serenæ:

Ubera prima dabant gremiis redolentibus auræ.

Ex MS. Cujacii omnino est rescribendum, & meus confirmat.

Gremiis redolentibus Hora.

Sed nimis diu rebus obviis immoratum, ad alia jam mihi properandum.

Fuerat etiam nonnihil de *fidicula* hic delibandum; sed urgente typographorum, & operarum importuna diligentia, cogor multa omittere, multa leviter transire. sic igitur dicitur, quod fides invenitur per tormentum, idemque est unguis, quod effodiat. Isidor. Hispalensis lib. 5. Etymologiar. c. 27. consulendi sunt L. Seneca lib. 3. de Ira cap. 3. & cap. 19. Confol. ad Marciam cap. 20. Valer. Maxim. lib. 3. cap. 3. tit. 7. de Theodoro: Rupit verbera, fidiculas laxavit, solvit eculos. Quintilian. lib. 6. cap. 2. C. Sueton. in Tiberio cap. 62. Excogitavit inter genera cruciatus etiam, ut larga meri potione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, fidicularum simul, urinaque tormento distenderet. Idem Quintilianus Declamat. ult. An tu questionem illam fuisse credis, qualis vermillibus corporibus adhibetur? ideo enim eculos movebam artifex, tenebam fidiculas ratione scivisse, ut leviter sedibus suis remota compagoper singulos artus membra laxaret. Valent. Valens, & Gratian. AAA. L. 16. C. de questionib. Decuriones sive ob alienum, sive ob suum debitum, ehortes omnino earum volumus esse pœnarum, quas fidicula & tormenta constituunt, quod quidem capitale iudicium erit, si in contumeliam ordinis exitumque tenetur. Eiusdem Valentis rescriptum extat l. 4. C. ad leg. jul. Majest. Nullus omnino, cui inconsultis ac nescentibus nobis, fidicularum tormenta inferuntur, militiæ, aut generis, vel dignitatis defensione uti prohibeatur. Thomas Segetus civis meus, & vir eximia literarum, figuram ejus super edendam curavit, & medici Hippocratis scamno assimilant, Andreas à Cruce Venerus, Orisbafius lib. de Medicamentis c. 35. Cornel. Celsus lib. 8. c. 20. Martial. lib. 5. epigr. 52.

Exprimere, Ruse, fidicula licet cogant,

Ave Latinum, χῆμα non potest Græcum.

Aurel. Prudent. lib. πρὶ σιγαῦ. in Romano Martyre:

Costas bifidis exsecandas unguis.

Et ibidem loci:

Non unguarum tanta vis fedit latus.



# ROMANARUM ANTIQUITATUM LIBER DECIMUS. DE MILITIA.

**P**ervenimus in instituta reipublicæ Romanæ descriptione ad rem militarem, cujus cognitio quantum profit omnibus iis, qui in veterum scriptis versantur, non opus est, ut ipse multis verbis hoc loco explicem: cum id fecerint eruditione multa præditi aliquot viri: ita, ut si iis quædam addere velim, actum agere videar. Quare qui pluribus de ea re instrui volent, eos remitto ad illa, quæ hætenus edita sunt, clarissimorum virorum scripta. Ego vero antequam descriptionem & explicationem militiæ Romanæ ordiar, de duobus lectorem benevolum monebo. Primum de scriptoribus, qui aliquid de re militari in lucem dederunt, quorumque testimoniis usus sum: deinde de ordine, quo hanc materiam explicavi. Ac de scriptoribus quidem rei militaris ut primum dicam, quotus quisque est, qui non audierit sæpenumero citari Flavii Vegetii Renati libros: quos tamen pauci legunt, cum propter exemplarium raritatem, tum etiam propter errorum, qui in eos irrepserunt, & mendorum copiam, quæ utinam aliquis aliquando adhibitis vetustis libris eruncaret, profecto non parum gratiæ apud omnes humaniorum literarum amantes esset initurus: de quo quidem non ita pridem spem fecit Ludovicus Carrius J. C. in suis antiquarum lectionum commentariis: cujus voti religione ut sese solvat, sibi que studiosum gregem hoc labore demereatur, ipsum communi omnium antiquitatis amantium nomine vehementer etiam atque etiam rogo. Vegetio addi solent ea, quæ Modestus de re militari & Ælianus de aciebus instruendis scripserunt, qui & ipsi libri multis mendis scatent. De Catonis, Cincii, & aliorum veteriorum monumentis de hac eadem materia, quæ temporum injuria interierunt, nihil dicam. Edidit aliquot de re militari commentarios non indiligenter scriptos vir clarissimus Robertus Valturius, qui tamen mihi visi non sunt. Ego quæ in hoc libro de militia Romana in medium attuli, omnia desumpsi ex rerum Romanarum scriptoribus, Livio, Dionysio, Plutarcho, Cæsare, & ex sexti libri Polybii fragmentis; in quo libro vir ille diligentissimus potissimam reipublicæ Romanæ partem sibi sumpsit describendam, & explicandam: qui liber utinam aliquando integer in lucem ederetur. Adhibui præter eos, quos dixi, historicos, nonnunquam in consilium veteres Grammaticos, Varronem, Festum Pompejum, Nonium Marcellum, Agellium, item Plinium, & ex recentioribus Petri Rami librum de militia C. Julii Cæsaris, Lazari Bayfii J. C. & Lillii Gyraldi de re nautica libro, atque viri omniam optime de antiquitate meriti, Car. Sigonii de antiquo jure civium Romanorum & jure provinciarum commentaria, ex quibus etiam, si quæ forte hic desiderabuntur, studiosi petent. Atque tantum de scriptoribus.

De ordine jam dicam, quem in hoc libro observavi talem, ut primum generalia quædam de bello indicendo, fœderibus feriendis, atque delectu faciendo notarim, tum exercitum Romanum, ex legionibus & auxiliis constituerim, partes singulas, duces, magistratus, militum ordines, eorumque arma explicarim, aciem instruxerim: inde ad oppugnationes locorum clausorum, & prælia navalia venerim: quibus explicatis, de animadversione in de-

devictos hostes, & milites officii sui parum memores: contra vero de præmiis & militum fortiter rem gerentium, & ipsorum etiam Imperatorum dixi, atque tandem exercitum dimisi. Hæc præfari volui, benevole lector, tum instituti mei tenendi causa, tum ut tu scires quid in hoc libro expectandum esset, quod meum studium ut boni consulas rogo. Incipiemus igitur rem militarem Romanorum considerare, initio factò ab antiquo bellorum indicendorum ritu.

## AD LIBRUM X.

## PARALIPOMENA.

Qui rem bellicam scriptis suis extulerunt libris de ea editis, de arte militari, & stipendiis, numero annorum, quibus militabatur, emeritum, & præmium, de vestitu nonnulla, de cinctu, cingulo, & baltheo, duces exemplo tyrones erudiunt.



Qualis fuerit veterum in castris disciplina, & antiqui scriptores fuculenter, & critici laboriose expectaverunt. Nomina celeberrimum apponam. Adamus Junghans, Ælianus Sophista de militariibus ordinibus instruendis more Græcorum, Æneas in bibliotheca Vaticana, & nuper opera Iacobi Casauboni cum Polybio excusis diligentissime, Africanus adhuc MS. in eadem bibliotheca Vaticana, cui operi titulum fecit *Costes*, Hadrianus Junius in epistola libris animadversionum præfixa, Andreas Janus Lascaris de militia Romanorum, & imprimis castrametatione ex Polybio, Anonymi libellus Gallicus, de vero scopo, ad quem tendere debent omnes honestatis amantes, & de præda, ejusque relictu, Anselmus Sækelius edidit librum, cui titulum indidit *euchiridion stratagematicon*, Apollodori Palloroestica, & Athenæi liber de armaturis. Manuscripti extant, Belisarius Aquivivus Neritiorum dux libellum edidit non contemnendum de re militari & singulari certamine, Bernardinus de Alcalante, Bernardinus de Mendoza, Bernardinus Rochæi, Bitonis fabrica bellicorum instrumentorum MS. in quibusdam Italiæ bibliothecis, Claudius Cotereus de jure militari, & de officio imperatoris, Constantinus Imperator Constantinopolitanus de instruendis aciebus MS. Vienna in bibliotheca Imperat. Constantinus Porphyrogenetes de thematicis sive agminibus militaribus, Cornazanus septem libros metricis legibus de re militari scripsit, Darius Artendulus de anello, Dionysius Longinus de aciebus bellis, Dominicus Cyllenius, Flavii Renati Vegetii Epitome institutorum rei militaris, Franciscus Petrarca de officio Imperatoris, Fr. de Valde Hispanus, Henricus Ranzovius, Hieron. Alexandrinus de telorum fabrica, hunc alii Ctelibium appellant, Hieronymus Catanæus, Hygenus, seu ut aliis placet, Hegenus, quem cognomento Grammaticum vocant, de munitionibus castrorum, ut legitur in catalogo Scipionis Tertii librorum MSS. veterum, Jacobus Acontius, sunt & Jacobi Lanteri libri duo de modo subsistendi terrena munimenta ad Urbes atque oppida, ceteraque loca omnia, quibus aditus hosti præcludatur, Jacobus Purilliarum comes, Joan. Baptista Goinez, paradoxium quod fœdita literarum nobiliora sint rei militaris peritia. Joan. Guevius Sepalveda de honestate rei militaris, sub forma dialogi, cui ritulus, *Democrates*, Joan. Lauterbachius de armis & literis, sive, ut barbaris ipsius verbis utar, de præcedentia doctoris & militis, Joannis Sargeli *euchiridion militare*, Julius Ferretus, Julii Frontini *stratagematicon*, sed & alios de re militari libros scripsisse, ipse non obscure subindicat in præfatione stratagematon, atque hic ille idem est, qui sub Nerva floruit, & clarum ex libris de aquæ ductibus & Ælianus confirmat præfat. libelli de instruendis aciebus, forte & ille quem Tacit. lib. 4. historiar. prætorum facit Urbanum, sed ulterius disquirendum, Justus Lipsius de militia Romana, ejusdem poliorœtionis, sive de machinis, tormentis, & telis lib. 5. Lazarus de Schuendi, Longus, Laurus Gargerius de Castellano, & Imperatoris exercitus, & bel-

to, Leo Imperator de bellico apparatu, fertur & ejusdem liber MS. Romæ asservari in bibliotheca Vaticana de re militari, & ejusdem insuper stratagemata Romanorum & Græcorum per capita, item ejusdem est de pugnis nocturnis MS. Florentiæ, ejusdem denique τὰς πολέμοις τακτικῶν MS. in Regia Christianissimi principis bibliotheca, Leonardus Fortius cum imaginibus variorum instrumentorum bellicorum metricæ lingua Græca vulgari, Leonardus Fronspurger de universojure & re militari Germanorum nostri temporis. Extat ejusdem *dispositio rei militaris secundum scripturas sanctas*, Cornelius Celsus, Veget. lib. 1. cap. 8. cum citat Raphaël Volateranus Commentar. lib. 14. Cornelius Celsus de arte Rhetorica, de re militari, & de medicina libros conscripsit, verum ad nos tantum pervenit ejus medicina, oratorio modo conscripta. Scripsit & Macer IC. de re militari, cujus primus liber laudatur in epigraphe l. 12. ff. de re milit. qua ex lege constat Augustum principem disciplinam militarem edidisse, e qua fragmentum ibidem citatur, Marcus Manua de privilegiis militaribus, Mauricius Imperator, Michaël Ambrosianus, Modestus de vocabulis rei militaris, Nicephori Regis liber περὶ μηχανημάτων, & de excensione, Nicephori Imperatoris de eventibus & casibus bellis, aliisque stratagematibus, & rebus bellis, MS. Viennæ in biblioth. Imper. Nicolaus Machiavellus lib. 7. *militaris artis præcepta* inclusit, De la Nouë Gallus nonnulla vernacula lingua hæc spectantia edidit, quæ Latino jure donavit quidam, inscripsitque *discensus*, quem in rebus fidei multa mentientem reprehendit Antonius Possivinus, vir literatissimus, & parum exactæ discipline fuisse callentem ostendit in libro elegantissimo ejusdem tituli & materiz Franciscus Despinay Sanlucis summus castrorum Gallicorum præfectus, qui, quod paucis ducibus concessum, utramque Palladem, literaturam manfuetiori, & bellica virtute incomparabilis conjunxerat, cujus raptum, licet Rex, propriis doloribus invidus, deserverit, tamen æquiori animo tolerat Gallia, quod Timoleontem filium paternæ virtutis; non modo honorem successorem videat. Onofander Plaronius MS. in biblioth. Vatic. forte idem cum eo, quem Latinitate donavit Joachinus Camerarius. Extat certe ejusdem liber de optimo imperatore, ejusque officio, Orbicii lucubratiuncula de nominibus ordinum militarium, Paternus, cujus fragmentum l. 7. 12. 15. ff. de re militari citatur, & l. ult. ff. de jure inhumanitas, hic cognomento *Terruntens*, aliis *Tarrutius* dicitur, uti ex epigraphe apparet præfixa pandectis Florentinis, ubi inter ICtos nomen ipsius reperitur, Æl. Lampr. in vita Commodi. *Quadratum & Lucillam crudelis vita Commodi compulsi ad ejus interuentionem consilia inire, non sine præfelli prætorio Tarrutini Paterni consilio*. Petrus Belus, Petrus Ramus de militia Cesaris, Philippi ducis Clivenfis Institutio omnium Græcorum bellandi, MS. in biblioth. Imperatoria, Polyænus libros octo stratagematum reliquit, Reinhardus senior comes Solmenfis de re militari veterum Germanorum, Robertus Valurius cum picturis bellicis de re militari, Sonchus de Londoano Hispanus, Theodoricus Adamus de insula Rhodo, & militarium ordinum institutione, celebratur & Tilemanni Brealæi miles Christianus, Zacharius Lechnerus, vel ut aliis videtur, Locknerus, de triangularibus vel quadrangularibus aciebus militaribus, atque isti quidem de re militari.

Præterea de pace & bello, (unde non levis hæc accedit cognitio) scripserunt varii. Bernardini Mendoza *theoria & præctica de bello*, Fabii Albergari *tractatus de modo reducendi inimicitias privatas ad pacem*, Franciscus Arias de belli justitia injusitate, Jodocus Clichtovcus, Julius Ferretus de belli Aquatani præceptis legitimis, Leo Imperator de bellico apparatu, Ludovici Regii *exhortatio ad pacem & concordiam*, Petrus Bizarrus.

De bombardis juxta ac bombardarum usu curioso verius quam doctè prodiderunt Eugenius Gentilius, fr. Joachimus Biechtel, Nicolaus Tartalea, Cato Censorius de disciplina militari, qua sola vincunt exercitus, volumen ediderat. Veget. lib. 1. cap. 8. Fectus & Nonius citant, & Servius ad lib. 2. Georg. scripsit idem de *tribunus militum*, Nonius in voce *proletarii*, & de *præda militibus dividenda*. Nonius in voce *scie*. Gell. lib. 11. cap. 18. & de *præda in publicum referenda orationem* idem pronuntiavit. Priscian. libro septimo in fine. De telis præter Liptium lib. 5. de militia Romana, & Heronem libro quinto de arte militari, Philo MS. in bibliotheca Regia Gall. denique nec gladiatoria suis caruit scriptoribus, & eam illustrant; inter quos, quantum reminiscor, præcipui sunt fere isti, Joachimus Major, Joan. Alexander Brasicanus de *armis*, quem citat Wolfgangus Lazius, I. Liptius in Saurmalibus, Pet. Fabri *Agonistica*, seu *Athletica*. Ex quibus omnibus non est difficile plenissimum rerum militarium cognitionem, si veterum spectemus disciplinam, sive recentium consuetudinem consideremus, deducere, itaque quo levior sit labor, te ad eos lector, remitto, pauca percursurus, ut saltem symbolam meam contulisse videar.

De tyronum exercitiis & præfectis, doctoribus, seu magistris, dixi in hoc opere supra. l. 5. c. 25. de ætate, qua tyrones in castra concedebant, exuta scilicet toga puerili, & assumpta virili, seu libera, quo modo id fieret, disserui plenissime ejusdem libri cap. 32. de ritu bellum indicendi, repete etiam ex me supra lib. 3. cap. 21. de vestitu etiam supra laudato c. 32. & mox infra plura. de ætate insuper certum, ab anno 17. hoc est primo post prætaxam positam, militiæ adscriptos juvenes, debuisse permanere usque ad annos viginti quinque sequentes continuos, quod illi, qui de iis scripserunt rebus, *stipendia* vocant. Servius Horatius Maurus ad lib. 7. v. 614. *Ipsæ vocat pueras, completæ stipendia, id est, militiæ tempora*. Et ad illud l. 2. Æneid. Idem Servius:

*Fas mihi Græcorum sacrata resolvere jura.*  
Et hi sunt qui habent plenam militiam, nam & viginti quinque annis tenentur. Alii ad quadragesimum sextum ætatis annum extendunt vacationem, unde formula exactorandorum, in minor quadragesima sex annis? Liv. 5. Dec. l. 3. Polyb. l. 6. distinguit, *peditem, nisi necessitate recip. non posse cogi ultra 46. annum, equitem ultra decem stipendia*. At Suidas *vigesimum annum simpliciter præfinit in voce Βερσπύς*. M. Quotil. declinat. 258. *Ex tempore fortiter feci, quo cogi non possum, ut militarem, adimpletis videlicet stipendii constituti, aut militiæ annis. de principio ætatis militaris, quod decimus septimus fuerit, T. Livius 3. Dec. lib. 2. Dissertator ex auctoritate patrum dicitur M. Junius, & Titus Sempronius magister equitum, delecti edito minores ab annis septemdecim, & prætextatos quosdam adscribunt. Et expressius multo ejusdem Dec. l. 5. in limine. Consules cum ægre delectum conficerent, quod inopia juniorum non facile in utrumque, ut & novæ urbanae legiones, & supplementum veteribus scriberetur, sufficiebat: Senatus assistere eos ab incerto tenuit, & trium viros binos creari iussit, alteros qui citra, alteros qui ultra quinquagesimum lapidem in plateis forisque, & in conciliabulis omnem copiam ingeniorum inspicerent, etiamsi nondum militari ætate essent, milites facerent, si modo roboris satis ad ferenda arma habere viderentur, tribuni plebis, si ita iis videretur, ad populum ferrent, ut qui minores septem & decem annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si septem & viginti annorum, aut majores, facti milites essent. Diserte ille ætatem militi legendi legitimam, aut stipendium merendi facit decimum septimum annum, à quo quot anni essent, tot stipendia numerarentur. de quibus elegantissime Silius Italic. lib. 2.*

*Pubescent castris miles, galeaque teruntur*  
Nondum signata flava lanugine mæle,  
Nec requies ævi nota, exanguesque merendo  
Stant prima inter signa senes, letumque lacessunt.  
Lapides meminerunt, quorum unus Moguntia ita habet, apud Wolfgangum Lazium lib. 5. Comment. reip. Rom. cap. 28.  
C. IULIO FLAVIANO CORNICULARIO.  
LEG. XXII. P. P. P. F. STIPENDIORUM.

XVII. QUI VIXIT. ANN. XXXV. MEM. SIB. XI. DIEB. XXV. COCCIA. CHRYSIS. CONIUGI INCOMPARABILIS PIETATIS. S. F. C.

Alter ibidem loci:

CAIUS VALERIUS. CI. CLANDESSA. VA. MIL. LEG. III. ADIUTRIC. ANNIS. XXV. STIPEND. VIII. H. S. E. D. M. V.

Tertius Romanus est, in quo diserte militaris ætatis supputatio memoratur, ita enim se habet: D. M.

M. AUREL. ANTONIN. MIL. LEG. XIII. GEM. VIV. AN. XXII. MENSIB. XI. DIEB. II. MILITAVIT. ANN. V. LIBRAR. AURELIUS. MARCIANUS. ET. VALENTIN. FILIO. PIENTISSIMO.

Scio nihilominus non semper annos, sed & pecuniam erogatam reipublica nomine, per stipendia designari. M. Varro lib. 4. L. L. *stipendium* s. *sippe*, quod *sippe* as dicerent, & ex illo *stipid*. Er lib. 16. cap. 17. ita intelligendi auctores. D. Juvenal. sat. 16. in fine. & Joan. Britannicus ibidem:

*Signorum comitem, castrorumque æra merentem.*  
Ut ICTOS omitam l. 16. §. ult. ff. de castr. pecul. l. 26. ff. de excusat. tutor. l. 18. ff. de jure fisci. l. 23. §. ult. ff. ad municip. l. 15. C. ad leg. Jul. de adult. M. Lucan. lib. 6. Pharsal. v. 144.

*Scava viro nomen, castrorum in plebe merebas*  
Ante feras Rhodanis gentes.

M. Plaut. Bacchidibus Sc. 1.  
*Ab isthoc militi, ut ubi emeritum sibi sit, se ut revehat domum.*  
Idem in Milite glorioso Sc. 1.

*Militibus diuiterem stipendium.*  
Alludit P. Ovidius lib. 1. Amor. eleg. 9. molliter, ut solet:

*Impulit ignavum formosæ cura puellæ,*  
*Iussit & in castris æra merere suis.*

Ejusdem libri elegta sequenti:  
*Nec Venus apta feris, Veneris nec filius armis, i*  
*Nec docet imbelles æra movere deos.*

Et lib. 2. Amor. eleg. 9.  
*Me quoque qui toties merui sub amore puellæ,*  
*Desuntium placide vivere tempus erat.*

Quanta autem stipendii militibus summa impenderetur, discussertur viri eruditatæ Suetonii Domitianum cap. 7. *Adidit & quantum stipendium militi aureos ternos. Zonaram à Levino Torrentio laudatum consule, & eundem vide ad Julium Suetonii cap. 26. neque contemendus est Titi Livii locus è Decad. 1. lib. 4. Postremo indidit jam tributo, edixerunt etiam tribuni, auxilio se futuros, si quis in militare stipendium tributum non contulisset, patres bene captam rem perferentes tueri, conferre ipsi primi, & quia nondum argentum signatum erat, es grave plaustris quidam ad ærarium convehentes speciosam etiam collationem faciebant. Dabatur itaque ex ærario publico hæc pecunia militibus distribuenda, aut ex fisco principis. Æl. Spartian. in Severo: Denique militibus tantum stipendium, quantum nemo principum dedit. Et paucis interjectis deinde: Post hoc dato stipendii cumulatorio militibus: Sed quæ stipendii hujus summa, aut modus? variis certe reipublicæ temporibus modo augeri, modo diminui solere ex historica constat lætione, prout vel locuples, vel penuria civitas laborabat, pro cuiusque Imperatoris erga milites studio, captandoque militarium animorum blanda largitione effectum. Nam *Cæsar militibus* (verba sunt Suetonii cap. 46.) *stipendium in perpetuum duplicavit*, Augustus vero *ampliavit*, idem Suet. cap. 49. quantum conferretur dices ex C. Tacito lib. 1. Annal. ubi Pannonici exercitus seditiosa concione pernoventur; *Enim vero militum ipsam gravem, instructuosam denis in diem assibus corpus & animam estimari*. Et post eodem libro: *Responsum est à concione mandata esse Clementi centurioni, quæ perferret. Is oratur de missione à sexdecim annis, de præmiis finite militiæ ut denarius diurnum stipendium foret. Quem posteriorum locum prætractat Marcellus Donatus Ponzanus Dilucidation. pag. 788. priorem examinat Godefridus Stewechius ad Vegetium lib. 2. c. 19. licet non semper pecunia stipendii nomine conferretur. Incertus auctor de rebus bellis**

sub Theodosio: *Eris materia, quæ præ copia villior erat, ad donaria militaria, & varia populorum commercia signabatur.* Sed vel panis interdum, ut hoc in opere supra à me relatum memini, vel obolionum, veterè glossario teste, *stipendium ὀβολίων spartiarum, obolionum militare.* & lib. 2. Polybius obolionii vocabulo pro stipendio utitur. Quam rem discussert sagaciter. I. Lipsius l. 2. Elect. Carolus Sigon. de antiquo jure civium Rom. Joannes Stadium ad L. Florum, Andr. Tiraqu. ad Alexandrum Neapolitanum lib. 6. cap. 22. genial dicit.

Vocabatur & emeritum quod veteranis militibus perfolvebatur stipendium, licet præmium cum emerito confuderint, sed male. Nam Paulus I. C. l. qui ex cæmbias, & Menander I. C. l. non omnes ff. de re milit. distinguunt, ut suspicer emeritum in agrorum possessione positum, præmium in pecunia consistere. Sueton. in Augusto c. 13. *Veteranos in Italiam reducendos, & municipalibus agris collocandos censuisset.* M. Lucan. lib. 7. Pharsal.

Emerito faciat vos Marte colonos.  
Ovid. lib. 2. Amor. eleg. 9.

Fessus in acceptis miles dædicitur agros.  
Lustatius Placidius Grammaticus notat ad v. 336. lib. 1. Theb. Statianæ:

Per emeriti surgens consilia Phæbi.

C. Sidon. Apoll. l. 5. epist. 5. legatur, rutilusque l. 6. epist. 1. Sueton. in Augusto cap. 24. *Decimam legionem cum ignominia totam dimisit, contumaciis parentem, item alias immodeste missionem postulantis, citra commoda emeritorum præmiorum exaudivit.* Rescribendum omnino, citra commoda emeritorum & præmiorum. Modestinus I. C. l. 3. ff. de re milit. *Si expleto tempore militie redeat, ut veteranus restitueret, & emerita accipiet.* Sed apertius multo Arius Menander ad correctionem nostram (quam nescio cur non admittat Lipsius) L. 5. §. fin. ff. eod. *Si post multum temporis redit, qui ab hostibus captus est, & captum eum, non transfugisse constitit, ut veteranus erit restitendus, & præmia & emeritam capiet.* Addendus Dio Coccejanus l. 54. Claudianus allusit in Consulatu Theodori in principio:

Te quoque Nature sacris mundique vacantem,  
Emeritum pridem, adfundatigne remotus  
Judicis, eadem rursus complexa potestas  
Euehit.

Dicitur & commoda eodem significatu, M. Tull. Phil. 12. in fine. *Multa enim falsa de me audiverunt veterani, multa ad eos improbi detulerunt, quorum commoda, ut vos optimi testes estis, semper ego sententia, auctoritate, ratione firmavi.* Suet. in Velleio cap. 15. *Delectum ea conditione in Urbe egit, ut voluntariis non modo missionem post victoriam, sed etiam veteranorum, jusque militie commoda polliceretur.* Idem in Augusto c. 49. *Quicquid ubique militum esset ad certam stipendorum præmiorumque formulam adstrinxit, desuistis pro gradu cuiusque & temporibus militie, & commodis missionum, ne aut ætate aut inopia sollicitari ad res novas possent.* Et in Calig. cap. 44. *Cæterorum in crepita cupiditate, commoda emerite militie ad sexcentorum millium summam recidit.* Legit Lipsius ad lib. 1. Annual. Taciti, *ad sex millium summam, rectissime.*

P. Ovid. lib. 1. de Arte Amandi:  
Romule militibus fisci dare commoda solis,  
Hec mihi si dederis commoda, miles ero.

Ad vestium promovco stylum, quem non ultimam fuisse exercituum in officio retinendis curam & imperatorum sumptibus daretur, ad id Codicem Theodosianum l. 7. tit. 6. & Codicem Justinianum lib. 12. tit. 39. & Legem 1. & legem 6. C. de erogat. milit. annonæ. Non sum ignarus, deducta è stipendio consueto summa, vestem hanc publicis concessam: C. Tac. lib. 1. Annal. in Perennii seditioni concione: *Denis in diem assibus corpus & animam estimari, hinc vestem, arma, tentoria, hinc scuturiam centurionum, & munera vacationem redimi.* Quod tamen Gracchus lata lege caverat, scilicet ne quicquam stipendii deduceretur, pro veste militi concessa. Plutarch. in vita ipsius, & de antiquo illo ritu censio intelligendum Flavium Renatum Vegetium l. 2. Rei Milit. c. 19. *Siquidem in-*

congruum videretur, imperatoris militem, qui veste & annona publica pascabatur, militatibus vacare privatis. Observatum autem, ut culti incederent, neque vestes laceras, aut sordidas gestarent milites. Idem Veget. eodem libro cap. 12. *Miles veste nitidus, armis bene munitus ac fulgens.* Quod præceptum fuit ab Avidio Cassio. Æl. Spartian. in eo. *Hic ille idem, Præpositus Syriacis legionibus, luxuria dissolutus, arma singulorum septimo quoque die inspexit, vestimenta, calceamenta quoque & ocreas.* Vulcatius Gallicanus in vita ipsius. *Maximius legioni tironum ab imperatore Alexandro Severo præfectus; Jussit eam quinta quoque die decurrere, simulachra bellorum agere, gladios, loricas, galeas, scuta, tunicas & calceamenta inspexit.* Julii Capitolini sunt verba in Maximinis & multa talia exeuipia.

Postem hic de vestimentis militariibus sigillatim disserere, sed præoccuparunt alii. Et sagum quidem bellicum fuisse indumentum docere, ut alios præteream, Helenius Acron, & Porphyrio Grammatici ad Horatii l. Epod. od. 9. *Lugubre muravit sagum.* Manifeste ad discrimen M. Cicero Philip. 14. *Ad saga ire, & redire ad togas.* Erat autem, *trabeatum, virgatum, aurcum, purpureum, candidum, sfulatorium, & rufum,* ut disquirat Wolfgangus Lazius Comment. reip. Rom. 8. c. 9. quem vide. Sil. Italic. lib. ult.

Sagulo circumvolitare rubenti

Lictorem.

Chlamys in militari vestitu, quæ vel *picca*, vel *purpurea*, vel *pura*, vel *imperatoria*, vel *limbata*, vel *mantuelis*, vel *hirta*, vel denique *sagochlamys*, quod gregatorum fuit militum. Trebell. Pollio in Claudio. Lazius ejusdem libri capite sequenti. Stat. lib. 1. syl. 1.

It tergo demissa chlamys.

Corripp. lib. 1. num. 4.

Cæsareos humeros ardenti murice textit  
Circumsusa chlamys.

Paludamentum castrensis etiam vestis. Isidorus, uti de aliis, lib. 19. Etymolog. c. 24. C. Sallust. lib. 3. Historiar. *Lentulus duplici acie locum editum multo sanguine suorum defendens, postquam ex sarcinis, paludamenta adsare, & delecta cohortes intelligi cepere.* Herodian. l. 3. de Septimio Aug. P. Aurelius in Caligula. *Indutus aureo paludamento, curru bigugo decurrit.* Lazius ibidem. Claudian. de 6. Honorii consulatu:

Agnoscent proceres, habituque Gabino

Principis, & ducibus circumspicata togatis,  
Jure paludate jam curia militat aule.

Laceraa & militum gestamen. Laxius, ut videtur, quod armis superindui possit, dixi supra hoc opere. Pseudocornutus ad v. 68. fat. 1. A. Perhi:

Scis conitum horridulum trita donare lacerna.

Eodem numero dixit D. Juvenalis:

Horrenti tunicam non reddere seruo.

Erat autem varix ejus species, vel enim *candida* appellabatur, vel *pinguis*, vel *muliebris*, vel *pauperum*, quam forte birrum vocare possumus, de quo superius vide, quæ in hoc opere dixi, denique & *Tyria* celebratur. Lamprid in Alexandro: *Lacernam cordineam accipiebat.* Laz. ibid. Martial. lib. 2. epigr. 20.

Quæque Tyron toties epotavere lacerna.

Et lib. 2. epigr. 29.

Emit lacernas millibus decem Bassus

Tyrius, coloris optimi.

Penula in militari indumento numerabatur, præsertim ad pluviam arcendam. Q. Florens Tertullian. l. de Corona Militis in limine: *O militem in Deo gloriosum, suffragia exinde, & res apud acta.* Ibidem gravissimas penulas posuit revelari auspiciatis, speculatoriam morosissimam pedibus absolvit, terræ saucia insistere incipiens, gladium nec dominicæ defensionis necessarium reddidit, laurea & de manu claruit, & nunc rufatus sanguine suo, spe calceatus, de Evangelii paratura succinctus, acutiore verbo Dei totus de Apostolo armatus, & de martyrii candida laurea necibus coronatus donativum Christi in carcere expectat. Eruditissimus Jacobus Pamelius ibidem. Legitur autem illa multiplici differentia, est enim *picca*, est *oratoria*, est *popularis*, est *mulonia*, est *muliebris*, est *suminea*, est *gaspapina*, est *scortea*, est denique & *ilyriciana*.

Treb. Pollio in Claudio Casare: *Singiliones Dalmatenses de-  
cem, chlamydem Dardanicam mantelem unam, penulam Illyri-  
cianam unam.* Laz. ibid. consulantur viri docti ad Q. Horat. l. 1. epist. 11.

*Penula solstitio, campestre nivalibus horis.*  
Britannicus ad Juvenal. sat. 5. v. 78.  
Fremet seva cum grandine vernus  
Jupiter, & multo stillaret penula nimbo.  
Martial. lib. 1. epigr. 104.

*Sordidior multo post hoc toga, penula pejor.*  
De calecamentis militantium, quare dicta à me supra hoc  
opere lib. 5. cap. 36.

*De campestri, bracca, subarmali, Laz. eodem loco. Caliga,  
præterea frequenti in utro, quæ vel spiculatoria, vel elavata,  
vel fastiata, vel gemmata, vel sacerdotales, de quibus Gram-  
matici, Critici, & historici passim, neque puerili ignorant.*  
Unicus lapis addendus, cujus hoc fragmentum apponere li-  
buit:

C. OPIO. C. F. V. BASSO. P. P. C. PR. I. D.  
AUG. LEG. IV. FL. FEL. ET. LEG. II. TR.  
FORT. EVOC. AUG. AB. ACT. FORIBUS.  
PR. PR. MILIT. COH. II. PR. ET. COH. XIII.  
ET. XIV. URBAN. OMNIBUS. OFFIC. IN.  
CALIGA. FUNCTO. CENTURIONES. LEG.  
II. TRAIANÆ. FORTIS.

*Cingula non modo militum gestamina, sed & nota, siue qui-  
bus nemo militarium dignus ordinibus censetur; quippe eis  
infecti gladii gestabantur.* Joan. Saresber. lib. 6. Polycratici  
c. 13. *Honorem gladii in cingulo militari frustra portat.* Silius  
Siden. Apollin. carm. 2.

*Bullis hostilibus asper*  
*Subligat à leva fulgentem baltheus ense.*  
Recte bullis. Nam ex auro appositæ illæ, quæ à Trebellio  
Pollione in Gallienis aurati & constellationi dicuntur balthei.  
P. Virgil. lib. 12. Æneid. in fine:

*Humero cum apparuit alto*  
*Baltheus, & notis fulserunt cingula bullis.*  
Stat. l. 6. Thebaid. v. 76. observat Joan. Bernartius,  
*Cinctisque sonantes*

*Armaque majores expectatura lacertos.*  
Valer. Flacc. lib. 5. Argonauticon in fine:  
*Quis proci ille virum nobis, quem baltheus asper*  
*Subligat, & strillo stat proximus armiger arcu.*  
Milites aut dices, ut puro, bullis aureis gestabant ornatos bal-  
theos, villioribus gladiatores. Pseudo-cornutus ad v. 44. sat. 4  
A. Persii. *De gladiatoribus tractum, qui accepto vulnere, inau-  
rato baltheo tegunt.* Ipse Sartyicus:

*Cæcum vulnus habet, sed lato baltheus æuro*  
*Protegit.*

L. Sen. Herc. Fur act. 2. in choro:  
*Aurato religans illa baltheo.*  
Corrippus African. lib. 4. de laudib. Justin. num. 3.  
*Par habitus, par forma fuit, vestisque rubebat*  
*Concolor, atque auro lucebant cingula mæno.*

Auro addebantur gemmæ, quo speciosior esset apparatus:  
Corrippus ibidem loci in sequentibus elegantissime descri-  
psit:

*Nobilibus gemmis, & collo lucidus æuro*  
*Baltheus effulgens lumbos præstrinxit heriles.*  
Et lib. 2. num. 4. in limine:

*promuntque feruntque*  
*Angustas vestes, pretiosaque cingula gemmis.*  
Venatores utebantur, non tantum milites. Livius Andronicus  
apud Terentianum Maurum lib. de Meritis, quamquam non  
Latinum Andronicum censent dicendum, scripsit enim ille  
comico stylo, sed Lavium, qui heroicus fuit: sic itaque ille.

*Et jam purpureo suras include cothurno,*  
*Baltheus & revocat volucres in pectore stans.*  
*Dirige odoriferos ad certa cubilia canes.*

Adeo hic militi necessarius, ut imperatores inaugurandi co-  
cingentur: Corrippus loco proxime supra laudato, & per

eum militiam ipsam significaret, ut gestatus, militem signa-  
ret, depositus, exauctoratus, seu ignominiosa missione exce-  
dere cætris iustum. Froculph. Tom. 2. Chronic. l. 3. c. 15. *Con-  
stantinus probare volens quosdam in suo palatio Christianos, si boni  
& solidi essent viri, evocans universos præcepit dicens, ut si quidem  
venirent ad sacrificandum, & ejus colerent deos, circa eum essent, &  
in suo cingulo permanerent, si vero refugerent, egredierentur de pa-  
latio, gratias agentes, quod minime punirentur.* Ademptio hac  
cinguli militaris in gravissimis semper habebatur poenis, &  
ignominiosissimis: vocabatur autem *discinctura*, & ab aliis *re-  
cinctura*. Herodian. lib. 2. cujus verba latina à Politiano facta  
apponam. *Sed quoniam jus sanguine negant, stipendiis à vobis (Petrus)  
Romanis militibus Pertinace Aug. interfecto) principem, violato  
jurejurando ac manibus civili Imperatoris sanguine pollutis,  
proditaque fide, custodiæque animas quidem & corpora vobis vestra  
largietur humanitas, porro militibus meis ita præcipio recingant  
vultus, ac vestimentis exactos militibus nudos dimittant.* Idem l. 7.  
*Cohortibus, quæ signa amiserant, hordeum dari iussit, centuriones  
que manipulorum, quorum signa amissa fuerant, discinctis gladiis  
discinctos destitit.* Celebre illud Vuleatii Gallicani; *Stacim ad  
signa edii iussit, & programma in parietibus fixit, ut si quis cinctus  
inveniretur apud Daphnem, discinctus rediret.* Pulcherrime Joan-  
nes Saresberienis l. &c. laudatis. *Fit interdum, ut ex delicto suo  
privetur miles militia cingulo, in his maxime, ubi sacilegia com-  
mittuntur: veteri namque jure statutum est, & novo non est aboli-  
tum, ut qui non servato militia sacramento, religionem, quam pro-  
fiteretur, impugnat, cinguli amissione muldetur.* Sic etiam, nisi fal-  
lor, iuteligenstus est Casar l. 3. Belli civilis: *Hoc præterito  
tempore, servii trans fugæ nuntiaverunt, oppidanorum bona vendere,  
ne cui extra vallum liceret exire, nisi discinctum.* Huc passim  
apud ICtos cingulum pro militia ipsa usurpatur, eruditissimus  
Brissonius notat, Treb. Pollio in Gallien. *Cum cingula sua ple-  
rique militantium, qui ad convivium venerant, ponerent, & ne-  
gotatores militia cingulo prohiberent.* l. un. C. negot. ne milit-  
tent. & Jacob. Cujac. ibidem *cingi iussus miles l. 43. ff. de tes-  
tam. milit. cinctus est in alia militia l. 38. ff. eod. tit. & cinctus  
tribunus legionis l. 1. 16. Cod. Theod. de Palatin. sacrar. largit.*  
l. ult. Cod. eod. de Postuland. D. Ambrosi. ferm. 7. *cinguli hon-  
nor.* l. 14. Cod. Theod. de privileg. eor. *cinguli sacramenta.*  
l. 2. Cod. eod. quid prob. deb. *cingulo exui,* l. 1. C. ne rei do-  
min. veltempor. *cingulo spoliandus,* l. 3. C. domest. & protec-  
lib. 12. *post depositum cingulum,* l. 2. C. ubi de ratiociniis, digni-  
tatem & cingulum amissuro, l. 2. Cod. ut nemini liceat in  
Comp. spec. l. 10. Ζώνη vocat Zonaras in Comment. Nicenæ  
synodi. Suidas Ζώνη τὸ ἀξίωμα interpretatur. Et quod apud  
Basilium Maguum in Orat. de Martye Gord. scribitur *πιπασ-  
τὴν Ζώνην*, nihil aliud sonat, quam quod Tertull. l. de præscrip-  
t. adversus hæreticos ait, *cingulo abjecto & deposito.* Valentiniani  
Theodosii & Arcadii AAA. rescriptum extat. l. 3. C. Theod. de  
his qui relig. contend. *Qui sacrilego animo auctoritatem nostri  
numinis ausi fuerint expugnare, privati cingulo, bonorum profiri-  
one muldentur.* Non possum non pulcherrimum ex Suida in  
Auxentio historiam adducere, cujus verba Latina sic sonant;  
*Erat in quadam palatii aula fons aquæ, & in eo Bacchi statua, &  
vitis ampla, totum complexa locum atque innumbrans, quo cum Li-  
cinius, per causam delectationis venisset, Auxentio & aliis multis  
et comitantibus, vitæ intuens, novam magnam & maturam  
palmis dependentem vidit, eamque Auxentium refecare ius-  
sit; at ille statim semori appenso pugione strillo, refecit, nihil  
suspicans; Licinius autem, posito, inquit, novam ad pedes Bac-  
chi, at ille, absit, Imperator; Christianus enim ego sum, igitur  
apage te, relicta militiæ, inquit Licinius, alterum enim sac-  
cum, necesse est, at hic nihil cunctatus, & solvit zonam, & sta-  
tim alacer palatio excessit.* Claudian. lib. 2. in Eutrop.

*Militiam nullam, nec prima superbus*  
*Cingula dignari.*  
Idem in satisfactione ad Hadrianum præfectum prætorio:  
*Quod si nec precibus, stertu nec stelleris ullo,  
Eripe calcatis non prospera cingula Mustis,  
Eripe militiam.*  
Certe itaque acinctum pro milite, discinctum pro inhabili  
ad



ad militiam, aut dissolutio accipiebant, repete quæ supra hoc opere à me dicta eam in rem lib. 5. cap. 32. in fine. D. Aufon. in Grænar. Act. *Familiaris habitus decentior, aut militaris ac- cinctior.* Vet. Scholiast. Juvenal. ad sat. 2. v. 143. *Qui toga deposita, qua utebantur senatores, tanquam infames tunica utebantur, hinc dissoluti dicuntur.* Servius ad illud lib. 1. *Æneid.*

*Illi se præde accingunt.*  
Et ad illud lib. 8. *Æneid. idem:*

*discinctos Mæciber Afros.*  
*Discinctos, id est, inhabiles militia; omnes enim qui militant, cincti sunt, aut certe inefficaces & ignavi, ut contra præcinctos dicimus.* Horatius (lib. 1. sat. 5. in principio) *altius, ac nos præcinctis, unum hinc & velle strenuus.* C. Sueton. Julio c. 45. *Unde emanasse Syllæ dictum constat, optimates sepius admo- nentis, ut male præcinctum puerum caverent.* Paulo aliter Macro- bius l. 2. Saturnal. c. 3. *Adeo ut Sylla tanquam providus dixerit Pompejo, cave tibi illum puerum male præcinctum.* *Ægeus Græci dissolutus luxu diffidentes appellant.* Horat. lib. Epod. od. 1. Acton & Porphyrio ibidem.

*Discinctus aut perdam ut nepos.*  
Ovid. lib. 1. de Arte Amandi:  
*Insitor ad dominam venit discinctus emacem.*  
Et lib. 1. Amor. eleg. 9.

*Ipse ego signis eram, discinctaque in otia natus.*  
Ut hi ignavi, desides, rerumque militarium rudes, ita cincti periti bellandi. Claudianus cultissime non uno in loco lib. 2. in Eutrop.

*Quid, quod & armati cessant, & nulla virilem Inter tot gladios sexum reminiscitur ira?*  
*Hincine nostrorum cinctus abire nepotum?*  
*Sic Bruti despectus honor.*

Vide notas ibidem loci. Ad formam militaris discipline, & civici magistratus cingi solebant. Plaut. Bacchidib. sc. *nunc experiar.*

*Cinctulo præcinctus in sella apud magistrum assideres.*  
M. Manil. lib. 5. Astronomic. de Consule Romano:  
*Menia succinctus curvo describit aratro.*

M. Lucan. lib. 4. Pharsal. v. 430.  
*Sarmaticumque premet succinctus Consul aratram.*

Sicuti supra hoc opere ostensum legislatorem plus exemplo, quam præceptis ad civitatem bene ordinatam posse, ita & militaris multitudo præcipue tyrones, potius Principum actis, quam mandatis adjuvantur. Onofander cap. 1. vide notas illas doctrinæ referentissimas ad Taciti celebriora quædam loca Jani Gruteri. de Coriolano Halicarnasi lib. 8. de Juliano Ammian. lib. 24. de Maximino Herod. lib. 7. de C. Mario Sallust. Jugurth. de Alexandro Q. Curt. sæpe, & præsertim libr 5. l. 7. de Theodosio Sozomen. hist. Ecclesiast. præfat. de Iphicrate Prob. in eo. de Corbulone Tacit. lib. 14. de Brasida Thucyd. lib. 5. de Manuele Nicet. Choniast. 6. in fine. de Cyro & Scythæ Xenoph. Exposit. lib. 7. de Philopomene Plutarch. in eo. de Catone Lucan. lib. 9.

*— dum primus arenas Ingre diar.*

De Nerone Sil. Italic. lib. 15. 577.  
*Horatiani genus acer habet precedere ductor.*

Dicam ad Claudian. de 4. Hon. Consul.  
*Nunc eques in medias equitum te consere turmas;*  
*Nunc pedes assillas pediti, tum promptius ibant*  
*Te scio, tum conspicuus gratiusque feretur*  
*Sub te teste labor.*

Et lib. 2. de laudib. Stilich.  
*Utque ducum lituos, sic mores castra sequuntur.*

CAPUT I.

Quomodo Romani bellum hostibus indixerint.

**D**E militia Romanorum dicturi, ante omnia exponemus, qua ratione bellum hostibus indixerint, & quomodo fœdus cum sociis percusserint: hæc enim legentibus non ingrata esse futura mihi plane persuadeo. Romani, inquit Varro lib. 2. de Vita populi Romani, bella & tarde & nulla licentia suscipiebant, & quod bellum nullum nisi pium putabatur geri oportere, priusquam indicerent bellum iis, à quibus injurias factas sciebant. *Fetiales* legatos res repetitum mittebant quatuor, qui, si postulata impetrassent, fœdus cum iis feriebant: sin minus, re deliberata, bellum indicebant. Quod qua ratione factum sit, pluribus verbis docent Dion. Halicarn. Livius, Plutarchus, & alii. *Dionysii* atque *Livii* verba adscribemus, & quidem *Dionysii* lib. 2. primum. Is ergo *fetialium institutionem* & munera exponens, ita verba facit: *Fetialium*, inquit, quando apud aliquam civitatem *caduceatorum* funguntur munere, hos ritus à majoribus accepimus. Unus quispiam illorum electus à collegio, veste augustiore, suisque in signis verendus ad infestorum hominum agrum profectus, cum primum fines eorum attigit, *Jovem caterosque Deos* invocans, testatur à Romanis se venire, jusque suum petere. Deinde juratus, ire se ad injustam civitatem, & si quid mentiretur, seque suosque cives execratus, *intra fines* ingreditur, & quem primum obvium nactus est, eum testatur, sive is urbanus sit, sive rusticus, & repetitis eisdem precibus atque execrationibus, *ad urbem* pergit. Quam, priusquam ingrediatur, vel portæ custodem, vel primum quemque in porta obvium similiter testatur, ad forum procedit: ibique itans, *magistratibus* adventus sui causam indicat, semper jusjurandum & imprecationes adjiciens. Tum si damnatos *auctores injuria*, deditosque acceperit, abducens eos amicus ipse ab amicis discedit. Quod si tempus ad deliberandum peterent, *post decem dies* revertebatur, idque aliquando tertio. Elapsus autem triginta diebus, si non impetraret jus suum, obtestatus superos atque inferos discedebat, hoc tantum præfatus, *super ea re populum Romanum per otium deliberaturum.* Deinde assumptis cateris *fetialibus* senatui renuntiabat, omnia se rite executum, & si velint bellum decernere, licere id illis per Deos. Alioqui si quid horum omisissum esset, neque *senatui* fas erat decernere bellum, neque *populo*, &c. Hactenus *Dionys.* Nunc etiam *Livium* lib. 1. audiemus, qui annotat, hunc morem ab *Æquiculis* desumptum ab Anco Marcio Romæ primum institutum atque à posteris etiam religiose observatum fuisse. Is itaque de Latinis agrum Romanum prædantibus, & legatis ab Anco Rege, ut res repeterent, ad eos missis, verba faciens sic pergit: Legatus (*fetialem* intelligit) ubi ad fines eorum

Xxxx 2 venit,

venit, unde res repetuntur, *capite velato* (filum lanæ velamen est.) *Audi Jupiter*, inquit, *audite fines* (cujuscunque gentis sunt, nominat) *audiat fas*. Ego sum publicus nuntius populi Romani, iuste pieque legatus venio, verbisque meis fides sit. Peragit deinde postulata, inde Jovem testem facit: *si ego iniuste, impieque illos homines illasque res dedier nuntio populi Romani mihi exposco, tum patria compotem me nunquam finas esse*. Hæc cum fines suprascandit, hæc quicunque ei primus vir obvius fuerit, hæc, portam ingrediens, hæc forum ingressus, paucis verbis carminis concipiendique jurisjurandi mutatis, peragit, si non deduntur, quos exposcit, *diebus tribus & triginta* (tot enim solennes sunt) peractis, bellum ita indicit: *Audi Jupiter, & tu Juno, Quirine, Diique omnes cælestes, vosque terrestres, vosque inferni audite: Ego vos testor, populum illum* (quicunque est, nominat) *injustum esse, neque jus persolvere, sed de istis rebus in patria majores natu consulemus, quo pacto jus nostrum adipiscamur*. Cum his nuntius Romam ad consulendum redit. Confestim Rex his ferme verbis patres consulebat: *Quarum rerum, litium, caularum condixit pater patratus populi Romani Quiritium patri patrato priscorum Latinorum, hominibusque priscais Latinis, quas res dari, fieri, solvi oportuit, quas res nec dederunt, nec solverunt, nec fecerunt, dic inquit ei, quem primum sententiam rogabat, quid censes? Tum ille: Puro pieque duello quarendas censes; itaque consentio, consciscoque*. Inde ordine alii rogabantur: quandoque pars major eorum, qui aderant, in eandem sententiam ibat, bellum erat consensu fieri solitum: ut *fetialis* hastam ferratam, aut sanguineam præustam ad fines eorum ferret, & non minus tribus puberibus præsentibus diceret: *Quod populi priscorum Latinorum, hominesque prisca Latini adversus populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt: Quod populus Romanus Quiritium bellum cum priscais Latinis iussit esse, Senatufque populi Romani Quiritium censuit, consensit, conscivit, ut bellum cum priscais Latinis fieret: ob eam rem ego populusque Romanus, populis priscorum Latinorum, hominibusque priscais Latinis, bellum indico, facioque*. Id ubi dixisset, *hastam in fines eorum emittebat*. Hæc *Livius*, cum quo consentit *Agellius*, qui lib. 16. cap. 14. ex *Cincii* lib. 3. *de re militari*, fetialem populi Romani bellum indicentem hostibus, telumque in agrum eorum jacientem, hisce verbis uti scripsit: *Quod populus Hermundulus, hominesque populi Hermunduli adversus populum Romanum bellum fecere, deliqueruntque, quodque populus Romanus cum populo Hermundulo, hominibusque Hermundulis bellum iussit: ob eam rem ego populusque Romanus populo Hermundulo hominibusque Hermundulis bellum indico, facioque, &c.* Atque ita quidem bellum Romanum hostibus indicebant. Quo vero ritu fœdera percusserint, capite sequenti explicabimus.

## CAPUT II.

*Quem ritum Romani observarint, ferientes fœdus cum aliquo populo.*

**D**iximus ante, si Romanorum legati ad vicinos populos missi, postulata impetrassent, fœdus cum illo percussisse: si minus, bellum ipsis indicisse. Utrumque fiebat per *fetiales*, de quibus nos multa libro harum Antiquitatum 3. Quo vero ritu fœdera percusserint (morem enim belli indicendi jam audivimus) eleganter docet *Livius*, cujus lib. 1. in historia *Tulli Hostilii* hæc sunt verba: *Fœdera alia aliis legibus, ceterum eodem modo omnia fiunt*. Tum ita factum accepimus, nec ullius veterior fœderis memoria est, *fetialis* Regem *Tullum* ita regavit. *Jubesne me Rex cum patre patrato populi Albani fœdus ferire?* jubente Rege: *sagmina*, inquit, *te Rex posco*. Rex ait, *puram tollito*: *fetialis* ex arce graminis herbam puram attulit: postea Regem ita rogavit: *Rex facisne me tu Regium nuntium populi Romani Quiritium? vasa, comitesque meos?* Rex respondit: *Quod sine fraude mea populique Romani Quiritium fiat, facio*. *Fetialis* erat *M. Valerius*, is patrem patratum *Sp. Fusum* fecit, verbena caput capillosque tangens (*pater patratus* ad jusjurandum patrandum, id est, sancendum, fit) fœdus, multisque id verbis, quæ longo effata carmine, non operæ est referre, peragit. Legibus deinde recitatis, *audi*, inquit, *Jupiter, audi pater patrato populi Albani, audi tu populus Albanus, ut illi palam prima postrema, ex illis tabulis cerave recitata sunt sine dolo malo*: utique ea hic hodie rectissime intellecta sunt, illis legibus populus Romanus prior non deficiet: si prior defexit publico consilio, dolo malo, tu illo die *Jupiter* populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque. Id ubi dixit, porcum saxo silice percussit. Hæc *Liv.* *Polybius* etiam in commemoratione fœderis inter *Carthaginenses* & *Romanos* icti scribit, *Romanos* in fœderibus ferendis jurasse *Jovem lapidem*, cujus verba non abs re erit adjicere. *Romani*, inquit, *Jovem lapidem*, secundum vetustissimum ritum, ac per *Martem*, & *Enyalium* jurarunt. *Ritus* vero jurisjurandi per *Jovem lapidem* fuit hujusmodi: *Fetialis* sumpto in manibus lapide, postquam de fœdere inter patres convenerat, hæc verba dixit: *Si recte, ac sine dolo malo hoc fœdus, atque hoc jusjurandum facio, Dii mihi cuncta felicia præstent: si aliter aut ago, aut cogito, cæteris omnibus salvis in propriis patriis, in propriis legibus, in propriis laribus in propriis templis, in propriis sepulchris, solus ego peream, ut hic lapis et manibus meis decidet*. Nec plura locutus, manu lapidem dejiciebat. Tantum *Polybius*, ubi vetus interpres *Sipontinus* bis vertit, per lapidem,

pro, *Jovem lapidem*, de quo errore vide *Jacobum Leopardum* libro sexto *Emendationum* cap. 15. Sic etiam *Festus*: Lapidem silicem tenebant juraturi per Jovem, hæc verba dicentes: *Si sciens fullo, tum me Diespiter salva Urbe arceque, bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem*. Ex quo *Festi* loco *Car. Sigonius* etiam apud *Livium* pro, tu illo die Jupiter, quod in vulgatis habetur, reposuit, tum me Diespiter, &c. Atque tantum de ritu hoc. Leges fœderum non adscribimus, quarum exempla in *Livio* lib. 38. *Polybio* lib. 3. & alibi extant, unde peti possunt.

## CAP. III.

*De delectu militum, & sacramento militari.*

INDICTO bello, proximum erat, *ducem* creari, & *militum delectum* haberi. De duce paulo post dicemus: hoc vero capite de delectu. Scribit *Servius* ad 8. *Eneidos* Virgillii, tria fuisse militiæ genera, *sacramentum*, *conjuracionem* & *evocationem*. *Sacramentum* eorum, qui singuli jurabant pro republica se esse facturos, nec discedebant, nisi confectis stipendiis. *Conjuracionem*, si esset tumultus, id est, bellum Italicum, vel Gallicum, quo tempore, quia singulos interrogare non vacabat, qui fuerat ducturus exercitum, ibat ad Capitolium, & exinde *proferens duo vexilla*, unum *roseum*, quo pedites evocabat, alterum *cæruleum*, quo equites, dicebat: Qui vult salvam rempublicam, me sequatur, & qui convenissent, simul jurabant, unde dicebatur ista militia *conjuratio*. unde lib. 45. scribit *Livius*: Senatusconsultum factum, ut *Consul*, quos præter milites sociosque navales conjuratos haberet, dimitteret. *Evocationem* vocabant, cum ad diversa loca diversi, propter cogendos mittebantur exercitus. Legitimum tamen militiæ genus *sacramentum* erat, qui hoc genere militarent, ab ipsis ducibus delectu habito conscribebantur, hac, uti *Polybius* libro sexto tradit, ratione: Cum inquit, militum delectum habituri sunt, *Consulari præditi magistratu*, prædicunt publice diem, quo adesse oporteat Romanos, per ætatem ad arma idoneos, atque id singulis annis faciunt. Ubi vero advenit præstitutus dies, omnibus, qui militiæ habiles sunt, in Urbem cœuntibus, atque in *Capitolium* congregatis, dividunt se ipsi juniores *tribuni* (quorum quatuordecim erant) sicut populus *Imperatores*ve instituerint, in quatuor partes: quoniam in quatuor ipsi legiones universam, primamque partitionem copiarum distribuunt. Atque ii, qui primi quatuor electi sunt *prima legioni* assignantur tres, qui deinceps *secunda* legioni tribuuntur: quatuor subsequentes, *tertia*: tres ultimi in *quarta* transferuntur. Ex provecioribus vero (quorum erant numero decem) duos sane primos primæ tribuunt legioni: tres secundos secundæ: duos subsequentes, *tertiæ*, tres ultimos, *quartæ*, ex provecioribus inquam. Cum in hunc modum *tribuni ordinati* constitutique fuerint, ut omnes legiones æquales principes habeant: post hæc seorsum cujusque legionis *tribuni* sedentes, tribus sigillatim in legiones fortiuntur, advocantque, quam fors assidue prætulit, atque ex ea eligunt quatuor adolescentes, ætate & corporis habitu quam simillimos. Productisque iis, optionem faciunt *primi prima legionis tribuni*, secundi secundæ, tertii *tertiæ*, postremi 4. Rursus quatuor aliis productis, primi optionem faciunt *secunda legionis tribuni*, & sic deinceps, ultimi autem primæ. Post hos aliis quatuor productis, primi accipiunt *tertia legionis tribuni*, postremi secundæ, semperque in hunc modum ad portionem, atque ambitu quodam facta electione, accidit, ut pares in legiones singulas viri distribuantur. Cum vero elegerint præsentem multitudinem (hoc autem est, ut faciant singulas legiones modo quaternum millium & ducentorum peditum, modo quinque millium, si quando majus aliquod videatur periculum imminere) iis ita distributis, *equites* antiquitus sane posteriores *peditibus* legionariis solebant recensere: nunc vero priores, censusque eorum habita ratione, ditiores a *censo*re deliguntur, describuntque trecentos in singulas legiones. Delectu perfecto, prædictum in modum congregant ex iis tribuni suos quisque per singulas legiones, unumque eligentes maxime idoneum, sacramento adigunt profiteri, obtemperatum se ducibus procul dubio, atque eorum mandata pro viribus executurum, tum reliqui jurant singulatim procedentes, id ipsum significantes, omnia videlicet facturos sese, quemadmodum primus ille.

Per idem tempus *Consulari præditi potestate* edicunt præfectis sociarum civitatum in Italia, e quibus auxilia putant accersenda, numerum indicantes, diemque & locum, in quem convenire oporteat, qui delecti fuerint. At civitates delectu habito, simili ante dicto, mittunt *sacramento* adactos, constituto præfecto, & mercedis exhibitore. Romæ autem tribuni ubi milites jurare adegerint, denunciato die singulis legionibus, ac loco, ad quem adesse oporteat inermes, tum quidem eos dimisere. Hactenus *Polybius*. Quod hic de *sacramento militari* dicit, quale id fuerit, nemo fere exponit, nisi quod sancte atque religiose à militibus id observari, eoque juberi militantes sequi duces, quocumque ducat, scribunt. Sic enim *Dionys. Halicarnass.* lib. 11. in historia secessionis plebis in montem Aventinum. Horrentibus autem multis sacra movere signa, neque tutum, neque sanctum esse existimantibus omnibus duces relinquere, ob *sacramentum militare*, quod maxime omnium servant Romani. Jubeat enim militantes sequi *duces* quocumque ducat; lexque ducibus potestatem dedit occidendi non parentes,

relinquentesve signa indemnatos, & indicta causa. Et primum quidem milites sacramento tantum à *tribunis* rogabantur, non jurejurando ad militiam adigebantur: ipsi autem inter se conjurabant, se fugæ atque formidinis causa non abituros, neque ex ordine recessuros. Postea vero *L. Æmil. Paulo* II. C. *Ter. Varrone* *Coff.* anno *1035* *111.* jurejurando milites fieri cœpere. Docet hoc *Liv.* lib. 22. Milites tunc, quod nunquam antea factum erat, jurejurando à tribunis militum adacti, jussu *Coff.* conventuros, neque injussu abituros. Nam ad eam diem nihil præter sacramentum erat: & ubi ad *decuriatum*, aut *centuriatum* convenissent, sua voluntate, ipsi inter se equites *decuriati*, *centuriati pedites* conjurabant, sese fugæ, atque formidinis ergo non abituros, neque ex ordine recessuros, nisi teli fumendi, aut petendi, aut hostis ferendi, aut civis servandi causa. Id ex voluntario inter ipsos cœdere à tribunis ad legitimam jurejurandi adactionem translatum. Hæc ille. Et huc pertinet, quod ex lib. 5. *Cincii* de re militari, *Agell.* lib. 16. cap. 4. refert: Cum, inquit, delectus antiquitus fieret, & milites scriberentur, in jusjurandum eos trib. militaris adigebat hoc modo: In magistratu *C. Lælii* C. F. *Coff.* *L. Corneltii* P. F. *Coff.* in exercitu, decemque millia passuum prope furtum non facies dolo malo solus, neque cum pluribus, pluris nummi argentei in dies singulos extra hastam, hastile, ligna, pabulum, utrem, follem, faculam, si quid ibi inveneris, sustulerisve, quod tuum non erit, quod pluris nummi argentei erit, uti tu *C. Lælium* C. F. *Cof.* *Luciumve Corneliium* Publ. F. *Cof.* sive ad quem eorum alter jusserit, perferas, aut profitebere in triduo proximo, quidquid inveneris, sustulerisve dolo malo, aut domino suo, cujus id censuris esse, reddes, uti quod recte factum esse voles. Deinde ita concipiebatur jusjurandum, ut adessent, his additis exceptionibus, nisi harumce aliqua causa erit, *funus familiare*, *feria denciales*, *kalendaque*, quæ non ejus rei causa in eum diem collocatæ sint, quo is eo die minus ibi esset, morbus fonticus, auspiciumque, quod sine piaculo præterire non licet, jus, hostisve status conditusve dies cum hoste, si cui eorum harumce quæ causa erit, tum se postridie quam per eas causas licebit, eo die venturum aditurumque qui eum pagum, vicum, oppidumve delegerit. Hæc *Agellius*, Quantam autem vim habuerit *militare sacramentum*, & ut sine sacramento pugnari cum hoste more majorum haud licuerit, ostendit multis verbis *Cic.* in 1. de *Offic.* ubi recitat exemplum filii *Catonis*, qui in exercitu *P. Æmilii* tyro militabat. Cum enim *P. Æmilio* videretur unam dimittere legionem, & *Catonis* quoque filium, qui in ea legione militabat, dimitteret, ille autem amore pugnandi in exercitu remansisset: *Cato* ad *P. Æmilium* scripsit, ut si eum pateretur in exercitu remanere, secundo eum obligaret militiæ sacramento. Cujus rei etiam meminit *Plutarchus* in quæstionibus Rom. quæst. 39. cum quærit, qua causa fiat, quod qui *sacramento militari* non tenerentur, etiam si alias in castris & exercitu versarentur, non tamen haberent jus interficiendi, aut vulnerandi hostis. Hæc ille.

De *atate militum* notandum, eos ante *septimum decimum*, & post *quadragesimum sextum* ætatis annum non nisi summa necessitate cogente, ad arma vocari solitos. Quare cum mos increbuisse, ut minores etiam annis *septemdecim* aliquando scriberentur, à *Sempr. Graccho* tribuno plebis lata lex est: Ne quis ante annum *decimum septimum* ad militiam cogeretur, teste *Plutarcho*. Est & hoc loco silentio haudquaquam prætereundum, qui fuerit conferendi militaris ordinis apud veteres ritus. Scribit enim *Barn. Briffonius* IC. eos, qui militiæ nomen dederint, non prius militum numero habitos, quam jurejurando adacti, cincti, & in numeros relati essent. De *sacramento militari* jam diximus. *Cingi* autem eos, qui inter milites recipiebantur, consuevisse, ex 1. *filiusfamilias* & 1. *Titius* & 1. quod dicitur, §. 1. ff. de *milit. testam.* facile colligi potest. Fluxit autem mos iste ex eo, quod qui militabant omnes cincti erant, quemadmodum *Servius* in 2. *Æneid.* *Virgiliti* tradit. Ex quo in *procinctu* facta testamenta *Festo* interprete, dicebantur, quæ milites pugnaturi, vel, ut planius *Plutarchus*, præsentibus commilitonibus nuncupabant.

Nec vero in castris *discinctus* quis sine nota versabatur: quinimo hoc grande scelus, morteque pian-dum militaris disciplinæ severi *censores* credebant, si quis ambulasset, aut vallum subiisset *discinctus*. Exemplum *Tacitus* libro undecimo præbet, cui adde, ignominia militaris genus fuisse, ut *discincti* vel stare, vel opus facere milites cogerentur. Postremo in numeros milites referri debebant. Nam qui nondum in numeris erant, etiam si lecti tyrones essent, & publicis expensis iter facerent, nondum tamen milites habebantur, 1. ex co. ff. de *milit. testam.* Hæc fere *Barnabas Briffonius* lib. 2. *Selectarum* ex jure civili antiquitatum, cap. 6. & 7. Atque de delectu & *militari sacramento* hætenus. Jam qualis exercitus Romanorum fuerit, videbimus.

## CAPUT IV.

## De legionibus, auxiliis, &amp; quod jus fuerit legionis.

UNIVERSUS exercitus Romanus in duas partes divisus fuit, in *legiones*, & *auxilia*. *Legio* à *legendo*, teste *Varrone*, dicitur, quia leguntur milites in delectu: vel à *deligendo*, ut *Plut.* scribit in *Romulo*, quod ex omnibus pugnaces in illis delecti forent. *Vegetius* legionem ab eligendo appellatam ait,

ait, quod vocabulum eorum desideret fidem, atque diligentiam, quibus milites probentur. Numerus vero militum in legionibus non idem semper, sed varius diversis temporibus fuit. Prima *legio* sub Romulo *trium millium* peditum, & trecentorum equitum fuit, & uti consentiunt *Livius*, *Dionysius*, *Plutarchus*, & alii. Postea autem sæpe variatus hic numerus est, ut modo *quatuor*, modo *quinque*, modo *sex millium* peditum, itemque modo ducentorum, modo trecentorum equitum scriberetur. *Plutarchus* in Romulo, auctor est, Romulum post Sabinos in civitatem acceptos, legionem duplicasse, atque eam *sex mille* peditum, & sexcentorum equitum fecisse, in qua re sine dubio fallitur: *Carolus Sigonius* tamen, & hunc secutus *Onuphr. Panvinus*, in ea sunt opinione, Romulum post Sabinos victos & in Urbem receptos, *legionem* ad quatuor millium hominum numerum auxisse, unde & quadrata dicta sit: cujusque usus fere semper usque ad *Cajum Marium* Romæ fuerit, auctore *Sexto Pompejo*, cujus hæc sunt verba: *Sex millium & ducentorum* hominum primus *C. Marius* conscripsit legionem, cum antea quatuor millium fuisset, unde etiam appellabatur *quadrata*. Quæ ipsorum sententia à vero non est aliena. Legimus enim apud *Livium* lib. 6. ubi de bello *Volsco*, quod gestum est anno ab Urbe condita 372. scribit, quod quatuor legiones quaternum millium scriptæ sint. Idem lib. 7. tradit, bello *Latino & Gallico*, cum undique socii à Romanis deficerent, Senatui anxium, ne omnes socii deficerent, jussisse *Consules* omnes imperii vires delectu habendo extendere: scriptas igitur undique non urbana tantum, sed etiam agræsti juventute *legiones* decem, quaternum millium & ducentorum, equitumque trecentorum. Octavo rursus libro annotat, scribi fere solitas tum fuisse quatuor *legiones*, quinque millibus peditum, equitibus in singulas legiones trecentis. Et in historia belli *Persici*, legionem in Macedoniam scribi à Senatu jussam senum millium peditum & trecentorum equitum dicit. Verum ex illis ipsis locis facile intelligitur, illum numerum extraordinarium tum fuisse. Quo etiam accedit testimonium *Polybii* lib. 6. qui & ipse retulit, *legiones* conscribi memoria sua ex quinque millibus peditum, & tricenis equitibus solitas. Vixit autem cum *Pub. Emilio* post bellum *Persicum*. Et quod ante ex *Festo* diximus, *Cajum Marium* primum legionem *sex millium* conscripsisse, id non Senatus decreto, sed Imperatoris consilio factum, ostendit *Sallustius*, cum ait: Igitur *Marius* cum aliquanto majore numero, quam decretum erat, in Africam profectus, &c. Hunc igitur *legio* *sex millium* fuisse à multis traditur, quod hic maximus ejus numerus, stante republica, fuerit. *Vegetius* auctor est suo tempore *legionem* habuisse peditum *sex millia*, equites septingentos triginta duos: & addit, majorem etiam interdum esse consuevisse. Hæc de *legione*.

Altera pars exercitus *auxilia* erant. Sic autem dicebantur ii milites, qui à sociis, vel foederatis gentibus mittebantur, de quibus *Polyb.* lib. 6. ubi de delectu militum agit, ita scribit: Per idem tempus *Consul* præditi potestate edicunt præfectis sociarum civitatum in Italia, è quibus *auxilia* putant accersenda, numerum indicantes, diemque & locum in quem convenire oporteat, qui delecti fuerint. At civitates delectu habito, simili ante dicto, mittunt *sacramento adactos*, constituto præfecto, & mercedis exhibitore, &c. Hi vero deteriori jure, quam *legionarii* milites erant.

*Vegetius* lib. 2. quid inter *legiones & auxilia* intersit, his verbis docet: *Auxiliatores*, inquit, conducuntur ad prælium ex diversis muneribus venientes, nec disciplina inter se, nec notitia, nec affectione consentiunt. Alia instituta, alius inter eos est usus armorum. Necessè est autem, tardius ad victoriam pervenire: qui discrepant ante, quam dimicent. Denique cum in expeditionibus plurimum proficit, omnes milites unius præcepti significatione converti, non possunt æqualiter jussa complere, qui ante pariter non fuerunt: tamen hæc ipsa, si solennibus diversisque exercitiis prope quotidie roborentur, non mediocriter juvant. Nam *legionibus* semper *auxilia*, tanquam levis armatura in acie jungentur, ut in his præliandi magis adminiculum esset, quam principale subsidium: *Legio* autem propriis cohortibus plena, cum gravem armaturam, hoc est, *principes, hastatos, triarios, antesignanos*, item levem armaturam, hoc est, *ferentarios, sagittarios, funditores, balistarios*, cum proprios, & sibi impositos equites legionarios iisdem matriculis teneat, cum uno animo, parique consensu castra muniat, aciem instruat, prælium gerat, ex omni parte perfecta, nulloque indigens adjumento, quantam libet hostium multitudinem superare consuevit. Hactenus *Vegetius*, qui etiam paulo ante scribit, in *legionibus* longe amplio rem militum numerum conscribi consuevisse, quam in *auxiliis*.

Cæterum ut ad *legionem* redeamus, nemini in iis militare licebat, nisi civibus Romanis ingenuis, & qui in quinque classibus censi, atque ludicræ artis expertes essent. Unde sequitur *servos, libertinos, pueros, seniores*, capite censos, & histriones, si quando ad arma vocati sunt, non nisi cogente necessitate in dubiis rebus republicæ vocatos esse. Qui autem in legione militabant, varia comoda consequentur, patebat eis aditus ad *militaria munera*, patebat eis cohors *prætoria*, dabatur *stipendium*, concedebatur præda, & addebantur *donæ Imperatoris*. De muneribus militaribus. & cohorte prætoris paulo post dicendum nobis erit, quemadmodum etiam de donis Imperatoris. Hoc loco tantum de *stipendio*, quale militum legionariorum fuerit, paucis agemus.

Milites Romani ab initio *stipendium non meruerunt*, sed de suo quisque eo functus est munere. Anno demum trecentesimo quadragesimo septimo *Anxure* *Volscorum* oppido capto, ac direpto pedites primum stipen-

stipendium acceperunt, & triennio post bello Vejenti etiam equites, teste *Livio*. Quodnam igitur stipendium illud fuerit, videamus. *Polybius* diurnum peditis quæstum obolos duos statuit, *centurionis* duplex equitis *drachmam*, quæ eadem est fere apud Græcos, ac *denarius* apud Romanos. Oboli autem duo quemadmodum *Justus Lipsius* libro primo Electorum capite secundo supputat, faciunt asses Romanos tres. Vile profecto stipendium, pro quo tot adire labores & pericula cogebantur, & de quo vestes etiam atque frumentum comparanda erant: si enim eorum quicquam à *quæstore* accepissent, certum statutumque pretium eo nomine de pecunia detrahebatur, *Polybius* lib. 6. Donec tandem *Cajus Sempronius Gracchus* tribunus plebis lege cavet, ut vestis e publico militi daretur: & ut nihilominus pecuniam quoque totam acciperet, teste *Plutarcho* in Gracchis. *Justus Lipsius* existimat etiam de frumento, priori aliqua lege gratiam factam esse.

Post aliquot annos, *Cajus Julius Caesar*, uti *Suetonius* scribit, legionibus stipendium in perpetuum duplicavit, quod *Lipsius* sic interpretatur, constitutum à Cæsare stipendium fuisse sex aut septem assium. Post *Cajum Cæsarem* constituta republica, & imperii jam certus, quicquid ubique militum esset (verba sunt *Suetonii*) ad certam stipendiorum præmiorumque formulam adstrinxit. formula *Augusti* latior *Julia*, videlicet in diem deni asses, ita ut menstruum militis sub Augusto esset circiter vinti quinque denarii, id est, aureus unus Romanus, monetæ nostræ aurei duo. Ab Augusto qui stipendium militum auxerit, neque ab aliis auctoribus annotatur: *Justus Lipsius* in hac est sententia, Cæsarem *Caligulam*, vel *Claudium* addidisse alterum aureum, tertium fortasse additum per bella civilia *Vitelli* & *Obonis*, quartum tandem à *Domitiano*; de quo ita *Suetonius*, quemadmodum legendum docet *Lipsius*. Addidit & quartum stipendium militi, aureis ternis. Atque in hanc eandem sententiam *Zonaras* scribit. Cum militibus septuagenæ quinquæ drachmæ (ita denarium Græci vertunt) solverentur, centeos dari *Domitianus* iussit. Ergo ab initio stipendium militum diurnum fuit trium assium: postea *C. Jul. Cæsare* regnante sex, vel septem assium: *Augusto* imperante, decem assium, quo tempore menstruum fuit aureus Romanus, tum aurei duo, postea tres, demum quatuor, Romani scilicet: quorum unus valet nostræ monetæ aureos duos. Et de hac quidem quæstione plura *Justus Lipsius* in primo Electorum libro, ex quo hæc descripsi, cum alii interpretes adducti corrupto *Suetonii* loco diversa in medium protulerint.

Non erit ab hoc loco alienum, si de numero etiam legionum quædam afferamus. Numerus legionum Romanarum non unus semper fuit. Primum quidem, quemadmodum *Polybius*, *Livius*, *Vegetius*, & alii memoriæ produnt, quotannis quatuor legiones scribi solebant, quæ Consulibus ad bella prope quotidiana proficiscentibus traderentur, singulis legiones binæ. Urgente vero necessitate, plures scribebantur, ita ut apud *Livium* legamus, nonnunquam x. xvi. xviii. & plures etiam legiones Romanos habuisse. Verum certus earum numerus non fuit semper. Postea vero quam *Cæsar Augustus* bellis civilibus confectis, rerum potitus est, militum legiones multas legit, easque certis auctoramentis habuit mercenarias, quæ Romanum à barbaris tuerentur imperium, de quibus, earumque nominibus & quibus in locis constitutæ fuerint, *Dionem* loquentem audiemus. Is lib. 55. sic scribit: Alebantur eo tempore legiones urbanae xxiii. aut, quem alii numerum ponunt, xxv. nostro tempore solæ xix. restant: nempe secunda *legio Augusta*, cujus in superiori Britannia sunt hyberna: tres tertiæ, una in Phœnicia, *Gallica* nomine: altera in Arabia, *Cyrenaica* dicta: tertia *Augusta* in Numidia: quarta *Scythica* in Syria: quinta *Macedonica* in Dacia, sextæ duæ, una in inferiori Britannia, *Victrix*: altera in Judea, *Ferrea* (vel *Ferrate*) vocabulo insignis: septima in Mysia superiori, *Claudia* præcipue nuncupata: octava *Augusta*, in Germania superiori: decima *Gemella*, vel *Gemina*, in Pannonia superiori: ac in Mysia alia decima: undecima in Mysia inferiori, *Claudia* cognomento (hæc duæ legiones à Claudio sunt nominatæ, quod in seditione Camilli non rebellassent) duodecima in Cappadocia, *Fulminifera*, sive *Fulminatrix*, decimatertia *Gemella*, vel *Gemina*, in Dacia: decimaquarta *Gemella* in Pannonia superiori: decimaquinta ab Apolline cognominata, *Apollinaria*, in Cappadocia: vigesima *Valeriana*, & *Victrix* in Britannia superiori versantes. Hæc legiones Augusti superstitis, reliquis aut omnino dissipatis, aut ab Augusto & aliis Imperatoribus inter cæteros legiones admixtis, unde *Gemellarum*, vel *Geminarum* appellatio tracta putatur. Post Augustum etiam alii Imperatores legiones certas instituerunt, *Nero* legionem primam, *Italicamque* nuncupavit, in inferiori Mysia hyemantem: *Galba* primam *Auxiliariam* in inferiori Pannonia: septimam in Hispania: *Vespasianus* secundam *Auxiliariam* in Pannonia inferiori: quartam in Syria Flavianus: *Domitianus* primam *Minerviam* in Germania inferiori: *Trajanus* secundam *Ægyptiam*: & trigessimam *Germanicam*, quibus à suo nomine nomen imposuit. *Marcus Antonius* secundam in Norico: tertiam in Rhætia, quæ etiam *Italica* vocatur. *Severus Parthicas* primam & tertiam in Mesopotamia, secundamque mediam in Italia. Hactenus *Dio*. Quarum legionum omnium nomina etiam in fragmento veteris columnæ Romæ leguntur, quod huc adscribam.

## Nomina legionum.

II. AUGUSTA.  
VI. VICTRIX.  
XX. VICTRIX.  
VIII. AUGUSTA.  
XXII. PRIMIGENIA.  
I. MINERVIA.  
XXX. ULPIA.  
I. ADJUTRIX.  
X. GEMINA.  
XIV. GEMINA.  
I. PARTHICA.  
II. ADJUTRIX.  
IV. FLAVIA.  
VII. CLAUDIA.  
I. ITALICA.  
V. MACEDONICA.

XI. CLAUDIA.  
XIII. GEMINA.  
XII. FULMINATRIX.  
XV. APOLLINEA.  
III. GALLICANA.  
II. PARTHICA.  
IV. SCYTHICA.  
XVI. FLAVIA.  
VI. FERRATENSIS.  
X. FRETENSIS.  
III. CYRENENSIS.  
VII. GEMINA.  
II. TRAJANA.  
III. AUGUSTA.  
II. ITALICA.  
III. PARTHICA.

Plures legiones recenset *Hubertus Goltzius* in suo Antiquitatis Thesauro, cap. 7. Nomina sumebant legiones ab ordine, quo unaquæque earum in aliquo loco primum constituta fuerat, ut *prima*, *secunda*, *tertia*, *decima*, & *vicecima* appellaretur. Et quoniam plerumque usu veniebat ut *dux*, vel tres in variis locis constitutæ, omnes *primæ*, vel *secundæ*, vel *tertiæ* appellatæ fuerint: cognominibus inter sese distingui cœperunt, ut una quidem esset *prima adjutrix*, alia *prima Minervia*, alia vero *prima Parthica*: quæ cognomina ad Imperatorum arbitrium plerumque sumere solebant: vel ab eorundem nominibus, qui eas instituerunt, ut *Augusta*, *Claudiana*, *Galbiana*, *Flavia*, *Ulpia*, *Trajana*, *Antoniniana*: vel à provinciis devictis, ut *Parthica*, *Scythica*, *Gallica*, *Arabica*, *Macedonica*, *Hispaniensis*: vel à locis in quibus primo institutæ manserunt, ut *Italica*, *Fretensis*, *Cyrenaica*: aut à nominibus deorum quibus Imperatores, earundem auctores addicti erant, ut *Minervia*, *Apollinaris*: aut postremo ab aliis eventibus, ut *Gemina*, *Adjutrix*, *Martia*, *Victrix*, *Ferrata*, *Fulminatrix*, *Alauda*, *Rapax*, *Primigenia*, & alia hujusmodi. Sed de legione in genere satis, partes videbimus.

## CAPUT V.

## De partibus legionis, cohortibus, manipulis, centuriis, turmis, &amp; decuriis.

Constat legio ex pedestribus & equestribus copiis. Pedestres copiarum in cohortes & manipulos, equestres in turmas & decurias dividebantur.

*Cohors* dicitur, *Varrone* teste, quod ut in villa ex pluribus tectis conjungitur, ac quiddam fit unum: sic hæc ex manipulis copulatur cohors, quæ in villa dicta, quod circa eum locum pecus cœceretur. Cæterum in una legione x. cohortes erant, *Modesto* & *Vegetio* auctoribus, quarum tamen *prima* reliquas & numero militum & dignitate præcedit. Nam genere atque institutione literarum (*Modesti* verbis utar) viros electissimos quærit. Hæc enim suscipit *aquilam*, quæ præcipuum signum in Romano est semper exercitu, & totius legionis insigne: *imagines* Imperatorum: has enim *imagines* tanquam divina & præsentia signa singuli venerantur. Habet *pedites* mille centum quinque, *equites* loricatorum centum triginta duos, & appellatur *cohors militaris*, quæ caput est totius legionis: ab hac cum pugnandum est, *prima acies* incipit ordinari. *Secunda cohors* habet *pedites* 555. *equites* loricatorum 66. & appellatur *cohors quinquagenaria*. *Tertia cohors* similiter habet *pedites* 555. *equites* 66. sed in hac *tertia* validiores probari moris est, quia in media acie consistit. *Cohors quarta* habet *pedites* 600. *equites* 66. *Cohors quinta* habet totidem. Sed strenuos desiderat milites. Quia sicut *prima* in dextro, *ira quinta* in sinistro ponitur cornu. Hæ quinque cohortes in *prima acie* ordinantur. *Sexta cohors* habet *pedites* 555. *equites* 66. In ipsa quoque enucleati adscribendi sunt juniores: quia in *secunda acie* post *aquilam*, & *imagines* cohors *sexta* consistit. *Cohors septima* habet *pedites* 555. *equites* 56. Sed & ipsa animosos desiderat viros: quia in *secunda acie* sinistrum possidet cornu. Hactenus *Modestus*, eumque secutus *Vegetius*. Et hæc fuerunt majores legionis partes, quæ tamen *priscis* temporibus nullæ erant. Non enim in tota *Livii* historia cohortium fit mentio. Ideoque docti viri sentiunt, à *C. Mario* primum cohortes esse institutas. Aliæ erant minores legionis partes, *centuria* scilicet, *manipuli*, *turma*, & *decuria*. Pedestres quidem copiarum in *centurias* & *manipulos*: equestres in *turmas* & *decurias* dividebantur. De quibus in hunc modum *Varro*. *Centuria*, inquit, quæ sub uno centurione sunt:

Yyyy

quo-

quorum centenarius iustus numerus. Hæc in *contubernia* dividebantur, ita ut decem militibus sub uno *capillone* degentibus, unus quasi præset *decanus*, qui caput contubernii nominatur. *Contubernium* autem *manipulus* vocabatur, ab eo quod junctis manibus pariter dimicabant. *Vegetius*, *Varro*: Manipulos vocant exercitus minimos, manus, quæ unum sequuntur signum. *Plutarchus* aliam hujus vocabuli originem & etymologiam affert, cum in Romulo ita loquitur: Ipse (Romulus scilicet) secum magnam manum adducebat, in *centurias* distributam, quarum unumquemlibet vir unus ducebat, *manipulum* ferri, ac herbarum conto erectum gestans, unde hodie quoque militibus *manipularibus* nomen est. *Cincius* apud *Agellium* scribit, legionem cohortes decem habuisse, manipulos triginta, centurias sexaginta: ex quibus verbis intelligitur, *manipulos* majores partes fuisse ipsis centuriis, & singulos binos centuriones habuisse. *Turma* terma est, E in U. abiit, quod terdeni equites ex tribubus *Tatienfium*, *Ramnum*, & *Lucerium* fiebant. Dividebantur hæc in decurias, quæ inde nomen habebant, quod decem equites singulæ continebant. Hæc partes legionis fuerunt. *Designis* dicam, quorum alia *vocalia*, alia *semivocalia*, alia *muta* sunt. *Vocalia* dicuntur quæ voce humana pronuntiantur, sicut in vigiliis: *Semivocalia* sunt, quæ per cornua aut tubam, aut buccinam dantur. *Tuba*, quæ directa est, appellatur: *Buccina*, quæ in semetipsam æreo circulo flectitur: *Cornu*, quod ex uris agrestibus argento nexum, temperatum arte & spiritu, canentis flatum emittit auditum. Nam indubitatis per hæc sonis agnoscit exercitus, utrum stare, vel progredi, an certe regredi oporteat, utrum longe persequi fugientes, an receptui canere. *Muta* signa sunt *aquila*, *dracones*, *vexilla*, *flammula rufa*, *pinna*. Quocumque enim hæc ferri iusserit ductor, necesse est signum suum comitantes milites pergant. Apud veteres Romanos signa militaria multa erant, uti *Plin.* lib. 10. cap. 4. *aquila*, *lupus*, *minotaurus*, *equus*, *aper*: quæ singulos ordines anteabant. Factum autem postea, ut sola *aquila* in acie portaretur, reliqua signa in castris relinquenterent. Donec tandem *C. Marius*, is qui septies Consulatum gessit, in secundo Consulatu reliquis signis omnino abolitis, *aquilam* proprie Romanis legionibus dicaverit. Ab eo tempore notatum est, non fere apud legiones unquam hybernatum esse in castris, ubi non fuerit *aquilæ* jugum. Erat autem *aquila* aureum *aquilæ* simulachrum, hastæ præpilatæ suffixum, quod à milite ferebatur, qui ob id *aquilifer* dictus est. *Minotauri* signum veteres in legionibus habuerunt, ut quemadmodum ille in intimo & secretissimo labyrintho abditus perhibetur, ita ducis consilium semper esset occultum. *Veget.* lib. 3. & *Festus*, qui etiam alio loco effigiem porci inter signa militaria locum habuisse dicit, & causam addit, quia confecto bello, inter quos pax fieret cæsa porca fœdus firmari solet. Posterioribus temporibus *dracones* per singulas cohortes ad prælium à *draconariis* ferebantur. *Vexilla* etiam singulis centuriis constituta erant, de quibus ita *Vegetius*: Antiqui, inquit, quia sciebant in acie commisso bello celeriter ordines, aciesque turbari atque confundi: ne hoc posset accidere, cohortes in centurias dividerunt, & singulis centuriis singula *vexilla* constituerunt, ita ut ex qua cohorte, vel quota esset centuria in illo vexillo literis esset adscriptum: quod intuentes vel legentes milites, in quovis tumultu à contubernalibus suis aberrare non possent. *Centuriones* insuper nimium bellicosos loricatorum transversis cassidum cristis habebant, ut facilius noscerentur. Hactenus *Vegetius*. *Vexilla*, sicuti & *aquila*, & cohortium signa frequenter in nummis antiquis videntur.

## CAPUT VI.

*Quis dux exercitus fuerit: item quis Imperator dictus.*

**L**egionem & partes ejus explicavimus, nunc quot genera militum in iis fuerint, quique aliis præfuerint, considerabimus, initium facientes à magistratibus, ut sic vocem, militaribus. *Duces exercitus* apud Romanos fuerunt primò *Reges*, deinde *Consules*, *Dictatores*, *tribuni militum* *Co.* potestate, *decemviri* legibus scribendis, *pratores*, *proconsules*, & *propratores*. Hi enim suis auspiciis bellum gerere dicebantur, *tribuni* vero *militares*, *magistri equitum*, *legati*, &c. non suis, sed alienis auspiciis pugnabant. De *Regibus* aperta res ex *Dionysio*, *Livio*, *Plutarcho*, & aliis: item de *Consulibus*, qui fere omnia regia munia obierunt. De *Dictatoribus* vel hoc satis testimonii est, quod plerumque leguntur rei gerendæ causa creati esse. De reliquis universa Romana historia testatur, ita ut non opus sit multa auctorum testimonia huic rei confirmandæ adducere. Hoc tantum jam explicabimus, quare hi, quos modo nominavi magistratus, suis auspiciis bella gerere dicantur, quid sit suis, quid alienis auspiciis pugnare, & quando ac quibus de causis *Imperatores* appellati sint. De auspiciis primum.

Institutum fuerat ab initio, ut nihil neque domi, neque militiæ, nisi *auspicato* gereretur, quippe quod, ut inquit apud *Livium* *Cn. Manlius*, nullius calamitiæ subjicerentur ea, quæ dii comprobavissent. *auspicia* vero in exercitu unius tantum fuerunt *Imperatoris*, cui ea provincia evenisset, cæteri auspiciis ejus pugnare, ipse bellum, ut *ductu*, sic *auspiciis* suis gerere dicebatur. Itaque nec *Imperatoris* nomen, nec supplicatio, nec triumphus dabatur aut *legato* aut ulli alii exercitus præfecto, ne si eorum quidem opera atque virtute *Imperator* absens, aut ægrotus, victoriam adeptus esset: quod non eorum auspiciis res esset gesta, sed ipsius *Imperatoris*.

Adhibebantur autem in castris *auspicia duo*, unum *coactum*, alterum *ex acuminibus*. *Coactum* appellatur



runt *tripudium*, de quo satis multa diximus superiori libro de *sacerdotis*. Auspicium autem ex *acuminibus* quale fuerit, incompertum. Ejus *Cicero* tantummodo meminit 1. de *Divinatione*, cum dixit: *Ex acuminibus* quod totum *auspicium* militare est, *M. Marcellus* totum omisit. Er in 2. de *Natura Deorum*: *Negligentia nobilitatis*, auguriorum disciplina omissa, veritas *auspiciorum* sprete est, species tantum retenta. Itaque maximæ reipublicæ partes, in his bellis, quibus reipublicæ falus continetur, nullis *auspiciis* admistrantur, nulla *perennia* servantur, nulla ex *acuminibus*. Hæc *Cicero*. De *Imperatore* nunc dicam.

*Imperatoris* nomen appellatio fuit militaris, qua *dux* præfens re bene gesta primum militum acclamatione in castris, deinde sententia senatus in Urbe ornatus est. Etenim *Imperatoris* vocabulo duobus modis usi sunt, uno *pro* quocunque exercitus *duce*, qui suis auspiciis rem gereret, & qui imperium, id est, jus belli gerendi haberet: altero, qui hostibus magno prælio fufis ac profligatis, eo nomine, militum acclamatione affectus esset. Scribit autem *Appianus* lib. 2. *Bellorum civilium*: *Observatum esse antiquitus*, ut non nisi magnis rebus gestis acclamaretur. At sua ætate (fuit autem *Hadriani* æqualis) decem millibus locis acclamatum esse. Addit *Dio* libro 60. nonnisi semel de uno bello aliquem appellari *Imperatorem* licuisse. Hinc *Cicero*: Magnum numerum hostium cecidimus, castella munitissima cepimus, incendimus, *Imperatores* appellati fumus, &c. Neque vero solum, si ipsi, sed si legati, & quæstores, quibus imperium commisissent, rem bene se absente gessissent, iidem hoc etiam honoris adipiscebantur, ut ex *legatorum quæstorumque* secundo prælio *Imperatores* appellarentur. Testis est *Cicero* in *Pisonem*, de *Q. Martio legato Pisonis*, & *M. Terentius Varro* in *Re Rustica* de *Trebellio quæstore Licinii Nervæ*, quorum secundo prælio ipsi duces sive prætores *Piso* & *Nerva Imperatores* sunt appellati. Tantum de *Imperatore*.

## CAPUT VII.

## De legatis, tribunis militum, centurionibus, &amp; decurionibus.

**A**B *Imperatore*, sive exercitus *duce* ad ejus *comites* deveniemus, quales fuerunt *legati*, *tribuni militum*, *centuriones*, & *decuriones*: De *legatis* diximus libro hujus posterioris commentarii secundo, ubi de *magistratibus* differuimus. Illud tantum hoc loco addemus, *legatum* apud *priscos Romanos* eum fuisse, qui *Ammiani Marcellini* temporibus *comes* dicebatur, & nostra ætate locum tenens *een luitenant*, penes quem absente *Imperatore*, vel *duce*, summa potestas erat. *Tribuni militum* dicti, auctore *Varrone*, quod ab initio terni essent, tum, cum legio ex tribus millibus conficiebatur, ex ternis quæ tum erant, tribubus, *Ramnensium*, *Lucerum*, & *Tatiensium*. Hi peditibus tantum *legionis*, non etiam *equitibus* præerant. Itaque ut numerus peditum in legione auctus est, sic etiam *tribunorum* militarium, ita ut à tribus ad quatuor atque ab his ad sex pervenerint. Quinetiam ut numerus eorum, sic etiam lectio procedente tempore immutata est. Primis enim temporibus omnes ab *Imperatoribus* legebantur, in singulas quaternas legiones terni, ut essent duodecim. Post autem, anno *Urbis* trecentesimo nonagesimo primo institutum, ut pars eorum populi suffragiis, pars *Imperatorum* arbitrio crearentur, quod & à posteris observatum, nonnunquam necessaria de causa mutatum est. Cumque postea *Rutilius Rufus* legem tulisset de jure *tribunorum*, qui à *Consulibus* essent facti, accidit, ut *tribuni* ab *Imperatoribus* in exercitu lecti, *Rufuli*: à populo in comitiis creati, *comitiati* dicti sint: Ita enim *Africanus Padianus*: *Tribunorum* militarium duo sunt genera, primum eorum, qui *Rufuli* dicuntur, hi in exercitu creati solent, alii sunt *comitiati*, qui *Romæ* comitiis designantur. Idem *Livius* & *Festus* tradunt. Quocirca etiam novissimis reipublicæ temporibus alios *tribunos* à populo, alios ab *Imperatoribus* creatos videmus. Cæterum de *tribunis militum* 24. ad primas quatuor legiones creandas hæc prodit lib. 6. *Polybius*. Posteaquam declaraverunt *duces*, *tribunos* militum constituunt, quatuordecim quidem ex iis, quibus quinque annua stipendia facta sint: decem autem alios præter hos, ex iis qui decem stipendia fecerint: Equites quidem qui decem, pedites vero qui sex. Cum vero delectus habituri sunt, dividunt se ipsi juniores *tribuni*, sicut populus, *Imperatores*ve instituerint, in quatuor partes: quoniam in quatuor ipsi legiones universam primamque partitionem copiarum distribuunt. Atque ii, qui primi quatuor electi sunt, *prima legioni* assignantur, tres qui deinceps, *secunda legioni* tribuuntur: quatuor subseqentes, *tertia*: tres ultimi in *quartam* transferuntur. Ex provectoribus vero duos sane primos, primæ tribuunt legioni: tres secundos, *secundæ*: duos subseqentes, *tertiæ*: tres ultimos *quartæ*. Hætenus *Polybius*. De officio *tribunorum militum* ita lib. 2. *Vegetius*: *Prima legioni cohors erat miliaria*, in quam censu, genere, literis, forma, virtute pollentes milites mittebantur. Huic *tribunus* præerat armorum scientia, virtute corporis, morum honestate præcipuus. Reliquæ cohortes, prout principi placuisset, à *tribunis*, vel à *præpositis* regebantur. Tanta autem servabatur exercendi milites cura, ut non solum *tribuni*, vel *præpositi* contubernales sibi creditos sub oculis suis juberent quotidie meditari: sed etiam ipsi armorum arte perfecti cæteros ad dimicationem proprio cohortarentur exemplo. *Tribuni* enim sollicitudo per hanc laudatur industriam, cum miles veste nitidus, armis bene munitus ac fulgens exercitii usu & disciplina eruditus incedit.

*Centuriones* sequuntur, de quibus hæc *Polybius* lib. 6. Ubi milites ad constitutam à *Consulibus* diem conven-

venerunt, diligunt, ex iis minimos ætate, fortunæque perquam tenuis in *pilanos*: iis adultiores, in eos, quos *hastatos* vocant: ætate ac robore præstantes, in *principes*: natu maximos in *trarios*. Tot enim ac tales sunt apud Romanos differentiæ tam appellationum quam ætatum, imo etiam armaturarum in unaquaque legione. Dividuntque eos talem in modum, ut sint provecti ætate, iidem *trarii*, numero sexcenti: *principes* mille ducenti, iis pares *hastati*: reliqui ætate minimi, velites, *pilani* &c. Quod si majore numero constat legio, pro portione divisionem faciunt, *trarii* exceptis, quorum idem semper est numerus. Ex singulis his generibus, præterquam e natu minimis, eligunt ordinum ductores optimos quosque decem, præter quos aliorum decem electionem faciunt, atque hos quidem omnes *centuriones* appellarunt: quorum qui primus electus est, fit etiam consilii particeps. Hi rursus totidem eligunt *tergiductores*. Quibus peractis cum *centurionibus* dividunt ætates singulas in partes decem, exceptis *pilanis*: præbentque singulis partibus ex iis qui jam electi sunt, duos *duces*, duosque *tergiductores*. *Velites* autem qui supersunt, æqualiter in omnes partes distribuere, partesque appellavere ordinem, & manipulum & signum: *Duces* vero, *centuriones*, & *principes*, seu ductores ordinum. Quod si uterque *centurionum* adsit, qui primus electus est, præest dextræ parti ordinis: qui secundis viris præest, qui ad sinistram signi partem sunt. Si non adsit uterque, qui præfens est, præest omnibus. Ex his intelligitur, qui *centuriones* fuerint, & quomodo eligerentur, videlicet, ut paucis repetam, *centuriones* fuerunt illi, qui singulis ordinibus in legione præerant. Cum autem *legio* posterioribus quidem temporibus in decem cohortes divideretur, cohortes singulæ rursus in ordines ternos exceptis velitibus distribuerentur, qui illis ordinibus præerant, *centuriones* dicebantur. Et is quidem, qui primus *triariorum centurio*, sive *triariorum* manipulo in prima cohorte præerat, atque reliquos omnes *centuriones* dignitate anteibat, consiliique particeps fiebat, *primipilus*, sive *primi pili centurio* vocabatur: qui *triariorum* ordini secundæ cohortis, *secundi triarii centurio*: qui tertiæ cohortis *trarii*, *tertii triarii centurio*, & sic deinceps usque ad decem: qui decimæ cohortis *trarii* præerat, *decimi triarii centurio* appellabatur. Quanquam *Sigonio* placet, reliquos *triariorum centuriones* post *primipilum* secundi, *tertii*, *quarti*, &c. *pili*, *centuriones* dictos fuisse. *Triarios principes* sequebantur. Qui igitur principum ordini in prima cohorte præerat, *primi principis centurio*, qui secundæ cohortis principi, *secundi principis centurio*, in tertia cohorte, *tertii principis centurio*, & sic deinceps usque ad decem. Ita etiam qui *hastatorum* ordinem primæ cohortis ducebat, *primi hastati centurio*: secundæ cohortis, *secundi hastati centurio*, & sic deinceps usque ad decem. Transibant autem *centuriones* virtutis gratia ab inferiori ordine ad altiozem, ut à decimo *hastato* ad nonum: à nono ad octavum: sic, usque ad primum: à primo vero *hastato* non ad decimum principem, sed ad *primum principem*: nec deinde à primo principe ad decimum *triarium*, sed ad primum *triarium*, qui primis temporibus vocabatur primus centurio: posterioribus *primipilus*. Atque tantum de *centurionibus*: qui plura volet scire, adeat *Carolus Sigonium* lib. 2. de Antiquo jure Provinciar. cap. 2. & *Aldum Manutium* libro 3. de Quæstis per epistolam, epistola 3. qui diligentissime hac de re scripserunt.

Cæterum *centuriones* ubi creati erant, singulos sibi adsciscabant adjuutores, quos *Polybius* extremi agminis, vel *tergiductores*; *Varro* & *Festus* *accensos*, & *optiones* vocant. *Festi* verba sunt: *Optio* qui nunc dicitur, antea appellabatur *accensus*. Is adjutor dabatur *centurioni* à tribuno militum, ut quem vellet eligeret, unde nomen sortitus est: *Vegetius* autem *optiones* fuisse dicit, qui antecedentibus ægritudine impeditis, tanquam adoptati eorum atque vicarii solerent universa procurare. Atque hi quidem pedestribus copiis præfuerunt: equitibus autem, qui singulis legionibus modo duceni, modo treceni, ut diximus, affuerunt. Præpositi sunt ii, qui *præfecti equitum*, ac *decuriones* vocati sunt: quorum illi *tribunis* militum, hi *centurionibus* responderunt, cum præfecti alas equitum ducerent, *decuriones* vero turmarum *decurias*. De quibus legendus in hunc modum *Polybius* libro 6. Equites etiam in decem turmas similiter diviserunt, atque ex singulis tres eligunt duces. Ii vero ipsi tres assumunt *tergiductores*, quique primus electus est, præest alæ. Duo vero *decurionum* locum obtinent. Absente primo, secundus *primi* locum obtinet. Hætenus *Polybius*: quibus ex verbis intelligitur, qui præfecti equitum, qui *decuriones* fuerint, & quod illi etiam *optiones*, *Polybius* *tergiductores* appellat, sibi asciverint. Qua de re *Varronis* quoque & *Festi* verba non abs re erit adscribere. Sic autem *Varro*: Turma turma est, quod terdeni equites ex tribus tribubus *Tatiensium*, *Ramnium*, & *Lucerum* fiebant. Itaque *primi* singularum *decuriarum decuriones* dicti, qui ab eo in singulis turmis etiam nunc sunt terni, quos hi primo ad ministros ipsi sibi adoptabant, *optiones* vocari cœpti, quos nunc propter ambitionem *tribuni* faciunt. *Festus*: *Optio* in re militari appellatur is, quem *decurio*, aut *centurio* optat sibi rerum privatarum ministrum, quo facilius obeat officia publica. Atque de his hætenus.

## CAPUT VIII.

## De aliis militaribus muneribus.

PRÆter eos, de quibus præcedenti capite diximus, etiam alii fuerunt militarium munerum curatores, vel *præfecti*, ut puta *præfecti* legionum, *præfecti* socium, *præfecti* castrorum, *præfecti* fabricorum, &c. de quibus hoc capite, quæ occurrent, consignabimus.

Quis *præfectus* legionis fuerit, & quod ejus officium, docet *Vegetius* libro 2. his verbis: Proprius, inquit, judex erat *præfectus* legionis habens communem primi ordinis dignitatem, qui absente legato tanquam vicarius ipsius potestatem maximam retinebat. *Tribuni*, vel *centuriones*, cæterique milites ejus præcepta servabant. *Vigilium*, sive occurrent, sibi creditam assiduis operibus ad omnem devotionem informabat, & industriam, sciens ad *præfecti* laudem subjectorum redundare virtutem.

*Præfecti* socium dicebantur, qui auxiliis, id est, copiis sociorum ab *Imperatoribus* Romanis præpositi erant, de quibus ad hunc modum *Polybius* lib. 6. Ubi socii una cum Romanis congregati sunt, curam distributionis eorum tractationisque habent constituti à sociis principes, *præfecti* appellati, numero duodecim: qui primum ex omnibus, qui accesserint auxiliariis, aptissimos eligunt equites, peditesque operam suam ad ministrandum *Consulibus* exhibituros, hos vocant *extraordinarios*, &c.

De *præfectis* castrorum & fabricorum ita *Vegetius*: Erat etiam, inquit, castrorum *præfectus*, licet inferior dignitate, occupatus tamen non mediocribus causis, ad quem castrorum positio, valli & fossæ destinatio pertinebat, tabernacula, vel casæ militum cum impedimentis omnibus nutu ipsius curabantur. Præterea ægri *contubernales*, & *medici*, a quibus curabantur, expensæ etiam ad ejus industriam pertinebant. *Vehicula*, *sagittarii*, nec non etiam ferramenta, quibus materies secatur, vel cæditur, quibusque aperiantur fossæ circa situm valli & aquæ ductus: item ligna, vel stramina, arietes, onagri, balistæ, cæteraque genera tormentorum, ne deessent aliquando, procurabat. Hic post longam probatamque militiam peritissimum omnium legebatur, ut recte doceret alios, quod ipse cum laude fecisset.

Habet præterea legio *fabros*, *ignarios*, *instructores*, *carpentarios*, *ferrarios*, *pictores*, reliquosque artifices ad hybernorum ædificia fabricanda, ad machinas, turresque ligneas, cæteraque, quibus vel oppugnantur adversariorum civitates, vel defenduntur propria: præparatos etiam qui arma, vehicula, cæteraque genera tormentorum, vel nova facerent, vel quassata repararent. Habebant *fabricas* *scutarias*, *loricarias*, *arcuarias*, in quibus sagittæ, missilia, cassides, omniaque armorum genera formabantur. Hæc enim erat cura præcipua, ut quicquid exercitui necessarium videbatur, nunquam deesset in castris, usque eo, ut etiam cunicularios haberent, qui ad morem bellorum, ducto sub terris cuniculo, murisque intra fundamenta perfoſsis, improvisi se emergerent ad Urbes hostium capiendas. Horum judex proprius erat *præfectus* fabricorum. Ministri quidam *Imperatorum*, ac tribunorum militarium fuerunt *accensi*, *commentarienses*, *cornicularii*. De accensis Varro: *Accensos* ministratores *Cato* esse scribit: potest id ab arbitrio: nam inde ad arbitrium ejus, cujus minister. Et *Vegetius*: Nullis milites instituti deputabantur obsequiis, nec privata iisdem negotia mandabantur, siquidem incongruum videretur Imperatori, militem, qui veste & annona publica pascebatur, utilitatibus vacare privatis. Ad obsequia tamen *judicum* vel *tribunorum*, nec non etiam *principalium* deputabantur milites, qui vocabantur *accensi*, hoc est, postea additi, quam fuisset legio completa, quos nunc *supernumerarios* vocant.

*Commentarienses* in castris *Sigonius* putat fuisse eos, qui obsequia militum, excubias comæatusque perscriberent. Nam talem in exercitu fuisse curam scribit *Vegetius*.

*Cornicularios* idem *Sigonius* opinatur fuisse tribunorum militarium ministros, qui vigilias tribunorum loco circumirent, atque eorundem imperia corniculo ederent. Unde *cornicularii* ipsi merere *corniculo* dicti sunt à *Suetonio* in libro de claris Grammaticis. Ex ministris autem humilioribus fuere *scribe*, *accensi*, *pracones*, de quibus prolixè egimus libro harum Antiquitatum sexto, qui est de magistratibus.

## CAPUT IX.

## De variis militum ordinibus, generibus, &amp; discriminibus.

HActenus de iis diximus qui militiæ præfuerunt, sequitur ut ipsorum etiam militum ordines & discrimina consideremus. *Polybius* libro 6. quatuor facit militum ordines & discrimina, *pilanos* scilicet, *hafatos*, *principes*, & *triarios*, quos etiam *velites* appellat, dicit eligi eos, qui minimi ætate fortunæque tenuioris sunt. *Velites* *Festus* ait fuisse milites expeditos, sic dictos, quasi *volantes*, de quorum institutione in

YYYY 3

hunc

hunc modum *Valerius Maxim.* lib. 2. cap. 3. Velitum usus eo bello primum repertus est, quo *Capuam Fulvius Flaccus* Imperator obsedit. Nam cum equitatu Campanorum crebris excursionibus equites nostri, quia numero pauciores erant, resistere non possent, *Q. Navius centurio*, cœ peditibus lectos expediti corporis, brevibus & incurvis septenis armatos hastis, parvo tegmine munitis, veloci saltu jungere se equitibus & rursus celeri motu dilabi instituit, quo facilis equestri prælio subiecti pedites, viros pariter, atque equos hostium telis incefferent. Eaque novitas pugnae unicum *Campana* perfidia debilitavit auxilium. Ideoque auctori ejus *Navio* adhuc honos est habitus. Hactenus *Valerius*.

His adultiores ait *Polybius* eligi *hastatos*, ætate ac robore præstantiores *principes*: natu maximos *triarios*. *Pilani* dicti, qui pilis utebantur. *Hastati*, qui primi hastis utebantur. *Principes*, qui à principio gladiis, & post commutata re militari minus illustres sumuntur. *Triarii* dicti, qui in acie tertio ordine extremis subsidio deponebantur. Erant & aliæ militum appellationes. Quidam enim dicebantur *adscriptitii*, quidam *accensi*, quidam *ferentarii*, quidam *rorarii*. Sunt tamen qui hos eisdem esse censent, & *adscriptitios* quidem dici, quod supplendis legionibus adscriberentur: *accensos*, quod ad censum legionum essent additi: *ferentariosque* quod fundis & lapidibus pugnaturi, ea modo ferrent, quæ in hostes ejicerent: *rorarios* etiam, quod velut ante prælium justum rorantes dimicarent. De *adscriptitii* vel *adscriptivis* *Varro* lib. 6. de ling. Latin. *Adscriptivi* dicti, qui olim adscribebantur, inermes, qui succederent armatis militibus, id est, si quis eorum deperisset: Idem lib. 3. de vita populi Romani: De *adscriptivis* cum erant attributi *decurionibus*, & *centurionibus*, qui eorum haberent numerum, *accensi* vocabantur. Eisdem etiam quidam vocabant *ferentarios*, qui depugnabant pugnâ & lapidibus, iis armis, quæ ferrentur, non quæ tenerentur.

De *ferentariis* *Festus*: *Ferentarii* auxiliatores in bello, à ferendo auxilio dicti, vel quia fundis & lapidibus pugnabant, quæ tela feruntur, non tenentur, ita appellati: *ferentarii* levis armaturæ pugnatores. Idem de *rorariis*. *Rorarios* milites vocabant, quod ut ante imbrem fere rorare solet: sic illi ante gravem armaturam, quod prodibant, *rorarii* dicti.

*Funditores* erant, qui fundis magnis dimicabant.

*Duplicarii milites*, quibus ob virtutem duplicia cibaria ut darentur, institutum.

*Volones* dicti sunt milites, qui post Cannensem cladem usque ad octo millia, cum essent servi, voluntarie se ad militiam obtulerunt.

In veteribus lapidum inscriptionibus mentio extat militum *primanorum*, *secundanorum*, *tercianorum*, &c. quæ nomina tributa illis sunt à numero legionum, in quibus militarunt.

De *signiferis*, *aquiliferis*, *draconariis*, qui signa, aquilam, dracones in militia gestarunt, non opus est ut multa dicam.

*Tesserarii* dicti, qui tesseram per contubernia militum nuntiabant. *Metatores*, qui præcedentes, locum eligunt castris. *Mensores*, qui in castris ad podium demetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, vel qui hospitia in civitatibus præstant.

Militum ministri & servi erant *calones* & *lixa*. De utrisque *Festus*: *Calones* militum servi dicti, quia ligneas clavas gerebant, quæ Græci *κάλαι* vocant. *Lixa*, qui exercitum sequuntur quæstus gratia, dicti, quod extra ordinem sint militiæ, eisque liceat, quod libuerit. *Nonius Marcellus*: *Lixarum* proprietas hæc est quod officium sustineant militibus aquæ vehendæ. *Lixam* namque veteres *aquam* vocaverunt. *Calonum* quoque proprietas hæc habetur, quod ligna militibus subministrant. Atque de variis militum ordinibus hæctenus.

## C A P U T X.

### De variis armorum appellationibus.

DE variis militum ordinibus diximus, restant nobis explicanda ipsorum *arma*. Non omnes eodem armorum genere utebantur, sed prout diversi militum ordines erant, ita etiam diversa eorum fuerunt arma. Quæ de re *Polybius* lib. 6. loquentem audiemus: Natu minimi, inquit, quos *velites* & *pilanos* appellarunt, jubentur gestare *gladium*, *pila*, *parmanque*. *Parma* tum firmitatem habet ob structuram, tum magnitudinem, quæ tutando sit corpori satis. Nam rotunda cum sit, tripedalem habet diametron. Adornatur præterea miles, & simplici *caside*, & *lupi pellem* imponunt. aut ejusmodi aliquid quod integumentum pariter, insigneque sit, ut in prælio suos quique principes strenue, aut ignaviter se gerentes, latere non possint. *Pili telum* lignum habet longitudine plerumque bicubitali, crassitudine digitali, spiculum unius spithamæ sive palmi majoris, eo usque attenuatum & acutum, ut mox primum post ictum necessario flectatur, sitque inhabile ad remittendum: alioqui commune fieret telum.

Eos qui deinceps hos ætate excedunt, *hastatique* appellantur, armaturam ferre jubent. Est autem Romana armatura primum sanè scutum *Suevæ*, cujus latitudo curvæ superficiæ pedum duorum semis, longitudo pedum quatuor majori additi amplius quatuor digiti, duplici tabulato, glutino taurino, linteolo in-

infuso compactum: ejus exterior superficies vituli corio integitur, hinnulive, aut ejusmodi animalis. Habet circumferentia *ferreum munimen* à summis imisque partibus, quo ensium ictus vehementiores tuto excipit, terræque admittendo non corroditur. Impactus est ejusmodi scuto etiam *ferreus umbo*, qui ingentes sustinet ictus, ac lapidum impetum, sarissarumve, telique quantumlibet violenti. Una cum scuto ensis pendet ad dextrum femur, *Hispaniensem* vocant, anceps est, mucrone eximio: defertur violenter, eo quod obeliscus ejus firmus, itabilisque existit. Ad hæc verura duo, galcaque ænea, & crurum tegmen ocrea. *Veruta* hæc partim crassiora sunt, partim tenuiora. Ex firmioribus, quæ teretia sunt, *trientalem* habent diametron: quæ quadrata, trientale latus: tenuiora hastilibus modicis assimilantur, quæ gerunt cum cæteris, quæ prædicta sunt.

Horum omnium *longitudo* ligni *tria cubita* non facile excedit. Impactum est singulis telum *ferreum*, utrinque *hamatum*, eadem qua lignum longitudine: cujus nexum structuramque tam firmiter muniunt ad medium usque lignum inferentes, crebrisque fibulis clavisque transfigentes, ut non prius nexus utendo relaxetur, quam ferrum frangatur: licet sit crassum in imo, ubi adhæret ligno digiti unius ac semis, eo usque ac tantum adhibent diligentia in necendo. Præter hæc omnia, adornantur *corolla plumea*, pennisque tribus puniceis, aut nigris erectis, longitudinis ferme cubitalis, quæ cum in summo vertice cæteris armis addiderint, vir quidem apparet duplo major quam sit: ejus vero adpectus pulcher, hostibusque terribilis, atque plerique accepto ære unius *spithamæ*, quoquo versus quod adhibent pectori, vocantque *cordituum*, perfectam habent armaturam. Qui vero censum excedunt drachmarum decem millium, pro *cordituo*, cum cæteris armis, hamis confertos induunt *thoraces*. Idem armandi modus est etiam circa principes *triariorum*que, præterquam quod pro verutis *triariorum* hastas gerunt. Hastenus *Polybius*, cum quo etiam *Dionysius*, *Livius* & alii consentiunt. De clypeo adhuc dicam cujus *Polybius* non meminit. Nam quod *Fanius Lascaris* Græcum *Σπίλον*, Latina voce *clypeus* reddidit, in eo erroris convincitur ab *Aldo Manutio*, qui ipsum *clypeum* pro scuto male accepisse, ostendit. *Clypeus* enim non quadratus fuit, quemadmodum *scutum*, quod à *Polybio* describitur: sed rotundus, ex ære factus, minor scuto, de quo videndus *Aldus Manutius* lib. 2. de Quæstis per epistolam epist. 6. Telorum ac jaculorum gladiatorum que vocabula aliquot recenset *Agell.* lib. 10. cap. 25. *Hastam*, *pilum*, *phalaricam*, *semiphalaricam*, *soliferream*, *gesam*, *lanceam*, *sparos*, *rumices*, *trifaces* (sic enim emendat *Justus Lipsius*) *tragulas*, *frameas*, *mensaculas*, *catejas*, *rhombæas*, *scorpium*, *scribonos*, *silices*, *veruta*, *enses*, *scas*, *machæras*, *spatas*, *lingulas*, *clunacula*. Sed cum ex iis pauca admodum ad Romanam armaturam pertineant, de quibus vel jam ante diximus, vel paulo post dicturi sumus, in eorum explicatione hoc loco non immorabor. Exponuntur tamen passim à Grammaticis, qui de iis sunt consulendi.

## C A P U T X I .

## De expeditione.

OSTENDIMUS hæctenus, qua ratione bellum hostibus sit indictum, quomodo delectus habitus, qui duces belli, qui militarium munerum præfecti, qui ordinum ductores, qui militum ordines, quæ arma eorum fuerint: jam exercitum educemus, & quo ordine *expeditio* facta sit, docebimus. Ubi *dux* imperium à populo acceperat, bellumque ipsi commissum erat, in *Capitolium* ibat, ibique solennia vota pro republica nuncupabat, atque inde paludamento, lictoribus, insignibusque imperii cæteris assumptis, recta ad portam Urbis ibat, ad quam salutatus, anticis officii causa aliquanto viæ spatio profrequentibus, ac bene ominantibus, ad bellum proficiscebatur. *Servius* doctissimus Grammat. in 8. *Æneidos* annotat moris fuisse, ut is, qui belli curam susceperat, sacrarium Martis ingressus, primo ancilia commoveret, post hastam simulacri ipsius, diceretque: *Mars, vigila*.

Cæterum quo ordine incesserit exercitus, *Polyb.* lib. 6. docet, cujus verba ex versione *Fani Lascaris* hæc sunt: Plerumque, inquit, primi incedunt *extraordinarii*: hos sociorum dextrum subsequitur cornu: quos deinceps sua jumenta sequuntur. Post eos it Romanorum *prima legio*, habens pone impedimenta sua tum *secunda* incedit legio, sequentibus ipsam suis vehiculis, sociorumque impedimentis, qui agmen cogunt. Ultimum enim, dum incedunt, lævum sociorum cornu tenet locum. *Equites* interdum sequuntur à tergo suas quique partes: alias jumentorum latera obequitant, stipantes ea, tutumque præbentes incessum. Quod si qua sit à tergo suspicio, cætera quidem apud ipsos eodem se habent modo: ipsi vero sociorum *extraordinarii* à fronte ad tergam traducuntur, alternisque diebus *legiones* & *cornua* eadem præcedunt rursusque sequuntur à tergo, ut aqationis frumentationisque integræ æqualiter omnes participes fiant, mutant semper ordinem, ut alternatim primi incedant.

Utuntur etiam alio genere incessus, temporibus parum tutis. Patentibus enim campis ducunt triplicem *phalangem* æquidistantem, *hastatorum*, *principum*, *triariorum*: præponentes antecedentium jumenta omnibus. Post prima vero signa, eorum, qui secundi incedunt: post secunda, eorum, qui tertii: & ad proportionem sic alternatim ponentes jumenta, & signa. Hunc in modum ad iter instructi, cum aliquid gra-

gravius acciderit, modo ad scutum declinantes, modo ad hastam, producunt signa præter impedimenta ad hostium aspectum, breviq; tempore, atque una motione armatorum ordo recepit instructionis dispositionem: præterquam si aliquando *hæstatos* evolutione uti oportuerit. Jumentorum autem, cæterorumque ea sequentium multitudo, post instructos sese subducentes, locum obtinet in periculis competentem. Cum vero incidentes appropinquerint ad locum idoneum locandis castris, præcedunt *tribunus*, & *principes* ordinum, quicumque huic muneri assidue fuerint additi: qui posteaquam conspexerint totum locum, qui oprandus sit ponendis castris, deputant primum, ubi sit ponendum tentorium *Imperatoris*, post alia, &c. Hæcenus *Polyb.* Quæ tamen non ita intelligenda sunt, quasi semper hic ordo in expeditione sit observatus. Is enim sæpenumero mutatus & varius fuit, uti vel ex solius *Cæsi Julii Cæsaris* commentariis intelligere licet. Qua de re, qui volet, legat *Petri Rami* librum de Militia C. Julii Cæsaris part. 2. Et hæc terrestris itineris ratio erat. *Flumina* autem quatuor *trajiciebantur* modis, primum *ponte*, qui quomodo construi solet, *Cæsar* in Commentariis suis passim docet, & *Petrus Ramus*, in eo quem de Cæsaris militia scripsit, libello, ut interim de aliis taceam. Secundus modus trajiciendi fluminis est, quando exercitus *navibus* traducitur. Tertius est, cum flumen in plures alveos diductum, transitum exercitui præbet. Quartus cum equitatus in flumine dispositus, vim illius infringit, ut peditatus tranare incolumis possit. Quorum modorum omnium exempla sunt apud *Cæsarem*.

Cæterum & illud hoc loco non est silentio prætereundum, usitatum fuisse, ut *militēs legionarii* secum ferrent non solum arma, sed & vallum, & cibaria. Unde *Cic.* lib. 2. *Tusculanar.* quæstionum. Nostri exercitus, inquit, primum unde nomen habeant, vides: deinde qui labor, quantus agminis, ferre plus dimidiati mensis cibaria: ferre, si quid ad usum velint; ferre vallum. Nam *scutum*, *gladium*, *galeam* in onere nostri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus. *Arma* enim, membra militis esse dicunt: quæ quidem ita geruntur apte, ut si usus foret, abjectis oneribus, expeditis armis, membris pugnare possint. Hæc *Tullius* de sui temporis militia. *Livius* vero antea non dimidiati, sed integri mensis cibaria militem ferre solitum docet lib. 44. His igitur rebus onusti milites, tamen singulis diebus ubi opus erat, viginti, aut viginti quatuor millia passuum emetiebantur, quemadmodum *Vegetius*, & cum eo alii tradunt. Atque de *expeditione* hæcenus.

## CAPUT XII.

## De castrametatione, &amp; castrorum motione.

Quæ vero *castrorum* forma fuerit, quomodo ea sit disposita, audiemus ex *Polybio* scriptore accuratissimo & gravissimo, cujus locum hac de re integrum ex interpretatione *Jani Lascaris* (aliam enim videre mihi hæcenus non contigit) adscribam. Genus *castrametationis* eorum, inquit *Polybius*, est hujusmodi. Loci ejus, qui maxime idoneus videtur ad *castrametandum*, aptissimam partem ad prospiciendum, præsepiendumque, *Imperatoris* tentorium occupat. Postoque signo, ubi illud fixuri sunt, metiuntur circa signum spatium quadratum sic, ut omnia latera distent à signo pedes centum, planum ejus sit quatuor actuum. At hujus figuræ semper unum aspectum, unumque latus, quod visum fuerit aptissimum a quationibus, pabulationibusque locantur *Romanæ legiones* in hunc modum. Cum *sex tribuni* sint in unaquaque legione, duæque Romanæ legiones utrumque *Consulem* sequantur, perspicuum est, duodecim *tribunos* necessario militare sub utroque *Consule*. Ponunt autem horum tentoria ad unam rectam lineam omnia, quæ sit æquidistans lateri quadrati præoptato, distetque ab eo pedes quinquaginta, equis pariter, jumentisque, & reliquis *tribunorum* sarcinis locandis idoneus locus. Tentoria aversa figurantur à prædicti quadrati latere, spectantia exteriorem aspectum, qui omnino dicendus, vocandusque semper à nobis est toti figuræ oppositus. Distant inter se *tribunorum tentoria* æquali spatio, atque eo usque extenduntur, ut totam Romanorum legionum tendentium latitudinem assidue occupent; dimenso rursus spatio centum pedum in anteriorem partem ab omnibus tentoriis, postea à præfinitie hanc latitudinem recta linea, quæ sit æquidistans *tribunorum* tentoriis: ab hac inquam facere incipiunt legionum tabernacula, struentes hunc in modum. Cum secuerint bifariam rectam lineam ab eo puncto rectis ad lineam angulis, *equites* utriusque legionis oppositos inter se locant, pedes quinquaginta inter se distantes, sectione in medio intervalli habita: Est autem *equitum peditumque* locatio tentoriorum similis: redditur enim tota species tam signi, quam turmæ, quadrata. Hæc autem respicit viarum intervalla, habetque præfinitam longitudinem viæ adhaerentem: est enim centum pedum. Plerumque etiam altitudinem parem facere student, præterquam sociorum. Quod si majoribus utantur exercitibus, tam longitudini, quam altitudini addunt ad portionem. Cum autem accidat, ut respondeant *equitum tabernacula* mediis *tribunorum* tentoriis, efficitur quasi *striga* quædam (vel *vicus*) transversa ad supradictam rectam lineam, & locum ante *tribunos* vacuum. Nam revera *strigis* persimilis sit tractus universi species. Quippe cum ex utraque parte hinc manipuli, indeque sint turmæ productim interpositæ: præterquam quod post prædictos equites utriusque legionis *triarios* ad singulas turmas singula signa, forma perquam simili collocant, figurisque sese invicem contingentibus, sed respicientibus in alteram partem, aversa

aversis ab equitum aspectu dimidiata altitudine ad longitudinem signi cujusque, eo quod multitudine etiam dimidio pauciores plerumque sunt ii cæteris partibus. Quamobrem cum inæqualis existat sæpe numero virorum multitudo, contingit ut semper adæquentur secundum longitudinem partes omnes ob altitudinis differentiam. Rursus quinquaginta pedum intervallo ab iis utrisque distantes, oppositos *triaris* locant principes: versis autem iis quoque in prædicta intervalla duæ hæ præficiuntur strigæ, initia quidem ab eadem recta linea capientes, aditusque sicut equites: ab distantia videlicet centipede, quæ ante *tribunos* est: desinentes autem in latus castrorum *tribunis* oppositum, quod ab initio proposuimus oppositum esse toti castrorum formæ. Post *principes* similiter aversos contingentibus se figuris locant *hastatos*. Cumque decem signa habeant ex prima divisione strigæ omnes, contigit eas omnes etiam longitudine pares fieri, earumque sectiones, postremas inquam partes ad latus valli oppositum adæquari: ad quod etiam ultima vertentes signa castrametantur. Ab *hastatis* rursus quinquaginta relinquentes pedum spatium, sociorum equites iis oppositos locant, sumentes initium ab eadem recta linea, desinentesque in idem latus. Est autem *sociorum multitudo* peditum, ut ante dixi, par legionibus Romanis, extraordinariis duntaxat inferior, equitum duplo major, ablata horum quoque in extraordinariis tertia parte, ob id horum etiam altitudinem augentes proportionem, in castrametationum figura conantur longitudinem quoque Romanis legionibus adæquare.

Confectis autem omnibus quinque viis, aversa rursus ab equitibus ponunt socialium peditum signa, augentes altitudinem ad portionem vallum respicientia, transversumque utrumque latus. Per singula signa, prima, quæ sunt ab utraque parte, tabernacula *principes* ordinum capiunt, simulque prædictum in modum intercalantes per singulas partes sextam turmam à quinta, pedes quinquaginta submovent, itidem & peditum ordines, adeo, ut fiat hic quoque alius per medias legiones transitus transversus utique ad strigas, sed æquidistant *tribunorum* tentoriis via, quam vocant quintanam, eo quod post quinque ordines traducitur.

Locus qui *tribunorum* tentoriis à parte posteriori subjacet, atque utrique parti *Imperatoris* tabernaculo adjacet, partim foro, partim *quæstori*, ejusque commeatibus deputatur.

Ab ultimo utriusque partis *tribunorum* tentorio à parte posteriori quasi inflexum tenentes ordinem versus tentoria extraordinariorum equitum electi, & quidam voluntarii in gratiam *Consulum* militantes, versus transversa valli latera locantur: spectantes quidam ad *quæstorios* commeatibus, quidam parte altera forum versus. Plerumque autem contingit, ut non ii solum contubernia habeant propinqua *Consulibus*, verum etiam ut incedente exercitu, atque in cæteris usibus circa *Consulem* *quæstoremque* diverferentur, eisque operam curamque impendant.

Apponuntur iis vallum spectantes, qui eundem præbent usum pedites, quem prædicti *equites*, deinceps vero pervium relinquuntur spatium latitudinis centum pedum, æquidistant, *tribunorum* tentoriis ultra forum *prætorium* *quæstoriumque* productum per omnes antedictas valli partes, ad cuius latus superius sociorum equites extraordinarii castrametantur, spectantes forum *prætorium* *quæstoriumque*.

Ad media horum *equitum* contubernia, & ad ipsum *prætorii* locum transitus relinquitur quinquaginta pedum, ducens ad posterius *castrorum latus*, ordine ad rectos angulos positus prædictæ plateæ. His equitibus rursus aversis ponuntur auxiliares extraordinarii pedites vallum spectantes, posteriusque totius castrametationis latus.

Vacuum autem locus, qui ex utraque horum parte superest, versus transversa latera datur externis, iisque qui pro tempore focii advenerint.

His sic se habentibus, tota quidem castrorum forma efficitur *quadrata* æquis lateribus.

Particulares autem figuræ tam sectionis *strigarum*, quam reliquæ dispositionis, urbi simillimam speciem præ se ferunt.

*Vallum* à tentoriis per omnia latera ducentos submovent pedes, quod vacuum multas ipsis commoditates præbet.

Est enim rebus in *castra* importandis exportandisque valde oportunitum, quando singuli, ut quæque strigarum proxima est, in hoc vacuum egrediuntur, neque in unum concursantes subvertunt, calcantque se invicem: quæque habent, aut abigunt pecora, prædasque ex hostibus huc deducentes, tuto per noctem servant, & quod præcipuum est, si noctu hostis aggreddatur, neque ignis, neque telum pervenit ad ipsos, præter admodum rara, atque innocua ferme propter magnitudinem distantiam, tentoriis præsertim circumjectis.

Data igitur multitudine *peditum equitumque*, utrumque in modum, sive quatuor seu quinque millium singulas legiones faciant: similiter & signorum altitudine, longitudineque ac multitudine concessa: & ad hæc distantiam itinerum, platearumque, nec non omnibus aliis concessis, facile est volentibus considerare quam sit locus capax, castraque quam ampla.

Quod si aliquando abundet sociorum multitudo, sive hi ab initio *castra* secuti sint, sive postea per occasionem accesserint: ii quidem qui per occasionem accesserint, ea etiam quæ circa *prætorium* sunt, replent spatia, forumque & *quæstorium* contrahunt in unum, cogente temporis necessitate: iis vero, qui una cum exercitu à principio exivere, si sit abundans multitudo, addunt strigam unam ab utraque parte Romanarum legionum, versus transversa latera.

Z z z z

Omni-

Omnibus autem quatuor legionibus, *Consulibusque* ambobus in una castra coeuntibus congregatisque, nihil aliud cogitare oportet, quam duos exercitus, prout dudum exposuimus, pariter castrametatos aversos invicem junctos esse, contingentes semet ad contubernia extraordinariorum utriusque exercitus: quando sane contingit, ut figura fiat oblonga, locus duplo prioris major, circumferentia sesqui altera.

Cum igitur ita eveniat, ut *Consules* una castrametentur, sic semper utuntur *castrametationibus*. Cum vero seorsum, reliqua sane similiter: forum autem, praetorium quaestoriumque in modio statuunt utriusque exercitus. Haec omnia *Polybius*.

Ex quibus intelligi potest, quae *castrorum* Romanorum forma fuerit. Nonnunquam tamen aliter constructa ea fuerunt. *Cesar* lunatis castris *Thapsum* (ut est in historia *Africani* belli) operibus circummunivit.

*Vegetius* triquetram & semicircularem formam nominat, quem diligens lector de *castrametatione* etiam legere poterit. Illud hoc loco, antequam ad alia accedam, monebo, Romanos ante *Camilli* tempora tantum per aetatem militiae esse consuevisse, & domi suae hyemare: eo autem tempore, quo *Veji* obsessi, primum coepisse castellis aedificatis, castrisque munitis, in hostico hyemem cum aetate continuare. *Plutarchus* in *Camillo*, *Liv.* lib. 5.

Notandum & hoc est, tentoria sive tabernacula exercitus Romani ex pellibus fieri consuevisse, quod ex *Valerio Maximo* lib. 2. cap. 2. & aliis est manifestum: hinc toties apud auctores legitur, *sub pellibus* milites habere, exercitum *sub pellibus* retinere, *sub pellibus* esse: quod nihil aliud est, quam exercitum in tentoriis, quae ex pellibus fieri solebant, habere, retinere, in tentoriis esse, in castris esse. Vide *Carolus Sigonius* scholiis in *Livium* lib. 5. initio, *Jacobus Ravardum* lib. 4. Variorum, cap. 3. & alios.

Neque hoc praetermittendum est, castra Romanorum ut plurimum portas habuisse quatuor. Prima erat praetoria, quae & quaestoria dicta est: ea vel orientem solem spectare, vel è conspectu hostium dirigi solebat. Quod eo fiebat, ut si quando ad arma conclamatum foret, sine tumultu extra castra contrahi multitudo, & explicari ordines, signaque educi possent. Etenim ubi acie discernendum erat, illinc cohortes educi, & copiae admoveri solebant.

Ubi etiam militum statio copiosa instructaque ad subitos conatus esse debebat, cui etiam *principalis* nomen datum.

Alterà à tergo *castrorum decumana*, eo quod ampla & patens: ex qua desertores & facinorosi, in quos jure militari animadvertendum erat, educebantur, & poenis coercerentur.

Tertia erat *principalis*, ex qua principes & summi duces velut ex postico, si quando opus esset, opem suis laborantibus ferebant, ordines tendebant, & milites educebant.

Via quoque, quae ad eam portam ferebat, *principalis* dicta est.

Quarta erat post praetorium, & *quintana* dicebatur, quippe per eam comitatus in castra convehi, & rerum utensilium copia venalis exponi, inde etiam merces velut usum militaris multitudinis, quaeque bello usui essent, importari & exportari solebant. Vide praeter *Festum*, *Alexandrum Neapolitanum* lib. 1. Genialium dierum, cap. 12.

Praeter quatuor has portas ait *Turnebus* libro *Adversariorum* 30. cap. 24. fuit etiam *extraordinaria*, prope quam tendebant *extraordinarii*. *Livius* lib. 40. Erumpere *extraordinaria* porta iussit, *quaestoria*, quae propinqua erat quaestorio. *Livius* eodem libro: *Quintus Fulvius Flaccus* legatus cum dextra ala ad *quaestoriam* portam positus. Sed & duae principales erant, *dextra* & *sinistra*, à principalibus nomen adeptae. *Livius* lib. 40. ad dexteram principalem *hastatos* legionis primae instruxit, &c. Haec tamen ille.

*Praetorium* dicebatur *tabernaculum*, quod duces exercituum, vel Imperatores, vel Consules, sive Dictatores, sive praetores, sive tribuni militum Consulari potestate ii essent, occupabant.

Nomen autem inde habet, quod initio Consules, qui plerumque bella administrabant, praetores dicebantur. *Quaestorium* erat tabernaculum quaestorum. Tantum de castris, & eorum metatione.

De *motione* adhuc dicendum; de qua *Polybius* lib. 6. ita scribit: Castra movent in hunc modum: Ubi primum datum fuerit signum, detrahunt tentoria, componuntque sarcinas: sed neque deponere, neque erigere licet cupiam, antequam tribunorum Imperatorisque tentorium erigatur, deponaturve. Ubi secundum, imponunt onera jumentis. Ubi tertium, procedere oportet primos, movereque tota castra. Incedunt vero eo ordine, qui paulo ante, cum de expeditione ageremus, a nobis ex *Polybio* est indicatus. Ut tamen iis, quae hoc capite de veteri Romanorum *castrametatione* dicta sunt, aliquid lucis accederet, operae pretium me facturum sum arbitratus, si typum illius *castrametationis* ex libro quarto *Commentariorum* Republicae Romanae *Wolfgangi Lazii* hic insererem, praesertim cum is cum descriptione *Polybii*, quem nos secuti sumus, per omnia conveniat. Quod meum consilium ut probes, te benevole lector, etiam atque etiam rogo.



## CAPUT XIII.

*De disciplina castrensi, & de vigiliis.*

Quæ porro castrensis Romanorum *disciplina*, quæ vigiliarum ordinatio fuerit, luculenter explicat idem Romanæ historiæ scriptor diligentissimus *Polybius*, cujus hæc in fragmentis libri sexti verba sunt. Ubi castrametati sunt, convenientes *tribuni*, ab omnibus, qui in castris sunt, liberis pariter seruisque, singulatim jusjurandum exigunt. Jurant autem illi, se nihil e castris furto abluros: imo si quis etiam inuenerit quippiam, id allaturum ad *tribunos*: deinceps ordinant signa, atque ex utraque legione *principum hastatorumque* duo ad loci curam deputant, qui ante tribunos est. In hac enim platea maxima pars Romanorum quotidie versatur, idcirco studium adhibent, ut ea aspergatur verraturque diligenter. Ex reliquis duodeviginti tria quisque tribunorum sortiuntur. Nam tot sunt *hastatorum principumque* in singulis legionibus signa, secundum ante dictam divisionem. *Tribuni* autem sex, tria signa, vicissim singulatimque ministrant *tribuno* ministerium hujusmodi. Castris loco assignato, tentorium erigunt ii, locumque circa tentorium pavimentant: & si quid circumsepere oporteat ad vasorum custodiam, id ipsis curæ est. Dant etiam excubias duas: *Excubia* quatuor viris constat, quorum pars post tentorium juxta equos excubant.

Cum igitur tria quisque signa *tribunus* habeat, atque in iis singulis viri sint amplius centum, exceptis *trianis velitibusque*, qui hujusmodi ministerium haudquaquam exhibent, opus quidem leve fit, eo quod quarto quoque die ad singula signa ministerium pervenit. *Tribuno* autem ex præfatis ministeriis usus pariter necessarius: honorque atque obedientia exhibetur. *Triavorum* signa *tribunorum* ministeriis eximuntur, sed turmis equitum singulis diebus ministeria præbent, ut quique proximi sunt post turmas locati: qui custodiunt etiam alia, sed præsertim equos, ne aut implicati vinculis lædantur, futuri inutiles ad opus: aut soluti, atque invicem irruentes, turbas tumultusque excitent in castris. Cæterum *unum* ex omnibus signum *excubat* quotidie per vices ante *Imperatorem*, quod securitatem pariter Imperatori præbet adversus insidias, ornatque speciem *magistratus*, fossæ ac valli duo latera fociis curæ sunt, quibus proximum utrumque eorum cornu locatum est Romanis utriusque legioni unum. Cumque singula latera per signa divisa distributaque sint, particularis sane cura ordinum ductoribus incumbit præsentibus adstantibusque. Ut autem universum latus bene se habeat, duobus *tribunis* similiter, reliquam etiam legionis curam hi sunt qui gerunt. Bini enim inter se divisi bimestre spatium semestris temporis vicissim imperant: universoque quibus fors obtigit, subdiali usui præsunt. Idem modus principatus est etiam præfectorum inter socios, equites, ordinumque ductores omnes, oriente luce accedunt ad *tribunorum* tentoria, *tribuni* ad Consulem: ille quod instat agendum, *tribunis* edicit: *tribuni* *equitibus*, ordinumque ductoribus: ii multitudinem promunt tempore opportuno. *Nocturni* signi traditionem tutam præstant, hunc in modum: ex singulis generibus equitum peditumque decimi signi, quod ultimum castrametatur ad extremitatem strigarum; ex iis vir unus eligitur, qui excubiarum ministeriis non tenetur; verum accedit singulis diebus occidente sole ad tentorium *tribuni*, & accepta tessera (ea est tabella inscripta) recedit. Cumque secesserit ad signum suum, tradit tabellam signumque, adhibitis testibus, proximi signi *principi*, ille similiter proximi, idemque faciunt omnes deinceps, donec ad prima, ac prope tribunos locata signa pervenerit. Hos autem oportet tabellam nondum obortis tenebris referre ad *tribunos*: & si relatæ sunt omnes quæ datæ sunt, cognoscunt signum datum esse omnibus, perque omnes ad sese pervenisse: at si quid defuerit, confestim inquit *tribunus*, quidnam commissum sit, percipitque ex inscriptione, quam ex parte tabella venerit: atque ubi repertum fuerit impedimentum, conveniens infertur multa. *Vigilias* disponunt hunc in modum: *Imperatorem* ejusque tentorium, accubans custodit signum; *tribunorum* tentoria & equitum turmas deputati, ut modo dictum est, ex singulis signis. Itidem per singulos ordines omnes ex se ipsi custodias disponunt, cæteras Imperator: suntque plerumque tres excubiæ: apud *questorem* una, binæ ad *legatos, consiliariosque*: exteriorem castrorum ad spectum *velites* complent, totum interdiu vallum circumsidentes. Etenim hoc illis injungitur ministerium, portas singulæ ex iis decades accubantes servant: eos qui sunt vigiliis deputati, ex singulis custodiis, qui primam vigiliam acturi sunt, unus ex signis singulis *tergiductor* vespere ducit ad *tribunum*: is dat singulis *taleolas* per singulas vigilias brevis admodum habentes characteres: illi cum acceperint, ad assignata recedunt loca. Fides *circuitionis* equitibus committitur. Oportet enim primum alæ ductorem per singulas legiones præcipere uni ex suis *tergiductoribus* summo mane præceptum hujusmodi, ut is edicat ante prandium quatuor adolecentibus alæ suæ, ad eos pertinere circuitionem noctis proxime accessuræ. Posthæc oportet idem præcipiat sequentis alæ *ductori* ante noctem, quod illi incumbat cura circuitionis in sequentem diem: is cum audiverit, oportebit ut similia faciat his, quæ prædiximus in sequentem diem, atque hunc in modum & cæteri deinceps. Qui vero præoptati sunt per *tergiductores* ex prima ala quatuor, ubi fortiti fuerint vigilias, conferunt se ad *tribunum*, accipiuntque in scriptis, quotam, quotque vigilias circuire oporteat. Postea vero accubant ii quatuor juxta primum signum *trianorum*, cujus princeps curam gerit, ut competens

vigiliis signum tuba detur. Cum vero tempus accesserit, primam visit vigiliam, qui ad eam visendam sortitus est. Circuit autem prædicta loca non solum circa vallum aditusque, sed omnia per signa singula, turmasque: & si invenerit vigiles primæ vigilantes, accipit ab iis taleolam: sin autem offenderit quempiam dormientem, aut locum deseruisse, ad testes proximos abir. Idem fit etiam ab iis, qui deinceps vigiliis circumeunt. Dandi autem signum bucina (sicuti paulo ante dixi) per singulas vigilias, quod circuitoribus convenit cum vigilibus, ductoribus ordinum primi signi *triariorum* utriusque legionis quotidie cura incumbit. *Circuitorum* singuli sub ipsam lucem referunt tesseras ad tribunum, & si omnes reddita fuerint, sine delicto abeunt. At si quis pauciores attulerit quam sit custodiarum multitudo, inquirunt ex caractere, quamnam custodia defecerit; qua re cognita, vocatur ordinum ductor. Is autem ducit eos, quibus est commissa vigilia, si disceptant cum circuitore: & si custodum fuerit delictum, confestim profert id circuitor, adhibitis testibus, qui proximi sunt: tenetur enim hoc facere, ac si nihil hujusmodi factum sit, crimen recidit in circuitorem, statimque advocato concilio, coram tribuno dicit causam: & si condemnatur, fuste cæditur. Hactenus *Polybius*. His igitur expositis, tempus est, ut aciem tandem instruamus, quod faciemus capite proxime sequenti.

## CAPUT XIV.

*Instructio aciei.*

Quæ in genere de militia Romana scitu fuerunt necessaria, hæcenus exposuimus: sequitur, ut aciem tandem instruamus, quæ ipsa res paulo altius est repetenda. Quo die pugna erat cum hostibus committenda, signum in castris Romanis proponebatur, videlicet *tunica purpurea* vel *coccina* supra prætorium expansa, cujus meminit *Plutarchus* in Fabio & alibi, *Livius* ac *Polybius*. Post, ubi jam ad bellum exeundum & exercitus castris educendus esset, signa militaria, quæ in castris fixa erant, captatis auguriis, evelebantur se terra. Habebatur autem hoc inter felicia auguria, si avellentem signa scutale sequerentur. Ideoque *Crassus* in Arabis bello Parthico cum filio occisus legitur, quod iturus ad prælium avellere signa vix potuerit. Educto castris exercitu, acies instruebatur. Quod qua ratione fieri consueverit, ex *Livio* aliquo modo intelligi potest, qui libro octavo multis verbis instructam aciem describit, quæ cum maximo pe huc faciant, non gravabor adscribere. Ita igitur *Livius*: Clypeis antea Romani usi sunt; deinde postquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clypeis fecere: & quod antea *phalanges* similes *Macedonicis*, hoc postea manipulatim structa acies cœpit esse: postremo in plures ordines instruebatur. Ordo sexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habebat. *Prima acies hastati* erant, manipuli quindecim, distantes inter se modicum spatium. *Manipulus* leves vicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat. *Leves* autem, qui hastam tantum geseque gererent, vocabantur. Hæc prima frons in acie florem juvenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde ætas totidem manipulorum, quibus *principibus* est nomen: hos sequebantur *scutati* omnes, insignibus maxime armis: hoc xxx. manipulorum agmen *antepilanos* appellabant, quia sub signis jam alii quindecim ordines locabantur: ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat, earum unamquamque *primum pilum* vocabant: tribus ex vexillis constabat. *Vexillum cxxcvi*. homines erant: *primum vexillum triarios* ducebat, veteranum militem spectatæ virtutis: secundum *rorarios*, minus roboris ætate factisque: tertium *accensos*, minimæ fiducia manum: eo & in postremam aciem rejiciebantur. Ubi his ordinibus exercitus instructus esset, *hastati* omnium primi pugnam inibant. Si *hastati* profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes in intervalla ordinum *principes* recipiebant, tum *principum* pugna erat. *Hastati* sequebantur. *Triarii* sub vexillis confidebant, sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas sub erecta cuspidem in terra fixas, haud secus, quam vallo septa inhorretet acies, tenentes. Si apud *principes* quoque satis prospere non esset pugnatum, à prima acie ad *triarios* sensim referebantur. Unde *rem ad triarios redisse*, cum laboratur, proverbio increbuit. *Triarii* insurgentes, ubi in intervalla ordinum suorum *principes* & *hastatos* recepissent, extemplo compressis ordinibus velut claudebant vias: unoque continente agmine, jam nulla spe post relicta, in hostem incedebant. id erat formidolosissimum hosti, cum velut victos insecuti, novam repente aciem exsurgentem, auctam numero cernebant. Scribebantur autem *quatuor* fere *legiones* quinis millibus pedum, equitibus in singulas legiones trecentis: alterum tantum ex Latino delectu adiciebatur, qui ea tempestate hostes erant Romanis, eodemque ordine instruxerant aciem, nec vexilla cum vexillis tantum, universi *hastati* cum *hastatis*, *principes* cum *principibus*, sed *centurio* quoque cum *centurione*, si ordines turbati non essent, concurrendum sibi esse sciebant. Hactenus *Livius*, qui universum exercitum in tres partes distribuit. Primam aciem *hastatos* facit, id est, leves milites, ac scutatos, in eamque pubescentes ad militiam omnes conjicit, alteram *principes* una cum scutatis, quos *antepilanos* vocabant: tertiam ex quindecim ordinibus constituit, quorum unusquisque tres partes haberet, earum unamquamque *primum pilum* vocabant: ex tribus vexillis constabat, *triariorum*, *rorariorum*, & *accensorum*, quorum *rorarii* inter *antepilanos* primo procurrebant, deinde etiam *accensi* eo procedebant, ut tum denique viribus hostium vel exhaustis, vel debilitatis, integri & recentes *trarii* pugnant.

pugnam capefferent. *Polybius* lib. 6. eundem fere ordinem, sed clarius describit: Legionem enim quadri-fariam dividit, in *pilarios*, minimos natu, *hastatos* iis proximos ætate, *principes* florentissimis armis, & *triarios* maximos natu, *pilanos* quidem, *hastatosque* & *principes* millenos ducentes, *triarios* autem sexcentos. Si major fiat legio, proportionem partes augeri dicit, exceptis *triariis*, quos semper efficiant pares.

Cæterum non uno semper modo acies instructa fuit, sed diversis, quod videre est tum apud *Cæsarem* in ipsius Commentariis, tum apud *Ælianum* in libro singulari de instruenda acie, ad quos harum rerum studiosum lectorem remitto. *Agellius* lib. 10. cap. 9. aliquot vocabula militaria, quibus instructa certo modo acies appellari soleat, recenset: qualia sunt, *frons*, *subsidia*, *cuneus*, *orbis*, *globus*, *forfices*, *ferra*, *ala*, *turres*, eaque dicit inveniri in libris eorum, qui de militari disciplina scripserunt, tralataque esse ab ipsis rebus, quæ ita proprie nominantur, earumque rerum in acie instruenda, sui cujusque vocabuli imagines ostendi.

*Frons*. \*\*\*\*.

*Subsidia* dicebantur illi milites, qui post aciem subsidebant, ut laboranti exercitui subvenirent.

*Cuneus* dicebatur acies cuneum representans, sicut *orbis*, *globus*, *forfices*, &c. quæ in modum globi, orbis, forficis instruebatur. *Vegetius* lib. 3. ait, *cuneum* peditum multitudinem vocari, quæ juncta cum acie primum angustior, deinde latior procedat, & adversariorum ordines rumpat: quia à pluribus in unum locum tela mittantur. Quam rem inquit milites vocare *caput porcinum*. Typum ejus habet *Ælianus* in libello de instruendis aciebus.

*Ala* dictæ sunt exercitus equitum ordines, quod circum legiones dextra sinistraque tanquam alæ in avium corporibus locabantur. *Cincius* lib. 6. de re militari, apud *Agellium* lib. 16. cap. 4.

## CAPUT XV.

## De devotione sui ipsius pro exercitu, &amp; de devotione exercitus hostilis.

Quod si periculum aliquod imminere videretur, & *aruspices* nuntiarent, deos non placatos esse, tum unus aliquis ex Romanis sese pro exercitu suo, & simul exercitum hostium volebat. Licebat autem, quemadmodum *Livius* lib. 8. ait, *Consuli*, *Dictatori*que, & *pratori* devovere legiones hostium, & se vel alium, quem velit, ex legione Romana scripta, civem. Si is homo, qui *devotus* esset, moreretur, probe factum videbatur: ni moreretur, tum signum septem pedes altum, aut majus in terram defodi, & piaculum hostia cædi oportebat: ubi illud signum defossum esset, eo magistratum Romanum descendere fas non erat. Qui vero sese devovere volebat, ni moreretur, neque suum, neque publicum divinum pure facere poterat. Addit deinde: Et, qui sese devoveret, *Vulcano* arma, sive cui alii divo vovere vellet, sive hostia, sive quo alio vellet, jus esse: Telo, super quo stans *Consul* precatus sit, hostem potiri fas non esse: si potiat, *Marti* suorum auribus piaculum fieri oportere. Qua vero ratione, quibus ceremoniis, & qua verborum forma sese devoverent, idem paulo ante, de *Decio* Consule loquens, ostendit, cum ita scribit: *In hac trepidatione Decius Consul M. Valerium magna voce inclamat: Deorum, inquit, ope Valeri opus est, aegedum pontifex publicus populi Romani præi verba, quibus me pro legionibus devoveam.*

*Pontifex* eum togam prætextam fumere iussit, & velato capite, manu subter togam ad mentum exerta, super telum subiectum pedibus stantem, sic dicere: *Jane, Jupiter, Mars Pater, Quirine, Bellona, Lares, divi Novensiles, dii Indigetes, divi, quorum est potestas nostrorum, hostiumque, diique Manes, vos precor, venero, veniam peto, seroque, uti populo Romano Quiritium vim victoriamque prosperetis, hostesque populi Romani Quiritium terrore, formidine, morteque afficiatis. Sicut verbis nuncupavi, ita pro republica Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium, legiones, auxiliaque hostium mecum diis Manibus, Tellurique devoveo.* Hæc ita precatus, lictores ire ad *T. Manlium* jubet, matureque collegæ se devorum pro exercitu nuntiaret, ipse incinctus cinctu *Gabino*, armatus in equum insiluit, ac se in medios immisit. Hactenus *Livius*. Extat etiam apud *Macrobium* formula devotionis urbium, & exercituum hostilium, quam paulo post recitabimus. Cæterum de conflictu nihil hoc loco dicam: extant ejus exempla plurima, & varia hinc inde apud *historicos, Livium, Cæsarem, Polybium, Plutarchum*: item apud *Frontinum* in libris de Stratagematis, unde ea peti possunt.

Hoc tamen notandum esse duxi, Romanos, cum classico dato pugnam inirent, primo occurfu ad ardorem excitandum, ardentissimo clamore concurrere, & signa inferre consuevissent: qui clamor si consona voce editus, neque impar, varius vel dissonus foret, haud dubie satis animorum ad certamen esse, & futuram victoriam spondebat: namque is erat index voluntatis & animi cujusque. Si vero excitatior crebriorque ab hoste sublatus esset, quo eventus prælii casurus foret, indicium haud dubium præbebat: in qua quidem re ad ardorem animi excitandum, non solum acies, sed ipsa quoque signa militaria inferebant. Neque enim parvi momenti fuit prima illa vis & congressio militaris, cum alacres & fiducia pleni, ardenti clamore simul in hostes ibant, & signa inferebant, intolerabili clamore, animorum uno impetu consentiente, ac virtute: quæ res magnarum victoriarum plerumque causam dedit. Sed de his jam satis. Huc conferenda sunt exempla pugnarum, quæ passim in *historicis* occurrunt, & stratagematum, de quibus diligentissime scripsit *Frontinus*.

## De oppugnationibus urbium, &amp; iis quæ ad oppugnationes requiruntur.

**D**iximus de iis quæ necessaria fuerunt, si in locis patentibus ad manus veniretur, jam de expugnatio-  
ne locorum clausorum & munitorum agemus. Qua quidem in parte omnium maxime de *instrumen-  
tis & machinis* bellicis, quarum in oppugnationibus usus fuit, dicendum erit. Locus clausus expugnatus  
ex itinere primo impetu, aut longiore oppugnatione capitur. Illius exempla multa sunt passim. Unum  
adferam quod est apud *Cæsarem* de expugnatione *Gomphorum* lib. 3. belli civilis. *Gomphenses*, inquit,  
venienti *Cæsari* portas præcluserunt. *Cæsar* itaque castris munitis scalas musculosque (quibus fossæ ag-  
gere completæ solidum iter efficerent) ambulatoriis turribus, ad repentinam oppugnationem fieri, &  
crates parari iussit: quibus rebus effectis cohortatus milites, docuit quantum usum haberet ad suble-  
vandam omnium rerum inopiam, potiri oppido pleno, atque opulento, simul reliquis civitatibus hu-  
jus urbis exemplo inferre terrorem, & id fieri celeriter, prius quam auxilia concurrerent. Itaque usus  
singulari militum studio, eodem, quo venerat die, post horam nonam oppidum altissimis mœnibus  
oppugnare aggressus, ante solis occasum expugnavit. Hactenus *Cæsar*. Quod si propter fossarum lati-  
tudinem murorumque altitudinem, & munitionem repentino impetu urbs expugnari non posset, vi-  
neis actis, aggere jactis, turribus constitutis oppugnabatur. Cujus rei exempla etiam multa passim  
apud scriptores veteres extant. Nos hic vocabula quædam militarium instrumentorum & operum per-  
tinentium & ad munitiones castrorum. & ad oppugnationes oppidorum exponemus. Castra commu-  
niebant *aggere, vallo, loriceis, cervis, cippis, liliis, & stimulis*. Ad oppugnationes requirebantur  
*turres ambulatoria, testudines, muscoli, vineæ, plutei & cuniculi*.

*Agger*, inquit *Vegetius* lib. 4. ex terra lignisque tollitur contra murum, de quo tela jactantur.  
*Franciscus Hottomannus* annotationibus in *Cæsarem*, *Aggeris* nomen, inquit, tripliciter ab antiquis  
usurpari video, primum *pro mole* ad mœnia oppidorum, deinde *pro munitione* castrorum, postremo  
*pro materia*, qua moles munitione extruitur. *Molem* intelligimus *tumulum* ex lignis & glebis, ac  
cespitiibus extructum, ut in urbium, aut castrorum muros vel militibus, vel turribus mobilibus ascen-  
sus præbeatur. *Cæsar* libro secundo belli civilis, *Lucanus* libro tertio, ex quibus intelligitur, trabes  
à lateribus adhiberi solitas, quæ latera firmarent, ne terra diffugeret, interiori autem partem vi-  
minibus, virgultis & terra repleri, atque infarciri solitam. Tanta autem *aggeris* interdum altitudo  
erat, ut prope mœnia adæquaret, ut apud *Cæsarem* lib. 2. belli Gallici, *Liv.* lib. 5. & alibi. Et ad  
hanc molem extruendam non modo fabri, verum etiam milites his ferramentis instructi erant: bi-  
dentibus, ligonibus, rastris, alveis, cophinis, qualis, ut *Vegetius* scribit libro 1. & 3. Reliquarum  
duarum significationum, quod sumitur pro muro & munitione castrorum, item pro ipsa *aggeris* ma-  
teria, quæ triplex erat, *trabium*, quæ latera firmabant, *frondium*, & *cespitiū*, multa extant apud  
*Cæsarem* testimonia, quæ non opus est adducere.

*Vallus* sive *vallum* dicebatur *stipes ramosus* in *aggeris* summa parte desigi solitus, ad *aggerem* con-  
firmandum, & *loricas* extruendas. Hunc *vallum* legionarii milites una cum armis in itinere ferebant,  
uti supra ex *Cicerone* audivimus, & alii etiam auctores attestantur. Nonnunquam accipitur pro su-  
periore parte *aggeris* ex illis *vallis*, id est, sudibus & stipitibus, ac viminibus interjectis constante.  
*Valli Romani* elegans descriptio extat apud *Polybium* lib. 17. ubi id cum *vallo Græco* confert, & quid-  
nam inter ea sit discriminis, ostendit. *Vallum*, inquit apud Romanos, duos, tresve, aut ad sum-  
mum quatuor habet *furculos*, ex quo accidit, ut perfacilis ejus sit gestatio. Itaque unus tria, atque  
etiam quatuor simul fert. Et paulo post, cum de *Græcorum vallo*, ejusque usu dixisset, subjicit:  
Apud Romanos dissimillima est ratio. Primum enim ita *valla* inter se circumplicant, ut neque facile  
quorum ramorum in terram compactorum sint *virgulta*, neque quorum *virgultorum* sint *rami*, agnos-  
cas. Præterea difficile est, si quis evellere conetur, manum admovere: quoniam densissime inter se  
contexta & conferta sunt. Eo accidit, quod *virgulta* ita accurate inflexa, & intertexta sunt, ut re-  
velli ab eo, qui prehenderit, facile non possint: primum quia *eminentia & furculi* omnes suam &  
propriam in terra firmitudinem obtinent. Deinde cum unum è *virgultis* trahitur, necesse est propter  
mutuam contexturam magnam simul propaginem educi, neque vero fieri potest, ut duo, tresve u-  
num, idemque *vallum* prehendere possint. Quod si quis unum aut alterum commoveat, ac revellat,  
exiguum tamen intervallum patet. Ita *Polybius*.

*Lorica* dicebantur eminentiæ illæ *aggeris*, sive etiam murorum, quæ pectus defendebant. Fiebant  
autem plerumque ex *cratibus & viminibus*, interdum ex *pluteis*, id est, crassis asseribus & tabulis.

*Cervi* erant stipites, cornicula eminentia habentes, quibus ad commissuras *pluteorum* atque *agge-  
ris* utebantur, ad impediendum ascensum.

*Lilia stipites* erant feminis crassitudine, à summo præcuti, ad similitudinem floris ejusdem nomi-  
nis, non aperti, sed adhuc compressi: & tegebantur viminibus ac *virgultis*.

*Cippi* erant *stipites* tricipites, aut quadricipites, delibratis & præacutis cacuminibus, ab infimo re-  
vincti longurio transversario, ne avelli possent. Hæc omnia ad munitionem & defensionem castro-  
rum parabantur à Romanis.

Jam ea quæ ad oppugnationem requirebantur explicabimus. *Turris mobilis*, sive (ut *Vegetius* ap-  
pellabat) *ambulatoria*, erat machina, instar ædificii ex trabibus & tabulis, interdum decem contigna-  
tionibus extructa, intus erat aries, quem suspensum milites in hostium murum impellebant: ex supe-  
riore parte *pons* demittebatur in eundem murum, & *scale* confestim injiciebantur. Tota autem ma-  
chinatio subjectis rotis, à militibus circiter quinquaginta introrsus movebatur, cum *musculus* aut  
*vineæ* præcederent, sub quibus fossos rastris & lignibus viam muniebant: aggeremque, de quo  
diximus, solidabant, ut mœnibus turris propinquari posset. Hæc *Hottomannus*. In eandem senten-  
tiam scribit *Vegetius* libro quarto. Ejus ædificandæ rationem tradit *Vitruvius* libro decimo. De il-  
lius forma locus insignis est apud *Cæsarem* libro secundo belli Gallici. Altitudo ejus tanta fuit, ut  
plerumque denum tabulatorum esset, velut apud *Cæsarem* libro octavo belli Gallici & de bello Alexan-  
drino, apud *Josephum* libro sexto, capite octavo belli Judaici. De *pontibus*, quos injungi solere  
diximus, insignis extat locus apud *Hirtium* libro octavo belli Gallici: Turres, inquit, crebras ex-  
citari in altitudinem trium tabulatorum, pontibus trajectis, constratisque conjungi: quorum frontes  
vimineæ lorica munirentur. Multa etiam in eandem sententiam scribit *Procopius* lib. 1. Gott. &  
lib. 2.

*Testudo* tabulatum erat ex trabibus pluteisque factum, coriisque ac ciliciis contextum adversus  
flammam & incurrentia saxa, sub qua latebant milites, qui viam turribus, aut vineis muniebant, saxa  
de via removebant, solum æquabant, ac muros tentabant. *Vitruvius* lib. 10. & *Cæsar* multis locis.  
Interdum etiam *testudo* significat cratem scutorum continuatam, qua sublatis supra capita scutis pro-  
tecti pedites sagittarum aut saxorum nubem vitabant.

*Musculos* *Vegetius* libro quarto interpretatur *machinas*, quibus tecti milites apportatis lapidibus,  
lignis & terra fossas complebant, ut turri ambulatoriæ viam munirent. At *Cæsar* *musculorum* tecto  
usum tribuit, non viæ aggere supportato muniendæ, sed muri subruendi, lapidesque vectibus sub-  
ducendi, qui etiam interdum subjectis rotulis impellebantur, cujusmodi *musculi* descriptio extat apud  
*Cæsarem*, lib. 2. Belli civilis.

*Vineas* *Vegetius* lib. 4. ait esse machinationem tabulatis cratibusque constratam, quæ subjectis  
rotulis impellitur, cujus tecto muniti obsidentes, murorum fundamenta subruunt. Has *Franciscus*  
*Hottomannus* opinatur inde dictas, quod, ut plerisque locis vineæ sepibus vimineis, ita hæ tectis  
vimineis muniri soleant. Usus vinearum *Lucanus* lib. 3. his describit versibus:

*Tunc adoperta levi procedit vinea terra,  
Sub cujus pluteis, & tecta fronte latentes  
Moliri nunc ima parant, & vertere ferro  
Mœnia: nunc aries suspensio fortior ictu  
Incussus densi compagem solvere muri  
Tentat, & impositis unum subducere saxis.*

Alium, præterea, inquit *Hottomannus*, usum vinearum esse video, ut cum plures ordine impelle-  
rentur, milites post eas occulti sequerentur, veluti lib. 7. belli Gallici. Hinc *sub vitem præliari* di-  
cebantur milites, cum sub vinea militari pugnabant. *Festus*.

*Pluteos*, inquit *Vegetius* libro 4. esse machinas mobiles, & ambulatorias, ex tabulis, vimine & corio  
constratas, triusque rotulis adigi solitas ad muros, quarum una in medio, duæ in capitibus apponan-  
tur, ita ut in quamcunque partem quis velit, more carpentorum admoveri possint. Quos, inquit, ob-  
sidentes applicant muris, eorumque munitione protecti, sagittis, sive fundis, vel millibus defensores  
omneis de propugnaculis oppidi exturbant, ut scalis ascendendis facilius præstetur occasio. *Plutei*  
etiam crebro usurpantur pro tabulis, sive afferibus, cujus significationis exempla occurrunt passim.

*Cuniculus* est *meatus subterraneus, suffossus*. *Festus*. *Cuniculus*, id est, foramen sub terra oc-  
cultum, aut ab animali, quod simile est lepore, appellatur, quod subterfossa terra latere est solitum:  
aut à cuneorum similitudine, qui in omnem materiam intrant findentes. *Cuniculorum* agendorum  
rationem quis primus invenerit, *Vegetius* libro 4. his verbis docet: Cum *Rhodiorum*, inquit, civitas  
oppugnaretur ab hostibus, & turris ambulatoria super murorum altitudinem ac turrium omnium pa-  
raretur, mechanici ingenio inventum est tale remedium: Per noctem sub fundamento muri *cuniculum*  
fodit, & illum, ad quem die postero turris fuerat promovenda, nullo hostium sentiente. egesta ter-  
ra cavavit intrinsecus, & quum rotis suis mola impulsa fuisset tanto pondere, solo cedente subsedit,  
ut nec jungi muris ac moveri ulterius potuerit: ita civitas liberata est, dejectaque machina.

*De machinis bellicis ad oppugnationem urbium necessariis, & Romanis usitatis, ballista, ariete, scorpione.*

**F**uerunt autem & *machina* quædam *bellica*, quibus ad oppugnationem urbium usi fuerunt, veluti *ballista*, *aries*, *scorpius*, sive *onager*, de quibus etiam nonnihil dicendum nobis est.

*Vegetius* libro 4. inter alia tormentorum genera *ballistam* primo enumerat: eamque funibus, nervis, chordisque ita tendi ait, ut quanto majora brachiola haberet, hoc est, quanto major esset, tanto spicula longius mitteret. Deinde *onagram*, quo lapides dirigebantur. Postremo *scorpiones*, ideo sic dictos, quod parvis, subtrilibusque spiculis mortem inferrent. *Ballista*, sicut & *arietis* & *scorpii* descriptiones extant apud *Marcellinum*, quas operæ pretium est huc referre. Ita vero is libro 23. *Ballista* forma hæc est. Ferrum inter axiculos duos firmum compaginatur & vastum, in modum regulæ majoris extensum: cujus ex volumine tereti, quod in medio ars polita componit, quadratus eminet stylus extensius, recto canalis angusti meatu cavatus, & hac multiplici chorda nervorum tortilium illigatus: eique cochleæ duæ lignæ conjunguntur aptissime, quarum prope unam adhsit artifex contemplabilis, & subtiliter apponit in temonis cavamine sagittam ligneam spiculo majore conglutinatam: hocque factò hinc inde validi juvenes versant agiliter rotabilem flexum. Quum ad extremitatem nervorum acumen venerit summum, percita interno pulsu à ballista ex oculis evolat, interdum nimio ardore scintillans: & evenit sæpius, ut antequam telum cernatur, dolor lethale vulnus agnoscat.

*Scorpionis* autem, quem appellant nunc *onagram*, hujusmodi forma est: Dolantur axes duo quercei vel ilicei, curvanturque mediocriter, ut prominere videantur in gibbas: hique in modum ferratoriæ machinæ connectuntur, ex utroque latere patentius perforati: quos inter per cavernas funes colligantur robusti, compagem, ne dissiliat, continentes. Ab hac medietate restium ligneus stylus exurgens obliquus, & in modum jugalis temonis erectus, ita nervorum modulis implicatur, ut altius tolli possit & inclinari; summitatque ejus unci ferrei copulantur, è quibus pendet stuppea vel ferrea funda: cui ligno fulcimentum prosternitur ingens, cilicium paleis confertum minutis, validis nexibus illigatum, & locatum super congestos cespites vel latericios aggeres. Nam muro saxeo hujusmodi moles imposita disjectat quicquid invenerit subter, concussionem violenta, non pondere. Quum igitur ad concertationem ventum fuerit, lapide rotundo fundæ imposito, quaterni altrinsecus juvenes repagula, quibus incorporati sunt funes explicantes, retrofusus stylum penes uncinum inclinant: itaque demum sublimis adstans *magister*, claustrum quod totius operis continet vincula, referat malleo forti percussum: unde absolutus ictu volucris stylus, & mollitudine offensus cilicii, saxum contorquet quicquid incurrit collisurum. Et tormentum quidem appellatur ex eo, quod omnis explicatio torquetur: *scorpio* autem, quoniam aculeum desuper habet erectus: cui etiam *onagri* vocabulum indidit ætas novella ea re, quod asini feri, quum venatibus agitantur, ita eminus lapides post terga calcitrando emittunt, ut perforent pectora sequentium, aut perfractis ossibus capita ista displodant.

Hinc ad *arietem* veniemus. Eligitur abies vel ornus excelsa, cujus summitas duro ferro concluditur, & prolixo, *arietis* efficiens prominulam speciem, quæ forma huic machinamento vocabulum indidit: & sic suspensa utrinque transversis asseribus & ferratis, quasi ex lance, vinculis trabis alterius continetur: eamque quantum mensuræ ratio patitur multitudo retro repellens, rursus ad obvia quæque rumpenda protrudit ictibus validissimis, instar adfurgentis & cædentis arietis. Qua crebritate velut reciproci fulminis impetu ædificiis scissis in rimas, concidunt structuræ laxatæ murorum. Hoc genere operis, si fuerit exerto vigore discussum, nudato defensoribus vallo, ideoque solutis obsidiis, civitates munitissimæ recluduntur. Pro his *arietum* machinamentis jam crebritate despectis conditur machina scriptoribus historicis nota, quam *helepolin* Græci cognominant: cujus opera diuturna *Demetrius* Antigoni Regis filius Rhodo aliisque urbibus oppugnatis *Poliorectes* est appellatus. *Ædificatur* autem hoc modo: *Testudo* compaginatur immanis, axibus roborata longissimis, ferreisque clavis aptata, & contegitur coriis bubulis, virgarumque recenti textura, atque limo asperguntur ejus suprema, ut flammeos detrectet & missiles casus. Conferuntur autem ejus frontalibus trifulcæ cuspides præacutæ, ponderibus ferreis graves, qualia nobis pictores vel fictores ostendunt fulmina, ut quicquid petierit, aculeis exertis abrumpat. Hanc ita validam molem rotis & funibus regens numerosus intrinsecus miles, languidiori murorum parti viribus admoveat concitis: & nisi desuper propugnantium valuerint vires, collisis parietibus aditus patefacit ingentes.

His addo etiam *malleolos* & *falces murales*. *Malleoli*, inquit, *Nonius*, manipuli spartei, pice contecti, qui incensi, aut in muros, aut in testudines jaciuntur, de quibus ita *Marcellinus*: *Malleoli*, teli genus, figurantur hac specie: sagitta est canna inter spiculum & arundinem multifido ferro coagmentata, quæ in muliebris coli formam, quo nentur lineæ stamina, concavatur, ventre subtiliter, & plurifariam patens, atque in alveo ipso ignem cum aliquo suscipit alimento. Et sic emissâ lentius arcu invalido

(ictu

(ictu enim rapidiore extinguitur) si hæserit usquam, tenaciter cremat: aquisque conspersa acriores excitat æstus incendiolorum, nec remedio ullo, quam superjecto pulvere, confopitur.

De *falcibus muralibus* ita *Vegetius* lib. 4. De materia & tabulatis testudo contextitur: quæ ne exuratur incendio, coriis vel ciliicis centonibusque vestitur. Hæc intrinsecus accipit trabem, quæ adunco præfigitur ferro: quod *falx* vocatur à eo, quod incurvata est, ut de muro extrahat lapides. Meminit harum etiam *Livius* libro 38. *Cæsar*, *Orosius* & alii.

*Murices* alio nomine *triboli*, sive *tribuli* dicti, machinulæ ferreæ tetragonæ erant, aculeis extantibus infestæ, quæ spargi solebant adversus eruptiones hostiles.

## CAPUT XVIII.

## De evocatione deorum tutelarium, &amp; devotione urbium atque exercituum hostilium.

Jam vero & hoc silentio non est prætereundum, quod *Macrobius* lib. 3. Saturn. cap. 9. notat, cum omnes urbes in alicujus dei essent tutela, morem Romanorum arcanum, & multis ignotum fuisse, ut cum obsiderent urbem hostium, eamque jam capi posse considerent, certo carmine evocarent *tutelares deos*: quod aut aliter urbem capi posse non crederent: aut etiam si posset, nefas existimarent, *deos* habere *captivos*. Unde & ipsi Romani tum *deum*, in cujus tutela urbs Roma est, tum ipsius urbis Latinum nomen ignotum esse voluerint, caverintque, ne quod ipsi sæpe adversus urbes hostium fecisse se noverant, idem ipsi quoque *hostili evocatione* paterentur, si tutelæ suæ nomen divulgaretur. *Evocatis diis* tum ipsam etiam urbem, & exercitum hostilem devovebant. *Carmen* autem, quo dii evocabantur cum oppugnatione civitas cingeretur, ejusmodi ex libro 7. rerum reconditarum Sammonici Sereni *Macrobius* recitat lib. 3. Saturn. cap. 9. Si deus, si dea es, cui populus civitasque Carthaginensis est in tutela, teque maxime ille, qui urbis hujus, populique tutelam recepisti, precor venerorque, veniamque à vobis peto, ut vos populum civitatemque Carthaginensium deseratis, loca, templa, sacra urbemque eorum relinquatis, absque his abeat: eique populo, civitatisque metum, formidinem, oblivionem injiciatis, proditi- que Romam ad me meosque veniatis: nostraque vobis loca, templa, sacra, urbs acceptior probatiorque sit: mihi quoque, populoque Romano, militibusque meis præpositi sitis, ut sciamus intelligamusque. Si ita feceritis, voveo vobis templa ludosque facturum. In eadem verba hostias fieri oportet, auctoritatemque videri extorom, ut ea promittant futura. Urbes vero exercitusque sic devoventur, jam evocatis numinibus. *Dis pater*, Vejovis manes, sive vos quo alio nomine fas est nominare, ut omnes illam urbem *Carthaginem*, exercitumque, quem ego me sentio dicere, fuga, formidine, terrore compleatis: quique adversus legiones exercitumque nostrum arma telaque ferent, uti vos eos exercitus, eos hostes, eosque homines, urbes, agrosque eorum, & qui in his locis, regionibusque, agris, urbibusque habitant, abducatis, lumine supero privetis: exercitumque hostium, urbes agrosque eorum, quos me sentio dicere, uti vos eas urbes, agrosque, capita, ætatesque eorum devotas consecratasque habeatis, illis legibus, quibus quandoque sunt maxime hostes devoti: eosque ego vicarios pro me fide, magistratuque meo, & pro populo Romano, exercitibus legionibusque nostris do, devoveo: ut me, meamque fidem, imperiumque, legiones, exercitumque nostrum, qui in his rebus gerendis sunt, bene salvos sinatis esse. Si hæc ita faxitis, ut ego sciam, sentiam, intelligamque: tum quisque votum hoc faxit, ubi faxit, recte factum esto, ovis atris tribus, tellus mater, teque Jupiter obtestor. Cum *tellurem* dicit, manibus terram tangit: cum *fovem* dicit, manus ad cælum tollit: cum votum recipere dicit, *manibus pectus* tangit. Hactenus ex Sammonico Sereno *Macrobius*, & addit in antiquitatibus se hæc oppida invenisse devota, *Tonios*, *Fregellas*, *Gabios*, *Vejos*, *Fidenas*. Præterea *Carthaginem*, & *Corinthum*. Sed & multos exercitus, oppidaque hostium, *Gallorum*, *Hispanorum*, *Afrorum*, *Maurorum*, aliarumque gentium, quas præsci loquuntur annales. Atque de oppugnationibus hæctenus.

## CAPUT XIX.

## De prælio navali.

Sæquitur jam de *prælio navali*, de quo antequam dicere incipiamus, sciendum est, Romanos cum in omni reliqua militia clari essent, mari tamen sese non commisisse ante primum bellum Punicum. Tum enim primum, cum *Carthaginenses* plurimum mari pollerent, coacti & ipsi sunt classem comparare, & *navalis belli* periculum facere. Ne autem omnino navigationis & rerum maritimarum expertes essent, providentia & cura *Consulum* factum est, ut milites paulatim ad remigium interea, dum tota classis pararetur, exercerentur per hunc, uti *Polybius* libro primo docet, modum. Subsellis in arena per ordinem positis, remiges insidentes ad vocem præcipientis, qui in medio eorum erat, omnes una protendere brachia, ac reducere, remosque per arenam movere pariter docebantur: ad illius vocem simul omnes *incipiebant*, simul *desinebant*, per hunc modum navigandi artem edocti & perfectis interea navibus mare ingressi, post

Aaaa

post paucos dies verum in undis periculum fecerunt. Hactenus *Polybius*. Hæc igitur prima rudimenta *Romanorum*, quod ad navalia prælia, fuerunt. Is, cui imperium in copias navales mandatum erat, *præfectus classis* dicebatur. Interdum etiam *duumviri navales* creabantur: de quibus diximus libro harum *Antiquitatum* septimo, capite 40.

Singulæ item naves suos *præfectos* habebant, de quibus non est necesse multa verba facere. Cæterum potissima pars hujus tractationis consistit in explicatione *navium* earumque partium, & generum, quibus cognitis, reliqua facile intelligi, nullo etiam docente possunt. Quare de *navibus*, quantum quidem huc pertinere arbitramur, dicemus.

## CAP. XX.

*De classe & navibus, earumque partibus & generibus.*

**U**Niversus navium apparatus *classis* dicebatur, ἀπὸ τῶν κλάδων, hoc est, à *lignis*, ut docent Grammatici. Navis autem à Græco *νῆα*, quod *fluo* significat, vel à Latino *no*, quod est, *nato*, vel à *navo*, quod rectorem navium navis exposcat, hoc est, strenuum & celerem, nomen habet. *Navium* partes plurimæ sunt, quas prout nobis occurrent, hic recitabimus.

*Carina* est pars navis infima à facili cursu, quasi *currina* vocata; *Salustius* *alveum* vocat. Quidam totius navis compagem *carinam* esse opinantur. Hæc primum, sicut & *statumina*, ex levi materia fiebant, reliquum corpus navium viminibus contextum, coris intergebatur. Capitur etiam *carina* interdum pro infima trabe, qua navis fundatur, ut est illud *Ovidii*:

*Dum mea puppis erat valida fundata carina.*

*Statumina*, quæ & *stamina*, & *costæ* dicuntur, ligna sunt arrectaria in interiore alvo, quæ latera navis suppingunt.

*Pergula* est ex cursu per totam navem apertus locus ad navis latera. *Festus* *ageam* vocat, quod in ea quæque res maxime agi soleat, quo vocabulo usus est *Ennius*:

*Multa foro ponent, ageaque longa repletur.*

Nonnulli *ageam* eam viam dictam putant, per quam ad remiges hortator accedit.

*Prora* est navis pars anterior, sic dicta quasi *περὶ πρῶτα*, quod reliquam navis partem præcedat. Huic qui præest, *proreta* Græce *προρῆτις*, appellatur.

*Rostræ*, pars navis primore in prora exporrectior, & cunei in modum acutior, nomen habet à *rostris* avium, ad quorum similitudinem fiebant, unde *rostrata navis*, & *rostrata corona*, de qua infra: De *rostris* loco fori Romani, supra diximus.

*Puppis* navis pars est posterior, & est locus in navi honestior, quod ibi sedeat gubernator clavæ regens navigium.

*Acroteria*, sive *plutei navales*, tigna ad ornatum proræ puppisque prominentia.

Tutela navis, *signum* dicebatur, in prora, unde navis nomen accipiebat.

*Oculus* locus erat, cui navis nomen inscribatur.

*Fori spatia* sunt in navibus apertiora, alii latera concava interpretantur, à ferendo onera dicta. *Virgilius*:

*Implesemque foros flammis.*

*Servius Honoratus* navium *tabulata* exponit, ab eo, quod incessus ferant. Idem tamen alio loco spatia esse ait in navibus aperta, velut in gladiatorii ludis.

*Stega* navis est proscenium, id est, tabulatum super quod nauræ ambulant. Alii locum navis contextum, & perinde etiam *tugurium*.

*Pons* significat hoc loco scalas navales, quibus excipiuntur, aut in terram exponuntur vectores.

*Transra* sunt tabulæ, in quibus remiges sedent, dicta, ut ab aliquibus traditur, quod in transversum disposita sint, vulgo *banchi* dicuntur à nautis, & *trasti*: Poëtæ etiam *juga* vocant. *Festus* tabulas navium *transra* appellari putat.

*Columbaria* in summis navium lateribus loca concava esse Grammatici quidam scribunt, quod sint similia columbarum latibulis, in quibus nidificant. *Vitruvius* libro 10. cum organa ad aquam hauriendam describit, *columbaria* vocat cava seu foramina, per quæ aqua concepta in tympano educitur. *Lilius Gregorius Gyraldus* putat, naviculam esse clausam undique & obtectam, multis pertusam foraminibus, qua vivos pisces servare piscatores consueverint. *Hadrianus Junius* ex *Isidoro* scribit, *columbaria* esse foramina in navis lateribus, per quæ remi prominent, similia latibulis columbarum.

*Scalmus* est lignum teres, cui alligantur pensiles remi loro, quod *struppum* vocat *Isidorus*, *stropham* *Vitruvius*. Hinc *interscalmum* locus vacuus & intermedius inter scalmos remigum.

*Sentina* est pars inferior navis, ubi sordes defluunt, atque ideo, quod ibi teter odor sentiat, sunt qui dictam arbitrentur. *Valer. Max.* lib. 2. de disciplina militari, pro ipsis sordibus accepisse videtur, cum ait: *Hac turpi & erubescenda sentina excuefactus exercitus noster*. Per translationem etiam pro malorum consortio sumitur. Hanc quidam *umbam* vocant, sed hæc vox denotat locum navis primum, quod scilicet aquis incumbat.



*Antlia*, machina haustoria, qua è sentina attrahitur, exinaniturque *nautæa*, sic appellabantur sordeæ putidæ, quæ in sentina erant.

*Corbis* signum quoddam navium erat, unde *corbita naves* dicuntur onerariæ, quod in malo earum summo pro signo corbes solerent suspendi. *Festus*. Sicut illæ naves, quæ bello paratæ erant, *galeam* insigne habebant: quæ vero ad celeritatem, *Mercurii petasum*: pacificatoris *caduceum*.

*Malus* est arbor navis, quæ erecta vela sustinet, sic dicta, quod instar *mali* habet in summitate, vel quod quasi quibusdam malis ligneis cingitur.

*Mala lignea* dicuntur *orbiculi* volubiles, qui malum circulo ambiunt, ut eorum volubili agitatione vela facilius vel pandantur, vel demittantur.

Partes mali sunt *calx*, sic appellatur pars infima: *carchesium*, suprema pars, sive foramen, per quod in summo malo funes trajiciuntur, ut vult *Nonius*, *antenna*, lignum transversum in malo, quod velum sustinet, quasi transversa pertica, sic dicta, quod fit ante amnem: alii ab *am*, id est, *circum*, & *tendo*, deducunt. *Antenna* utrinque extremitates habebat, quæ dicebantur *cornua*, item *ceruchi*. Erat *osthenes* in Architectonico partes mali dixit esse has, *pterne*, *thoracium*, *elacate*, *carchesium*, *antennam*, *icrion*: quo nomine quidam singularem partem mali, alii ipsam *antennam* significari scribunt.

Instrumenta & armamenta navium hæc sunt.

*Remi* sunt perticæ seu conti, quæ veluti in palmam desinunt, unde fit, ut interdum à poetis *palmæ* & *palmula* vocentur, quibus naves & rates impelluntur & aguntur. Dicuntur remi, vel, ἀπὸ τῆς ῥέειν, vel à removendis & decutiendis fluctibus. Item *tonse* nonnunquam appellantur, à *tondendis* & feriendis procellis. *Festus* tamen, quod ferro tondeantur, dictas putat, idque *Ennii* auctoritate comprobatur. Sunt qui remorum palmulas *tonsas* esse existimant. Dicuntur & *remitrudes*, à *trudendo*, ut plerique existimant. Hos quidam *perticas* interpretantur, & *contos* esse volunt ad trudendas & impellendas naves. *Trudes* aliqui volunt esse instrumenta, quibus saxo in hærens navigium, trudi vel reduci soleat. *Contus*, inquit *Donatus*, est pertica oblonga, in capite ferrum habens, qua nautæ utuntur ad exploranda loca navibus opportuna.

*Palmula* est extrema remi latitudo, *manubrium remi*, sive capulum, *enchiridium* Græci appellant, mediam partem *uræcon*.

*Clavus* navis est gubernaculum. *Ennius*,

Ut clavum rectum teneam, navemque gubernem.

Inde per translationem pro *administratione* ponitur. *Servius* Grammaticus *clavum* putat esse fustem gubernaculi, hoc est, lignum oblongum, quo flectit ac reflectit gubernator navem, *ansa* appellatur à *Vitruvio*. Distinxit & *Cicero* inter *clavum* & *gubernaculum*, cum pro Sextio ait, clavum tanti imperii tenere & gubernacula reipublicæ tractare. *Ansa* summa pars clavi erat. Locus ubi gubernator reclinatur, *enclima* dicebatur.

*Tonsilla* palus est dolatus in acumen, & cuspide præacutus, qui navis religandæ causa in littore figitur, *Festus*. *Isidorus* ait, *tonsillam* significare uncum ferreum vel lignum, ad quod in littore defixum navium funes illigantur.

*Bolis*, *Lucillio cataprorates*, est linea, cum massa plumbea, quæ de prora demitti solet in mare ad explorandum fundum, marisque altitudinem. *Plauto* *linea* dicitur.

*Phalanges*, qui & *phalange* & *pulvini* dicuntur, cylindri quidam lignei sunt, qui vectibus promoventur ad transducendas naves in portum, sive ad littus.

*Ancora* est dens ferreus ad sistendas naves, sic dicitur per ἀντίστοιχον quasi ἀγκύλη, ab incurvitate. Inter *ancoras*, inquit *Pollux*, una est, quæ *sacra ancora* dicitur, quam non nisi coacti nautæ expediunt necessitatis causa. Sunt qui ejus quoque vocabulo, hoc est, ἱερά, extremum navis subsidium dictum existimant.

*Portifculus*, ut scribit *Ælius Stilo*, dicitur, qui in portu modum dat classi: id autem est *malleus*, cujus meminit *Cato* in dissuasione de lege Attali & vectigalibus Asiæ: *Cajo Lucio* prætoris remiges scripti cives Romani sub *portifculum*, sub flagrum conscripti venire passim. *Portifculus* ab aliquibus dicitur etiam interdum *perticam* significare, interdum remigantium hortatorem. Erat enim pertica quædam in navi, quam hortator remigum tenebat, quam si incuteret, remiges non desinebant: si deponeret, conqueſcebant à labore. Hanc *Plautus caſteriam* nominat in *Asinaria*. *Nonius* tamen *Marcellus caſteriam* locum esse, inquit, ubi cum navigatio quiescit, remi & gubernacula reponuntur.

Huc pertinent & instrumenta illa, quibus in bellis duntaxat navalibus utebantur, qualia sunt *harpagones*, *manus ferrea*, *cataraeta*, *corvi*, *falces*.

*Harpago* dicebatur pertica ferro adunco præpilata, qua navis tenebatur.

*Manus ferrea*, *harpago* ferrea erat, pluribus uncis divisa, qua naves in conflictu navali colligabantur.

*Cataraeta* videtur ab *Appiano* accipi pro ponte, qui in pugna navali in hostium naves injicitur, dum pugna conferitur & ascensum eis præbet.

*Corvi*, Græci κόρακις, munimenta quædam navium erant, à Romanis excogitata, quorum elegans descri-

descriptio extat apud *Polyb.* lib. 1. huc referenda: Cum, inquit *Polybius*, Romanorum naves tardæ nimis, & ad celeritatem parum commodæ essent, singulis quibusque munimenta quædam aptabant, quæ postea *corvos* appellavere: ea fuit machina hujusmodi, lignea columna proris inerat, longitudinis quatuor ulnarum, latitudinis palmorum trium, in ejus apice rotam constituerant: huic præterea tabulæ inhærentes scalas conficiebant, quarum latitudo erat pedes quatuor, longitudo sex ulnæ: foramen tabulati per longitudinem erat: *Scala* ab utroque latere usque ad genu munitæ: in ligni extremo ferrum erat instar mallei peracutum, præterea annulus fune alligatus, ita ut hæc machina machinis frumentariis simillima videretur. Igitur simul ac navis hostium adventabat, laxato fune scalæ demittebantur, ferrum pondere, ac vi ligni super hostium navium delapsum figebatur: si adversa prora erat, bini milites per scalas descendeabant, duo primi præferentes scuta, reliqui latera scutis protecti: si vero obliqua erat hostium navis, in eam ex tota pariter navi desiliebat. Hactenus *Polybius*.

*Falx* dicebatur acutissimum ferrum, curvatum ad similitudinem falcis, quod contis longioribus inditum, collatorios funes, quibus antemna suspeuditur, repente præcidebat, collapsisque velis liburnam pigriorem, ac inutilem reddebat. *Vegetius*. Aliæ erant *falces murales*, de quibus supra.

*Funium* etiam in re nautica multus usus est, hi dicuntur *rudentes*, à nimio scilicet stridore, & pro vario, quem præstant usu, varia sortiti sunt nomina, quorum quædam hic recipiamus.

Eos funes quibus velum subducitur, *mesurias* vocant: & quibus ex utraque parte malum constringitur, *protonos*.

*Pes* nauticus funis est quo velum tenditur. Quidam tamen extremum veli angulum esse opinantur. A pede *propes* dictus, funis quidam, quo pes veli alligatur.

*Hypera* funis est nauticus, à summo propendens, quo antemnarum cornua traducuntur.

Sunt & *pesmata* funes quibus ancoræ alligantur. Quidam *prymnesia* arbitrati sunt. *Festus* tamen *prymnesium* vocat tonfillam, palum ipsum, de quo religatur navis, non funem.

Verum funis iste, qui navem in alto, aut rado sifit, etiam *funis ancorarius*, *ancorale*, & *retinaculum* appellatur.

*Camelus* dicitur funis crassus, quo nautæ alligandis ancoris utuntur.

*Epitonus* lori vel vinculi genus est, quo antemna malo alligatur.

*Protoni* vero funes dicuntur, qui ex mali utraque parte à prora & puppe extenduntur.

Connumerantur inter funes, & *bimonia*, quæ ex loris conficiebantur ad aquas hauriendas.

Sunt & *tropi*, qui & *tropoteres*, & *epicopoteres*, Latine *struppi* vocantur, vincula, quibus scalmus remus alligatur. *Vitruvius* eos *strophas* videtur appellare.

*Torus* funis est è loris contortus, qui *toro*, id est, lecto subtendebatur.

*Spira* proprie sunt funium volubilitates. *Sercius*: sive ut *Festus* scribit, funis nauticus in orbem convolutus.

*Transenna* funis extentus.

*Opifera*, sive *opiferi funes*, quibus cornua antemnæ dextra sinistraque tenduntur.

*Mitra* funis, quo navis media vincitur.

*Anquina* funis, quo ad malum antemna constringitur.

*Remulus* funis est, quo religata navis major minorem sequitur remis actam, vel quo deligata navis remi vice trahitur.

De *velis* jam dicendum.

*Velum* linteum quoddam est, ad navium celeritatem repertum: quod quasi *alra* est navis.

Quis velorum auctor fuerit, à plurimis traditur. Conficiebantur ex diversa materia, ex *lino*, *cannabe*, *scirpo*, *sparto*, & *corio*. Triplici autem forma fieri consuevere. Nam alia *triangula*, qua plurimum figura nunc utimur, alia *quadrata*, ut in minoribus navigiis, & amnicis fieri videmus: alia *rotunda*, qualia se conspexisse nautæ Lusitani affirmant apud Indos.

Quin & in eorum majoribus navibus ad *duodecim vela* habere traduntur. Cæterum *vela*, ut libro 10. scribit *Vitruvius*, & ratio palam facit, cum sunt per altitudinem mediam mali pendentia, non potest habere navis celerem cursum: cum autem in summo cacumine antemnæ subdactæ sunt, tum vellementiori progreditur impetu, quod non proxime calcem mali, sed in summo longius, & ab eo progressa recipiunt in se vela ventum.

Igitur cum vela per medium sunt temperata, minorem habent virtutem. Quæ autem in capite mali summo collocantur, discedentia longius à centro, non acriore, sed eodem flatu pressione cacuminis vehementiori cogunt progredi navem. Hactenus ille.

Idem & *Annæus Seneca*: Nulla enim inquit res æque adjuvat cursum, quam summa pars veli, illinc maxime navis urgetur: itaque quoties ventus increbuit, majorque est, quam expedit, antemna submittitur, minus habet virium flatus ex humili.

Vela tria facit *Julius Pollux*, & eum secutus *Isidorus*, majus, quod *acation* appellant: quod à tergo est, *epidromon*: quod minimum, *dolona*. *Acation*, inquit *Isidorus*, velum maximum est in media navi constitutum. *Epidromos* secundæ amplitudinis, sed ad puppim: *Dolon* minimum, & ad proram defixum.

Est

Est & *artemongen*us veli, quod *Nicolaus Perottus antemona* appellat, sic scribens: *Antemon* velum est, quod potest facilius obliquari, quo nautæ in summo tempestatis discrimine utuntur, & hoc ad dirigendam potius navem, quam ad celeritatem facit. *Lilius Gyraldus*: *Antemon* est minus illud velum, quod velis majoribus appēdi solet, unde & illi nomen.

*Suppara* quoque inter velorum genera reponuntur. Est autem *supparum* genus veli, unum habens pedem, quo juvari navigia solent in navigatione, quoties vis venti languescit. *Orthiax* appendix est, quæ infimæ veli parti adjicitur.

Navium etiam ornamenta multa erant, quæ nequaquam hoc loco sunt silentio prætereunda.

*Aplustria*, ait *Festus*, navium ornamenta, quæ quia erant amplius, quam essent necessaria usu, etiam *amplustria* dicebantur.

*Segestria* erant pelles nauticæ, quas Græci *δεπίδας* vocant.

*Ascoma* pellis, quæ scalam adhiberi solebat.

Sunt & navium ornamenta *aulæa*, *tapetes*, *peristromata*, *peripetasmata*, & ejus generis cætera, quæ ad alia quoque referuntur.

*Catastroma* superius est navis tegumentum seu pavimentum, è quo propugnatores pugnare solebant.

*Corymbis* etiam naves ornatas legimus. *Corymbos* *Suidas* interpretatur ramorum summitates & partes extremas: alii *corymba* vocant acrostolia navium, vel *coryphas*, id est, vertices, quæ addi & adimi possunt. Sunt qui *corymbos* navium hederaceas coronas interpretantur, quæ navibus adhiberi solerent, cum vela portum tenerent. Unde illud *Poëtæ*,

*Et nauta lati imposuere coronas.*

Vel cum ex navali pugna victoria parta esset. Sed de partibus, instrumentis & ornamentis navium hætenus sequitur, ut genera navigiorum videamus.

*Navium* multa esse genera, varia illa nomina, quæ eis passim tribuuntur, indicant, quæ sumuntur vel ab iis officiis, in quibus exercentur, ut *speculatoria*, *piscatoria*, *mercatoria*, & quæ apud *Plautum* *geraria* vocata est: vel à locis, ubi vel ædificatæ, vel inventæ, vel in usu frequentius habitæ sunt, nomina sunt sortitæ, ut *Ægyptia*, *Liburnica*, *Naucratica*, *Salamina*, *Tudertina*, *Rhodica*, &c. vel ab artificibus, ut *Argo*, *Phereclea*, *Nicomedis paralus*, & aliæ, vel à magistratibus, & ab iis qui præfunt, vocatæ sunt, ut *pratoria*, quæ & navarchis dicitur, & *Imperatoria*: vel à remorum ordinibus, ut *biremis*, *triremis*, *penteris*, *hexeres*, *hepteres*, &c. non Græcis modo, sed & Latinis auctoribus, & in primis *Livio*: vel à navigationis cursu, ut *dromones*, *cursoria*, *celetes* & *celetia*: vel à rebus quæ in ipsis devehuntur, ut *hippagines*, & *hippagoge*, *sitagogi*, *saccara*, *annotina*, quæ & *frumentaria*, vel à vasis, vel eorum forma, ut *gaulus*, *cymbus*, *corbita*. Nonnullæ à pictura vel insigni nuncupatæ sunt, ut *pistris*, vel *pristis*, *centaurus*, *miltopatria*. Aliquæ à forma & specie, ut *camera*, *aulone*, *thalamegi*, & quas hoc tempore *sandalos* vocant. Aliæ ab animalibus, ut *crii*, *tragi*, *tauri*: Aliæ & diis ipsis præfidentibus, ut *Isidis*, *Apollinis*, *Tritonia*, quæ insignia tamen putarim, ut etiam *crii* & *tragi*: Aliæ ab eminentiori parte, ut *rostrata*, *coronides*, *turrita*: Aliæ à numero, ut *centenaria*, *myriaphori*, *myriagogi*: Aliæ ab instrumentis, quibus muniuntur, ut *turrita*, *delphinophori*, *falcata*, & *trocheliophora*, qualis significatur à *Dionysio Halicarnasseo* l. 3.

*Agellus* lib. 10. cap. 25. aliquot navium appellationes, quas se in veterum scriptis invenisse ait, recenset. Sunt autem hæ: *Gauli*, *corbita*, *caudica*, *longa*, *hippagines*, *cercuri*, *celoces*, vel ut Græci dicunt, *κέλητες*, *lembi*, *oxia*, *remunculi*, *actuaria*, quas Græci *ἰσοόπαι* vocant, vel *ἑπαχθίδας*, *profumia*, vel *geforeta*, vel *oriola*, *catta*, *scapba*, *pontones*, *nuftucia*, *media*, *phaseli*, *parones*, *myoparones*, *lintres*, *capuli*, *camera*, *placida* (sic legit *Justus Lipsius* in electis libro primo, capite septimo) *cydarum*, *rataria*, *cata scopium*. Hætenus *Agellius*.

*Gaulus*, ait *Festus*, navigii genus est pene rotundum.

*Corbita* est genus navigii tardum & grande.

*Caudica* sive *caudicaria*, naves sunt ex caudicibus, id est, lignis crassioribus compactæ, quas *Marcellus codicarias* appellat. *Varro* lib. 3. de vita populi Romani, quod antiqui plures tabulas conjunctas codices dicebant, à quo in *Tiberi* naves *codicarias* appellamus.

*Longa naves* sunt, quæ remis aguntur.

*Hippagines* naves dicuntur, quæ equis aguntur, à Græco *ἵππος*, quod *equum* significat.

*Cercuri* naves sunt *Asianæ* prægrandes.

*Celoces* naves sunt breves, sic dictæ à celeritate.

*Lembus* navicula brevis piscatoria.

*Oxia* etiam navigia brevia sunt, à celeritate nomen habentia, nam *ἰξὺς* Græce *velox* dicitur.

*Remunculi*, fortasse mendose ita dicuntur pro *lemunculis*, quæ sunt navigia piscatoria apud *Nonium*.

*Actuaria* naviculæ *celeres*, quod cito agi possint: nam & remis & velis simul utebantur, ut *Isidorus* ait.

*Profumia*, inquit *Festus*, navigium parvum, & speculatorium.

*Geforeta* fortasse sunt naves onerariæ, vel mercatoriæ, quæ à *Plauto* dicuntur *geraria*, à gerendis & devehendis mercibus.

*Orioles*, vel *oriola*, naviculæ sunt piscatoriæ. Nam *oria* naves piscatoriæ sunt apud *Nonium*.  
*Catta* etiam navigia dicuntur, qualia, incertum.  
*Scaphæ* sunt naviculæ, quæ majores naves sequuntur.  
*Pontones* genus navigii Gallici, quorum mentio apud *Cæsarem* lib. 3. de bello civili. Quidam naves interpretantur trajiciendis amnibus aptas.  
*Nuſſucia* etiam navium nomen apud *Agellium*, de quibus nihil præterea me legere memini.  
*Mediæ*, sunt naves à Medis inventæ.  
*Phaselus* virgillum est Campanum, *Nonio*. Alii navem velocem & oblongam esse scribunt. Videtur ex Horatio & Virgilio *phaselus* non abſimilis fuiſſe *lembo*, aut *oria*, quippe qua circumvehi ſua rura ſolebant ditiores, ut agitato facili eadem & fragili. *Adrianus Junius* in Nomenclatore.  
*Parones*, ait *Festus*, navium genus, ad cujus ſimilitudinem *myoparo* vocatur. *Isidorus*: *Paro* navigium piratarum aptum, & ex his ita vocatum.  
*Myoparo* est navicula piratarum. *Festus*. *Myoparo* genus navigii ex duobus diſſimilibus formatum. Nam & *mydion* & *paron* per ſe ſunt. Sunt & *myoparones* majores & minores.  
*Lintres* naves fluminales *Nonio*.  
*Capuli* naves ſunt, à capuli forma, vel à *capiendo* ſic denominatæ.  
*Camera* naves ſunt arctæ & exiles.  
*Placida* naviculæ admodum parvæ, quibus mare nonniſi placidum & à procellis quietum navigari poteſt.  
*Cydarum* quale navigium fuerit incertum.  
*Kataria* naves de ratibus compoſitæ.  
*Cataſcopium*, navis ſpeculatoria.  
Hactenus de navium generibus, ex Grammaticis antiquis, quarundam icones ex vetuſtis monumentis expreſſæ videntur in libro clariffimi J. C. *Lazari Bayſii*, de re navali, qui multa de hac materia collegit lectu digniſſima. Plura etiam habet *Lilius Gregorius Gyraldus* in libro de Navigiis, ex quibus ego hæc ſerè deſumpſi: qui prolxiorem omnium explicationem, eorum etiam, quæ nos omiſimus, deſiderant, eoſdem, de quibus dixi, libros conſulant, & diligenter legant, ſuadeo.  
De congreſſu vel conſlictu navali nihil dicam. Petantur eorum deſcriptiones ex *Livio*, *Plutarcho*, *Polybio*, *Cæsare*, & aliis. Atque de re navali hæctenus. Jam reliqua, quæ ad *militiam* pertinent, ſequamur.

## CAPUT XXI.

## De animadverſione in devictos hoſtes.

Quomodo bella indixerint Romani, qua ratione fœdera percufferint, qui magistratus militares, qui militum ordines, quæ eorum arma, quomodo acies inſtructæ, urbes oppugnata, & naves apparatus fuerint, hæctenus diximus: reſtat, ut etiam de animadverſione in devictos hoſtes, & milites etiam minus alacriter ſuum facientes officium, de ſtrenuorum item militum, & ipſorum victorum præmiis quædam afferamus. Nam & hæc ad Romanam militiam pertinent, & ab ejus explicatione nullo modo ſeparari poſſunt. De animadverſione igitur in devictos hoſtes hoc capite agemus.

Magnam clementiam Romanorum à Romulo uſque in devictos hoſtes fuiſſe, præter alios *Dionyſius Halicarnaſſeus* teſtatur, cum libro ſecundo ſcribit: Romulum Regem vetuiſſe puberes omnes in bello, captis urbibus, necari, aut ſub hafta venundari, nec agros eorum relinqui compaſcuos: ſed in partem agri forte dividendi colonos Romanos mitti voluiſſe, nonnullos vero admiſiſſe in jus civitatis etiam. Hæc *Dionyſius*. Quod tamen non ſemper & ubique eſt obſervatum. Legimus enim in *Livio* & aliis plurimis, hoſtes devictos non tantum parte agri nonnunquam mulctatos, aut colonias eo deductas: verum etiam urbes ſive oppida eorum direpta, aut juris Romani facta, interdum pro ſuo in urbem Romam merito, aliquo rurfum jure donata eſſe; unde hæc diviſio civitatum Italiæ potiſſimum extitit, ut aliæ eſſent colonis, alia municipia, aliæ præſectura, alia fora, aliæ fœderata civitates, de quibus, quod jus ſingularum fuerit, & quomodo inter ſe diſtinctæ, capite proximè ſequenti dicemus.

Integræ regiones devictæ in provincia formam redigebantur, & à populo Romano, miſſis in eas præſidibus, gubernabantur. Quod ſi ipſi hoſtes traditis armis deditionem facerent, ſub jugum mittebantur, de quo more *Dionyſius* libro tertio ita ſcribit: eſt Romanis mos, quoties hoſtes traditis armis deditionem faciunt, duo tigna recta humi deſigere, hiſque tertium tranſverſum ſuperimponere, & ſub eo captivos tranſmittere, moxque dimittere liberos. Hoc ipſi jugum vocant. *Festus*: Jugum ſub quo victi tranſibant, hoc modo fiebat: fixis duabus haſtis ſuper eas ligabatur tertia, ſub iis victos diſcinctos tranſire cogebant. Et poſt: Sub jugum mitti dicuntur hoſtes victi, ereptis omnibus armis telisque, cum haſtis deſixis duabus in terra, tertiaque ad ſummum earum deligata, ipſi eam jubentur ſubeuntes tranſire.

Qui

Qui vero seise non dederent, sed caperentur, ii vel alia afficiebantur pœna, vel sub corona venibant, de quo more Festus: *Sub corona venire* dicitur, quia captivi coronati solent venire. *Agellius* lib. 7. cap. 4. Antiquitus municipia jure belli capta, coronis indutis venibant, & iccirco dicebantur *sub corona venire*: quia *corona* signum erat captivorum venalium.

Est autem & alia rationis hujus opinio, cur dici solitum sit captivos *sub corona venundari*: eo quod milites, custodia causa, captivorum venalium greges circumstarent, eaque circumfatio militum *corona* appellata sit. Sed id magis verum esse, quod supra dixi, *Cato* quoque in libro, quem composuit *de re militari*, docet. Verba sunt hæc *Catonis*: Ut populus sua opera potius ob rem bene gestam coronatus supplicatum eat, quam re male gesta coronatus veneat. Hactenus *Agellius*. De civitatum Italiæ differentia sive divisione & jure, quæ ipsa ex belli jure nata sunt, item de *provinciis* dicemus capitibus sequentibus.

C A P. XXII.

*Quid sint coloniæ, municipia, præfecturæ, fora, & quæ inter ea differentia.*  
*Item quid sit provincia.*

**C**olonia oppida fuerunt, quo populus Romanus cives suos ad incolendum deduxit. *Coloniarum* duo genera fuerunt. Quædam enim civium *Romanorum*, quædam *Latina colonia* erant. *Coloniæ Romana*, sive civium *Romanorum* fuerunt, quæ donatæ sunt jure *Quiritium*, hoc est, quæ jus privatum civium *Romanorum* habuerunt, quod consistebat in jure privatæ libertatis, connubiorum, jure patrio, jure legitimi domini, ut *hereditatis*, *mancipii*, & *nexus usucapionis*, & reliquorum, item in jure testamentorum & tutelarum. Jura verò publica civitatis *Romanæ* non habebant. Quare qui eo adscripti *coloni* erant, nomine quidem erant cives *Romani*, re verò *coloni*.

*Latina colonia* erant, quæ jus habebant *Latii*, sive *Latinitatis*, quod in eo consistebat, ut suffragiorum potestatem, magistratu permittente, haberent: & si in *Latina* civitate aut *Latii* jure donata magistratum gessissent cives *Romani* ut fierent. *Vellejus Patercul.* lib. 1. alia duo *coloniarum* genera constituit, unum earum, quæ senatus jussu deductæ sint, & de quibus jam diximus, quod ipsæ fuerint, aut *Romanæ* aut *Latine*: alterum earum quæ *militares* dicebantur, quæque iccirco deduci solebant, ut veterani milites præliorum diuturnitate fessi præmium aliquod aliquando caperent suorum laborum.

*Municipium* oppidum erat jure civium *Romanorum* donatum, *Festus*: *Municipium*, genus id hominum dicitur, qui cum *Romam* venissent, neque cives *Romani* essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum *Romanis* civibus, præterquam de suffragio serendo aut magistratu capiendo, sicut fuerunt *Fundani*, *Formiani*, *Cumani*, *Acerrani*, *Lanuvini*, *Tusculani*, qui post aliquot annos cives *Romani* effecti sunt.

Alio modo, tum id genus hominum definitur, quorum civitas universa in civitatem *Romanam* venit: ut *Aricini*, *Carites*, *Anagnini*, &c.

*Municipiorum*, sicut & *coloniarum* genera erant duo. Aliis enim civitas *Romana* cum suffragio, aliis sine suffragio communicata erat. *Suffragium* autem pro optimo jure civitatis veteres scriptores acceperunt: nempe, quia nec suffragium est sine tribu, & qui suffragii jus habet, fere magistratus etiam habet.

Primum *municipium* genus his verbis depinxit *Agellius* lib. 16. cap. 13. cum dixit, *Municipes* esse cives *Romanos* ex municipiis, suo jure, & legibus suis utentes, & muneris tantum cum populo *Romano* honorarii participes, à quo munere capessendo appellatos videri, nullis aliis necessitatibus, neque ulla populi *Romani* lege adstrictos, cum nunquam populus eorum fundus factus esset. Primos autem *municipes* sine suffragii jure *Carites* esse factos, concessumque illis, ut civitatis *Romanæ* honorem quidem caperent, sed negotiis tamen, atque honoribus vacarent, pro sacris bello *Gallico* receptis custoditisque.

Hinc *tabulas Carites* appellatas versa vice, in quas *censores* referri jubebant, quos notæ causæ suffragiis privabant. Quibus ex verbis perspicuum est hoc genus *municipiorum* neque jus *Quiritium* habuisse, neque alias populi *Romani* leges observasse, caruisse etiam suffragio, & negotiis, atque oneribus civilibus vacasse, & muneris tantum honorarii cum populo *Romano* fuisse participes, hoc est tantum honoris causa in civitatem *Romanam* venisse, & gradum aliquem dignitatis consecutos esse, ut & cives *Romani* dicebantur, & in legione, tanquam cives *Romani*, non in auxiliis, ut *socii*, militarent. Unde etiam *Festus*: *Municipes* erant, qui ex aliis civitatibus *Roman* venissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tantum muneris partem. At *Servius Silius* aiebat, initio fuisse, qui ea conditione cives *Romani* fuissent, ut rempublicam semper separatim à populo *Romano* haberent, *Cumanos* videlicet, *Acerranos*, *Atellanos*, qui æque cives *Romani* erant, & in legione mererent, sed dignitates non capiebant, & quæ sequuntur, paulo ante à nobis citata.

Alterum genus *municipium* fuit quibus cum suffragii latone civitas est data, quod intellexit idem *Festus*, eum ait: Altero modo *municipium* dicitur, cum id genus hominum definitur, quorum civitas universa

in civitatem Romanam vernerunt, ut *Aricini*, & *Anagnini*. Sicuti igitur prioris generis municipibus, quibus suffragium non dabatur, suæ leges permittebantur: ita posterioris generis *municipes*, quia suffragio ornabantur, suis legibus spoliabantur, Romanis vero obstruebantur. Atque ut breviter dicam, omnia jura hi habebant, quæ cives Romani, domicilii jure excepto.

Quid inter *colonias* & *municipia* interstet, quamvis ex iis, quæ dicta sunt, facile intelligatur, non tamen pigebit id ipsum etiam verbis *Agellii* lib. 16. cap. 13. explicare: qui cum de municipibus dixisset, eos esse cives Romanos ex municipiis, suo jure & legibus utentes, &c. quæ verba nos paulo ante recitavimus, subjungit tandem: Sed *coloniarum* alia necessitudo est. Non enim veniunt extrinsecus in civitatem, nec suis radicibus nituntur, sed ex civitate quasi propagatæ sunt, & jura institutaque omnia populi Romani, non sui arbitrii habent. Quæ tamen conditio, quam sit magis obnoxia, & minus libera, potior tamen, & præstabilior existimatur, propter amplitudinem majestatemque populi Romani, cujus ista *colonia* quasi effigies parvæ simulacraque esse videntur, & simul, quia obscura oblitterataque sunt *municipiorum jura*, quibus uti jam per ignorantiam non queunt. Hactenus *Agellius*.

Inter omnes Italicas civitates *praefectarum* conditio fuit ac fortuna durissima. Sic enim à majoribus erat traditum, ut quæ civitates iniquè ingratae erga populum Romanum fuissent, ac fidem datam semel atque iterum sefellissent, ubi in potestatem ditionemque essent adductæ, in *praefectura* formulam referrentur. Formula vero *praefectura* non longe à *provincia* formula videtur abfuisse. Ut enim quotannis in *provincias* prætores Roma mitti soliti, sic in *praefecturas* *praefecti*, qui eas administrarent, ac jus dicerent, unde illæ quoties in sine insigni hoc *praefectura* nomen hauserunt. De *praefecturis* ita scribit *Festus*: *Praefectura* eæ appellabatur in Italia, in quibus & jus dicebatur & nundinæ agebantur, & erat quædam earum respública, neque tamen magistratus suos habebant, in quas legibus *praefecti* mittebantur quotannis, qui jus dicerent. Earum genera fuerunt duo: alterum, in quas solebant ire *praefecti*, qui auctore viginti sex virum numero, populi suffragio (sic *Josephus Scaliger* restituit) creati erant in hæc oppida, *Capuam*, *Cumam*, *Casilinum*, *Vulturnum*, *Liternum*, *Puteolos*, *Acerras*, *Suessulam*, *Atellam*, *Calatiam*: alterum in quas ibant, quos prætor *urbanus* quotannis in quæque loca miserat legibus, ut *Fundos*, *Formias*, *Cære*, *Venafrum*, *Allifas*, *Pricernum*, *Anagninam*, *Frusinonem*, *Reate*, *Saturniam*, *Nursiam*, *Arpinum*, aliaque complura. Hactenus *Festus*, ex quibus manifestum fit, quænam *praefectura* fuerint, & quod duo earum genera, quodque à *colonis* & *municipiis* discernantur. Licuit tamen nonnunquam idem oppidum & *praefecturam*, & *municipium* esse. *Praefecturam* quidem, quatenus eo *praefectus* jurisdictionis causa mitteretur, nec in ea *magistratus* ad jus dicendum crearentur: *municipium* vero, quatenus jure civitatis, vel cum suffragio, vel sine suffragio uteretur. Quemadmodum etiam *coloniam* in civitatem adscitam & *coloniam* dictam invenimus, quia forma reipublicæ *colonica* utebatur, & *municipium*, quia suffragii jus Romæ ferendi erat adeptum. Unde illa profecta sunt in *Antonium*. Lautissimum oppidum, nunc *municipium*, honestissimorum quondam colonorum *Suessam*, fortissimorum militum sanguine replevit.

Præter *colonias*, *municipia* & *praefecturas* erant etiam civitates foederatæ, quas si quis volet describere, non poterit commodius, quam si dicat esse eas oppida, quæ neque *coloniae*, neque *municipia*, neque *praefectura* essent. Atque hæc civitates aliquid ex foedere populo Romano debebant, in cæteris liberæ erant, suamque rempublicam, suas leges, & suos *magistratus* habebant. Itaque *Senatus* populi que in iis oppidis, ut in liberis civitatibus memoriam usurpari videmus. Caruisse autem foederata oppida omnia jure civitatis Romanæ, illud argumento est, quod multos ex foederatis civitatibus nominatim civitate donatos legimus. Cæterum foederatarum civitatum aliquanto uberior, quam aliorum oppidorum, numerus extitit. Siquidem omnia Italiæ oppida, præter *colonias*, *municipia*, & *praefecturas*, in hunc numerum adscribenda sunt.

Occurrunt etiam frequenter in veterum scriptis hæc duo vocabula, *forum*, & *conciliabulum*, de quibus, ut rem breviter expediam, hoc tenendum: *Fora* in Italia & provinciis loca fuisse, ubi *praetores* conventum juris dicendi causa habuerunt. Sic enim *Nonius* Marcellus: *Fora* loca fuerunt, in quibus jus dicebatur. Et *Festus*: *Forum* tertio modo intelligitur, cum is, qui *provincia* præest, *forum agere* dicitur, cum civitates vocat, & de controversiis eorum cognoscit. Significat enim *forum agere*, conventum in provincia juris dicendi causa habere: *Forum indicere* significat locum juris dicendi, qui conventus dicebatur, designare.

*Conciliabula* erant loca nundinationis, quæ prætores in provinciis indicere, *Servio teste*, solebant. dicebantur autem *Conciliabula*, ut tradit *Festus*, quod eo in concilium veniretur. Sed & hæc ipsa loca nundinationis causa instituta, *fora* nuncupabantur, si *Festo* credimus, cujus hæc sunt verba: *Forum sex* modis intelligitur. Primo *negotiationis* locus, ut *forum Flaminium*, *forum Julium*, ab eorum nominibus, qui ea fora constituenda curarunt, quod etiam locis privatis, & in viis, & in agris fieri solet, &c. Atque de varia oppidorum Italiæ differentia, eorumque jure hactenus: de provinciis adhuc agendum.

*Provincia* appellatur, inquit *Festus*, quod populus Romanus eas *provicit*, id est ante vicit. Nomen *provincia* tribus modis accipitur, primum *pro regione* quam aut armis devictam, aut quocunque modo in potestatem adductam populus Romanus magistratui suo administrandam subjecit: secundo *pro quacunque* regio.

regione, in qua bellum Romanus Imperator administraret: tertio, pro quacunq; publici muneris procuratione. Nos hic de prima significatione dicemus, qua provincia regio fuit, quæ tum vectigalia populo Romano pependit, tum magistratui populi Romani ex fœderis lege obtemperavit, exceptis civitatibus iis, quæ propter merita sua, aut immunitate, aut libertate donatæ, atque in amicorum formulas relatæ essent. Cum enim unius regionis populi ac civitates non eodem modo se adversus populum Romanum gessissent omnes, propterea neque eodem omnes pacto tractatæ sunt, verum pro suis cujusque meritis leges acceperunt. Quo factum est, ut aliæ civitates *vectigales*, aliæ *immunes* relictæ, aliæ *servitute*, aliæ *libertate affectæ* sint. *Vectigales* dictæ, quibus vectigal aliquod impositum est: *immunes*, quibus nullum. *Servitute affectæ*, quas magistratui Romano parere voluerunt: *libertate*, quas magistratus Romani jurisdictione solverunt. *Vectigal* porro ipsum aut certum fuit, aut incertum. Certum, definita fere stipendii summa, & hoc *tributum*, sive *stipendium*, & qui hoc pependerunt, *tributarii*, sive *stipendiarii libertate* sunt, incertum quod portibus rebusque venalibus, pascuis, agrisque constitutum est, quod *portorium*, *scriptura*, & *decuma* dictum est. *Tributum* autem duplex fuit, unum *pecuniæ ordinarium*, quod in caput atque in solum impositum, quotannis exigebatur: alterum *extraordinarium*, quod aut ex lege, aut Senatusconsulto pro usu provinciæ aliquando imperabatur, veluti cum naves, nautas, milites, ac sumptum in eos dare provinciæ jubebantur. *Portorium* autem fuit vectigal, quod ex importatione & exportatione rerum venalium capiebatur: *Scriptura*, quod ex pactione pascuorum publicorum. *Decuma*, quod ex agris, qui frumenti decumam, sive quamvis aliam partem darent. *Frumenti* vero, quod ex provinciis extrahebatur, *tria genera* extiterunt: *decumanum*, *emptum*, & *æstimatum*. *Decumanum* erat decuma, quam quisque arator sine pretio dare cogebatur: quæ summa pro copia inopiæ frumenti in singulos annos erat incerta, eaque aut Romæ à censoribus, aut in provincia à magistratu Romano vendebatur publicanis, qui ex eo *decumani* dicebantur, ut pro ea certam pecuniam populo Romano repræsentarent. *Emptum*, summa altera, quam aratores vendere, accepto ex Senatusconsulto pretio, cogebantur, quod frumentum Romam ad alendum populum à magistratu Romano mittebatur. *Æstimatum* summa alia, quam æstimabat magistratus in cellam suam, in usum familiæ suæ, cum interdum pro frumento pecuniam acciperet. Quinetiam, *emptum duplex* fuit, unum *decumanum*, quod ex alteris item decumis pretio perfoluto aliquando accipiebatur: alterum *imperatum*, quod præter duas decumas æqualiter omnibus civitatibus, pretio item soluto, imperabatur, quemadmodum perspicue ex frumentaria cognoscitur. Nam fuisse etiam quoddam, quod *honorarium* diceretur, *Cicero* in Pisonem ostendit, cum dixit: Qui modus tibi fuit frumenti æstimati, qui *honorarii*? siquidem potest vi, & metu extortum *honorarium* nominari. *Servitus* autem, quam dixi, civitatum, tota in eo posita fuit, ut legibus & magistratibus Romanis obtemperarent. Qua de causa in singulis provinciis diversæ *diæceses*, sive diversi conventus ac diversa fora constituebantur, eisque suæ cuique civitates attribuebantur, quæ eò juris à magistratu Romano poscendi causa convenirent.

Ut autem earum civitatum, quæ servitute oppressæ sunt, *stipendiaria* propriè dictæ, quæ aliquid populo Romano pependerunt: *immunes*, quæ nihil. sic earum quæ libertate donatæ sunt, *fœderatæ* præcipuè appellatæ, quæ aliquid ex fœdere debuerunt: *libere*, quæ omnino nihil. Hujus autem totius beneficii, atque honoris arbitrium ab initio penes *Senatum* fuit univ ersum. Is enim acceptis ab Imperatore de superioris hostibus, & regione in potestatem adducta, literis, secum de multa, ac præmiis eorum, qui victi essent, consultavit, ac quid sibi fieri placeret, Imperatorem admonuit, decem, aut quinque legatis Senatoribus ad eum missis, ut ex eorum sententia de hostibus & eorum regione statueret. Quibus mandatis acceptis, *Imperator* aut ex certa Senatus, si ita præscriptum fuerat, voluntate, aut de communi decem legatorum sententia, victis gentibus aut *ignovit*, aut in *provincia formam* redegit. Ignovisse dictus est, cum liberos reliquit, ac suis uti legibus suosque creare more patrio magistratus permisit: in *provincia formam* redigere, cum ademptis, aut immutatis legibus eos omnino *magistratui Romano* quotannis ab Urbe mittendo subjecit, ac vectigalia conventusque constituit. Quo in genere illud humanitatis adhibuit, ut non omnes ejusdem *provincia* civitates eodem modo tractaret, verum pro cuiusque meritis aut majoribus aut minoribus commodis ac detrimentis afficeret. Quæ vero cum de universa regione, tum de singulis civitatibus populisque constituta erant, ea in concione silentio ante per præconem facto *Imperator* ferè præconi pronuntianda mandabat, ac postremo Romam relicto aliquo *præfecto provincia* decedebat. Hæc in genere de *provinciis*, & quo modo eæ confectæ sunt. De differentis, atque administratione earum & supra diximus, & paulo post quædam repetemus.

## CAPUT XXIII.

## De ratione deducendarum coloniarum.

Quomodo *colonia* fuerint deductæ, explicavimus supra, cum de *triumviris*, *quinqueviris*, *septemviris*, &c. earum deducendarum ageremus. Quid vero impedit, ea hoc loco iisdem pene verbis, quæ ex *Caroli Sigonii* doctissimis commentariis tum descripsimus, repetere, quædam etiam, quæ omnia ibi sunt,

B b b b b

sunt, addere. Causæ cur *coloniæ* deducerentur, sex potissimum fuerunt: *una*, ut priores populi, qui eum locum, in quem *coloniæ* deducebatur, inhabitarent, coercerentur: *altera*, ut hostium incurfiones reprimere: *tertia*, ut stirps Romana augetur: *quarta*, ut plebs urbana exhauriretur: *quinta*, ut seditiones Romanæ à plebe motæ sedarentur: *sexta*, ut præmiis milites veterani afficerentur. Quacunque igitur de causâ deducerentur, *Senatusconsulto* opus fuit, aut rogatione aliqua populari, quorum utrumque uno legis nomine comprehenditur, quæ *lex agraria* appellata est. Hæc & agrum definitivè, qui esset dividendus, & quibus, ac quàm multis hominibus, & per quos, & quomodo, & quibus limitibus esset dividendus, præscripsit. Cum itaque de *colonia* deducenda ad Senatum aut populum relatum esset, tum ii, qui agri cupiditate tenebantur, nomina in *coloniam* essent professi, tum ad sortem confugiebant, ut ex omnibus educerentur, qui agro accepto exirent. Numerus autem *colonorum* pro agri amplitudine, in quem deducebantur, scribebatur, quo factum est, ut modò bina, modò terna, modò quaterna millia, atque amplius scriberentur. Deducebantur autem à *triumviris*, vel *quinqueviris*, vel *septemviris*, vel *decemviris*, vel *vigintiviris*, qui ob hoc creati erant, ut lib. 6. diximus, sub vexillo, quasi exercitus aliquis. Dux autem deductionis aliquis è *curatoribus* agrariis erat. Signa cohortium quæ fuerint, ex antiquis nummis cognoscitur. Ubi verò *colonos* in agris, quo deducendi erant, collocarant, tum aratro urbem, & agrum circumscribebant, quo factò, agri divisionem, ac suæ cuique partis assignationem aggrediebantur. Quæ omnia pluribus explicat, & veterum scriptorum testimoniis probat *Carolus Sigonius* libr. 2. de Antiquo jure Italiæ, c. 2. ex quo hæc fumus mutuati.

## CAPUT XXIV.

*De republica coloniarum, municipiorum, præfecturarum, & provinciarum.*

**P**Oteram hinc ad alia transire, nisi mihi rerumpublicarum, quæ in *coloniis*, *municipiis*, *præfecturis*, &c. fuerunt, descriptio videretur maximopere esse necessaria: quam, ne in his libris desideraretur, hoc loco inferere volui, quod ut benevolus lector benigne interpretetur, & boni meum studium consulat, vehementer etiam atque etiam rogo. Desumemus autem & harum rerum explicationem ex doctissimis doctissimi *Sigonii* Commentariis, qui libr. 2. de Antiquo Jure Italia, ista omnia luculenter & eruditè exponit. Ac de *coloniis* primum.

*Coloniarum* respublica in legibus, & legum curatoribus posita est. *Leges* vel à populo Romano acceperunt, vel ipsæ sibi per *Senatum*, aut populum condiderunt: *Legum curatores* aut *magistratus*, aut *sacerdotes* fuerunt: humanarum illi, hi divinarum. *Leges* autem suas quæque *coloniæ* habuit præcipuas, à Romanis quidem legibus separatas, sed tamen à Romanis *triumviris*, qui *coloniam* deduxerant, datas. Et præter eas, alias à *colonia* concilio, hoc est, *Senatu* populoque suo latas. *Senatores* in *coloniis*, ut etiam in *municipiis* *decuriones* vocabantur, eam ob causam, quod *Pomponio* I. C. auctore, decima pars eorum, qui deducerentur, publici consilii gratia sit solita conscribi. Quorum numerus an in omnibus *coloniis* idem fuerit, certo sciri non potest. Hoc quidem ex *Plinio* juniore satis constat, in iis legendis non aliter, atque in Senatore Romano, observatum esse censum, qui fuerit centum millium. *Magistratus coloniarum* præcipui erant *duumviri*, *censores*, *adiles* & *questores*. *Duumviratus* magistratus erat annuus, propemodum potestate *consulari*, aut certe *prætoris* apud Romanos æqualis: quorum nomina in antiquis lapidibus & numismatibus extant. Imo & iterati *duumviratus*, ut apud Romanos consulatus, notæ. Quos tamen in aliquot *coloniis*, quarum memoria ad nostram usque ætatem propagata est, *triumviro* quoque fuisse in *colonia Auximate*, & *Signina*, ex lapidibus veterum constat, eosque I. D. hoc est juris dicundi causa cognomentum ex officio habuisse, probabile est. *Censores* etiam in *coloniis* fuisse, inque iis censum egisse perinde atque Romani *censores*, Romæ, ex *Livio*: ut itidem *adiles* & *questores*, ex marmoribus antiquis constat. Et hos *magistratus* in *coloniis* prætexta usos fuisse idem auctor prodit.

*Sacerdotes* porro, ut *augures* & *pontifices* in *coloniis* cooptatos, *Ciceronis* Agraria testatur. An verò certus numerus *sacerdotum* fuerit, an vero pro *coloniæ* magnitudine variaverit, parum explorata apud antiquos memoria est. Fuere & *præfecti in coloniis*, & *præfecti juri dicundo*: uti tum ex numismatibus antiquis, tum ex antiquo *fastorum municipalium* fragmento, quod *Hubertus Goltzius* Augusto suo attextit, constat. Præter eos, quos modo recensuimus, *magistratus*, etiam *patroni coloniarum* fuerunt: ita *Bononienses* in Antoniorum clientela fuisse prodit *Suetonius*, ut *Puteolanos* in Cassiorum, *Cicero* testatur, & eorundem varia ampleque in veteribus marmoribus mentio extat.

*Municipiorum* respublica quæ fuerit, difficile est dicere. Universum autem genus temperatum est ex omnibus prope rebuspublicis, & pene Romanæ simile videtur fuisse. *Ordines in municipiis*, quemadmodum Romæ fuerunt tres, *decuriones*, *equites* & *plebs*. *Consilia publica* duo, *Senatus*, & *populi*. *Magistratus*, *Dictator*, *duumviri*, *quatuorviri*, *censores*, *adiles*, & *questores*. *Sacerdotes*, *flamines* *municipiorum*. *Decuriones* iidem erant, qui Romæ *Senatores*, in quibus legendis sum-



nam curam adhibitam fuisse, vel solus *Cicero* docet in epistola quadam ad *Leptam* libr. 6. ubi scribit, eos, qui præconium facerent, vetari esse in *decurionibus*: qui fecissent, non vetari. Ex *decurionum* autem ordine *decemviri* legebantur, qui, ut scriptum est apud *Hermogenianum*, tributorum exactiōni ita præerant, ut si quid detrimenti fiscus mortuorum causa contraheret, ipsi suis sumptibus refarcirent. De magistratibus res manifesta est: scribit enim *Spartianus*, Imperatorem *Hadrianum* per *Latina* oppida, *Dictatorem*, & *adilem*, & *duumvirum* fuisse. *Quatuorviratus* & *duumviratus* annuus magistratus erat, *adiles* & *quaestores* iidem in municipiis erant qui in coloniis. Atque his quidem magistratibus, ut in coloniis, item in municipiis uti prætextis permittitur, inquit *Valerius* adversus *Catonem* differens de lege *Oppia* abroganda apud *Livium*. Equitum Romanorum celeberrimum ordinem in municipiis fuisse, ex *Cicerone* patet, qui in *Cluentiana* equitem Romanum quendam in municipio suo nobilem commemoravit. Jam populi sive plebis summum jus erat in legibus ferendis, & magistratibus municipalibus creandis, cujus rei apud *Ciceronem* in libris de legibus, in oratione pro *Cluentio*, & in epistolis testimonia aliquot extant. Ergo cum corpus quoddam esset municipalis reipublicæ, etiam unde aleretur, & sumptus in republica necessarii sustinerentur, veltigali publico opus fuit, cujusmodi *municipes Atellanos* & *Arpinates* habuisse, *Cicero* in epistola ad *Cluzium*, item ad *Brutium* meminit.

In præfecturis etiam tres ordines fuerunt, *summus*, *medius*, & *infimus*. Summus ordo *conventus* dicebatur, *medius equitum* erat, tertius *populi* sive *plebis*. Magistratus erant duplices. Alii enim Roma eo mittebantur, alii e præfectura creabantur. Roma mittebantur, qui jus dicturi essent, quos *præfectos* appellabant: creabantur, qui publicæ curationi alicui præsentent, ut *adiles*, & *quaestores*. Ac præfectos quidem *Festus quatuorviros*, aut *sexviros* dictos tradit. Qui fortasse ii sunt, qui à *Cicerone* libro tertio de *Natura Deorum* dicuntur *sexprimi*: an potius hi *sexprimi* præfecturis, *decemprimi* municipalibus respondebant. *Adilem* autem ad publica urbis loca facta tecta tuenda, & *quaestorem* ad pecuniam præfecturæ publicæ curandam, in præfecturis esse creatum, verosimile est.

*Fœderatarum civitatum* respublica legibus & magistratibus consistebat. Quales vero *leges*, qualesque magistratus singulæ civitatæ fœderatæ habuerint, incertum est. Aliarum tamen alias *leges*, alioque magistratus, pro rerum ac temporum ratione, & cujusque reipublicæ genere fuisse, non est difficile intelligere. Nam *Tusculi Dictator*, & *Consul*, antequam *Tusculani* in civitatem reciperentur, fuisse traditur. Narrat etiam *Livius*, *Capuæ*, antequam deficeret, summum magistratum *mediastiticum* (pro quo tamen *Justus Lipsius* in Epistolicis Quæstionibus libro primo, epistola decima, *medistiticum* legit) fuisse: alioque loco *prætorem* *Capuæ Marium Blossum* profiteretur. Idem alibi etiam *Prænestinum prætorem*, quo nomine fortasse in bello *præfectum* appellarunt, commemorat. Habuisse eandem & *censores*, & *adiles*, atque *quaestores*, ex *Livio*, & *Strabone* intelligitur. Caverunt autem fœderata oppida omnia jure civitatis Romanæ. Quare multos ex fœderatis civitatibus nominatim civitate donatos passim legimus.

De foris & conciliabulis quid præter superiora dicam, non habeo.

*Provinciis* primum præpositi sunt *prætores*, qui & jus provincialibus dicerent, & si res cogeret, bellum administrarent. Itaque *prætorum* numerus ob id crevit, quia *provinciarum* numerus crevit. Cum enim jam tum duo *prætores* essent, unus, qui inter cives, alter, qui inter cives & peregrinos, jus diceret, ac provinciæ duæ essent, *Sicilia* atque *Sardinia*, institutæ: visum est faciendum, ut *prætores* alii in eas duo adjicerentur. Inde duabus ad imperium adjunctis *Hispaniis*, totidem alii accesserunt, qui quaterni quaternas in singulos annos *provincias* gubernarent. Quoniam vero in ipsis provinciis sæpe tumultus ac bella graviora excitabantur, quæ bella jam inde ab initio geri per *Consules* erant solita, hinc etiam *provinciæ Consulibus* ordine sunt commissæ. Quare duo potissimum ordinarii fuerunt *provinciarum* rectores: *prætores*, qui in prætura: & *Consules*, qui graviore urgente bello, in Consulatu provinciis præfuerunt. Qui si prorogato post præturam aut Consulatum imperio, in provinciis remansissent, *proprætores* sunt, ac *proconsules* appellati. Post annum vero Urbis roc. nova *provinciarum* est ordinatio instituta, ita ut *prætores* ex prætura, quam in Urbe gesserant, *Consules* ex Consulatu in provincias mitterentur, qui & ipsi *proprætores*, & *proconsules* dicebantur. Hi vero *quaestores* sibi adjunctos habebant, & alios magistratus militares. Sub *Imperatoribus* provinciæ ita ordinabantur, ut aliæ essent *populi*, quas *proconsules* à populo vel potius à senatu missi: aliæ *Imperatorum*, quas *proprætores* ab Imperatoribus designati administrabant: de quibus magistratibus omnibus, & ratione administrandi provincias, satis superque diximus libro septimo. Jam ad militiam revertamur, atque videbimus qua ratione in milites obedientiam detrectantes, aut parum strenue rem gerentes sit animadversum.

## CAPUT XXV.

## De animadversione Romanorum in milites obedientiam detrectantes, aut delinquentes.

Non in *hostes* tantum, sed & in proprios milites Romani graviter animadvertebant: quinetiam in *cohortes*, & *legiones*, si quid deliquissent, exemplo ad disciplinam conservandam maxime necessario: quæ animadversiones duplices erant, pro cujusque delicti ratione, aliæ scilicet *leniores*, aliæ vero *acerbiores*.

Non enim, ut in Urbe *lex Porcia* cives Romanos à magistratuum virgis & securibus: sic etiam in castris vindicavit. Aliam enim *disciplinam militarem* esse voluerunt, aliam *urbanam*: itemque alium ad parandum terrorem exercitui, alium populo esse propositum: siquidem ab *Imperatoris* imperio nulla erat provocatio. *Lenis* autem *animadversio* fuit, quæ ignominiam tantum inussit: ut *ignominiose dimitti*, *stipendio legitimo spoliari*, *hastam dare*, *tendendi locum mutare*, *extra oppidum hibernare*, *cibum stantem capere*, *fossam fodere*, *discinctum destitui*, *hordeo pasci*, *sanguinem mitti*. Gravior, quæ detrimentum intulit, ut *virgis cadi*, *vanire*, *fuste* & *securi percuti*, *decimari*, *in crucem tolli*, quarum omnium exempla quam maxime idonea referemus. De *ignominiosa dimissione* exemplum est apud *Hirtium* bello Africano: *Cæsar* de suggestu convocatis omnium legionum tribunis centurionibusque, C. Aviene, inquit, quod in Italia milites populi Romani contra rempublicam instigasti, rapinasque per municipia fecisti, ignominia causa ab exercitu meo te removeo. De *fraudatione stipendii* satis notum est. Hinc enim *ære diruti* appellabantur, teste *Nonio*, milites, quibus propter ignominiam stipendium, id est, merces menstrualis, aut annua, quæ esset in nummis æreis, subtrahabatur. Unde *Varro* de vita populi Romani: *Stipendium* appellabatur, quod æs militi semestri, aut annum dabatur, cui datum non sit propter ignominiam, ære dirutus esset. Et *Livius* libro 40. *Causa ignominia*, uti semestri stipendium in eum annum esset ei legioni decretum. *Ære dirutum* autem militem ab antiquis dictum tradit *Festus*, cui stipendium ignominia causa non erat datum, quod æs diruebatur in fiscum, non in militis sacculum. Et idem alio loco: *Resignatum* *es* dicitur militi, cum ob delictum aliquod iussu *tribuni* militum, ne stipendium ei detur, in tabulas refertur. De *hastâ danda* idem *Festus* in hunc modum. *Censio hastaria* dicebatur, cum militi multæ nomine ob delictum militare indicebatur, quod hastas daret. De *mutando tentorii loco* narrat *Polybius* libro sexto, quos ignominia afficere voluerint, eos extra castra tendere iussos. Unde apud *Livium* lib. 25. *Cannenses milites* queruntur ita: Nunc deteriore conditione sumus, quam apud patres nostros fuerunt captivi, quippe illis arma tantum atque ordo militandi, locusque in quo tenderent in castris, est mutatus, quæ tamen semel navata republicæ opera, & uno felici prælio recuperârunt. De *hibernis* *Livius* lib. 26. Additum utrumque ignominia, *ne in oppidis hibernarent*, neve hyberna propius ullam urbem decem millibus passuum ædificarent. De *cibo* idem *Livius* libro 24. Nomina eorum, qui detrectatæ pugnae memores secessionem paulo ante fecerunt, referri ad me jubebo: citatosque singulos jurejurando adigam, nisi quibus morbus causa erit, non aliter, quam *stantes cibum potumque*, quoad stipendia facient, *captivos* esse. De *fodiendo* auctor est *Plutarchus* in *Lucullo*, antiquum militaris ignominia genus fuisse, ut tunicis interioribus solutis, *fossam fodere* inspectante reliquo exercitu, cogerentur. De reliquis *Livius* lib. 27. Cohortibus quæ signa amiserant, *hordeum dari* iussit, centurionesque manipulorum, quorum signa amissa fuerant, *distinctis gladiis discinctos* destituit. *Hordeum* item pro *tritico* ignominia causa datum narrat *Polybius*. De *discingendis* militibus, quo adimebatur iis militare cingulum, *Suetonius* in *Augusto* capite 24. *Frontinus* libro 4. *Stratagematum* capite 1. & *Barnabas Briffonius* libro 2. *Selectarum* ex jure civili antiquitatum capite septimo. De *mittendo* autem *sanguine* sic *Agellius* lib. 10. cap. 8. Fuit hæc quoque antiquitus militaris animadversio, jubere ignominia causa militi *venam solvi*, & sanguinem dimitti. Cujus rei ratio in literis veteribus, quas equidem invenire potui, non extat. Sed opinor hoc factum primitus in militibus stupentis animi, atque à naturali habitu declinantis, ut non tam *pæna*, quam *medicina* videretur. Postea tamen ob pleraque alia delicta idem factitatum esse credo per consuetudinem, quasi *minus sani* viderentur omnes, qui delinquerent. Quocirca scriptum est etiam apud *Frontinum*, M. Catonem memorie prodidisse, in furto deprehensis inter commilitones dextras esse præcisas: aut si lentius animadvertere voluissent, *Principi* sanguinem missum. M. *Antonius Muretus* lib. 13. *Variarum lectionum* cap. 20. aliam hujus moris causam affert: cum ait putare se, iccirco id factum esse, ut *sanguinem*, quem *cum gloria* fundere pro patria noluissent, eum cum *ignominia* amitterent.

De gravioribus animadversionibus hæc erunt documento. *Livius* de *Scipione* disciplinam militarem ad Numantiam corrigente: Quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, *vitibus*: si extraneus, *fustibus* cecidit, & alibi: *Pub. Nasica* & *D. Bruto* Consulibus, delectum habentibus, in conspectu tironum res saluberrimi exempli facta est. Nam *Cajus Matienus* accusatus est apud tribunos plebis, quod exercitum in Hispania deseruisset, damnatusque sub furca diu *virgis casus* est, & sestertio nummo *venit*. Et *Cicero* tertia Philippica. Si Consul ille: *fustuarium* meruerunt legiones, quæ Consulem reliquerunt. *Fuste* autem cædebantur, auctore *Polybio* lib. 6. hoc pacto: Accepto fuste *tribunus* vix tantum attingebat damnatum, quod ubi factum erat, omnes, qui in castris erant, *cadentes fustibus* lapidibusque plerosque in ipsis castris conficiebant, ac si qui evasisent, ne sic quidem servari poterant. Quippe quibus neque in patriam redire liceret, neque à propinquis domum recipi possent. Hæc pœna infligebatur *custodibus*, sive *vigilibus* in militia, qui tesseras non reddidissent, aut dormivissent, aut *locum vigilia* deseruissent: item *tergductoribus*, & *præfectis* alæ, qui negligenter *vigilias* curassent, aut tesseras non propagassent. *Fuste* etiam cædebatur, qui furto sustulisset quippiam è castris, necnon qui falsum testimonium dedisset: & si quis flore ætatis abutens deprehensus esset. Adhæc, qui *ser* ob idem crimen *multatus* esset. In hæc tanquam crimina animadvertabant. Probros

autem ducunt, inquit *Polybius*, ignaviæ adscribentes militi delicta hujusmodi, si qui strenuè se gessisse falso retulerint ad tribunos honoris causa adipiscendi: itidem, si qui in præsidio depositi, percussi metu datum ipsi locum deseruerint, similiter si quis telum aliquod ob metum abjecerit, in ipso conflictu: proinde nonnulli in præsidiis manifestè perituri, multiplici manu circumventi, locum semel datum deserere nolunt, pœnam metuentes delicto competentem. Alii in ipso periculo excusso clypeo, aut ense, aut alio quopiam ejusmodi telo, temerè irruunt in hostes: aut in potestate habituros se sperantes, quæ perdidissent: aut aliquid perperitos manifestum opprobrium devitatos conviciaque suorum. Quod si aliquando hæc eadem circa plures fieri contigerit, & signa aliqua cunctim persuasione ducta locum deseruerint, omnes fuste cædere aut interficere non approbant, sed rei solutionem inveniunt utilem pariter, terribilemque. Quippe convocato exercitu, tribunos productos in medium desertores accusat, invehiturque acerbe: denique quinque aut octo, interdum etiam viginti, atque in totum habita ratione multitudinis, ut decima ad summum existat pars delinquentium, hos ex omnibus illis qui timide se gesserint, sorte eximit, & fuste cædit, ut supra dictum est, nulla deprecatione admissa, reliquos, hordeo eis pro tritico demenso extra vallum munimenta que tendere jubet. Ergo periculo ac fortis formidine æque omnibus imminente, quandoquidem casus in incerto sit, exemplo autem dati hordei ad omnes pertinente, id quod est receptum consuetudine, facit insuper ad terrorem, correctionemque delictorum. Hactenus *Polybius*.

Antiquissimum *decimationis* exemplum extat apud *Livium*, ab Appio Claudio Consule, ferocissimi ingenii viro, incertum, an primum editum, non multis post Reges exactos annis. Verba *Livii* libro 2. sunt hæc: *Appius Claudius Consul* advocata concione invehctus haud falso in proditorem exercitum militaris disciplinæ, desertorem signorum, ubi signa, ubi arma essent, singulos rogans, inermes milites, signo amisso signiferos, ad hoc *centuriones*, duplicariosque, qui reliquerant ordines, *virgis caesos* securi percussit, cætera multitudo, *decimus quisque* ad supplicium lecti. Rationem autem hujus exequendi imperii præter *Polybium*, cujus verba ex libro 6. modo recitavimus, etiam *Livius* exponit, ubi de Scipione pœnas de seditioso exercitu apud *Sucronem* repetente ita scribit: Præconis audita vox citantis nomina damnatorum in consilio, nudi in medium protrahantur, & simul omnis apparatus supplicii expromebatur, deligati ad palum, virgisque cæsi, & securi percussi. Cur autem *decimatio* instituta sit, rationem reddit *Cicero* elegantissime pro *Cluentio*: Statuerunt, inquit, ita majores nostri, ut si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animadverteretur, ut metus videlicet, ad omnes, pœna ad paucos perveniret. Nam miles, qui locum non tenuit, qui hostium impetum, vimque pertimuit, potest idem postea & civis esse melior & vir bonus, & civis utilis: quare ne in bello propter hostium metum delinqueret, amplior ei mortis & supplicii metus est à majoribus constitutus. Ne autem nimium multi pœnam capitis subirent, iccirco illa *sortitio* comparata est. De *cruce* *Livius* libro 30. De *perfulgus* gravius quam de fugitivis consultum. Nominis *Latini*, qui erant, securi percussi, *Romani* in crucem sublatis sunt. Atque hæc quidem militarium animadversionum genera sunt, quæ usque ad extrema etiam penetrasse reipublicæ tempora, satis idoneus testis est *Suetonius*, cum inquit de *Augusto*: *Cohortes*, si quæ cessissent loco, *decimatas* hordeo pavit, *centuriones* statione deserta itidem, ut *manipulares*, capitali animadversione punivit, pro cætero delictorum genere variis ignominiiis affecit, ut stare per totum diem juberet ante prætorium, interdum tunicatos discinctosque, nonnunquam cum decempedis, vel etiam cespitem portantes. Tantum *Suetonius*.

Atque hæc omnia ad hunc fere modum collegit *Carolus Sigonius* libro primo de Antiquo jure civium Romanorum, capite 15. ex quo nos ea descripsimus. Pleraque etiam habet *Alexander ab Alexandro* Neapolitanus libro secundo *Genialium dierum*, capite decimo tertio.

## C A P. XXVI.

## De præmiis eorum, qui strenue rem gesserant.

UT contumacibus, & negligenter officium facientibus pœna, sic strenuis & impigre operam suam reipublicæ commodantibus præmia proposita erant, qualia sunt munera militaria, cohortis prætorie communio, stipendium, præda, & dona Imperatorie. Munera militaria erant *centurionatus*, præfectura, *decurionatus*, *optionatus*, &c. de quibus *Cato* in oratione quam habuit apud equites: Majores seorsum, atque diversum pretium paravere bonis, atque strenuis *decurionatus*, *optionatus*, hastas donaticas, alioque honores. *Cohors prætorie* nemini nisi civi Romano permittebatur, ex qua, qui fuisset, in beneficiis ab Imperatore ad ærarium deferebatur. *Stipendium* autem pro meritis ipsorum nonnunquam augebatur, nonnunquam minuebatur: quod quale fuerit, & quando militibus dari coeptum, cum prius Romani cives suis quique sumptibus militarent, paulo ante ex *Justi Lipsii* viri clarissimi *Electorum* libro docuimus. *Præda* ex hostibus capta partim ab Imperatore in publicum referebatur, partim militibus donabatur. Quinetiam sæpenumero evenit, ut *Imperatoribus* ipsis ob eam aut maligne divisam, aut alio modo interceptam, dies ad populum diceretur. *Dona militaria* erant, quæ militibus singulis

virtutis ergo ab Imperatore triumphaturo dabantur, ut *corona*, quarum multa erant genera, *civica*, *murales*, *obsidionales*, *castrenses*, *aurea*, *rostrata*: ut *torques*, *armilla*, *hasta pura*, *phalera*, *cornicula*, & cætera generis ejusmodi. Erant etiam, quæ universis, ut *pecunia*. De coronis dicemus capite sequenti.

Memorable est, quod ex veteribus Annalibus refert *Agellius* lib. 2. cap. 11. de *L. Sicinio Dentato*, qui vixit ante decemviros. Sic enim scribit: *L. Sicinius Dentatus* pugnasse in hostem dicitur centum & viginti præliis, cicatricem averfam nullam, adversas quinque & quadraginta tulisse. *Coronis* esse donatum aureis octo, *obsidionali* una, *muralibus* tribus, *civiciis* quatuordecim, *torquibus* tribus & octoginta, *armillis* plus centum sexaginta, *hastis* duodeviginti: *phaleris* item donatus est quinque viciesque. Hæc tenus *Agellius*. Apud *Livium* etiam scriptum est, *L. Papirius Consulem* equites omnes ob egregiam in bello operam donasse *corniculis*, armillisque argenteis: & bello Persico, *Sp. Ligustinus* apud populum gloriatur, se quater & vicies virtutis causa ab Imperatoribus esse donatum, sex civicas coronas accepisse, viginti duo stipendia annua in exercitu habere. *Suetonius* autem de Augusto refert eum dona militaria aliquanto facilius *phaleras*, & *torques* quidquid auro argenteoque constaret, quam *vallares* & *murales coronas*, quæ honore præcellerent, dedisse has quam parcissime, & sine ambitione, & sæpe etiam caligatis tribuisse. *M. Agrippam* in Sicilia post navalem victoriam *creruleo vexillo* donasse. Cæterum, antequam ab hoc loco abeamus, ut & ipsa militarium donorum vocabula intelligantur, explicanda paucis sunt.

*Armillas*, inquit *Festus*, ex auro, quas viri militares ab Imperatoribus donati gerunt, dictas esse existimant, quod antiqui humeros cum brachiis *armos* vocabant, unde *arma* ab his dependentia sunt vocata.

*Hasta* pura eadem est, quæ à *Catone donatica* dicitur, quod Romani fortes viros ea donarent: *pura* autem appellatur, quod sine ferro esset, alio nomine *graminea* dicitur, quemadmodum *Turnebus* lib. Adversariorum 29. cap. 1. exponit.

*Phalera* videntur esse equorum frontalia. Sic enim *Suidas* in voce *φάλαρα τὰς προμετωπίδας, τὰς ἀσπίδισκας, τὴν κόσμησιν τὴν κατὰ τὸ μέτωπον τῶν ἵππων, παρὰ δὲ Ἡροδότου τὰ περὶ τὰς γνάθους σκεπάσματα*, id est, frontis ornamenta, scutula, id quo frons equorum exornatur. Apud *Herodotum* vero circa maxillas tegumenta. Quod dixit *Suidas ἀσπίδισκας*, formam ornamenti significavit, scutum imitantem, ut à naribus ad frontem inter oculos ducta illustris lamina dilataretur in fronte, attenuata in imo, similitudine veterum scutorum, quæ *Virgilius* ideò *longa*, libro 8. *Æneidos*, nominavit. *Servius Honoratus* neque frontem, neque maxillas, sed pectus phaleris ornari solitum ait, & esse idem, quod in mulieribus monilia. Sic enim interpretatur in eo *Virgilii* versu:

*Aurea pectoribus demissa monilia pendunt.*

*Monile* autem à collo præpendere, ex *Festo*, & aliis constat. *Plinius* quoque satis plane distinguit à frontibus *phaleras*, & sentire cum *Servio* potius, quam cum *Suida*, aut etiam *Herodoto*, videtur. Ait enim sic libro 37. capite 12. de gemma quadam facta, quondam tantæ magnitudinis fecere, ut equis Regum in oriente *frontalia*, atque pro phaleris pensilia facerent, &c. Sed *Agellius* libro 5. capite 5. eas à *monilibus* distinguit. qua de re vide differenter *Aldum Manutium* Pauli F. lib. 2. *Quæsitiorum* per epistolam, epistola decima, ubi in hanc inclinat sententiam, ut putet quicquid equorum frontibus, maxillis, pectoribus ad speciem adderetur, communi vocabulo *phaleras* esse nominatas.

De *corniculis* & *torquibus* nihil opus est monere.

*Pecuniam* militibus ante triumphum ab Imperatoribus distribui consuevisse ex *Livio* patet, qui libro 28. sic scribit: *Pecuniam* in ærarium tulerunt sestertium tricies octoginta millia æris, *M. Livius* militibus quinquagenos senos asses divisit, tantundem *C. Claudius* absentibus militibus suis est pollicitus, cum ad exercitum redisset, &c. Eiusdem rei testimonia extant apud eundem *Livium*, & alios plura. Atque de præmiis militaribus hæc tenus, de quibus etiam vide *Alexandrum ab Alexandro* Neapolitanum, *Genialium dierum* lib. 4. cap. 18. & *Carolus Sigonius* lib. 1. de Antiquo jure civium Romanorum, cap. 15. ex quo hæc fere descripsi.

## CAPUT XXVII.

### De coronis militaribus, earumque generibus.

DE præmiis quæ distributa iis fuerunt, qui strenue rem gessissent, superiori capite diximus. Inter ea vero etiam *corona* fuerunt, de quibus hoc capite agemus.

*Agellius* scribit, *militares coronas* multifarias fuisse, præcipuas autem & nobilissimas eas: *triumphantem*, *obsidionalem*, *civicam*, *muralem*, *castrensem*, *navalem*.

*Triumphales*, inquit, *corona* sunt aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphii mittuntur. Id vulgo dicitur *aurum coronarium*. Hæc antiquitus è lauro erant, post fieri ex auro cœptæ.

*Obsidionalis* est, quam ii, qui liberati sunt obsidione, dant ei *Duci*, qui liberavit. Ea corona *graminea* est:

est: observarique solitum, ut fieret *è gramine*, quod in eo loco generatum esset, intra quem clausi erant, qui obsidebantur. *Plinius* lib. 22. cap. 3. & 4. *obsidionalem* omnibus aliis, gemmatis, & aureis, vallaribus, muralibus, rostratis, civicis, & triumphalibus *præfert*, quippe cum reliquis aut Imperatores militibus aut ipsi milites militibus dent: hanc vero miles det *Imperatori*. Eam dicit vocari *obsidionalem*, liberatis obsidione, abominandoque exitio totis castris. Eandem etiam dicit datam fuisse *è viridi gramine*, decerpto inde, ubi obsessos servasset aliquis. Namque summum apud antiquos signum victoriæ erat *berbam porrigere victos*, hoc est, terra & altrice ipsa humo, & humatione etiam cedere. Talem accepit *L. Sicinius Dentatus*, & *Decius*, & *Quintus Fabius Maximus*, &c. Eadem de obsidionali, *Festus*.

*Civica corona* appellatur, inquit *Agellius*, quam civis civi, à quo servatus est in prælio, testem vitæ, salutisque perceptæ dat. Ea fit *è fronde querna*: quoniam cibus victusque antiquissimus *quernus* capi solitus sit. Fit etiam *ex ilice*, quod genus superiori proximum est, sicuti scriptum est in quadam *comœdia Cæciliæ*.

Advehuntur (inquit) cum *iligneæ corona*, & chlamyde. Dii nostram fidem! *Masurius* autem *Sabinus* in 11. librorum memorabilium, *civicam coronam* tum dari solitam dicit, cum is, qui civem servaverat, eodem tempore, & hostem occiderat, neque locum in ea pugna reliquerat: aliter jus *civica corona* negat concessum. *Tiberium* tamen *Cæsarem* consultum, an *civicam coronam* capere posset, qui civem in prælio servasset, & hostes ibidem duos interfecisset, sed locum, in quo pugnarat, non retinisset, eoque loco hostes potiti essent: relapsisse dicit, eum quoque *civica* dignum videri: quod appareret, *è tam iniquo loco* civem ab eo servatum, ut etiam à fortiter pugnantibus retineri non quiverit. Hac *corona civica* *L. Gellius* vir censorius in senatu *Ciceronem* Consullem donari *è republica* censuit, quod ejus opera esset atrocissima illa *Catilina conjuratio* detecta, vindicataque. *Plinius* libro 16. capite 4. *civicam coronam* & murali & vallari, aureæque, & rostrata præponit, & ait, eam primo *ilignam* fuisse, postea magis placuisse *è esculo Fovi sacra*, variatumque & hoc cum quercu esse, ac datam ubique quæ fuerat, custodito tamen honore glandis. Deinde addit leges de *corona civica*, quibus ea dari debeat: Quique, inquit, patriæ muros primus scandens, audentem irrumpere occidit. Quique *civem* maluit servare, quam *hostem* occidere. Utque eum locum in quo sit actum obtineret hostis eo die. Utque servatus fateatur, alias testes nihil profunt: Ut civis fuerit. Auxiliis, quamvis Rege servato, decus id non dant. Nec crescit honos idem *Imperatore* conservato, quoniam conditores in quocunque cive summum esse voluerunt. Accepta licet uti perpetuo. Ludos incunanti semper assurgit etiam à senatu in more est. Sedendi jus in proximo senatu. *Vacatio munerum* omnium ipsi, patrique & avo paterno. Quatuordecim eas accepit *Sicinius Dentatus*, &c. Et paulo post subjicit: O mores æternos, qui tanta opera honore solo donaverunt. Et cum reliquis *coronas auro* commendarent, salutem civis in pretio esse noluerunt: clara professione, servari quidem hominem nefas esse lucri causa. Hactenus *Plinius*.

*Muralis* est *corona*, qua donatur ab Imperatore, qui primus murum subiit, inque oppidum hostium per vim ascendit. Idcirco quasi *muri pinnis* decorata est.

*Castrensis* est *corona*, qua donat eum Imperator, qui primus hostium castra pugnans introivit. Ea *corona* insignis valli habet, unde *vallaris* dicitur.

*Navalis* est, qua donari solet maritimo prælio, qui primus in hostium navem vi armatus transilivit. Ea quasi navium rostris insignita est. Et *muralis* autem, *castrensis* & *navalis* fieri ex auro solent. De *navali corona* postea erit dicendum. Harum coronarum icones in veteribus nummis conspiciuntur.

## CAP. XXVIII.

## De præmiis Imperatorum, supplicatione, triumphis &amp; ovatione.

DE præmiis, quibus milites ob egregia facinora ornati fuerunt hactenus diximus: sequitur, ut de iis etiam, quæ *Imperatoribus* proposita fuerunt, agamus. Qui ergo imperium recte ac feliciter administrarunt, iis hæc, quæ maxima apud eos habita sunt, decora patuerunt: absenti nomen *Imperatoris* & *supplicatio*, præsentis *triumphus*. De nomine *Imperatoris* diximus supra, capite 6. *Supplicatio* honos fuit, qui una cum *Imperatoris* nomine decernebatur *victori*, nempe cum senatus populo deum templa aperiri ac gratias diis *Imperatoris* nomine agi jubebat. Erat enim moris, ut *Consules*, vel *pratores*, postquam à militibus appellati *Imperatores* fuerant, listores laureatos præferrent, literasque ad senatum laureatas de re gesta mitterent, quibus *Imperatoris* nomen ac *supplicationes* à senatu postularent. In hac autem *supplicationis* pompa, quæ alias plures, alias pauciores dies continuabatur, *senatus* ad templa deorum solenniter se conferebat, ibique sacrificabat, & dabat in templis epulum. Omnis autem populus agebat dies festos, & agebat diis gratias pro spe victoriæ, quæ affulgebat, & vota faciebat, ut dii hoc modo placati, quod ostenderant beneficium, perficerent. Quamvis autem primis temporibus in unum alterumque diem *supplicatio* ægre decernebatur, tamen ad postremum eo progressa res est, ut etiam in quinquaginta decretæ sint. Siquidem *M. Valerio*, & *M. Horatio* Consulibus, anno Urbis cccciv. devictis *Sabinis* *supplicatio* in unum diem decretæ est: *Camillo* *Vejis* captis in quatrduum, quot die.

dierum nullo ante bello decretæ erant. At vero *Cn. Pompejo* Mithridatico bello confecto duodecim: *Cæsari* bello Gallico, primum quindecim, post viginti: *Hirtio*, *Pansa*, & *Cæsari Octaviano* Mutina colonia liberata, quinquaginta dierum decretæ sunt, in quo decernendo cum magnitudinis victoriæ, tum dignitatis hominis habuisse rationem videntur. Hoc honoris genus *Ciceroni* quoque habitum fuit, quando *Catilinariam conjurationem* represit, ut ipse meminit in 3. & 4. *Catilinaria*, in 2. *Philippica*, & alibi.

*Triumphus* eximius quidam honor fuit, quem is, qui auspicio suo hostes prælio devicisset, in Urbem cum incolumi exercitu rediens, senatus primum decreto, post etiam populi jussu consequebatur. Erant autem duo *triumphorum* genera, unus *major*, qui præcipue *triumphus*, alter *minor*, quæ *ovatio* nominata est. Ex his autem alii *terrestres*, alii *navales*: itemque alii in Urbe, alii in monte Albano acti sunt. *Terrestres* dicebantur, qui terra: *navales* qui mari rebus feliciter gestis agebantur.

Primus *navalem triumphum* egit *C. Duilius* anno Urbis cœxci 11. de quo ita scribit *Valerius Maximus* libro 3. cap. 6. *Cajus Duilius*, qui primus navalem triumphum ex Pœnis retulit, quotiescunque epulaturus erat ad funalem cereum, præeunte tibicine & fidicine, à cœna domum reverti solitus est, insignem bellicæ rei successum nocturna celebratione testando. Meminerunt hujus & *Livius* Epit. 17. *L. Florus* libro 2. cap. 2. *Cicero* in Catone Majore, *Eutropius*, *Orosius*, *Plinius*, & alii.

In Albano primus triumphavit *Papirius Mæso*, anno Urbis cœxxi 11. de quo idem *Valerius Maximus* libro 3. capite 6. *Papirius* quidem *Mæso*, cum bene gesta republica triumphum à senatu non impetrasset, in Albano monte triumphandi & ipse initium fecit, & cæteris postea exemplum præbuit: prope *laureæ corona*, cum alicui spectaculo interesset, *myrtea* semper usus est. Meminit & hujus *Plinius* libro 15. capite 29.

*Ovans* primus ingressus est Urbem *Publ. Posthumius Tubertus* Consul secundus, anno Urbis ducentesimo quinquagesimo, de quo in hunc modum *Plinius* libro 15. cap. 29. Bellicis se quoque rebus *myrtus* inseruit, triumphansque de Sabinis *Posthumius Tubertus* in Consulatu (qui primus omnium *ovans* Urbem ingressus est: quoniam rem leviter sine cruore gesserat) *myrto* Veneris victricis coronatus incescit, optabilemque arborem etiam hostibus fecit.

Quid autem *ovatio* sit, unde nomen habeat, & quomodo à *triumpho* *major*, de quo capite sequenti agemus, differat, paucis explicandum est. *Ovantes*, scribit *Festus*, lætantes esse, ab eo clamore, quem mittant redeuntes è pugna victores milites, geminata litera O, quod idem placet etiam *Dionysio Halicarnassico*: Quasi inquit, Romani *ὄντων* Græcorum vocem, quæ clamorem significat, *ovationis* nomine voluerint interpretari. At *Plutarchus* in Marcello hanc opinionem refellit, & *ovationis* nomen ab *ove* ductum putat: quam, qui hoc genere triumphi ornabatur, sacrificabar, quemadmodum qui majorem *triumphum* agebat, taurum, in Capitolium veniens, immolabat. Differt autem *ovatio* à *triumpho*, ut ait *Dionysius Halicarnassicus*, quod qui *ovans* ingreditur, is nec curru vectus, nec trabeam, nec togam pictam indutus pedibus Urbem exercitu præeunte iniret. *Plutarchus* autem eundem nec quadrigis investum, nec laurea coronatum, nec tubis concinentibus: sed pedibus calceatum, *myrtea* corona redimitum, tibiis modulantibus, Urbem iniisse scribit, cum quo & *Plinius*, *Festus*, & *Agellius* sentiunt.

De causis hujus decernendi honoris ita scribit *Agellius* libro 5. cap. 6. *Ovandi*, non *triumphandi* causa est, cum aut bella non rite indicta, neque cum justo hoste gesta sunt, aut cum hostium nomen humile, & non idoneum est, ut servorum, piratarumque, aut deditione repente facta, *impulvere* (ut dici solet) incruentaque victoria obvenit. Cui facilitati aptam esse Veneris froudem crediderunt, quod non *Martius*, sed quasi *Venerius triumphus* quidam foret.

Hanc *myrteam* coronam *Marcus Crassus* bello fugitivorum confecto, cum *ovans* rediret, insolenter aspernatus est, senatusque consultum faciendum per gratiam curavit, ut *lauro*, non *myrto* coronaretur. Adjicit *Plutarchus*, cum verbis & comitate res cum hostibus transacta, & bene gesta esset, tum ut *ovantes* inirent, & istam pompam, bellici apparatus expertem & festivam ducerent, fuisse permissum. Nam & tibia, inquit, *pæcis* est, & *myrtus* *Veneris* arbor, quæ dea maxime violentiam & bella odit. His adde, cum ait in aliena provincia, aut alienis auspiciis, aut cum sine magistratu res gesta esset. Pedibus autem an equo vecti *ovantes* ingrederentur, magna quæstio est, de qua sic etiam *Agellius* libro 5. cap. 6.

Prætereundum non est, quod ad *ovationem* atrinet, super quo dissensisse veteres scriptores scio. Partim enim scripserunt, qui *ovaret*, introire solitum equo vehente. Et *Sabinus Massurius* pedibus ingredi *ovantes* dicit, sequentibus eos, non militibus, sed universo senatu. Hæc *Agellius*. Itaque *Dionysius* pedibus ingressos, *Dio* equo vectos intelligit. Etenim *ovantem* ingredi, equo vehi *Dio* appellat. *Dionysius* autem pedestrem triumphum *ovationem* vocat, dum de *Aulo Manlio ovante* anno ducentesimo septuagesimo nono loquitur. Hactenus de *ovatione*. Sequitur *triumphus* major, de quo capite sequenti.

## De triumpho majore, spoliis opimis, arcubus triumphalibus, &amp; trophæis.

DE triumpho majore ea hoc loco afferemus, quæ olim à præceptore nostro Magistro Joanne Rosa, pia memoriæ viro immortalitate dignissimo accepimus, cum viri clarissimi Caroli Sigonii factos ac triumphos publice nobis prælegeret: pauca tantum interdum ex aliis scriptoribus, ubi opus fuerit, addituri. Sic autem is triumphorum rationem nobis explicavit. Hōnor triumphi fuit illud summum, & magnificentissimum, & jucundissimum præmium, quo præcellentium Imperatorum, qui res in bello præclare & feliciter gesserant, virtus & fortuna apud Romanos ornari solebat.

Ad vocem quod attinet, communis est auctorum sententia, quod ea originem habeat ex ipsa acclamatione, à Bacchi cognomine sumpta. Sic enim Varro lib. 5. de ling. Lat. scribit: *Triumphare* appellatum, quod cum Imperatore redeuntes milites clamitant per Urbem in Capitolium eunti: *Jo triumphe*: *Jo triumphe*: idque à *Ἐπείμω* Græco Liberi patris cognomine potest ductum esse. Et quod *Bacchus* dictus sit *Ἐπείμω*, habet etiam *Plutarchus* in Marcello. Fuit autem vulgaris opinio, quod pompa triumphalis Bacchum habuisset in Græciâ primum auctorem, ut videre est apud *Plinium* libro 7. capite 56. & *Diodorum Siculum* lib. 5. Acclamationes eas expressit *Horatius* Oda 2. libro 4.

Tuque dum procedis, *Jo triumphe*,  
Non semel dicemus, *Jo triumphe*,  
Civitas omnis, dabimusque divis  
Thura benignis.

Et Oda 9. Epodon:

*Jo triumphe*, tu moraris aureos  
Currus, & intactas boves  
*Jo triumphe*, nec *Fugurthino* parem  
Bello reportasti ducem.  
Neque Africano, cui super *Carthaginem*  
Virtus sepulchrum condidit.

Sic *Livius* quoque lib. 45. Militum quidem propria est causa, qui & ipsi laureati, & quisque donis quibus donati sunt insignes, *triumphum* nomine cient.

Causam instituti hujus efficientem generalem ex illa lætitia, quam universaliter affert liberatio à bello terribili, & malis, quæ ab hostibus sævis sunt expectanda, & ex favore, quo liberati liberatorem persequuntur, & qualicumque notitia, quod numini pro lato auxilio deberentur gratiæ solennes, facile potest intelligi. In specie vero primus auctor talis pompæ in urbe Roma fuit *Romulus*, qui cæso sua manu *Acronem* Caninensium Rege, cum Jovi arma ejus ex voto esset dedicaturus, quercum quam in castris vidit, recidit, & instar trophæi adornavit, *Acronisque* armis apte ea ex suspensis, ac veste ipse incincta, & fluente coma, laurea coronatus, stipitem illum dextro humero bajulans, Urbem est ingressus, carmen victorale exercitui in armis sequenti præcinens, & civibus cum gratulatione & laudibus eum excipientibus, sese ostentans. Ab hoc exemplo *triumphorum* celebritatem initium Romæ sumpsisse, scribit *Plutarchus*. Addidit aliquanto post *Tarq. Priscus* Rex currum, & alia, quæ ad speciem & magnificentiam majorem erant comparata, quibus quantum splendoris postmodum accesserit, videre est in speciosisissimis triumphis, quos duxerunt *L. Cæcilius Metellus*, A. U. 10111. *Marcellus*, anno 10331. *P. Scipio Africanus*, anno 10411. *L. Æmilius Paulus*, anno 10561. *Scipio Africanus* posterior anno 10611. *L. Mummius*, anno 10711. *Marius* anno 10811. *Sulla* anno 10911. & *Pompejus* tertium triumphans, anno 11011. item *C. Julius Cæsar*, & *Augustus*, & posterioribus temporibus *Aurelianus*.

De legibus triumphalibus has reperio: Quod nemini, nisi qui *Dictator*, aut *Consul*, aut *prator*, res gessisset, licuit triumphare. *Plutarchus* in vita Pompeji. Discessum tamen ab hac lege fuit, quando *Lucio Cornelio Lentulo* ovatio anno 10111. & *Cneo Pompejo* equiti tantum, & nondum in ordinem Senatorium adscripto, ac vixdum annum decimumquartum ætatis egresso, primus *triumphus* anno 10211. decernebatur. *Triumphum* petentes oportebat extra Urbem subsistere, & ibi decretum *Senatus* expectare. Dandi autem hujus honoris, sicut & supplicationum & ovationum potestas erat penes *Senatum*, quem oportebat semper integrum convenire, quoties de his summis honoribus erat consultatio. Facto autem à *Senatu* decreto, de eodem ad populum ferebatur, ac præterea rogabatur, ut eo die, quo triumphus duceretur, imperium *triumphanti* populus daret: siquidem id nemo, nisi populus dare poterat.

Erant autem multæ impediendi triumphii rationes: primum, cum tribuni plebis *Imperator*, qui triumphum peteret, aliqua de causa infensi, de rogatione ferenda omnes recusarent: deinde cum rogationem quidem tribunus aliquis ferret, sed eam populus suffragiis antiquaret: tertio, ubi tribuno rogationem

ferente, unus pluresve de collegio intercederent: *postremo*, cum tribunus Imperatori ob res in bello gestas diem diceret, sicuti *Cajus Memmius Lucullo*, qui duobus potentissimis Regibus, *Mitbridate & Tigrane* devictis, tamen nonnisi triennio post, accusationem remittente Memmio, triumphare potuit. Recitat *Valerius Maximus* libro 2. cap. 8. etiam has leges. Ob levia, inquit, prælia quidam Imperatores sibi triumphos decerni desiderabant, quibus ut occurreretur, lege cautum est, ne quis triumpharet, nisi quinque millia hostium una acie cecidisset. Non enim numero, sed gloria triumphorum excelsius Urbis nostræ futurum decus majores existimabant.

Cæterum ne tam præclara *lex* cupiditate *laureæ* obliteraretur, legis alterius adjutorio fulta est, quæ pœnam Imperatori minatur, qui aut hostium occisorem in prælio, aut amissorum civium falsum numerum literis *Senatui* ausi essent referre, jubetque eos, cum primum Urbem intraissent, apud *quæstros urbanos* jurare, de utroque numero vere ab his Senatui esse scriptum. Hæc *Valerius*. Fuerunt tamen, qui invito Senatu honorem hunc sibi rapuerunt; & cum in *Capitolium* pompam ducere non daretur, duxerunt eam in *Albanum montem* Latii præaltum, nec procul ab Urbe situm: cujus rei primum auctorem fuisse reperiunt *C. Papirium Majonem* Cos. A. V. 1032. de quo superiori capite diximus. Legitur præterea in *Valerio*, libro 2. cap. 8. quod *triumphus* tantum iis, qui imperium Romanum auxissent, non autem qui amissa recuperassent, fuerit permittus. Non etiam, nisi de hostibus triumphatum fuisse legimus, & quidem de iis, quorum aliqua esset dignitas. Nam cum per *Crassum* contra servorum colluviem feliciter res esset gesta, indignus hostis habitus, de quo *triumphus* ageretur: quare coactus fuit *Crassus ovatione* esse contentus. De civibus vero ita scribit *Valerius* lib. 2. capite 8. §. 7. Verum quamvis quis præclaras res maximeque utiles reipubl. civili bello gessisset, *Imperator* tamen eo nomine appellatus non est: neque ullæ supplicationes decretæ sunt, neque aut *ovans*, aut curru triumphavit: quia ut necessariæ istæ, ita lugubres semper existimatæ victoriæ sunt, ut pote non externo sed domestico partæ cruore. Et de *Cæsare* narrat, quod *Massiliam* urbem in triumpho ostentans, & de filiis *Pompeji* triumphans, maximo odio populi Romani sese oneravit. Ubi è contrario de *Sulla* prædicant, quod cum stabilita sua potentia multas urbes Græciæ & Asiæ in triumpho duceret, civium tamen Romanorum ne unum quidem oppidulum vexerit. Sed & hoc moris fuit, ut quo die quis triumphabat, haberet, & deponeret imperium. Atque huc spectat quod à *Valerio* loco ante citato his verbis refertur: Moris erat ab *Imperatore* triumphum ducturo, *Consules* invitari ad cœnam, deinde rogari, ut venire supersedeant, ne quis eo die, quo ille triumphavit, majoris in eodem convivio sit imperii. Ex his legibus judicari potest, qui *triumphi regulares* aut *irregulares* fuerint.

Ad ipsam pompam *triumphi* quod attinet in genere, hæc fuit fere hujusmodi: *Imperator*, ut scribit *Zonaras* libro 2. triumphali habitu ornatus, armillis sumptis, *laurea redimitus*, & ramum dextra tenens populum convocabat, & militibus suis aliis communibus, aliis propriis laudibus oneratis, pecuniam & ornamenta dividebat, cum armillas aliis, aliis hastas puras, aliis coronas aureas, aliis argenteas, expressum viri nomen ac facinus ferentes, largiretur. Nam si quis murum primus ascenderrat, *muri*, si castellum aliquod expugnarat, *castelli* speciem corona gerebat: si navali prælio vicerat, *rostris* corona exornabatur: si equestri, *equestre* aliquid præ se ferebat. Qui autem civem in acie, aut in obsidione, aut in alio periculo conservasset, cum summam laudem assequeretur, tum *quænam coronam* accipiebat, cujus honos argenteis & aureis omnibus excellebat.

Neque vero hæc dona singulis tantum virtutis causa dabantur: sed & cohortibus & exercitibus universis: *spoliorum* autem magna pars militibus distribuebatur. Quin etiam quidam universum populum donarunt, & sumptus in ludorum publicorum apparatus fecerunt, & si quid reliqui erat, in porticus, templa, aut alia ejusmodi opera publica consumpservunt. His rebus perfectis, atque sacrificio facto, *triumphans currum conscendebat*, ita precatus:

DII, NUTU ET IMPERIO, QUORUM NATA ET AUCTA EST RES ROMANA, EANDEM PLACATI, PROPITIATIQUE SERVATE.

Tum per *portam triumphalem* vehebatur. Præcedebant tubicines, canentes modos *triumphales*: aut etiam, quod in *Æmilii* triumpho factum est, classicum. Post hos ducebantur *boves mactandi* in sacrificiis, vittis fertisque redimiti, & aliquando auratis cornibus. Illis succedebat speciosa ostentatio *spoliorum*, & manubiarum, quæ singulari arte composita, partim plaustris vehebantur, partim gestabantur ab adolescentibus ornatis. Ferebantur & *tituli victarum gentium*, cum imaginibus devictarum urbium: ac fuerunt spoliis interdum mixta animalia, antea non visa, aut mirabiles plantæ ex locis captis asportatæ. Succedebant inde, qui ex hostibus capti erant, *duces vinciti* catenis, & post illos ante currum *Imperatoris* portabantur *corona aurea*, si quæ ipsi ab urbibus & provinciis fuerant summi honoris causa, quod sæpe accidit, per legationes exhibitæ. Ac tum demum ipse *Imperator* curru sublimi, magnifice exornato, vehebatur, fulgens veste *triumphali*, & redimitus *corona laurea*, ramumque lauri manu gestans. *Vestis triumphalis* erat purpura auro intexto picta, de qua *Plinius* lib. 9. cap. 36. & lib. 8. cap. 48. Tali autem veste extra hanc pompam uti nemini fas fuisse, docet historia *Marii*, in qua apud *Plutarchum* sic legitur: Peracto triumpho, induxit Senatum *Marius* in Capitolium, atque incertum, num prudens id, an fortuna sua elatus fecerit, insolentius egressus curiam est veste *triumphali*. Verum cito offensum animadvertens Senatum sur-



surrexit, sumptaque rediit *prætexta*. Et *Dionysius Halicarnassensis* libro 3. loquens de toga picta purpurea, qua Reges fuerint usi, indicat, quod *Regibus exactis* non licuerit ulli, etiam si Consul esset, eam usurpare, sicut nec coronam regiam. Nam hæc sola, inquit, de ornatu regio Consulibus adempta sunt, quod invidiosa videntur, & libertati gravia. Post victoriam tantum ex senatusconsulto *triumphantes* ornantur auro, & amiciuntur togis pictis purpureis. De corona laurea *Plinius* libro 15. cap. 30. Curru, qui neque bellicarum, neque ludicrarum quadrigarum, sed turris rotundæ instar, teste *Zonara*, constructus erat, usitate traxerunt equi: quos, cum albos junxisset in suo triumpho *Camillus*, vehementer populum offendit, propterea quod *alba quadriga* Deorum Regi & Patri sacrae, ac peculiariter dicatae habebantur. Quidam tamen cervos, quidam leones junxerunt. Sub curru, eo loco, cui *Imperator* insidebat, suspensum fuit idolum fascini, de quo *Plinius* libro 28. cap. 4. sic: *Deus Fascinus Imperatorum* quoque, non solum infantium custos, currus triumphantium sub his pendens, defendit, medicus invidiæ, judetque eosdem respicere. Quod autem *Plinius* dicit, moneri triumphantem à fascino, ut respiciat, existimo esse illud *Tertulliani* in Apologetico: *Hominem se esse etiam triumphans Imperator in illo sublimissimo curru admonetur*. Suggestur enim ei à tergo: Respice post te, hominem memento te, *Zonaras* auctor est, in ipso curru ministrum publicum advectum esse, qui pone coronam auream, gemmis distinctam sustinens, admoneret eum, ut respiceret: id est, ut reliquum vitæ spatium provideret, nec eo honore elatus superbiret. Appensum quoque fuisse curru *tintinnabulum*, & *flagellum*, quibus notatum fuerit, ipsum in eam calamitatem incidere posse, ut & flagris cæderetur, & capite damnaretur. Nam, inquit, qui ob facinus supremo supplicio afficiebantur, *tintinnabula* gestare solebant, ne quis inter eundem contactu illorum piaculo se obstringeret. Testis est etiam *Plinius* l. 33. c. 7. *triumphantium ora* minio illini solita, & sic *Camillum* triumphasse: quod tamen posterioribus temporibus exolevit. Moris item fuisse, ut triumphans secum in curru haberet filiolos pueros, patet ex *Livio* libro 45. cum de filiis *Æmilii* loquitur. Quin etiam cognatorum, si aliquos habebat, virgines & pueros in currum adfiscibat: natu vero grandiores in equis jugalibus imponebat. Si autem plures erant, equis singularibus vecti ipsum prosequabantur. Currum inde sequebatur equitum & peditum exercitus suo quisque ordine. Ex his si qui peculiare coronas, aut alia dona ob egregium facinus ab *Imperatore* acceperant, ea præse ferebant. Cæteri omnes *laureati* incedebant, cientes lætissima voce triumphum, & accinentes *triumphalia carmina*, quibus etiam jocos miscere licebat. Qui vero ad spectaculum confluerant, ex Urbe, & aliis Italiæ locis homines, omnes vel in publica eaque lætissima festivitate, cum lætissima aggratulatione, & applausu, pompam spectabant, induti vestitu mundo, & ut plurimum albo. *Procedente* etiam *pompa* in honorem Deorum omnes ædes sacrae fuerunt apertæ, atque coronis & suffitibus repletæ. Sic igitur ad *Capitolium* ductus *Imperator*, simulatque de foro, versus illud currum flectere cœpit, hostes ante currum ductes abduci mandavit in carcerem. *Cicero* *Verrina* 7. ubi vel detenti sunt perpetuo, vel illico securi percussi. Cum ventum fuit in *Capitolium*, *triumphans* ita precatus est:

GRATIAS TIBI JUPITER OPTUME MAXUME, TIBIQUE JUNONI REGINÆ, ET CÆTERIS HUIUS CUSTODIBUS, HABITATORIBUSQUE ARCIS DII, LUBENS LÆTUSQUE AGO, RÊ ROMANA IN HANC DIEM ET HORAM PER MANUS, QUOD VOLUISTIS MEAS, SERVATA, BENE GESTAQUE, EANDEM ET SERVATE, UT FACITIS, FOVETE, PROTEGITE PROPITIATI, SUPPLEX ORO.

Et *innolata* sunt cum maxima solennitate *hostia*, seu victimæ, & dicata *Fovis corona aurea*, & aliquot pretiosæ manubiæ, clypei & alia monumenta ibi suspensa. Datum etiam in ipso *Capitolio epulum* sumptibus publicis, & aliquantum pecuniæ viritim plebi distributum, cætera relata in ærarium publicum. Quod si quis *opima spolia* fuisset consecutus, ea in templo *Fovis Feretrii* suspendebantur. Erant autem *spolia opima* quæ dux hostium duci à se immediate interfecto detraxerat. Quorum, uti *Festus*, & cum eo alii tradunt, tanta raritas fuit, ut intra annos paulo minus 10000 tantum trina contigerint nomini Romano: una, quæ *Romulus* de *Acrono*: altera, quæ *Cassius Cornelius* de *Tolumnio*: tertia, quæ *Marcus Marcellus* *Jovi Feretrio* de *Viridomaro* fixerunt. *Marcus Varro* ait, *opima spolia* etiam esse, si manipularis miles detraxerit, dummodo duci hostium detraxerit. Quod autem omnia solita non sint ad ædem *Fovis Feretrii* poni, testimonio esse libros pontificum, in quibus sit, pro primis spoliis bove, pro secundis solitaurilibus, pro tertiis agno publice sacra fieri debere. Esse etiam *Pompilii Numæ* Regis legem *opimorum spoliiorum* talem:

QUOJUS AUSPICIO, CLASSE PROCINCIO OPEIMA SPOLIA CAPIUNTUR. JOVEI FERETRIO BOVEM CÆDITO. QUEI CEPIT, ÆRIS DUCENTA DARIER OPORTETO. SECUNDA SPOLIA IN MARTIS ARAM. IN CAMPO SOLITAUROLIA UTRA VOLUERIT, CÆDITO.

TERTIA SPOLIA JANO QUIRINO. AGNUM MAREM CÆDITO CENTUM QUEI CEPERIT EX ÆRE DATO.

Ita *Festus*, quemadmodum eum restituerunt *Carolus Sigonius*, *Antonius Augustinus*, & *Josephus Scaliger*. Atque hoc quidem modo *triumphorum* pompa peracta fuit, cujus ut conservaretur memoria, non modo honestissimus locus viris triumphalibus fuit datus in confessibus publicis & permissum, ut in spectaculis lauream coronam in capite gestarent, sicut & alii, qui unquam coronas acceperant, tales tum

soliti fuerunt gestare in capite: sed etiam erectæ fuerunt *triumphales columna*, & *statuæ*, & *arcus triumphales*, *trophæa*, atque alia monumenta. Quin & hoc usitatum fuisse ait *Plinius* libro 35. cap. 2. Ut ædes ornamenta *triumphalia* circa limina acciperent. Sic enim scribit: Aliæ foris & circa limina animorum ingentium imagines erant, affixis hostium spoliis, quæ nec emptori refringere liceret: triumphabantque etiam dominis mutatis ipsæ domus: & erat hæc stimulatio ingens, exprobrantibus tectis quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum. De *columnis triumphalibus*, & statuibus *Plinius* libro 34. capite 5. 6. & 7. & *Valerius Maximus* libro 2. capite 5. De *arcubus triumphalibus* ita scribit *Georgius Fabricius* in sua Roma, cap. 14. Arcus olim honoris virtutisque causa erecti sunt iis, qui externis gentibus domitis, singulares victorias patriæ pepererant. Ii primum rudes & simplices fuerunt, cum præmia virtutis essent, non ambitionis lenocinia: seculo insolentiore monumenta victoriarum & triumphorum pompa in iis incisa. Erant aut *latericia*, ut Romuli: aut ex rudi lapide quadrato, ut Camilli: aut ex marmore, ut Cæsaris in foro: *Drusi* cum trophæis in via Appia: *Trajani* in ejusdem foro: *Gordiani*, in Viminali, *Gratiani*, item *Theodosii*, non longe à via triumphali: deinde etiam reliqui. *Arcuum forma* primum erat semicircularis, unde & nomen *fornicis* accepit: *fornix* enim *Fabianus* à Cicerone dicitur, qui à Victore arcus *Fabianus* nominatur. Postea *quadrata*, ita ut in medio ampla esset porta fornicata, & ex ejus utroque latere aliæ portæ minores additæ. Intra mediæ portæ fornicem *Victoria alata* pependerit, quæ demissæ, victori transeunti coronam imponeret. In superiore arcus parte spatia sunt, in quibus aliquot homines, vel qui tubis canerent, vel qui trophæa insignia ostentarent, stetitisse existimantur. Hæc magnificentia *Augusti* temporibus, vel paulo ante cœpit. Nam de *Cæsaris arcu* *Servius*: de *Drusi* *Suetonius*: de Germanici, & *Neronis* *Tacitus*. Novitium hoc inventum ait *Plinius*, non quod arcus ante Cæsarum tempora non fuerint, sed quod tali ornatu non fuerint. Antiquissimi, de quibus extat aliquid, sunt tres: novitii autem *Plinio*, nobis veteres, quinque. Hactenus *Fabricius*.

*Trophæa* erant corpora trunca cum spoliis. Sic enim idem *Fabricius* de trophæis Marii scribit: Inter templâ S. Eusebii, & S. Juliani in Esquilino, moles latericia, in qua bina trophæa ex marmore. Sunt autem trunca corpora cum spoliis, quorum alterum thorace squamoso indutum, cum ornamentis *militariibus* & clypeis, ante se habens juvenem captivum, brachiis ad tergum revinctum, & undique alatas victorias. Alterum armis militaribus ornatum, inter quæ clypei inæqualiter rotundi, galea aperta cum cono & cristis, & altera sine cristis clausa. In eodem inest forma chlamydis, & alia quædam quæ marmore detrito & corrupto cognosci satis non possunt. Locus ille hodie *Cimbricum* vocatur, quia de Cimbris à C. Mario trophæa illa sunt erecta. *Arcuum triumphalium*, & *trophæorum* icones tum in Antiquitatibus *Gamucci*, tum in veteribus nummis cernuntur, quorum unam atque alteram subjeci notatas E. F. G.

Insculpta quoque in arcubus *triumphalibus* erant posterioribus præsertim temporibus, tum alia multa, tum causæ & merita, pro quibus arcus isti essent ipsis extructi, uti cognoscitur ex inscriptione *arcus triumphalis Severi* quæ hæc fuit:

IMP. CÆS. LUCIO SEPTIMIO M. FIL. SEVERO PIO PERTINACI AUG. PATRI PATRIÆ, PARTHICO, ARABICO, ET PARTHICO ADIABENICO. PONTIF. MAXIMO, TRIBUNIC. POTEST. XI. IMP. XI. COS. III. PROCOS. ET IMP. CÆS. M. AURELIO, L. FIL. ANTONINO AUG. PIO FELICI TRIBUNIC. POTESTAT. VI. COS. PROCOS. P. P.

OPTIMIS FORTISSIMISQUE PRINCIPIBUS OB REMPUBLICAM RESTITUTAM, IMPERIUQUE POPUL. ROMANI PROPAGATUM INSIGNIBUS VIRTUTIBUS EORUM DOMI FORISQUE. S. P. Q. R.

Item ex inscriptione *arcus triumphalis Constantini Max.* quæ talis est:

IMP. CÆS. FL. CONSTANTINO MAXIMO P. F. AUGUSTO S. P. Q. R.

QUOD INSTINCTU DIVINITATIS, MENTIS MAGNITUDINE CUM EXERCITU SUO TAM DE TYRANNO, QUAM DE OMNI EJUS FACTIONE UNO TEMPORE JUSTIS REMPUBLICAM ULTUS EST ARMIS ARCUM TRIUMPHIS INSIGNEM DICAVIT. VOTIS X. VOTIS XX.

LIBERATORI URBS. FUNDATORI QUIETIS.

In trophæo etiam *Alpium*, elogium *Augusto* dicatum tale est:

IMP. CÆSARI DIVI F. AUGUSTO PONT. MAX. IMP. XIV. TRIBUNIC.

POTESTAT. XVII. S. P. Q. R.

QUOD EJUS DUCTU AUSPICISQUE GENTES ALPINÆ OMNES, QUÆ A MARI SUPERO AD INFERUM PERTINEBANT, SUB IMPERIUM P. R. REDACTÆ SUNT.

Hæc igitur merces & gratia apud Romanos *Imperatorum* virtuti & fortunæ fuit habita, cujus fuit, partim ut animi tanta proposita gloria ad clarissimorum facinorum studium excitarentur, partim ut viderentur Deo exhibere gratitudinem pro eventibus prosperis. Ac memorabile est, quod apud *Valerium Maximum* lib. 2. cap. 3. de *Cn. Fulvio* legitur: Eum, qui *triumphi* honorem sibi à senatu ob res gestas decretam spreverat, & repudiaverat, fuisse exilio multatum. Causa hujus decreti fuit, quod indicarunt insolentiam, quæ

quæ gradus publicorum honorum superbe contemneret, spectare ad virtutis perniciem, dum scilicet, quæ multos ad studium ejus accendere solent, ita projicerentur. Tantum de *triumphis*, de quibus etiam lege *Dionysium* libro 5. *Josephum* lib. 7. cap. 23. de bello Judaico, *Joan. Zonaram* Histor. tom. 2. *Plutarchum* in vita P. *Æmilii*, *Appianum Alexandrinum* in Lybico, *Servium* super *Virgilium*, *M. Tull. Ciceronem* in *Pisonem*, *Flavium Vopiscum* in *Aureliano*, *Pomponium Latium* in *Philippo & Diocletiano*, *Alexandrum ab Alexandro* Genial. diæ. libro 1. capite 22. & libro 6. capite 6. *Carol. Sigonius* libro 2. de *Antiq. jure Provinciarum* cap. 10. & singulare de *triumphis* librum *Onuphrii Pavini Veronenfis*: cum quo etiam confer *triumphum* majorem æneis formis expressum à *Gerardo de Jode*.

## CAPUT, XXX.

## De missione exercitus.

Explicatis hætenus fere omnibus, vel saltem plerisque, quæ de re militari fuerunt scitu & observatione digna, de missione tandem militum dicemus, atque ita hunc librum concludemus. *Missionum* vero duo fuerunt genera, *honestæ & causariæ*. *Honestæ* fuit eorum, quibus iusta militiæ vacatio esset. *Causariæ*, quibus necessaria. *Iusta* fuit, cum quis, aut legitima confecisset stipendia, aut major esset annis quinquaginta. *Necessariæ*, cum aut morbo aut imbecilla valetudine impeditus in castris esse non posset. Cujus rei multa passim apud *Livium* extant exempla, quorum unum atque alterum adducemus. Sic autem libro 7. scribit: Consul educto in æstiva milite, exercitum purgare *missionibus* turbulentorum hominum instituit, aliis emerita dicendo stipendia esse, alios graves jam ætate, aut viribus parum validos. Et libro 24. Nomina omnium ex juniorum tabulis excerpta, qui quadriennio non militassent, quibus neque *vacatio* iusta militiæ, neque morbus causa esset. Et libro 40. Senatui veteres *centuriones* quam plurimum ad id bellum scribere censuisse: nec ulli, qui non major annis quinquaginta esset, *vacationem* militiæ esse. Præter has fuerunt aliæ quoque *vacationes* extra ordinem *gratiæ causa*, vel à Senatu, vel ab Imperatoribus datæ. A Senatu, ut idem *Livius* libro 39. Senatusconsultum factum est, ut Consul cum tribunis plebis ageret, ut P. *Æbutio* emerita stipendia essent, ne invitus militaret, neve censor ei equum publicum assignaret. Et lib. 23. Prænestinis militibus Senatus duplex stipendium, & quinquennii *vacationem* decrevit. Ab Imperatore, ut in Epitoma *Liviana* quinquagesima quinta, tribunis plebis, quia non impetrarant, ut sibi denos, quos vellent, milites eximere liceret, *Consules* in carcerem duci iusserunt. Nonnunquam *Imperatores* in castris pro suo arbitratu militibus petentibus concesserunt comæatum, vel domus revivendæ, vel negotii privati gerendi causa, cujus hæc formula extat apud *Livium* libro 30. Si quis vestrum suos invisere vult, comæatum do: primo vere adfuit, edico. Quin etiam senes, & sacerdotes *perpetuam militiæ vacationem* habuisse, excepto Gallico tumultu memoriæ prodidit *Appian.* lib. 2. de *Bell. civil.* & *Plutarchus* in *Camillo*. Est autem illud memorabile, *vacationes* has à censoribus fuisse cognitatas, quod ostendit *Livius* libro 43. cum de censoribus verba faciens, ait: In censu accipiendi populi milites ex Macedonico exercitu, qui quam multi absent a signis, census docuit, in provinciam cogebant. Causas stipendiis missorum cognoscebant, & cujus nondum iusta missio visa esset, ita jusjurandum adigebant: EX TUI animi sententia, ex edicto *Caji Claudii, Titi Sempronii* censorum in provinciam Macedoniam redibis, quod sine dolo malo facere poteris. Hæc *Livius*. De qua, præter eos quos supra commemoravi, plurima collegit *Wolfgangus Lazius* libro 4. 5. 6. 7. 8. & 9. *Commentariorum* reipublicæ Romanæ. Atque de re militari hætenus.

## EPILOGUS.

Exposuimus hætenus, benevole lector, præcipuos veterum Romanorum ritus, mores, & consuetudines, tum quæ ad religionem, tum quæ ad politiam disciplinamque urbanam, ac militarem pertinent. Quæ ex re si tibi tuisque studiis, aliquid utilitatis accedet, præclarum nostrorum laborum fructum nos consequutos esse arbitramur: quippe qui in universa hæc scriptione nihil aliud quaesivimus, quam tuum candide & benevole lector, commodum: sin assequi, quod volumus, non potuimus: voluntas tamen nostra apud æquos iudices in aliqua saltem laudis parte ponetur: ut qui, quantum tenuitas ingenii, atque laboriosa conditionis ac vitæ ratio permisit, de republica literaria bene mereri voluerimus. Erit autem fortasse aliquando, ut hæc ipsa, quæ jam in publicum emittimus, diligentius atque accuratius persequamur. Interim hæc æqui bonique consules, nobisque, scibi non ubique officio nostro, ut quidem par erat, functi fuerimus, humaniter condonabis: quod si feceris, & humanitatem tuam declarabis, & nos ad reliqua in te officia & studia reddes promptiores. Vale optime lector, nostrisque conatibus fave.



patrem, Gradivumque Martem, alioque iratos invocato deos. Idem deinde omnis exercitus in se quisque jurat. Eiusdem Decadis l. 10. Forte eodem conatu apparatuque omni opulentia insignium armorum bellum adornaverunt. & opes Deorum etiam adhibuerunt, ritu quodam sacramenti vetusto, veluti initiatis militibus; delectu per omne Samnitum halitus nova lege, ut qui juniorum non convenisset ad Imperatorum edictum, quisque in jussu abiisset, caput Jovi sacrum esset. Tum exercitus omnis Aquilonium est indidit, ad quadraginta millia militum, quod voboris in Samnio erat, convenerunt. Ibi mediis fere castris locus est conceptus cratibus, pluteisque & linteis contextus, patens ducentos maxime pedes in omnes pariter partes. Ibi ex libro vetere lino lecto sacrificium sacerdotae Ozio Paccio quodam homine magno natu, qui se id sacram petere affirmabat ex vetusta Samnitum religione, qua quondam nisi majores eorum fuissent, cum adimenda Hetrusis Capua clandestinum cepissent consilium. Sacrificio per se vel per viatorem Imperator acciri jubebat nobilissimum quemque genere fastisque, singuli introdebantur. Erat quum alius apparatus sacri, qui perfundere religione minimum posset, tum in loco circa omni contexto ara in medio, viciniamque circa casa, & circumstantescentu iones stridis gladiis, Admovebatur altariibus miles, magis ut viciniam, quum ut sacri participes, adhibebaturque jurejurando, quae visa auditaque eo in loco essent, non enumerantur. Dein jurare cogebatur dno quodam carmine in execrationem capitis familiaeque, & stirpis composito, nisi iisset in praelium, quo Imperatores duxissent, & si aut ipse ex acie supisset, aut si quem fugientem vidisset, non extemplo occidisset. Id primo quidam rementes juratosque, obtruncati circa altaria sunt, jacentes deinde inter stragem vicinarum, documento ceteris fuerit, ne abirent. Et quia idem ille Livius optimus & est, & habetur Antiquitatis magister, aliam ex ejusdem libro secundo Decad. 3. sacramenti militaris formulam transferibam. Delectu perfecto, Consules paucos morati dies, dum sciti ab nomine Latino venient. Milites tunc, quod nunquam antea factum est, ab tribunis militum jurejurando adacti iussu Consulium, corventuros, neque in jussu abiturus, nam ad eam diem nihil prater sacramentum fuerat, & ubi ad decuriam, aut centuriam convenissent, sua voluntate, ipsi inter se equites decuriati, & centuriati pedites conjurabant, sese fuge atque formidinis ergo non abiturus, neque ex ordine recessuros, nisi teli sumendi, aut petendi, aut hostis ferendi, aut civis servandi causa. Id ex voluntario inter ipsos fudere a tribunis ad legitimam jurejurandi adactionem transfusum. Haec sunt vetustissimi sacramenti quaedam vestigia, quod sub Principibus immutatum, ut & ipsa regendi norma variata; nam sub Consulibus satis erat sacramentum praestitisse, ut ex Livio hic liquet, sub Caesaribus etiam jusjurandum a sacramento diversum exigi solium, non in castris modo, sed & in Urbe, quod cupiditatem retentum; firmamentum quippe non leve imperii in eo, quod in obsequium Principum optimates quique adacti, ut plenissime offendit J. Lipsius ad finem libri 16. Annalium Taciti, dum inter crimina alia Thraseae obiectum, quod in principio anni vitaret jusjurandum solenne. Hoc illud est quod in Anglia, juramentum fidelitatis, appellant, Regibus ab omni pene memoria praestandum, viderit Robertus Bellarminus, ne dum jusjurandum Principi debitum impugnat, firmissimam regnandi legem imperique destinam validissimam, reverentiam, & obsequium, si non tollat, at saltem enervet. Monachus Egolesinensis in vita Caroli Magni, atque haec quidem acta sunt a Carolo, in qua juraverunt omnes Franci. Extat etiamnum hodie insignis formula hujusmodi jusjurandi, cujus epigraphae est sacramentum fidelitatis quod juraverunt omnes Franci. Missi Domini Caroli Regis secundum capitula facta apud Attiniam, anno incarnationis Dominice DCCCLIV. mense Junio. Sequitur dein formula ipsa. Ego ille Carolo H. Ludovici filio ab ista die in ante fidelis ergo secundum meum sacrum sicut Francus hora per te esse debet tuo Regi, si me Deus adjuret, & ipsa reliqua. Subdit mox: Quod sacramentum juratum est in Mallo Rhenis 5. Nov. Julii eodem anno. Quod non ad unum aliquem regi ordinem pertinuisse, sed universos simul obligasse, declarat frequentia ibidem loci paulo infra. Anno incarnationis Dominice 873. Indidione quinta, Idibus Septembris, in placito generali apud Gundulsi villam,

Jugilberta regina & legatis sedis Apostolicae Formoso & Gaderico praesentibus, tempore urgente, Episcopi omnes ex regno gloriosae Regis Caroli, hanc professionem infra scriptam, & omnes linte hoc sacramentum similiter infra scriptum juraverunt. Vide quae sequuntur. Guntherus Ligurini lib. 1. hoc praesertim in inaugurationibus novorum principum fieri solere ostendit.

Mox ubi rite suam proceres juramine sacro

Obstrinxere fidem, cunctis, quae postulat ordo,

Expletis, paucisque novo cum Rege relictis,

Discedunt, laetique suas referuntur ad urbes.

Sed ad sacramentum redeo, de quo Fl. Renat. Veg. lib. 2. de re milit. cap. 5. Nam picturis in cute punctis, milites scripti, & matriculis inserti jurare solent, & ideo militia sacramenta dicuntur; jurant autem per Deum, & Christum, & Spiritum sanctum, & per majestatem Imperatoris, quae secundum Deum humanum generi diligenda est & colenda, non Imperatori, cum Augusti nomen accepit, tanquam praesenti & corporali Deo fidelis est praestanda devotio, & impendendus pervigilantissimus; Deo enim vel privatus, vel militans servit, cum fideliter eum diligit, qui Deo regnat auctore; jurant autem milites omnia se strenue facturos, quacumque praeeperit Imperator, nunquam deserturos militiam, nec mortem recusaturos pro Rep. Romana. Elegantissime peritissimeque in Epicteti dissertationibus Arrianus lib. 1. cap. 14. Τέτοιο τῶ θεῷ ἐδὲ καὶ ὑμᾶς ὁμῶντι ὄρκον. οἷον οἱ στρατιῶται τὸ καίσαρι, ἀλλ' ἐκείνοι μὲν τὴν μισθοφορίαν λαμβάνοντες, ὁμῶνσι πάντων προσημῶντι τὴν τῶ καίσαρος σπουδίαν, ἡμεῖς δὲ θεῷ τὸν τῶν καὶ τῶν καίσαρος ἡξιοῦμεν, ἐκ ὁμοῦστε, ἢ ὁμοῦστε, ἐκ ἡμεῶντε; καὶ τὶ ὁμοῦστε, μὴ ἀπεισοῦσθε ἡμῶντε, μὴ ἐγκαλέσει, μὴ ἐμμελῶσαι τὶ τῶν ὑπ' ἐκείνῃ δεδομένων, μὴ δ' ἀποιεῖται ποιῆσαι τὶ ἢ πείσεσθαι τῶν ἀναγκαζωμένων. ὁμοῦστε γὰρ ὄρκον ἔστω ἐκείτω, ἐκεῖ μὲν ὁμῶνσιν, αὐτῶν μὴ προσημῶσιν ἕτερον, ἐν πάσῃ δ' αὐτῶν ἀπῆλτων. Verit Jacobus Senegkius Medicus Tubingentis. Eum vero par erat vos etiam Deo obstrictos esse jurejurando, quemadmodum milites sunt Caesaris, aut milites propter stipendium jurant, se Caesaris salutem omnibus rebus anteferre, vos tantis & tam eximie affecti beneficiis non jurabit, aut jurati non praestabit? ex quid enim vobis jurandum? non rebellaturos unquam, aut incusatos, aut indigne laturos, nullam rem ab ipso vobis oblatam, nec non libenter facturos & peressuros, si ferat ita necessitas, omnia. Quo ordine, quove ritu concipi solitum juramentum, docebit C. Caesar 3. bell. Civil. Princeps Labienus procedit, juratque eum se non deserturum, eundemque casum subiturum, quemcumque ei fortuna tribuisset, hoc idem reliqui jurant legati, hoc tribuni militum centurionesque sequuntur, atque idem omnis exercitus jurat. Idem ejusdem operis libro primo. Postulant, ut jurent omnes se exercitum ducesque non deserturos, neque prodituros, neque sibi separatim a reliquis consilium capturos, princeps in haec verba jurat, subsequuntur tribuni militum centurionesque, centuriam produci milites idem jurant. Alia devotionis verba reperies apud Flavianum Blondum libro primo de Roma Triumphante, & Julium Barbarum Officiam tom. 3. pag. 150. ad ad Joannem Stobaeum Serm. 41. Ado Viennensis Chronicor. aetate 6. pag. 226. Theodosius & Valentin. AA. Nov decima quarta; Juratur in militia sacramenta, ut necessitates publice procurarentur. Quod & moris Graecanicis, observo ex Q. Curtio libro septimo; An non propemodum in tua verba tui omnes te praecunte juravimus eisdem nos inimicos amicosque habituros esse, quos tu haberes? Joan. Saresberienf. lib. 6. Polio. c. 7. ex Julio Frontino, qui antiquitatem ritus aperit, quod nescio an ab ullo alio peti possit. sic igitur ille: L. Flacco & C. Parrone Coss. milites primum jurejurando facti sunt, antea enim sacramentum tantummodo a tribunis rogabantur. Ceterum ipsi inter se conjurabant, se fuge atque formidinis causa non abiturus, neque ex ordine recessuros, nisi teli petendi, hostis ferendi, aut civis servandi causa. Quae postrema verba non sunt, ut opinor, Frontini, (saltem non extant in operibus, quae ad nos pervenerunt,) sed T. Livii 3. Dec. lib. 2. superius proxime, idem creor, ne memoria lapsus sit Saresberienf. aut idem ex Livio Frontinus scripserit. deinde in eodem Saresberienf. sequitur: Et hoc dicebatur militia sacramentum, quod & Christianissimorum Principum firmatur auctoritate, & usu. Pulchre idem c. 13. ejusdem

dem libri: Nuntibus namque Romanis, civibusque jurati, oppugnare non poterant, quos sacramento militia susceperant defendendos. Entes juraturi vibrabant, & distringebant, quo significarent evaginatis gladiis, ut puto, ulciscendam violati sacramenti fidem. Locus est notatu dignissimus apud Ammianum Marcellinum lib. 21. *Jussione universis ejus nomen jurare Julenmiter, gladiis suis cervicibus admotis, sub exortationibus divinis verbis jurare concepit, omnes pro eo casus, quoad vitam profunderent (si necessitas id exegerit) perlaturos, qua sequuti rectores, omnesque principes proximi isidem simili religione firmarunt. Sequerebatur statim perfectum sacramentum mira quadam alacritas, quam elatis in altum manibus attestabantur.* P. Apollonius Collat. Excidii Hierosolymit lib. 3. pag. 43.

*Plena sic voce loquentem  
Profegitur laudans castriis favor, omnibus idem  
Tollitur ad caelum clamor, dextraque patenti  
Certatim jurata fides.*

M. Annaeus Lucan. lib. 1. Pharsalia, v. 386.

*Hic cuncta simul assensere cohortes,  
Elatasque alte, quaeunque ad bella vocaret,  
Promissere manus.*

Hoc est, quod sanctissimum jusjurandum existimo appellari, loco C. Caeteris inductus libro 7. de bello Gallico: *Conclamant, equites sanctissimo jurejurando confirmari oportere, ne ad liberos, ne ad parentes, ne ad uxorem aditum habeat, qui non bis per hostium agmen equitasset. Probata re atque ad jusjurandum omnibus additis. Audiendus aliquoties C. Tacitus libro 15. Annal Dein postquam urgebatur, confessionis gloriam amplexus, interrogatusque a Nerone, quibus causis ad oblivionem sacramenti processisset, oderat re, inquit. Idem libro 1. hist. *Litera afferuntur; superioris Germaniae legiones, rupta sacramenti reverentia alium Imperatorem flagitare. Eod. lib. Inferioris tamen Germania legiones solemniter Cal. Januar. sacramento pro Galba adacta. Et post: Postquam universa classiariorum legio sacramentum ejus accepit, fides viribus, &c. Idem ibidem 2. Antequam Titus adventaret, sacramentum Othonis acceperat uterque exercitus, praecipitibus, ut assolet, nuntiis, & tarda mole civilis belli. Et lib. 3. Histor. *Mitricque legatos ad duas legiones, quae priore acie pulse, in vetera castra concesserant, ut idem sacramentum acciperent. Denique idem lib. 4. Historiar. Et cum caetera jusjurandi verba conciperent, Vespasiani nomen hesitantes, aut levi murmure, & plerumque silentio transmittabant. C. Sueton. Julio cap. 42. *Sauxit, ne quis civis major annis viginti, minorve decem, qui sacramento non teneret, plus triennio continuo Italia obesseret.* Et in Calig. c. 15. in Nerone c. 44. *Mox tribus urbanis ad sacramentum citavit. In Galba c. 16. Primi obsequium rupere, ac se Kalendis Januarii, adigi sacramento, nisi in nomen senatus recurrunt. In MS. optima fidei legitur, & jam viderat Lavinius Torrentius, addit sacramento. Est enim, addit, proprium fori vocabulum, quo condemnatum significat, licet T. Livius 1. Decad. lib. 6. dixerit, *condemnatu & additus est.* alludit Calphurnius Flaccus Declam. 4. *Non potes adversum damnatum jure patris nisi. Martian. Capella lib. 5. An servo, vel addito, liceat tribunos appellare? Notat Hugejanus Grotius locum e Quintiliano Declam. 3. In addito ac pene servo, & vix libero Vet. scholiast. Juvenal. ad sat. 8. v. 235. *Vestis ex charta facta, pice illita, in qua pana additi ignibus ardere solebant. Idem corrigendus est ad v. 157. sat. 1. Additus cum per arenam traheretur, sulcum corpore suo fecit. Legendum est omnino; Additus cum per arenam traheretur. Auctor libelli de viris illustrib. cap. 21. *filiam jam additam videret.* Ammian. Marcellin. 1. 29. *Vel conjugibus maritorum vacaret miserias flere, immittentur confessim, qui signatis domibus inter scrutinia suppellectilis patris additi.* P. Chryzolog. Serm. 8. in fine. *Miseriordia non solum cansamprevenerit, anticipat cognitorem, sed etiam sententiam revocat, absolvit additos.* Isidor. Hispal. lib. 10. Etymologiar. *Damnatus & damnabilis, quorum prior jam additus est, sequens potest addi.* Notat incomparabilis Savaro: eaque vox non modo in criminibus valet, sed & in re pecuniaria. Anianus 1. 6. C. Theod. f. de Sponsalibus. *non addicuntur ad quod amplius.* L. Seneca libro 3. de Benef. c. 8. *Hic pecuniam pro*******

*addito dependit, hoc est, pro eo, qui cum in re alieno esset, nexus & vinculus tradebatur creditori, ad libitum ipsius asserendus. Ita indifferere intelligendi Poeta. Q. Horat. libro Epod. od. 17. *additum feris, id est, damnatum ad bestias.* lib. 1. epist. 1. *additus jurare non verba, id est, obstrictus, seu lektor.* Plaut. in Poenulo sc. jam istuc. in fine.*

*Duc ergo me intro, additum tenes.*

Vide eundem Menarch. act. 1. & in Bacchidib. sc. ult. Marius Victor lib. 2. in Genem.

*Quantum vis judicis missa modesto*

*Additos, rursus vita sententia reddit.*

Claudian. de 6. Honorii consulatione.

*Ceu legibus exul*

*Additusque reus statu propiore sequentum*

*Terga premor.*

Sed de diverticulo in viam.

Istud non consuetudinis tantum Latinorum militum, sed & Graecorum in more positum. Euripides in Iphigenia in principio. Apollodor. lib. 3. bibliothec. de adactis in fidem Agamemnonis militibus, dum ad Trojam proficisceretur: (licet sciam aliud juramentum intelligi, de quo Hyginus fab. cap. 78. & cap. 95.) sed tamen de sacramento a Graecis praestito ante expeditionem. Ajax ille apud Pacuvium:

*Cujus ipse princeps jurisjurandi fuit,*

*Quod omnes scitis, solus neglexit fidem.*

P. Ovid. lib. 13. Metamorphos. fab. 1. in ejusdem Ajacis persona.

*Et nunc ille eadem nobis juratus in arma,*

*Et pars una ducum, quo successore sagitta*

*Heraculis univert, fractus morboque fameque,*

*Venaturque aliturque aribus.*

Et lib. 1. de Arte.

*Jurabant omnes in laesi verba mariti,*

*Nam dolor unius publica causa fuit.*

Et lib. 2. Amor. eleg. 18.

*Carmen ad iratum dum tu perducis Achillem*

*Primaque juratus induit arma viris.*

Stat. Papinius lib. 1. Achilleid.

*Nec sufficit omnis*

*Quod plaga Graiugenum tumidis conjurat Atridis,*

*Sed pelago terrisqne meus quaretur Achilles,*

*Et volent ipse sequi.*

Et lib. 2. Achilleid.

*Conjurataque sequuntur*

*Mille rates.*

Uti tyrones arma sumpturni in jusjurandum adigebantur, ita exactorandi eodem illo sacramento solvebantur, priusquam ab exercitu dimitterentur. Ammian. Marcellin. lib. 24. *Duos tribunos sacramento solvit, ut desides, & ignavos.* Et lib. 25. in initio: *Abiecti sunt autem sacramento alii quatuor, ob flagitium simile vexillationum tribuni.* Prater Polybium libello de castrametatione, & Herodotum variis in locis ab aliis citatos, unum addam ex eodem Polybio locum lib. 6. *Ἡ ΜΗΝ ΠΕΙΘΑΡΧΗΣΕΙΝ ΚΑΙ ΡΟΙΗΣΕΙΝ ΤΟ ΠΡΟΣΤΑΤΤΟΜΕΝΟΝ ΤΠΟ ΤΩΝ ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΚΑΤΑ ΔΥΝΑΜΙΝ. Sacramento adigunt, FORE OMNINO UT PAREAT IMPERIO DUCUM, ET QUICQUID AB IIS FUERIT JUSSUS PRO VIRIBUS PRAESTET.* Est & Theodosii & Honorii AA. rescriptum, quod non parum lucis adferre possit, extat illud l. ult. C. de veteranis libro 12. *Nullus eorum qui sacramentis inhærere desierit, sed volens permittatur, vel inritus militare cogatur, seu stare iudicium sententia, qua non his observatis lata fuerint, nullam firmitatem habentibus, nisi forte reperiat ibi tempore militiae capta cognitio; tunc enim velut necdum cingulo deposito, sub militari iudice rem tractari siniturque praecipimus, nisi principali beneficio specialiter indulto quidam ex his sese defendant.* Ubi in exactoratione duo sollemniter notantur, sacramenti solutio, quo miles obstrugetur, & cinguli depositio, ut hoc libro supra docui, & jam ulterius pergo.

## AD CAP. X. PARALIPOMENA.

*Varia armorum genera, verutum, hostium capita abscissa, eique imposta, hasta pura, pilum, phalarica, soliferræ, gesum quorum telum, lanceæ, sparus, falces, fræma, cateja, rhomphea, enses dati Imperatoribus inauguratis, magnis aliis magistratibus, pugio, sarissa, cicatrices gloriosa, sagavis, acinaces, sudes, conti, trunci, clypeus, parma, in ea relati mortui, elevati Imperatores, simia, cetra, pelta.*

**A**Rma quam multiplicia diversis gentibus fuerint, nemo ignorat, neque dubitari potest, cum tam varia nomina maximam rei diversitatem designent. Pauca hic post alios subtexam. Atque ut inde incipiam, verutum erat teli quoddam genus. glossi. veter. commentum, verutum. Interpretatur Joannes Brodæus ad epigr. 17. cap. 12. lib. 2. Antholog. *stylum æneum, gnomonem, vericulum, verutum, pinulam.* Sal. lib. 3. Hist. apud Nonium cap. 18. num. 16. Charisius Sospater l. 1. Obert. Gifanius in indice Lucretiano. Conferemus illud esse quod graphis appellat Suetonius in Julio cap. 82. P. Crinoid lib. 24. honest. discipl. cap. 11. narrat graphis Joannem Scotum interfecit ad discipulis suis, cum in delirium senectutis vitio incidisset. T. Lucret. Carus lib. 4.

*Vix absunt nobis missus bis mille sagitte,  
Vix etiam cursus quingentos saepe veruti.*

**M.** Plaut. in Trucul. sc. ite, ite, in fine.  
*Macheram longiore habes, quam hæc est, sed verutum sine dum petere, siquidem belligerandum est tecum.*

**Silii** Italic. lib. 17. Punicor.

*Qui nobis, memini, ad Cannas latissimus ira  
Servili fers ora ducis suffusa veruto.*

Ritus porro, quem hic designat, vulgarissimus est, & obvis omnibus. Nam hostile id animi ferocioris argumentum, caput devicti adversarii amputare, & in contumeliam, vel loco patente proponere spectandum, vel hasta affixum in ludibrium circumferre. Ita apud Lucanum lib. 8. Pharsal. caput Pompeji ad Cæsarem perferretur, v. 680.

*Impius ut Magnam nosset puer, illa verenda  
Regibus hirsuta coma, & generosa fronte decora,  
Cæsaries compressa manu est, Pharioque veruto  
Dum vivunt vultus, atque os in murmura pulsant  
Singultus animæ, dum lumina nuda rigescunt,  
Suffixum caput est.*

**Cassii** caput ad Antonium delatum. Jul. Capitolin. in Anton. Philosoph. Idem in Maximin. jun. in fine. *Missætiæ Romam capita sunt eorum, & Parmenionis interfecit ad Alexandrum.* Q. Curt. lib. 7. Augustus Bruti caput Romam misit, ut statua Cæsaris submitteretur. Sueton. c. 13. *Didius Salvius Julianus ex tanta damnatorum more cervicæ decollatus, caputque ejus in rostris ponitur.* Ut loquitur Paulus Diaconus lib. 10. Supplem. Eutropii. Valer. Maxim. lib. 9. cap. 4. tit. 3. *Caput ejus abscindere, & per Urbem pilo suffixum ferre sustinuit.* Et cap. 9. tit. 1. *Eoque errore impulsus est, ut caput Elvii perinde atque Corneliæ circa rogam Cæsaris fixum jaculo ferret, officii sui, & alieni erroris placulum miserabile.* Quid refert admonere Grecis, Latinis, Byzantinis, barbarisque gentibus eam ultionis rationem receptissimam? *Gagana caput hastili præfixum Constantinopolim inductum fuit.* Et Athenodori in Ilauria capti decollati caput Tharsum civitatem allatum, pro portis hastili fixum extabit, ut auctor est Marcellinus Comes Indict. 5. *Æli. Spartan. in Pelcen. Nigro. Hujus caput circumlatum pilo, Romam missum, filii occisi, necata uxor, patrimonium publicatum.* Ammian. Marcellin. l. 22. histor. *Juliani ad eos mitteret caput perânellis ingrati.* Sev. Honor. ad v. 464. lib. 9. *Æneid. Capita Euryali & Nisi præfixum in arreltis hastis, & cum magno clamore comitantur.* Ipse Virgilius ibidem loci.

*Quin ipsa arreltis, visu miserabile, in hastis  
Præfixum capita, & multo clamore sequuntur  
Euryali & Nisi.*

**Claudian.** lib. 2. in Ruffin.

*Nec minus assiduis certant elidere saxis  
Prodigiale caput, quod jam de cuspidè summa  
Nutabat, digna veniens ad mania pompa.*

**Cornelius Severus** in Epithaphio Ciceronis, laudatus à L. Seneca Sualoria 6. ut historicos ea super re fileam.

*Oraque magnanimum spirantia pene virorum  
In rostris jacere suis, sed enim absulit omnis,  
Tantum sola foret, rapti Ciceronis imago.*

**Sil.** Italic. lib. 2. Punicor.

*Necdum ira posita, celsa nam figitur hasta  
Spectandum caput, id gessent ante agmina Pannim,  
Imperat, & prope currus ad mania vertant,*

**Idem** lib. 7. Punicor.

*Palluit infelix subuncto sanguine Maurus,  
Ora rapit gladio, præfixaque cuspidè portat.*

**Denique** lib. 15. in fine.

*Tunc Nero proceræ sublimia cuspidè portans  
Ora ducis casti, Cannas pensivissimus, inquit,  
Hannibal, & Trebiam, & Trajimeni littora tecum  
Fraterno capite, i, duplica nunc perfida bella,  
Et geminas arcesse aves.*

Ad verutum redeo, quod describit Modestus auctor libelli de vocab. militarib. ad Tacitum Augustum: *Aliud missile minus, ferro unciarum quinque hastili trium pedum semis, quod nunc verutum dicitur.* Ex Virgilio libr. 2. Georgic. v. 168. exponit Adrianus Turnebus libro 30. Adversarii cap. 27. *ferreum telum, instar verni, quod qui gestarent, verni appellarentur, eodem numero, quo cincti.* A. Gell. libro 10. Noct. Atticæ. cap. 25. *Hasta, pilum, phalarica, semiphalarica, soliferræ, gesa, lancea, spari, rumigeftri, falces, tragula, fræma, mæsarcula, cateja, rhomphea, scorpis, scibones, scillitæ, veruta, enses, sica, machæra, spatæ, lingule, pugiones, climacula.* Quem locum varie cortexerunt, corruerunt, discepteruntque Critici, Liplius, Scaliger, Turnebus, alique, dum in rebus antiquitate ipsa obsolescit, quisque Genio suo vacat, & quod probabilius videtur, in commune consulutus, producit. Ego vero communiora explicabo, & quedam omisissimè supplebo. De hasta, quæ quæ à me sunt explicata hoc opere superius libro 3. cap. 21. Hoc tantum adde in donis militaribus hastas esse solere, ut ex sexcentis Inscriptionibus clarum. Pests. lib. 8. in voce hasta. & lib. 13. voce optionatus: sed puras eas esse oportebat, id est, sine ferro. Virgil. 6. *Æneid.*

*Pura juvenis qui nititur hasta.*

In terram noctu defigebantur. In facis literis lib. 1. Samuel. cap. 26. in adibus, in columnis condebantur. Homer. Odyss. l. v. 126. Et lib. 17. v. 29. Virgil. lib. 12. *Æneid.*

*Exiit quo mediis ingenti adnixæ columnæ*

*Adibus asabat, valida vi corripit hastam.*

Et columnæ istæ in mediis adibus rectè collocantur. Jul. Pollux lib. 7. cap. 27.

*Pilum*, proprium fuit Romanis militibus gestamen. Grammatici pene omnes, & Historici. descripserunt optime callentissimèque Polybius Megalopolitan. lib. histor. 6.2. t. cujus verba sic Latine sonant pag. 469. interprete eruditissimo Isâco Casaubono; *Sunt è pilis quedam crassa, quedam tenuia, & solidioribus, quæ rotunda sunt, palmarem habeat dimittentem: quæ quadrata, latus, tenuia silyni mediocribus sunt similia: atque hæc gestant cum jam distis. Istorum omnium hastile tria fere cubita longum est, aptatur singulis telum ferreum, humatum, paris longitudinis cum ipsis lignis cujus nexum visioemque adeo firmant valide, ad media usque ligna reliquantes, & crebris fibulis configentes, ut non ante nexum inter utendum laxetur, quam ferrum frangatur; ceterum crassum in fundo, & qua parte ligno committitur, digitum unum cum dimidio, usque adeo magna cautione prospiciunt huic adhesioni. Parem pene descriptionem reperies apud T. Liv. 3. Dec. l. 1. in obfidione Sagunti, & apud Halicarnassum pag. 312. l. 5. ut infra adducam proxime. eadem in bell. Gall. Appiani Alexandrini in limine,*

D d d d

qui

qui addit, *δ (δὲ) πῶτα* 'Ρωμαῖοι καλῶν ἰσοσῆ, *qua* (pila) Romani vocant *nessos*. Quod quia nusquam alibi viderat interpret, omisit, sed corrigi 'Ρωμαῖοι καλῶν ἰσοσῆ. Romani dixerunt *tela*. gloss. vet. *πίλα* & *ἰσοσῆ*. Et sic læpe imperiti optimos codices corrumpunt. Iterum gloss. *pilam*, *ἰσοσῆ*, & 'Ρωμαῖοι δῆπου Honor castrensis per pilum significatus. C. Plin. lib. 22. cap. 6. *primam pilum capeffens sub Catulo*, hoc est, primam militiam. L. Sen. lib. 3. de Ira cap. 2. *In Imperatorem suam legiones pila torserunt*. Vide diligentissimum Lambertum Hortensium Montfortium in M. Lucanum, aliquot in locis. Ipse Lucanus sapissime lib. 1. statim in limine. Et lib. 3. Pharsal. v. 589.

*Pila sed in medium venire tremontia pectus.*

Et lib. 8. v. 59<sup>r</sup>.

*Septimius, qui, proh superum pudor! arma satelles Regia gestibus postro deformata pilo.*

D. Juvenc. sat. 10. v. 94. *pto militia Romana, pila usurpavit*, Valer Flacc. Argonautic. lib. 6.

*Romanas veluti scississima cum legiones Tisiphone, Regesque movet, quorum agmina pilis Atque aquilis utrinque micant.*

P. Ovid. lib. 3. Faistor. vs. 103.

*Qui bene pugnavit, Romanam noverat artem, Mittere qui poterat pila, disertus erat.*

Stat. Papin. lib. 3. syl. 3. v. 101.

*Vigilis te animique sagacis*

*Exitus evoluit, quantum Romana sub omni Pila dicit, quantumque tribus, quid templi, quid alti Undarum cursus, quid propugnacula possant Ægæoris, aut longe series porrecta virarum.*

Et more Romano ad alios traducto lib. 4. Thebaid. v. 110.

*Omnibus arata propugnant pectora crates, Pilæ sæva manu.*

Sil. Italic. lib. 8.

*Non illis solitum crispare hastilia campo, Nec mos pennigeris pharetram implevisse sagittis, Pila volant, brevibusque habiles mucronibus enses.*

Servius Maurus in illud lib. 7. Æneid.

*Pila manu, favosque gerunt in bella dolones*

Hinc milites pilani appellati Ovid lib. 1. Faistor. *totidem pilanus habebat*. Et describit T. Livius 1. Decad. lib. 3. plenissime. Et à Martiale libro 10. epigr. 48. *pilata cohors*, eodem sentu audit. Illud porro non omiserim, lapsis reip. temporibus idem fuisse *pilum* ac *spiculum*. Testem produco Fl. Renatum Vegetium lib. 2. cap. 15. *Item bina missilia, unum majus, ferro triangulo, unciarum novem, hastili pedum quinque ac senis, quod pilum vocabant. nunc spiculum dicitur, ad cuius ictum præcipue exercebantur milites*. Forte & eadem significatione l. 1. c. 20. *Ita enim vibrandis spiculis vehementior ictus est, qua reperiuntur ad verbum apud Modestum libello de vocabulis militaribus ad Tacitum Augustum*. Denique nec hoc omiserim, signum ineundi certaminis fuisse emissum pilum, ubi in acie dispositus steterit miles, uti indicendi belli occasio, ritusque ab hacten in hostium sine librata, defumi solebat. Dionys. Halicarnass. loco jam proxime laudato, cuius verba Frederico Sylburgio ita sonant: *Ex pilis defixis ante tentoria, tela sunt hæc Romanorum, quæ primo congressu ejaculantur, oblonga hastilia, crassamento, quæ manum compleat, tripedaneis veruculis ferreis utrinque in redem præfixa, mediocribus jaculis, cum ferro suo paria. Ex his, inquam, pilis circumsumma verucula emicabant flammæ. Liv. 1. Decad lib 9. Vadunt in prælium viuentes signiferos, & ut moram in concursu pilis ostendendis fringendisque inde gladiis foret, pila velut signo dato abiciunt, stricis gladiis cursu in hostem feruntur. Claudian. l. 2. in Rufin. ubi milites pugna vicinæ admoti, indignabundi.*

*Jam jam barbaricos sistentiâ pila exores Sponte volant, utroque manus mucrone furenti Du. tur.*

M. Lucan. l. 7. Pharsal. v. 460. locum ob elegantiam insignem totum adscribam.

*Ut rapido cursu sati suprema morantem*

*Consumpsere locum, parva telure dirempti,*

*Quo sua tela cadant, aut qua sibi fata minentur, Inde manum spellant, tempus quo noscere possent, Falsum quæ monstra forent, videre parentes Frontibus adversis, fraternaque comminus arma, Nec libuit mutare locum, tamen omnia torpor Pectora constrinxit, gelidisque in viscera sanguis Percussa pietate coit, totaque cohortes Pila parata alu tensis tenere læcritis.*

M. Plaut. in Curucul. f. argentariis,

*Quia ego ex te faciam pilum catapultarium,*

Sequitur in Gellio phalarica, quam sic Livio describente intelliges 3. Decad. l. 1. *Erant Saguntinis phalarica missile telum, hastili oblongo, & cætera secreti, præterquam ad extremum, unde ferrum extabat, id sicut in pilo quadratam suppa circumligabant, lineabantque pice, ferrum autem tres in lingua habebat pedes, ut cum armis transigere corpus posset, sed id maxime, etiamsi adhaesisset in scuto, nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat. Unde liquet, telum hoc præcipue Saguntinorum fuisse. gloss. vet. phalarica, *ἡυροβαλίστρα*. Unde liquet & manu torqueri solitum, contrarium Livio: at Pl. Vegetius libr. 4. rei milit. c. 10. ballista voluit phalaricam librari: Phalarica autem ad modum haste valido præfigitur ferro, inter tubum etiam & hastile, sulfure, resina, bitumine sinapisque convolvitur in sulfuro oleo, quod incendiarium vocant, quæ ballista impetu destinata, prærupto munimine ardens fugitur ligno, turritamque machinam frequenter incendit. Nominis etymologiam repetere potes ex Servio ad lib. 9. Æneid. De hoc telo (phalarica) legitur, quia est ingens, toto sacrum, habens ferrum cubitale, supra quod veluti quadam sphaera, cuius pondus etiam plumbo augetur, dicitur enim ignem habere adfixa suppa circumdatam, & pice oblitum incensumque, aut vulnere hostem, aut igne consumit: hoc autem telo pugnat de turribus, quas phalas dici manifestum est, unde & in circo phala dicitur divisiones inter Eurippum & metas, quod ibi constructis ad tempus turribus, his telis pugna edî solebat, hinc phalarica hasta, sicut alia muralis. Phalas autem pro turribus istis scenicis usurpat Juvenc. sat. 6. v. 589.*

*Consulit ante phalas, Delphinorumque columnas.*

De turribus videtur intelligendus Claudianus de Consul. Manlii Theodori in fine.

*Fida per imonias current incendia turres.*

M. Plaut. Mostell. Sc. Jupiter.

*Isti, qui hastiliis trium nummorum causa subeunt sub phalas.*

Q. Ennius lib. 5. Annalium.

*Malos defendunt, sinut tabulata, phalæque.*

De oleo locus expressus est Abbonis Floriacensis abbatis, si is est, qui in *Vastonia martyrizaretur*, ut loquitur Sigebertus Gemblacensis in Chronico ad Annum 1003. & Oliba Aulonenfis Episcopus, in epistola qua agit de pace inter Episcopum & vicecomitem Narbonensem, membrana venis Floriacensis eum coarctatum Fulberti Carnotensis facit, vixisseque vult Anno 996. Certe obfesta est Lutetia à Normanis, quod describit Abbo noster, anno reparatae salutis 886. ut auctor est Io. Affer Episcopus Styreburnensis in vita Alfredi Britanorum Regis. Itaque quomodo quadrent tempora, non dubito quin Abbo hic, & abbas, & poeta, & martyr idem sit. Itaque Obsid. Paris. lib. 1.

*Addit eis oleum, ceramque picemque ministrans,*

*Mixta simul liquefacta loco ferventia valde.*

Phalaricam loco laudato Virgilius describit peritissime.

*Non jaculo; neque enim jaculo vitam ille dedisset,*

*Sed magnum stridens contorta phalarica venit,*

*Fulminis acta modo, quam nec duo rursus terga,*

*Nec duplici squama lorica fidelis, & auro*

*Sustinuit, collapsa ruant immantia membra.*

Q. Ennius in fragmentis.

*Quæ valido venit contorta phalarica missu.*

Servium, ad verbum, ne lirem la quidem mutata, transcripserit

Isidorus lib. 18. cap. 7. & nonnulla obiter Nonius Marcellus

cap. 18. num. 20. Fest. Pomp. l. 6. Phalarica, genus teli missile,

quo utuntur ex phalis, id est, ex locis extructis dimicantes.

M. Lucan. lib. 6. Pharsal. v. 195. non minus apposite.

Quid



Quid nunc vesani, jaculis, levibusque sagittis  
Perditis huiusmodi nunquam vitalibus istis?  
Hunc aut tortilibus vibrata phalarica nervis  
Obvrat, aut vasti muralia pondera saxi,  
Hunc aries ferro, ballistaeque limine portae  
Submovent, stat non fragilis pro Cesare merus.

Soliferae memorantur à T. Livio 3. Decad. lib. 5. & conjunguntur cum phalaricis. Ita enim ille: Ut omnis soliferae phalarisque gladios strinxerunt, tunc velut redintegrata est pugna. Nomen inde datum existimo, quod solidum esse è ferro telum, neque quicquam haberet lignae materiae admixtum.

Gallorum omnes sciunt proprium telum *gesum* fuisse. At Hetruscos eo usos prodidit idem Livius 1. Decad. lib. 9. & Iberorum, qui ad Romanos ejus usum transmiserunt. Athen. lib. 6. Dipnolophit c. 8. & Macedoniae. Stat. lib. 2. Achil. leid. v. 412.

Nec me ulla feri Mavortis imago  
Præterit, didici quo Pænes arma rotatu,  
Quo Macetae sua gesta citent, quo turbine castrum  
Sautomates, salcemque Getes, arcumque Gelonus  
Tenderet, aut flexa balearicus auctor habena,  
Quo suspensa trahens libaret vulnera tractu,  
Inclusum quoties distingeret aëra gyro.

Tres ultimos versus legendos ita cenfeo, adjuvantibus MSS. & sensu claro ita poscente:

Flexa balearicus auctor habena,  
Quo suspensa trahens libaret vulnera tractu,  
Inclusum quoties distingeret aëra gyro.

MS. meus diserte habet:

Quo suspensa trahens libaret vulnera tortu.

Facile enim fuit auctor imperitæ operarum manu substituere pro auctor, adjecto unico elemento: tum libaret vulnera eleganter dictum, id est, jaculo in longinquum torto vulneraret, sic quippe Adrianus Junius docuerat prius legendum lib. 1. Animadversor. cap. 1. Quamquam & vestita lectio non incommode retineri possit, ut mendum è Claudiano eadem opera tollatur: libro 2. in Rufin. corruptissime legitur:

Felix illa manus, talem quæ prima cruroem  
Hinc erit, & festi panam libaverit orbis.

Refribendum est omnino:

Festi panas libraverit orbis.

Librare enim est longe ejaculari, Antonius Delrio, vel librato conjectoque in longinquo jaculo percutere, ita Claudian. l. 2. de Raptu Proserpinae.

Præstantisque aperit cristas, libratur in iclum  
Fraxinus.

Vir eruditissimus Stephanus Claverius putavit ex MS. suo legendum:

Festi panam libraverit orbis.

Auctore P. Virgilio lib. 12. Æneid.

de gustat vulnera corpus.

Librare enim & degustare, translatione ab epulis sumpta, est leviter attingere, ut velis Claudianus illam esse felicem manum, quæ prima levi aliquo vulnere inflicto vel cutem perforaverit, gravioribus vulneribus exemplum subministratura. Quo sensu explicari potest illud Augusti dictum apud Suetonium in Galba c. 4. *ut si tenor tuis deperit hanc paratissimè* Vertit Tacitus l. 6. Annal. Et tu fili imperium nostrum degustabis. Nescio quid Philippo Beroaldo in mentem venerit, dum vertit, & tu fili imperio nostro adhaerescere. Neque minus mirum, Suetonium solum omnibus pene aliis historicis relictari Dionii lib. 57. Xiphilino in Galba, Josepho l. 18. Antiquitat. Judaicar. qui omnes non Augustum, sed Tiberium iis verbis salutare voluit, sed atas Galbae potius, ut Suetonio eadem, facit, nam sub Tiberio Consul, non vero puer fuit, & hæc puero dicta constat, vide Levinum Torrentium in eum Suetonii locum, & Liptium in 6. Annal. est itaque *παρὰ πρὸς*, seu degustabis, brevi temporis spatio regnabis, quod historicis notissimis comprobatur, utramque vocem reperies apud Statium lib. 8. Thebaid. v. 523.

Nec pudor ire retro, cedentem Acheloius Heros  
Impetit, & librans uni sibi missile telum,  
Direxit jactus, summae qua margine parvae  
Ima sedet galea, & juguli vitalla lucent,  
Nec frustrata manus, mortemque invenerat hasta;  
Sed prohibet, paulumque humeri libare sinistri  
Præbuit, & merito parci Tritoniae fratri.

Ad gesta regredior, quæ proprie, ut admonui, Gallis conveniebant, adeo ut *gesti* & *gestata* sint viri fortes, & sic omnes Galli olim vocarentur. Polyb. lib. 2. licet ego putaverim non omnes Gallos, sed Gestoriaci tantum incolae sic appellatos, Suetonius in Claudio adeatur cap. 17. Neque desunt, qui ex Plutarcho in Marcello interpretantur milites Gallorum mercenarios *γαστα*, *gestos*, vel *gestos*. C. Cæsar lib. 2. de bell. Gall. à Tiraquello laudatus. Et lib. 3. ejusdem operis cap. 1. *Lapides gestaque in vallum conjicere*. Fr. Hortomannus ibidem *gæge* pro strenuo dictum observat. Eustath. pag. 138. Servius Maurus ad v. 660. lib. 8. Æneid. *Gesta*, hastas viriles; nam etiam viros fortes Galli *gestos* vocant. Luctatius Placid. ad v. 64. lib. 4. Thebaidos Statianæ, *Gesta tela gallica*. Sic poetæ intelligendi. Virgil. loco laudato.

Galli per dumos aderant, arcemque tenebant  
Defensi tenebris, & dono nullis opæ,  
Aurea caesaries illis, atque aurea vestis,  
Virgatis lucent sagulis, tunc lactea colla  
Auro involvantur, duo quisque Alpina cornstant  
Gesta manu.

Statius Papinius ibidem loci.

Hæc manus Adrastum numero ter mille sequenti  
Exultant, pars gesta manu, pars robora flammis  
Indurata diu.

Claudian. lib. 2. in Eutrop.

Nuper ab Oceano Gallorum exercitus ingens,  
Illis ante vagus tandem regionibus hæsit,  
Gestaque deposuit Grajo jura mitis amictu  
Pro Rheno potiturus Halym.

Et lib. 2. de laudib. Stilichonis.

Tum flava repexo  
Gallia crine ferox, evinctaque torque decoro,  
Binaque gesta tenens, animoso pectore faturo.

Sil. Italic. lib. 1. Punicor.

Hic spolia Bætidæ, hic Epirotica signa,  
Hic Ligurum horrentisque comæ, puerumque relatum  
Hispana de gente rudes, Alpinaque gesta.

Sext. Propert. lib. 4. eleg. 11.

Vidomari genus hic Rheno jactabat ab ipso,  
Nobilis ereclis fundere gesta rotis.

Ut gesta Gallorum, ita Hispanorum lancea erat. M. Varro l. 14. rer. divinar. lanceam dixit non Latinum sed Hispanicum verbum esse, si fides adhibenda sit Probo apud A. Gellium lib. 15. c. 30. fuit & Maurorum. M. Lucan. lib. 1. v. 212.

Tum torta leviss si lancea Mauri

Hereat.

Et Gallorum. Diodor. lib. 5. biblioth. & ex eo I. Brodæus l. 3. Miscellaneor. cap. 16.

Passim meminerunt scriptores, neque operæ pretium quemquam citare. Sil. Italic. lib. 15. Punicor.

Obvius nudatum transmisit lancea pectus.

Eadem illa cum hasta Romana. Lucan. lib. 7. v. 472.

Cujus torta manu commisit lancea bellum,

Prænaque Thessaliam Romano sanguine tinxit.

Rusticorum sparus gestamen. Servius ad illud libri Æneid. 11.

Agrestisque manus armat sparus.

Sparus rusticum est telum in modum pedis recurvum. gloss. vet. sparus, *ἰδὸν ἀκοντίου*, genus teli. M. Varro ille idem criticorum, doctorumque togatorum princeps, sparus missile, ducta à piscibus similitudine, qui spari vocantur. Sifenna historiar. lib. 3.

Sparis ac lanceis eminus peterent hostes.

Varro Atacinus in Meleagris.

Aut ille cervorum, qui volabile currens

Sparo secutus, tragulave trajicit.

D d d d 2

C. Sa-

C. Salust. in Catilin. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militariibus armis instruita, ceteri ut quisque casus armaverat, sparus, aut lanceas, aut praecensas fudes portabant. T. Liv. 4. Decad. lib. 4. Si quis extra ordinem avidius procurrit, & ipse inter equites sparo percussit, & tribunos centurionesque castigari jubet. Fest. l. 17. Sparo minimi generis jacula, a spargendo dicta. Sed & Graeci eo teli genere frequentissime usi. Amylius Probus in Epaminonda vita. Unde non est difficile formam ejus teli colligere. Sic quippe ille: *Universi in unum impetum fecerunt, neque primum abscesserunt, quam magna caede facta, multisque occisis, ipsum Epaminondam pugnantem, sparo eminus percussum concidere viderunt, hujus casu aliquantum retardati sunt Baotii, neque tamen prius pugna excesserunt, quam repugnantes profugerunt. At Epaminondas, cum animadverteret mortiferum se vulnus accepisse, simulque si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, animam statim amissurum, usque eo retinuit, quoad recumbentem, est vicisse Baotios: id postquam audivit, satis inquit, vixi, invictus enim morior, tum ferro extradito confestim exanimatus est.* Ferrum spari extraditum alii historici spiculum vocant, aut hastam. Valer. Maxim. l. 3. c. 2. Interpretes Paulanix in Arcadic. & Rhodomannus Diodori Siculi lib. 5. & Donat. Ponzan. noravia ex Eliano, hastam vocavit Cicero lib. 5. familiar. epistol. a Dionyio Lambino citatus. Idem lib. 2. de finib. bonor. *Non ego jam Epaminonda, non Leonide mortem hujus antepono morti, quorum alter cum vicisset Lacedaemonius apud Mantiniam, simulque ipse gravi vulnere exanimari videret se, ut primum discepit, quae sit, num saltem esset clypeus, cum saltem esse stantes sui respondissent, rogavit, essentne fusti hostes, cumque id quoque, ut cupiebat, audivisset, evelli iussit eam, qua transfusus erat hastam, ita multo sanguine profuso in latitia, & in victoria mortuus est.* Res ergo eadem spiculum, hasta, sparus.

C. Lucilius:

*Tum spara, tum rumices, portantur tragula porro.*

Sil. Italic. lib. 8. Punicor.

*Marrucina simul Frentanis amula pubes  
Corfyni populos, magnamque Theate traherat,  
Omnibus in pugna fertur sparus.*

Rumigesivi pro teli quodam genere ponuntur, sed corrigant viri docti, rumices, ex loco Lucilii proxime allato. Sed viderint illi, rectene, an secus?

Qui pro falces in A. Gellio faces reponunt, falsi omnino sunt; nam falciem in bellis usus creberrimus, unde & falcati currus Latini. Veget. lib. 3. cap. 24. Graecis vero ἀπυρατα δπρωαυπόα. Arrian. de Gest. Alexandri l. 2. Diodor. Sicul. 17. Suidas in voce δπρωαυπόα. Curtius lib. 4. & alibi saepe, quorum quidem curruum auctor fuit Cyrus, Xenoph. Cyropæd. lib. 6. Meminit Plurarchus in Lucullo, & quia res notissima est, unicuique tantum locum adscribam ex incerto auctore lib. de Reb. Bellic. *Hujusmodi pugnacis vehiculi genus, quod armis praeter morem videtur instrudum, reperit Parthica pugnae necessitas, sed hic, singulis bene munitis invehit equis, duo viri, vestitu, & armis, ferro diligenter muniti, citato cursu in pugnam rapiunt, cujus posterior supra currum pars, cultris in orbem extantibus communicur, videlicet ne facillit a tergo cuiquam prebeatur ascensus: falces vero acutissime axibus ejusdem currus aptantur, in lateribus suis ansulas habentes, quibus innixi funes pro arbitrio duorum equitum, laxati quidem explicant, repressi autem erigunt falces, qualia hujusmodi machina funera hostibus immittant, vel quas turbatis ordinibus strages efficiant, dicent melius, qui usu bella cognoscunt.* Claudian. lib. 1. de laud. Stilichonis:

*Non falce Gelonus,*

*Non arcu populeare Getæ.*

Sidon. Apollinar. carm. 7. v. 242.

*Cursu Herulus, Chunnis jaculis, Francusque natatu,  
Saxomata clypeo, Salinus pede, falce Gelonus.*

Siat. lib. 2. Achilleid. ad finem.

*Falcesque Getes, arcumque Gelonus*

*Tendret.*

Frameam glossæ veteres cum rhomphaa confundunt, sic enim framea πορπαία, & de ea re infra discutietur.  
Interim prædiximus maximum est inter Tacitum & Ildorum,

quod non est facile componere; ille enim hastam, hic gladium vult fuisse. Tacitus sic lib. de Morib. Germanor. *Rari gladii aut majoribus lanceis utuntur, hastas vel ipsorum vocabulo frameas gerunt, a guslo & brevi ferro, sed ita acri, & ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio posuit, vel eminus vel cominus pugnent.* Eodem deinde libro, sed paulo post: *Im in ipso concilio, vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus, scuto frameaque juvenem ornant.* Ildor. lib. 18. cap. 6. *Framea gladius ex utraque parte acutus, quam vulgo spatham vocant, ipsa est rhomphaa.* Concilient tam diverse mentis inter se scriptores, quibus vacaverit. Joan. Britannicus ad v. 79. fat. l. 13. D. Juvenal.

*Et Martis frameam, & Cirrhai spūula vatis.*

Martian. Capella in limine lib. 5.

*Portumni trisidam suspirans flagitat hastam,*

*Gradiivi frameam non ausus poscere falcem*

*Saturni bello fuetus disgnirit agresti,*

*Diffidentis sui respedit tela Tonantis.*

Monstra hac verborum nulli inelligenda sustulit vir cruditus

Hug. Grotius, dum sic interpretat.

*Portumni trisidam suspirans flagitat hastam.*

*Gradiivi frameam non ausus poscere falcem*

*Saturni bello fuetus disgnirit agresti.*

Cateje etiam inter tela à Gellio collocantur. Ælius Donatus in v. 742. lib. 7. Æneid. *Hi omnes imitati Tentonas, mirebant telorum species, quia cateje dicebantur, erantque hasta angusto & brevi ferro. Servius cateje (ibidem loci) tela Gallica. Et forte illo xvo iidem Galli & Teutones, atque adeo Germani omnes unico Gallorum nomine comprehensi, quod doctissimus ostendit, ut alios omittam, Marcus Velleterus, Augustanus senator. lib. 1. Annal. Bojor. Jacob Schegkiius in C. Paternulum lib. 2. cap. 19.*

Virgil. loco laudato:

*Tentonico ritu soliti vibrare catejas.*

Frustra est Pierius Valerianus, qui in Romano codice air se reperisse catejas; frustra, inquam, est, cum vulgata lectio omnes codices recipiant, & consentiant alii auctores. Vetus Scholiastes D. Juvenalis ad v. 195. fat. 14. *Comes Lælius centurio, sub quo militabis, ut evertas castra, & catejas Maurorum.* Quod nescio an telum significare illo in loco possit.

Abbo lib. 1. de Obsidione Lutet. Parisior. pag. 542. 60.

*Inde super cernens lapides conpexit acerbos,*

*Ac diras ut apes, dense tranare catejas,*

*Inter jeque aliud, turrimque.*

Idem eodem libro post pag. 550

*Pila dabant, rursusque simul, celeresque catejas,*

*Plebs inimica Deo.*

Valer. Flacc. lib. 6. Argonautic. non multum à principio:

*ibi subtilis illis*

*Et domus, & crando residens sub vellere conjux,*

*Et puer è primo torquens tenone catejas.*

Sil. Italic. lib. 3. Punicor.

*Tum primum castris Phanicum tendere ritu  
Cinyphii didicere Mace, squalentia barba  
Ora viris, humerosque tegunt velanina capri  
Setigeri, panda manus est armata cateja.*

Romphaea Thracum volunt esse telum, freti auctoritate T. Livii, cujus hæc sunt 4. Decad. lib. 1. *Thracas rhomphaea, ingentis & ipsa longitudinis inter obiectos nudique ramos impediabant.* Ildorus jam proxime antea citatus, in framea, & vetus glossarium: Meminer in super Poëta, Baptista Mannuanus Parthenice secunda:

*Quam gerit adversas feriat rhomphaea cohortes.*

Valer. Flacc. lib. 6. Argonautic. paucis interjectis, post ea quæ citavimus supra.

*Quos duce Tentagono crudi mora corticis armat,*

*Æquaque nec ferro, brevior nec rhomphaa ligno.*

Notat Ægydius Mæferius, in MS. rhomphaia fuisse scriptum, ab aliis rumphaa vocatur. Abbo de Obsid. Lut. loco proxime supra laudato:

*Quos valide numero bellantes sub anodeno,*

*Rumphaa, vel firmido Daunum non tenuit anquam,*

Sed rescribere romphaea cum aliis, qui constanter vel rhompea vel ρομπαια profertur. Inhaesit idem mendum ejusdem codicis lib. 2. pag. 556.

*Nostri manens turris, clypeus nec non bis acuta  
Rumpha, sortis & arcs erat, fortisque sagitta.*  
De ense diceo cum erat, sed omnia praecoccupata; illud tantum addiderim, incognitum fuisse in supplicis exigendis, prisca republica, ensis usum, cum securi capita inciderebant.  
Recte Lucanus lib. 8. v. 774.

*Tunc nervos venasque secat, nodosaque frangit  
Ossa diu, nondum aris erat caput ense rotare.*  
Excogitato deinde sub Imperatoribus gladii usu in decollandis hominibus, gravior & ignominiosior securis, honoratior gladii poena censetur. Unde ridicula illa reprehensio Bassiani Caracalla interfecto Papiniano, ut retulit Aelius Spartianus in vita ejus: *Atqui oportuit gladio execrni mandatum meum.* Quasi malignum & tyrannicum factum excusari eo potuisset, quod non gladio, sed securi in eum animaliter sum fuisse. Certe passim ensis pro capitali supplicio usurpari solet à poetis, omitto historicos.  
Corripp. lib. 1. num. 3.

*Afflicteque viros legum pius ensis iniquos.*  
Claudianus sapissime, quem unicum advocabo, nam l. 1. Semestrium disquisivir eruditissime P. Faber Sanjorianus, quem consulit. Claudian. itaque lib. de bello Gildonico.

*Tertia jam cervix solito murtone rotetur.*  
Et de 4. Hon. Consul.

*Gladiis submittant colla paratis.*  
Et eodem panegyrico post:

*Non imminet ensis.*  
Et lib. 1. in Rufin.

*Prius scivior ense  
Parcendi rabies.*

Sed maximus gladio habitus honor, quam numper creato Imperatori in manum daretur, tanquam summum jus, eximiaque potestas significata per illum foret. Corrippus lib. 2. num. 4. & vide quae ibi à me sunt dicta: Atque adeo creati praefecti pratorio ense, coram senatu, & quidem stricto donabantur, eadem certe de causa, ut potestas in facinorosos animadvertendi exprimerent. Adrian. Turneb. l. 12. Adversarior. c. 6. Stat. l. 5. §. 1. 2.

*Cuique sacer primum tradit Germanicus enssem.*  
Sidon. Apollinar. carm. 5.

*Cui teste senatu  
Ipse etiam strictum commiserat Ulpius enssem.*

Guntherus Ligurini l. 1. potestate m laudare eo designat:

*Hinc sacri celeberrime viri, quos laude serena  
Insula, vel gladius mundo facit esse verendos,  
Ex omni regione fiunt.*

Unde puto profuixit mos, & ut Regibus praferatur, etiamnum hodie in tota Europa, gladius, praefertim celebrioribus comitiis, aut festis. Idem Guntherus lib. eodem pag. 14.

*Posito diademate Petrus  
Regali dextra tulit alti principis enssem.*

*Præcessitque sacram brevis diadema coronam.*

Vetus lapis:

PUBLIO. MÆCIO. MEMMIO. FURIO. BALBURI. CÆCILIANO. PLACIDO C. V. PRÆFEC. TO. ANNONÆ. URBIS. SACRÆ. CUM. JURE. GLADII.

Ut summorum magistratum gestamen gladius, ita minorum pugio. Martial. lib. 14. epigr. 32. epigraphæ, *parazonium.*

*Militia decus hoc, & grati nomen honoris,  
Arma tribunitium tingere docta latus.*

Sequentis epigrammatis epigraphæ est, pugio.

*Pugio, quem curvus signat brevis orbita venis,  
Stridentem gelidus hunc Salo tiarixit avis.*

*Sarissa, inquit Festus Pompejus lib. 17. hasta est Macedonica.*

T. Liv. 4. Decad. l. 7. *Ili simul perturbati ordines, & impeditus intercessu suorum usus prolongarum hastarum, (sarissas vocant Macedones) intulere signa Romana legiones, & gila in perturbatis conjecere.* Ejusdem Decadis lib. 8. *Per operculi foramina, pra-*

*longæ hasta, quas sarissas vocant, ad summovendos hostes em'nebant.*  
Q. Curt. lib. 9. *Macedo justa arma sumpsit, arcum & ypeum, hastam, quam sarissam vocant, læva tenens.* Quæ verba exponens Robertus Valurius lib. 10. de re militari cap. 3. turpiter lapsus est, dum contra verba historici, omniumque aliorum scriptorum testimonia, censuit non hastam esse, sed clypeum arcum sarissam. Servius ad v. 664. lib. 7. *Æneid. Pitam proprie est hasta Romana, ut gesta Gallorum, sarissa Macedonum.* Julius Pollux lib. 1. cap. 10. *Onomastic. num. 7. σαρισσας Μακεδονικὴν, τὸ δῆπου, Macedonicam sarissam, que hasta est, inter arma enumerat.* Rursusque idem lib. 10. cap. 31. *καὶ ἕξ τὰ ἰστίους ἀν καὶ κἀμακας, πάλτα, σαρίστας, σαόνια.* Tum & *hastilia dices, perlicas, peltas, sarissas, sanna.* Utraque manu torquebatur à Græcis, & praefertim à Lacedæmonis, ad quos ejus usum transtulit Cleomenes. Alexander ab Alexandro Neapolitanus lib. 6. Genial. dierum cap. 22. Longitudinem ad cubita quatuordecim docuit debere esse Aelianus lib. de aciebus instruendis, ut rectissime cum *picua* Gallica confundi possit. Usum descripsit Modestus, qui libellum de vocabulis militariis nuncupavit Tacito Augusto, & ex illo, ut pleraque alia transcripsit Flavius Vegetius l. 3. de re milit. c. 34. *Cataphracti equi jungebantur ad currum, quibus insidentes elibanarii sarissas, hoc est, longissimos contos in elephantos dirigebant.* Hinc in Alexandri exercitu sarissis sive hastis armati *sarissophori* nuncupati. Q. Curt. l. 4. *Non immerito itaque veretur Arctam ducem hastatorum, quos sarissophoros vocabant.* E fraxino erant. Suid. in voce *σαρισσοφους*. Luceat. ad v. 269. lib. 7. Thebaid. *Macedonum lanceas interpretatur.* Ipse Stat. ibidem:

*Fraxineas vibrant Macetum de more sarissas.*

M. Lucan. lib. 8. Pharsal.

*Primi Pelæas arcu fregere sarissas,  
Bactraque Medorum sedem.*

Ovid. lib. 12. Metamorphos.

*Qui clypeo, gladioque, Macedoniisque sarissis.*

M. Lucanus lib. 10 Pharsal v. 46.

*Proh pudor! Eoi propius timere sarissas,  
Quam nunc tela timent populi.*

Levis macula fengerenda est e codice Q. Sammonici Sereni lib. de Medicina cap. 47.

*Cuspide non quisquam, longæ neque cade sarissæ,  
Fulmine non gladii, vulceris nec felle sagittæ,  
Quam cito vipereo potis est affligier icu.*

Rescribe me auctore, nisi fallit me edicio mea pag. 295. auctore l. Lectio.

*Longæ neque cade sarissæ.*

Quoniam supra *contum* interpretatus est Vegetius esse sarissam, hic de conto videndum. Nonius cap. 18. num. 24. *Conti hasta longiores, & robustæ.* Lamb. Hortensius in M. Lucani lib. 6. pag. 664. *ibid.*

*Nunc sudes, nunc duro contraria pectora conto  
Detrudit muris, & valli summa tenentes.*

Virgil lib. 5. Æneid.

*Ferratasque sudes, & acuta cuspide contos  
Expediunt.*

In Nicolai Erythraei editione erat,

*Ferratasque trades.*

Idem lib. 9. Æneid.

*Telorum effundere contra  
Omne genus Teucri, ac duris detrudere contis.*

Valer. Flacc. Argonautic. lib. 6. Ægydium Maferius ibidem.

*Ingentis franator Sarmata conti.*

Claud. infinitis pene locis, lib. de bello Getico:

*Et tremulos regit hasta gradus, & nititur altis  
Pro baculo contis, non exarmata senclius.*

Et de 3. Honorii Consul.

*Nudique seges Mavortia ferri  
Ingeminat splendore diem, pars nobilis arcu,  
Pars longe jaculis, pars cominus horrida contis.*

De 4. Hon. Consul.

*Quis molles sinare fugas, quis tendere contum  
Actior?*

De 6. Hon. Consul.

*Solo peragens cum murmure bellum  
Protento leviter frangebatur mania conto,  
Irides scopulos.*

Lib. 1. de Laudib. Sicilichonis.

*Non fera Hunnorum feritas, non falce Gelonus,  
Non arca pepulere Getæ, non Sarmata conto.*

Locum esse corruptum ipse carminis verborumque ordo loquitur: putavi aliquando legendum *Thunorum* ex I. Solino cap. 16. sed revera *Chunorum*, scribi par est. Nam ea arate Chunni irruerant ex Mæotidis confinio in Europam, cum alia barbararum gentium colluvie. Ricobaldus Ferraricensis in pomœrio urb. Ravennat. D. Aulon. epigr. 1.

*Arma inter Chunisque truces, furtoque nocentes  
Savromatas.*

In precatio Consulatus sui, Chunnus &amp; Getas conjunxit.

*Que vaga Savromates sibi junxerat agmina Chnni,  
Quaque Getæ sociis Ispum adsultabat Alanis.*

Sidonius Apollinaris frequentissime. libro octavo, epist. 9.

*Istis Ostrogothus riger patrouis  
Vicinosque premens subinde Chunnos,  
His quod subâitur, hinc superbit illis.*

Idem carm. 5. v. 481.

*Pannonius, Nervus, Chunnus, Getæ, Dacus, Alanus.*

Iterum carm. 7. v. 241.

*Cursu Herulus, Chunnus saculis, Francusque natatu.*

Denique carm. 23. v. 240.

*Pacem te medio darent feroces,  
Chunnus, Savromates, Getæ, Gelonus.*

Ad contum regredior, in quo nomine corruptus forte &amp; Statius, nam ex MS. legitur lib. 2. Achilleid. v. 420.

*Quo Mæceta sua gesta cecent, quo turbine contum  
Savromates, falceque Getæ.*

Denique restituendus insigniter splendori suo in eodem Claudiani libro de bello Getico locus, pravit egregius Philippus Rubenius.

*Vulneribus pars nulla vacat, recisique cunctis  
Gloria sedati splendet jactantior oris.*

Certissima conjectura me duce rescribes:

*Vulneribus pars nulla vacat, resistisque comis  
Gloria sedati splendet jactantior oris.*

Scelus est, gloriosum Getis videri, si faciem hastis militariibus vulneratam habeant. Nam conti duplices, quidam militares, Jul. Poll. lib. 1. cap. 10. num. 6. unde *κοντοσπίσι*, qui contos *gestant* eadem dicuntur: alii nautici, idem Pollux lib. 1. cap. 9. num. 3. Lilius libro de Navigiis, Ludovicus de la Cerda Toleranus ad l. 9. *Æneid.* Virgil. v. 302. Cujus diligentiam nemo non laudet. Cicatrices certe laudi & ostentationi fuisse antea dixi, hic adde Cæsaris locum ex M. Quintiliano lib. 6. cap. 4. C. Cæsar Pomponio ostentanti vulnus ore exceptum in seditione Sulpitiana, quod ipse se passim pro Cæsare pugnantem gloriabatur, nunquam fugiens respexeris, inquit. Idem lib. 7. cap. 15. Sancius manibus ac cruribus, speciosior sanguine, & ipse periculo angustior. L. Flor. lib. 4. hist. Rom. cap. 12. T. Castricius antiquus scriptor, disertissimorum duorum, Demosthenis Oratoris, & Sallustii historici verba huc spectantia examinat, apud A. Gell. lib. 2. cap. 27. Speciose Aurel. Cassiodor lib. 3. epist. 10. Vulnera accipit, que tantum nunc ei sunt gloriosa, quantum tunc habuere periculi. Q. Curt. lib. 4. Spandere pro se quot cicatrices, totidem corporis decora. Placid. Grammat. ad v. 74. lib. 4. Theb. Papinianæ: Signa præteritarum virtutum, id est, cui præst. ant. priora vulnera dignitatem. Dixerat Statius,

*Plagarum in pectore nodos.*

Ipse Claudianus paulo ante ibidem loci,  
*Crinigeri sedere putres, crivita Getarum  
Cruia, quos plagis decorat numerosa cicatrix.*

Sidon. Apollinar. carm. 25.

*In campis Marathonis merentem*

*Vulnus non habuisse, grande probrum est.*

Est &amp; sagaris Massagetum telum, ut credimus Herodoto l. 1. in

fine. & *Scytharum*, Jul. Poll. lib. 1. cap. 10. & *Perfarum*, Strabo lib. 15. in fine.

*Sita seu machera*, insidiantium, & latronum erat. Cicero Orat. 2. in Catilinam, & Orat. 3. in Verrem. D. Juvenal. sat. 7. v. 9. *hincficarius*, prado, latro. C. Sueton. in Cæsare cap. 11. Cicero orat. pro Roscio. fuit *Thracum*, Thucyd. libro 2. Memini Martialis lib. 2. epigr. 16. lib. 11. epigr. 2. Aodr. Alciatus emblem. 52.

*Latronum furumque manus tibi seva per Urbem*

*It comes, & divis civis cohors gladiis*

*Ainaces* Medorum gladius. Q. Horat. lib. 1. Od. 27. Helinius Acron *Perfarum gladium* vocat, Porphyrio & ipse Grammaticus *Parthorum* ibidem loci, sed facile componere inter illos dissidium, avo quippe Horatii, & Persæ & Medi nomine Parthorum comprehendebantur. Persas tamen ante Parthos illum gestasse, loquitur Herodot. lib. 7. Et Valer. Flacc. Argonaut. lib. 6.

*Insignis manibus, insignis acinace dextra.*

Ita quidem arma fuerunt solertia industriaque gentium excogitata, at prius nullis aliis armis cernebatur, præterquam truncis, aut sudibus.

De truncis quidem Lucrat. Placid. ad v. 64. lib. 4. Thebaid. Statianæ.

*Pars gesti manu, pars robora flammis*

*Indurata diu.*

Ejusdem libri v. 302.

*Et pastorali meditantur prælia trunco.*

Virgil. lib. 7. *Æneid.*

*Improvisi adsunt, hic torrens armatus obfuso,*

*Stipitis hic gravidi nodis, quod cuique repertum*

*Rimanti, telum ira facit.*

Eodem iterum libro.

*Stipitibus divis agit, sudibusque præfisis.*

Idem lib. 10. *Æneid.*

*Sternentes agmina clava.*

Denique lib. 11. *Æneid.* ad finem.

*Tela manu trepide jaciunt, ac robore atro*

*Stipitibus ferrum sudibusque imitantur obfisis.*

Sudes duplicem in usum, vel ut ad palum exercerent tyrones, vel ut iis pugnaretur. Ver. gloss. *sudis σούδοϛ*, iterum *sudis*, *αδμαξ*, *peritica*, *κόντοϛ*, iterum *sudis*, *σούπατα*, *ζιχθὸς*, *in*super, *sudis*, *ἰκρίπος*, *γέμροϛ*, denique in eodem glossario veteri *sudis*, *rudica*, *χόραξ*. Adeundus est Servius ad l. 2. Georg.

*Quadrifidasque sudes, & acuto robore contos.*

Sudes itas librabant in palum, non secus ac si cum homine res transigenda fuisset. Fl. Veget. lib. 2. cap. 23. *Ad palum quoque vel sudes juniores exerceri percommodum est, cum latera, vel pedes, vel caput petere, punctum casumque condiscant.* Corruptum esse locum vidit Godefaleus Stevechius; neque enim ut pali, ita sudes in terram defigebantur, sed in palum defixum librabantur, palus autem ne nurare posset, profunda admodum scrobe defixa, sex pedes eminebat, scilicet quo referret justam viti staturam, petebaturque eminus missilibus, cominus sudibus. Idem Veget. lib. 1. cap. 14. *Tyro, qui dum clara exercetur ad palum, hastilia quoque ponderis gravioris, quam adversaturæ sunt jacula, adversus illum palum, tanquam adversus hominem jactare compellitur.* T. Livius dec 3. lib. 6. *Sudibus inter se in modum justæ pugne concurrere.* L. Sen. epist. 89. *Sudes torquere juvenis olim discibat.* Fest. Pomp. lib. 17. *Sub vineam jacere dicuntur milites, cum adstantibus centurionibus jacere dicuntur sudes.* Leo Aug. de bellico apparatu cap. 7. num. 3. num. 18. & num. 57 non sudibus, sed & rudibus exercitatos milites prodidit, & ego supra hoc opere in tractatu de gladiaria expedivi:

Ita Tibull. lib. 4. ad Messallam:

*Quis tardamve sudem melius, celeremque sagittam  
Fecerit.*

D. Juvenal. sat. 6. v. 240. ubi scio, veterem Scholiastem habitum pugnantium gladiatorum interpretari, non vero militum aut tironum, sed minus recte:

*Endromidas Tyrias, & fæmineum cerona*

*Quis nescit? vel quis non vidit vulnera pali?*



bant. Ad quem locum Jacobus Pontanus videatur. Abbo de obfid. Lutet. Parisior. lib. 1.

— *Saxa fremunt parmas quatentia pilas,*  
*Scuta gemunt.*

Et post eodem libro 20. pag. 541.

*Sanguine nulla via Urbis inest intalla virorum,*  
*Prosperius turrisque nihil sub se nisi pilla*  
*Scuta videt.*

Ipse Virgilius loco ultime laudato:

*Ense levis nudo, parmaque inglorius alba.*

De Camillo idem auctor lib. 11. Æneid. ad tyrocinium spectans:

— *paraque interrita parma.*

Contra de viro forti & bellicoso Capaneo Stat. lib. 10. Thebaid. in fine:

*Et clypei niger umbo cadit.*

Uti gloriosum, multis vulneribus clypeum habuisse perforatum, summumque dedecus in lucta illum abjecisse. M. Anton. Muret. lib. 9. variar. lect. cap. 2. ita unicus ducum mortuorum in acie honor, in clypeo suo offerri, quo pertinet præceptum Læcænae matris armantis filium in bellum profectum, ut retulit Plutarchus in Apophthegmatis, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τὰν, τὴν, ἢ, ἢ, aut hunc, aut super hunc, hoc est, ut vel vivus integrum à confictu referret, vel in eo referretur ad suos mortuus. Notavit eruditissimus senex Elias Vinetus, & ex eo Josephus Scaliger Aufonian. Lætionib. Luctar. Placid. ad v. 639. lib. 8. Thebaid. in clypeo mortui ferebantur. Ipse poeta:

*Talia jactabant, subito cum pigra tumultu*  
*Expavit domus, & multo sudore receptus*  
*Fertur Atys, servans animam jam sanguine nullo*  
*Cui manus in plaga, dependet languida cervix*  
*Exterior clypeo, trinesque à fronte Jovini.*

Eodem libro de Tydeo interfecto à Menalippo v. 732.

*Et poscentem hastas, mediæque in morte negantem*  
*Expirare, trahunt, summiq; in margine campi,*  
*Effultum gemina latera inclinantis parma*  
*Ponunt, ac sævi rediturum ad prælia Martis*  
*Promittunt.*

Virgil. lib. 10. Æneid. v. 507.

— *at socii multo gemitu, lachrymisque*  
*Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.*

Et lib. 11. Æneid.

*At Lausum socii exanimem super arma ferebant.*

D. Aufon. epigr. 23.

*Excipis adverso quod pectore vulnera septem,*  
*Arma super verberis quod Thrasybule tua.*

Idem epigrammate sequenti:

*Mater Læcæna clypeo obarmans filium,*  
*Cum hoc, inquit, aut in hoc redi.*

Postremum Græcis versibus inclusit Angelus Politianus:

*Παῖδ' ἠλκίαν σάκ' πολέμοισιόντι διδῶσα,*  
*Παῖ, ἔρη, ἢ σὺν τῷδ', ἢ ἐπὶ τῷδε νῆι.*

*Filio Læcæna clypeum in bellum profecturo porrigenis,*

*Fili, inquit, aut cum hoc, aut in hoc revertere.*

Prius Dioscorides tractaverat libro 3. Antholog. capite 5. epigr. 10.

*Τῆ Πιτανᾶ Θρασύβουλον ἐπ' ἀσπίδ' ἠλυθεν ἀπυος,*  
*Ἐπὶ δ' πρὸς Ἀργείων τραύματα δὲξάμενος.*

*Pitana Thrasybulus super clypeum veniebat mortuus,*  
*Septem ab Argivis vulnera excipiens.*

Clypeo tegi communi formula dictum. Q. Curt. 1. 8. *Vivunt, sicut in acie, te clypeis suis protegant.* Ipse Alexander apud eundem auctorem lib. 9. *Me periculis obtulerim, quæ sæpe aciem clypeo meo texit.* Sulpit. Sever. lib. 1. de vita D. Martini: *Si hoc inquit ignavia adscribitur, non fidei, crastina die ante aciem inermis adstabo, & in nomine Domini Jesu, signo crucis, non clypeo protectus, aut galea, hostium cunctos penetrabo securus.*

Ita frequentissime poetæ summam securitatem exprimentes, hac loquendi formula utuntur. P. Ovid. lib. 13. Metamorph. fab. 1.

*Opposui molem clypei, texique jacentem.*

*Servavique animam, minimum est hoc laudis, inertem.*  
Vetus poeta comicus, sed elegans, forte Pacuvius apud Fl. Sospitarum Charisium lib. 4.

*Viri regentem clypeo classem Doricam.*

Turpilius in Demurgo.

*Quia non minus res hominem, quam scutum tegit.*

Claudian. sæpe lib. de bello Gildonico:

— *clypeis tectos, galeisque micantes.*

Rurfus lib. de bello Getico:

— *patrem clypeis defendite Tibrim.*

Et lib. 3. de Laudib. Stilichonis:

*Protegit hanc clypeo.*

Corrip. African. lib. 4. de laudib. Justiniani num. 3.

*Hinc armata manus dextram levamque tuetur*

*Cæsarei lateris, clypeis pia terga tegebat*

*Ingens excubitis.*

Ejusdem libri num. ult.

*Terga regens domini claris fulgebat in armis.*

Stat. lib. 8. Thebaid. v. 690.

— *Retroque datum Thebana tegebant*

*Arma ducem.*

Sed legendum est:

— *Retroque datum Thebana tegebant*

*Arma ducem.*

Lapsa jam republica consuetudo invaluit, ut Imperatores inaugurati clypeo insiderent, elevatque in eo centurionum aut militum humeris, toti exercitui videndos se præberent. Curo-palates, sive Codinus lib. de Officiis aulæ Constantinop. pag. 181. & Fr. Junius præoccupavit. *μετὰ δὲ τῷ ὀνείῳ βασιλεὺς ἐπὶ σκυταρίῳ καθίσθαι ἐπαίεσθαι εἰς ὄψ' ἑσ, καὶ φαίνεται πᾶσι τοῖς ἀπὸ τῶν ἰσαμίονος πλῆθος.* Postea vero Imperator novus scuto insidens in altum extollitur, & spectandus exhibetur omnibus turbis, stantibus inferiori loco. Joan. Zonar. Tom. Annal. 3. in Justiniano, cuius verba profert doctissimus Petrus Pithæus lib. 2. subsecivor. c. 6. Aliquoties meminit Nicephorus Gregoras lib. 3. histor. Roman. pag. 25. *Theodorus, post obitum patris, totius populi suffragiis, creatus est Imperator, more à majoribus accepto, καθίσθαι ἐπὶ ἀσπίδ' ἑσ, clypeo insidens.* Et lib. 4. statim in limine: *Michaelen Palæologum, clypeo insidentem, circa Magnesium optimatus Imperatorem appellant.* Ita enim vertit Antonius Fuggerus. Jul. Capitolinus in Gordianis. *Prope ventum ad oppidum Tyndrum, inventusque senex venerabilis post jurisdictionem jacens in lectulo, qui circumfusus purpura humi se abiecit, ac retractans, elevatus, & Imperatorem se appellari passus est.* Nice. Choniat. de Alexio Emauelis filio. Idem ille Capitolinus in Maximo & Balbino; *Inter hæc Gordianus Cæsar sublati à militibus Imperator est appellatus.* Ammian. Marcellin. lib. 20. *Impositus (Julianus Cæsar à militibus Gallicanis) scuto pedestri, & sublatius eminent, populo silente, Augustus renuntiatus, jubebatur diadema proferre.* Zosimus hist. Rom. lib. 3. cuius verba Fr. Lindembrogius profert, quæ apud eundem vide.

Id & aliorum in more positum. de Caninefatis C. Tacit. libro 4. Historiar. *Impositus scuto, more gentis & sustinentium humeris vibratus, aux eligitur.* Herodian. lib. 8. in fine. Gallicum fuisse ritum liquet ex Adone Viennensi in Chronico atate sexta, ubi *Sigebertus contra Chilpericum fratrem, more gentis, clypeo impositus, Rex constituitur.* Idemque de Clodoveo habet Gregorius Turonensis histor. Franc. lib. 11. Claudian. de 4. Honorii Consulatu, eleganter describens inaugurationem:

*Nec dilatus honos, mutatus principe Cæsar*

*Protinus æquaris fratri, nec certius unquam*

*Hortati superi, nullis presentibus æther*

*Adfuit omnibus, tenebris involverat atris*

*Lumen nyctem, densosque notus collegerat imbres,*

*Sed mox cum solita miles se voce levasset,*

*Nubila dissolvit Phabus, pariterque dabantur*

*Sceptra tibi, mundoque dies caligine liber.*

Locus non videtur omnino sanus; nam quid est militem voce levare Imperatorem? nisi forte sit faustis acclamationibus

prosequi, sed illud non satis totum ritum explicat; itaque sensu rescribendum:

*Sed mox cum solito miles te more levasset,  
Nubila dissolvit Phœbus.*

Eget & critica manu Aurelius Cassiodorus libro 10. variar. ep. 31. *Judicamus parentes nostros Gothos inter provinciales gladiis, more majorum sutorum supposito, regalem nobis contulisse, Deo prestante, dignitatem. Quo quidem in loco nec seculus ullus est, nec dignitanti auctoritas servata, itaque lege more majorum suto supposito. Sigoanter Georg. Pachymer. in Excerptis Histor. lib. 2. Imperatorio clypeo insidet is, qui imperio destinatur. Iterum Zonaras Tom. 3. Annual. in Hypathio, qui seditiosa militaris multitudinis concione in Augutum electus, Justinianoque oppositus, *ἡγ' ἰπὶ ἀσπίδος αὐτὸν μετὰ πρῶτον ἀγῶνας ἀνὰ ὀπίσθι βασιλῆα. Et in sentum sublime eum tollentes, salutant Regem.**

Corripi. in Justinii inauguratione lib. 2. num. 5.

*Quatuor ingentem clypeis sublimibus orbem  
Attollunt læti juvenes, manibusque levatus  
Ipse ministrorum supra stetit.*

Deinde eodem numero paulo post sequitur eleganter:

*Adstitit in clypeo principis fortissimus illo,  
Solis habens specimen.*

Denique de parma & parmulariis hi pene auctores meminerunt. Nonius c. 18. num. 14. *sentum* breve interpretatur. C. Sueton. Domit. c. 10. *Impie loquutus parmularius.* M. Quintilian. 1. 2. c. 11. *Ego parmularius sum.* T. Liv. 1. Dec. l. 4. *Dat signum Volsis Imperator, ut parmatis, novæ cohorti hostium locus datur.* Hæc non Romanorum modo, sed & Numidarum. idem Liv. 3. Dec. lib. 2.

Marzial. lib. 14. epigr. 219.

*Hæc quæ sæpe solet vinci, quæ vincere raro,  
Parma tibi sentum pumilionis erit.*

Helenius Acro ad Q. Horatii lib. 2. od. 7. & Porphyrio:

*Tantum Philippus & celerem fugam  
Sensit, reliqua non bene parmula.*

Philipp. Beroald. & Bernardinus Veronenfis ad Sexti Propert. lib. 4. eleg. 11.

*Belgica cum vasti parma relata ducis.*

Sed locum aliter I. Passeratius doctor meus legit:

*Bellica cum vasti parma relata ducis.*

Confirmatque ex eodem poeta lib. 2. eleg. 25.

*Et vetus in templo bellica parma vacat.*

Ex MS. Josephus Scaliger aliam lectionem & interpunctionem observavit:

*Claudius à Rheno trajectos arcuit hostes  
Belligerans, vasti parma relata ducis.*

Sil. Italic. lib. 1. Punicor.

*— parmaque relata  
Hispana de gente rudes.*

Idem lib. 12. in principio.

*Ac ne nocte quidem clypeique, ensesque positi,  
Non phœtreæ, aut jaculæ, & pro membris arma fuerent.*

*Tunc grave cassis onus, majoraque pondera visa  
Parmarum, ac nullis fusa stridoribus hastæ.*

Valer. Flacc. lib. 1. Argonaut.

*Horrentem jaculis, & parma luce coruscum.*

Stat. lib. 2. Thebaid. v. 585.

*— tergoque & vertice tegmine noto  
Septus, & hostili propugnans pectora parma  
Constitit.*

Ejusdem lib. 644.

*Protinus idem ultro jaculo, parmaque Menetem  
Proterebat agens.*

Abbo de Obsid. Lutet. Paris. lib. 1.

*— senta fremunt parmas quatientia pictas.*

D. Juvenal. sat. 5. v. 154.

*Tu scabie frueris mali, quod in aggere rotit  
Qui tegitur parma & galea, metuenque flagelli  
Disit ab hirsuta jaculum torquere capella.*

Censui olim mutandum esse quippiam, cum criticorum fre-

quentiori vulgo, at nunc sensum esse optimum, ne immutata quidem literula, primus omnium, quod sciam, ostendam, vel ipso poeta, & Scholiaste veteri præcautionibus. Simiam intelligit insidentem capræ, & edoctum tironis instar, jacula inde vibrare. Vult Satyrus, Virronem gulosum sibi aliusque helleuonibus poma pulcherrima, suavissimique gustus apposuisse; inferiori vero læti parte recumbentibus, ea quæ ne simia quidem, in aggere, hoc est, eminenti triclinii loco, edoctæ ludicra spectacula, confedentes capras edere, gustare velint. Indicia expositionis istius à veteri Scholiaste ut dixi, qui ad v.

143. *viridem thoraca, arnilansiam prasinam..... ut simia. interpretatur, forte supplendum, ut gestare solent simia. Deinde ad v. 154. metuenque flagelli, qualem simia manducat, transposita esse verba manifestum est, itaque ordine suorestituere & corrigere scabie frueris mali, quale simia manducat. Itaque censet vir literatissimus Stephanus Claverius, & cessant tandem aliquando critici turbare, aut aliam expositionem querere.*

Simias porro militare artem edoctas fuisse, non est mirum, cum & *latrunculi* inscribit. Mutianus apud C. Plinium 1. 8. c. 54. & ad humanos rationis usus proxime accedat, ut imitatoris eujuscunque rei & præsertim oratoriarum simia vocentur, eruditiss. Savaro ad Sidonium Apollinarem l. 1. ep. 1. signanter Arnobius 1. 3. cont. Gent. *Nam quid in homine pulchrum est? quid quæso admirabile vel decorum; nisi quod & cluvino cum pectore nescio quis auctor voluit esse commune.* Sic optime legitur, nam pessime antea, *veterino cum pecore*, gloss. vet. *lura πιδνωτος, simia*, & recte observavit P. Pithæus ex Festo, & Plauto in Truculento act. 2. sc. 1. in principio. inde *Stoicorum simia* Rusticus Aurelius à M. Regulo vocatur apud Plinium juniorem l. 1. ep. 5.

Præterquam igitur, quod parasiti apud Juvenalem imitentur scæde inprobos potentum mores, hisque simiarum more ablandantur; nam Græcis in proverbium abiit, *πιδνωτικῶς περιλαβῆναι*, simiarum more exagitare, hoc est, decipere, adulationibus vincere, aut etiam imitationibus, ut est in Suida. Improbatis certe symbolum est simia, quæ quantumvis tæta, nihilominus tamen aliquando erumpit, idem Suidas in voce *πιδνωτικῶς ἐν πορφυρα* simia in purpura: Tertio turpitudinis est simia typus, in ejusdem enim Suida scriptis relatum est, *πιδνωτικὸν βδέμα*, simia aspectus, pro re maxime turpi, & obscæna. poeta antiquus incerti nominis in Antholog. lib. 2. cap. 13. epigr. 22. Juvenal. sat. 10. v. 195. Isidor. lib. 12. cap. 1. ad finem: *Inde est quod quidam jubent gravidas mulieres nullos intreri turpissimos animalium vultus, ut cynocephalos, & simias, ne visibus occurrentes similes fetus pariant; hanc enim seminarum dicunt esse naturam, ut quales prospexerint, siue mente conceperint, in extremo voluptatis æstu, dum concipiunt, talem sobolem procreent.* Quidni ergo simia improbitatis, scædæ imitationis, & obscænitatis typus, poterit commodissime adulatoris referre? Indui vero vestimentis simiam solenne fuisse, loquuntur proverbium supra proxime ex Suida allatum. L. Apul. lib. 11. Milesiar. in pompa sacrorum Isidis describenda: *Vidi & ursam mansuetam, quæ, cultu matronali, sella vehabatur, & simiam pileo textili, crocatisque Phrygiis, catamiti pastoris specie. Ut simia juvenalis tironis specie inequitat capræ, ita apud Apulejum Paridem eadem refert, & ut ille induitur. Ennius referente Ciceroe lib. 1. de nat. deor.*

*Simia quam similis turpissima bellua nobis.*

Ex quo Q. Sammonicus Serenus lib. de Medicina cap. 46. epigraphæ est, *hominis ac simia morsus.*

*Sive homo, seu similis turpissima bellua nobis  
Vulnera dente dedit.*

Afranius in Temerario apud Flavianum Sospitrum:

*Quis hic est simia, qui me hodie ludificatus?*

Plene satisfacit Claudianus lib. 1. in Eutropium:

*Quam pulchre conspectus erat, cum tenderet artus  
Exanguis onerare toga, cinclique gravatus,  
Inductoque senex obscenior iret in auro,  
Humani qualis simulator finius oris,  
Quem puer aridens, pretioso flamine Serum  
Vclavit, nudisque nates ac terga reliquit  
Ludibrium mensis.*

Ecccc

Cla-

Clarissime Martialis & indui solere simias, & hastas vibrare edocitas testatur, hoc quidem lib. 14. epigram. 128.

Gallia Santonico vestit te bardocucullo,

Cercopithecorum penula nuper erat.

Istud vero libri ejusdem epigr. 202. qui solus locus vulgata juvenalis lectioi patrocinari potest:

Callidus emissas eludere simias hastas,

Si tibi cauda foret, cercopithecus eram.

Cetra Afrorum & Hispanorum clypeus, seu verius scutum fuit. T. Liv. 4. Decad. lib. 1. Hispani sine ulla mole in utres vestimentis conjectis, ipsi cetris suppositis incubantes, sinum transverere. Jul. Caesar. 1. 1. Belli civil. Erant legiones Afranii tres, P. Trepi dux, praeterea sentata ceterioris Hispania, & cetrata ulterioris Hispania cohortes circiter octoginta. Fest. Pomp. lib. 14. in voce pelta. Serv. in 8. Aeneid. ibi loci videatur;

Scutis protecti corpora longis.

Et in illud lib. 7.

Laxas cetra tegit.

Sil. Italic. lib. 10. Punicor.

Ingreditur umbum, ac ritu jam moris Iberi

Carmina pulsata fundentem barbara cetra

Inradit.

Sequitur pelta & ipsa breve scutum. Fest. loco proxime laudato.

Formam ejus describit Xenophon apud Julium Pollucem libro 1. Onomast. cap. 10. num. 6. πέλτη ἀμαζονική, ὡς φησὶ Σενόφωνα παροικίῃα κρηττὴ πητάδῃ. Pelta Amazonica, ut Xenophon inquit, hedera folio similis est. Quae verba transcripsit Ca-

lius Rhodiginus lib. 10. cap. 4. in eodem Polluce numero praecedente πητάδῃα, πηλοπόδοι, peltasta, & peltophori, qui peltas hujusmodi ferrent, dicti. Adeundus idem lib. 10. c. 31.

Addendus & C. Plinius lib. 12. cap. 5. Folliorum (scilicet Indicæ) latitudo, pelta Amazonica effigiem habet. T. Livius 4. Decad. lib. 1. Nocte cetratos, quos peltatos vocant, loco opportuno inter

duo castra in insidiis abdidit. Lutatius Placidius ad v. 145. lib. 5. Thebaidos Statianæ: Scuta Amazonum, quas peltas appellat, in modum luna formata sunt. Idem. ad v. 173. lib. 7.

Thebaid. pelta, lunatis scutis, quibus utuntur Amazones. Quae sumpta sunt à Servio Mauro ad v. 494. lib. 1. Aeneid. Scutis brevissimis in modum luna formatis jam media. Xenophon autem

Expedir. Cyri Minoris lib. 5. pag. 367. πητάδῃ; vertit Leuclavius, an ex cetratis es? & πηλοπόδοι lapillum eadem

cetratis, Cyropæd. lib. 7. pag. 176. Et nitor. Græcar. libro 2. pag. 472. denique in laudibus Agefilai Regis pag. 664. C. Sueton. Nerone cap. 44. Securibus peltisque Amazonicis infrenandi. Sic Poëtæ. P. Ovid. lib. 2. Amor. eleg. 14.

Quid jurat immunes belli cessare puellas,

Nec fera peltatas agmina posse sequi?

Valer. Flacc. Argonaut. lib. 5.

Quæ pelta latus, atque humeris nudata pharetris.

Claudian. lib. 2. de Raptu:

Qualis Amazonidum peltis exultat ademptis

Pulchra cohors.

Frustra reponere tentat Jul. Cæsar Scaliger nimis criticus:

Qualis Amazonidum peltis agit agmina peltis

Pulchra cohors.

Et in Fescennino ad nuptias Honorii & Mariz.

Peltata pugnas desereret cohors.

Srat. lib. 5. syl. 1. v. 87.

Vellet Amazonia latus includere pelta.

Idem lib. 5. Thebaid.

Amazonio Scythiam fervere tumultu,

Lunatumque putes agmen descendere.

Ejusdem operis lib. 7.

innocuis jubeat discernere peltis.

Sil. Italic. lib. 2. Punicor.

lunatis Bistones armis.

Et post ibidem loci:

Nuda latus Marti, ac fulgenti tegmine levum

Thermodontica munita in prælia pelta.

Eodem libro paulo post:

gemmatæque lumina pelta.

Denique idem lib. 8.

ubi mille per agmina virgo

Lunatis acies imitatur Martia peltis.

Abbo de Obsid. Paris. Lutet. lib. 1.

Vah! multosque terunt Danos, plures quoque peltas.

Et lib. 2. ejusdem operis:

plumbi nec non onerosi

Poma dabant peltis gemius, & grandia saxa.

De disciplina, armis, ordineque militum Turcicorum moderorum Philipp. Lonicerus Tom. 1. hist. Turc. Barthol. Georgeriz Hierosolymitan. in Epitome de morib. Turcar.

De diversis orientalium populorum armis, excursum haud incuriosum videbunt viri docti, in notis disertissimis V. CL. Georgii Strachani Scoti ad declamationes Græcæ Polemonis Sophistæ, quas ille Latio à se primum donatas brevi in lucem dabit. Ad hæc enim secundæ declam. verba; ἐκ ἀπυλίου μνησῆ, ἢ κοπίδα πηλοπόδῃ, ἐκ αἰχμῆ βαβυλωνία, ἢ πηλοπόδῃ φοινικίῃ. Non acinace Medico, non ense Persico, non hasta Babylonica, non denique securi Phanissa Callimachum perisse. Vide locum ipsum. Admonet Strachanus, cur Medis acinacem, Persis κοπίδα, Babylonis αἰχμῆν, Phoenicis πηλοπόδῃ, solertissimus Rhetor attribuat, in erque alia haud spernenda clarissimum inter κοπίδα & πηλοπόδῃ discrimen assignat.

Interim de ritu elevandi Imperatoris in clypeo, præter ea quæ paulo superius attuli. pag. 768. locus est insignis Guilielmi Apulienis, vetusti scriptoris, qui rebus Guiscardi Calabriae ducis interfuit, ante annos sexcentos, cujus poema è situ eruit Joannes Tirmæzus Hauronæus, in quo eo cennunculo aliquas radiantis purpuræ reperio lacinias, res egregias, licet verba nonnunquam obsoleta, aut dura, & ut illa ferebant tempora, barbara. Is itaque lib. 1. Rerum in Italia ac Regno Neapolitano Normanicarum:

Illi respondens, nostrum te principe nullus

Pamper erit, vel egens, duce te fortuna forebit.

Consiliiq; vias, duce quas genitore solebat

Pandere, te nobis effesso principe pandet.

Hoc tibi dixerunt, sublimant protinus illum

Omnes unanimes, communi sit prece Princeps.

De zanchis seu calceis imperialibus, ad ea quæ de campagis supra hoc opere exposui lib. 5. cap. 36. pag. 419. addendus

ejusdem Apulienis versus lib. 1. pag. 10.

assumitur imperialis

Purpura, pes dexter decoratur pelle rubenti;

Qua solet imperii qui curam suscipit, uti.

## AD CAP. XII. PARALIPOMENA.

Castra à castitate appellata, uxores aut scorta circumducere militibus non permittum, uxores militum meretrices fuisse, multis ducum exemplis ostensum, castrametatio.

Quod in castris acerrima castitatis esse deberet cura, nomen inditum volunt. Isidor. Hispalens. l. 9. Etymologiar. c. 3. Dista castra, quasi casta, quod illic castretur libido, nam nunquam iis intererat mulier. Sic perpetuo scriptores castitatem militarem & castrensem notant, tanquam firmissimum disciplinæ & fortitudinis vinculum. M. Fab. Quintilian. Milite Mariano: Meretrices ab exercitu summoventur, intrare castra nostra feminis non licet. Servius Honoratus Maurus ad v. 519. lib. 5. Aeneid. eadem nulla litera immutata habet, quæ ex Isidoro paulo antea adduximus; sed suetum est illi è Servio transcribere. Idem Servius ad v. 637. lib. 8. Aeneid. Nefas non in eo tantum, quod Egyptiam Romanus duxerat, sed etiam quod mulier castra sequebatur, quod in ingenti turpitudine apud majores fuit, unde delatoris Pompejus in Lesbo reliquit uxorem. Amantissimus est iste Grammaticus omnis eruditionis, ac præsertim historice cognitionis, quam majorem in eo, quam in omnibus aliis reperias; nam de Cornelia Pompeji uxore, præter hi-



historicos, loquitur Lucanus incipiente bello civili eo sepositam, rursusque finito inde abductam, comitemque mariti fugæ accessisse deprehendere est lib. 8. Pharsal. v. 40.

*Constita curarum, secreta in littora Lesbii  
Flectere vela jubes, quæ tum tellure latebas  
Mastior, in mediis, quam si Cornelia campis  
Æmæthiæ staret.*

Annotatum præterea ab historicis est, anno urbis conditæ 619. ut voluit Stephanus Pighius Campanis, vel 620. ut contendit I. Camers; sed parva est discussio, P. Scipionem Æmilianum duo scortorum millia, quæ castra sequebantur, eiecisse, atque ita disciplinam castrænti, si non jam lapsæ, at certe labenti prospexisse, quod longa scriptorum series confirmat. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 2. tit. 1. Eodem temporis momento, quo castra intravit, edixit, ut omnia ex iis, quæ voluptatis causa comparata erant, auferrentur, ac summoventur; nam constat tum inde maximè ministerium & luxuriam numerari, cum duobus millibus scortorum abisset. Hac turpi atque erubescenda festina vacuatus exercitus noster, qui paulo ante metu mortis, deformi se fæderis idè maculaverat, crella virtute, recreataque, acrem illam & animosam Numantiam incendiis exarsit, ruinisque profratam, solo equavit. L. Florus lib. 2. hist. Rom. cap. 18. Ad hoc scorta, calones, fuscine, nisi ad usum necessarium, amputabantur. Negligentius Julius Frontinus lib. 4. Strateg. cap. 1. P. Scipio ad Numantiam, corruptum superiorum ducum scortorum exercitum corripuit, dimisso ingenti luxuriam numero, reductis ad munus, quotidiana exercitatione militibus. Pari ociantia Fl. Eutropius lib. 4. cap. 7. Militem vitiosum & ignavum exercendo magis quam puniendo sine ulla acerbitate corripuit. Neque diligentius Paul. Oros. lib. 5. cap. 7. Aliquantidum militem suum in castris velut in scholis exercuit. Quæ exercitatio, correctioque militaris referenda est, non modo ad præscripta in castris officia, quæ quotidie miles obire debebat, sed & ad castitatem, quæ etiam lege militantis imperata. Belisarius Aquivivus Aragonis Neritiorum dux lib. de Educac. Princip. Blando & delizioso feminarum luxu, multum fortitudinis viris auferri solet. pag. 5. Suidas in Severo Aug. pag. 843. Edit. Wolfiane, cujus legis capita reperies apud Dionem Coccejanum l. 60. Certe maritorum jus Claudius indulgit militibus, ut quotiàm ex legibus uxores habere iis non licebat, saltem hoc orbitatis sue solatium consequerentur. Quod postea tamen Severus Imperator lata lege solvit, & penitus sustulit, ut narrat Herodianus libro 3.

Celebre illud quod refertur à Tito Livio 5. Decad. libro 3. Quatuor millia hominum nati in Hispaniis ex militibus Romanis, & mulieribus Hispanis, cum quibus nullum conubii jus, oppidum à Senatu petierunt. Q. Flor. Terrullian. in exhortat. ad castit. Perierunt familie Spadonum, calibum, militum, peregrinantium sine uxoriibus. C. Tacit. lib. 14. Annal. Milites sine uxore, neque conjugii suscipiendis, neque liberis alendis suæ, orbas sine posteris domos relinquerebant. Videatur egregius Lipsius ad eum locum. C. Caesar lib. 3. Bellor. Civil. cap. 110. Millia viginti in armis habebat. Hæc consistabant ex Gabinianis militibus, qui jam in consuetudinem Alexandrina vite atque licentiæ venerant, & nomen disciplinamque populi Romani dederant, uxoresque duxerant, ex quibus plerique liberos habebant.

Ita fumendi poëta. Sexi. Propert. lib. 4. eleg. 3.  
Romanis utinam patuissent castra puellis,  
Essent militia sarcina fida tua.  
Stat. lib. 5. syl. l. v. 130.

— tecum gelidas comes illa per Arctos,  
Sarmaticæque hyemes, Istrumque, & pallida Rheni  
Frigora, tecum omnes animo duxerat per æstus,  
Et si castra darent, vellet gestare pharetram,  
Velle Amazonia latus intercludere pelta,  
Dum te pulverea bellorum in nube videret  
Cæsarei prope fulmen equi, divinaque tela  
Vibrantem, & magna sparsum sudoribus hasta.

P. Ovid. lib. 2. Amor. eleg. 14.  
Quid juvat immunes belli cessare puellas,  
Nec fera peltatas agmina velle sequi?

Alb. Tibull. lib. 2. eleg. 7.

*Quod si militibus parces, erit hic quoque miles  
Ipse, levem galea qui sibi potet aquam.*

*Castra peto, valcatque Venus, valeantque puella,  
Et mihi sunt vires, & mihi grata tuba est.*

Primus verus ritum militarem designat, qui notissimus, L. Sen. lib. 5. de Benefic. cap. 24. Siti confectus quia impeditus ire ad fontem proximum non poteram, repere manibus volebam, nisi commilito, homo fortis ac strenuus, aquam mihi in galea sua attulisset. Potes ergo, inquit Imperator, agnoscere aut illum hominem, aut illam galeam? Probabili conjectura censerem referendum; quia pedibus ire ad fontem proximum non poteram, repere manibus volebam. Q. Curt lib. 5. Siti maceratus accessit, ac dum galea hanciam aquam sorbet, tela conspexit C. Jul. Front. lib. 1. Strategemat. c. 7. Non alienus, ut arbitror, hic locus est, referentis factam Alexandri illud nobile, qui per desertam Africæ itinera, gravissima siti, cum exercitu affectus, oblatam sibi à milite in galea aquam spectantibus universis effudit. Luciat. Placid. ad v. 663. lib. 3. Thebaidos Papinianæ, poculum militis galea est.

Ipse Statius:

*Hosilem Ismenon galeis Dircemque bibemus.*

Pedo Albinovanus, seu incertus auctor elegiæ de obitu Mæc-natis in principio:

*Bacche coloratos postquam devovimus Indos,  
Potasti galea dulces juvante merum.*

M. Lucan. lib. 9. Pharsalæ:

— undam galeæ convectus insudit in orbem  
Et eodem libro post, citante Lucatio Grammatico:

*Excussit galeam, suffecitque omnibus unda.*

Sexi. Propert. lib. 3. eleg. 11.

*Potabis galea fessus Araxis aquam.*

Claudian. lib. de bello Getico versus finem:

— galeisque Padum victribus hausit.

E. de 3. Honorii Consulatu:

*In galea potare nives.*

Sed de diverticulo in viam. Adulterii reus inter milites recipi non poterat, ut definit Menander l. C. l. 3. ff. de re milit. Cautumque à Severo Cæcina, ne quem magistratum, cui obvenerat provincia, uxor comitaretur. Ut verba C. Taciti usurpem l. 3. Annal. quod diu antea ab Augusto factum docent verba Suero-nii in eo cap. 24. In re militari & commutavit multa, & instituit, atque etiam ad antiquum morem nonnulla revocavit, disciplinam severissime rexit, ne legatorum quidem cuiquam, nisi gravate, hybernisque demum mensibus permisit uxorem interficere. Quo sensu capienda sunt ea L. Senecæ l. 9. Controvert. 3. Hic est Flaminius, qui exiturus in provinciam, uxorem à porta dimisit, & in hoc tecum uxorem non misimus, ut salva provincia sit, optemus meretrici bonam mentem.

Provinciarum itaque præsidium, & exercitum Imperatorum eadem plane erat ratio; neutri enim uxorem comitem habere licebat, licet dispar esset causa, oam duces uxorum comitatu signiorum reddi, minusque ad occasionem iotentis censebantur, præfides, avari, provincialiumque expulatores; est quippe foemina in avaritiam flexus ipsius ingenio propensa: De primo D. Juvenal. satyr. 8. v. 128.

*si nullum in conjugio crimen,  
Nec per conventus, nec cuncta per oppida curvis  
Unguibus ire parat nummos raptura Celeno.*

De posteriori Claudiani elegans est locus lib. 1. de laudib. Siliich.

*Affiduum castris aderat, rarissimus urbi,  
Si quando trepida princeps pietate vocaret,  
Vixque salutatis laribus, vix conjugis visa,  
Detergo necdum repetebat sanguine campum.  
Nec stetit Eucherii dum carperet oscula saltem  
Per galeam, patris stimulos, ignisque mariti  
Vincit cura ducis.*

Inde militum uxores libidinose. Servius Honoratus ad lib. 8. Æneid. & ad lib. 11. ejusdem operis: & jam observatum est ab omnifcio Tiraquello, ex Lycophrone, & Homero lib. 5.

liad. quod si exempla conquirenda, & in medium profere-  
nda essent, nimis longum foret; neque enim ullus in veteri-  
bus ducibus, cuius uxor non male hoc nomine audierit.  
Apponam tamen celebriorum nomina.

M. Antonius cum ex itinere Hispaniensi Narbone Romam  
rediisset, involutoque capite fores suas pulsasset, urbem terrore  
noturno implevit, idcirco in concione citatus à tribuno  
plebis, dixit *de rei suae causa venisse, populum dicacem in se  
reddidit.* Quod eo referri debet, ut Fulvia uxoris impudici-  
tate taxetur, M. Tull. 2. Philipp. de Pompeja Caesaris uxore  
C. Sueton. in eo cap. 6. de Mutia Cn. Pompeji, idem in Julio  
cap. 50. Afcon. Pædian. in Argum. orat. pro M. Scauro.  
Plutarch. in Pompejo. de Metella Sylla, Plur. in eo. Cic. lib.  
1. epist. 9. de Clodia & Servilia Luculli, Plutarch. in eodem,  
& in Catone, & de omnibus quatuor nominatis D. Hierony-  
m. libro 1. in Jovinianum cap. 39. de Clodia Metelli, Tull.  
orat. pro Cælio, quæ & quadrantaria appellata, ob rationem  
quam narante Plutarcho in Cicerone audies, de Julia Septimi  
Severi Aug. Ælian. Spartian. in vita ejus. Vide Diocle-  
tiani & Maximiani rescriptum lib. 19. C. ad leg. Jul. de adult.  
Sext. Propert. l. 3. eleg. 10. Posthumum alloquitur, relicta  
Galla uxore militante:

*Ter quater in casta felix ò Posthume Galla,  
Moribus his alia conjuge dignus eras.  
Quid facies nullo munta puella timore,  
Cum sit luxuria Roma magistra tua?*

P. Ovid. lib. 2. de arte:

*Sed mora tua brevis, lentescunt tempore curæ,  
Vanescitque absens, & novus intrat amor.  
Dum Menelaus abest, Helene ne sola jaceret,  
Hospitis est tepido nocte recepta sinu.  
Quis stupor hic Menelæ fuit? tu solus abibas,  
Iisdem sub testis hospes & uxor erant.*

Paucis deinde interjectis ibidem loci sequitur:

*Cogis adulterium dando tempusque locumque,  
Quid nisi consilio est usa puella tuo?  
Quid faciat? vir abest, & adest non rusticus hospes,  
Et timet in vacuo sola cubare thoro.  
Viderit Atrides, Helenen ego crimine solvo,  
Usa est humani commoditate viri.*

Præter lubricum illius sexus, causam etiam è natura fontibus  
haustam assignant, quod cum consuetudo concinnet amorem, ut  
ait Lucretius ad finem lib. 4. ita desuetudine minuitur, &  
absentia quasi solvitur, ut discissum reperies apud Aristot.  
lib. 8. Ethicor. ad Nicomach. c. 6. Unde versus ille incerti  
auctoris:

*Πολλάς δὲ φίλας ἀπροσηγορία δέχουσαν.  
Neglectum alloquium multos disjunctis amicos.  
Versus jambicus fieri poterit commodissime, si legatur hoc  
pacto, ut moner Desid. Erasmus Chiliad. 2. cent. 1. adag. 26.  
Πολλάς φίλας ἀπροσηγορία λέγουσαν.  
Multas amicitias silentium diremit.*

Notissimum est, fœminas Scythicas eo libidinis processisse, ut  
maritis suis longo periculofoque implicatis bello, servis denun-  
tarent, reversosque tandem maritos victores opposita fervorum  
manu non contemnenda arcere, & prohibere regressu tentaverint.  
Quod copiosissime describit Herodotus lib. 4. obiter A-  
thenæus lib. 5. Dipnosophist. & poëtæ. M. Vatro in Gerontodi-  
dascalo, referente Nonio cap. 2. num. 133.

*An ego vidi servos in armis contra dominos?  
utrum oculi mihi cæcuntium,*

Valer. Flacc. Balbus lib. 6. Argonauticon, non multum à prin-  
cipio:

*Degneresque ruunt Sindî, glomerantque paterno  
Crimine, nunc etiam metuentes verbera turmas.*

Claudian lib. 1. in Eutropium in fine:

*Conscia succumbent auditò verberè terga,  
Ut Scythia post multos rediens exercitus annos,  
Cum sibi servilis pro finibus obvia pubes  
Iret, & arceret dominos tellure reventas,  
Armatam offensis aciem fudere sagellis,*

*Notus ab inceptis ignobilè repulsi horror  
Vulnus, & additus sub verberè torpuit crassa.*  
Idem lib. de bello Get.

*Ac veluti famuli, mendax quos mortis herilis  
Nuntius in luxum falso timore resoluit,  
Dum marcent epulis, atque inter vina, chorosque  
Persultat vacuis effrena licentia testis,  
Si redacem dominum fors improvisa reduxit,  
Hærent attoniti, libertatemque perosus  
Conscia servilis præcordia concutit horror.*

Altera causa in levitate fœminarum collocari potest Maxi-  
miani rescripto. 20. C. de inoffic. testam. Momentaria matris  
voluntas in jure canonico, sexus fragilis & inconstans. C. de  
viduis 27. quæst. 1. Fr. Accurs. in l. 1. C. de confirm. tut. Mu-  
tabile est mulierum consilium. Baldus in l. ult. C. de suis &  
legit. Quod mulier ter mutetur in hora, lubricique sit voti, re-  
pellitur à successione fœndi. Unde Festo Pompejo proverbium  
nec famina, nec gremio credi oportere. Petronius multa in le-  
pida illa de Ephesia matrona narratione, L. Apul. l. 1. Mi-  
lesiar. genuina est fœminis levitas. D. Hieronymus in epist. ad  
Demetriadem. Quanto magis in fœminis, quarum mutabilis  
fluctuansque sententia, si suo arbitrio reliquaatur, cito ad dete-  
riora delabitur. L. Sen. libello de Remed. Fortuitor. si tamen  
ille auctor est; Nihil tam mobile, quam fœminarum voluntas,  
nihil tam vagum. T. Liv. 1. Decad. l. 6. Caterum is risus sti-  
mulos parvis mobili rebus animo mulicri subdidit. Ex 4. Decad.  
lib. 4. Virorum hoc animos vulnerare posset, quid fœminarum  
censetis? quas etiam parva movent.

Propert. lib. 1. eleg. 6.

*Vagus collata puellis.*

P. Virgil. lib. 4. Æneid.

*Varium & mutabile semper*

*Fœmina.*

Quod in jure pontificio usurpatur, C. foris Extra. de verbos.  
signif.

P. Ovid. lib. 2. Amor.

*Verba peillarum solliis leviora caduntis.*

Et lib. 2. de Arte:

*Parva leves capiunt animos.*

Calpurnius Ecloga 3.

*Mobilior ventis ò fœmina?*

Alb. Tibull. lib. 3. eleg. 14

*Ab crudele genus, nec fidum fœmina nomen.*

*Ab! percat, didicit fallere si qua virum.*

*Sed sticti poterit, mens est mutabilis illi.*

Ad castrametationem venio, quam scripto volumine Hege-  
nus, vel verius Hyginus illustravit. Pet. Pithaus lib. 2. sub-  
fecivor. cap. 14. appellavitque Gromaticum, male nonnulli  
Cromaticum legunt. Fest. lib. 7. Groma appellatur genus machi-  
nula cujusdam, quo regiones agrî cognosci possunt, quod genus  
Græci dicunt γρομῶνα, quod Festo est Groma, id Nonio cap. 1.  
num. 316. gruma appellatur. gloss. vet. μετρεῖ, ἐξίσου, turrisque  
gruma γρομῶν. Denique in eodem Grammatico legitur,  
gruma, βασιλικὴ γρομῶν. Sed tamen Festus ad stipulatorem  
habet suæ sententiæ Aurelium Cassiodorum, apud quem gre-  
matica & geometrica scientia conjungitur, l. 3. variat. C. Lu-  
cilius lib. 3. satyr.

*— viamque*

*Vis degrumari, in castris mensor facit olim.*

Mensores isti locum idoneum eligebant, quem castra occu-  
pando, qui pro diversitate situque locorum varius erat, me-  
do exterior latioque, modo arctior compressiorque; quare  
sæpiissime in Livio, Polybio, diversissima castrorum muni-  
tio. Nam interdum trigona, interdum quadrata, interdum  
femitorunda, inquit Vegetius lib. 1. cap. 23. Est & oblonga  
eidem dicta lib. 3. cap. 8. hanc ovalem fuisse, & à Galba  
excogitatum, loquuntur non historici modo, sed & figura,  
quam reperies expressam à Gabriele Simconio Florentino in  
Antiquis suis observationibus.

Cultissime Claudianus de 4. Honorii Consulatu:

*— ponenda salubri*

*Castra loco, prabenda vigili custodia vallo,  
Disce ubi densari tuncos, ubi cornua stetit  
Æquius, aut iterum tendi, quæ commoda vallis,  
Quæ via difficilis.*

Alb. Tibull. lib. 4. ad Messallam, & I. Passeratius ibidem:

*Nam te non alius belli tenet aptius artes,  
Qua deccat tutam castris præducere fossam,  
Qualiter adversos hosti defigere ceruos,  
Quemve locum ducto melius sit claudere vallo,  
Fontibus ut dulces erumpat terra liquores,  
Ut facilisque tuis aditus sit, & arduus hosti.*

Hinc colligitur operosissimum munus fuisse castra commu-  
nare, locoque idoneo disponere, fumumque semper Impera-  
toris opus, unde plerumque pendebat totius exercitus seu  
clades, seu salus: exempla non conquiri. Maxime autem  
requiritur, ne vel pabulatio, lignorumque copia, atque  
ante omnia aqua deficeret: nam cum hyeme tota interdum  
in castris stativa haberentur, obesse exercitus siti in deditio-  
nem compellebantur, quod alibi supra hoc opere à me di-  
ctum memini. Claud. de 4. Hon. Consul.

*sitiens inclusaque vallo  
Ereptos quasvuit aquas, quas hostibus ante  
Contiguas alio Stillicho deflexerat arct.*

Ideo ut vel ipsis castris flumen includerent, vel in vicino ha-  
berent, summa cura proficiebatur. Joan. Asser Episcopus  
Styrebunensis in vita Ælfredi Britannorum Regis. Anno Do-  
minica incarnationis octingentesimo octuagesimo sexto, saepe me-  
moratus paganorum Normannorum sive Danorum exercitus iterum  
in occidentalem Francorum regionem venit, naves suas dirigens  
in flumen quod Signe dicitur (puto eo seculo Sequana sic appel-  
latur, ut & hodie la Seine) rursus contra longè navigans Parisiam  
civitatem adiit, & ibi hyemavit, & castrametatus est intra par-  
tem fluminis prope ad portum, ut transitum pontis civibus pro-  
hiberet. Porta hac est Parisiensis, ut nominis etiam reliquæ  
ostendunt. Brito lib. 1. Philippidos:

*Et jam Sequanico surgebat litore cunctis  
Urbibus urbs speciosa magis.*

Servius Honorat. ad v. 274. lib. 2. Georgic. *metari rectissime  
interpretatur eligere.* Sic & Q. Horatius lib. 2. sat. 2. ad finem,  
*metam pecori agellum dixit,* hoc est, electum. Guilielmus A-  
pulienfis Rer. in Italia ac tegno Neapolitano Normanicar. l. 1.

*Hac ratione loco metantur castra decenti,  
Qui lymphis, herbis, simul arboribusque redundans,  
Omne ministrabat, populo quod habere necesse est.*

Quod si flumen in contiguo non esset, tunc excavabant terram,  
ut scaturirent fontes. Idem Apulienfis lib. 3. pag. 28.

*Munia castrorum fecit robusta parari,  
Tuta quibus contra Siculos sua turba maneret,  
Addidit & puteos, alimentaque commoda castris.*

Ita passim poetæ. Stat. Papin. lib. 6. Thebaid. v. 675.

*sed æternis Alpheon utramque solebat  
Metari ripis.*

Iterumque cultissime lib. 5. sylva 2. non multum à principio.

*Ille quoque egregiis multum miratus in armis  
Bolannum, atque illi curarum asperissima suctus  
Credere: partiri que metus, quod tempus amicum  
Fraudibus, extorto quenam bona tempora bello,  
Quæ suspecta fides, aut quæ fuga vera ferocis  
Armenii: Bolannus iter prænosse timendum,  
Bolannus tutis juga querere commoda castris,  
Metari Bolannus agros, aperire malignas  
Tot vepum memorumque moras, tantamque verendi  
Mentem implere ducis.*

D. Aufon. Eidyllio 10. in Mosella, statim in ipso limine:

*Prætereo arentem siccis undique terris  
Dummissum, rigasque perenni fonte Tabernas,  
Arvaque Sannonatum nuper metata colonis.*

Sidon. Apollinar. carm. 2. v. 274.

*Contrahis, aggredieris, superas, includis, & ut te  
Metato spatio castrorum Strætica vidit,  
Obsidione premis.*

M. Lucanus lib. 1. Pharsaliæ v. 382. Lambert. Hortensius ibi:

*Signa super Thesi si ponere Tibridis undam,  
Hesperios audax veniam metator in agros.*

P. Virgil. loco paulo ante superius citato:

*Ut saepe ingenti bello cum longa cohortes  
Explicit legio, & campo stetit agmen aperto,  
Directæque acies, ac late fluctuat omnis  
Ære venienti tellus, necdum horrida miscene  
Prælia, sed dubiis mediis Mars errat in armis,  
Omnia sunt paribus spatiis dimensa viarum*

Formam vero castrorum Romanorum varie discussit Julius  
Barbaranus Offic. Promptuar. Tom. 1. pag. 51. quæ debent  
hic dici de excubiis vigiliisque, repetantur ex lib. 1. hujus ope-  
ris cap. 8. *De machinis bellicis* est adendum I. Lipsius in Polior-  
ceticis. *De evocatione deorum in oppugnationibus urbium* pleraque  
communia, & vide P. Gregorium Tholofatem lib. 17. Syn-  
tagmat. Jur. univer. cap. 5. *De sacrorum translatione* dixi lib.  
3. superius cap. ult. *De animadversione in hostes, in milites  
delinquentes, castrisque disciplina*, multa eruditissimus Pe-  
trus Faber Sanjorianus libro primo Semestrium. *De colonis  
deducendis, municipiis, eorumque præfatis & decurionibus*  
Vellejus Paterculius ad finem lib. 1. Andr. Tiraquell. ad A-  
lexand. Neapolitan. lib. 4. c. 10. *De præmiis militaribus* Jul.  
Bulengerus libello docto super ea re. *De coronis* Carolus Pa-  
schalius legatus Regis Christianissimi ad Helvetios eleganter  
decem libris editis disternit. Quibus omnibus multa quæ  
adderem mihi ad manum, multa è scriiniis eruenda, si aut  
typographus, aut suscepti muneris ratio pateret, quæ ut  
spero, alibi feliciter, nunc ad alia pergo. Denique milites  
necessarios in republica, Julius Barbaran. offic. Promptuar.  
Rer. Electar. Tom. 1. pag. 21.

AD CAP. XXIX. PARALIPOMENA.

*De triumpho, vocato Senatu, numero hostium occi-  
sum, literis, fascibus, armis laureatis, causa trium-  
phali, ornamenta triumphantium, corona aurea,  
laurea, in sinum Fovis deposita, curvus eburneus,  
equi albi, pueri comites, toga picta, palmata tuni-  
ca, sceptrum, pompa, quæ devictarum regionum  
pictura prælata, ære, argento, ligno, auro, &  
quæcumque in illis rava, manducus, Petreja: du-  
ces hostium catenati, catena è ferro, è pilis, ex ar-  
gento, ex auro, tonsi, parechasis de tonsoribus,  
necati in carcere hostium duces, de carceribus qua-  
dam, sacrificium triumphale, & epulum.*

**T**Riumpus, sive ut in nummis, *trumpus*, ut notat Ange-  
lus Politianus Miscellaneor. cap. 19. & in Adolphi Oco-  
nis numismatis apparet frequentissime, summus erat honor,  
& pene divinita i conferendus. (quantum nihil aliud quam  
laudem ambirent victores, ut ostendit Guilielmus Bellendenus  
vir summæ eruditionis, limatissimeque judicii, magister libel-  
lorum supplicum Jacobi Augusti Britanniarum Monarchæ, in  
Principe Ciceronis & Senatore cap. 19.) quo magis mirum tam  
fuisse frequentem, si quidem ab Urbe condita usque ad Vespasi-  
ani & Titi Augg. de superatis Judæis victoriam, *vigesies &  
trecenties triumphatum*, quod inter neotericos observat Alexander  
Neapolitan. l. 6. Genial. diæ. cap. 6. inter veteres scriptores  
Paul. Orof. lib. 7. cap. 9. *Vespasianus & Titus Imperatores  
magnificè agentes de Judæis triumphum, Urbem ingressi sunt.  
Pulchrum & ignotum antea cunctis mortalibus inter trecentos  
viginti triumphos, qui à conditione Urbis, usque ad id tempus  
acti erant, hoc spectaculum fuit.* Eademque verba penitus  
repetit Paulus Diaconus in Additamentis Historiæ Eutropianæ  
lib. 9. pag. 245. Quod autem superius ex Politiano allatum est,  
in numismatis sine aspiratione *triumphum* scribi solere,  
adde & per f. interdum exaratum, id è vetusto lapide con-  
firmari potest, in ædibus Capitanicorum:

FL. EUGENIO. V. C. EX. PRÆFECTO. PRÆTORIO. CONSULI. ORDINARIO. DESIGNATO. MAGISTRO. OFFICIORUM. OMNIUM. COMITIDOMESTICO. ORDINIS. PRIMI. OMNIBUSQUE. PALATINIS. DIGNITATIBUS. FUNCTO. OB EGREGIA. EIUS. IN REPUBLICA. MERITA. HUIC. DD. NN. CONSTANTINUS. VICTOR. AC. TRIUMFATOR. SEMPER. AUGUSTUS. ET. IULIANUS. NOBILISSIMUS. CÆSAR. STATUAM. SUB. AURO. IN. FORO. DIVI. TRAIANI. QUAM. ANTE. SUB. DIVO. CONSTATANTE. VITÆ. ET. FIDELISSIMÆ. DEVOTIONIS. GRATIA. MERUIT. APPROBANTE. AMPLISSIMO. SENATU. SUMPTU. PUBLICO. LOCO. SUO. RESTITUENDAM. CENSUERUNT.

Vulgarem tamen receptamque utriusque linguæ consuetudinem confirmant quædam aliorum lapidum fragmenta, vide supra l. 5. c. 36. pag. 420. adde aliud, cuius hæc sunt verba:

L. CÆCILII. S. L. F.

METELLUS.

PONTIFEX. MAX. CONS. II. DICTATOR. MAG. EQ. XV. VIR. AGRIS. DANDIS. QUI. PRIMUS. ELEPHANTOS. PRIMO. PUNICO. BELLO. DUXIT. IN. TRIUMPHO. PRIMARIUS. BELLATOR. OPTIMUS. ORATOR. FORTISSIMUS. IMPERATOR. AUSPICIO. SUO. MAXIMAS. RES. GESSIT. MAXIMO. USUS. HONORES. SUMMA. SAPIENTIA. MAXIMUS. SENATOR. PARTAM. EX. ÆQUO. PECUNIAM. MAGNAM. SINGULIS. LIBERIS. RELIQUIT. CLARISSIMUS. IN. CIVITATE. FUIT. TRIBUTUM. EI. UT. QUOTIES. IN. SENATUM. IRET. CURRU. VEHERETUR. AD. CURIAM. QUOD. A. CONDITO. ÆVO. NULLI. ALII. CONTIGIT.

Visitur & alter Romæ lapis, in monte Quirinali:

P. DECIUS. DECII. F. PRIMO. COS. DE. SANNITIBUS. TRIUMPHANS. SPOLIA. EX. EIS. CERERI. CONSECRAVIT. ITERUM. E. T. TERTIO. CONSUL.

Licet non sim ignarus, nullam Antiquitatis partem plures sortitam scriptores, & novissime Julius Bulengerus, erudite quicquid dici in universum possit, in unum corpus congefferit; tamen obiter quædam mihi hoc loco dicenda. Hædor. Hispalensis lib. 18. Etymologiar. cap. 2. Trophæum dictum ἀπὸ τῆς τροπῆς, id est, conversione hostis & fugæ, nam ab eo quod hostem quis fugasset, merebatur trophæum, quod occidisset, triumphum, qui dicitur ἀπὸ τῆς τροπῆς, id est, ab exultatione; plena enim victoriæ triumphus debetur, semiplena trophæum, quia nondum plenam est consecutus victoriam; non enim obtinuit, sed fugavit exercitum; Tranquillus autem triumphum Latine potius appellatum dicit, quod is qui triumphans Urbem ingrederetur, tripartito iudicio honoraretur. Nam primum de triumpho duci concedendo exercitum iudicare solitum erat, secundo Senatam, tertio populum. Quæ quidem Tranquilli verba hodie penitus perierunt, argumento liquido, non omnia luculentæ auctoris scripta ad nos integra devenisse, obiter aliqua huc spectantia reperies in M. Tullio Orat. in Ant. Philipp. 14. in limine. *Is demum est, mea quidem sententia, iustus triumphus ac verus, cum bene de republica meritis testimonium à consensu civitatis datur: nam sive in communi gaudio populi Romani uni gratulabantur, magnam iudicium: sive uni gratias agebant, eo majus: sive utrumque, nihil magnificentius excogitari potest: ἀπὸ τῶν θυμῶν à feris, deducit Hefychius, & post eum Suidas, quas Bacchum volunt junxisse, ut triumpharet. Atque is quidem honor cum maximus esset, qui à mortali optari posset, miror quosdam oblatum sibi rejectisse. Val. Maxim. lib. 2. cap. 8. tit. 3. Cn. Fulvius Flaccus tam expetendum aliis honorem triumphi, decretum sibi à Senatu ob res bene gestas spernit ac repudiavit. M. Fabius, amisso in bello fra-*

tre, triumphare voluit, ut narrat Paul. Orosius lib. 2. cap. 7. T. Liv. 1. Decad. lib. 2. Dionys. Halicarnass. lib. 9. pag. 570. Tiberius magna civitate clade Variana, C. Sueton. c. 17. C. Marius etiam vidit Tentonibus, triumphare recusavit, quod ingrumentum Clabri. L. Florus Epitomastes ad lib. 68. & Plutarch. in Mario. Cumque Romanitantum, aut certe, ut minimum, Itali triumphandi jus haberent, M. Perperna, homo Græcus de Aristonico duxit triumphales currus, ut est relatum ab eodem Paulo Orosio lib. 5. cap. 10. Justino historico lib. 36. in fine, Valerio Maximo lib. 3. cap. 4. Eutropio lib. 4. cap. 3. Cornelius Balbus Gaditanus de Garamantibus solus inter ceteros triumphavit, ut verbis utar Julii Solini Polyhist. cap. 42. C. Plinii lib. 5. cap. 5. & rursus lib. 7. cap. 43. Illud pene supra fidem, Ventidiam Bassum Picentem, genere & loco humiliter, triumphante Pompejo Strabone ante curvum sinu matris velum, sordide vultum quævisse, invenisseque comparandis mulis & vehiculis, sic cum Cesare in Gallias profectum, & post consulum & pontificum adeptus, de Parthiis triumphavit. Suetonius apud A. Gellium libro 15. c. 4. Dionem Coecilianum consulē. 48. pag. 362. & eodem libro pag. 381. Et lib. 49. pag. 403. Plutarch. in Antonio. vet. Scholiast. Juvenalis ad lat. 7. v. 199. *Ventidius ex munitione Cesaris Diſtatoris fuit, ut Tullius in epistolis (ad familiares lib. 11. epist. 10.) & in Philippicis loquitur, opinante Antonio Augusto; usque coprovinci, ut ei crederetur Parthicum bellum. Corrige locum & rescribe, ex mulone Cesaris, ex verbis Gellii nuper time allatis clarissimum: deinde, opinante Antonio & Augusto; neque enim unquam Antonius Augusti cognomen sumpsit, licet Imperatoris sæpe affectasset, unde vox illa pſittaci salutatix lib. 2. Saturnal. cap. 4. apud Macrobiū, hæc, videtur, Imperator, Antoni. Ita poeta incertus:*

Concurrere omnes augures, aruspices,  
Portentum inusitatum constat est recens;  
Nam mulos qui fricabat, Consul factus est.

D. Juvenal. loco jam laudato.

*Ventidius quid enim, quid Tullius? anne aliud quam Sidus, & oculis miranda potentia fati?*

*Servis regna dabunt, captivis fata triumphum.*

Cornel. Gallus in elegiarum reliquiis nuper editis.

*Pingit & Euphratis currentes mollius undas,  
Viresque aquilas sub duce Ventidio.*

Sed quis Romæ primum egerit triumphum, incertum. sunt qui ad Tarquinium Priscum referant, inter quos Fl. Eutropius lib. 1. L. Florus lib. 1. hist. Rom. c. 5. alii probabilius eundem Urbis patentem, & triumphum inventorem Romulum faciunt. Dionys. Halicarnass. lib. 2. pag. 102. ταυτα δὲ τῆς πομπῆς αὐτῆς πομπῆτος, ἰσθμια μετ' ἡμισυμῶν ἀλεργῆ, δδφιν δὲ κατισμῶν τὰς κίμας, καὶ ἴνα τὸ βασιλλιοῦ ἀξίωμα οὐδὲ, τὸ εὐπωρο παραμῆκῶν. Ipse pompam (triumphi de Cæminibus & Antennatibus) ultimus claudēbat, indutus purpura, & coronatus laurea, atque ut regiam majestatem tueretur, quadrigis invehēns. Vide reliqua quæ sequuntur; iam totam solennitatem, qualem legimus florente republica, exinde persequitur, ad stipulatur Sextus Propertius lib. 4. eleg. 1.

*Quatuor hinc albos Romulus egit equos.*

Non me latet, alios duces diu ante Romanos triumphasse: exemplo sunt Cyrus, referente Cedreno pag. 114. & multa à Persis translata Romam, Ptolemæus Philadelphus, Atheo. lib. 5. Xerxes, Herodot. lib. 7. Carthaginenses, Polyb. lib. 3. nec ad fabulas revolvor, quæ Bacchum primum omnium triumphum de Indis separatim duxisse volunt, ut ex Plinio lib. 8. cap. 2. Diodoro Siculo lib. 4. pag. 147. Nonno pag. 143. docuit Bulengerus cum comētar. de triumpho cap. 5.

Ovid. lib. 1. Amor. eleg. 2.

*Domita Bacchus Gangetide terra.*

Stat. lib. 4. Thebaid. v. 386.

*Aur tumidum Gangem, aut claustra novissima rabra  
Tethyos, Eoasque domos flagrante triumpho  
Perfuris.*

Martial. lib. 8. epigr. 28. Virgil. lib. 6. Æneid. v. 806. Sil. Ital. lib. 17.

*Qualis odoratis descendens Liber ab Indis*

Egit

*Egit pampineos frantata tigride currus.*  
 Convocato in eadem aliquam senatu, litera ab Imperatore, & victore exercitus missa, legebantur. de templo Sueton. in Augusto cap. 29. *Adem Martii, bello Philippensi pro ultione paterna suscepto, vocatur. Samsit ergo, ut de bellis triumphisque hic confuleretur senatus.* Martis hujus ultoris præter Ovidium, Plinium, Dionem, & nummos memoratos à Lævino Torrentio, meminerit Riccobaldus Ferrarensis, Opusculo de dignitate Italia præ aliis regionibus, Beneventus de Rambaldis in libro Augustali, & aliorum Imperatorum in nummis idem spectatur, ut in *Caracalle Antonini*, MARTI. ULTORI. *Mars Gradius.* Adolphus Occo Imperator. Rom. num. in p. 568. al. 368. & in *L. Septimii Getæ.* MARTI. ULTORI. *Mars Gradius cum trophæo.* Idem pag. 390. Et in *Aurelii Severi Alexandri* MARS. ULTOR. *Mars Gradius, dextra hastam, sinistra scutum tenens,* idem pag. 417. in *Claudii Gothici*, MARS. ULTOR. *Mars Gradius, dextra hastam, sinistra spolia super humeros.* Idem pag. 491. In hoc ritu semper observatum, ut extra Urbem haberetur senatus, ne milites Urbem arnati ingrederentur. L. Seneca lib. 5. de Benef. c. 15. in fine: *Qui ne triumphaturi quidem intrare Urbem injussu senatus deberetis, quibusque exercitum victorem reducentibus curia extra muros præberetur.* Certe in *campis Flaminiis*, aut in *campo Martio*, ut in triumpho L. Valerii & M. Horatii liquet, ex T. Livio videre est lib. 3. Decad. 1. eo referri potest acris illa in senatu contentio apud Silium Italicum lib. 11. Punicor.

*Concordi fremitu venientum effunditur asper  
 Toto è concilio clamor, cum quisque fatigat  
 Incepitans, vocumque tremis certamine templum.*  
 Et paucis deinde interjectis:  
*Romuleis durastis, ait succedere muris?  
 Ad quos non ausi Carthago, atque Hannibal arma  
 Post Cannas afferre suas?*

In senatu hic recitabantur literæ, rerum felicium gestarum indices. Nam *quinque hostium milia oportebat cecidisse.* Valer. Maxim. lib. 2. cap. 8. aut *sex milia*, A. Gell. lib. 5. cap. 6. hoc est, quod literis nuntiare fortunam belli dixit L. Florus lib. 2. cap. 12. Vide paulo infra, illaque lauri obvolvebantur. C. Plin. lib. 15. c. ult. *Laurus præcipue victoriæ, lætitiarumque nuntia, additur literis.* Julius Capitolin. in Maximino; *Statim Romanam laureatas literas misit, quæ ingentem in Urbe lætitiâ fecerunt.* Idemque in Gordiano repetit. Earum figuram expressit in aenea tabula Wolfgangus Lazius, præfixitque Commentariis suis reip. Rom. Pleniusque rursus significantissime l. 35. c. 18. *Laureatis fascibus remitti illo, uade cretatis pedibus advenissent.* M. Tullius sapientissime, lib. 1. de Divinat. ubi de C. Mario, l. 8. ad Atticum. epist. 9. *Age jam hos compedes, fascès, inquam, hos laureatos, hæc ex Italia ferre, quam molissimum est.* Idem Philipp. 2. *Vehebatur in effudo tribuans plebis, liçores laureati antecedeabant.* C. Tacit. lib. 13. Annal. *Nero ob res à Quadrato & Corbulo prospere gestas, laurus fascibus Imperatoris addi jussit.* Et l. 3. Historiar. *Ipse lauream prospere rei gestæ ad fratrem misit.* Xiphilin. pag. 169. C. Jul. Cesar lib. 3. de bello civili. *Sed neque literis quas scribere solitus est, neque fascibus Imperatoris, insignia lauri prætulit.* Copiose narrat ritum solennem Plutarchus in Luculli vita. Autel. Cassiodor. l. 9. epist. 23. *Ut juvenis quoque, quæ suget meritis, trabæ resplescat triumphali, hunc honorem Deciorum familia non miratur, quia eorum plena sunt atria fascibus laureatis.* Est & hoc sensu accipiendus Herodianus, cujus l. 7. hæc verba sunt Politiano interprete: *Sequebatur ipsum principalis pompa omni, militisque quicumque aderant, junioresque urbani, proceræ statuta ad eorum similitudinem, qui Romæ Imperatorem comitantur, virgæ etiam laureatæ, quo insigni principes à privatis dignoscuntur.* Statuæ quinetiam victoribus decetæ cingebantur lauru. Cic. Orat. pro Mutana; *Qui imaginem parentis sui laureatam sua gratulatione respexit.* C. Tacit. lib. 4. Annal. *Jamque tres laureatæ in Urbe statue, & adhuc rapta ab Africâ Tacfarinas.* Et lib. 1. hist. *Populus cum lauro & strobis Gabæ imagines circum templa tulit.*

Ad fascès revertor. C. Jul. Obsèques lib. de Prodig. c. 122. *Cum in agro Pistoriensis Castellanam devivisset, laureatos fascès in*

*provinciam tulit.* T. Livius 1. Decad. lib. 5. *Literæ à Posthumio laureatæ sequuntur victoriam populi Romani.* Idem 5. Decad. l. 5. in limine, de Licinio Consule. *Tabellarius, qui se ventro ex Macedonia diceret, laureatas literas attulisse dicitur.* Illæ ipsæ *tabula laureatæ* vocantur ab Ælio Lampridio in Alexandro. Sic enim ille; *Alæ sunt res feliciter, in Mauritania Tingitana, per Frnrium Celsum, atque ex omnibus locis ei laureatæ tabellæ sunt delatæ.* Ammian. Marcel. l. 16. ad finem: *Et si eo agente tunc in Italia, dux quidam egisset fortiter contra Persas, nulla ejus mentione per textum longissimum facta, laureatas literas ad provinciarum signa mittebat, se inter primores versatum cum odiosa sui jactatione significans; nuntii à Ponto venientes jaculorum cuspides lauru testas habebant, de nece Mithridatis certa referentes.* Ut pene Plutarch. in Pompejo. Sic itaque & literæ, & atria lauru decorantur, in re lætioris successu. adde & *navis laureatæ* mentionem fieri à Plutarcho eodem in Lucullo, sic loco laudato C. Plinius significantissime, additur *laurus literis & militum lanceis pilisque.* Fascèsque *imperatorum decorat.* Joan. Brodaus l. 1. Miscellaneor. c. 33. Alexand. ab Alexandro l. 1. c. 27. & omniscius Tiraquellus ibidem quadam more suo, Anton. Delrio ad L. Sen. transcripsit, atque ita intelligendi poeta. M. Martial. lib. 7. epigr. 5.

*Sed jam lætitiâ quo sit fiducia major,  
 Sarmaticæ laurus nuntius ipse veni.*

Lib. 10. epigr. 10.  
*Cum in laurigeris annum qui fascibus intras,  
 Mane saluator limina mille teras.*

Stat. lib. 5. syl. 1.  
*Omnia nam lætas pila attollentia frondes.  
 Lucanus, seu Ovidius, seu, quod magis puto, incertus auctor  
 poematis ad Pisonem.*

*Laurea sacundis cesserunt arma togatis.  
 L. Sen. Agamemnone act. 2. in fine.*  
*Namque hasta summo lauream ferro gerit;  
 A. Perthus latyra 6.*

*missa est à Cesare laurus  
 Insignem ob cladem Germanæ pubis.*

Lib. 1. Amor. eleg. 11. in fine.  
*Non ego vitricæ laurus redinære tabellas;  
 Nec Veneris media poære in æde morer.  
 Subscribam; Veneri fidas sibi Nasa tabellas  
 Dedicat.*

Sidon. Apoll. carm. 2.  
*Atque suas ad signa jubet revirescere laurus.  
 Martial. lib. 7. epigr. 5.*

*Publica vitricæ festantur gaudia chartæ:  
 Martia laurigeræ cuspidè tela virent.*

Claudianus variis in locis: aliqua ascribam; lib. de bel. Gildonico in principio:

*Congressum, profugum, captum, vox nuntiat una,  
 Rumoremque sui prævenit laurea belli.*

De 4. Honorii Consulatu in limine.  
*Nec te laurigeras pudeat, Gradive, securæ  
 Pacatæ gestare manu.*

De 6. ejusdem Consulatu in fine.  
*Et sextas Geticæ prævelans fronde securæ;  
 Colla triumphati proculcet Honorius Istri.*

Adversa pennis epistolæ additis, sicut prospera aurestramis significabantur, & nuntiabantur: vet. Schol. Juven. ad v. 149. lat. 4. *Antea si quid nuntiabant Consules in urbe: per epistolas nuntiabant: si victoriæ nuntiabantur, laurus in epistola. . . . fiebatur, (legi malim fiebatur) si autem aliquid adversi, penna fiebatur.* Idem mendum eadem opera tollendum. Cælius Rhodiginus ad celeritatem refert lib. 11. cap. 20. Nam alius & citius in animum descendunt adversa, quam felicia, acriusque ac vehementius torquent.

Ad illum ritum ipse Juvenalis alludit loco jam proxime laudato.

*Tanquam de Cattis aliquid, torvisque Sicambri:  
 Disturus, tanquam diversis paribus orbis  
 Anxia præcipiti venisses epistola penna.*

D. Fortunatus Pictorum Episcopus Elegia de morte Gelesuintæ Regina.

*Marmorisque gravis tam cito penna venit.*

Statius Papinius loco proxime superius à me indicato.

*Multaque fumosa signatur lancea penna.*

Ufus harum epistolatum inde præsertim defluxit, quod Imperator victor ante decretum senatus Urbem ingredi non posset. M. Cic. lib. 8. epist. 6. *Neque enim stulte Appius, qui simul atque Dolabella accessit ad tribunal, introierat in Urbem, triumphique postulationem abiecerat.* Liv. 3. Decad. lib. 6. *Fulvio, ne minueretur imperium, si in Urbem venisset, decrevit senatus.*

Quin & ab historico veracissimo Dione Cocceiano consignatum l. 53. *Angustio perpetuum proconsulare imperium datum, ne in Urbe quidem minueretur.* Iterum Cicero lib. 7. ad Attic. epist. 1. epist. 7. *Pari ratione Ulpianus IC l. ult. ff. de offic. procol. Poriam Romæ ingressus proconsul deponit imperium.* Ubi diligenter adnotandum est, antequam decerneretur triumphus, iurejurando obstrictos centuriones, vera esse quæ per literas senatus nuntiarentur, neque ementium oculorum numerum, neque cladem exercitus Romani celatam, certe ob id laxata, quæ non dubius indicia, qui aut hostium casorum numerum auferant, aut civium celarent. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 8. anno Urbis condita 619. accidit.

Neque aliunde causæ civilium armorum inter Cæsarem & Pompejum, quam quod dimittere exercitum noluit Cæsar, ut privatus in Urbem veniens, de more peteret triumphum, quem aliter impetrare erat nefas, ut loquuntur historici. Ipse Cæsar l. 1. Civil. Sueton. in eo c. 18. Appian. bell. civil. lib. 2. in limine, Plutarchus in Cæsare, in Catone, & in Pompejo. Tum causa agebatur, adstantibus tribunis, qui eam commendabant patrono alicui, gravi, & magnæ auctoritatis. Ita Germanicus oravit causas etiam triumphales, ut habet C. Sueton. in Caligul. cap. 3. *Erudite & doctè Iliacus Casaubonus observat in nonnullis editionibus fuisse, oravit etiam causas triumphales, ut fit sensus, Germanicum post actum triumphum, patrociniâ præstitisse, & de his triumphatorum patrociniis præstitis intelligendus T. Livius 4. Decad. lib. 1. in fine. C. Anrelius Costum ex provincia comitorum causa venisset, questus est L. Furio quæstori ita triumphum decrevisse senatum, ut nullius, nisi ejus, qui triumphaturus esset, haud eorum, qui bello interfuissent, verba audiret, majores ideo insinuisse, ut legati. tribuni militum, centuriones, milites denique triumpho adessent.* Eiusdem Decadis lib. 7. ubi M. Acilius de Antiocho & Ætolis triumphat. Decreto triumpho, actaque causa, & SC. edito, dies assignabatur, quo cum exercitu adesse debebat Imperator. notavit Hadrianus Turnebus l. 30. Adversar. c. 25. *Idem ille Livius 1. Decad. 10. Ne plus in triumpho certaminum, quam in bello haberet, præstitit triumphalem diem.* Quo die senatus obviam progressus, porta triumphali in Urbem immittit exercitum usque in Capitolium comitabatur, ut victoriam bello partam, legibus & statutis civilibus retineat docerent. Sed totum hunc de triumpho sermonem in quatuor præcipua capita distribuam, in ornamentum, pompam, sacrificium, cenam. De quibus sigillatim agendum. Ac primum.

Ornamenta ea sunt triumphalia, quibus splendor apparatusque conciliabatur, & dignitas quadam regia oculis pertulitura. Dionysius Halicarnass. lib. 8. pag. 537. In ornamentis recenseri solent, corona, currus, equi, toga, scepterum. Coronæ quidem militares in multiplici discrimine. Nam aut triumphalis, aut obsidionalis, aut civica, aut muralis, aut castrensis, aut navalis, aut ovalis, aut oleaginea. De septem posterioribus A. Gell. lib. 5. Noct. Attic. cap. 6. & è neotericis, delineavit Wolfgangus Lazius lib. 9. Comment. Reip. Roman. cap. 18. absolvit complectique eruditione multiplici Carolus Paschalius. adumbrat elegantissime Claudianus in Consulatu Olybrii & Probrini.

*Sæpe duces meritis bello tribuere coronas,*

*Hinc claudit muralis honos, hinc civica quercus*

*Nexuit, hæc domitis ambit rostrata carinis.*

De triumphali hic pauca perscrutanda, cujus materia initio laurus erat, cujus consuetudinis rationes repetit ex Plinio l. 15.

cap. ult. ex Nasserio antiquo scriptore, quod suffimentum cadis hostium sit & purgatio.

D. Juvenal. lat. 2. v. 158. de lustratione;

*& si foret humida laurus.*

Alia ratio apud Hieronymum Cardanum de rerum varietate lib. 14. cap. 73. *Laurus possessionem pacificam quod ea coronari solerent triumphantes, ideo etiam gloriam partem victorie significat.* Vide Artemidorum libro 1. Oneirocrit. capite 79. In initio igitur laurus, inquam, tantum materia erat ut passim poetæ, (omitto Suetonium in Tiberio, cap. 17.) Martial. lib. 8. epigr. ult.

*Non quercus te sola decet, non laurea Phabi:*

*Fuit at ex hedera civica nostra tibi.*

P. Ovid. lib. 2. Amor. eleg. 12.

*Ite triumphales circum mea tempora lauri.*

Virgil. Ecloga 8.

*atque hanc sine tempora circum*

*Inter vitrices hedera tibi serpere lauros.*

A quo mutuatus est Alb. Tibullus, lib. 1. eleg. 7. ne plures advocare sit necesse.

*At te vitrices laurus Messala gerentem.*

Fest. Avien. in ora maritima.

*Ducit lamigeros post Indica bella triumphos,*

*Erigit & geminas telluris sine columnas.*

Martial. lib. 3. epigr. 75.

*Laurigeros ageres cum lata triumphos.*

Quo magis admiror, unicum Isidorum à vulgari sententia dissentire, & tot scriptoribus reludari, cujus hæc sunt l. 18. c. 2. *Qui consilium vicisset, palma aurea coronabatur, quia palma stimulos habet, qui sine consilio proficisset, lauru, quia spinis caret.*

Mutata procedentibus seculis materies, & pro lauro, aurum substitutum. Fest. Pomp. l. 18. aut verius ejus Epitomaest Paulus: *Triumphales coronæ sunt, quæ Imperatori victori aureæ præferuntur, quæ temporibus antiquis propter paupertatem laureæ fuerunt.* Servius Maurus ad v. 72 l. 1. 8. *Æneid. Aurum coronarium dicit, quod triumphantibus hodieque à vicis gentibus datur.* Imperatores autem hoc imponebant, propter concessam vitam. *Ido ergo dicit dona, si hoc non esset spolia diceret.* C. Tacit. l. 15. *Annal. coronarii hujus auri meminit; Inque campædam etiam dii cessere, spoliatis in Urbe templis, ego stoque auro, quod triumphis, quod votis, omnis populi Romani ætas prospere; aut in metu sacra verat.* Titulus est in Codice Theododiano de aur. coron. l. 12. tit. 13. *cujus verba paulo inferius adduceatur.* Vell. Patercul. l. 2. *triumphantis aurea corona cingitur.* Et est restipitum Gratiani & Valentiniiani l. un. C. de auro coronariol. 10. *Ælius Spart. in Antonino Pio; Aurum coronarium, quod adoptionis sue causa oblatum fuerat, Italici totum provincialibus medium reddidit.*

Non ergo tantum in victoribus aut superatis hostibus auri coronarii conferendi invaluit consuetudo, sed in quacumque pompa, aut magnificentia, de adoptione, de ludicris spectaculis. C. Sueton. in Nerone c. 32. *Revocavit & præmia coronarum, quæ unquam sibi in certaminibus civitates detulissent.* Quem locum expendunt doctus Lavinus Torrentius, & diligens Marcellus Donatus Ponzanius Dilucidat. pag. 726. *Rurili Spartian. in Adriano: Aurum coronarium Italiae remisit, in provinciis minuit, & quidem difficultatibus præsumptuose, & diligenter exposuit.* Æl. Lamprid. in Alexandro Severo: *Aurum coronarium & negotiatorum Roma remisit.* T. Livius 4. Decad. libro 8. aureas coronas nominat, has ego in faciendas coronas collatum ab Asiaticis aurum intelligo. Sic itaque ille: *Ab Asia civitatibus ad Cn. Manlium legationes missas, non gratulatum modo, sed coronas etiam aureas pro suis quæque facultatibus deferentes.*

Neque vero una aut altera corona præferri solebat aurea, sed & pane infinitæ, pro opulenta provincia superata. idem Livius libro precedente, quinquaginta coronas aureas translatae scribit in triumpho Æmili Regilli, & triumphante L. Manlio Alcicino, centum viginti quatuor coronæ aureæ translatae. Eiusdem Decadis l. 10. *Amnian. Marcellin. l. 25. Liberalitatis ejus testimonia plurima sunt & verissima, inter quæ indicia sunt tributorum admodum lecta, coronarum indultum remissa debita multa*

*ditur.*

Inturnitate congesta, aequata fisci jurgia cumprivatis, velligalia restituta civitatibus cum fundis. Vide locum, nam insignis est, & quæ de Alexandro habentur, comparata cum Theone Sophista Chria 1. pag. 122. & J. Stobæo Sermone 214. de auro insuper hoc coronario Cicero Orat. in Pisonem: Mito aurum coronarium, quod lex & decernit & accipi vetat, nisi decreto triumpho, quod ad quemque pervenerit expreda, manibus, ex auro coronario. Ru fusque idem in Rullum: Aurum coronarium dabitur proconsulibus vel Imperatoribus ex provincia decedentibus ad decorandum triumphum. Theodosius & Valentin. lib. 17. C. de Judæis: Palatinis compellentibus, exigant ad eam formam, quam patriarcha quondam coronarii auri nomine postulabant. Multa Dio Coecjanus lib. 49. & definit eleganter Julianus Aug. lib. 1. C. Theod. de auro coron. Aurum coronarium munus est voluntatis, quod non solum senatoribus, sed ne aliis quidem debet indici, licet quædam in indictionum necessitas postulerit, sed nostro arbitrio reservari oportebit. lib. 2. C. eod. universi quos senatorii ordinis dignitas non inctur, ad auri coronarii præstationem vocentur, exceptis iis, quos lex præterita ab hac præstatione absolvit. lib. 5. ibid. ad collationem auri coronarii placuit neminem absque consuetudine esse cogendum.

Hæc quidem de exigendo, at quid placeat Imperatoribus, si illicite, & non secundum ritus receptos extorqueatur, lex ultima C. eod. loquitur; Aurum coronarium his reddi restituitque decernimus, quibus illicite videtur ablatum. Doctissimus Jacobus Cujacius ad lib. 10. Cod. Justinianei tit. 74. in valla-ribus coronis vallum, in muralibus pinna, in aureis res gestæ inscriptæ fuerant. Tzetzes Chiliad. 1. 3. cap. 461. Sed ad aut-ream hanc coronam redeo.

Illa omnino duplex, inaurata una, altera aurea, & solida. Tertullianus à Josepho Scalligero laudatus; Triumphus laurea foliis struitur, hæc adumbratur lennificis, inauratur lamulis. lib. de Corona Milit. cap. 12. solida vero ob pondus & gravitatem non imponebatur capiti, sed sustinebatur ab aliquo a tergo. C. Plinii locus notissimus est lib. 33. cap. 1. Vulgusque sic triumphabant, & cum corona ex auro Helveta sustinebatur a tergo, annulus tamen in digito ferreus erat, æque triumphantis, ac servi fortasse coronam sustinentis, sic triumphavit de Jugurtha C. Marius. Sic in vulgatis editionibus, at in MS. aliter, æqua fortuna triumphantis & servi. Rectius indubie idem lib. 28. cap. 4. Ut sit exorata a tergo fortuna, gloria carnifex. Coel. Rhodig. lib. 3. Antiquar. lect. cap. 7. Tertullian. Apologet. cap. 33. Nisi homo sit, non est Imperator, hominem se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru admonetur; suggeritur enim ei a tergo, respice post te, hominem memento te. Suggestebatur hoc à carnifice, seu in sinistro, aut servo publico, non modo in ipsa triumphali pompa, ut Plinius hic, & nos alibi supra hoc opere exposuimus, sed & ipso convivio triumphali, ut habes apud P. Crinitum libro 24. honesta discipl. cap. 5. carnificem fuisse loquitur Joan. Zonaras in Camilli triumpho, tom. 3. Annal. & ex eo Onufrius Panvinius lib. 5. Fast. Hæd. lib. 18. Etymologiar. cap. 2. & præter hos allusit Arrianus Nicomedienfis lib. 3. dissertation. Epicteti c. 24. eadem pene habet quæ Tertullianus, pag. 386. D. Juvenal. sat. 10. v. 37.

— pilla Sarrana ferentem

Ex humeris aulæ togæ, magnæque coronæ

Tantum orbem, quanto cervix non sufficit ulla,

Quippe tenet sudans hanc publicus, & sibi Consul,

Ne placeat, curru ferens portare eodem.

Hæc corona in sinum Jovis deponebatur, aut templis seu ana-thema votivum suspendebatur: de posteriori ritu Hadrian. Turnebus libro 22. Adversarior. cap. 11. Julius Obsequens l. de Prodig. cap. 122. Laurum viltricem attulerit, quam in Capis-olio debuerat deponere.

Albinovanus in Consolatione ad Liviam:

Auctorisque sui præfertur imagine mæsta,

Quæ quondam templis debita laurus erat.

De priori consuetudine C. Plinius Nepos in paneg. Allata era ex Pannonia laurea, id agentibus diis, ut inveltis Imperatoris exortum victoria insigne decorarat, hanc Imperator Nerva in gremio Jovis collocarat. Avunculus lib. 1. 5. cap. ult. Laurus fascies Impe-

ratorum decorat, exhibe (male antea legebatur ex his) in gremio Jovis opt. max. deponitur, quoties Latium nova victoria attulit. Latin. Pacat. Drepan. in paneg. Theod. Depositis in gremio Capitolini Jovis laureis viri triumphales rusticabantur. L. Sen Consolat. ad Helviam cap. 10. Scilicet minus beate vivebat Dilector noster, qui Samnitum legatos audit, cum vilissimum cibum in fove ipse manu sua versaret, illa qua jam sæpe hostem percussisset, lan-reamque in Capitolini Jovis gremio deposuerat. Recto sane & salutari consilio diis, tanquam victoria auctoribus, speciosissimum triumphum pignus vocabant. C. Sueton. in Domit. cap. 6. De Sarmatis modo lauream Capitolino Jovi retulit. Et nescio cur crudelitissimus Isaacus Casaubonus neget idem esse triumphare ac laurum Jovi referre. At Suetonius, inquires, in Nerone c. 13. scribit, ob adventum Tiridatis in Urbem, Imperatorem salutatum Nerone, laurum in Capitolium lrtam. Subdit deinde magnus criticus; Nemo tamen sanus triumphasse eum propterea dixerit. Iustus ergo ipse Suetonius, qui ibidem loci ait, eum cumuli apud rostra sedisse, triumphantis habitus, ut itaque triumphus non fuerit, videri tamen triumphum volebat. Eo sensu constanter boni scriptores maximas victorias per lautum in Capitolium delatam expresserunt.

De Domitiano Mart. lib. 2. epigr. 2. clarissime.

Frater Idæoncos meruit cum patre triumpho,

Quæ datur ex Davis laurea, tota tua est.

De Germanico Cesare P. Ovid. lib. 4. de Tristib. eleg. 2.

Inde petes arcem, & delubra parentis votis.

Et dabitur merito laurea vota Jovi.

Vel ut in MS. meo, non minus recte, laurea vitta. Papiæ Stat. lib. 4. syl. 1.

— nondum gremio Jovis Indica laurus,

Nondum Arabes, Sereque rogant.

De Cn. Pompejo magno M. Lucanus libro 8. Pharfal.

— aut sacras possunt Capitolia laurus.

Ad Scipionem Virtus apud Silium Italicum libro 15. Punic.

Sed dabo... laurumque superbam

In gremio Jovis excitis deponere Penis.

In pari errore versatus vir doctissimus Stephanus Claverius, qui ad bellum Gildonicum Claudiani in principio, ibi, prævenit laurea, minus dixit laurum referre, quam triumphare, quum mihi quidem videatur poëta triumphum insignem designare, quippe fusa cum Gildone septuaginta armorum milita. Paul. Orof. lib. 7. cap. 36. & Paul. Diacon. in supplemento ad Eutropium libro 13. longe major numerus, quam legibus patriis præscriptum esset. Hinc Honorius ad suos, quos in eam expeditionem mittebat, eodem illo de bello Gildonico opusculo ad finem.

— iusto magnoque triumpho

Civiles abolete notas.

Et lib. 2. de laudib. Stilichonis.

Sperabam nullas trabes Gildone perempto

Nasci posse moras, etiam nunc ille repugnat,

Et tanto audent fasces præbere triumpho.

Nec modo Imperatores victores coronis ornati, sed & milites, equi, curruque ipsi, de militibus ex Livio & Appiano paulo infra expediam.

Claudian. ibidem loci.

Velati galæas lauru.

De equis Propert. lib. 3. eleg. 1.

— Coronatis Musa triumphat equis.

Ovid. lib. 4. Trist. eleg. 2.

Ante coronatos ire videbit equos.

Martial. lib. 7. epigr. 7.

Festa coronatus ludet convicia miles,

Inter laurigeros dum comes ibit equos.

De curribus coronatis Claud. de 3. Honorii Consul.

Velaretque pios communis laurea currus.

Iterum de laudib. Stilich. lib. 3.

— currumque secutus

Laurigerum, sese fremisset carmine miles.

M. Lucan. lib. 5,

Lauriferos nullo comitetur vultu currus.

F f f f f





tar. Fl. Vopisc. in illo, denique Nero, novo & portentofo exemplo, equas hermaphroditas conjunxit. C. Plin. libro 11. c. 49. Hæc quidem in Romano ritu. At insolentius multo Susacus Ægypti princeps, devictos bello à se Reges currui, cui insidebat, subjungebat. Joseph. lib. 8. Judaicar. Antiquitat. cap. 10. istum Sæusæpi, Seseftrem vocant alii, inter eos Ælianus lib. 12. var. histor. cap. 4. Diodor. lib. 2. Bibliothec. cap. 1. Plin. lib. 33. cap. 2. Henricus Samerius Luxemburg. in Chronico factio. J. Temporarius Chronologicar. Demonstrat. lib. 1. Valer. Flacc. lib. 5. Argonautic.

ut prima Seseftis

Inuleris Rex bella Getis.

M. Lucan. lib. 10. Pharsal. v. 273.

Venit ad occasum, mundique extrema Seseftis,

Qui Pharios Regnum cervicibus egit.

A tergo pone triumphantem canifex coronari, ut dixi, sustinebat, ante eundem in curru liberi vehebantur; ita interpretor Julium Capitolinum in Antonino Philofopho. Scatingue ei nomen Imperatoris, ac triumphiparticipationem, & Consulatum dedit. Et Verus Augustus nomina cum fratre communiavit die triumphi, quem pariter celebrarunt, ut ejusdem verbis utat in Verò. Commodus Imperator, Antero in curru post se locato triumphavit. Æl. Lamprid. in eo. Signantissime C. Tacit. libro 2. Annal. Augestati intuentium visus eximia ipsius species, eunusque quinque liberis onustus. Valer. Maxim. lib. 5. cap. 10. tit. 2. Emilinus Paulus nunc felicissimus, nunc miserissimi patris clarissima representatio, ex quatuor filiis, formæ insignis, egregie indolis, duos jure adoptionis in Corneliam Fabianam gentem translatos, sibi ipse denegavit, duos ei fortuna absulit, quorum alter triumphanti patris funere suo quartum ante diem precessit, alter triumphali curru conspectus, post diem tertium exspiravit. Paulus Diacon. 1. g. supplementi historia Eutropiana; Pithetrum & Igenotum antea candidis mortalibus id spectaculum fuit, patrem & filium uno triumphali curru vectos, gloriosissimam ab his, qui patrem & filium offuderant, victoriam reportasse. Claudian. de 3. Hon. Consul.

cum tu genitoris amico

Exceptus gremio, mediam veherere per Urbem,

Velaretque pios communis laurea currus.

Quis non Luciferum rufco cum sole videri

Crederet?

Et de 6. Honorii Consulatu:

Tunc tibi magnorum mercem fortuna laborum

Perfolvet Stilicho, curru cum velus eodem

Urbe triumphantem generum florentia juvenca

Conspicies.

Qui non in curru eodem cum triumphante vestabantur pueri, ad habenas equitabant, equosque triumphales conscendebant. Jul. Capitolin. in Antonino Philofopho: Mille puellas virgines ad habenas duxit. M. Cicero Orat. pro L. Murana. Cum sedere in equis triumphantium præextati potissimum filii soleant. C. Sueton. in Tibertio cap. 6. Alliaco triumpho currum Augusti comitatus est, suis iure funerali equo, cum Marcellus Octavie filius dexterior veheretur. Consulendus Lavinus Torrentius ad illum locum.

Sed quo tota res clarior evadat, & hunc ritum, & perofque alios lubet expressos audire ab Appiano Alexandrino in Libyis, ubi de Scipionis triumpho; Cujus verba ita Latine sonant: Servis readmitti omnes, præcinctibus tibus, currus spoliis onustos deducebant, ferebantur & lignæ turres, captarum urbium simulachra præferentes, imagines deinde, & scripturæ eorum quæ gessissent, aurum deinceps, & argentum, partim rudibus massis, partim notis, aut hujusmodi impressum signis, coronæ præterea, quas virtutis gratia Urbes, aut socii, aut exercitus dedissent: candidi subinde boves, & elephantii illos sequebantur: post hos, Carthaginenses, & Numidia principes bello capti: Imperatorem lictores præibant, purpureis amicti vestibus, tum citharædorum ac tibiarum turba ad Hetrusca similitudinem pompa: hi succintri, coronisque aureis redimiti, suo quique ordine canentes præallent esque prodibant; horum in medio, quispiam talaris veste, fimbriis atque armillis auro splendentibus amictus, gestus variis edebat, hostibusque divitiis in-

sultans visus undique ciebat; postea thuris & odorum copia Imperatorem circumflecterat, quem curru deaurato multifarumque notis resurgente candidi vehebant equi, auream capite gestantes coronam, lapillis ornata gemmisque: hic vestem succintri purpuream, patrio more aureis intextam sideribus; altera manu eburneum sceptrum, altera laurum præferbat: vehebantur & cum eo generi virginesque, & ad habenas hinc inde cognati juvenes: denum qui exercitus in turmas aciesque divisus currum sequebantur; milites vero lauru coronati, lauru manus serentes: quibus meritorum insignia adjuncta erant, qui primores hos quidem laudibus ferrent, hos salibus insectarentur, nonnullos infamia notarent. Atque hæc quidem, togis candidis, ut loquitur vetus Scholiastes Juvenalis ad versic. 45. sat. 10.

Hinc præcedentia longi

Agminis officia, & niveos ad frana Quirites.

M. Marcial. lib. 8. epigr. 64.

Hic lauru redimita comas, & candida cultu

Roma salutarit voce manique ducem.

Sic enim optime legitur, non autem, ut antea depravate, candida vultu. Ita & Titus Calphurnius Siculus ecloga 1. resituentus probabiliter.

Candida pax aderit, nec tantum candida vultu

Qualis sepe fuit

Referendum omnino est.

Nec tantum candida cultu.

Imitatus est Corippus Africanus lib. 2. num. 3.

Æquiparans humeris matrem, sic candida cultu,

Sic niveis formosæ genis.

Nullus alius auriga esse solebat, quam ipse triumphans. Clare Valer. Maxim. lib. 4. cap. 4. tit. 5. Quæ manus (Atilii Calatini) arantium tom nuper juga rexerant, triumphalis currus habenas retinuerunt. Denique Fascinus Imperatorum non tantum infantium custos, Deus inter sacra Romana à Vestalibus colitur, & curru triumphantium, sub his pendens descendit, medicus invidiæ, jubetque eosdem respicere. Qui locus multiplicitate varietate legitur, in aliquibus, jubetque eosdem recipere, in aliis cumulatius, jubetque eosdem invidiam recipere, denique quædam editiones præferunt, jubetque post se Deum respicere. Ita censuit vir eruditissimus Jac. Dalecampius. Qui de fascino plura cupis, lege Turnebum libro 9. Adversarior. cap. 28. Certe enim fascino vires quædam inesse credebant, ad magna quæque turbanda. Heliodor. 1. 3. Æthiopic. hanc vim vel oculis, vel verbis attribuebat, Plutarchus ὀφθαλμὸν βλάσκων, oculum fascinoem vocat. Quod & Alciphron, & Alexander Aphrodisæus prodiderunt: ita Poëta. Q. Catull. epigr. 7. oscula sua extra invidiam & fascinatorum posita loquitur.

Quæ nec pernumerare curiosi

Possint, nec mala fascino lingua.

Per linguam execratio intelligi debet, aut noxiæ in alicujus caput effusa preces. Gratius in Cynægetico.

Nam sic affectus, oculique venena maligni

Vicit tutela pax impetrata decorum.

Q. Horat. lib. 1. epist. 14.

Non illic obliquo oculo mea commoda quisquam

Limat, non odio obscuro, morsuque venenat.

Istud proprie invidiam appellabant.

Idem lib. 2. sat. 3.

Invidiam placare paras virtute relicta?

P. Virgil. ecloga 3.

Nescio quis teneros oculus mihi fascino agnos.

Et ibidem loci ab eodem scriptum.

Aut si ultra placitum landarit, baccare frontem

Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Sext. Propert. lib. 1. eleg. 12.

Invidiæ fuimus, num me Deus obruit? an que

Lectæ Prometheus dididit herba jugis?

Post currum inter ornamenta explicari debet vestis triumphantis, quæ & toga picta, & tunica palmata solet appellari. Eleganter D. Aufon. in Gratiar. Actione: Palmata vestis ut in pace Consul est, sic in victoria triumphantis est. Utramque purpurei esse coloris, & cocci probatissimi, infra patebit; sed an una eadem-

F f f f 2

quæ

que gestamina? controversum video: confundit Turnebus libro 5. cap. 9. fed tanquam diversa numerant L. Florus l. 1. capite 5. Verrius Flaccus apud Plinium libro 33. cap. 3. Erunt tamen mihi una eademque res trabea consularis, pieta, palmataque vestis, purpurea toga, quibus varia conuenere nomina, ob diuersas formas, ut docere possunt Grammatici. Fest. Pompejus l. 14. *Picta* quae nunc toga dicitur, purpurea antea uocata est, eaque erat sine pictura, eius rei argumentum est. . . . pictura in eade Vertumni & Cossi, quorum in altera M. Fuluius Flaccus, in altera C. Papius Cursor triumphantes ita picti sunt: tunica autem palmata à latitudine clauorum dicebatur, quae nunc à genere picturae appellatur. Ita promiscue audio scriptores: Vectium, referente Macrobio libro 1. Saturnal. c. 6. Tullus Hostilius Hosti filius, tertius Romanorum Rex, abellatis Hetrusis, sellam curulem litorefque & pictam, quae insignia magistratum Hetrusorum erant, trinitus ut Roma haberentur, instituit, clare institutio narratur: ritum expedit Fl. Vopiscus in Aureliano: *Cape pro rebus gestis, tunicam palmatam, sellam eburneam, nam te hodie Consulem designo, Jul. Capitolin. in Gordiano. Palmatam tunicam & togam pictam prius Romanorum privatus suam habuit. T. Livius l. Dec. l. 10. Cui deorum hominum indignum uideri debet, eis tris, quos vos sella curuli, toga picta, praetexta, tunica palmata, & toga insuper picta, & corona triumphali, laurea quoque honorastis, quorum domus spoliis hostium affixis, insignes inter alios feceritis, pontificalia insignia adiacere. Idem l. 10. Decad. 3. Massanissam priuatum Regem appellatum, eximisque ornatum laudibus aurea corona, aurea patera, sella curuli, & scipione eburneo, toga picta, & tunica palmata donat. C. Plin. lib. 8. c. 48. Trabeis usus accipio Reges, pictas vestes iam apud Homerum fuisse, unde triumphales natae. Videndus Daclecampius ibidem, & Plinius ipse lib. 9. c. 36. *picta* dicebatur, quod stellis aureis distinguebatur, uti infra dicitur. *palmata* à palma imagine impressa. Isidor. lib. 18. cap. 2. Q. Flor. Tertullian. Apologet. cap. 50. *Hic habitus est victoriae nostrae, haec palmata vestis, tali curru triumphamus. Idem lib. de Idololatria c. 18. Igitur purpura illa & aurum cervicis ornamentum, eodem more apud Aegyptios & Babylonios insignia erant dignitatis, quo more vel praetexta, vel trabea, vel palmata, & corona aurea sacerdotum provincialium, sed non eadem conditione. L. Apul. lib. 1. Apolog. Triumphantium quadrigas albas, & togam palmatam exprobraret. De veste picta M. Lucan. lib. 9. v. 177.**

*Pictaeque togas velamina summo Ter conspecta Ioui.*  
Ouid. lib. 2. de Ponto eleg. 1.  
*Clarae sumpturum pictas insignia vestes, Thura prius sanctis imposuisse focis.*  
D. Aufon. eidyllio 4. in protreptico ad nepotem:  
*Ut trabeam, pictamque togam, mea praemia Consul Induerer.*  
D. Juvenal. sat. 10. princ.  
*Picta Sarrana ferentem Ex humeris aulæ toga.*  
Et rursus sat. 6. v. 481.  
*Et latum picta vestis considerat aurum.*  
De palmata Magnus Ennodius Ticini Episcop. lib. 5. epist. 2. *His qui bene toga usi fuerint, reseratis susceptura sinibus palmata blanditur. lib. 8. epist. 1. Quia non est proprium, quod quasi singulariter videtur palmata conferre. Seruius ad v. 332 lib. 11. Aeneid. Romanorum Imperatorum insigne fuit sella curulis, sicut etiam palmata toga dicitur, quam merebantur ii, qui de hostibus palmam reportassent. Idem ad eclogam 10. Triumphantes omnia habent Iouis insignia, septerum & palmatam togam, quae utebantur illi, qui palmam merebantur. Quae more suo transcripsit Isidorus ex Servio libro 19. etymologiar. cap. 24. Q. Symmach. lib. 6. epist. 40. Illud ante omnia interpretatio tristis perhorrescit, quod natali Urbis susceptum Consulem, currus, quo vehabatur, euehit per seueram bigarum, quae triumphum vehabant, itaque palmata amittit & consularis insignis ornatu fracto crure sublatus est. Jul. Firmic. Maternus lib. 4. Mathel. cap. 15. Tunc enim coronas aureas, tunc praetextas decernit, aureasque consularium, seu proconsularium palmatas. Sidon. Apollinar. lib. 1. epist. 5. Jam corona sponsus, iam palmata consularis, iam cyclade prouba honoratur. Doctissimus Savaro ibidem. Et lib. 8. epistol. 1. Dissi-*

mulas optare palmatam? parce tamen in incidiã nobilitatis restituti. Aurel. Cassiodor. lib. 6. formula 1. *Palmata siquidem vestra, nostrae probantur esse victoriae.* Athalaricus Rex Justiniano Imperatori apud eundem lib. 8. epist. 1. *Vos genitorem meum in Italia palmata claritate decorastis.*

Ex quibus locis perspicuum evadit, non modo triumphalem hanc esse vestem, sed & pacificam: idem apertius lib. 9. epist. 23. *Nam si homines ornat, semel accepisse palmatam, quid ille censendus est, qui meretur in filiis consulatus? Fl. Vopisc. in Probo. Te manet pro virtutibus tuis Capitolina palmata.* Ennod. Ticinens. epigr. 32.

*Quid palmata tuo tempore de iurta vernat? Plus faciente dedit purpura nostra tibi.*

Corruptus mihi videtur Venantius Fortunatus libro 12. (al. 2.)

*Alter palmate, trabea nitet alter honore, Pingit & ornatum gemma, aurum, purpura, byffis.*

Sic enim legendum, & distinguendum, pessime antea:

*Alter palmate trabea nitet alter honore.*

M. Martial. lib. 7. epigr. 1. ad Iulianum.

*I comes, & magnos illesa merere triumphos, Palmateque ducem. sed cito, redde toga.*

Sidon. Apollinar. carm. 4. in ipso limine.

*Post palmam palmata venit.*

Et carm. 7. v. 160.

*— palmata incurrit*

*Per proaves, gentemque suam.*

Et carm. 15. v. 150.

*Palmatam parat ipsa patri, quia Consul.*  
De trabea D. Ausonius proxime supra laudatus, quae vel sacra. Ovid. l. 3. Fast. vel regia, Virgilius proxime ante. Et l. 7. Aeneid. vel senatoria, Sidon. Apollinar. l. 1. epist. 6. l. 2. epist. 13. lib. 3. epist. 6. l. 5. epist. 5. l. 7. epist. 6. denique l. 8. epist. 8. & ubique doctissimus Savaro. Cassiodor. l. 2. epist. 1. *longo stemmate ducto per trabecae. Q. Symmach. l. 9. epist. 106. Reddita sunt mihi litera, quae te anulem trabeam meruisse loquerentur.* Cortipp. lib. 4. num. 3.

*Incessit latus praclara in veste senatus*

*Pars trabeis, pars compta togis.*

Vel equestris, J. Lipsius ad lib. 3. Taciti. J. Bernart. ad Papi-  
nium in Sylvis. J. Brodæus ad lib. 1. Antholog. Denique consularis & triumphalis; eadem enim & Consuli & triumphanti ornamenta erant. Cassiodor. lib. 9. epist. 23. *Ut juvenus ejus quae sulget meritis, trabea quoque respicendat triumphali.* Ita viri docti, & in his Dionysius Lambinus, exponunt Plautum Epidico sc. ST. tacete.

*An regillam induenam, an mendiculam?*

Quia res clara est, adscribam tantum aliquot loca quorundam poetarum. Corrippi lib. 4. num. 1.

*Egreditur princeps sacra trabeatus ab aula.*

Ejusdem lib. num. 2.

*Consendit princeps trabea succinctus avita,*

*Regalem ditans augusta fronte coronam.*

Ibidem loci num. 3.

*Ipsae autem sacro consul diademate fulgens,*

*Ornatus trabea, gemmisque ostroque nitent.*

Eodem numero paulo post:

*Regnator Iustinus amans, trabeatus ab aula*

*Egrediens.*

Ausonius epist. 24.

*Paulinum, Ansoniumque, viros quos sacra Quirini*

*Purpura, & auratus trabea velavit amictus.*

Claudius omnibus pene paginis, & in commentario nostro observavi lib. 1. in Rufin.

*Ibat grandævus nato moriente superstes*

*Post trabecae exul.*

Lib. 1. in Eutropium.

*— Flabella perosi*

*Aspirant trabes.*

In praefatione ad lib. 2. in eundem.

*Annus qui trabecae, hic dedit exilium.*

De 3. Honorii Consulatu.

*Succedant armis trabeæ, tentoria licitor  
Ambiat.*

De 6. Hon. Consul.

*fulgentia tecum*

*Colleſſi trabeatus adit delubra Senatus*  
Lib. 2. de laudib. Stilichonis.

*Sperabam nullas trabeis Gildone percipito  
Nafſi poſſe moras.*

Ennodius Felix Ticinensis epigr. 32.

*Conſulis ad genium nomen pro ſtemmate junxi,  
Dams lucem faſtis, ſum trabeis potior.*

Color iis, ut ſupra admonui, purpureus, auro intertexto. Suidas reſtiſſime interpretatur *χρῆστας, καὶ χλαμύδας ποικίλας ἀπὸ χρυσοῦ καὶ πορφυροῦ*, *Tunicas & chlamydes ex auro & purpura*. Trabeas certe Leuclavius apud Dionyſium Halicarnaſeum lib. 6. pag. 351. *vertit palmatas è purpura togas*, quas ipſe hiftoricus vocat *πορφύρας πανικοπαρῆους*. Sueton. in Nerone. cap. 25. *Introiit Roman. eo curru, quo olim Auguſtus triumphaverat, in veſte purpurea, diſſimulæque ſtellis aureis chlamyde, coronamque capite gereus Olympiam*. Sil. Italic. lib. 17. Punicor. in fine, in triumpho Scipionis.

*Iſſe adſians curru, atque oſtro decoratus & auro,  
Martia præbebat ſpectanda Quiritibus ora.*

P. Ovid. lib. 4. Trift. eleg. 2.

*Hos ſuper in curru Ceſar viſſore veheris,  
Purpureus populi rite per ora tui.*

Lib. 3. de Ponto eleg. 4.

*Promæ quod injicias humeris victoribus oſtrum.*

De auro intertexto Halicarnaſſ. lib. 5. pag. 314 *αποθῆσαι χρυσοῦ καὶ πορφύρας, depoſito auro & purpura*, hoc cit. trabeas exuens, quæ auro intertexto conſpicuæ erant. Ovidius iterum lib. 1. de Arte.

*Quatuor in niveis aureus ibis equis.*

Albinovanus in Conſolatione ad Liviam.

*Quadrifugis aureus ibis equis.*

Operoſiſſime Claudianus libro 2. de laudib. Stilich.

*Mirere libens, ac ſuſcipe cinctus,  
Quos tibi divino mecum Tritonia duxit  
Pelline, ſincta ſimul repetito murice ſila  
Conſultimus penſis, & eodem nevimus auro.*

Lib. 3. de laudib. Stilich.

*Seu circum trabeis fulgentibus aureus intres.*

Panegyrico de conſulatu Olybrii & Probinii, qui locus elegantiffimus eſt.

*Latatur veneranda parens, & pollice docto  
Jam parat auratis trabeas, curruſque micantes  
Stamine, quod molli tondent de ſtipite Seres,  
Frondea lanigera carpentes vellera ſylvæ,  
Et longum tenues tractus producit in aurum,  
Filaque concreto cogit ſquallere metallo.*

Additæ auro interdum & gemmæ. Corrippus jam infra laudandus. Claudianus ille idem unus omnium inſtar de 9. Hon. Conſul.

*Conſpicias cum flore genas, diademate cinem,  
Membræque gemmato trabeæ viridantia cinctus,  
Et fortes humeros, & certatura Lyæo  
Inter Erythraeos ſurgentia colla ſmaragdos  
Mirari ſine ſine mirus.*

Aurum iſtud vel ſtellas exprimebat, ut ex Appiano ſuperius citato iſtidus, vel triumphantis res geſtæ gentilitiumque ſtemma auro exalabantur. D. Auſon in Gratiar. act. *Palmatam tibi miſi in qua divus parens Conſtantinus intextus eſt, hæc plane, hæc eſt picta, ut dicitur, veſtis, non auro magis ſuo, quam tuis verbis*. Et paucis interjectis ibidem loci: *Conſtantinus in argumento veſtis intextitur, Gratianus in muneris honore ſentitur*. Corripp. lib. 1. num. 15.

*Et talit intextam pretioſo murice veſtem,  
Juſſitatorum ſeries ubi tota laborum  
Nexo auro inſignita fuit, gemmiſque coruſca,  
Illie barbaricas flexa ceruicæ phalanges,  
Occiſos Reges, ſubjectaſque ordine gentes*

*Pictor ac tenui multa formaverat arte,  
Fecerat & fulvum diſſare coloribus aurum,  
Omnis ut aſpiciens ſeu corpora vera putaret,  
Eſſetis auro, ſanguis depingitur oſtro,  
Ipſum autem in media viſtorem pinxerat aula,  
Eſſera Wandaliæ calcantem colla tyranni,  
Plaudentem Libyam, fruges laurumque ferentem:  
Addidit antiquam tendentem brachia Romam,  
Exerto & nudam geſtantem pectore mammam,  
Altricem imperii, &c.*

Tertium verſum ita reſtituimus, cum in editione priorè fuiſſet, *neſto auro*: admonuit me vit ornatiſſimus, & linguæ utriuſque callentiſſimus Joann. Cordanus, poſſe legi *neto auro*, recte ſane; nam auro conſtat intextum.

Cornelius Gallus in elegia illa cultiſſima, quam Jacobo Lectio debemus.

*Quin etiam argento, puroque intextitur auro*

*Alteræ jam caſtris parva lacerna tuis.*

*Illic bellantum juvenum ſtudioſa figuras,*

*Atque audita levi prælia pingit acu.*

Claudian. iterum lib. 2. de laudib. Stilichonis. v. 339.

*Gremioque rigentia præfert*

*Dona, graves auro trabeas, inſigne Minervam*

*Spirat opus, rutilis hic pingitur aula columnis,*

*Et ſacri Martia partus. Lucina dolores*

*Solatur, reſidet fulgente puerpera lecto,*

*Sullicita juxta palſeunt gaudia matris.*

*Suſceptum puerum redimita tempora Nymphe*

*Auri fonte lavant, teneros de ſtamine riſus*

*Vagitusque audire putes, jam creverat inſans*

*Ore ferens patrem, Stilicho matutior avo,*

*Martia reſturo tradit præcepta nepoti.*

*Parte alia ſpumis ſumantem Serica fraena*

*Sanguineis, primæ ſignatus flore juvenæ.*

*Eucherius ſteſtebat equum, jaculiſque, vel arcæ*

*Aureas purpureos tollentes cornua cervos*

*Aureus ipſe ferit, &c.*

Hæc eadem veſtis appellatur, ut nonnulli volunt, *clavata*, à clavis aureis, quibus diſtinguebatur. Feſtus lib. 14. in dictione *picta*, cujus verba ſuperius allata ſunt, & lib. 3. in voce *clavata*; ita enim *clavata dicitur, aut veſtimenta clavis intertextæ, aut calcamenta clavis conſixa*. Ad quem locum, non ſunt pœnitendæ lectionis, quæ notat doctiſſimus Gothofredus: hoc illud eſt diſſerimen quod inter Senatum & equeſtrem ordinem conſtituunt, quod ille *lato*, hic *angulo clavo* ornaretur. Viri eruditi ad Suetonii Auguſtum cap. 38. *Latum clavum induere, & curia intereſſe permiſit*. In eodem cap. 73. Marcell. Donat. Ponzau. Dilucidation. pag. 381. Lamprid. in Alexandro Severo; *Uti equites Romani à Senatu clavi qualitate diſcernerentur. Vel-lejus Pat. cul. libro hiftor. Rom. 2. Quippe vixit (Mæcenas) angulo clavo pene contentus*.

Stat. lib. 5. ſyl. 2. in ipſo limine.

*Nec paupere clavo*

*Anguſtam ſedem, & Latii penetræle Senatus*

*Advena pulſaſti.*

Idem corrigendus lib. 4. ſyl. 5. manu critica jam pridem indigens.

*Hic parvus inter pignora curiæ*

*Contentus alto lumine purpura*

*Creſcis.*

Reſcribendum eſt omnino, Bernartio & Turnebo auctoribus.

*Contentus arcto lumine purpura*

*Creſcis.*

Ovid. lib. 4. de Triftib. eleg. 10. appoſite.

*Curia veſtabat, clavi meſſura coacta eſt,*

*Majus erat uſtris viribus illud opus.*

Ulpian. IC. l. 23. ff. de auro arg. mund. leg. *Clavi, qui veſtibus inſuntur. Vet. Scholiaſt. Juvenal. ad verſ. 480. Satyr. 6. auro . . . clavæ veſtes miratur*. Corrigendum cenſeo *auriclavas veſtes*, aut *auriclavatas*, ut verbo utar Flavii Vopifei in Tacito. Æl. Spartian. in Bonolo; *Tunicas palliolatas hyacinthinis, ſubſcri-*

cas, tunicam auro clavatam subfericam librilem unam, χρυσή κλαύρα vocant dictione Græca, sed corrupta & hybrida, ut ex Curopalate libello de offic. Aul. Constantin. observat doctissimus Menfius. Vocem eam Latina donavit civitate Anastasius Bibliothecarius in Leone 3. pag. 193. Simili modo & super altare sanctæ Dei genitricis, que appellatur Mediana, fecit vestem defundato cum perichysi de chrysoclavo, habentem historiam annuntiationis Domini. Idem in Benedicto 3. pag. 301. In Ecclesia beata Dei genitricis, semperque virginis Mariæ dominæ nostræ, que ponitur trans Tiberim, fecit vestem in altari majori de chrysoclavo, habentem historiam assumptionis ejusdem Dei genitricis. D. Juvenalis suo rectitendens splendidi sat. 16.

Cum duo crura habeas, offendere tot caligatos,

Millia clavorum.

Ex MS. meo referendum est:

offendere tot caligas, tot

Millia clavorum.

Denique quod toga hæc pura opponatur pictæ, disserit Jacobus Gutherius lib. 1. de veteri jure Pontificio Romæ cap. 28. In quo opere multa summi judicii, & elaboratæ industria.

In ornamentis & sceptrum numeratur. T. Liv. 3. Decad. lib. 10. supra laudans. Dion. Halicarnass. lib. 5. in Menenii Agrippæ triumpho. Valer. Maximus lib. 4. cap. 4. de Atilio Calatino, eburneum erat. Appian. in Lybicis supra, quem parum curioso & fideliter verit Sigismundus Gelenius, Jul. Buelenger. libro de triumpho capite 30. Aquilam in summitate habebat. Isidor. lib. 18. cap. 2. id evantibus non licebat. Servius ad illud eclogæ Virgilianæ 10.

Sanguineis ebulli baccis.

Juvenal. sat. 10.

Da nunc & volucrum scepro que surgat eburno. Sequitur jam pompa, in qua ad ascendens voluptate animos, oculosque explendos urbium, montium, fluviorum, regionumque nomina præferantur, spolia & exuvie hostibus detractæ, postremo ipsi duces superati. C. Tacit. lib. 2. Annal. Germanicus Cæsar ad septimum Kalendas Junias triumphans de Chersis, Catisque, quæque alie nationes usque ad Albin voluit, velle spolia, captivi, simulachra montium, fluminum, prætorum. M. Tull. Orat. in Pisonem: Vortes te ad alteram scalam, & diseres de triumpho, quid habet currus iste? quid vincisti ante currum duces? quid simulachra oppidorum? quid aurum? quid argentum, quid legati in equis & tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? inania sunt ista tibi crede, delectamenta pene puerorum, captare plausus, vbi per urbem, conspici velle, quibus ex rebus, nihil est, quod referre ad voluptatem corporis possit. Scipio Asiaticus centum triginta septem urbium simulachra in triumpho duxit, ut ex Tito Livio apertum 4. Decad. lib. 7. in fine. M. Marcellus in monte Albano triumphavit, tulitque Syracusis. Plutarch. in eo. Livius idem 3. Decad. lib. 6. licet id inficeret Valerius Maximus lib. 2. cap. 3. Carthaginis imperio abrupta Hispania & Sicilia Syracusæ caput abstissum, triumphales jungere currus nequiverunt. Sed potior duorum, quam unius est auctoritas. T. Quintius Præneste victum prætulit. Liv. 1. Decad. lib. 6. Fest. Pomp. lib. 18. Tridentem tertiam pondo coronam auream dedisse Jovi donum scripsit T. Quintius Dictator, cum per novem dies eorundem urbes, & decimam Præneste cepisset. Quid sibi velit id donum, explicat ibidem loci Cincius lib. 2. Mytagogic. C. Plin. lib. 5. cap. 5. Et hoc mirum, supra dicta oppida ab eo captæ, auctores nostros prodidisse, ipsum in triumpho præter Cydamum & Caravam omnium aliarum gentium urbiumque nomina, ac simulachra duxisse, quæ iere hoc ordine. Egregius est Ciceronis locus lib. 2. Officior. Texatis & perditis exteris nationibus, ad exemplum amissi imperii, portari in triumpho Massilians vidimus. Ovid. libro 1. de Arte:

Atque aliqua ex illis, dum Regum nomina quæret,

Quæ loca, qui montes, quæque ferantur aque?

Et lib. 4. de Trist. eleg. 2.

Hic lacus, hic montes, hic tot castella, tot amnes,

Plena fera cadis, plena cruoris erunt.

Et ibidem loci paucis interjectis.

Crinibus en etiam fertur Germania passis,

Et ducis invicti sub pede mæsta sedes?

Collaque Romana præbens animosa securi,

Vincula fert illa, qua tulit arma, manu.

Urbes ista titulos scriptos, & appollita nomina, quæ legi possent, habebant. ibidem:

Ergo omnis populus poterit spectare triumphos,

Cumque ducum titulis oppida capta leges.

Turres istæ vel lignæ: Appian. loco aliquoties jam laudato, vel argenteæ, aureæ, ferreæ, seu ex qualibet alia materia, sed præsertim ex ebor. Diolib. 44. pagin. 234. οτι ζυλίνας. αὐτὰ ἐκ ἐλαφραντίνης ἔργων τε τινῶν πικρίσιν, ἀλλοις τε τοῖς τοῖς παμπιῶσι ἐχρόσαντο, quod lignicis, non eburnicis imaginibus ferulisque nonnullis uterentur.

Ovid. lib. 2. de Ponto eleg. 1.

Protinus argento veros imitantia muros

Barbata cum villis oppida lata viris.

Fluminaque & montes, & in altis prostrata sylvas,

Armaque cum telis læstrue juncta suis.

Deque trophæorum quod sol incenderat auro

Aurea Romani tella fuisse Jovi.

Et lib. 3. de Ponto eleg. 4.

Oppida turritis eugantur eburnea muris.

Clandian. lib. 3. de laudib. Stilich.

Ostentare suos prisso si more labores,

Et gentes cuperet vulgo monstrare subactas,

Cerarent utroque pares à cardine laurus.

Hæc Alamannorum spoliis, austribus illa

Ditior exuvii, illic fluviente Sicambri

Cæsarie, uigris hinc Mauri crinitus irent:

Ipse albis veberetur equis, curvunque sequantur

Laurigerum, fesso fremuisset carmine miles:

Hi famulos traheret Reges, hi facta metallo

Oppida, vel montes, captivæque flumina ferrent,

Hinc Libyci fractis leverent cornibus amnes,

Inde catenato generet Germania Rheno.

Idem de 6. Hon. Consul. Roma ipsa ceu triumphaturum alloquitur:

— pugna monumenta dicam,

Defensam titulo Libyam testata perenni.

Jamque parabantur pompa simulachra futura

Tarpejo spectanda Jovi, calata metallo

Classis ut auratos sulcarat remige fluctus,

Ut Massyla tuos anteirent oppida currus,

Palladiæque comas in nexu arundine Triton

Edomitis veberetur equis, & in are trementem

Succinilla simulum ferrent Atlanta cohortes.

Aut è cerapingebantur. Sidon. Apollinar. carm. 5. in fine:

— cum divite cera

Pingues Cynipii captiva mapalia Bacchi.

Fluvii itaque locorum subactorum catenis injectis præferantur, ut ex Claudiano proxime supra de laudibus Stilichonis laudato liquet:

Ovidius elegia proxime citata:

Squalidans immittat fracta sub arundine crines

Rhenus, & insectas sanguine potet aquas.

Et lib. 4. de Trist. eleg. 2.

Cornibus hic fractis viridi male tectus ab ulva

Decolor ipse suo sanguine Rhenus erat.

Virgil. lib. 8. Æneid. in fine:

— Eufrates ibat jam mollior nudis,

Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis.

Pertsius sat. 6.

— ac jam postibus arma,

Jam chlamydes Regum, jam lutea gausapa captis,

Essedaque, ingentesque locat Casonia Rhenos.

Sext. Propert. lib. 2. eleg. 1.

Aut canerem Egyptum, & Nilum, cum tractus in urbem

Septem captivis debilis ibat aquis.

Observant itaque in hæc pompa traductione, ut fluvii iisdem ostiis, quot fluent, describerentur, hoc est, quod aquas septem, id est, ostia Nilum habere dixit, ea autem enumerat

Aur-

Ammian. Marcellin. lib. 22. his nominibus, *Heracliosius, Sebenniticus, Bolbiticus, Pharniticus, Mendescicus, Taniticus, Pelusiticus.*

Omito geographos, & poetas advoco, Aurelium Prudentinum lib. 2. in Symmach.

— *sepidique lavant septem ostia Nili.*

Valerium Flacc. lib. 8. Argonaut.

— *Seu restuens Padus, aut septem projectus in amnes Nilus.*

P. Apollonium Collat. Excid. Hierosol. lib. 2.

— *linquunt Nili septemplex amnem.*

P. Ovidium lib. 2. Metamorphos.

— *Nilus in extremum fugit perterritus orbem, Occulitque caput, quod adhuc latet, ostia septem Præcæculenta vocant, septem sine flumine vales.*

Et lib. 5. Metamorphos.

— *septem discretus in ostia Nilus.*

Et lib. 9. Metamorphos.

— *& septem digestum in cornua Nilum.*

Et lib. 15. Metam. & alibi sæpe eodem in opere:

— *Perque papyriseri septensua flumina Nili:*

Idem lib. 2. Amor. eleg. 13.

— *Quoque celer lato Nilus delapsus ab alveo*

— *Per septem portus in maris exit aquas.*

Papin. Stat. lib. 8. Thebaid. v. 360.

— *Nilus & Eoas magno bibit ore pruinas, Scindit fontis opes, septemque patentibus arvis In mare fert hyemes.*

Fest. Avien. sæpe, Claudian. lib. 1. in Ruffin.

— *Hinc bibit æstivum septeno gurgite Nilum.*

In Epith. Hon. Mar. & Epig. de Phœnice.

Sed ad triumphi pompam regredior, duces captivi catenis onerati amissam dignitatem traducti loquebantur, unde Marcus Varro lib. 4. de Ling. Lat. *Victoriam inde appellatam contendit, quod hostes victi vincirentur. Quem sequitur Iliodorus lib. 10. Etymologiar. in dictione Pervicax.*

Alludunt scriptores, D. Augustin. lib. 18. de Civit. Dei c. 13.

— *Aliqui sane & victum scribunt ipsum Liberum & vincium, nonnulli & occisum in pugna à Perso. Paul. Orof. 1.7. c. 37. de Radagaiso Goth. Rege: Sine prælio victum & vincium sub iugo catenisque despiciunt. L. Flor. de Jugurtha l. 3. hist. Rom. c. 1. Victus ac vincius vidit Urbem. Et rata nunquam victoria describitur sine catenarum mentione. Idem Florus lib. 2. cap. 11. Sed alligati miraculo quodam suæ, cum catenas morsibus & ore tentassent, quum offocandas invicem & fauces præbuisissent. Eiusdem libri cap. 14. Belli ducem deditum ab eo, ad quem confugerat, Thraciæ Regulo, in Urbem in catenis rediit. Quin & egredientes in bellum duces catenas secum gestabant. Tacit. lib. 2. Annal. Decem milliâ passuum cadaveribus atque armis opplevit, repertis inter spolia eorum catenis, quas in Romanos, ut non dubio evenit, portaverant.*

Sic & Flaminius apud Polybium lib. 3. adnotante J. Lipsio, cum armis vinciens hostibus catenas gestavit. L. Flor. lib. 3. cap. 7. *Primus invastit Cretam M. Antonius, cum ingenti quidem victoria spe atque fiducia, adeo ut plures catenas in navibus quam arma portaret.*

Sed gravissimas inconsiderate fidentia poenas & Germani apud Tacitum, & Flaminius, & Antonius pependerunt, claro documento, humanis viribus non esse insolenter abutendum. Ita Zenobia Palmyrenorum Regina ducta est, cum in vinculis, inquit Fl. Vopiscus in Aureliano, Zenobiam teneret. Dionys. Halicarnass. lib. 10. pag. 652. *τὸν τὴν ἡγεμόνα τὴν πολέμου, καὶ τὴν ἀλλοτρῶν ἐπιπραγμάτων ἀνδρα, ἀλώσει δ' ἐδ' ἐμὲν ἐν τῷ. Catenatum præ se agens belli ducem cum aliis illustribus captivis Sic Hamill. ar. à Cn. Cornelio ductus. Liv. 4. Decad. lib. 3. Captivi nobiles & Aetoli, & regii duces triginta sex ab Acilio, ut ex eiusdem Decadis lib. 7. clarum, & multi principes à L. Emilio Paulo proconsule, lib. 10. Totum ritum explicat Josephus in triumpho Titi & Vespasiani, quem de Judæis egerunt, libro 7. cap. 24. Hannibal ille juratus nomini Romano hostis, ne traderetur Tito Quintio, ob hanc causam in Bithyniam missus, captivusque Ro-*

mam veniret, veneni mali poculo animam expulit, & à Romanis se vinculis morte defendit, ut verbis utar C. Julii Solini Polyhistor. cap. 44. *partia C. Tacitus lib. 12. Annal. Injiciuntur catenæ, & quod inde eorum barbaris est, compede traherentur.* Idacius historicus lib. 2. collection. chronologicæ. c. 29. *Pompejus Hierosolymam veniens, capta urbe, & templo observato, ad sancta sanctorum accedit, Aristobulum vinculum secum adducit. Corrigit templo observato, nempe à sacerdotibus, vel reserato, per vim aperto. Sed spero propediem ut & auctor & corrector ex bibliotheca magni illius Savaronis auctor iste prodeat, Toromachus, seu incerti nominis collector historiarum chronologicarum l. 6. p. 721. Cumque in gyro castra posuisset, subito a Francis captum & successum est, & homines Wajosarii, quos ibidem invenit, secum duxit, maximam partem Aquitania vastans usque urbem Arvernam cum omni exercitu veniens, Claromontem castrum captum atque successum bellando cepit, & multitudinem hominum tam virorum quam mulierum & infantum plurimos in ipso incendio cremaverunt: Blandinum comitem ipsius urbis Arvernica captum atque ligatum ad præsentiam Regis adduxerunt. sed lege pro Blandino fortassis Blandinum. Siebert. Chron. ad Annum 750. urbem Arvernam, & deinde post, urbis Arvernæ. Ita enim Claromontium appellari debet, Jornandes de Reb. Getic. cap. 45. Euricus vero Rex Vespogothorum Arvernam Gallia civitatem occupavit. Gregor. Turonens. l. 2. histor. cap. 20. civitatem addere voluit. Notitiæ provinciarum liber, civitas Arvernorum. Paul. Merula 3. part. Geograph. libro 3. cap. 29. ita poëta passum intelligendi.*

Guilielmus Apulienensis Rerum in Italia ac Regno Neapolitano Normanicarum lib. 1.

— *Ductus Adonolfi miser Exaugustus ad urbem Præcedebat equum victoris ab hoste ligatus, Offentare sui pompam cupiente triumphi: Ter Gallis illo victoria contigit anno.*

Gautfredus Malaterra Monachus rerum in Italia gestarum à Roberto Viscardo & Rogerio fratre lib. 3. pag. 71.

— *Roma quondam bellipotens toto orbe florida, Colla superborum domus perlustrabas climata, Leges dabas, & habenis temperabas omnia. Ante te tremebant duces, principes, imperia, Curvabantur colla Regum loris tuis domita, Nil superba resistebant, ense tuo territa. Ordinabas quos volebas, duces sine principes, Deponebas quos volebas, servos dans humiles, Artibus exercuisti justos habens iudices, Dumque justa seclabaris, fruebaris prosperis.*

Stat. lib. 3. syl. 2.

— *Alías Ansonias fugit Cleopatra catenas.*

Hoc est quod trahi captivos hostes dixerunt. Claudian. lib. 2. in Eutropium:

— *Seu vinclos traherent Medos, Indumque bibissent.*

Et lib. de bello Getico:

— *O rerum fatique vices! qui sæda parabat Romanas ad supra nurus, sua pignora vidit: Conjugibus permissa trahi.*

Itaque si bello capti non fuissent duces, sed vel in acie occubuerant, vel fugerant, imagines aut vultus pro veris corporibus præfererentur, & sub triumphantis pedibus effigiabantur, ad eam mentem Artemidorus lib. 1. cap. 50. *πὸς τοὺς μόνους οὐκ ἴστας σμαζίνουσι, pedes solos domesticos significant. Achmes Scitimi F. Oneirocritic. cap. 114. Si quis pedes sibi ferreos factos videre visus fuerit, ei μὴ ἐπὶ βασιλεὺς μαχοζώσῃ, καὶ καταπετῆσσι τὸς ἰχθῆρες. Si Rex fuerit, longam vitam producet, & hostes conculeabit.*

Sil. Italic. lib. 17. in fine:

— *Sed non ulla magis mentesque oculosque tenebat, Quam visa Hannibalis campo fugientis imago.*

Ovid. lib. 4. Trist. eleg. 2.

— *Crinibus en etiam fertur Germania passis,*

— *Et ducis invicti sub pede massa sedet.*

Stat. lib. 1. syl. 1. de statua equestri Domitiani:

— *Ænea captivi crinem regit angulis Rheni.*

Aurel.

Aurel. Prudent. lib. 1. in Symmachum:  
*Colla tyrannorum media calcemus in urbe.*  
 Claudian. de 4. Hon. consul.  
*Colla triumphati procedit Honorius Istri.*  
 Coiipp. in præfat.  
*deus omnia regna  
 Sub pedibus dedit esse tuis.*  
 Lib. 1. de laudib. Justinii Minoris num. 3.  
*Regnaque sub vestris venient fortissima plantis.*  
 Ejusdem libri num. 15. *Vandalici calcantem colla tyranni.*  
 Et lib. 2. num. 3.  
*Qui solet edomitos victor calcare tyrannos,  
 Subiectas gentes, & barbara colla domare.*  
 Captivus triumphali pompa prælatis catenæ igitur injiciebantur, & quidem collo, brachiis, manibus, cruribus, ut jam sigillatim probabitur: de collo Hlidot. lib. 5. Eymolog. capite 27. *Vincula à vinciendo, id est, arctando dicta, eo quod constringant atque retineant, vel quia vi ligant colla.*  
 Ovid. lib. 1. de Arte 3.  
*Ibunt ante duces onerati colla catenis.*  
 Lib. 4. Trist. eleg. 2.  
*Vinculaque captiva Reges cervicæ ferentes  
 Ante coronatos ire videbit equos.*  
 Et lib. 2. de Ponto eleg. 1.  
*Torque tulisse duces captivis addita collis  
 Vincula, pene hostes quot satis esse fuit.*  
 Alb. Tibull. lib. 4. ad Messalam:  
*Te duce non alius conversus terga domator  
 Libera Romana subiecit colla securi.*  
 Apollon. Collar. lib. 2. de Hierosolymor. excidio.  
*niveas anteire jugales,  
 Haud me paucitate depressum colla catenis,  
 Ut curvus sim pompa tui.*  
 Claudian. lib. de bello Getico:  
*Hæc & Teutonico quondam patescitæ furori,  
 Colla catenati vidit squalentia Cimbri.*  
 De brachiis retortis catenarumque Alb. Tibull. lib. 1. eleg. 7.  
*evinctos brachia capta duces.*  
 Q. Horat. lib. 2. epist. 1.  
*Mox trahitur manibus Regum fortuna retortis.*  
 De manibus adeo certum est, ut constet non aliam fuisse militarem custodiam, nisi ut dextera captivi catenis, sinistra militis alligaretur, ne ille res novas tentare possit, & hic capulo paratam dexteram, si usus ita posceret, haberet. L. Sen. lib. de Tranquillit. cap. 10. *Alligatque etiam sunt qui alligaverunt, nisi tu leviorum in sinistra catenam putas.* C. Plin. junior libro 7. epist. 27. *Senex macie & squalore confectus, promissa barba, horrente capillo, cruribus compedes, manibus catenas gerebat quælibetque.* Seneca ille idem epist. 5. *Eadem catena custodiam & militem copulat.* Pessime antea in vulgaris editionibus legebatur, *custodem & militem*: siquidem custodia pro eo qui in custodia est, eleganter apud probatos reperitur. C. Plin. lib. 21. cap. 3. *Eductam custodiam bibere jussit.* Prius etiam male, *educitum è custodia.* Sueton. in Domitiano cap. 14. *Plerasque custodias, receptis quidem in manu catenis, audiebat.* Et in Nerone cap. 31. *Quorum operum perficiendorum gratia, quod ubique essent custodie, in Italiam deportari, etiam scelere convictos, non nisi ad opus damnari præceperat.* Levi opera sensus constabit, quot ubique essent custodie, hoc est rei, seu noxii ergastulis inclusa: Ipse testis Suetonius in Calig. cap. 27. *Ex noxiis laniandos adnotavit, & custodiarum seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, stans tantummodo intra porticum mediam, à calvo ad calvum duci imperavit.* Sed de custodia ista paulo inferius plura. Manibus interea injici solere vincula loquuntur poetæ:  
 Sext. Prop. lib. 3. eleg. 10. de Cleopatra captiva:  
*Fugisti tamen in timidi vaga cornua Nilii,  
 Accipere tue Romula vincula manus.*  
 D. Juvenal. sat. 6. v. 559.  
*sonuit si dextera ferro  
 Lævæque.*

Stat. Theb. 12. v. 723.

*Summissos enses nec quicquam, amentaque dextris*

*Laxa tenens.*

Sidon. Apollinar. carm. 7. v. 78.

*gladiisque gravatas*

*Ante manus, solas jussi portare catenas.*

Ovid. lib. 1. Amor. eleg. 7.

*Addæ manus in vincula meas, meruere catenas.*

Papin. Stat. lib. 12. Thebaid. v. 470.

*Me pietas, me duxit amor, deposere sevas*

*Supplicia, & dextras juvat insertare catenis.*

Virgil. lib. 2. Æneid.

*Nam teneras arcebat vincula palmas.*

Claudian. lib. 3. de raptu:

*Tendere conatur palmas, vis improba ferri*

*Impedit, & motæ somnum excussere catenæ.*

Denique cruribus injecta vincula. Arrian. Nicomediens. lib. 1.

Dissertation. Epict. cap. 19. *τὸ ζῆλον ἐῖπον τῶν δῖων οὐ τὰ σκῆλα.* Tyrannus dixerit alleni, vincula crura tua. Gregor. de 5. Nicetio, *Catenæ furas attriverant.* Tertullian. lib. ad Mart.

*Nihil crux sentit in nervo, cum animus in celo est.*

Sidon. Apollinar. carm. 2. v. 179.

*Despicens vastas tenato in cruce catenas.*

Et carm. 16. in fine:

*Lubrica crura cui signat sub compede carcer.*

Ovid. lib. 2. Amor. eleg. 2.

*Vidi ego compeditibus licentia crura gerentem.*

M. Plaut. Captivis sc. quollum, in fine:

*quid cessatis compedes*

*Currere ad me, meaque amplexi crura?*

Claudian. lib. 2. in Eutrop.

*Cruraque signati nigro licentia ferro*

*Jura regunt.*

Porro leviora vincula compedes, graviora molestioraque nervi

audiunt. Observat eruditissimus Theodorus Marcellius. M. Cato apud A. Gellium lib. 11. cap. ult. *Fures privatorum furtorum*

*in nervo atque compeditibus atatem agere, fures publicos in avro atque purpura.* Unde lex decemviralis: *Triginta dies jussi sunt,*

*post deinde in jus ductio, aut quis endo eo in jure vindicet, secum ducto, vincito aut nervo aut compeditibus.* M. Cato in Theonum,

ut recitat Nonius Marcellus cap. 1. num. 320.

*Nervo, carcere, molestrina.*

P. Terentius Afer Phormione act. 4. sc. 4.

*catenum*

*Cum argentum repetent, nostra causa scilicet*

*In nervum potius ibit.*

Quod Donatus ibidem interpretatur de sagittariis dictum, & eum sequitur Erasimus Roterodamus in Chiliadibus. Aliter exponit P. Nannius lib. 2. Symniat. c. 19. Plaut. in Curcul. sc. ult.

*Atque ita te nervo torqueo, itidem ut catapultæ solent.*

*Canem, catulum, catellum vocant.* Fest. lib. 3. *Catulus quoddam*

*genus vinculi, qui interdum canis appellatur.* C. Lucil. libro 29.

Jatyrar. citante Nonio cap. 1. num. 162.

*Cum manicis, catulo, callarique, ut fugitivum*

*Deportem.*

Plaut. in Casina act. 2. sc. 6.

*Tace, deos quidem hodie queso tu canem*

*Et furcam feras.*

Incertus auctor exodiarius, laudatus à veteri Scholiaste Juvenalis sat. 5. v. 3.

*Aliud scriptum habet Sarmetus, aliud populus voluerat,*

*Digna dignis, sic Sarmetus habet crassas compedes.*

Materia horum vinculorum multiplex, ferrum, setæ, argen-

tum, & aurum. De ferro Festus Pomp. lib. 15. *Nervum appella-*

*mus etiam ferreum vinculum, quo pedes impediuntur.* Plauto in

Curculione scena ult. *catulus ferreus dicitur.* Euseb. l. 6. hist.

Ecclesiast. cap. 39. *καὶ ἐστὶν σιδῆρος, vinculum ferreum.* Polyb.

legat. 3. *σκόλαξ σιδῆρος, catena ferrea.* Plato Comicus apud

Julium Pollucem libro 10. Onomast. cap. 39. *σκόλαξ, simpliciter*

*catena, eidemque Polluci exponitur σκόλαξ, δισμῆτι*

*ἰδίᾳ*

*σπάγες, σπλακ, vinculum ferreum.* Isidor. libro 5. Etymolog. cap. 27. Nervus est vinculum ferreum, quo pedes vel cervicis impediuntur. Quod et fetis fierent compedes, ut & arcuum nervi, nemo ignorat. Vitruvius lib. 10. Archit. cap. 16. Capillo maxime muliebrī vel nervo funes. Jul. Capitolin. in Maximinis, Caesar lib. 3. belli Civil. Dio in Severo, Appian. in Punic. L. Flor. lib. 2. cap. 15. In tormentorum vincula matronæ crines suos contulerunt. Arnob. lib. 5. cont. Gent. Adest ad insidias Liber, ex fetis scientissime complicatis unum planta injit. laqueum. In Critico Arnobiano lib. 5. c. 6. eruditissimus Meurtius legit, adest ab insidiis Liber. Setas has equinas fuisse loquitur idem Arnobius paulo post: Vellem tamen videre, si esset mihi his nasci temporibus datum, patrem illum Liberum, de bellatorem ferocitatis Adversis, post deorum angustissimas curias, cali ab culminibus lapsus, penicillamenta decurrantem cantheriorum, inellicentem laqueos mobiles. Artemidor. lib. 1. Onei. rocritic. cap. 21. ἰσθμίας δὲ ἔχειν τρίχας δαλείας καὶ ταλαρωπίας σημάχαι, καὶ τοῖς αὐτοῖς γυροῖς δάλοισ δισμοῖς περιτιθῆσθαι, ὡς γὰρ ἐπὶ τῷ πάλῳ χαιτῆ ἰσθμίας δισμοῦστας Equinos habere pilos servitutes & armenas significat, & servis legitimis & domi nostræ notis vincula addit, ut plurimum enim seta equina ligamenti usum præbet. Tela amenanturum hinc nervis equinis, & ballistæ. Fl. Vegetius lib. 4. Rei Milit. cap. 9. Quia onagri vel ballistæ, cateraque tormenta, nisi funibus nervinis intenta nihil prosunt, equorum tamen seta de caudis ac jubeis ad ballistas utiles afferuntur. Eodem lib. cap. 22. Ballistæ funibus, nervis choræisque tenditur. Sed legendum est, funibus nervinis, choræisque tenditur. Quod in optimis codicibus videtur Fr. Modius. Arcuum itaque, ut & tormentorum agendorum nervi è crinibus equinis. Hesyclus in voce ἰσθμίων, Accius in Philoæte, cuius vestium imperfectum adducit Servius ad v. 622. lib. 9. Æneid.

*Reciproca tendens nervo equino concita Tela.*  
 Ipse Virgilius loco laudato:  
 Non tulit Æscanius, nervoque obversus equino  
 Contendit telum.  
 Hæc tela amentata dicuntur.  
 Virgilius ibidem loci paulo post.  
 Intendant acres arcus, armenta que torquent.  
 Stat. lib. 4. Thebaid. v. 154.  
 — quibus haud amentata, nec enses  
 Triste micant.  
 Lib. 11. v. 441.  
 In digitis amentata videt.  
 Lib. 12. v. 723.  
 Summissos enses nec quicquam, amentaque dextris  
 Laxa tenens.  
 Nautici funes, & tormentorum bellicorum è lanis caprinis. M. Vatro lib. 2. Rei Rust. cap. ult. Ut fructum ovīs è lana ad vestimentum, sic capra pilos ministrat ad usum nauticum, & ad bellica tormenta. Denique flagellorum lora è porcinis pilis. Scholiast. Lycophronis. Etymologici auctor incertus in dictione σπῆξ.  
 Sext. Prop. lib. 4. eleg. 1.  
 Verbera pellitus fetosa movebat arator,  
 Unde Licens Fabius sacra Lupercus habet.  
 Argentea & aurea vincula commemorant Heliodorus in Æthiopicis lib. 9. Herodorus lib. 3. Ammianus Marcellinus lib. 27. in fine: Regem Arfacem adhibitum in convivium jussit ad latentem trahi posticam: eumque effossis oculis, vinculum catenis argenteis, quod apud eos honoratis vanum suppliciorum æstimatur esse solatum, exterminavit ad castellum, Agabana nomine, ubi discruciatas cecidit ferro pœniali Q. Flor. Tert. de habitu muliebrī cap. 7. Apud barbaros quosdam, quia vernaculum est aurum, & copiosum, auro vinclos in ergastulis habent, & divitiis malos onerant, tanto locupletiores, quanto nocentiores, aliquando revera inventam, quomodo & aurum non ametur. Idem lib. de cultura fœminat. c. 3. Quamquam & aurum ipsum, cuius vos gloria occupat, cuidam genti ad vincula servire referunt gentiliūm historia. Gentem eam esse Æthiopes, & Heliodorus proxime

laudatus ostendit, & Dio Chryl. Orat. ult. & Plut. in Amatorio apud Theodorum Canterum lib. 1. var. lect. cap. 5. adde & in moribus Persis positum. Just. l. 5. Quod cum nuntiatum Artaxerxi esset, accersitum ad se fratrem & innocentiam dissimulatione belli simulantem, compedibus aureis vinxit, interfecissetque, ni mater prohibuisset. Idem l. 1. r. ad fiocm. Interea Darius in gratiam victoris à cognatis suis aureis compedibus, catenisque in vicio Parthorum Thara vincitur. Q. Curt. lib. 5. Ne tamen honos Regi non haberetur, aureis compedibus Dariūm vincunt, nova ludibria subinde excogitante fortuna, Trebell. Pollio in Zenobia: Vincti erant præterea pedes auro, manus etiam catenis aureis, nec collo aureum vinculum deerat, quod scurra Persicus præferebat. Ritum Trojanum, sive Græcicum fuisse loquitur Hecuba apud L. Senecam in Troade act. 1. in choro.

*Non Argolici præda triumphī  
 Subiecta feret colla trophæis,  
 Non assuetas ad sceptræ manus  
 Post terga dabit, currusque sequens  
 Agamemnonios, aurea dextra  
 Vincula gestans, latis fiet  
 Pompa Mycænis.*  
 D. Aufon. in ludo Sapientium, ubi sic Solon Atheniensis.  
 Miserratur ille, vique fortuna videns  
 Laudat Solonem, Cræsum in amicis habet:  
 Vinculumque pedis aureis secum jubet  
 Reliquum quod esset vitæ, totum degeret.  
 Latinos id recepisse testis Sext. Propert lib. 2. eleg. 1.  
 Aut Regum auratis circumdata colla catenis,  
 Alliaque in sacra currere vestra via.  
 Sil. Italic. lib. ult. in fine.  
 Ante Syphax feretro residens, captiva premebant  
 Lumina, & aurata servabant colla catena.  
 Denique ut semel absolvam, ut dedecus tolleretur, frangebantur catena, si quem ignominia liberare volebant. Jac. Duraut. Casell. lib. 2. var. cap. 13.  
 Alludit Ovidius lib. 1. de Remed. Amor.  
 Optimus ille fuit vindex, lædentiæ pectus  
 Vincula qui rupit, dedoluitque semel.  
 In signum servituris iidem duces tondebantur. Ita viri eruditi exponunt Propertium lib. 4. eleg. 12.  
 Testor majorum cineres tibi Roma colendos,  
 Sub quorum titulis Africa tondæ jacet.  
 Ennius in Annalibus, ut refert Priscianus in voce tondeo.  
 Et detondit agros letos atque oppida cepit.  
 P. Ovid. lib. 1. Amor. eleg. 14.  
 Jam tibi captivos mittet Germania crines,  
 Culta triumphata rannere gentis eris.  
 Videatur epigramma antiqui cuiusdam poetæ in Anthol. infra laudandi.  
 Claud. lib. 1. in Eurtop.  
 Militet ut nostris detonsa Sicambria signis.  
 Certe olim in libertatis indicium crines alebant quidam populi, sed præsertim Galli, quos Claudianus cum Sicambriis confundit, unde regalis capillitii jus apud præcos Francos, ut disquirat doctissimus Fr. Hotomannus in Francogallia cap. 9. Aimonius Monac. lib. 3. de Gest. Francor. c. 61. certe omnes Reges Gallia usque ad Pipinum Caroli Magni patrem, longis capillis semel in anno tantum conspicebantur, comitibus regnum administrantibus. Pet. Faber Sanjorianus Semet. lib. 2. cap. 20. originem ritus describit Ado Viennensis Chron. atate 6. pag. 149. Post Pharamundum Franci Chlodionem filium ejus sibi Regem statuerunt: abhinc Fracii in finibus Thoringiorum habitantes, crinitos Reges habere ceperunt.  
 Mira sane crinibus illis reverentia delata, adeo ut eos tetigisse, idem esset ac solenni jurando se obstringere. Locum adscribam ex incerto, sed antiquo collectore Chronicorum, apud quem Idacius lib. 3. ita loquitur: Quadam vice Clodovæus Rex Francorum, & Alaricus Rex Gothorum, qui sedem Tholozæ habebat, post multa prælia que invicem gesserunt, intercedentibus legatis cum pace inire cepissent, hujus convenientiæ, ut Alaricus barbam tangeret Clodovæi effectus patrum, perpetuam  
 G g g g g & H h h h h ad

ad invicem pacem servarent, & ad hujus placida conventionis, nec Francus, nec Gothus penitus armatus accederet. Idem collector ex Thoromacho lib. 4. Chronic. cap. 8. *Franci electum à se Regem, sicut prius fuerat, crinitum inquirentes diligenter ex genere Priami Frigæ & Franconis, super se creant, nomine Theodomerum, filium Ricimeris.*

Dilquisivit quædam vir doctus Jacobus Durantius Casellius lib. 1. variar. cap. 18. consignatum idem omnium pane historicorum testimonio. Gregor. Turonens. lib. 2. histor. Franc. cap. 9. *Galli in Sicambria Reges super se crinitos creaverunt.* Idem lib. 6. cap. 24. Et lib. 8. cap. 10. Præoccupavit magnus ille Savaro bono literarum & historia patriæ natus: *isa comatus Clodoveus in præfatione legis Salicæ, & Cheriberus Rex Sicamber.*

Venantius Fortunat. lib. 6. Remigius de eodem Clodoveo: *mitis deponet colla Sicamber.*

Sicambri ab Augusto in Galliâ traducti. Sueton. cap. 21. ut merito pro eodem populo usurpari debeant.

Claudian. lib. de bello Getico:

*Agnius quin etiam flavis objecta Sicambri  
Quæque domant Catos.*

Quam illi sedem occupassent, priusquam in Gallias appulissent, difensit Hermanus comes Nuevarius, Rheni accolis facit Albertus Crautzius lib. 1. histor. Saxon. cap. 16. Sidonio assentiente carm. 7. v. 40.

*flavis in pocula fraste Sicambri*

*Rhene tumes.*

Licet alibi ad Vachalim statuat, sibi contrarius, cum Gledrensis confundit Andreas Althamerus Commentar. in Taciti Germaniam p. 29.

Idem Claud. de 4. Hon. Consul.

*Ante ducem nostrum flavam sparsere Sicambri  
Cæsariem, pavidoque orantes murmure Franci  
Procurbere solo.*

Et lib. 1. de laudib. Stilich.

*ingentia quondam*

*Nomina, crinigerò flaventes vertice Reges  
Qui nec principibus, donis, precibusque vocati:  
Parverant; jussi properant, signique verentur  
Offendisse mora.*

Lib. 2. de laudibus ejusdem:

*tum flavis repexo*

*Gallia crine ferax, evinctaque torque decoro.*

Lib. 3. ejusdem argumenti:

*illinc flavente Sicambri  
Cæsarie.*

Sidon. Apollinar. lib. 8. epist. 9.

*Hic tonsò occipiti senex Sicamber,  
Postquam vultus es, elius retrorsum  
Cerviçem ad veterem novos capillos.*

Carm. 13. in ipso limine:

*Sic vixæ duplicitis tumore froello,  
Detonsus Vachalim bibit Sicamber.*

Ut Franci capillati, ita & Gothi, adnotavit idem ille Savaro, nullies nominandus, ex Procopio lib. 4. Cassiodoro lib. 4. epist. 49. ad Sidonium lib. 1. epist. 2. nec transcribo edictum Theodorici Regis c. 195. *quemlibet ut capillatorum tertio fuisse conventum.*

Aurel. Prudent. libro 2. in Symmachum de Roma à Gothicis capta:

*non armis veste comisque  
Ignotus capta passim vagus errat in urbe.*

Claudian. lib. de bello Getico:

*Crinigeri sedere patres, pellita Getarum  
Curtia.*

Sed quoniam eo devenimus, obiter quædam de tonsoribus sunt discutienda, rituque capillos adornandi. Atque ut inde ordiar, diu tonsorum non modo officium, sed & nomen ignotum Romanis. M. Varro lib. 2. Rei Rust. cap. ult. *Omnino tonsores in Italiam ex Sicilia primum venisse dicuntur, post Romam conditam anno quadringentesimo quinquagesimo quarto,*

*ut scriptum in publico Ardea in literis extat, eosque adduxisse P. Titinius Menam. Quæ C. Plinius ex illo ad verbum pane traduxit lib. 7. nat. histor. cap. 59. & utroque posterior A. Gellius eadem habet lib. 3. cap. 4. Itaque illo rudi ævo circumabantur cimitones, & ferro calido crines contorquebant, qui solus decor habebatur, ut copiosissime hoc opere supra expositum reperies. Æl. Donat. in Eunuch. act. 5. sc. 2. Meurs. Exercit. Criticæ. parte 1. cap. 2. Janus Guilielmus Verifumil. lib. 3. cap. 16. consulantur. Lidor. lib. 9. cap. 31. *Antia sunt cincinni dependentes prope auriculas.* Idem in gloss. *antia, capilli demissi.* Hinc semper præsci illi criniti depingebantur, veterumque statuarum comis demissis collocabantur, atque ita poetæ:*

Q. Horat. lib. 1. od. 12.

*Hunc & incomptis Curium capillis  
Utilem bello tulit.*

Lib. 2. od. 15.

*non ita Romanii  
Præscriptum, & intonsi Catonis  
Auspicis, veterumque norma.*

M. Lucan. lib. de Catone:

*Intonsos rigidam in frontem descendere canos  
Passus erat, maestamque genis increvete barbam.*

Joan. Britannicus, & vetus Scholiastes ad Juvenalis sat. 4. v. 104.

*Facile est barbato imponere Regi.*

Idem sat. 5.

*Ipse capillato diffusum Consule potat.*

Denique sat. ult.

*Et credam dignum barba dignumque capillis  
Majorum.*

P. Ovid. lib. 2. Fastor.

*Denique quicquid id est, quo corpora nostra piantur,  
Hoc apud intonsos nomen habebat avos.*

Et lib. 6. Fastorum.

*Tunc erat intonsi regia magna Numæ.*

Alb. Tibull. lib. 2. eleg. 1. à Josepho Scaligero correctus:

*Genis Aquitana celeberrima triumpho,  
Et magna intonsis gloria victor ades.*

Rescribendum est:

*Et magna intonsis gloria victor avis.*

Eodem pacto Græci promissas alebant comas, unde Homerus eos perpetuo veluti epitheto appellat *καρπομέωτας*, capite crinitos. Et lex illa celebris Arist. refertur lib. 1. Rhetor. *Crinitus servile officium subire non potest.* Et Lacedæmonii quoties adire vite periculum volunt, comam detondunt. Plutarch. in Lyfandro, in Apophthegmat. Lycurgi, in Apophthegmat. Nicandri. causam reddebat Leonidas, quod hostibus terribilliozem, amicis modestiorem crinis redderet. Philostrat. lib. 8. de vita Apollonii cap. 3. Hunc capillam non nisi urgente maximo periculo exuebant.

Petron. Satyrico pag. 60. *Notavit sibi ad lunam tonsorem intempesivo inherentem miniflerio, execratusque omen, quod imitaretur naufragorum ultimum votum, in cubile reiectus est.* Paucis interjectis; Ergo illi, qui nocte ad lunam vadebantur, pessimo medius fidius exemplo, audio enim non licere cuiquam mortalium in nave neque crinem, neque unguis deponere, nisi cum pelago ventus irascentur. Deinde paulo post: *Itane capillos aliquis in nave præcidit, & hac nocte intempesit?* Libaninus eadem pæne dicentem viri docti observant. Casellius Durantius lib. 2. variar. cap. 9.

D. Juvenal. sat. 12. v. 81.

*Interiora petit Bajana pervia cymba  
Tuti stagna suus, gaudent ubi vertice raso  
Garrula securi narrare pericula nauta.*

Nonius Marcellus in cirros, qui liberi sebant, ea causa calvi erant, quod tempestatem servitutis videbantur effugere, sicut naufragio liberati solent. Unde liquet manmittendos radi solere. T. Liv. 4. Decad. lib. 4. *Præberunt speciem triumpho, capitis rasi, qui servituti exempti fuerant.* Vet. Scholiast. Juvenal. ad finem sat. 5.



Ibidem Juvenalis ipse:

*Pulsandum vertice raso*

*Prehebis quandoque caput.*

Servius Honoratus ad v. 564. libri 8. Æneid. *Hic etiam liberorum dea est, in templo cuius raso capite pileum accipiebant.* Ejus rei Plautus etiam in Amphitruone fæcit mentionem, act. 1. sc. 1. in fine:

*Quod utinam ille faxit Jupiter*

*Ut raso capite portem pileum.*

Sed longe aliter in codicibus Plauti versus ille concipitur:

*Quod utinam ille faciat Jupiter.*

*Ut ego hic hodie raso capite calvus capiam pileum.*

Ab hoc fonte derivatum est, ut contratio ritui, quos in servitutum assere volebant Græci, tonderent. L. Apul. lib. 6. Milefiar. Venus irata involat in Pŷchen, vestemque plurifariam dilioricat, capilloque distisso, & capite conquassato, graviter affligit. Briseis ad Achillem in epistolis Ovidianis:

*Exagiet ne me tantum tua deprecor uxor,*

*Quæ mihi nescio quo non erit aqua modo.*

*Neve meos coram scindi patiare capillos,*

*Et leviter dicas, hæc quoque nosira fuit.*

Hinc qui in peregrinationem longinquam, aut expeditionem proficiscerentur, capillum alicui deo devotebant, cui domum reduces detonfum consecrabant.

Papin. Stat. lib. 6. Thebaid. v. 608.

*Flavus ab intonso pendebat vertice crinis*

*Arados, hoc primis Trivia pascibat ab annis*

*Murus, & Ogygio victor cum Marte redisset,*

*Ne quicquam patris audax promiserat aris.*

*Tunc liber nexu, lateque in terga solutus*

*Ocurrunt zephyri retro fugit.*

Ritum eruat primus, quod sciam, maximus Turnebus libro 22. Adversarior. cap. 28.

Valer. Flacc. lib. 1. Argonautic.

*Tectus & Eurytion servato colla capillo,*

*Quem pater Aonias reducem tondebat ad aras.*

Quod autem deo alicui crines eos voverent, locus Petronii testari potest, Satyrici pag. 65. *Cui deo crinem vovisti?* ad quem locum viri eruditissimi consulunt. Servius Maurus ad v. 684. lib. 4. Æneid. *sacratum crinem Didonis dixit M. Varro.* Ambracia primum puerilem demptum capillum, item cirros ad Apollinum ponere solebant.

Neque adolescententantum, sed & virgines id facitare solita. Lucian. in Syria dea: *Sed qui isti dii, quibus vota capillitia?* Julius Pollux videtur insinuare, lib. 2. cap. 3. num. 5. *πόλαμοίς ἢ θούρῃς, fluminibus aut diis. De fluminibus Scholiastes Pindari, Homerus lib. 23. Iliad. & Eustathius interpretes ibidem, & jam proxime infra dicetur.* Votum istud concipiebatur interdum statim ab ipsa nativitate, depositio de recepta consuetudine in terram nuper nato. Q. Florens Tertullian. libro de Anima cap. 40. *Ita omnes idololatria obsecratis nascuntur, dum ipsi adhuc uteri insulis apud idola consecratis redimiti, gemina sua demoniorum candidati proficuntur, dum in partu Lucina & Diana ejulatur, dum per totam hebdomadam Junoni mensa proponitur, dum ultima die fat a furibunda advocantur, dum prima etiam constitutio infantis super terram Stativa dea sacrum est, quis non deinde aut totum siliū caput reatui devovet, aut aliquem excipit crinem, aut tota novacula proscat, aut sacrificio obligat, aut sacro obsequat, pro gentica, pro civica, pro publica, pro devotione privata?* Ajax Telamonius Hisso flumini crinem vovet. Philostratus junior in icone ejus. Theŷeus Apollini Delphico. Plutarch. in eo. puella Deliorum Hegargoe deæ, Pausan. in Atticis. vulgus Atheniense Herculi, ex Hesychio doctissimus adnotavit Isaac. Casaubonus, adolescententes Romani Esculapio. Stat. lib. 3. syl. 4.

*Accipe laudatos juvenis Phæbeie crines,*

*Quos tibi Casareus donat puer, accipe latus,*

*Intonsoque ostende patri.*

Aut Apollini ipsi. Martial. lib. 1. epigr. 32.

*Hos tibi, Phæbe, vovet totos à vertice crines*

*Encolpus, domini centurionis amor.*

*Grata Pudens meriti vulerit cum præmia pili,*

*Quam præmium longas, Phæbe, recide comas.*

Et lib. 9. epigr. 17.

*Consilium formæ speculum, dulcesque capillos*

*Pergameo posuit dona dicata deo.*

Et Jovi, Stat. lib. 6. Theb. v. 197. & Lucat. Placidius:

*Jupiter hunc crinem, voti reus, ante dicaram:*

*Si pariter nati virides libare dedisses*

*Ad tua templa genas.*

Fortè & hoc sensu sumendus Claudianus lib. de bell. Get.

*Sperchiusque, & virginibus dilectus Enipeus*

*Barbaricas lavere comas.*

Aut denique Apollini barbam, Baccho crinem devotebant, Stat.

lib. 8. Thebaid. v. 492.

*Ille genas Phæbo, crinem hic pascibat Jaccho.*

Capillos capitis detondere Græcis in usu antiquissimo, at

barbas ponere non adeo vulgatum, quippe Alexander Macedo

perŷico luxu fractus enervatusque, asperitatem patriaræ, &

frugalitatem exuens, barbam radere primus instituit. Chryŷippus

lib. 4. de Voluptate, & ex illo Athenæus lib. 13. Dipnosophist.

cap. 6. factum hoc sequuti Imperatores Romani. Julian. in

Misopog. pag. 127. βαθύτης γενεῆς, καὶ τὸ ἀδυμίλιτον τῶν

πτεγῶν. barba proluxitas, comæ neglectio. Tanta mollitie omnes

ut Ἀδριανὸς πρῶτος γενεῖαν κατέδειξε; Hadrianus primus

barbam nutriti, dixerit Joannes Xiphilinus in Trajano. Et

barba suæ primitias consecrabant alicui è penatibus suis deo.

Hinc Nero Juvenalia instituit, quod barba suæ rafa τεγίχας

ἐς σφαίριον χρυσῶν ἐμβαλῶν, ἀνέθηκε τῷ Διὶ τῷ καπιτωλίω,

pilos in sphaeram auream conjecit, Jovi Capitolino consecravit,

ut verbis utar Dionis lib. 61. in fine. C. Petron. pag. 22.

Venerisque signum marmoreum, & pyxis aurea non pusilla, in

qua barbam ipsius conditam esse dicebant. C. Sueton. in Ne-

rone c. 12. Inter buthyŷia apparatus barbam primam posuit,

conditam in auream pyxidem, & pretiosissimis margaritis adorna-

ratam, consecravit Capitolio.

Pane exciderat properanti, quod Theodosius Clainus his-

tor. Britann. libro 3. habet: *Henricus comam in hac insula*

*princeps barbamque totondit, ejusque exemplo ducti Angli qui*

*à summa memoria capillo promisso fuerant, omnes consecrum*

*tondeantur.*

Certe in eos convenit inter scriptores & Latino & Græc-

anico ritu servos tonsos incidere consuevisse, ingenuos autem

capillos.

A. Persius de servis, ut puto intelligendus sat. 3. v. 55.

*detonsa juventus*

*Invigilat siliquis, & grandis pasta polenta.*

Aristophanes in Avibus:

*Ἐπειτα δὲλῶ ἂν κόμην ἔχεις;*

*Ac deia servus cum fies, portas comam?*

De ingenuis Petronius loco jam laudato, *Vidimus senens*

*inter pueros capillatos ludentem pila.*

M. Martial. multis in locis. lib. 2. epigr. 57.

*Quem grex togatus sequitur, & capillatus.*

Lib. 3. epigr. 57.

*Et pedagogo non jubente, lascivi*

*Parere gaudent villio capillati.*

Et lib. 10. epigr. 62.

*Ludimagister parce simplici turba,*

*Sic te frequentes audiunt capillati,*

*Et delicata diligit chorus mense.*

Sed legendum puto sensu manifeste, quis enim locus men-

sa?

*Et delicata diligit chorus Musa.*

P. Virgil. lib. 10. Æneid. de Alcanio:

*ceruix cui lactea crines*

*Excipit.*

Q. Horat. lib. 2. od. 5.

*Quem si puellarum insereres choro,*

*Mire sagaces falleret hospites:*

*Discrimen obscurum, solutis*

*Crinibus, ambiguoque vultu.*

Ggggg 2

Quo

Quo pulchriores essent, vel errare capillos patiebantur vento agitante mobiles, vel in cirros torquebant. Idem lib. 3. od. 20.  
*Fertur & leni recreare vento*  
*Sparsum odoratis humerum capillis.*  
 Lib. 4. od. 10. idem.  
*Et, quæ nunc humeris involtant, deciderint coma.*  
 Denique lib. epod. od. 11.  
*Aut teretis pueri*  
*Longam reuadantis comam.*  
 Ad eum ritum incertus poeta, sed antiquus lib. 4. Antholog. cap. 4. epigr. 16.  
*Ἄλλοι ἀκτινέομαι Ἀδελφῶν στρατὸς Ἰστροῦ*  
*Κεῖρας ἐν κεφαλῆς βίβραχος ἀυσάδης.*  
*Aliam intonsus Hunnorum exercitus extra Istrum*  
*Detondens à capite crinem demisso.*  
 Ecclesia certe, vel ut sacros ordines amplexi ab aliis secularibus negotiis implicatis distinguerentur, vel ut libertatem consecuti viderentur, vel denique ut tam curarum profanarum, quam superflui crinis immunes viderentur, instituit, ut raderentur clerici sacerdotisque. Concil. Braccarense Gothicum r. can. 29. *Placuit ut lectores in Ecclesia in habitu seculari non psallant, neque crines gentili ritu demittant. Cujus ritus initium à Divo Aniceto pontifice. Anafast. bibliothecar. in eo: Hic constituit, ut clericus comam non muriret secundum præceptum Apostoli.* Inde tam sæpe in Nithardo de diffusionibus filiorum Ludovici Pii, Monacho Egolesimense Eginharo, & aliis illius ævi historicis, *tonso capite monachum fieri.* Sed res nimis trita. Fuera tunc obiter de diverso gentium ritu aliquid dicendum, sed omnia præoccupata. *Assyrii in luctu barbam tondent, capitis crines demittunt.* Strabo l. 16. quod *Ægyptiis* in more positum loquitur Herodot. l. 2. illud pæne ridiculum: Abantes, ne ab hostibus prehendantur, anteriores crines tondere, posteriores nutrire, ob eam causam *ἰπποθόκομα* dicuntur in tergum comati. seu *retro criniti.* Jul. Pollux lib. 2. cap. 3. Homer. lib. 2. Iliad. non multum à principio:  
 Stat. lib. 7. Thebaid.  
 ——— *Atque in terga comatos*  
*Non ego Abantiadas, geminumque Capharea dixi.*  
 Denique nulla re potius luctus indicatus, quam crinibus, nam quidam *barbam capillumque summittebant.* Sueton. Augusto c. 23. alii penitus vellebant, vel crines lacerabant. Plutarch. in problemat. Rom. c. 13. L. Sen. lib. 5. de Benef. c. 6. T. Liv. 3. Decad. lib. 7. *Veste obsolèta, capillo & barba promissis, præferens vultu habituque insignem iuguminia accepta memoriam.* Quo habitu fugit à Cannis Varro, & in Urbem rediit. Jul. Frontin. l. 4. Statagemat. c. 5. *Sisenna historicus lib. 4. apud Nonium in ditione vicatum, complures menses, barba immissa, intonso capillo, lugubri vestitu, populum stens vicatim cum liberis circumiret.* Vel certe crines hos è capite laceratos in ignem injiciebant, ut arderent, vel corpori jam collocato imponebant, quod Caracalla fecit in funere Festi. Herodian. lib. 4. de funere Virginie, Dionysius Halicarnassicus. contra *Macedones tonsi lugebant.* Arrian. lib. 7. de rebus Alexandri, Solin. Polyhist. c. 14. M. Tull. l. 3. Tusculanar. sic luxit Alexandrum defunctum mater Darii. Q. Curt. lib. 10. Homer. lib. 23. Iliad. de funere Patrocli, & l. 14. Odyss. in principio. Ita indifferenter alii Latini poeta. Viigil. lib. 3. Æneid. v. 65. in funere Polydori, & lib. 11. Æneid. in funere Pallantis. Sil. Italic. lib. 5. Punicor.  
 ——— *dissètaque crinem*  
*Illachrymat Pennis.*  
 M. Lucan. lib. 2. Pharfal.  
 ——— *miserando concita vultu*  
*Effusis laniata comas.*  
 Alb. Tibull. lib. 3. eleg. 2.  
*Ante meum venit longos incompta capillos,*  
*Et sicut ante meum massa Neera rogam.*  
 Sext. Propert. lib. 4. eleg. 5.  
*Exequia fuerant rari furtiva capilli*  
*Vinctula.*  
 Et lib. 1. eleg. 17.  
*Ilia meo charos donasset funere crines.*

Q. Carull. in Nuptiis Pelei & Thetidis, sive Argonauticis.  
*Cum in cinerem canos solvent à vertice crines.*  
 Ovidius lib. 3. de Arte.  
*Depositis sylvas Phyllida fesse comis.*  
 Lib. 3. Transformationum de Narciss. fororibus.  
*Najades & festos fratri posuere capillos.*  
 Lib. 13. fab. 2. ejusdem operis.  
*Inferias inopes crinem lachrymasque reliquit.*  
 In epistola Canaces ad Macarium:  
*In tua non tonsas ferre sepulchra comas.*  
 L. Sco. in Hippolyto act. 5. sc. 1.  
*Capitis exuvias cape.*  
 Et in Troade act. 3. sc. 3.  
 ——— *sume nunc iterum comas,*  
*Et sume lachrymas, quicquid è misero viri*  
*Funere relatum est.*  
 Stat. lib. 6. Thebaid. non multum à principio.  
 ——— *tergoque & pectore fasam*  
*Cæsariem ferro minuit.*  
 Et eodem libro post v. 516.  
 ——— *tibi Lerna comas Larissaque supplex*  
*Poneret.*  
 Sed ad intermissum de triumphali pompa sermonem postliminii jure regredior. Una cum ducibus catenatis tibicines & citharadi incedebant. Appian. in Lybico paulo supra citatus.  
 D. Juvenal. sat. 10.  
*Illinc cornicutes, hinc præcedentia longi*  
*Agminis officia.*  
 Hos insequerentur *scutiferi, scriptores, alique exercituum ministri.* Appian. ibidem loci, & Liv. 4. Decad. lib. 8. tum *obscides,* nam Q. Flaminius Demetrium Regis Philippi filium, & Armenem *Nabidis Lacedæmoniorum tyranni filium obsides imperatos ostentavit,* idem T. Liv. 4. Decad. lib. 4. Fl. Eutrop. lib. 4. c. 1. *tormenta bellica & catapultæ* hos insequerentur. Liv. 3. Decad. lib. 9. de triumpho Metelli, & 4. Decad. lib. 6. de triumpho M. Fulvii, sed & *celatum argentum hostibus creptum* lætantis civitatis oculis ingerebatur. Plutarch. in Paulo & Milio. Valer. Maxim. lib. 4. cap. 3. Plin. lib. 33. cap. 3. & rursus cap. 11. Liv. 3. Decad. lib. 10. in fine. M. Lucan. lib. 3.  
*Quæ Pompejanis prælata est gaza triumphis,*  
*Quæ Cato longinqua vexit super æquora Cypro.*  
 Spolia deinde & captiva arma hostibus crepta. Liv. 4. Decad. lib. 9. in principio, aut si quid miri in devictis regionibus esset, si quid oculis civium placituri. Hinc Curius Dentatus *elephantos duxit, ut supra videri potest hoc ipso tractatu, & eodem Marcellus, & iterum Metellus, Aurelianus Augustus ignota animalia.* Fl. Vopisc. in illo. *Triumphantem præcesserunt elephantis viginti, tigrides quatuor, camelopardi, alces, cateraque talia per ordinem ducta.* Alii coronas aureas, ut supra docui, seu civitatibus imperatas, seu sponte ab amicis populis oblatas jubebant præferri. Cn. Pompejus *tabulam Insoriam cum alveis.* C. Plin. l. 37. c. 2. Et Vespasianus devicta *Judæa balsama,* quibus regio illa abundat. Idem lib. 12. cap. 26. in principio. Pompejus victo Mithridate *hebenum.* C. Solin. Polyhist. cap. 55. Cn. Manlius *trichinia arata, abacos, monopodia & stragula ostendit.* Idem Plin. lib. 34. cap. 3.  
 Appositissime Albinovanus in Consolatione ad Liviam culta illa elegia.  
*Fluminaque, & montes, & nomina magna locorum,*  
*Et si quid miri vidit in orbe novo.*  
 Denique totum agmen clauderetur à quodam; qui inepta *gesticulatione risum omnibus moveret, hostibus illuderet, eosque virtutis Romana, & suæ temeritatis admoneret.* Liv. 1. Decad. lib. 4. de triumphatis Vejentibus, & Fidenatibus à M. Æmilio: *gestabatque picturas quasdam, quæ cetera dicuntur.* Fest. lib. 3. altera persona erat *manduci effigies, malis devictentibus, & ingentem dentibus sonitum edens.* Idem Fest. lib. 11. M. Plautus in Rudente act. 2. sc. 6.  
 CH. quid si me ad ludos pro manduco locem?  
 L.A. quapropter? CH. quia pol clare crepito dentibus.

Tertia persona erat *petreia* in eisdem usus excogitata, ut populo voluptas, hostibus dolor inde oriretur. Feit. lib. 14.

Atque hæc quidem pompa præcedebat curram, *sequerantur senatores*. Dio Coccejanus in Augusti triumpho l. 51. pag. 459. *ciues redempti & hostilibus vinculis liberati*, ut proximi infra expeditur, & *milites ipsi*. lapis vetus:

L. LICINIUS. DENTATUS. TRIB. PLEB. CENTIES. VICIES. PRÆLIATUS. OCTIES. EX. PROVOCATIONE. VICTOR. QUADRAGINTA. QUINQUE. CICTRICIBUS. ADVERSO. CORPORE. IN SIGNIS. NUL-LUM. IN. TERGO. IDEM. SPOLIA. CEPIT. XXXIV. DONATUS. HASTIS. PURIS. XVIII. PALERIS. XXV. TORQUIBUS. III. ET. LXX. ARMILLIS. CLX. CORONIS. XXXV. CIVICIS. XIII. AUREIS. VIII. MURABUS. III. OBSIDIONALIS. I. FISCO. ÆRIS. X. CAPTIVIS. XX. IMPERATORES. VII. IPSIUS. MAXIME. OPERA. TRIUMPHANTES. SECUTUS.

Claudian. lib. 3. de laudib. Stilich.

*currumque secutus*

*Lauregerum, sefo fremiffet carmine miles.*

Hi quidem coronati. Liv. 5. Decad. lib. 5. *Militum quidem propria hæc causa est, qui & ipsi laureati, & donis, quibus donati sunt, insignes, triumphum nomine cient post duces suos*. Poterant & vitia virtuteque libere, ut collibisset, ducum suorum decantare. Dionys. Halicarnass. lib. 7. in fine. hinc Camillus *patens patria vocatus, & alter Romulus*. Liv. 1. Decad. l. 7. in principio, Plutarch. in illo. Et C. Marius *tertius conditor*. Plut. idem in eo. Vicia obijciuntur apud Vellejum Paterculum lib. 2. unde M. Manlius *ambitionis taxatur*. Liv. 4. Decad. l. 9. in principio. & *avaritia Cæsar* improbitur. Plin. lib. 19. cap. 8. sed amarulentum multo faviusque Suetonius in eo, cap. 49. *Gallio denique triumpho milites ejus inter cetera carmina, qualia curram prosequentes focaliter canunt, etiam vulgatissimum illud pronuntiarunt*:

*Gallias Cæsar subegit, &c.*

Iterum cap. 51. *Ne provincialibus quidem matrimoniis abstinnisse vel hoc disticho apparet, jactato aque à militibus per Gallicum triumphum.*

*Urbani servate uxores, &c.*

Pulchre Martialis lib. 7. epigr. 7.

*Festa coronatus ludet convicia miles.*

Frequentius tamen receptisque *Jo triumpho* inelamabatur, qua fausta voce omnia bona augurabatur, & victori duci, & reip. M. Varro lib. 5. de Ling. Lat. Helenius Acron & Porphyrio ad Horatii l. 4. od. 2. Et lib. epod. od. 29. Ovid. lib. 1. Metamorph. fab. 9. in fine. lib. 1. Amor. eleg. 2. lib. 4. Trist. eleg. 2. lib. 2. de Arte in ipso limine. Alb. Tibull. lib. 1. eleg. 1. & lib. 2. eleg. 6. M. Martial. lib. 7. epigr. 5. & plerique alii ab eruditissimo Brissonio in magno de Formulæ opere laudati. Ab Apollinis victoria desumptum ritum ne pueri quidem ignorant.

Aleimus Avims lib. 6. cap. 6.

*Cautius ac melius longe laudabere, cum jam*

*Hostibus evictis, & Jo clamante triumpho.*

Claudianum ita capio lib. de bello Getico.

*Personuit venisse ducem, lætisque Quirites*

*Vocibus, auspicium certi plausere triumpho.*

Cives redempti, hostilique liberati custodia hic ibant, ut admonui, & focii civibus admixti, nam *Terenius Culeo Scipionis curram secutus est*. Valer. Max. lib. 5. c. 2. *Ad duo millia captivorum ab Hannibale venditorum Titi Flamini curram*. 4. Decad. lib. 4. Livius, *capta ita rassa, & pileis intellecta, quasi jam pridem manumissionis beneficium fuisset consecuti, eadem Decade lib. 3. de Insubribus, ubi Cornelius triumphat.*

Post hos legati aut *centuriones*. Sueton. in Tiberio cap. 20. denique popæ, sacrificuli, ac victimarii, in turmas divisi sequebantur, bovemque candidum præ se agentes, cultros sacros, thus, molam, far, vinum, aliaque sacro apparatusi necessaria gestabant, atque ita per Urbem totam à porta triumphali, per viam sacram, & clivum Capitolinum, in Capitolium conscendebat triumphans: hostes in carcerem conjiciebantur. Et quod Ca-

*pitulium ascenderent duces, docere potest Suetonius in Cæsare cap. 37* Et in Tiberio loco jam proxime laudato, & dixi lib. 1. hoc opere supra cap. 6. pag. 13.

Pet. Apollonius Collat. lib. 1. de exidio Hierosol.

*Haud inquam tali plausu Capitolia Consul Victor inat.*

Claudian. lib. 3. de laudibus Stilichonis.

*Tarpejas pressis subeant cerviibus arces.*

P. Ovid. lib. 4. Trist. eleg. 1.

*Inde petes arcem, & delubra faventia votis.*

Sidon. Apollinar. carm. 5. v. 595.

*Et Regum aspicient Capitolia fulva catenas.*

Dum hic triumphantes operabantur, captivi Reges in carcerem publicum detrusi strangulabantur. Errat Sigismundus Gelenius, & eum secutus interpres Gallicus Fl. Josephi l. 7. de bello Judaico c. 24. *eis τὸν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἰούριτο τῆρον, βρόχε περιπλαθεῖς*. venit, per forum trahebatur, laqueo circumdatus, omnino enim vertendum fuerat, in locum foro vicinum. Is autem non alius erat quam *carcer publicus*. Sic enim vocatur à Calphurnio Flacco Declam. 4. *Video carcerem publicum saxis ingrutibus structum, angustis foramiuibus tenuem lucis umbram recipientem, in hunc coniecti robur Tullianum prospiciunt*. Vet. Schol. Juv. sat. 3. v. 314. *Carcevo, Tulliano sil. cuius & Salustius (Catilinaria) meminit*. L. Apul. l. 9. *Vinctos in Tullianum impingunt*. Serv. Maur. ad v. 574. l. 6. *Æneid. post habitam questionem in Tullianum ad ultimum supplicium mittebantur*. *Publicum dixi carcerem, ut distingueretur, vel à castrensi, ut est apud Scholiast. Juv. ad v. 559. sat. 6. quem militarem appellat*. Tacit. l. 3. *Annal. vel à libera custodia, ut ex IC. ff. l. 1. de custod. reor. quæ in privatis ædibus*. Sueton. Vitell. cap. 2. *in custodiam fratri datus*. Vel denique à *carcere privato*, ut in Codice Theodosiano lib. 9. tit. 11. *publicum sane hunc carcerem foro imminetentem, & unicum primitus structum loquitur Livius 1. Decad. lib. 1. Ad terrorem incrementis audacia, media Urbe, imminetentem foro carcerem edificavit*.

Juvenal. loco jam proxime laudato.

*Felices proavorum atavos, felicia dicas  
Secula, quæ quondam sub Regibus, atque tribumis  
Viderunt uno contentam carcere Romam.*

T. Lucret. Catus lib. 3.

*Carcere, & horribilis de saxo jactu deorsum.*

Aurel. Prudent. περί σταφ. in hymno D. Vincentii.

*Est intus imo ergastulo*

*Locus tenebris nigrior,*

*Æterna nox illi flet.*

Et eodem hymno paulo post.

*In hoc barathrum conjicit*

*Truculentus hostis martyrem.*

Et in hymno Fructuosi & Augurii sanctorum.

*His distis adent specum reorum,*

*Exercent ibi mysticum lavacrum.*

Incertus auctor historiae S. Saviniani Martyris in Antiquitat. Tricassi. promptuario, pag. 387. quod Nicolaus Camuzat bono literarum publicavit: *Dum tractatur de suppliciis, traditur in ima carceris. Et deinde extrahitur ab imo carceris. Imum carceris interpretor barathrum cum Prudentio, Tullianum cum aliis*. Isto carcere publico de quibusdam civibus sumptum supplicium. Appian. lib. 1. bellor. civil. cap. 4. in fine. ita jussu Tiberii *Pacovianus strangulatus in carcere*. Tacit. lib. 4. *Annal. Sueton. in Tiberio cap. 61. Calenus in vehementi illa sua in Ciceronem concione, narrante Dione Coccejano l. 46. Cu. Cornelius à Fescivino in vincula coniectus, in carcere mori coactus est*. Valer. Maxim. lib. 6. cap. 1. *quare conjungi laqueus & vincula solent, id est carcer & mors*. C. Tacit. lib. 3. *Annal. Neque carcer, neque laqueus, neque servilis quidem cruciatus suffecerunt*. Et lib. 4. *Annal. Quæ enim diem vacuum pæna, quando inter sacra, & vota, quo tempore verbis etiam abstinere profanis mos est, vincula, & laqueus inducuntur*. Sidon. Apollinar. l. 1. ep. 7. *Uncum, & gemonias, & laqueum, per horas turbulenti carnis carnis horrensens*. Nota est Marii historia, ad quem in carcerem coniectum, carnifex ut interficeret, missus est, quod & Plutarchus in eo

reulit, & præter Valerium, Paterculus, Auctorque incertus virorum Illust. cap. 67. vetus Scholiast. Juvenal. ad v. 276. fat. 10. Et ad ejsdem satyræ v. 294. *Appius in carcerem strangulatus est.* Vel supple, *Appius in carcerem coniectus strangulatus est.* Vel omnino corrige, *Appius in carcere strangulatus est.* C. Plin. junior lib. 2. epist. 11. *Cæsus sustibus damnatus in metallum, in carcere strangulatus.*

Aurel. Prudent. lib. 1. in Symmachum:

*Nec tantum Arpinas Consul tibi, Roma, medela  
Contulit, extincto iusta inter vincla Cethego.*

Communis itaque civibus & hostibus hæc pœna fuit, non in furcis, ut hodie in Europa, perire, aut decollari, sed in carcere injecto laqueo cervici necari: ita perit Jugurtha. Plut. in Mar. quod æquitati negatarum, necne fuerit, dilquirit Guil. Bellendenus supplicium libellorum Augusti Britanniarum Monarchi magister lib. de Ciceronis Principe, & Senatore cap. 19. ex incerto Rhetoricorum ad Herennium auctore lib. 4. Dio Coccejanus expresse lib. 61. in fine pag. 689. Sil. Italic. lib. 2. Punicor.

*Vidi ego quem geminas, arctis post terga catenis  
Succinctus palmas, vulgo traheretur orante  
Carceris in tenebras, spes & fiducia genti  
Regulas Hælloræ.*

Sidon. Apollinar. carm. 2. v. 228.

*subita cogente ruina  
Eletura ducem post guttura fracta Jugurthæ.*

v. 300.

*Hannibal ille ferox ad panem forte petitus  
Etsi non habuit ins vitæ, sine supremo  
Certe habuit mortis: quem cæcis carcer, & unicus,  
Et quem spectabat fracturus guttura lictor.*

Albinovan. elegia consolatoria ad Liviam.

*Spiritus ille minax, & Drasi morte superbus,  
Carnifici in cæco carcere dandus erit.*

Claudian. de 6. Honorii Consulatu.

*Ipsè Jugurthinam subiturnus carcere panam  
Præberet fera colla iugo, vi captus, & armis.*

Statim postquam mors ducum captivorum esset triumphanti nuntiata, sacrificium incipiebatur. Josephus loco supra laudato. victima erat taurus candidus. Servius ad v. 146. l. 2. Georgic. *triumphantes de albis tauris sacrificabant.* atque illi è Mevania periti, ubi Clitumnus aqua sua epota candidos reddere credebatur. C. Plin. lib. 2. cap. 106. *In Falisco omnis aqua pota candidos boves facit.* sed legendum ex MS. *in Falisco Clitumni omnis aqua pota.* Ita poeta.

Ovid. lib. 4. Trist. eleg. 2. toties laudata.

*Candidaque adducta collum percussa securi  
Vittima, purpureo sanguine tingit humum.*

Lib. 3. Amor. eleg. 12.

*Ducuntur niveæ populo plandente juventa,  
Quas aluit campis herba Falisca tuis.*

Lib. 4. de Ponto eleg. 4. non triumphalem modo hanc victimam innuit fuisse, sed & consulatē. *Video inquit, te purpura velari.*

*Templaque Tarpeja primum tibi sedis adiri,  
Et fieri faciles in tua vota deos.*

*Colla boves niveos certa præbere securi,  
Quos aluit campis herba Falisca tuis.*

D. Juvenal. fat. 12.

*Leta sed ostendens Clitumni pascua sanguis.  
Virgilius loco proxime laudato.*

*Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus  
Vittima, sæpe tuo perfusi sumine sacro  
Romanos ad templa deum duxere triumphos.*

Sext. Propert. lib. 2. eleg. 19.

*Qua formosa suo Clitumnus sumine laco.  
Integit, & niveos abluit unda boves.*

Papin. Stat. lib. 3. syl. 4. in fine.

*— nec si vinctæ Mevania valles,  
Aut præsent niveos Clitumna novalia taurros.*

Sil. Italic. lib. 4. Punicor.

*— patulis Clitumnus in arvis  
Carentes gelido perfundit flumine taurros.*

Claudian. de 6. Hon. consul.

*Quin, & Clitumni sacras victoribus undas,  
Candida quæ Latii præbent armenta triumphis,  
Vifere cura fuit.*

Idem in epigrammate, in descriptione armenti.

*Non tales Clitumne laxas in gurgite taurros,  
Tarpejo referunt quos pia vota Jovi.*

Supererat epulum triumphale. Dio Coccejan. lib. 44. pag. 234. de Cæsaris triumpho, sed aliis illud præoccuparum, & vide supra hoc opere lib. 1. pag. 12. quæ sunt à me dicta. Consul solleunibus veibis invitabatur. Val. lib. 2. cap. 8. *Mox ac ne adesse rogabatur, ne videlicet triumphanti quisquam primum locum eriperet, ut discussum videbis apud Plutarchum Problemat. Rom. c. 88. omnia hic exquisita, & immodicam redolentia superbiam, L. Sen. ad Helvium cap. 9. in fine, Sueton. Julio cap. 38. *Præter hæc & Fulvius amphoras centum populo dedit* idem ille Cæsar. Plin. lib. 14. cap. 15. *murenarum sex millia* idem lib. 9. cap. 55. Unde colligitur totam civitatem, omnelque ordines huic convivio adhibitos, nam *Lucullus urbem romam, & suburbanos vicos excepit.* Plutarch. in eo. & Tiberius mille mensis populum adhibuit. Suet. cap. 20.*

Simile in Statio lib. 4. syl. 2.

*Cum jam Romuleos proceres, trabeatque Cæsar  
Agmina mille simul jussit discumbere mensis.*

Locus vel Capitolina cella, vel Capitolina porticus, vel templum Herculis, vel quilibet alius urbis locus Dionæ teste l. 55. statim in limine.

Martialis ita intelligendus lib. 12. epigr. 48.

*Non Albana mihi sit commissatio tanti,  
Nec Capitoline, pontificumque apes.*

Ipsi victi fercula inferebant.

Sidon. Apollinar. carm. 22. v. 52.

*Succedit captiva cohors, quæ fercula gazis  
Fert overata suis.*

Denique cum in privatis conviviis, *nardo, rosis, unguentisque delicatissimis*, ut expositum à me supra hoc opere lib. 5. se ungent, & diserte Athenæus toto pane libro 15. Clemens Alexandrin. lib. 2. Pædag. cap. 8. Plut. lib. 3. Symposiac. quæst. 1. & alii. Triumphali epulo etiam *minium additum.* C. Plin. lib. 33. cap. 7. omnia enim Jovi & triumphanti paria. Atque ut hujus statua diebus festis minio oblinebantur, ita triumphales coronæ ipsiusque victoris Imperatoris vultus eo decorabatur.

#### PARALIPOMENA.

*De signis militaribus, bandum, quam varia signa,  
manipulus, lupus, equus, porcus, minotaurus,  
aquila, materia, color, dracones, imagines Cæsarium, adorata ea, per ea jurare, ea ornare,  
figere, vellere.*

Signorum quædam vocalia, alia muta, de quibus solis hic, nomen habent quod vel receptum significent vel pugnam, Isidor. lib. 18. cap. 3. idemque valent ac vexilla, ita loquitur Pomponius IC. l. 2. ff. de orig. Jur. Scævola IC. L. 45. ff. ex quib. caus. major. *Milites discedere à signis sine periculo non possunt.* Callistratus IC. L. 3. ff. de testib. *Testes non temere evocandi sunt per longum iter, & multo minus milites evocandi sunt à signis, vel muneribus.* Juvenalis fat. ult. *signorum comitem pro militante dixit.*

Tibull. lib. 1. eleg. 1.

*— signa tubæque  
Ite proci.*

Quæ Romani proprie vexilla vocarunt, aut signa, ea posterioris ævi scriptores bandum dixerunt. Gloss. vet. latino Græcum, *bandum λήρον*, sed legendum est *σίζρον*. clarior Suidas, *βαδρον καδρον Ρουμίων το σημεϊον εν τῷ πολέμῳ*, bandum vocarunt Romani signum in bello. Constantinus Magnus ad Silvestrum Papam. *τα βαδρον καδρον σημεϊον, καὶ πᾶσι τὰ σίζρα,*

regi rā Barda, regia sceptrā, & omnia signa, & banda. Paul. Varnefidus lib. 1. de Gest. Longobardor. cap. 20. *Tato vero Rodulfi vexillum, quod bandum appellatur, ejusque galeam, quam in bello gestare consuevit, abstulit.* Hiuc Bardopis & Leoni Imperatori lib. de bellico apparatu cap. 3. idem eit ac Signifer. Neque omnino Onufrii Pavinii displicet sententia, equitum vexilla, inquit, cohortium signa, legionum aquila.

Varium sane & multiplex signorum discrimen. Persæ enim Solem pro signis præferebant. Q. Curtius lib. 3. locuples est testis. Tertullian. Apolog. cap. 16. *Alii plane humanis & verisimilibus solem credunt Deum nostrum: ad Persas si forte deputabimur, licet solem non in luteo pîlîum adoremus, habentesi sum ubique in suo clypeo: denique inde suspicio quod innotuerit nos ad orientis regionem præcari.* Idem Persæ, quem in altaris ignem, seu nomen venerantur, in militaribus vexillum gestabant. Strabo Amasianus lib. 15. in fine, Procopius lib. 2. Belli Gothici, & Q. Curt. lib. 4. Thebani inter signa habebat *phyngem*, Plutarch. in Pelopida, Prob. Æmil. in Epaminonda: Atheniensibus *nocturna* erat in vexillis depicta. Plutarch. in Lysandro. At Romanorum quam frequenter mutata consuetudo? Initio enim paupere adhuc republica *seni manipulus* ferebatur. Ovid. lib. 1. Pastor. & Liphis abundantissime in militia Romana. Hadrian. Jun. lib. 3. Adversarior. cap. 2.

At deinde crescente domi forisque majestate. *lupi, minotaure, equi, aprique, cum aquila, singulos ordines antebant*, ut verba usurpem C. Plinii lib. 10 cap. 2. ac de lupis, equo, & apro, nihil ulterius comperi, nisi bellicosa esse animalia, & Neptuno, Martique sacra: nisi forte aprum cum porco confundamus. Festus libro 12. *Porci effigies inter militaria signa quintum locum obtinebat, quia consæta bello, inter quos pax fieret cæsa porca factus firmari solebat.* De minotauro Fl. Veg. lib. 3. cap. 6. *Veteres minotaure signum in legionibus habuerunt* Subjungit deinde elegantem, & ducibus necessariam rationem, *tutissimum in expeditionibus creditur, faciendā ab hostibus vesiri.* Nam ut ille minotaurus labyrintho inclusus, ita ducum consilia non modo hostibus, sed & suis tæta esse debent, quippe quod pluribus committitur, divulgari potest.

Nonum est Apophthegma Metelli, *tunicam comburerem, si secretorum consilium scirem.* Auctor Vir. Illust. cap. 61. Jul. Frontin. lib. 1. Stratagem. c. 1. Ne tamen duces contempti videantur, egregia hæc Imperatori norma præfigitur, *quid fieri debeat, tractato cum militis, quid vero futurus sis, cum paucissimis, vel potius tecum.* Vegetius ibidem loci. Festi Pompeii corruptor Paulus lib. 11. *Minotaure effigies inter signa militaria est, quod non minus occultā esse debent consilia ducum, quam fuit domicilium ejus labyrinthus.* And. Alc. Emblemata. 12.

Atque hæc privatarum, ut videtur, legionum erant signa, sub sola vero aquila omnes legiones educebantur, & sub ea sola pugnabatur. Unde in nummo Aug. *Aquila legionaria.* Occo numismat. pag. 58. Plinius loco laudato. Fl. Joseph. lib. 3. bel. Judaic. cap. 5. vel quia illa *avium regina*, & illi gentium domini, vel quod ejus ductu *Jupiter Titanas profugisset.* Germanicus Cæsar in Comment. in Aratum, & ex eo Lactant. lib. 1. cap. 11. vel quod contra Saturnum Jovi victoriam nuntiasset Fulgent. lib. 2. Mytholog. Serv. ad 9. Æneid. v. 161.

*Pedibus Jovis armiger unctis.*

Eam argenteam fecit C. Marius in secundo suo consulatu, Cic. Orat. 2. in Catil. magnitudinem ejus & figuram licet colligere ex L. Floro lib. 4. hist. Rom. cap. 12. *Signa & aquilas duas adhuc Barbari possident, tertiam signifer prius, quam in manus hostium venire, evulsit, mensanque intra balthei sui latebris gerens, in cruentā palude sic latuit.* Quæ si potuit occultari in cingulo militari, exigua fuisse forma satis intelligitur. Atque ita semper per aquilas Romanos exercitus intelligunt, alios non advocabo, unicus satis erit Claudianus, lib. 2. in Entrop.

*Hos aquila, Romanæque signa sequuntur.*

Lib. de bello Getico.

*Fuderit imbelles aquilas servilibus armis.*

De 3. Hon. consul. in principio.

*Lasra vique tuos aquilis felicitibus ortus,*

Lib. 1. de laudib. Stilich.

*— Felices aquilas quocumque moveres.*

Successerunt deinde lapso pæne imperio dracones:

Sidon. Apollin. carm. 2. v. 232.

*Ut primum vestras aquilas provincia vidit,*

*Defuit hostiles confestim horrere dracones.*

Idem Claudian. de nupt. Hon. & Mariæ.

*Stent bellatrices aquila, seraque dracones.*

De 4. Hon. consul.

*— Ferventesque tument post terga dracones.*

Atque hi quidem non è metallo aliquo formati, ut aquila, sed vel picti, vel intertexti, & in linteo, ut supra Tertullianus, *depicti*, hinc vento moveri dicuntur Ammian. l. 16. *Purpureis subtegminibus texti circumdedere dracones, hastarum aureis gemmisque summitatibus illigati, hiato vasto perflatiles & velut ira percuti sibilantes, candarumque volumina relinquentes in ventum.* Suid. in voce *Ἰσδοί*, in voce *χιλιόδης*, in voce *σημεῖα οὐρανῶν*. Themist. Orat. 6. à Tiliobroga laudati videntur. Gaufrius Malaterra Monachus de gestis Vilcardi & Rogerii lib. 3. pag. 55.

*Equi fremunt, dant hinnitus, eque montes resonant,*

*Mille aura stante leni vexilla subventilant.*

Sidon. Apol. carm. 5. v. 409.

*— vexillis anguis*

*Discurrit per utraq; aciem, cui guttur adactis*

*Turgescit zephyris, patulo mentitur hiato*

*Irata pictura famem.*

Imitatus est Claudianum de 3. Hon. consul.

*Hi volucres tollunt aquilas, hi picta draconum*

*Colla levant, multusque tumet per nebula serpens*

*Iratus simulante noto vivitque receptis*

*Flatibus.*

Et lib. 2. in Ruffin.

*— spirisque remissis*

*Mansuescunt curii vento cessante dracones.*

Et de 6. Hon. Consul.

*— quid fixa draconum*

*Ora velint, ventis sinitent, an vera minentur*

*Sibila, suspensum rapturi faucibus hastem*

Color hujus vexilli, purpureus. Isidor. lib. 14. cap. 4. Claudian. lib. 2. in Ruffin.

*Surge purpureis undantes anguib; hastas,*

*Serpentumque vago calum seruire volatu.*

Alioque equitum caruleum, peditum erat roseum vexillum.

Servius ad principium lib. 8. Æneid. quare Augustus Agrippam generum caruleo vexillo donavit. Sueton. in eo cap. 25.

disquirat Donatus Ponzanus Dilucidation. pag. 314.

Postea & ducum nomina signis inscripta Herodian. lib. 2.

in Juliano, & lib. 8. in Maximino. Tacit. lib. 5. Annal. in principio:

*Quorum imagines pro vexillis sequuti forent, eos duces*

*Imperatoresque deligerent.* Et lib. 3. hist. *Nomen atque imagines*

*Vitellii amoluntur.* Apud eundem *Zorfnes* in castus ad *imaginem*

*Cæsaris procreavit.* lib. 12. Et *Tyridates* ad *effigiem* *Neronis*

*insigne regnum deposuit.* Suet. in Vespas. cap. 6. *Nomen ejus sine*

*mora vexillis omnibus inscripserunt.* Dio lib. 40. de *Craso* in

*Parthos ducente.* Joan. Xiphil. in *Vitellio*, inde *imaginarii*

qui *imaginem Imperatoris* præferunt. Modest. lib. de vocab.

rei militar. L. Sen. in *Thebaid.*

*Nomen ducum vexilla præscriptum serunt.*

Hinc puto effectum, ut adorantur signa. Sueton. Vitell. cap. 2.

ad veneranda legionum signa pellexit. Tertullianus jam proxime

infra adducendus. Tacit. lib. 2. Annal. *Sequentur Romana,*

*& propria legionum numina.* Et alibi: *Conversus ad signa & bel-*

*lorum deos.* Sueton. in Calig. c. 14. *Aquilas & signa Romana,*

*Cæsariæque imagines adoravit.* Clare Vegetius lib. 2. cap. 6. *Ima-*

*genes Imperatorum & præsentia signa venerat.* Sozomenus ad

Liphio citatus lib. 1. cap. 4. videatur Claudian. lib. 1 in Ruffin.

*Augustus veneranda prior vexilla salutat.*

Et lib. de bello Get.

*Turba salutatis effunditur obvia signis.*

Ideo salutari consilio Constantinus crucem inter signa collo-

cavit; ut adorari posset. Justin. Martyr. Apolog. 2. fufissime Euseb. lib. 2. in eius vita cap. 7. D. Hieron. epist. ad Latam de Instit. filia vexilla militum crucis insignia sunt. Nicephorus lib. 7. hist. ecclesiast. cap. 26. vide quæ docte ad lib. 3. Vegetii cap. 17. colligit Godefricus Stewechius. Vexillum istud labarum audit Callistus Cyprius pag. 76. *Sic dicitur* vocat. *divum velum*. Brod. ad Anthologiam. Aurel Prudent. lib. 2. in Symmachum.

*Christus purpureum gemmato textus in auro Signabat labarum.*

Et causa etiam, cur per signa jurarent milites. T. Liv. 1. Dec. 1. 6. *Obstringere perjurio non se solum suumque caput, sed signa militaria, & aquilas, sacramentique religionem.* Q. Tertull. in Apolog. c. 16. *Religio tota castrensis Romanorum signa jurat, signa veneratur, signa omnibus diis præponit, omnes illi imaginum suggestus insignes monilia crucium sunt, spara illa vexillorum & cantavorum, styli crucium sunt, laudo diligentiam, noluisse nudas & incultas cruces consecrare. Præoccupatum hoc scio.* M. Lucan. lib. 1.

*per signa decem felicia castris*

*Perque tuos iuro quocumque ex hoste triumphos.*

Festis diebus ornabantur. Minutius Felix in Dialogo. *Nam & signa ipsa, & cantabra, & vexilla castrorum, quid aliud quam inaurata cruces sunt & ornata?* Sueton. in Claudio c. 13. *Aquila non potuit ornari. Quod ex eo transcripsit Orosius lib. 7. c. 6. Claudian. de Nupt. Hon. & Mariæ.*

*Marcortia signa rubescunt*

*Floribus.*

Denique hasta, in quibus prælata signa, ferro acuto in terram desigebantur, nec avellabantur, nisi facto sacrificio, & si forte non fuissent sponte vellent signiferos secuta, putabatur imminere periculum, & portendi clades, quod aliis dictum nihil opus est hic repetere. Suetonius & Orosius locis proxime supra laudatis, Servius ad lib. 11. Æneid. T.

Liv. 3. Decad. 2. pæne in limine, Appian. in Parchico, Plut. in Craffo. unde poetæ figere signa, id est, castrametari, vellere signa, in hostem movere, dicunt.

Stat. lib. 6. Thebaid. v. 230.

*sic Martia vellunt*

*Signa subæ.*

Apollon. Collat. lib. 1. de excid. Hieros.

*aquilas ergo agmine facto*

*Evertunt, & signa solo præfixa revellunt.*

Et lib. 4. idem.

*cum signa revelli,*

*Multa duces prius hortatus,*

M. Lucan. lib. 7. v. 77.

*Crederet diis dubitas? ipsi tua signa revellunt.*

Ovid. lib. 3. Amor. eleg. 14. Sil. Ital. lib. 1. fin.

*Patres an signa moveri*

*Censuerint.*

Et lib. 3. Punicor.

*ediiit convellere signa.*

Et lib. 5. ejusdem operis.

*Ocyus interca propelli signa jubebat.*

Et post eodem libro.

*tum signa sequentur*

*Nulla vulsa manu.*

Lib. 8.

*Vellantur signa.*

Lib. 12.

*castris avulsa movere*

*Signa jubet auctor.*

Lib. 13.

*auctor convelli signa manipulis*

*Jubet.*

Claudian. de Bello Gildon.

*ut rubris aquilas sigamus arenis.*

Altiora alii, ego hoc Catone contentus sum, & forte

*Cecidi ego, cadet qui sequitur, laus est publica.*

F I N I S.



PAULI MANUTII  
ANTIQUITATUM  
ROMANARUM  
LIBRI DUO,

DE

LEGIBUS ET DE SENATU.

*His accedunt. ELECTA,*

- I. De Priscis Rom. Gentilitiis ac Familiis.
- II. De Tribubus Rom. xxxv. Rusticis atque Urbanis.
- III. De Ludis Festisque Rom. ex Kalendario vetere.

STUDIO

AND. SCHOTTI.





*Illustrissimum Principem,*

## HIPPOLYTUM ESTENSEM,

Cardinalem, in librum de legibus

P R Æ F A T I O.



Mnes artes, atque omnes res, HIPPOLYTE Princeps, & Cardinalis, modo augeri, modo minui, nec easdem perpetuo esse, satis inter omnes constat. Patet hoc quidem oculis primum, deinde etiam mentibus. Oculis notamus eventa: mente, cur quidque eveniat, quoque referenda sit cujusque rei mutatio, intelligimus. Itaque lapides, & metalla, quæ omnium durissima sunt, quæ vis hominum frangere vix potest, hæc tamen consumit, & conficit vetustas. Quidquid ex partibus aliquando coit, & concretum est, id easdem in partes aliquando dilabatur ac dissipetur, necesse est. Habet hoc materia illa, unde res omnes constant, ut formæ mutationem quærat, idque quod sequitur, affecta, migrat in alias naturas, quasi quod appetiit, eo nunquam esse contenta videatur. Neque vero hæc naturales tantum ad res conditio pertinet, sed inventa quoque hominum, operaque attingit. Mores, consuetudines, loquendi ratio, quam Linguam appellamus, leges ipsæ, quas ne quid unquam ex hominum memoria deleat, in æs incidimus, omnia demum, quæ ab arte naturam imitante fluxerunt, quotidie mutantur, ac tolluntur, non modo ab externis causis contra voluntatem nostram, verum etiam à nobis ipsis, quia tempus ita postulat. Sed artes liberales, optimaque studia, quæ nusquam magis, quam in Italia, honor aluerat atque auxerat, ætas nulla magis affixit, quàm cum Romani Imperatores, Imperiû sede in Thraciam translata, Italiam barbaris nationibus diripiendam ac devastandam reliquerunt. Quod nisi superioribus annis Principes, ac Pontifices aliquot, maximè verò Leonis X. egregia, propeque divina liberalitas huic malo subvenisset, quem Laurentii Medices, patris sui, clarissimi viri, exemplo commotum, etiam veræ laudis cupiditas impulit, ut jacentes ingenuas artes, magnis propositis præmiis, excitaret: barbara, credo, quod ad litteras attinet, magna ex parte nunc esset Italia. Dignitas omnis philosophiæ, splendor omnis obsolevisset eloquentiæ. Sed neque ille hujus præclari operis summam potuit absolvere, ereptus morte, disciplinis liberalibus nimis immatura: & interitum illius tempora sunt ejusmodi consecuta, ut, quæ paululum jam luxerant honestarum scientiarum studia, ea perpetuis multorum annorum tenebris quasi nox quædam obscuraverit prorsus, atque exstinxerit. Fatalis enim bellorum tempestas non exercitationem modò litterarum sustulit, verum, quæ sunt in excolenda virtute postæ laudes, eas labefactavit omnes atque pervertit. Ac nunc quoque, cum pacis aliqua spes, longo sane intervallo, affulsisset, misera rursus eodem malo tentatur Italia, veteresque calamitates adversus bonis artibus nescio quis Genius irvebit. Nunc te, Hippolyte Cardinalis, cui summam juvandi generis humani voluntatem, nec minimam cum voluntate facultatem Deus tribuit, eximiam ad laudem vocat occasio. Suscipe desertum penè ab omnibus litterarum patrocinium. Collige tu, quæ alii dissipant, omnium laudandarum doctrinarum studia, & restitue nobis illa, quæ vel hominum improbitas, vel, ut alio culpa deriveatur, fortunæ vis eripuit. Hæc est actio digna Cardinali, digna Principe. Hippolyto vero, &

Cardinali, & Principe dignissima. Vidimus tuam præteritam vitam: ab ea nihil humile, nihil obscurum, nihil vulgare, ampla omnia, præclara, inusitati exempli, novi generis expectantur. Quæ tu, ne à te ipso dissentias, nunc quidem magna ex parte præstabis, atque aded jam præstas, bonis viris, & eruditis beneficentia sublevandis: quorum ex ingeniis non dubito, quin quotidie aliquid efflorescere tuo beneficio videas. Quod quia præclarum est exemplum, alii sequentur. Scribent omnes, quod quisque poterit, illecti gloria, & commo-  
dorum spe compulsi: nam, ut conjecturam de me ipso faciam, quem esse nihil in litteris fateor: sed, ut aliquid tamen essem, laboravi: ego olim (decennium, opinor, abiit, eoque amplius) auctoribus duobus eximiis viris, Petro Bembo Cardinali, & Bernardino Mafæio, qui postea dignitatem eandem magnis in Ecclesiam Christi meritis est consecutus, dederam me ad res Romanas illas veteres observandas, & ex omnibus antiquorum monumentis omni studio colligendas: ut, cum illam Rempublicam, qua nulla fuit, nec erit unquam illustrior, universam animo, ac scientia comprehendissem, Latinis eam litteris explicarem, egregiumque benè, ac laudabiliter institutæ civitatis exemplum meis, quatenus quidem ipse possem, scriptis expressum, posteris relinquerem. Res erat præclara, meque delectabat vehementer, & afficiebat ipsa tractatio. Itaque meam omnem industriam, omnem curam, omnes denique in hoc studio cogitationes fixeram, ac locaram. Sed accidit iniquo meo fato, ut horum utrumque, Bembum primo jam senem, cujus in benevolentia ornamenti mihi erat plurimum, deinde Mafæium non ætate minus, quàm virtute, florentem, in quo mei spes otii sita omnis erat, à quo pendebam totus, importuna morte ereptum amiserim. Destitutus eo præsidio, quo meæ fortunæ nitebantur uno, fractus animo, ac debilitatus, institutum Antiquitatum Romanarum opus omiseram, & ad alia me converte-  
ram. Postea verò quam, honorifica in primis conditione delata, magno sum à te tuo beneficio in tuorum familiarium ordinem invitatus, quod ego summæ felicitatis loco duxi: erectus mente atque animo, rursus, quod abjeceram, suscepi, onusque tantum, quantum privati opibus perferri vix, aut ne vix quidem potest, te uno fretus egregiè sustineo, & ut ex parte totum judicare posses, decem, quos exorsus sum, libris hunc de Legibus potissimum, quem ad te mitterem, delegi: non quod ita postularet ordo: (sexturn enim in Antiquitatum volumine locum obtinet) sed, quod, cum omnium librorum materies non modo coacta jam in unum à me esset universa, verùm etiam satis diligenter in partes distributa: casu accidit, ut hic minus, quàm cæteri, rudis, minus esset impolitus. Præterea feci libenter, tuis actionibus admonitus: leges enim hic liber complectitur. porrò leges nihil aliud, quàm rationem, nihil præter ordinem, docent. Ratio autem, & ordo, si usquam, in tuis moribus elucet: quippe nihil agis non moderatum, nihil non æquabile, nihil, quod non cum ea, quam sustines, persona, id est, cum religione verè Christiana, ac Sedis Apostolicæ dignitate, consentiat. Quare, cum omnia mea tua sunt, quandoquidem ego me tibi, quidquid sum, & quantus quantus esse possim, totum addixi: tum verò hic de legibus Romanis liber verè tibi debetur, tibi que est à me jure optimo inscriptus. Quo in libro benè positam à nobis operam si duxeris, de cæteris quin idem sentias, haud equidem verebor: pergo enim studio pari, voluntate etiam, ut mihi videor, acriore. Unum modò exoptandum est, ut, quando nos ab hoc studio nulla utilitas, nulla voluptas, ne valetudinis quidem satis imbecillæ ratio potest avellere, nostris laboribus tua benevolentia quasi propitiuz numen adsit: sic enim fiet, ne qua prorsus in difficultate, ne quo unquam in scopulo nostra hæreat industria, & in eum, quo spectat animus, portum, secundo cursu, tuæ benignitatis aura prosequente, facilè pervehimur. Vale, Venetiis.

# PAULI MANUTII ANTIQUITATUM ROMANARUM LIBER DE LEGIBUS.

## CAPUT I.

*De jure & legibus in genere, quibus subjicitur operis de legibus Romanis partitio.*



Prima omnium, atque æquissima natura lex est, quæ tum nihil cuiquam deesse, tum ea, quæ quisque habet, æterna jubet esse. Nam, quemadmodum illa, quæ coelestibus corporibus præstant, beate mentes justissimæ sunt, & suum quaque corpus justissimè regit: sic ipsa natura, quæ de superioribus illis mentibus derivata, & in unum collecta vis est, æquissimum in agendo ordinem servavit: eaque, quæ egit, patere omnibus, nec unquam non esse vult. Itaque & eam partem æris, quæ subtilior, eoque purior est, oculis trajicientes, adpectu coeli jucundissimum omnes fruimus: & inferiorem, mixtam, spiritu haurimus: & sustinemur, atque alimur terra: & aqua ad ea, quæ cuique commoda, ac necessaria sunt, utimur. Nam, etsi horum singula uni animantium generi tributa ad usum ac victum præcipue videntur: tamen ita uni generi proprium unumquodque est, ut diversi generis animantibus nihil denegetur. Alitibus aer, mare piscibus, quadrupedibus terra, certa cuique animanti sedes, ac naturale domicilium est: omnia tamen omnibus communia sunt, neque alieni alimenti usum animal ullum perpetuo caret. Hæc sua lege natura, communis omnium mater, ita constituit, ac sanxit: cujus ad similitudinem quo propius accedunt humanae leges, eo certior ac laudabilior ea vitæ ratio est, quam hominum generi præscribunt: neque ad aliud exemplum spectantur homines illi, quos antiqui scriptores divitiis laudibus extollunt, quia suas civitates optimis institutis ac saluberrimis legibus temperarunt. Celebrantur præter cæteras Lacedæmoniorum leges, à Lycurgo latæ, Atheniensium, à Solone. Commemorantur & illæ, quas Loerensibus Zaleucus, Thuriis Carondas, Getis Zamolxis, Pythagoræ discipulus, dedit. Laudat etiam Cretensium leges Plato, Carthaginiensium Isocrates. Romanas vero Polybius antepone omnibus non dubitat. Hæc cum ab iis, qui cæteris hominibus ingenio, ac sapientiâ præstiterunt, summo opere laudatæ prædicatæque sint, quid aliud, nisi præclaras fuisse, credendum est? at dissimiles inter se, & si dissimiles, quo modo omnes præclaræ? quia nimirum ad eundem finem, eandemque quasi metam, non eadem tamen via, omnes tendunt. Jus naturæ, in quo nihil inæquale deprehenditur, primi conditores legum ante oculos habuerunt: ejus imaginem in suas quisque leges, quantum imitatione licuit, transulerunt. Qui cum ad justitiam pariter intenderent, eandem tamen in tradendo jure rationem ideo secuti non sunt, quia non ejusdem loci, non ejusdem cæli, non ejusdem hominibus ingenii leges ferebant. Hæc illi cum animo circumspicerent, atque cogitarent, modo perficere possent, quod agebant: qua ratione perficerent, laborandum non esse judicarent. Neque enim ipsarum legum vitio factum est, ut aut Athenienses minus diu, quam Lacedæmonii, aut Lacedæmonii minus, quam Romani, floruerint: sed quod

Athenæ citius, quam Sparta, & Sparta citius, quam Roma, de recta majorum consuetudine desisterent, legum imperium majestatemque neglexit. Quare prudenter judicat Polybius, quod, duabus potentissimis civitatibus, Carthagine, & Roma, multorum annorum bello de imperio decertantibus, ad extremum succubuisse Carthaginem, & victam conditiones accepisse, ob eam maximè causam putat, quod, quo tempore inter eas incidit contentio, tum & Carthagine multo, quam antea, negligentius, & Romæ multo, quam unquam, diligentius leges colebantur. Nihil enim sine jure perpetuum est. Jus autem ipsum nihil aliud est, quam bene vivendi norma, legibus tradita, atque præscripta: quam qui tenent, soli duas maximas res, maximeque optabiles adipiscuntur. Primum, ipsi quotidie magis in sua civitate cari sunt atque honorati, inter ignotos clari, inter homines viri, inter viros heroës: deinde, id quod velles bonitatis est, perficere virtutis facile consequuntur, ut eorum patria civibus frequens, pace tuta, opibus beata sit. Ex hoc genere fuisse legimus Thebis Epaminondam, Spartæ Agellium, Athenis Aristidem, Romæ Camillum, Fabios, Decios, Scipiones, Catones, innumerabiles alios. Nulla enim ex omnium sæculorum memoria magis ad omnem laudem civitas excelluit. Ex hoc etiam numero multos in patria mea fuisse, apud majores nostros Carolum Zenum, Franciscum Barbarum, patrum ætate Bernardum Justianum, Hermolaum Barbarum, Hieronymum Donatum, Andream Nangerium, accepimus. Ipsi vidimus, & quod in magna felicitatis parte ponimus, allocuti sæpe sumus Gasparem Contarenium, cui quidem ex iis, quos nominavi, prudentia, bonitate, amore in patriam, pietate in Deum anteferrî nemo, doctrina ne conferri quidem potest. Fuit enim ille vir, non modo Veneriis, quamdiu gerendis magistratibus operam Reipublicæ navavit, verum & Romæ, & ubicunque fuit, posteaquam absens pane contra voluntatem, præter opinionem certè Cardinalis factus est: fuit, inquam, ille vir, cujus mihi nunc scribenti vultus, & os illud, regia quadam majestate decorum, ante oculos obversatur, in omni genere vitæ inter omnes homines admirabilis, & eximius. Qui cum esset habitu naturæ excellenti, ac propè divino, domestica etiam disciplina, præter rectum, & honestum, nihil agnosceret, nihil vellet, tamen assiduo philosophiæ studio, ita voluntatem auxerat, ita naturam expolierat, ut cum nemo magis virtutem diligeret, tum nemo diligendam magis judicaret. Hunc ego mihi cum à prima adolescentia, tanquam unicum exemplum, & in moribus, & in litteris ad imitandum proposuissem: nunc, in utroque à perfecta illa facultate, quæ in illo fuit, quam longè absum, quamque id, quod imitari statueram, consequi difficile sit, re tentata, & cognita perspicio. Equidem in litteris neque temporî, quantum rei familiaris occupatio permittit, neque labori, quantum mea non admodum firma valetudo

fert, adhuc peperci: seduloque sum conatus, ut, quem admodum ille suorum studiorum rationem exitare voluit: itaque multa literis ab illo præclarissime tradita legantur, eundem ego facerem, & pro mea tenui facultate, meis scriptis hominum studiosorum utilitati commodisque consulere. Par in utroque voluntas fortasse fuit: nos inferiores ingenio, scientia vero impares maxime sumus. Ille Venetam Republicam, hoc est eam, quæ inter omnes nostri temporis Reipublicas plurimum excellit: nos Romanam, hoc est eam, quam omnium præclarissimam antiquas habuit, ad scribendum delegimus. Ille, quod voluit, perfecit: nos, eventu dubio, perficendi tamen spe conamur. Nam, cum quantum reverentiam, intelligimus: tamen, quia superioribus quinque libris, primo de urbe, altero de civitate, tertio de religione, quarto de senatu, quinto de comitiis, operam a nobis non omnino male positam existimamus, incepti notandum ponentes, animoque satis alacri pergemus ad ea, quæ restant. Sextus hic erit de Legibus liber, in quo cum diligentem, tum ingentem, addo etiam prudentem, gravissimam sum partem. Nam ex his legibus, quæ Romæ latæ sunt, nullam prætermittere, diligentem est: quo in genere negligens certe non sumus. Quid autem in ferenda lege quisque cognoverit, & utrum id, quod cogitavit, utile Reipublicæ fuerit: hæc vero neque sine ingenio, neque peracuo, quisquam videtur, neque sine prudentia indicaverit. quare cum eam partem, quæ tota summi ac laboris est, & a voluntate pendet, absoluerimus, (nihil enim in hoc, quantum quidem in nobis erit, desiderari poterimus) eam, quæ ad ingenium, & prudentiam pertinet, quæ nobis satis parte natura tribuit, si minus pro rei susceptæ magnitudine præstabitur, iniquis erit lector, si quis inimitatem pro crimine possent, ineamque causam potius coadjuverit, quia, quod debet, non poterimus, quam probaverit, quia, quod potuit, certe viderimus. Quinque partes erant hujus libri. Primo loco, quibus nominibus appellatæ leges sint, quæ easque latæ, quæ easque sententia fuerit, ostendemus. Hæc parte absoluta, quæ erit omnium maxima, tum illa quantum, quæ ad rationem ferendæ legis pertinet, ordine curabimus, ut, à quo genere hominum, quibus in locis, quibus temporibus, quibus de causis latæ leges sint, explicemus. JUS omne aut a natura est, aut a consuetudine, aut à legibus. Jus naturæ ipsam per se, sine consuetudine, & legibus, ad optimam vitæ conditionem satis erit: satis enim beate vivebimus, si naturam ducem sequeremur: sed quia, quod justum, & laudabile est, multi, vel, quia sunt hebetes, non intelligunt, vel, quia sunt improbi, dissimulant: necesse, ne peccantes darentur excusandi locus, scripta lex est, quæ quid agendum, fugiendumve esset, perpenis literarum notis testatum, atque expressum ante oculos poneret. Is enim, qui legem ferit, si modo suam voluntatem civis incommode metatur, tria spectat, ut poenam factis dignam perdiri homines laent, ut ceteri, exemplo admoniti, poenæque deterriti, meliores efficiantur, ut viri boni, sublati improbi, maiorem, ac tranquillum vitam ducant. Est igitur lex tripartita proco: qui, suggerente natura, justitiam civibus emittit: cuius vocem qui volentes auribus percipiunt, eamque fideliter animo custodiant: ita vivunt, ut virtutem a vicio facile distinguant, & ab altero, tanquam a pestifero angue, refugiant: alteram amplectentur, & amabilem præ cæteris rebus existimant. Verum, quia publica res ita cum privata coheret, ut altera alteras commodo miratur, nec ferre, nisi utrique recte sit, diu vigere & stare civitas ulla possit, propterea, quæ utrique consisterent, leges, alix pro itari Reipublicæ, alix pro singulorum utilitate, diversis temporibus latæ sunt. Fuit igitur & jus publicum, & jus privatum. Rursus, quia publica sunt iustitia, si separentur à divinis, publici juris facta divitio est, ut altera pars ad religionem, altera ad res humanas pertinet. Jus privatum de ipsam quidem simplex est, sed leges quidem omnes de rebus humanis, alias tamen de iure civis, alias de criminibus continet. Pri-

mum igitur nobis agendum est de iure publico, deinceps de privato: & primum de publico divino, deinde de humano: item de privato, primum de eo, quod ad jus civile pertinet, secundo loco de eo, quod crimina persequitur.

## CAPUT II.

*De legibus Romanis jus publicum spectantibus, inter quas primo loco leges de sacris & religione.*

ROMANÆ leges aut à regibus latæ sunt, aut ab iis magistratibus, quos, regno sublato, alios alius temporibus creatos, civitas habuit. Ipsas leges magna ex parte aliunde sumptas facile crederemus. Non enim dubitandum est, quin, cum ea tempestate in Italia & Albanis, & Sabinis, & præter ceteros Etruscis fiorerint, cumque Albx Romulus, in Sabinis Nama, Priscus etiam matre Etrusca, patre in Græcia nato, in Etruria educato, genus esset, ad suam quisque patriam respectum, & ea, quæ in iis populis probabiliora videbantur, imitatus, delegerit, Romæque legibus sanxerit. A Lacedæmonius etiam nonnulla, ad Atheniensibus multa ad jus confirmandum video derivata. Nam fere, quæcumque in xxi. tabul. decemviri scriptauerunt, de Solonis legibus translata sunt. Et earum tabularum supplementa Romanos a Faliscis collegisse, apud Servium Historicorum scriptum est. Cuius in commentario, a Cretensibus etiam aliquod sumptum, animadvertimus. *Majoris, inquit, nostri, sedentes epulabantur: quem morem habuerunt a Lacedæmonibus, & Cretensibus, ut Varro docet in libris de gente populi Rom. in quibus docet, quid a quaque traxerit gente per imitationem.* Nec vero, ab ingenio pauca, atque a prudentia esse deprompta, credendum est, præsertim in Republica tam in magnis opibus imperii, pro vario rerum eventu, nova jura temporum necessitas exigeret. Regum ætate non multas in urbe leges fuisse existimavimus: non solum, quia regem iustæ pro legibus erant, ad eos gravissima quæque deterebantur, eorum omnes dicto annuere, imperio parere cogebantur: verum etiam, quia civitas, neque dum populo satis frequens, neque opibus locuples, legum multitudinem non desiderabat. Inter paucos, & ætatis bellis exercitatos, nondum licentia, nondum plane vis emeritæ: non luxuriosus, non illa, quæ fere spes consequitur, malorum artium læces in urbem invaserat. Regibus exactis, simul cum publicis opibus & nata nova vicia sunt, & ea, quæ fuerant, aucta. Tunc, ut ad varios morbos diversa medicamenta investigata, inventaque sunt, sic ad ea mala, quæ manare coeperant in civitate, comprimenda, atque sananda, varia legum genera peperit necessitas. Neque tamen reges ipsi leges neglexerunt. Poterant omnino, quidquid vellet: sed voluit nemo, nisi quod liceret. Quis, ut ait Livius l. 8. ab ipso statim urbis primordio Romulus, *res divinitus vix perperatis, coacta ad consuetudinem multitudine, que coarscens in populi unius corpus nulla re, præterquam legibus, poterat, jura dedit.* Quem Nama subsecutus, magno etiam magis civitatem legibus excoluit, & ab armis ad religionem, bonosque mores totam tradidit. Omnesque deinceps, præter Superbum, ita regnarunt, ut, quod idem Livius II. 1. tradit, *Bonius idem, qui tantam gloria, Imperio exacto, meruit, possino quibus in sacras factis, si, licentia immoderata cupiditate, priorem regum alicui regnum extorsisset:* quare, cum ipsos moderati ingenii, optimæque exempli fuisse constet, tum leges habuisse, quarum ad præscripsum universos cives vivere viderent. Quibus de legibus, deque iis, quæ postea latæ sunt, ita summam agemus. Nam, tamen ut patitur desiderari. Ac primum de publicis, & inter has primum de iis, quæ ad religionem pertinent, agendum est. LEGES publicæ de sacris & de religione jam inde a primis regibus, Romulo, & Nama, non sane paucæ institutæ sunt, sed ante omnia, Romulus videtur, ne quis unquam suas leges, aut sua facta possent infirmare, legem illam, quam re-

giam Ulpianus vocat, de suo imperio tulisse: cum populus ab eo rogatus, omne suum ei, & in eum imperium, omnemque potestatem consulit. Hoc facto ad inducendam religionem animum adiecit, & cum religione securitatem simul civium spectavit. De ipsa enim urbe id primum statuit, ne quis, nisi per portas, ingrederetur, egredereturque: moenia sacrosancta essent. Quam legem videtur Cicero significasse de natura deorum III. 40. cum ait, *murros à pontificibus habitos esse sanctos, quos violare nefas esset.* Ita cum & suam Romulus, & publicam salutem religione munisset, sanxit deinde, idque semper servavit, ne quid publicè inaugurato fieret. Vidit enim, reliquas leges, quas ferre de rebus humanis cogitabat, haud paulo plus in novo, varietate multis ex locis confluyente populo habituras esse ponderis, si cum quadam erga deos pietate conjungerentur: quandoquidem id esse quasi frenum videretur ad impetus animorum reprimendos, hominesque in officio, rectaque ratione continendos. Atque hac quidem de lege ita loquitur Cic. de natura deorum lib. III. cap. 2. ut ab ea fluxisse Romani imperii magnitudinem significet. *Romulum, inquit, mihi persuadeo, auspiciis constitutis, fecisse fundamenta nostrae civitatis.* Tum, sacris rebus ac ritibus praefisse principes civitatis, hoc est, patricios, lege iussit: qui, divina tractati à plebeis hominibus, neque pium, neque decorum iudicaret: siquidem ea, quae vim habet necessitatis, inopia faceret, ut eorum non modo manus labe rerum vilissimarum foederetur, verum animi quoque tum cogitandis, tum etiam parandis sceleribus inquinarentur. Addidit aliam legem, ne in templo nocturnae vigilae haberentur: optimo sanè consilio, primum, ne quid per noctem minus castè, minus pudice factorum specie committeretur: quod heri plerumque contingit. Deinde, ne qua fieri coitio, ne quid iniri adversus ipsum, publicamve rem occulti consilii, ne quid infidiarum tendi posset. Ad quam legem Cicero de Leg. II. 14. spectavit, cum in suis legibus illa scripsit: *Nocturna mulierum sacrificia ne sunt, prater illa, quae pro populo ritè fiunt.* Et, quoniam opinio fabularum, quibus antiquitas deos admiscere solita est, familiaritatem quandam inter homines & deos videtur inducere: unde manat primum contemptus, & in moribus licentia, deinde ad omne facinus audacia: vinculum hoc quoque incolumitatis publicae firmissimum sapientissimus rex futurum putavit, si pecnam iis lege indiceret, qui fabulosa de diis signimenta credidissent. Quid illud? ubi diversa religio est, tollitur societas, & consuetudo. Ex eo facile odia, & ex odiis seditiones existunt. Quo saepe malo civitates intereunt: providit hoc Romulus, cavique, lege lata, ne deos peregrinos, prater Faunum coleret, neve sacrificia externa facerent. Has leges, & eas, de quibus infra suo loco agemus, videtur comitis curiatis tulisse, quae de Pomponii jurisconsulti verba Dig. I. 2. 2. §. 2. recitabo. *Romulus, inquit, populo in xxx. partes diviso, quas curias appellavit, quod tunc Reipublicae curiam per sententias earum partium expediebat, leges quasdam curiatis ad populum tulit: tulerunt & sequentes reges: quae omnes conscriptae exstant in lib. Sexti Papirii, qui fuit illis temporibus, quibus Superbus, Damarathi Corinthii filius. Isque liber appellatur ius civile Papirianum.* Hæc Pomponius. Aliam ejusdem Romuli, sed ita mutilam ponit Festus, vix ut sententiam consequi liceat. Scribit enim sic: *In regis Romuli, & Latii legibus: (sive Tatii, qui cum eo regnavit, malimus legere) Si nurus, sacra diis parentum esto.* Verum in Romulo temperatum fuit ingenium, quale scilicet nascentis urbis initia postulabant, tum ad rem bellicam, tum ad religionem accommodatam. Numa totus in re divina fuit: itaque ad eos sacerdotes, quos Romulus instituit, qui sexaginta fuerunt, ipse alios præterea adiecit, flaminem Dialem, Martialem, Quirinalem, virgines Vestales quatuor, Salios Marti Gradivo duodecim, pontificem maximum ex patriciis, cui omnia sacra cum publica, tum privata commisit. Hæc non dubito, quin ad perpetuitatem legibus sancita sint, sicuti alia multa, quae re-

ligionis causa tum ab aliis regibus, tum à magistratibus in Republica constituta sunt. Addit ejusdem legem Plutarchus in Coriolano p. 225. E. *Ut cum sacerdotes rem divinam facerent, clara voce præco clamaret, Hoc age: ut attentò animo sacris operam darent.* Tres & Plinius nominat, unam lib. XIV. cap. 12. *Ne rogus vino respergeretur: neve diis eximportata vite vina libarentur. Quorum alterum sanxit propter inopiam: alterum, ut putare viderentur, alias aratores, & pigri circa pericula arbusi.* Hanc puto Postumiam Numæ legem ideò dictam esse, quia Postumius eam aliquis in magistratu iussu Numæ tulit. Nec verò quemquam Numa regnante fuisse crediderim ea potestate præditum, ut legem ferre posset, præter præfectum urbis: qui videtur à Romulo institutus, quod ipse, propter assidua bella, urbanis negotiis operam dade nullo modo posset. Certè rex ultimus Tarquinius, Rutulis bellum illaturus, curam urbis commisit Sp. Lucretio Tricipitino: quem Livius Præfectum urbis appellat. Alteram Numæ legem idem Plinius nominat lib. XVI. 1. cap. 2. *Ut deos fruge colerent, & mola salsa libarent.* Tertiam lib. XXXI. 1. cap. 2. *Ne pisces non squamosos polluerent.* Legem quoque de prædiorum terminis, quos tanquam deos coli voluit, ab eo latam, & alia quædam sacris inducendis, aut confirmandis idonea, ab eo instituta, docet libro secundo Dionysius. Festus etiam, Numa, inquit, statuit eum, qui terminum exarasset, & ipsum, & boves sacros esse. Idem alio loco. *Alinta antiqui pro aliter dicebant. Hinc illud in legibus Numæ: Si quis alinta sanxit: ipsos Jovi sacer esto.* A divinis ad humana conversus, luctui modum statuit pro cuiusque ætate, ut apud Plutarchum in ejus vita scriptum est. Legem ejus de Judiciis Festus memorat his verbis: *Numa in secunda tabula, secunda lege, in qua scriptum est: Quid horum fuit unum iudici, arbitrove, reove, eo die diffusus esto.* Recitat idem ejusdem legem, his verbis: *Si parentem puer verberit, aut, olle plorasset parentes: puer diis parentum sacer esto.* Quæ sine dubio ad eam, quæ parentibus debetur, pietatem spectat. *Ex aliis Regibus, lege tribunicia omnes leges exoleverunt:* (ponam enim ejusdem Pomponii verba) Dig. I. 2. 2. §. 3. *iterumque capit populus R. incerto magis jure, & consuetudine aliqua uti, quam perlata lege: idque prope xx. annis. Postea pluvit, publica auctoritate x. constituti viros, per quos peterent leges à Græcis civitatibus, ut civitas fundaretur legibus: quas, in tabulis x. ancis perscriptas, pro Rostris proposuerunt, ut possent apertius perspicere: datumque est eis jus eo anno in civitate summum, uti leges corrigere, & si opus esset, interpretarentur, neque provocatio ab eis, sicut à reliquis magistratibus, fieret. Qui & ipsi animadvertenter aliquid deesse primis x. legibus: ideoque sequenti anno alias duas ad easdem tabulas adiecerunt.* In his legibus, quascenturiatis comitis x. viri tulerunt, multa propriè de jure divino sancita esse, necesse est: siquidem ita diligenter, & ita copiose scriptæ sunt, inspectis prius & sapientissimi Solonis legibus, & aliarum Græciæ civitatum institutis, ac moribus, ut vel ætate sua Livius lib. III. cap. 34. in immenso aliarum super alias acervatarum legum cumulo, fontem tamen omnis publici privatique juris XII. tabulas esse dicat, sed de sacris ritibus pleraque vetustate obliterata, evanuerunt: nonnulla de legibus ad creandos sacerdotes pertinentibus, veterum historianum, ac monumentorum ope, quasi scalmis è naufragio, servata sunt. Atque hoc de genere (ut à primis temporibus ordiar: unde veluti per gradus ad postrema descendam) leges invenio Romiliani primum: quæ cautum est, ne alii, præter patres, & magistratus, sacra intrent peragerent; deinde tribuniciam, Sextiam Liciniam, ut x. viri factorum, non, ut antea, omnes patricii, sed ex parte dimidia de plebe crearentur: item aliam tribuniciam, Ogulniam, ut, cum quatuor pontifices essent, placeretque sacerdotum numerum augeri, quatuor præterea pontifices, quinque augeres, de plebe omnes, allegarentur: ut omnino octo pontificum, novem augurum numerus fieret. Jam enim inter plebem, & senatum, hoc est, inter inopes, & divites, peculiare malum in liberis civitatibus erumpere discordia cœperat: seque plebs, quasi

quasi profanam, à sacris amoveri querebatur. Ideoque tribunus plebis advertebat Senatu, ad extremum, latis rogationibus, obtinuerunt, ut sacerdotia communicarentur. Fuere præterea de cooptandorum sacerdotum jure partim pro plebe, partim pro collegiis late. Tribunicia Cn. Domitii, consularis L. Cornelii Syllæ dictatoris, tribunicia T. Atii Labieni, consularis C. Cæsaris, consularis deinceps & M. Antonii. Cum enim, veteri lege ac more, augures ab auguribus, pontifices à pontificibus, reliqui sacerdotes à suis quique collegiis crearentur, unus pontifex maximus à populo: quod & Ciceronis in Agraria II. & omnium panè historicozum, ac Livii inaximè testimonio constat: Cn. Domitius tribunus plebis Neronis Imperatoris atavus, pontificibus offensior, quod alium, quàm se, sui patris in locum cooptasset, lege lata, jus sacerdotum subrogandorum à collegiis ad populum transtulit, eo anno, quo C. Marius tertium consul fuit. Nec multo post ipse pontifex maximus populi suffragio creatus est, opinor in locum Q. Servilii Capionis: ut ex Valerii libro VI. licet conjicere. Hujus legis in oratione agraria in Rullum II. cap. 7. Ciceroni mentionem facit, his verbis: *Hoc idem de cæteris sacerdotiis Cn. Domitius tribunus plebis, vir clarissimus, tulit: quod populus per religionem sacerdotia mandare non poterat, ut minor pars populi vocaretur: ab ea parte qui esset factus, is à collegio cooptaretur.* Sunt etiam hæc in oratione pro C. Cornelio Fragam. 32. *Quid? avunculus tuus, clarissimus vir, clarissimo patre, avo, majoribus, credo silentio, favente nobilitate, nullo intercessore comparato, populo R. dedit, & potentissimorum hominum collegiis eripuit cooptandorum sacerdotum potestatem.* Existimo autem hæc lege permissum, ut absentes etiam possent petere sacerdotia. Nam eam, ut opinor, significat Cicero, cum ad M. Brutum Epist. 5. ita scribit: *Ciceronem nostrum in vestrum collegium cooptari volo. Existimo omnino absentium rationem haberi sacerdotum comitiis posse: nam etiam factum est antea. Cujus enim Marius, cum in Cappadocia esset, lege Domitia factus est augur: nec, quo minus id postea liceret, ulla lex sanxit.* Postea L. Sylla, rerum potitus, cum alia multa contra populum, qui Marianas partes foverat, tum hoc sanxit, ut rursus sacerdotes à collegiis crearentur. De quo sic Pedianus in Divinationis explanatione p. 19. *His x. annis, victore Sylla, bellis civilibus, spoliatus est populus R. potestate tribunicia, judicandi jure, arbitrio creandorum sacerdotum.* Sed quemadmodum legem Domitiam abrogavit sua lege Sylla: sic legem Syllæ, aliquot post annis, T. Atius Labienus tribunus plebis abrogavit, Domitiamque restituit. Fecit autem hoc auctore C. Cæsare: qui, si populus in mandando sacerdotio suffragium ferret, se, qui popularis admodum erat, pontificem maximum, in demorui Metelli Pii locum creatum iri, non sine causa putabat. Quod re comprobatum est. Nam, P. Servilio Isaurico, & Q. Lutatio Caudio, consularibus viris, & profecta jam ætate, dejectis, ipse, nondum pratorius, in amplissimi sacerdotii gradum ascendit. Tulit & ipse legem, non quæ à Labieni lege discreparet, (fuit enim uterque popularis) sed quæ novum aliquid jus adscriberet. Domitiam quidem legem in eo capere confirmavit, ut absentibus petere sacerdotia liceret, scripsit enim hæc in sua lege: *Qui petit, cuiusve ratio habeatur.* Quorum verborum sententiam Cicero exponens in epistola 5. ad M. Brutum, *Apertè, inquit, indicat, posse rationem haberi etiam non presentis.* Rursus à populo ad collegia, lege Labieni abrogata, jus cooptandorum sacerdotum retulit post obitum Cæsaris M. Antonius consul, eo consilio, ut facilius ac certius M. Æmilius Lepidus, cujus filio filiam suam collocaverat, pontifex maximus in Cæsaris locum subrogaretur. Ita, quod historia demonstrat, jus creandi sacerdotes quater immutatum est, à Domitio, Sylla, Labieno, Antonio. Mihi tamen & de quinta mutatione oritur opinio, ut puto, satis certa. Primum ex epistola 5. ad M. Brutum: in qua ita scriptum est: *Pansa vi-vo celeriora omnia putabamus. Statim enim collegam sibi subrogasset, deinde, ante prætoriam, sacerdotum comitia fuissent.* Cum enim, quo tempore hæc epistola scripta est, tum non à col-

legiis, sed à populo subrogari solitos esse sacerdotes, manifestum sit, quia comitia de populo dici nemo nefcit: hæc autem epistola eo anno scripta sit, quo Hirtius & Pansa confecerunt, id est eo, qui Antonii consulatum primus consecutus est: liquet Antonii legem non esse servatam, sed eam, quam Domitius tulerat, iterum esse restitutam. Nititur etiam Dionis testimonio: qui libro XLVI. leges Antonii à Pansa consule abrogatas esse narrat. Quod etiam fecit Lentulus ille, qui scripsit his verbis ad Ciceronem: *Primum ego leges Antonianas fregi.* Ut ejus potius exemplum Pansa, quam ipse Pansa, secutus esse videatur. Est etiam ex ipso Cicerone minimè dubium de abrogatis Antonii legibus argumentum. *Ata, inquit oratione XIII. cap. 3. in ipsum, Antonii rescidisti: leges per vim, & contra auspicia latas decreveristi.* Præterea patet hoc eo clarius, quod in ea, de qua proximè mentionem feci, ad Brutum epistola, proximam legem de sacerdotiis Cicero Juliani appellat: quæ petendi sacerdotii potestatem absentibus permittebat. Quod si post Antonii consulatum, in quo legem tulit de jure cooptandi, proxima dicitur C. Cæsaris lex: nimirum sublata jam erat Antonia, & mos ille renovatus cooptandorum sacerdotum populi comitiis, quem sua lege primus Domitius induxerat. quamquam non id primus esset aggressus: nam aliquot annis ante C. Licinius Crassus eadem sententia legem promulgavit, nec tamen perulit: sic enim in libro de Amicitia cap. 25. loquitur D. Lælius, is qui cum Africano minore conjunctissime vixit. *Quam popularis lex de sacerdotiis C. Licinii Crassi videbatur? cooptatio enim collegiorum ad populi beneficium transferebatur.* Tamen illius vendibilem orationem religionum immortalium, nobis defendentibus, facile vincebat. *Atque id alium est prætor me, quinquennio ante, quam consul sum factus, itaque re magis, quam auctoritate, cassi illa defensa est.* Hic, quando veterum testimonia, quæ sunt de legibus ad sacerdotum creationem pertinentibus, recitari: adjungam dubitationis nescio quid, quod explicare, non cuiusvis, ut opinor, facillimum est. Non enim minus libenter meas dubitationes, quam expositiones, profero: neque ego me eum esse proficere, cui omnia pateant. Contra, si qui se multa nescire fateatur, & qui libenter in legendo dubitet, is ego sum. Quæro igitur, utrum Cn. Domitii lex etiam ad ipsius pontificis maximi creationem pertinuerit, an verò ad sacerdotes, pontifice excepto? nam, si Domitius legem tulit non de pontifice maximo, sed de cæteris sacerdotibus à populo creandis: quia de pontifice ferri non opus esse judicaret, cum is jam ante à populo crearetur: cur dixit Dio libro XXXVII. legem Domitiam de cooptatione sacerdotum à Labieno tribuno plebis esse renovatam, ut pontifex maximus in locum Metelli C. Cæsaris à populo crearetur? quòd si quis Domitium & de pontifice maximo tulisse dixerit: huic ego opponam Ciceronis, & Livii auctoritatem: qui, quod Domitius tulit, ut in sacerdotibus fieret, id jam ante in pontifice maximo esse factum significat, ut scilicet à parte populi crearetur. Ciceronis verba sunt hæc in II. in Rullum oratione cap. 7. *Item, inquit, eodemque modo, capite altero, ut comitiis pontificis maximi. Ne hoc quidem vidit, majores nostros tam fuisse populares, ut, quod per populum creari fas non erat, propter religionem sacrorum, in eo tamen, propter amplitudinem sacerdotii voluerint populo supplicari.* Atque hoc idem de cæteris sacerdotiis Cn. Domitius, tribunus plebis, vir clarissimus, tulit: quod populus per religionem sacerdotia mandare non poterat, ut minor pars populi vocaretur: ab ea parte qui esset factus, is à collegio cooptaretur. Satis apertè significat, ante Domitii legem à parte populi pontificem esse factum. Sed Livius paulo clarius etiam hoc idem lib. XXV. cap. 5. exponit: ait enim: *Comitia inde pontifici maximo creandis sunt habitæ. Ea comitia novus pontifex M. Cornelius Cethegus habuit.* comitia pontificis maximi nominat, plurimum ante Domitii ætatem annis. Quænam igitur est hujus explicandæ quæstionis ratio? hæc fortasse concedo, ante Domitii legem populi comitiis pontificem maximum esse factum: sed Domitium existimo, cum reliquorum sacerdotum, id est pontificum, au-

gum, XV. virorum, VII. virorum, flaminum, aliorumque omnium, qui iure sacerdotii sacris rebus praesent, eandem esse conditionem vellent, ut, quemadmodum pontifex maximus, item ipsi à parte populi crearentur, de sacerdotibus omnibus generatim tulisse, ut etiam pontificem ipsum maximum comprehendere videretur, ita, quod de iure subrogandum sacerdotum Domitius tulit, non illud quidem in pontifice maximo novum fuit, sed, cum generalibus verbis esset per scriptum, non minus ad eum, quam ad reliquos sacerdotés, pertinuit. quam ob causam, cum L. Sylla Domitiam legem abrogavit, abrogatum simul & de pontifice maximo, & de sacerdotibus reliquis dicemus, non, quod nominatim Domitius de pontifice maximo tulisset: (jam enim, neque hoc esse factum, neque fieri oportuisse, diximus) sed, quod, cum de sacerdotibus omnibus tulisset, legis sententia etiam ad pontificem inaximum, qui & ipse sacerdos esset, pertineret. itaque, lege abrogata omnium sacerdotum, quorum in numero pontifex maximus erat, ad collegia rursus translata cooptato est, eademque lege à Labieno renovata, pontificis maximi & reliquorum sacerdotum par conditio fuit, ut omnes à parte populi crearentur. quod enim communiter omnibus de sacerdotibus sancitum à Domitio fuerat, eo pontificem maximum excludi jus non fuit. Vetus etiam de religione lex illa fuit, quam Q. Papirius tribunus plebis tulit; quae veratam in ius populi quidquam consecrari, neque aut hominem, aut locum, aut rem excipiebat ullam, quod ex oratione pro domo conjici videtur posse. Item illa de ritu capiunda virginis Vestalis, Papiam primum, deinde Popilliam, qua de re apud Gellium lib. 1. c. 12. scripta sunt haec. *De more ritumque capiunda virginis, litera quidem antiquiores non existant, nisi, quae capta prima est, à Numa rege esse captam. Sed Papiam legem invenimus, quae cavetur, ut pontificis maximi arbitratu virginis à populo viginti legantur, fortitioque in concione ex eo numero fiat, sed ea fortitio ex lege Papiam non necessaria nunc videri solet. nam si quis honesto loco natus adeat pontificem maximum, atque offerat ad sacerdotium filiam suam, cujus duntaxat, salvis religionum observationibus, ratio haberi possit: gratia Papiam legis per Senatum fit. Capi autem virgo propterea dicitur, quia, pontificis maximi manu prehensa, ab eo parente, in cuius potestate est, veluti bello capta abducitur. In libro Fabii Pictoris, quae verba pontificem maximum dicere oportet, cum virginem capit, scriptum est. Ea verba haec sunt. Sacerdotem Vestalem, quae sacra faciat, quae jus siet sacerdotem Vestalem facere pro populo R. Quiritibus, uti quod optima lege fiat: ita te Amata capio. Amata autem inter capiendam à pontifice maximo appellatur, quoniam, quae prima capta est, hoc fuisse nomine traditum est. Legum de religione ultima erit, & quasi agmen coget ea, quae sacerdotes militia vacationem, praeterquam Gallico bello, habere iussit: non quod iis bello profusus interdiceret: sed hoc tribuit, ut, si minus ire ad militiam vellent, cogi ne possent. nam, sponte multos augures, multos pontifices ad bellum exisse, historiae narrant, qui tamen extra Italiam primus pontifex maximus P. Licinius Crassus Mucianus contra Aristonicum, qui Asiam occupaverat, profectus est, is in praelio interfectus, neglectae religionis poenas dedit. hanc legem significat Plutarchus in Fabii Maximi vita p. 189. A. cum ait: Crassum, quod erat pontifex maximus, divina quadam lex doni tenuit. Eodemque & Livius libro XXVIII. cap. 38. spectavit. Nominatae, inquit, consulibus provinciae sunt, Sicilia Scipioni extra sortem, concedente collega, quia sacrorum cura pontificem maximum in Italia retinebat: Brutii Crasso, sed hic Crassus multis annis ante illum fuit, qui ab Aristonico est interfectus: ut ex observatione temporum facile est intelligere.*

## CAPUT III.

## Leges de ludis.

Sequuntur proximè leges de ludis, quas cum iis, quae ad religionem pertinent, conjunctionem, & quali affinita-

tem quandam habere, satis ex eo constat. quod nulli sine sacrificiis ludi fuerunt. & sacrificium religionis pars est. idè & M. Varro, cum de rebus divinis libros quinque componeret, unum de ludis, ut de re divina fecit. qua ratione adducti sumus, ut post leges de sacerdotibus, eas, quae sunt de ludis, exponeremus. Ac prima inter has Licinia nominatur, de ludis Apollinaribus: qui cum in unum annum voverentur, incertaque die fierent, Senatus P. Licinium Varum praetorem urbis ferre ad populum iussit, ut in perpetuum in statum diem voverentur. hi ludi, cum Hannibal esset in Italia, victoriae causa Q. Fulvio Flacco tertium, Ap. Claudio cos. ex Martii, clari vaticis, carmine primum instituti sunt: cuius in libris haec inventa Livius recitat libro v. eademque ferè & Macrobius libro Saturn. 1. 17. *Hofes, Romani, si ex agro expellere vultis, vomicamque quae gentium venit longè: Apollini vovendos censet ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant: cum populus dederit ex publico partem, privati uti conferant pro se, suisque, iis ludis faciendis praerit prator is, qui jus populo plebique dabit summum, decemviri Graco ritu hostiis sacra faciant. Hoc si recte facietis, gaudebitis semper, fietque res vestra melior. nam is Divos exstinguet perduelles vestros, qui vestros campos pascent placide.* Hoc invento carmine, censuerunt patres Apollini ludos vovendos, faciendosque, voveri autem, & fieri à pratore urbano: quòd is esse videretur, qui jus populo plebique summum daret: cum facti essent, duodecim millia aris pratori ad rem divinam, & duas hostias majores dandas: & ut decemviri sacra ritu Graco facerent, hisque hostiis, Apollini bove aurato. & capris duabus albis auratis, Latonae bove femina aurata. Ludos prator cum facturus esset, edixit, ut populus per eos ludos stitem Apollini, quantum commodum esset, conferret. populus eos coronatus praefavit. matronae supplicavere: vulgoque apertis januis in propatulo epulati sunt: celebrerque dies omni ceremoniarum genere fuit. Anno proximo, referente Calpurnio pratore, decrevit Senatus, ut ii ludi in perpetuum in statum diem voverentur. P. Varus, ut diximus, prator urbanus, à Senatu iussus, legem tulit: & ex ea lege ipse primus vovit, fecitque ante diem 2. nonas Quintas. eumque diem sollemnem deinde servatum esse Livius tradidit: ego tamen M. Bruti, qui Castorem interfecit pratoris urbani, absentis nomine, neque uno die tantum, neque 2. nonas Quintas. factos invenio. sed cum nonis Quintis. essent commissi, usque ad 3. Idus datos fuisse. quod ex duobus locis libri Epistolatum ad Atticum XVI. colligitur quod ipsum, de pluribus ludorum Apollinaium diebus, consumitur, ut opinor, Livius libro XXXVII. c. 4. his verbis: *Ludis Apollinaribus ante diem Idus Quintas. calo sereno, interdum obscurata lux est.* Alios praeterea ludos Romae fuisse, notum est, de quibus ageretur in alio libro separatim. Nunc leges ostendamus: id quod propositum nobis est. Liciniam Fannia sequitur: de qua Gellius II. 24. haec, *ludis Megalensibus Principes civitatis multa inter sese convivia agitabant. qui veteri S. C. quod factum est C. Fannio & M. Valerio cos. jurare cogebantur, conceptis verbis, apud consules, non amplius in singulas causas sumptus esse facturos, quam centenos vitensque aris, praeter olus, & far, & vinum, neque vino alienigeno, sed patrio nistro, neque argenti in convivium plus pondo, quam libras centum, illaturos. sed post illud S. C. lex Fannia lata est, quae ludis Romanis, item plebejis, & Saturnalibus, & aliis quibusdam diebus in singulis dies centenos aris insumi concessit, decemque aliis diebus in singulis mensibus tricenos, ceteris autem omnibus denos. Et, quoniam spectandi locum Senatores in imis gradibus autem omnes habuerunt: quod instituerent curules adiles, censorum iussu, Atilius Serranus, & L. Scribonius Libo: fecit sua lege L. Roscius Otho, Ciceronis aetate, alteram in populo distinctionem. tulit enim, ut equestris ordo sorsum à plebe in XIV gradibus federet, iis tamen equitibus exceptis, qui ius suo, sive fortunae vitio decoxissent. cui generi certum locum assignavit, poena irrogata, si in XIV. sedissent. hinc illud in Antonium, oratione II. c. 18. *Tense memoria, te praetextatum decoxisse? patris, inquires, ista culpa est. concedo: illud tamen audacia tua, quod sedisti in XIV. cum esset lege Roscia deco-**

K k k k k

toribus

*floribus certus locus constitutus: quamvis quis fortuna vitio, non suo decoxisset.* Primum igitur Senatores in sedibus circo proximis confidebant. Secundo loco proximè sedisse equites putabam, cum, exceptis Senatoribus, & magistratibus, dignitate anteiret: sed à Cornelio Tacito monitus opinionem mutavi, is enim, sedisse quidem in XIV. ordinibus equites, narrat, non tamen, ante plebem, sed confuse, tantum ut XIV. ordines haberent. Nero, inquit libro XV. 32. 2. *Equitum Romanorum locos sedibus plebis anteposuit apud circum: nam ad eam diem indifferetè inibant: quia lex Roscia nihil, nisi de XIV. ordinibus, sanxit.* Hic legis Titia & Cornelia, à duobus fortasse tribunis plebis lata, (eam & plebeji Cornelii fuerunt) subjungenda mentio est: quæ sanxit, ne quis in pecuniâ luderet, sponsonemque ejus rei ergo faceret, nisi si certaretur disco, pilove jactendo, currendo, saliendo, ludendo, pugnando: quæ virtutis causa fiebant, hanc legem utrum Reipublicæ, an Imperatorum temporibus latam existimem, compertum non habeo. Mentionem video fieri apud jurisconsultos. Nec omitendum illud, quod pertinere videtur ad ludos: histrionum licentiam repressam esse lege: qua de re is, qui libros rhetoricorum scripsit ad Herennium, atque etiam Suetonium mentionem facit. Non est, opinor, à legibus de religione lex illa sejungenda: quam vetustam fuisse Livius asserit, præcis literis verbisque scriptam: ut, qui prætor maximus esset, idibus Septembris clavum pangeret. Cujus religionis servandæ gratia creatum esse dictatorem, idem Livius ait, L. Manlium Imperiosum, ab eoque clavum esse fixum dextro lateri adis Jovis optimi maximi, ea parte, qua Minervæ templum fuit: & addit, eum clavum, quia rarè primis urbis temporibus erant literæ, notam numeri annorum fuisse credi: eoque Minervæ templo dicatam legem, quia numerus Minervæ inventum esset: eam autem ceremoniam cum per aliquot annos fuisset intermissa, ideo esse renovatam, ut pestilentia sedaretur, quod antea factum, prospereque rem successisse, seniores prædicabant.

## CAPUT IV.

*Leges de rebus humanis, ac primum ea, quæ sunt de magistratibus lata.*

**P**ost res divinas humanæ sequuntur, & inter humanas primum dignitatis locum obtinent magistratus. Itaque ordo postulat, ut, quæ leges de iis latae sunt, eas hic exponamus. Sed quoniam ex ordine Senatorio leguntur magistratus: de legendo Senatu prius agi, æquum videretur. Quæ de re Festi verba subscribemus. *Præteriti Senatores, inquit, quondam in opprobrio non erant: quod, ut reges sibi legebant, sublegebantque quos in consilio publico haberent: ita post exactos eos Consules quoque & tribuni militum consulari potestate, conjunctissimos sibi quoque patriciorum, & deinde plebejorum legebant: donec Ovintia Tribunitia intervenit, qua sanctum est, ut Censores ex omni ordine optimum quemque curiatim in Senatum legerent. Quo factum est, ut, qui præteriti essent, & loco moti, haberentur ignominiosi.* De magistratibus prima fuit opinor, hæc: ut de Senatu, id est, de patriciis familiis, omnes magistratus crearentur. idque à Romulo institutum reliqui deinde reges observarunt. Hanc autem legem, vix putaverim, comitiis curiatis, ut reliquas, à Romulo esse latas. Quippe, quæ adversus plebis voluntatem res esset, eam rem cur ipsius plebis judicio potestati que committeret: sanxit igitur hoc regio jure, publicitque tabulis consignavit, & observari pro lege voluit. Quod perspicue demonstrat Dionysius libro II. cap. 83. cum ait: Romulum de muneribus patriciorum & plebejorum lege sanxisse, ut patricii sacra curarent, magistratus gererent, jus dicerent: plebeji, quia rudes inopsque essent, agros colerent, quæstuarisque artibus operam darent. Temperamentum illud tamen, quo civitatum concordia, id est, salus ipsa custoditur, maximè quaesivit. Nam,

ne nimis in ordinem patricium videretur esse propensus, datum aliquid populo voluit, & ut is suis suffragiis magistratus crearet, leges seisceret, bella decerneret, curiatis comitiis tulit. Duumviros quoque, qui perduellionem judicarent, ita creati jussit, ut ad populum provocatio esset. Quæ ipsa de lege & infra mentio fiet inter eas, quæ ad crimina capitalia pertinent. Nec tamen hic, cum ad duumviros, hoc est, ad magistratum pertineat, omitendam putavimus. Ejusdem lege creavit populum tribunum Celerum, qui equitibus præerat, & veluti secundum locum, ut ait Pomponius jurisconsultus, à regibus obtinebat. Quo in numero fuit L. Junius Brutus, ille reges ejiciendi, & inducendæ libertatis auctor. Creatos etiam regnante Romulo quæstores, Ulpianus Dig. 1. 17. prodidit à Junio Græchano traditum in iis libris, quos de Potestatibus inscripsit. Idem tamen hæc subjungit: *Sicut dubium est, an, Romulo & Numa regnantibus, quæstor fuerit: ita, Tullio Hostilio rege, quæstores fuisse certum est.* Et sane crebrior opinio est, Tullum Hostilium primum in Rempublicam quæstores induxisse. Legem aliam præterea in regno Romano de magistratibus non video nominari.

## CAPUT V.

*Leges post exactos reges de magistratum urbanorum creatione ac potestate lata.*

**R**egibus pulsis, prima de magistratibus lex fuit, quam L. Junius Brutus tulit, ut singulis annis bini consules, regia potestate, crearentur, iisque primum creandis centuriata comitia ab interrege, ut ait Dionysius, haberentur: quæ tamen à præfecto urbis esse habita, Livius tradit. Sic enim lib. 1. cap. 60. scripsit. *Duo consules inde comitiis centuriatis à præfecto urbis ex commentariis Ser. Tullii creati sunt.* In quo videtur illi esse cum Dionysio controversia: quæ tamen nulla est. Nam & ab interrege & à præfecto simul urbis habita sunt ea comitia, quibus primi consules creati sunt: cum iis præfuerit Sp. Lucretius Tricipitinus, Lucretiæ pater: qui erat idem urbis præfectus: interrex, quod eum Senatus habendis consularibus comitiis, Bruto referente, creasset: præfectus, quod ei Tarquinius, ad bellum proficiscens, curam urbis mandaverat. Utiumque enim scriptum est apud Dionysium. Aut igitur à præfecto urbis Lucretio creati consules sunt, ut ab interrege, non ut ab urbis præfecto; aut etiam, quod, qui interrex esset, idem & præfectus urbis vocari posset. Urbis enim curam gerebat interrex: quia tunc, urbanas res qui curaret, magistratus omnino nullus esset. Post hanc legem duæ sequuntur proximæ, à P. Valerio consule, Bruti collega, latæ, quibus plebis potestas aucta, Senatus & magistratum imminuta est: primum, ut magistratum nemo caperet, nisi qui à populo imperium acciperet, si quis aliter fecisset, capitali poena puniretur, qui eum occidisset, ei impurè esset: deinde, ut adversus magistratum provocatio ad populum esset: neve quis magistratus civem Romanum adversus provocationem verberare, aut necare vellet. Quam legem centuriatis comitiis esse latam, Valerius tradit lib. IV. Pro patriciis ea fuit, quæ ut opinor, T. Lartio Flavio iternum, Q. Cælio cosiliata est, de dictatore sine provocatione creando, & ut de consularibus legeretur. Fuit autem hæc lex ideo pro patriciis, quia, cum creati dictatorum de consularibus juberet, sequebatur, ut de patriciis crearetur. Consules enim tunc, & per annos deinde multos, patricii fuerunt: nec prius de patriciis legi dictator desit, quam creati duo consules patricii desierunt. Non enim consul patricius dictatorem quemquam de plebe dixisset. Itaque, qui primus de plebe dictator fuit, C. Marcius Rutilus, is à M. Popillio Lanate consule plebejo dictus est: cum ita casus tulisset, ut adversus Etruscæ belli terrorem dictator dandus esset, nec nisi à consule plebejo dici posset: quia consul alter patricius M. Fabius Ambustus bello retineretur. Ita communicata plebi dictatura, anno ab urbe condita CCCIC. idque contra veterem consuetudinem, non tamen contra legem factum est. Non enim lex dictatorem de plebe fieri videretur.



tuerat, sed de consularibus jufferat. At C. Marcius consularis, falsificavit igitur legi Popillius cum consularem hominem dictatorum dixit: patricius non satisfecit, quia consularem de plebe dixit: cum omnes antea de patriciis dici soliti essent. Eadem fortasse lege sancitum est, (*legem certe, quae hoc sanxerit, nominat Plutarchus in Fabio p. 175. F.*) ne dictator equo possit uti, idque vel ob eam causam, quod, cum plus inesse roboris in pedesribus copiis putaretur. Propterea in legione permanere, nec locum deserere debet imperator: vel quod, cum ad alia omnia dictatoris esset singularis potestas, in hoc uno voluerunt eum populo inferius videri: Senatus tamen petenti Fabio Maximo Verrucoslo contra veterem legem concessit, ut equo vehi posset, datumque id hominis virtuti, ac temporis, cum, caesis ad Cannas Romanis, in uno Fabio, dictatore creato, melioris fortunae spes reposita videretur. Illa pro plebe adversus patricios fuit, quae in Sacro monte lata est, & Sacrata nomen accepit, ut plebi sui magistratus essent, iique sacrosancti, quibus auxilium laico adversus consules esset, neve qui patrum capere eum magistratum liceret. Quae lege tribuni plebis quinque primi creati sunt: nec tamen, utrum una tantum lex, an plures in Sacro monte latae sint, satis constat. Livius, & Dionysius, ubi rem ipsam narrant, unam nominant. Sed Livius alibi non semel, *Sacratae leges*, dixit. Cicero quoque de provinciis consularibus cap. 19. *Si patricius*, inquit, *tribunus plebis fuerit, contra leges Sacratas*. Et in ea, quae integra non exstat pro C. Cornelio Fragam. 27. *Tanta in illis virtus fuit, ut anno post reges evictos XVI propter nimiam dominationem potentium, secederent, leges Sacratas ipsi sibi restituerent*. Quibus locis non de una lege, sed de pluribus accipiendum videtur. Quod si unam omnino legem velimus fuisse, & recte tamen dicam utroque numero, defendere rationem afferemus hanc, unam legem dici, quod ab eodem magistratu, eodemque tempore lata sit: plures, quia pluribus partibus confert: quo modo XII tabul. & legem, & leges appellari videmus. Legem quidem tribuniciam primam Festus cum nominat, non dubito quin latam in Sacro monte significet. Utrum autem primam intelligat eam, quae in Sacro monte, an primam omnium, quae in omni aetate in Urbe à tribunibus plebis latae sint, affirmare non licet. *Homo*, inquit, *sacer is est, quem populus ob malefium iudicavit: neque fas est eum immolari, sed, qui occidit, parricidii non damnatur*. Nam lege tribunicia prima cavetur, si quis eum, qui eo plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Ex quo quisvis homo malus, atque improbus sacer appellari solet. Sequitur lex à Publilio, & Latorio tribunibus plebis lata, ut plebei magistratus tribuitis comitiis fierent: qui curiatis antea fieri solebant. Tum illa lex, quae ut X. tribuni plebis crearentur, bini è singulis classibus: anno à primis tribunibus plebis XXXVI. cautum est. Alia lex fuit, quae Dionysio teste, cavebatur, ne quis, tribuno apud populum concionante, contradiceret, vel dicentem interpellaret: si quis fecisset, vades tribunus daret, poenamque à tribunibus impositam solveret: qui vades non dedisset, morte puniretur, bona ejus sacra essent: de poenis autem ipsis populus iudicaret. Et, quoniam Atinii plebisciti, quod ad tribunatum plebis pertinuit, mentionem à Gellio fieri video: quamquam ejus fuerit sententia, quaerendum videtur. Ego sic existimo: tribunos plebis ante Atinium plebiscitum partim Senatores fuisse, alios non fuisse: quod scilicet liberum esset populo R. tribunatum plebis mandare cui vellet. Atinius, quo modo quidem mihi videtur, nec ademit hanc libertatem plebi Romanae, & auxit potestatis tribuniciae dignitatem. Tulit enim, non, ne quis, nisi jam Senator, tribunus fieri posset, (plebis enim libertatem hujusmodi rogatione minuisse: neque id plebes ullo modo scivisset) verum, ut, quem tribunum plebis creasset, is hoc ipso in posterum Senator esset. Atque, hanc esse Gellii verborum, sententiam crediderim, cum ait libro XIV. tribunibus plebis Senatus habendi jus fuisse, quamquam Senatores non essent ante Atinium plebiscitum. Hoc etiam è quodam Suetonii loco suspicamus, nam in Augusto cap. 40. n. 1. *Comitiis*, inquit, *tribunicis, si candidati Senatores desissent, ex equitibus R. creavit*. Ex quo sequitur, non licuisse antea equitibus R.

tribunatum petere. Multo igitur minus tertio ordini, iis, qui de plebe dicebantur, qui nec equites, nec Senatores erant, quin, primis temporibus, tantum abest, ut ex Senatu tribuni plebis crearentur, ut ob eam ipsam causam instituti sint, ne Senatus adversus plebem crudelius, aut arrogantius ageret, ideoque ex ipsa plebe per annos multos creati sunt. postea coepere equites quoque Romani, ac Senatores tribunatum plebis petere. Nec multo post X. viri, sine provocatione creati, XII. tabul. leges condidere, comitiisque centuriatis pertulerunt. Quibus in legibus cum alia multa prudenter ad temperandam civitatem, tum de magistratibus multa sancita esse, credibile est. X. virorum imperio finito, cum tribuni plebis creati essent, quos X. viri simul cum provocatione sustulerant, quae firmissima plebi auxilia, & tamquam duae tuendae libertatis arces fuerant: tribunata inito, sine ulla mora M. Duilius de consularibus cum provocatione creandis rogationem pertulit, quam ipsam multo ante P. Valerius consul, ut diximus, tulerat: sed, intermissam, & quasi sublata X. virorum magistratu, Duilius renovavit, autam, opinor, aliqua re, & graviore jure confirmatam: sicuti & aliae leges multae diversis temporibus plures labores habuere, cum vetus lex nova lege vel corrigetur, vel ut tempus moreque ferebant, aliis cautionibus adjectis, augetur. Hinc de communi omnium Quiritum jure leges, primum Valeria Horatia, deinde Publilia, postremo Hortentia, prima duorum consulum, reliquae duae dictatorum: hinc sumptuaria, vel ut Cato Censorius appellabat, cibaria, Orchia, Fannia, Didia, Licinia, Aemilia, Antia: hinc de ambitu Petilia, Cornelia & Babbia, Calpurnia, Tullia, Julia: quae non ideo alia post aliam latae sunt, ut priorem legem posterio adrogaret: sed, ut dixi, vel ut corrigetur aliquid, vel ut novum jus, utile civitati, adficeretur: vel ut, moribus ad deteriora quotidie magis inclinantibus, poena gravior irrogaretur. Quod libro II. cap. 21. de officiis Cicero significat his verbis. *Nondum centum & decem anni sunt, cum de pecuniis repetundis à L. Pisone lata esset lex, nulla antea cum fuisset. At vero postea tot leges, & proxima quaeque duriores*. Causam porro juris eadem de re constituendi hanc videri fuisse, ut antiquae legi, jam vetustate fenescenti, nova subveniret, quod in lege Licinia de sumptibus, quae ferè idem, quod Fannia, sanxit, quatuor esse in Macrobio legimus, Sat. lib. III. atque hoc ipsum de XII. tabul. evenisse, idem tradit. Quibus ubi contemni coepit antiquitas: eadem illa, quae illis legibus cavebantur, in alia latiorum nomina transferunt. Retulit igitur Duilius, quod ante latum erat: & quod Duilius retulit, id eodem anno lege lata L. Valerius & M. Horatius confirmantur modo, sed auxerunt etiam, novo jure adscripto: cum ille de provocatione à consularibus tantum, hi de provocatione ab omni magistratu, quicumque crearetur, lege sanxerint, qui & aliam legem, quae veterem illam Sacratam confirmantur, tulerunt, ut sacrosanctae essent tribunorum plebis corpora: cujus rei propè jam extincta memoria erat: religione etiam ad legem adjecta, ceremoniis quibusdam ex magno intervallo relatis. Eademque lege cautum est, ut, qui tribunibus plebis, adilibus, X. viris nocuisset, ejus caput Jovi sacrum esset. Sed horum consulum prima lex ea fuit, quae tribunorum plebis potestatem quam maximè auxit, quam tulere centuriatis comitiis, ut, quod tribunum populus jusisset, omnes tenerent: quod ante veluti in controverso jure fuisse, & Livius ait, & Dionysius confirmat. Cur autem controversum fuerit, Livius non exponit, sed Dionysius subobscurè significat: quia, cum lege centuriatis comitiis lata populus omnis teneretur: tribunibus vero comitiis latam plebei tantum servarent: plebs eandem esse conditionem in utriusque legibus volebat, ut, quemadmodum centuriatis comitiis, ubi plus patricii possent, aras leges plebei observarent, item eo jure, quod tribunibus comitiis sancitum esset, in quibus plebei patricii suffragio praestabant, patricii tenerentur. Eodem anno idem Duilius plebem rogavit, plebesque scivit: qui plebem sine tribunibus plebis reliquissent, quique magistratum sine provocatione creassent, tergo ac capite punirentur: qualem & consules Valerius & Horatius tulerant. Qua lege, tum consulari, tum tribunicia, dictator, à quo antea provocatio ad populum non erat, cum exeres magi-

stratibus exaquetus est, quod apertius exposuit Festus Pompejus. Anno proximo L. Trebonius tribunus plebis rogationem tulit, ut, qui plebem Romanam tribunus plebis faceret, is usque eo rogaret, dum X. tribunus plebis faceret. Nam Duilia lex de tribunis nusquam numerum praefinierat. Tantum, ut relinquenter, fancebat, & ab iis, qui creati essent, cooperari collegas jubebat. Sussulit igitur Trebonia lex cooptationem: nam, cum iusserit ab eo, qui comitia tribuni creandis haberet, omnes planè tribunos, qui X. omnino erant, creati: nimirum partem tribunorum creati, reliquos autem ab iis, qui creati essent, cooperari venit. Quod cum M. Duilius tribunus plebis fecisset: recteque factum, neque contra legem ab ipso latam commissum, defenderet: anno insequenti Trebonius tribunus plebis ne in posterum fieret, lege cavet, nec aliam legem intelligit Livius lib. IV, cap. 16. cum ait: *Ante omnia refellit falsum imaginis titulum, paucis ante annis lege cautum, ne tribunus collegam cooptare liceret.* Hæc enim verba nihil aliud significant, nisi id, quod idem lib. III. cap. 65. scripsit, ut, *qui plebem Romanam tribunos plebis faceret.* Secuta lex est de tribunis militum consulari potestate promiscuè ex patribus ac plebe creandis: qui tamen per annos IV. & XL. patricii omnes creati sunt. Huic proxima successit de censoribus quinquenni imperio è gente patricia creandis, Gegani Macrino II. Quinctio Capitolino V. coss. quam ipsam legem sexennio post Mam. Æmilii dictator corripuit, lege lata, ne plus, quam annua, ac semestris censura esset. gravis enim omnis diuturna potestas in libera civitate. Biennio post lata lex est à tribuno plebis tollenda ambitionis causa, ne cui album vestimentum addere petitionis causa liceret. Cujus deinde vim auctoritatemque fuisse nullam, innumera de candidatis exempla declarant. Legem etiam nominat in Corioliavi vita Plutarcho, Marcio Censorino suadente latam, ne cui bis eundem magistratum petere liceret. Quam postea constat esse abrogatam: cum multi iterum, ac sæpius consules fuerint. De duplicando quætorum numero lata lex est, ut, præter duos urbanos, quorum fuisse originem antiquissimam jam ostendimus, duo, qui consulibus ad ministeria belli præsto essent, crearentur, iisque promiscuè de plebe ac patribus, libero populi suffragio. Plebis autem opes maxime omnium auxerunt L. Sextius, & C. Licinius Stolo: qui tribuni plebis duos leges tulerunt, unam, ut x. viri factorum ex dimidia parte de plebe crearentur: alteram, ut alter utique consul plebejus esset. Quam Livius Liciniam, non Sextiam, vocat, opinor ob eam causam, quod Licinius tulerit, subscriperit Sextius. Leges deinde aliæ de consulari latæ sunt, omnes è Republica, quæ tamen haud omnino sunt observatæ. Quid enim utilius Reipublicæ quam ne quis iterum consul fieret? quod quidem omnium civium jura exaquare videbatur, & male cogitantibus viam obstruebat ad potentiam singularem. Hoc igitur lege sancitum est, item illud, ne quis ante XLII. ætatis annum consulum petere posset, temeritas enim florentis ætatis, prudentia maxime senectutis, aut ejus ætatis, quæ proximè ad senectutem accedit. Absentes etiam à consulari lege summoti sunt. Æquum enim fuit adesse, & populo supplicari in eo magistratu, quem populus ipse mandabat. Duastulit L. Sylla, utramque præclaram, unam, ne quis intra x. annos consul iterum fieret: alteram, ne adilitas & prætura ommitterentur, quæ valuerunt ambæ ad extrema Reipublicæ tempora. Eam quidem de magistratibus curulibus non omitendis Cicero significat oratione XI cap. 5. in Antonium: *Popiscus, inquit, ex adilitate consulum petir. Solvatur legibus.* Atque ego in hac lege additum caput existimaverim de magistratuum intervallo, sed exceptos eos, quorum opera in civili bello Sylla usus esset. Id Cicero Acad. lib. II. c. 1. perspicuè de Lucullo declarat, his verbis: *Absens factus adilis, continuo prætor: licebat enim celerius legis præmio.* Sed, quo anno lex Licinia de altero consule plebejo rogata est, eodem M. Furius Camillus è S. C. tulit, ut adiles ex patribus duo crearentur, qui curuli sella, ut consul, censor, & dictator, sederent. Ab eodem latum existimo, ut prætor unus, qui jus in urbe diceret, quod ante con-

sulum munus fuerat, patricius crearetur. Quæ lex neque à quo magistratu, neque quibus comitiis lata sit, Livius explicat. Ego tamen, cum patricii prætorem postulassent, iisque, ut de gente patricia crearetur, à tribunis plebis concessum esset: non dubito, quin legem, qua patricius honor accederet, patricius magistratus tulerit. Quod si ita est, latam à dictatore Camillo, qui controversias inter patres plebemque sedavit, facile crediderim: præsertim, cum & legem de curulibus adilibus è gente patricia creandis ab eodem dictatore, eodem anno esse latam, Livius narret. Comitibus autem utramque legem non isdem latam puto, sed tributis de adilibus curulibus, quia minor esset magistratus, centuriatis autem de prætore, qui majores inter magistratus fuit. Cum enim minores magistratus tribus comitiis, majores centuriatis crearentur: leges quoque, quibus creati sunt, isdem comitiis latas esse, rationi consentaneum est. Non enim, quia lex de adilibus & è S. C. nun à majore magistratu tributis tamen comitiis latas esse, constat, ut quam Pilo consul de incestu P. Clodii S. C. rogavit: quam in foro latam esse, ubi non centuriata, sed tributa comitia habebantur, patet ex epistola ad Atticum. libro I. 14. Illud additum videtur aut tunc, aut postea, in lege de prætore urbis: ne plus quam X. dies ab urbe abesset. Hanc ego facio conjecturam ex iis verbis in Philippica II. c. 13. *Cur M. Brutus, te referente, legibus est solutus, sicut ab urbe plus, quam X. dies, abfuisse? erat enim prætor urbis eo anno M. Brutus.* Quod autem hæc magistratus, consulibus absentibus, consulari munus in urbe sustinebat: factum id non lege sed more majorum: qui tamen ferè pro lege solebat esse. Itaque Ulpianus Dig. 1. 3. 33. *Disturna, inquit, consuetudo pro jure, & lege in iis, quæ non ex scripto descendunt, observari solet.* Ejusque rei causam egregie tradidit Julianus Dig. 1. 3. 32. qui cum hac scripsisset: *Quibus de causis scriptis legibus non utimur, id custodiri oportet, quod moribus & consuetudine introductum est, subjunxit: Nam, cum ipsa leges nulla ex alia causa nos teneant, quam quod judicio populi recepte sunt: merito & ea, quæ sine ullo scripto populus probavit, teneantur omnes. Nam quid interest suffragio populi suam voluntatem declarat, an rebus ipsis, & factis? quare relictissimè etiam illud receptum est, ut leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per consuetudinem abrogentur.* Anno proximo, cum, pro uno consule plebejo tres patricios prætextatos esse, unum prætorem, & duos adiles, tribuni plebis in concione quærerentur: concordia causa concessum primo est, ut adiles curules alternis annis ex plebe fierent. Postea promiscuum fait, libero in omnibus adilium cur. Comitibus populi suffragio. Caum etiam plebiscitis nonnulli scribere, ne quis eundem magistratum intra x. annos caperet: nec duos magistratus uno anno gereret: utique liceret consules ambos plebejos creati, sed, legem de magistratuum intervallo neque in consulibus, neque in prætoribus servatam invenio: credo quia, quod populus postremum comitiis juberet, id jus ratumque esse in XII. tabul. sancitum erat. Justum autem populi & suffragia esse interpretabantur. Qua ratione & duos consules patricios contra legem Liciniam creatos, Livius libro VII. scriptum reliquit. Grave etiam eo anno patricii damnum accepere, quo Q. Publilius Philo dictator legem novam tulit, ut alter utique ex plebe censor crearetur, veterem confirmavit. Ut plebiscita omnes Quirites tenerent. Nullus jam erat magistratus præter præturam, in quo patribus plebs invidere posset: promiscua erat curulis adilitas: communis consularis, atque adeo plebis potius, quam patrum, cum duos consules patricios fieri non liceret, duos autem plebejos nulla lex vetaret: ad dictatorem, ad censuram æque plebejis hominibus & patriciis aditus patebat, de prætura, quæ patriciis tantum hominibus deferretur, nulla tamen adhuc quærela, nulla plebis vox exaudiebatur: credo ob eam causam, quia, cum, unus prætor crearetur, eum ipsum locum appetere, impudenti videretur. Itaque, cum auctus deinde prætorum numerus est, cum, ne cuius magistratus particeps plebs non esset, prætura ple-

## CAPUT VI.

## De Villii legibus annalibus.

plebejis etiam hominibus impertita. Eodem anno M. Valerius consul de provocatione legem tulit, diligentius sanctam, eamque tertio tum post reges exactos latam esse, semper à Valeria familia, lib. X. scribit Livius. Causam autem scpius renovanda haud aliam putat fuisse, quam quod, plus paucorum opes cum possent, quam liberatis plebis, provocationis auxilio adversus magistratum injurias haud fore quisquam utebatur. Quod autem eam ait tertio tum ab eadem familia esse latam: neque praeterea latores ipsos nominat: significat, primum eam, quam P. Valerius Poplicola consul, anno post reges exactos, de provocatione adversus magistratus ad populum primus tulit, de qua libro II. mentionem fecit: deinceps eam, quam consul L. Valerius tulit, ne quis ullum magistratum sine provocatione crearet: de qua idem Livius libro III. scriptum reliquit. In tertia ita sanctum: eum, qui provocasset, virgis cadi, securique necari non licere: si quis adversus ea fecisset, eum improbe fecisse. poenam autem in eum, qui contra fecisset, Valerius in sua lege nullam nominavit: & quae tum probitas erat, poenam in ipso improbitatis nomine satis gravem duxit. At multis post annis, cum audacia magis emerit, neque satis à facinore deterret infamia, gravi poena, si quis verberasset, necesse fuit Romam, M. Porcius Laeca sanxit. Has leges, de provocatione à tribus consuliibus Valeriae gentis latas, ad populi libertatem potestatemque pertinuisse, manifestum est: easque significat Cicero Academicarum II. 5. cum ait: *Commemorat reliquos, qui leges populares de provocationibus tulerunt, cum consules essent.* Tres enim consules Valerios intelligit. Postea secuta est illa, quam M. Fulvio Patro, T. Manlio Torquato cost. M. Curio Dentato tribuno plebis tulit, ut ante comitia patres auctores herent, hoc est, ut probare sese diceat eos magistratus, quos populus creasset. Quam legem, Cicero in libro de claris oratoribus, Appio Claudio Caeco interrege comitia habente, Livius autem, P. Sulpicio, latam esse tradunt De quo tantum illud dicam, ab eo, qui primus interrex esset proditus, comitia non haberi solita esse. Quare, si duo interreges proditi sunt, à posteriore habita esse comitia necesse est. Priorem esse proditum Appium Livius asserit, Cicero Sulpicium videtur existimasse. Itaque ille Sulpicium, hic Appium comitia habuisse dicit. Lex autem Moenia, quae ipsa quoque de magistratibus fuit, quam in Bruto simul cum lege Curia Cicero nominat, quo anno lata sit, quidque plane sanxerit, adhuc quaero. Rutilia lex de jure tribunorum inclya à Festo nominatur, his verbis: *Rutili tribuni militum appellati, quos Consul, non populus faciebat: de quorum jure quod Rutilius Rufus legem inerat, Rutili, ac post Rutili sunt appellati.* Pedianus Proem. Act. in Verr. p. 56. alium genus tribunorum militum addit, qui *Comitiati* vocabantur, quod populi suffragio crearentur. Quod à Festo etiam scriptum esse, ex imperfectis consumpsisque eius verbis licet conjicere. De communi omnium civium Romanorum jure, ut, quod à plebe scitum esset, eo Quirites omnes tenerentur, legem tulit Q. Hortensius dictator, bis antea latam, à Valerio Popto, Horatio Barbato cost. & à Publilio dictatore. Illa fuit pro dignitate magistratum praclara lex. Quae, si cujus pater in hostium potestate esset, ab eo magistratum capi vetuit. Videlicet hoc judicaverunt sapientissimi viri, hominis non liberi filium Republicam administrare, nimis indecorum esse. Itaque Livius lib. XXVII. c. 2. *Servilium*, inquit, *negabant, jure aut tribunum plebis fuisse, aut edilem esse: quod patrem ejus, quem III. virum agrarium occisum à Bojis circa Mutinam esse, opinio per X. annos fuerat, vivere, atque in hostium potestate esse, satis constabat.* Et lib. XXX. cap. 19. de eodem: *Latam ad populum est, ne Cn. Servilio fraudi esset, quod pater, qui curuli sella sedisset, vivo, cum id ignoraret, tribunus plebis atque edilis plebis fuisset, contra quam legibus sanctum erat.* Legem etiam fuisse, qua is, qui comitiis praeslet, sui rationem in petendo magistratu habere vetaretur, Livius libro X. significat.

Tulit & L. Villius tribun. Plebis rogationem, quot annos nati quique magistratum peterent, caperentque: unde & ipsi, & posteris cognomen inditum, ut Annales Villii dicerentur. Et quoniam, quis plane cuique magistratu petendo legitimus annus esset, nominatim hac lege expressum non invenio: quid ipse legendo observaverim, breviter subjiciam. Omitto quaesturam, tribunatum plebis, aedilitatem plebis; quia curules tantum magistratus in lege Villia nominatos existimo. Nam, si quaestura certum annum Villius sua lege ita tulisset: unde postea tam incerta ratio? gesserunt enim quaesturam duo Gracchi, Tiberius, & Cajus, anno aetatis XXVII. M. Cicero anno XXXI. C. Caesar XXXIII. M. Ca. O. Urcensis XXIX. quod si quis dixerit, liberam fuisse, quo quis anno vellet, quaestura petitionem, modo peteretur post annum XXVI. qui esset ad petendum legitimus: ideo mirum videri non debere, si Cicero, Caesar, & Cato, non eodem omnino anno, peterint: quandoquidem satis duxerint leges observare, quae petendae quaesturae annum definiebant XXVI. gerendae XXVII. hoc si quis objecerit: ad conjecturam, id est, ad rationem ipsam, confugiam. Quid enim? simile ne veri est, C. Caesarem, (omitto Ciceronem: cui tamen, cum homo novus esset, laborandum maximè fuit de dignitate, nec, quae prima daretur, occasio negligenda) sed C. Caesarem, quo nemo magis honores appetivit, nemo potestatis & imperii fuit avidior, eum ne verisimile est petitionem quaesturae ab anno XXVI. si is legitimus esset, in annum XXXII. distulisse? gestam enim ab eo quaesturam anno XXXIII. Suetonius Jul. 7. 1. demonstrat, his verbis: *Pertusus ignaviam suam, quod nihil à se memorabile actum esset in aetate, qua jam Alexander orbem terrarum subegisset.* Perit autem Alexander octavo mense anni XXXIII. aetatis suae, quod ex Arriano lib. 7. & Plutarcho colligitur, & ex oratione V. in Antonium, verum habeo, quo nitur, aliud paulo firmius argumentum. video enim, Pompejum Magnum, cum annum ageret XXXV. consulatum gessisse, solum videlicet legibus, meritorem ingentium in Republicam eximiaeque virtutis ergo. At eo anno magistratum nullum per leges capere licuisse, Cicero demonstrat: quo modo igitur & Cicero ipse, & Caesar, & Cato quaesturam ante annum XXXV. ceperunt. Num obscurum est, leges loqui de curilibus tantum honoribus, aedilitate, praetura, consulatu: quaesturae autem, aedilitatis pleb. tribunatus pleb. rationem habuisse nullam? sed recitentur verba Ciceronis. *Quid, inquit in oratione pro lege Manilia c. 2. 1. tam singulare, quam ut, ex S. C. legibus solutus, consul ante fieret, quam ullum alium magistratum per leges capere licuisset?* dicit, Ullum alium magistratum. Quod si de quaestura leges locuta sunt, falsum est: cum, ut ostendi, quaesturam multi gesserint ante annum xxxv. quo anno creatum esse consulem Pompejum, tum ex Appiano constat, tum ex Velleji historia, in qua scriptum est perisse Pompejum Caesare & Servilio cost. anno aetatis suae LVIII. à quo anno si retrosum numeres, cadet primus ejus consulatus in annum ejus aetatis xxxvi. nam, quod ait Plutarchus anno LIX. interisse Pompejum, id quoque potest esse verum, hoc modo, ut primum ejus aetatis annum capiamus C. Atilio Q. Servilio cost. quo anno Pompejum esse natum, Vellejus affirmat. Tamen, cum ait ipse, Pompejum perisse anno LVIII. non incipit numerare ab eo anno, sed à proximo sequenti, quod scilicet non ita multo ante exitum consulatus Atilii & Servilii natus esset Pompejus, & exiguum illud spatium in annorum numero videretur omitendum. Constat igitur, legem Villiam nihil de his honoribus sanxisse, qui caperentur ante eum annum, quo Pompejus primum consul fuit, sive eum velis esse xxxvi. ut Vellejus sentit, excluso anno, quo natus est, sive malis xxxvii. ex Plutarchi sententia, qui videtur numerasse annum, quo Pompejus natus est, Serrano, & Capione cost. nam aedilitatis curulis annus erat xxxvii. cujus rei argumentum est, quod eam petiit Scipio Aemilianus xxxvi. &, solutus legibus, consul factus est. Annum porro fuisse ejus aetatis xxxvi. Vellejus II. 4. 7. demonstrat his verbis. *De-*

cessit M. Aquilio, C. Sempronio *coff.* anno ferme LVI. de quo si quis ambiget, recurat ad priorem consulatum ejus, in quem creatus est anno XXXVI. ita dubitare desinet. Ut omittam, quod, cum aedilitas praturam biennio antecedit, & pratura item biennio consulatum, consulatus autem geratur anno XLIII. quod paulo post ostendimus: necesse est, ut gerenda aedilitati legitimus annus sit XXXVII. Nunc agamus, quando satis de aedilitate dictum est, de anno praturae. At hoc, si de aedilitate conceditur, in dubium vocari non potest. Geritur enim aedilitas anno XXXVII. sequitur post biennium pratura: quod indicant & multorum exempla, & illa maxime verba Ciceronis epistola ad Furnium Fam. x. 25. *Si aedilis fuisses, post biennium tuus annus esset.* Ex quo de anno praturae constat. Ad hanc legem videtur spectasse Dio, cum ait lib. XXXIX. pag. 101. *Consules in senatu sententiam dixerunt, ut ei pratura daretur: licet nondum per leges liceret.* Et Plutarchus, cum dixit: *Decrevit Senatus, ut Catoni pratura extra ordinem daretur.* Et Valerius lib. IV. cap. I. n. 14. inquit: *Cato Cypriacam pecuniam maxima cum diligentia, & sanctitate in urbem deportaverat. Cuius ministerii gratia senatus relationem interponi iubebat, ut pratoris comitiis extra ordinem ratio ejus haberetur. Sed ipse id fieri passus non est, iniquum esse affirmans, quod nulli alii attribueretur, sibi decerni: ac ne quid in persona sua novaretur, campestris experiri temeritatem quam curia beneficii uti, satius esse duxit.* Quamquam est quiddam hac in re cur magnopere dubitem. Nam, cum id eo sit anno decretum, quo Marcellinus & Philippus consulatum gesserunt: certe per aetatem potuit Cato petere praturam: tribunus enim plebis ante annos quinque Silano & Murena *coff.* fuerat, pratura vero quadriennio tantum à tribunatu distat. Eoque magis liquet, potuisse Catonem Marcellino & Philippo *coff.* petere praturam, quod anno sequenti, Pompejo & Crasso *coff.* petiit, non ut designaretur, sed, ut creatus magistratum statim iniret, quod anno proximo superiore habita comitia nulla fuerant: ideoque consules Pompejus & Crassus ex interregno facti sunt: qui deinde pratores creantur. Quod igitur ob domesticas discordias Marcellino & Philippo *coff.* producta in annum sequentem comitia sunt, propterea Cato non petiit eo anno, petiit autem sequenti, consulibus, ut dixi, Pompejo & Crasso creatis. Præterea, cum eum obiisse anno aetatis XVII Plutarchus asserat, quo anno consulatum Caesar gessit, satis constat, avois retrosum numeratis, eum Philippo & Marcellino *coff.* pratorum creati potuisse. Quare Dionem quidem excusare non possum. Plutarchus autem, & Valerius defensione fortasse non carent. Putemus enim senatum decrevisse, non ut Catoni ante legitimum annum petere liceret, sed ut omnino Cato prator crearetur, neque à populi suffragiis penderet, quorum dubius esset eventus. Quam sententiam illa quoque videntur confirmare Valerii verba: *Campestris experiri temeritatem, quam curia beneficii uti, satius esse duxit.* Post praturam non minore, quam biennii spatio lequebatur consulatus: ejusque legitimus dicebatur annus XLIII. hinc illa in Antonium oratione V. cap. 17. *Quid Macedo Alexander? cum ab ineunte aetate res maximas gessisset, nonne tertio & trigesimo aetate moritur obiit? quae est aetas nostris legitimis decem annis minor, quam Consularis.* Verum de hoc legitimo Consulatus anno sic opinor aequè dici, suo anno consulatum gerere eum, qui extremis diebus anni XLIII. consulatum inivit. Pura tribus, aut quatuor diebus ante expletum annum XLIII. & eum, qui anno XLII. consulatum inivit, sed peragit anno XLIII. opinor enim in lege Annali scriptum fuisse, ut nemo gereret consulatum ante XLIII. aetatis annum. Inde legi quodam modo facta fides, cum nonnulli consulatum inirent anno XLII. & satis haberent, si primis anni XLIII. mensibus, aut etiam diebus postremos consulatus menses, aut etiam dies tantum attingerent. Contra Cicero in agraria II. 2. gloriatur se consulatum petiisse, cum primum liceret. Quod secus est: nam petiit anno XLIII. cum licuerit petere anno XLII. & satis esset, aliquam modo partem consulatus gerere anno XLIII. idque Caesaris exemplo comprobatur: qui cum patrem amisisset, ut ait Suetonius Jul. 1. 1. *annum agens XVI.* Cinna III. & Carbone *coff.*

ratione subducta cognoscitur, initium ab eo consulatum, eum annos XLI. & menses sex natus esset, peractum sexto mense anni ejus aetatis XLIII. non enim asserit Suetonio, qui scripsit Jul. 88. 1. *cum obiisse sexto & quinquagesimo aetatis anno.* quod si verum esset, consulatum Caesar totum gessisset ante annum XLIII. quod legibus non licebat. Præterea nostram sententiam confirmat ordo magistratum. Nam, cum pratura consulatum, praturam aedilitas, aedilitatem quæritur biennio saltem antecedit, Caesar autem quæsturam iniecit anno aetatis xxxiiii. quod Suetonius Jul. 7. 1. his verbis ostendit: *Quasi peritusus ignaviam suam, quod nihil tum à se memorabile actum esset in aetate, quæ jam Alexander orbem terrarum subegisset: hæc inquam, cum ita sint, initium consulatus ejus cadit in sextum item mensem anni XLIII. exitus autem in sextum item mensem anni XLIII. natus enim est, quod Macrobius Sat. 1. 12. asserit, IV. Idus Quintilis, qui dies à Kalendis Januarii sequentis, id est, à primo consulatus die sex mensibus, duodecim diebus minus, distat. Nec licet objicere, solum legibus Casarem consula cum gessisset plane tonum ante, quam annum aetatis attingeret XLIII. Quis hoc putet? Primum nulla mentio, deinde, nec rationi consentaneum: siquidem & ordo & intervalla patent eorum honorum, quos Caesar gessit. Aut igitur apud Suetonium legendum est, anno LVII. non LVI. aut Suetonius de anno LVI. jam peracto significavit: quod si ita sensit, quam proprie & utilitate sit locutus, alii videntur: aut, si perisse Casarem intra annum aetatis LVI. & sensit ipse, & omnino demonstrare voluit, verbis utens cum usu Latine linguae congruentibus, parum attente rem cogitavit, cum non animadverteret ita fieri, ut Casaris consulatus annum XLIII. legibus constitutum, non attingeret. Redeo ad Ciceronem. Is Serrano & Capione *coff.* ut ipse in Bruto, & Gellius lib. xv. cap. 28. docuit. III. Nonas Januarii, ut idem ep. v. lib. VII. ad Att. scribit, consulatum petiit mense sexto anni aetatis XLIII. & inivit diebus tantum tribus ante exitum ejusdem anni: reliquum præterea consulatus tempus traiecit anno XLIV. cum igitur Cicero dixit, *Consulatum se petiisse, cum primum liceret*, si consideratur præscriptum lege Villia tempus, quo geritur consulatus, verè dixit: quandoquidem satis est, aliqua anni XLIII. parte consulatum attingere, quem attingit Cicero, ut ostendimus, tribus duntaxat diebus: sin autem ad tempus respicitur, quo per eandem legem licuit petere, ambitiose magis, quam verè, Cicero locutus est: quod cum oratorum, tum ipsius maxime Ciceronis, qui fuit avidior etiam, quam satis est, gloria proprium videntur. Id autem eo fit apertius, quod in oratione pro Sylla suum collegam in quaestura Cicero significat Antonium fuisse: Antonium autem biennio citius, quam Ciceronem, & petiisse consulatum, & designatum esse, satis ex historia constat. Nec vero quisquam existimare possit, solum legibus Antonium, quod Cn. Pompejus magnis rebus gestis consecutus est, biennio maturius, quam per leges liceret, consulatum petiisse: nam neque hujus rei mentio in libris ulla reperitur, nec Antonius is vir fuit, cui tribuendum videretur idem, quod Pompejo, propter exitum in Rempublic, concessum est.*

## CAPUT VII.

*Leges de numero pratorum, de tribunicia potestate, & quadam alia de magistratibus.*

Fuit & lex, ut duo pratores crearentur: mox alia, ut tres, deinde Babia, ut quatuor: & quia leges ad temporum rationem accommodantur, propterea simul cum urbis opibus, & civium frequentia, pratorum quoque numerus ita deinde auctus est ut, quo anno C. Caesar cum M. Atonio consul fuit, XVI. pratores Romæ esse coeperint, cum ante Syllæ dictaturam VI. ut ait Vellejus, post VIII. deinde fuissent. Quos deinde ab Augusto rursus X. esse factos, apud Dionem in historia scriptum est. Legimus etiam apud Censorinum de die nat. cap. 24. de pratore urbis plebiscitum, à M. Platorio tribuno plebis latum, his verbis: *Prator urbis, qui nunc est, quique post hac fuit, duos*

*liberes apud se habito: isque usque ad supremam ius inter cives dicitur.* Varro autem de L. L. libro 5. cap. 2. *Suprema*, inquit, *sanctum aeternum dicitur.* Id est, à supremo. Hoc tempus XII. tabula dicitur occasum esse solis. Sed postea lex Platoria id quoque tempus jubet esse supremum, quo prator in comitio supremam pronuntiavit populo. Referam in hunc numerum & eam legem, quam, ad imminuendam tribuniciam potestatem, dictator Sylla tulit, primum, ne tribunos plebis alios magistratus capere liceret: deinde, ne ad eos provocatio esset: tum, ne leges ferre possent: postremo, ne iis concionari liceret. Haec Sylla iratus plebi tulit, quia pro Matianis partibus contra ipsam steterat. Sed, eo mortuo, C. Aurelius Cotta consul primum legis caput abrogavit. Tulit enim, ut alios magistratus tribunis plebis capere liceret, alterum caput abrogavit Pompeius Magnus in primo consulatu, lege lata, ut ad tribunos plebis esset provocatio. Omniaque omnino, quae tribunis plebis ademerat Sylla, illis esse restituta, exemplis intelligitur. Jus autem intercedendi, lege nunquam amiserunt: quod illis initio belli civilis inique eptemum queritur Caesar his verbis lib. 1. cap. 5. de bello civili: *Aguntur omnia capta, et atque turbato: neque docendi Caesaris propinquis ejus spatium datur: nec tribunis plebis sui periculi deprecandi, neque etiam extremi juris intercessionem retinendi, quod L. Sylla reliquerat, facultas tribuitur: sed de sua salute septimo die cogitare coguntur, quod illi turbulentissimi superioris temporis tribunis plebis clario denique mense suarum ationum aspicere, ac tenere consueverant.* Et in eodem libro cap. 7. *Novum in Repub. introductum exemplum queritur, ut tribuniciam intercessio armis non taretur, atque opprimeretur, quae superioribus annis esset restituta: Syllam, nudata omnibus rebus tribunicia potestate, tamen intercessionem liberam reliquisset, Pompejum, qui amissam restituere videtur, dona etiam, quae antehabuerat, ademisit.* Vtuit etiam lex tribunos plebis integrum diem ab urbe abesse: de qua, ut opinor, significant illa verba Gellii lib. III. cap. 2. *Tribuni plebis, quos nullum diem abesse Roma licet, cum post mediam noctem proficiscuntur, & post primam faciem ante mediam sequentem revertuntur, non dicuntur abfuisse unum diem: quando, ante horam noctis sextam regressi partem aliquam illius in urbe Roma sunt.* Nam, quod in Livio lib. IX. cap. 8. legitur, duos tribunos plebis L. Livium, & Q. Maelium, cum de iis, qui pacem Caudinam fecerant, dedendis in senatu ageretur, ita locutos: *Neque ex solvi religione populum deditioe sua, nisi omnia Samnitibus, quae apud Caudinam fuissent, restituerentur: neque se pro eo, quod spondendo pacem, servassent exercitum populi Romani, praeviam ullam meritis esse: neque ad extremum, cum sacrosancti essent, dedi hostibus, violatice posse.* Tribunos quidem plebis esse, cum haec dicerent, Livium, & Maelium, constat: non tamen simul illud, eosdem fuisse tribunos plebis cum pacem ad Caudium sponderent. Non enim hoc anno, quo de sponforibus pacis populo Samnitum dedendis actum est, sed proximo superiore pax illa per sponsonem facta fuerat, in qua non affuisse tribunos plebis indicant haec, quae subscribam, ejusdem Livii cap. 5. verba, *Sponderunt consules, praefecti, legati, quaesores, tribuni militum nominatimque omnium qui sponderant, existant.* Itemque illa, haud ita multo post, in eodem libro cap. 9. *Samnitibus non fuit satis, consules spondere, sed legatos, quaesores, tribunos militum spondere coegerunt.* Tribunos plebis non nominat. Ergo nulli affuerunt. Livius autem & Maelius eo tempore tribuni militum, ut opinor, in castris fuerant. Unus, quod meminerim, aut etiam, quod omnino legerim, Q. Metellus Nepos, cum tribunatum plebis gereret, contra leges in Syriam ad Cn. Pompejum sua sponte, nulla vi cogente, profectus est, quo facto subiti ignominiam, nulla tamen affectus est insigni poena, consul etiam aliquot post annis cum Lentulo Spinthere creatus est, sive quod hominis vitia familia dignitas tegeter, sive quod eum non tam ipsius facta deprimerent, quam Pompeji, & alii, & aliorum, qui plurimum in Republica poterant, amicitia sublevaret. Redeo ad institutum. De jure magistratum, ne quis peteret abens, legem tulit Pompejus Magnus in tertio consulatu: in qua cum neminem exceperisset, mox, foeteri sui C. Caesaris recordatus, lege jam in aes incisâ, & in

ararium condita, correxit errorem uno Caesare excepto. Tulit adversus censoriam potestatem P. Clodius in tribunatu, ne quem censores in Senatu legendo praterirent, neve qua ignominia afficerent, nisi qui utriusque censoris sententia damnatus esset. Quae de lege sic in Pisonem cap. 4. Cicero. *Ab eodem homine vetus illa magistra pudoris, & modestiae, censoria severitas sublata est.* Tullia fuit de legationibus liberis, lata à M. Cicerone consule, ne, sicut antea, infinitum, sed annum tempus earum esset. Alias quoque de magistratibus, atque hujusmodi de genere non dubito fuisse, praesertim tribunicias, ut potestas patriciorum magistratum minueretur. Semper enim tribuni plebis id egerunt, ut jura magistratibus, ac Senatus ad univrsam populum omnia transferrent. Quare longum esset omnes enumerare: neque tamen de omnibus mentio reperitur. Insignes autem praeterea ceteras haec sunt, quas nominavimus.

## CAPUT VIII.

*Leges de comitiis, & inprimis leges Aelia & Fufia, quae de jure & tempore comitorum.*

**D**E comitiis omnes ferè populares leges fuerunt. Talit cum Volerone Publilio Latorius, id quod jam dictum est, ut tribus comitiis plebeji magistratus fierent. Quo primum tempore tributa comitia Roma esse instituta, facile suspicor. Neque enim ante hanc legem usquam a video nominati: & opinor, curiatis comitiis plebeji magistratus, centuriatis patricii creabantur. Plebeji autem dicebantur, qui plebis causa, & ex ipsa plebe, patricii verò qui patriciorum causa, & ex patriciis familiis primum erant instituti. Postea plebi quoque jus petendi patricios magistratus concessum est: plebejos magistratus, salvis legibus, patricius nemo petiit. Sed legem Voleronis, quam à nonnullis video Voleroniam imperite vocari, cum leges à praeominibus nominari mos non esset, Publilium appellaverim: siquidem Publicae gentis Volero praeomen fuit. Tulerunt deinde L. Valerius, & M. Horatius consules, ut, quod tribus comitiis lex sanxisset, eo Quirites omnes aequè tenerent, ac si centuriatis comitiis perlatâ lex esset. Ita centuriatis comitiis tributa sunt aequata, & quod ait Livius, tribuniciis rogationibus acerrimum telum hac lege datum est. cum quidquid tribuni plebis ferrent, id deinde ab omnibus civibus servari necesse esset. Etiam illa Publilii dictatoris contra Senatum pro populo fuit, quae cautum est, ut omnium legum, quae comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium pares auctores fierent: ne scilicet roboris haberet minus, si quid populare patribus invitis latum esset. Item illa C. Cassii tribunicia, ut ordinem Senatorium amitteret is, quem populus damnasset, cuive imperium abrogasset. Quoniam autem potestatem solvendi legibus Senatus habebat, C. Cornelius eam potestatem lege paululum imminuit: tulit enim, ne quis in Senatu, nisi CC. Senatores affuissent, legibus solveretur: neve quis, cum solutus esset, intercederet, cum de ea re ad populum ferretur. Quae duo capita neque omnino è Senatu, neque è populi voluntate utraque fuerunt, sed primum pro populo, alterum pro Senatu, invitis tamen optimatibus, ut Pædianus ait, *lata lex est*, qui vel pauci S. C. facere solebant. De jure, & tempore comitorum lex Aelia & Fufia contra populum pro Senatu fuerunt, cum tamen à tribunis plebis lata sint: id quod significat Cicero in oratione in Pisonem cap. 5. his verbis: *Centum prope annos legem Aeliam & Fufiam tenueramus.* Intra centum enim annos ante Pisonis & Gabinii consulatum non modo consules eodem anno non fuerunt Aelius, & Fufius, sed nemo omnino ex Aelia gente consulatum gessit. quare, cum eodem anno lata lex videatur, nimirum, à duobus tribunis plebis latam esse, jure putabitur. Quod autem Ulricus Zasius in eo libro, in quem antiquas leges conjecit, legem Aeliam & Fufiam tradit post interfectos Gracchos, & ante Punicum bellum tertium esse latam, aperte loquitur pugnantiam, si post interfectos Gracchos, quo modo ante Punicum bellum tertium? cum Tit. Gracchum Servola & Pisonem cons.

annis post eversam Cathaginem, & Scipionis triumphum, XIII. occidum esse, non solum historix, verum & facti declarant: quos Paulo III. Pontifice, felici quodam literarum fato, Romæ repertos, multis locis injuria temporum mutilos, & imperfectos restituit, atque absolvit magna doctrinæ vir, & ingenio præditus eximio, Carolus Sigonius. Accedit testimonium Ciceronis: qui contra Vatinius cap. 9. *Leges, inquit, Ælia, & Fusia in Gracchorum ferocitate vixerunt.* Opinor etiam, vel potius planè video, contra quam idem Zastus videtur existimasse, non unam legem, sed duas, Æliam & Fusiam fuisse. Nam, et si sapè Cicero ita loquitur, ut dicat legem Æliam & Fusiam: aliquando tamen eas separat, ut duas leges agnoscere videatur. In oratione pro Sextio cap. 15. *Iisdem, inquit, consulibus sedentibus, atque inspectantibus, lata lex est, ut lex Ælia, lex Fusia ne valerent.* Et in Vatinius cap. 9. *Sanctissimas leges, Æliam, & Fusiam dico. Quæ in Gracchorum ferocitate, & in audacia Saturnini, & in collusione Drusi, & in contumacia Sulpicii, & in errore Cinna, & inter Syllanæ arma vixerunt.* In Pisonem cap. 5. *Centum propè annos legem Æliam & Fusiam tenueramus: quas leges ausus est nemo improbus, potuit quidem nemo unquam convellere.* In ea de provinciis consularibus cap. 19. *Aut vobis statendum est, legem Æliam manere, legem Fusiam non esse abrogatam.* Post reditum in Senatu cap. 5. *Ut lex Ælia & Fusia ne valerent.* Clarissimè autem de harnspicum resp. cap. 27. *Insulit duas leges Æliam, & Fusiam, maximè Reipublicæ salutare.* Sed videamus, quæ fuerit utriusque sententia: quod etiam, ut puto, de numero erit argumentum. Sententiam verò non aliunde, quam ex ipso Cicerone, possumus colligere. Quare loca ipsa proponemus, ut, non imodo quid in iis sancitum sit, verum etiam quid inter utramque differat, intelligatur: ac primum, quod ait in ea pro Sextio cap. 15. *Iisdem consulibus sedentibus, atque inspectantibus, lata lex est, ne auspicia valerent, ne quis obnunciaret, ne quis legi intercederet, ut omnibus fastis diebus legem ferri liceret, ut lex Ælia, lex Fusia ne valerent:* dicendum est, quatuor illas partes de auspiciis, de obnunciatione, de intercessione, de fastis diebus, omnes duabus legibus, quæ subijciuntur, Ælia, & Fusia, comprehendendi, sed tres priores Ælia, posteriorem autem Fusia: rursus, è tribus prioribus, ejusdem generis, & quasi naturæ duas esse, tertiam separatam, & tamquam alienam. Nam auspicia ideo erant, ut esset obnunciatio: cum enim de cælo servatum esset, tum ferentibus legem obnunciabatur. Itaque auspiciorum quasi partus quidam erat obnunciatio: nec unquam servatum est de cælo, quin obnunciatum sit, sive prospera, sive adversa signa essent, cum prospera confirmarent id, quod cum populo ageretur, adversa impedirent. Propterea sublatum esse à Clodio morem de cælo servandi, scripsit Dio libro XXXVIII. cum tamen antea ita diligenter auspicia servata essent, ut M. Drusi legibus, quia contra auspicia lata judicarentur, Senatus decreverit populum non teneri. Quod Cicero lib. II. de legibus, & Peditanus in commentario Cornelianæ tradidit. Ergo cum hoc auspiciorum genere quasi cognatione quadam coheret obnunciatio. At intercessio nihil habet commune cum auspiciis. Auspicia enim ad religionem referentur, quod à cælo, id est, à deorum numine, pendere videntur. Intercessio autem humana potestatis erat, & cum à voluntate semper nulla religionis observatione, manabat, tum ab ea voluntate nonnquam, quæ ab omni religione dissentiret, & cum ipsa quasi deorum voluntate pugnaret. Præterea, servare de cælo, augurum, atque omnium planè magistratum fuit, quod & supra notavimus: intercedere vero, duntaxat ad tribunos plebis tum veteri Sacratatum legum jure, tum, ut ego existimo, legis Æliæ jussu pertinuit. Loquor autem de intercessione ad populum, cum lex ferretur. Nam in Senatu, cum S. C. fieret, non tribunos plebis tantum, sed omnes, qui eadem potestate, qua ii, qui S. C. facerent, majore essent, intercedendi facultatem habuisse, diximus in libro de Senatu. Atque etiam, quod in eo libro non diximus, forensis, ut ita dicam, erat intercessio, cum pratori de privata controversia decernenti prator intercedebat. Cujus ge-

neris idoneus locus erit in libro de iudiciis. Nunc persequamur institutum. Dixi legis Æliæ fuisse tria illa membra, de auspiciis, de obnunciatione, de intercessione, quæ Clodius sua lege sustulit: quantum de fastis diebus Fusia lege sancitum. Itaque in oratione de provinciis consularibus, in extremo, paulo distinctius locutus est Cicero, cum caput illud, de fastis diebus, separatim à reliquis posuit, reliqua vero tria separatim quidem & ipsa ab eo capite, sed ipsa tamen inter se conjuncta. Ut dubitandum minime sit, quin hac in una lege simul fuerint, sicuti simul sunt à Cicerone pronuntiata, quod si in una lege: ne illud quidem dubitandum de duabus legibus, Ælia scilicet, & Fusia, utram intelligamus, nam si de tribus conjunctis unum aliquod in Ælia lege fuisse docuero, Æliæ legi & reliqua duo tribus debere, concedendum, ut opinor, erit. Docebo autem Peditian pag. 160. verbis, obnunciationem Æliæ legis fuisse. Nam illud in Pisonem, *A. P. Clodio, fatali portento prodigique Reipublicæ lex Ælia, & Fusia eversa est,* ipse sic interpretatur: Legem tulit P. Clodius tribunus plebis, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cælo servaret: propter quam rogationem, ait, legem Fusiam, & Æliam propaganda, & muros tranquillitatis, atque otii, eversam esse. Obnunciatio enim, qua perniciosius legibus resistebatur, quam Ælia lex confirmaverat, erat sublata: minor autem, cur eo loco nihil de sententia Fusie legis addiderit Peditian, cum tamen ipsam legem simul cum Ælia nominavit. Non enim tantum tulit Clodius, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cælo servaret, quod contra lex Ælia jubebat: sed etiam, ut omnibus fastis legem ferri liceret, ut aperte demonstrant illa, quæ sunt à nobis ex oratione pro Sextio recitata, & hæc in ea de provinciis cap. 15. *Aut statendum vobis est, legem Æliam manere, legem Fusiam non esse abrogatam, non omnibus fastis legem ferri licere, cum lex feratur, de cælo servari, obnunciari, intercedi licere:* Verum, ut fortasse multis Peditianus, quia prætermiserit id, quod Fusia lege sancitum Clodius abrogavit, non item mendosus in eo, quod de lege Ælia posuimus: satis enim planè loquitur, atque ita, ut, cur de mendo suspicemur, causam esse nullam videam. Quare habemus quod volumus, obnunciationem ad legem Æliam pertinere, quod si hoc, ergo & illud, auspicia quoque, à quibus obnunciatio derivatur, & intercessionem ad eandem legem pertinere. Et, si hæc tria ad legem Æliam, unum illud, quod reliquum est, de fastis diebus, ad Fusiam pertineat, necesse erit. Eandem utriusque legis sententiam, nisi fallor, attigit in epistola 16. libri I. ad Atticum, cum ait: *Lurco autem tribunus plebis, qui magistratum simul cum lege Ælia iniit, solutus est & Ælia, & Fusia, ut legem de ambitu ferret.* Inibat enim veteres Romani magistratum auspicio, neque omnino quidquam publicè, nec domi, nec militiæ, sine auspiciis gerebatur. Quod autem in tribunatu plebis Lurconi mandando factum erat, ut auspicia fervarentur, id ut ipse in lege de ambitu ferenda ne servaret, neque auspiciorum ullam omnino rationem haberet, decretum est à Senatu: neque hoc solum, sed illud simul, ut omnibus fastis legem ferre possent. Quod lex Fusia verbat: ideo enim soluti cum Senatus & Ælia lege, & Fusia, ut neque auspiciorum religio, neque dierum ratio impedimento esset, quo minus primo quoque tempore perferri lex de ambitu possent. Has ipsas leges, & in oratione pro Sextio cap. 26. lege Clodia significat abrogatas, cum ait: *Mitto eam legem, quæ omnia jura religionum, auspiciorum, potestatum, omnes leges, quæ sunt de jure, & de tempore legum rogandarum, una rogatione sustulit.* Nam, et si non nominat, legem tamen Æliam significari certum est, cum ait, *Quæ sunt de jure, Fusiam autem, cum subijcit, Et de tempore:* jus enim intelligit auspiciandi, obnunciandi, intercedendi, quæ sanxerat Ælia lex: tempus autem, quo legem perferri non liceret, fastos videlicet dies, de quibus caverat Fusia lex. Nec dubito, quin, cum dixit, *Omnia jura religionum, auspiciorum, potestatum,* ad sententiam potius Æliæ legis, quam Fusie, spectaverit. Nihil enim horum video, quod ad Fusiam referri possit. Nam ego quidem

in verbo, *potestatum*, obnunciationem, & intercessionem significari puto, quæ legis Æliæ fuisse, jam diximus, & quamquam, *auspiciorum, potestatum*, dixit, ad interpretationem antecedentis verbi, *religionum*, quod sæpe facit; & in dictione *potestatum*, & obnunciatio, & intercessio simul includuntur: solam tamen obnunciationem ad religionem refero: nam intercessioni cum religione nihil erat: quod paulo ante demonstravi. Verum sic aliquis argumentabitur: si, cum dixit Cicero, *religionum, auspiciorum, potestatum*, Æliam legem tantum significavit, Fufiæ rationem nullam habuit. cur proximè ipse se explicans intulit, *omnes leges, quæ sunt de jure, & de tempore legum rogandarum?* nam, si proxima superiora exponit, quod nemo dubitat: proxima vero ad solam Æliam legem referuntur: cur non subjecit unam potius legem, quam omnes leges? Est omnino hæc speciei probabilis argumentatio, 1. vero falsa, nam, quid atinet argumentari de sententia Ciceronis, cum ipse semetipsum patefaciat, atque exponat? videbat majoris esse momenti, legem Æliam tolli, quam Fufiam. Nam Ælia lex perniciosarum legum rationem impediēte obnunciatione, & intercessione: Fufia vero, non, ut omnino ferri ne posset lex, efficiebat, sed tantum, ut ne factis diebus posset: comitiis autem ut posset, non verbat. Itaque quo plus interest Reipublicæ nunquam ferri malas leges, quam sero ferri: eo erat utilior civitati Ælia lex, quæ malum prohibebat, quam Fufia, quæ tantum differebat. Potius igitur legis Æliæ sententiam offendit Cicero, quam Fufiæ, quod id, in quo gravior peccaverat Clodius, commemorare, plus ad concitandam invidiam posse intelligebat. Nec tamen ideo legis Fufiæ sententiam omisit, ut ejus abrogationem Clodio condonaret. Nam subjecit deinde, ut legem utramque significaret: *Omnes, leges, quæ sunt de jure, & de tempore* quorum alterum ad Æliam, alterum ad Fufiam spectare, jam diximus. Quod si quis paulo obstinatior repugnat adhuc, nec facile manus dedit, eadem saltem ipsi Ciceroni: cujus in consuetudine notanda nisi plurimum fuissem, nunquam hæc, quæ sum aggressus, ulla ex parte præstare mihi licuisset, si modo, ut præstare possim, is, cui accepta omnia refero, concesserit Deus. Ipse igitur Cicero cum Vatinius saepe objicit, cum contra legem Æliam & Fufiam fecisse, tamen in ea pro Sextio cap. 53. cum de eodem Vatinius loquatur, unam Æliam nominat, ait enim sic: *Quia se in populari ratione jactabat, ut auspicia, legem Æliam, Senatûs auctoritatem, consules, collegas, bonorum judicium nihil putaret.* Et in ea post reditum in senatu cap. 5. cum ejusdem Æliæ vim & significationem exponat, de Fufia nihil afferat, proximè tamen utramque nominat: *Legem, inquit, tribunus plebis tulit, ne auspiciis obtemperaretur, ne obnunciare consilio, aut comitiis, ne legi intercedere liceret, ne lex Ælia, & Fufia ne valerent.* Et in Vatinius cap. 15. *Audire à tempore, quare, cum ego legem de ambitu ex S. C. tulerim? sua vi tulerim, salvo auspiciis tulerim, salva lege Ælia, & Fufia, tu eam esse legem non putes.* Rursus dubitabitur in ea pro Sextio, primum, cur eas leges significavit potius, quam nominavit: deinde, si significandas duxit, cur, cum de duabus tantum legibus intelligeret, *omnes*, dixit: quasi & de jure, & de tempore legum rogandarum plures leges essent. Placet in his dubitationibus immorari. Nam, ut ex lapidum conflictu ignis, sic ex rationibus utrimque collatis veritas elicitur. Significavit potius, quam nominavit, non solum, quia nominaverat antea, cum dixit cap. 15. *Hisdem consulis se dentibus, atque inspectantibus, lata lex est, ut lex Ælia, lex Fufia ne valerent:* ut, cum de re jam oominata, & sua sponte satis nota loqueretur, obscura non posset esse significatio: verum etiam, quia vehementior & gravior saepe fit oratio, cum id, quod objicitur, significatur potius, quam nominatur, quo potissimum genere abundant ii, qui inter ceteros excellent, Demosthenes, & Cicero. *Omnes*, autem potius dixit, quam, duas, vel quia revera, præter Æliam, & Fufiam, de jure, aut de tempore legum rogandarum lex erat nulla: ut, qui Æliam, & Fufiam, is omnes plane significaret: vel quia, cum essent alia quoque leges, & de jure, & de tempore, quas ultimæ Ælia & Fufia, in eandem sententiam scriptæ, consummarunt, qui tollerent duas nitimas, superiores quoque omnes tollerent. Nam quemadmodum, magis

nobili sublato, ut apud philosophos est, minus quoque nobile simul tollitur; ut sublato corpore, simul ea tollitur, quæ in corpore adhærescunt: sic, qui Æliam & Fufiam rogatione tollebat, quas & diligentius, & gravior, quam superiores omnes, esse conscriptas verisimile est, cum omnes simul leges eadem rogatione sustulisset certum est. Quod si quis, utrum, ante Æliam, & Fufiam, & de jure, & de tempore alia leges fuerint, dubitat: neque credit, nisi vel ratione admodum firma, vel gravi teste probetur: ego, ut in utroque satisfaciam, rationem, ut opinor, ætætam non imbecillam: testem autem cum producam, quem levissimum appellare nemo possit. Primum igitur pro ratione illud opponam: cum in oratione in Pisonem cap. 5. ita loquatur Cicero: *Centum prope annos legem Æliam & Fufiam tenueramus:* credibile non esse, supra centum annorum Urbem Romam sine ulla lege de auspiciis, & de factis diebus fuisse: præsertim cum idem in illa in Vatinius acerbissima interrogatione auspiciorum vetustatem his verbis ostendat cap. 6. *Qui tantus seror, ut auspicia, quibus hæc urbs condita est, quibus omnis Resp. atque imperium teneatur, contempseris?* quod ipsum in III. de natura deorum cap. 2. confirmavit: scripsit enim sic: *Mibi ita persuasi, Romanum auspiciis, Numam sacris constitutis, fundamenta jecisse nostræ civitatis.* Accedit Pediai testimonium in commentario Pisonianæ p. 160. *Obnunciatio, inquit, quæ perniciosis legibus resistebatur, quam Ælia lex confirmaverat, erat sublata.* Verbum enim, *confirmaverat*, legem Æliam obnunciandi jus non sanxisse primam significat, sed, quod alia lex sanxerat, confirmasse. Ut omitam, quod supra commemoravi, vetustissimum fuisse jus intercedendi datum tribunis plebis jam ab illo tempore, cum in Sacro monte institutus magistratus est, qui plebem uocretur. Quod cum ita sancitum esset, intercessio tamen tribunicia Ælia lege confirmata est. Verum de lege Ælia & Fufia satis multa: pergam ad reliquas, quæ ad comitia pertinent.

## CAPUT IX.

## De legibus tabellariis, &amp; reliquis ad comitia pertinentibus.

LEX fuit, quam Gellius memorat, ut, quo die auspicia capta essent, eodem ea de re, cuius rei causa auspiciam esset, comitia absolventur. Alioquin infirmum & inane populi iustum erat. Leges quoque tabellaris hoc de genere videntur. Sunt enim de suffragiis ferendis: cum porro suffragium populus fert, comitia dicuntur. Hæc quatuor fuerunt, omnes, ut puto, tribunicia, Gabinia, Cassia, Papiria, Coelia. Gabinia sanxit, ut populus in magistratibus mandandis suffragium non, ut antea, voce, sed per tabellam ferret. Cassia biennio post idem iussit, in omnibus iudiciis populi, perduellione excepto. Papiria & ipsa populo tabellam dedit, in iudendis ac verandis legibus. Coelia, quo uno in genere vocis suffragium reliquum erat, hoc est, in perduellione, quod lex Cassia exceperat, in eo genere tabellam dedit. Ita quatuor tribunorum plebis rogationibus factum est, ut populus libere, quod sentiret, in omnibus comitiis, nullo inimicitiarum metu, posset ostendere. Ideo *tabellam vindicem tacite libertatis* appellat Cicero in agraria II. c. 17. & de legibus lib. III. c. 17. in oratione autem pro C. Cornelio, Fragn. 29. *principium iustissimæ libertatis*, Cassiam legem, quæ tabellam in iudiciis populo dedit. Magis eam intererat populi, tabella voluntatem in iudiciis tegere, cum agerent de capite fortunisque civium, quam aut in magistratibus, quod lex Gabinia sanxerat, aut in legibus, quod postea Papiria. Hæc de sententia legum tabellarium: nunc de latioribus, & quo quæque anno lata sit. Gabiniam rogavit homo ignotus, & fordidus: quod libro III. de legibus Cicero tradit. Et, cum biennio ante Cassiam rogata sit, quod idem eodem in loco demonstrat, Cassiam vero Lepido & Mancino coll. esse latam, ex libro de claris oratoribus constat: necesse est, Pisonem & Lanatæ coll. rogatum, existimare. Cassiam Lepido & Mancino coll. auctore Scipione Africano posteriore, tulit L. Cassius, Q. F. Longinus Ravilla, LIIII patec

pater illius L. Cassii, qui in omnibus causis quarere solebat. *Cui bono*, & C. Cassii, ejus, quem C. Mario ex C. Flavio coeli leges multas ad minuendam nobilitatis potentiam tulisse, in quibus hanc, ut, quem populus damnasset, cuive imperium abrogasset, in senatu non esset, Pedianus tradidit. Papirius tulit C. Carbo, ille eloquentissimus: tulit autem, ut opinor, P. Popillio, & P. Rupilio coeli: nam eo anno tribunum plebis fuisse, quo Scipio Æmilianus de Numantinis triumphavit, omnes historiarum declarant: quem à porta ad concionem productum, quem C. Tib. Gracchi morte sentiret, seditiose interrogavit Cœlia, non facile est conjicere, à quo sit rogata: sed, rogatam Q. Metello, T. Flamínio coeli, crediderim, ex iis verbis, quæ sunt apud Ciceronem de legibus lib. III. c. 17. *Ut opprimeret Cælius Popillium*. Nam, id de P. Popillio dictum esse, quem C. Gracchus Metello & Flamínio coeli, tribunus plebis in exsilium eiecit, videtur intelligendum. Ut ejus iudicii causa, quo Popillius, tribuno plebis Graccho, est oppressus, Cœlius sua lege tabellam dederit. Sed hoc, quia non plane firmis nititur conjecturis, inter dubia referatur. Etiam in eo consultum est Reipublicæ, quod adversus ambitionem lata lex, ne quis candidatus nomenclatore in magistratus petitione uteretur; eo tamen, ut fere fit, progressa pedetentim licentia est, ut, Ciceronis ætate, sive cuique candidato nomenclator, cum preffaret, peteretve, adesset. Atque inter laudes M. Catonis, qui Uticensis postea dictus est, hanc enumerat Plutarchus pag. 763. A. *Quod in petitione tribunatus legem, quæ candidato nomenclatore adesse vetat, solus servavit*. Lex Maria ipsa quoque præclara; quam Plutarchus à C. Mario, qui septies consul fuit, tribuno plebis esse latam significat. Eius legis hæc sententia fuit, ut pontes, quibus suffragiorum civitæ imponebantur, essent angustiores: ne scilicet multos capere possent. Nam in turba fraudem aliquam committere, difficilis negotii non est, propterea, quod hæc lege sancitum est, *id ambitiosos oppositam fuisse*, & plane Cicero dicit in III. de legibus cap. 17. & Plutarchus ipse significat in Marii vita pag. 407. D. cum ait: *in tribunatu legem de suffragiis tulisse, qua potentium opes tum in ferendis suffragiis, tum in creandis magistratibus imminuit*. Pontes autem illi perpetui non erant, sed ad tempus extruebantur, vel in foro, vel in campo. Utrobique enim comitia habebantur. Nec vere pontes, sed mensuræ angustissimæ, pedibus altioribus, fuere, singulæ singulis tribubus, aut centuriis attributæ, pontes à similitudine dictæ, de quibus infra paulo uberius agemus. Tulit & P. Sulpicius tribunus plebis L. Sylla. Q. Pompejo coeli. ut in omnibus tribubus libertini suffragium ferre possent, cum in quatuor tantum urbanis tribubus antea ferre consueverint. Hanc legem puto à victore Sylla, Sulpicii inimico, esse abrogatam, Puro autem ob eam causam, quia C. Manlius tribunus plebis aliquot post annis eandem legem ferre conatus est: idemque postea & P. Clodius cogitavit. Testis Cicero in duabus orationibus, pro C. Cornelio, & pro Milone. Sancitum & legibus illud existimo, quod apud Ciceronem libro II. de legibus scriptum est, ut augurum arbitratu comitatus & concilia vel instituta dirimerentur, vel habita rescinderentur. Quod autem in eorumdem augurum commentariis traditum erat, Jove fulgente tonante comitia haberi nefas esse: & illud sinistram fulmen adversum infaustumque comitiis esse signum: item illud, dimittenda esse comitia, cum quis eo morbo, qui imputatur, corruisset, ex quo *comitialis morbus* dicitur esse: hæc omnia & in augurum libris notata, & ut servarentur, legibus cautum esse, non dubito. Atque hæc, quæ ad impedienda comitia pertinent, non tam religionis causa, homines sapientissimi legibus constitui voluerunt, quam ut, si quando perniciosa Reipublicæ rogatio ferretur, obstiti per aliquem augurem facile possent. Quam totam rationem C. Cæsar, qui nihil, nisi potentia suæ causa, fecit, in consulatu neglexit, Bibulumque collegam nunciante armis foro expulit. Perirene & illud ad vim comitorum videtur, quod in XII. tabularum invento, ut, quod postremum populus jussisset, id ius ratum esset. Item lex illa, qua cautum est, ne privilegia, nisi centuriatis comitiis, irrogarentur. Cujus mentionem facit Cicero in oratione pro domo, & in ea pro Sextio, & libro III. de

legibus. Nec excluditur ab hoc genere illa lex, quam renovare multis post aonis C. Cornelius tribunus plebis, quem Cicero defendit, conatus est, ne quis, nisi per populum, legibus solveretur. Itaque in omnibus S. C. quibus tum aliquem legibus solvi placebat, adjecti erant solitum, ut de eare ad populum ferretur: sed paulatim ferri desitum est: resque in eam consuetudinem venit, ut postremo ne adjiceretur quidem in S. C. de rogatione ad populum ferenda eaque ipsa S. C. per pauculos admotum fiebant. Quam ob causam ferente legem Cornelio, ut antiquum jus renovaret, inductus à senatu P. Servilius Globulus tribunus plebis intercessit. Firmavit etiam populi iudicia, quæ comitorum nomine continentur, Cassia lex, C. Mario, C. Flavio coeli, a C. Cassio tribuno plebis L. Cassii Ravilla filio, de quo proxime mentionem fecimus, rogata, ut quem populus damnasset, cuive imperium abrogasset, in senatu ne esset.

## CAPUT X.

## Leges de provinciis.

Migremus nunc paulisper ex urbe in provincias. Tulit primo de provinciis C. Gracchus tribunus plebis Tibertii frater, ut consulares provinciæ per senatum quotannis decernerentur. Postea C. Cæsar, qui dictator fuit, ne pratoriarum provinciæ plus, quam annum, neu plus, quam biennium, consulares obtinerentur. Tulit autem hanc legem victo Pompejo: cum ipse jam per novem annos Galliam contra C. Gracchi legem obtinisset, consecutus id, quod nemo antea, & S. C. & lege. Hic, quando legum causa de provinciis incidit mentio, non alienum est, & quot omnino in ditione populi Rom. & à quibus, quoque anno captae, tum, quæ consulares, quæque pratoriarum fuerint, subjicere. Quo anno M. Cicero Ciliam proconsul administravit, quod fuit ab urbe condita DCCII. M. Marcello, Ser. Sulpicio coeli provincia XV fuerunt in ditione populi Rom. Sardinia, Corsica, Sicilia, duæ Hispaniæ, ceterior, ulterior: Asia, Ætolia, Macedonia, Illyrium, Dalmatia, Africa, Achaja, Gallia duæ, Cisalpinga, Transalpinga, Cilicia, Bithynia, Pontus, Creta, Syria, Cyprus, quibus ex omnibus provinciis vestigal capiebat annum Reipublica, ut à Plutarcho proditum est, feutorum, quos appellat, octuagies quinquies centena millia, non excedente feutorum pretium decem Marcellorum argenteorum, qui Venetiis imprimum, vel Juliorum, qui Romæ, Sardiniam cepit, inter primum & secundum Punicum bellum, consul T. Manlius Torquatus, de qua triumphavit: eaque prima, anno urbis DXXVIII. provincia populi R. facta est, missis ad eam componendam X. legatis: quod in faciendis provinciis servatam est. Corsicam vicit, ac provinciam fecit C. Papirius Maso consul, & à senatu triumpho non imperato, ipse de sua sententia in monte Albano primus triumphavit, anno DXXVIII. & hanc una cum Sardinia semper unus rexit magistratus Romanus. Siciliam primus vicit, magnaque ex parte provinciam fecit Q. Caecilius primo Punico bello: post aliquot annos, captis Syraculis, universam in provincia formam rededit M. Marcello bello Punico secundo, aut certe, qui ci successit, M. Lavinus. Nam de Marcello Vellejus tradit: debellatum vero in Sicilia à Lavino potius pratore, quam à Marcello consule, & Cicero in Verrem, & Livius significant. Marcellus quidem, secutus exemplum Papirii Masonis, in Albano monte triumphum egit, urbanque ovans est ingressus. Hispaniæ tum à Serpione Africano majore, secundo Punico bello, tum, aliquot post annis, M. Catonis Censorii virtute, multis victoriis domitæ: & in eas magistratus Romæ modo pro consulibus, modo pro pratoribus ierunt. Variæ tamen possessæ, & ut ait Vellejus, sæpe partibus amissæ, certa ac stabiles esse populi R. possessio, stipendiumque pendere non prius, quam Augusto principe, ceperunt. Asiam cis Taurum montem bello Antiochino L. Scipio, majoris Africani frater, profectus in eam consul, ad imperium adunxit, annoque post consulatum proximo triumphavit, ab urbe condita DLXIV. post eam possedere be-

neficio



neſcio Senatus populique R. reges Attali, donec M. Perperna eo. lu. Aſiſtonicum qui eam, Attalo rege mortuo, occupaverat, devicit, accepit. Eam tamen in provinciam formam non Perperna, ſed, qui ei ſucceſſit, M. Aquilius conſul redegit: qui etiam de Aſiſtonico triumphavit, anno DCXXIV. Ætoliæ M. Fulvius Nobilior ſubegit. Bellum gerere cœpit conſul, proconſul conſecit, & triumphavit biennio poſt, anno urbis DLXVI. Macedoniam XL. diebus devicit conſul iterum L. Æmiliius Paulus. Anno DXXXVI. neque ramen provinciam fecit, ſed de ſententia X. legatorum, quos ad componendam Macedoniam, atque Illyricum Senatus de more miſit, Macedonas omnes liberos effe juſſit: & ut ſuis legibus viverent, ſuas urbes, & agros haberent, magiſtratus annuos crearent, permiſit: veteris etiam ſtipendii, quod regibus pendebant, dimidia parte relevavit: anno proximo, Perſe rege inter captivos Romam ducto, triumphavit. Provinciam vero Macedoniam fecit anno urbis DCVII. Q. Metellus, is, qui ex ea prorator triumphavit, & Macedonici cognomen ei adeptus. Hanc provinciam poſtea cum Achaja conjunxit, &que duabus unam fecit, rogatione petita. P. Clodii tribunus plebis utramque P. Piſonii quaſi præmium, quod in Cicerone ejiciendo conſenſiſſet, dedit adminiſtrandam. Illyricum & Dalmatiam eodem anno, quo Macedoniam, Paulus, L. Anicius prætor debellavit, & eam provinciam fecit, triumphavitque poſt Paulum aliquot diebus, rege Illyriorum Gentio cum fratre, conjuge, & liberis ante currum ducto, Carthaginem, & Corinthum, illam Africæ, hanc Achajæ caput, exciditque eodem anno, & triumpharunt, Scipio Æmilianus, & L. Mummius, tulitque inde Scipio cognomen Africani, Mummius Achaici. Factæ ſunt provincie duæ, Africa, & Achaja. Africam autem intelligo regionem univerſam, quam Carthaginienſes poſſederant. Nam Numidia, & ipſa pars Africæ, Maſſanſis regnum fuit, Syphace ſuperato, paritque regibus, & C. Caſare demum poſt Scipionem, & Jubam, Mauritaniam regem, devictos, in formam provincie redacta. Mauritaniam vero, & ipſam in Africa multis poſt annis, Caligula imperator in duas provincias diviſit. Galliam ciſalpinam puro provinciam eſſe factam eo tempore, cum M. Marcellus, is, qui conſul quinquies fuit, primusque Haanſibalem acie vici, Viridumarum, Gallorum regem, ſingulari certamine occidit, deque Gallis Inſubribus triumphavit, anno DXXXI. pater enim provinciam eſſe factam, quia colonie plures annis ſequentibus eo deductæ. Tranſalpinam vero Galliam, que Narbonenſis quoque dicta eſt, Q. Fabius, L. Pauli nepos, devictis Allobrogibus, unde cognomen ſumpſit, in provincie formam redegit, anno DCLXXII. Ciliciam perdomuit P. Servilius proconſul, qui, quod Iſauron, Ciliciz aciem evertit, Iſauricus eſt dictus, triumphavitque anno DCLXXIX. ex eo tempore Cilicia provincia fuit. Bithyniam populo Rom. rex Nicomedes, ut antea rex Attalus eam, teſtamento reliquit, eaque ſimul cum Ponto, in quo Mithridates regnavit, una provincia fuit, Bithyniaque nomine appellata. Utramque vero provinciam fecit, Mithridate victo. Pompejus Magnus proconſul, triumphavitque anno DCXCII. ejuſdem Pompeji lex à Plinio juniore Epiſt. x. 83. & 113. memoratur, Bithynis, & Ponticis data: *Ne quis annis XXX. minor magiſtratum caperet, neve in Senatu eſſet: qui vero magiſtratum cepiſſet, ei liceret in Senatu eſſe: ne à curiones, in curiam à cenſoribus lecti, penam pro introitu darent.* Sed id obſervatum ſemper non eſt: nam, ut apud eundem Plinium legimus, quandoque bina milia ſolverunt, que vocabantur *Sportulae*. Item, ut Senatores certis de cauſis à cenſoribus ordiæ moverentur: ut Bithyniis civitatibus adſcribere ſibi, quos vellent, cives liceret, dum ne civitatis eſſent aliena, ſed earum quiſque civitatum, qua eſſent in Bithynia. Atque hæc à Pompejo ſunt ad exemplum Romanæ civitatis inſtituta. Cretam debellavit Q. Metellus proconſul, & triumphavit anno DCXCI. Creticique poſtea nominatus. Syria, Pompeji Magni ſingulari virtute, ultimo bello Mithridatico victa, leges accepit, provinciarumque populi Rom. numerum auxit. Triumphavit ex ea Pompejus proconſul, item ex Aſia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Judæis, Albinis, Iberia, Breta, Baſternis,

præterea de regibus Mithridate, & Tigrane, anno DCXCII. Cyprus ultima, ſtante Republica in provincia formam redacta, miſſo in eam M. Caione quaſitore cum jure pratorio, lege P. Clodii tribuni plebis, Piſone & Gabinio coſſi, anno DCXCV. ſed primum ea ſimul cum Cilicia, tanquam una provincia, S. C. tradita eſt P. Lentulo proconſuli, quod illa verba Ciceronis in epistoſa ad Lentulum Fam. 1. 7. ſignificant: *Te poſſe perſpicere, qui Siciliam, Cyprumque totas, quid effere, & quid conſequi poſſis.* Eamque Lentuli ſuccellioſes, Appius & Cicerone rexerunt poſtea, tenente Rempublicam Caſare, quaſitores in eam miſſi. Quod ab eodem Cicerone didicimus, qui ad C. Sextilium Ruſum Fam. x1 t t 48. ita ſcribit: *Tua laudi conducere arbitror, cum primus in eam inſulam quaſitor veneris, ea inſituere, qua ſequantur alii.* Tertia pars ſuperſeſt, ut quo provincie conſulares, quæve prætoria dicerentur. Ne quis erret, neutrum perpetuum fuit; non enim hæc, vel illa provincia ſemper aut conſularis, aut prætoria: ſed ita nomen mutabant, ut varie modo à conſularibus, modo à prætoria adminiſtrabantur. Quam poteſtatem Senatus habebat, ut, quos velle, in quas velleſt mitteret, adminiſtratione annua: quod lege Sempronie C. Gracchi tribuni plebis ſancitum erat. Caſari tamen Gallia in quinquennium, contra legem Gracchi, & lege Vatina tribunicia, & S. C. mandata: ſunt, poſteaque in alterum quinquennium lege Trebonia item tribunicia, Pompejo Magno, & Craſſo II. coſſi. confirmata. Qua de re ſic ad Lentulum Cicerone Fam. 1. 7. *Stipendium Caſari decretum: & ne lege Sempronie ſuccederetur, facile perfectum eſt.* Decerni autem ſolias lege Gracchi, non a populo, ſed à Senatu provincias, idem in oratione pro domo cap. 9. in P. Clodium invehens, plane demonſtrat. *Itane vero, inquit, in provincias conſulares, quas C. Gracchus, qui unus maxime popularis fuit, non modo nos abſtulit ab ſenatu, ſed etiam, ut neceſſe eſſet quotannis conſtitui per Senatum, lege ſanxit, eas, lege Sempronie per Senatum decretas, reſidiſiſti? extra ordinem, ſive ſorte, nominatim dediſti, non conſuetudinem, ſed Reipublicæ peſibus.* Erat igitur eadem provincia ex voluntate Senatus, modo conſularis, modo prætoria. Itaque Macedoniam (ut hæc exempli cauſa nominetur) Cn. Dolabella, C. Curio, M. Lucullus, L. Torquatus, C. Antonius, omnes conſulares, adminiſtrarunt: tum, Cn. Octavii prætoria pater Auguſti naturalis, rufus conſularis L. Piſo, & Piſone revocato, Q. Ancharius prætorius. Idemque pater in cæteris Quo autem anno S. C. illud Cælius in epistoſa ſua Fam. viii. 8. ad Ciceronem miſit, in quo S. C. hæc ſunt: ſenatus placere, in Ciliciam provinciam, inque VIII. reliquis prætoriaſ mitteri: regebantur VIII. provincie, que in eo S. C. prætoria vocantur, à magiſtratus VIII. prætoris, Sicilia, Sardinia, Jonia, Aſia, Macedonia, Bithynia, Creta, Mauritania. Et cum Sardinia Corſicam ſimul fuiſſe, cum Bithynia Pontum, paulo ante dictum eſt. Sed quærat forte, quot fuerint, & que fuerint, & à quibus adminiſtrata eo anno provincie conſulares. Quatuor fuere. Nam duas Gallias, Illyricum, & Dalmatiam, omnes quo provincie nomine comprehenſas, unus C. Caſare regebat: duas Hiſpanias item unus Cn. Pompejus per legatos abſens adminiſtrabat: Syria M. Bibulus, Cilicia M. Cicerone præter. Ita fuerunt hæc; anno XII. provincie, conſulares IV. prætoria VII. cur autem in unam conſularem Ciliciam, cum tres præterea eſſent, item ut in octo reliquis prætoria� mittendum Senatus conſuevit, non qui conſularis, ſed qui prætorius fuiſſet, in noſtro eam epistoſarum commentario demonſtratum eſt. Neque vero miretur quiſquam, ſi Ætoliæ, Græciam, Achajam, Theſſaliam, Bœotiam, Pamphyliam, Phrygiam, Lyconiæ, Cyprum, Lydiam, Cariam, Myſiam, Gallograciam, ſive Galatiam, Piſidiam, Lyciam, Cappadociam, Armeniam non nominarim. Nam Ætolia Græcia pars fuit: Græcia vero cum Achaja, Theſſalia, Bœotia, ad juriſdictionem Macedoniz perſe inuit, omneſque ſimul ab uno regebantur. Id ſervatum eſt poſt conſulatum Piſonis, & Gabinii. Nam eo anno legem tulit P. Clodius, ut omne illa provincie ab eo, qui Macedoniam præſentem, regerent. Non enim tulit, ut à Piſone nominatim regerentur, (nam fuiſſet privilegium, non lex) ſed, ut ab eo, cui Macedonia daretur. Is autem fuit eo anno L. Piſo, cuius cauſa lata

lex est. Pamphyliam vero, Phrygiam, Lycaoniam, cum Cypro insula, qui Ciliciam, idem administrabat, cujus etiam ad imperium Laodicea pertinuit, quam Plinius assignat Mediæ; et Lydiæ, Ioniz, Cariz, Mysiz, etiam Phrygiæ parti præerat idem, qui Asiæ. Nec mirum est, Phrygiam in duas jurisdictiones ðpartitam fuisse, ut una pars Ciliciæ, altera tribueretur Asiæ. Nam etiam ipsius Asiæ tres diceceses ad Ciliciam attinuisse, Cicero ipse, alique prodiderunt. Galatiam regebat Dejotarus rex, socius fidelissimus populi Rom. Pisiidæ, & Lycii inter socios erant, suisque legibus, ðne magistratu Romano, utebantur. Itaque Cicero eas gentes appellat auxilia, in epist. ad Atticum vt. 5. *Exercitum, inquit, infirmum habebam: auxilia sane bona, sed ea Galatarum, Pisidarum, Lyciorum; hæc enim sunt nostra robora.* Cappadociæ rex erat Ariobazanes, ipse quoque socius populi Rom. nam Pompejus reges multos, à Mithridate pulsos, in regnum restituit, & fodere ac foecetate Republicæ obstrinxit: Armenia Tigrani regi, qui Mithridatem armis iuverat, venia data, concessit: nationes quasdam provincias fecit populi Rom. altis, ut sui juris essent: suisque legibus viverent, permisit. Hæc est Romanæ ditionis ab Hispania ulteriore, ultima ad occidentem provincia, ad Euphratem, qui terminus ad orientem imperii fuit, desertio quasdam breviter à nobis informata. Nec enim vagari longius licuit in ea tractatione, quæ nostri argumenti proprie non est: quia tamen disjuncta non videtur, hæc attingimus. In provinciis ibant, vel consulares cum XII. fascibus, vel prætorii cum VI. totidem utrique, quot in Urbe habebant. Interdum etiam prætorios cum iure consulari, & XII. fascibus, Senatus in provincias mittebat, ut Q. Ciceronem in Asiam, de quo Suetonius Aug. c. 3. n. 5. *Extant, inquit, M. Ciceronis epistola, quibus Quintum fratrem, parum secunda fama proconsulatum Asiæ administrantem hortatur, & monet, imitetur in promerendis sociis vicinum suum Oзарium. Proconsulatum vocat hominis prætorii administrationem. Eadem ratione titulus est, Q. Metello Celeri procos.* In duabus epistolis, quæ lib. 5. Fam. primæ leguntur: qui tamen consulatum non gesserat, sed ex prætura in Galliam Cisalpinam profectus erat, & lib. III. de leg. Gellium ait Cicero proconsulem ex prætura in Graciam venisse. Primis temporibus, cum provinciæ tuenda armis essent, & in discrimine versarentur, exibant in eas, inito statim magistratu consules, & prætores, vel ut quaque cuique sorte obigerat, vel etiam quandoque consulibus inter ipsos comparantibus. Sic enim loquebantur, cum inter eos de consularibus provinciis convenissent. Nam comparandi consuetudinem apud prætores non video fuisse. Quod si bellum produceretur, imperium in ipsam provinciam proconsulibus, aut prætoribus à Senatu prorogabatur. Postea L. Sylla lege cavuit, ne quis plus anno provinciæ præficeret: qui viderit, opinor, in Republica diuturnis imperiis assuescere, tutum non esse: itaque Galliarum illa per decemvium Cæsaris administratio libertatis exitum fuit. Hæc de lege Cicero in epistola ad Appium Fam. III. 6. his verbis: *Eo discessisti, quo ego te ne persequi quidem possem triginta diebus. qui tibi ad decedendum lege, ut opinor, Cornelia consilium essent.* Et in eadem: *Ut habere rationem possis, quo loco me salva lege Cornelia convenias: ego in provinciam veni pridie Kalend. Sext.*

## CAPUT XI.

*Leges de provinciarum rectoribus: & de coloniis in eas deducendis.*

**N**unc de legibus agamus, quæ rectoribus provinciarum imperium dabant: eæ duæ fuerunt, curiata, vetus admodum lex, & Cornelia, quam tulit L. Sylla dictator: curiata dabat imperium populus, ut Livius indicat libro IX. cap. 38. Cornelia Senatûs. Nam, cum S. C. esset factum, ut provincias magistratus sortirentur, aut compararent inter se: tum, si ii, vel sine lege curiata, in provincias proficiscerentur,

imperium habere dicebantur, donec in Urbem revertissent. Ideo, quod in epistola Ciceronis ad Fam. I. 9. scriptum est, Ap. Claudius frater P. Clodii. Cupidus provinciæ, dicitur, *se, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega provinciam: si curiata lex non esset, paraturum cum collega, Lentuloque Spintheri, Ciliciam proconsule administranti, suscipiturum: legem curiatam consuli ferri opus esse, necesse non esse: se, quoniam ex S. C. provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in Urbem introisset.* Quod autem in agraria II. 12. scriptum est, *Rem militarem sine curiata lege attingere non licet:* propterea dictum, quia sumptu publico ibant in provincias, quorum de imperio lara curiata lex esset. Poterant igitur publica pecunia milites alere, & bellum gerere. At sine curiata lege poterat quidem aliquis privato sumptu in provinciam ire: exercitum vero habere, bellumque de suo gerere, cui tanta opes erant, ut liceret? non igitur sine curiata lege, quæ pecuniam dabat, rem militarem attingere cuiquam licebat. Nam, cum ad Atticum lib. IV. 16. Cicero ita scribit: *Intelligit de pecunia in stipendiis militum eroganda, (nec enim sustinere sumptum potuisset) sed, opinor, de suo cohortis viatico.* Ipse enim Cicero, viaticum dari solitum comitibus eorum, qui irent in provincias, significat in epistola ad Fam. XII. 3. his verbis: *Cetera cuiusmodi sunt, ex hoc iudica, quod legato tuo viaticum eriperunt.* Curiata porro lex, non, ut, primis temporibus, universi populi suffragiis, curiatum in forum convenientis, ferebatur, sed tantum a XXX. licitoribus, XXX. veteres curias representantibus. Itaque Cicero in oratione in Rullum II. 12. cum loquitur de curiatis comitiis, id est, de lege curiata, quæ X. viris imperium dari Rullus volebat: *Illis, inquit, comitiis, ad speciem, atque ad usurpationem vetustatis, per XXX. licitores auspicio rum causis adumbratis.* Ferri autem solitam à consulibus legem curiatam, idem Cicero in eadem oratione significat his verbis: *Consulibus, legem curiatam ferentibus, à tribunis plebis sepe est intercessum.* Idemque confirmat illa verba in epistola ad Fam. I. 9. *Legem curiatam consuli ferri opus esse, necesse non esse.* Nam, quod in sua lege Rullus posuerat, ut à prætore ferretur, extraordinarium fuit: quia videbat adducti consules minime posse, ut eam ferrent, utpote qui nullum X. viris imperium dari vellent: itaque Ciceronis existat orationes adversus legem Rulli de X. viris. Mortis autem fuit, ut, cum lex de impetio ferretur, tres augures adessent, ob eam causam, opinor, quia XXX. curiæ tres veteres tribunos representabant, quas singulas in denas curias Romulus divisit: Porro veteres tribus suum quaque augurum habuit: quod à Livio libro X. traditum est. In provinciis populi Rom. coloniæ ducebantur, propterea, quando de provinciis proxime dictum est, subscriptum hic legem illam, quæ Cn. Pompejus Strabo consul, Cn. Pompeji Magni pater, Transpadanis coloniis jus dedit Latii, ut possent habere jus, quod ceteræ Latinarum coloniæ, id est, ut, petendi magistratus gratia civitatem Romanam adipiscerentur. Quod ego sic interpretor, ut, qui in iis coloniis magistratus gessissent, deinde cives Romani essent, ferendique suffragii jus haberent, eadem conditione, qua populi Latini. Quod etiam significatur epist. 2. lib. V. ad Att. Has colonias postea jus abلولuta Romana civitatis cupiisse, id est, ut, etiam non gesto magistratu, cives Romani essent, in eo Suetonius ostendit, cum ait Jul. 8. *Cæsarem colonias Latinas, de petenda civitate agitantes, adisse, & aliquid utique effecturum fuisse, nisi consules conscriptæ in Ciliciam legiones ob id ipsum retinuisent,*

## CAPUT XII.

*Leges de militia & triumpho.*

**S**equitur militia: de qua legem veterem video fuisse, ut, qui civem ab hoste servasset, is ab imperatore quæcunq; corona donaretur, quam Cn. Marcio Coriolano datam esse, Plur-

Plutarchus memoria tradidit. Fuit & illa, ne dolo malo, neve aliena iniquitate, sed jure & propria virtute bellum gereretur. Quam Camillus, is, qui Urbem Romam à Gallis Senonibus liberavit, ita diligenter coluit: ut, cum Falerios, Falicorum urbem, obfideret, eamque illi tradere publicus literarum magister, deductis in castra nobilibus pueris, tentasset, injustum beneficium recusavit, magistrumque vincum Falerios cum pueris remisit. Lex etiam lata est, quam Sacram Livius appellat, ne cujus militis scripti nomen, nisi ipso volente, deleteretur: & ne quis, ubi tribunus milit. fuisset, postea ordinum ductor esset. Duas aliquot post annis tribuni plebis eodem anno rogavit, unam L. Atrilium, & C. Marcium, ut tribuni milit. Senidemi in quatuor legiones à populo crearentur: quæ antea, perquam paucis suffragio populi relicta locis, dictatorum & consulum ferme fuerant beneficia: alteram M. Decius, ut II. viros navales, classis ornanda reficiendæque causa, populus juberet. Leges duas C. Gracchus tribuens plebis tulit, unam de vestibus militi publice dandis, stipendio non imminuto, alteram, ne quis infra XVI. ætatis annum ad militiam cogeretur. Ex quo patet, interdum ad militiam ante actos fuisse, qui noncum annum ætatis XVII. agerent. Quod puto difficillimis Reip. temporibus, exhausta claudibus civitate, ut secundo Punico bello, extra ordinem esse factum. Legibus de militia recte subjiciuntur leges de triumpho. Non est enim triumphus sine militia. Antiquissima fuit, quæ nunquam servata non est, ut, qui ob rem in bello bene gestam triumphum ducturi essent, ante triumphum Urbem ne ingrederentur. Triumphabant enim cum imperio: & imperium deponere, Urbem intrantibus necesse erat. Triumphum autem Senatus decernebat: sed imperium in Urbe, quo die triumphus duceatur, populus dabat, rogatione ab aliquot tribuni plebis lata. Id aperte demonstrat illa apud Livium, lib. XLV. cap. 35. *Tribus his omnibus triumphus est ab Senatu decretus: mandatumque Q. Cassio prætori, cum tribuni plebis ex auctoritate patrum ageret, rogationem ad plebem ferret, ut iis, quo die Urbem triumphantes invehentur, imperium esset.* Et erant impediendi triumphationes multa: primum cum tribuni plebis imperatori, qui triumphum peteret, aliqua de causa infensi, de rogatione ferenda omnes recusarent: deinde, cum rogationem quidem tribuni aliquis ferret, sed eam populus suffragiis antiquaret: tertio, ubi, tribuni rogationem ferente, unus, pluresve de collegio intercederet: postremo, cum tribuni imperatori obres in bello gestas diem diceret, sicuti C. Memmii L. Lucullo, qui, duobus potentissimis regibus Mithridate, & Tigrae, devictis, tamen non nisi triennio post triumphare potuit, ad extremum, accusationem Memmii remittente, Cicero consul triumphum duxit. Unde illa in Academicis, lib. II. 1. *Cum victor à Mithridatico bello reverisset, inimicorum calumnia triennio tardius, quam debuerat, triumphavit, nos enim consules introduximus pane in Urbem curram clavisissimi viri.* Hanc legem de imperio unius dici intra Urbem Cicero significat his verbis lib. IV. ep. 16. ad Att. *Pontinius vult ad III. Non. Novem. triumphare. Huic obviam Cato, & Servilius prætores aperte, & Q. Mucius tribuens plebis. Negant enim latum de imperio & est latum, Hercule, insulse.* Latum insulse dicit, quia legem de imperio Pontinii Ser. Galba prætor clam ante lucem tulerat, quod à Dione traditum est. Et agi quidquam cum populo ante horam primam leges verabant. Paulo post secuta est altera, (si modo primis temporibus lege potius, quam more, triumphabant) ut, qui hostes acie vicissent, triumphantes Urbem inirent, idque factum etiam cum intra VII. lapidem Urbis Romana fines includerentur, apud Valerium notavimus. Post, ut imperatorum ambitioni, qui levibus præliis prospere factis, triumphum petebant, obviam iretur, lege cautum est, ne quis triumpharet, nisi qui & V. milia hostium una acie cecidisset, & de suo exercitu multo pauciores amisisset. Quo in utroque ne falsus senatus numerus ederetur, altera lex à L. Mario, & M. Catone tribuni plebis lata est, ut puniretur ii, qui aut hostium occisorum, aut civium amissorum in numero mentiri essent. Sanctum & illud est, ut, pro aucto impetio, non pro recuperatis, quæ populi Romani fuissent, triun-

phus decerneretur: quam ob causam neque Q. Fulvio qui Capuam receperat, neque L. Opimio, qui Fregellas, permisit Senatus, ut triumpharent. Eademque fuit eorum conditio, qui ad res gerendas sine magistratu missi erant. Qui citi res triumpho dignas gessissent, triumphare tamen lege vetabantur. Itaque nec P. Scipioni, qui postea Hannibalem vicit, ob recuperatas Hispanias, nec M. Marcello ob captas Syracusas triumphum Senatus decrevit. Pompejus tamen, qui Magni cognomento est usus, Sylla dictatore concedente, contra legem, eques Romanus adhauc, triumphavit. Illud etiam fortasse lege datum, ut qui triumphans Urbem ingressus esset, ei laurea corona in spectaculis uti liceret. Id ex eo conjicio, quod Valerius, cui Plinius lib. naturalis historia XV. subscribere videtur, C. Papirium Mafonem tradit, cum, triumpho à Senatu non impetrato, in Albano monte triumphasset, myrtæ corona pro laurea in spectaculis usum esse.

## CAPUT XIII.

*Lex de non sevocando populo, itemque leges agraria.*

**I**nter publicas leges illa quoque referenda, quam, quo anno Cn. Manlius cum C. Marcio consul fuit, tribuni plebis tulerunt, ne quis populum sevocaret. Nam cum Manlius ad Satrium in castris, novo exemplo, tributum de vicesima eorum, qui manumitterentur, legem tulisset, ejusque legis, quia publicum vectigal haud parum augetur, patres auctores fuissent, tribuni plebis non tam lege, quam exemplo, mori, ne quis postea populum ab Urbe advocaret, capite laxerunt: nihil enim non per milites juratos in consulis verba, quamvis perniciosum populo, si id liceret, fieri posse. Leges agrariae num sunt de jure publico? (sunt omnino, quia pertinent ad populi commodum) Primum omnium promulgavit Sp. Cassius Viscellinus in III. consulatu, perferre tamen non potuit, Virginio collega, omnique Senatu resistente. Hic anno proximo, quasi de regno cogitasset, à patre, ut Valerius, & Plinius Secundus asserunt, à populo, ut ab aliis traditum Livius ait, damnatus, nefarii consilii poenas morte persolvit, in quo fœdissimum in Valerio erratum deprehendi; nam libro V. 3.2. ubi de parentum severitate adversus liberos agit, ita scribit: *Cassius filium, qui tribuens plebis agrariam legem primus tulerat, adhibito profuquorum & amicorum consilio affectati regni crimine damnatus, verberibusque affectum necari jussit; ac peculium ejus Cereri consecravit.* Tribunal plebis ait fuisse Cassium, qui agrariam legem promulgavit, quod aperte falsum esse, Livius & Dionysius demonstrant. Tulit enim de agro Hemicorum dividendo in III. consulatu: quo tempore Cassii erant patricii, (consules enim fiebant) & patricio tribuaturum plebis dari leges verabant. Inde plebis concitandæ agrorum divisio fœditiosus tribuni plebis occasio semper fuit. Itaque de ferendis legibus non sine magno civili motu sæpe actum. Primum pertulit Sex. Licinius Stolo tribuens plebis, is, qui etiam, ut alter consul de plebe crearetur, legem rogavit. Ejus lege nemini ultra D. agri jugera, neque pecoris majoris ultra C. minoris ultra D. capita licuit habere. His adjugebantur capita servorum, ac ingenuorum, quæ quis ad custodiam agri, pecorisque certo numero haberet. Et, ut appareat leges à tribuni plebis odio nobilium potius, quam studio publici commodi esse latas, paucis post annis hic ipse Stolo, accusante L. Popillio Lanate, primus, ut ait Valerius, sua lege damnatus est, quod M. Jugerum agri cum filio possideret, emancipandoque filium fraudem legi fecisset. Rationem postea locupletes inierunt, ut plus D. jugeribus possiderent, nec tamen Licinia lege damnari possent. Aliis enim ad emendum agrum summis, ipsi possidebant. Huic malo mederi primus voluit C. Lælius, (de minore loquor: nam ita duo Lælii, ut duo Africani, fuerunt) Africani minoris amicitia non

minus, quam sua virtute, clarus: sed, adversante locupletum magno numero, cum excitari civilem discordiam & contentionem videret, orio ac tranquillitati civium consulens, susce-  
ptam rem abiecit. Ex quo Sapiensis cognomen est consecutus. Liciniam secuta est Flaminia à C. Flaminio tribuno plebis lata, quam decem annis ante II. bellum Punicum, invito Senatu, Fabio Verrucoso iterum consule, in primis resistente, tamen perulit, de agro Gallico, & Piceno viriitum dividendo. Post captam autem Carthaginem de agris in Africa dividendis Rubria lex lata est, Livia veni de x. viris, qui dividerent. Quarum legum in tabula aerea mentionem invenimus. Ti. Gracchus tribunus plebis aliquot post annis legem pertulit, cujus sententia hæc erat: si quis filium emancipatum haberet, ei dimidiam partem D. jugerum attribueret postea: III. viri agris dividendis plebi crearentur, ne quis agrum à III. viris acceptum venderet. Hæc lex utrum te, vata sit, an, occiso Tiberio, neglecta, parum constat. Servatam ait Plurarchus, idque Senatam voluisse, ut plebis dolor, Tiberii morte susceptus, leniretur: neglectam videtur Livius tradidisse, cum in epitome, renovatam à Cajo, Tiberii fratre, scriptum sit. Res ita conveniet, si & servatam, lenienda plebis causa, primis post Tiberii interitum annis, & postea ita neglectam credamus, ut eandem Cajus referre necessarium duxerit. Quod & aliis non paucis in legibus esse factum animadvertit. Tulit & Sp. Thurius legem, qua agrum publicum vestigali levavit: quam vitiosam & inutilem Cicero appellat in Bruto cap. 26. quia nocuit arario. Sequuntur eodem de genere tribunicia dua. Titia, Marcia: Titia, M. Antonio oratore. A. Postumio Albino cons. à Sex. Titio lata. Marcia, quibus consulis incertum, à L. Marcio Philippo. Est etiam agraria Plotia, & Flaviana: mentio apud Ciceronem lib. I. ad Atticum. Quam utramque fuisse tribuniciam, constat; utraque autem videtur hoc sanxisse, ut vel agri, quos à Senatu locupletes emissent, reddita possessoribus pecunia, plebi distribuarentur: vel si neminem vere. e possessione moveri Senatus vellet, alii agri ea pecunia, quæ ex novis vestigalibus per quinquennium recipe-  
rentur, emrentur, & plebi, quæ agros non haberet, partirentur. Hoc certe videtur in Flavia scriptum fuisse, ut ex epistola ad Atticum lib. I. licet conjicere, in alia vero, quæ ante hanc proxime est epistola. Flaviam eandem fere, quæ fuit Plotia, Cicero scribit esse. Ex quo non dissimilem utriusque sententiam fuisse, facile cognoscitur. Sed Flaviam, quæ Q. Metello Celere & L. Afranio cons. promulgata est, cur existimem esse perlatam, nihil habeo. Dictator quoque Sylla, lege lata, multos agros in Etruria militibus suis divisit. Scriboniam tribuniciam C. Curionis filii nominat, eamque viariam appellat, nec dissimilem agraria Rullii, M. Cælius epist. fam. lib. III. Ultimus agrariam legem pertulit C. Cæsar in primo consulatione: qua Stellatam campum, majoribus consecratum, ut ait Suetonius Jul. 20. 6. & agrum Campanum, ad subsidia Republicæ vestigalibus relictum, divisi sortem ad xx. millibus civium, quibus terni pluresque liberi essent, Postremo loco duas P. Clodii tribuni plebis leges constituit, quæ ad jus publicum videntur pertinere: unam, ut frumentum populo, quod antea semis aris actricentibus in singulis modis dabatur, gratis daretur: quam legem & L. Saturninus in tribunatu ferre conatus erat: altera fuit de collegiis restituendis, quæ novem ante annis Cæcilio & Marcio cons. sublata fuerant; quibus alia quoque, quæ antea non fuerant, Clodius adjunxit, quod ei Cicero sæpe in orationibus exprobat.

## CAPUT XIV.

*Leges de jure privato, eoque civili, & inter eas primo loco leges de adoptionibus & testamentis.*

Superfunt leges de jure privato: quarum duo genera esse diximus, unum earum, quæ ad jus civile, alterum, quæ ad crimina pertinent. De jure civili quod, ut ait jurisconsultus de jure gentium quadam detrahit, quadam assumit: lex erat de adoptionibus, quæ ut curata lege ferret, cautum erat. Licet autem non patricio plebejorum, sed plebejo patricium adoptare.

atque hoc in genere tria lex jubebat observari: primum, ut is adoptaret, qui neque procreare jam liberos posset: & cum potuisset, expertus esset: alterum, ut tum generum, ac dignitatis, tum sacrorum ratio haberetur, id est, ut ita fieret adoptio, ut ne quid aut de dignitate generum, aut de sacrorum religione minueretur: tertium, ne qua omnino calumniam, ne qua fraus, ne quis dolus adhiberetur: quæ si servarentur omnia, tum adoptionem recte fieri. Nihil tamen horum in adoptione P. Clodii servatum esse, arguit Cicero in oratione pro domo sua: neque solum ob hanc causam ait esse infamam irritamque illam adoptionem, verum etiam, quod, cum curata lex ferretur, tum servatum de caelo sit: quod cum ferret, neque legem ferri, neque omnino quiddam agi cum populo licebat, primum enim adoptandi causas esse oportuit, de quibus pontifices judices erant. Deinde, si causæ probarentur, curata lex ferretur: quam qui ferret, is omnia servare debebat, quæ in cæteris legibus, cum ferretur, servari mos fuit. Quod utrumque significat Cicero in ea oratione cap. 14. cum ait: *Ut is adoptet, qui, quod natura jam affert non potest, legitimo & pontificio jure quarat.* Itaque, quod est apud Cornelium Tacitum Hist. 1. 15. 1. *Lege curata apud pontifices adoptio fiebat: id ita est intelligendum, ut, nisi & lex ferretur, & adoptandi causas pontifices probassent, adoptio fieri non posset.* Utrumque vero separatim agebatur, cum de causis pontifices cognosceret. Legem vero magistratus ferret. Adoptantis autem ætatem XLIX. annis majorem, quam ejus, qui adoptaretur, esse oportere, à Modestino Dig. 1. 6. 40. §. 2. scriptum est his verbis: *Non tantum cum quis adoptat, sed & cum arrogat, major esse debet eo, quem sibi per adoptionem, vel per arrogationem filium facit, sed utique plena pueritate, id est, XLIX. annis, eum præcedere debet.* De testamentis leges multæ fuere, quarum nominantur Voconia, Furia, Falcidia, Cornelia, Junia Velleja Voconia de mulierum hereditatibus inter secunda & postremum Carthaginense bellum à Q. Voconia Saxa Aricino tribuno plebis suadente M. Carone censorio lata, sanxit hoc, ne quis hereditatem relinqueret filiam supra H. S. XXV M. nam Dio lib. LVI. p. 578. D. ita scriptum reliquit. *Augustus quibusdam feminis tribuit, ut supra XXV M. heredes esse possent: licet hoc lex Voconia vetaret.* Etiam hoc eadem lege cautum est, ut à Theophilo, in tit. Instit. de lege Falcidia, didicimus, ne plus legatarius, quam heres haberet. Quo de genere Trebellianum quoque S. C. exstat. Ne bona ultra dodrantem universali fideicommissa ab herede relinqui possint, Voconia, & Furia, Falcidia, Junia Velleja, tribunicia fuere, Cornelia consularis L. Sylla. De Voconia diximus. Furia cavebatur, ut à Theophilo scriptum legimus, ne cui plus, quam M. nummum, legaretur, quod amplius legatum esset, quadruplum restitueretur. Falcidia cavebatur, ne cui plus liceret legare, quam dodrantem ex tota hereditate, id est, ut, si ve. u. us heres institutus esset, si ve plures, apud ipsum, cosve quarta pars tantum remaneret. Mentionem facit hujus legis Celsus Dig. xxii. 3. 17. his verbis. *Cum de lege Falcidia queritur, heredis probatio est, locum habere legem Falcidiam. Quod dum probare non potest, merito condemnabitur.* In Junia Velleja hoc erat, ut, qui testamentum faceret, omnes eos virilis sexus necessario institueret heredes: qui, cum nascerentur: ei heredes sui futuri essent, eorumque in locum liberi succederent: qui nisi instituti essent, aut si exheredati, ad exemplum posthumorum, essent, testamentum ne valeret. Atque in hac lege duplex caput fuit, primum, ut, mortuo filio, nepotes nonnulli nati possint institui: item, ut, vivente filio, nasciturus nepotes possint institui, si, avo vivente, & mortuo filio, nascantur: ne facti sui, cum nascantur, si se præteritis inventerint, rumpant testamentum. Altero capite cautum est, ut nepotes, jam nati, vivente filio, ab avo heredes instituantur, vel nominatim exheredentur, ne forte, mortuo post testamentum filio, facti sui heredes, ad exemplum posthumorum testamentum infirmit. Quæ tradita sunt in jurisconsultorum libris. Cornelia falsum testamentum facientibus poenam irrogabat, eaque lege Senatores soli tenebantur, ut in Suetonio legimus Aug. 33. 3. nisi si, non Senatores, sed Signatores, legas. Quod si quis in hostium potestate decessisset, ejus testamentum perinde lex Cornelia confirmabat, ac si, qui testa-

mentum

mentum illud fecisset, in hostium potestatem non pervenisset. Testis Julianus Dig. xxviii. 6. 28. Testamenta poito lex infirmabat, irritaque potius videbatur esse quæ improba, inofficiosa, inhumana dicerentur, hoc est, contra leges, merita, pietatem facta: item, quæ à V. testibus, iisque fide dignis, non essent obligata. Quod ad VII. deinde testes pratorum edicto translatum est. Postremo ab imperatoribus inventum, ut testes subseriberent, ut legitur I. Iulii. *de testamentis*, paulo post principium, atque horum generum causas, de rescindendis confirmandisque testamentis, a C. viris esse iudicatas, quod hæc iudicium dicebatur, Cicero, Valerianusque declarant. Ælia Sentia, quam iuriconsulti nominant, non videtur ad nostrum institutum pertinere. Non enim stante Rep. sed Augusti temporibus, à Sex. Ælio, L. Sentio cõss. lata est. Veruntamen, quia spectat ad testamenta, quorum leges hoc in loco exponuntur, simul cum aliis eam legibus enumerare non alienum duximus. In ea scripta sunt hæc: ut unus modo heres necessarius fieret: plures si ferent, irritum esset: ne duo pluresve ex eadem causa heredes scripti essent: qui primo loco esset nominatus, heres esset: item, quibus de causis manumitti servos placeret: ne quis, licet ex tutoris auctoritate, posset manumittere, nisi causam apud concilium probaret: neve servi, in fraudem creditorum, aut libertate donarentur, aut heredes instituerentur. Nam tum, pluribus heredibus servis institutis, iisdemque manumissis, futurum esse, ut creditores ad suum pervenire non possent, quia, data servis libertate, pretium hereditatis demineretur: ideoque servorum manumissio iniusta videretur, quia contra rem creditoris esset: lex Ælia Sentia sanxit, ut unus duntaxat servum cum libertate heredem debitor facere posset. Atque hæc videlicet licet l. i. r. 6. iussit. *quibus ex causis manumittere non licet*. Postremo jubebat, ut, si esset donatio facta inter virum & uxorem, maritusque re nondum tradita, vita excessisset, ne mulier rei vindicationem post obitum mariti haberet, sed tantummodo exceptionem, si non possideret contra petitores.

## CAPUT XV.

## Leges de iudiciis, testimoniis, &amp; iudiciis.

Hæc de lege Ælia Sentia, veterem fortasse aliquam legem referente, observavimus. Alia vero fuit Ælia Sanætia, a Cicerone in Topico rum libris nominata: quæ assiduo vindicem esse assiduum, id est, locupletem locupletem, jubebat. Pertinuit igitur ad iudicia. Atque hæc lege nihil amplius, neque delatoribus, neque de sententia, compertum habemus, quin, eum Ciceronis locum esse mendosum, neque in libris scriptis ullam omnino in eoloco legis Ælia Sanætiæ mentionem fieri, nonnulli tradiderunt. Verum hoc de genere leges præterea X. video nominari, diversis temporibus latas, tribunicias V. Semproniam, Serviliam, Liviam, Plotiam, Variam: pratoriam, Aureliam: consulares, Corneliam, Pompeiam, Juliam, Antoniam. His de singulis prius quam agamus, tria loca, quæ ad hoc de iudiciis argumentum pertinent, unum Plutarchi, alterum Pediani, tertium Ciceronis examinabimus. Ordinem enim, & sententiam earum legum, quas nominavimus, perturbant, & obscurant. Quare ut erroris causam tollatur, disputabimus primum ea quæ veterum in libris aut revera fortasse falsa sunt, aut ejusmodi, ut, vera cum sint, falsam tamen videri possint. Hoc ubi satis apertum fuerit, veritate quasi et tenebris educta, leges ipsas, & quibus singula temporibus latæ sint, & quæ cujusque vis ac sententia fuerit, ostendemus. Ac primum, quod in Græchorum vita p. 877. B. Plutarchus tradidit, *legem à C. Graccho esse latam, ut CCC. equites simul cum CCC. senatoribus iudicarent*, id ego (pace tanti viri dixerim) falsum esse iudico. Non enim lege Gracchi equites cum senatoribus, sed foli equites rem iudicariam administrant. Probatur antiquorum exemplis, nam Patereulus II. 6. 3. ubi leges C. Gracchi commemorat: *Dabat, inquit, civitatem omnibus Italis: extendebat eam pene usque ad Alpes: dividebat agros: vetabat quemquam civem plures D. iugeribus habere: nova consuebat portoria: novis coloniis replebat provincias: iudicia à*

senatu transferebat ad equites: frumentum plebi dari iussit: ut atque nihil immotum, nihil tranquillum, nihil denique in eodem statu relinqueret. Satis plave loquitur. Non dicit, communicata inter equites & senatores iudicia, sed à senatu ad equestrem ordinem translata. & idem II. 13. 2. *Tribunatum tulit M. Livius Drusus: qui cum senatu primum resistere cuperet decus, & iudicia ab equitibus ad eum transferre ordinem: (quippe eam potestatem nulli equites Gracchanis legibus, cum iam multis clarissimos, atque innocentissimos viros servissent, tum P. Rutilium, virum non seculi sui, sed omnis ævi optimum, interrogatum lege repetundarum, maximo cum gemitu civitatis damnaverant) in his, quæ pro senatu moliebatur, senatum habuit adversarium. & II. 32. 3. Per idem tempus Cotta iudicandi munus, quod C. Gracchus ereptum senatui ad equites, Sylla ab illis ad senatum transfulerat, equaliter inter utrumque ordinem partiti est. Hæc ille: quæ Pedianus in commentario diviutionis p. 19. confirmat his verbis: *C. Gracchus legem tulit, ut equites Romanis iudicarent. Iudicaverunt per annos XL. sine infamia. post victor Sylla leges tulit, ut senatorius ordo iudicaret: & iudicavit per X. annos turpiter. Et in eodem commentario p. 57. Rutilium Rufum, quod in Asia cum prætoris suo consensisset, ne publicani aliqui agerent in provincia sua, equites Romanis, qui tunc iudicabant, damnarunt. Quod si quis in tuenda Plutarchi causa ita pertinax esset, ut Velleji, & Pediani testimonio standum neget: vel quod de solis equitibus non satis aperte loqui videantur: vel quod ipsi quoque falli, ut homines, halucinari que poterint: audiat Appiani verba: quæ, ut ego statuo, Plutarchum manifeste condemnant. Is igitur B. C. i. p. 371. sic: *M. Livius Drusus tribunus plebis senatum, & ordinem equestrem, iudiciorum causa, quæ adempta senatui, & equitibus tradita fuerant, dissidentes, lege conciliare, & ad concordiam perducere conatus est: itaque tulit ad populum, ut ad utrumque ordinem cognitio causarum pertineret. Sed, quoniam, ob superiorum temporum discordias, numerus senatorum ad CCC. redactus erat: persuasit equitibus, ut de suo ordine totidemlegerent, ne in iudiciis numero inferiores essent. Quid apertius: non enim tribus aut quatuor verbis rem obscure significat, sed ita copiose, ita non ambigue declarat, ut de illius sententia dubitare, nisi qui nodum in scirpo velit querere, nemo possit. Quid opus fuit, legem à Druso ferri de communicandis inter duos ordines iudiciis, si, quod ait Plutarchus, eisdem sententia legem C. Gracchus ante petulerat? præsertim cum, eam fuisse abrogatam, nemo dicat. Accedit ad hæc Livii testimonium: cuius in epitome lib. LXX. scriptum est: *P. Rutilius, vir summe innocentie, qui, legatus S. Asiæ provinciæ à publicanorum injuriis Asiæ defenderat, iuribus equestri ordini, penes quem iudicia erant, repetundarum damnatus in exilium missus est. Et ibidem: Senatus, cum impotentium equestri ordini in iudiciis exercendis ferre nollet, omni vi vii capiti, ut ad se iudicia transferrentur. Et libro sequenti: M. Livius Drusus tribunus plebis legem tulit, ut aqua parte iudicia penes senatum & equestrem ordinem essent. Age, falsus testis Vellejus, levis Æconius, Appianus mendax, vanus & fatuus Livius: quid de Cicerone? An ipsum quoque præ Plutarcho nihil putabimus? nemo est opinor, qui non illum gravem, & certum veritatis auctorem ducat, præsertim in ratione iudicaria, in qua ita versabatur, ut excelleret. Quid igitur hic ait? ante bellum Italicum nunquam equites cum senatoribus iudicasse: Quo patet, Gracchi legem de solis equitibus fuisse. Verba ipsa recitabimus: ne nobis, quod ajunt, sine pignore credatur. In oratione pro C. Cornelio, cuius inter Pediani commentarios p. 140. fragmenta quedam sunt, ita scriptum est: *Memoria teneo, cum trinum senatores cum equitibus Romanis lege Plotia iudicarent, hominem diis ac nobilitati pernicissimum, Cn. Pompejum cassim lege Variæ de maiestate dixisse. Cum primum, dicit. Ex quo satis liquet, lege Gracchi, quæ multis ante annis lata erat, nullam in iudiciis equitum & senatorum societatem fuisse. Quod ipsum interpret es eorum verborum Pedianus confirmat, adscribit enim hæc: *M. Plantius Silvanus tribunus plebis Cn. Pompejo Strabone, C. Porcio Catone cõss. secundo anno belli Italici, cum equester ordo in iudiciis dominaretur, legem tulit******

adjuvantibus nobilibus: quæ lex vim eam habuit, quam Cicero significat. Nam ex ea lege tribus singula è suo numero quinos denos creabant, qui eo anno judicarent. Ex eo factum est, ut senatores quoque in eo numero essent, & quidam etiam ex ipsa plebe. Et in ea pro Securo apud Pedian. p. 92. Reus est falsus à Q. Servilio Capione, lege Servilia, cum iudicia penes equitum ordinem essent. Non obscure significat, solos equites iudicasse, quod & Pedianus demonstrat, qui subscribit hæc: Scavens tanta fuit constantia, & animi magnitudine, ut Capionem contra rem detulerit, & breviori die inquisitionis accepta, effecerit, ut ille prior causam diceret: Mar. un quoque Ursum tribunum plebis cohortatus sit, ut iudicia commutaret. Quid est, iudicia commutaret? nempe id, quod jam ex Appiano recitavimus, ne solis equitibus iudicandi potestas inclineret. Eodemque referenda sunt illa verba in Bruto cap. 62. Equitum ordinem C. Servilius Glaucia beneficio legis devinxerat. Sequor igitur libentius ego quidem auctorem in hac re Cicronem, quam Plutarchum. Primum, quod in rebus Romano homini potius Romano, quam Græco, credendum est: deinde, quod ab ætate C. Gracchi propius abfuit, quam Plutarchus: postremo, quod, iudiciorum peritissimum cum esset, veteres leges minus ei cognitatas fuisse verisimile non est. Atque hæc de Plutarcho. Nam locum in epitome Liviana, ex quo videtur idem Livio placuisse, mendosum libenter existimaverim: ut homini parcam, alioqui Romanorum rerum peritissimo. Jam enim, ante legem Plotiam nunquam cum Senatoribus equites iudicasse, Cicero teste, ut alia omittam argumenta, probatum est. Et ipsum quoque Livium idem sensisse, iudicare videntur illa, quæ jam recitavi, ex epitome lib. LXX. Venio ad Pedianum. Qui & ipse, non ut Plutarchus, in genere iudicium, sed in legum ordine ac numero peccavit. Is in commentario divinationis p. 19. ita scripsit: C. Gracchus legem tulerat, ut equites Romani iudicarent. Iudicaverunt per annos XL. sine infamia. Post victor Sylla legem tulerat, ut senatorius ordo iudicaret: & iudicavit per decem annos, sup. p. 17. Hæc, si legum sententiam consideres, vera sunt. Nam & equites lege Gracchi, ut jam diximus, & senatores lege Syllæ iudicaverunt. Itaque eadem sunt à nobis supra recitata, ut probaremus illud contra Plutarchum de solis equitibus lege Gracchi iudicantibus. Sin ordinem ac numerum suum species, falsam Pedianus narrat. Non enim post legem Gracchi secuta proxima est lex Syllæ, sed lex Cæpionis, & deinde Drusi, post Silvani, postremo Syllæ. Drusi autem lege, quæ fuit eadem cum Cæpionis lege, eo ipso, quo lata est, anno sublata, rursus lege Sempronii per annum soli equites iudicaverunt. Multos ab equitibus, lege Varia de maiestate accusatos, Appiani asserit esse condemnatos. Anno post, successit Plotia: & Plotiani tum denique Syllæ lex consecuta. Quare culpam Pediani, non video, qui licet excusare: qui equites dicat lege C. Gracchi per annos XL. hoc est, ad L. Syllæ dictaturam, iudicasse: cum tantum usque ad eum annum soli ea lege iudicaverint, quo M. Plautius Silvanus tribunus plebis (legem enim Livianam, quæ statim, ut diximus, sublata est, omitto) ad populum tulit, ut singula tribus quinos denos è suo numero crearent iudiciorum causa, eosque non uno ex ordine, sed ex omnibus, hoc est senatorio, equestri, ipsa plebe. Quod si generatim dixisset, nulla Gracchanæ legis mentione facta, equites per annos XL. iudicasse: vere dixisset. Liceret enim intelligere id quod res est, equites modo solos lege Gracchi, modo cum Senatu, atque etiam cum plebeis hominibus lege Plotia, iudicasse. Ad quam sententiam referendum est illud Ciceronis Proæm. Act. in Verrem cap. 17. Cognoscebat ex me populus R. quid sit, quamobrem, cum equester ordo iudicaret, annos prope L. continuos nullo iudice equite Romano iudicante, ne tenuissima quidem suspicio acceptæ pecunie ob rem iudicandam constituta sit. Quo loco fortasse addendus est Pedianus, ut solos equites Gracchi lege usque ad Syllam dictatorem iudicasse diceret. Qui cum explanat illud, Annos prope L. continuos, ait pag. 59. Tanto enim fere tempore equester ordo lege Sempronii iudicavit: cum Cicero, ut opinio mea fert, equites quidem iudicasse dicat usque ad Syllam dictatorem, tamen de solis equitibus, ut Gracchi lex iusserat, sed & de solis equitibus primum, & mox de equitibus una

cum Senatoribus, aliisque etiam ex ipsa plebe iudicantibus significat: quod lege Plotia cautum erat. Pedianum autem falsam aperte de uno ordine equestri, per annos XL. iudicatio, locutum esse, tum ea quæ proxime recitavi, verba demonstrant, tum etiam illa, quæ in eisdem commentarii scriptis arguimento: quæ sunt hæc: Agitur causa Senatorii iudicis invidia apud populum constituitis, flagitante plebe iudicis equestris ordinis, quæ fere ante annos X. Sylla sustulerat. Vocat iudicia equestris ordinis ea, quæ Sylla sustulit: cum non unius equestris ordinis, sed omnium ordinum iudicia sue int: si quidem, ut omnibus ordinibus iudicandi potestas daretur, lex Plotia sanxerat. Quod si quis dixerit, fieri posse, ut, Plotia lege ante Syllam dictatorem abrogata, rursus Gracchi lex restituta sit, ideoque Syllam, lege Gracchi postea sublata, equestris ordinis iudicia sustulisse: hic tamen nihil dicit. Nam, cum Pedianus illa, quæ ipsa recitavimus, literis mandavit. Gracchus legem tulerat, ut equites Romani iudicarent: iudicaverunt per annos XL. de Gracchi tantum lege videtur accepisse, oblitus videlicet Plotia legis, de qua scripsit postea idem in commentario orationis pro C. Cornelio. Et, quamquam apud scriptores antiquos in more sit positum, ut integri numeros malint, decem, centum, mille, quam cum exigui numeri additione, pronuntiare: quod à Cicero factum in oratione adversus L. Pionem, & in ea, quam habuit contra Cætilinam in Senatu, Pedianus animadvertit: in eo tamen nimis magnum Cicero numeri fecit incrementum, quod appellavimus, equestrum ordinem annos prope L. continuos iudicasse dixit: cum anni tantum XL. fuerint, id est, à primo Gracchi tribunatu, ut ex epitome Livii, Plutarchoque intelligitur, ad annum primum dictaturæ L. Syllæ. Sed oratoris licentia datur, ut res in narrando plus interdum, quam concedit veritas, efferaur. Quamquam historici quoque, qui quidem auctoribus tradendæ veritatis legibus adstringi videntur, ut sibi juris arrogarent, ut à veritate discederent. Nam Livius: Urbs, inquit, à Romulo viribus datis, tantum valuit, ut in XL. deinde annos tantam pacem haberet. Cum Numæ regnum intelligat, quod per annos XLIII. perpetua pace duravit. Tertius reit de tribus, quos proposui, locus in Ciceroe considerandus. Nam, cum in ea pro C. Cornelio Fragm. 32. dixerit, Lege Plotia primum Senatores cum equitibus Romani iudicasse: falsum hoc esse, possit aliquis objicere, cum biennio ante M. Livius Drusus, quod Appiani verbis iam offendimus, legem tulerit, ut cum equitibus Senatores pari numero iudicia traxerent. Respondemus: utrumque verum esse, & lege Plotia primum Senatores cum equitibus iudicasse, & Drusum tamen ante rogationem tulisse, ut cum equitibus Senatores iudicarent. Nam, est lege Drusi ita sancitum est: tamen, quod ea lex iussit, propterea non est observatum, quod eo ipso anno L. Marcius Philippus consul, inimicus Drusi, obtinuit à Senatu, ut leges ejus omnes uno S. C. tollerentur: itaque decretum est, contra auspicia esse latas, neque ipsi populum teneri, hoc tum à Pediano in commentario Corneliae, tum à Ciceroe in lib. de legibus II. & in oratione pro domo sua proditum est. Ur omittam, quod in Appiani notavimus historia, equites, Druso intersecto, lege Gracchi iudicasse de iis, quorum dolo bello Italiam esse commotum diceretur, idque ex ea lege, quam de maiestate Q. Varius tribunus plebis eo anno rogavit. Quo in nomine mendosi sunt ii, qui typis impressi videntur, Appiani libri. Nam, pro Q. Varius, habent Q. Valerius: cum tegetem illam de maiestate non à Valerio, sed à Variolam esse, Valerius, Cicero pro C. Cornelio, & in Bruto, & Pedianus declarant. Venio nunc ad leges ipsas quas, X. nominavi, Semproniam, Servilianam, Livianam, Plotiam, Cornelianam, Vatiniam, Aureliam, Pompejanam, Julianam, Antoniam: quibus de singulis ita nobis est agendum, ut, temporum ratione servata, prima quæque cognoscatur. Ante C. Sempronii Gracchi alterum tribuatum soli Senatores, vetustissima, ut opinor, Romuli lege, iudicabant. Gracchus tribunus plebis Cn. Domitio Ahenobarbo, C. Fannio Nepore cons. legem tulit, quam paucis ante annis statuer ejus Tiberius fere coactus erat, ut equites soli iudicarent. Sic enim contra quam Plutarchus prodidit, ex Vellejo, Pediano, Appiano

Appiano. Cicetone ipso probavi. Postea Q Servilius Cæpio Consul, qui deinde cum Cimbrum male pugnavit, legem rogavit, ut cum equitibus, qui antea lege C. Gracchi soli judicaverant, etiam tenatores judicarent. Hanc tamen legem, quam & Cassiodorus, & Obsequens, & Cicero ipse latam significant, non multo post esse abrogatam, ex eo suspicor, quod paucis post annis C. Norbanum, quo accusante Cæpio damnatus erat, non ab equitibus, & senatoribus, sed à solis equitibus esse judicatum. Cicero lib. II. cap. 48. de Oratore declarat his verbis: *Animos equitum Romanorum, apud quos tum iudices causa agebatur, ad Q. Cæpionis odium, à quo erant ipsi propter iudicia abalienati, renovabam, atque revocabam.* Facit etiam mecum illa ratio quod, cum M. Livius Drusus tribunus plebis Philippo & Catoe Coss. legem tulit, ut cum equitibus senatores judicarent: quod proxime, cum de lege Livia ageretur, probavimus: manifestum est, solos equites ante Druii tribunatum judicasse. Præterea scriptum est apud Ciceronem in oratione pro C. Cornelio Frang. 32. *Non ante legem Plotiam senatores cum equitibus judicasse.* At legem Plotiam Pompejo Strabone, & Porcio Catoe Coss. latam esse, Peditianus pag. 140. docet. Ex quo, legis Serviliæ de communicandis inter equites & senatores iudicis, nullam habitam esse rationem, ac ne Liviam quidem, quæ id sanxit facile est cognoscere. Post Cæpionem M. Livius Drusus tribunus plebis ejus Druii filius, quo tribuno plebis ad labefactandam C. Gracchi potentiam Senatus usus erat L. Marcio Equitibus, Sex. Julio Cæsare Coss. tulit ad populum, ut cum equitibus senatores causas cognoscerent. Cujus legibus, Philippo Consule referente, S. C. sublati, in eundem, quo ante fuerat, statum re judicialia restituta, soli equites ex lege Gracchi judicantur. Anno deinde interfecto, M. Plautius Sylvanus tribunus plebis Cn. Pompejo Strabone, L. Porcio Catoe Coss. qui fuit annus belli Italici secundus, tulit ad populum, ut singula tribus à suo numero quinos denos per annum iudicatos, suffragio crearent. Quo factum est, ut senatores quoque in eo numero essent, & quidam etiam ex ipsa plebe. Post victor Sylla, Dictator primus teip. constituendæ causa factus, in senatus equitibus, quia pro Cimianis partibus steterant, legem tulit, ut nemo, nisi qui senator esset, judicare posset, quod ante C. Gracchi tribunatum fieri solitum esse, diximus. Sylla mortuo, quod ille sanxerat, per annos XI. servatum est, hoc est, usque ad Cn. Pompeji & Crassi primum consulatum: quo auno L. Aurelius Cotta prætor populum rogavit, populique iussit, ut tres ordines, senatores, equites, tribuni ærarii simul judicarent. Tametsi, & centurionibus aditum ad res judicandas patuisse hac ipsa lege, & sequentibus Pompeja, Julia, censu tamen præfinito, Cicero docet in Philippica I. videtur autem Patricius, nisi mendosi libri sunt, neque tempus, neque sententiam hujus legis perfecte novisse: qui lib. II. legem à Cotta latam per id tempus significet, quo Gabinius tribunus plebis rogationem tulit, ut Pompejus contra piratas summo cum imperio mitteretur. Quod factum esse conitat. Nam Gabinius biennio post Pompeji Consulatum, hoc est, Pisone & Glabrione Coss. eam legem tulit: quod & Vellejus ipse asserit, & inde facile licet existimare, quod, absoluto bello piratico, statim C. Manilius tribunus plebis tulit ad populum, ut Mitridaticum bellum Pompejo mandaretur. Id Plutarchus Vellejusque confirmant: Maniliam autem legem Cicerone prætoris latam esse, luculenta ipsius oratio declarat. Porro autem Ciceronem gefisse præturam Lepido & Tullo Coss. qui fuit annus post Pisonis & Glabrionis Consulatum proximus, quis est qui ignoret? testem habemus Peditianum: ut alia, quæ facile probarent, argumenta prætermittam. Tulit igitur de piratico bello rogationem Gabinius tribunus plebis, Pisone & Glabrione Coss. at Cotta, cum rogationem de iudiciis eo auno tulit, quo designatus ædilis Cicero Verrem accusavit, defendente Hortensio Consule designato, plane videtur eo anno tulisse, quo Pompejus & Crassus Consules fuerunt. Quod aperte Dio narrat, Hoc de tempore. Quod ad sententiam atinet, non video, qui probare possit id, quod idem narrat, Cottam judicandi munus inter equites & senatum æqualiter esse partitum: cum,

eam potestatem non his modo, sed præterea tribunis ærariis esse permissam, sexcenti loci demonstrent, nisi forte illud (libenter enim tuor antiquitatem) æqualiter inter utrumque ordinem partitus est, ideo Patricius dixit, ut significaret non solum Senatum, ut antea, sed equestrem pariter ordinem post legem Aureliam judicasse: ut ærarios tribunos, qui deinde cum senatoribus & equitibus judicantur. Esi non nominavit, non tamen exclusisse videatur. Quomodo & Cicero nem in Verrem lib. V. cap. 65. locutum videmus. Ait enim, cum Cottæ legem significet, *judicium de iudicibus, & de re futuram est: at quo tempore futurum est? nempe eo, cum populus R. aliud genus hominum, atque alium ordinem ad res judicandas requirit, nempe ea lege de iudiciis iudicibusque novis promulgata.* Alium ordinem dixit, cum tamen non uno de ordine, sed de tribus, hoc est, de senatoribus, equitibus, tribunis ærariis, in ea lege mentio fieret. Eodemque modo, cum, censorum iudicia rescissa esse iudicum sententiis, significare vellet, in oratione pro Cluentio cap. 43. locutus est. *Senatores, inquit, equitesque Romani in compluribus jam rebus, quos contra leges pecunias accepisse subscriptum est, sua potius religione, quam censorum opinioni paruerunt.* Et in Divinatione cap. 3. *Judiciorum levitate ordo quoque alius ad res judicandas postulat.* Peditianus etiam in commentario II. orationis in Verrem pag. 43. *Cottam, inquit, prætorum significat, quæ legem promulgavit de restituendis equestri ordini iudiciis; cum tamen Cottæ lex non de uno equestri ordine, sed de senatoribus, equitibus, tribunis ærariis, mentionem faceret.* Plutarchus etiam in Pompejo iudicia ad equites ait esse translata: cum tamen lege Cottæ inter tres ordines essent communicata. Quod si quis putat in uno ordine, quem Cicero ad res judicandas requiri significat, simul cum equitibus tribunos ærarios intelligi, opinione fallitur. Nam senatores, equites, tribuni ærarii, non ordines duo, sed tres à scriptoribus antiquis appellantur. Itaque Peditianus in commentario Cornelianæ pag. 130. *L. Cotta, inquit, lege sua iudicia inter tres ordines communicavit, Senatam, equites, tribunos ærarios:* Et in commentariis duarum orationum, in Pisonem, in extremo: pro Milone, in principio. Suetonius etiam in Julio cap. 45. n. 5. *Judicia, inquit, ad duo genera iudicum redegit: equestris ordinis, ac senatorii: tribunos ærarios, quod erat tertium, sustulit.* Lex Vatinia secuta est. Tulit enim eam, ut opinor, P. Vatinus tribunus plebis, Cæsare & Bibulo Coss. qua sententia, nondum invenire potui: sed fuisse popularem, cum Vatinus Senatum, Senatus illum vehementer oderit, facile possum existimare. Lex Pompeja, quam tulit Cn. Pompejus Magnus in consulatu II. nihil ab Aurelia de tribus ordinibus discrepabat, (nam postea de tribus ordinibus judicantibus exempla multa sunt, maximeque apud Peditianum. Et Suetonii testimonio, tria fuisse iudicum genera usque ad Cæsaris dictaturam, cognoscitur) sed ex amplissimo censu, è centuriis legi iudices jubebat. Amplissimus autem census à Livio traditur, centum millia æris, eoque amplius. Julia, quam C. Julius Cæsar, rerum potitus tulit, *iudicia ad duo genera iudicum redegit, equestris ordinis, ac senatorii: tribunos ærarios, quod erat tertium, sustulit.* Antonia Consularis, M. Antonii, qui III. vir fuit, hoc sanxit, ut ad duas iudicum decurias accederet tertia è centurionibus, hoc est, ut cum equitibus, & Senatoribus (tertium enim ordinem, tribunos ærarios, lex Julia sustulerat) centuriones judicarent. Quod genus hominum ne superiores quidem leges, Julia, Pompeja, Aurelia, iudicandi jure excluderant: sed præscriperant, quo censu eos esse oporteret: sicuti Senatoribus quoque, & equitibus, & tribunis ærariis census erat præfinitus: cum in iudice, ut ait Cicero Phil. 1. 8. *Et fortuna spectari debet, & dignitas.* Antonii vero lex plus æquo impudens & dissoluta, quæ rationem census nullam habuit, omnibus, quicumque ordinem duxissent, iudicandi potestatem permisit. Atque hæc Antonii legem de tribus decuriis non esse abrogatam, cum ille hostis iudicatus est, cum ejusdem legem de sacerdotiis abrogatam esse, supra docuerim, è Suetonio cognoscitur: qui in Augusto cap. 32. n. 7. ita scripsit: *Ad tres iudicum*

decurias quartam addidit, ex inferiore censu, quæ ducenariorum vocaretur, iudicaretque de levioribus summis. Hæc de ordine iudiciorum, pro variis legibus, vario. De numero autem iudicium, lex Gracchi CCC. fecit, omnes ex equestri ordine, toridem, quos antea senatores iudices fuerant: lex Drusi CCC. equites, & CCC. senatores, numero pari: lex Plautii DXXXV. iussit enim è singulis tribubus, quæ XXXV. erant, quinos de nos creari: lex Syllæ CCC. omnes ex ordine senatorio: lex Aurelia cum lege Syllæ de numero, ut opinor congruebat, cum in ordinibus disereperet: nam libro epistol. famil. VIII. de iudicibus CCC. cum lex Aurelia servaretur, mentionem fieri video. Quod si ita est, auctum de inde numerum esse lege Pompeji, vere dicemus: quia Vellejus avum suum inter CCCXLX. à Pompejo lectum esse narrat. Eundemque numerum Plutarchus in Pompejo tradidit. Lex Cæsaris, cum de tribus ordinibus unum, ut diximus, sustulerit, numerum simul iudicum, ut ego sentio, commutavit. Lex Antonii cum tertiam decuriam addiderit, satis liquet, eorum, qui res iudicarent, amplio rem numerum esse factum. Quem rursus & ab Augusto esse auctum, cum ad tres decurias quartam addidit, facile cognoscitur. De iudicium ætate legem fuisse, ne quis intra XXX. ætatis annum iudicaret, facile possum ex eo conijcere, quod Suetonius de Augusto cap. 32. n. 8. scripsit: *Judices à 25. ætatis anno elegit, id est, quinquennio maturius, quam solent.* Callistratus quidem jurisconsultus lib. 1. edict. mon. cum lege de recept. *Lex Julia cautum esse, ait, ne minor annis XX. iudicare cogeretur, neve minore annis XX. compromissarium iudicem liceret eligere.* Sanxit idem eadem lege, ut opinor, de numero patronorum. Nam, ante L. Domitii Ahenobarbi, & Ap. Claudii Pulchri Consulatum raro quisquam pluribus, quam quatuor, patronis usus erat. His Consulibus M. Scævrum, de repetundis accusatum, sex defenderunt. Sed, ut existimem hæc de re biennio post à Magno Pompejo III. Consule lege cautum esse, Taciti verbis addutor. Is enim in dialogo de oratoribus cap. 38. n. 1. ita scriptum reliquit. *Transiit ad formam, & consuetudinem veterum iudiciorum. Nemo intra paucissimas horas perorare cogebatur: & liberae comprehensationes erant: & modum dicendi sibi quisque sumebat: & numerus neque dierum, neque patronorum fuit.* Primus tertio Consulatu Cn. Pompejus adstrinxit, imposuitque frenos eloquentia. Hæc de lege ita loquitur Cicero in Bruto cap. 94. *Lex Pompeja ternis horis ad dicendum datis, ad causas simillimas inter se, vel potius easdem novem veniebamus quotidie.* Et ad Atticum lib. 13. epist. 49. Verum, post bella civilia, neglecta lege Pompeja, perventum ad duodecim patronos: eique licentia modum, à Cæsare Dictatore impostum, Peditanus significat. Et fortasse idem Cæsar, qua in lege de numero patronorum, in eadem tulit de ratione iudicandi. Quod Gellius lib. xiv. cap. 2. significare videtur his verbis: *Atque in rerum quidem diffinitionibus, comprehensationibusque & aliis quibusdam legitimis rebus, ex ipsa lege Julia, & ex Sabini Massurii, & ex quorundam aliorum jurisperitorum commentariis commouiti sumus.* Legimus etiam apud Priscianum de lege Latoria, quæ minore annis xxv. stipulari vetabat. De diebus quoque iudicariis leges nominat Ulpianus his verbis: *Si feriatis diebus fuerit iudicatum, lege cautum est, ne iis diebus iudicatum sit, nisi ex voluntate patrum.* Et, quod aliter adversus ea iudicatum erit, ne quis iudicatum facere, neve solvere debeat: neve quis, ad quem ea de re actum erit, iudicatum facere cogat. In hoc ordine locum habent leges illæ, quæ & de personis, quæ facinus iudicare possent, & de causis, in quibus possent, tum de iudiciis, deque testimoniis dicendi potestate agebant. Ac primum illud ponatur, legibus eos iure iudicandi exclusos non esse, quos ignominia censorum notasset. Id Cicero significat his verbis in oratione pro Cluentio cap. 43. *In omnibus legibus, quibus exceptum est, de quibus causis aut magistratum capere non liceat, aut iudicem legi, aut alterum accusare, hæc ignominia causa prætermissa est. Timoris enim causam, non vite penam, in illa potest, ut esse voluerunt.* Et ibidem, paulo post: *Prætores urbani, qui iurati debent optimum quemque in selectis iudices referre, nunquam sibi ad eam rem censoriam ignominiam*

impedimento esse duxerunt. Postea tamen inducitur lege Julia, ut Senatori moti iudicare non possent. Quod & lege Cælia, de senatoribus, traditum est: & Paulus quoque, ut proxime docebitur, significat. Turpi autem iudicio damnatis ademptam esse iudicandi potestatem, idem Cicero in eadem oratione cap. 42. demonstrat. *Quod si, inquit, illud iudicium putaretur, ut ceteri, turpi iudicio damnati, in perpetuum omni honore, ac dignitate privantur: sic hominibus ignominia notatis neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus esset.* Turpia vero, famolæque iudicia erant, calumnia, prævaricationis, furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo malo, pro socio mandati, rapto, depositi, & alia quædam à Juliano memorata Dig. lib. 111. Famulos etiam non minus, quam qui turpi iudicio damnati essent. *Pogafus & Nerva filius eos iudicaverunt, qui quæstus causa in certamina descendissent, aut propter præmium in scenam prodissent.* Apud Ulpianum Dig. III. 2. 2. §. 5. *Athletas autem, quia ludicram artem non facere, sed virtutis gratia exerceri viderentur, infamia liberabant Sabini & Cassus, apud Ulpianum Dig. III. 2. 4. Præterea, cum ab eodem ita traditum sit lib. Dig. XLVIII. 2. 4. *Qui iudicio publico damnatus esset, cum jus accusandi non habuisset, nisi libertorum, vel patronorum suorum mortem eo iudicio vel rem suam exegerentur: consentaneum videri potest, eundem iudicandi munere exclusum. Quamquam ad rationem accedit auctoritas. Nam ita scriptum postea comperi apud Marcellum jurisconsultum. Omnes etiam de vi privata damnatos iudicare lex Julia prohibebat. Qua de re Martianus his verbis lib. Dig. XLVIII. 7. 1. *De vi privata damnati pars tertia bonorum ex lege Julia publicatur: & cautum est, ne senator sit, aut decurio, aut ullum honorem copiat: neve in eum ordinem sedeat, neve iudex sit.* Huc illa pertinent, quæ tradita sunt à Paulo jurisconsulto Dig. v. 1. 12. §. 2. quæ servata credimus etiam reipub. temporibus. Nihil enim à jure, aut æquo dissentiant. *Quidam, inquit, lege impediuntur, ne iudices sint: quidam natura, quidam moribus: natura, ut surdus, mutus, & perpetuo furiosus, & impubes, quia iudicio caret: moribus, ut famine, & serui: non, quia non habeant iudicium, sed, quia receptum est, ut civilibus non fruantur officiis, sed, quia Senatu motus est. Qui vero possunt esse iudices, nihil interest, in potestate, an sui juris sint. Cum iudicibus recte congiungunt testes. Itaque luberibimus ea, quæ de testimonio dicendo idem Paulus tradidit Dig. xxii. 5. 4. *Lex, inquit, Julia, & Papia iudiciorum publicorum cavetur, ne cui invito denuntietur, ne testimonium dicat adversus societatem, generum, viricum, privignum. Cassius etiam Longinus, cuius libri non existat: sed eorum testimonium Martianus Dig. 1. 9. 2. utitur: putabat, ei, qui propter turpitudinem Senatu motus, nec testatus esset, non licere neque iudicare, neque testimonium dicere: quia lex Julia repetundarum ea fieri vetaret.* Calumnia damnatis publico iudicio quod liceret, Dig. aperte Papiniani præclara sane verba demonstrant Dig. xxii. 5. 13. *Quæstum, inquit, scio, an in publicis iudiciis calumnia damnati testimonium publico perhibere possint. Sed neque lege Rhenmia prohibetur: & leges Julia de vi, repetundarum, peculatus eos homines testimonium dicere non vetant. Verum tamen, quod legibus omisum est: non omititur religio iudicantium: ad quorum officium pertinet, eius quoque testimonii fidem, quod integræ frontis homo dixerit, perbendere. Mulieribus quoque videm licuisse testimonium dicere: siquidem, non li. uisse de adulterio damnatis, Paulus indicat Dig. xxii. 5. 18. his verbis: *Ex eo, quod prohibet lex Julia de adulteris testimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur, etiam mulieres testimonium in iudicio dicendi jus habere.* Dictum est de iudicio, & testimonio: superest de iudicio. Senatori iudicium profiteri salvis legibus non licebat. Aliis impunita dabatur, nec tamen omnibus in causis, sed conditionis, maiestatis, & si quid huiusmodi: in causa repetundarum non dabatur: itaque nec per indices agi solitam esse legimus. Non est ab hoc genere aliena Memmia lex, quæ eorum, qui reipub. causa abessent, recipi nomina vetabat. Itaque C. Cæsar, cum in provinciam, per-****



asto Consulatu, abiisset, & ab L. Antistio tribuno plebis Romæ appellatus esset, appellato collegio obtinuit, cum reip. causa abesset, reus ne fieret. At M. Antonius, ille disertus L. Crassi amulus in oratoria laude, cum, quaestor in Asiam profectus, Brundisium jam pervenisset, literis certior factus, incesti fe postulatam apud L. Cassium praetorem, cujus tribunal, propter nimiam severitatem scopulus reorum putabatur, legis Memmianæ beneficio uti noluit, ne sibi male confici videri posset. Satiunque in Urbem recurrit, & causa ditata, absolutus est. Hanc legem Cicero significat in oratione in Vatinius cap. 14. cum ait: *Cum tibi, utrum velles, liceret.* Poterat enim Vatinius, cum legatus esset, iudicium reculare; quod ei per legem Memmianam licebat. *Cur igitur, inquit Cicero, cum legationis persequi noli volueris; appellatione improbabissima te ad auxilium nefarium contulisti?* Non abhorret à legibus de iudicis lex illa, quam C. Calpurnio Plutone, M. Acilio Glabrione Coss. C. Cornelius tribunus plebis tulit, ut praetores ex edictis suis perpetuis jus dicerent: cum antea, ut quisque avaritia, aut ambitione ducebatur, varie jus dicere consueverat.

## CAPUT XVI.

*Leges de conjugii, de jure & libertate civium Romanorum, de sepulchris, de sanore: itemque leges Caecilia Didia, & Junia Licinia.*

**I**N jure civili & conjugia sunt: de quibus illa fuit admodum praclara lex, quam a Romulo latam Dionysius & Plutarchus prodiderit, ut uxor viro pecuniarum factorumque omnium esset socia, eique si sine liberis & incestato diem obiisset, haeres esset: sin filios reliquisset, aequalem cum iis partem possideret: quæ si advertus virum delinqueret, vir ipse cum propinquis eam judicaret, & si aut impudica fuisset, aut venefica in liberos suos, aut etiam virum ebibisset, (hæc enim omnia Romulus capitalia esse voluit) morte multaret, vel, si mallet, divortium faceret. Quod si quis alia de causa uxorem repudiasset, ejus bonorum partem ad uxorem pertinere, partem vero Cereri sacram esse iussit. Dis porro inferis, qui divortium faceret, sacrificare voluit. Ita probas mulieres, & viro obsequentes, tum præmio, tum poena Romulus affecit. Quæ lex ad matrimonii concordiam ita valuit, ut per annos DXX. nullum divortium in Urbe fuerit. Mores enim ad ingenium viri unaquaque fingebar, eique in omnibus rebus morigera, fidem officiumque præstabat. Legem etiam video fuisse, illam quidem paulo severiorem, sed ad augendam viribus civitatem utilissimam, ut, quicumque per ætatem uxorem ducere possent, omnes ducerent, quæque genia essent, educarent. Quæ lege factum est, ut maximis cladibus civitas affecta, præsertim secundo Punico bello, nunquam tamen penitus exhaustiret, sed novos semper exercitus summitteret, adeo, ut extremis illius cædis temporibus, post multas legiones occisione casas, tamen supra C. millia civium Romanorum in armis fuerint. Post Romulum Numa quiddam lege sanxit, quod ad tuendam matrimonii fidem ac religionem pertinuit, scripsit enim hæc in pellices, quæ legimus in Gellio 1v. 3. *Pellex aram Junonis non tangit. Si tangit, Junoni, crinitus demissis, agnum seminam cædit.* Quæ Festus in Pellices eadem narrat. Fuit illa quoque lex de conjugii, quam in XII. tab. X. viri scripserunt, ne patriciis liceret eam plebe conubio jungi. Quod eo consilio factum est, ne per nuptias reconciliari in eadem animis contra X. viros, qui deponere imperium nolebant, pro libertate consentirent. Quam legem paucis post annis C. Canulejus tribunus plebis abrogavit, lege lata, ut patrum & plebis promiscua nubentia essent. In quo tamen patres acerrime repugnabant, qui contumaciori sanguinem suum, confundi jura gentium ea rogatione arbitrabantur: cum tamen ad civium concordiam, in qua civitatum sita salus est, nihil esset utilius. Legem etiam video fuisse, ne libertinam ingenuis, aut libertinus ingenuam uxorem duceret. Nam S. C. Hispana Fecenia libertinæ conce-

sum esse, scribit Livius, ut ei nubere ingenuo liceret. Quo patet, libertinis cum reliquis civibus conubia non fuisse. Postea lege Papia cautum est, ut omnibus ingenuis, præter Senatores, eorumque liberos, uxores libertinas habere liceret: hoc Julianus addit Ulpianus Dig. XXI. 1. 2. 27. *Si quis in senatorio ordine agens libertinam habuerit uxorem, quoniam interim uxor non sit, attamen in ea conditione est, ut, si amiserit dignitatem, uxor esse incipiat.* Et Paulus ex lege Julia subiungit n. 44. *Qui Senator est, quævis filius, neposve ex filio, proneposve ex filio, vel ex filia natus, cujus eorum est, eritve, ne quis eorum sponsam, uxoremve sciens dolo malo habet libertinam, aut eam, quæ ipsa, cujusve pater materve artem ludicram facit, fecitve: neve Senatoris filia, neposve ex filio, proneposve ex nepote, filio, nato, nata, libertino, civis, qui ipse, cujusve pater, materve artem ludicram facit, fecitve, sponsa nuptiave sciens dolo malo est.* Propterea reprehendit in orationibus Cicero M. Antonium, qui libertini hominis, Q. Fadii, filiam uxorem duxerat. Mulierum dotibus cautum eadem lege animadvertimus, ne quis, invita uxore, dotale prædium, quodve dotis causa datum esset, alienare posset. Non omittendum, quod apud Callistratum legimus, quinque legibus mulieris damnata: dorem publicatam, majestatis, vis publica, parricidii, veneficii, de ficiariis. Nunc agamus de jure ac libertate civium Rom. quo de genere primum Sacris legibus, deinde XII. tabulis sancitum est, ut neque privatis hominibus leges irrogarentur, hoc est, ne privilegia ferri possent, nec de capite civis, nisi comitiis centuriatis, rogari liceret. Quod utrumque memorat Cicero in oratione pro Sextio, & in suas leges libro de legibus tertio transiit. Legem autem de provocatione ad populum ter à Valeria familia latam animadverti: primum, ab eo, cui Poplicola cognomen fuit. Is enim Consul, ejecto Tarquinio Rege, & hanc legem de provocatione, & duas præterea, ut in ejus vita scripsit Plutarchus, pertulit: quarum prior capitis poenam irrogabat, si quis ad magistratum injuria populi adisset: altera, civium vestigalia sustulit. Sed, quæ de provocatione fuit, eam tertio M. Valerius Consul diligentiùs sanxit, adscripta poena, si quis eum, qui provocasset, virgis cecidisset, securive necasset. At qua poena hæc una, improbe fecisse. Ea tum probitas erat, ut ignominiam non minus, quam acerbissima poena timeretur. Postea lex Porcia, quam fortasse M. Porcius Cato, ille major, in Consulatu tulit: etsi neque Plutarchus in ejus vita, neque alius, quod meminerim, ullam mentionem facit, ne civem Romanum verberari, necarive liceret: si quis fecisset, gravi poena puniretur: qua in sententia leges alias deinceps scriptas esse significat in conjuratione Catilinae Sallustius cap. 51. cum ait: *An, quia lex Porcia vetat? at alia leges item condemnatis civibus non animam eripi, sed exilium permitti jubent.* Propterea videmus in criminum suspitione servos ad eliciendam veritatem torqueri solitos esse, cum de liberis hominibus quaestiones haberi leges verarent. Quo fiebat, ut ii, qui aliquid supplicio dignum commiserant, servos, si quos ejusculpa participes, aut confcios habebant, statim liberarent: liberos enim torqueri sciebant non licere. Quod cum magistratus, qui iudicio præerat, antequam fieret, suspicaretur, mittebat ad eum cujus nomen delatum erat, ut servos in sua potestate haberet, (sic enim loquebantur) hoc est, ne manumitteret, cum eos ad conficiendam veritatem tormentis cogi vellet. Hinc illud apud Livium lib. VIII. cap. 15. *Eo anno Minucia Vestalis suspecta primo propter mundiorum iusto cultum, insinulata a deo ad pontifices ab indice servo, cum decreto ejus iussa esset sacris abstinere, familiamque in potestate habere: facto iudicio viva sub terram ad portam Collinam dextra via strata defossa scelerato campo.* Cum enim pontifices fore suspicaretur, ut Minucia, indicium metuens, servos, à quibus prodii posset, manumitteret: habere eam in potestate familiam iusserunt. Ideo & Pedianus in commentario orationis pro Milone pag. 202. Pompejum ad Milonem significat misisse, ut quosdam servos, quorum opera in occidendo Clodio usus esse dicebatur, in potestate sua haberet: Milonem respondisse, ex iis servis, quos nominasset, partim venientes se nunquam habuisse, partim manumisisse. Postea quoque lege Julia Augusti cautum est, ne servi uxoris adulterii accusata intra

LX. dies manumitterentur: Idemque in servis patris ejus constitutum. De quo apud jurisconsultos. Tulit & C. Gracchus tribunus plebis, ne de capite civium Romanorum injussu populi judicaretur. Qua de lege Plutarchus in ejus vita mentionem facit. Fucur hoc de genere & illa, quæ ad moderanda judicia legibus esse constituta, significat Cicero in oratione pro domo sua: ne pœna capitis cum pecunia conjungeretur: ne nisi prodita die quis accusaretur: ut ante magistratus accusaret intermissa die, quam multam irrogaret, aut judicaret: ut esset accusatorium nundinum, prodita die, qua judicium esset futurum. repentina enim accusatione reos opprimi, iniquum, & grave visum est. Fuere & de sepulchris leges, quorum jura Romanis facta fuisset, antiquæ legis illa verba declarant: *Ubi corpus demortui hominis condas, sacer esto.* Et illa: *Ne quis vestibulum aditumve ad sepulchrum usum capito, ne bustum violato.* Et illa: *Decorum Manium jura sancta sunt.* Quod & postea servatum esse, irrogata violentibus pœna, posteriores jurisconsulti Ulpianus, Paulus, Cæjus tradiderunt. In Urbe sepeliri, neque ante XII. tabul. usitatum fuit, & deinde lex ipsa XII. tabul. vetuit his verbis: *In Urbe ne sepelito, neve urito.* Illa omnium antiquissima, quam à Numa Rege latam memorat Festus. *Ne justa fierent ei, qui fulmine occisus esset, neve is supra genas tolleretur.* Quasi ictus fulmine infensus Jovi videretur esse. Id autem opinor, tum ut ab oculis vivientium cadavera, quæ mœsticiam animis inferunt, quam primum amoverentur: tum ne cœlum illud urbanum, unde proxime spiritus duceretur, tæto putrescentium corporum nidore corruptum, pestem aliquam importeret. Quod autem à docto & diligenti viro scriptum est, ante XII. tabul. consuetudinem fuisse, ut intra Urbem mortui sepelirentur: id reselli videtur à Cicerone, qui de legibus libro II. cap. 23. ita scriptum reliquit: *Credo fuisse aut eos, quibus hoc ante hanc legem virtutis causa tributum est, ut Poplicola, ut Tuberto. Quod eorum posterij jure tenebant: aut eos, si qui hoc, ut C. Fabricius, virtutis causa soluti legibus, consecuti sunt.* Plane significat etiam ante XII. tabul. intra Urbem sepeliri non licuisse: siquidem Poplicola, & Tuberto virtutis causa tributum est. Quod ipsum & Dionysius confirmat, & Plutarchus in Poplicola, his fere verbis, aut certe hac sententia: *Decretum est, ut intra Urbem juxta Veliam sepeliretur, utique ejus posteris idem jus esset: qui tamen ætate nostra eo jure non utuntur: sed, ubi quis de genere Valerio mortuus est, cadavere in eum locum, ubi Poplicola sepultus est, delato, extollitur accensa fax: deinde eadem demittitur. Quo genere quandam vetusti juris imaginem ostendunt: ut peripicuum sit, eo se, si veliat, uti posse.* Servius quidem, ubi explanat illud Virgilii, *Æn. lib. XI. 206.*

*Finitimos tollunt in agros, Urbique remittunt, Duilio consule primum à Senatu decretum esse, ait, ne quis in Urbe sepeliretur.* Quod imperatores quoque Hadrianus, & Antoninus Pius renovarunt: & fuisse hanc veterem consuetudinem, patet in l. mortuorum, C. de religiosis, & sumptibus funerum. Vestalibus tamen, intra Urbem sepeliri, nunquam non licuit. *Nullis enim legibus tenebantur; ideo etiam nocentes intra Urbem in campo scelerato sepulchrum habebant. Idemque jus imperatoribus fuit.* Hæc idem Servius. Datum etiam decreto Senatui, qui triumphasset, ut, cum eorum corpora extra Urbem cremata essent, in Urbem ossa & cineres referrentur, humique mandarentur. Hoc Pyrrhonem Lyparæum scripsisse tradit Plutarchus in libro Romanorum rerum. Sumptum in mortuis & lamentationem XII. tabul. sustulerunt, quo utroque in genere stulte nimis, & pueriliter hodie peccatur. cætera, quæ scripta sunt in XII. tabul. quæ ad hoc genus pertinent, quæ lib. II. de legibus à Cicerone commemorantur, huc transferre non necesse duximus. Illa, quæ ab aliis scripta observavimus, de sepulchrorum ratione adscribemus: ac primum hoc, in agris sepulchra fuisse: in agri venditione jura tamen sepulchrorum penes eum, qui venderet, remansisse, eumque sibi tantum agri in venditione excepsisse, quantum adeundo sepulchro satis esset: quod qui non faceret, ei summo probro ac turpitudini fuisse. Unde in oratione Ciceronis pro Roscio Amerino cap. 9. *Cui de tanto patrimonio ne iter quidem ad sepulchrum patrum relictum est.* Hac autem ipsa de re

Pomponius jurisconsultus Dig. XLVII. 12. §. ita scripsit: *Domini suadorum, in quibus sepulchra fecerint, etiam post venditos fundos, ad venditorum sepulchrorum jus est.* Tum igitur in agris, tum juxta militares, vel publicas vias, vel cadavera, vel, si cremata essent, cineres condebantur. Nam & sepeliendi cadaveris, & cremandi consuetudinem fuisse, indicat illud in XII. tabul. *In Urbe ne sepelito, neve urito.* Et illud, quod in II. de legibus cap. 22. scripsit Cicero: *P. Cornelium Africanum sepulchrum esse, L. Cornelium Syllam primum & Cornelii cremari voluisse.* Sepeliri autem antiquum fuisse, quam cremari, Plinius libro VII. cap. 54. declarat his verbis: *Ipsum cremari, apud Romanos non fuit veteris institutum. Terra condebantur. At, postquam longinquis bellis obrutus erui cognoverit, tunc institutum. Et tamen multa familia priuscos servare ritus: sicut in Cornelia nemo ante Syllam Dilatorem traditur crematus, idque voluisse veritum rationem, eruto C. Marii cadavere.* Hæc Plinius: cui, quod ante XII. tabul. in more fuerit, id vetus non videri, mirum est. Cremandi consuetudo usque ad Antoninorum imperatorum ætatem perduravit. Rursus terra condi coeptum est. Illud ex Festo Pompejo scitu dignum, ante quam cadaver ad pyram deferretur, digitum abscidium esse, ut reliquo corpore pectus, ad eum justa fierent. Cadavere pyrae imposito, qui propinquitate mortuo devinctus artissime fuerat, is aversus rogo facem accensam inferebat. Legimus & illud, majores natu ad tubas: minores, ad tibias ad sepulchrum esse delatos: qui vero clavis majoribus orti essent, his eorum imagines in fanere prælatas. Addit Servius Honoratus, ante sepulchrum aram fieri solitam: quod & Cicero in epist. ad Att. significat. tamen si non aram modo, sed sanum filix mortuæ cogitabat. Ad fuisse definitum in sepulchrorum constructionem sumptum, indicat idem, cum ad eundem scribit, lib. XIII. epist. 35. his verbis: *Nunquam mihi venit in mentem, quo plus insumptum in monumentum esset, quam nescio quid, quod lege conceditur, tantundem populo dandum esse.* Signum hominis sepulti non unum fuit, nam & lapis, & tegula, & cæpes, & tumulus, & cippus sepulture locum indicabant. De fenore leges multæ fuerunt ad avaritiam coercendam. Unam Livius lib. VII. nominat, quam C. Marcio, Cn. Manlio Coss. duo tribuni plebis M. Duillius, L. Menenius de unciario fenore tulerunt: id quod jam antea lege XII. tabul. cautum esse, tradit Tacitus libro V. nec multo post, ne quis femenciario fenore amplius exerceret, latum est: quod libro VII. Livius prodidit. Et aliquot post annis tullise ad populum L. Genucium tribunum plebis, ne feneratori liceret, idem Liv. I. v. r. c. 42. à quibusdam proditum esse tradit: sed, ut est hominum genus lucri appetens, cum via fraudis inita esset, ut in socios, qui non tenebantur iis legibus, nomina transferiberentur, M. Sempronius tribunus plebis L. Cornelio, Q. Minucio Coss. legem tulit, ut cum sociis ac nomine Latino pecuniæ creditæ jus idem, quod cum civibus Romanis, esset. De creditis pecuniis, ob unius feneratoris libidinem, & crudelitatem, qui nexum debitorum formosum adolescentem, de stupro recusantem, verberibus laceraverat, C. Petilius, L. Papyrius Mugillanus lege sanxerunt, ne quis, nisi noxam meruisset, donec poenam lueret, in compediatur aut in nervo teneretur. Pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium esse, idem à posterioribus sancitum. Feneratores autem olim quadrupli, fures dupli condemnatos, ex quo patet, pejorem apud veteres habitum feneratorum, quam furem, apud Caronem in libro de re rustica cap. 1. scriptum est. Sylla dominante, L. Valerius Flaccus Consul de quadrante, creditoribus solvendo, legem tulit: hoc est, ut tetri nummi pro centenis in anno penderentur. Quod factum Vellejus II. 23. r. ut injustum reprehendit in historia sua: quia, cum ipsum feneratori non honestum sit, idque etiam leges veterint, Flaccus de quadrante sua lege concedebat. Postea, sensim leges uli vincente, ad centenas mensuras pervertum est. Quam inter usuras gravissimam fuisse, ex epist. Ad Att. lib. I. epist. 13. cognoscitur. Unciariam autem senus pro centenis erant singuli anni: quæ levissima fuit usura. Licinia Consularis, à Licinio Lucullo, Asia præconfuli, ad levandam æte alieno provinciam lata, primum sanxit, ne supra centenu-

nam jure fenoris solveretur: deinde, ne majores essent usurae, quam quibus veteri jure pecunia antea credebatur: postremo, in quo debitoribus consultum est maxime, ne creditoribus à debitore fenoris nomine plus omnino liceret accipere, quam quanta fructuum creditoris quarta pars esset. Sunt & illa duae de jure civili, Cæcilia Didia, Junia Licinia, utraque Consularis. Cæciliam Didiam tulit Q. Cæcilius Merellus, T. Didius Coss. anno ab V. C. DCLV. Juniam autem Liciniam D. Junius Syllanus, L. Licinius Murena Coss. anno ab V. C. DCXC. nam & Cicero eam Consulem videtur agnoscere, cum ad Cæciliam Didiam adjungat; & laram Ciceronis ætate, indicant illa verba in oratione V. cap. 3. in Antonium: *Ubi pœna recentis lege Junia & Licinia?* De Cæcilia Didia primum illud pono, quod video minus esse animadvertendum: ab his Consulibus non unam legem, sed duas diversâ sententia esse latis. Id ego, cum Ciceronis loca contulisset, diligenterque considerassem, facile potui conjicere. Nam in oratione pro domo sua cap. 20. ita scripsit: *Quæ est quasi alia vis, quæ sententia Cæcilia legis & Didia, nisi hæc, ne populo necesse sit in consensibus rebus compluribus, aut id, quod nolit, accipere: aut id, quod velit, repudiare?* quibus verbis hæc Cæciliæ Didia sententiam fuisse constat, ne diversis de rebus lex ferretur: at in eadem oratione de alia Cæcilia Didia mentionem fieri, ex ea re, quæ de Cicero loquitur, intelligo. Loquitur autem de trinundinum, quod in servanda lege ferebatur, & M. Drusi leges, quod in iis ferendis trinundini habita ratio non esset, sublata a Senatu significat. Verba sunt hæc cap. 16. *Hora fortasse sexta, quæsum sum in judicio, cum C. Antonium collegam meum defendere, quædam de republica quæ mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere. Hæc homines improbi ad quosdam viros fortes longe aliter, atque à me dicta erant, detulerunt. Hora nona illo ipso die tu es adoptatus. Si, quod in cæteris legitimis trinundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum: nihil reprehendo. Sin eadem observanda sunt, decrevit Senatus M. Drusi legibus, quæ contra legem Cæciliam, & Didiam latae essent, populum non teneri: jam intelligis, omni genere juris, quod in sacris, quod in auspiciis, quod in legibus sit, te tribunum plebis non fuisse? Quid? illa quæ scripta sunt in oratione V. cap. 3. in Antonium, nunc satis aperte declarant, legem Liciniam de tempore sanxisse, quod in ferenda lege servari oportere? quæ, quo res pareat illustrius, placet recitare. *Tulerunt, inquit, tribuni plebis de provinciis contra acta Caesaris, ille biennii, iste sexennii. Num etiam hæc legem populus Rom. accepit? quid? promulgata fuit? quid? nonne ante lata, quam scripta? nonne ante factam vidimus, quam futuram quisquam est suspicatus? ubi lex Cæcilia & Didia? ubi promulgatio, trinundinum? ubi pœna recentis lege Junia & Licinia? Quo in loco quia Cæciliam Didiam cum Junia Licinia conjungit, quæ iis, qui trinundinum non servassent, pœnas irrogabant, propterea libro II. epist. 9. ad Atticum, ubi Cæcilia Didia pariter & Junia Licinia mentio simul fit, de hæc Cæcilia Didia, quæ tempus legum latoribus desuiebat, non de illa, quæ diversis de rebus legem ferri verbat, opinor intelligendum. Nunc de Junia Licinia agamus. Hæc, non plane video, quid sanxerit. Nam quod ajunt nonnulli, eam, festis diebus cum populo agi, aut legem aliquam promulgari, venisse: id à quo libro didicerint, non invenio. Nemo enim ex iis, quorum scripta æneis typis divulgata circumferuntur, id memoriæ mandavit. Et ut aperte meam sententiam pronuntiem, quam peritiores judicabant: vereor ne, quicumque ille fuit, ex iis verbis, quæ sunt in oratione pro Sextio cap. 14. inductus sit in errorem. Sunt autem hæc: *Isdem Consulibus sedentibus, atque inspeçantibus, lata lex est, ne auspicia valerent: ne quis obviumaret, ne quis legi intercederet, ut omnibus festis diebus legem ferri liceret, lex Ælia, lex Fusia ne valerent. Quæ non ad Juniam Liciniam, sed ad Fufiam pertinent. Fufia enim non omnibus diebus festis, sed iis tantum, qui comitiales essent, leges ferri jubebat. Quod jam antea, in ordine legum de comitiis demonstratum est quæ fuit igitur, dicit aliquis, Junia Licinia sententia? forte hæc, ut iis, qui trinundinum in ferenda lege non servassent, graviore quam lex Cæcilia Didia sanxisset, pœnæ irro-***

gantur. Id. puro, declarant illa verba in Antonium, quæ etiam ante recitavimus, iterare tamen, quia postulari locus, non alienum videtur. *Ubi, inquit, lex Cæcilia & Didia? ubi promulgatio, trinundinum? ubi pœna recentis lege Junia & Licinia?* Fuit alia Licinia non recens Consularis, sed vetus tribunicia, & ejusdem generis Æbutia: quibus hoc rogatum, ut potestas nulla curatione non modo iis, qui de aliqua curatione, aut potestate tulissent, sed nec eorum collegis, cognatis, affinis mandaretur. Est autem illud animadvertendum, duas fuisse diversis de rebus Æbutias leges, hæc, de qua mentionem facit Cicero in agraria II. quæ cum Licinia idem sanxit: & illam, quæ XII. tabul. correxit, quam Gellius libro XVI. cap. 10. nominat. Sunt & de jure civili Atinia, Furia, Fusia, de quibus mentionem facit Cicero libro in Verrem III. & de civium jure omnes fuisse criminum capitalium, publicæque judicii nihil attingisse, Pedianus asserit. Atiniam de usucapionibus fuisse, ne futiva res usucapi posset, sed ejus rei perpetua esset auctoritas, tum jurisconsultorum libri, tum Gellius libro XVII. cap. 7. declarat. etiam lex Julia, & Plautia, de quibus agerur inter crimina, quasi Atiniae subscribentes, rem vi possessam usucapi prohibuerunt. Furiam eam fuisse puto, quam de testamentis esse laram, supra dixi, ne cui plus, quam M. nummum, legari posset: alioquin ejus, quod amplius legatum esset, quadruplum restitui debere. Fufia sententiam nemo significat. Nisi si Furiam & Fufiam eandem putemus: quia Fufios, & Valefios, pro Furiis, Valeriis, veteres dicebant.

## CAPUT XVII.

*Leges de jure civitatis dando, de vestigalibus tollendis, lex Manilia, leges de multis dicendis, de nummis, de frumento pauperibus distribuendo, de muneribus ob causam orandam.*

**D**E civitate, quin vel à primis reipublicæ temporibus latae leges multæ sint, dubitare non licet: sed earum nomina vetustas delevit. Duarum exstat mentio apud Livium. Prior sanxit, ut focii ad Latini, qui stipem ex testè domi relinquere, civis Romani fieri possent. Postea, cum ei legi fœdem focii facerent, altera lex, fociarum civitatum petentibus legatis, lata est, ne quis quem, civitatis mutandæ causa, suum faceret, neve alienaret. Alia deinde leges, ut res, aut hominum voluntas tulit, latae sunt, Servilia, Licinia, Mucia, Julia, Plautia, Papyria, Petronia, Papia. Servilia fortasse prætoria fuit, aut tribunicia, à C. Servilio Glauca lata, qui cum L. Saturnino tribuno plebis in prætura occisus est. Patet enim, hanc legem ante Muciam Liciniam rogatam esse. Quod Cicero in ea pro Balbo cap. 24. declarat his verbis: *Quod si, acerbissima lege Servilia, principes viri, ac gravissimi & sapientissimi cives hæc Latinis, id est, federatis, viam ad civitatem populi jussu parere passi sunt: neque in his est hoc reprehensum Licinia & Mucia lege, cum præsertim, & quæ sequuntur. Hujus legis hæc sententia fuit, ut Latini, senatoribus Romanis damnatis, cives ipsi Romani fierent. Licinia & Mucia Consularis fuit L. Crassus, & Q. Scævola, ut focii Latini, qui se pro civibus Romanis gererent, cum re vera non essent, in suarum civitatum jura redigerentur. Qua lege ita alienati sunt Italicorum animi, ut Italici belli, quod post triennium exoritur, ea vel maxima causa fuerit. Hoc inspeçavit Cicero, cum dixit in oratione pro C. Cornelio Fragm. 10. *Legem Liciniam & Muciam de civibus regundis, video constare inter omnes, quam duo Consules omnium, quos vidimus, sapientissimi tulissent, non modo inuilem, sed perniciosam reipublica fuisse, quo in loco paulo falius historiam narrat Pedianus interpres pag. 131. Cum, inquit, summa cupiditate civitatis Romanæ Italici populi tenerentur, & ob id magna pars eorum pro civibus Romanis se gereret: necessarii lex visus est, ut in sua quisque civitatis jus redigeretur. Verum ea lege ita alienati animi sunt principum Italicorum populorum, ut ea vel maxi-**

ma causa belli Italici, quod post triennium exortum est, fuerit. Idemque Cicero de officiis III. 11. Esse, inquit, pro cive, qui non sit civis, rectum est non licere, quam tulerunt legem sapientissimi Consulis, Crassus, & Scævola. Unam tamen hæc lex habuit exceptionem, ut non omnes plane in suarum civitatum jura redigerentur, sed omnes præter eos, qui civitatem Romanam lege Servilia fecerunt consecrati. Id mihi demonstrant facile illa, quæ jam recitavi, Ciceronis verba pro Balbo. Julia lata est à L. Cæsare consule, P. Rutilii collega. Ea sanxit, ut iis, qui, bello Italico exorto, in fide manserant, (manserant autem omnes Latini) & iis, qui in amicitiam postea rediissent, civitas daretur. Ita primum Latini, deinde etiam Italici omnes, cum ad amicitiam populi Rom. rediissent, civitate donati. Julia autem dicta, quia solus eam Cæsar, cum ejus collega Rutilius in prælio esset occisus, ex S. C. tulit. Hujus legis beneficio coloniarum omnium, & municipiorum, quæ in Italia fuerunt, æquata jura sunt, non ut legibus Romanis hæc uterentur, (nam coloniarum duntaxat Romanarum hoc fuit: municipia suis legibus, atque institutis vivebant) sed ut æque jus illud civium Romanorum, ferendi scilicet suffragii, & adipiscendorum magistratuum, obtinerent. Quod antea municipiis, & Romanis coloniis licuerat, Latinis vero coloniis, & Latino populo non item, postea sublatam hanc legem licet opinari, cum dicat Suetonius Claud. 19. *Homini Latino jus Quiritium a Claudio Imperatore propositum. Nisi si hoc intelligas: omnibus id propositum, qui tantum Latii jus haberent: cuiusmodi erant omnes extra Italiam Latinæ coloniarum, omniaque municipia, quæ jus Latii habent, jus autem Quiritium nondum essent allecra. Legis enim Julæ beneficium intra terminos Italiæ continebatur. Plautia Papyria, quod ego sciam, à nemine nominatur: mihi tamen ea, quam Cicero nominat in oratione pro Archia cap. 4. cum ait: *Data civitas Sylvani lege, & Carbonis, Plautia & Papyria videtur fuisse, lata à duobus ejusdem anni tribunis plebis M. Plautio Sylvano, C. Papyrio Carbone, C. Carbonis, eio quentissimi viri, filio, sexennio postquam Crassus & Scævola legem eam tulerant, de qua supra mentionem fecimus. Nam Sylvanum Cn. Pompejo Stabone, L. Porcio Catone Coss. tribunatum gessisse, Pedianus docet. Carbonem autem eodem anno tribunum plebis fuisse, ex eo sulphicari licet, quod eum post M. Livii mortem, qui Philippo & Cæsare Coss. est interfecit, tribunatum administrasse, Cicero in Oratore cap. 67. significat his verbis: *Me sumpsit C. Carbo C. F. tribunus plebis in concione dixit: O. M. Druse, patrem appello: tu dicere solebas sacrum esse rempublicam, quicunque eam violaverint, ab omnibus esse ei pœnas perfolutas. Patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit. Præterea, cum à duobus ejusdem anni Consulibus non esse latam hanc legem, satis liquet, quia Sylvanus & Carbo collega in consulatu nunquam fuerunt: necesse est à duobus tribunis plebis latam existimare: quod si à tribunis plebis, sequitur, ut ab iis duobus potius, quos nominavi, quam ab aliis: ut tamen de secundo Carbonis tribunatu intelligamus. Nam primum eum Q. Vario, C. Curione, Q. Metello, Cn. Pompejo gessit, Cæsare & Lupo Coss. ut ex Cicero Bruto patet. Ejus legis hæc sententia fuit, ut adscriptis in fœderatas civitates civitas daretur, ita, si tum, cum lex ferebatur, in Italia domicilium haberent, & si sexaginta diebus apud prætorem essent possessi. Post hanc legem Petronia, ut opinor, secuta est. Latam enim ante Papiam, patrum ætate, ut peregrini Urbe prohiberentur, Cicero de officiis III. 11. ostendit. Petronius, inquit, apud patres nostros, Papius noster. Sed Papiam post eam esse latam, quam à Sylvano & Carbone rogatum dixi, idem Cicero & in oratione pro Archia cap. 5. significat his verbis: *Quid? cum ceteri non modo post civitatem datam, sed etiam post legem Papiam aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserint: hic, qui nec utitur quidem illis, in quibus est scriptum, quod semper se Heracleensem esse voluit, rejicitur?* Ex quo primum de tempore, deinde de sententia legis Papiæ docemur, de tempore, latam esse post eam, qua civitas data est, quam à Sylvano & Carbone rogatum ostendimus: de sententia, pœnam esse***

irrogatam iis, qui dolo in tabulas municipiorum irrepserint, ut ex eo, legis Plautia & Papyria beneficio, cives Romani fieri possent. Nam adscriptis, ut dixi jam, in fœderatas civitates, adius ea lege in civitatem Romanam dabatur. Verum nemo apertius Dione historico hujus legis & sententiam, & tempus ostendit; ait enim diserte libro XXXVII. pag. 33. E. latam esse à C. Papiro tribuno plebis anno aote L. Cæsaris & C. Figuli Consulatum, id est, Cotta & Torquato Coss. biennio ante Ciceronem Consulem: sancitum autem ea lege, ut omnes peregrini, præter Italos, Urbe excederet. Valerius Max. M. Perperna Patrem, hæc damnatum, priusquam in sedes rediisse tradit, à missa civitate Romana, in quam contra leges irrepserat. Aliæ videmur de civitate fuisse leges, quas Cicero pro Balbo cap. 24. significat his verbis: *Num fundos populos Latinos falsos arbitramur aut Servilia lege, aut ceteris, quibus Latinis hominibus erat propositum aliqua ex re præmium civitatis? Subjungatur lex Cæcilia de vectigalibus tollendis, quod affine quiddam habet superioribus legibus, Tulit eam Q. Cæcilius Atevellus Nepos prætor, ut apud Dionem libro XXXVII. pag. 53. B. scriptum est, quid cautum sit: idem Dio satis plane significat. Cum enim, inquit, civitati, ac reliquæ Italia molestia, nec jam ferenda vectigalia viderentur: Atevellus Nepos prætor, ea lege lata, invito Senatu sustulit. Et Cicero ad Atticum libro II. epist. 16. *Porteris Italia sublati, agro Campano diviso, quod vectigal superest domesticum, præter vicissimam? Manilæ legis mentio reperitur, de finibus per singulos arbitros regendis: & Manilæ, in eos quorum consilio Jugurtha Senatus decreta neglexisset, quique ab eo in legationibus, aut imperiis pecunias accepissent, qui elephantos, qui perisgas tradidissent: item, qui de pace aut bello cum hostibus pactiones fecissent. Quam legem tulit C. Mamilius Limeranus tribunus plebis, eamque Cicero de legibus, in Bruto, & Sallustius in Jugurthino memorant. Habet autem argenteum nummum vir clarissimus, antiquitatis bene peritus, Andreas Lauretanus, ita inscriptum. C. MAMILII METANI. Legem de multis primam tulenit duo Consules T. Menenius Lanatus & Sestius Capitolinus. Ea lege sancitum est, ut peculatus pœna gravissima esset duarum ovium, & triginta bovum: quod à Festo traditum est. Postea lex Ateria cum alia, tum hoc sanxit, ut multarum dicendum non, ut ante, Consulum duntaxat, sed omnium, esset magistratum. Hanc legem & à Gellio, si modo Gellius ita scripsit, & ab iis, qui Gellii testimonium secuti sunt, falso nominatam Aterinam existimo. Opinor enim Aterinam legem, non Aterinam fuisse, quam Sp. Tarpejus Montanus Capitolinus, & A. Aterius Coss. tulerint. Quod videtur confirmare Festus Pompejus, qui de Tarpeja lege scribit his verbis: *Posteaquam ære signato populus Rom. uti cepit, Tarpeja lege cautum est, ut bos centussis, ovis decussis æstimaretur. Quam Tarpejam Festus, eandem Gellius Aterinam (sic enim est legendum) appellat: quod, cum à duobus ejusdem anni Consulibus esset lata, utrius nomine vocaretur, nihil interesset. Nec est ab re, ut id ita esse constet, ipsius Gellii verba recitare; sic enim libro XI. cap. 1. scriptum reliquit: *Timeus in historiis, quas oratione Græca de rebus populi Rom. composuit, & M. Varro in Antiquitatibus rerum Romanarum, terram Italiam de Græco vocabulo appellatam, scripserunt, cum boves Græca veteri lingua ἰραδοί vocitatis sint. Quorum in Italia magna copia fuerit, nec utique in ea terra gigni, passique solita sint complurima: conjectare autem ob eandem causam possumus, quod Italia tunc esset armentissima, multam quoque, qua appellatur suprema, institutum in singulos dies duarum ovium, triginta bovum, pro copia scilicet bovum, proque ovium penuria. Sed, cum ejusmodi multa pecoris armentique à magistratibus dicta erat, addicebantur boves ovæque alias pretii parvi, alias majoris: eaque res faciebat inaequalem multæ punitionem: idcirco postea lege Ateria constituti sunt in oves singulas æris deni, in boves æris centeni. Papyriam quoque Juliam Consularem item de modo multarum esse latam, ex Livio cognoscitur. Multam autem videmur ii tantum indixisse, apud quos legit****

legis erat actio. Quod apud jurisconsultos, l. tertia, C. de modo multarum, constat, & in eod. tit. *multarum coartata est licentia*. Tres etiam de nummis leges, omnes, ut opinor, tribunicias, à Plinio video nominatas, Papyriam de assibus, ut, qui unciales erant, semunciales fierent: Liviam, ut octava æris pars argento misceretur: Clodium, ut Victoriati, quod antea nummi genus, ex Illyrico advenit, mercis loco habebatur, percussis, & quod indicat ipsam nomen: Victoriæ imagine, signati, in usu essent. Atque ex his legibus licet conjicere, novum nummum nisi lege nullum Romæ esse percussurum, aut in pondere, pretiove mutatum, ut cum as ex librali factus est duarum unciarum: quod significat Plinius lib. xxxi. cap. 3. cum ait: *Pondus æris immunitum primo Punico bello, cum impensis respública non sufficeret; constitutumque, ut asses sextantario pondere ferirentur*. Est enim sextans sex a pars libra. Idemque de asse postea, primum unciali, deinde semunciali factò, deque denario à decem assibus ad sexdecim, quinario à quinque ad octo HS. à dupondio ad semisse ad quatuor deductò, videtur existimandum. Semproniam C. Gracchi, tribunicia, de frumento pauperibus semissibus & trientibus distribuendo, jubebat ut frumentum publice emeretur, singulisque mensibus per singulas tribus vilissimo pretio plebi divideretur. Eiatque locus Romæ constitutus, in quo frumentum publicum aservabatur una cum legibus frumentariis, qui dicebatur *Horrea Semproniam*. Fabia de sectatorum numero, Cincia de donis & muneribus nominantur, illa contra ambitionem, hæc adversus avaritiam, ac de Cincia Livius lib. XXXIV. cap. 4. *Quid, inquit, legem Cinciam excitatavit de donis & muneribus, nisi quia veltigalis jam, & stipendiaria plebs esse Senatui ceperat?* Tacitus autem libro XI. c. 5. §. 3. *Patres legem Cinciam flagitant: quia cavetur antiquitus, ne quis ob causam orandam pecuniam donumve accipiat*. Et lib. xlii. c. 42. §. 2. *Cincia lex adversus eos, qui pretio causas oravissent*. Libro autem XV. c. 20. §. 3. *Oratorum licentia, Cinciam rogationem; candidatorum ambitus, Julias leges; magistratum avaritia, Calpernia sita, pepererunt*. Hanc legem Festus muneralem esse dictam significat. Quod autem addit: *Quia Cincius cavet, ne cui liceret munus accipere, non de omnibus generatim, sed de patronis tantum accipio*. Alioqui, Festum errasse, dicendum esset. Eiusdem legis mentio fit à Cicerone lib. l. epist. 20. ad Attic. & lib. II. oratore. c. 71. Sed primus omnium ob defensum negotium, ut ait Ammianus lib. XXX. c. 4. pecuniam accepit Antipho Rhamnusus. Postea Claudius Imperator usque ad X. HS. capi permisit: quod & Nero confirmavit. Quæ de re testem habemus Suetonium, cui subscribit lib. II. Tacitus, & Plinius in 6. epist. ad Rufum. Jurisconsultus permittum videtur capere usque ad C. anreos. l. 1. versic. *Si cui tantum*. De variis, & extraordinariis cognitionibus.

## CAPUT XVIII.

## Leges sumptuaria, &amp; nonnulla alia ex XII. tabulis.

Rivati sumptus non sunt ab iis, qui republicæ præsent, negligendi. Domus enim exhauriuntur: & ex domibus civitas constat: itaque valere non potest, quasi corpus ali quod, membris male affectis; propterea leges sumptuariae multæ ad coercendam luxuriam diversis temporibus, omnes utilissimæ, latæ sunt, ut de modo suppellectilis domesticæ, funerum, cenarum, alioque de genere. Publicum quidem Cornelium Rufinum, à quo L. Sylla Dictator originem duxit, strenuum ducem, bis Consulatu & Dictatura functum, Plutarchus, Valerius, & Gellius motum Senatu narrant à censoribus C. Fabricio Lucino, Q. Emilio Papo, quod eum comperissent argenti facti, hoc est, vasorum argenteorum, (sic enim Q. Mucius, ut ait Ulpianus, desinit) decem pondo habere. Et de sumptibus mulierum C. Oppius tribunus plebis tulit, ne qua mulier plus semuncia auri haberet, non vestimento versicolori uteretur, neve juncto vehiculo in urbe, oppidove, aut propius inde M. passus, nisi sacrorum publicorum causa veheretur.

Fuit etiam lex Metilia, qua ratio poliendarum vestium fulonibus præscripta. Hanc ego mendose opinor nominari *Metellam* apud Plinium, libro XXXV. cap. 17. leges enim à nomine, non à cognomine, vocabantur. Et hunc Polybicus *Metidius* appellat. Ea lata est anno ab U. C. DXXXIII. siquidem, ut ait Plinius, *dedere ad populum ferendam C. Flaminius & L. Emilins censores*. De moderando autem funerum sumptu legem tulit Sylla Dictator: qui tamen in funere Metellæ conjugis præscriptum sua lege modum transgressus est. De sumptibus in cænas tribunicia C. Orchii: Consulares, C. Fannii, T. Didii, P. Licinii Crassi Divitis, L. Cornelii Syllæ, M. Æmilii Lepidi: rufus tribunicia Q. Antii Restionis, Consularis C. Julii Augusti. Quibus de legibus videtur ea subscribenda, quæ scripta sunt apud Macrobinum Sat. II. 13. ut, quid singulæ sanxerint, cognoscatur. *Prima, inquit, omnium de cænis lex ad populum Orchia pervenit: quam tulit C. Orchius tribunus plebis de Senatus sententia, tertio anno, quam Cato censor fuerat. Cujus verba, quæ prolata sunt, prætereo*. Summa autem ejus præscribat numerum convivarum. *Et hæc est lex Orchia, de qua Cato mox orationibus suis viserabatur, quod plures, quam præscripto ejus cavebatur, tum ad cenam vocarentur*. Cumque auctoritatem novæ legis aucta necessitas imploraret, post unam XXXII. legis Orchia Fannia lex lata est, anno post Rom. conditam, secundum Gellii opinionem, DLXXXVIII. de hac lege Sammonicus Severus ita refert: *Lex Fannia Augusti ingenti omnium ordinum consensu pervenit ad populum*. Neque eam prætores, aut tribuni, ut plerisque alias, sed ex omni honorum consilio & sententia ipsi Consules pertulerunt: cum respública ex luxuria convivarum majora, quam credi potest, detrimenta pateretur, siquidem eos res redierat, ut gula illecei plerique ingenui pueri, pudicitiam, & libertatem suam vendiderent: plerique ex plebe Romana vino madidi in comitiis vicerent, & obvi de respública salute consularent. Hæc Sammonicus. Fannia autem legis severitas in eo superabat Orchiam legem, quod in superiore numerus tantummodo cenantium cohibebatur; licebatque secundum eam unicuique bona sua inter paucos consumere. Fannia autem & sumptibus modum fecit assibus centum: unde à Lucilio poeta, *sestivitatibus sua more, centassis vocatur*. Fanniam legem post annos decem & octo lex Didia consenta est. Eius ferenda duplex fuit causa, prima, & potissima: ut univèrsa Italia, non sola Urbs, lege sumptuaria teneretur, Italici existimantibus Fanniam legem, non in se, sed in solos urbanos cives esse conscriptam: deinde, ut non solum, qui prædium cænasve majore sumptu fecissent, sed etiam qui ad eas vocati essent, atque omnino interfuissent, penis legis æque tenerentur. Post Didiam Licinia lata est à P. Licinio Crasso Divite, cujus ferenda probandaque tantum studium ab optimatibus impensum est, ut S. C. juberetur, ut, ea tantummodo promulgata, prius quam triennium confirmaretur, ita ab omnibus observaretur, quasi jam populi sententia comprobata. Lex vero hæc, paucis mutatis, in plerisque eam Fannia congruit. In ea enim ferenda quæstio est nova legis auctoritas, exolecente metu legis antiquioris, ita Hercules, ut de ipsis XII. tabulis factum est. Quorum ubi contemni antiquitas cepit, eadem illa, quæ legibus cavebantur, in alia latiorum nomina transferunt. Sed legis Liciniae summa, ut Kalendis, Nonis, nundinis Romanis cuique in dies singulos XXX. aut maxat asses edendi causa consumere liceret: cætris vero diebus, quæ excepti non essent, ne amplius apponeretur, quam carnis aride pondo tria, & salsamentorum pondo. Secuta est, non ita multis post annis, lex Cornelia, & ipsa sumptuaria, quam tulit L. Cornelius Sylla Dictator: in qua non convivorum magnificentia prohibita est, nec gula modus factus, verum minoræ pretia rebus imposta, & quibus rebus alii boni, quamque exquisitis, & pene incognitis generibus deliciarum? quos illic pisces, quasque offulas nominat? Sylla mortuo, Lepidus Consul legem tulit & ipse cibariam; Cato enim sumptuarius leges cibarias appellat. Dehinc, paucis interjectis annis, alia lex pervenit ad populum, ferente Antio Restione: quam legem, quamvis esset optima, obstinatio tamen luxuriæ, & vitiorum sraa concordia, nullo abrogante, irritam fecit: illud tamen memorabile de Restione, latore ipsius legis fertur, *enim, quoad visit, foris*

postea non cenasse, ne seclis fieret contempta legis, quam ipse bono publico permississet. Hæc Macrobius: addit Festus, legis Orchia suaforem fuisse M. Catonem, Liciniam vero centenis alibus, præter terra nata, impensam cenarum definiisse. Subjiciam hic leges aliquot ex XII. tabul. quæ sunt de jure civili, sumptas à Cicerone, Livio, Valerio, Plinio, Seneca, Festo, Quintiliano, Gellio, Dionysio, atque illam primum, ei legi admodum similem, quam Romanus tulit, ut parentibus liberos ter vendendi jus atque potestas esset, statumque liberos etiam possent venditare. Id postea ab imperatoribus sublatum est, cautumque, ut ob solam famis necessitatem à patre distrahi filius posset, lib. I. & II. cap. de patribus. Qui filios distraxerunt. Alia fuit item XII. tabul. Si furiosus existet, agnatorum, gentiliumque in eo pecuniarum ejus potestas esto. Nec ab hac lege abhorret illa, & ipsa XII. tabul. quæ prodigo bonis interdicitur, utique in agnatorum curatore esset, cogebatur. Alia lex fuit XII. tabul. ut, si quis rem in agendo plus petisset, causa caderet. Idem apud jurisconsultos legitimus in verfic. si quis agens, Instit. de actionib. sed immutatum postea, in verfic. & hæc quidem, Instit. de actionibus. Etiam illa nominatur: Si quis in jus vocatur, si morbus, aut ita vitium est, qui in jus vocabit, jumentum dato: si nolet, arceram ne seruit. Adjudicia pertinet ea, quæ sanxit, ut vindicta secundum libertatem darentur. Nec minus ea, in qua tuenda fidei causa scripta sunt hæc: Eris confessi, rebusque jure judicatis, XXX. dies justis sentis: post deinde manus injectio esto: in jus ducito: nisi judicatum faxit, aut quis pro eo in jure vindex sit: sic enim apud Gellium libro XX. cap. primo legitur) secum ducito, vincito, aut nervo, aut compedibus XV. pondo ne minoribus: aut, si volet, majoribus vincito: si volet, suo vincito: nisi suo vincit, qui cum vincitum habeat, libras ferris in dies dato: si volet, plus dato. Erat autem jus interea paciscendi: ac, nisi pacti forent, habebantur in vinculis dies LX. inter eos dies, trinis nundinis continuis ad prætorum in comitum produebantur: quantique judicati essent, prædicabatur. Quod si plures essent, quibus reus esset judicatus: lex ita loquebatur: Tertius nundinis partes secanto: si plus minusve secuerint, sine fraude esto. Civilis humanitatis, atque clementiæ videtur lex illa XII. tabul. quam X. viri tulerunt, ut vicinis ad societatem magis allicerent: quæ fuit hujusmodi. Sanatibus idem juris esto, quod fortibus. Et ad jus commune spectavit illa item XII. tabul. ut, si quis sepem in confinio poneret, terminum non excederet: si murum, pedem relinqueret: si domum, pedes duos: si sepulchrum, foveamve, quantum id profundum esset: si puteum, passum: si olivum, ficumve, pedes novem: si denique alia arbores plantarentur, quinque pedes ab alieno loco ponerentur: in contraversis de finibus, quinque pedum usucapio nulla esset. Nec abludum est, credere, in XII. tabulis eam quoque fuisse, quæ moribus, & liberorum hominum honestati consuluit, ne quis percunctatum patris familiaris nomen servum mitteret. Cujus legis mentionem à Catone majore factam esse in sua oratione legis Orchia, scripsit Festus. Ad civiles controversias pertinet ea lex, quam de sacramento L. Papyrius tribunus plebis tulit, ne quis alteri temere negotium faceretur. Eam Festus memorat his verbis: Sacramentum ac significat, quod panna penditur, sive eo quis interrogatur, sive contenditur. Id in aliis rebus quinquaginta assium est, in aliis rebus quingentorum inter eos qui iudicio inter se contendere. Quæ de re lege L. Papyrii tribuni plebis sanctum est his verbis: Quicumque prætor post hæc factus erit, qui inter cives jus dicit, tres viros populum rogato, iisque tres viri . . . quicumque facti erunt, sacramenta ex . . . judicante quoque eodemque jure sunt, uti ex legibus, plebeisque scitis exigere, judicare, esseque oportet. Sacramenti autem nomine id ac dici captum est, quod & propter ararii inopiam, & sacrorum publicorum multitudine, consuebat in rebus divinis.

## CAPUT XIX.

## Leges de criminibus publicis, iisque capitalibus in genere.

**N**unc, quando de jure civili leges dictæ sunt, eas quæ ad crimina pertinent, explicabo, & quia non omnium

eadem est vis & natura criminum, sed alia publica, alia privata: rursus quoque non ejusdem generis ipsa publica sunt, sed ita distinguuntur, ut alia capitalia sint, alia non capitalia: ordinem à conditione criminum petemas, & de publicis capitalia primum, deinde non capitalia, postremo loco privata, eaque ipsa duobus dispersita generibus, aut cum infamia, aut sine infamia, perssequemur. Quod antequam agamus, definiendum est, quale fuerit in republica id, quod capitale crimen nominavimus. Quod ut aperiat, præponendum illud est, lege Porcia cautum fuisse, ne quem civem Romanum ullam ob culpam, perduellione excepto, necare verberareve liceret. Quod si quis ita graviter peccasset, ut supplicio dignus ultimo duceretur: is post M. Catonis censorii ætatem, qui eam legem tulit, non capite, aut ulla omni corpore parte, sed ut bonorum publicatione, aut amissione civitatis, cum aqua & igni interdiceretur, (nam exilium nulla lex irrogabat: sed, interdicta aqua & igni, exilium necessario sequebatur) aut carere etiam pœnas dabat. Vinculorum enim video fieri mentionem in oratione pro Cæcina, & in primo de oratore. Excipio illa tempora, cum, ob seditiones domesticas, ad illud S. C. necessario descendebatur: Darent operam Consules, ne quid republica detrimenti caperet. Quæ de re plenius infra. Redeo ad propositum. Crimen capitale non ita plane est intelligendum, quod vita privaretur is, qui crimine capitali damnatus erat, sed ideo capitale, quod eum, qui damnatus erat, capitis pœna sequeretur. Capitis autem pœna, vel libertatis, vel civitatis amissio dicebatur. Quam utramque capitis deminutionem vocabant. At capitis deminutio cum triplex esset, maxima, media, minima: non omnis tamen pœna fuit, sed tantum duæ priores, maxima, quæ libertatis ademptione fiebat: & media, quæ civitatis. Minima, cum familia mutaretur, beneficium potius, ea quam pœna, fuit. Quod si qui magistratus adimeretur, capitis deminutio non fuit, ut Instit. libro I. legitimus: sicuti capitis deminutio fuit manente magistratu, ut in emancipatione filii: quod libro XLVIII. Digestorum, de capite minutis traditum est. Quocumque autem in crimine vel maxima, vel media capitis deminutio sequeretur, capitale illud esse crimen dicebatur. Porro qui libertatem, idem civitatem simul & familiam amittebat. Servi enim neque cives, neque gentiles erant: qui civitatem, familiaris quidem jura, non tamen libertatem. Nam est in oratione pro Cæcina cap. 33. scriptum ita est: Si semel civitas adimi potest, retineri libertas non potest: qui enim potest jure Quiritium liber esse is, qui in numero Quiritium non est? Quod videtur Livius libro XLV. cap. 15. confirmare, cum ait: Omnibus V. & XXX. tribubus movere, id esse civitatem libertatemque evipere: tamen eonon moveor: nec, quia dicat Callistratus jurisconsultus Dig. lib. 5. §. 3. Per deportationem adimi libertatem, & in Topicis Boëtius, deportationem esse capitis maximam deminutionem. Non enim vere proprieque exules, aut deportati, aut omnibus tribubus moti, in arariisque relati, libertate carent, est neque testamentum facere, neque hereditatem capere, neque omnino earum rerum, de quibus jure civili statutum est, habere ullam liceat. Jus quidem in eo suum exul ac deportatus amisit, & quodammodo partem pristinae libertatis: (siquidem amittit ea, quæ juris civilis sunt: quæ vero jus gentium complectitur, ac retinet omnia) libertatem tamen ipsam, qui reductus in servitutem non sit, adhuc retinet. Quare causa potius, quam agebat, rationem, oratorum more, Cicero habuit, quam veritatis. Et apud Livium Claudius censor, contra collegam disputans, exaggerandi causa eripi libertatem ordini libertino cum civitate dixit. Boëtius autem cum deportationem esse deminutionem capitis maximam dixit, non ad jus gentium, neque ad libertatis universæ, sed ad earum tantum rerum, quibus jure civili constitutus deportati privabantur, amissionem spectavit. Nec ab re videtur, quæ de capitis deminutione Festus tradidit, subjungeret. Deminutus, inquit, capite appellatur, qui civitate mutatus est, & ex alia familia in aliam adoptatus: & qui liber alteri mancipio datus est, & qui in hostiam potestatem venit, & cui

aqua ignique interdictum est. Illa sunt de exilio notanda: et si  
 mentionem civium Romanorum exultantiam saepe fieri vide-  
 mus, nulla tamen lege damnatis civibus exilium esse iroga-  
 tum. Quod ne vocari possit in dubium, ponam verba Ciceronis  
 in oratione pro Cæcina cap. 34. *Exilium, inquit, non supplicium  
 est, sed profugium poriusque supplicii. Nam, qui voluit poenam  
 aliquam subterfugere, aut calamitatem, eo solum vertunt, hoc est,  
 sedem, ac locum mutant. Itaque nullam legem nostram reperietur, ut  
 apud ceteras civitates, maleficium ullum exilio esse multatum,  
 sed, cum homines vincula, neque ignominiasque vitant, quæ sunt  
 legibus constituta, confugiant, quasi ad aram, in exilium. Qui si  
 in civitate legis vim subire vellent; non prius civitatem, quam vi-  
 tam, amitterent. Quia nolunt, non admittit iis civitas, sed ab iis  
 relinquuntur, atque deponitur. Nam, cum ex nostro jure duarum  
 civitatum necesse esse possit, tum amittitur hæc civitas denique, cum  
 is, qui profugit, receptus est in exilium, hoc est, in aliam civitatem.*  
 Hæc Cicero: quæ tum, non esse exilium ulla in lege nominatum,  
 aperte docent: tum vero ideo multos in exilium ante  
 damnationem sua voluntate profugisse, quia legis poenam,  
 quam præsentem corpore subirent, ut vincula, neque, ignomi-  
 niam aliquam, omnino vitare vellent. Nam, et si, reo in exi-  
 lium profecto, nihilominus causa peragebatur, & sententiæ  
 ferebantur: (id exemplo Fabricii, de beneficio condemnati,  
 ex oratione pro Cluentio constat: qui cum, absolutione despe-  
 rata, à subfelliis sua sponte discessisset, eum tamen, latis sen-  
 tentiis, absentem iudices condemnarunt: idemque de Verre  
 Pedianus significat, & in commentario Miloniana p. 205. cum ait:  
*Multi presentes, & cum citati, non respondissent, damnati  
 sunt*) tamen, quod ad corpus attinet, aut ad præsentem igno-  
 miniam, ipse sibi jam unus caverat: leviora ducebat reliqua,  
 sive sibi absentem aqua & igni interdicere, sive bona publica-  
 rentur, sive aliqua infamia nota inureretur. At idem Cicero  
 ipse sibi quasi repugnare in Paradoxis cap. 4. videtur: ubi de  
 exilio, tanquam poena legum, ita loquitur. *Omnis scelerati,  
 atque impii, quorum tu te ducem esse profiteris, quos leges exilio  
 affligi voluit, exules sunt, etiamsi solum non mutarunt. An, cum  
 omnes leges te exulem esse jubent, non eris tu exul?* Et ibidem  
 alia his similia. In oratione autem pro Murena cap. 23. nova  
 ambitus lege, quam ipse tulit, senatores in exilium missos, his  
 verbis demonstrat: *Legem ambitus flagitasti: quæ tibi non de-  
 rat: erat enim severissime scripta Calpurnia. Gestus est mos & vo-  
 luntati, & dignitati tua. Sed tota illa lex accusationem tuam, si  
 haberes nocentem reum, fortasse armasset, petitioni vero refragata  
 est: poena gravior in plebem tua voce efflagitata est: commoti animi  
 seniorum. Exilium in nostrum ordinem: concessit Senatorem postula-  
 tionem tuam, sed non libenter duriores fortunæ communi conditionem  
 re auctore constituit.* Atque hæc ipsa de lege, de qua exilio X.  
 annorum loquitur: & Dio libro XXXVII. nec desunt alia de ci-  
 vibus Romanis exultantibus exempla: quos tamen à lege, vel  
 à iudicibus, qui ministri legum sunt, nominatim in exilium  
 esse egestos, non debemus opinari. Quo modo igitur exules?  
 Sciendum est, exilii duo genera fuisse, voluntarium, & legiti-  
 mum; & voluntarii rursus duo genera, unum cum reus ante  
 latus à iudicibus sententias in exilium abibat, vel ut legis pœ-  
 nam vitaret, quod jam diximus, vel quia, cum se damnatum  
 iri perspicue videret, sponte vellet eam poenam subire, quam  
 paulo post leges & sine dubio illaturæ viderentur: quod iis,  
 quos paulo ante nominavi, Verres, Fabriciusque, omni pro-  
 fusè absolutionis abjecta spe, fecerunt. Non enim ante damna-  
 tionem ideo discesserunt, ut legis poenam vitarent: quando-  
 quidem Fabricius nihil exilio gravius timere à iudicibus poterat:  
 cum Oppianicum, qui mox eodem crimine damnatus est, nullam  
 tulisse constet, nec de repetendis, quo crimine damnatus est  
 Verres, alia præter exilium, & liris astimationem, nocentes  
 reos poena sequebatur. Quam utramque poenam, post profes-  
 sionem damnatus, Verres tulit. Alterum exilii voluntarii  
 genus fuit, cum reus, post damnationem, quia multam, à  
 iudicibus dictam, solvere non posset, ex Urbe discedebat,  
 quod ut putem & legibus, ad effugiendam multæ solutio-  
 nem, fuisse permissum, adducor iis verbis, quæ sunt in ora-

tionem pro Cæcina cap. 33. *In coloniis Latinas sepe nostri cives  
 aut sua voluntate, aut legis multa profecti sunt: quam multam si  
 sustinere voluissent, tamen manere in civitate potuissent. Legiti-  
 mum autem exilium erat, cum reus, non ille quidem verbo,  
 re tamen ipsa in exilium mittebatur. Verus consuetudo fuit,  
 inducta legibus, more confirmata, quæ non in solo in repub-  
 lica, sed Imperatorum quoque aetate, multisque post sæculis  
 viguit: ut, si quis exilii poena dignus videretur, ei, nulla exilii  
 facta mentione, testè, aqua, igni, interdicere. Ita earum  
 rerum, quæ maxime sunt ad vitam sustentandam necessariæ,  
 usi privatus, cum uno aëris alimento contentus esse non posset,  
 abire cogebatur. Ex quo exulare cives Romani dicebantur.*  
 Patet hoc in oratione pro Domo, in qua ita scriptum est cap.  
 30. *Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc civi-  
 tatem amittebant, quam erant in eam recepti, quo vertendi, hoc est,  
 mutandi, soli causa venerant. Id autem ut esset sciendum, non  
 ademptione civitatis, sed testè, & aqua, & ignis interdictione  
 faciebant.* Ac ne cives quidem omnium improbiissimi, atque  
 audacissimi, cum in suos inimicos, acerrimo incitati odio, non  
 leges, sed privilegia ferrent, exilium nominabant, sed iis  
 aqua, & igni interdicebant. Itaque & de ipso Cicerone, quod  
 in eadem oratione cap. 18. legitur, P. Clodius tribunus ple-  
 bis, cui nihil in tota vita pudoris aut modestiæ fuit, qui in tri-  
 bunatu pro sua libidine, neglecto more majorum, abjectis le-  
 gibus, cuncta gessit, ita populum rogavit: *Vellit, iubeatis, ut  
 M. Tullio aqua & ignis interdicatur.* Neque solum Clodius,  
 sed antea quoque homines maxime seditiosi, C. Gracchus, &  
 L. Appuleius Saturninus de suis inimicis eodem modo tulerunt.  
 Est enim eadem in oratione c. 31. ita scriptum: *Ne tum  
 quidem, cum aberam, negare poterat, esse me tua lege senatorem.*  
*Ubi enim tuleras, ut mihi aqua & ignis interdiceretur? quod Grac-  
 chus de P. Popillio, Saturninus de Metello tulit.* Et minoreni,  
 sive mediam capitis deminutionem, cum civitas etiam non verbo,  
 re tamen adimebatur, ita fieri solitam, tradit Justinianus  
 Instit. lib. 1. cap. 16. de capitis deminutione, his verbis: *Minor,  
 sive media capitis deminutio est, cum civitas quidem amittitur,  
 libertas vero retinetur: quod accidit ei, cui aqua & igni in-  
 terdictum fuerit, vel ei qui in insulam deportatus est.* Ergo, cum  
 dixit Cicero adversus Clodium in Paradoxis cap. 4. *Familia-  
 rissimus tuus de te privilegium tulit, ut, si in opertum Bonæ de a  
 accessisset, exularet,* hoc significavit: Ut tibi aqua & igni in-  
 terdicere. Et, cum de ambitu damnatis, X. annorum exilio  
 puniendis Dio locutus est, cuius verba supra recitavimus, non  
 aliud intellexit, quam, ut iis in X. annos aqua & ignis interdi-  
 ceretur. Erat autem, ut neque flagitia lunt paria, sic hoc poenæ  
 genus neque loci spatium, neque temporis æquale. Quibusdam  
 enim tantum intra Urbem, hoc est, intra pomerii fines, aliis  
 longius, aqua & igni interdicebatur. Crediderim tamen,  
 actum latis leniter ac misericorditer cum reis, neminemque,  
 aut certe paucos admodum, extra Italia terminos aquæ & ignis  
 interdictione summos, qui videam Oppianicum, de beneficio,  
 quod capitale crimen erat, damnatum, impune tamen ad  
 Urbem habitare potuisse. Notavimus enim hæc in oratione  
 pro Cluentio cap. 62. *Cum vagus, & exul erraret Oppianicus,  
 & huc ad Urbem profectus esset, (solebat enim extra portam aliquid  
 habere conducti) cecidisse ex egro dicitur, & homo infirma valetu-  
 dine latus offendiisse vehementer, & postea quam ad Urbem cum  
 febris venerit, paucis diebus esse mortuus. Quid, quod Q. Pom-  
 pejum Rufum, & T. Plancum Bursam, utrumque de vi dam-  
 natum, quod ex Dionis historia constat, alterum Baulis fuisse,  
 alterum Ravennæ, scribit M. Coelius in epistola ad Cice-  
 ronem? nam Cicero ipse C. D. in illibus passum, non ulla  
 communi lege, neque iudicum sententiis, sed iniquissimo P.  
 Clodii privilegio, per operas Clodianas lato, abesse iustus est,  
 aqua & igni citra illum terminum interdictis. Milonis autem  
 Massiliæ exultantis exemplum vix cum altero licet exemplo  
 conjugere: Grave enim facinus, occiso in Appia via Clodio,  
 à Senatu iudicatum est: & fuit satis faciendum populo. Clodii  
 morte conceitato. Ideoque nova lex per lata, & extra ordinem  
 quaesitum. Nec tamen satis habeo compertum, Massiliam ne sedem  
 exilii Milo delegerit, quod citra esset ei interdictum aqua*

& igni, an vero quod, cum propius Urbem, concedente lege, posset habitare, in Asiliam tamen probaverit, ac voluerit. Nec puto leges aut iudices præcipuisse cuiquam, ubi esse deberet, sed ubi esse non posset: nec vero iis, de quibus & Cicero in oratione pro Balbo, & historia loquuntur, Q. Maximo, P. Popillio, Q. Philippo Nuceria, aut C. Catoni Tarraco, aut Q. Capioni, & P. Rutilio Smyrna locus exilii definitus est: sed ipsi, cum Romæ esse non liceret, eas urbes, ut iucundas, aut quietas, aut commodas, aut sibi fortasse benevolas, ad habitandum legerunt. Memorabile illud fuit, quod legimus in Polybio VI. 12. *Capite damnatis egredi palam ex Urbe licuisse, quod si tributum una, quæ sibi et ad damnationem desisset, suffragium de reo nondum tulisset, facultatem reo esse datum exilii suo sibi arbitrato deligent. Exsilium autem commorari tuto licebat, in qua vellent urbe federata, ut Neapoli, Præneste, Tiburæ.* Hac Polybius: cuius atrox populus de capitalibus criminibus iudicabat: quod idem scriptum reliquit: Nam postea præteres quaesierunt, excepto crimine perduellionis, aut si quando tribunus plebis diem alicui diceret, suffragiumque de reo mallet à populo, quam sententias à iudicibus & prætore ferri. Quod autem exilii tempus disparibus in culpis diversum fuisse dixi, id ira verisimile est, ut exemplis probari multis non debeat. Quare unum ponam, etsi minime necessarium. Damnatis de ambitu aqua & igni per X. annos tantum interdiceretur: quod ante demonstravi. At damnatis de corrupto iudicio, in universum vitæ tempus: quod ex oratione pro Cluentio cap. 71. licet conicere: cuius in extremo, perituum extra patriam Cluentium, si damnatus erit, his verbis significat: *Quid erit profectum, nisi ut huius ex mediis mortis insidiis vita ad lucum referata, mors sepulchro patris privata esse videatur? Ac de duobus exiliis, voluntario, ac legitimo, utrum fuerit gravius, venit in mentem quartum posse. Legitimum existimo: primum, quod eos, quibus aqua & igni interdictum est, recipi recto intra spatium interdictum leges vetant: quod iis non contingit, qui sua ipse in exilium profugerunt: deinde, quod, ut ego arbitror, aliquantum turpius est, exulare legibus ejectum, quam exulare non ejectum. Ejicitur enim civitate, cui aqua & ignis interdicitur: qui vero sua voluntate discedit, non in civitate pellitur, sed eam ipse deserit, ac relinquunt. Huc adde, quod, quibus interdicitur, ii senatores postea non sunt, & eos legi suo loco à censore in Senatuum leges prohibent: quibus vero non interdicitur, ii etiam si Urbe carent, Senatores tamen sunt. Hoc ex oratione pro Domo cap. 31. dicitur: in qua hæc sunt: *Ne tum quidem, cum aberam, negare poterat esse me senatorem. Ubi enim tuleras, ut mihi aqua & ignis interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio, Saturninus de Metello tulit. Homines seditiosissimi de optimis ac fortissimis civibus, non ut esset interdictum, quod ferri non poterat, tulerunt, sed ut interdiceretur. Ubi curvisi, ne meo me loco censor in Senatuum legeret? quod de omnibus, etiam quibus damnatis interdictum est, scriptum est in legibus.* Ergo, cum de penis capitalibus loquimur, aut exilium inter eas numerandum non est, quod lex nulla, nullum ob malefactum, irrogabat: aut eo de exilio dicendum, quod, etsi non nominaretur, necessario tamen, cum damnatis interdiceretur aqua & igni, conferebatur. Capitalia vero crimina publicis iudiciis omnia cognoscantur: non item publica iudicia de capitalibus omnia criminibus fiebant. Nam, ut Iustus, libro IV. cap. 18. §. 3. traditum est, *si quam infamiam irrogabant publica iudicia cum damno pecuniario, publica quidem erant, non tamen capitalia.* Quod quidem, si de causis publicis, in quibus cum detrimento rei familiaris famæ jactura conjungeretur, verum est: multo magis de privatis. Et hoc ipsum declarat Cicero satis aperte in epist. ad Patrum Fam. IX. 20. his verbis: *Judicia non solemus omnia tractare uno modo. Privatas causas, & eas tenues, agimus subtilius: capitibus, aut famæ, scilicet ornatis. Sejunxit enim à causis capitalibus causas famæ, sive publicas, sive privatas. Sed ipse me in dubitationem revoco. Si causæ famæ capitales non sunt: cur Quintii causam, quæ famæ est, capitalem Cicero significat? ait enim in exordio cap. 2. *Quid hoc iniquius, aut indignius, quam me, qui ca-***

*put alterius, famam, fortunæque defendam, priore loco causam dicere? & infra: Clamabat Quintilius: esse iudicio notis satisfecisse, ne videretur iudicasse, bona sua ex cæcitate possessa esse: sponsonem porro si istiusmodi faceret, se, id quod nunc evenit, de capite suo priore loco causam esse diciturum.* Et cap. 31. *Horribile est, causam capitis dicere: horribilius priore loco dicere.* Sane non leviter aliquandiu hæc me loca, & alia huiusmodi in ea oratione perturbabant, eoque magis, quod causam Quintii ad recuperatorem agitur. Ex quo sequitur, ut privata sit. Recuperatores enim, & C. viri & arbitri, iudicantur, (sic et hic arbitros inter iudices, vocabulo minime proprio, nominant) civilibus in controversiis ab urbano prætore dati. Causam porro capitalem ad recuperatorem agi, ita mihi absurdum, ita non rationi consentaneum videbatur, ut persuaderi nullo modo posset. Sed fortasse, ut sæpe distinctio veritas illucescit, idem hic quoque potest evenire. Cogitavi, nunquid *causam esse capitalem*, & *agi de capite, sive, capitis esse causam*, idem sit. Non enim dubito, quin causæ capitales quæ vocantur, eadem causæ capitis vocari omnes possint: quæ vero capitis, fortasse non omnes item capitales. Nam causa capitis Quintiana dicitur: quem tamen nullo modo capitalem fuisse concedo: cum in ea neque de libertate, neque de civitate adimenda, quæ capitalia fuisse iudiciorum est, agatur. & causa Mancini, quem, ut Cicero, & alii prodiderunt, a patre parato ex S. C. Numantinis deditum, Numantini non recuperant, causa quidem capitis est, (agitur enim in ea de civitate, de libertate, de capite) capitalis tamen non est. In capitalibus enim quaritur de crimine, & damnatos deminutio capitis ex iudicium sententia sequitur: in aliis autem capitis causis agitur quidem de capite, non tamen quaritur de crimine, capitique deminutio vel nulla sequitur, ut in causa Quintii, vel si sequitur, ut in causa Mancini, non sequitur uti potest à iudicibus irrogata, sed ideo sequitur, quia is, qui jam deditus erat ex S. C. Numantinis, capite fuisse deminutus ostenditur: ita ut iudex non iudicet, sit, nec ne, capite minuendum, quod fit in causis capitalibus, sed, fuerit ne antea, an non fuerit, capite deminutus. & status hominis non tunc mutatur, sed qualis sit cognoscitur. Itaque, cum de eo dixit Cicero lib. I. cap. 40. de oratore: *Quam possumus reperire ex omnibus rebus civilibus causam, contentioneque majorem, quam de ordine, de civitate, de libertate, de capite hominis consuleris? Crimen nullum significavit, cuius criminis causa vocatur in iudicium Mancinus, periculum amittenda civitatis, aut libertatis in eo iudicio subiret, sed facultatem iudicibus cognoscendi, ac statuendi datam intellexit, eas ne res æque Mancinius possideret, atque antea quam a patre parato esset deditus. An vero, quia deditus esset, amississet, etiam si receptus à Numantinis non esset. Quare capitalis causa non fuit: actum tamen esse de capite, ob eam, quam exposui, causam, recte Cicero dixit. At, quod ad Mancini causam attinet, ferri potest; exilat enim ratio, cur in ea de capite agi dicatur. In causa vero Quintii, in qua nullo modo neque de civitate, neque de libertate agebatur, mentio capitis unde ducta: an ex eo, quia caput pro exilium utriusque usurpari posse videatur? repugnat verus loquendi consuetudo: nec huius generis exempla licet invenire. Potius igitur, ex oratoris licentia, crediderim: ut exaggeretur res, ad invidiam à Verfas Navium ex ejus crudelitate, & misericordia erga Quintium ex ejus periculo quaerendam. Atque hoc eo magis constat, quod Cicero nec in eo vere ac proprie loquitur, cum eam vocat accusationem, quæ ipsi causa est: nec, cum ait: *Quem nunc interficere nefarie capitis: quandoquidem civibus Romanis eripi nullo crimine vita, excepto perduellione, posset: causam vero non esse capitalem, propriis verbis ipse clare demonstrat in eo cap. 9. iudicium, C. Aquilii, non de re pecuniaria, sed de fama, fortunisque P. Quintii vides.* Et cum dixit cap. 2. *Hortensius partes accusatoris obtinet: oratoris loquitur.* Nec enim re vera accusabat Hortensius, sed accusare videbatur, nec est, nisi criminum alia capitalia, alia non capitalia. Quodque notandum magis est, ne maiestatis quidem iudicium capitale*



semper fuit, cum tamen publicum semper esset. Nam Claudia Vestali, Appii Cæci filia, C. Fundanius, & Tit. Sempronius a diles plebis, quod populo Rom. calamitatem esset imprecata, multam dixerunt aris gravis XXV. millia, quæ capitalis poena non fuit. Judicium autem illud & publicum fuisse, inde patet, quod ad populum factum est, idque etiam Attejus Capito propterea inter publica iudicia retulit, & majestatis nomine notatum, Suetonius in Tiberio cap. 2. n. 8. significat his verbis: *Clandia novo more iudicium majestatis apud populum mulier subijt, quod in conserta multitudinè, ægre procedente carpeno, palam optaverit, ut frater suus Pulcher revociret, atque iterum classẽ amitteret, quo minor turba Roma foret.* Publica erant capitalia, incestus, majestas, repetundæ, vis publica duplex, ea, quæ in reipublicam, ac magistratus inferrebat, de qua Lex Latatia fuit: & ea, quæ in privatos cives, de qua Ploria, & alia: leges: tum, & peculatus, de residuis, in re sicarios, parricidium, veneficium, ambitus, pecuniæ ob judicandum capta, adulterium, de falsis, de plagariis, de rutorum fraude, de famosis libellis, de furto, clandestina coitio. Quibus de criminibus aut ad prætorum, aut ad iudicem quaestionis, aut ad populum notio pertinebat. De majestate, perduellione excepta, de vi, de repetundis, de crimine inter sicarios, de ambitu prætor quærebatur. De incestu, & perduellione populus, sed tributis comitiis de incestu, tribuno plebis populum per tribus in forum cogente: centuriatis autem de perduellione, cum in campum Consul centuriatum populum advocasset. De veneficio autem & prætor, qui iudex quaestionis idem dicebatur, & iudex quaestionis, etiam si prætor non esset, cognoscebat. Prætores, quæ cuiusque futura esset quaestio, ante fortiebantur: ut deinde singulis de criminibus singuli, prout fors tulisset, cum consilio quaerent: etsi de crimine inter sicarios, cum in iudicium quandoque ita multi vocarentur, ut prætor unus minime sufficeret, non unus, sed duo prætores cognoscebant. Quod in oratione pro Cluentio animadvertimus. Idemque eandem ob causam in aliis criminibus veritum esse factum, licet existimare. Nonnunquam etiam, diem dicente aliquo tribuno plebis, qui cogendi ad iudicium populi jus habebat, non prætor, sed populus ipse de majestate quaestionem exercebat. Itaque Cn. Domitius tribunus plebis is, qui cum C. Cassio postea Consul fuit, accusavit M. Silanum, quod injussu populi bellum cum Cimbris Consul gessisset, cum in eo bello graves ob eam causam calamitates acceptas esse diceret. Qua de re suffragium tribus tulerunt. In quo illud animadvertendum, quod a Festo proditum est: cum populus de reo suffragium laurus esset, reum, ad eliciendam misericordiam, suppliciter per deos orasse, ut eo periculo liberaretur, quibus verbis quia populus religione quadam obstrictus esse videbatur, iurico magistratus eundem reum jubebat reserere, id est, populum religione solvere. Quod autem dixi, prætores de criminibus quaesivisse: unum excipio prætorem Urbis, qui nullo de crimine publico quærebatur: itaque nec quaestor dicebatur, tantum, civilibus controversiis ad eum delatis, jus dicebat, hoc est, iudices, & iudicii formulam, quam sequerentur, dabat, nec enim prætor ipse iudicare solitus erat, sed, eum iudices, ab ipso dati, de controversia cognovissent, ac iudicassent, exquebatur. Ideo in omnibus ferme edictis prætorum legitur, *Judicium dabo.* In quo posteriores lapsi sunt. Est igitur aliud, *Jus dicere*: aliud, *Judicare*: contra quam, qui veterum jurisconsultorum libros ignorant, opinantur, & quemadmodum civilibus in rebus prætor non cognoscit, neque iudicat, sed jus dicit: sic, qui ab ipso iudices dati sunt, non jus dicunt, sed cognoscunt, ac iudicant. Hinc recuperatores, hinc C. viri, hinc arbitri, quos prætor dabat, ut in epistola ad Q. fratrem, *Prætor, inquit, solet iudicare, debere?* Quædam tamen erant, in quibus non modo non iudicabat, verum nec jus dicebat prætor Urbis, sed, omnia jurisdictione, imperio prætoris exquebatur: ut, cum bonorum possessionem secundum tabulas, aut contra tabulas dabat: item, cum restituere in integrum: & hujus generis nonnulla. Porro, cujus prætoris erat jurisdictione, ejus non erat quaestio publica: neque, cujus quaestio publica, ejus jurisdictione. Unus tamen de toto prætorum

collegio, qui erant omnes octo, & juris dicendi, & quaerendi potestatem habebat, is, qui prætor inter peregrinos vocabatur. Nam & jus inter peregrinos ab eo dictum, satis constat: & quaestum, sociorum, hoc est, peregrinorum causa, de repetundis, Pedianus demonstrat in orationis commentario adversus competitoris.

## CAPUT XX.

*Leges de criminibus capitalibus in specie, ac primo leges de incestu virginum Vestalium, aliisque ad religionem pertinentibus.*

**N**unc, quæ diversis temporibus leges ad ea, quæ nominavimus, crimina vindicanda, peccandi licentiam reprimendam rogatae sunt, eas ostendemus. Et, quoniam inter publica primum locum obtinet religio: de incestu, quæ in sacram personam, sacroque in loco commissæ libido fuit, ante omnia est agendum. Incestus ita grave crimen ducebatur, ut cum P. Clodius Bonæ deæ ceremonias & sacra libidinis causa polluisset, S. C. factum sit, ut populus de reo cognosceret. Quo licet conjicere, quaestionem de incestu non esse legibus prætori demandatam. Quod eo magis opinamur, quia legimus apud Pedianum de M. Emilio Scauro, qui princeps Senatus fuit, deminutæ ac neglectæ religionis reo, comitiis tributis, accusante tribuno plebis Cn. Domitio, esse quaestum. Lex illa fuit severissima, quæ virginem Vestalem, si stuprum commisisset, ad portam Collinam defodi vivam jubebat. Quam legem Numa Pompilius, Romanorum II. Rex, qui Vestalium virginum sacerdotium Romæ instituit, ab Albanis transtulit: illi enim Vestales virgines, in stupro deprehensas, virgis ad mortem cadebant: Numa vero mortem quidem & ipse poenam esse voluit, sed cruoris expertem, ut, viva sepulta, diem suum miseris in tenebris obirent: ne corpora sacrosancta cuiusquam manu violarentur. Qui vero stuprum cum Vestali commisisset, verberibus necabatur: de quo scripta sunt hæc apud Festum: *Probrum virginis Vestalis ut capite puniretur: vir, qui eam incestavisset, verberibus necaretur.* Lex fixa in atrio Libertatis cum multis aliis legibus incendio consumpta est, ut ait M. Cato in ea oratione, quæ de auguribus inscribitur. Adjicit quoque, virgines vestales sacerdotio exautoratas. Possent alia non pauca adversus religionem crimina subjungere: sed locus hic non est; agit enim de capitalibus: ea porro capitalia non sunt, ut, si quis auguri non pauperit, aut in augurato quid fecerit: si quis deos patrios alieno ritu, aut novos separatim colerit: si quis loca sacra privata fecerit: si quis in deos, aut de diis nefarie atque impie locutus fuerit: si quis sacrum, aut in loco sacro surripuerit: si quis sacram personam, aut præfatam in loco sacro percussisset: & illa duo: quorum alterum apud Paulum jurisconsultum, alterum apud Ulpianum legimus: si quis alicujus numinis superstitione leves mœnes tetruerit: si quis illicitam divinationem pollicitus erit.

## CAPUT XXI.

*Leges de majestatis & perduellionis crimine.*

**D**E majestate, nisi si aut perduellionis causa esset, aut tribunus adilive plebis accusaret, quaestionem prætor, is, cui obvenisset ea quaestio, exercebat. Quod ex Pediano, qui C. Cornelium apud P. Cassium prætorem de majestate reum ait esse factum, satis liquet. Interdum tamen capitale non fuisse crimen de majestate, supra demonstratum est. Quot autem modis majestas læderetur, non omnino fortasse, sed magna tamen ex parte, ut opinor, exponemus. Lata majestas iudicatur, ubi quid in populum suum, suamve remp. aut in magistratus, personamve principis commissum est: in populum, ut si quis exercitum hostibus tradidit: si exercitum sollicitavit, delectumve injussu populi aut Senatus habuit: si

quis exercitum extra suam provinciam injussu populi duxit, aut ipse, relicto exercitu, provincia suibus excessit: si quis rempubl. sua culpa male gessit: si stationem deseruit: si contra libertatem consilia iniit: si seditionem aut bellum excitavit: si publicum hostem domi privatus habuit: si jus civitatis aut magistratus imminuit: si prater dignitatem populi Rom. regio in comitatu fuit: si contra bonum publicum locutus est, quod majestatis quidem crimen, non tamen capitale fuit, ut exemplo docuimus: praterea, si quis ad hostem transiit, aliudve quid cum eo adversus rempublicam pactus est. Hæc in populum læsæ majestatis crimina. In magistratum autem, vel in principis personam, si quis vim omnino ullam attulit: si tribuno plebis intercedenti non paruit, aut ab eo concionem avocavit, cum privati loco habuit, ut puta, si occurrenti in via non cessit, si consilium plebis disturbavit: & hujus generis alia, quæ facile possumus intelligere ex ea definitione, quæ prodita literis est: *Majestatem is minuit, qui ea tollit, ex quibus civitatis amplitudo constat.* Leges nominantur hæc, primum illa XII. tabul. de qua Polybius libro V. ut, qui hostem concitasset, vel civem hosti tradidisset, capite pœnas daret: deinde tribuniciæ, Appulejæ, Variæ, Consulares, Cornelia, Julia, Antonia. Appulejam tulit, optior, L. Appulejus Saturninus tribunus plebis, quem postea cum C. Servilio Glaucia prætor C. Marius VI. consul S. C. interfecit. Hæc lege damnatum legitur C. Junium Norbanum: quia, seditione populi concitata, quod ad majestatem pertinebat, Q. Servilium Cæpionem innocentem damnasset. Variam tulit Q. Varius Sucionensis tribunus plebis, qui Philippo & Cæsare Coss. in locum M. Livii Drusi interfecti tribunus plebis creatus est. Hujus legis hæc sententia fuit, ut quæretur de iis, quorum ope aut consilio bellum Italicum esset concitatum. Quo crimine cum essent multi condemnati, & ad plures praterea, quos damnari necesse esset, ea culpa pertinere videretur: fecit sapienter Senatus, qui decrevit, ne, dum tumultus Italicus esset, iudicium ullum lege Varia fieret. Secuta est Cornelia, L. Syllæ Dictatoris: inde Julia, C. Cæsaris, in primo, ut opinor, lata Consulatu, aut post victum in Pharsalia Pompejum. Nam Consul iterum, bello Pompeji, aut Alexandrino impeditus, absuit. Hæc lex damnatis aqua & igni interdicitur. Postremo Antonia M. Antonii Consulis, qui III. vir postea fuit: quæ damnatis de majestate provocationem ad populum dabat. Quod antea in uno perduellione, omnium de majestate criminum gravissimo, licebat. In causâ majestatis, & prodicionis, & si quid esset hujusmodi, impunitatem iudici datam Peditanus ait: in causâ repetundarum negat. Nulla vero prorsus in causâ senatoribus licuisse iudicium profiteri, ne videlicet summi dignitas ordinis minueretur, affirmat. Præmium autem, si quis accusasset & damnasset aliquem magistratum, ei datum crediderim ejus ipsius, qui damnatus esset, magistratum, si modo accusator competitor fuisset, aut ei alioqui per leges petere liceret: aut si reus magistratus designatus non esset, & magistratum antea gessisset, ejus eodem loco dicenda sententia, si modo Senator esset accusator. Nam, cum ait Cicero in oratione pro Balbo cap. 25. *Legum præmiis prætoriam sententiam, & prætextam togæ consecuti sunt:* aperte significat, quæ summa darentur accusatoribus præmia, hæc duo fuisse, potestatem dicenda prætorio loco sententiæ, & magistratum. Cum scilicet damnatus esset is, qui, ob gestam antea præturam, sententiam prætorio loco diceret: aut is, qui designatus esset in aliquo magistratu. Quod si hæc summa erant accusatoribus præmia: certe non nisi summis de criminibus dabantur. Et si hoc, sequitur illud, ut ob majestatem, quod summum erat crimen, præcipue darentur. Perduellio, quod omnium de majestate criminum fuit atrocissimum, (nam tunc est perduellio, cum in ipsam rempublicam vel in personam magistratus, aut principis infertur injuria) non à prætorio, sed à II. viris cognoscebatur. Deinde ad populum erat provocatio. Itaque & Horatium illum, qui sortorem occidit, & Sp. Cassum Viscellinum, qui de regio cogitavit, perduellionis accusatos, alterum à populo esse ab-

solutum, alterum condemnatum, & bonis publicatis, necatum, Livius innotuitis historiatarum prodidit. Quamquam Horatii factum parricidium, non perduellio videatur fuisse: & lege parricidii, quam Numa Pompilius fecerat, iudicatum esse, Hostilii Regis iustus, Festus Pompejus docet. Cur igitur *perduellionem* Livius lib. 1. cap. 26. nominat: ac enim: *Rex concilio populi advocato, II. viros, inquit, qui Horatio perduellionem indicent, secundum legem facio.* Causam hanc, fortasse veram, licet opinari: vel quia Numa, vir sanctissimus, parricidium omne perduellionem voluit esse: vel quia, si non omne parricidium, saltem illud, quod in cognatos affinesve committeretur. Lege perduellionis primum II. viri iudicabant, deinde ad populum erat provocatio. Declarat hoc oratio pro Rabirio perduellionis reo: ex qua, primum à II. viris, deinde à populo de Rabirio iudicatum esse, cognoscitur. Quod etiam Suetonius tradidit. Quamquam, multo ante, iudicem hoc de crimine populum fuisse, non modo Horatii proximo demonstratur exemplo, verum etiam ex eo, quod a Pitarcho in Poplicola de Vitellius, & Aquiliis, qui patricia generis utriusque fuerunt, proditum est. Nam cum de Tarquimo Rege retinendo cogitarent, damnati à populo pœnas morte debitas lucrunt. Atque hoc uno crimine damnatos necare cives Romanos licuisse, cum eo ramen, si populus ita iudicasset, (nam, alioqui ne liceret, Sempronius C. Græchi tribunicia lege sanctum est) satis plane constat: quippe, cum & crucem Rabirio à Labieno accusatore in campo constituit Cicero dicat, & mortem lege Julia irrogatam, posteriores etiam jurisconsulti tradiderint, rei quoque memoria post mortem condemnata. Notat Ulpianus, quod à nobis omitendum non fuit, purgandum fuisse crimen perduellionis etiam successoribus, si forte reus obiisset ante quam de eo iudicatum esset. Ait enim sic Dig. XLVII. 4. 11. *Is, qui in reatu decedit, integri status decedit. Exstinguitur enim crimen mortalitate, nisi quis forte majestatis crimine reus fuerit. Nam hoc crimine nisi à successoribus purgetur, hæreditas siso vindicatur. Plane non, quisquis legis Julia majestatis reus est, in eadem conditione est, sed qui perduellionis reus est, hostili animo adversus rempublicam vel principem animatus. Ceterum, si quis ex alia causa legis Julia majestatis reus sit, morte criminis liberatur.* Hæc Ulpianus: quæ alii quoque confirmant, ut paulo post in crimine repetundarum ostendimus. Quemadmodum autem omnium de majestate criminum perduellio gravissimum fuit: sic à populo iis comitiis, quæ maxima omnium erant, centuriatis, inquam, iudicabatur: quod in ea, quam proxime nominavi, oratione pro Rabirio declaratur, idemque Livius Valeriusque significant, qui centurias nominant in eo perduellionis iudicio, quod de T. Græcho, & C. Claudio censoribus, accusante tribuno plebis ferebat, nec dubito, quin Atilius ille Calatinus Q. Fabii Maximi fœcer, quem scilicet Valerius oppidi Soranorum prodicione reum ad populum esse factum, centuriatis & ipse comitiis causam dixerit: cum oppidi prodicio, quæ in rempublicam, gravis injuria est, videatur esse perduellio: itaque miror (ut aliud ex alio) cur prodicionem & majestatem Peditanus quodam in loco separatim nominaverit: cum prodicio certe in majestatem includatur, atque etiam, ut ego existimo, perduellio sit: quod inter majestatis crimina summum fuit. Nisi si ut speciem, quomodo philosophi loquuntur, à genere sejunxit, perduellionem scilicet à majestate. Nam & vocabulum ipsum, *prodere*, videtur proprie ac directe perduellionem spectare. Est enim, ubi quis cum hostibus adversus rempublicam conspirat. Videtur etiam considerandum: cum tribuni plebis aliquem perduellionis accusarent, ut duos, quos nominavi, censores Rutilius, Rabirium Labienus, qua ratione populum, ut de reo iudicaret, per centurias convocarent. Siquidem tribunus plebis minor erat magistratus: centuriata vero comitia non nisi à majore magistratu, ut Consule, prætoro, esse habita, traditum est. Dicendum, quod veterum in libris patet, accusasse quidem tribunum plebis, comitia vero majorem magistratum, tribuno poscente, habuisse. Et hoc signifi-

cat Livius libro XXVI. cap. 3. cum ait: *C. Sempronius Blaesus perduellionis se judicare Cn. Fulvius dixit, diemque comitiis ab C. Calpurnio pratore Urbis petiit. Eodemque modo locutus est libro XLIII. cap. 16. Utrique consori, inquit, tribunus plebis Rutilius perduellionem se judicare pronuntiavit, diemque comitiis à Cn. Subplio pratore urbano petiit. Eit igitur, petere diem comitiis, petere ut sibi certo die comitia deitur. Fuitque hoc genus antiquum loquendi, quo & ante Livium Valerius Antias usus est. Notavi enim apud Gellium hac, hoc ipso de crimine, lib. VII. cap. 9. *Peposci, non peposci, Valerius Antias libro Anualium XLV. scriptum reliquit. Denique, ait, Licinius tribunus plebis perduellionis ei diem dixit, & comitiis diem à Q. Marcio pratore peposci. Quaro etiam illud, cur censores illos, perduellionis accusates, in exilium ituros fuisse, si damnati essent, non morte multatum in, Livius demonstrat, ait enim sic: *Gracchus conceptis verbis juravit, si collega damnatus esset, non exspectato de se iudicio comitem exilium ejus futurum. Hoc ego mihi video hac tueri ratione posse: quia censor magistratus esset, nec interfici, aut omnino violari magistratum, leges sinerent. Addi fortasse & illud potest: non fuisse vere, quia censoribus illis objiciebantur, crimina perduellionis: quod eorum alter concionem à tribuno plebis advocasset, alter eum, interfectioni non patendo, in ordinem cogisset: majestatem quidem illam fuisse, perduellionem autem non fuisse: cum sit omnis perduellio majestas, non omnis majestas perduellio. Quod si quis tribunum plebis aliumve magistratum necasset, aut adversus rempublicam tyrannidis causa consilia iniisset: vere unum perduellio fuit, ideo & Cassium Vitellium, de regno cogitantem, esse necatum, & Rabirio, ob interfectum Saturninum tribunum plebis accusato, crucem in campo Martio supplicii causa fuisse constantem animadvertimus. Postea hoc ad populum provocandi jus lex Julia, non C. Cæsaris, sed Octavianii, fustulit.***

## CAPUT XXII.

## Leges de crimine repetundarum.

**R**epetundarum crimen capitale, nec ne, fuerit, dubitatur à doctis. Verum omnem dubitationem tollit una distinctio: prioribus enim temporibus capitale non fuit: postea, cum avaritia magistratum haud paulo latius manare jam in provinciis cepisset, visam est ut acrioribus remediis obviam iretur. Itaque, lege lata, capitale crimen factum est. Utrumque probatur exemplis. L. Lentulum, de repetundis damnatum, postea cum L. Marcio Censorio censorio esse factum, tradit Valerius libro VI. qua patet, damnatione jus Romæ mandandi ademptum illi non esse, siquidem censuram deinde sit assécutus, quam gessit anno ab Urbe condita DCVI. Idem illa confirmant, quæ scripta sunt lib. I. cap. 11. rhetoricorum ad Herennium. *Lex vocat eum, qui de repetundis damnatus sit, in concione orationem habere. Augur quidem, damnatus de repetundis, in demortui locum qui petat, nominavit. Veteris enim legis, non ejus, quæ postremis reipublicæ temporibus lata esset, exemplum videtur attulisse: cum libro de officiis II. cap. 21. ita loquatur Cicero: *Proxima quoque leges de repetundis duriores. Hac mansisse Romæ primis illis temporibus, qui jam de repetundis damnati essent, facile demonstrant. Rursum, capitale crimen fuisse, eoque damnatos exulasse, interdictis aqua & igni, A. Gabinii, & C. Verris exemplo cognoscitur. Quod si quis objecerit, non eos lege exulasse. Sed quia, cum solvendo non essent, aut omnino cum nolent solvere, voluntarium in exilium profecti sint. Adjungemus de C. Catone: quem & esse damnatum de repetundis, Cicero in Verrem, Vellejque tradunt, & exulasse Tarracone, ex oratione pro Balbo perspicuum fit: cum tamen æstinata ei lis esset tantummodo HS. XLIX. millibus. Ut exulasse videatur, non, quod fortasse posset aliquis de Gabiniis, & Verre suspicari, ne solveret quod æstinatum erat, quod minimum sane pecunia fuit: sed quia legi, quæ repetundarum damnatis aqua & igni interdiceret, parere cogereur. Est etiam apud Vellejum**

P. Rutillii exemplum, repetundarum lege damnati: quem exulasse, & Cicero in oratione pro Balbo, & epitome Liviana, lib. LXXX. declarat. Verum, ut hæc sint dubia, quæ tamen satis aperta mihi quidem videntur, Pediani testimonio nihil certius, nihil illustrius. Is, ubi explanat illud Ciceronis in Verrem lib. I. *Avaritia supplicio communi*, subjungit, *Æstinatatione litis, & exilio: satis manifeste exilium cum pecuniaria pena in repetundarum crimine conjungens. Actionem fuisse in hoc crimine adversus hæredes, nisi si rei in reatu, ut jurifconsulti loquebantur, petissent, cum ex ipsis cognoscitur jurifconsultus, tum Valerius lib. 1x. cap. 12. §. 7. indicat his verbis: *C. Licinius Macer, vir pratorius, Calvi pater, repetundarum reus, dum sententia diceretur, in Manianum conscendit: siquidem eum M. Cicero, qui id iudicium cogebat, pretextam ponentem vidisset, misit ad eum, qui diceret, se non damnatum, sed reum petisse: nec sua bona habere posse subiciat. Ac protinus sudario, quod forte in manu habebat, ore & faucibus coartatis, incluso spiritu pacem morte præcurrit. Qua cognita re, Cicero de eo nihil pronuntiavit. Igitur illustris ingenii orator & ab inopia rei familiaris, & a crimine domesticæ damnationis inusitato paterni fati genere vindicatus est. Poena vero damnatis de repetundis, quod ex Pediano satis liquet, dupli fuit. Lex per annos D C. hoc de crimine lata Roma nulla est: Consulibusque Censorio & Manilio L. Piso Frugi tribunus plebis primum de repetundis rogationem tulit, ut Cicero libro de officiis II. & in Bruto docet, eodemque anno, aut certe proximo, alia lex a Cæcilio tribuno plebis lata est: qua damnatum L. Lentulum, eum, de quo proxime mentionem fecimus, qui postea censor fuit, prodidit Valerius libro VI. necesse est enim, ut si ante censuram lege Cæcilia damnatus esset, lata lex sit vel L. Marcio, M. Manilio Coss., quo anno & Calpurnia lata est, vel certe Sp. Postumio, L. Calpurnio. Nam Africanus & Drusus Coss., qui anno proximo Consules fuere, censuram Lentulus & Censorinus gesserunt. Aliæ deinde leges de repetundis: Servilia, Acilia, Cornelia, Julia: quibus singulis aliquandiu judicia sunt administrata: nam posterior quæque proximam superiorem abrogavit, sic tamen, ut quadam retineret, atque adeo interdum multa. Non enim dubito, quin, quot in rebus crimen repetundarum Servilius constituit, iidem in rebus, aut omnibus, aut plerisque, idem crimen Acilius, cum suam legem ferret, esse voluerit. Quod igitur ad criminis rationem, & peccandi genera pertinet, legem à lege non admodum dissensisse crediderim. Poenam vero semper fere auxit posterior lex, & iudicii rationem aliqua re multa mutavit. Itaque C. Servilius Glaucia, (redeo enim ad quatuor leges, quas proxime nominavi) is, qui cum Saturnino tribuno plebis prator est occisus, cum de repetundis rationem ferret, novum de comprehendatione caput primum intulit, intraque spatium hoc iudicii tempus conclusit, ut accusatori dies XX. ad agendum, totidem defensori ad defendendum darentur. Ante hanc legem ampliare quidem licebat, comprehenditari vero in iudicio repetundarum non licebat. Quorum alterum lege Servilia confirmatum, alterum nulla in veteri lege scriptum, sed novum iudicium, Acilia sustulit: qua de re Pedianus pag. 76. sic: *Aure legem Glauciam de comprehendatione, aut statim sententia dicebatur, si absolvendus esset reus: aut, Amplius, pronuntiabant, si videretur esse damnandus, cura dixissent iudices: Non liquet, hoc est, obscura est. Itaque ea pars, interposita dilatione, dicebat, in cujus peroratione videbatur obscuritas. Comprehendatio vero utriusque partis recitatio est. Et infra subjungit hac. Alii sic. Inter comprehendationem, & ampliationem hoc interest, quod comprehendatio ex una tantum re dabatur, cum causam iudex non intelligeret. Et omnino, si videbatur iudicibus bona causa, absolvent reum: si mala, non statim damnabant, sed hac excusatione parcebant; nam, cum condemnandi nota esset C. litera, absolventi A. ampliandi signum N. L. dabant, quo significabant non liquere: unde ampliatio nascebatur. Quibus ex verbis primum illud intelligitur, in ampliatione aut accusatorem solum, aut defensorem iterum causam egisse. Deinde, etiam hoc constat, esse, Amplius, pronuntiatum, non enim***

ambigeretur, absolvendus, an condemnandus esset, reus, sed cum ita dilucide pateret culpa, & condemnandus omnino videretur. In quo tamen, ut, quasi ad excusandam dilationem, speciem aliquam dubitationis præ se ferrent, ampliandi signum in tabellis dabant N. L. tumque iterum dicebant is, vel pro reo, vel contra eum, qui, quod proposuerat, argumentis non satis probasse videretur. Quod ad primum attinet: etsi Pediano, sicuti debeo, plurimum tribuo, quo tamen, verene senserit, an secus. Venit enim in mentem suspicari, ne, quemadmodum in comperendinatione, sic in ampliacione ab utraque parte iterum acta causa sit. Livius enim libro XLIII. causam de repetundis ex ampliacione utrumque ait esse actam. Idem ex his verbis possum conjicere, quæ sunt apud Ciceroem Verr. I. 30. *Quid ego unum in altera actione Cn. Dolabella spiritus, quid hujus lachrymas, & cursationes proferam? Vocat alteram actionem post ampliacionem. Quod verbum spectare potius utramque partem, quam alterutrum, videtur. Et Aconius ipse, non dubito, quin idem senserit: subiungit enim hæc in suo commentario pag. 91. Hic apparet, etiam in ampliacione sic alteram dici, quem admodum in comperendinatione. De illo altero, cum dixit, ampliacionem fuisse, non in causa dubia, sed in manifesta rei culpa, non ad causam melius cognoscendam, sed ad damnationem differendam: plane non assentior. Nec tamen audeo dissentire. Libenter enim existimaverim, *Amplius*, esse pronuntiatum, cum obscura causa esset, nec de absolutione, aut condemnatione satis liqueret, proptereaque amplius requiri ad causam demonstrandam videretur. Nam, si ampliatio futura damnationis esset signum: quorsum, cum de Philodamo esset, *Amplius*, pronuntiatum, tamopere Dolabella & Verres contempsissent, ut condemnarentur? non opera supervacanea fuisset? contenderunt autem, quia videbant posse fieri, ut absolveretur. Quid? Pedianus ipse nonne contra suam sententiam loquitur? quasi enim oblivis ea, quæ ante de ampliacione dixerat, pag. 91. ait: *Mos veterum hic fuerat, ut, si absolvendus quis esset, statim absolveretur: si damnandus, statim damnaretur: si causa non esset idonea ad damnationem, absolvi tamen non pesser, Amplius pronuntiare.* Sed fortasse Pedianus excusari poterit, si tempora distinguantur, hoc modo: ut ante legem Glauciam ampliatio fuerit dilata condemnationis indicium: post legem vero Glauciam, obscuritatis, nec satis explorata sententia. Utrumque sane duo Cicerois loca, si quis attenderit, videntur ostendere: primum, in iudicio Philodami, de quo proxime dictum est; ibi enim, dubium fuisse post damnationem eventum iudicii plane constat. Deinde, cum ea dixit Verr. I. 9. *Verum, ut opinor, Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus. Antea vel iudicari primo poterat, vel, Amplius, pronuntiare. Utram igitur putas legem molliorem? opinor, illam veterem: qua vel cito absolvi, vel tarde condemnari licebat.* Nam hoc, *Tarde condemnari*, ad illud, quod proxime dixerat, refertur, *Amplius*, pronuntiare. Ut ampliacione nihil aliud, quam tardam condemnationem, significare videatur. Differt etiam in hoc à comperendinatione ampliatio, quod ampliatio tantum à iudicium arbitrio ac voluntate pendet, comperendinatio est illa quidem in iudicibus posita, sed petente vel accusatore, vel defensore. Nam, nisi alteruter, aut uterque petiisset, nihil iudices de comperendinando reo cogitarent. Non potuisse autem comperendinationem in vitis iudicibus omitti, Pedianus docet, cum ait, *ideo restibus usum esse Ciceroem, ut, si pesser, comperendinationem tolleret.* Sperabat enim Cicero, causa per testes perfecta, iudicibusque probata, futurum ut de tollenda comperendinatione à iudicibus impetraret. Ergo, tum in iudicibus, tum in accusatore, ac defensore situm fuisse comperendinandi jus, vere dixi. Differebant etiam origine ampliatio, & comperendinatio. Nam vetustiorum fuisse ampliacionem, verba Cicerois de lege Glaucia demonstrant. Et, P. Licinio, C. Cassio, Coss. hoc est, multis ante primam de repetundis legem annis, quam à L. Pisone latam diximus, ampliatos esse reos in iudicio repetundarum, apud Livium*

libro XLIII. animadvertimus. Redeo ad rem: nec tamen à re longius discessum est. Quando in lege Servilia caput fuit de comperendinatione: & Acilia, de qua proxime agemus, comperendinationem simul cum ampliacione, qua utraque rei potius causa, quam accusatoris, videtur esse constituta, omnino sublatam esse iussit. Tulit eam legem M. Acilius Glabrio, pater ejus, qui Verres in causa prætor fuit, & cum C. Calpurnio Pisone post biennium Consulatum gessit, tulit autem in tribunatu plebis an in prætura, minus constat: latam tamen in tribunatu potius, quam in prætura, ut existimem, hoc adducor argumento, quod reliquas de repetundis leges à tribuni plebis omnes video rogatas esse, exceptis his, quas patricii, qui tribuni plebis esse non poterant, rogant, ut Cornelia, Julia. Severissimam fuisse hæc Glabriois legem, in qua ne comperendinari quidem, aut ampliari liceret reum, Cicero libro I. in Verrem, & Pedianus tradunt. Itaque multi, nulla omnino, neque comperendinationis, neque ampliacionis, dilacione interposita, semel accusari, semel dicta causa, semel auditis rebus, ea lege damnari sunt. Quod autem in eo loco Cicero dixit: *Ego tibi illam Acilianam legem restituo: non dixit, restituo*, quali de lege ante Servilianam lata, sed habuit rationem præsentis temporis, cum ex lege Cornelia, non jam ex Acilia, de repetundis quærebatur. Acilia enim tollebat omnino & comperendinationem, & ampliacionem: quæ utraque, comperendinatio quidem certe, lege Cornelia permittebatur. Id Cicero significavit satis aperte, cum dixit. *Adimo enim comperendinatum: quod habet lex in se molestissimum, bis in causa dicatur.* Et in eo: *Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus.* Nam, si primus Glaucia, ergo aliquis post eum item de comperendinatione tulit, eum autem Aciliam constat non fuisse: id quod ostendimus. Fuit igitur L. Sylla: cuius ex lege hoc tempore iudicia de repetundis administrabantur. Idemque declarat Pedianus, cum ait, *ideo restibus usum esse Ciceroem, ut, si pesser, comperendinationem tolleret.* Frustra enim Cicero conatus esset tollere, ac ne conatus quidem esset, si necessaria fuisset. Cum au em in eo loco subiunxit: *Ita mittam in consilium, ut, etiamsi lex ampliandi facta potestatem, tamen isti turpe sibi existiment, non primo iudicare: hoc dicit: ita testes interrogabo, ita scelera Verres patfaciam, ut, etiamsi lex Acilia, quam, quod ad me attinet, tibi restituo, (adimo enim comperendinatum) permittat id, quod minime permittit, dilacionem videlicet, iudices tamen, haud quaquam ampliantes, (comperendinationem non nominat, quia comperendinatio non iudicium, sed accusatoris, & defensoris erat, cum, eorum alterutro petente, fieret, ampliatio vero iudicium) magnitudine criminum, & vi probationum inspecta, sibi turpe arbitrentur non primo iudicare. Et, quod Aciliam Cicero mitissimam vocat, quam Aconius severissimam, uterque recte: severissimam, si cum veteribus: mitissimam, si cum Cornelia conferatur. Hæc pluribus verbis, tum qua pertinent ad leges, tum qua locus Cicerois in Verrem satis habet obscuritatis: & in eo interpretes omnes implicati, tanquam in salebra hæserunt. Quinta fuit Cornelia, L. Syllæ Dictatoris, quæ comperendinationem, lege Acilia sublatam, restituit. Fuit autem, ut posterior quæque lex, durior, quam Acilia: etsi comperendinationem concedebat, quam Acilia tollebat: sicuti lex Glaucia durior, quam vetus: cum tamen Glaucia lege comperendinari pesser reus, veteri lege non pesser. Id Cicero significat his verbis: *Utram putas legem molliorem? opinor, illam veterem.* Eodemque modo severior, quæ consecuta est, Julia, quam Cornelia. Quod idem Cicero in oratione pro Posthumio tradit. Sunt autem lege Cornelia iudicia de repetundis omnia usque ad C. Cæsaris, qui postea Dictator fuit, primum Consulatum administrata. Consul enim Cæsar novam de repetundis legem rogavit. Cujus quidem capita, quæ ex veterum scriptis liceat colligere, hæc maxime fuerunt: ut repeterentur pecunia, quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, ministeriove publico cepisset, vel aliquis ex*

cohorte ipsius: ut urbani magistratus ab omni sorte se absternerent, neve plus doni nunciaverit in anno acciperetur, quam quod esset anteorum centum: neve quis ob judicem arbitrumve dandum, mutandum, jubendumve, ut judicaret: neve ob hominem in vincula publica coniciendum, vincendum, vincirive jubendum, vel ex vinculis dimittendum: neve quis ob hominem condemnandum, absolvendumve, neve ob litem aestimandam, judiciumve capitis pecuniave faciendum, vel non faciendum aliquid acciperet. quae verba non minus pertinebant ad provinciales, quam ad urbanos magistratus. item, ne quis omnino ob negotium faciendum, vel non faciendum, per calumniam pecuniam acciperet. Cautum praeterea, ne provinciarum praesidium avaritia premerebatur, aut exhaurirentur: ne illi, qui provincias regebant, quive circa eos erant, negotiarentur, nec mutuum pecuniam darent senuve exererent: neque hoc tantum, sed ne uxorem quidem quilibet ducere posset ex ea provincia oriundam, vel domicilium ibi haberentem: neve filio uxorem ducenti consentiret: ne iis in liberos populos jus de pecuniis creditis dicere liceret: item, ne quis de provincia exiret, aut exercitum inde sua auctoritate educeret, bellum sua sponte gereret, in regnum alienum injusti senatus ac populi accederet: ut libertas foecis, ac praemia ob merita in rempublicam data, integra essent: ne cuiquam animum coronarium, aut imperare, aut accipere liceret, nisi cui decretus esset à senatu triumphus. cautum etiam hac lege, ne dona acciperent quaestores, aut venia: ut rectores provinciarum rationes, prius quam decederent, apud duas in provincia civitates deponerent: ne quis proconsul, aut propraetor legatum suum ante se de provincia dimitteret, quod ab Ulpiano, in *l. meminisse*, traditum est. spectavit haec lex non modo ad eos, qui cum aliqua potestate erant, verum etiam ad eos, qui curabant aliquod opus publicè faciendum, frumentum comparandum, vel viam reficiendam: item ad legatos, qui provinciarum rectoribus à senatu dabantur, praefectisque, & tribunos, quaestores etiam, totamque cohortem praetoriam, si quid accipere à provincialibus convicti essent. eadem lege illud etiam sancitum erat, quid rectoribus provinciarum, dum in provinciam irent, à foecis populi Rom. liceret accipere. quae de lege Cicero, dum in provinciam proficiscitur, ita scribit ad Atticum libro V. epist. 10. *Adhuc sumptus nec in me, aut publicè, aut privatim, nec in quemquam comitem. nihil accipitur lege Julia, nihil ab hospite.* Postea vero quam in provinciam pervenit, eodem libro epist. 16. *Scito non modo, nos senum, aut quod lege Julia dari solet, sed ne ligna quidem, nec praeter quatuor lectos, & testum, quemquam accipere quidquam.* Ad hanc legem postea Caesar rerum potius fortasse caput hoc addidit, ut repetundarum convicti etiam ordine lenatorum moverentur. id quidem ab eo factum, Suetonius narrat. quod vel aucta, ut dixi, sua vetere lege potuit, vel nova lege lata, vel etiam, sine lege, pro ea, quam omnium rerum unis habebat, potestate. Scriptum etiam apud Martianum jurisconsultum in venio, lege Julia repetundarum cautum esse, ne judicare, neve testimonium dicere liceret ei, qui ob turpitudinem Senarum motus, nec resistentus esset.

## CAPUT XXIII.

*Leges de vi publicæ.*

DE vi sequitur. ea duplex fuit, publica, & privata. publica definitur, ea, quae armis: privata, quae sine armis inferatur. privatis enim hominibus armorum usum in Urbe, tum in agro, lege Julia interdictum, nisi si haberent ea venationis, itineris, navigationisve causa. legimus in Mariano, tit. ad l. Juliam, *de vi publica*. idque renovatum à Justiniano, scribit ipse in lib. Novellarum const. tit. *de armis*. Sed hoc ante legem Juliam, & ante Magni Pompeji edictum. de quo legimus in Plinii naturalis historiae lib. XXXIV. qui venit in tumultu necis Clodianae nullum in Urbe telum esse.

primis temporibus institutum, observatumque non dubito. Video enim, Servio regnante, populum Rom. ad centuriata comitia in campum extra Urbem propterea convenisse, quia in Urbe ulus armorum interdiceretur. Scribit deinde licentia: quam novis legibus & edictis reprimi necesse est. Publica vis vel contra rempublicam & magistratus, vel contra privatos fiebat. Contra rempublicam & magistratus capitalis erat semper: contra privatos, non item, sed tantummodo cum erepta vita esset. Privatam vim non fuisse capitalem, etiam si non probetur exemplis, facile tamen ex ipsa definitione licet existimare. Neque vero, ut de publica, item de privata praetor cognoscebat, sed iudices dabat. Ac ne de publica quidem semper. Nam existunt controversiae quaedam de vi, quae consistunt in jure civili, ut ea pro Caecina: in qua non praetor, sed recuperatores, quos à praetore Urbis datos iudices esse jam diximus, iudicant. Ergo de publica vi modo praetor, cui ea quaestio obligasset, (is autem nec urbanus, nec peregrinus erat, sed unus de reliquis sex) modo iudices, à praetore dati, cognoscebant. Dabat autem eos praetor vel urbanus, si causa esset in jure civili, & ageretur inter cives, ut ea pro Caecina: vel peregrinus, si ageretur inter peregrinos: vel unus de reliquis sex, si cognitio non à jure civili penderet. De privata vero nunquam praetor, semper iudices à praetore dari cognoscebant, praetore autem vel peregrino, si res esset inter peregrinos: vel urbano, si civis civem in iudicium vocaret, & in jure civili veluti causa esset: vel uno de reliquis, si de jure civili nulla esset consideratio. Nunc, quando de capitalibus agitur criminibus, leges de vi publica narrabimus. Plotia fuit tribunicia, de vi publica privatis civibus illata: (nam de publica contra rempublicam lex Lutatia fuit) qua Catilinam ab L. Paulo, M. Lepidi, qui III. vir postea fuit, fratre, accusatum, in Sallustio legitimus, Clodium à Milone, in oratione pro Milone: M. Tullium à C. Sempronio Rufo, in epistola M. Coelii, quae omnes causa, non dubito, quin capitales fuerint: cum, Catilinam & Clodium minime levibus flagitiis adhaesivisse, constet: causam autem, qua in iudicium Tullius est vocatus, extraordinariam Coelius appellet. Hanc legem tulit, opinor, M. Plautius Sullanus tribunus plebis Cn. Pompejo Srabone, L. Porcio Catoe Coss. is, qui, ut jam diximus, legem judicariam tulit. Sequuntur Consulares. Primum Lutatia de vi republice illata, quam Q. Lutatius Catulus Consul, M. Aemilius Lepidus collega, in tumultu republice milit: quae festis etiam diebus iudicium de vi jubebat exerceri, ut ex proemio patet orationis pro M. Coelio. Eaque damnati sunt, qui de Carilinae foecis in Urbe remanserant. Unde illud in ea pro Sylla cap. 33. *Severitatem iudiciorum, quae per hos menses in homines auctarissimos facta est, lenitate ac misericordia mitigata.* Quod exponitur in ea pro Coelio cap. 29. his verbis: *De vi quaeritur. Quae lex ad imperium, ad majestatem, ad statum patriae, ad salutem omnium pertinet: quam legem Q. Catulus, armata dissensione civium republice extremis pene temporibus tulit: quaeque lex, sedata illa flamma Consulatus mei, fumantes reliquias conjurationis exstinxit.* Ex quo mihi oritur opinio, in oratione, quae Sallustii nomine in Ciceronem inscribitur, ubi cap. 2. *legis Plautiae* legitur: rectius forte, si legatur, *legis Lutatiae*: cum eo loco de conjuratorum damnatione verba fiant: qui vim non in privatos cives, quae lege Plotia iudicabatur, sed in universam rempublicam comparaverant, cujus criminis quaestio Lutatiam ad legem pertinebat. Et ob eam causam ipse Cicero pro Coelio dixit: *Quae lex fumantes reliquias conjurationis exstinxit*: cum de Lutatia lege loqueremur. Sed quaeri potest: cum Plautia lex de vi Ciceronius atate servaremur, cur M. Coelius, pro quo exiit Ciceronis oratio, Lutatia lege potius, quam Plautia, sit ab Atratino in iudicium vocatus. Quid enim adversus rempublicam commiserat? Facile responderetur: non quod Romae aut Senatum obsedisset, aut magistratibus vim attulisset: sed quod, seditione Neapoli conceitata, (id enim objiciebat accusator) inultivè vim republice videretur. Nam in oratione eadem cap. 10. ita scriptum est: *Illam partem causae facile patior graviter, & ornate à Craffo peroratam, de seditionibus Neapolitanis.*

litatis, de Alexandrinorum pulsatione Puteolana. quod attinebat ad Alexandrinorum pulsationem, aut ad venenum, quod Clodia necanda causa paratum esse arguebat accusator, quibus in criminibus non publica, sed privata res agebatur, postulat esse Cælius lege Plotia, non Lutatia: sed cum simul crimen de seditione Neapolitana conjungeretur, quæ ad imperium statumque reipublicæ pertinebat, propterea lege Lutatia est accusatus. atque hæc quidem pars causa M. Crassus egit: illam de veneno Clodia dato libenter Cicero suscepit, inimicitiarum causa, sed principem locum dedit accusator, quo gravius reum opprimeret, seditionibus Neapolitanis. ideoque lege Lutatia accusavit, cum tamen, præter seditiones Neapolitanas, alia crimina objiceret, lege Plotia, non Lutatia, vindicanda, nam, damnatos esse reos aliis criminibus, ac legibus, quam quo potissimum crimine, quaque potissimum lege essent accusati, colligitur ex oratione pro Cluentio. erat igitur utriusque legi locus eodem tempore in civitate: quia, cum diversa essent de publica vi crimina, diversis etiam quæri legibus oportebat. Post Lutatiam Consularis Pompeja fuit, a Cn. Pompejo Magno III. Consule post occisum Clodium lata: quæ & poenam graviolem, quam reliqua de vi superiores leges, & formam judiciorum breviorum continebat. jubebat enim, ut prius, quam causa ageretur, citati testes per triduum audirentur: dicta eorum iudices consignarent: quarta die adesse omnes in diem posterum iuberentur, & coram accusatore ac reo pila, in quibus nomina iudicum inscripta essent, æquarentur: dein rursus postera die a quaesito sortitio iudicum fieret: unius & LXXX. qui numerus cum sorte obtigisset, ipsi protinus seßum irent, cum ad dicendum duas accusator horas, tres reus haberet, reusque eodem die illo judicaretur: prius autem quam sententia ferretur, quinos ex singulis ordinibus accusator, totidem reus rejiceret, ita ut numerus iudicum relinqueretur, qui sententias ferrent. LL. hæc lege qui damnati sunt, omnes exularunt, Milo, quia Clodium occidisset: Q. Pompejus, Syllæ Dictatoris ex filia nepos, T. Munatius Plancus Bursa, Sex. Clodius, quod, iis auctoribus P. Clodii corpore in curiam illato, curia flagrasset, cum eade enim Clodii, in Appia via facta, incendium simul curia, & oppugnationem domus M. Lepidi Pompejus ea lege nominatim comprehenderat: sed hos postea, & omnes lege Pompeja de vi damnatos, uno Milone excepto, victor C. Cæsar restituit. Pompejam Consularis Julia secuta est, à C. Cæsare post victum Pompejum lata, ut damnatis de vi, aqua & igni interdiceretur, sic enim oratione I. in Antonium scriptum invenimus. Aqua vero, & igni interdiceret, nihil aliud est, quam exilium non nominatim, sed re ipsa inferre, damnato enim necessitas imponitur exilii, ope ea denegata, atque interdicta, sine qua vivi non potest. quod etiam Pompeja, & ante Pompejam Plautia, & alia quoque superiores leges, ut puto, sanxerant. itaque non dubito, quin Cæsar nova lege novam sententiam, ad vim removendam, attulerit. Quod autem jurisconsultorum in libris ita scriptum est, deportationem de vi publica damnatis, de privata vero publicationem bonorum in tertiam partem Julia lege irrogatam, possit aliquis suspicari, cum videat mentionem fieri deportationis, non esse legem Julianam, de qua Cicero mentionem facit, sed duas fuisse leges Julias, unam à C. Cæsare latam, alteram ab Augusto, ego autem sic existimo, unam omnino fuisse. nam, si dux, aliquid crederem jurisconsulto: um in libris, distinctionis causa, additum: sicuti, ad legem Julianam de adulteriis, addit Ulpianus Dig. XLVIII. 5. 1. *Hæc lex ab Augusto lata est: ne qua scilicet ex Julia nomine dubitatio posset existere. unam igitur de vi puto Julianam legem, eamque latam à C. Cæsare, nam, quod deportatio nominatur, quæ ante Augustum nulla fuit: sciendum est, sublatam aquæ & ignis interdictione, eam successisse: cum tamen veteres eadem leges valerent. itaque & in lege Cornelia de fidei iuris & veneficis, quam tulit L. Sylla reipublicæ temporibus, deportationem tamen Martianus nominat. sed redeo ad sententiam legis. Si commissæ vis armis non esset, verum aut virgo, aut vidua rapta esset: raptor, & qui opem tulisset, capite plebæbatur. Hæc lege tenebantur, ut Martianus ait Dig. XLVIII. 6. 3. *qui turba seditionisve fa-**

*cienda consilium iniissent, servosve, aut liberos homines in armis habuissent, omneque puberes cum telo in publico deprehensi.* Subjungit idem Dig. XLVIII. 7. 1. *De vi privata damnatos, neque senatores; neque decuriones, neque iudices esse, neque honorem nullum capere, Julia lege, potuisse.* Consularis & Antonia, à M. Antonio post obitum C. Cæsaris lata, ut damnatis de vi ad populum provocatio esset. quod ad conciliandos sibi multitudine animos, qui tyrannidem spectaret, excogitavit. Hanum autem legum testimonia non recito, ne perdat narratio dignitatem, neve non modo aliis, verum etiam ipse mihi molestiam pariam, dum illa crebro repetantur, ut ait, ut scribit, & ejusdem generis alia.

## CAPUT XXIV.

## Leges de peculatu &amp; residuis.

Peculatus à principio gravissima poena fuit duarum ovium, & triginta bovum lege Menenia, Sestia: postea lege Aternia Tarpeja cautum est, ut bos centulibus, ovis deculibus æstimaretur: quæ ne levior, & contemnenda multis videretur, addit Gellius x. 1. quod omisit Festus, in singulos dies. tot autem, opinor, dies, quot magistratus judicasset, præter æstimationem furti. Peculatus igitur eo tempore capitalis non fuit. quod Livius significat libro XXVII. cap. 34. cum ait, *M. Licinius erat multis annis ante ex Consulatu populi iudici damnatus, quam ignominiam adeo egre tolerat, ut & rus migraret, & per multos annos & Urbe & omni actu caretet hominum.* Ex his verbis non esse M. Livio, qui postea Salinator est appellatus, aqua & igni interdictum, sed, affectum antino graviter ex eo iudicio, iratum populo, sua sponte Urbe cessisse, animadverto. eum autem peculatus nomine a populo esse damnatum, ex eo libello didici, quem nescio quis de viris illustribus cap. 50. n. 1. composuit, est enim in eo ita scriptum: *Livius Salinator primo Consul de Illyriis triumphavit: deinde, ex invidia, peculatus reus ab omnibus tribubus, exceptis Mæcia, condemnatus.* Et apud Livium libro XXXVIII. cap. 55. damnato de peculatu L. Scipione Asiatico, Africanus majoris fratre, litis æstimata, & carceris, nisi solveret, mentio fit: aquæ vero & ignis interdictio nulla nominatur. habemus etiam exemplum M. Camilli, qui Urbem Romam obsidione Gallorum liberavit. *Hic ob Vejentanam prædium, ut ait Livius lib. V. cap. 32. A. L. Apulejo accusatus, XLVII. millibus gravis eris damnatus est.* Abiit autem in exilium ante iudicii diem: quia, cum, se damnatum iri, de suis tribulibus & clientibus cognovisset, de patria maluit decedere, quam iniquissimam multam, populi suffragiis irrogatam, exsolvere. nam damnatis de peculatu vel solvendam erat quanti litis esset æstimata, vel in vinculis, quoad solveret, miserime vivendum: quod in Scipionis Asiatici iudicio, quo de proximo dictum est, Livius significat. quod si reus, iudicio non expectato, in exilium voluntarium abiisset: tunc accusationem quidem is, qui coeperat, persequeretur, reum tamen absentem non alia quam pecuniaria poena populus condemnabat: eamque pecuniam solvere, si rediret, damnatus cogebatur, aut, si solvendo non esset, in carcerem ire, & cum ait Livius de Camillo libro V. cap. 46. *Non prius ab Ardea profectum Camillum, quam comperit legem latam: quod iniussu populi mutari sibi non posset: non significat, quod fortasse videri possit, non licuisse Camillo aliam in civitatem, extra populi Rom. ditionem, migrare: sed, non potuisse Romam redire, nisi, quam ab eo solvi pecuniam populus iusserat, aut solveret, aut, lege lata, rescissoque populi iudicio, liberaretur. non enim in exilium ire coactus esset, si multa satisfecisset. idque satis aperte Livius declarat, cum ait lib. V. cap. 32. Accitis domum tribulibus & clientibus, quæ magna pars plebis erat, pecuniatus animos coram, responsionem tulit, se tollaturos quanti damnatus esset, absolvere eum non posse.* Quare non fuit capitalis peculatus, cum pecunia puniretur: sed, vel quia solvere multam rei non possent, vel quia nolent, ut Camillus, ranquam in exilium proficerebantur. Quod si quis de Marcio Coriolano id, quod Dionysius & Plutarchus tradiderunt, mihi objiciat, perperuo exilio

exilio à tribubus esse multatum, quod prædam in Antriati agro factam occultasset, nec in publicum retulisset: fatebor fortasse, peculatum fuisse, quo Martius est condemnatus, iudicium tamen illud non vocabi, sed vim quamdam & impetum multitudinis concitare. Ulicifci plebs cum alias injurias à Martio acceptas, tum illam maxime voluit, quod cum frumentum à Senatu peteret, unus ex omnibus patriciis acerrime resisterat. Quare in illo iudicio nihil minus, quam quid leges vellent, à plebe spectatum est. Quod autem Dionysius & Plutarchus, non absentem, sed præsentem, Livius autem contra damnatum absentem tradit: Livio magis assenserim, est enim verisimilius, Coriolanum, irritata plebis vim timentem iudicio se non commississe, & ante iudicii diem Urbe exiisse. Accedit illud, quod, etsi de Coriolani exilio inter omnes convenit: de crimine tamen, quo damnatus est, non idem omnes tradunt. Plutarchus peculatum memorat. Livius delicti nomen non ponit. Dionysius nominatam quidem à Scinio tribuno plebis prædam Antriati in Coriolani accusatione significat, sed ut perduellionis crimen, quod illi objectum erat, probaretur: quod eam prædam Coriolanus amicis & clientibus divisisset, eo consilio, ut socios & satellites ad parandam tyrannidem quam plurimos haberet. Quare, si verum est, quod Græci homines scriptum reliquere, multatum exilio Coriolanum, cum Livius non damnatum exilio, sed damnatum in Volcos exulatum abuisse tradat, ut significare quiddam de voluntario exilio videri possit: rameo, vel quia iudicium illud non fuit, sed fuerentis plebis impetus, vel quia cum peculatu conjunctum una fuit perduellionis crimen: nihil obstat, quin peculatum ex eo genere criminum fuisse credamus, quo in genere non capitis erat, sed pecuniæ poena constituta. Hoc de crimine lex nulla nominat. Sed ante M. Æmilium Lepidum, C. Flaminium Coss. quo anno superior Africanus à duobus Petiliis tribunus plebis est accusatus, iudicem senatum fuisse, Liv. lib. XXXVII. cap. 54. significat his verbis. *Hinc rogationi Q. & L. Mummi intercedebant. Senatum quæere de pecuniâ non relata in publicum, ita ut antea semper factum esset, æquum censebant, tum Q. Terentium Culeonem prætorem de pecuniâ, quæ capta, ablata, coacta ab Rege Antiocho diceretur, quærere patres iusserunt. eoque cognoscente L. Scipione, Asiaticus damnatus est. Me tamen idem Livius in dubitationem abducit, senatusne, an populus ante eos Consules quos nominavi, de peculatu quæsierit; scribit enim duobus libris, XXVII. & XXIX. M. Livium Salinatorem post priorem Consulatum à populo esse condemnatum, ideoque eum, cum censuram gereret, tribus omnes, excepta Mæcia, in ærariis retulisse, quod & innocentem se condemnassent, & Consulatum postea cœsoremque fecissent. Eam porro damnationem peculatus nomine fuisse, docet is, ut jam ostendi, qui de viris illustribus librum conscripsit. Parum igitur ipse sibi constare Livius videtur, qui ante Consules M. Æmilium & C. Flaminium semper de peculatu senatum quæsierit, cum idem eo de crimine M. Livium, populo iudicante, damnatum ante dixerit. Sed videlicet existimo, quovis de crimine, si tribunus plebis aliquis esset accusator, populum iudicare potuisse. Id quod ante dictum est, exemplumque comprobatum. Quare, ne gravis auctor, T. Livius, damnetur inconstantia, locum hæc habeat exceptio. Post Africani ejusque fratris Asiatici accusationem, prætor cum iudicium consilio de iis, qui peculatus arguerentur, quæstionem exercuit. Id opinor lege ab aliquo magistratu lata institutum. Alioqui quod Senatus univertii munus erat, ad prætorem, certumque iudicium nomen, Senatus negligente, translatum, vix putarim. Lege postea Julia capitalis peculatus factus est: quod jurisconsulti declarant. Nec injuria: cum & repetundarum crimen, huic admodum simile, capitale jam antea fuisset. Cur enim, quod sociis tribuebatur, id ærarii, hoc est, civium, causa minus fieret? ramesi Cæsar, cum tam acriter de peculatu cavet, suam potius rem, quam publicam spectavit. Sibi enim, qui omnia teneret, furtum fieri statuit, non republicæ. Lege autem peculatus tenebatur, si quis pecuniâ publicam surripuisset, vel, ut surripere-  
ret, curasset: si quis in aurum, argentumve, aut æ publicum quid incidisset vel immisisset, fecissetque dolo malo, quo id pejus sic-*

ret. Hæc apud Ulpianum Dig. XLVIII. 13. 1. scripta sunt. Quod autem additur Venulejo n. 8. eadem Julia lege obstrictos fuisse qui es, in quo leges incisæ erant, refixisset, vel quid immutasset, aut in publicis tabulis delevisset, induxissetque: hæc ego non ad peculatum, sed ad majestatem retulerim. Quod si pretio commissum id fuisset: ne sic quidem peculatus mihi videtur, sed damnandi potius majestatis & corruptus, & corruptor. Quædam enim incerta crimina in majestatem conferebantur: neque aliud crimen patebat latius. Atque etiam, quod in lege Julia peculatus ait Ulpianus l. l. scriptum fuisse, ne quis ex pecuniâ sacra, religiosaque auferret, intrinset, in rem suam verteret, non peculatum magis, quam sacrilegium, fuisse existimaverim. Hæc præterea sunt in crimine peculatus: si quis Imperator pecuniam ex præda captam penes se privatim retinisset, eamque nec in triumpho tulisset, nec in ærarium retulisset. Poena peculatus vel pecuniaria fuit, vel capitalis: nam, qui prædam ab hostibus captam surripuerat, in quadruplum damnabatur: cæteris autem aqua & igni interdicebatur. Postea irrogata est alia lege deportatio, abrogata inrederiditionis poena. Deportatio vero, quod in Ulpiano legitimus, sicut omnia pristina jura, ita & bona amittunt omnia. Et quoniam ut repetundæ, ita peculatus publicum furtum fuit: propterea, ut in repetundis, sic in peculatu æstimationes fiebant litium, contraque heredes, ut scripsit Papinianus ad legem Juliam peculatus, actio dabo ur. Peculatus tamen, quod ante quinquennium esset admissum, obijci non oportuit, si Venulejo credimus. Cum peculatu residuæ pecuniæ conjunguntur; damnum enim utroque modo inferitur ærario. Residuæ autem pecuniæ sunt, ut ait Paulus Dig. XLVIII. 13. 2. quæ privatim retinentur, cum vel in usum publicum erogari, vel in ærarium inferri debeant. Nec minus in hoc crimine quam in peculatu, actio adversus heredes dabatur. Quæque de peculatu, eadem residuis de pecuniis lex cavebat. Ut non dubitem, quin eadem poena sit damnatis irrogata: amplius quidem tertia parte, quam debent, solvisse eos, qui de residuis pecuniis damnarentur, Martianus ait. Capitis autem lege Julia esse damnatos, verisimilimum est.

## CAPUT XXV.

## Leges de sicariis.

Inter sicarios grave crimen fuit, & ad vim pertinuit, propria tamen lege Cornelia vindicatum est, sicuti nec de perduellionis crimine, quod ad majestatem pertinuit, eadem lege, qua de reliquis majestatis criminibus, quæstum est: cum de perduellione populus, de reliqua vero majestate prætor cognosceret. Lege de sicariis Cornelia, quam Dictator Sylla tulit, tenebatur qui hominem occidisset, aut occidendi causa cum telo ambulasset, vel venenum parasset, habuisset, vendidisset: si quis privatus testimonium dolo malo dixisset, quo quis iudicio publico condemnaretur: aut si magistratus ob capitalem causam pecuniam accepisset, eorumque quid fecisset, quod legibus permissum non esset. Adjectum est ex S. C. eadem lege teneri eos, qui homines libidinis, vel, ut jurisconsulti loquantur, promeritii causa castravissent, aut filios, exceptis Judæis, circumcidissent, sacrificiave mala fecissent, habuissent. Excipiuntur tamen hæc lege, qui occidissent perfugam, vel vim inferentem, vel pudicitiam violenter attentantem. Exceperat etiam eos Sylla, qui ob relata proscriptorum civium capita pecuniam ex ærario accepissent: quos tamen postea C. Cæsar, cum de sicariis quæreret, in sicariorum numero habuit. Hæc lege tenebantur etiam ii, quorum fraude aut consilio naufragi per vim suppressi fuissent, quive data opera in eorum, quos odissent, res atque bona incendium immisissent. Hic, quæ poena esset lege Cornelia iis, qui hominem occidissent, fortasse quæratur. Mors, ut jam significavimus, non fuit. Sed aqua & ignis interdictio. Nam Cato censorius, cives Romanos necari, aut verberari, perduellibus exceptis, lege lata venit. Quod si quis objiciat, à Nascia Tib. Gracchum, ab Opimio Cajum, à Mario Saturninum, & Glauciam, à Cicerone ipso cives Romanos vita privatos, neque tamen quemquam eorum lege

Porcia condemnatum: huic facile satisfieri poterit, si ita respondebitur: cum S. C. illud fieret, quo deventum nisi difficillimis ac periculossimis reipublicæ temporibus non esse traditum est: *Darent operam Consules, ne quid resp. detrimenti caperet, jacuisse profus legem Porciam, & impune licuisse cives seditiosos, nec salutariter de patria cogitantes interficere.* Quibus S. C. excitati, atque armati Nasica, Opimius, Marius, Cicero, fecerunt id contra legem Porciam, quod nisi fecissent, timendum magnopere fuit, ne leges reliquæ omnes perniciosæ malorum civium consiliis, ac scelere, conciderent. Leges enim ad salutem publicam referuntur. Ea cum in dubium venit, si legibus subvenire non licet, ad vim confugitur. Eaque iusta vis, ea pietas in patriam est, nullo neque præsentis, neque posteritatis iudicio damnata, sed omnium sæculorum perpetuis sermionibus, ac laudibus excecet. Atque hanc in cives ultimo supplicio animadvertendi potestatem non nisi S. C. ut diximus, Consulibus esse datam (nam legibus multare cives morte non licebat) illa in Catilinam indicant Orat. t. cap. 2. *Ad mortem te Catilina duci iussu Consulis jam pridem oportebat. Habemus enim S. C. in te Catilina vehementer, & grave. Non deest reipublicæ consilium, neque auctoritas huius ordinis. Nos, nos, dico aperte, Consules desimus. Decrevit quondam Senatus, ut L. Opimius Consul videret, ne quid resp. detrimenti caperet. Nox nulla intercessit: mox interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre natus, avis, maioribus: occisus est cum liberis M. Fulvius Consularis. Simili S. C. C. Mario, L. Valerio Coss. permissus est resp. unum unum diem postea L. Saturninum tribunum plebis & C. Servilium prætorem pæna remota est? at nos vigesimum jam diem patimur habere aciem horum auctoritatis. Habemus enim ejusmodi S. C. veruntamen in tabulis, tanquam in vagina, reconditum. Quo ex S. C. consensum interfectum te Catilina convenit. Et Sallustius in Catilinario cap. 29. Senatus decrevit, quod plerumque in atroci negotio solet, ut darent operam Consules, ne quid resp. detrimenti caperet. Ea potestas per Senatum more Romano magistratui maxima permittitur, exerci uti parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios, atque cives, domi militæque imperium atque iudicium summum habere. Aliæ sine populi iussu nulli earum rerum Consuli jus est. Verum, quia S. C. huiusmodi non nisi adversus eos cives fieri solitum est, qui vel perniciosi legibus, vel armis, vel alia quavis ratione reipublicam oppugnant, perduelles fuisse T. & C. Gracchos, Saturninum, Glauciam, Catilinam, ejusque socios, ideoque non modo S. C. sed lege quoque Porcia concedente, jure caros, licet existimare. Opponitur etiam illud, quod à Pediano pro M. Scæuro pag. 173. traditum est. *L. Tubulus, homo prætorius, etate patrum Ciceronis, propter multa flagitia, cum de exilio esset accersitus, ne in carcere necaretur, venenum bibit. Qui si necem timuit, non videtur, satis sibi constitutum fuisse præsidii in lege Porcia, judicasse. Ego contra sic. Porci Tubulus commissi perduellionis, quo crimine damnatos affecti extremo supplicio, neque Porcia, neque ulla omnino lex vetabat, sibi esse confens: ideoque mortem jure pertimescens, ne in carcere necaretur, venenum bibit. Potuit etiam, perduellione non commissa, derectus conscientia potius, quam legibus, mortem timere, ut ii, quos aliquo scelere contaminatos furæ vexant: horrent omnia: quocumque adspexerint, aut venerint, ibi carcer, ibi carnifex, ibi laqueus, & securis, ibi factis eorum digna sibi videntur intueri. Timuit igitur Tubulus, ne, quemadmodum multi ob recte facta legibus soluti sunt, ut summos honores ante legitimam ætatem, aut aliquid quod nemini prætereā concedi solet, consequerentur: sic ipse, quandoquidem se ab exilio revocari videret, exilio gravius aliquid, mortem nimirum, vel contra leges ob flagitia plurima subire cogeretur. Certe, quo minus de Porciæ legis perpetua vi, perpetua inquam ad usque postrema reipublica tempora, in dubium veniam, facit illa vox Ciceronis in Verrem lib. V. cap. 63. *O nomen dulce libertatis: o lex Porcia, legesque Sempronie: hucine tandem omnia reciderunt, ut civis Romanus, in provincia populi Rom. in oppido faderet, ab eo, qui beneficio populi Rom. fasces & securis haberet, deligatus in foro virgibus caederetur?* Et pro C. Rabirio perduellionis reo**

cap. 4. *Porcia lex, inquit, virgibus ab omnium civium Romanorum corpore amovit: hic misericos flagella retulit. Porcia lex libertatem civium licenti eripuit: Labienus, homo popularis, carnifici tradidit. Jam illa C. Cæsar is apud Sallustium Bell. Car. cap. 51. si pro perduellionis, Lentulo, Cethego, Gabiino, & reliquis, reipublicæ statum non leviter labefactare, sed omnino convellere conantibus, dicuntur: quanto plus habere loci videantur, si pro civibus, qui privatis hominibus vim attulerint, nihil adversus majestatem publicam deliquerint, pronuntientur? Per deos, inquit, immortales, quamobrem in sententiam non addidisti, uti prius verberibus in eos animadverteret? an, quia lex Porcia vetat? et alia item leges condemnatis civibus non animam eripi, sed exilium permitti, jubent. Et infra: Majores nostri, Græciæ morem imitati, verberibus animadvertent in cives. de condemnatis summum supplicium sumebant. Postquam resp. adolevit, & multitudine civium satisfactiones valere, circumveniri innocentes, aliaque hujusmodi fieri cepere. Tunc lex Porcia, aliaque leges parata sunt, quibus legibus exilium damnatis permissum est. Exstat etiam Milonis exemplum. Qui si, occiso P. Clodio, de qua nec & querendum extra ordinem, ut in atrocissima re Senatus censuit. Et à Pompejo Magno Consule lata nova lex fuit, Porciæ legis beneficio vitam retinuit, civili tantum morte, hoc est, exilio, affectus est: multo magis reliquos cives, qui leviora delicta commisissent, ejusdem legis perfugio esse usos, naturalemque mortem effugisse, credibile est. At in oratione pro Cæcina, & in primo de Oratore mors, quasi pœna legibus irrogata, nominatur. Nam pro Cæcina cap. 34. *Nulla, inquit, in lege nostra reperitur, ut apud ceteras civitates, maleficium nullum exilio esse multatum: sed, cum homines vincula, necesse, ignominiasque vitant, que sunt legibus constituta, consurgunt, quasi ad aram, in exilium. De Oratore autem lib. 1. cap. 43. Vitia hominum, atque fraudes damnis, ignominias, vinculis, verberibus, exiliis, morte mutantur. Hæc loca legem Porciam non infirmant, sed ad perduellionis crimen spectant. Quo uno in crimine cives Romanos occidi vetusis legibus licuisse, jam diximus: quas tanquam civitati salutare, neque Porcia, neque lex ulla unquam abrogavit. Sed venit in mentem querere: magistratus ne soli, quorum in vindicandis reis potestas esset, an etiam privati lege Porcia tenerentur. Primum, ubicumque hujus legis mentionem fieri video, verbum nullum animadvertent, quod ad privatos referri possit: ad magistratus omnia manifesta spectant. Idque ea maxime, quæ proxime recitata sunt, Sallustii verba declarant. Deinde, quorum de privatis? an verisimile, nullam antea in civitate legem de vi fuisse? an potest ulla civitas sine legibus, præsertim istis, quæ vim, quæ injurias arceant, non dico diu vigere, sed omnino stare, atque incolomis esse? ante igitur de privatorum vi leges multæ. Magistratus autem à corporibus civium Romanorum abstinere prima iussit Porcia lex: quam deinde aliis legibus idem jubentibus confirmatam, Sallustii testimonio cognoscitur. Sed, ut de privatis Porcia non loqueretur, intelligi tamen, quis non videt? nam quæ potestas & magistratibus, & contra fontes, omnique supplicio digonos admittit, an ea privatis relinquatur? Restat, ut suli peregrini, si modo ita meriti essent, necarentur. Id quo minus fieri liceret, nulla lex unquam vetuit. Et factes illi, ac secures, quæ magistratibus usqueque verberantur, potestatis quidem, vetusto more, arant insignia, ejus tamen potestatis, quam in peregrinis tantum liceret exercere. Exilium, publicatio bonorum, carcer nocentibus civibus proposita fuerunt: mors, nisi si quis in ipsam tempoream & acerbissimam peccasset, (omnium enim de majestate criminum perduellio summum erat) timenda non fuit. Illud miror, cum prætor de crimine inter scarios querere solet, Suetonium tradere, C. Cæsarum in ædilitate quæstionem de scariis exercuisse. Quod fortasse illi à Senatu extra ordinem mandatum. Quod autem à Martiano scriptum est, ut Digestorum libro XLVIII. constat, legis Cornelie de scariis & veneficis pœnam fuisse deportationem in insulam: nolo aliquem ideu perturbari, quia, Sylla Dictatore, id est, reipublicæ temporibus, deportatio nominetur: quod à me jam negatum est. Nam Sylla pœnam irrogavit atque**



& ignis interdictionem: cuius in locum deinde successit deportatio, ut Ulpianus non semel Justinianusque declarant. Spectavit igitur Martianus sui temporis consuetudinem, poenamque nominavit, non eam, quam in sua lege scripserat Sylla, sed eam, qua tunc, sublata aqua & ignis interdictione, lege Cornelia damnati plebentur. Manebat enim, & observabatur eadem lex, poena mutata.

## CAPUT XXVI.

## Leges de parricidio &amp; patricidio.

**D**E parricidio prima fuit Romuli, primi Regis, lex: quae permittebat, ut monstrosum partus impune possent necari, vel exponi. Hanc legem, si, ut alias, à familia nominare volumus, Sylviam licebit appellare. Est enim Romulus Sylviae gentis praenomen, reliquique lex, qui Romae regnauerunt, suum omnes nomen, & praenomen habuerunt. Tullius idem de parricidio, id est, de eade hominis liberi. Nam adversus eos, qui patrem, aut matrem occidissent, poenam nullam statuit: qui neminem unquam tam ab humanitate aversum, tam naturae inimicum fore existimaret, ut parentibus, unde vitam ipsam, ac lucis usuram accepissent, manus afferret. Neque per annos DC. Romae quiquam tale facinus perpetravit. Post Hannibalis bellum L. Offius patrem sextus primus occidisse. Romulus autem, qui eum hominem occidisset, parricidio appellari voluit. Etiam Numa Pompilius legem his verbis composuit, ac edidit apud Festum in Parici Quaestores. *Si quis hominem liberum sciens morti dnit, parricida esto.* Qua lege Tullus Hostilius Rex Horatium illum, qui sororem occiderat, voluit judicari. Postremis reipublicae temporibus poenas adversus patricidas, lege lata: C. Caesar auxit. Tullius enim, ut patricida non exilio solum, ut antea, sed poenas etiam omnibus multarentur: reliqui vero, capitalium rerum condemnati, dimidia bonorum parte, cum antea integris patrimoniis exularent. Hic, propter nominis potius, quam rei similitudinem, leges de patricidio subiungemus. Aliud enim est, esse patricidam: aliud, esse patricidam. Patricida patrem occidit, hoc est, civis civem: patricida patrem, ut matricida matrem. Sanxit igitur lege Pompejus Magnus, ut, qui hoc tam impio crimine damnatus esset, infusus caeleo cum cane, gallo gallinaceo, viperâ, & similia in mare, vel in amnem projectus, vitam omnium elementorum usâ privatus, amitteret. Hoc & ante L. Sylla Felix lege sanxerat: sed Pompejus nova lege cortex, addiditque multa, & interea, ut, non qui patrem, matremve tantum, verum etiam qui cognatos, aut patronos occidissent, patricidii lege tenerentur. Nam, qui cognatos, aut patronos occiderant, iis poena erat ea, quam lex Cornelia de ficiariis irrogabat. Summo autem illo, quod memoravimus, supplicio, quod à Rege Superbo excogitatum historiae narrant, ut puniret gravius M. Tullium II. virum, qui librum de sacris mysteriis describendum Petronio Sabino tradidisset, mastrabantur ei, qui patrem, aut matrem, avum, aut aviam necassent. De quibus tamen, nisi confessi prius essent, supplicium sumâ leges vetabant.

## CAPUT XXVII.

## Leges de veneficio.

**N**unc de veneficio dicendum. Locns autem videtur postulare, ut, antequam ad leges veniamus, quae nobis est proposita tractatio, nova quadam afferamus, quae fore non inutilia credimus non modo literarum humanarum studiosis, verum etiam ipsis jurisconsultis, iis quidem, qui paulo splendidiorum doctrinam colunt, quales maxime novimus, excellenti non minus humanitate, quam doctrina praeditos viros, Romae, Sylvestrum Aldobrandinum, Antonium Augustinum: Florentiae, Laetium Taurellum: Mediolani, M. Antonium Caymum: Veronae, Franciscum Motandum: Brixiae, Jacobum Chiziolam, Vincentium Portulacam, qui Latine scribendi elegantia, meo iudicio, ad antiquorum laudem acced-

dit proxime: Paravii vero, jus civile eximia cum laude profertentem, Guidum Pancirolum, familiarem meum, qui noctes vigilat serenas, ut ait Lucretius, assiduoque studio antiquitatem ex tenebris educit. Primum igitur illud ponatur, veneficium crimen fuisse capitale: alterum, de eo quaesivisse non prae-torem modo, qui & iudex quaestionis dicebatur, verum etiam iudicem quaestionis, qui praetor interdum non erat: tertium, videri mihi satis manifesto errore Budaeum, virum alioqui bene doctum, in suis annotationibus esse lapsum, qui criminalibus, ut appellant, in causis, praeter praetorem urbanum, neminem quaesivisse: eumque tum, nomine commutato, iudicem quaestionis esse dictum, tradiderit. Capitale fuisse veneficium, indicat exilium Oppianici, de veneficio condemnati: cuius mentio fit in ea pro Cluentio: & illud in eadem, cum futurum ait Cicero, si Cluentius veneficium reus damnatur, ut patris sepulchro privetur. Clarissime autem hoc significatur Institutionum juris civilis libro IV. Probemus alterum, quod paulo difficilium videtur. Iudicem quaestionis duo video fuisse genera: unum eorum, qui, cum praetores essent, quaestionis etiam iudices appellabantur: alterum eorum, qui, cum praetores non essent, capitali tamen de crimine quaerebant. De iudice quaestionis praetore, patet ex ea, quam proxime nominavi, pro Cluentio cap. 54. in qua ita scriptum est: *Inter lex, iudicem quaestionis, hoc est, Q. Voconium, eosque, qui illi iudices obvenierint, quaerere de veneno.* Voconium autem praetorem fuisse, duobus argumentis conjicio: primum, quod cap. 55. Cicero dixit: *Quid sibi illi scriba? quid liitores? quid ceteri, quos apparere huic quaestioni video, volunt?* Liitores enim, qui magistratum non gereret, non habebat. Iudicem autem quaestionis magistratum nomen fuisse, certe nemo dixerit. Alterum argumentum est, quod ibidem Cicero subjungit de aliis praetoribus, suam unoquoque quaestionem exerceat. *Hec, inquit, quaestio sola ita gubernatur? quid M. Platorii, & C. Flamini inter sicarios? quid C. Orchinii peculatus? quid mea de pecuniis repetundis? quid C. Aquilii apud quem nunc de ambitus causa dicitur? quid reliquae quaestiones?* Quibus ex verbis, praetorem fuisse Voconium, qui iudex quaestionis appellatur, quis non intelligit? nam, etiam praetores non nominat, satis tamen constat, de praetoribus intelligi. A quibus enim & tot quaestiones, nisi à praetoribus, & tam graves exercebantur, inter sicarios, de repetundis, de ambitu, peculatus? praeterea, quod quaesivisse de repetundis, in eo loco Cicero dicit. Quod ab eo factum in praetura, Valerius, & Plutarchus confirmant. Ut omitam, quod quaesivisse Aquilium nominat: cuius annum fuisse legitimum, eundem qui Cicero, ad petendum Consulatum, prima docet ad Atticum epistola, ex quo, fuisse collegas in praetura, licet existimare. Quod etiam libro II. de officiis manifestum est. Collegam enim suum Cicero appellat. Rursus iudicem quaestionis Junium, qui praetor non erat, quaesivisse de veneno in Oppianici causa, docet Pedianus pag. 55. his verbis: *Junius quaestor fuit in Cluentii causa, Verre praetore: in qua Oppianicus damnatus est.* Et pag. 108. *Damnatus Oppianico, res in invidia fuit, quod pecunia reus videretur oppressus: & princeps illorum iudicum damnatus est C. Junius, quod diceretur alios supposuisse, qui rem damnarent, non eos, quos praetor Verres fuerat subsorsitus.* Neque hic eum Pedianus, neque supra praetorem nominavit. Cicero autem in ea pro Cluentio cap. 33. *Condemnatus est, inquit, C. Junius, qui ei quaestioni praesuerat, adde etiam illud, si placet: eum est condemnatus, cum esset iudex quaestionis.* Et cap. 27. *Quintilius tribunus plebis convicium fecit C. Junio, iudici quaestionis.* Non fuisse autem praetorem, aperte, sic inquam aperte, ut clarius esse nihil possit, idem demonstrat in eadem, cap. 29. his verbis: *In haec flammam recentem C. Junium, qui illi quaestioni praesuerat, infectum esse memini, & illum, hominem aditium, jam praetorem opinionibus hominum constitutum, de civitate esse sublatum.* Ecce, non praetorem, sed praetorem opinionibus hominum constitutum dicit: quod, cum praetorem sine dubio futurum, homines opinarentur. Praetor autem si fuisset, non eum aditium, sed praetorium vocasset: laudabant enim veteres, ubi ornate aliquid vellent, ab eo magistratu, quem postremum gessisset.

itaque, homo zdeliculus, pratorius, Consularis, dicebant. Præterea, cum pratores in leges non juraverint, neque sententias tulerint, quod & Cicero, & Pedianus docent, à Junio autem iudice quaestiois ideo multa petita fit, ut in oratione pro Cluentio legitur, quia in legem non iurasset: (erat enim illi iurandum idem quod in iudiciis, leges omnino se esse iuranda sententia servaturum) satis constat, Junium, cum de Oppianico quaesivit, prætorem non fuisse. Quod si quis dixerit, non tam Junium iudicem quaestiois, quam Verrem prætorem, in illa Oppianici causa quaesivisse, quia Pedianus ita dicit: *Junius quaesitor fuit in Cluentii causa, Verre prætor, & quia idem alio loco sortitionem, & subfortitionem à Verre prætor factam tradiderit: huic ita responderi poterit: sortitionem, & subfortitionem non illius modo iudicii, verum etiam aliorum ideo pertinuisse ad C. Verrem, quia prætor Urbis erat. Quod ipse declarat Cicero in ea pro Cluentio. Prætor autem urbanus de criminibus non quaerebat: quare nec unquam quaesitor dicebatur, sed ius tantum dicebat, hoc est, iudices, & formam iudicii dabat. Idemque iudices, quibus alii prætores ad cognoscendas capitales causas uterentur, fortiebatur, & subfortiebatur. Quod ex Pediano, & ex ipso etiam Cicero satis liquet. Accedit locus ex libro I. accusationis in Verrem: quo in loco Q. Curtium iudicem quaestiois appellat Cicero, in causa Verri repetundarum: de qua prætor M. Acilius Glabrio cognoscebat. Eumque Curtium ait Pedianus à Cicero esse rejectum. Illud addo, cum jam docuerim, iudicem quaestiois, & prætorem, & non prætorem, de crimine capitali cognovisse, tertium genus iudicum quaestiois interdum fuisse, quorum ius cognoscendi non esset, sed tantummodo subfortiendi. Quod locus de Q. Curtio proximus jam ostendit: quem cognovisse de repetundis, absurdum est credere: cum, in ea causa prætorem quaesivisse Glabrium, ex Cicero, & Pediano satis constat. Itaque tertium hoc genus quaesitores dici non poterant: duo illa superiora genera, quoniam quidem quaerent, quaestores & erant, & proprie dicebantur. Quod autem à Budæo scriptum est, *prætorem Urbis, nisi de criminibus quaeretur, solum cognovisse*, aperte falsum esse dico. Non modo enim solum non quaesivit prætor Urbis, sed nec omnino quaesivit. Ipse ius dicebat: quod, quaerere, non est. Quaerebant ceteri collegæ, cum iis iudiciis, quos prætor Urbis & sortitus, & subfortitus esset. Exemplorum plena sunt omnia: unam, quæ multorum exemplorum loco fit, rationem afferam. Acculat Verrem Cicero in suis libris acerbissime: præturam urbanam totam exagitat. Objicit ne unquam, quod in causa capitali contra leges aliquid commiserit? nunquam certe. Neque dubium, quin Verres, si potestatem illam prætor habuisset, multa fuerit ioque facturus. Addit idem: *prætorem Urbis, cum quaereret, iudicem quaestiois esse dicitur*. Hoc certe nemo (de veteribus loquor: hos enim fere quos) unquam tradidit? mirorque, cur hoc ille, qui suæ sententia testem non haberet, placuerit affirmare, sed, ut opinor, error ex errore fluxit. Nam cum, prætorem Urbis quaerere de criminibus, jam sibi persuasisset: quod omino falsum est: sequi videbatur, ut idem quaestiois iudex appellari posset. Ego autem ostendi jam, quaestiois iudicem interdum quaesivisse, & prætorem fuisse, non tamen urbanum, ut quaesivit Q. Voconius de veneficio: prætorem autem urbanum teipub. temporibus quaesivisse, aut iudicem quaestiois vocatum, neque de veteribus video quemquam fuisse qui dixerit, neque conjecturis omnino ullis adduci possum ad suspicandum. Quaestoris porro erat, accusatorem, defensorem, testem, in officio quemque suo erant. Leges, quibus veneficium vindicaretur, Romæ per annos multos nulla fuerunt. Non enim proprie ad veneficium pertinet XII. tab. lex illa: *Qui fruges extant assis, &c. Qui malum carmen incantassit, coercetor*. Etsi conjunctionem habere quandam videtur cum veneficii crimine, proprie vero, ac nominatim eo primum anno, quo C. Valerius Flaccus, M. Claudius Marcellus Consulatum gesserunt, qui post Urbem conditam, si factos sequimur, annus CDXXII. fuit, de veneficiis esse quaesitum, legemque constitutam, Livius libro VIII. cap. 18. scriptum reliquit. Ex quo, quæ tam probi-*

tas fuerit, apparet, cum in tanta civitate, per tot annos, veneficium nomine in iudicium vocatus nemo sit. Cornelia postea fuit, L. Syllæ, quam, bello civili confecto, Dictator tulit, cum unus omnium teneret: quod ex his verbis, quæ scripsit Cicero pro Cluentio cap. 55. manifestum est. *Postea, inquit, L. Syllæ, homo à populi causa remotissimus, tamen, cum eius rei quaestioem hac ipsa lege constitueret, quia vos hoc tempore iudicatis, populum Rom. quem ab hoc genere liberum acceperat, alligare novo quaestiois genere ausus non est. Quod si fieri posse existimasset, pro illo odio, quod habuit in equestrem ordinem, nihil fecisset libentius, quam omnem illam acerbitatem proscriptionis suæ, quaesitus in veteres iudices, in hanc unam quaestioem contulisset*. Huius autem legis poena capitalis non ad veneficos tantum, sed ea ad eos etiam pertinuit, qui magicis incantationibus homines occidissent, aut qui mala medicamenta publice vendidissent: omnesque profusus, nemine excepto, viri, mulieres, liberi, servi, hac lege in iudicium vocabantur. Permissum autem esse reo, ut ex illius voluntate, clam, aut palam, à iudicibus sententia ferrentur, ex ea, qua de proxime mentionem fecimus, oratione cognoscitur. Eademque lege de corruptis iudicibus quaesitum, eadem declarat oratio. Secuta est Consularis Julia, C. Cæsaris, qui & ipse Dictator fuit. Ne tamen deinde ex lege Julia, sed ex Cornelia, quamquam vetustior fuerit, iudicia sunt administrata: puto, quia non semper posterior lex priorem comprehendebat, sed interdum aliquid tantum addebat: ut universa pene iudicii ratio à priore lege penderet. Propterea Corneliam potius, quam Juliam, posteriores iuriconsulti nominant.

## CAPUT XXVIII.

## Leges de ambitu.

DE ambitu quæ prima lata est: tribunicia Poetelia fuit, C. Plautio Proculo Coss. deinde Consularis Cornelia Bæbia, à duobus eisdem anni Consulibus lata: quæ ne derogaretur, M. Cato, ille major, disuavit, ut in Festo legitur. Tum, quæ Cn. Cornelio Dolabella M. Fulvio Nobiliore Coss. lata, ut ex epitome Liviana colligitur: quæ utrum tribunicia fuerit, an Consularis, coniecere non licet. Multis deinde post annis Consularis Calpurnia: quam C. Calpurnius Piso Consul, anno ab Urbe condita DCLXXXVI. graviores, quam antea, tulit: in qua præter alias poenas, pecuniaria quoque erat adjecta. Huic legi ob nimiam eius severitatem puto aliquid postea derogatum. Nam in Oratione pro C. Cornelio, de quatuor generibus, in quibus per Senatum more majorum statueretur aliquid de legibus, tertium Cicero memorat his verbis *Fragm. 13. Tertium est de legum derogationibus. Quo de genere per sepe S. C. fiunt, ut nuper de ipsa lege Calpurnia, quæ derogaretur*. Nunquam enim Calpurnia lex est abrogata: quam servari Cicero Consule, ex oratione pro Murena cognovimus: sed ei derogatum aliquid, quod ita Senatus censuisset, ea, quæ recitavi, verba significant. Hac lege accusatoribus præmium videtur fuisse, ut, si ipsi ambitus damnati essent, aliorumque eodem in genere culpam demonstrassent, in integrum restituerentur. Id apparet (ut alia omitamus exempla) ex Oratione pro Cluentio: quam post Calpurniam legem habitam esse, ex eo constat, quia prætor Cicero eam causam egit. Quod si accusator magistratum designatum in iudicium vocasset, ejusque culpam iudicibus probasset: reus magistratum amittebat, accusator ejus locum assequabatur: si modo ei per ætatem, & per leges magistratum illum capere liceret. Suspiciari licet hoc & Syllæ Autronique notissimo exemplo. Quibus de ambitu, cum designati Consules essent, damnatis, accusatores eorum Torquatus & Cotta Consules facti sunt. Nisi si, quod ego verius existimo, Consules non legis præmio factos intelligas Torquatum & Cottam, sed quia comitiis post Syllæ Autronique damnationem iterum habitis, populus eos creaverit. Tertium præmium lege datum accusatori, hoc quidem in crimine, tribus permutationem invenio: si modo ea tribus, in qua reus conferretur, nobilior esset, quam tribus accusatoris. Hoc

in oratione pro L. Balbo Cicerois illa verba declarant. *Objectionem est etiam, quod in tribum Crustuminiam pervenerit: quod hic affectus est legis de ambitu pramio.* Quod si nullum ex eo pramium accusator consequi posset, hoc est, neque suam ipsius absolutionem, quia damnatus non esset: neque ullum, dejecto reo, magistratum: neque tribum, quia rei tribus nobilior, pecuniam illi de publico esse daram, licet opinari. Id autem ex eo suspicor, quod Aconius in Orationis pro Milone pag. 205. commentario, *Milo, inquit, postero die factus reus ambitus apud Manium Torquatium, absens damnatus est. Illa quoque lege accusator ejus fuit Ap. Claudius: & cum ei pramium lege daretur, negavit.* Non enim est ut intelligi possit, pramium illi lege datum aut ipsius absolutionem, nec enim recusasset: aut Milonis magistratum, qui designatus non erat, aut permutationem tribus, cum ipse in tribu rutilia nobilissima censeretur. Claudius enim Pulchros in tribu Claudia fuisse, ex Livio cognoscitur. Reliquum igitur fortasse pecunia fuit: quam accipere, dignitatis non erat: itaque Appius, patricia familia natus, Appii, viri consularis, & anguris, filius, negavit. Post Calpurniam Tullia fuit, Consularis & ipsa à M. Tullio Ciceroe Consule: quæ & poenam gravioiorem, quam Calpurnia, & praterea aquæ & ignis per annos X. interdictio-nem, hoc est, X. annorum exilium irrogavit ordini senatorio. Itaque sine causa mirantur nonnulli, parum videlicet attente in legenda historia versati, cur Cicero in Oratione pro Sylla cap. 5. de Autronio dicat, *Relictus intus, expectatus foris.* Et de ipso Sylla cap. 26. *Alfuit ab oculis vestris, & cum lege retine-retur, ipse se exilio pene multavit.* Quibus verbis, de ambitu damnatis, quo crimine Autronius & Sylla poenas dederant, civitatem non esse lege Calpurnia ereptam, significat: cum idem in Oratione pro Plancio cap. 3. scriptum reliquerit: *Nunc postulatur à vobis, ut ejus exilio, qui creatus sit, iudicium populi Rom. reprehendatis.* Quod declarat, Plancio exilium, si de am-bitu damnatus sit, poenam futuram. Pugnare omnino hæc in-ter se videntur: sed conciliantur distinctione temporum; nam Sylla & Autronius damnati sunt ante Cicetonem Consulem, Lepido & Tullo Coss. ea lege, quam C. Calpurnius Piso tulerat: quæ cum esset severissima, damnatis tamen exilium non inferbat. Oratio autem pro Plancio post Ciceronis consula-tum habita est. Quo tempore iudicio de ambitu ex ea lege, quam ipse Consul Cicero tulerat, exercebantur, quæ lege exilium senatoribus irrogatum esse, non obscure pro Murena oratio demonstrat. Exilium autem non per omnem vitam, ut in aliis criminibus capitalibus, sed per decennium fuisse, tradidit Dio libro XXXVI. Polybius tamen libro VI. cap. 54. aperte significat, multo aote legem Tulliam, atque etiam Calpurniam, capitalem ambitum fuisse. Ait enim hæc: *Pecuniis palam apud Carthaginienses magistratus emuntur. Quod Romæ capitali poena vindicatur.* Illa porro temporibus Africani minoris Poly-bius prodidit. Ut novam postea legem, vetere abrogata, de ambitu latam credere sit necesse, quæ capitis poenam ademerit. Aut, dicamus Polybii ærare capitalem fuisse ambitum, non lege, sed more: cum eo de crimine, deque aliis item capitali bus nondum prætores quærenter, sed populus ipse tribus co-mitiis iudicaret, quod idem Polybius in eodem libro cap. 6. docet his verbis: *Capite dammandi solus potestatem habet populus.* In Tullia illud quoque scriptum est, ne quis biennio, quo magistratum petisset petiturus esset, gladiatores daret, nisi ex restamento præstituta die, ne quis prandia vulgo daret. Quam legem cum P. Vatinius contempnisset, objicit ei Cicero tantam licentiam atque arrogantiam in asperissima illa interrogatione, & in oratione pro Sexto. In Auzidia tribunicia, quam tulit M. Aufidius Lurco, eadem fuisse, quæ in superioribus, novi hoc, ut, qui nummos in tribu pronuntiasset, si non dedisset, impune esset: sin dedisset, ut is, quoad viveret, singulis tribu-bus HS. cxx. cxx. deberet. Consulares praterea duas inveno, Pompejam, & Juliam, Cn. Pompeji Magni, & C. Julii Cæsaris, qui postea Dictator fuit: quæ quid aut diversum, aut amplius, quam quæ antea lata fuerant leges, habuerint, ex-ploratum non est. Id quidem facile crediderim, cum lege Tul-lia de ambitu damnatis aquæ & ignis interdictio, hoc est, exi-

lium, per X. annos irrogaretur, lege, quam Pompejus III. Con-sul tulit, ditutius exilium, aut fortasse perpetuum, esse ir-rogarum. Nam in hac lege poenam gravioiorem, quam antea, & formam iudiciorum breviorum Pediaus nominat. Hoc etiam hac lege sancitum esse video, ne rei laudarentur. Quod idem Pompejus cum in Plancii iudicio non servasset, M. Cato Judex Pompeji laudationem legi vetuit. Item illud, quod Ap-pianus lib. 2. bell. civ. scriptum reliquit, ut alterum indicanti daretur impunitas. Quod etiam lege Calpurnia sancitum, su-pra ostendimus. Cur igitur idem sua lege Pompejus irrogavit? dixi jam, derogatum aliquid Calpurnia legi. Hoc fortasse il-lud est, quod fortasse Pompejus, crescente ambitu, renovan-dum putavit. Idem hoc tempore iudicium numerum videtur constituisse CCCLX. quod & Vellejus lib. 2. & Plutarchus in Pompejo declarat. Et pro CCC. legendum puto CCCLX. in epitola Cælii, fam. lib. VIII. nisi si aut Vellejum, cum Plutar-chem malis esse mendosum, quam epistolam Cælii, ut ubique legatur, CCC. aut mendum aqæ ad omnes esse, aliquid existimet, nec CCC. aut CCCLX. sed CCCL. iudices fuisse, ut eorum numerus cum numero tribuum, quæ XXXV. erant, congruat, quod ex singulis tribubus deni crearentur. Hanc legem significat in Panegyrico cap. 29. n. 1. Plinius his verbis: *Ammon aliquando cura Pompejo non minus addidit glo-ria, quam pulsus ambitus campo.* Lege itein Julia capitalem ambitum fuisse, apud Justinianum scriptum est.

## CAPUT XXIX.

*Leges de corruptis iudiciis, de adulteriis, de falsis, de plagariis, de suspectis tutoribus, de famo-sis libellis, de furtis, & de clande-stina coitione.*

Crimen de corruptis iudiciis ipsum quoque capitale cre-diderim. Id ex eo conjicio, quod C. Gracchus tribuus plebis eam legem in ordinem senatorium tulit, cæteros ordines excepti: ut in Oratione pro Cluentio legimus. Cum igitur & crimen ipsum per se gravissimum fuerit, (quid enim gravius, quam innocentem, accepta pecunia condemnare?) & Gracchus eam legem, ut in eadem Oratione ait Cicero, pro plebe tulerit, ad licentiam senatorii ordinis ierundendam: levioi poena eum contentum fuisse, verisimile non est. Quod eo magis existimo, quia postea crimen hoc L. Sylla compre-hendit ea lege, quam de veneno tulit, ut capitale crimen cum capitali, venenum scilicet cum iudiciis corruptis, conjunxisse videatur. Hoc orationis pro Cluentio (ne pluribus utar exemplis) partes multæ declarant. Et Sylla equestri ordini admodum fuit infensus, senatorii vero studicissimus: Gracchi tamen legem in hoc secutus, equestrum ordinem, & plebem periculo liberavit. Quod autem conjectura adducta existi-mabam, id legis XII. tabul. testimonio Gellius confirmat: in qua scriptum esse ait, ut, qui ob rem iudicandam pecuniam accepisse convictus esset, capite puniretur. Ut Gracchus non hoc ipse novum sanxerit, sed à XII. tabul. pe-nitium in suam legem transfulerit. Romæ autemquis iudi-cium primus corrupeit, ignoramr. Quod & à Plurarcho traditum est in vita Coriolani. Athenis vero, idem scribit, Anytum, Anchemeonis filium, hanc pestem inauxisse prin-um. Unum addam ad ingenia excianda, quod, qua-s-tionibus positis, maxime sit: mirari me vehementer, cur in ea, quam proxime nominavi, oratione pecuniam ob ju-dicandum captas Cicero repetundas vocet, quas diversas fuisse nemo nescit: de quibus etiam propria lege quære-batur: cum de iis, quæ ob rem iudicandam essent acce-pæ, lege Cornelia de veneno cognosceretur. Nisi si pec-unia repetunda dicebantur non ex solum, quas provin-ciarum rectores contra leges accepissent verum & illa, qua-rum causa, qui ob iudicandum eas cepissent, in iudicium voca-rentur. Quodam enim modo, cum adversus eos ageretur, iudi-cio repeti pecunia videbatur. Ideo facilis crediderim, quia lege Julia de repetundis non rectores modo provinciarum,

sed Jurisconsultorum libri demonstrant. Nec sane, si ad rationem animus referatur, video quid inter sit, an ad sociis, publico fungens munere, pecunias contra leges, an a civibus aliquis accipiat. Adulterium lege Romilia capitale fuisse, literis pro situm est: sic inquam capitale, ut poena mors esset. Tulit enim Romulus legem his verbis: *Adulterii convictam vir, & cognati, uti volent, necanto.* Quod item lege Julia confirmatum est: qua lege supplicio afficiebantur eodem, qui cum maribus nefandam libidinem exercuissent. Stupratoribus autem, si essent honesti, poenam irrogabat, publicationem partis dimidiam bonorum: & capitale tunc stuprum non erat: sed humiles, corporis coercitionem cum relegatione quinquennali, nisi per vim stuprum commissum esset: si per vim, tempore non praefoito. *Et inter liberos tantum personas, ut scripsit Papinianus Dig. XLVII. §. 6. adulterium stuprumque passas, lex Julia locum habet. Quod autem inquit, ad servas pertinet, & legis Aquilliae alio facile tenebit, & injuriarum quoque competit.* Hanc legem ab Augusto, non a C. Casare, qui eam adoptavit, esse latam Ulpianus tradit. Fuit etiam Scatinia, quam C. Scatinus Atrienus tribunus plebis tulit in eos, qui alienam pudicitiam sollicitassent, aut suam ipsi proficiuissent: quibus poenam irrogavit X. millia nummum. Est autem haec lex multis ante Juliam annis lata, satis levi poena, quam Julia capitale fecit. Non tamen, ut opinor, in eos, qui alienam pudicitiam tentassent, sed in eos, qui praeposteram vel adversi, vel aversi venerem exercuissent. De falsis, quod in Polybio, Cicerone, Gellio scriptum invenimus, lex fuit XII. tab. ut, qui falsum testimonium dixissent, si saxo Tarpejo deicerentur. Postea, hujus legis exemplum secutus, L. Sylla Dictator legem tulit, quae servis ultimum supplicium, liberis aquae & ignis interdictionem irrogabat, si quis in testamento, aliove scripto, aut nummo fraudem aliquo modo fecisset, qua de lege mentionem facit Cicero in Verrem. Partus etiam supposititios, asseverationem falsi nominis, vel cognominis, signa adulterina, & si quis se pro alio gereret, vel illicitis insignibus uteretur, ad legem Corneliam L. Syllae, quam proxime nominavimus, pertinuisse constat: praeterea, qui duobus diversa testimonia praebent, quique duobus eandem rem diversis (ut hoc utar verbo) contractibus in solidum venderent: item qui, ad litem falsam instimendam, pecuniam acciperent, eamve in rem corrent, consentirent, non obfiterent. De iis, quos plagiarios vocarent, legem Fabiam invenio, qua capitis poenam interdum gravioiorem, interdum levioiorem, personarum, & rerum habita ratione, irrogabat. Nam, *si quis liberum hominem sciens emisset, adversus eum, ait Ulpianus Dig. XLVIII. §. 1. capitale crimen ex lege Fabia de plagio nascebatur.* Tutelarum quam diligenter apud vereres habita ratio sit, inde constat, quod suspecti tutoris judicium, ut ex Cicerone cognoscitur, lege XII. tab. capitale fuit. Et, ad arcendam infamiam, alia sancitum est lege XII. tab. ut, si quis aditavisset, carmenve condidisset, quod infamiam flagitiumve alteri inferret, capite puniretur. Atque hoc postea L. Sylla, lege lata, majestatis crimen fecit, ut Cicero in epistola ad Appium Fam. III. II. significat his verbis: *Est majestas, ut Sylla voluit, ne in quemvis impune declamare liceret.* Furta quoque veteres Romani capitali poena vindicabant. Video enim, in XII. tab. ita scriptum esse: *Si quis nocte furtum faxit, & im aliquis occisit, jure casus esto: Et, Fur manifesto furto prehensus interdum, si se telo defenderit, & im aliquis occisit, jure casus esto: Et, Frangem, aratro quaestam, furtim noctu si paverit, seceneritve pntes, suspensus Ceteri necator: impubes verberator, noxiisque duplionem praestato.* Et clandestinae coitionis capitale crimen fuit. Nam, ut Porcii latronis declamatio demonstrat, lege XII. tab. cautum est, ne quis coitus nocturnus in Urbe ageretur: Idque si quis fecisset, capite muldaretur. Postea lex Gabinia idem sanxit.

## CAPUT XXX.

## Leges de criminibus non capitalibus.

**H**aec de legibus, quibus capitalia crimina punirentur. Fucunt aliae de minoribus culpis, parem flagitio poenam

inferentes, hoc est minime capitale. Ut illa XII. tab. *Si quis injuriam alteri faxit, XXV. ariis poena sunt.* Et illa, huic admodum similis: *Qui injuria ceciderit alienas arbores, luito in singulas ariis XXV.* Atque has leges magna ex parte lex Aquilia de injuria, ab Aquilio tribuno plebis rogata, coeque: de qua mentionem facit Ulpianus Dig. IX. 2. I. his verbis: *Lex Aquillia omnibus legibus, quae ante de damno injuriae locatae sunt, derogavit, sive lex XII. tab. sive alia quacunque fuerit.* Fuit autem ea lex plebiscium, cum eam Aquilius tribunus plebis a plebe rogaverit. Fuit etiam Atinia de furtis, ne quid furtivum usucapi posset, sed jus rei suae vindicandae penes eum cui surrepta esset, perpetuo maneret. Furti vero judicium inter famosa turpiaque judicia numerabatur: quibus damnati, omni honore ac dignitate in perpetuum excluderentur, ut neque magistratum ullum capere, neque in senatum pervenire unquam possent. Quod in Oratione pro Cluentio demonstratur. Injuriae nomine & vis, non modo publica, verum etiam privata, continetur. Nam L. Sylla, ad arcendam vim, legem tulit de injuriis: de qua sic Dig. lib. XLVII. 10. §. *Lex Cornelia de injuriis competit ei, qui injuriarum agere volet, ob eam rem, quod se pulsatum, verberatumque, domumve suam vi introitam esse dicat. Qua lege cavetur, ut non judicet ei, qui agit, gener, socer, vitricus, privignus, sobrinusve, propiorve eorum.* Quibus verbis, omnia injuriam, quae manu fiat, constat lege Cornelia contineri. Haec referri potest, quod in agraria lege latam a C. Casare Callistratus ait: ut, qui terminos staturos extra suum agrum sine dolo malo movissent, pecunia multarentur. Sunt etiam de sodaliciis leges, prima Romuli, secunda XII. tabularum, tertia Gabinia, quarta Licinia, quinta, & postrema ut opinor, Clodia, quae non ad unum, sed ad plura sodalicii genera pertinent: fuerunt enim sacerum causa, comestationum, ambitus, opificum, postremo etiam contra rempub. sodalicia, ut conjurationes, coitionesque nocturnae. Lex Romuli, de qua jam diximus, haec fuit: *Nocturnas in templo vigiliis ne habentis:* tum, ne quid per noctem in aede sacra minus fortasse caste committeretur: tum etiam, ne quid iocretur occultis fraudis contra rempub. Secundo loco sancitum videtur esse in XII. tabulis, de quis in Urbe coetus nocturnus ageretur. Nox enim facinus occultans impunitatis fere spem promittit: ideo nocturnae coitiones cavendae. Hanc legem nominat Porcius Latro in Oratione adversus Catilinam, poenam non memorat, sed, eam capitale certe non fuisse, ex eo conicimus, quod idem Latro haec subiungit: *Deinde Lex Gabinia promulgata, qui coitiones alias clandestinas in Urbe constavisset, more majorum capitali supplicio multaretur.* Patet igitur, utraque lege omnia sodalicia generatim interdicta, posteriore poenam etiam capitale irrogatam, at quam poenam? nam etiam capitis poena exilium fuit. Non dubito, quin de nece sit intelligendum. Cum in ea lege scriptum sit, *more majorum.* Nam *more majorum* antequam Porcia, Sempronique leges ferrentur, crimine rerum capitalium damnati necabantur. Sic etiam loquitur apud Sallustium Bell. Cat. cap. 54. *Caro in oratione, qua conjuratos vita privandos censuit: De confessis, inquit, sicuti de manifestis rerum capitalium, more majorum supplicium sumendum censet.* Non igitur omnes coitiones, sed nocturnae XII. tabulis, Gabinia vero lege omnes clandestinae, sive nocturnae, sive diurnae, sunt interdictae. Nam, honesta sodalicia lege XII. tabularum esse permilla, Cajus jurisconsultus lib. 4. ad legem XII. tabul. I. ultimum. de coll. indicat, his verbis: *Sodales sunt, qui ejusdem collegii sunt. His potestatem lex facit, passionem, quam velint, sibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant. Sed haec lex videtur ex lege Solonis translata esse.* Et Martianus prohibendum negat, rei divinae causa, coire, dum ne quid contra S. C. fiat, quo illicita collegia coeherentur. Si quis autem, illicitae rei causa, coisler, ea poena teneri Ulpianus ait, qua tenentur ii, qui hominibus armatis loca publica, vel templa occupasse iudicati sunt: quibus aqua & igni interdictionem esse constat. Sodalitates, quae comestationum causa fierent, nominatim nulla lege vetitas invenio. Quamquam nec sodalitas, ut opinor, ulla proprio comestandi nomine est instituta, sed multorum factorum causa: ex quo deinde sequebatur inter sode-

les epulatio. Hinc illa Catonis censorii apud Ciceroem in libro de lenectue cap. 13. *Sodalitates, me quaesore, constituta sunt, sacris Idais Matris acceptis. Epulabar igitur cum sodalibus.* Licinia lex, de sodaliciis lata, ad ambitum pertinuit: fansit enim, ne quis ceter, magistratus adipiscendæ gratia: quod à Laterenli objectum Cn. Plancio, ostendit Cicero in oratione pro ipso. Opificum autem sodalitates, quæ collegia dicebantur, sæpe tum senatusconsultis, tum legibus etiam interdictas, ex Pediano cognoscitur. Postremo, ut idem Pedianus ostendit, cum eas L. Cæcilio, Q. Marcio Coss. Senatus sustulisset, Clodius post novem annos, lege lata, restituit, quod in Pisoniana cap. 4. Cicero reprehendit, his verbis: *Collegia, non ea solum, quæ senatus sustulerat, restituta, sed innumerabilia quædam ex omni sece Urbis, ac servitutum, concitata.* Multorum igitur, quacunque de re, coitiones in libera civitate Senatus non probabat, quæ de re S. C. esse factum, cum alibi scriptum legitimus, tum lib. II. ep. 3. ad Q. Fratrem Cicero demonstrat. *Eo die, inquit, factum est S. C. ut sodalitates, decurritque discederent.* Lectoria fuit, de pœna in eos, qui adolecentes circumscriberent: quibus etiam, ut iis cavere magis jubebat curatores dari. Remmia contra eos, qui sine causa, & temere accusarent. Clodia, quam tulit P. Clodius tribunus plebis is, qui Ciceroem iniqua rogatione in exilium eiecit, de publicis injuriis: quam Anagnini nescio cujus Menulæ causa, hominis impuri, latam, reprehendit Cicero in oratione pro domo. De aëa Titia, & Cornelia, illa, ut opinor, tribunicia, hæc Consulâris: etiam Cornelii etiam plebeji fuisse, ut is, quem Cicero defendit: gessit enim tribuna-tum plebis. Tum Julia de annonâ, & illa, quæ ignominia fontes reos notarent, ne capere magistratum, ne inter iudices legi, ne alterum liceret accusare. Quibus omnibus pœnam quidem esse irrogatam, non tamen capitalem, legitur. Quo mirari minus licet, si de iis nec ita multa veterum in libris reperiantur. Nos autem nihil de nostro: antiqua narramus, ab antiquis tradita: & ex eorum scriptis oratio nostra, sive paulo inferior, sive restrictior, tota pendet.

## CAPUT XXXI.

## De legis definitione.

**H**Actenus de numero, nominibusque legum, quæ ad jus & publicum, & privatum pertinent. Nunc, ut in eo, quem instituiamus, doctrinâ ordine pergamus: legis definitionem, à quibus leges latæ sint, quo modo lata, quo in loco, quo tempore, quibus de causis, quæ postremo vis legis esset, quam licebit diligenter exponemus. Legem Atejus Capito definebat his verbis: *Lex est generale iussum populi, aut plebis, rogante magistratu.* Lex igitur fuit, non modo quæ comitiis centuriatis, in campo Martio, ferente suffragium univerto populo, id est, patriciis, & plebejis, in centurias distributis, rogante majore magistratu, fereretur, verum etiam quæ tribus comitiis, in foro, ferente suffragium plebe, sine patriciis, in tribus distributa, rogante majore magistratu, id est, tribuno plebis. Nam solus tribus comitiis legem tulit, solus autem inter minores magistratus: quia Consules, etiam tribus comitiis, legem tulisse constat. In iis verbis non videtur Capito plebiscitum à lege distinxisse. At Lælius Felix apud Gellium lib. XV. cap. 27. *Tribuni, inquit, neque advocant patricios, neque ad eos referre de re ulla possunt: ita ne leges quidem proprie, sed plebiscita appellantur, quæ tribus plebis ferentibus accepta sunt. Quibus rogationibus ante patricii non tenebantur, donec Q. Hortensius Dictator eam legem tulit, ne eo jure, quod plebs statuisset, omnes Quiritis tenerentur.* A quo, ego, tempore, plebiscita leges appellari cœpta, quandoquidem legum vim Hortensia lege jam obtinerent, facile crediderim. Nam antea, quæ tribus comitiis fererentur, plebiscita constat esse nominata. Varro quidem, quo nemo diligentius antiquitatis usum retinuit, legem tamen vocat, quam tribunus plebis M. Platorius tulerat: quod appellari plebiscitum, multis post annis Censorinus cap. 24. maluit. Sed, de plebiscitis, quæ Lælius, eadem fere Festus.

*Scita plebei appellantur, inquit, ea, quæ plebs sua suffragio sine patribus iussit, plebejo magistratu rogante.* Verum & Lælius, & Festus proprie loquuntur, ad prisca illa tempora spectantes. Nam postea paulatim obtinuit consuetudo, ut legis nomen de plebiscitis etiam usurparetur. Eodemque modo contra definitionem Capitonis, qui generale iussum, legem appellavit, quæ de uno cive populus iussit, leges dictæ: licet privilegia verius, ut essent, sic etiam appellari possent. Cujus exemplum de imperio Cn. Pompeji, de reditu Ciceronis, de cade Clodii quætionem Gellius commemorat. In quo illud animadvertendum: Cum in XII. tabulis esset scriptum, ne de singulis, nisi centuriatis comitiis, ferri posset, quod in lege de reditu Ciceronis observatum est, de imperio tamen Pompeji, tribus comitiis, rogante Manilio, tribuno plebis actum esse. Sed, sive populi scitum, sive plebiscitum esset: quorum alterum magistratu patricio, alterum plebejo rogante factum esse, ex Festo cognoscitur: sive ad plures homines, pluresve res, aut ad omnes homines, omnemve res, aut ad unum hominem, unamve rem, pertineret: prorsus omnia populi plebisve iussa, tum legis, tum etiam rogationis nomine, quia populus plebis à magistratu rogaretur, appellari solita, veterum monumetorum observatio declarat: quod Gellius quoque notavit. Nam, quod Aelius Gallus, ut apud Festum scriptum est, aiebat, *inter legem & rogationem hoc interesse, quod rogatio esset genus legis, quæ autem lex, non continuo rogatio: quod ita Festus exponit: Rogatio est, cum populus consultitur de uno, pluribusve hominibus, quod non ad omnes pertinent, & de una, pluribusve rebus, de quibus, non omnibus sancitur.* Id mihi, (pace utriusque dixerim) falsum videtur. Nomen enim ipsum rogationis ostendit, omnes sive ad unum, pluresve homines, sive ad unam, pluresve res pertineant, uno rogationis vocabulo appellari posse. Nam, ut Gellius animadvertit, nullum populi plebisve iussum fieri potest, nisi populus aut plebs rogetur. Quod dum fit, ea vere rogatio est, & dicitur: idque etiam post lata suffragia nomen mansit. Quamquam frequentius omnino, de quocumque populi plebisve iussu, in antiquorum scriptis legis nomen invenitur.

## CAPUT XXXII.

## Leges à quibus fuerint latae.

**L**Eges autem nec nisi à magistratibus, nec nisi comitiis fererantur, idque probandum exemplis non existimo, ne, quæ ipsa per se satis aperta res est, in ea demonstranda supervacaneam operam suscipiam. Sed, quia nec unus magistratus, nec una comitia erant: utrum ab uno, an ab omnibus magistratibus, & utrum unis, an omnibus comitiis fererentur, apertum videtur. Fererantur leges à magistratibus majoribus: quatuor, uno minore: à majoribus, prætor, & Consul, qui ordinarii magistratus erant: item à Dictatore, & Interrege, qui majores quidem, ordinarii tamen non erant, neque populi comitiis creabantur. Censor autem, etsi erat inter majores magistratus, jus tamen ferendæ legis, aut habendorum comitiorum non habebat. Ideo dixit Plinius lib. xxxv. cap. 17. *Lex Metilia existat, fullonibus dicta, quam censesores dedere ad populum ferendam.* Minor magistratus, qui leges ferret, tribunus plebis erat. Nam ædiles curules, quæstores, ædiles plebis, III. viri capitales, III. viri monetæ eudendæ, tribuni militum tam Rufi, quam Comitii, etsi magistratus erant, leges tamen non fererant: iique neque viatores, ut tribunus plebis, neque lictores, ut Consul & prætor, habebant: propterea tum vocandi, acprehendendi jure, quod Consul & prætor habebant: tum etiam apprehendendi, quod unum tribuni plebis erat, omnino carebant. Qui vero potestatem neque vocationis haberent, neque prehensionis, eos magistratus à privato quoque injus vocari potuisse, & M. Lævinum ædilem curulem à privato in jus educitum esse, tradidit Varro l. XXI. rerum humanarum. Verum, quæ doctrinâ causa à me traduntur, veterum testimonio singula confirmare, & exemplorum multitudine librum inferre, minime necessarium existimo: non solum, quod historiae librique, unde ipsi hæc hausimus, omnibus patent: sed

ceterum

etiam, quod exemplis referat narratio dignitatem non habet, putidæ potius cuiusdam diligentia, & ambitionis ineptæ speciem quandam præ se fert.

## CAPUT XXXIII.

## De ratione ferendarum legum, ac primo quibus comitiis lata.

**L**egislatores aut tributis comitiis, aut centuriatis, aut etiam, ut in imperio mandando, & in adoptionibus, curians legem ferebant: si tributis, aut cum S. C. aut sine: si centuriatis, è S. C. semper plus omnino dignitatis, atque auctoritatis in centuriatis, sed potestatis non minus erat in tributis. Æque enim populus universus tenebatur iis legibus, quæ tributis comitiis ferebantur, atque iis, quæ centuriatis. Idque sacrum esse lege à Q. Hortensio Dictatore lata, cum ante jure eo, quod statimisset plebs, patricii non tenerentur, Lælii testimonio jam probavimus. Hortensius, quæ rogata plebs sanxisset, ideo pertinere ad omnes Quirites voluit, vel ut jura plebis auget, cum plebeus ipse esset: vel utili reipub. consilio, quod in libera civitate dissimilem civium conditionem discordiæ semina putaret. In quo dissidentes veterum opiniones licet agnosceret. Nam, quod Hortensio Dictatori à Lælio tribui, scribit Gellius, id ad Q. Publilium Philonem Dictatorem Livius refert, qui multis annis ante Hortensium Dictator fuit. Rursus neque ab Hortensio, neque à Philone, sed multo ante à L. Valerio Potito, & M. Horatio Barbato Coss. eam esse latam, Dionysius tradit, qua in varietate verum internoscere difficile sit. Nisi si, quod res est, non tanquam novam legem esse latam, sed quasi veterem à duobus Dictatoribus, Philone, & Hortensio, renovaram intelligas. Scripsit etiam idem Lælius, cum tribunus plebis popululum adesse juberet, non comitiis, sed consilium edicere debuisse: cum non universum popululum, sed plebem tantum, quæ pars populi est, advocare tribunus possit. Verum hoc, quod à Lælio scriptum in Gellio lib. 15. cap. 27. legimus, observatum sit, necne, haud sane mihi certum est. Quin, quo me inclinabat conjectura, eam me dare si velim: comitia, quæ tribunus plebis haberet, dicta crediderim, non solum post legem Hortensiam, quæ, discrimine sublato, tribuniciis rogationibus cives omnes pari jure subiecit, sed antea quoque cum plebiscitis patricii non parerent. Quid enim? nonne tributa comitia dicebantur, quæ designandis minoribus magistratibus haberentur? ac tributa comitia non & à tribuno plebis habebantur? an igitur est, qui, cum tribuni plebis essent designandi, ejus rei causa consilium à tribuno edictum legerit? quod si quis, ut omnino Lælii distinctio confirmetur, non de eo populo, qui ad designandos magistratus, sed de eo, qui ad asciscendam legem advocaretur, accipi velit: ne hoc quidem assenserim: cum, aliter esse, ipso Cicerone magistro didicerim. Vocat enim hic noster lib. 2. de divinatione, comitia & in legum jure, & in judiciis populi, & in creandis magistratibus. Præterea in oratione pro Sextio cap. 51. *Penio, inquit, ad comitia, sive magistratum, sive legum.* Et Livius lib. XXXI. cap. 6. *Rogatio, inquit, de bello Macedonico primis comitiis ab omnibus ferme centuriis antiquata est.* Et ibidem: *Pro se quisque Consulem hortari, ut de integro comitia rogationi ferenda ediceret.* Et libro XLV. cap. 35. *Macedonicis exercitus Imperatori erat negligenter affuturus comitiis ferenda legis.* Jam vero & de reo judicando comitia dicta, quæ tribunus plebis haberet, exempla restantur, ut in 3. de legibus, 2. de divinatione, & apud Livium quatuor libris, III. XXVI. XL. XLIII. Quamquam, si quis ipsa Lælii verba paulo attentius consideret, intelliget, nec ab ipso traditum id, quod nos, quasi traditum, exemplis redarguimus. Air enim, qui non universum popululum, sed partem aliquam populi adesse juberet, eum non comitia, sed consilium edicere debere. Quibus verbis, non quid fieret, sed quid fieri deberet, significat. Notat igitur, & quodam modo reprehendit depravatam consuetudinem, sicuti eodem loco, cum infert: *Ita ne leges quidem proprie, sed plebiscita appellantur, quæ tribuni plebis ferentibus accepta sunt.* Quo in loco, appellantur, accipit, pro, appellati debent. Quod enim

tradidit, observatum non esse, quæque tribunis rogationibus plebs jussit, ea tum plebiscita, tum leges & à Livio, & ab aliis dici, sæpe licet animadvertere: sicuti & consilium plebis, & comitia de reo Postumio apud eundem Livium libro xxv.

## CAPUT XXXIV.

## De descriptione legum, deque earum relatione ad Senatum, &amp; promulgatione.

**L**egem laturus magistratus scribebat eam domi, & cum peritis consulebat: ne quid contra populi rem, aut voluntatem sanciret, ne forte pugnantia capita simul ferret: neve quid, quod vetus aliqua lex, si ferretur, inane infirmumque juberet esse: (est, quæ postea ferretur lex, superiores omnes, præter Sacras, abrogabat) ne curationem, potestatem, commodumve aliquod ipse sibi sua lege, aut collegis, cognatis, affinis mandaret: quod leges duæ, Licinia & Æbutia, fieri veterunt. Contra quas leges fecit P. Clodius: tulit enim, quod in oratione pro domo traditum est: ut sibi Ciceronis ædes liceret possidere. Etiam illud in scribenda lege cavebatur, ne pluribus de rebus, quæ non ejusdem generis viderentur, una rogatione ferretur: quod fieri cum lex Cæcilia & Didia vetabat, itaque à Clodio factum accusat Cicero pro domo sua: tum, faciendum non esse, indicat idem in suarum legum lib. III. cap. 4. his verbis: *Qui agent, non plus quam de singulis rebus semel consulunt.* Nam, consulunt, est, popululum rogant. Consulitur enim populus, cum lex rogatur: itaque in oratione pro Milone cap. 7. *Nihil, inquit, de ejus morte popululum consultum, nulla questio decretata à Senatu est.* Et pro domo sua cap. 27. *Si popululum de ista re consultus esset.* Et Festus: *Rogatio est, cum popululum consultur.* Etiam in Senatu. Consulere, est rogare sententias ad Att. lib. xii. epist. 21. *Hic melius dicit, inquit, quod vetulerim, non quod patefecerim, quod cohortatus sim, quod denique ante, quam consulere, ipse judicaverim.* Addebatur illa exceptio: ut, si quid jus non esset rogari, ne esset rogatum, quod in oratione pro domo notavimus. Item: si quid contra alias leges ejus legis ergo latum esset, ut ei, qui eam legem rogasset, impune esset. Quod fuisse tralatitium, hoc est, scribi solum in omnibus legibus, tradit Cicero libro III. epist. ad Att. Hæc igitur, quæ proposui, quasi legitima à bonis viris in ferenda lege omnia cavebantur. Sed, ubi rationem viciit libido, & prætorum consuetudine, nihil præter suam potentiam, & utilitatem in lege spectarunt. Ideo sæpe leges Clodii, aut Vatini, alienas à more majorum, acerbè reprehensas à Tullio videmus. Scripta lege, legislator bene de rebus. sentiens, ante quam eam promulgaret, referebat ad senatum, ut, quo plus ponderis majoremque vim lex haberet, de Senatu eam sententia ferret. Popularis vero, ac sediciosus magistratus, ut Vatinius tribunus plebis Cæsare Consule, non modo prætermissa Senatûs auctoritate, sed interdum etiam contra Senatûs auctoritatem, legem rogabat. Promulgabatur deinde lex, id est, in publico ponebatur. Est enim promulgare, ut ait Festus, quasi promulgare. Id autem eo fiebat, ut inspicere qui vellet, inspectam consideraret: non solum, ut intercedi posset ante, quam ferretur: verum etiam, ut aliquando ante statueret cuius liceret, utrum, cum ferretur, antiquanda suffragiis, an accipienda lex esset. Addo etiam illud, ut quisvis monere legislatorem posset, vel de corrigenda, vel omnino de non ferenda lege. Spatium autem promulgationis, ut ex Macrobio, Dionysio, Cicerone, Quintiliano, & aliis patet, quacunq; de re ferretur lex, erat trinundinum, id est, per trinas nundinas. Cum enim nundinarum causa ex agris in Urbem cives convenirent, per trinundinum leges, ut à rustica plebe ter legi cognoscere possent, patere voleverunt. Quod cum M. Antonium non servasset, invehitur in eum Cicero Philippica V. cap. 3. his verbis: *Ubi lex Cæcilia, & Didia? ubi promulgatio trinundinum? Et idem pro domo sua cap. 16. Hora sortasse sexta diei questus sum in iudicio, cum C. Antonium collegam meum defenderem, quædam de rebus, quæ mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere. Hac homines improbi ad quosdam viros sortes longe aliter, atque à me dicta erant, assulerunt. Hora nona, illo ipso die in adoptione*

rus. Si, quod in ceteris legibus trium nundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum: nihil reprehendo. Sin eadem observanda sunt, ut decrevit senatus M. Drusi legibus, quæ contra Cæciliam, & Didiam lata essent, populum non teneri: jam intelligis, omni genere juris, quod in sacris, quod in auspiciis, quod in legibus sit, te tribunum plebis non fuisse. Et, ut aliud ex alio, triundinum non solum in lege ferenda, sed & in magistratu designando video esse servatum, ob eam scilicet causam, ut consuleretur candidatis pariter, & populo: illis ad magis conciliandos sibi plebis animos: huic, ut imprudenter aliquem repente crearet, quem creatum postea nolle. Locum autem & in lege, & in magistratu fuisse triundinum, minime miror: qui videam à Cicerone, oratione II. in Rullum, appellari legem ea comitia, quibus majores magistratus crearentur. Nam, si comitia lex sunt: sequitur, ut, quod in lege, idem in comitiis observetur. Et, quod rationi consentaneum videtur, id exempla clarior ostendunt. X. viris creandis, inquit Livius lib. III. cap. 35. in triundinum comitia iudicia sunt. Et in epistola ad Tironem Cicero Fam. XVI. 12. Ad Consulatus petitionem se venturum: neque jam velle absentis rationem haberi sui: & presentem triundinum petiturum. Quod tamen non nisi tranquilla rep. servatum existimo. Nam Punico bello secundo Q. Fabius Maximus Consul tertium, Romam comitorium causa proficiscens, in eum, quem primum diem comitiale habuit, comitia edixit. Idem quod fecit anno proximo C. Claudius Cæto, Dictator comitorium Consularium causa creatus. Sed nimirum, quod dici solet, silent leges inter arma: & ad rempub. ejus causa latae leges ipsæ sunt, omnia referenda. Servabatur præterea in judicio populi triundinum, cum scilicet à populo teus judicaretur. Unde illud pro domo cap. 17. Cum tam moderata judicia populi sint à majoribus constituta: primum, ut ne pena capitis cum pecunia conjungatur: deinde, ne, nisi prodita die, quis accusetur: tertio, ut ante magistratus accuset intermissa die, quam nullam irroget, aut judicet: quarto, sit accusatio triundinum. Constat igitur, in omnibus plane comitiis, de legibus, de magistratibus, de reis, triundini rationem esse ductam. Neque vero triundinum ita interpretor, ut, ipso tertiarum nundinarum die vel latas esse leges, vel designatum magistratum, vel eum à populo judicatum existimem: cum & Macrobius lib. I. comitia nundinis haberi non licuisse, veterum testimonio probet: & Festus, nundinas non solum inter ferias, sed etiam inter nefastos dies apud antiquos fuisse dicat: inter ferias, ne cum populo agi liceret: inter nefastos dies, ne lege. Nundinas, inquit, feriarum diem esse voluerunt antiqui, quo rustici mercandi vendendique causa in Urbem convenirent, cumque nefastum, ne, si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores. Aliud autem erat, cum populo agere: aliud, lege agere. Cum populo, populum est ad concilium, aut comitia vocare, ut ait Festus: vel ut Gellius l. 13. c. 15. Rogare populum, quod suffragiis suis aut jubet, aut vetet: quod tamen idem est: lege autem agere, jus experiri, in judicio contendere. Libro etiam IV. epist. ad Atticum epist. 3. per duos nundinarum dies nisi de comitiis tentatum, his verbis Cicero declarat: Ante X. Kal. undinæ. Concio biduo nulla. Triundinum igitur in eam sententiam dictum accipio, ut irer eum diem, quo promulgata lex erat, & eum, quo deinde ferretur, triæ nundinæ intercederent: quo & sapius, & à pluribus, Urbem mercandi vendendique causa visitantibus, promulgata lex cognosci posset.

## CAPUT XXXV.

De recitatione legis ad populum, suavitate aut dissuavitate, & de loco unde suaderetur.

Post tertias nundinas, magistratus in eum locum, ubi legem latatus erat, sive in forum, sive in campum Martium, populum convocabat. Ibi cum legem præco, subjicente scriba, recitasset: tum primum quidem is, qui legem promulgat, populo suadebat, ut rogationem acciperet, sed post eum alii, non privati modo, quibus ab aliquo magistratu concio daretur, (nam alloqui concionandi potestas privatis non erat) ve-

rum etiam quandoque magistratus, pro suo quisque sensu, vel suadebant, vel dissuadebant. Suavorem rogationis cum, qui rogabat, fuisse, ita verisimile est, ut exemplis, quæ multa suppetunt, mihi esse utendum in re minime dubia, non existimem. Quod autem minus verisimile est, ut aliquis ejus rogationis, quam ferret, ipse dissuasor fuerit: id nisi testimonium probem, credibile non erat. Atque hoc tum sebat, cum magistratus non è sua, sed è Senatus sententia rogationem ferebat. Neque enim prohibebatur dissuadere ad populum, quod non probaverat in Senatu. Pisonis Consul exemplum habemus in epistola ad Atticum l. 14. Piso, inquit, Consul, lator rogationis, idem erat dissuasor. Quod Attico, ut novum & iniquum, scripsit Cicero, cum suadere suas rogationes reliqui solebant. Unde illud Attici ad Ciceronem l. II. c. 10. de legibus: Suade igitur, si placet ipsam ipsam legem, ut ego, uti rogas, possim edicere. Loquitur enim Atticus cum Cicerone, ut cum magistratu legem rogante. Et quemadmodum in eo libro personam Cicero sustinet magistratus legem rogantis: quod proxima superiori verba declarant: Si quæ forte leges à me hodie rogabuntur, quæ non sint in nostra republica, nec fuerint, tamen erant fere in more majorum, qui tum, ut lex, valebat: sic Atticus civem agit de ipsa suffragium ferentem. Quod indicat illud: Ut ego, uti rogas, possim edicere. Refert enim morem illum tabellatum, quibus scilicetabatur lex: quæ his duabus erant literis signata, U. R. id est, uti rogas: cum ea, quibus lex rejiciebatur, una litera A, essent inscriptæ: quæ valebat, Antiquo, hoc est, nihil novari volo, antiqua probo, &, ut explanat Festus, in morem pristinum reduco. Vereor autem, (ut à re proposita paululum digrediar) ne eodem lateat in verbo, edicere. Cui quantum ex antiqua Latine loquendi consuetudine conjicere, ac meminisse possum, in hac sententia locus non est. Sed ad rem. Privatus legem Cinciam de donis & muneribus Q. Fabius Maximus suavitè: Ogulniam de sacerdotiis P. Decius Mus: Voconiam de hæreditatibus M. Cato ille Censorius: Corneliam de redivo Ciceronis Cn. Pompejus. Nec vero, qui privati item legem dissuasorine, invenire non facile est. Exemplum habemus in oratione pro lege Manilia, Q. Hortensii, in libro de amicitia, C. Lælii, & minoris Africani Manilianam legem, de bello Mithridatico Cn. Pompejo extra ordinem mandando, dissuasit Hortensius: Papiam, de tribunis plebis reficiendis, Lælius, & Africanus. Atque hanc ipsam consuetudinem, ut privati legem suaderent, aut dissuaderent, indicat Livius l. XLV. c. 21. his verbis: Ita traditum erat, ne quis prius intercederet legi, quam privati suadendi dissuadendique potestas facta esset: quo melius aut commoda legis aperirentur, aut vitia. Quo per sepe evenit, ut aut ii, qui ad intercedendum venerant, desisterent: aut intercederent, qui non professi essent se intercessuros. Et eodem libro c. 36. Cum in Capitolio rogationem eam Ti. Sempronius ferret, & privatis lege dicendi locus esset, nec ad suadendum, ut in re minime dubia, quisquam procederet: Ser. Galba repente processit. Item Cicero in oratione pro C. Cornelio, cujus existant reliquæ quædam, cum Asconii commentariis editæ Fragm. 15. Est, inquit, jus vetandi, dum privati dicunt, dum stella defertur, dum equantur sortes, dum sortitio fit. Quibus in locis cum & Livius & Cicero de solis privatis mentionem fecerint, non tamen eam potestatem solis privatis fuisse, debemus existimare. Partem enim pro toto possunt, quia privati & sapius, & plures, quam magistratus, aut pro lege, aut contra legem dicere solent. Magistratum porro vel suadentium, vel dissuadentium legem exempli habemus hæc. M. Porcius Cato ille major, Consul rogationem de abroganda lege Oppia, C. Lælius, ille sapiens prætor Liciniam de cooptatione sacerdotum ad populum transferenda dissuasit. Legem Manilianam prætor Cicero luculenta, quæ existat, oratione suavitè: agrariam Rullii is, quæ existat, orationibus Consul idem dissuasit. Verum hæc, quæ paulo longius, ut illustriora fierent, produximus, paucis admodum verbis libro de legibus. III. c. 4. Cicero comprehendit. Rem populum, inquit, docenti, doceri à magistratibus privatisque patiuntur. In quo significatur, ut & ipsi magistratus, qui legem ferent, doceant, hoc est de ipsa lege dicant, & dicere alios quoque tum magistratus, tum privatos patiuntur. Infra vero c. 19. cum dixit: De promulgatione,

tione, de singulis rebus, de privatis, magistratibus audiendis: privatos posuit ante magistratus, cum supra primum magistratus, deinde privatos nominasset. Quod si ad veritatem ordo referatur, prius nominari privatos, deinde magistratus oportuit. Prior enim privatis locus in suadenda dissuadenda lege ideo datus est, ne, si eos, qui magistratum gerebant, ante audissent, ab iis dissentire non auderent. Idque Dio historiz suz libro XXXIX. scriptum reliquit. Quos autem suadere aut dissuadere leges solitos fuisse diximus, eos in ea pro Flacco legis auctores Cicero appellat: cum auctores intelligat vel accipiendae legis, vel antiquanda. Hæc de suadentibus dissuadentibusque legem. Nunc de loco, unde suaderent, aut dissuaderent, addendum quiddam est. Nemo ad populum, nisi de loco superiore, concionabatur, sive is privatus esset, sive magistratum administraret. Id autem ob eam causam, quo longius à stantibus in concione tam exaudiri vox, tum intelligi verba possent. Concionabantur igitur, si in foro, de Rostris, qua ad comitium fuisse, prope iuncta curia, Peditanus ait pro Mil. pag. 195. si in campo Martio, vel alibi, de suggestu, aut editiore aliquo loco. Concionari autem magistratibus pro ea, quam habebant, potestate omnibus licebat: Privatis, quod jam diximus, nisi concionem, id est, concionandi potestatem, à magistratu aliquo acciperent, non licebat. Et, quia sæpius in foro, ubi Rostra fuisse diximus, quam in campo, leges ferebantur: ideo sæpius de Rostris, quam in campo, conciones habebantur. Multo enim plures tribuitis comitiis, quæ legum quidem causa, in foro, interdum & in Capitolio habebantur, quam centuriatis, quæ in campo, latus esse constat, eorum tribuni plebis qui comitia tributa, non centuriata, habebant, facillime ad leges rogandas adducerentur; quippe qui leges non ferrent ex Senatus auctoritate: quod necesse erat de legibus centuriatis. Dixi, privatos non nisi potestate à magistratu accepta concionari potuisse, magistratus autem cunctos suo jure potuisse. Quod cum ita esse nunc etiam confirmem, tamen illud addo, summum in eo jus, summamque potestatem tribunorum plebis fuisse: qui, si vellet, non privatos modo, verum & magistratus ipsos, atque etiam Consulem, qui summus erat magistratus, prohibere concione poterant. Itaque Ciceroem Consulem extremo magistratus die Q. Metellus Nepos tribunus plebis concionis habendam potestatem privavit: & Q. Metellum Celerem Consulem à L. Flavio tribuno plebis in carcerem deductum, annoque proximo confecturo M. Bibulum, item Consulem, à P. Vatinio tribuno plebis historiz narrat. Non enim de Rostris modo concionantem, atque etiam de curia triumphantem detinere tribuno plebis licebat, verum & quoquo vellet, deducere, vel ad supplicium, si liberet: propterea quod, cui vellet, manus injicere, venisset Sacraiarum legum jure, poterat: ipsi, cum sacrosanctus esset, nemo poterat. Verum tribuni plebis potestatem suo loco, id est, libro de magistratibus, referemus: interim, quod in manibus est, ipsam agamus.

## CAPUT XXXVI.

De sortitione tribunum aut centuriarum, de tribunorum intercessione & aliis impedimentis, deque discessione civium in suam tribum aut centuriam.

Cum suaserant dissuaserantque legem, primo loco magistratus, qui legem ferebat, secundo privati, tertio reliqui magistratus: tum, presentibus sacerdotibus, ut Dionysius scribit, & divina exponentibus, sitella, vel una (sitellam Cicero pro C. Corn. Fragm. 15. unam Lucanus v. 394. vocat) deferretur: in quam sive tribuum, si tribuitis comitiis lex ferretur, sive centuriarum, si centuriatis, nomina conjiciebantur; deinde, sortibus æquatis, hoc est, ita agitata sitella, ne qua fors subsultaret, atque existeret, sed pariter omnes æquata jacerent, sortitio fiebat, quæque prima vel tribus, vel centuria, quæ secunda, quæ tertia de sitella exiisset, eundem, quem fors dederat, in suffragio ferendo locum atque ordinem obtinebat: hæc dum agerentur, si quis tribunus plebis legi vellet intercedere, locus erat. Nunquam autem ante suasionem dissuasionemque legis

intercessionem fuisse, declarant illa proxime recitata, quæ Livius libro XLV. Cicero in oratione pro C. Cornelio tradiderunt. Et, quoniam de intercessione, quæ legem impediebat, mentionem facimus: (neque enim legi tantum, verum & Senatusconsultis, & pratorum decretis, aut iudicis intercessum esse, animadvertimus) omnibus de causis, quæ, quo minus promulgata lex perferri posset, impedimento fuerunt, dicendum nobis est. Hæc quatuor traduntur: prima, intercessio: cum tribuni plebis quorum proprie intercedendi jus erat, edita voce illa, *Veto*, de qua mentionem facit Livius, intercedebant: cujus generis exempla non desunt: altera, cum is, qui promulgat, vel amicum precibus adductus, vel Senatus auctoritate commotus, vel ipse sua sponte consilium mutabat: quod C. Manilius, & L. Cræcilius, uterque tribunus plebis diversis temporibus fecerunt; ille in lege de libertinorum suffragiis, hic in ea, quam de minuenda ambitus poena promulgavit. Tertia ratio fuit, cum, neque intercedente tribuno, neque eo, qui promulgaverat, consilium mutante, comitiales dies, id est, eos quibus agi cum populo licebat, Consul eximebat, vel supplicationibus decernendis, vel feriis indicendis, non solum iis, quæ Latinæ dicebantur, quas indicere soli Consules poterant, sed etiam iis, quæ imperativæ, quas non modo Consulibus, verum etiam pratoribus ipsorum arbitratu licebat imperare, quo genere usum esse Cn. Cornelium Lentulum Marcellinum Consulem, ut C. Catonem tribuni plebis legibus obstiteteret, videmus Ep. 9. lib. II. ad Q. fratrem. Quartam causam, quæ & ipsa comitiis, quacunque de re haberentur, impedimento esset, auspiciis invenimus. Quorum duo genera reperio, unum, quo magistratus tantum utebantur, quæ *specio* dicebatur, vel, de celo ferre: quo de genere testes locupletes habemus Tullium in Philippica II. c. 32. alterum genus ad augures pertinebat, cum ex avium signis, id est, volatu, cantu, & tripudio sollicitissimo, auspiciis fiebat. Nam, si quid adversi viderant, aut audierant, id nuntians, comitia impediebant. Quod Cicero libro II. de Legibus, ut alia omittantur exempla, significat. Illo autem priore genere, vel si adversi nihil esset, ipsa tamen per se specio rem impediebat. Quod à Dione libro XXXVIII. traditum animadverti. Obnuntiatio autem, quæ augurum erat, duarum rerum observatione fiebat, vel cum de celo fulsisset, aut tonasset: (erat enim in augurum disciplina, ut, Jove fulgente, tonante, comitia dimitterentur) quo genere impedimenti Pompejus Magnus in secundo Consulatu, cum prætorem creati, virtum omnium integerrimum, M. Catonem videret, ipse autem, hominem flagitiosissimum, P. Vatinium, Cæsaris gratia, vellet, comitia dissolvere: vel cum aves adversa portenderent, Avium autem tria genera, alites, quæ volant, oscines, quæ cantu, pulli, qui tripudio signa dabant rerum futurarum. Nec omnium erat eadem significatio, cum quadam à dextra, quadam à sinistra volantes, aut canentes, prosperos eventus ostenderent. Hinc illud libro I. de divin. c. 7. *Jupiter ne cornicem à lava, corvum à dextra canere jusset*. Et Plautus in Añ II. 1. 12.

*Picus, & cornix est ab lava, corvus porro ab dextera.*

Et in epistola ad Cæciliam Fam. VI. 6. *Non igitur ex alitis involatu, nec ex cantu sinistro oscinis, nec ex tripudiis sollicitissimis tibi auguror*. Aves autem utriusque generis, id est, alites & oscines, persequitur Festus 13. 241. Et, quamquam sinistra Romanis facta, ut Græcis dextra, iisdem tamen, ut libro II. de divin. c. 18. cognovimus, *sinistrum fulmen triste omen fuit ad comitia, cum ad cæteras res esset optimum*: Et, si bubo volaret à sinistra. Præclare Lucanus hoc de genere libro V. 395. cum neglectam veterem comitiarum rationem significaret, illa pronuntiat:

*Fingit sollemnia campus.*

*Nec calum ferreare licet. Tonat, augere furdo,*

*Et lata jurantur aves, in bone sinistro.*

Redeo ad institutionem. Sortitione tribunum aut centuriam facta, dicebat is, qui legem ferebat: *Si vobis videtur, discedite Quirites*. De quo Peditani verba subscribam. Cum, inquit, id solum superest, ut populus sententiam ferat, subet unumquemque is, qui fert legem, discedere, quod verbum non hoc significat, quod in communi consuetudine est, de eo loco, ubi lex fertur, sed in sua



quisque tribum discedat, in qua est suffragium latens. Populus enim confusus, ut semper alias, ita & in concione. Livius autem libro II. cap. 56. ubi de lege Latoria loquitur: Consul, inquit, Appius negare jus esse tribuno in quaerenda, nisi in plebeum: non enim populi, sed plebis eum magistratum esse, nec illum ipsum summovere pro imperio posse more majorum, quia ita dicitur: Si vobis videtur, discedite Quirites. Ubi, Discedite, dum appareret ad suffragia ferenda. Libro vero III. c. 11. ubi de Terentia lege agit, idem significat, cum ait: Quam admodum se tribuni gessissent in prohibendo delectu. Sic patres in lege, quae per omnes comitiarum dies ferebatur, impediendi gererant. Inuitum erat rixae, cum discedere populum iussissent tribuni, quod patres se summoveri haud sinebant.

## CAPUT XXXVII.

De diribitione, de modo & ordine suffragiorum ferendorum, itemque de suffragiorum diremptione.

Cum igitur, de concione iussi discedere, in suam quisque tribum, aut centuriam abiisset, privatos homines invenio, qui de lege laborarent, ipsos, ne quid fallacia committeretur, aut tabellas distribuissent, aut distribuentibus praefuisse. Idque diribere proprio vocabulo dicebatur. Quod muneri quia fere obiri curaque ab iis foret, qui neque aetate graves, neque gestis honoribus insignes admodum essent, id sibi & à senibus, & à dignitate praestantibus praecipue contigit, gloriose commemorat Cicero in Pisonem c. 15. Hoc, inquit, certe video, quod indicant tabulae publicae, vos rogatores, vos diribitores, vos custodes fuisse tabellarum: & quod in honoribus vestrorum propinquorum non facilius, vel aetatis excusatione, vel honoris: in salute mea, nullo rogante, vos vestra sponte fecistis. Eodemque verbo eadem de re usus est in ea post reditum in senatu c. 11. cum ait: Quando tantam frequentiam in campo, tantum splendorem Italia totius, ordinumque omnium, quando illa dignitate tot rogatores, diribitores, custodesque vidistis? Nec dubito, quin legendum sit, diribebantur, non diripiuntur, ut in ea in Pisonem, oratione c. 40. An expectas dum de te LXXV. tabellae diripiuntur? pro, diribebantur, ut de te iudicium fiat. Sic & Plinius manifeste accepit libro XXXVI. c. 15. Hic est, inquit, ille domitor orbis populus, qui gentes, & regna diribet. Cistis autem suffragiorum custodiendis certos homines in comitiis praefuisse, qui nongenti sunt appellati, idem Plinius libro XXXIII. c. 2. scriptum reliquit. Obijcit hic quaestio perdifficilis, quo modo suffragia ferrentur: quod, in tanta rerum antiquarum obscuritate suffragandi usum non solum intermissum, verum etiam penitus amissum, post tot saecula manifestum non esse, quis miretur: itaque nec, opinor, totam rem explicare quinquam possit: nec tamen ignorabit omnia, qui veterum libros diligenter examinarit. Primum igitur illud, multorum testimonio, constat, cistas cum suffragiorum tabellis pontibus quibusdam, quo tutius custodirentur, impositas esse: ex quibus tabella populo ministrarentur. Quem morem Cicero ad Atticum libro I. epist. 14. declarat his verbis. Opera Clodiana pontes occuparant. Tabellae ministrabantur, ita ut nulla daretur, Uti rogas. Et libro III de legibus c. 17. Pontes lex Maria fecit angustos. Quam legem Plutarchus etiam in Mario significat. Libro autem I. Rhetoricorum ad Herennianum c. 12. Capio, ut Saturninum contra S. C. legem de semissibus, & tricentibus adversus rempublicam vidisti ferre: cum viris bonis impetum facit, pontes disturbat, cistas dejicit, impedimento est, quo scelus feratur lex. Deinde, cum à Festo scriptum videam, suffragia per pontem comitiis ferri solita, adducor in eam sententiam, ut existimem, tabellas in eorum pontium capite ministratas esse, & in extremis pontibus alias cistas fuisse, in quibus tabellas quisque debet deponere: quod erat suffragium ferre. Quod etsi ex duobus locis Ciceronis, & ex libro Rhetoricorum ad Herennianum satis licet intelligere: tamen, quo res pateat illustrius, Festi verba recitabimus. Ego tempore, inquit, primum per pontem caperunt comitiis suffragium ferre, juniores conclamaverunt, ut de ponte deicerentur sexagenarii, qui jam nullo publico munere fungerentur, ut ipsi potius sibi,

quam illi, deligerent imperatorem. Vanam autem opinionem de ponte Tiberino confirmavit Afranius. Et idem alio loco: Depontani senes appellabantur, qui sexagenarii de ponte deiciebantur. Quo spectasse Macrobius videtur, cum ait Sat. libro I. c. 5. His ne tam doctis viris, quorum M. Cicero, & Varro imitatores se gloriantur, adimere vis in verborum comitiis jus suffragandi, & tanquam sexagenarios de ponte deicit? Transibant igitur per eos pontes ad latationem suffragii, tabellis acceptis in prima pontis parte, quas in extrema redderent. Erant autem, quot tribus, aut quot centuriae, tot pontes: ut per suum singulae pontem suffragium ferret. Alioqui negotium longi temporis, nec sine perturbatione aliqua fuisset, si ponte unico tribus omnes, aut centuriae transire cogereomur. Et cum ait Cicero: Opera Clodiana pontes occuparant: Et, Pontes lex Maria fecit angustos: & ille, qui scripsit ad Herennium, Pontes disturbat, cistas dejicit: pontium multitudinem perspicue declarat. Nec de duabus tabellis cuique datis quisquam dubitat, una, cum hac litera. A, quae legis antiquationem significat: altera, sic inscripta, U. R. id est, uti rogas: quae legem accipiebat, uti magistratus rogaverat. Pontes autem dicti, quod extructae ad tempus mensurae fati angustae, praesertim post legem Mariam, pontium similitudinem haberent: quae, si tribuum populus in forum vocaretur, XXXV. pro numero tribuum, fuere: si centuriatum in campum, totidem, quot centuriae, id est, CXCIII. Nunc de ordine in ferendis suffragiis agamus. Primo loco ea tribus, eaque centuria, quae omnium tribuum, aut centuriarum nominibus in sorte coniectis, prima de stella, de qua jam diximus, sorte exierat, suffragium ferebat: eaque praetogativa dicebatur, quia prima rogaretur à magistratu, qui comitia habebat. At in prima tribu, aut centuria quis primus videlicet is, quem magistratus legem ferens deligebat: deligebat autem, quem & digoitae praetare, & rogationi suae praeter ceteros favere iudicabat. Utrumque cognoscitur in oratione pro Plancio c. 14. in qua ita scriptum est. Nam quod primus scivit legem de publicanis, tum vir amplissimus Consul id illi ordini per populum dedit, quod per senatum, si licuisset, dedisset: si in eo crimen est, quia suffragium tulit, quis non tulit publicanus? si, quia primus scivit: utrum id sortis esse vis, an ejus, qui illam legem ferebat? si sortis? nullum crimen est in casu. Si Consul: splendor etiam Plancii, hunc à summo viro principem ordinis iudicatum. Quo constat, ideo primum Plancium ad suffragium ferendum à Caesare Consule lectum esse, quia primus ordinis equestris iudicaretur. Quod ipsum confirmant illa pro domo sua c. 30. Consulari homini P. Clodius, eversa rep. civitatem adimere, consilio advocato, condendis operis non solum legentium, sed etiam seravorum, Sedulio principe? dixit enim, Sedulio principe, pro, primo omnium suffragium ferente. Quod apertius proxime ostendit, cum ait. Sin autem is primus scivit. Erat enim quodammodo legis ornamentum, cum is eam sciebat primus, cujus in civitate non levis esset auctoritas. Quod etsi satis clare indicant ea, quae ex oratione pro Plancio recitavimus: tamen in hac ipsa pro domo sua idem sit illustrius. Subjungit enim c. 31. Tui hujus, ut illa tui praetari tribunatus hominis dignitate honestes, auctoritatem amplecteris. Quasi Clodius Sedulii, tanquam clari hominis, nomen publicis in tabulis ad legem honestandam scripsisset, aut fortasse etiam in aë simul cum ipsa lege incidisset. Nam, ut dicam quod sentio, suspicor de mendo, ubi Sedulii mentio fit in ea pro domo sua c. 30. quod enim legitur: Quid te audacius, qui in ejus nomen incidis? id non placet. Non enim cum audacia casus congruit. Nam, incidere, verbum est in casu positum: audacia vero voluntatis est. Non enim, qui incidit, audax est, sed impudens, & inscius: qui vero audax, is non incidit, sed incurrit, & irruit. Quare aliter suspicor à Cicerone scriptum esse, & forte sic: Quid te audacius, qui in aë ejus nomen incidis? leges enim in aë incidi solitas paulo post docebitis. Cum igitur ab eo, quem magistratus ipse primum delegisset, deinceps ab aliis ejusdem tribus, aut centuriae per lata suffragia erant: tum, suffragiis in utramque sententiam dinumeratis, & eorum numero punctis notato, ejus tribus, aut centuriae voluntas cognoscebatur, eaque à praecone renuntiabatur: & eadem in reliquis tribubus aut centuriis ratione servata, & majore

re tribuum centuriatumve numero vel antiquabatur, vel seiscibat lex. Hoc autem, *divimere suffragia*, & *diremptio suffragiorum*, dicebatur. Itaque vetula habent exemplaria Varionis de re rust. libro III. cap. 2. *Dum dirimuntur suffragia, vis potius Velle publica utamur umbra, quam privati candidati tabella?* quod aperte declarat Lucanus, quem locum depravati, ut, aliis in locis, *diribet pro dirimit*, reponere, facile non fuit, in illo versu, libro V. 393.

*Et non admisse dirimit suffragia plebis.*

Et ad Q. fratrem, libro III. epist. 4 lego, *diremptis tabellis*, non, ut vulgo legiitur, & ut habent libri quoque veteres, *diruptis*. Item in oratione pro Plancio cap. 6. *diremptio*, non *diruptio*.

### CAPUT XXXVIII.

*De lege antiquata vel accepta, deque ejusdem confirmatione per jusjurandum, incisione in as vel columnam, & de loco ubi custodienda reponebatur.*

**D**iremptis igitur suffragiis, vel de antiquata lege, vel de accepta cognoscatur. Ac de antiquata, id est suffragiis improbata, (Festus enim, *Antiquare*, explauit, *in morem primum reducere*) nihil est dicendum. Scitam autem, atque acceptam, omnium civium jurando confirmari solitam legimus. itaque Q. Metellus, ille Numidicus, ne in legem Saturnini per vim latam juraret, in exilium abire maluit, sibi que potius de patria, quam de sententia, decedendum putavit. Quem anno post XLIII. imitatus non est M. Cato, is, quem Uticensis historici nominant: qui cum leges P. Clodii nullo neque jure, neque more rogatas putaret, in eam tamen juravit, consilio usque oprimo, ut Cicero ait in ea pto Sextio: nam ab eo, quod omnino ne fiat, fieri non potest, cum periculo dissentire, temeritatis videtur esse. Post jusjurandum in as lex incidebatur: quod indicat Livius libro III. cap. 57. his verbis: *Prius quam Urbem Consules egredierentur, leges X. virales: quibus tabulis anodæm est nomen, in as incisas in publico proposuerunt.* Atque hoc libro X. Dionysius confirmat, & Cicero in oratione in Catilinam III. 8. *Memoria tenetis*, inquit, *Cotta, & Torquato Coss. complures in Capitolio turres de celo esse percussas: cum & simulachra deorum immortalium depulsa sunt: & statue veterani hominum dejectæ, & legum æra liquefacta.* Quod ipsum versibus deinde persecutus est in secundo de consulari suo, ut libro I. & II. de Divinatione patet. Eandem consuetudinem probant illa, quæ in I. Philippica cap. 10. scripta sunt: *Fovni sepietur: omnes clauduntur aditus: armati in præditiis multis in locis collocabuntur. Quid tum? quod erit ita gestum, id lex erit, & in as incidi iubebitis?* quod etiam non multo ante dixerat: *Que ille in as incidit, in quo populi jussu perpetuasque leges esse voluit, pronibilo habebuntur?* exemplis non egemus: sed unum Suetonii, quod in C. Casaris vita cap. 28. n. 1. legimus, quod apertam rem multo etiam illustrius ostendit, apponemus. *Marcus*, inquit, *Claudius Marcellus Consul, edito præfatus de summa se republica acturum, restitit ad Senatum, ut ei succederetur ante tempus: quoniam, bello confecto, pax esset, ac dimitti deberet victor exercitus: & ne absentis ratio comitiis haberetur, quando nec plebiscito Pompejus possessus abrogasset. Acciderat autem, ut is, legem de jure magistratum ferens, eo capite, quo à petitione honorum absentes summovebat, ne Casarem quidem exciperet per obliuionem: ac mox, lege jam in as incisæ, & in ararium condita, corrigeret errorem.* Hic illud occurrit. Situm denique in as leges incidebantur, cum perlatæ essent: quod proxima Suetonii verba ostendunt: cur in oratione pro Milone cap. 32. cum de legibus nondum latis, sed quas Clodius ferre cogitaret, mentionem facit, *Incidebantur*, inquit, *jam domi leges, que nos nostris servis addicerent?* cur non, *scribebantur*, potius, quam, *incidebantur?* an incideret Clodius leges nondum latis? dicamus, quod omisit Pedianus interpres, qui in arte Ciceronis indicanda parcus nimis est, sicuti in exponenda histo-

ria satis liberalis. Notat Cicero confidentiam Clodii, hominis audacissimi, qui domi suæ leges non modo scriberet, sed etiam, quasi latis, incidere: quas, quo jure quave injuria, cum suis operis & servis omnino perferte constituerat. Est et Ora oris artificium, ad odium concitandum ea de inimico dicere, quæ etiam si fortasse facta non sunt, fieri tamen potuisse, ejus, in quem dicitur, ante acta vita decolat. Nihil erat, quod in Clodium, quamvis atrociter exagratum, non verisimile videretur. Ideo, *incidebantur* potius, quam *scribebantur*, dixit, vel vere, vel quod magis puto, *ἠεὶ ἐβλάκωε*, & tamen verisimiliter, ut de P. Clodio, quem omnium audacissimum fuisse constabat. Ne illud quidem præterminam, non in tabulis modo aneis, sed etiam in columnis incisæ esse leges. De tabulis dubium non est: quas etiam aliquor, in hunc usque diem servatas, ipsi vidimus. De columnis autem Cicero pro Balbo cap. 23. sic: *Cum Latinis omnibus sædas idem Sp. Cassio, Postumo Cominio Coss. quis ignorat? quod quidem usper in columna anea meminitus post Rostra incisum & perscriptum fuisse.* Qua ipsa de re Livius libro II. cap. 33. sic: *Tantum sua laude obstitit fame Consulit Marcus, ut, nisi sædas cum Latinis columna anea in scriptum monumento esset, ab Sp. Cassio uno, quia collega adfuerat, idem, Postumum bellum gessisse cum Volsis, memoria cessisset, & Varro, ut apud Macrobium legimus, antiquissimam legem in columna anea scripsit incisam fuisse, cui mentio intercalatis ascribitur.* Nec deest Dionis in historia testimonium, qui libro XLI. columnas, quibus incisæ leges legentur, de celo tactas memoriam prodidit. Scripta jam lege, promulgata, perlata, in as incisæ, (his enim quasi gradibus ad id, quod in lege ultimum, ac summum est, pervenimus) unum restat, ut, ubi custodienda reponeretur, ostendamus. Scire igitur oportet, non eandem legum omnium fuisse rationem, sed aliquor, maximeque tabulis aneis incisæ, in publico proponi solitas, ut oculis civium paterent, quod exempla demonstrant: quæ vero aneis in tabulas essent incisæ, eas ad ararium delatas, quo scilicet & Senatus consula. Ibi cum publicis pecuniis omniumque publicarum rationum libris condita asserbatur. Erat autem ararium, tum aliorum, tum maxime Festi, Macrobbi, & Plutarchi in problematicis testimonio, in Saturni Opisque templo: templum autem in vico Jugatio, ad Capitolii radices: unde septies millies HS. à Casare Dictatore depositum, post illius interitum M. Antonius Consul abstulit. Erat tantum Opus in Philippica I. & II. ubi hæc de re Cicero loquitur, mentio fit: puto, quod duabus cellis simulachra Opis & Saturni separatim dedicata colebantur, & ad Opicellam propius, quam ad Saturni, eam pecuniam Casar locasset. Primis tamen reipublicæ temporibus legem scilicet in templo Dianæ, quod in Aventino monte fuit, repositum esse, legimus in historia Dionysii. Quæ ad rationem ferendæ legis attinerent, quæ fere ponderis alicujus esse viderentur: omnia, ut arbitramur, persecuti sumus. Nam, in quo differret legum ferendam comitia à cæteris comitiis, ut de magistratu creando, de reo judicando, quia convenire magis in librum de comitiis hæc tractatio videtur, qui post hunc de legibus exhibit, hic omitimus.

### CAPUT XXXIX.

*De loco ferendarum legum.*

**L**ocum ferendæ legis interdum præta Flaminia, qui postea circus Flaminius dictus est, interdum etiam lacum Petelinum, quandoque Capitolium, sed plerumque forum, aut campum Martium fuisse legimus. De præta Flaminia, Iuoco Petilino, Capitolio, Livius testis est: de foro, declarat illa pro C. Rabirio Postumo cap. 7. *Sillex ferretur, convolaretis ad Rostra.* Erant enim Rosita in foro. Dixit autem, *convolaretis ad Rostra*, cum hoc intelligeret, ut inde legem disuaderetis. Et aperte in oratione I. in Antonium, & in V. & pro domo, & ubi non? de campo, inde constat, quod, cum leges centuriatis comitiis sæpe latæ sint, centuriata porro comitia in campo esse habita, omnes historiae narrent: manifeste sequitur, ut leges centuriatis comitiis latæ, in campo latæ sint. Hic oritur

alia

alia consideratio, loco ne sacro, an profano ferretur. Sacro potius, quam profano, crederem: primum, quod in Rostris, qui locus erat auguratus, templumque dicebatur, saepe à magistratu ferretur: itaque pro Sextio cap. 35. *Princeps*, inquit, *rogationis Q. Fabricii templum aliquanto ante incensum occupavit*. Occuparat enim, ut legem ferret. Quod illa verba pro Milone cap. 14. declarant: *Pompeii ne Fabricio, viro optimo, cum de reditu meo legem ferret, pulso, crudelissima in foro eade salutat*. Occuparat autem Rostra, non templum alicui deo sacrum: quod ipse Cicero declarat infra, in eadem pro Sextio, subjungens, *tribunos plebis ferro è Rostris à Clodio pulso*, Fabricium intelligens. Sed clarissime in Vatinius cap. 10. his verbis: *Cum L. Vettium indicem in Rostris, in illo, inquam, augurato templo ac loco collocatis*. Et Livius lib. VIII. cap. 15. *Naves*, inquit, *Antiatium partim in navalia Romæ subducta, partim incensa: Rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit: Rostraque id templum appellatum*. Altera est ratio, quod leges à P. Clodiotribuno plebis in templo Castoris latas invenio. quod indicat illud in Pisonem cap. 9. *Eodem in templo, eodem & loci vestigio, & temporis, arbitria non mei solum, sed patriæ funeris abstulisti*. Sic enim interpretor illud, *eodem in templo*. Quo in templo legem de mea pernicie tulerat Clodius, eodem in templo de Macedonia tibi tradenda statim legem tulit: quam tu provinciam ad arbitrium tuum pro meo funere, quod idem funus patriæ fuit, ipse pactus eras. Itaque provinciam lege traditam, quasi præmium à Clodio debitum abstulisti. Et apertius in oratione pro domo sua cap. 21. *Cum arma*, inquit, *in eadem Castoris comportabas, nihil aliud, nisi, uti ne quid per vim agi posset, machinabare*. In libro autem de Inventione II. c. 17. *Flaminium*, inquit, *enim qui Consul rempublicam male gessit bello Punico secundo, legem agrariam per seditionem ad populum ferentem, pater suus de templo deduxit. Arcessitur majestatis*: Et apud Livium, ante quam Rostra in foro exstructa essent, de tribunis plebis legum rogandarum causa in templum coëuntibus, non semel mentionem fieri videmus. Ferebat ergo magistratus legem in templo: ferebat suffragia de lege populus circa templum. Locum enim tantæ multitudini ullo in templo fuisse, credibile non est. Cum vero lex à magistratu ferretur, eodem in templo alios quoque magistratus assidue, eos nimirum qui cum magistratu legem ferente conferrent, legimus in oratione in Vatinius cap. 7. *Quæ quidem leges*, inquit, *anno post, sedentibus in templo duobus non Consulibus, sed proditoribus hujus civitatis, ac pestibus, una cum auspitiis, cum intercessionibus, cum omni jure publico conflagraverunt*. Offendi latam in templo legem, cum in foro ferebatur, hoc est, tribus comitiis. Quid, cum in campo, centuriatis? rum in templis deorum non existimo, quæ in campo nulla fuisse legimus: quo tamen in loco à magistratu ferretur, eum locum ante auguratum fuisse crediderim. Nam, si tribus comitiis semper in templo, cur centuriatis, quæ majorum rerum causa habebantur, profano in loco lex ferretur? sed fortasse videri possit infirma conjectura. Addamus exemplum, ut dubia res testimonio probetur. Livius igitur lib. III. cap. 20. *Tribuni*, inquit, *ut impediende rei nulla spes erat, de profecendo exercitu agere, eo magis, quod, & augures iussos adesse ad lacum Regillum, fama exierat, locumque inaugurari, ubi auspicio cum populo agi posset: ut, quidquid Roma à tribunis rogatum esset, id comitiis ibi abrogaretur*. Inter leges autem, quæ in foro, & eas, quæ in campo ferrentur, dixi jam hoc interfuisse, quod in foro tribus comitiis ferrentur, in campo comitiis centuriatis. Nunc adjungo, primum illud, centuriatis comitiis eas esse latas, quæ è S. C. ferebantur: deinde illud, quæ centuriatis comitiis ferrentur, eas, si è S. C. non ferrentur, patribus quidem auctoribus semper esse latas. Quod non à primis reipublicæ temporibus, sed tantum post Publilii Philonis dictaturam observatum est. Hunc enim Dictatorem legem tulisse, ut legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium patres auctores ferent, scribit Livius libro VIII. cap. 12. quo significatur, non omnes antea leges, quæ centuriatis comitiis ferrentur, è S. C. aut patribus auctoribus esse latas, quod si factum nunquam antea non erat,

consuetudine servata, quæ in Numa Rege creando est induta, ut scilicet, ante quam populus suffragium iniret, patres in incertum comitiarum eventum auctores ferent: Publilium in plebem propensum, quia plebeja gentis erat, quod senatum liberum erat, id necessarium fecit, quodque more factum erat, id ut lege fieret, sua lege sanxit. Neque vero, quod ait Livius, *Patres auctores ferent*, explano, *patres S. C. probarent*. Fiebant enim de re & relata, & disputata S. C. quod porro referri & disputari opus erat id, quod omnino probari à Senatu Publilia lex juberet? nam de quo fit S. C. id ejusmodi est, ut improbari & abjici poterit: est autem & probatum, & acceptum, quia major pars Senatus ita sentierit. At in hoc non, utrumvis licere, neque plurium senatorum voluntatem spectari, Publilium voluit, sed, quasi ab universo Senatu jam probatum esset, ita, vellent nollent, patres auctores esse. Ergo sic existimare debemus, quæ leges centuriatis comitiis ferrentur, eas post legem Publilianam è S. C. aut certe patribus auctoribus esse latas: quæ vero ante legem Publilianam centuriatis comitiis latae erant, alias è S. C. alias sine S. C. patribus tamen auctoribus, alias neque è S. C. neque patribus auctoribus. Nihil ne igitur interfuit, dicit aliquis, inter leges, quæ patribus auctoribus, & eas, quæ è S. C. ferrentur? nihil, mea sententia, ante legem Publilianam, si è S. C. si è patribus auctoribus ferrentur, è Senatus voluntate ferebantur. Post legem autem Publilianam multum inter hujusmodi leges interfuit, atque adeo tantum, quantum inter secundam & adversam voluntatem interest. Nam secundæ Senatus voluntate ferebantur ex leges, quæ S. C. probatæ jam erant: adversa vero nonnunquam ex, quarum patres auctores fiebant. Probabant enim inviti, lege coacti. Itaque honorificentius habebatur id, quod S. C. centuriatis comitiis latinè esset, quam id, quod eisdem comitiis patribus auctoribus, sed extremis reipublicæ temporibus nullam legem centuriatis comitiis sine S. C. patribus auctoribus latam invenio, permultas autem S. C. eisdem comitiis si è, quod abrogata sit Publilia lex: si è, quod, cum idem Publilium eodem tempore, postquam Q. Hortensius Dictator legem tulisset, ut eo jure quod plebs statueret, omnes Quirites tenerentur, nihil attulit patres auctores de eo fieri, quo vel si auctores ipsi non fierent, tamen omnes cives æque tenerentur. Itaque magistratus aut è S. C. centuriatis comitiis, aut, si Senatus dissentiret, tribus leges tulerunt: (quamquam & leges multæ tribus comitiis ex S. C. latae sunt) cum duabus legibus, Publilia, & Hortensia, eandem vim haberent leges tribus comitiis latae, quam habuerunt antea leges ex, quæ centuriatis comitiis, patribus auctoribus, latae erant. Non enim, quod ait Cicero Philippica X. cap. 8. *Legem Pansa comitiis centuriatis ex auctoritate nostra laturus est*, eo sensu dictum existimo, quod eam legem patribus auctoribus Pansa laturus esset, sed *ex auctoritate nostra*, explano, è S. C. loquitur enim de Cæsaribus actis: quæ lege confirmari, & sanciri, Senatus cupiebat. Cum porro cuperet, nimirum S. C. potius, quam alia quavis ratione, declararet. Quod si cui auctoritatem Senatus pro S. C. usurpatis, novum est: nihil erabit si, ut de latine loquendi consuetudine recte judicare possit, Ciceronis libros diligenter evolverit. Hic fortasse quaeretur, ante Publilianam legem omnes ne leges, quas Senatus, si è centuriatis, si è tribus comitiis, ferri cuperet, ferrentur è S. C. an vero alia è S. C. alia vero sine S. C. tantum patribus auctoribus. Utrumque factum est. Nam neque omnes è S. C. neque omnes patribus auctoribus latae sunt. De latis è S. C. testimonium res non desiderat: exemplorum enim plena sunt omnia. Patribus autem auctoribus minus quidem multæ, sed aliquot tamen latae sunt, ut Perilia de ambitu, à tribuno plebis tribus comitiis lata; de qua Livius libro VII. Quæritur etiam, (pergam non dubitando, quo non solum veterum librorum observatio, sed ipsa me conjectura ducit) utrum centuriatis comitiis leges à majore tantum magistratu, an etiam à minore ferrentur: faciamus, quod oratores solent: qui cum testibus rem probare non possunt, argumentantur à simili, & hoc genere saepe fidem faciunt.

ciunt. Item nos, cum, centuriatis comitiis à minore magistratu leges latae sint, nec ne, affirmare non possumus, quia necrum ab antiquis traditum est, similitudinem sequuntur, & quod in creandis magistratibus fieri solitum est, idem in ferendis legibus observatum esse dicemus. Nam, si creandis magistratibus centuriata comitia nunquam, nisi à majore magistratu, habita sunt: iidem ferendis legibus nunquam, nisi à majore, esse habita, consentaneum est. Illud autem est, esse igitur & hoc dicemus. Neque enim, cur non sit, aut ratio suadet, aut exempla demonstrant.

## CAPUT XL.

## De tempore legis ferendae.

**D**E legum tempore, quae notavimus, haec sunt: neque omnibus diebus licuisse legem ferri, neque quibus liceret, per omnes horas. Licebat factis tantum diebus: nefactis non licebat. Nec vero factis omnibus, sed comitialibus duntaxat. Comitialibus autem ita licebat, si nemo de caelo servaret. Quae duabus legibus, Ælia, & Fufia, sancita erant. Id annis prope centum ante Ciceronis aetatem, ut scripsit ipse oratione in Pisonem, institutum, ad extremae fere mansit republicae tempora. Pisonem autem & Gabinio Cossi, P. Clodius tribunus plebis Ciceronis ac bonarum partium inimicus, ut armaret immoderata licentia tribuniciam potestatem, dierum discrimen, & auspicioium impedimenta sustulit. Neque enim tantum, ut omnibus plane factis ferri lex posset, verum etiam, ne quis per eos dies, quibus cum populo liceret agi, de caelo servaret, rogationem tulit. Idque postea servatum esse, videntur illa significare, quae scripta sunt in oratione de provinciis cap. 19. *Ante statuentium vobis est, legem Æliam manere, legem Fufiam non esse abrogatam, non omnibus factis legem ferri licere, cum lex feratur, de caelo servari, obnuntiari, intercedi licere.* Ergo, ante legem Clodiam, non omnibus, sed factis, non omnibus factis, sed comitialibus, nec comitialibus, si quis de caelo servaret, jus ferendae legis erat: post legem Clodiam, non omnibus quidem diebus, sed omnibus tamen factis, quod ante non licebat, etiam si de caelo servaretur, ferri lex potuit. Opinor etiam, qui dies religiosi vocabantur, quorum in numero atri erant, iis non potuisse legem ferri: de quibus haec legimus in Festo: *Dies religiosi, quibus, nisi quod necesse est, nefas haberetur facere: quales sunt sex & triginta, atri qui appellantur, & Alliensis, atque ii, quibus mundus patet.* Allientem autem diem, quam Festus non nominat, XV. Kal. Sext. fuisse, Livius docet libro VI. idemque subiungit, religiosum diem fuisse posttridie etiam Idus Quintas. cui Gellius libro V. cap. 17. Macrobius librol. Saturn. assentiantur: ex quibus & id cognoscitur, quod Varro quoque libro V. & Festus docent, Liviusque significat, dies posttridie omnes Kalendas, Nonas, Idus, atros esse habitos, ut neque praelares, neque puri, neque comitiales essent. Itaque quod ad Kalendas attinet, legitur illud Afranii apud Nonium lib. II. n. 40. *Septembris heri Kalenda, hodie ater dies.* Quod si dies atri comitiales non sunt, ergo diebus atri ferri legem non licuit. *Dies autem, quibus mundus patebat, alio loco Festus nominat, & ait fuisse, posttridie Volcanalia, III. Nonas Octob. VI. Idus Novemb. & posttridie Volcanalia fuit IX. Kalendas Septembris, ut apparet in Calendario Romano.* His adduntur dies, quibus *pennus patebat*: de quo sic Festus: *Pennus vocatur locus intus in ade Vestae, regetibus septus, (sic enim fortasse legendum) qui certis diebus circa Vestalia aperitur. Ii dies religiosi habentur.* Vitatos etiam à perisique, ut omissis adverti, IV. Kalendas Nonas, Idus: Gellius, & Macrobius tradidere. Quamquam unius Gellii mihi quidem sufficit auctoritas. A quo Macrobius, & in hoc loco, & alibi toridem verbis eadem sumpsisse constat. Diebus autem religiosis exercitum conferbere, legiones educere, manus cum hoste conferere, sponsalia inire, peregre proficisci, denique publicae vel privatae rei quidquam moliri, non licuit: quod his diebus adversus rerum exitus consecutus esset. De diebus haec. Horae vero, quibus agi cum populo posset, omnes erant intra ortum solis & occasum,

reliquis non licebat. Ante primam enim horam nihil agi licuisse cum populo, cum ait Dio in extremo lib. 48 p. 120. D. non explano, ante primam horam Romani diei, cuius initium à media nocte fumebarat, sed, ante lucem, ante auroram. Quod ipse quoque Dio sic interpretatur, his verbis: *ὁ Γάλλος ὁ Σερβὸς κέρρα καὶ ὑπὸ τῆς ἡμέρας ἀρχῆς τὸν ἡμέραν ἰδοὺ: καίτοι ἐκ ἑξῆς ἐκ τῶν νόμων, πρὶν πρῶτον ἄρα γενέσθαι, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τὴν χερματισθῆναι.* *Sergius Galba suffragia quibusdam sub auroram, est lege cantum erat, ne quid cum populo ante primam horam ageretur, dedit.* Quod si non ante primam, sequitur, ut nec post extremam, id est, eam, quae diem claudit, agi cum populo liceret: siquidem neque vespertina S. C. rata fuisse, neque praetori urb. jus dicere post solis occasum licuisse, traditum est à Cicrone in Philippica II. & à Censorino de die natali: sicut igitur non omnibus diebus ferre legem licebat, ita nec omnibus horis: quibus autem horis, iis ita licebat, si neque fulgeret Jupiter, neque tonaret.

## CAPUT XLI.

## De causis, ob quas leges latae sunt.

**N**unc de causis agamus: quae ipsa quoque nostri promissi pars est. A corruptis moribus manasse leges, nemini dubium est. Nam, ubi continenter & sobrie vivitur, ubi colitur pietas, ubi iustitiae locus, quorsum ibi lex feratur? occisus corporibus quasi medicina est: nec, qui leniter & sedato cursu amnes fluere, jus dicere post solis occasum diffuentibus aggeres obiecti. Ac veritissimi mortalium, proflus omnem vim, atque omnem luxum ignorantes, tranquillam vitam, ipsa natura duce, vivebant. Post erupit injuria, & quod quisque potuit, id quisque velle, neglecta ratione, cepit. Tunc necessario leges latae, & injecta licentiae quasi frenata, quae, si quis recte agere sua sponte nollit, eum poenae metu in officio continerent. Itaque, conservandae augendaque civitatis causa, & ut esset bene vivendi norma, legem inventam, manifeste cognoscitur. Neque minus ad hunc finem spectantur, quae de religione, quam quae de bello leges latae sunt. Quae sita pietas in deos videtur, quae sita populo voluptas, ut in ludis: omnia tamen ad publicam utilitatem referantur. Cujus autem legis vitiosa ac turpis origo sit, ea lex nominanda non est. Nam legis causa iustitia, & lex ipsa iusta ac sancta debet esse. Inde enim publicum exoritur commodum. Publicum dico, & quo munitur imperium adversus hostilem vim, & quo privati cives, sua quisque bona, suum quisque jus, adversus privatorum injurias tuerentur. Quod si hoc in omni bene instituta civitate, multo magis agnosceretur in republica Romana: quae dum optimis legibus patet, malas autem vel abrogat suffragiis populi, vel tollit S. C. orbem terrarum pane universum imperio comprehendit. Quaeque civitates aut malas leges habuerunt, aut bonis non recte sunt usae: aliae vi externa, aliae domestica seditione conciderunt. Quod & apud veteres saepe accidisse legimus, & nostra non semel tempestate vidimus.

## CAPUT XLII.

## De potestate legum latarum.

**S**uperest de potestate legis. Ea, quaeritur primum, utrum maxima, deinde, si maxima, utrum perpetua. Quod pro nostra consuetudine breviter ostendemus. Erat in lege summa vis, non solum, quia eo quod erat lege sancitum, Quirites omnes tenebantur, quod tribus legibus, una Consulari Valeria Horatia, duabus Dictatoris, Publilia, & Hortensia, sancitum supra diximus (paucas tamen excipio, quibus non omnes plane cives obstringebantur: quo de genere fuisse legem de repetundis, jam ostendimus: lata enim est post illas tres, Consularem unam, Dictatoris duas, à nobis proxime nominatas: & quodcumque postremum populus iussit, id jus ratumque esse XII. tabul. lege sancitum est) verum etiam, quia non, ut praetoris edictum, item lex annuo spatio terminabatur, sed

vigeat, usque dum alia lege abrogaretur: abrogari vero omnes licuit, præter Sacratas: quæ violatæ sæpe, abrogatæ nunquam sunt. Abroganti vero non eadem, quæ violant legem, poena sancitur. Cæteræ leges & abrogari omnes poterunt, & abrogatæ multæ sunt. Tamen nulla lata lex est, quæ ipsa se contra abrogationem quasi sanctionis sermone non munierit. Gravi poena, multatæ ei, qui abrogasset, irrogata. At multi multas abrogaverunt, neque tamen ullam propterea subiere poenam. Dixi jam plus fuisse poteratis in eo, quod postremum populus iussisset, quam in eo, quod ante iussisset: id lege XII. tabul. sancitum esse. Iussum autem populi & suffragia fuerunt, quibus abrogabantur leges. Itaque, non quid antea populo placuisset, sed quid ei postremum placeret, spectari solebat. Sensit autem in hoc genere populus non semper à republica; nam quemadmodum sæpe malas leges bonus populus, sic interdum bonas malas abrogavit. A Senatu vero nunquam lex ulla, nisi reipublicæ causâ sublata est, ut, cum Appulejæ, Mario Consule referente, S. C. damnatæ sunt, quod ab hoste reipublicæ L. Appulejo Saturnino rogatæ essent: aut, cum Livij consilio Philippo Consulis sublata, quia contra auspicia, quæ servari lex Ælia jubebat, à M. Livio Druso latæ judicarentur. Erant enim quatuor omnino genera, (ut ipsa sere Ciceronis verba usurpem, quæ sunt in oratione pro C. Cornelio) quibus per Senatum more majorum statueretur aliquid de legibus: unum ejusmodi, placere legem abrogari, ut Q. Cæcilio, M. Junio Coss. quæ leges rem militarem impedirent, ut abrogarentur. Atque hoc genere non abrogabat legem Senatus, (nam abrogare proprie populus dicebatur) sed, ut abrogaretur, statuebat. Alterum genus erat: quæ lex lata esse diceretur, ea non videri populum teneri, ut L. Marcio, Sex. Julio Coss. de legibus Livij: quæ ut uno S. C. tollerentur, Philippo Consule, Livij inimicus, obtinuit à Senatu. Ideo autem, injusmodi legibus non videri populum teneri, Senatus decernebat, quia, contra auspicia latas esse, angures monuissent. Tanta Romæ fuit in auguribus auctoritas. De quibus libro II. cap. 12. de Legibus hæc a Cicerone scripta legimus. *Quid religioſus, quam cum populo, cum plebe agendi jus aut dare, aut non dare? quid? legem, si non jure rogata est, tollere? nihil domi, nihil foris per magistratus gefum, sine argurum auctoritate posse cuiquam probari?* quæ ipsa, & alia, in libro de Religione tractabimus. Tertium, de legum derogationibus. Quo de genere per sæpe S. C. fiunt, ut de lege Calpurnia de ambitu, quæ derogaretur. Quartum genus, quod ea Ciceronis oratio mutila admodum est, neque in ipsa, neque in Pediano interprete, ac ne alibi quidem, quod sciam, invenitur: me tamen in eam partem conjectura ducit, ut existimem, cum aliquem Senatus hostem judicaret, simul, ut ejus quoque leges, quæ quidem adversus rempublicam essent, tollerentur, eodem S. C. aut alio proxime factò, judicasse; quarum enim maxime legum causâ perniciosus patriæ civis damnatus sit, & à republica remotus: eas ipsas leges in republica non hæuisse, sed abjectas illico esse, etiam ab historia non prodatur, veri tamen simillimum est. Quale fuit, quod de legibus Saturnini proxime, & de legibus M. Antonii in prima hujus libri parte diximus. Recte igitur semper, & iustissime Senatus. A populo vero, aut ab iis, qui mercede conducti speciem quandam populi præ se ferebant, temeritate potius aut fraude, quam consilio, aut ratione, salutare civitati leges nonnunquam abrogatæ sunt, ut, rogante P. Clodio tribuno plebis Ælia de auspiciis, Fusia de diebus comitialibus. postremum illud est, cum, verbo quidem, neque à Senatu neque à populo, tacito autem omnium consensu per defectudinem leges abrogabantur. Id quod & Julianus jurisconsultus notavit. Erat igitur in lege vis non solum maxima, quod Cicero in Philippica II. cap. 42. satis plane narrat, cum ait: *In publicis actis nihil est lege gravius:* verum etiam perpetua: siquidem vetustate neque tollebat lex, ut editum: neque debilitabatur, ut S. C. nisi si leges essent ejusmodi, ut reipublicæ minimum consulerent viderentur. Nam has contrario usu non solum debilitatas, verum etiam plane exstinctas, neque damnatum esse quemquam, quia fecisset adversus eam legem, quæ jam exerceri desisset, satis constare video. Leges autem

multæ, quamdiu republica stetit, perpetuo jure valuerunt, cum, ipso libertatis initio, à primis Consulibus, ac jam ante à primis legibus latæ essent. Quibus ego de legibus loquar, cum perpetuam vim legi tribuo. Nam perniciosas leges, nec jure rogatas, non perpetuo jure esse, sed tolli quam primum utile est: ejusmodi multa S. C. sublata sunt. Populus autem, quem sæpe à reipublicæ commodo malæ rationes averterunt, rectam judicandis legibus normam non agnovit, sed utiles sæpe abrogavit, sæpe scivit inutiles. Illud tamen, quia pertinet ad abrogandi rationem, quod in Festo Pompejo notavi, non omitam: *in sanctione legum adscribi solitum, ne per saturam abrogari derogatæ liceret, erat enim saturæ, lex multis aliis conferta legibus, accepto nomine à genere cibi, ex variis rebus condito.* Quod apud Diomedem Grammaticum scriptum est. Id autem eo placuit in sanctione adscribi, quia in lege, multis legibus permixta & infusa, subesse fraus, quæ populum falleret, facile poterat: at in simplici lege, si de abrogando derogandove populus rogabatur, non difficile erat, id, quod derogabatur, quale esset, intelligere. Addam & illud, statim esse legis vim, non modo cum alia lege nominatim abrogaretur, sed etiam, cum, non omnino tota, sed ejus pars lege posterius lata tolleretur: quod *derogare* dicebatur: aut, cum, nulla superioris legis mentione factâ, aliquid ei contrarium posteriore lege rogaretur: quod erat, *abrogare*. Atque, hoc quidem de genere, apud Livium libro IX. cap. 34. P. Sempronius tribunus plebis adversus Ap. Claudium censuram in concione ita disputat: *Ideo Æmilij potius legi paruerunt, quam illi antiquæ, quia hanc postremum populus iussit, & quia, ubi duæ contrariæ leges sunt, semper antiqua abrogat novæ.* Est etiam in II. de inventione cap. 49. ita scriptum: *In duabus contrariis legibus, utra posterius lata sit, considerare oportet. Nam postrema quæque gravissima est.* Omnino quod legis vim maximam fuisse dixi, eo dixi, non solum quia nihil esset lege gravius, & in publicis actis nihil observaretur magis, verum etiam, quia legis sententia pertineret ad omnes cives, & omnibus æqua jura describeret, præsertim à quo tempore Q. Hortensius Dictator rogationem tulit, de qua jam mentionem fecimus, ut, quod plebs sanxisset, eo Quirites omnes tenerentur. Verumtamen duo genera legum excipio: alterum, quod non omnes cives: alterum, quod omnes quidem, sed dispars jure comprehenderet. Primum enim illud apud Ciceronem libro III. ad Atticum observavi, quam legem aliquis tribunus plebis ferret, ea lege collegas ejus obstrictos minime fuisse. Deinde, ut omittam leges alias, quibus senatores tenebantur, ceteri autem erant ordines liberati: eam legem, ne quis judicio circumveniretur, C. Græchus tulit, eam pro plebe, non in plebem esse latam, declaratur in oratione pro Cluentio. Posteaque L. Sylla Felix, cum ejus rei questionem sua lege constitueret, populum Rom. quem ab hoc genere liberum acceperat, alligare novo questionis genere ausus non est. Ergo hæc lege, quæ primum Sempronij fuit, de C. Gracchi latoris nomine: deinde Cornelia, postea quam L. Sylla, lege lata, questionem & ipse ejusdem rei constituit: qua deinde potius, quam Sempronij, ejus generis judicia sunt administrata: hæc, inquam, lege, ut est in oratione pro Cluentio, senatores, & ii, qui magistratum gesserant, soli tenebantur: ut quemadmodum recte agentibus plura præmia, sic plura peccantibus judiciorum pericula propofita essent. Lege etiam Julia de pecuniis repetundis questrem ordinem non fuisse alligatum legimus in oratione pro Rabirio Posthumo. In oratione vero pro Cluentio, quæ lex item de pecuniis repetundis nominatur, quæ & ipsa præter ordinem senatorium nemo tenebatur, Julia non fuit, ut ex temporum examinatione, quæ me sæpe magnis erroribus expellivit, facile conjecti. Nam cum, Juliam de repetundis latam esse à C. Casare in primo consulatu, notum sit vel ex historia, vel à Ciceronis orationibus, atque epistolis: orationem autem pro Cluentio annis aliquot ante Cæsaris consulatum Cicero prætor habuerit: sequitur, ut omnino, quod ad nomen attinet, diversæ leges fuerint. Quam igitur fuit, dicit aliquis? Cornelia, L. Syllæ: ex qua multa in suam legem postea Cæsar transtulit. De qua sic in ea pro Posthumo cap. 4. *Si est hoc novum in lege*

*Julia, sententiæ multa sunt severius scripta, quam in antiquis legibus, & sanctius iudicata: sane etiam consuetudo hujus generis judiciorum nova. Sin hoc totidem verbis translatum caput est, quot fuit non modo in Cornelia, sed etiam ante in lege Servilia: per deos immortales, quid agimus iudices, aut quem hunc morem novorum judiciorum in rempublicam inducimus? Reliquum est, ut de lege agamus, quæ omnes quidem cives,*

*dissimili tamen conditione adstringeret. At hoc quidem cum multis exemplis probare possim, uno contentus ero. Fuit igitur hujus generis Tullia de ambitu: qua lege aliam plebi, aliam Senatoribus irrogatam esse pœnam, constat ex oratione pro Murena. Id quod ostendimus jam, cum de legibus capitalia crimina vindicantibus ageretur. Dicitur est de legibus. Ordinemur nunc de magistratibus.*

F I N I S.



PAULI

PAULI MANUTII  
LIBER DE SENATU ROMANO.

*Illustrissimo & Excellentissimo,*

JACOBO BONCOMPAGNO,

DUCI SORÆ, MARCHIONI VINIOLÆ, &c.



Quis erga te parentis mei amor, dum viveret, quanta in te observantia, quodnam studium exstiterit, plerique omnes norunt; omnium illius viri similitudinem amore, observantia, studio dignissime, JACOBE BONCOMPAGNE, Illustrissime; norunt, inquam, ex amicis utriusque vestrum communibus fere omnes, itemque omnes ii, qui ejus epistolam ad Te, qua suum Commentarium in orationem Ciceronis pro Archia Tibi προσεφώνησε, legere minime gravati sunt. Quamobrem hæc pluribus commemorare, probareque aliis haudquaquam necesse existimo. Tantum hoc loco illud, non Te ipsum, qui mei sensum de Te, propensionemque adversus Te animi mirificam minime ignoras, verum alios admonitos velim; Si ego patris ut fortunarum, sic quoque amicitiae, quæ ei cum pluribus fuit, hereditatem adii, quo jure non parva mihi Tecum conjunctio intercedat necesse est, sique hanc conjunctionem tanto mihi usui atque ornamento esse voluisti, ut non mihi Mæcenas, (nam id nomen levius mihi Tuis singularibus, ac prope divinis in me esse meritis videatur) verum, ut Augustus Maroni, Deus aliquis appellandus sis, qui me ab inferis pene revocaris, Tua quidem certe semper commemoranda liberalitate affectum excitaris, nonne ingratus omnium, atque omnis expertus humanitatis esse videar, si, cum Tibi prope quidquid sum secundum Deum Opt. Max. uni acceptum referre debeam, non me, fortunaque meas, ingeniique mei monumenta, vitamque ipsam dicere velim? Nam, ut ea, quæ mihi abs Te profecta sunt, quotidieque proficiuntur commoda, taceam, ex quibus maximam rei familiari, dignitati, ac laudi meæ accessionem fieri sentio, Tu mihi illius omnis auctor otii, quidquid illud est, quod ad literarum studia confero, unde hauriam quæ studiosis grata, atque utilia futura sint, Tuque facultatis illius elargitor, qua non meas solum, sed etiam alienas lucubrationes typis mandare, & ad communem omnium utilitatem in lucem proferre possim. Quod si ergo mea, cur non item patris mei monumenta nondum edita in Tuo nomine prodire, Tibique nuncupari velim? qui, mihi Tecum ante institutam amicitiam ut quoad possem, officiis tuerer, eaque mihi nihil carius, nihil honestius, nihil ad omnia mea studia, atque ad omnem vitam præclarior esse ducerem, sæpissime admonerat. Ego igitur, qui illas tantum non postremas voces, præcepta, inquam, illa postremæ ejus voluntatis, quæ ut pie sancteque coli à nobis, ac servari debeant, tam multa à Sapientibus carverunt, religiose ad hunc usque diem servarim, & coluerim, atque in amicitia, & unius Tui patrocinio omnia posuerim, in posterum à me ipso desciscam? Dii meliora. Quid igitur? Interpretatione usus sum, ut puto, fideli, ut ex verbis patris mentem conjicerem, quænam esset. Cum enim inter quædam ejus scripta, quorum partim ab ipso inchoata, partim etiam affecta, relicta sunt, esset hic de senatu

Q9999

Rom.

Rom. libellus; inii consilium ejus mandandi typis, justisque, ut dixi, de causis, Tuo Illustrissimo nomini nuncupandi. Quod si rem gratam unquam patris manibus feci, me gravissimam nunc facturum certo scio, qui Te huic commentario, his ejus vigiliis, quarum partem maximam Tibi fuisset consecraturus, si diutius vixisset, patronum adlegerem. Suscipe igitur munus hoc, quod non solum meo, sed patris ipsius nomine ad Te mitti velim existimes. Quod etsi longe serius aliis ejusdem argumenti commentariis, à doctis viris conscriptis, editur, longe tamen prius ab ipso scriptum scias velim; ne putes, in quibus ipsi cum aliis convenit, ea surripuisse ab aliis. in quibus enim aliter sentit, ut nulli suspicioni locus est, sic ego doctorum relinquam judicio, cuinam standum sit; atque ipsis, qui patrem semper fecerunt maximi, & in antiquarum rerum Romanarum cognitione permultum ei detulerunt, causam integram defero. Tu, quod reliquum est, me, ut facis, ames, ac foveas, deprecor: atque Sanctissimo, ac sine controversia Beatissimo Pontifici GREGORIO, cujus virtute, doctrina, ac sanctimonia si seculum unquam ullum, hoc certe nostrum AUREUM vocari jure meretur, aliquando meam in Eum singularem observantiam in memoriam redigere ne dedigneris. Fortunet Deus Opt. Max. consilia Tua. Venetiis, Kal. Jan. M. D. LXXX.

Illustriss. atque Excellentiss. D. T.

Devotissimus,

A L D U S M A N U T I U S.



P R O O E -



# P R O O E M I U M.

**I**N omni re, atque in omni sermone, nisi ea, quæ agimus, aut eloquimur, ita componamus, ac digeramus, ut suis singula locis constituantur, nihil unquam neque venuste, neque pro nostra voluntate perficitur. Primum enim abest decorum illud, quod ex partibus apte coherentibus existere, elucereque videmus: deinde fit, ut, qui nostris consiliis propotus est finis, eum consequi sine ordine, hoc est, sine ratione, non liceat. Quia in re philosophiam, omnium recte dictorum, recteque factorum patientem, satis pro ejus merito ac dignitate laudare nemo poterit: quæ nobis eas causas, unde ordinis origo fluxit, suo lumine patefecit. Quod nisi ita esset, & nisi ea duce uteremur, magnis in tenebris, magnisque in erroribus versari necesse erat. Ego igitur, cum ad urbis Romæ instituta memoria proceada, quo nullum esse argumentum illustrius intelligebam, animum adjuunxissem, feci, quod ab iis, quibus ipsa philosophia magistra fuerat, esse factum animadverteram: cogitavi primum ad ipsam rem, de qua scripturus essem: tum ad ordinem, quem in explicanda re sequi conveniret. Quod ad rem attinet, occurrebant illa, ei, qui aliquid ita literis mandat, ut posteritati consultum optime velit, non satis esse, quid actum sit, explicare: sed operam simul esse daendam, ut, & à quibus, & ubi, & quando quidque actum sit, studio atque industria persequatur. Erat igitur mihi accurate cogitandum, ut illustria quæque de hominibus, de locis, de temporibus, de rebus exponerem. Cumque in hanc sententiam ipsa me ratio perduxisset: tum multo sum vehementius incitatus, posteaquam M. Varroni, Romanorum omnium doctissimo, idem placuisse, apud Augustinum in eo libro animadverti, qui de civitate Dei inscriptus est. Cum enim ille vir, quo nemo unquam inter Latinos neque plura, neque meliora scripsit, rerum humanarum divinarumque notitiam literis consignare, posterisque tradere instituisse, universi operis argumentum ab hominibus, à locis, à temporibus, à rebus derivavit: cur autem homines ante loca, & loca ante tempora, & tempora ante res collocat: hoc, quia pertinebat ad ordinem, de quo post inventam rem considerari à me oportere dixi, examinandum, & quam liceret accurate, investigandum constitui. Sic igitur cogitavi: ubi pluribus in rebus, quæ nobis tractandæ sunt, ordinem quarimus, tum naturam spectari solere, tum dignitatem. Quæ natura priora sunt, ea, quod ad naturam attinet, priorem quidem locum sibi jure vindicant: sed, quia nonnunquam ab aliis, quæ posteriora sunt, dignitate vincuntur, dignitati natura cedit, & ignobilioribus aobiliora in ordinis ratione praponuntur: quæ vero ejusmodi sunt, ut simul nata, simulve fuisse videantur: ea, quia, quod est natura, in eo paria sunt, dignitatis habita ratione disponuntur. Cum igitur M. Varro, homo peracutus, & quod illius scripta declarant, in Aristotele versatus, hominem & locum consideraret, hominemque esse loco natura posteriorem intellexerit, quia omnis homo est in loco, & quod aliqua re continetur, ipsa re, quæ continet, posterior est, omnia natura, dignitatem secutus est, hominemque loco, natura posteriorem, quia tanquam locatum continetur à loco, dignitate priorem, quia rebus inanimatis animata præstant, anteposuit. Sequēbatur post hominem & locum loci & temporis comparatio. In his, cum natura potius, quam dignitate, differant: non ad dignitatem, sed ad eam, quæ una differunt, naturam spectari necesse fuit. Patet enim, tempus esse non posse, nisi locus sit: quia tempus est mensura motus, & omois motus est in loco: locus autem ut cum tempore sit, necesse non esse: quia nihil ad definitio-

nem loci tempus affert. Quod si tempus à loco pendet, locus autem à tempore non item, non tempus loco, sed locum tempore natura priorem esse constat. Verum, quia, ut ante tempus locus esset, non tamen necessario sequēbatur, ut tempus ante rem, (poterat enim ita tempus esse post locum, ut non tamen proxime sequeretur) in his quoque habita naturæ ratio est: & quia non esse res sine tempore, tempus autem sine re esse potest, ex utriusque natura patuit, ita ante rem constitui tempus oportere, quemadmodum ante tempus locum, & ante locum hominem esse collocandum, ipsa jam ante ratio demonstraverat. Recte igitur Varro prius de hominibus, quam de locis, ex dignitate: & prius de locis, quam de temporibus, de temporibus, quam de rebus, ex natura, sibi agendum putavit: recte igitur & ipsi fecimus, quod in nostris Romanarum antiquitatum libris eundem, quem Varro probaverat, ordinem secuti sumus, non tam hominis auctoritate, & exemplo, quam, ut ostendimus, ipsa ratione, & veritate commoti. Romana respública, ut homo ex anima & corpore, sic ipsa è senatu & populo constituta, cæteris rebus publicis tantum antecelluit, quantum homo cæteris animantibus. Sed, quia communis quasi quædam lex est in omnibus rebus, ut ordinem diuturnitas, perturbationem interitus consequatur: propterea, quam diu veteres leges, & instituta majorum in urbe Roma viguerunt, tam diu stetit imperii dignitas, neque respúblicam aut externæ vires affligere, aut ulla debilitate domestica feditio potuit. Ubi vero extraordinariis imperiis locus esse cepit, & civium animos pecuniæ cupiditas infusa contripuit, aut gratia delenivit: tum, primo quidem de suo statu moveri, ac leviter quasi nutare respública cepit: deinde, cum ad eam confirmandam aliis animus, aliis consilium deesset, vehementius labefactata, ad extremum tota corruit. Quia in cogitatione cum & diu, & perante essem versatus: ipsa mihi ratio facile persuasit, ordinis & conservationis causam à senatu emanasse, perturbationis & interitus a populo. Quare, ut nos quoque ordinem tueamur, qui quanti sit, exemplo magnarum rerum intelligimus, de senatu primum, in eo de populo narrabimus: tum, quæ ad explicandam Romanarum rerum notitiam pertinent, reliqua, suo quidque loco, persequemur.

## CAPUT I.

### De origine senatus.

**R**omulus, primus Rex, & creator Urbis, matre Rhea Sylvia, virgine Vestali, incerto patre natus, cum Numitori, materno avo, regnum Albæ, cæso ejus fratre Amulio restituisset: magna quædam animo spectans, satis ducentibus ad Urbem condendam cum tribus hominum millibus Alba profectus, in Palatino colle, ubi à Faustulo pastore, ejusque uxore Laurentia fuerat educatus, optimo augurio sedem constituit. Ibi parvæ Urbis, quæ domina gentium futura erat, iactis fundamentis, cum se suosque muro circumducto munisset: universam multitudinem in tres partes, quas tribus appellavit, distribuit, & unamquamque partem in decas, quas curias nominavit: ut ex tribus tribubus triginta omnino fierent curiæ, quæ suam singulæ sacellum, ubi sacra facerent, deosque colerent, habuerunt: curiæque & ipsa sacella sunt appellata. Post hanc distributionem in partes, aliam rursus in hominum genera fecit. Non enim, ut quædam nationes, viribus impetuque corporis fretæ, in armis omnia posuit: sed ita se ad incrementa regni optime consulturum arbitrat, si consilium viribus adjungeret: ex omni civium numero

centum deligi voluit, qui aetate, atque prudentia ceteros antecirent. In quo sapientissimi Regis moderationem & ingenium licet animadvertere: qui neque sorte in senatu instituendo, neque suo tantum iudicio sibi utendum censuerit: cum, maximi momenti rem si sorti committeret, imprudentia videret esse: si suo unius iudicio, arrogantia. Sortem igitur exstitit omnino: iudicium in summo honore mandando & suum esse noluit, & civitatis: sed ita, ut civitas majorem, quam ipse, qui Rex erat, ipse majorem, quam unus civis, potestatem haberet. Ita, cum civium gratia tribueret pluriimum, habuit tamen, quam debuit, suae quoque rationem dignitatis. Cum enim ipse, qui pro regio jure senatores legere omnes posset, unam modo legisset, in quo praecipuo jure fuit, quia reliquorum rivium, ut unus aliquis unum senatorem legeret, nemini concessit: civitati, ut reliquos nonaginta novem legeret, largitus est. Nam, cum tres tribus, & ex tribus triginta curias, ut diximus, fecisset, primum à singulis tribibus rinos senatores, hoc est, novem omnino, creari iussit: deinde à singulis curiis item rinos, qui nonaginta fuere. Ita ad novem, quos tribus legerant, additis nonaginta, quos curiae crearent, & eo, quem ipse primum legerat, quasi duce adjuncto, centum consiliatorum numerum explevit. Hos ad privata rerum consultationem non adhibebat: sed ita constituit, ut de privatis injuriis, & ipse sine senatoribus, & senatores sine ipso judicarent, ipse de maximis, senatores de minimis. At vero, quae ad regnum spectarent, omnia per eos cognoscit, statuique voluit: quodque major pars censuisset, id vincere. Quod institutum Dionysius Halicarnassensis, vel veritatem secutus, vel ambitiosus in suos, Romulum à Laconibus transfuisse narrat: apud quos non pro suo jure, quidquid vellent, Reges peragebant: sed juris omnis publici penes senatum potestas erat. Hoc quidem aliquandiu Romulus servavit: mox & diuturna consuetudine regnandi, & multis magnique victoriis elatus, cum ad suum arbitrium revocare omnia coepisset, nihil ad senatores referret, non absuit suspicio, ab iratis ob eam causam ad Capra paludem fuisse discessum. Fuit vero senatus eximia dignitas & ante republica tempora, & multo etiam magis post liberam civitatem: isque ordo ceteris ordinibus, publicisque consiliis omni honore atque auctoritate semper antecessit. *Populi enim, quod ait Livius, magistratus praerant, magistratibus autem senatus.* Quod ipsum & Cicero in oratione pro Sextio c. 65. satis plane significat his verbis: *Majores nostri, cum Regum potestatem non tulissent, ita magistratus annuos creaverunt, ut consilium senatus republicae praerant semper, senatum reipublicae custodem, praesidem, propugnatores collocaverunt. Hujus ordinis auctoritate uti magistratus, & quasi ministros summi consilii esse voluerunt.* Partes autem senatores appellati, tum ob honorem, tum ut civitatem patria quadam caritate, studioque complexi, totam suis consiliis, suaque prudentia foverent. Inde patriciae familiae, quae ab his originem duxere, nomen acceperunt. Atque à principio sacra curare, magistratus gerere, jus dicere, tantum ad patricios, id est, ad senatores, pertinuit. Plebei agros plerique colebant: & ut homines rudes, civilibus negotiis abstinebant, rusticae re, aut quaestuariis artibus victum sibi comparantes, ab agris in Urbem veniebant, vel ut magistratus crearent, vel ut leges sciscerent, vel ut bella, à Rege rogati, suffragiis juberent. Hac enim ita, cum cetera per senatum omnia curarentur, à populo stantebantur: & hanc illi potestatem Romulus permisit, neque tamen absolutam, sed ita, ut, quod plebs iussisset, id tum demum tantum esset, si senatus idem approbasset. Post exactos Reges video rationem esse commutatam. Non enim de plebicitis senatus iudicavit: sed ea, quae senatus decreverat, populi arbitrio subiecta, tanquam à domino pendebant, praesertim si aut ad magistratus, aut ad leges, aut ad bellicam rationem spectarent: ut confirmanda potius per populum, quae senatus decreverat, viderentur, quam, quae populus iusserat, per senatum. Quod magnis in republica motibus & contentioni-

bus causam praebuit. In quem fere morbum omnes civitates delabi coepit, quae, ne peregrinis militibus ad bella utantur, plebem urbanam armis affluere patiuntur. Insolens enim facile plebs, &, ubi se, quod libeat, intelligit posse: quid liceat, non attendit, vi contra consilium, armis contra leges utitur. Ita fit, ut gubernacula reipublicae, extorta de manibus optimorum ac sapientissimorum civium, improbi & imperiti homines, nullo publico consilio, pro sua temeritate, libidineque tractent. Quod cum evenit, tum libertas, quasi recto cursu amissa, fluctuat, & iactatur, non quatenus conservari possit, sed usque eo, ut naufragium passa disperdatur. Quae quia in utramque partem satis accurate disputabatur in eo libro, in quo tres trium aetatum florentissimas reipublicas, Spartanam, Romanam, Venetam, inter se comparabimus, omisso, quod hujus loci non est, argumento, id, quod institimus, persequamur.

Romulus, ut erat singulari consilio & alta quadam mente praeditus, cum vereretur, ne quid injuria plebs, per insitiam circumventa, à senatoribus ferret: indeque concordiam, sine qua diuturnum nihil est, exorta scditio dissolveret: univertae civitatis animos quasi quodam necessitudinis vinculo conjunxit. Constituit enim clientelas & patroniam, quod erat hujusmodi, ut plebei patronum sibi deligerent à senatoribus, quem quisque vellet, senatores plebeis in clientelam receptis fidem suam ac studium benignissime praerant. Erat autem haec inter utrosque officiorum vicissitudo, ut patricii plebejos, ab usu rerum urbanarum imperitos, consilio erant, accusatos defenderent, praesentes, absentes, omni opo tuerentur, contra, clientes ad colandas senatorum filias, si parentibus copia non suppeterent, de suo conferrent: in aris alieni dissolutionem gratuitam peruniam erogarent: ab hostibus in bello captos redimerent, in magistratibus & honoribus officiosa sedulitate deducere, ac reducere. Quod si clientem patronus, aut patronum clienti accusasset, contra testimonium dixisset, aut suffragium tulisset, is conditionis lege tenebatur, eumque qui occidisset, pie fecisse, & inferno Jovi hostiam inactae putabatur. Atque hujusmodi clientelae quamquam ab initio potissimum urbanae plebis causa sunt institutae, tamen per ea, quae consecuta sunt, tempora, aucta jam Urbis ditio, ita sunt amplificatae, ut non colonia solum, sed gentes etiam, aut bello victae, aut sociatae amicitiae populo Romano conjunctae, sese civium Romanorum in patrocina contulerint. Sic M. Marcellum Syracensium, Q. Fabium Allobroges, alios alii, à quibus victi fuerant, eisdem post victoriam patronos habuerunt. Cujus officii tanquam hereditas etiam ad posteros pervenit. Nunquam enim neque Siculis Marcellorum, neque Allobrogibus Fabiorum fides officiaque defuerunt. Factum est autem, ut, quam diu soli patricii senatum tenerent, tam diu sub eorum tutela plebeae familiae fuerint: ubi vero non patricio modo, sed generatim omnibus civibus senatoria dignitas patuit: tum, ut cuique magis libuit, patronum sibi, sive patricium, sive plebeum, adoptavit. Discrimen enim in deligendo nullum esse potuit: tum, honoribus inter omnes communiceatis, aequae plebei hominis ac patricii polleret auctoritas.

Sed, ut tanquam in viam, unde paullulum divertit, oratio redeat, quae fuerit in primis senatoribus creandis ratio, ea quae jam exposuimus, declarant. Reliquos senatores, qui deinde ante liberam civitatem, aut in demortuorum locum suffecti, aut augendi senatus causa creati sunt, non populi suffragiis, sed voluntate judicioque Regis in amplissimo ordine pervenisse existimamus. Neque vero me in hanc opinionem inanis quadam conjectura ducit: sed Livii sequor auctoritatem, cuius haec sunt verba libro IV. cap. 4. in concione C. Canuleji tribuni plebis: *Carent, ne societate sanguis. Quid hoc? si polluit nobilitatem istam vestram, quam plerique orinudi ex Albanis & Sabinis, non genere, nec sanguine, sed per cooptationem in patres habetis, aut ab Regibus lecti, aut post Reges exactos iussu populi, fructeram servare privati*

privatis consiliis non poteratis, nec dicendo ex plebe, neque vestras filias foretque enubere sineo è patribus? Id & Festus confirmat his verbis in Præteriti: *Reges legebant, sublegebantque quos in consilio publico haberent.* Intelligit autem de aucto senatu, cum ait, *Legabant, cum vero, Sublegebant, de suffectis in demortuorum locum regno sublato, utrum à populo, an à censoribus creati senatores sint, absurde nonnulli dubitant.* Nam, etsi utrumque legitur, non tamen alterum esse verum, alterum à veritate dissentire necesse est. Omnem enim dubitationem tollit una distinctio. à Regibus electis coproandorum senatorum jus populus habuit in multos annos, id est, donec censores creati sunt. Censura non illa quidem ob eam causam est inducta, ut esset magistratus, à quo uno sine populi suffragiis senatores crearentur, sed, quod in populo per multos annos iacento neque differri census poterat, neque Consulibus, cum tot populorum bella imminerent, temporis fore satis ad id negotium videbatur. *Deinde tanto incremento, ut ait Liv. rv. 8. hic magistratus auctus est, ut morum disciplinaque Romanae penes cum regimen, senatus equitumque centuria, decoris dedecorisque discrimen sub eius ditione, publicorum jus privatorumque locorum, vestigia populi Romani sub nutu atque arbitrio essent.* Creavit igitur senatores populus ante censuram institutam, atque etiam post censuram per aliquot annos, ut ex Livianis verbis, quæ proxime recitavi, facile colligitur. Censuram deinde potestas fuit in legendo senatu. Quod auctoritate veterum confirmare, puto esse supervacaneum. Millies enim in historia scriptum est; at de populo senatores creantur, quia non ita crebris exemplis declaratur, ea, quæ sunt in Canuleji concione, Livii verba hunc in locum transferre necessarium duximus. Quod si quis uno exemplo contentus non est, illa Ciceronis in oratione pro Sexto. cap. 65 quæ sunt apertissima, ad Livii testimonium adjungat. *Majores, inquit, nostri, cum Regum potestatem non tulissent, ita magistratus annuos creaverunt, ut consilium senatus recip. præponerent sempiternum, deligerentur autem in id consilium ab universo populo, aditusque in illum summum ordinem omnium civium industria ac virtuti pateret.* Quibus verbis non modo id, quo de agimus, patet, senatores universi populi suffragiis à principio creatos esse: verum etiam hoc significatur, honorem illum non solis patriciis fuisse mandatum, sed, contra quam Reges instituerant, promiscue modo patriciis, modo plebejis, uti maxime consilio, meritisque erga rempublicam præstarent. Quo factum est, ut nunquam viris fortibus, ac sapientia præditis, civitas egerit. *Est enim, ut ille inquit, divinum bonum honor:* & ad præclare agendum nihil magis, quam honoris gloriæque cupiditas, impellit. Quod si præmiatoluntur, & debita virtuti merces denegatur, languescit in civibus industria, & extinguuntur animorum illa vis, atque alacritas, quam etiam in his, qui obscuris parentibus nati sunt, proposita merces facile solet excitare. Quocirca reipublicæ rationibus in eo consilium est egregie, quod bene merentibus, si peregrini essent, civitas: si cives, ordo in civitate amplissimus præmii loco datur est. Sed, ut in re pergamus (paullulum enim extra rem egressa videtur oratio) queri potest à curiosis hominibus, quibus comitiis à populo senatores crearentur, curiatis, an centuriatis, an tribuitis. Hic, si omnia nostra cognitio pender ab exemplis, & oisi veterum testimonio comprobetur, inanis est: sane, quid dicam, non habeo, valdeque mihi, quod ajunt, aqua hæret. Nomen enim comitorium, quibus senatoria dignitas ante creatos censores tribuebatur, nulli prorsus docet antiquorum libri. Sin autem, ubi exemplorum inopia laboramus, aliqua tamen veritatis investiganda spes relinquatur: non deest, quod querentibus respondeam. Puto enim, nec opinor absurdum esse, quod puto, cum senatorius ordo ceteris ordinibus dignitate præstaret, eos homines, qui in illum ordinem adscripti sunt, iis comitiis id munus accepisse, quæ omnium comitiorum præstantissima, ac nobilissima ducerentur. Ea porro sine dubio

centuriata fuerunt, quibus & majores magistratus creatos, & maxima bella esse iusta, & leges eas esse latas, quæ maxime è republica viderentur, vetustatis monumenta declarant. Creatis vero censoribus, creatos esse curiatis comitiis senatores, legimus apud Festum in Præteriti: in quo scripta sunt hæc: *Tribunitia potestate sancitum est, ut censores ex omni ordine optimum quemque curiatim in senatu legerent.* Vetus illud Romuli institutum, qui primos senatores curiatis comitiis legi voluit, spectantur sine dubio tribuni plebis, idque renovandum existimavit. Injicitur & in eosrupulus, quod, exactis Regibus, potestatem legendorum senatorum ad populum delatam esse diximus. Hoc enim Livius II. 1. & Tacitus xi. 25. 2. & Festus refellere omnino videntur: qui senatum, quem Tarquinius Superbus exdibus exhauserat, novis senatoribus repletum ac restitutum à Consule prodiderunt. Etsi, cum in re consentiant, differunt in nomine. Nam Livius & Tacitus L. Brutum Consulem nominant, Festus P. Valerium, cui Publicola cognomen fuit. Ego, etsi, uter fuerit, ad rationem doctrinæ nihil attinet, Livium tamen, & Tacitum potius, quam Festum, sequi malim: primum, quia libentius & duobus, quam uni, & vetustioribus, quam recentioribus, assentior: deinde, quia, cum L. Brutus ad constituendam libertatem omnes curas, omniaque studia ita intenderet, ut singularem in eo, maximeque propriam laudem ferret, qui etiam filios suos, de restituendo Tarquinio Rege cogitantes, interfici jussit, inter primas illius actiones eam fuisse contentaneam est, quæ ad confirmandam custodiendamque libertatem momenti plurimum habere videretur. Nam, si sapientium consilio, & consulentium auctoritate civitatis consulitur, consilium in senatu summum fuit, auctoritas vero, etiam Regum ætate, maxima. Quare, quod è publica re maxime fuit, id nulla interposita mora factum esse verisimile est: ut tria L. Bruti præclara facinora pro inducenda statuendaque libertate numerentur: num, quod & primum, & omnium maximum fuit, Regem Tarquiniū ejicere: alterum, Consules creare, dignitate Regia, potestate legibus definita: tertium, senatum constituere, cujus auctoritate Consules uterentur. Hæc de Consulibus nomine. De re ita statuo, in eo, quod dixi, de populi potestate in senatoribus legendis, Livii, & Taciti, & Festi sententiam ab opinione mea non discrepare. Nam senatores illos, qui ad explendum trecentorum numerum creati sunt, lectos quidem primum judicio Consulibus existimo, deinde tamen, ipso, qui legerat, Consule ferente, populi suffragiis esse comprobatos. Quam in creandis senatoribus, ante censorum tempora, perpetuam fuisse consuetudinem duco: ut neque Consul sine populi consensu senatorem ullum fecerit: neque populus, nisi de quo rogaretur à Consule, suffragia tulerit. Quod si, quod factum deinde non est, uni L. Bruto licuisse velis, ut sine populi suffragiis centum & sexaginta quatuor homines (tot eorum fuisse Festus ait) in curiam induxerit, detur hoc viri excellentis eximia virtuti, ut, quem vindicem, auctoremque libertatis populus habuerat, ejus restituendo senatu liberum esse judicium voluerit. Reges igitur primum senatores creantur, sed Romulus, quod ex Dionysio liquet, curiatis comitiis, reliqui Reges nullis, opinor, comitiis, ipsorum arbitratu: quod à Livio, ex Canuleji persona, traditum ostendimus. In republica, censoria potestate nondum inducta, creatos à Consulibus, aut à tribunibus mil. Consulari potestate, docet Festus: comitia nulla nominat. Ego tamen, quæ non nominat, excludi non puto. Sed videlicet id significat, judicio primum Consulum, aut tribunorum electos, qui senatoria dignitate honestarentur: deinde, quos illi delegerant, populi suffragiis mox esse comprobatos, etiam si non aperte narrat, licet tamen intelligere: neque dubitationis locum ullum Livius relinquit, cum ait in eadem illa Canuleji concione: *Aut ab Regibus lecti, aut, post Reges exactos, jussu populi.* Nec à Livio dissentire Ciceronem ostendimus, qui scripserit illa in oratione pro Sextio:

*Deligerentur in id consilium ab universo populo.* De numero autem senatorum, quos Romulus legit, aut quos alii Reges adscripserunt, difficultus quaestio est: de qua nostram sententiam exponemus: ut moneri tamen, & corrigi, si minus recte exenserim: facile patiar, atque adeo vehementer cupiam. Romulus, ut Dionysio teste jam probatum est, centum creavit, ex iis tantum, quos ipse secum adduxerat. Postea civitate Sabinis communicata, totidem adscripsit. Quod idem Dionysius, & praeterea Plutarchus ostendit. A Romulo ad Hostilium, qui tertius Romae regnavit, ducenti tantum fuerunt. Nam Numa senatum non auxit, totus ad res divinas conversus. Hostilius, Alba eversa, non plures senatores, sed plures patricias familias fecit, quae ordinis senatorii possent esse particeps. Ita quasi seminarium auxit. Ita creandorum senatorum, septem patriciis familiis, quas Dionysius, Liviusque nominant, adjectis, numerum tamen, qui antea fuerat, eundem reliquit. Securus est Ancus Marcius. Hic neque ad senatum, neque, quod traditum sit, ad patricias familias addidit. Quintus Rex Tarquinius Priscus senatores centum allegit: ut omnino trecenti fuerint. De quo Livius l. 35. *Nec minus, inquit, regni sui firmandi, quam augenda reipublica memor, centum in patres legit: qui deinde minorum gentium sunt appellati.* At Cornelius Tacitus libro XI. 25. 2. *familias majorum gentium à Romulo, minorum à L. Bruto dictas esse narrat.* Ego hoc nomen commune omnium fuisse crediderim, qui tam à Tarquinio, quam à L. Bruto, ut ait Livius, aut, ut Festo Pompejo placet, à P. Valerio Bruti collega, suscepti sunt. Sicuti &, patres conscriptos senatores eos dictos esse, crediderim, quicunque ad veteres patres, quos Romulus scripserat, vel à Tarquinio, vel à Consulibus post ejectos Reges adscripti sunt. Quod tamen haud sane diuturnum nomen fuit. Nam reipublica temporibus hac appellatione senatores non distinguebantur, sed omnes aequo modo patres, modo patres conscripti dicebantur. Sed de trecentis à Prisco factis magna inter Livium, & Dionysium, ac Plutarchum videtur esse controversia. Nam Livius libro I. 17. centum modo senatores fuisse cum Romulus obiit, non dubie significat his verbis: *Timor deinde patres incessit, ne civitatem sine imperio, exercitum sine duce, multarum circa civitatum irritatis animis, vis aliqua externa adiret. Et esse igitur aliquod caput placebat: & nemo alteri concedere in animum inducebat. Itaque rem inter se centum patres, decem decurias factis, singulisque in singulas decurias creatis, qui summa rerum praesent, consociant. Decem imperitabant. Unus cum insignibus imperii, & historiis erat. Quinque alterum spatium sinebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat: annumque intervallum regni fuit. Id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, interregnum appellatum. Frenere deinde plebs multiplicatam servitute: centum pro uno dominos factos. Centum nominat. De centum è Sabina gente à Romulo creatis nusquam meminit. At Dionysius libro Romanæ historiae II. p. 111. & Plutarchus in Romuli vita p. 30. A. ducentos fuisse post initam cum Sabinis societatem, plane narrat. Utrum igitur Livio nostro, an duobus Graecis, habenda fides est? rem pendere soleo, non homines. Si consequi veritatem non licet, in te dubia, quod verisimilius est, sequor. Veri autem multo similis est, quod Dionysius, & Plutarchus tradunt, ducentos fuisse Romae senatores, cum Romulus interit. Nam si, ut ipse Livius ait, *non modo commune, sed concurs etiam Romulo, & Tatius regnum fuit, quis credat, ejus ordinis, qui esset in civitate amplissimus, expertes Sabinos fuisse? Quae ista inter duos populos communio, quae concordia fuisset? at homini in Italia nato Romanas res notiores fuisse, quam Graecis, verisimile est. Immo Graecis potius, qui Romae viverent, quam Italo, qui Paravii. Hoc mihi ita videtur. Cupio tamen ab iis, qui mihi iudicio doctrinaeque praestant, dijudicari. Ipse enim me, ut ingenue fatear, non satis explico. Nam si de ducentis senatoribus contra Livium cum Dionysio, & Plutarcho sentimus, nos quidem, ut diximus, quod ad hanc partem attinet, verisimi-**

*le sequimur: sed ex altera parte difficilem in nodum includimus: quia, trecentorum senatorum numerus à quo Rege sit explicatus, non facile statuemus, ab Hostilio-ne dicemus? at post eum Tarquinius Priscus centum adidit. A Prisco? at Hostilius ante eum ex Albanis familiis, ut cum Livio Dionysius affirmat, ordinem senatorum auxit. Plures igitur, quam trecenti, videbuntur. Dixi equidem, nec nihil omnino dicerem, componi rem ita posse, ut Hostilius non senatum, sed earum familiarum, unde senatores legi solerent, numerum adaukerit. Verum, quod dixi, vereor ut satis firmum sit: cum & Livius libro I. 30. de senatu ab Hostilio Rege aucto manifeste naret, ait enim. *Templum ordini ab se aucto curiam fecit, quae Hostilia usque ad patrum nostrorum aetatem appellata est: & Dionysius libro III. familias Albanas ab Hostilio senatus particeps esse factas, non obscure dicit. Quare, ut in dubia causa, verus illud, Non liquet, pronuntiavimus. Oritur etiam alia dubitatio, cur Plutarchus in Numa, cum de Rege in Romuli locum succedendo ageretur, centum & quinqueaginta senatores fuisse dicit. In quo neque cum Livio, & Dionysio consentit, quorum aliter, ut ostendit, centum significat fuisse, alter, ducentos ex Romanis, & Sabinis factos esse, tradit: neque, quod miremur magis, ipse sibi satis constat: qui in Romuli vita, centum Romanis senatoribus, totidem & Sabino populo adjectos esse, dixit. Nam si, à quo tempore ducenti facti sunt, ad interitum Romuli quinqueaginta perisisse credamus, ut ne plures, quam centum & quinqueaginta, superfluerint: hanc opinionem facile ratio refellet. Quis enim, cum senator aliquis è vita discederet, neminem à Romulo susceptum existimavit? an deminui senatum quotidie magis, & ad nihilum redigi patere? non est ut credi possit. Quare ne hic quidem mihi satis liquet. Quod reliquum est, satis patet, neque negat quicquam, cum Tarquinius Superbus regnare cepit, trecentos omnino fuisse, cum ejectus est, multo pauciores, qui enim regnum non, ut ante ipsum alii, populi iussu, patribus auctoribus accepisset, sed, socero suo, Tullio Rege exso, per scelus occupasset, neglecta superiorum Regum consuetudine, senatum de publica re nonquam consuluit, suam voluntatem pro senatu voluit esse, numerumque senatorum non modo nou auxit, verum etiam, quo despectior, atque infirmior esset is ordo, quem soceri studiosum cognoverat, quotidianis exidibus imminuit. Quo deinde Bruti virtute pulso, P. Valerius Consul, ut ait Festus, ob inopiam patriciorum ex plebe allegit in numerum senatorum CLXIV. ut expleverit numerum senatorum CCC. qua in te partim eo sentire cum cum Livio, partim dissentire video. Consentit de plebeis tunc primum in senatum allectis. Nam id sine dubio significat Livius, cum ait libro II. 1. *Mirum, quantum id profuit ad concordiam civitatis iungendosque patribus plebis animos.* Dissentit in eo, quod Livius non à P. Valerio, sed ab ipso Bruto expleum esse trecentorum numerum affirmat, his verbis II. 1. *Brutus prior, concedente collega, fasces habuit. Is, omnium primum, avidum novae libertatis populum, ne postmodum flecti precibus, aut donis regis possit, iuventutem adiegit, neminem Romae passuros regnare: delude, quo plus virum in senatu frequentia etiam ordinis faceret, cadibus Regis deminutum patrum numerum, primoribus equestris gradus clectis, ad trecentorum summam explevit.* Dionysius autem, ab utroque dissentiens, neque à Bruto, sed ab utroque simul expleum esse numerum senatorum, neque CLXIV. ut Festus, sed C. duntaxat esse adjectos, in historia sua scriptum reliquit. In hoc tamen omnes consentiunt, ex plebe novos senatores esse allectos. Nam, etsi non de plebe, sed de primoribus equestri ordinis Livius II. 1. meminit: nihil tamen obstat, quin de plebe intelligatur: cum equester ordo patriciorum, & plebeiorum aequo communis esset, in quo quasi suorum veterum interpretes ipse Livius videtur esse: subjungit enim, *ad concordiam civitatis, iungendosque patribus plebis animos id maxime profuisse.* Et Festus duobus in locis modo plebem, modo**

modo equestrem ordinem nominat: nec tamen facit inconstanter. Plebejos enim homines utrobique significat, sed eos, qui equestrem ordinem adepti, reliquis plebejis tantum dignitate praestant, quantum reliquis patriciis patricii senatores. Quod si qua remanet dubitatio, tollitur Dionysii testimonio, qui de senatu plebi dato satis plane loquitur lib. V. potest fieri, ut ex adscriptis CLXIV. quos nominat Festus, plebeji fuerint centum, patricii reliqui. Ita inter Dionysium, qui de solis centum meminit, eosque ait fuisse plebejos, & Festum, qui CLXIV. nominat, etiam de numero conveniat. Quemadmodum igitur in regno non omnes patricii senatores, & nemo tamen senator, quin idem patricius: sic in rep. non omnes senatores patricii, sed tum ex patriciis, tum ex plebejis familiis electi, ut quisque vel gratia valebat apud Consules, tribunove mil. consulari potestate, à quibus, ante creatos censores, lectos esse, lubetotique senatores Festus docet: vel, postquam creati censores sunt, meritis in temp. eminebat. Neque Suetonium audio, ita loquentem in Augusto cap. 2. *Gens Octavia à Tarquinio Prisco Rege inter Romanas gentes allecta in senatum, mox à Ser. Tullio in patriciis traducta.* Quibus verbis aperte significat, qui patricii nondum essent, ordine senatorio donatos. Quod esse falsum, ac mendosum, & jam ostendimus Livii, Dionysiique testimonio, quo quidem, curiam plebi non nisi post expullos Reges patuisse, planum sit: & ex ipsis mehercule Suetonii verbis, si quis ea ponderet accurate, facile cognoscitur. Quod enim est hoc loquendi genus? *Inter Romanas gentes allecta in senatum,* quasi vero, ante quam allegeretur in senatum, una de Romanis gentibus esset Octavia: aut ita participem senatus, ut reliquis Romanas gentes, esse factam. Quod utrumque absurdum, & inane est: cum neque ante id temporis inter gentes Romanas fuerit Octavia, neque Romanæ gentes ordinis senatorii omnes participes. Puto igitur, (ut hic aliqua ratione solvatur nodus) Octaviam gentem primam civitate à Prisco Rege donatam, deinde à Servio in patricias traductam. Quod Suetonium quoque existimo sensisse, & reliquis scriptum sic: *Ea gens à Tarquinio Prisco Rege inter Romanas gentes allecta, mox à S. Tullio in patriciis traducta:* non, ut est in pervulgatis libris, *allecta in senatum;* corruptus enim, nisi fallor, ab iis locus est, qui verbum *allegere,* usurpavit tantum de senatoribus putarunt: nec sententiam, & ordinem attenderunt, sed praeponere senatorium ordinem ante genus patricium statuerunt: cum eo tempore primum civitas peregrinis daretur, deinde patricii, postremo senatores fierent: nisi si quis apud Regem tantum esset, ut patricius simul & senator fieret. Hoc idem duobus eruditissimis, optimisque viris, & sine dubio in antiquitatis doctrina primis, Carolo Sigonio, & Onuphrio Panvino videbatur. Numerus trecentorum, à Prisco constitutus, mansit idem usque ad L. Sullæ dictaturam. Nam viginti supra trecentos, qui Machabæorum libro I. nominantur, non puto fuisse senatores, qui à censoribus lecti essent, sed eos, qui jure magistratus, quem gerebant, ingredi curiam, & cum reliquo senatu de publica re consulere liceret. Sulla, in ordinem senatorum propensus, inimicus plebi, sicuti potestatem tribunitiam imminuit, valdeque affixit, ita, senatum adauxerit, verisimillimum videtur. Auxit enim quæstorum quoque numerum, prætorum, augurum: pomerii etiam terminos, quartus à Romulo, protulit: & alia multa in rep. novavit. quod eo magis existimo, quia non ita multis post annis mentionem à Cicerone libro I. epist. ad Atticum fieri video CDXV. in oratione autem post reditum in senatu CD. Cæsare Dictatore senatores creos. fuisse, legitur in Dione, cum ex libertorum quoque filiis, & de suis militibus multos, & haruspices etiam quosdam ordine senatorio donasset. Post Cæsaris incertum, alii quoque, obscuræ conditionis homines, nullo delectu, in tanta rerum omnium perturbatione, in curiam venerunt; ut, omnino supra mille fuisse, Suetonius tradat, qua indignita-

te permotus Augustus, victo jam Antonio, senatum ad pristinum modum & splendorem redegit. Senatores igitur fuere, qui primo à Regibus, deinde à Consulibus, tribunisque mil. consulari potestate, postremo à censoribus in senatum lecti sunt. Ac præter hos tamen duo genera hominum in curiam aditum habuere, qui magistratum gerebant, etiam si curulis non esset, ut ædiles plebis, quaestores, & qui jam gesserant, modo curulis fuisset, ut ædiles curules, prætores, Consules. Quibus licebat omnibus ingredi senatum, & sententiam dicere: senatores autem neque erant, neque in edicto Consulibus senatum vocantis dicebantur. De quo Festi Pompeji verba recitare operæ pretium existimo. *Cum senatus, inquit, vocatur, senatores adesse jubentur, quibusque in senatu sententiam dicere licet: quia ii, qui post lustrum conditum ex junioribus magistratum ceperunt, & in senatu sententiam dicunt, & non vocantur senatores ante, quam in senioribus sunt censi.* Satis igitur constat, qui senatores essent, quique in senatu sententiam dicerent: cum senatores essent duntaxat ii, qui lecti à censore in senatum essent: sententiam autem dicerent, non ipsi modo senatores, sed etiam ii, qui jure magistratus in senatum introirent. Illud minime constat, utrum, cum dixit Festus, qui post lustrum conditum ex junioribus magistratum ceperunt, de omnibus magistratibus, au de curulibus tantum intellexerit. Ego, etiam Festus omnes potius magistratus communi vocabulo videri comprehendere: quia tamen huic sententia monumenta veterum repugnant, de solis curulibus accipio. Quod ut auctoritate confirmetur, Livii verba libro XXIII. 23. consideremus. *Recitato veteri senatu,* (loquitur de M. Fabio Buteone, qui Dictator legendo senatum cicatus erat) *inde primum in demortuorum locum legit, qui post L. Amilium, C. Flaminiū censes, curulem magistratum cepissent, necdum in senatu lecti essent: ut quisque eorum senator primus creatus erat. Tum legit qui ædiles, tribuni plebis quaestoresque fuerant. Tum ex iis, qui magistratus non cepissent; qui spolia ex hoste fixa domi haberent, aut civitatem Romanam accepissent. Legit novum senatum Buteo ex triplici hominum genere, primum, ex iis, qui curulem magistratum ceperant: secundo loco, ex iis, qui magistratum, licet non curulem, gesserant: (curulis enim magistratus non erat neque ædilitas plebis neque tribunatus plebis neque quaestura) postremo ex iis, qui magistratum nondum adepti, meritis tamen in republicam insignes erant, & quibus omnibus eos tantum in senatum antea introisse, qui curuli honore usi erant, Livius significat, cum ait: *Ut quisque eorum senator primus creatus erat.* Ut enim quisque curulem magistratum assecutus in senatum primus venerat, & dicenda etiam post magistratum sententia jus adeptus erat, ita cum Buteo primum legit, eundem ordinem in legendo secutus, quo illi magistratum ceperant, & ex magistratu curiam introierant. Ædiles vero, tribunos, quaestores, quia post magistratum non idem iis licebat, quod curuli honore factis, ut in senatum venirent, & sententiam dicerent, hos non ait Livius senatores creatos esse. In quo & illud animadversione dignum est: senatorem creari, & in senatum legi, non idem fuisse: cum jure & beneficio magistratus crearetur, & fierent senatores, in senatum autem a censore legerentur. Quanquam, cum dixit Livius, senatores creatos, qui curulem magistratum administraverant, non videtur, si ad veterem consularis edicti formulam respicias, satis proprie locutus. Non enim senatores hi nominabantur? sed, ut à senatoribus distinguerentur, in edicto Consulibus his verbis in senatum citabantur: *Quibus in senatu sententiam dicere licet.* Perpendamus & alium Livii locum libro XXXVI. 3. *Adco, inquit, in apparatum curamque ejus belli civitas intenta fuit, ut P. Cornelius Consul ediceret, qui senatores essent, quibusque in senatu sententiam dicere liceret, quique minores magistratus essent, ne quis eorum longius ab urbe Roma abiret, quam inde eo die redire possit.* Et hic minores magistratus distinguit ab iis, quibus in senatu sententiam dicere licebat. Minores autem magi-*

magistratus intellexit adiles plebis, tribunos plebis, adiles curules, & alios, de quibus agetur in libro de magistratibus. Distinxit autem non ob eam causam, quia minoribus magistratibus in senatu sententiam dicere non liceret, sed quia potius multi sententiam dicent, qui neque magistratum gererent, neque senatores essent. Licebat enim omnibus magistratibus in senatum introire, post magistratum autem his tantum, qui curuli honore uti erant. Quo spectant illa quoque Ciceronis pro Cluentio cap. 54. *Qui tribunus mil. legionibus quatuor primis, quive quaestor, tribunus plebis. Deinceps omnes magistratus nominavit, quive in senatu sententiam dixit, dixerit.* Satis aperte significat, iis, quos nominavit, licuisse post magistratum sententiam in senatu dicere. Scripsit etiam M. Varro in satyra Menippea, quam *de moribus* inscripsit, equites quosdam *pedarios* appellatos: eosque Gellius III. 18. putat significari, qui nondum à censore in senatum lecti erant: quos ait *senatores quidem non fuisse: sed, quia honoribus populi usi erant, in senatum venisse. & sententia jus habuisse.* Deinde subiungit hæc: *Nam & curulis magistratibus summi, qui nondum in senatum à censore lecti erant, senatores non erant: & quia in postremis scripti erant, non rogabantur sententias, sed, quas principes dixerant, in eas discedebant.* Hoc significabat edictum, quo nunc quoque Consules, cum senatores in curiam vocant, servandæ consuetudinis causa translatio utuntur: cuius hæc sunt verba: *Senatores, quibusque in senatu sententiam dicere licet.* In eo tamen hæreo, quod eos quibus in senatu sententiam licuisse dicere, jam tradidit, eosdem postea non rogatos esse sententias, subiungit. Nam, si non rogabantur, quo modo dicebant? &, si dicebant, cur non ante rogatos putemus? non facio libenter, ut ab antiquis dissentiam, quia hæc Romanæ Urbis instituta, quæ nos interdum conjecturam secuti investigamus, vel præsertim videre, vel ex eorum, qui viderant, libris facile cognoscere poterunt. Quare, ne Gellium inscitia condemnemus, quem Varonis libros diligenter evoluisse constat, concedamus, non dixisse sententiam verbis eos, qui beneficio magistratus administrati in senatum venirent, sed, cum alienam sententiam vel probare, vel improbare possent, quod discessione faciendâ significabant, pro eo acceptum putemus, ac si sententiam dicerent: quia in hanc vel in illam partem discedentes, quodam modo suam sententiam dicere viderentur. Licuit igitur iis, qui curulem honorem cepissent, in senatum venire: iis, qui non curulem, non licuit, atque hoc tum ea, quæ diximus, tum historia de Q. Fabio Maximo tradita declarat, Nam, cum senatu egressus in P. Crassum hominem quaestorium casu incidisset, quasi cum eo, qui in senatu fuisset, loqueretur, ita de rebus in senatu decretis sermonem habuit, memorix vitio deceptus. Putavit enim Crassum, quem triennio ante quaestorem fuisse sciret, in senatu affuisse: cum iis, qui quaesturam gessissent, quæ curulis magistratus non erat, aditum in curiam non dari, nisi à censore legerentur, oblivisset. Quo errore virum gravissimum, summique honoribus & in republicam meritis insignem, objurgatum vehementer esse à Consulibus, Valerius II. 2. r. prodidit. Quod autem in eo loco idem Valerius ait, etiam iis, qui honores gessissent, una ratione curiam potuisse, si à censoribus in ordinem senatorium legerentur: id videtur non satis vere dictum. Siquidem iis, qui curules magistratus ceperant, etiam si à censore lecti in senatum non essent, ingredi curiam licuisse jam ostendimus. Quare, si de omnibus magistratibus Valerius significavit, non est, ut vere dictum existimem: sin de solis non curulibus, assentior. Huc addatur: non hoc modo privilegium fuisse iis, qui curulem honorem ceperant, ut in senatum convenirent: sed illud etiam, ut cum à censore senatus legeretur, prætorum non possent. Id mihi videtur ex eo, quod apud Livium libro XXII. c. 49. scriptum est, posse conjicere. Ait enim sic: *XXC. Præterea senatores cæsi, ant qui eos magistratus gessissent, unde in senatum legi deberent.* Loquitur de parte senatorum. Quod si de parte, certe

de curulibus: quos eo legi in senatum oporteret, quia veniendi in senatum potestatem jam haberent, & satis ordine senatorio digni viderentur, quibus curulis honor à populo mandatus esset. Hinc, ut opinor, satis patet illa Ciceronis in oratione pro Cluentio cap. 55. *Quis, inquit hoc senator accusavit, ut cum altiore gradum dignitatis beneficio populi Rom. esset consecutus, eo se putaret auriorebus legum conditionibus uti non oportere? Altiozem gradum dignitatis vocat ordinem senatorium: nec tamen intelligit, quicumque senatores essent, eos à populo creatos: (quod enim jus populi fuit in iis, qui censoris arbitram in senatum legebantur?) sed significat, omnes, qui curulem honorem populi suffragiis accepissent, beneficio populi senatores esse factos, quia in senatum à primis censoribus legerentur; non enim, quicumque à censore legebantur, populi beneficio senatores erant: cum legerentur multi, nondum curuli honore functi: sed quicumque curulem honorem ceperant, in populi beneficio senatoriam dignitatem consequentur. Ad eandem sententiam illud refero, quod in eadem oratione cap. 56. ita scriptum est: *Cum hæc recusarent, & palam fortissime atque honestissime dicerent, se potuisse iudicio populi Rom. in amplissimum locum pervenire, si sua studia ad honores petendos conferre voluissent.* Non obscure significat, eos in senatum pervenire, qui magistratus adipiscantur, idque populi beneficio. Quia, si magistratum adeptis (de curuli loquor) aditus in curiam permittitur, & magistratus à populo datur: certe, qui iure magistratus in senatum eunt, hanc dignitatem populo acceptam referre debent. Quod autem multi, curulem magistratum non assecuti, in senatum legerentur, factum id non populi beneficio, sed ex eo potius, quod ea fuisset eorum vita, ea domi forisve in temp. merita, ut eo loco, qui esset in civitate amplissimus, dignissimi judicaretur. Nam, cum per annos multos Consules, quique consulari potestate tribuni mil. facere, propinquos quisque suos legere in senatum consuevisset, eosque primo ex patriciis, deinde ex plebejis, tribunitia potestas intervenit, qua sancitum est, ut censors curiam, hoc est, ex omni ordine, plebejo, equestri, senatorio, optimum quemque in senatum legerent. Licuit præterea flaminii Diali in senatum venire. Idque primum C. Flaminio cum toga prætexta & sella curuli datum est. Quam consuetudinem, inertia superiorum flaminum per multos annos intermissam repetit & renovavit C. Valerius Flaccus. Reliquis sacerdotibus jus in senatum veniendi non fuit, nisi si aut in senatum lecti à censore essent, aut curulem magistratum accepissent. Id videtur Cicero significare in epistola 2. lib. IV. ad Atticum. *Habetur inquit, senatus frequens. Adhibentur omnes pontifices, qui erant senatores.* Et in oratione de haruspicum responsis cap. 7. *Cum omnes pontifices, qui erant hujus ordinis, adessent.* Venit etiam interdum in mentem suspicari, ne ex condemnatione senatoris locum in senatu consequeretur is, qui accusasset, non ex omni tamen condemnatione. Sed ex ea tantum, qua reus ordinem senatorium amitteret, ut furti, peculatus, captarum pecuniarum crimine. Nam, si prætoriam sententiam & prætextam togam multi accusatores, reo condemnato, legum præmio sunt adepti, quod in oratione pro Balbo scriptum legitur: quanto magis sententiam, privato loco in senatu dicendam, potestatem accusatoribus propositam fuisse, credibile est? hoc tamen ita suspicor, ut aliorum probata opinione, quam mea conjectura, stare malim.*

Licuit etiam, ante Papirii Prætextati ætatem, prætextatis senatorum liberis in curiam cum parentibus introire. Qui mos senatusconsulto sublatus est, unique Papirio puero, qui matrem de re in senatu acta cupidè rogantem lepido commento sefellisset, concessum est, ut cum patre in senatum prætextatus ingrederetur: eique Prætextati cognomen ejusdem senatus decreto est inditum, ob tacendi, loquendi in prætextata ætate prudentiam. Sed rursus veterem morem multis post annis Augustus renovavit, qui

liberis senatorum permisit, ut, quo celerius reipublicæ affluerent, protinus virili togæ latum clavum inducerent, curiaque interessent. Fuit autem latus clavus senatoria tunica. Itaque sæpe veteres ita locuti sunt, ut dicerent: senatori latum clavum Imperator ademit, aut, latum clavum dedit, cum senatoriam dignitatem aut ademptam, aut datam significare vellent.

Diximus de iis qui, à censore lecti, senatores essent, deque iis, qui non lecti, tamen in senatum venissent. Reliquum est, ut pauca quadam addantur de iis, qui, licet ob eximiam prudentiam ac fortitudinem digni summo loco viderentur, aditum tamen in senatum non habuerunt. Placuit, neminem, qui patrem & avum liberos citare non posset, in senatum introire. Nam, etsi Ap. Claudius Cæcus censor libertinorum filios in senatum legit, quod, ut ait Livius, primum fecit: statim tamen à proximo posteriore censore Q. Fabio cjectos esse à curia ejusdem Livii verba significant. Unum habemus exemplum, unum inquam, & singulare, ut opinor, de Cn. Flavio, libertini hominis filio, ædili curuli creato: cui, vel si lectus in senatum à censore non sit, quod incertum habeo, jure tamen curulis magistratus ingredi Senatam licuit. Ciceronis quidem ætate L. Popillium à Cn. Lennulo censore in Senatum ideo lectum non esse, quia libertini filius erat, legitimus in oratione pro Cluentio. Et ab Ap. Claudio censore, P. Clodii fratre, Appii Cæci, cujus mentionem proxime fecimus, pronepote, libertinorum filios, qui in curiam irrepserunt, omnes ejectionis esse, scripsit Dion. libro XL. videlicet hoc dignitatis causa factum est: ne locus ille, in civitate honorificentissimus, ab infimi ordinis hominibus, quibus paterna, aut avita servitus obijci posset, inquinaretur. Etiam illud ordini senatorio maxime fuit honorificum, neminem in Senatum legi, nisi cui octingentis millibus, hoc est, senatorum aureorum XXIV. millibus, census esset. Quod etsi tum fieri solitum non existimo, cum aratro terram findentibus magistratus ad imperia deferebantur: quo tempore plus virtutis, quam divitiarum, Romæ fuit: postremis tamen reipublicæ temporibus, cum privatorum opes una cum imperio crevisset, observatum esse, Suetonius in Augusto cap. 41. n. 4. satis plane videtur ostendere, cum ait: *Senatorum censum ampliarit, ac pro octingentorum millium summa duodecies H. S. taxavit, supplementum non habentibus.* Fuit igitur senatorius census equestris censu duplo major: cum eques esse nemo posset, nisi cuius res quadringentis millibus æstimaretur. De quo Horatius epist. I. 1. 57,

*Si quadringentis sex septem millia desunt,  
Plebs eris.*

Et Cicero epist. fam. ad Dolabellam IX. 13. *Res eis familiaris vix equestris est:* pro, vix ei census est CD. vix tunc ordinem equestrum: quia vix tantum habet, quantum equiti habere necesse est. Quod si quis aut senator, aut eques, non fortunæ culpa, sed suo vitio, ita rem imminuisset, ut ad legitimum censum non perveniret, senator à summo loco dejectus in equestrum ordinem recidebat, si equestris familia, aut paritas, aut plebeja, natus esset: sin familia non equestris, in plebejum, hoc est, eum, qui infra senatorium, & equestrum erat. Item eques, equestris censu demisso, equestrum ordinem amittebat, & ad plebejum, hoc est infimum, descendebat, ita & bonis moribus, & rei familiaris cives Romani operam atque dare cogebantur: moribus, ut senatorio loco digni judicarentur: rei familiaris, ne, quo virtus aditum aperiebat, inde ob inopiam excluderentur.

## CAPUT II.

### De principe senatus.

Quis in senatu dignitate præstaret, & quis inter senatores, quarri potest. In senatu præstabat is, qui summum magistratum gerebat: inter senatores is, quem

in recitando senatu censor primum legerat. Ante secundum Punicum bellum, quod Hannibale duce in Italia gestum est, princeps legebatur is, qui primus censor ex is, qui viverent, fuisset. Quod cum censor M. Cornelius Cethegus fieri censeret oportere, ne mos à patribus traditus deleteretur. Ideoque, cum T. Manlium Torquatum principem legendum contenderet, alter censor P. Sempronius Tuditanus, cujus lectio erat, se, cui legendi sortem dii dedissent, acturum arbitrio suo dixit, lecturumque Q. Fabium Maximum, quem tum principem Rom. civitatis esse, vel Hannibale judice victurus esset. Ita Fabium, qui tum erat Consul, principem in Senatu legit. Inde manavit consuetudo, ut in legendo principe, non, qui inter censorios vetustissimus esset, observaretur, sed is de censoriis legeretur unus, qui sapientiæ laude, rerumque gestarum gloria maxime inter omnes emineret. Itaque ubi res ferret, ut aliquem honoris causâ veteres nominarent: is, si principem in Senatu locum judicio censoris habuerat, non ab ullo potius magistratum, quam ab hoc titulo significabatur: quia magistratum obtinere multi possent, princeps Senatus legi nemo posset, nisi qui & magistratum ita gessisset, & omnia, quæcunque summo civis digna sunt, ita in omni vita præstasset, ut in civitate non modo anteferri, sed nec jure comparari quisquam videretur. Non dixit Cicero in eo pro Rabirio c. 7. M. Æmilius, homo Consularis, sed, *M. Æmilius, princeps Senatus:* quia, cum defensionis suæ auctoritatem quæreret à personis, nominandum in Æmilio, quod in illo maxime fuerat honorificum, existimavit. Sic in distinatione legis agrariæ II. 30. *Cum à majoribus vestris P. Lentulus, princeps Senatus, in ea loca missus esset:* & in Antonium VIII. 4. P. Lentulum, qui principem Senatus, complures alios summos viros, &c. Quintus etiam Fufius Calenus apud Dionem lib. XLVI. pag. 305. C. cum in Cicronem, invehitur, quo plus illi quærat invidia. *Illius, inquit, Lentuli nepotem, qui princeps Senatus fuit, occidi in carcere jussisti.* Hunc honorem P. Scipio Africanus, is, qui Hannibalem pugna vicit, ter consecutus est: M. Æmilius Lepidus, qui pontifex maximus fuit, sexies: quod nemini præterea contigerit. Erat autem non utriusque censoris lectio, sed alterius tantum, cui sorte contigisset. Itaque & censorem ipsum à collega Senatum legente principem in Senatu lectum invenio, ut L. Valerium Flaccum à M. Porcio Catone, M. Æmilium Lepidum, à M. Fulvio Nobiliore. Opinor etiam P. Scipionem Africanum à collega P. Ælio Pato principem esse lectum. Nam, etsi Livius libro XXXII. cap. 7. ubi de utriusque censura mentionem facit, de principe lecto nihil addit: tamen conjectura ductus in hanc opinionem venio, Scipionem à collega primo loco lectum esse. Afferat autem ipse mihi Livius conjecturæ causam: scribit enim hic libro XXXIV. c. 44. *Creantur censores Sext. Ælius Patus, & C. Cornelius Cethegus, principem Senatus P. Scipionem Consulem, quem & priores censores legerant, legerunt.* Priores enim censores fuisse video Africanum ipsum, & P. Ælium Patum. Quibus ad Sext. Ælium, & C. Cornelium censores integrum quadriennium interfuit. Ut inter utramque censuram nullis censoribus locus esse potuerit: cum hic magistratus quarto quoque inente anno crearetur. Atque hoc eo minus dubito, quod jam Liv. I. XXXVIII. c. 28. id ipsum, quod I. XXXIV. scripserat, confirmat. Ait enim P. Scipionem à censoribus T. Quinctio Flaminino, & M. Claudio Marcello principem in Senatu tertium esse lectum. Quorum locorum observatio cum edocuit me de Scipione à collega principis loci dignitate honestato, tum illud ostendit, corruptum esse locum in ipso Livio, libro XXXIX. c. 52. nam, cum ait: *Censoribus M. Porcio, L. Valerio, principem Senatus ipsam L. Valerium lectum invenio, cum superioribus duobus lustris Africanus fuisset:* dissentire videtur à seipso, qui de Scipione principe tertium lecto jam scripserat. Quamobrem ait scripsit Livius, III. lustris, quod deinde librarii culpa corrupit, & pro III. factum est II. aut, si, II. lustris, ipse tradidit, *μηνοντων ἀμείνων* commi-

commisit. Quod in antiquis novum non est: cum Cicero noster in libro de Divinatione II. bis in hoc genere peccaverit. Nam primum, quod erat Vlixis, Agamemnoni tribuit, deinde, cum Vlixem nominare debuisset, meminuit Ajaxis. Legatur Homerus in τῶ τῆς Ἰλιάδος β. καὶ ἐν τῶ ι. quamquam, quod ad Ajaxis mentionem attinet, vereor, ne indiligentia potius, quam oblivione peccaverit. Nam, cum legisset illum versum, qui est in τῶ ι Νῆσ' Ἀλαε φοίνικι, νόσσι δὲ δῖος Ὀδυσσεύς, opinatus est ab Ajace potius, quam ab Vlixē, apud Aenilem pronuntiare ea, quae sequuntur. Qui si deinde legisset, usque ad eum locum, ubi Achilles respondet: Vlixem, non Ajacem queti de ferocitate Trojanorum cognovisset. Respondet enim in eo libro Achilles his verbis: Διοτρεὶς λαοτρίδῃ, πολυμήχαν' Ὀδυσσεύ. Idemque in II. libro de gloria oblivione lapsus est. Quod Gellius notavit libro XV. cap. VI.

### C A P U T III.

#### De causis amittendi ordinis senatorii.

Quinque de causis ejectionis à Senatu Senatores invenimus: quas deinde omnes exponemus. Quocumque ejectionentur, ignominiosum & turpe fuit. Tametsi *præteriti Senatoris*, ait Festus Pompejus, quondam in opprobrio non erant: quod, ut Reges sibi legebant sublegebantque, quos in consilio publico haberent, ita, Regibus exactis, Consules quoque, & tribuni militum Consulari potestate conjunctissimos sibi quoque patriciorum, & deinde plebejorum legebant, donec tribunitia potestas intervenit: qua sanctum est, ut censes ex omni ordine optimum quemque curiam in Senatulegerent. Quo factum est, ut, qui præteriti essent, & loco moti, haberentur ignominiosi. Itaque & M. Cato censor, is, qui censorius mox appellatus est, ob censuram graviter ac severe administratam, hominem Consularem à Senatu eiecit L. Flaminium, quia, cum esset Consul in Gallia, exoratus esset in convivio à securo, ut securi feriret aliquem eorum, qui in vinculis essent damnati rei capitalis: & Cn. Lentulus, ac L. Gellius, item censes, C. Antonium, qui postea cum Cicerone Consul fuit, de Senatu moverunt, subscripta caula. quod socios diripisset, quod iudicium in sua civitate cum peregrino recusasset, quod propter æris alieni magnitudinem prædia mancipasset. Quibus exemplis, ut omittam alia, (sunt enim innumerabilia) eos, qui Senatu ejectionis essent, ideo ignominiosos habitos esse conitat, quod, cur ejectionentur, dignam causam turpiseorum vita præbuisset. Omnino enim, si quid turpiter aut flagitiose senator aliquis commisisset, eum censor in recitando Senatu præteribat: præteritus ordinem senatorium continuo amittebat: neque amissum jus recuperabat, nisi aut ab altero censore nox probaretur: quam ob causam libro XXX. Livius ait: *Tres ejectionis de Senatu: retinuit quosdam Lepidus à collega præteritos.* Aut aliorum postea censorum iudicio in curiam revocaretur. Aut iis criminibus, quæ censes in subscriptionem nominassent, juratorum iudicium sententiis absolveretur. Aut populi Rom. suffragiis censorum iudicium rescinderetur. Aut denique se ad eos, quos gesserat, honores item petendos retulisset, donec minores magistratus consecutus ad curules perveniret, quorum jure & in Senatu sententiam posset dicere, & à primis censoribus legi deberet. Hoc tamen servabatur, ut, qui curules nondum honores ceperant, ii eos ipsos, quos gesserant, denuo caperent, & deinde ad curules pergerent: qui vero curules gesserant, iis ad omnes, quos gesserant, redeundum non erat, sed unum modo curulem iterum capere satis erat: ut, quod censoris animadversione amiserant, jure magistratus recuperarent. Utrumque probatur exemplo Sallustii, historiarum scriptoris, & Lentuli, qui cum Cæsarina contra patriam consilia iniit. Nam Sallustius post quaesturam à Senatu ab App. Claudio & L. Pisonē censoribus ejectionis, iterum quaesturam petiit, & adeptus est: postquam in Senatum rediit, non ipsius quaesturæ be-

neficio, (nam curulis tantum magistratibus, ut dixi, privilegium hoc erat) sed quod, Cæsarem civili bello secutus, facile, quod legibus non licebat, à victore per gratiam impetravit. Unde illud in oratione, quam scripsit in eum neficio quis, nam certe (quod ipsum dicendi genus, & qui Græce dicitur χαρακτήρ, facile declarat,) eam Cicero non scripsit. Sic igitur est in ea cap. 8. Tu, C. Sallustii tantidem putas esse, bis quaestorem, & bis senatorem fieri, quanti, bis Consularem, & bis triumphalem? At Lentulus, gesto jam consulari, eum ob mollitiem, ut ait Plutarchus, & Senatu esset ejectionis, iterum quaesturam, qui curulis erat magistratus, petiit: quam consecutus, jure magistratus in Senatum rediit. Quod & in Dionis libro XXXVII. legimus. Et ob hanc causam Philistus objicit Ciceroni apud Dionem, quod Lentulum, hominem Consularem præteritum, indicta causa Consul occidisset. Et Vellejus cum ait libro I. eum Consularem, & præteritum iterum in carcere necatum, significat de secunda quaestura post Consulatum, quam ideo petiit, ut dignitatem senatoriam, censorum iudicio amissam, magistratus beneficio reciperet. Fuit etiam, præter censoriam notationem, amittenda senatoria dignitas alia causa. Nam, si quis iudicio turpi, exempli gratia furti, peculatus, captarum pecuniarum, pro socio, esset condemnatus, hic iterum post condemnationem, non ordine solum senatorio, sed omni prorsus honore privabatur. Eoque gravior erat hæc poena, quod non ad tempus sed in perpetuum irrogabatur: cum ii, qui à censoribus à Senatu essent ejectionis, ea tamen spe præteritum honorem lenirent, quod recuperare suum jus aliquando possent. Præterea, locum senatorium adimere censes poterant, potestatem petendi magistratus minime poterant. At iustam iudicio damnati, non curia magis, quam honoribus cunctis excludebantur. Quod Cicero in oratione pro Cluentio Avito cap. 42. declarat his verbis: *C. Geta, cum à L. Metello, & Cn. Domitio censoribus ex Senatu ejectionis esset, censor ipse postea est factus: & cuius mores à censoribus erant reprehensi, hic postea & populi Romani, & eorum, qui in ipsum animadverterant, moribus præfuit. Quod si illud iudicium putaretur, ut ceteri, turpi iudicio damnati, in perpetuum omni honore, ac dignitate privarentur, sic hominibus ignominia notatis, neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus esset. Dixit, Omni honore, ac dignitate: pro, omni magistratu, ac ordine Senatorio, quod ipse quoque exponit, cum infert: Neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus. Hæc studiosis hominibus eum ad intelligentiam, ut opinor, non injuncta esse possunt, quia Romanorum rerum explicata notitia delectat: tum hoc habent commodi, quod incurritibus in obscura loca, qualia veterum in libris multa scimus esse, lucem afferunt, efficiuntque, ut, quod à multis sine labore vix perciperetur, id ab omnibus facile cognoscatur. Exempli causa, Suetonius ait in Tib. 35. 3. *Ex juventute utriusque ordinis frigidissimus quisque, quo minus in opera scena, arenaque edenda senatorioconsulto tenerentur, famosi iudicii notam sponse subibant.* Hæc satis illustrantur à prædictis. Multos enim, qui, quod senatores erant, operam in scena, aut in arena præbere verabantur, senatoriam dignitatem amittere maluisse Suetonius significat, quam in scena non agere, & in arena non pugnare: quorum alterum erat histriionum, alterum gladiatorum: hoc servile, illud ignis honoratum, nec satis libero dignum, sed potius libertinis hominibus, quam ingenuis, concessum: cum etiam, si quis ingenuus operam in scena præbuisset, nisi si Atellanam egisset, eum tribu motum, Valerius libro II. 4. 4. scriptum reliquerit. Ergo, (ut ad Suetonium redeam) in senatorio loco moverentur, accusatores inducebant, à quibus aliquo turpi crimine in iudicium vocati, volentes damnarentur: ut soluti quasi vinculo senatorio, agent in scena, pugnarent in arena. Hoc autem, quod de senatorum damnatione dicimus, etiam ad equites pertinuisse, indicare videntur duo illa Suetonii verba, *utriusque ordinis: quibus, & senatorium senatorio loco, & equitem equestri gradu**



dejectos, si turpi iudicio damnarentur, licet intelligere. Nisi si, quod fortasse verius est, non de senatoribus & equitibus, sed tantum de senatoribus, Suetonius significavit, & utriusque ordinis, dixit, pro, & patricii ordines, & plebei: cum in senatu plebei pariter & patricii legerentur. Atque huic opinioni (quid alii sentiant, liberum cuique sit) ego quidem magis acquiesco. Videtur etiam lege Servilia sancitum, ut, si quis de Latino populo senatore Romano accusasset, & damnasset, accusator civitate Romana donaretur, damnatus loco senatorio moveretur. Hoc ego de Ciceronis verbis expressi, qua sunt in oratione pro Balbo. Sunt autem hæc cap. 24. *Legge Servilia principes viri, ac gravissimi, & sapientissimi cives hanc Latinis viam ad civitatem populi iussu patere passi sunt: neque in his est hoc reprehensum Licinia & Mutia lege: cum præsertim genus ipsum accusationis, & nomen, & ejusmodi præmium, quod utroque assignari posset, nisi ex senatoris calamitate, neque senatori, neque bono cuiquam nimis jucundum esse posset. Non dubito, quin, cum dixit, ex senatoris calamitate, ordinis amissionem significaverit. Quibus autem ex criminibus lex Servilia Latinis hominibus hoc dederit, quia Cicero nominatim non exponit, obscurum videri potest. Mihi tamen dubium non est, quin accipiendum sit de omnibus criminibus, quibus Senator damnatus ordinem senatorium amitteret: ut, quem locum reus nocens vacuum reliquisset, eum accusator, quasi diligentia sua præmium, beneficio legis occuparet. Crimina vero, quibus Senator condemnatus amplissimo loco excluderetur, cum ea fuerunt, de quibus jam memini, furti, peculatus, captarum pecuniarum, pro socio, tum multo magis ea, quibus, qui damnatus erat, ei aqua & igni interdiceretur. Quibus de criminibus populus erat iudex. Cum igitur, cui aqua & igni interdiceretur, ei simul & Senatu, & omni prioris re interdici constaret: nominatim tamen in ipsa condemnationis lege addebatur, ut, cui populus damnatus aqua & igni interdixisset, eum ne suo loco censor in senatum legeret. Quod cum Clodius in ea lege, qua Ciceronem Urbe expulit, omisisset, ac ne illud quidem tulisset, ut ei aqua & igni interdiceretur: ideoque, etiam cum aberat, senatorein fuisse. Cicero ait in oratione pro Domo sua cap. 31. *Cur, inquit, ego Senator tum non fui, cum neque tuleris, ut mihi aqua & igni interdiceretur, neque cavearis, ne meo me loco censor in Senatum legeret? quæ, cum alteratrum satis sit, utraque tamen ad eripiscendam senatori dignitatem in legibus conjunguntur, ut in tua lege neutrum fuit. Hæc fere de Ciceronis verbis in Clodium elicitur argumentatio. Quatuor causas, cur senatores è senatu eicerentur, enumeravimus. Quintum genus fuit, cum populus imperium abrogabat. Quibus enim abrogabat, ii Senatu excludebantur. Id lege Cassia sancitum Pedianus significat pro C. Cornel. p. 139. his verbis: *L. Cassius, L. F. Longinus tribunus plebis C. Mario, L. Cassio Coss. legem tulit, ut, quem populus damnasset, cuius imperium abrogasset, in senatu non esset: ut scilicet inimicum suum, qui ante biennium Consul fuerat, & Cæcilium Metellum Senatu eiceret, quod ei populus, propter rem adversus Cimbrorum male gestam imperium abrogaverat.***

## CAPUT IV.

## De loco habendi Senatus.

Multum sane vidisse veteres Romani mihi videntur, qui, non ut profanis in locis, sed ut in sacris adibus Senatus haberetur, instituerint. Nimirum sapientissimi homines id spectarunt, ut senatores, quasi præsentem deos, veriti, eadem religione consilium de republica caperent, qua divinam rem administrare sacerdotis consueverunt. Habebatur Senatus loco per auguria constituto, id est, aut in curiis, aut in deorum templis: tum, aut in Urbe, aut extra Urbem. Primus Romulus, Senatu creato, ut in templo Vulcani extra Urbem haberetur, instituit. Hostilius

Rex curiam Hostilianam, quæ erat in Urbe, consulandi locum senatoribus esse voluit. Post exactos Reges, modo in Jovis, Apollinis, Martis, Bellonæ, Castoris, Concordiæ, Virtutis, Fidei, alia præterea templa, modo in curias, Hostilianam, Pompejam, Juliam, senatum convenisse legimus. Erat utrobique religio par: neque enim minus sacra curia, quam deorum ades. Ideoque & Hostilianam curiam templum Livius appellat: & ubicunque Senatus habebatur, sive in curia, sive in templo, eum locum curia nomine indifferenter veteres significant. Illud attentè considerandum, cur senatum in templo Virtutis habitum esse, Cicero dixerit in oratione pro Sextio: at in eadem, & pro Domo sua, in templo Jovis: cum de ejusdem diei Senatu manifeste loquatur. Non enim puto de Virtutis aliqua cella significari posse, quæ in ipsius Jovis templo esset. Non enim cella fuit, in quam eo die senatus convenit, sed templum illud Virtutis, quod C. Marius fecerat. Itaque & in hac pro Sextio, & in de divinatione libro I. Marii monumentum appellatur. Festus etiam, non fuisse cellam Virtutis in Jovis templo, sed templum separatam, & ipsius Virtutis propriam, declarat his verbis: Summum alius adem Honoris, & Virtutis C. Marius fecit: ne si offerret auspiciis publicis, augures eam demoliri cogerent. In Urbe senatus præterquam habebatur, extra Urbem in æde Bellonæ non nisi duabus de causis, vel, quod ait Festus, & ex historia cognoscitur, ut legati exterarum gentium adesse possent, quibus in Urbe senatum dari mos non fuit, præsertim, ut libro XLII. Livius ostendit, si ab hostibus venirent: vel, quod ipsum ex historia patet, ut adesse liceret iis, qui cum imperio erant. Esse autem cum imperio dicebantur ii, quibus senatus populisque Romanus exercitum dederat: qui, nisi prius imperium deposuissent, ingredi Urbem legibus vetabantur. Olim tria tantum œacula, ubi senatus habebatur, fuisse Romæ, scripsit Nicostatus in libro de Senatu: unum, ubi postea ades Concordiæ fuit, inter Capitolium, & forum: alterum ad portam Capenam: tertium in æde Bellonæ. Nicostati liber non existat: sed, quæ nobis ex Nicostato accepta Festus narravit, ea renuntiamus.

## CAPUT V.

## De tempore habendi Senatus.

ERant certi dies, quibus haberi senatus posset: item, certi, quibus non posset: qui comitiales dicebantur, quali popularibus comitiis dicati: per eos enim dies agi cum populo licebat. Atque hoc, non eundem puto à Regibus, cum nondum tot institutus civitas egeret, sed in republica video diligenter observatum: nisi si rei magnitudo ferret, ut sine mora referendum ad senatum esset. Tunc enim dierum comitialium ratio non habebatur. Quod tamen semel factum esse legimus, ut in senatusconsulto, quod est in epistola M. Cælii, lib. VIII. Fam. epist. successione enim provinciarum primo quoque tempore expediri, ut Cæsar de provincia Gallia revocaretur, ipsius Cæsaris inimici cupiebant. Kalendis Januarii, quo die magistratum Consules inibant, post sacrificia rite peracta coacto Senatu Consules primum de divinis rebus, deinde de republica referebant, non utriusque, sed alter, is inquam, qui priore loco Consul creatus esset. Servabatur autem non primo tantum anni die, sed quoties haberetur Senatus, ut is, qui senatum habiturus esset, antequam ingrederetur, sacra faceret, hostiis majoribus in foro præconem & ad tibicinem immolatis. Reliquis sex, qui Kalendas consequuntur, Januarii diebus, haberi senatum potuisse, biduo excepto comitali, ex Cæsare cognovimus, libro I. de bello civili cap. 5. qui tamen inter hos essent duo comitiales dies, quos Cæsar non nominat, non cuius inter noscere facile est. Quod nos, utpote qui Romanarum rerum vacatione ita oblectamur, ut nihil, quamvis humile,

contemnamus, non gravabimur ostendere. Ad VII. idus Januarii senatum habitum esse Cæsar significat, cum ait: *Hæc senatusconsulta prescribuntur ad VII. idus Januarii. Et subjungit proxime: Itaque quinque primis diebus, quibus haberi senatus potuit, bido excepto comitali, & de imperio Cæsaris, & de amplissimis viris tribunis plebis gravissime acerbissimeque decernitur.* His verbis à Kalendis Januarii ad VII. idus quinque senatus habendi dies demonstrat: ut tamen in his quinque diebus & Kalendæ ipsæ, & VII. idus includantur. Cum igitur de quinque jam habeamus duos: Kalendas scilicet, & VII. Idus: reliqui tres qui esse possint, videamus. Nonarum dies, ut opinamur, unus erit: cum & inter nefastos, hoc est festos dies, à Macrobio referatur, & eo die senatum esse habimur, illa Ciceronis verba pro Flacco c. 40. significant: *O Nona illa Decembres, qua me Consule fuisti.* Reliquos duos, quibus haberi senatum licuit, crediderim esse IV. nonas, & VIII. idus: IV. nonas, quia comitalis esse non potuit, ut Macrobius Saturnaliorum lib. I. significat: VIII. idus, quia ne hic quidem comitalis fuit: sequitur enim post nonas: *& post Kalendas, nonas, idus, religiosos dies fuisse,* Verrius Flaccus, Livius l. vi. c. 1. & Festus iradiderunt. Quos autem religiosos dies Livius nominat, eos Verrius, Festus, & Macrobo. sat. 1. 16. atros appellant: atros autem Macrobius exponit, neque priores, neque puros, neque comitiales. Jam igitur patet, qui fuerint quinque dies, per quos haberi senatum potuisse Cæsar scripsit. Fuerunt enim, ut probavimus, Kalendæ Januarii, IV. nonas, nonæ, VIII. idus, VII. idus. Patet igitur simul, quod fuerit bido comitale, de quo idem Cæsar meminit. Sequitur enim necessario, ut fuerit III. nonas, & II. nonas. Itaque in oratione in Pif. cap. 4. cum ait Cicerero, *Triduo post à P. Clodio lex Ælia & Fusia eversa est,* significat diem II. nonas. Nam cum triduo post Kalendas Januarii latam à Clodio eam legem dicat, quæ legem Æliam & Fusiæ evertit, necesse est, ut intellexerit aut de II. nonas, quo die triduum perficitur, aut de nonis, quæ perfecto & transacto jam triduo sequuntur. De nonis intelligere non potuit, quia Kalendas, nonas, idus habendo senatus legitimus dies fuisse, jam diximus. Restat igitur, ut de II. nonas intellexerit. Diem autem III. nonas, etiam, comitiale fuisse, satis patet: quia, cum, de primis septem diebus qui fuerint quinque senatorii, demonstraverim, relinquatur, ut duo reliqui, III. nonas, II. nonas, comitiales fuerint, tamen exemplum etiam afferemus ex Ciceronis ad Metellum libro V. Famil. Ep. 2. in qua hæc sunt verba: *Ad III. nonas Januarii cum agere coepisset, tertio quoque verbo orationis suæ me appellabat.* Loquitur de Metello Nepote tribuno plebis qui ad populum acerbe contra Ciceronem agebat. Post VII. idus paucos habuit senatorios dies mensis Januarii. Tantum enim ad usque XVIII. Kalendas Februarii senatus haberi potuit. Nam post XVIII. Kalendas Pupia lex haberi senatum vetuit. Quod ex duabus Ciceronis epistolis, altera ad P. Lentulum, altera ad Quintum fratrem 2. 17. cognoscitur. Scribit enim ad fratrem his verbis: *Comitalibus dictus, qui Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur non impediri se lege Pupia, quo minus habeat senatum.* Quod si post Quirinalia sequuntur comitiales: Quirinalium dies videtur fuisse XVIII. Kalendas Februarii: quia in epistola ad Lentulum, & fuisse senatum XVIII. Kalendas, nec deinde futurum ob legem Pupiam significatur. Erant enim comitiales dies, quibus haberi senatus per legem Pupiam non potuisse Cicerero ad Lentulum Fam. 1. 4. scribit. Quod ipsum, eadem de Lentuli re, in alia ad fratrem epistola n. II. 2. declarat his verbis: *Per obstratores Lentuli res calamita extracta est, consecuti sunt dies comitiales.* Atque hos ipsos comitiales dies, quos Pupia lex in Januario sanxit, significat & in oratione pro Sextio cap. 34. cum ait: *Consecuti dies pauci omnino Januario mense, per quos senatum haberi liceret: sed tamen altum nihil, nisi de me.* Paucos post Kalendas Januarii senatorios dies dicit fuisse, quia post XVIII. Kalendas Februarii omnes

erant comitiales. Post VII. igitur idus usque ad XVIII. Kalendas haberi poterat Senatus. Utrum autem hoc toto intervallo omnes essent senatorii dies, nulli comitiales, affirmare difficile est. Quod autem me docuit observatio, id ego item alios docere possum. Itaque primum illud dicam, IV. idus non fuisse comitiale diem: quia cum Cannensis illa funesta clades ad IV. nonas Sextiles accepta sit, atri dies, quod jam diximus, omnes quattuor ante Kalendas, nonas, idus, habiti sunt. Addam & illud, idus, XIX. Kalendas, XVIII. Kalendas non fuisse comitiales: quia per hos tres dies habitum Senatum in Cicerone observavimus. Quod, qui duarum ad Lentulum epistoliarum loca contulerit, simulque consideraverit, facile cognoscat. Hæc sunt, quæ de Januario collegimus: nec dubitamus, quin de senatoriis & comitalibus diebus eadem in reliquis mensibus ratio fuerit: ut scilicet omnes Kalendæ, nonæ, idus, omnes postidie Kalendas, nonas, idus, omnes ante IV. Kalendas, IV. nonas, IV. idus non comitiales, sed senatorii dies fuerint: item, ut in Januario III. nonas senatorii, II. nonas comitiales, VIII. idus comitiales, VII. idus senatorii, itidem in reliquis mensibus, hoc tamen in Januario diversum, quod propter Pupia legis interdictum pauciores habuit senatorios dies, quam reliqui menses: sexdecim enim dies, id est, omnes, qui post XVIII. Kalendas numerantur, lex auferebat. Et quemadmodum Januarius pauciores senatorios, sic Februarius pauciores comitiales habuit, quam omnes reliqui menses. Nam, ut ait Pedianus in commentario III. orationis in Verrem, *hoc mense frequens Senatus postulatus provinciarum legationibus audiendis dabatur.* De quo sic in epistola ad Lentulum Fam. 1. 4. *Senatus haberi ante Kalendas Februarias per legem Pupiam non potest. Neque mense Februario toto, nisi perfectis, aut rejectis legationibus.* Quo in loco non & de Januario simul, & de Februario lege Pupia sancitum, sed de Januario tantum intelligo. Nam de Februario non Pupia, sed Gabina lex sanxerat, ut ipso Cicerone interprete ostendimus. sic enim lib. II. Ep. 13. ad Quotum fratrem: *Comitalibus diebus, qui Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur, non impediri se lege Pupia, quo minus habeat Senatum, & quod Gabina sanctum sit, etiam cogi, ex Kalendis Februarii usque ad Kalendas Martias legatis Senatum quotidie dari.* Cum igitur in mense, qui senatorii, quive comitiales dies fuerint, considerentur: rursus in die senatorio, (nam de comitali proprias erit locus in libro de comitiis) qua hora in curiam senatores coiverint, qua discesserint, considerandum videtur. Atque hoc quidem satis apertum est. Nam senatores neque ante solis ortum in curiam convenisse, neque post occasum permanisse, ideo verisimile est, quia Senatusconsultum, aut ante solis ortum, aut post occasum facta, irrita fuisse, tum apud Gellium legitimus, qui Varronis verba recitat, tum ex ipso Cicerone cognovimus: qui Philippica tertia Consuli objicit Antonio de Senatusconsulto vespertino. Nam etsi anno ab Urbe condita CCXC. Senatusconsultum noctu factum esse constat: tamen est hoc non consuetudinis, sed necessitatis exemplum: urgebat enim tum res, & procastinandi locus non erat, cum Sp. Furium Consullem cum exercitu ab Æquis & Volscis obsideri nuntiatum esset. Eadem nunc est in magno nostræ republicæ consilio, quo magistratus creantur, consuetudo. Nam & meridie fere in illud amplum excelsumque conclave, quod magni consilii atrium vocant, omnes patricii conveniunt, neque post primas tenebras permanent: præclare; ne nox, qua delicta teguntur, alicui suffragium ferenti ad fraudem occasio sit, præsertim in tam frequenti consilio, cum patricii mille ducenti, interdum etiam plures, de singulis magistratibus suffragium ferant. At in consilio togatorum, & in consilio decemvirum diversa ratio est. Sæpe enim in multam noctem pro rei magnitudine consultatio producitur. Neque tamen in suffragiis vitium timetur: non solum, quia minor est senatorum numerus, quam in magno consilio, & ubi minor numerus, ibi plus ordinis, & rationis: verum etiam, quia senatores ipsi, qui in his duobus consiliis de

publica re disceptant, hi sunt fere præter cæteros à malis artibus alieni, ætate temperati, bonitate iusti, religione pii.

## CAPUT VI.

## De potestate habendi Senatus.

**J**us habendi Senatus non dubium est, quin ad eum magistratum spectaverit, qui summam in Urbe potestatem gerebat. Itaque vocari Senatum quandoque à Dictatore, plenumque à Consule, interdum etiam à prætoribus legimus: à Dictatore, quia summum erat Dictaturæ jus, & libera potestas, nec nisi periculosissimis reipublicæ temporibus creabatur: à Consule, quia neque superior magistratus, neque par Consulibus erat: à prætoribus, dumtaxat eo tempore, cum Consules abessent: absentibus enim Consulibus Consulate munus sustinebat is, qui dignitate proximus erat, erat autem prætor. Illud erat dissimilitudinis, quod Consules, quacunque de re videretur, Senatum convocabant, prætor autem nunquam, nisi ad rem novam. Non enim vetera absentibus Consulibus tractari, sed in eorum adventum reservari, honestius visum est. At nova, quia moram non ferrent, sed præsentis consilio egerent, ei magistratui, qui absentibus Consulibus Senatum habebat, qui prætor urbanus erat, permittebantur. Enimvero & ab aliis, pro temporum conditione, Senatum esse vocatum, ex Gellio cognovimus. Is enim hæc N. A. xiv. 7. Varro in libris de quæstis per epistolam, in epistola ad Oppianum scribit, qui fuerint, per quos more majorum Senatus haberi soleat: eosque nominat, Dictatorem, Consules, prætores, tribunos plebis, interregem, præfectum Urbis: neque alios, præter hos, jus fuisse dixit facere S. C. quoticunque usu venisset, ut omnes isti magistratus eodem tempore Romæ essent, tum, quo supra ordine scripti essent, qui eorum prior ratius esset, ei potissimum Senatus consulendi jus fuisse. Addit deinde, extraordinario jure tribunos quoque militares, qui proconsules fuissent, item decemviro, quibus imperium Consulare tum esset, item triumviro reipublicæ constituendæ causa creatos, jus consulendi Senatui habuisse. Postea scripsit de intercessionibus: dixitque, intercedendi, ne S. C. fieret, jus fuisse iis solis, qui eadem potestate, qua ii, qui S. C. facere vellet, majoreve essent. Tum adscripsit de locis, in quibus S. C. fieri jure possit, docuitque confirmarique, nisi in loco per augures constituto, quod templum appellaretur, S. C. factum esset, justum id non fuisse: Propterea & in curia Hostilia, & in Pompeja, & post in Julia, cum profana ea loca fuissent, templa esse per augures constituta; ut in iis S. C. more majorum iusta fieri possent. Inter quæ id quoque scriptum reliquit, non omnes ades sacras templa esse, ac ne adem quidem Vestæ templum esse. Post hæc deinceps dicit, S. C. ante exortum, aut post occasum solem factum ratum non fuisse: opus etiam censorum fecisse existimatos, per quos eo tempore S. C. factum esset. Docet deinde inibi multa, quibus diebus haberi Senatui jus non sit: immolareque hostiam prius, auspicarique debere, qui Senatui habiturus esset. De rebus quoque divinis prius, quam humanis, ad Senatui referendum esse. Tum porro referri oportere aut infinite de republica, aut de singulis rebus finite: S. C. fieri duobus modis, aut per discessionem, si consentiret, aut si res dubia esset, per singulorum sententias exquisitas: singulos autem debere consuli gradatim, inspicique à Consulari gradu. Ex quo gradu semper quidem ante primam rogari solent, qui princeps in Senatui lectus esset: tum autem, cum hæc scriberet, novum morem institutum refert per ambitionem, gratiamque, ut is primus rogaretur, quem rogare vellet, qui haberet Senatui, dum is tamen è gradu Consulari esset. Præter hæc de pignore quoque capiendi disserit, deque multa dicenda senatori, qui, cum in Senatui venire deberet, non adesset. Unde illud in Philippica I. 5. Quis unquam tanto damno senatore coëgit? aut quid est ultra pignus, aut multam? Atque in Capito Tuberonem dicere scribit, nullum S. C. fieri posse non discessione facta, quia in omnibus S. C. etiam in iis, quæ per relationem fierent, discessio esset necessaria. Idque ipse Capito verum esse affirmat. Quod

Varronis sententiæ videtur repugnare. Hæc Gellius de cujus postremis verbis, utrum à Varrone dissentiat Tubero, infra videbimus, ubi de Senatusconsulto agitur. Nunc, quo institutum, ordine pergamus. Ex duobus Consulibus, vocandi Senatus potestatem is habebat, cujus eo mense fasces erant. Quem morem & decemviri secuti sunt. Quod si vocari ab utriusque Consulibus Senatui interdum legimus: id non communem utriusque potestatem, sed consentientes utriusque animos significat. Nam alterutrius quidem mensuram fuisse potestatem, ex Dionysio, Livio, Suetonio, Gellio cognovimus. Senatores primo in curiam à præcone è senaculo citabantur: qui locus fuit, ubi Senatus habebatur: idque aliquando servatum est, cum à Romulo esset institutum: nam & à decemviris per præconem citatos in curiam patres invenio. Postea, civitate aucta, & Urbis pomerio prolato, factum est, ut edicto accesserentur. Neque hoc deinde est immutatum. Quod si quis accessit edicto parere recusaret, ad hunc, ut ab eo pignora caperet, apparitores esse missos, non solum Gellius ex Varrone, sed Cicero etiam, Livius, Dion memoriam prædiderunt. Quod & ipse Cicero Philippica I. significat. Patet autem ex quadam libri IV. ad Atticum epistola, non nisi eos senatores, intra pomerium qui essent, edicto vocari solitos. Extra Urbem si qui erant, non cogebantur. Neque vero senatores tantum edicto Consul in curiam vocabatur, sed eos etiam, quibus in Senatu sententiam dicere liceret. Nam re vera senatorios & erant, & dicebantur ii, quos censor in Senatu legerat. In curiam alii pedibus itabant, alii curru vhebantur. Pedibus itabant, qui curulem magistratum nondum gesserant: (erant autem curules magistratus, Aedilitas curulis, Prætura, Consulatus, Censura, Dictatura) qui senatores pedarii dicebantur. Qui curulem magistratum gesserant, curru solitos in curiam vehi honoris gratia, C. Balsius in commentariis suis scriptum reliquit, cum in eo curru sella esset, supra quam considerent: quæ ob eam causam curulis appellabatur. Erant autem, ut jam dixi, ex his ipsis multi, qui nondum senatorios erant: qui tamen ob eos honores sententiam in Senatu dicendæ jus habebant.

## CAPUT VII.

## De jure referendi.

**R**eferebatur in Senatu primum de divinis rebus: secundo loco de humanis. Referebat autem is, qui Senatui habebat, sive is esset Consul, sive alius magistratus. Habebat autem Senatui primo magistratus mense, id est, Januario, è duobus Consulibus is, qui priori loco creatus erat Consul, ejus enim fasces erant primo mense: itaque Livius libro IX. c. 8. M. Valerius, inquit, Corvus interrex Consules creavit Q. Publilius Philonem, & L. Papirium cursores iterum. Qui cum eo, quo creati sunt die, magistratum inissent, sollemnesque simulis perfecissent, de pace Caudina retulissent: Publilius, pones quem fasces erant, Dic Spuri Posthumi, inquit. Ergo & Senatui habebat primo mense, & referebat, & sententias rogabat is Consul, cujus eo mense fasces erant. Quod si, qui Senatui habebat, is referre nollit: quod sæpe usu venit: tum tribunus plebis referebat: & cum retulisset, etiam sententiam rogabant. Hinc illud in oratione pro Sexio cap. 32. Princeps P. Lentulus, auctoritate, a. sententia sua, Pisone, & Gabinio repugnantibus, causam suscepit, tribunisque plebis oratio referentibus, præstantissimum de me sententiam dixit. Et in epistola ad Plancium Fam. x. 16. Flagitare, inquit, Senatui instituit Cernutum, ut referret statim de tuis litteris. (erat autem hic prætor, & absentibus Consulibus Senatui convocaverat) ille se considerare ait velle. Cum ei magnum convicium fieret cuncto à Senatu, quinque tribuni plebis retulerunt. Patet etiam hoc ex epistola prima libri II. ad Q. Fratrem, & è secunda libri I. ad Lentulum: in qua etiam illud cognoscitur: si quando de eadem re & Consul, & tribunus plebis retulissent, moris fuisse, ut ante tribunal plebis discessionem Consul faceret, id est, de eo, quod retulisset, per discessionem senatorum judicium fieri juberet. Non enim, nisi de eadem re, tamen idem referebant, satis enim

unius relatio fuisset, si utriusque relatione nihil esset, quod differret. Sed referebant eadem de re non eodem modo: ut in ea, de qua dixi, epistola manifestum est, Lupum tribunalium plebis retulisse ut Pompejus Ptolomæam in regnum redaceret, cum Consules retulissent utrum reducendus esset, & si reducendus, a quo. Legimus etiam in VII. Philippica c. 1. diversis de rebus diversos magistratus eodem die retulisse, sed referendi partes unum sustinuisse, reliquos collegas relationem comprobasse. Itaque in III. Philippica tribunos plebis ait de præsidio Consulium & Senatus retulisse: in IV. §. vero, de eadem relatione verba faciens, *Hodierus*, inquit, *die primum, referente Marco hoc Servilio, collegisque ejus, ad spem libertatis excessimus.* Unum Servilium populo nominat, principem relationis: cum in tertia, quam habuit in Senatu, bis de tribunis plebis referentibus communiter meminerit. Sic in oratione pro Donio sua modo Senatum ab utroque Consule, modo ab uno Metello vocatum dicit: quia revera uterque consentiret in vocando Senatu, sed propria Metelli partes essent, qui, ut opinor, eo mense fasces haberet.

## CAPUT VIII.

## De ordine rogandi sententias.

Veterem fuisse rogandarum sententiarum morem, & ab ipsis etiam Regibus observatum, Livius significat. Inde ad rempublicam permanavit. Post relationem Consul, aut magistratus ille qui Senatum convocaverat, ubi, quod è republica videretur, id ut quisque diceret, hortatus erat, ordine sententias rogabat: rogabat autem ut paulo ante significatum est, non omnes, qui aderant in Senatu, sed eos tantum, qui senatores erant. Nam cæteri ita sententias dicebant, ut senatoribus, qui dixerant, assentirentur. Sed ordinem rogandi non eundem fuisse omnibus temporibus animadverto. Alias primus rogabatur, qui à censore princeps in Senatu lectus erat: quod Varro nis atate fieri desiisse, ex ipso Varone Gellius ostendit. Alias, qui designati Consules erant: si modo post comitia Senatus haberetur: sin ante, Consules studio aut necessitudine adducti, quem iis visum erat, honoris causa extra ordinem sententiam primum rogabant. In quo etiam illud observatum est, ut ne quis quemquam ex alio, quam ex Consularibus, sententiam primum rogaret. Anno post Urbem conditam CCLX. dignitatis habitam esse rationem in rogando, Dionysius significat: primum enim rogatum esse T. Largium Flavium, qui quia Dictator primus creatus fuerat, honore omnibus antecire videbatur. Et anno deinde proximo seniores Consulares ordine rogatos esse, idem Dionysius testatur. Ex quo patet, non hoc anno, item ut superiore, primum esse rogatum T. Largium: erant enim alii Consulares in Senatu, qui ante illum Consulatam gesserant, ut M. Valerius Volesus, P. Postumius Tubertus, Menenius Agrippa Lanatus, Sp. Cassius Viscellinus: qui etiam eo die præter Cassium, legati ad sedandos plebis animos missi sunt. Sed anno superiore ideo primum rogatum esse Flavium crediderim, tum, ut dixi, quia Dictator primus fuerat, tum etiam, quia, cum à finitimis populis bellum parari nuntiaretur, rei magnitudo ferebat, ut is suam sententiam primus diceret, qui bellorum usi præter cæteros excellere: qua ipsa de causa potissimum & Dictator creatus erat. At in sequenti anno, cum non de bello gerendo, sed de domestica seditione dissolvenda consilium caperetur, jure Consularium vetustissimi pro cuiusque atate deinceps rogati sunt. Observatum autem illud Suetonius Jul. 21. 2. tradit, ut, quem ordinem interrogandi sententias Consul Kalendis Januariis instituisse, eum toto anno conservaret. Quam consuetudinem Cæsar, qui ad gratiam, id est, ad potentiam suam, omnia referret, in suo Consulatam neglexit. Nam, cum *Crassum*

*primum rogare solitus esset, Cn. Pompejum post Julia filia nuptias rogare primum cepit.* Hæc Suetonius, quæ si vera sunt, non video, qui sententias rogati primi poverint Consules designati. Nam, si quem ordinem in rogando Consul Kalendis Januariis instituisse, eum toto anno conservabat: occupato jam primo loco, designati Consules non primi sed post primos rogabantur. Mendax igitur Suetonius? vereor antiquitatem: nec, ut illi deuraham, adduci temere soleo. Sed tamen, si quis argueret mendaciam, defendendi ratio mihi quidem non suppedit: nisi si, quod in eo scriptum est, *toto anno accipias non plane pro toto anno, sed pro toto illo tempore, quod ad rogandas sententias liberum Consuli daretur, id est, ad usque designationem Consulatum, qui fere designabantur Quintili mense: ut post designationem ordine commutato primo rogati sint Consules designati.* Nam, si ad illam conjecturam, tanquam ad atem defensionis, confugeret, de Consulibus designatis primo loco rogandis antiquum non fuisse, sed, ut primi rogarentur, post Cæsaris Consulatum in consuetudinem venisse, ideoque non esse veritatis expertem Suetonii sententiam, quoniam quidem de ordine rogando, qui servatus est ante Cæsarem Consulatum, intellexerit, infirma ratio est: et frangitur exemplorum vi. Nam Consules designatos etiam ante Cæsarem Consulatum primo loco rogatos animadverto, ut D. Julium Silanum in Sallustii & Appiani historiis: quem, ante Cæsarem gessisse Consulatum, nemo nescit. Itaque hæret adhuc dubitatio, neque tolletur, opinor. (Fortasse fallor: sed erudiri, & corrigi facile patior) nisi si interpretationem illam, de qua jam dixi, sequaris, ut accipias, *toto anno*, pro quam diu liceret, nimirum usque eo, dum Consularibus comitiis designati Consules essent: nam & P. Lentulus Consul Kalendis Januarii, cum ageret de Cicerone restituendo, Consulibus interuentis anni nondum designatis, sententiam primum rogavit L. Aurelium Cottam, ut est in oratione pro Sextio. At idem Sextili mense, cum jam designati Consules essent, principem rogavit de liberanda Ciceronis domo C. Cornelium Lentulum Marcellinum Consulatum designatum, ut est in oratione de haruspicio responso. Ac de Consulibus designatis, primo loco sententiam rogatis, etsi satis apertum est, recitabo tamen ipsius Ciceronis testimonium, quod iustar multorum exemplorum erit. Is igitur sic in oratione in Antonium V. c. 13. *Qui ordo in sententiis rogandis servari solet, eundem tenebo in vris fortibus honorandis. A Bruto igitur Consule designato more majorum capiamus exordium.* Hunc morem usque ad Tiberii Imperatoris atatem viguisse, ex Taciti docemur historia. Scribit enim libro III. 22. 6. *Tiberius Drusum Consulatum designatum exemit dicendam primo loco sententiam.* Sed omissas Imperatores, qui civitatem nulla certa ratione, aut lege, sed pro voluntate, vel pro libidine potius administrarunt: nam etiam ante Tiberium Augustus, ut supra jam diximus, veterem in rogando consuetudinem neglexit. Itaque continebimus nos intra rempublica tempora, & ea, quæ à liberis civibus in libera civitate sunt iustitia, persequemur. Posteriora ejusmodi fuerunt, si pauca quædam excipias, ut ea præter ignorare, quam scire. Non enim, unde libertas abest, ibi adesse potest virtus. Neque vero sine virtute quidquam ita geritur, ut exemplo prodesse possit. Porro quæ legentibus non prosunt, aut etiam quæ nocere possunt, mandate literis qui cogitat, is & otio abuti, & de literis ipsis male mereri simul cogitat. Quare, ut apes non, ubicunque confederint, decerpunt, sed pulcherrimos flosculos, & suave quiddam redolentes accupantur: sic nos, non quæcunque occurrent ex antiquitate, sed illustra quæque, maximeque laudabilia colligemus. Movit me aliquamdiu, quod in Philippica x. c. 1. Q. Fulvium Calenum, qui nondum Consul fuisset, primo tamen loco rogatum sententiam videbam, contra testimonium Gellii IV. 10. qui neminem, nisi Consulem, primum sententiam rogatum esse tradit. postea ex duobus locis ejusdem Ciceronis conjecturam feci, Calenum Panse Consulibus socerum fuisse: ut in rogando plus necessitudini, quam dignitati, tribuisse Consul videatur, prior locus hic est in Philippica VIII. 6. *Satis multa cum*

*Fuisset, ac sine odio omnia, nihil sine dolore, credo autem, qui generi querelam moderate ferat, æquo animo laturum amici. Alter locus est in X. cap. 3. Loquere, inquit, cum sapientissimo homine genero tuo. Alioqui nunquam certe primum Calenum sententiam Consul rogasset, Cicerone ipso, aliisque Consulibus omisiss.*

## CAPUT IX.

## De dicenda sententia.

Cum Consules, alter ambove retulissent, sententias cogati senatores dicebant. Cum dixissent, Consul eas pronuntiabat, ut facta discessione voluntas Senatus appareret. Erat autem in hoc: sicut in aliis rebus, maxima Consul potestas; qui, si cujus senatoris sententiam improbareret, quod aut amici hominis rationibus adversariam, aut inimico honorificam atque utilem duceret, veritus, ne in eam Senatusconsultum fieret, non pronuntiabat. Itaque L. Lenuus Consul, qui Pompejo studebat, Cæsaris honori acriter adversabatur, sententiam Calidii, qui neutram in partem propensus æqua senserat, se omnino pronuntiatum negavit. Senatori jus erat, ante, quam de re proposita suam sententiam definiret, alia de re, quidquid vellet dicere, quo factum, ut senatores id, quo de agitur, perficere nolentes, diem dicendo eximerent. Fecit hoc in bona causa saepe P. Clodius Ciceronis inimicus: in mala M. Cato, ille, qui postea Uticensis est dictus, cum uterque cuperet impedire. Cum aliquis in dicenda sententia duas pluresve res complectebatur: ex si non omnes probantur, postulabatur, ut divideret, id est, separatim de rebus singulis referret. Neque erat, P. Pedianus pro Mil. p. 196. ait, *ei, qui hoc postulabat, oratione longa utendum, ac ne consurgendum quidem. Multi enim sedentes hoc unum verbum pronuntiabant, Divide.* Quo commento usus est in causa Milonis T. Munatius Plancus tribunus plebis. Nam, cum Q. Hortensius in sua sententia dixisset, ut de Milone, qui ob necem P. Clodii in iudicium vocabatur, veteribus legibus extra ordinem quaereretur, Plancus, qui quæri sane extra ordinem vellet, veteribus autem legibus nolle, sed novam ideo ferri cuperet, ut adversus Milonem plus invidiæ concitaretur, qui flagitium nova lege vindicandum patraisset: Q. Fufium senatorem, Clodianarum partium studiosum, iuduxit, ut divisionem ab Hortensio postularer. Quod in concione, quam P. Pedianus recitat, ut à se excogitatum idem Plancus gloriatur est. Futurum enim id, quod evenit, intelligebat, ut, divisa sententia, caput illud de veteribus legibus irritum fieret, nimirum cum ipse, qui tribunus plebis erat, intercessisset, & S. C. fieri venisset. Nam, quatenus de extraordinaria quaestione Hortensius dixerat, assensus est. Hoc illud est, quod in Miloniana cap. 6. Cicero significat his verbis: *Reliqua Senatus auctoritas empti intercessione sublata est:* cum intelligat, Senatus voluntatem fuisse, ut in Hortensii sententiam S. C. fieret, sed divisione sententiæ factum esse, ut, quod ad quaestionem extraordinariam attinebat, id quidem non mutaretur: quod autem de veteribus legibus reliquum erat, quam vocat *reliquam Senatus auctoritatem*, quia Senatus, ut in capite de extraordinaria quaestione, sic in hoc de veteribus legibus simul cum Hortensio sentiebat, id mercenaria Planci intercessione tolleretur. Dicebant sententias suo quisque loco, primi sedebant majores magistratus, Consules, prætores: quod si censes essent in Senatu, (non enim censura perpetuus magistratus fuit, sed quarto quoque anno ad censendam civitatem creabatur) eos ipsa prætores, proxime tamen sedisse crediderim: infra, quia Messalla in libro de auspiciis, cum majores magistratus nominat, Consules primum, deinde prætores, tertio loco censes continuit: proxime, quia, cum inter majores magistratus censura fuerit, supra minores magistratus sedisse censes nemo dubitaverit. Sedebant deinde minores magistratus, ædiles curules, ædiles plebis, quaestores: tum, qui magistratus gesserant, ordinatum, Con-

sulares, prætorii, ædilitii, quaestorii: de his autem singulis ordinibus, ut quisque magistratum primum gesserat, invenio etiam, inter prætorios sedisse, non qui præturam gessisset, sed qui prætorium hominem accusasset eo crimine, quo damnatus ordinem senatorium amisisset; locum enim damnati consequebatur: de quo sic in oratione pro Balbo cap. 25. *Objectum est etiam, quod in tribum Crustuminiam pervenit. Quod hic affectus est legis de ambitu præmio, minus invidioso, quam qui legum præmiis prætoriam sententiam, & prætextam togam consequuntur.* Significat enim Cicero, loco prætorio sedisse, & sententiam dixisse, qui prætorium hominem in iudicio convicisset: neque hoc solum, sed, qui designatum magistratum iudicibus nocentem probasset, cum, eo, in magistratu damnato, prætextam togam, id est, magistratum illum, quem is, qui damnatus esset, inturus erat, præmiis loco cepisset. Posuit enim prætextam pro magistratu, quia prætextata toga magistratus utebantur. Sic & pro Cluentio cap. 56. dixit, *Toga prætextata, sella curulis, cum per togam prætextam communiter omnes magistratus, per sellam curulem curules tantum, id est, nobiliorem partem significaret.*

## CAPUT X.

## De Senatusconsulto.

Non simplex est Senatusconsulti, sed varia multiplexque cognitio. Quarendum enim, qua ratione fieret, qua impediretur, ne fieret, qua factum tolleretur, quo numero senatorum fieret, quam potestatem daret, utrum absolutam, an definitam: si absolutam, utrum pluribus, an uni: si definitam, utrum ita definitam, ut eam potestatem, quam lex sine S. C. dabat, adæquaret: an ita, ut aliquantum, quam lex, esset infirmior. Quarendum etiam, de publica re tantum, an etiam de privata, fieret: item, Senatusconsultum, Senatus decretum, Senatus auctoritas, in quo differant: denique, quale esset id, quod tacitum Senatusconsultum appellabatur. Quæ & separatim singula, & suo quidque loco exponemus. Cum Senatus à Romulo sit institutus, non dubium est, quin eo regnante Senatusconsulta multa facta sint. Sed exemplis desideramus. Unum ponit Dionysius, quod factum est in hanc sententiam, ut Sabine mulieres ad gentiles suos, Urbem obsidentes, reconciliationis causa proficerentur. Post obitum Romuli, primum Senatusconsultum fuit de creatis interregibus: alterum illud, quo patres decreverunt, ut, cum populus Regem iussisset, id sic ratum esset, si patres auctores fierent. Tertium, quo regnum Numæ Pompilio, populo acceptam potestatem ad Senatum rejiciente, patres detulerunt. Alia deinde, ut res tulit. Fiebat autem Senatusconsultum hoc modo. Consul, aut is, qui cum insignibus imperii, & licitoribus erat, convocato Senatu, cum, qua de causa convocasset, retulisset, sententias rogabat. Dictis sententiis, eam, quam ipse magis è republica ducebat, primam pronuntiabat. Tum, ut Senatus iudicaret, his verbis utebatur: *Qui hoc sentitis, illuc transite: qui alia omnia, in hanc partem.* Et, cum dicebat, *Qui alia omnia*, omnis videlicet causa ita loquebatur, ne diceret, *Qui contrarium sentitis.* Quod tamen ipsum significabat. Sed, contrarium, ut mali ominis verbum, effugiebat. Hinc saepe illa in antiquorum scriptis usitata locutio, *ire in alia omnia*, aut *transire*, aut *discedere*, pro contrarium sentire. Hanc apud Romanos consuetudinem cum etiam sub Regibus fuisse videam, (inducit enim Livius libro 1.) quis tamen eam primum induxerit, compertum non habeo: sed, quicumque ille fuit, videtur à Spartanis transulisse. Scribit enim Thucydides libro 1. c. 58. Stenelaidam Ephorum, cum adversus Athenienses tanquam fœderis violatores bellum satis acri oratione suavisset, ita pronuntiasse: *Quicumque violatum ab Atheniensibus sedes existimant, surgant, & in illam partem eant, qui contra, in hanc.* Et ait idem Thucydides novum & apud Spartanos hoc fuisse, primumque à Stenelaida institutum, cum, antea sententias elata voce dicere

conſueſſent. Ergo ſenatores Spartano more, cum ea verba Conſilii pronuntiãſſet, & in alterutram partem primus diſceſſionem feciſſet, ipſi deinde, quam quiſque partem probabat, in eam tranſibant: deinde numerabantur, & ex numero voluntas Senatus apparebat. Si frequentiores ſenatores ſententiam à Conſule pronuntiatam comprobãſſent, in eam Senatusconſultum ſcribebatur: ſi minus, aut abjiciebatur omninò res, aut in aliud tempus rejiciebatur. Sæpè enim accidit, ut, quod frequenti Senatu rejectum fuerat atque improbatum, id interjecto tempore ſuſceptum comprobaretur. Interdum etiam, non rogatis, neque dictis ſententiis, tantummodo per diſceſſionem Senatusconſultum fiebat: namque ſenatores *pedibus ferre ſententiam* dicebantur. Quod, ut opinor, eo tempore fieri ſolitum eſt, cum de parvi ponderis negotio ageretur: nimium enim temporis in re leuioꝝ conterendum non putabant. Et appellabatur *Senatusconſultum per diſceſſionem factum*. Illud autem, quod fiebat auditis diſputatiq; ſenatorum ſententiis, eſt & ipſum diſceſſione ſenatorum fiebat, tamen ſimpliciter Senatusconſultum dicebatur. Quod utinam Varronis, Tuberonis, Labeonis, Capitonis, Galli, Felicis, Baſti, Nicoſtrati libros haberemus, patereot multa, quæ nunc ex obſcura tenuique umbra vix cognoviſſimus. Baſti quidem verba Gellius III. 18. recitat, quæ id, quo de nunc agimus, ſatis aptè declarant. *Pedibus, inquit, ſenatores omnes ſententiam ferebant, cum Senatusconſultum per diſceſſionem fiebat. Cum ſcilicet exquisita ſingulorum ſententia non eſſent. Quo ſpectat & illud Ciceronis oratione in Antonium III. 9. cum ait: Effingere ſeſtinans, Senatusconſultum de ſupplicatione per diſceſſionem fecit. Quibus verbis adſcripſit illa, Cum id factum eſſet antea nunquam: ob eam cauſam, quia moris erat, ut in ſupplicatione decernenda ſententiæ rogarentur à Conſule. Quod ex epiſtola M. Cælii Fam. VI. 11. 8. perſpicuum eſt. Suetonius etiam de Tiberio c. 31. n. 4. ſic: cum Senatusconſultum per diſceſſionem fortè fieret, tranſeuntem cum in alteram partem, in qua pauciores erant, ſecutus eſt nemo: dixit, per diſceſſionem, ut diſtingueret à Senatusconſultulo, quod exquisitis ſingulorum ſententiis fiebat: quod, ut diximus jam, Senatusconſultum unico verbo dicebatur, quam loquendi formulam non videtur Gellius agooviſſe, qui libro XIV. cap. 7. putat Tuberonem à Varrone diſſentire, quia ſcilicet Varro dixerat in epiſtola ad Oppianum, *Senatusconſultum duobus modis fieri, aut per diſceſſionem, ſi conſentiretur: aut, ſi res dubia eſſet, per ſingulorum ſententias exquisitas*: Tubero autem, nullum Senatusconſultum fieri poſſe non diſceſſione facta, quia in omnibus Senatusconſultiis, etiam in iis, quæ per relationem ferent, diſceſſio eſſet neceſſaria, in quo neuter aberravit à vero: neque, ut putat Gellius, ſententiæ Varronis repugnat id, quod ſcripſit Tubero: non enim dixit Varro, alia Senatusconſulta per diſceſſionem ſine ſententiis fieri ſolita, alia per ſententias ſine diſceſſione, ſed hoc ſignificavit, alia per diſceſſionem quidem omiſſis ſententiis, alia vero ſententiis exquisitis per diſceſſionem tamen facta. Et cum dixit per ſingulorum ſententias exquisitas, ideo non addidit per diſceſſionem, quia nullum Senatusconſultum ſine diſceſſione fieri poſſe notiſſimum erat: itaque omiſit ut ſupervacaneum, & obſcurum nemini. Niſi ſi quis Romanorum rerum planè rudis eſſet. *Facta diſceſſione*, Senatusconſultum ſcribebatur, & ſcribendo aderant non omnes planè, qui ſententiam Senatusconſulti probaverant, ſed ii potiſſimum, qui præter ceteros ita decerni concupierant: qui Senatusconſulti auctoritates dicebantur: non tam, quòd ii maximè auctores fuiſſent, ut iſta ſtatucretur, quàm, quod in eo Senatusconſulti peſita eſſet auctoritas, ſi per claros viros ſcriptum videretur. Video etiam M. Catonem, cum ſua ſententia ſupplicationem Ciceroni non decreviſſet, tamen, cum, plures eam decreviſſent, ſcribendo aſſuiſſe. Quod autem non omnes, qui per Senatusconſultulo ſententiam, ſcribendo aſſuiſſe dixi, non eſt, cur in dubium vocari poſſit. Exiſtat enim in ea Cælii epiſtola, de qua jam meminimus, integra Senatusconſulti formula: quæ perpaucos aſſuiſſe ſcri-*

bendo ſignificat, cum tamen in decernendo pluriſimi conſenſiſſent, illud conſiderandum, cur in hoc ipſo, quod Cælius recitat, Senatusconſulto bis eorum nomina, qui ſcribendo aſſuerunt, poſita ſint. Nam, ſi ſemel tantum in ſingulis Senatusconſultiis adſcriberentur, cur in hoc bis? ſin, quor erant in Senatusconſulto capita, toties adſcribi ſolebant: cur in hoc, in quo quatuor eſſe capita maniſeſtè conſtat, non quater potius, quam bis? quòd ſi quis, non quatuor eſſe Senatusconſulti capita ſed quatuor Senatusconſulta contenderit: hærebit tamen nihilominus, magis etiam aliquanto: nam ad quatuor Senatusconſulta quater adſcribi ſenatorum nomina debuiſſe, multo etiam veriſimilius eſt, quàm ad quatuor Senatusconſulti partes. Verùm de pluriſimi Senatusconſulti credere abſurdum eſt? cum ne ſuſpicioni quidem Cælius ipſe locum reliquerit, cujus hæc ſunt verba: *Senatusconſultum, quod tibi miſi, factum eſt*. Non enim, cum dicit, *Huic Senatusconſulto interceſſit C. Cælius*, & cum iterum tertioque idem ſubjungit, plura Senatusconſulta ſignificat, ſed plures ejuſdem Senatusconſulti partes. Quare hoc ſatis apertum. Miſus illa me torquet dubitatio, cur non aut quater adſcriptæ ſint auctoritates, ut ad quatuor Senatusconſulti capita, aut ſemel tantum, ut ad unum Senatusconſultum. Equidem non expedio me: quiddam tamen, ut accipitur, dicam. Licet opinari, & ante Senatusconſultum, & poſt ſenatorum nomina fuiſſe perſcripta: cum quidem Senatusconſultum erat: nam cum intercedebatur, non erat Senatusconſultum, ſed auctoritas Senatus dicebatur. Quod ſi ita eſt: iure hic ad eam Senatusconſulti partem, cui interceſſit nemo, quæque verè Senatusconſultum fuit, auctoritates appoſitæ ſunt, & in principio, & in extremo: ad illas autem partes, quæ Senatusconſulti nomine caruerunt, propterea quod iis interceſſum eſt, nullæ ſunt adſcriptæ auctoritates. Hoc eruditi examinent: vel potius, quid probabile ſit, ipſi comminſcantur. Nam hoc noſtrum ita diximus, ut in eo non planè conquieſcat animus. Formulam Senatusconſulti in ea Cælii epiſtola licet videre, & in 5. Philippica, & in 10. Scripta Senatusconſulta uſque ad Conſules P. Valerium, M. Horatium arbitrio Conſulum ſupprimebantur, & nuntiabantur. Ab his Conſulibus, ut ad ædem Cereris deferrentur, inſtitutum eſt. Poſtea tamen ad ararium video eſſe delata, ut ibi aſſervarentur, ubi & leges, & pecuniæ populi Romani, & pretioſa quæque cuſtodiebantur. Erat autem ararium in æde Saturni: quaſi tutiſſimum eſſe videretur ejus dei numine, quo regnante, aureo illo ſeculo, nulla vis illata, nullum furtum factum, nihil omnino facinoroſum eſſet commiſſum. Senatusconſulta ad ararium non delata, rata non erant, & pro infectis habebantur. Quod ſignificatione quidem non expreſſa, nec tamen omnino dubia, Suetonius oſtendit in Auguſti vita c. 94. n. 3. *Auctor, inquit, eſt Julius Marathus ante paucos, quàm Auguſtus naſceretur, menſes, prodigium Rome factum publice, quo denuntiabatur, Regem populo Rom. naturam parturire: Senatum exterritum cenſuiſſe, ne quis illo anno genitus educaretur: eos, qui gravidas uxores haberent, quod ad ſe quiſque ſpem traheret, curraſſe, ne Senatusconſultum ad ararium deferretur. Hanc ipſam de Senatusconſultis ad ararium deferendis conſuetudinem non Livius modo ſignificat libro xxxix. cap. 4. cum ait: *Quid ab eo Conſule quemquam novi exſpectare, qui per infrequentiam ſurtim Senatusconſultum factum ad ararium deſulerit?* & Cicero oratione 5. in Antonium: verum etiam Cornelius Tacitus libro III. 51. 2. nam cum C. Lutorius Priſeus agrotanti Druſo Tiberii filio carmen compoſuiſſet, quod, ſi extinctus eſſet, magno præmio vulgaretur, adductus in eam ſpem, quia Germanici obitum celebri carmine deſleverat, & ob id à Tiberio donatus erat: accenſus, & damnatus, in carcere eſt interfectus. *Tum Tiberius (ipſa Taciti verba ponam) ſolitatis ſibi ambagibus, id apud Senatum incenſavit, cum extolleret pietatem, quamvis modicas principis injurias acriter ulciſcentium, deprecaretur tam præcipites reorum penas. Quo loco mendose, ut opinor, ſcriptum eſt, verborum penas. Et paulo**

lo post n. 3. Igitur, inquit, factum Senatusconsultum, ne decreta patrum ante diem decimum ad ararium deferrentur, idque voto spatium damnatis prorogaretur. In quo veterem consuetudinem de Senatusconsultis ad ararium deferendis in dicitur: quæ leges quoque delatas esse, in libro de Populo, qui post hunc proximus sequetur, exemplis ostendimus. Nunc, quando satis de ratione faciendi Senatusconsulti locuti sumus, ordo postulat, ut de impediendi ratione, quæ legendo notavimus, pauca subiungamus. Impedimento erat, quod minus Senatusconsultum fieri posset, si aut tribunus pl. aut senator aliquis, aut aliquis etiam non senator, aut Consul ipse, alius alio modo tribunus pl. intercedebat: eoque intercedere fiebat, ut id, quod Senatus decreverat, Senatusconsultum esse non posset, sed senatus auctoritas dicebatur. Hanc potestatem sacrarum leges jam ab illo tempore, quò plebem tribunici præsidio muniri placuit, tribunis pl. non solum universis, sed etiam singulis dederant. Itaque uno ex omnibus tribunis pl. intercedente, cæteris collegis cum senatu consentientibus, æquè tamen Senatusconsultum tollebatur, ac si tribuni omnes intercessissent. Impedimento senator erat, cum, *Numeri Senatum*, Consuli dicebat: nihil enim in senatu decerni poterat, nisi certus senatorum numerus legibus statutis adisset. Tertia ratio impediendi erat, cum adisset in senatu aliquis, qui senator non erat: tum enim decerni nihil poterat. Et ob eam causam, ut est in Dionis historia, C. Cato tribunus pl. senatum ingressus: quem vi extrudere, cum sacrosancta essent tribunorum corpora, non licebat. Sed hic oritur dubitatio: si C. Cato, quia nondum esset in senatum lectus, curiam ingredi non poterat: cur & in epistolis ad Lentulum, & in iis, quæ sunt ad Quintum Fratrem, sæpe hunc ipsum Catonem tribunum pl. in senatu adesse legitur? distinguere, & dubitationem solves. Non poterat, quia senator non erat: poterat, quia tribunus: quis enim sacrosanctam vim auferret: & certè de tribunis in Senatu sententiam dicentibus sæpe legitimus. Qui si tantum erant tribuni, ideo adesse poterant, quia sacrosanctos pelli non licebat: sin etiam senatores, ideo aderant, quia ut senatoribus licebat. Ut mirer, quod in Valerio II. 2. 6. scriptum animadverti, *tribunus non licuisse curiam intrare, sed eos ante valvas positos subsillis decreta patrum examinasse: itaque veteribus Senatusconsultis T litteram subscribi solitam. Qua nota significaretur, illa tribunus quoque censuisse.* Hæc ego, ut dixi, miror, cum tribunus in Senatu fuisse, ita sæpe legerim, ut exempla recitare puridum propè existimem. Num igitur antiquitatis Valerius imperitus? non est, ut credi possit: cum & proximus fuerit reipublicæ temporibus, siquidem, ut ipse testatur, duce Sex. Pompejo Magni filio militavit: & in hac ipsa re idem, quod Dion, sentire videatur. Sed ita illius auctoritatem tuebitur, si non de tribunis omnibus generaliter, sed de iis duntaxat, qui tribuni, non etiam senatores, fuerint, dictum accipiamus. Nam, si de omnibus plane intelligamus, aperte veterum exemplis refellemur. Erant etiam Consules ipsi Senatusconsulti impedimento, ut auctor est Livius: cuius libro xxx. cap. 43. hæc sunt verba: *Inclinatis omnium ad pacem animis, Cn. Lentulus Consul, cui classis provincia erat. S. C. intercessit.* Quam intercessionem sublatam mox esse constat, cum populus iussisset, ut Senatus pacem cum Carthaginensibus faciendam decerneret; quod ita senatus decievit. Idem & libro XLII. cap. 10. C. Popillium ait præ se tulisse, *si quid Senatus decerneret, intercessurum.* Scribit etiam Pedianus in orat. in Pis. p. 165. Q. Scævola Consulem, *cum animadverteret Crasus college suo propter summam eius in republica potentiam ac dignitatem Senatum in decernendo triumpho gratificari: maiorem reipublicæ, quam collega, rationem habuisse: ac, ne fieret Senatusconsultum, intercessisse:* non enim Senatusconsulto tribunus pl. tantum intercedebat, sed omnes, qui eadem potestate, qua ii, qui Senatusconsultum facere vellent, maiore essent. Quod in ea, cuius ferè sententiam ex Gellio jam recitavimus, ad Oppianum epistola testatur Varro.

Itaque, si Senatusconsultum fiebat à Consule, jus intercedendi habebat alter Consul: erat enim eadem potestate: si à prætore, poterat non modo alius prætor, sed Consul etiam intercedere, prætor, quia eadem potestate, Consul quia etiam maiore esset. Sed huiusmodi intercessiones admodum infrequentes invenimus. Tribunicia sunt creberrima: nam tribunorum pl. proprium erat intercedere: est enim tribunicia potestas non ad inferendam injuriam, sed ad prohibendam iudicata. Hactenus de ratione, qua, ne fieret Senatusconsultum, impediretur. At, posteaquam factum esset; tollendi ratio quæ erat? eadem, quæ legis abroganda. Nam, ut lege lex abrogabatur, sic Senatusconsultum Senatusconsulto tollebatur: ut, cum senatus decrevit, quas civitates L. Sulla pecunia accepta ex Senatusconsulto liberavisset, ex rursus vestigales essent, neque iis pecunia, quam pro libertate dederant, restitueretur. Quod imperio turpe fuit. *Piratarum enim, inquit Cicero, melior fides, quam tunc Senatus, neque si quid utile, propterea honestum: sed si honestum, propterea utile: sic enim interpretantur boni viri.* Verum hæc de re. Nos autem exemplum quærebamus. Quod inventum recitare satis fuit. Sed me res ipsa commovit in exemplo. Illud addo, Senatusconsultum, nisi Senatusconsulto aut lege tolleretur, perpetuò valuisse, nullo certo tempore definitum. Tamen scriptum à Dionysio legitimus, non perpetuam vim, sed annuam tantummodo habuisse ea, quæ senatus decerneret. Quod me quidem eo minus perturbat, quia non ex Dionysii sententia prolatum est, sed ex persona Consulium: qui adversus Cn. Genucium tribunum plebis querentem ex eo Senatusconsulto, quod Cassio, Virginioque Consulibus factum erat, publicos agros plebi non distribui, responderunt, decretum id in suo magistratu non esse, sed Consulibus Cassio, Virginio: itaque ad illos eam distributionem pertinuisse: se quidem eo Senatusconsulto propterea non juberi, quia, quæ senatus decerneret, ultra anni spatium firma non essent. Quod non ex animi sententia, sed, ut aliquid potius quam nihil responderent, calumniantes afferbant. Subterfugere enim id muneris admodum cupiebant, à quo senatus, & patriciorum mentes etiam arque etiam abhorere intelligebant. Nunc agamus de numero senatorum, qui Senatusconsulto necessarii essent. De quo nihil equidem affirmare possum: nec enim, quot plane senatores adesse oporteret, expresse significatum invenio: sed certum tamen numerum lege præfixum fuisse, Dio, & Festus memoria prædiderunt. Equidem de ipso quoque numero, quandoquidem in obscuris rebus sæpe conjecturam licet attulit, non nihil dicam. Pedianus in Corneliana, quæ non exstat, commentario, C. Cornelium tribunum plebis quo anno C. Calpurnius Piso, M. Acilius Glabrio Consules fuerunt: legem ait promulgasse, ne quis in senatu legibus solveretur, nisi CC. assuissent: neve quis, cum solutus esset, intercederet, cum de ea re ad populum veniret. Eamque legem, etsi pro senatus auctoritate esset, tamen invitis optimaribus esse latam, qui vel pauci Senatusconsulti facere solebant, idem Pedianus adscribit. Quod si de aliquo legibus solvendo Senatusconsulti fieri à paucis solebant, nimirum non ante id tempus legem fuisse latam de numero senatorum qui Senatusconsulti faciendis adisset, manifestum est. Nam, si lata esset, non hoc Senatusconsulti genus, quo quis legibus solveretur, exclusisset: cum in hoc maxime genere locus esset gratiæ, sed æquè ad omnia Senatusconsulta spectasset. Ergo & tulit primus C. Cornelius: & ne pauciores quam CC. adessent, in ea, quam tulit, lege sanxit. Nec tamen Cornelia lex ea fuit, de qua & Dio, & Festus tradiderunt: hæc enim ad ea tantum Senatusconsulta, quibus aliquem solvi legibus placeret, ea vero, quam illi significarunt, ad omnia pertinuit. Nisi si, quod Cornelius de uno tantum genere tulit, id mox in omnibus Senatusconsultis observatum velis, ut senatores non minus CC. adessent. Legis quidem senatorum numerum communiter ad omnia Senatusconsulta stantem, sive Cornelia fuerit, sive alia, rationem esse habitam Consulibus Marcellino, & Philippo, scribit Dion: ut latam esse necesse sit eo

temporis intervallo, quod à Pifone, & Glabione Consulibus ad Marcellianum & Philippum Consules fuit. Nam ante tribu-  
 natum Cornelii, quem gessit Consulibus Pifone, Glabrio-  
 ne, ullam ejusmodi fuisse legem, tantum abest ut invenim-  
 us, ut etiam, cur contra fuisse nullam putem, argumen-  
 to, quod jam posui, facile persuadear. Pergamus ad alia.  
 Potestatem Senatusconsultum dabat modo absolutam, modo  
 definitam: absolutam, aut pluribus magistratibus, aut uni:  
 pluribus sic: *Dent operam Consules, praetores, tribuni plebis,  
 ne quid respublica detrimenti capiat*, quibus verbis maxi-  
 mam potestatem magistratibus sine populo senatus dabat:  
 licebat enim iis hoc Senatusconsulto, *exercitum parare,  
 bellum gerere, coercere omnibus modis socios, atque cives. Al-  
 liter sine populi jussu curam rerum jus Consulibus non fuisse*,  
 Sallustius Bell. Catil. 29. tradit, quo loco de Consulibus  
 tantum loquitur, qui fere soli Consules in ejusmodi Sena-  
 tusconsulto nominabantur, eum ita decebat senatus: *Dent  
 operam Consules, ne quid respublica detrimenti patiat*: id-  
 que, quia tuenda reipublica cura ad Consules, qui ceteris  
 magistratibus antebant, maxime pertinebat. Ubi vero  
 majus aliquod iustare periculum videretur, tunc non  
 Consules modo, sed & praetores, & tribunos plebis & eos  
 etiam, qui proconsules ad Urbem essent, nominatos inven-  
 iunt: ut in eo Senatusconsulto, quod initio civilis belli à  
 Pompeji studiosis contra Caesarem factum est: de quo cum  
 in epistola ad Tironem, & in oratione pro Dejiario, &  
 in II. Philippica meminit hic noster, tum Caesar ipse  
 libro de bello civili 1. 5. queritur his verbis: quae, non ut  
 impressa sunt, sed, ut censuro esse corrigenda, recitabo. *De-  
 curritur*, inquit, *ad illud extremum atque ultimum Sena-  
 tusconsultum, quo, nisi pene in ipso Urbis incendio, atque  
 desperatione omnium salutis, latorum audacia nunquam ante  
 descensum est: Dent operam Consules, praetores, tribuni ple-  
 bis, quique proconsules ad Urbem sunt, ne quid respublica detri-  
 menti capiat*. Curavit enim Pompejus ita decerni, quo  
 graior Caesari, quasi domesticæ seditionis auctori, quare-  
 retur invidia. Legimus etiam, non utrique Consuli, sed  
 alteri tantum hanc potestatem fuisse delatam, ut in Grac-  
 chano tumultu, cum decrevit senatus, ut L. Opinius Con-  
 sul videret, ne quid respublica detrimenti caperet. Quod  
 non consuetudinis, sed temporis causa factum est: aberat  
 enim alter Consul Q. Fabius Maximus, ut quidem ego  
 existimo: existimo autem propter eam causam: quia, quo  
 anno C. Gracchus est interfectus, nullam Fabii Consulis  
 actionem urbanam neque Plutarchus narrat, neque Appia-  
 nus, neque Aconius, neque omnino quisquam. Tantum  
 de Opinio meminerunt. Ut abfuisse magnam anni partem  
 verisimile sit, eoque magis, quod Allobroges, & Bitu-  
 rum & Avernorum Regem ab eo Consule devictum esse  
 L. Florus ex Livio colligit. Uni etiam Pompejo summam  
 potestatem Senatusconsulto traditam, quo anno solus ipse  
 Consul tertium consulatum gessit, ex oratione Miloniana  
 cognovimus. Quanquam, cum Senatusconsultum illud est  
 factum, Consulem nondum fuisse Pompejum, sed procon-  
 sulem ad Urbem, Padianus tradit, neque uni summum jus  
 esse permissum, sed in interregi etiam, & tribunis plebis. Et  
 sane, cum creati nondum, neque Consules essent, neque  
 praetores, interregem in eo Senatusconsulto primum nomi-  
 nari, deinde tribunos plebis, tertio loco ipsum Pompejum,  
 qui proconsul ad Urbem erat, æquum fuit, sicuti factum  
 est. Cum vero Consul sine collega creatus Pompejus esset,  
 ad eum potestas illa, ut ad maximum magistratum, trans-  
 ferri tota visa est: itaque & leges tulit, & M. Cœlio tribu-  
 no plebis obfistere conanti arma minatus est, & armatos  
 homines in foro, atque in omnibus templis, quae circa  
 forum sunt, ad cohibendos Clodianæ factionis impetus, &  
 omnino ad omnem vim repellendam collocavit. Ipse, cum  
 Milonis iudicium exerceret, cuius causa praesidia in foro  
 & ad omnes fori aditus disposuerat, armatis copiis circum-  
 fusus pro arario sedit. Ut summam potestatem Senatuscon-  
 sulto permissam unus administrare videretur, non solum à

ne interrege, qui jam nullus erat, sed etiam sine tribunis  
 plebis, tamen in illo Senatusconsulto nominatis. Quod in  
 ea oratione Cicero significat. Illud mihi videor animad-  
 versisse, hujusmodi Senatusconsulta pene semper civilium  
 discordiarum & intestini dissidii causa esse facta: cum dome-  
 stica mala, quae fere haud paulo plus habent periculi, quam  
 externa, hoc maxime remedio sanari posse senatus putaret,  
 si unico Senatusconsulto totam rempublicam Consulibus  
 commendaret: uno enim versiculo, ut ait Cicero pro Mil.  
 cap. 26. *satis armati Consules erant, etiam nullis armis da-  
 tis*. Hoc Cicero confirmat in Philippica II. 21., cum ait:  
*In te M. Antoni, decrevit senatus, quod in hostem togatum  
 decerni est solitum morum majorum*. Et in eadem paulo post,  
 omnes, contra quos id decretum est, interfectos significat  
 his verbis: *Tum illud multis ante tentatis, necessario tibi vul-  
 nus institui, quod paucis ante te, quorum incolumis fuit ne-  
 mo*. Hanc autem potestatem Opimio Consuli primum esse  
 permissam, Plutarchus in Gracch. p. 841. B. tradidit. Quod,  
 si generaliter dictum accipias, falsum est. Nam multis ante  
 annis, atque adeo ataribus, cum Hernici, Sp. Furium Con-  
 sulem à Vejentibus acie fuissem, cum exercitui obsideri nunti-  
 assent, tantum terrorem incutere patribus, ut (quae forma  
 Senatusconsulti ultima semper necessitatis habita est), Postumio  
 alteri Consuli negotium daretur, videret, ne quid respublica  
 detrimenti caperet. Hæc Livius III. 4. Plutarchum autem sic  
 à mendacio tuebitur. Primum fuisse Opimium dicemus,  
 cui adversus cives potestas Dictatoris data sit, qua ille ita  
 est usus, ut non modo C. Sempronium Gracchum tribu-  
 num plebis & Q. Fulvium Flaccum Consularem, seditionis  
 auctores, sed omnino ad tria millia civium occiderit.  
 Neque vero civiles discordiae, praesertim quae ad sanguinem  
 eademque pervenerunt, ante dictaturam in republica sunt  
 exorta, sed ita multo post, ut à dictatore T. Largii Flavi  
 (is enim primus Dictator est dictus) ad Q. Opimium Con-  
 sulem, cui primum in civili seditione senatus commisit,  
 ut videret, ne quid respublica detrimenti caperet, anni nu-  
 merentur CCCLXXVII. quo minus periculi ab externis ho-  
 stibus esse cepit, eo plus inter cives discordia. Quae fere hu-  
 manarum rerum ratio & natura est, ut consistere nunquam  
 possint. Bella dum geruntur, non facile seditiones in urbi-  
 bus existunt: ubi sublata sunt, otium & copia discordiam  
 parit. Propterea, quamdiu gerendis bellis occupata Roma  
 fuit, non magnopere seditionibus laboravit. Evēta Cartha-  
 gine, & omni profusa hostili metu sublato, seditiones il-  
 lico sunt exorta, & ejusmodi quidem, ut ad sanguinem,  
 & ad exces eruperint, anno demum ab Urbe condita  
 CCCCXXXI. itaque hujusmodi Senatusconsultis fero  
 admodum respublica indignit, tum scilicet, cum civitatis  
 aliquam quasi corrupti corporis partem ferro amputandam  
 judicaret. Ut in homine ex ignavia & nimia cibi copia, sic  
 in republica ex otio & nimia rerum abundantia gignuntur  
 morbi: quod malum cum multo ante tanquam sagax &  
 peritus medicus Scipio Nasica prospiceret, auctor in primis  
 fuit, ne Catthago tolleretur, asistmans ea, quae mox even-  
 tus comprobavit: Romaos nihil esse timendum magis,  
 quam ne hostes non haberet: eum primum ab externis bel-  
 lis quiescere coepissem, futurum ut domesticis discordiis af-  
 fligerentur: itaque non esse delendam eam urbem, quae etsi  
 saepe sedes frangeret, saepe bella renovaret, id ipsum tamen  
 esse saluberrimum: quando, ne per otium Romana virtus  
 hebesceret, exerceri eam assidue, & tanquam ad eorum acu-  
 necesse esset. O te nimium sapientem, nimium vera  
 praedientem Scipio Nasica! tu tuis civibus, ut Cassandra suis  
 olim, fata concinebas: nec tibi tamen magis, quam illi,  
 fides habita est. Hinc Gracchorum illa contra senatum acer-  
 bissimæ contentiones, quae iustam extremi Senatusconsulti  
 causam attulerunt: hinc Sullana bella: hinc ad extremum  
 Caesaris & Pompeji perniciofa reipublica discordia. Sed lon-  
 gius fortasse provecusum, quam res ipsa patitur. Quanquam  
 cur non patitur? an eventa simul cum causis intelligere in-  
 utile est? modice tamen digrediar, nec nisi in ea, quae con-  
 nexa



nexa ex aliqua parte cum argumento cohærebunt. Quod cum faciam, non omnino mihi videbor aberrare. Sed reliqua persequamur. Senatusconsulto potestas uni per mittebatur absoluta, cum Dictatorem dici Senatus jubebat. Nam, etsi Dictatorem non Senatus ipse creabat, sed is, qui summus erat in Urbe magistratus: tamen, quia Dictatorem, qui dicebat, dicendi potestatem à senatu accipiebat, Senatusconsulto Dictatorem fuisse dictum, possimus intelligere. Summum autem & liberum imperium penes Dictatorem fuisse, ignorare opinor neminem: neque tamen est hic narrandi locus. Petat hæc, qui cupit, à libro de magistratibus inscripto. Videtur etiam in illis Senatusconsultis, quibus leges tollebantur, potestas fuisse, non absoluta quidem ad omnia, ut in illis Senatusconsultis, quibus cavere magistratus, ne quid republica detrimenti caperet, jubebantur, sed absoluta tamen, quod ad eam rem attinebat, cujus rei causa facta erant. Itaque multas leges uno Senatusconsulto, atque uno versiculo, ut inquit Cicero de legibus, puncto temporis sublata esse legimus, ut L. Marcio, Sex. Julio Consulibus eas, quas M. Livius Drusus tribunus plebis tulerat: decretum est enim contra auspicia esse latas, neque iis populum teneri: & Q. Cæcilio, M. Junio Consulibus eas omnes, qua militiæ stipendia minuebant, ideo abrogari placere, quia rem militarem impediunt. Cujus fere generis videntur fuisse & illa Senatusconsulta, quæ legibus aliquem solvebant: quodam enim modo tolli leges videntur, cum aliquid alicui præter leges conceditur: ut, cum senatus P. Scipionem, aut cum Cn. Pompejum legibus solvit, quo maturius, quam per leges licebat, Consules fieri possent. Quamquam & sine Senatusconsulto lege ad populum lata solvi legibus licebat. Qua de re in libro de Legibus agetur. At, quibus senatusconsultis hostis aliquis judicabatur, non in illis absoluta potestas erat? erat sane: non enim ii, qui ejusmodi Senatusconsulto essent condemnati, & provocationem ad ullum magistratum, aut ad populum habebant: nec erat, ut senatus judicium infirmare possent. De refectione tamen eorundem magistratuum Senatusconsulta hujus generis levia & irrita fuisse video, ut, cum Consulibus App. Claudio & L. Quinto Cincinnato, in reliquum magistratus continuari, & eosdem tribunus plebis relici senatus vult: idque si fieret, contra rempublicam esse judicavit. Quod à tribunis neglectum est: qui reclamantibus Consulibus resecti sunt. Neque tamen propterea senatus ulla gravior actio aut animadversio fuit: quato, ne plebs irritata perniciosam seditionem excitaret. Quatuor omnino Senatusconsulta posuimus: id, quo republica magistratibus committebatur: id, quo Dictator dici jubebatur: id, quo leges tollebantur: id, quo quis ob scelerate facta hostis judicabatur. Primis duobus absolutam potestatem non ipse sibi senatus assumebat, sed alteri dabat. Duobus extremis non dabat, sed assumebat, vel assumpta potius utebatur. Hæc de absoluta Senatusconsulti potestate; reliquum est, ut deinceps de definita differamus. Senatusconsultum definita potestatis si cum lege jungebatur, suas quasi vires augebat: & quod in eo fuerat definitum, absolutum fiebat: si legis auxilio carebat: ut sæpe accidit, cum voluntas plebis à senatus judicio discreparet: non solum minus habebat ponderis, quam si cum lege conjungeretur, sed minus etiam, quam lex. Itaque C. Flaminius tribunus plebis legem agrariam aliquot annis ante secundum Punicum bellum tulit invito senatu: neque solum tribuni plebis sed Consules etiam, qui patroni senatus habebantur, contra senatus voluntatem sine senatusconsulto sæpe leges tulerunt: cujusmodi fuisse illas constat, quas diversis temporibus à tribus Valeris latas, Publico, Lucio, Marco, ex Cicerone, Livio, Dionysio, Plutarcho didicimus. Casus etiam Cæsar, omisso Senatusconsulto, lege Vatinia Cisalpinam Galliam cum Illyrico administrandam accepit: cum in lege tantum esse positum intelligeret, ut Senatusconsulto non egeret. Quod & senatus judicio, ita esse declaratum est: qui mox & Coniuram illi Galliam attribuit, veritus, ne, si ipse negasset, populus & hanc daret. Quod si, cur in accipienda provincia

cum Cæsar, tum alii multi legem anteposuerint Senatusconsulto, quarit quispiam: responderetur, quia exeuntibus in provincias imperium tantum Senatusconsulto dabatur, leges autem simul cum imperio sumptus. Quis porro esset aut ita stultus, ut exercitum alere de suo vellet: aut ita opulentus ut posset? hinc evenit, ut D. Brutus, Gallia Cisalpinæ à senatu præfectus, supra H. S. quadringenties in stipendia militum de suo erogarit: quod ipse in quadam epistola ad Ciceronem queritur. Provinciam enim habebat non lege curata, quæ præfectis provinciarum ad aleudos milites stipendia de publico dabat, sed Senatusconsulto, quo imperium quidem, sed sine stipendio dabatur. Nam, cum senatus Cæsaris interfectoris faveret, populus ab Antonio concitatus insensibilis esset: Brutus, iram populi timens, desperata lege curata, cum eo tantum imperio, quod à senatu acceperat, in provinciam prope abiit. Lege autem eandem provinciam non multo post Antonio Cæsarum mortem persecuti populus tradidit. Ut eodem tempore eandem provinciam & Decimus, & Antonius, alter Senatusconsulto, alter lege haberet. Omnino provinciam lege habere nemo potuit qui noluerit. Militarem enim rem attingere sine lege, id est, sine pecunia, quam lex dabat, qui liceret? nam, etsi App. Claudius, Publii frater, ejus, qui cum Cicerone gravissimas inimicitias gessit, iturum se in provinciam sine lege suo sumptu confirmabat: (sic enim tribus epistolis, ad Lentulum, ad Atticum, ad fratrem, scripsit Cicero) tamen id, non quia legem contemneret, cogitabat, sed quia vereretur, ne perferri non posset, aliquo sibi inimico tribuno plebis intercedente. Nam legis cupidum fuisse, iudicant illa verba in epistola ad Lentulum Fam. 1. 9. *Sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collegæ provinciam.* Eoque clarius id constat, quia, licet Appius iturum se in provinciam sine lege suo sumptu dicitur, non ivit tamen, sed lege perclata imperium a populo & pecuniam accepit. Unde conjicis hoc: quia revertitur à provincia triumphum petiit: licet, accusatus à Dolabella, statim triumphum postulationem advidendam invidiam abjecerit. In provinciam autem sine lege profectis, triumphum sperare non licebat. Qui probas hoc, inquit idem? nimirum testis loquens auctoritate, hujus inquam nostri: sic enim ad Atticum scribit IV. 16. *Pontius vult ad IV. Non. Nov. triumphare. Huic obviam Cato, & Servilius praetores aperte, & Q. Mutius tribunus: neque enim latum de imperio: & est latum herente insulse.* Omnes fere, in provincias exiituri, ad Senatusconsultum legem adungebant: ut esset, unde stipendia legionibus persolverent, quibus non modo socios ab injuria finitimarum gentium tuerentur, sed ipsas etiam ultro interdum bello peterent. Occasiones enim pugnandi, ut triumphum materiam, multi quærebant. Senatusconsulto, præter datum imperium, etiam regendæ provinciæ tempus video definitum: idemque lege, cum ex Senatusconsulto ferretur, confirmatum. Spatium autem illud erat annuum: de quo vetus lex Sempronia sanxerat. Sed Cæsar contra legem Gracchi in quinquennium decreta primum Gallia est, mox & in alterum quinquennium Senatusconsulto ac lege prorogata. Et ut in stipendia militum ararii pecuniam senatus elargiri injussu populi non poterat: sic neque de agris, neque de urbibus legitimum jus habebat. Ideo Thermitanis populis in Sicilia, quod semper in amicitia fideque mansissent, non senatus sine populo urbes, agros, lequesque reddidit, sed senatus quidem censuit, populus autem iussit. Vestigal etiam victis bello gentibus, non sine populo senatus imponebat: scriptum est enim, Mamertinos pecuniam ex Senatusconsulto & lege dissolvit: & omnes Sicilia civitates frumentum populo Romano singulis annis certo pretio vendere, ex Senatusconsulto, itemque ex lege Terentia, & Cassia esse iustas: & L. Octavio, C. Contra Consulibus senatum legum dicendarum potestatem in locandis vini Siculi, oleique vestigalibus ita permisit, ut populus idem iusserit. Quibus locis, & aliis præterea eodem spectantibus, adductus sum, in Verrem III. 81. corruptum locum, ut opinor, emenda-

re. Legebatur, *Cum ex Sicilia, & ex legibus frumentum ei in cellam sumere liceret.* Offensus sum, & iniuriam iusti, *Cum ex S. C. & ex legibus*, quod mendum ab imperitia librationum originem duxit. Veterem enim scribendi morem ignorantes, pro *S. C.* scribendum putarunt. *Sic*, dictione contracta, quæ apposito puncto significaret Sicilia. Et cum ipsi reposuissent *Sic*; alii producta dictione scripserunt *Sicilia*. Idem in Pediani libros mendum irrepserat: quod nos impressione nostra sustulimus. Legebatur enim in Miloniana commentario, *sic esse factum*, pro *S. C. esse factum*. Redeo unde diverti, Largiri de publico senatus sine populo non poterat: quod contra sine senatu populus poterat. Itaque Cæsar in Consulari suo campum Siellatem, & Campanum sine Senatusconsulto plebi divisit, lege contentus: idemque publicanos, in conducendis vestigalibus cupiditate prolapsos, tertiam debita pecuniarum parte non Senatusconsulto, sed lege relevavit. Fecisset enim, si licuisset per senatum, Cæsar. Quod per populum fecit. Hæc enim fere verba sunt in ea pro Plancio. Nec vero hujus generis exempla desideramus. Nam & P. Clodius, Ciceronis inimicus, etiam regna latis legibus vendidit verius, quam donavit. Et multis jam annis ante Tit. Sempronius Gracchus de dividendis agris legem tulit senatu non consulto. Item frater ejus C. Gracchus de coloniis deducendis, de vestibus publicæ militibus præbendis, de frumento plebi distribuendo, senatu non solum non decernente, sed etiam invito & adversante, leges tulit. Illud, quod Plutarchus tradit, primo miratus sum, Tiberio ad divisionem agrorum prefecturo senatum novenos nummos in singulos dies pro sumptu decrevisse: quasi & senatus distribuenda publicæ pecuniæ potestatem haberet. Sed deinde meam admirationem res ipsa sustulit. Nam hoc illi per populum in levi relicuisse, quis miratur? sicuti etiam, cum exterarum gentium legatis munera dabantur: quod senatus arbitrio fiebat. Non enim, ubi quid pecuniæ promi ex ærario oporteret, continuo propter eam causam legem ferri ex dignitate populi Romani videbatur. In iudiciis etiam constituendis, aut mutandis, & omnino in hoc genere, jacebat senatus voluntas sine populi consensu, id est, Senatusconsultum sine lege. Lex autem, non solum si Senatusconsulto comprobaretur, verum etsi contra senatus voluntatem lata esset, rata tamen habebatur. Itaque quoddam Senatusconsultum adversus eos, quorum opera factum esset, ut iudicium publicum corrumperetur, in oratione pro Cluentio Cicero repudiatur, & infirmum significat, ob eam causam, quia postea legem ex eo Consules non tulissent. At vero legem, qua L. Aurelius Cotta iudicia inter tres ordines communicavit, senatum, equites, tribunos ærarios: cum ante penes unum ordinem senatorum lege Cornelia fuissent: hanc inquam legem, qua senatus potentiam admodum imminuebat, latam sine Senatusconsulto, latam invito senatu, firmam tamen fuisse, & observatam diligenter non solum reipublicæ temporibus, sed aliquandiu etiam ab ipsis imperatoribus, intelligit qui scripta veterum evolvit. Nec minus invito, aut certe non favente senatu, biennio post C. Cornelius legem tulit, ut prætores ex ædilitis suis perpetuis jus dicerent: cum antea varie jus dicere solebant. Potuit igitur etiam in hoc genere populus sine senatu, atque etiam contra senatum. Leges enim contra Senatusconsultum latæ eandem vim habuerunt, quam, si nullum Senatusconsultum ante factum esset, habuissent. Itaque legimus in Plinio VIII. 17. cum *Senatusconsultum vetus fuisset, ne liceret Africanis in Italiam advehere, Cn. Aufidium tribunum plebis contra hoc ad populum tulisse, &, Circensium gratia Africanas importare, lege lata permisisse.* Quia vero sæpe contigit, ut cum senatu populus consentiret, ideo, non quia populus sine senatu non posset, sed quia senatus & populus idem vellent, leges ex Senatusconsulto latas plerumque licet venire, quod si, quod sæpe contigit, minus inter senatum & populum conveniret, aut etiam si Senatusconsultum obtaret, ut in tribus legibus, Aurelia, Cornelia, Aufidia, proxime docuimus: nihil tamen erat imbecillior lex, sed eandem vires habebat, quas

habuisset, si ex Senatusconsulto perlata esset, aut nullum contra Senatusconsultum fuisset. Anno quidem post Urbem conditam CCLXIII. nondum ullam legem nisi e Senatusconsulto fuisse latam, M. Minucius Consul in eo sermone, quem de Coriolani iudicio cum tribunis plebis habuit, affirmat: neque plebem de aliqua re iudicasse, aut suffragia tulisse, nisi senatus eadem re jam consulto auctor fuisset: idque à Regibus institutum, ad eam usque diem aut constantissime servatum, quod tamen in Coriolani causa est omissum, senatu universam ejus iudicandi potestatem plebi concedente: ne quam seditionem irata suscitaret; sed triennio post cum tribuni plebis iudicium de Coriolano factum rescindere, & damnationem abrogare lege vellent, senatu contradicente, sine Senatusconsulto legem ferre noluerunt. Et anno ab Urbis initio CCXCVII. cum augeri tribunorum numerum, & plebs, & tribuni vehementer cuperent: tamen eam legem non prius ferre vult aggressi, quam ut eam ferri liceret, senatus decrevit. Sed post quotidie magis senatus auctoritas est imminuta: legesque multa sine Senatusconsulto perlatæ, senatu etiam agere ferente, vim tamen habuerunt, & servatæ sunt. Atque hæc à me dicta sint pro eo, quatenus dici opus fuit, de infirmitate Senatusconsulti. Nunc, ubi valeret, etiam si lege non confirmaretur, exponemus. Multa erant, in quibus ad Senatusconsultum lex non adungebatur: ut cum de cura factorum rectorum alicui demandanda senatus decernebat, cum de vestitu ob calamitatem aliquam aut mororem mutando, cum de supplicationis honore, aut etiam de triumpho concedendo: cum de fide aut ei danda, qui alicujus iudicium malefecit deserret, aut ei, qui hostis esset: cum de magistratu ante diem deponendo: de comitiis producendis: de annonâ procuranda: de Regibus appellandis, de Consulibus ad bellum mittendis, de supplendo exercitu: de aris, quæ dedicatæ essent iniusti populi, tollendis, de religionibus tuendis: de salute bene meriti civis exteris gentibus commendanda: de jure legationis liberæ tribuendo, aut de legatis legendis: de itinere ab iis, qui in provinciam reipublica causa irent, mutando: de laudandis iis, aut ornandis, qui aliquid pro republica fecissent: aut, qui contra, puniendis: de feriis Latinis: de legatis exterarum nationum donandis: de curatione viarum, de usuratum modo: & si qua præterea sunt: sunt enim multa. neque tamen in hujusmodi rebus propriam fuisse, & singularem dico senatus potentiam, populum nihil juris habuisse, sed hoc dico, volente & permitteente populo institutum, atque observatum, ut per senatum ea transigerentur. Quod tamen quasi legitimum jus, diuturna consuetudine confirmatum, aliquando populus, per improbum tribunal ductus arripuit. De quo Varinius Cicero asperè & acerbe in oratione exagitat. Sed hoc non magnopere usitatum, & tanquam extra ordinem fuit. Accidit etiam interdum, ut aliquid ex eo genere, quo de genere multa enumeravimus, neque à solo senatu censeretur: neque à solo populo jubereur: credo, quod momenti res esset paulo majoris, quam soleret: ut extraordinaria potestate curanda videretur: sicuti P. Lenimo, Q. Metello Coss. cum ex Senatusconsulto perlata lex est, ut Pompejo per quinque annos potestas omnis rei frumentariæ toto orbe terrarum traderetur. Et ut hoc extraordinarium fuit, sic illud, quod in epistola ad Q. Ciceronem legimus, pecuniam Pompejo in rem frumentariam Senatusconsulto decretam: cum erogare publicam pecuniam, ut jam diximus, non senatus, sed populus soleret. Quod tamen permissu populi factum esse non dubitamus. Jam enim ex Senatusconsulto perlata lex erat de Pompejo rei frumentariæ præficiendo. in qua ita scriptum licet opinari, ut ad eam curationem tantum ei daretur pecunia, quantum senatus decrevisset. Ut in hac re duo Senatusconsulta facta fuerint, alterum ante legem de Pompejo deligendo, ex quo perlata lex est, alterum post legem de pecunia tribuenda, quod ex ipsa lege factum est. Fiebant etiam de privata re Senatusconsulta, raro, sed fiebant tamen: quale illud, quod in hæredes C. Vennonii factum fuisse Cicero docet libro

XIII. epist. quæ Familiars dicuntur, & illud, quo libera legatio decernebatur: hoc enim genus legationum non nisi privata rei causa à civibus petebatur. Et cum senatus decrevit, ut L. Verris, quod confessus esset se cum telo fuisse, in vincula coniceretur. Senatusconsultum differre à senatus decreto, & decretum consulti esse particulam quandam putabat Aelius Gallus: sic enim scribit Festus. Ego autem existimo equidem in uno Senatusconsulto multa interdum fuisse capita, & unumquodque eorum decreti nomine appellatum, neque solum decreti, sed etiam consulti: ut in illo Senatusconsulto satis manifeste patet, de quo in epistola M. Cœlii descripto supra meminimus: sed hanc tamen distinctionem in historiis, aut omnino in illo libro nondum observavi. Neminem enim video ita locutum, ut diceret, in illo Senatusconsulti decreto. Quin pro ipso Senatusconsulto decretum sæpius usurpatum invenio. Neque ratio repugnat, nihil esse enim aliud Senatusconsultum, nisi id, quod senatus decernit. Itaque & decretum, & Senatusconsultum de eadem re Cicero vocat. Nam in oratione pro Sextio cap. 14. *Quis, inquit, unquam Consul senatum ipsius decretis parere prohibuit?* at in Pisonem c. 8. *Omitto illud, Consulem edicere, ut senatus Senatusconsulto ne obtemperet.* Est tamen hæc differentia quod, est pro Senatusconsulto, non tamen pro quovis Senatusconsulto ponitur decretum, sed pro eo tantum, quod aut unius hominis causa factum sit, aut, si ad plures pertineat, minime tamen ad universam rempublicam spectet. Et ut Senatusconsultum sæpius de communi, quam de privata re dicitur: sic decretum sæpius de privata, quam de communi, vel potius de communi nunquam, semper de privata. Nunquam enim invenias, senatus decretum de ambitu factum esse, aut de iudiciis, aut de creditis pecuniis, quæ generatim ad omnes pertinent: sed Senatusconsultum: decretum autem vel de uno tantum dici videas, ut in oratione post reditum in senatu c. 1. *Immensum quiddam est, atque infinitum, quod huic ordini debemus, à quo sæpe magnificentissimis decretis sumus honestati.* Vel de duobus, ut in Suetonio Jul. c. 16. n. 1. *Senatus decreto tribunus plebis Metellus Nepos, & prætor Casar administratione reipublicæ summoventur:* vel ita de pluribus, ut particulare sit: ut de Buthocia civitate libro ad Atticum XVI. c. 16. sub 2. *Decreta Consul de Casaris adis.* Erant enim acta Cæsaris, beneficia aut in hunc & illum hominem collata, aut in hanc & illam civitatem. Et ibidem subj. 3. *Decretum Consules secundum Buthocios fecerunt.* Itaque decretum nunquam de publica re dicitur, sed aliquando contractius esse, quam Senatusconsultum, vere diximus: cum tamen Senatusconsultum & de privata re nonnunquam dici supra docuerim. Fiebat autem utrumque per discessionem senatorum: & quod pluribus visum erat, id aut Senatusconsultum, aut decretum dicebatur, diverso nomine, non quod diverse fierent, sed quod diversa res esset, cujus causa fieret, cum Senatusconsultum modo de publica, modo etiam de privata, decretum autem de publica nunquam, sed de privata semper fieret. Differunt etiam in hoc, quod, quemadmodum Senatusconsultum, si res, de qua fit, spectatur, latius est, quam decretum: fit enim, ut sæpe jam dixi, tum de publica, tum de privata: cum decretum de privata tantum fiat: sic, si, à quibus fiat, consideratur: angustius quodammodo videtur, quam decretum. Fit enim à senatu tantum Senatusconsultum: aut decretum & à senatu, & ab alio ordine, neque solum à paucis, sed etiam ab uno: à senatu, ut ex eo loco patet, quem ex oratione post reditum proxime recitavimus: neque plura congerenda sunt exempla: nam in hoc cum Senatusconsulto consentit: nos autem id, in quo dissentit, quæriamus. Ab alio ordine, ut in oratione pro Domo sua, cujus sententiæ verba jam posuimus: & ad Atticum libro IX. e. 15. *Volent, inquit, augurum decretum:* & pro Sex. Roscio c. 9. *Decurionum decretum fit, ut Decem primi ad Sullam proficiantur.* Et *Pontificum decreta*, sæpe legitimus, ab uno, ut exemplum declarat, ex oratione pro Milone, de Cn. Pompeji decreto: et Philippica I. c. 1. *Ne qua tabula post Idus Martius ullius decreti*

*Cæsaris, aut beneficii fgeretur. Decretum autem prætoris millicies invenimus. Et apud Jurisconsultos: Imperatoris decretum, Principis decretum, Judicis decretum. Reliquum est, ut, in quo senatus auctoritas à Senatusconsulto differat, ostendamus. Differt autem, ut jam significavimus, in hoc, quia Senatusconsultum id erat, cui cum nemo intercessisset, perficiebatur ea res, qua de scriptum erat. At senatus auctoritas erat illa quidem voluntas, & sententia senatus, sed aliquo intercedente debilitata vim Senatusconsulti non habebat: neque enim parebat ei quivquam: neque ei, qui non parisset, poena erat. Perscribebatur tamen in publicis tabulis: ut, quid eo die senatus censuisset, appareret. Nam illud in epistola ad Lentulum Fam. 1. 2. *His de rebus senatus auctoritas gravissima intercesserat: cui cum Cato, & Caninius intercessissent: tamen est perscripta:* sic est accipiendum, non Catonem, & Caninium tribunos plebis intercessisse, ne fieret Senatusconsultum: (non enim Senatusconsultum fieri solebat de eo, quod propositum frequens senatus improbarerat, sed de eo, quod frequens probaverat: hic autem, cum dicit, *senatus auctoritas gravissima*, intelligit sententiam illam Bibuli de tribus legatis, quam frequens senatus improbarerat) sed intercessisse, ne senatus auctoritas perscribebatur. Quod cum ipsa verba declarant: tum in epistola Fam. 1. 7. est quædam quasi consentiens significatio, his verbis: *Senatusconsultum nullum existat, quo reductionis Regis Alexandrini tibi adempta sit: eoque, qua de ea scripta est, auctoritas, cui sis intercessum esse, tantum vim habet, ut magis iratorum hominum studium, quam constantis senatus consilium esse videatur.* Duplitter enim Cicero liberam esse Lentulo reductionis Regis potestatem offendit, uno modo, cum reductionem illi nullo Senatusconsulto esse ademptam dicit: altero, cum eam ipsam senatus auctoritatem, qua de ea scripta est, ut ne quis omnino Regem reduceret, infirmam significat, infirmam inquam non ob eam causam, quia non Senatusconsultum fit, sed senatus auctoritas, (neque enim hæc una senatus auctoritas, cujus hic mentio fit, hoc habebat proprium, ut Senatusconsulti vi careret: sed erat omnibus Senatus auctoritatibus communis & æqua conditio, ut ad rem perficiendam ponderis nihil haberent, tantum ad testificandam senatus sententiam valeret) verum ideo infirmam, tum quia intercessionem passa sit, tum quia magis iratorum hominum studium, quam constantis senatus consilium, præ se ferat. Apparet enim ita senatum censuisse, non consilio adductum, sed iratum Regi, quia nonnullorum animos largitione corrumpere. In quo illud est notandum, intercessionis non eam rationem esse habitam in senatus auctoritate, quæ habebatur in Senatusconsulto: siquidem, cum tribunus plebis intercedebat, ne fieret Senatusconsultum, non fiebat: cum intercedebat idem, ne perscribebatur senatus auctoritas: perscribebatur tamen. Et dicebatur senatus auctoritas, quia voluisset quidem, & auctor fuisset senatus, ut Senatusconsultum fieret, sed, intercedente tribuno, non potuisset: neque tamen senatus auctoritas ea sola dicebatur, quæ, cum intercedebat idem, probaverat, ob intercessionem Senatusconsultum esse non potuerat: sed ea quoque, quæ, frequenti senatu aliquid improbane, omnino etiam nemine intercedente, Senatusconsultum esse non poterat. Non enim, cum proposita sententia improbarerat, sed cum probaretur, Senatusconsultum fieri solebant. In hac autem ad Lentulum epistola, de improbrata Bibuli sententia, quam de tribus legatis dixerat, nisi me fallit opinio, sermo est.*

Ex libro de legibus Romanis vide illa verba: *Quoniam spectandi locum senatores, &c.*

Item, *Item illa C. Cassi, &c.*

Item, ab his verbis: *Ac primum, quod, &c.* usque ad illa. *Postea ne causam diceret.*

EX COMM. IN EP. CIC.  
LIB. I. EP. I.

## EX ARGUMENTO.

Senatum haberi per dies comitiales non licuit.

Ibidem:

Senatus voluntas per scripta, quod impedito S. C. fieri solitum est, ut memoria traderetur, atque existeret in publicis tabulis, quid senatus, nisi obstitisset intercessio, fieri voluisset. Hac de re sic in ep. 7. *Nullum exstat S. C. quo redemptio Regis Alexandri tibi adempta sit, eaque, quae de ea scripta est, auctoritas, cui scis intercessum esse, ut ne quis omnino Regem reduceret, tantam vim habet, ut magis iratorum hominum studium, quam constantis senatus consilium esse videatur.*

Lib. 1. ep. 2.

Cum senatus legitimus, id est, quo loco, quo die, quo numero, à quo magistratu oporteret, habitus, aliquid vel de publica, vel de privata re decreverat, tum si ex collegio tribunorum plebis nemo intercedebat, rata senatus voluntas erat, & S. C. dicebatur, eoque nomine inscriptum publicis tabulis consignabatur: sin autem vel senatus non legitimus aliquid decreverat, vel tribunus plebis intercesserat, infirmum, ac prorsus irritum decretum illud erat, nec S. C. sed *senatus auctoritas* vocabatur: propterea quod auctoritatem quandam publicis tabulis restata senatus voluntas habere videbatur, testis Livius lib. 4. *Si quis*, inquit, *intercedat, S. C. auctoritate se fore contentum.* Testis Dionis historia. Nam cum Q. Caecilius Longinus, & M. Antonius, tribuni plebis intercederent, quo minus fieret S. C. de Casare ex Gallia revocando, cuiusque vestem, ut in adversa tristique re, mutasset: tamen ne sic quidem factum esse S. C. sed per scriptam sententiam esse, Dio libro 41. significat. Idemque libro 42. cum S. C. intercederent tribuni plebis, senatus tamen auctoritas per scripta est. Planissime autem lib. 55. his fere verbis: *Si quando aliquid senatus decrevisset, nec legitimus senatorum numerus affuisset: non inerat in co. vis S. C. sed auctoritas senatus dicebatur, quae tantum constaret eorum, qui tunc affuissent, voluntas & sententia.* Observatum idem est, cum vel senatus alieno loco, aut tempore, aut non legitimo edicto habitus esset, vel tribunus plebis intercessissent. Impedito enim S. C. exsistere tamen senatus voluit sententiam suam. Accedit Ciceronis testimonium in ep. 7. *S. C. nullum exstat, quo redemptio Regis Alexandri tibi adempta sit: eaque, quae de ea scripta est, auctoritas, cui scis intercessum esse, ut ne quis omnino Regem reduceret, tantam vim habet, ut magis iratorum hominum studium, quam constantis senatus consilium, esse videatur.* Et ibidem paulo post: *Offensionem esse periculosam propter interpositam auctoritatem, religionemque video.* Et epist. 2. lib. 4. ad Attic. *Nondum satis erat alatum, quomodo Casar ferret de auctoritate per scripta.* Loquitur ibi Cicero de S. C. ab intercedentibus Cassio, & Antonio, tribunis plebis, impedito. Quod ex Dione jam ostendimus. Nec dubito, quin de auctoritate per scripta, cum senatus decreto intercessum esset, Cicero significet libro III. de leg. in eo loco: *Senatus decreta rata sunt. Ast nisi potestas par, maiorque prohibesset, per scripta seruant.* Quae licet exempla satis hunc morem ostendant: ut dubitatio tamen omnis auferatur, adscribemus verba S. C. quod Coelius inclusam epistolae ad Ciceronem misit. *Si quis huic S. C. intercesserit, senatus placere auctoritatem per scribi, & de ea re ad senatum populumque referri.* Et in alio ejusdem S. C. capite: *Si quis huic S. C. intercesserit, auctoritas per scriberetur.* Huic opinioni locum advertari Ciceronis oratione pro Deiotaro, aliquis fortasse dixerit. *Cum audisset Deiotarus, inquit, senatus consentientis auctoritate arma sumpta, Consulibus, praetoribus, tribunis plebis, nobis imperatoribus resp. defendendam datam.* Senatus auctoritatem vocat in ea re, de

qua S. C. esse factum, Casar ostendit libro 1. c. 3. de bell. civil. *Decurritur, inquit, ad illud extremum, atque ultimum S. C. quo, nisi pene in ipso Urbis incendio, atque desperatione omnium salutis, nunquam ante descensum est: Dent operam Consules, praetores, tribuni plebis quique proconsules sunt ad Urbem, ne quid resp. detrimenti capiat. Haec S. C. per scribuntur ad 7. Id. Jan.* Hoc argumentum duplici ratione refellitur: vel quod, cum S. C. illud contra Casarem belli civilis initio factum esset, nec tribunis plebis ad intercedendum paratis locus esset, non auferet Cicero, ad Casarem, jam omnia tenentem, pro Deiotaro reo suppliciter agens, S. C. appellare: praesertim cum sciat, si tribunis plebis Antonio & Cassio intercedere licuisset. Quod Pompejanorum factione non licuit, S. C. esse non potuisse. Itaque sapienter, temporis, causaeque serviens, odiosum Casari vocabulum Cicero viravit, a quo salutem Deiotari Regis impetrare cupiebat. Altera est ratio, mihi quidem valde probata, quod senatus auctoritas non semper decretum illud significat, quod ne senatusconsulti vim & nomen haberet, intercessio fiebat: sed, ubi nulla intercessio mentio fit, pro ipso accipitur S. C. ut in oratione in Pilonem: *Quam provinciam P. Lentulus cum & senatus auctoritate, & sorte haberet, deposuisset.* Significat enim à Lentulo depositam Ptolemaei Regis reductionem, quam ei Senatusconsulto esse mandata, & supra demonstratum est. Et in ea pro domo: *Ex senatus auctoritate & senatum, & omnes bonos mutata veste vidi. Senatus auctoritatem appellat, cum tamen S. C. de mutanda veste factum esset: quod ex oratione pro Sextio cognoscitur.* In Vatinium: *Nec hoc quidem senatus relinquebas, ut legati ex ejus ordinis auctoritate legarentur? Quis non intelligit, Ex ejus ordinis auctoritate, pro, ex S. C. dictum esse? cum paulo post sequatur: Quis legatos nunquam audivit sine S. C.? ante se nemo.* Ergo *senatus consentientis auctoritate arma sumpta*, idem valet, quod, universis approbante senatu, decreto senatus universi. Vel: duae senatus auctoritates intercesserunt, haec, quae probabat reductionem Regis, altera, quae improbabat: cujus mentio fit ep. 7.

Ibidem:

*Intercedere, modo est impedire, ut infra: Cui cum Cato & Caninius intercessissent, tamen est per scripta: modo intervenire, ut hic, & epist. 2. lib. 15. Cum vestra auctoritas intercessisset, mihi ego Regem Ariobarzani tuerer. Eodem sensu dixit Coelius ep. 6. libro 8. Significatio nulla si intercesserit, clarior, quam deceat, aut expedit, fiat.* Et in Verrem libro 2. *Cum imperatoris populi Rom. auctoritas, legatorum decem dignitas S. C. intercederet. Intercessissent, impediissent, ne S. C. fieret, ideo senatus auctoritas, S. C. impedito, per scripta est.* Intercedere enim, proprie tribunorum plebis fuit. Quamquam participes ejus fuisse potestis omnes, qui eadem potestate, qua ii, qui S. C. facere velient, majoreve essent, docet Gellius ex Varrone libro 14. cap. 7.

Libro 1. ep. 4.

Senatores plures quadringentis in senatu affuisse, bis omnino, ut mea memoria est, legi: 410. in oratione post reditum in senatu, 415. epist. 10. lib. 1. ad Attic.

Libro 1. ep. 7.

Et stipendium, & legatorum numerum, & supplicationes senatus decernebat sine populi suffragio. Quae Cicero significat in ep. 9. cum ait, *singularibus, & novis honoribus, ac iudicis senatus ornatum esse Casarem*: idque exponit aperte in oratione de provinciis, his verbis: *Relatum est ad nos nuper de stipendio exercitus: non decrevi solum, sed etiam, ut vos decerneretis, laboravi: multa dissentientibus respondi: scribendo assui. Stipendium autem à senatu impetrare, in tantis angustiis atari, non facillimum fuit. Quod ex eadem oratione conieci. Dixit enim: In his angustiis erarit, publicanis tamen subveniatis, necesse est, crudelitate Gabinii pene assillit jam, atque exersit.* Hac de re sic in ea pro Balbo: *C. Casarem senatus & genere supplicationum amplissimo ornatum,*

nume-

numero dierum novo. Idem in angustiis ararii, victorem exercitum stipendio affecti: imperatori decem legatos decrevit: lege Sempronii succedendum non censuit. Harum ego sententiarum & princeps, & auctor fui.

Libro 1. ep. 9.

Certus erat senatorum numerus, qui si non adesset, S. C. fieri leges verabantur. Unde illud M. Fulvii contra M. Emilium, libro 39. apud Livium: *Qui per infrequentiam S. C. factum ad ararium detulerit. Festus, Numerus Senatorum, ait quivis Senator Consuli, cum impedimento vult esse, quo minus faciat S. C. postulatque, ut aut res, quæ afferuntur, dividantur, aut singuli consulantur: aut, si tot non sint senatores, quo numero liceat prescribi S. C. Legimus etiam apud Pedianum C. Cornelium tribunum plebis legem tulisse, ne quis in senatu legibus solveretur, nisi ducenti assissent. Quod si quis necessarium S. C. conficiendo senatorum numerum scire velit, Dionem consulat, cujus hæc sunt verba libro 54. Augustus, cum videret, frequentes non semper convenire senatores, decrevit, ut à paucioribus, quam quadringentis, S. C. fieri possent. Cum antea, nisi quadringenti assissent, rata non essent.*

Libro 3. ep. 9.

Difcedebat Senatus Aprilis mense, cujus fere dies omnes vel ludis dabantur, vel festi erant, vel comitiales, quibus haberi senatum non licebat. Id quod ex antiquis dierum Fastis, quos à nobis explanatos edidimus, licet intelligere.

Libro 4. ep. 1.

Senatus appellari non debet, in quo nec senatores multi, nec eorum libera, metuque soluta voluntas est.

Libro 4. ep. 4.

Scriptit Varro, teste Gellio, libro 4. Epistolice quaestionum, S. C. duobus modis fieri solitum, aut per discessionem si consentiretur: aut, si res dubia esset, per singulorum sententias exquisitas.

Libro 5. ep. 2.

Quid *prescriptione* significetur, communis intelligentia fortasse non assequitur: quod exponere conabimur. Duplex erat in S. C. *prescriptio*, necessitatis una, honoris altera: necessitatis, quod infirmum erat S. C. cum in decernendo certus, ac lege definitus senatorum numerus non affuisset: itaque singulis S. C. ut valerent, prescribatur, quot senatores affuissent. De quo Festi verba recitabo: *Numerus senatorum, ait quivis Senator Consuli, cum impedimento vult esse, quo minus faciat S. C. postulatque, ut aut res, quæ afferuntur, dividantur, aut singuli consulantur: aut, si tot non sint senatores, quo numero liceat prescribi S. C. Tulit etiam legem C. Cornelius tribunus plebis, quem Cicero defendit, non ille quidem de omnibus S. C. sed de iis, quibus aliquem solvi legibus placeret, ut ita rata essent, si ducenti senatores affuissent. Quod Festi locus, etsi non plane, tamen quodammodo confirmat. Altera, quæ auctoritatem S. C. adderet, prescriptio erat, cum nobilissimi senatores scribendo aderant, qui certus numerus non erat, sed pro ejus dignitate, & gratia, cujus de honore in S. C. agebatur. Quo de genere prescriptiois hic puto significari: & illud infra, *Obscurum esse non posse*, sic interpretor, ob eorum claritatem, qui scribendo affuerunt. Et in eo S. C. quod Cælius Cicero nisi, ep. 10. libro 8. legendum opinor, S. C. quod tili nisi, non solum est, auctoritateque prescripta: non, prescripta. Nam senatorum nomina, qui affuissent scribendo, S. C. auctoritates dicebantur, & ante S. C. scribebantur. De quo etiam more loquitur in ep. ad Catonem 6. libro 15. cum inquit: *Hæc S. C. non ignoro ab amicissimis ejus, de cuius honore agitur scribi solere. Non quod ii scriberent, sed quod scribendo adessent, & fortasse etiam didarent. Sic in Agraria 2. Collegas suos, adscriptores legis Agrariae, non repudiabit, à quibus ei locus primus invadit. In prescriptione concessus est. Et libro 3. de Or. legitur in antiquo Bortomani libro, In auctoritatis prescriptis exstant, non, ut est in pervulgatis, prescriptis.**

Libro 6. ep. 18.

Senatores vel coloniarum, vel municipiorum, decuriones vocabantur. Et ut Romam ad senatum Consules, item in municipiis ad decuriones quatuorviri, in coloniis duumviri referebantur.

Libro 8 ep. 8.

Senatus habebatur vel in sacris ædibus, vel in templis non sanctis, ut in curia Hostilia. Et ep. 13. libro 10. Senatus in templis habebatur.

Ibidem:

Adesse scribendo soliti sunt, qui Senatusconsultum fieri vellent.

Ibidem:

Cum plura simul ad senatum referebantur, non facile omnia senatus major pars comprobabat. Ita sæpe fiebat, ut una res repudiata, reliquas, quæ omnino placerent, impediret. Nam, cum dixisset senator, *Divide sententiam*, ut de singulis rebus referretur, orta contentione dies consumebatur, lege permittente senatoribus, quæ quisque de re vellet, quamque diu vellet, dicere. Itaque Festus inter impedimenta Senatusconsulti numerat hoc in verbo, *Numerat*, cum senator divisionem postulabat earum rerum, quæ referebantur.

Ibidem:

Per dies comitiales haberi senatum leges verabant. ep. 2. lib. III. ad Quintum fr. *Consecuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi non poterat. Et eodem libro, epistola 12. Comitibus diebus, qui Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur, non impediri se lege Pupia, quo minus habeat senatum. Ad Lenulum autem, ep. 4. lib. 1. iidem dies significantur iis verbis: *Senatus haberi ante Kal. Febr. per legem Pupiam, id quod stis, non potest.**

Ibidem:

Dixi jam, tres ordines lege Aurelia, senatum, equites, tribunos agrarios judicasse. Sed omnes senatores, qui judicabant, à judiciis in senatum convenire, ideo senatus noluist, ne per infrequentiam, quod sæpe accidit, fieri S. C. non posset. Certum enim senatorum numerum faciendum S. C. lex definebat. Festus, & Dio: quorum testimonio hæc ipsa de re jam usi sumus: Judiciis autem implicati tenebantur senatores multi: itaque ille, qui scripsit ad C. Cæsarem de rep. ordinanda, cujus exstat epistola, cum Sallustii fragmentis edita: *Drabus, inquit, rebus confirmari posse senatum puto: si numero audis per tabellam sententiam feret. Tabella obtentui erit, quo magis animo libero facere audeat: in multitudine, & presidii plus, & usus amplior est. Nam fere, his tempestatibus, alii judiciis publicis, alii privatis suis, atque amicorum negotiis implicati, haud sane reip. consiliis assuerunt: neque eos magis occupat, quam superba imperia, distinuere. Trecentos autem ordinis senatorii judices Plutarchus nominat in Graccho: sed hoc tempore trecenti sexaginta, electi à Pompejo tertium Consule, judicabant. Docet hoc Vellejus libro 2. & Plutarchus in Pompejo. Itaque miror trecentos duntaxat nominatos, nisi si perfecti numeri potius, quam imperfecti, placuit appellatio: ut in Pisonem dixit Cicero, *quadraginta annis, pro triginta sex. Quo loco Asconius usitatum ait fuisse Cicero, ut, omnia subtiliore annorum computatione, summam tempus comprehenderet: recitatque illi in Catilinam: *Viginti jam aem patimur hebesere aem horum auctoritatis: cum octavus decimus dies esset. Aut igitur falsum judicum numerum hac ratione tuamur: aut deesse, LX. censeamus: ut omnino sint, qui à Vellejo & Plutarcho nominantur.***

Ibidem:

Si habetur eorum ratio, qui provincias obtinent, Cilicia Consularis est, cum à viro Consulari Cicero administratur: ideoque non in hoc S. C. sed in eo, quod de provinciis Consularibus factum est, nominari debuit. Verum, quia fir pratoria, eum decernat senatus, ut in eam proficiscatur, qui prætor, non qui Consul fuerit, propterea in hoc S. C. rejecta, & reliquis

provinciis, quas pratorii obtinebant, aggregatur; erat enim potestas senatum, quos vellet, in provinciis mittendi, sive Consulares, sive pratorios: & in quas pratorii mittebantur, pratorix, in quas Consulatu functi, Consulares provincia vocabantur. Id ex hoc ipso primum cognoscitur S. C. quo pratorius, non Consularis in Ciliciam, cui præerat hoc anno Cicero Consularis, mittitur: deinde confirmatur oratione de provinciis, Potuit tamen tribunus plebis hanc potestatem eripere senatui, & Consulare provinciam, lata rogatione, ab homine Consulari ad pratorium transferre. Quod objicit Clodius Tullius; factumque extra ordinem queritur in oratione pro Domo. Sed, ut redeam ad Ciliciam, cogitanti mihi, cur pratoria nunc fiat, quæ Consularis antea fuerat, administrata per annos aliquot à tribus Consularibus, Lentulo, Appio, Cicerone. Visum est hoc à Pompejanis astuto consilio factum, ut Consularium provinciarum numerus, una exempta, fieret angustior, eoque certior spes esset adimendi Gallias Cæsari: cum duas tantum Consulares provincias lege Sempronia decerni per senatum oporteret. Quod orationes pro domo, & de provinciis, & Cæsar lib. 1. de bell. civ. docet: Consulares autem, id est, à Consularibus hoc anno administratæ, quatuor essent, Hispania, Cilicia, Gallia, Syria: (nam Macedonia, à quo tempore L. Pisoni Consulari Q. Ancharius pratorius successit, pratoria fuit) nec in Hispanias mitti quisquam posset, cum eas lege Trebonia Consul iterum Pompejus in quinquennium, posteaque tertium Consul, altera lege in alterum quinquennium, ut ait Dio, vel, ut Plutarchus, in quadriennium accepisset. Reliquæ tres erant: è quibus duas tantum decerni oportuit lege Sempronia. Inventæ ratio est, ut ex tribus una tolleretur: pratoriamque senatus Ciliciam facere conatus est. Sed tribuni plebis Pompejanorum arte cognita, intercesserunt. Post alterum tamen annum, Lentulo & Marcello Coss. hoc arbitror Senatusconsultum, præta tribunorum plebis intercessione, renovatum, Ciliciamque pratoriam esse factam: cum apud Cæsarem libro 1. de bell. civil. mentionem fieri videam de provinciis duabus Consularibus, Gallia, & Syria, in sortem conjectis, quarum Gallia L. Domitio, Syria Scipioni obvenit. Quamquam in eo loco de una tantum Gallia ulteriore intelligendum: nam citiorem senatus pratoriam fecit. Id ex ep. 11. ad Tironem libro 16. cognovi, scribente Cicerone, ulteriorem Domitio Galliam, Considio autem, quem scimus Consulem non fuisse, citiorem obtigisse.

Libro 9. ep. 21.

Erat Regum ætate senatores omnes, sive majorum, sive minorum gentium, patricii: & qui allegabatur in senatum, statim patricius erat.

Ibidem:

Patres dicti centum illi, ex quibus senatum Romulus constituit: qui ingenui fuerunt. Nam reliquos, qui ab initio Urbis Romæ cum Romulo fuerunt, patrem & avum liberos citere non potuisse, Livii verba libro 10. c. 8. significant. Quod Cincius quoque sensit videtur in libro de Comitibus, qui non extitit, sed ejus hæc apud Festum mentio est: *Patricios, Cincius ait in libro de Comitibus, eos appellari solitos, qui nunc ingenui vocentur.* Et quia per annos multos patriciis tantum gentibus curia paruit, propterea patres appellat hic Cicero, cum de patriciis loquatur: licet ejus ætate, atque adeo multis ante seculis, plebejis etiam familiis senatoria dignitas impertiretur, & ideo patres plebejis quoque familiis orti dicerentur. Repexit igitur ad præca tempora, cum aditus in curiam solis patriciis daretur. Suetonius quoque in Julio, c. 20. n. 11. *Clodium, inquit, à patribus ad plebem transire conantem, eadem die, horaque nona traduxit.* A patribus, dixit, pro, à patriciis.

Libro 10. ep. 28.

Antonii fœditissimus discessus explanatur Philipp. 3. c. 9. his verbis: *Cum de rep. relatus fuisset, allato nuntio de legione quarta, mente concidit, & fugere festinans, S. C. de supplicatione per discessionem fecit, tum id factum esse antea nun-*

quam. *Quæ vero profectio postea? quod iter paludati? quæ ratio oculorum, lucis, Urbis, foret quam misera fuga, quam fœda, quam turpis? Et Philipp. 5. Neque sacrificiis solemnibus factis, neque votis nunciatis, non profectus est, sed profugit paludatus.* Item Philipp. 13.

Ibidem:

Senatum vocare poterant Dictator, Consules, prator, tribuni plebis, interrex, præfectus Urbis. Varro apud Gellium.

Libro 11. ep. 1.

Legationes liberæ privatarum rerum causa senatoribus dabantur: tum quod iis, non permittere senatu, abesse non licebat: tum etiam, ut essent honoratioribus apud exterarum nationum, addito legationis nomine. Ep. 18. ad Att. lib. 2. & ep. 11. lib. 15. ad eundem, & in orationibus in Rullum, pro Flacco.

Libro 13. ep. 5.

Nemo senator esse poterat, nisi cent. millia possideret, Suetonius in Augusto.

EX COMM. IN EP. CIC. AD.  
ATT. LIB. I. EP. I.

Senatori ab Urbe diutius abesse, nisi jure liberæ legationis imperato, non licebat.

Libro 1. ep. 17.

Senatores, qui curules magistratus gessissent, curram curiam honoris gratia vehabantur: ceteri pedibus irabant: unde *pedariorum* nomen. Gellius libro tertio, cap. 18.

Ibidem:

In S. C. adscribebantur eorum nomina, qui, dum scriberentur, assuisset, eoque dicebantur *Senatusconsulti auctoritate*. in ep. famil. 7. lib. 8. & in præmio lib. 3. de Oratore.

Libro 2. ep. 24.

In senatum ire cum telo lex vetabat. Itaque P. Cornificius in senatu, ut invidiam Miloni faceret, ferrum dixerat eum habere intra manicam ad femur alligatum. Pedianus.

Libro 4. ep. 2.

Iis, qui senatores non erant, ingredi senatum non licebat. Et pontificum collegium apparet non fuisse totum ordinis senatorii: cum pontificiam dignitatem, etiam qui senator non esset, consequi posset: ut in oratione de harusp. resp.

Libro 4. ep. 12.

Cum senatus vocabatur, senatores, qui erant in Urbe, adesse jubebantur in senatu, qui non erant, juberi non poterant: senatoribus autem, qui in Urbe erant, in senatum non venientibus pignora auferebantur. Oratione 1. in Antonium.

Libro 5. ep. 2.

Senatus auctoritas est, cum aliquid senatorum major pars decreverat. S. C. scribebatur, nisi tribunus plebis aliquis intercederet. Intercedente, S. C. non erat, sed scribebatur tamen, quod senatus eo die statuisset, eaque *per scripta auctoritas* dicebatur.

Libro 12. ep. 5.

Mos erat, ut senatus Kalendis haberetur. Quod indicat locus ille ep. 26. *Critere Kalendas assuturus videtur. Vellem, tardius.* Et illud ep. 46. libro 13. *Rogat magnopere, ut sint Kalendis in senatu.* Item, ep. 6. libro 26. *Maxime dolebat, me Kalendis Sextilibus in senatu non fuisse.* Et ep. 22. libro 14. alibi que non apud ipsum modo, sed & apud alios.

Libro 12. ep. 39.

Post 16. Kalend. Februarii, senatores plerique Roma discedebant: quod senatus reliquis Januarii diebus per legem Pupium haberi non poterat, ac ne Februario quidem toto, nisi profectus, aut rejectis legationibus. Ad Appium libro 3. Famil. *In ipsum discessum senatus incidisse credo meas literas.*

Libro 14. ep. 9.

S. C. fuerat, ut, quæ Cæsar egisset, rata manerent, ipso maxime

rim: suadente Cicerone, quod & Dio libro 44. & ipse in epist. ad Cassium his verbis. *Ultra resp. suas injurias est per vos interitu tyranni, nihil amplius: ornamenta vero sua qua recuperavit? an, quod ei mortuo pareat, quem vivum ferre non poterat? cuius ara refrigerare debeamus, ejus etiam chirographa defendimus? at enimita decrevimus. Fecimus id quidem temporibus cedentes, quae valent in rep. plurimum: sed immoderate quidam, & ingrante nostra facilitate abutuntur.*

## EX COMM. IN ORAT. CIC.

In Orat. pro P. Quintio:

Senatores cum binis licitoribus liberis legationes obibant.

Ibidem:

Senatorum census erat DCCC. millia.

Ibidem:

Senatorum filii senatores non erant, nisi à censoribus lecti essent in senatum.

Ibidem:

Senatorum tunica lato clavo purpureo erat intexta.

Pro Sex. Roscio Amerino:

Senatoria aetas 30. annorum fuit.

Ibidem:

Senatores soli, cum Cicero Sex. Roscium defendit, iudicabant, lege Sullæ.

Ibidem:

Senator esse non poterat, qui avavum suum civem Romanum nominare non posset.

Ibidem:

Senatorium ordinem tribui solitum à veteribus ostendit Suetonius, non civium R. pronepotibus, verum abnepotibus.

Libro 1. act. 2. in C. Verem.

Senatorio censu amisso, nemo cum ordinem retinere poterat, ut nec eques Romanus esse quisquam sine equestris censu.

Libro 3. act. 2. in eundem:

Senatori licebat, quamdiu veller dicere. Libro 3. de Legib. *Nec est unquam longa oratione utendum, nisi aut expectante senatu, quod sit ambitione sapissime, cum, nullo magistratu adjuvante, tolli diem utile est, aut, &c.*

Ibidem:

Docet hic locus, quo aetatis anno Romæ senatores legi possent, cum enim Halesini de senatu cooptando leges ab senatu Romano petiverint: non est dubitandum, quin ea leges imaginein quandam Romani senatus expresserint. Itaque cum Pompejo, in Africam contra Domicium profectum, & Hiabam Regem proficiscenti, Consulare inspectum cum exercitu, adhuc equiti Romano, datum esset, dicente L. Philippo in senatu contra nescio quem, objicientem, non oportere mitti hominem privatum pro Consule, non se illum sua sententia pro Consule, sed pro Consulibus mittere, laudavit eum Cicero his verbis in sua oratione Manilii legis: *Quid tam prater consuetudinem, quam homini peradolescens, cuius à senatoria gradu aetas longe abesset, imperium, atque exercitum duri?*

Libro 2. act. 2. in eundem:

Proprie splendor equitibus, dignitas senatoribus tribuitur.

Libro 4. act. 2.

Negotiari licebat equitibus Romanis, senatoribus per leges non licebat. Unde in Parad. *Propter aviditatem pecunie nullum questum turpem putas, cum isti ordini ne honestus quidem esse possit nullus.*

Ibidem:

Senatoria tunica à latis purpureis clavis latus clavus dicebatur.

Libro 5. act. 2.

Senatori nec habere, nec mercari quidquam trans mare licuit.

Ibidem:

Senatus sociorum querelas audit, crimina vero iudicibus committit.

Pro lege Manilia:

Senatoribus negotiari non licebat.

Pro A. Cluentio Avito:

Toga pratexta, sella curulis, fasces, magistratum, non senatorum, insignia sunt. Insignia vero senatorum omnium fuere latus clavus, calcei lunati.

Ibidem:

Senatores dicuntur, quos censor in senatum legit.

1. in Catilinam:

Senatus in Capitolio, in templo Jovis Statoris habebatur: de quo sic infra: *Magna diis immortalibus habenda gratia est, atque huic ipsi Jovi Statori, antiquissimo custodi hujus Urbis.*

Pro Domo sua:

In Capitolio senatus habebatur.

Pro P. Sextio:

Senatum diversis nominibus appellat, *publicum consilium, summum ordinem, amplissimum ordinem, principem ordinem.*

Ibidem:

A senatu, non à populo, Reges appellabantur. Primum igitur in eo peccat Clodius, quod Reges per populum, non per senatum appellat: deinde quod eos appellat, qui id unquam, non modo à populo, sed ne à senatu quidem postularint.

Ibidem:

Pecunia, & legationes S. C. dabantur, provinciæ vero primum S. C. deinde lege Curia: nisi si quis, cum profertur legem Curiatam non liceret, eo imperio, quod senatus lege Cornelia dabat, contentus, suo sumptu in provinciam vellet ire. Quod paucissimi fecerunt.

Ibidem:

*Senatus auctoritas* dicitur ea, qua, ne Senatusconsultum esset, tribunorum plebis intercessione factum erat. De quo diximus in libro de senatu. Hic *senatus auctoritas* est summa voluntas: cum Senatusconsultum de Ciceronis reditu factum cunctus senatus magnopere vellet,

Ibidem:

Non omnium ordinum hominibus in senatum aditus est, sed iis tantum, qui neque libertini sint, & cæcis millia possideant. Municipibus autem, & rusticis, & negotia gerentibus, de quibus proxime loquitur, patere curiam non dicit: quia municipales in municipiis vivunt, suisque legibus utuntur. Rustici senatorum censum non habent. Negotia gerentes, quia quantum appetit curant, non valde honorati.

Ibidem:

Non à populo, sed à censoribus, senatores lecti sunt. A populo autem deligebantur Consule nominante.

Pro M. Cælio:

Multi senatores ex municipiis erant.

Pro C. Rabirio Postumo:

Ordo senatorius summus erat civitatis.

Pro Dejotaro:

S. C. nunquam, nisi extremis reip. temporibus, decerni solebat. De quo queritur Cæsar libro 1. bell. civ. *Decurritur, inquit, ad illud extremum atque ultimum S. C. quo, nisi pene in ipso Urbis incendio, atque desperatione omnium salutis, latronum audacia, nunquam ante discessum est, Dent operam Consules, praetores, tribuni plebis, quique proconsules sunt ad Urbem, ne quid resp. detrimenti capiat. Idem in ep. ad Tironem: Posteaquam senatus Consulibus, praetoribus, tribuniis plebis, & nobis, qui proconsules sumus, negotium dederat, ut curaremus, ne quid resp. detrimenti caperet: nunquam major in periculo civitas fuit: nunquam improbi cives habuerunt paratiorem ducem.*

Philippica 1.

Sollennes, & legitimi senatus habendi dies fuere, Kal. nona, idus. Quod quidem in antiquorum scriptis observaverim. Sed, interfecto idibus Marti, Cæsare, senatum eo

Tttt

die

die in posterum haberi non licuit. Suetonius, & Dio.

Ibidem:

Senatoribus, qui in senatum vocati non venissent, pignora aufferi solebant. Infra: *Quid est ultra pignus, aut mulctam?*

Philipp. 3.

S. C. si vespertina, non praelara, sed turpia, & irrita. Non enim post horam decimam referri ulla de re licuit. Auctor Seneca libro 1. de tranquillitate vitæ, cap. 14. Et S. C. vel ante ortum solis, vel post occasum factum, irrita fuisse, docet.

Ibidem:

Patebant valvæ templi, in quo senatus habebatur.

Philipp. 5.

Nunquam senatus hoc, *Ne quid resp. detrimenti accipiat*, nisi difficillimis resp. temporibus decernere solitus est: & cum decernebat, summum imperium Consulibus dabat: neque decernit hoc unquam video, quin statim ad arma, ut in præsentem resp. discrimine, ventum sit. Decretum Opimii Consule: quamprimum C. Gracchus tribunus plebis est interfectus. Decretum Cicerone Consule: comprehensum illico, & in carcere necati, qui contra patriam cum Catilina conjuraverant. Qua re exponenda vim ejus S. C. Sallustius ostendit his verbis: *Cicero rem ad senatum refert. Itaque, quod plerumque in atroci negotio solet, senatus decrevit, ut darent operam Consules, ne quid resp. detrimenti caperet. Ea potestas per senatum move Romano magistratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios, atque cives, domi militiaque imperium, atque iudicium suorum habere. Aliter sine populi jussu nulli eorum rerum Consuli jus est.* Decretum idem est L. Lentulo, C. Marcello Cons. anno primo belli civilis Pompejani: quod queritur Cæsar libro 1. bell. civil. *Denuncitur*, inquit, *ad illud extremum, atque ultimum S. C. quo, nisi bene in ipso Urbis incendio, atque desperatione omnium salutis, latronum audacia, nunquam antea defensum est, Dent operam Consules, prætores, tribuni plebis, quique procoffi. sunt ad Urbem, ne quid resp. detrimenti capiat.*

Primi sententias in senatu à Consule rogabantur Consules designati: si modo post Consularia comitia senatus haberetur: sin ante, rogabat Consul arbitratu suo, non quem vellet ex omni senatorum frequentia, sed quem vellet è numero Consularium. Et antiquæ consuetudini dabatur, ut, quem ordinem interrogandi sententias Consul Kalendis Januarii instituisset, eum toto anno conservaret. Quo ordine, Cæsar, neglecto, primum Pompejum post astititatem Consul rogare sententiam cœpit, cum ante Crassum solius esset. Quoniam autem, cum designati Consules fuissent, ii sententiam primi rogabantur: venit in mentem, quæri posse, uter ex ipsis designatis prior rogaretur. Nec difficile est querenti respondere. Nam me quoque olim ex ipsa re in eandem dubitationem adductum, & aliquamdiu hærentem, observatio vetusti moris expedivit. Sciendum igitur, sive patricius & plebejus, sive duo plebeji designati Consules essent, qui priore loco declaratus esset Consul, eum in magistratu priorem quoque sententiam rogasse. Ideoque rogavit in re Catilinaria non C. Antonius, sed M. Cicero, quia Consul priore loco declaratus: nam genere pares erant, uterque plebejus, & libro 1. ep. ad Att. rogat sententiam M. Pupius Piso, Consul, ex familia plebeja, M. Valerius Messala, etiam patricius, tamen non rogat. Plebejus igitur anteponiatur patricio. Cur? quia priore loco declaratus Consul. Uter in magistratu prior rogaret, ostendi. Quo conjicitur, & uter rogaretur, cum designati essent. Ex nostro commentario in ep. ad Att.

Legitimi habendo senatui dies erant, Kalendæ, nonæ, idus. Reliquis diebus, modo comitiales non essent, haberi quidem senatus poterat, sed certus neque lege, neque more status erat dies. Postquam id erat in voluntate magistratum. Ex nostro commentario ad Q. Fr.

Animadversione dignum est, quod legendo observavimus, qui ex equestri ordine, senatoriæ dignitatis ad gradum ascendissent, eos inter senatores quidem esse censos, ut, si quid ordine senatorio minus dignum admisisset, senatu moverentur, verum eosdem, cum deinde equitum centuriæ recognoscerentur, inter equites, quandoquidem ipsi quoque equum publicum habebant, citatos esse, ut si flagitium ultimum, quod in equite Rom. dedecet, fecissent, equum publicum amitterent. Paret hoc apud Livium duorum consolorum exemplo, Neronis, & Salinatoris: quorum alter alteri, cum census equitum agerentur, equum adem: quos tamen ante, cum senatorum census ageretur, in recitandis senatorum nominibus esse lectos, dubitari non potest. Atque ego hujus generis cives, minime crediderim, sua manu, ut ceteros equestris ordinis, equum per forum traduxisse. Proprius enim eorum census non in equestri, sed in senatorio erat ordine, nec equestris ordinis, sed senatorii dicebantur: nec ideo, quod equestris essent ordinis, quem adepti senatorium amiserant, sed quia equum publicum habebant, inter equites citabantur. Qui vero in senatum, etiam nondum à censoribus lecti, jure tamen magistrans, quem gessissent, aditum habebant, eos video, si equites essent, equum publicum inter ceteros equestris ordinis cives autem censes per forum traduxisse, nec inter senatores, cum tamen irent in senatum, esse lectos: quod de Pompejo, qui postea cognomentum Magni est adeptus, à Plutarcho traditum observavimus. Is enim eques adhuc nondum in senatum lectus, Consul ob virtutem ac singularia in temp. merita ante legitimam ætatem creatus (solvabant enim legibus boni viri) equum publicum ipse ad censes adduxit. Praelarumque fuit populo Rom. spectaculum, Consulem sua manu equum publicum ducentem intuentum. Atque hæc quæ diximus de civibus Romanis & ex equestri ordine & ex plebe in senatum lectis, ita tradimus, ut ad reip. tempora spectemus. Nam Regum ætate solis patricius curia patuit: cum tamen, quod Dionysius Halicarnasæus docet, non omnes patricii senatores essent, sed alii senatores, equites, alii de plebe. Ut vere diceret, senator est, ergo patricius, non contra, patricius est, ergo senator. Et, quamquam ex familiis tum patriciis, tum plebejis senatus consisteret, veteres tamen ita locutos animadverti, ut de universo plane senatu nobilitatis nomen usurparent: quia scilicet summus ordo senatus esset, cumque adepti præter ceteros nobiles esse viderentur: quandoquidem ob virtutem, quæ nos sola nobiles, sola patricios, sola Reges vere facit, dignitas illa mandaretur. Ex nostris observationibus.

Ex Plutarcho in Pompeio:

*Libertinos homines è senatu Fabius Rullus amovit, qui ex eo Maximus cognomen accepit.*

Ex Vellejo, Libro 1.

*Vidi colonias jussu senatus esse ductas. Et ibidem de militariibus colonis.*

Ex eodem, Libro 2.

*C. Marius, VI. Consul, Glanciam, & Saturninum in Hostilia curia morte multavit.*

Ex Valerio Maximo, Libro 2.

*Aditus in curiam iis dabatur, quos in ordinem senatorum censes elegissent. Reliqui, etiam si honores gessissent, excludantur.*

Ex eodem, eodem lib.

*Ante senatus è senaculo citatus in curiam veniebat, non edito jussu, ut postea servatum est. Senaculus autem locus fuit, quo primo senatus haberi solitus est.*

Ex Sallustio, Catilina:

*Maximam potestatem senatus sine populo magistratui permittit, cum ita decernit, Dent operam Consules, ne quid resp. detrimenti capiat: quo S. C. licebat iis exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios, atque cives. Aliter sine populi jussu eorum rerum jus Consuli nullum est.*



Ex eodem:

D. Junius Silanus primus sententiam rogatus, quod Consul designatus erat.

Ex Appiano Alexandrino, libro 2.

Senatum habituris mos erat, antequam ingrederentur, sacra facere.

Ex Polybio, libro 6.

Senatus ararii dominus est, atque administrator; nam & reditus omnes in ejus potestate sunt, & ejusdem arbitratiu impense sunt. Quaestores enim sine senatus auctoritate, praeter ea, quae Consules iusserint, ne minimum quidem, cum opus fuerit, in rem ullam sumptum facere possunt. Gravissimae autem illi, ac maxime impensa, quam censores in quinquennales lustris apparatus faciunt, senatus praesit: ab eoque auctoritas illa, & facultas his permittitur. Jam vero de maleficiis per Italiam commissis, de quibus iudicium publice fieri debet, de legationibus mittendis, fœdere faciendo, rebus repetendis, bello indidendo, senatus cognitio est: atque hac minime sunt ei cum populo communia.

Ex eodem, ibidem.

Sine S. C. neque frumentum, neque vestimenta, nec obsonia legionibus administrari possunt.

Ex eodem, ibidem.

Postquam iis, qui provincias obtinent, annum tempus praeterierit, senatus potestatem habet aut successores mittendi, aut imperium prorogandi, atque etiam triumphos, neque ducere, neque nisi decet, apparare cuiquam licet, nisi senatus assensus fuerit, & in sumptum, quod opus sit, erogaverit.

Ex eodem, ibidem:

Si quis ex provincia decedere velit, populi assensu opus est. Nam, ut iam dictum est, quidquid decidendum, componendumve est, id per populum ratum, irritumve fieri debet: & omnes qui cum imperio fuerint, cum id deponunt, populorum consensus rationem reddere oportet. In maximis autem questionibus eorum malefactorum, quae contra temp. commissa capite plectuntur, nihil senatus exsequi potest, nisi prius ejus auctoritatem populus approbaverit.

Ex eodem, ibidem:

Si quis ex tribunis plebis intercesserit, nedum senatus nihil eorum, quae decrevit, perficere, sed ne sedere quidem, aut omnino in curiam venire, potest.

Ex eodem, ibidem:

Senatus velligalibus praesit, idemque potestatem habet diem publicanis proficendi, si quam calamitatem acceperint, eos relevandi, aut etiam locationem inducendi.

Digest. Lib. 1. tit. 2. de orig. juris.

Pomponius Lib. 1. singulari Enchiridii:

Eodem pene tempore tria haec jura nata sunt, leges 12 tabularum. Ex his finere coepit jus civile. Ex iisdem legis actiones compositae sunt. Omnium tamen harum, & interpretandi scientia, & actiones apud collegium pontificum erat: (Cicero 1. de Orat. & 2. de Leg.) ex quibus constituebatur, quis quoque anno praeset privatis. Et fere populus annis prope 100 hac consuetudine usus est. Postea, cum App. Claudius proposuisset, & ad formam redegisset has actiones, Cu. Flavius, scriba ejus, libertini filius, subreptum librum populo tradidit: & adeo gratum fuit id munus populo, ut tribunus plebis fieret, & senator, & adilis cur. Hic liber, qui actiones continet, appellatur jus civile Flavianum, sicut ille, jus civile Pupinianum. Nam nec Cu. Flavius (Valer. lib. 2. cap. 1. Gellius lib. 6. cap. 9. Cic. pro Mur. Plinius lib. 33. cap. 1.) de suo quidquam adiecit libro. Deinde, cum esset in civitate lex 12. tabularum, & jus civile, essent & legis actiones, evenit, ut plebs in discordiam cum patribus perveniret, & scederet, sibi que jura constitueret. Quae jura plebscitata vocantur. Mox, cum revocata est plebs, quia multa discordia nascebantur de his plebscitatis, pro legitis placuit & ea observari, lege Hortensia: (Gell. lib. 15. cap. 27.) & ita factum est, ut inier plebs scita, & legem, species constituendi interesset, potestas autem eadem esset.

Digest. Lib. 1. tit. 9. de senatorib. Marcellus lib. 3. Digest.

Cassius Longinus non putat ei permittendum, qui propter turpitudinem senatus motus, nec restituendus est, judicare, vel testimonium dicere: quia lex Julia repetundarum hoc fieri vetat.

Ibidem Modestinus Lib. 6. Regularum: Senatorem, remotum senatu, capite non mimi, sed Romae morari, D. Severus, & Antoninus permisissent.

Ibidem Ulpianus Lib. 2. de censibus: Senatores accipiendum est eos, qui à patriciis, & Consulibus usque ad omnes illustres viros descendunt: quia & hi soli in senatu sententiam dicere possunt.

Digest. Lib. 23. tit. 2. de ritu nuptiarum.

Celsus Lib. 30. Digestorum: Lege Papia cavetur, omnibus ingenuis, praeter senatores, eorumque liberos, libertinam uxorem habere licere.

Ibidem Ulpianus lib. 3. ad l. Juliam, & Papiam: Si quis in senatorio ordine agens, libertinam habuerit uxorem, quamvis interim uxor non sit, attamen in ea conditione est, ut, si amiserit dignitatem, uxor esse incipiat.

Ibidem Paulus lib. 1. ad l. Juliam & Papiam: Lege Julia ita cavetur: Qui senator est, quive filius, neposve ex filio, proneposve ex filio nato, cujus eorum est, erit, ne quis eorum sponsam, uxoremve sciens dolo malo habeto libertinam, aut eam, quae ipsa, cujusve pater, matrevæ artem ludicram facit, fecerit, neve senatoris filia, neptisve ex filio, proneptisve ex filio nato, nata, libertino, civis, qui ipse, cujusve pater, matrevæ artem ludicram facit, fecerit, sponsa, nuptivæ sciens dolo malo esto, neve quis eorum dolo malo sciens sponsamve uxoremve eam habeto.

Digest. lib. 48. tit. 7. ad l. Jul. de vi privata:

Martianus lib. 14. Institutionum: De vi privata damnati pars tertia bonorum ex lege Julia publicatur: & cautum est, ne senator sit, aut decurio, aut ullam honorem capiat, neve in eum ordinem sedeat, neve judex sit, &c.

Digest. lib. 50. Scævola:

Senatores navem habere, ex lege Julia non licet.

Ex Dione lib. 43.

Cæsar adscripsit complures in senatum, nullo in discrimine ponens, sive quis miles esset, sive libertinus, adeo ut summa senatorum cecidisset.

Libro 43.

In senatum etiam adscripti permulti non modo è sociis, militibusve, & libertinis, sed servi etiam.

Eodem libro.

Edicto cautum est, ne quis senator dimicaret ludis gladiatoris, neve quis servus licitor esset, ac ne mortui intra duomilla passuum ab Urbe cremarentur.

Libro 52.

Omnes senatores ex equo de plerisque rebus sententiam ferre sed, ubi quis senator reus agitur, non omnes, nisi reus, aut senator nondum sit factus, aut quaestorius adhuc sit. Est enim à ratione alienum, eum, qui nondum tribunus plebis, aut adilis, de eo, qui hos magistratus obtinet, suffragium dicere, aut hos de praetoris, vel rursus hos de Consularibus.

Eodem libro.

Edixit Augustus, ne quis senator injussu suo, permissuque extra Italiam abiret, idque etiam hodie observatur, cum nulli senatori, alio, quam in Siciliam, Galliamque Narbonensem, liceat peregre proficisci: eò autem propter propinquitatem, ac quia pacatae sunt regiones, armisque vacante, etiam sine venia impetrata licet quoties velint senatoribus proficisci, iis, qui aliquam ibi locorum habent possessionem.

Libro 54.

Senatorum delectum instituit, quorum ut magnus ei esse numerus videbatur: ita plerique nullius erant ejus existimatione pretii, quippe qui non malitiosis modo, sed adulatoribus etiam apertis insensus esset. Et, quoniam neque nitro quisquam (quod antea factum fuerat) dignitate senatoria cedeat: neque ipse solus omnem culpam, si qui eo essent dejecti, sustinere volebat: triginta viros optimos (hos enim se delecturum

T t t t 2

ju.

jurejurando affirmat) ex omnibus elegit, eos juramento eodem adactos iussit in tabellas quinque virorum nomina conscribere, ita tamen, ut ne ii cognatos suos inter hos referrent: deinde ex hoc quinario unum sorte deligit, qui senator esset, post alios quinque eadem ratione iterumque alios conscribi, ac deligi curavit, donec numerus triginta senatorum, hoc modo conficeretur: qui vero peregre aberant, in eorum locum alii sorte suffecti sunt. Hoc primum aliquot ita diebus actum est. Post, cum mala fide quadam acta essent, non amplius quaestoribus tabulas credidit, neque sorti quinarias istas classes commisit: sed ipse reliquos, qui ad explendam senatorum summam adessent, elegit, donec numerus sexcentorum senatorum completeretur. Staturat quidem trecentos tantum secundum antiquam consuetudinem consistere, abunde contentum esse debere se censens, si tot dignos senatoria maiestate reperisset: sed omnibus hoc egre serentibus (futurum enim erat hac ratione, ut plures senatu moverentur, quam in eo remaneret, majoreque iudicio apud unumquemque metus amittende dignitatis, quam spes ejus retinenda erat) DC. senatores collegit.

**Eodem libro:**

Absente adhuc ab Urbe Augusto, senatusconsultum fuerat factum, ut 20. viri (magistratus hoc nomen est) ex equitibus constituerentur, quorum deinde nullus in senatum est allectus, nisi quem etiam alium magistratum, cujus ratione senator posset fieri, gessisset. Porro hi viginti viri in locum viginti & sex virorum successerunt, eorum tres ad capitalia iudicia sunt ordinati, alii tres eudendo numismati praesunt, quatuor vias urbanas curant, decem iudicis, quae ad centum viros sorte deferuntur, praesidentur: duo enim ii, qui vias extra Urbem curabant, & quatuor in Campaniam mittebantur, tunc abrogati erant.

**Eodem libro.**

Augustus senatum legit: & tum videret non semper frequentes convenire senatores, S. C. etiam a paucioribus, quam CD. senatoribus ut fieri posset, statuit, cum antea hunc numerum, ut rata essent, requirerent.

**Libro 55.**

Si quando casu fieret, ut non tot, quot opus erat, convenirent, (nam praeterquam quod imperatore praesente numerus senatorum, qui adessent, accurate inhibebatur, idem hoc etiam ferme omnibus aliis etiam, quibus senatus habebatur diebus, fiebat) consilium quidem ii capiebant, & quod statuisset, id praescribatur: non tamen vim senatusconsulti obtinebat, sed auctoritas senatus dicebatur, quae videlicet offenderet, qua fuisset sententia eorum, qui consilio interfuerant, senatorum. Idemque hoc etiam tum observatum est, cum aut loco, aut tempore alieno, aut nullo legitimo edicto vocati. festinato coisissent, aut tribuni aliqui plebis intercessissent. Nam hic quoque cum senatusconsultum fieri nequivit, tamen sententiam senatus nolebat esse occultam, quae deinde more Romano rata foret, ac necesse senatusconsulti acciperet. Idque ab antiquis multo tempore studiosissime retentum, nostro tempore fere exolevit.

**Eodem libro:**

Praetoribus, cum indigne serrent, se, cum honore tamen tribunos plebis anteverit, in senatu sententiam dicendi jus non habere, Augustus id juris concessit, quod tamen tempus eis postmodum absumit.

**Libro 59.**

Tunc enim primum senatoribus, ne modis asseribus insidderent, pulvinaria subdita.

**Eodem libro:**

Tiberius quibusdam eorum, quos in ordinem equestrem allegerat, usum vestis senatoriae, antequam magistratum illum gessissent, quo in senatum aditus paratur, concessit, ut spem senatoriae dignitatis haberent adipiscende; antea id solis patriciis permittitur.

Dio scribit, jus secunda relationis Augusto concessum a senatu. Ex quo patet, non licuisse ei, qui semel ad senatum retulisset, iterum eadem de re eodem die referre. Hinc illud, quod saepe animadvertimus, concessum imperatori jus

tertiam vel quartam relationis.

Vide de Consule priore creato, bellum indicente. Ergo & is prior senatum vocabat, ejusque potestatis primus mentis, & falces erant. Servius ad illud Virg. lib. 7.

Referat fridentia limina Consul:

Ipse vocat pugnas.

Regnante Romulo, senator in curiam Calabram a rege sacrificio vocabatur: ut, quoniam adhaesit non erant, ludorum & sacrificiorum praeficerent dies. Servius ad illud lib. 8.

Romuleoque recens horrebat regia culmo.

Ex Macrobio Saturn. lib. 1. cap. 16.

Mos antea senatoribus fuit, in curiam cum praetextatis filiis introire: qui S. C. sublatus est: concessumque uni Papirio puero, qui matrem, cupido rogatum de re in senatu acta, lepidio commento sefellit: eique & Praetextati cognomentum, ejusdem senatus decreto, inductum, ob tacendi loquendique in praetextata atate prudentiam.

Ex A. Gellio, lib. 3. cap. 11.

Senatores pedarii dicebantur, qui magistratu curuli nondum capto, pedibus itabant in curiam. Nam, qui curulem magistratum gesserant, curru solitos honoris gratia in curiam vehi, C. Bassini in Commentariis suis scriptum reliquit: cum in eo curru sella esset, supra quam considerent, quae ob eam causam curulis appellabatur. Senatores autem erant, qui a censore in senatum lecti erant: cum senatores multi non essent curulis magistratibus fundi, qui tamen ob eos honores sententiae dicende jus habebant: sententiam tamen hi, scripti in postremis, non rogabantur, sed, quas principes dicebant, in eas descendebant. Itaque in edicto, quo senatores in curiam a Consulibus vocabantur, hoc erat: Senatores, quibusque in senatu sententiam dicere licet. Pedibus autem senatores omnes sententiam ferebant, cum S. C. per discessionem fiebat.

Libro 4. cap. 10.

Ordo rogandi sententias in senatu varius fuit. Alias primus rogabatur, qui a censore princeps in senatum lectus fuerat, alias qui designati Consulibus erant. Quidam a Consulibus, studio, aut necessitudine aliqua adducti, quem ita visum erat, honoris gratia extra ordinem sententiam primum rogabant. Observatum tamen est, cum extra ordinem fieret, ut quis quemquam ex alio, quam ex Consulari loco sententiam primum rogaret. Et senatori jus erat, ut, sententiam rogatus, diceret ante, quidquid vellet alius rei, & quoad vellet. Quo factum est: ut multi senatores rem, quae de ageretur, perfici volentes, diem dicendo eximerent.

Libro 14. cap. 7.

Varro in libro de Quaestis per epistolam, in epistola ad Oppianum, scribit, qui fuerint, per quos more majorem magistratum haberi soleret, eosque nominat Dictatorem, Consules, praetores, tribunos plebis, interregem, praefectum Urbis, neque alii praeter hos jus fuisse dixit facere S. C. quotiesque usu venisset, ut omnes isti magistratus eodem tempore Romae essent, tum quo supra ordine scripti essent, qui eorum prior alius esset, ei potissimum senatus consulendi jus fuisset. Addit deinde, extraordinario jure tribunos quoque militares, qui pro consulibus fuissent, item decem viros, quibus imperium Consulare tum esset, item trium viros reip. constitutur de causa creatos, jus consulendi senatum habuisse. Postea scripsit de intercessionibus, dixitque intercedendi, ne S. C. fieret, jus fuisset illis solis, qui eadem potestate, quae illi, qui S. C. facere vellet, majoreve essent. Tum ad vivipis de locis, in quibus S. C. fieri jure posset, docuitque confirmavitque nisi in loco per augures constituto, quod templum appellatur, S. C. factum esset, insinua id non fuisset. Propterea & in curia Hostilia, & in Pompeja, & post in Julia, cum proxima ea loca fuissent, templa esse per augures constituta, ne in illi S. C. more majorem iusta fieri possent. Inter quae id quoque scriptum reliquit, non omnes aedes sacras templa esse, ac ne eadem quidem Vestiae templum esse. Post haec, deinceps dicit, S. C. item exortum, aut post occasum solis factum, ratum non fuisse: opus etiam censorium fecisse existimatos, per quos eo tempore S. C. factum esset. Docet deinde inibi multa, quibus diebus haberi senatum jus non sit, immolareque hostiam prius, auspiciarique debere, qui senatum habiturus esset. De rebus quoque divinis prius, quam humanis, ad

senat

senatum referendum esse. Tum porro referri oportere, aut in fine de republica aut de singulis rebus finite: S. que C. fieri duobus modis, aut per discessionem, si consentiretur, aut, si res dubia esset, per singulorum sententias exquisitas: singulos autem debere consuli gradatim, incipiente à Consulari gradu: ex quo gradu semper quidem antea primum rogari solitum, qui princeps in senatum lectus esset. Tum autem, cum hæc scriberet, novum morem institutum refert per ambitionem gratiamque, ut is primus rogaretur, quem rogare vellet, qui haberet senatum, dum is tamen è gradu Consulari esset. Præter hæc de pignore quoque capiendo differit, de quo multa dicenda senatori, qui, cum in senatum venire deberet, non adesset, Atque autem Capito Tuberonem dicere scribit, nullum S. C. fieri posse, non discessione facta, quia in omnibus S. C. etiam in iis, quæ per relationem fierent, discessio esset necessaria. Idque ipse Capito verum esse affirmat. Quod Varronis sententia videtur repugnare.

Ex Epitome Livii, lib. 60.

C. Gracchus tribunus plebis perniciosas aliquot leges tulit, inter quas frumentariam, ut semisse, & trientem frumentum plebi daretur: alteram legem agrariam, quam & frater ejus tulerat: qua equestrem ordinem cum senatu consentientem corrumperat: tertiam, trecenti senatores erant, consentientes equites) ut trecentis senatoribus admiscerentur, id est, ut equester ordo bis tantum virum in senatu haberet: & continuato in alterum annum tribuatur, &c.

Libro 67.

Marinus, triumpho de Jugurtha peracto, triumphali veste in senatum venit: quod nemo ante eum fecerat.

Ite in alia omnia, & discedere, & transire, pro dissentiente, veteres dicebant. De quo Festus sic: Qui hoc censetis, illuc transite, qui alia omnia, in hanc partem, His verbis præit, omnis videlicet causa, ne dicat, Qui non censetis. Sic loquitur Cælius lib. 8. Fam. Cum prima M. Marcelli sententia pronuntiata esset, qui agendum cum tribunis plebis censuit: frequens senatus in alia omnia iit. Et lib. 10. Cum gratia effecisset, ut sua sententia prima pronuntiaretur: frequens cum senatus reliquit, & in alia omnia discessit. Et lib. 1. ad Q. ft. Ibat in eam sententiam. Histius autem libro 8. de bello Gall. Discessionem faciente Marcello, senatus frequens in alia omnia transiit.

## DE VETERUM DIERUM RATIONE.

SI duo dierum in genera distribui annum oporteat, multifariam recte dividetur, ut sic: annus constat ex diebus vel fastis, vel nefastis: aut sic, ex diebus vel fastis, vel profestis: aut sic, ex diebus vel senatoriis, vel non senatoriis: aut sic, ex diebus vel comitialibus, vel non comitialibus. Harum enim quatuor divisionum, si separatim singule considerentur, totum annum qualibet complectitur. Nos autem, cum de diebus ea, quæ seitu digna censuimus, quæque ad Romanæ historiam notitiam valde pertinent, breviter ostendere instituerimus, ex his divisionibus utemur ea, in qua quæ major pars est, (duas enim partes habent singulæ) ea, cum ea parte, quæ in aliis divisionibus item major est, comparata, uberior aliquanto esse cognoscitur. Incipiemus igitur à nominatis in prima divisione, fastis, & nefastis: quandoquidem fasti, quæ duarum primarum divisionum partium plenior est, plures in anno sunt, quam quæcumque pars in tribus reliquis divisionibus latius patet, hoc est, quam vel profesti, vel non senatorii, vel non comitiales. Quod si quis opponat, in Calendario plures notatos esse dies litera C, quam litera F, videmus, plures significantur dies comitiales, quam fasti: itaque non recte me à fastis, ut à pleniori parte, exordiri: sciat, non à me fastos modo vocari, quos notatos litera F, videmus, sed omnes plane, quibus facti tria verba, Do, Dico, Addiso, prætori licebat: quorum è numero comitiales erant, &

ii, quos in Kalenda io hæc literæ demonstrant, EN. NP. Q. REX. C. Q. ST. DF. P. quibus omnibus cum facti liceret, etiam non id semper fieret, quæ de causa notati sunt aliis literis potius, quam F. ut indicetur, præter facti, aliquid etiam fieri licuisse, non absurde mihi facere videor, si ad fastos, litera F notatos, qui quidem vere facti dici possunt, quod iis aliud prorsus nihil fiebat, quo prætor à jure dicendo impediretur, eos quoque dies aggrego, quibus facti semper quidem licebat, non tamen, quod liceret, fieri semper solebat. Ut omnino tria essent genera, quibus de singulis ager suo loco: primum facti ii, quibus facti semper & liceret, & soleret, qui notantur litera F, suntque omnes 38. hi & proprie erant facti, & toti, proprie, quod per eos, nisi cum aliquis casus extra ordinem interveiret, nunquam prætor jus non dicebat: toti, quod facti, horis omnibus liceret. Alterum genus fuit: facti ii, qui & ipsi proprie facti erant, sed non toti, quod iis quidem omnibus facti, non tamen horis omnibus, liceret. Erant autem hi, EN. NP. F. P. EN. Q. REX. C. Q. ST. D. quas literas infra explanabimus: Atque hi erant omnes 65. Tertium genus comitiales fuere, casu facti, non proprie, quia, cum comitia non haberentur, tunc facti solum prætor solebat. Hi modo toti erant facti, cum nulla scilicet comitia haberentur, modo ex parte, cum haberentur illa quidem, sed minime per totum diem. Hi 184. erant. Nos igitur factos omnes vocamus quibuscumque facti liceret, sive facti proprie, sive non proprie, essent. Itaque, ab his profesti, paulatim progredimur dividendo, ut, qui nobis propositus est hujus narrationis finis, eo perveniamus. Omnes dies aut facti sunt, aut nefasti: & facti, partim festi, partim profesti. Festos plerosque partim fastos, partim nefastos fuisse, ut Quirinalia, Lupercalia, Terminalia, ex Calendario cognoscuntur. Quibus enim festis diebus adscriptum est NP, ii sunt nefasti simul, & facti: nefasti, priore parte, facti, posteriore. Dies Feralia adscriptam habet F. qui festus proprie non fuit, sed gestandæ ad mortuos curæ dicatus dies. Quod quia non hora statâ fiebat, sed ut cuique commodum erat, ideo totus dies potuit esse factus. Propterea, ut opinor, litera F notabatur. Festis porro diebus, non dubito, quin omnibus haberi senatum liceret. Cujus rei exempla sunt in Antiquorum libris admodum multa. Quanquam solenne hoc non erat, ut semper diebus festis senatus haberetur, sed legitimum, ut haberi posset. Solenne autem illud, ac statum, ex more majorum, ut Kalendis, Nonis, Idibus, haberetur. Itaque in Calendario, neque Kalendis, neque Nonis, neque Idibus litera C. quæ comitiales dies significabat, per quos haberi senatus non poterat, neque diebus omnino ullis festis adhareat. Profesti dies aut facti erant, aut nefasti. Et omnibus profestis nefastis haberi senatum licebat, profestis autem factis non plane omnibus, sed iis tantum, qui comitiales non essent. Quibus autem profestis haberi senatus poterat, iis omnino agi cum populo non poterat. Contra, quibus profestis haberi senatum non licebat, iis agi quidem cum populo licebat, nec tamen semper agebatur: cum ea res ex eorum voluntate penderet, penes quos populi cogendi potestas esset. Non enim, quod licet, id etiam necesse est. Quod autem dixi, comitiales haberi senatum non licuisse, declarat illa verba, in epistola Ciceronis ad fratrem, quæ tertia est lib. 2. Consecrati sunt dies comitiales, per quos senatus haberi non poterat. Et illa in S. C. quod Cælius ad Ciceronem misit, epist. famil. lib. 8. Utique ejus rei causa per dies comitiales senatum habere, S. Q. C. faceret. Quibus verbis, quod extra ordinem à senatu eo S. C. decretum est, id omnino fieri solitum non esse, dilucide constat. Ita senatus factis quibusdam haberi poterat, quibusdam non poterat: siquidem comitiales inter fastos jam retulimus. Nefastis autem haberi omnibus potuisse, jam diximus. Sane, qui me torqueat, nodus est, mihi quidem perdifficilis, in epistola ad Articum lib. 1. in qua, cum dixisset jam. Nam, cum

subiunxit, *senatus vocatur*. Quod certe mos majorum minus ferre videbatur. Nam, si rogationi ferenda dies est, certe comitalis est: quod si comitalis, haberi senatum non licet: cuius rei testimonio sunt ea, quae paulo ante recitavimus, & ex epistola ad fratrem verba Ciceronis, & de S. C. nisi si factum id extra ordinem dicamus, ut Pisonis Consulibus iniquissimis conatibus obviam iretur: qui cum esset lator rogationis, & eius rogationis, quam ex S. C. & de religione ferebat, idem tamen erat dissuasor. Comititalium magnus erat numerus: eosque fuisse dies fastos, quod supra dixi, ita existimo, ut mihi videat affirmare posse. Non enim inani quadam conjectura, sed certa in primis, ut puerum, ratione commoveat. Nam in Orationibus Ciceronis, in Pilonem, de Provinciis Consularibus, pro Sextio, mentionem video seriae de lege, qua P. Clodius tribunus plebis sanxit, ut omnibus diebus fastis agi cum populo liceret. Quo fit apertum, fastis quibusdam non id licuisse, quod ut omnibus liceret, lege Clodia sancitum est. Quam tamen legem non fuisse observatam, demonstratum est a nobis in libro de Legibus Romanis. Nec vero mirari satis possum, cum, fastos aliquot fuisse comitiales, pateat, qui venerit in mentem Macrobio, fastis dicere, lege agi licuisse, cum populo non licuisse, comitalibus autem utrumque licuisse. Quorum alterum vere dictum constat, comitalibus, inquam, & lege agi, & cum populo licuisse: quia scilicet comitiales erant de numero fastorum, itaque & illud, omnium fastorum commune habebant, ut lege agi posset, & hoc praeerat proprium, ut etiam cum populo posset. Alterum autem de fastis diebus, quibus ait lege agi licuisse, cum populo non licuisse, in prima parte verum esse video, in secunda, qui possit non esse falsum, haud facile reperio. Qui enim fastis agi cum populo non licet, cum comitiales omnes fasti sint, & Comitalibus agi licuisse cum populo, jam ostenderit, dixisset hoc modo: fastis omnibus lege agi licet, cum populo non omnibus licet: nihil erat, quod reprehenderes: siquidem quod docuimus, quibusdam fastis agi cum populo poterat, quibusdam non poterat: quibus poterat, eos si quis fastos, aut fastos comitiales diceret, non erraret. Cum dies fuerit nullus comitalis, quin idem & fastus, sed comitiales potius, quam fasti, ut à reliquis fastis proprio nomine distinguerentur, & comitiales item potius, quam fasti comitiales, brevitatis causa, vocabantur. Verum, quia libenter, quantum in me est, Antiquitatem soleo tueri, Macrobius, à quo multa didici, quali gratia referenda loco, ita conor excusare: ut, cum fastos nominavit, de iis tantum intellexerit, qui fasti vulgo dicebantur, non etiam de iis, qui, etsi fasti ipsi quoque erant, comitiales tamen appellabatur. Spectavit igitur non verbi vim, quae dies omnes, quibus prator tria verba fari posset, sive comitiales essent, sive non, complectitur, sed consuetudinem loquendi, quod fastos nominabant eos, quibus tantum lege agi posset, cum eos, quibus cum populo posset, comitiales praecipuo vocabulo malleat appellare. Quaritur hic fortasse, cum comitiales omnes essent fasti, inique & cum populo, & lege agi posset, cum populo, quia comitiales, lege, quia fasti, fieret ne simul utrumque. Negatur. Nam, etsi licebat utrumque eodem die, non tamen utrumque poterat eodem tempore. Cum enim populus in forum convenisset, quid iudicibus, aut litigantibus loci relinqueretur; porro, si vacaret locus, qui tamen posset prator, aut iudices, in tanto strepitu, quantum coacta in unum locum multitudinis solet esse, eorum, qui causas agerent, orationes attentis auribus animisque, ut par est, exciperet. Sedata mente diligenter aliquid considerantibus opus est. Itaque absurdum est, credere, potuisse eodem tempore & cum populo agi, & iudicis operam dari: sicuti fastis iis, qui comitiales non erant, eodem quidem die, non tamen eodem tempore, & lege actum, & senatum esse habinam invenio, sic, ut lege ageretur primum, deinde senatus haberetur. Quod cum ex aliis locis, tum ex 3. & 12. epistola libri 2. ad Quintum fratrem intelligitur. Er-

go, cum omnes comitiales essent fasti, non quia semper lege ageretur, sed quia semper liceret, si modo cum populo non ageretur, (nec enim utrumque simul fieri, jam diximus) ita concludemus: fastos, licet F. in Calendario notatos, jurisdictionem omnes habuisse: fastis, licet C. notatis, & jus dici: & agi cum populo, eodem tamen tempore, potuisse: ideoque fastos eos quoque fuisse dico, non ex eo, quod fieret, sed ex eo, quod liceret. Haec de fastis: superiunt nefasti. His omnino neque lege agi, neque cum populo licebat. Cum enim opponantur fastis, quorum e numero sunt comitiales, eo iure, quod omnes fasti, sive comitiales, sive non comitiales, habent, prorsus careant necesse est. Festus etiam sic: *Die nefasto apud praetorem lege agere, religiosum erat*. Causas tamen agi, & concionem haberi, & legem promulgari, licebat. Nam neque causas agi, est lege agi: neque concionem haberi, aut, legem promulgari, est cum populo agi. Quae probare singula, magni negotii non est. Agitur lege, cum prator tria verba fatur, *Do, Dico, Adicio*: qui est ultimus iudicii dies: cum vero causis audiendis prator operam dat, lege tunc non agitur. Quare fastos esse necesse non est omnes dies, quibus aut pro reo, aut contra reum dicitur: sed fastum eum quidem esse, necesse est, quod prator, aut qui iudicio praestit, cum consilio iudicium sententiam ferre debet. Itaque in epistola 3. libri 2. ad Quintum fratrem, *Ad 3. Idus, inquit, dixi pro Bestia, de ambitu, apud praetorem Cui. Domitium. Quem tamen diem (est autem 3. Idus Februarii) fastum non fuisse, Calendarium indicat: notatur jam, ut nefastus, licet N. nec omnino de octo diebus, qui ab Idibus appellantur, mensis Februarii fastus ullus fuit, ultimo tantum die, hoc est, Idibus ipsis, excepto, qui nefastus priore, fastus posteriore parte fuit: notatur enim sic, NP.* Conciones licet ad populum haberentur, non tamen comitali tantum die, sed & fasto, qui comitalis non esset, & nefasto pariter haberi poterant. Nolo enim quemquam in eo falli, quia fortasse, agi ad populum, & agi cum populo, idem esse videatur: quae divisa sunt. Nam agebatur ad populum, cum ad populum concionem aliquis habebat, ut Gellius docet libro 13. cap. 5. Agebatur autem cum populo, ut ait Festus, cum magistratus ad consilium, aut comitia, vocabatur. Quod fieri comitali duntaxat die licebat. Concionari autem omnibus aequae diebus licuisse, exempla demonstrant. Itaque, quoties aliquod S. C. erat factum, dimisso senatu, & S. C. ad populum recitato, magistratus aliquis, aut etiam privatus senator, concione ei à magistratu data, ad populum verba faciebat. Nec tamen is erat dies comitalis. Nam comitalibus fieri S. C. aut omnino senatum haberi non potuisse, demonstratum est. Et Festus haec aperte distinguit, cum ait: *Forum est, in quo iudicium fieri, cum populo agi, conciones haberi, soleant. Quo die igitur, agi cum populo, eodem, agi apud populum, licebat, quo autem, agi apud populum, eodem, agi cum populo, non semper licebat. Exempla sibi quisque noter in legendo: quod facillimum est: sunt enim infinita. Itaque puto me facere non inepte, quod iis recitandis, quae passim exstant, conterendum mihi tempus esse non existimem. Illud addendum unum videtur: Cum advocabatur concio, ut populus aliquid suffragiis, rogante magistratu, scisciteret, tunc actum esse cum populo, non ad populum: cum vero magistratus, aut etiam privatus aliquis, magistratu ei concionem dante, ad populum verba faciebat, non ut suffragia deinde ferrentur, sed ut aliquid exponeretur, tunc non cum populo, sed ad populum actum esse. Aliud est igitur, habere concionem: aliud, advocare concionem. Habere concionem, est agere ad populum: advocare concionem, si advocatur, ut suffragia ferantur, est, agere cum populo. Ideo scripta sunt haec apud Macrobius lib. 1. Sat. *Julius Caesar Auspiciorum lib. 16. negat, nundinis concionem advocari posse, id est, cum populo agi: ideoque nundinis Romanorum haberi comitia non posse.* Addita enim sunt illa verba, id est, cum populo agi, quia non semper, concione advocata, cum populo*

populo agebatur, sed interdum ad populum duntaxat. Nundinis autem. cum populo quidem agere non liceat, ex quo sequebatur, ut comitia haberi non possent: ad populum autem agere, hoc est concionem habere, certe liceat. non enim adversarij illud, quod à Cicerone scriptum est, libro 4. ad Atticum: *Ante diem 10. Kalend. mundina. concio biduo nulla.* Quibus verbis, id quod factum non est, non id, quod non liceat, ostenditur. Nam, cum haberi nundinis comitia non possent, quod non ex Macrobio tantum, verum etiam ex Plinio libro octavo, cap. 3. cognoscitur: propterea ne concionandum quidem P. Clodius, Appius, Metellus putaverunt, qui proximis diebus comitiorum causa, conciones habuerant. Superest de lege promulganda; id enim de tribus, quæ proposuimus, erat tertium. Ferenda legis, & promulganda non eadem ratio fuit. Ferrebatur die tantum comitali, promulgabatur etiam non comitali, sive fastus, sive nefastus esset. Itaque C. Cato tribunus plebis rogationem de abrogando Leniulo imperio, die non comitali, promulgavit. Cum enim & post 4. Nonas Februarii, & ante 8 Idus ejusdem mensis promulgaverit: quod ex epistola 3. libri 2. ad fratrem colligitur, comitali die promulgare non potuit, ac ne fasto quidem. Primi enim duodecim Februarii dies nefasti omnes fuerant. Haberi autem senatum per nefastos omnes licebat: nec per omnes tamen, sed tantum, cum res postularet, habebatur, eorum magistratum, quibus id juris erat, arbitrato. Ita Senatus in hoc præstare populo videbatur: quod agi cum populo per unum modo dierum genus, hoc est, per comitiales, quæ fastorum pars erat, haberi autem Senatam per duo genera, hoc est, & per fastos eos, qui comitiales non essent, & per nefastos omnes, licebat. Erant præterea dies aliquot promissæ, quibus totis lege agi, neque omnino licebat, neque omnino non licebat, sed partim fasti erant, partim nefasti. Homini tamen erant genera: alii, prima & postrema diei parte, nefasti, media fasti, qui dicebantur *interissi*, & in Calendario his duabus literis notantur, EN. quod est, *enditerissi*, pro *interissi*. Veteres enim endo, pro in, usurpabant. Itaque dixit Cicero libro 2. de Legibus: *Quos endo calum merita vocaverunt.* Et Festus notat *endotium* pro *lurium*. Varro autem, libro III. de re Rust. *Endo suam domum.* Alii priore parte nefasti, posteriore fasti: qui notantur ipsi quoque duabus literis NP. sed conjunctis, hoc modo NP. quod valet, *nefastus primo*. Cujusmodi fuisse dies fere omnes fastos, inspecto Calendario, cognoscitur. Nonnulli, priori parte fasti, posteriori nefasti: qui notantur sic, F. P. quod *fastus primo*, significat. Quo ex genere videmus in Calendario Vnalia fuisse. Dies eos, qui priore parte aut fasti erant, aut nefasti, de veteribus, quod meminimus, nemo nominat. De fastis autem media diei parte, hoc est, de *interissis*, Varro sic lib. V. de lingua Lat. *Interissi dies sunt, per quos mane & vespere est nefas: medio tempore, inter hostiam casam, & extra porticula fas: à quo, quod fas tunc intercedit, interissi dies: aut, quod inter. isum nefas.* Patet jam, his literis, quæ sunt in Calendario, F. N. C. F. P. NP. EN. sex dierum genera significari, *fastos, nefastos, comitiales, fastos primo, nefastos primo, interissos*. Quod si cui veniat in mentem, hæc duarum literarum connexionem NP. non significari, quod nos diximus, *nefastus primo*, sed potius, *nefastus pratori*: hujus opinionem argumentum primo è conjectura, vel ex ipsa potius, ut ego sentio, ratione ductum, deinde etiam historici veteris infirmat auctoritas. Argumentum est hoc. Nemo cui pauciora sufficiunt, pluribus utitur. Quid opus erat, ut ii dies, quibus adscriptum videmus NP. nefasti esse indicarentur, duas potius literas, quam unam, apponeret? cur NP. inquam, non N? præsertim cum nefasti dies omnes hæc una litera, N, notentur: sicut & fasti, eorum quasi adversarii, una litera, F, demonstrantur. Age, dicat aliquis, leve hoc esse, planeque nugatorium argumentum. Quod sane mihi videtur contra. Quid Ciceroni responderetur? mendacii ne, & falsitatis, quasi testem corruptum,

aut inscientem, arguemus? non ita ut opinor, quisquam desipiet. Sunt igitur hæc in Epistola, *Risi*, Ciceronis verba, libro II. ad fratrem: *Cognosce nunc Idus. Decimus erat Calio dies. Domitius ad numerum judices non habuit.* Quibus verbis, cum Idus Februarii, de quibus Cicero loquitur, factum ex parte diem fuisse, satis constat: quandoquidem eo die prætor Domitius, ut de reo cognosceret, sententiamque ferret, in forum descendit: sequitur, ut NP. quod Idibus omnium mensium, exceptis Juniis, in Calendario adscriptum videmus, nefastus dies omnino significari non possit. Eodem in libro altera est Epistola, quæ sic incipit, *Sextius noster absolutus est ad II. Idus Mart.* qui dies, si eo die Sextius absolutus est, certe nefastus plane non fuit. Fuit autem, cum ei sit adjunctum NP. priore quidem parte nefastus, posteriore autem fastus: sicuti & Idus Februarii, de quibus proxime diximus, & omnes dies, quibus in Calendario NP. appositum animadvertimus. Aggrediamur nunc: quando & de dierum ratione, & de literis, eos significantibus, satis multa, atque etiam, ut arbitramur, satis vera dicta: alias, quæ à Calendario sunt, literas: aut concisas, eoque obscuriores dictiones interpretari, ut, quos Antiquitas capit, eorum commodo pro nostra vili parte consulamus.

KALENDARII ROMANI  
EXPLANATIO.

F. *Fastus dies.*  
C. *Comitialis.*  
N. *Nefastus.* NP.

JAN.

NON. *Nonæ.*  
AGON. *Agonalia.* Ovidius.  
EN. *Endoterissus: pro, interissus.* Varro, & Macrobius.  
CAR. *Carmentalia: quod sacra tum, & ferie Carmentis.* Varro.  
EID. *Idus.*

FEBR.

LUPER. *Lupercalia: quod in Lupercali Luperci sacra faciunt.* Varro.  
QUIR. *Quirinalia: à Quirino: quod huic deo feris.* Ad Quinct. fr. 2. Ovid. fast. 11.  
FERAL. *Feralia ab inferis, & ferendo, quod ferunt tum epulas ad sepulchrum, quibus jus ibi parentare.* Varro.  
TER. *Terminalia: quod is dies anni extremum constituit.* duodecimus enim mensis fuit Februarius. Varro.  
REGIF. *Regifugium.* Ovidius. Quamquam est inter Ovidium, & Calendarium, de die Regifugii controversia. Ille enim assignat ei Februarii diem XXIII. in Calendario autem video ad XXIV. esse appositum. Nec sane, si modo Regifugii dies N. fuit, videtur esse potuisse die XXIII. hoc est, terminalibus: qui NP. dies fuit: alioqui dies idem & NP. & N. fuisset.  
EQ. *Equiria.* Varro, Festus, Ovidius.

MART.

LIB. *Liberalia.* Varro.  
QUIN. *Quinquatrus.* Varro.  
TUBIL. *Tubilistrum: quod eo die in atrio sutorio sacrorum tube Instrantur.* Varro lib. V. Ovidius lib. 3. Fast. & 1. & Festus  
Q. REX. C. F. *Quando Rex comitavit.* Fas. Varro, Festus. Scalger in Festi castigationibus.  
In Fastis marmoreis, qui exstant Romæ, invenio bis notatum hunc diem, IX. Kal. April. item IX. Kal. Junii. Nemo quod sciam, explicavit, quis esset mos hujus diei, qui ritus, quæ antiquitas. Sciesdum, Regi sacrorum, neque magistratum gerere, neque verba ad populum habere fas fuisse. Propterea in comitum ire illi non licebat, nisi hoc die, qui notatus est in Fastis. Ibat enim in comitum sacrificii causa, quo propeperanter parato protinus fuga se è

comitio eripiebat. Plutarchus: Ἐστὶ γούν τις ἐν ἀγορᾷ θυσία τῷ λαοκλήν κομιτῆ πατρίῳ. ἢ θύσας ὁ βασιλεὺς κατὰ τὰς ἀπύρσι θύσας ἐξ ἀγορᾶς. *Fit in foro, in comitio, quod dicitur, sacrificiū, secundum morem patrum, quod cum fecit Rex, celeriter aufugit ex foro.* Varro: *Dies, qui vocatur sic, quando Rex comitiavit, fas, dicitur ab eo, quod eo die Rex sacrificulus dicit ad comitium.* Si à docto viro quæram, quid sit, dicere ad comitium, sane non agnosceret Latinum hoc genus loquendi. Et profecto ineptum est. Legendum enim, *Itas ad comitium.* Ita loquitur alibi: *Militēs appellat sic, quod ient, uti milites, cura ferro.* Quare ob id aliter notas, quæ legebantur in fastis, interpretabantur: *Q. R. C. F. Quando Rex comitio fugit. Quod Ovidius manifesto nos docet.*

*Quatuor inde notis laetus est: quibus ordine lectis, Vel mos sacrorum, vel fuga Regis inest.*

Utrumque enim complexus est: *Quando Rex comitiavit.* hic enim est mos sacri, quod faciebat in comitio. Et *Quando Rex comitio fugit.* Tangit enim fugam Regis è comitio. Plutarchus: ἀπύρσι θύσας ἐξ ἀγορᾶς. Quid certius hoc testimonio? At Paulus: *Quando Rex sacrificulus divinis rebus perfectis in comitium venit.* Immo, quando rebus divinis perfectis abit è comitio; quare ejus commenticiæ causa in ruderibus Festi ne vestigium quidem apparet. At, quid ajunt docti viri? Ovidium ignorasse, quid sibi vellent illæ literæ singulares. Quasi fas sit doctissimum pœtam ignorare, quod formularios, legulejos, litigantes, ac minimos quosque de face Numæ scire oportuit. Nam, de Regifugio ipsum non intellexisse, testis erit ipsemet, qui de eo in mensè Febuario ante tractaverat.

A P R.

CIRC. *Circenses.*

FOR D. *Fordi. idia: à fordis bubus Bos forda, quæ fert in ventre, quod ea die publice immolantur boves pragnantes in curvis complures. A fordis cadendis Fordi. idia dicitur.* Varro l. 5. Ovid. l. 4.

CER. *Cerealia.* Varro.

PAR. *Parilia: à pariendo, ut ait Victorinus Afer. Alii, Palilia, à Pale: quod eo die fertur ei dea fiunt.* Varro l. 5. Ovidius lib. fast. 4. 721. Festus in verbo, *Pales: & Parilibus.* Tibullus, el. 6. lib. 2. Propertius in 4.

VIN. *Vinalia: à vino.* Varro.

ROB. *Robigalia: dicitur ab Robigo, secundum segetes. Huic deo sacrificatur, ne rubigo occupet segetes.* Varro.

FLOR. *Floralia:* Ovidius, Plinius.

M A J.

COMP. *Compitalia.*

LEM. *Lemuria:* Varro, Ovidius.

LUD. MART. IN. CIRC. *Ludi Marti in Circo.* Ovidius.

J U N.

MART. CAR. MONET. *Ma. ti, Carna dea, Moneta Junoni.* Macrobius, Ovidius.

IN. CAPIT. *In Capitolio.*

VEST. NF. PR. *Vesta nefas pratori.*

MATR. *Matri Matutæ.* Ovidius.

Q. ST. DE. *Quando Hercules deseritur.* Varro, Festus, Ovidius.

J U L.

POPLIF. *Poplifixium: pro, poplifixium.*

APOLLIN. *Apollinæ.*

MERK. *Mercurii.*

VICT. C. CÆSAR. *Victoria Cæsaris.*

NEPT. *Neptunalia.*

FUR. *Furinalia.*

A U G.

FER. *Feralia.*

HISP. VIC. *Hispaniam vicit.*

PORT. *Portunalia.*

VIN. F. P. *Vinalia, fas pratori.* Varro, Plinius.

CONS. *Consualia.* Plutarchus.

VOLC. *Volcanalia.* Varro,

OPIC. *Opiconsiva.* Varro.

VOLT. *Volturnalia.* Varro.

H. D. ARA. VICTORIÆ. IN. CURIA. DE-

DIC. EST. *Hoc die ara Victoriae in curia dedicata est.*

S E P T.

FER. NEP. *Feria Neptuno.*

F. EQUOR. PROB. *Feria equorum probandorum,* Var-

lerius Max. lib. 11.

LUD. CIRC. *Ludi Circenses, in Augusti die natali.*

Suetonius, Dio.

O C T.

MEDITR. *Meditrinalia, à Meditrina dea.* Varro.

AUGUST. *Augustalia.*

FONT. *Fontinalia.* Varro.

ARM. *Armilustrum.* Varro.

N O V.

EPUL. INDICT. *Epulum indictum.*

LUD. PLEB. IN. CIRC. *Ludi plebeji, in circo.*

Suetonius.

D E C.

AGON. *Agonalia.*

SAT. *Saturnalia.* Macrobius.

OPAL. *Opalia.* Varro, Macrobius.

DIV. *Divalia, Divæ Angerone ætes festus.* Is dies à Varro-  
rone lib. V. de ling. Lat. appellatur *Angeronalia, ab Angerona, cui sacrificium fit in curia.* Macro. Saturn. l. XII. *Kal. Jan. ferie sunt divæ Angeroniæ, cui pontifices in sacello Vespulie factum faciunt.*

LAR. *Larentinalia.* Varro, Ovidius, Plutarchus.

F I N I S.

A N D.

# AND. SCHOTTUS

## LECTORI D. S.



*Athenienses publice sanxerunt, ne quis ulli unquam viæ ignaro iudicium denegaret. Et Q. Ennius laudat,*

— qui erranti comiter monstrat viam,  
Quasi lumen de suo lumine accendat, facit.

*Sic & usum annalium fastorumque Romanorum omnisque adeo Romanæ historiæ, commonstrare in præsens est animus. Quo enim, amabo, librorum divitiæ pertinent, usus si absit? Utendum itaque his libris, ut omni omnino historiæ tractatione, viâ, ac ratione, ut multi jam differuerunt: quam methodum, digitum velut in fontes intendens, demonstrare equidem conabor. Usitato itaque more, tribus distinctum sit opus, etiam numeris 1. 2. 3. ostendo: deinde paginæ cujusque tomi numerus indicatur, & totidem elementis a. b. c. summa, media, ima pars, ne quærendo diu multumque fatigeris, exhibetur.*

I. Tria enim potissimum cum fructu in hist. consideranda sunt. Primo, Virorum Romæ illustrium series octo sæculorum, id est, annorum octingentorum & quot excurrit: qui domi militiæque clari, sago plerique bellicisque artibus; alii toga atque doctrina & philosophando rempubl. Romanam administrarunt. His sane T. Livius, Plutarchi vitæ parallelæ, & Scriptor de viris illustribus, sive is Corn. Nepos est, sive Aurelius Victor, lucem accipiunt.

II. Deinde magistratuum omnium ortus, gradus, eventaque & reipubl. mutationes elucescunt: quando de magistratibus Rom. accurate satis ad hanc diem scripsit nemo, ne suppositivus quidem Fenestella, cujus libelli verus auctor est, Andreas Dominicus Floccus, Florentinus. Hic ordinem cernens honorum, gradusque à minori ad majorem magistratum, quæsturæ, tribunatus plebis, ædilitatis, præturæ, & Consulatus: Dictaturæ item & censuræ, veluti in speculo aut è specula, spectare cuique licebit.

III. Tertio: prænomina, nomina, & cognomina cujusque Romani civis (qui tribus fere delectabantur nominibus) è fastis cognosces: quibus parens avusque apponitur. Nam fere patre, avo, majoribus, rebusque præclare gestis inclarescere dum student, acceptam augere potius gloriam & amplificare conati, Urbem in orbis caput summumque monarchiæ decus tandem provexerunt. Nominibus autem gens cujusque ostenditur, ut familia cognomento. His prænomina antecedunt, quibus fratres ejusdem familie & patruales discernebantur.

Cæterum de Rom. nominibus qui veteres scripserint, nunc accipe. Carisus & Diomedes Grammatici, Valerius Maximus seu Probus, lib. X. Memorab. Plutarchus in Vitis, Dion. Cassius lib. XLVII. Appianus Alexand. initio Libycæ, Pausanias in Achaicis. Parentumque memoria docte, ut omnia, quem honoris causa libenter nomino, Car. Sigonius tractavit, eumque secutus Onuphrius Panvinius, & nuper à nobis evulgatus Annalium Commentarius uberrimus Steph. Vinandi Pighii. Vastum accedat

Vvvvv

dat *Inscriptionum antiquarum totius orbis Opus*, post *Smetium & Lipsum* nuper à *J. Grutero, Jos. Scalig. & Marco Velfero* viris doctiss. editum. De Familiis autem Rom. ut *Trojanorum olim M. Terentius Varro* scripsit, sic plures nostra memoria, tum de patriciis majorum minorumque gentium, tum de plebejis XXXII. Ant. Augustinus, summa vir doctrina & Antiquitatis cognitione præditus è fastis Capitolinis, & è nummis *Fulvius Ursinus Romanus*; ac denique in *Onomastico Joan. Glandorpius*. Typis vero seu tabulis *Ricardus Streinnius* vir nobili, & antea idem *Glandorpius Monasteriensis*, Nos illorum *Scriptorum auctoritate subnixi*, singula nomina gentilia, quo in fastis solent, ordine modoque spectamus: Et prænomen, nomen, & cognomen, interdum etiam agnomen, & adoptivum (quod fere in anus exit, ut in ius gentilicium) uno conspectu videbis in fastorum tabulis. Etsi vero interdum *Scriptores atque Historici* ornatus gratiâ ordinem immutant, nihil id refert. Ut, verbi gratia, *Dioni Cassio Potitus Valerius* est, pro *Valerius Potitus*. *Ciceroni Maluginensis M. Scipio, & Balbus Com. major. Vellejo Paterculo, Flaccus Pomponius, Scaurus, Æmilius, & id genus plurima in* *Scriptore de Viris illustribus* occurrunt. Nunc ως ἐν τόπῳ, oculis hæc subjiciamus, ducto è prænominibus initio.





# NOMINA ROMANORUM trium generum.

## PRÆNOMINUM

quædam frequentia,  
numero XVIII.

Alia rarius usur-  
pata.

<i>Ap. Appius</i>	xxvii.
<i>A. Aulus</i>	<i>Agrippa</i>
<i>C. Caius</i>	<i>Ancus</i>
<i>Cn. Cnaeus</i>	<i>Aruns</i>
<i>D. Decimus</i>	<i>Cossus</i>
<i>K. Kæso</i>	<i>Drusus</i>
<i>L. Lucius</i>	<i>Egerius</i>
<i>Mam. Mamecius</i>	<i>Fauftus</i>
<i>Man. Manius</i>	<i>Hoflius</i>
<i>M. Marcus</i>	<i>Fulus</i>
<i>N. Numerius</i>	<i>Lar</i>
<i>P. Publius</i>	<i>Mamurius</i>
<i>Q. Quintus</i>	<i>Nero</i>
<i>Sex. Sextus</i>	<i>Numa</i>
<i>Ser. Servius</i>	<i>Opiter</i>
<i>Sp. Spurius</i>	<i>Postumus</i>
<i>T. Titus</i>	<i>Proculus</i>
<i>Tib. Tiberius</i>	<i>Paulus</i>
Hæc, præter <i>Nume- rius</i> , nunquam sunt gentilitia.	<i>Potitus</i>
	<i>Romulus</i>
	<i>Remus</i>
	<i>Sertor</i>
	<i>St. Statius</i>
	<i>Tullus</i>
	<i>Vibius</i>
	<i>Volero</i>
	<i>Volusus</i>
	<i>Vopifcus</i>

Horum quatuor post in cognomina tran-  
sierunt. *Agrippa*, *Gracchus*, *Proculus*,  
*Vopifcus*; ut contra cognomina quædam in  
prænomina versa sunt: puta *Cossus*, *Dru-  
sus*, *Fulus*, *Nero*, *Paulus*, & similia:

NOMINA gentis sunt pro-  
pria, suntque numero prope  
infinita, & generi Logico, ut  
*familia* speciei comparatur:  
vel arboris trunco, cujus ra-  
morum instar sint familiæ, seu  
cognomina. In Ius plerum-  
que desinunt, præter v. *Ca-  
cina*, *Novbanus*, *Peducanus*,  
*Perperna*, & *Poppæus*: quæ  
forte ipsa cognomina existi-  
mentur, quorum nomina igno-  
rentur, ut de C. Verre, M.  
*Agrippa*, & C. Mæcenate ob-  
servatum; quorum tamen re-  
perta gentilitia: ut C. *Cornelius*  
*Verres*, M. *Vipsanius Agrippa*,  
& C. *Cilnius* seu *Cilinius* (ut  
Ursino in Corn. Tacitum Notis  
placet) *Mæcenas* integre appel-  
lentur.

Clarum itaque, unam eam-  
demque in varias familias,  
veluti ramos ac stirpes dedu-  
ci, hoc est, cognomina plura  
uni genti esse indita. Verbi  
gratia: *TULLIA* gens jam  
inde à Regibus ortum Romæ  
habens, non modo M. *Tullii*  
*Ciceronis* cognomento, ut  
*Latina* Eloquentiæ principis  
celebris existit, sed & alias præ-  
ter *Cicerones* habuit: *Anna-  
les*, *Cimbros*, *Deculas*, *Fabia-  
nos*, *Longos*, *Montanos*, *Ru-  
fos*, & *Seneciones*; ut mox sin-  
gulatim ostendam.

COGNOMEN, quod.  
nomini gentilitio sub-  
jungitur, quæ unum, si-  
ve plura sint, cognomi-  
na sunt, ut *Cæsar*, *Cice-  
ro*, *Scipio*. Item *Maxi-  
mus*, *Verrucossus*, *Ovicu-  
la*, *Cumstator*: quæ omnia  
unius Q. *Fabii* cognomi-  
na fuerunt. Ea quoque  
numero infinita, & in  
Ius nunquam exeunt,  
præter *Pius* & *Caprarius*:  
quæ ambo *Metellorum* in  
*Cæcilia* gente cognomi-  
na, & *Triarius* *Valerio-  
rum*. Desinunt autem  
fere in has literas:

A. <i>Nasica</i>
A. R. <i>Cæsar</i>
A. S. <i>Lanus</i>
ES. <i>Gurges</i>
ER. <i>Pulcher</i>
EN. <i>Cornicen</i>
EX. <i>Caudex</i>
ENS. <i>Violens</i>
I. <i>Frugi</i>
IS. <i>Regillensis</i>
IX. <i>Felix</i>
IUS. <i>Pius</i> .
O. <i>Cicevo</i>
R. <i>Curfor</i>
OS. <i>Nepos</i>
OX. <i>Venox</i>
US. <i>Rufus</i>
UM. <i>Corculum</i> .

His nunc de NOMINIBUS prælibatis venio ad GENTES & FAMILIAS, quas, ut citius cuique  
occurrant, idcirco Alphabeti serie collectas digestimus, & quidem mistis veluti per saturam patriciis cum  
plebejis, & additis cuique genti familiis seu cognominibus: quorum rursus cognominum varietatem,  
cum sint & ipsa in varias gentes deducta, ordine infra etiam Alphabeti, quo Lectorem assidue tene-  
mus, recensebo. Quamobrem, si usum fastorum nosse iuvat (ut iuvat sane) una eademque opera cer-  
nes, qui tum viri Romæ maxime illustres cum armis, tum toga; dehinc magistratus quo ordine &  
quales gesserint: nimirum à questura vel urbana vel provinciarum, aut à tribunatu plebejo ad adili-  
tatem, sive plebejam, sive curulem; inde ad praturam, mox ad Consulatum per honorum gradus ad-  
scendisse; interdum etiam ad censuram aut Dictaturam pervenisse. Rem exemplo illustremus: M.  
*TULLIUS CICERO*, quando prætor curulis fuerit, cognoscere in interpretando interest: & Con-  
sulatum quo tempore, laborante republica maxime ob *Catiline* conjurationem, gesserit, quasque tum Con-  
sulares orationes, ceterasque alias habuerit, statim animadvertes: & quas ad quos familiares dederit  
epistolas in exilio, domumque redux. Ita magnam legendis *Ciceronis* scriptis, ut *Romanorum* diser-  
tissimi, & historicis referti narrationibus, velut in tenebris lucem accensam aliquando gratulaberis.

# G E N T E S

## E T

# FAMILIÆ ROMANORUM

Ex tabulis feu fastis Capitol. historicis, ac nummis.



**A.**  
**BURIA** gens, plebeja opinor. Meminit Livius libro XLI. & XLII. In nummis cognomen ei G. E. M. sive *Geminus* sive *Gemellus* Fulvius Ursinus.

**ACCOLEJA** gens, forte plebeja. Mentio est in duabus inscriptionibus: cognomento *Larisculus*, cujus numisma & senectum accipe ex Ant. Augustino libro IV. Dialogorum de Nummis vet.

**ACILIA**, plebeja gens, ab ἀκίλια Ursinus derivat, ut ἀκίλιος ἀκίλιας *Emilius* Plutarch. Corrupta saepe vox in *Atilium*, vel *Aquillam*. Stirpes ejus duæ, *Balborum* & *Glabrionum*: ambæ Consulares.

**ÆBUTIA** gens Consularis, cujus cognomina *III. Carus*, *Cornicen*, *Helva*.

**ÆLIA**, seu **ALIA**, plebeja gens, cujus familiæ v. quas Antonius Augustinus, & infra rececimus: *Cati*, *Lamia*, *Ligures*, *Pati*, *Tuberones*. His adde, *Gallos*, *Stalenos* & *Stolones* ex Onuphrio.

**ÆMILIA**, olim **AIMILIA**, gens patricia majorum gentium, Albano oriunda, ducto à lepore nomine, ut auctor Plutarchus Distinguitur familiarum V. cognominibus, *Barbalarum*, *Lepidorum*, *Mamercedorum*, *Paporum*, & *Paulorum*. His addit Onuphrius Buas (*Bucas* *Fulv. Ursin. p. 8. & 11.*) *Licianos*, *Marcos*, *Porcinas*, & *Priveruanes*, *Rariores* & singulares: *Regilli* & *Scaurii*. Vide Ant. Augustinum de familiis.

**ÆTERNIA**, aliis **ATERNIA**, Consularis familiaria. Cognomen ei *Fontinalis*.

**AFRANIA**, plebeja, ut Fulvius Ursinus opinatur, gens; quia *L. Afranius* Col. plebejus cum *Q. Cæcilio Metello Celere* fuit, anno 1090XIII *Stellionis* cognomen tum tulit.

**ALLIENA**, plebeja, ut idem Ursin. opinatur, quia *Allienus* plebejus lator fuit legis *de terminis*.

**ANNIA**, plebeja quoque e Scriptoribus nota, Consularis, & his cognominibus, *Bassus*, *Cupra*, *Lusens*, *Rufus*.

**ANTIÆ** gentis meminit M. Cicero, T. Livius alique. Cognomen illi *Pollio* & *Resio*. Est & **ANCIA** gens cognomento *Brisso*.

**ANTISTIÆ**, sive **ANTESTIÆ** plebejæ gentis familiaria fuere *Rheginorum* & *Veterum*. Addit Onuphrius *Labeonum*.

**ANTONIA** gens in duas divisâ familiis, patriciam & plebejam. Patricii duo *Antonii*, cognomento *Merenda*: plebeji sex fuere sine cognomento. Ex his *M. Antonius* III. Vir R. P. C. & fratres ejus *L.* & *C. Antonii*. Ceteros discrete enumerat Anton. August. Consularis fuit, & cognomento *Balbus* & *Pietas*.

**APRONIA** gens plebeja, ut Fulvius observat, ex *Apronio* & *Valerio Maximo* recensitis aliquot. Cognomen illi *Sisenna* & *Callians*.

**AQUILIÆ** gens duplex familia: patriciorum, *Corvi* & *Jusii* cognomine. Et plebejorum, *Flori* & *Galli* cognom. Ex Augustinum temporibus, *Juliani* & *Sabini*.

**ARRIA** plebeja gens, ut opinatur Fulvius, ex iis quæ de *Q. Arrio* refert in *Bruto* de claris Orat. M. Tullius, & *Akon*. *Padianus* de *Arrio Secundo*.

**ASINIÆ** gentis, ut putat Ursinus, plebejæ cognomen est *Pollionis*. Addit *Panvinius Galli & Agrippæ*.

**ATIA**, gens plebeja, in qua Augusti mater recensita, teste *Servio* in *V. Æneidos* *Virgil*. Cognomina illi *Balbi*, *Pauli*, & *Varrii*.

**ATILIÆ** duplex familia: patriciorum una, *Longi* tantum dicti cognomine: altera plebejorum, qui *Balbi*, *Calatini*, *Libones*, *Reguii*, *Serrani*.

**ATTIÆ** vero cognomento *Plantii* facit *Onuphrius* mentionem.

**AULIA** gens, plebeja opinor. Nam *Q. Aulius* *Cof.* anno 60XXX. in fastis *M. Verrii Capitolinis*, & *Livio* ex *Annalibus*, ac *Diodoro Siculo*, ubi tamen *ÆLIUS* vitiose editur, ab aliis *Aimilius* legitur, male. Huic *Corretano* cognomen tum.

**AURELIA**, etsi plebeja, origine *Sabina*, nobilis tamen & Consularis, censoria, ac triumphalis tribus distincta familiis seu cognominibus: in quibus fuere *Cotta*, *Orestes* & *Scaurii*.

**AXIA** sed **AXSIA**, plebeja gens. Meminit *M. Varro*. lib. III. *Rei rust.* cap. 11. & *Cic.* libro I. ad *Attic.* *Epist.* VII. Cognomen tum huic *Naso* fuit.

## G E N T E S

*Consulares, ex Onuphrio, de antiquis nominibus.*

**ABURNIA** gens cognomento *Valens*.

**ACCIA**, cognom. *Varrus*.

**ACERONNIA**, cognom. *Proculus*.

**ACUTIA**.

**AIBUTIA**.

**ALBIA** gens Consularis, cogn. *Currinas*.

**ALBINIA**.

**ALBURIA**.

**ALPHINTIA** Consul. cognom. *Varrus*.

**AMBIVIA**.

**AMPIA**.

**ANCIA** cognomento *Brisso*.

**ANICIA** Consularis, cogn. *Gallus*.

**ANNÆA**.

**APPIA**.

**APPULEJA** gens Consularis, cogn. *Pansa Saturninus*.

**APUSTIA** Consul. gens; cognom. *Fallos*.

**ARRUNTIA** Consularis.

**ATEJA** cognomento *Capito*.

**ATINIA** cognom. *Labejo*.

**AUFIDIA** Consularis cognom. } *Lurco*.  
} *Orestes*.  
} *Tucca*.

**AURUNCULEJA**.

**AUTRONIA** Consularis gens, cognom. *Crausus*, *Patrus*.

**AURIA**, cognomento *Vellens*.

**BÆBIÆ**

**BÆBIÆ** gentis plebejæ frequens mentio apud Romanorum rerum Scriptores.

**CÆCILIA** gens plebejæ, Præneste forte oriunda, Metellorum cognomento clara, sed hæc aliis etiam nobilibus cognominibus xv. fere. Sunt enim hi, *Baleariæ, Calvi, Caprariæ, Celeres, Cretici, Dalmatici, Dentrices, Macedonici, Metelli, Nepotes, Numidici, Pii, Scipiones, Silani, & Vittati*. In nummis Rom. Metellorum potissimum familia reperitur.

**CÆCINÆ** gentis in duabus antiquis inscriptionibus mentio existat Una, in qua Neronis temporibus *C. Cæcina Largus* nominatur. Altera, in qua Vespasiano imperante *C. Cæcina Petus* Consul cum L. Annio Basso descriptus est. Et Ciceronis pro A. Cæcina Oratio, de *Vi*, cujus quæstio definitionis est, An interdictio de vi teneatur etiam is, qui non deiecit de fundo, sed ab ejus ingressu prohibuit.

**CÆSIA** gens patriciæ an plebejæ, incertum. In Corneliana pro Balbo Cic. *P. Cæsium* Ravennatem à Cn. Pompeji patre civitate donatum prædicat, & alii illustres celebrantur Commentario de gente Cæsia à I. Bapt. Fontejo, Bononia olim edito, anno MDXXII.

**CALIDIA** gentem patriciam fuisse, ex antiquis Scriptoris factis constat.

**CALPURNIÆ** gentis plebejæ familia tres: *Bestia, Bibulus, & Cæsonius*. Et hi rursum *Fragi & Pifo* cognominati. Cæterum à *Calpo Numæ Pompili* Regis filio duxisse originem, scribit Plutarchus in Numa: idemque Horatius in Arte Poëtica *Pisones Pompilius sanguinem* dixit, & Ovidius ad Calpurnium Pisone, sed Lucani id poemation esse Had. Junius primus docuit.

**CANINIA**, sive **KANINIA** quatuor habuit familias: *Rebilis*, quorum meminit Livius libro XLII. *Regulos*, qui reperitur apud Casarem libro VII. de bello Gallico. *Gallos*, qui habentur in antiquis denariis. *Labcones*, qui in *Arenensi* tribu celebrantur.

**CARISIA** gens, *T. Crispi*, fratris, ut opinor. *P. Crispi* meminit Dio libro LIII. & Liv.

**CASSIA** gens in duas divisa familias, patriciam unam, *Bicollinorum*; alii *Viscellinorum*, aut *Vitellinorum* scribunt. Alteram plebejam, *Longinorum* cognomento. Unus etiam *Varrus* dictus, & alter *Longinus Ravilla* dictus & *Calenus*.

**CESTIA** gens fuit plebeja. Cicero in Orat. pro Flacco, & in Philipp. III. (licet corrupte in vulgatis codicibus *Cæstius* legatur, pro *Cestius*) & Appianus libro IV. Belli civilis, faciunt *Cestii* cujusdam mentionem: *C.* autem *Cestii* meminit Tacitus libro V.

**CIPIAM** gentem eandem esse cum *Cispiis* putat Ursinus, quæ sine *S* litera, antiquo scribendi more, in veteribus quoque lapidibus reperitur.

**CLAUDIA** gens familias habuit duas, patriciam unam minorum gentium, ex qua fuerunt *Pulcri, Centhoes, Neronis, & Regillenses*: horum etiam aliqui *Crassini* dicti: adde *Cecos, Crassos, Caudices, Hortatores, Rufos, Sabinos, Caninos*. Alteram plebejam, quæ clarior fuit, *Marcellorum* cognomine. Accedunt *Æsernini, Aselli, Clitia, Flamini*. Legendus Suetonius, Ant. August. de familiis, & in **CLAUDIIS** Pighius noster.

**CLOVIA** gens, sive *Cluvia* & *Clivia* (utroque enim modo in antiquis monumentis scripta reperitur) incertum patriciæ, an plebejæ fuerit.

**CLOVLIAM** gentem sive *Claviam*, patriciam fuisse constat ex T. Livio, ubi de Canulejo tribuno plebis Alba oriundam auctor est Dionysius lib. III. et Festus, à *Clavio* Æneæ comite. *Siculi* cognomen potissimum tulit.

**CLUENTIA** gens à *Clauentis* Æneæ comite, teste Virgilio v. Æneid. ut à *Clavio* Clavia dicta, nullis clara honoribus, ut plebejam fuisse nullus dubitem.

**COCCEJÆ** gentis plebejæ frequens est mentio apud Scriptores, è qua fuit *Calidorum* familia, item *Nerva* cognomen.

**COELIA** gens plebeja, at Consularis, à *Vibenna* Calo Etrusco dicta. *Calidorum* quoque insignis cognomen, & *Ruforum*.

**COMINIA** Consularis familia, cujus cognomina *Anruncus & Laurentinus*.

**CONSIDIÆ** gentis plebejæ meminit Livius libro III. Dionys. lib. IX. Cæsar libro III. de bello civili, Cicero lib. XII. epist. xxxvi. ad Cornificium, & Val Max. lib. IV. cap. VII. Ex ea fuerunt *C. Considius Petus*, & *C. Considius Nonianus*, ut *Pætus* gentis hujus cognomen fuerit.

**COPONIA** gens Tibure orta, & in civitate Romanam adscita, plebejane an patriciæ fuerit, incertum.

**CORDIÆ** gentis (nisi pro *Cadius Rufus* apud Tacitum libro XXI. Annual. ut aliquibus placet, scribatur *Cordius Rufus*, quod doctiss. Lipsio non placet, qui *Clandius* prius eviderat, post *Tadius* placuit magus, quoniam ipsum probum est gentis nomen:) præter unum Ciceronem haud scio an alius faciat mentionem; qui libro IV. in Verrem *L. Cordiam* nominat honestum hominem, qui testimonium in Verrem dixit.

**CORNELIA** gens in varias stirpes divisa, Romæ omnium nobilissima: plebeji prope innumerabiles. Patricii in novem præcipuas distincti familias: *Cofforum*, qui *Maluginenses*, & *Rutuli*, aut *Arvina* appellantur. *Scipionum*, in his *Africani, Nasica, Calvi, Asiae, & Lentulorum*, pluribus etiam cognominibus, *Spinther, Sura*, &c. Familia ignobiliores sunt; *Cethegi, Dolabella, Merula, Rufini, Sulae*. Quorum stemmata & in Onomastico Rom. Joan. Glandorpit spectabis, & explicat Ant. August. Enumerat vero cognomina singulatim Onuphrius libro de Nominib. Rom. fere XLV. quos literarum ordine recenseo: *Æmilianus, Africanus, Arvina, Asiaticus, Asina, Angur: Balbus, Barbatus, Blasio, Calvus, Caudinus, Cethegus, Cinna, Clodius, Corculum, Cossus: Dolabella: Felix, Fronto: Getulius: Hispanus: Isauricus: Lentulus, Lupus: Magnus, Maluginensis, Mamercus, Mammula, Marcellinus, Maximus, Merula, Merula: Nasica, Numantinus: Rufinus, Rutulus: Sallustio, Scapula, Scævus, Scipio, Serapio, Siscuna, Spinther, Sulla, Sura: & denique Vir optimus dictus Corn. Scipio Nasica*. Singulos ordine item Augustinus & Glandorpit exhibent.

**CORNIFICIÆ** gentis plebejæ Scriptores multi meminerunt: ex ea fuit *R. Cornificius, Angur, Inop*. Ciceronis in Consulatu competitor, & in augurato collega, ut ex epistolis. XVII. XIX. XX. XXXI. libri duodecimi ad eum scriptis constat.

**CORUNCANI** gens etiam plebeja, nobilis tamen, cujus princeps *T. Coruncanus*, primus è plebe Pontif. Max. mag. equit. Col. Censor, Dictator fuit, & de Tusceis triumphavit. Vide Ant. August. in *Jania* gente.

**COSSUTIA** gente, ex equestri familia, orta fuit *Cossutia*, qua Cæsar uxore dimissa, Corneliam Cinna quartum Consulibus filiam duxit uxorem, teste Sueton. in Cæsare cap. I. *M. Cossutii* cujusdam mentio est apud Ciceronem libro III. in Verrem. Cognomen *Cossutia* gentis *Subula* & *Matidiana*.

**CREPERIÆ** gentis facit mentionem Cicero libro I. in Verrem, e qua natus *M. Creperius* equestri familia. *Creperii* cujusdam *Galli* sub Nerone meminit Tacitus libro XIV.

**CREPUSIÆ** gentis vix est apud Scriptores mentio. **CUPIENNA** gente ortus fuit *C. Cupienus*, ad quem extat Ciceronis epistola XX. lib. XVI. ad Atticum. De *C. Cupienio Libone* Cumano hujus forte filio, vide Porphyriorem ad Horatii Satyram III. lib. I.

**CURIA** gens Consularis, cognomento *Dentati*.

**CURIATIAM** gentem plebejam, Alba oriundam, & à *Curia* forte dictam, a Tullo Rege in civitatem Romanam adscitam fuisse auctor est Dionys. libro III. Eius gentis familia fuit *Trigeminorum*, ex qua ortus est *C. Curvius*. Meminit & cujusdam *C. Curvii*, tribuni plebis. Liv. libro I.

& in Epit. libro LV. & Val. Max. libro III. cap. 11.

**CURTIA** gens, patriciane an plebeja fuerit, incertum. Onuphrio patricia est minorum gentium, quia Romam sub Romulo migravit. *M. Curtii*, à quo *Lacus Curtius* in foro Rom. dictus est: meminit Dionys. lib. 11. Livius lib. VII. Val. Max. lib. v. cap. VI. & Orosius lib. III. cap. v. *P. Curtii Salsasi* facit mentionem Cicero in epist. XII. ad Leptam lib. VI.

Plures vero hic & in aliis Consulares familias gentesque ita enumerat Onuphrius Panvin. lib. *De Antiquis Nominibus*.

**CÆSONIA** gens  
**CÆDIDIA** Consularis, cognomento *Noctua*.  
**CÆSIDIA**.  
**CALVISIA**, cogn. *Sabinus*.  
**CANIDIA** Consularis, cogn. *Crausus*.  
**CANVLEJA**, cogn. *Dives*.  
**CAPRILIA**.  
**CARFINIA**.  
**CARRILIA**.  
**CARVILIA** Consularis, cogn. *Maximus*.  
**CATIA**, cognomento *Fronto*.  
**CICEREJA**.  
**CILNIA** gens, cognomento *Mæneas*.  
**CLIVIA** gens, cogn. *Saxula*.

D.

**DECIA** & **DECIMA** Consularis gens, hæc *Flavia*, illa *Muris* cognomento.

**DIDIA** gens, sive *Deidia*, ut in quibusdam monumentis legitur, incertum patriciane an plebeja fuerit. *Saxa* illi cognomentum, & Consularis fuit.

**DIGITIA** & **DUILIA** Consulares gentes etiam numerantur.

**DOMITIA** gens plebeja, in duas fuit divisa familias, quarum altera *Calcivorum*, altera *Ahenobarborum* cognomine usa fuit. Suetonius legend. & Ant. August. de Familiis.

**DURMIÆ** gentis, itemque *M. Durmi*, qui sub Augusto triumvir monetæ cudendæ denarios signavit, mentio nulla apud Scriptores. Aliis *Duronis* videatur, alibi celebrata.

E.

**EGNATIÆ** gentis plebejæ, & *C. Egnatii Maximi*, cujus exstant denarii, facit mentionem Cicero libro III. ad Atticum, epist. XXXIV. Libro autem XIII. ad Memmium epist. XLIII. XLV. & LXXIII. meminit *L. Egnatii Rufi*: cujus fortasse filius fuit *M. Egnatius* is, quem in Augustum conspirasse Vellejus, Suetonius, & Dio commemorant.

**EGNATULEJÆ** gentis *Maximi* cognomento, unus, quod sciam, Cicero meminit III. Philipp. ubi nominat *L. Egnatulejum* quendam, filium forte *C. Egnatuleji*, qui victoriarum nummum percussit. Vide Festum in *Patres*, & Plinium libro XXXIII. cap. III.

**EPIA** gens in tribu *Cornelia* censebatur, & in *Fabia*.  
**ENNIAM** & **EQUITIAM** familias alii adjiciunt.

F.

**FABIÆ** gentis patriciæ sex stirpes sunt. Tres frequentes, *Amulsi*, *Maximi*, & *Vibulni*. Minus frequentes, *Bruteones*, *Dorsones*, *Pillones*. Addunt alii *Enilianos*, *Celeres*, *Cunilatorem*, *Oviculum*, *Eburnos*, *Gurgites*, *Labcones*, *Litinos*, *Perficem*, *Rulos* seu *Rullianos*, *Servillanos* & *Vernicoffos*. Ex his *Labcones* tantum, *Maximi*, & *Pillones* in denariis reperiuntur.

**FABIANÆ** gentis mentio in nummo quodam æreo.  
**FABRICIA** gens Consularis, *Lusini* cognomento.

**FANNIAM** gentem plebejam fuisse sed Consularem, uno Ciceronis testimonio epist. XIII. lib. XVI. ad Atticum constat. *Strabonis* illi cognomen.

**FARSULEJÆ** gentis mentio exstat in antiqua inscriptione Sutrina.

**FIRCELIA** gens, *Parvohis* cognomento, & altera *Flavia*.

**FLAMINIÆ** gentis plebejæ, *Cilonis* cognomento, meminit Cicero in Bruto, & ad Atticum epist. XIV. & XV. lib. XIV. & epist. I. & II. lib. XV. Livius lib. IX. & alii.

**FLAVIÆ** gentis plebejæ cognomento *Fimbria*, frequens est mentio apud veteres Scriptores. *Flavos* autem sive *Flavus*, *Largie* familiæ cognomen apud Dionysium lib. V. *Decimia* apud Livium lib. XXVIII. *Cesetie* in Epitoma Liviana libro CXVI. *Sulpicia* apud Suetonium in Claudio cap. XLI. *Ostaria* in antiqua, quæ Tiburi exstat, inscriptione, & *Lucretia* in arco Augusti numismate.

**FONTEJAM** gentem plebejam fuisse constat, quod *P. Clodius Ciceronis inimicus*, ut tribunus plebis fieret, *P. Fontejo* plebejo homini adoptandum se cedit. Cognomen multorum hujus gentis fuit *Capito* & *Balbus*.

**FUFIA** gens plebeja, ex qua *Q. Fufius Calenus* originem duxit. Vide Ciceronis Philippicam I. IX. & Dionem. *Caleni* itaque cognomento fuit, item *Geminus* & *Strigonus*.

**FULCINIA** gens, *Trionis* cognomento.

**FULVIÆ** gentis plebejæ in multis divisa familias, unius tantum *Cn. Fulvii* in argenteis denariis memoria reperitur. *Fulvius* autem veteres scribebant, ut *Fovrius*, & multa hujusmodi, Græcam scripturam imitati. Hujus gentis familias Onuphrius numerat, explicatque Ant. August. *Centumalos*, *Curvos*, *Flavcos*, *Gillones*, *Maximos*, *Nobiliores*, *Patos*, & *Patinos*.

**FUNDANIAM** quoque gentem plebejam fuisse, ex Livii libro XXV. constat. Huic *Fanduli* quoque cognomentum.

**FURIA** gens partim in patricias divisa fuit familias, quarum cognomina sunt, seu familiæ VII. *Camillus*, *Craffipes*, *Fusus*, *Medullinus*, *Pacilus*, *Philus*, & *Purpureo*, partim in plebejas. Livius enim lib. IX. *L. Furii* tribuni plebis meminit, & lib. XXXIX. *M. Furii Lusii* adilis: à quo ludii plebeji diem unum intaurati sunt. Patriciæ *Purpureorum*, *Craffipedum*, & *Philonum* denarii Rom. reperiuntur. *Furios* autem *Brochus* patriciæ fuerit an plebejus, incertum. Ant. Augustinus dividit *Furios* in frequentiores: *Fusius*, seu *Medullinus*, vel *Pacilos*, atque in *Camillos*. *Philos* autem & *Purpureones* raro Consulares fuisse.

**FURNIA** gens etiam Consularis fuit.

G.

**GABINIA**, Consularis gens fuit

**GALLIA** gens cognomento *Luperus* inter patricias an plebejas numeranda sit, ex iis Scripturis qui circumferuntur, elici non potest. Cicero v. Verrina *C. Gallum* senatorem, hominem equestrem appellat, patrem fortasse *C. Gallii*, cujus exstat nummus æreus ab eo signatus, cum esset triumvir sub Augusto. Meminit & Tullius alterius *Q. Gallii* pratoris anni, DC LXXXVIII. *L. Cotta* & *L. Torquato Coss.* quem anno sequenti de ambitu accusatum, defendit ea oratione, quæ non exstat.

**GEGANIA** gens à *Gya Æneæ* comite, teste Servio in v. Æneid. Alba oriunda. Fuit & *Gegania* Vestalis sub Romulo, ut Plutar. refert. Patricia fuit minorum & majorum gentium. *Macerini* cognomentum habuisse fertur.

**GELLIÆ** gentis *Poplicola* cognomento, duo tantum denarii spectantur. Eorum alter visus est pertinere ad *Gellium* Cn. Pompeji legatum in bello maritimo contra piratas, cujus meminit Florus libro III. Alter sine dubio ad *L. Gellium Poplicolam* spectat, cum esset Antonii quæstor propratore: postea cum *M. Cæcero* Nerva Consulatum gessit, anno DCXXVII. Vide Dionem libro XLVII.

**GENUCIA** Consularis gens, *Augurini* cognomento, item *Aventinensis*, *Clepsine*, & *Pansa*. Fuit & **GEMINIA** gens. Item **GRANIA** *Flacci* cognom.

H.

**HATERIA** gens Consularis, cognomento *Agrippa* & *Antoninus*.

HELVIA

**HELVIA** gens, cognomento *Blasio*.  
**HERENNIA** gens plebeja in *Balborum* familias & *Gallorum* divisa fuit. *L. Herennii Balbi* meminit *Pædianus* in *Milonianam*. *Galli Afinius Pollio* in epistola xxxii. lib. ix. ad *Plancum*. *C. Herennii* trib. pl. qui *P. Clodium* ad plebem traduxit, facit mentionem *Cicero* epistola xv. & xvii. lib. i. ad *Att.*

**HIRTIA** gens, incertum, patricia an plebeja fuerit  
**HORATIA** gens patricia cognomen fuit ut & *Curia* *Trigemini*. Unus tantum reperitur ejus denarius. De *Horatio Coelste* *Livius*, *Dionysius*, *Valerius Maximus*, alii.

**HORTENSIA** gens Consularis.  
**HOSIDIA** gens *Ceta* cognomento ab *Appiano* lib. iii. de bello civili, & *Dione* libro XLVII. & *Lx.* nominatur; non tamen ex eorum verbis elici potest, plebejane an patricia fuerit.

**HOSTILIA** gens, quæ ab *Hosto* quodam *Hesilio Medullino*, ut creditur, originem duxit, qui *Romulo* regnante Romanam civitatem adeptus fuit, crebra mentio apud *Scriptores*. Ejus autem gentis familiae repetiuntur in monumentis *Capitolinis* *Tullii Regis*, & *Mancinorum*: apud *Livium* libro xxxvii. *Tribulorum* & *Catonum*: apud *Vaironem* & in nummis *Safernarum*. Cognomina itaque illius *Cato*, *Mancinus*, *Saferna*, *Tribulus*.

**ITIA** gens unus tantum denarius à *L. Itio*, ut opinor, signatus reperitur, ad quem *Horatii* existat *OJax* ix. l. i. inscripta, ad *L. Itium*. Sic enim in vetustissimis codicibus pro *Itium*, scriptum reperitur, admonuit vir eruditissimus *Carolus Langius*. *Cicero* iii. *Philipp.* nominat *M. quemdam Itium* corrupte, ut opinor, pro *M. Itium*. Qui quidem error in *Atia* quoque familiae nomen irrepsit. *Portum* etiam *Itium* in l. v. de bello Gallico pro *Itium* ex vetustissimo exemplari apud *Cæsarem* jam pridem reposuit *Fulvius Ursinus*: Et nos pridem in *Macrobio* observavimus *L. ITIUM* corruptum in *Lucium*, itemque in *Suetonio*. Sic enim ille libro ii. *Saturналиor.* cap. iv. in *Augusti* diæteris: *Lucius* (lego *L. Itius*) *gravis tragædiarum* scriptor interrogabat, quid ageret *Ajax* suis: Et ille: In *spongiam*, inquit, incubuit: Et in *Augusto* *Tianquilli* cap. 43. *Adolescentulum Lucium honeste natum*, &c. Forte *L. Itium*.

**JULIA** gentem familias habuisse patricias & plebejas, inter *Scriptores* constat. *Patricia* *Cæsares* in denariis habentur. In historiis vero rerum Romanarum hi recentur: *Aspuli*, *Augusti*, *Bursones*, *Germanici*, *Juli*, *Libones*, *Mentones*, & *Strabones*. Hæ vero in duas præcipue stirpes scinduntur, *Julorum* & *Cæsarum*. *Bursonum* nulla apud *Scriptores* mentio, unde patricii an plebeji fuerint, scire non possumus. Origo gentis *Julæ* clarissima ab *Æneæ* filio *Julo* ad *Venerem* refertur: cujus stemma integre à *Joan. Glandorpio* in *Onomastico Rom.* descriptum legas.

**JUNIA** gens cum multa à *Scriptoribus* familia nominetur, plebeje quidem *Bruti*, *Bulnli*, *Callati*, *Penni*, *Peræ*, *Scævæ*, & *Silani*: tum illud observat *Fulvius Brutorum* tantum & *Silancium* in denariis repetiti. *Brutorum* quoque familiam duplicem fuisse, patriciam unam, ex qua *L. Brutus*, qui *Reges* ejecit, ortus sit: alteram plebejam, multiplicem, cujus princeps *L. Brutus* primus trib. pleb. existit, scribit *Dionysius* lib. v.

**JUVENTIA** gens Consularis, cognomento *Thalna*.

**LABIENÆ** gens plebeja *Scriptores* multi meminerunt. Ex ea fuit *T. Labienus* trib. pleb. Vide *Ciceronem* pro *Rabirio*, *Orosium* lib. v. cap. xvii. & *Dionem* l. xxxvii.

**LÆLIA** gens Consularis, cognomento *Balbus* & *Sapiens*.  
**LÆTORIA** item Consularis, cognom. *Plancianus*.

**LICINIÆ** gens plebeja, *Muræna* tantum *Craffi*, *Nervæ*, & *Stolones* in nummis reperitur. At in historiis etiam *Calvi*, *Craffi*, *Luculli*, *Muræna*, *Getæ*, *Divites*, *Frangi*, *Matri*, *Varr.*

**LIVIÆ** gentis plebeja, unius tantum *Salinatorum* familia, in æreo numero mentio reperitur. At plures in *Æmilianis*, *Claudianis*, *Dentres*, *Drnsi*, *Libones*, & *Salinators*.

**LIVINEJÆ** gentis una tantum *Regulorum* familia apud *Scriptores* reperitur. Nam *L. Livinejus Trypho*, qui nominatur à *Cicerone* in epist. ix. lib. xiii. libertus fuit *L. Regni*, cujus existant nummi.

**LOLLIAM** gentem plebejam fuisse constat. Ex ea enim ortus est *M. Lollius Pulicanus*, quem hominem seditiosum appellat *Valer. Max.* lib. iix. cap. i.

**LUCILIA** gens plebeja familia plures varii distincti cognominibus apud *Scriptores* reperitur. *Balbi* nominantur à *Cicerone* in *Bruto*. *Bassi* in libro xii. ad *Atticum*. *Longi* & *Capitones* à *Tacito* lib. iv. *Blæsi*, lib. xvii.

**LUCRETIA** gens in familias divisa fuit patricias & plebejas. *Patricia* gentis cognomento omnes *Tricipitini*, uno excepto *Floro*, appellati. *Triones*, qui in nummis antiquis expressi reperuntur, plebejos fuisse *Ursinus* opinatur. *Trio* apud *Dionem* & *Tacitum* libro v. cognomen est *Fulcinii* Consulis anno *DCCCLXXXIII*. Plebejæ cognomenta, *Trio*, *Gallus*, *Offella*, *Vespillo*.

**LURIA** gentis *Corn. Tacitus* meminit lib. xii. & *Dio* lib. lviii.

**LUTATIA** gentis plebejæ omnes cognomine *Catuli*, uno excepto *Cercone* dicti. Unus tantum existat denarius, in quo *Cerconis* cognomen ei tribuitur *Livius* lib. xlvi. meminit *C. Latatii Cerconis*.

M.

**MÆCILIAM** gentem Albanam, *Tullo Hostilio* Romæ regnante, *Alba* diruta, civitatem Romanam adeptam fuisse, & in *Senatorium* patriciumque ordinem ailectam scribit *Dionys.* libro iii. Fuit autem familia ex hac gente alia patricia, alia plebeja.

**MALANIA** gentem, quæ in aliquot nummis antiquis notata est, opinatur *Fulvius Ursinus* eandem esse cum ea, quæ in tabulis *Capitolinis* modo *Mahna*, modo *Mania* nominatur, quæ & *Consularis*, ut & *MÆLIA* *Capitolini* cognomento.

**MAMILIAM** gentem plebejam à *Mamilia* *Telegoni* filia originem & nomen duxisse, omnes fere *Scriptores* tradunt. Ipse autem *Telegonus* *Ulyssis* fuit & *Circes* filius, qui *Tusculum* oppidum in *Latio* condidit, ut scribit *Sex. Pompejus*, *Plutar.* *Acron* & *Pompon* *Porphyrus* *Horatii* interpretes. Cognomen huic genti *Limætanus* & nummi tribunt, & *Historici* addunt *Turrini* & *Vituli*.

**MANILIA** gens Consularis.  
**MANLIAM** gentem duplicem fuisse, patriciam unam, alteram plebejam, ex iis quæ scribit *Cicero* i. *Philipp.* conijcere possumus: cognominibus octo, seu familiis distinguitur, *Aidini*, *Attici*, *Capitolini*, *Fulciani*, *Imperioli*, *Longi*, *Torquati*, & *Vulsonis*.

**MARCIA** quoque gens patricias habuit familias & plebejas. Sed patriciorum nulla in antiquis denariis existat memoria. Plebejorum *Philippus* tantum & *Libones* in numismatis notatos animadvertimus: quos ab *Anco Martio* *Rege* originem duxisse præter alios testatur & *Ovidius* lib. vi. *Fastorum*. Verum *Marciam* gentem à duobus Romanorum *Regibus* *Numa* & *Anco* originem traxisse, omnes fere *Scriptores* tradunt, in qua de patriciis clarissimus fuit *Coriolanus*: de plebejis familiis quinque nobiles existant, *Censorini*, *Finguli*, *Philippi*, *Reges*, & *Rutili*. Addit *Ouphris* *Ralla*, *Thermus*, & *Tremulus*.

**MARIAM** gentem plebejam fuisse, vel ex eo constat, quod *C. Marcius C. F.* qui nullo usus est cognomine, & *M. Marcius Gratidianus* tribuni plebis cum essent, alter de suffragiis, alter de re nummaria leges tulertur.

**MASSURIA** gens, cognomine *Sabinii*.  
**MEMMIA** gens, ut ex veteribus *Scriptoribus*, & antiquis denariis colligere licet, inter plebejas numeranda est. Ex ea enim existit *Memmius* ædilis plebejus.

ME-

**MESCINIAM** gentem plebejam fuisse liquet, quod *C. Mescinius* (quo trib. pleb. anno DCXCVI. ab exilio revocatus est *M. Cicero*) ex ea natus fuit. Cicero in orat. pro P. Sestio, & post reditum in Senatu. *L. autem Mescinius Rufus*, cujus exstant denarii, sub Augusto cudenda moneta: praefectus fuit. Vide Ciceronem epist. xxvi. lib. xiiii. & epist. vi. lib. xvi. & quae ad eundem *L. Mescinium Rufum* scriptae sunt epist. xx. & xxi. lib. v. ad Familiare.

**METTIAM** gentem è Lanuvio municipio oriundam fuisse, è *M. Mettii* nummo suspicari licet: *Mettii* quoque cupusdam meminit Cicero epist. xxvi. lib. xv.

**MINATIÆ** gentis facit mentionem Valer. Max. l. i. cap. iv. in quo nominat *Minatium Rufum*. Alii *Sabini* tribuunt cognomen, quod è *Masuria* genus.

**MINUCIA** gens patricia primum, postea plebeja fuit. Reperiuntur nummi ex hac gente familiae *Augurinarum* & *Theronorum*. Illi patricii, hi plebeji, quibus & *Rufi* accedunt, *Pia*, & *Mellius*.

**MUCIAM** gentem plebejam fuisse, inter Scriptores convenit. Ejus autem familiae duae reperiuntur, *Cordorum* & *Stavolarum*. *Cordorum* facit mentionem Dionys. lib. iv. & *Quintil.* lib. i. cap. vii. Illi vero Juris Civili scientia clari, ut Ant. Augustinus libro de Familiis Jureconsultus recenset, *Auguris* addunt alii.

**MUMMIÆ** Consulatis gentis cognomen *Achaici* fuit.

**MUNATIÆ** gentis *Plantorum* tantum familia in antiquis denariis reperitur: cum *Rufi* etiam à Cicerone lib. vi. in Verrem, & Val. Maximo lib. iv. cap. i. aliique à Scriptois nominentur.

**MUSSIDIÆ** gentis è Sabinis, ut arbitror, oriundae, facit mentionem Cicero epist. i. l. i. ad Q. Fratrem: in qua pro *Musfidius* librarium errore scriptum est *Messidius*. Haec *Longerium* cognomen.

N.

**NEVIAM** gentem plebejam fuisse, ex hoc intelligere possumus, quod ex ea existit *M. Nevius* trib. pleb. qui P. Scipioni diem dixit, ut scribit Val. Max. lib. i. cap. i. x. Ejus gentis in nummis reperiuntur familiae *Balborum* & *Surdinarum*, item *Mathonum*: *L. Nevii Balbi* facit mentionem Livius lib. XLV.

**NASIDIÆ** gentis, incertum patriciae, ad plebejam, Scriptores multi meminerunt.

**NAUTIA** patricia gens, ut arbitror, majorum gentium. In hac *Rutilorum* familia Consulatis.

**NEREJÆ** gentis facit mentionem Horatius l. i. Serm. Satyra i. De *Can. Nerio Prapinio* Cicero epist. i. lib. i. ad Q. Fratrem.

**NIGIDIÆ** gentis cognomen *Figuli*; cujus rei ratio redditur ab Augustino lib. v. cap. i. de Civitate Dei.

**NONIAM** gentem plebejam fuisse, vel inde constat, quod ex ea sit ortus *Nonius Balbus* trib. pleb. cujus meminit Dio lib. i. Cognomen illi fuit *Asprenas*, *Quintilianus*, *Suffenas*.

**NORBANA** quoque gens inter plebejas numerata fuit, ex qua *C. Norbanus* trib. pleb. extitit, & *Flacci* cognomen.

**NUMETIA** & **NUMITIA** gentes diversae.

**NUMITORIAM** gentem plebejam fuisse, vel ex uno *L. Numitorio* constat, qui trib. pleb. à Livio describitur lib. ii. & Dionys. lib. xii. Cicero lib. ii. de Inventionem meminit *Q. Numitorii*, qui *Pullus* cognominatus fuit.

**NUMONIAE** gentis facit mentionem Vellejus libro ii. Cognomen fuit *Vala*.

O.

**OCACILIA** gens Consulatis, cognomine *Craffi*: ut & **OVIDIA**, *Nasonis*.

**OCTAVIA** gens Consulatis, cognomen *Rufus* & *Thurinus*.

**OGULNIÆ** gentis plebejae facit mentionem Livius

libro x. & Valerius Maximus lib. i. cap. i. *Galli* fortia cognomen est.

**OPIMIÆ**, vel, ut est in argenteis denariis, **OPEIMIÆ**, gentis plebejae, frequens est mentio apud veteres Scriptores.

**OPPIÆ** gentis plebejae facit mentionem T. Livius libro xxxiii. Cui *Cornicen* cognomen.

P.

**PAPIAM** gentem plebejam fuisse, satis inter Scriptores constat; sed Consulatis, cognomen *Milonis* & *Mutili*.

**PAPIRIAM** gentem duplicem fuisse, ex Ciceronis epistola xxii. lib. ix. ad Famil. copiose discas. Patricia quidem ante Reges exactos, & quidem minorum gentium: cujus cognomina fuit familiae vi. fuerint, *Craffi*, *Cursoris*, *Mathonis*, *Mugiloni*, *Pati*, & *Pratextati*. Plebeja gens *Carbonum* cognomen, è qua M. Papius pulsus Regibus Pontifex Max. fuit. Explicat post M. Tullium ac recenset Ant. Augustinus.

**PÆDANIÆ** gentis, cujus cognomen est *Costa*, mentionem facit Livius libro xxv. Val. Maxim. libro ii. cap. i. Corn. Tacitus libro xiv. & xvii. Plur. etiam in Cicerone *P. Costa* cujusdam meminit.

**PETILLIÆ** gentis plebejae frequens est mentio apud Scriptores. Livius lib. vii. meminit *C. Petillii Balbi*, trib. pl. & l. xxxix. *Q. Petillii Spurrini* trib. pl. Cognomina enim illi *Capitolini*, & *Perperna*.

**PETRONIAM** gentem plebejam è Sabinis oriundam conjicere licet. Vide Val. Maximum lib. i. cap. i. & lib. iv. cap. vii. Cognomina illi *Passer*, *Sabinus*, *Turpilianus*.

**PINARIAM** gentem patriciam à *Pino Numa Pompili* filio duxisse originem, scribit Plutarch. in Numa: Livius tamen lib. ii. & Dionysius l. i. *Pinariis*, qui Herculi sacra anniversaria faciebant, genus traxisse maluit: quibus assentitur Virgilius libro i. Cognomina illi facere *Marcini*, *Natta*, & *Rufi*.

**PLÆTORIAM** gentem sive *Lætoriam* (utroque enim modo scripta reperitur) plebejam fuisse satis constat. Vide M. Varronem lib. v. de lingua Lat. Livium lib. xxx. Censorium de die natali cap. xix.

**PLANCIAM** gentem plebejam fuisse constat, quod *Cn. Plancius*, cujus denarii exstant, trib. pleb. fuerit. Lege Ciceronem lib. ii. ad Q. Fratrem, & lib. i. ad P. Lepulum, & Dionem lib. xxxix.

**PLAUTIAM** gentem plebejam constat fuisse. Cognomena habuit & familiae vi. *Decianus*, *Hypsæus*, *Planus*, *Proculus*, *Silvanus*, *Venno*, & *Venox*.

**POBLICIAM** gentem sive *Publiciam* (utroque enim modo in antiquis monumentis scribitur) plebejam quoque fuisse, ex Livii lib. xxvi. observo.

**POETELIA** Consulatis, cognomen *Balbus*, *Libo*, *Vifolus*.

**POMPEJÆ** gentis plebejae tres in antiquis denariis reperiuntur familiae: *Magni*, *Rufi*, & *Postli*. In historicis etiam *Bithynicus* & *Strabo*. Enumerat & hanc Ant. Augustinus lib. De Familiis Rom.

**POMPONIAM** gentem plebejam à *Pomponio Numa Pompili* filio duxisse originem, Plutarch. scribit in Numa, & arguit hujus gentis denarii. Familias seu cognomina Romæ vi. habuit: *Attius*, *Flaccus*, *Matho*, *Molo*, *Musa*, & *Vitulus*.

**PORCIÆ** gentis plebejae *M. Catonem*, qui *Censorius* appellatus est, Tusculo municipio oriundum, auctorem extitisse, inter Scriptores satis convenit: de quo Cicero ii. de Legibus: itemque de genere ac nominibus *Porciae* familiae *Agellii* lib. xii. Noct. Attic. cap. xvii. meminitque eodem in libro cap. xii. *Porcii* tribuni plebis. Familias duas habet *Laticornis* & *Catonum*. Ex hac duo reip. lumina *M. Porcius Cato* major & minor, & multi Consulares, ut in Fastis Capitolinis cernes. Item *Lecca* cognomen.

**POSTUMIA** gens patricia Romae floruit post exactos Reges

Reges, in plures divisa familias, quarum nobilissima fuit *Albinorum*.

**POTITIA** gens patricia, Urbe antiquior, sed quam *xiii.* familiis interit circa Urbis conditæ annum *CDXLV.*

**PROCILIAM** gentem è Lanuvio municipio oriundam intelligens è gentis illius denariis. Est & **PROCLEJA** gens nota.

**PUBLIA** Consularis gens, cognomento *Philo & Vulsens.* Item & **PUPIA** Consularis.

**QUINCTIAM** gentem, Alba diruta, Romam à Tullo Rege transfatam fuisse, & inter patricios cooptatam, scribit Livius lib. *i.* & Dionys. lib. *i.* apud quem pro *Kovvixis*, ut est in vulgatis libris, corrigendum *Kovvixis*. Alterius autem *Quintie*, qua fuit plebeja, facit mentionem Cicero in orat. pro A. Cluentio, & Livius lib. *xxiv.* Inter gentis hujus cognomina fuit *Crispinus*, ut & hæc: *Barbatus, Capitolinus, Cincinnatus, Claudius, Flamininus, & Pennus.*

**QUINCTILIA** gens patricia majorum gentium, *Vari* cognomine ornata: de qua *Sext. Pompejus* legendus.

**RENIÆ** gentis nulla apud scriptores mentio, sed **RECIÆ**.

**ROSCIAM** gentem plebejam fuisse ex eo constat, quod *L. Roscius Otho* trib. pleb. ex ea ortus. Fuit cognomento *Amerinus, Fabatus, Regulus.*

**RUBRIÆ** gentis plebeja facit mentionem Cicero in Bruto, qui est de claris Oratoribus, Appianus lib. *i.* bell. civil. & Plutarchus in *Ti. & Gracchis.*

**RUPELLIA**, cognomento *Geminus*, & **RUPILIA** Consularis quoque fuit.

**RUSTIÆ** gentis mentio in antiqua inscriptione.

**RUTILIA** gens duplex fuit, patricia & plebeja. *Flacci* nullibi, præterquam in uno denario, fit mentio. *Rutilii Crassi* meminit Livius lib. *iv.* *Calvi*, lib. *xlv.* *Rusti* Cicero in orat. pro Plancio. *Lupi* Cæsar de bello civili lib. *i.* & *Quinctilianus* lib. *i.* cap. *ii.* *Censorini* Val. Maximus lib. *iv.* cap. *i.* Quinque igitur huic familia: *Calvi, Censorini, Crassi, Lupi, & Rusti.*

**SALVIAM** gentem Ferentino oppido atque ex principibus Etruriæ, ut ait Suetonius in *Othone*, oriundam, plebejam principio fuisse ex eo constat, quod ex ea natus sit *Salvius* tribunus pleb. *Vide* Appianum lib. *iiii.* bell. civil.

**SALLUSTIA** gens *Crispi* cognomento.

**SANQUINIÆ** gentis unus, quod sciam, Tacitus facit mentionem lib. *v.* cui *Maximi* cognomentum.

**SATRIENÆ** gentis in uno tantum denatio mentio est: at ubi **SATRIÆ**.

**SAUFFEJÆ** gentis in numinis veteribus mentio est, & apud Ciceronem *lape.*

**SCRIBONIAM** gentem plebejam fuisse, inter veteres scriptores satis constat. Ejus duæ tantum familiae, *Curionum*, ut *arbitror*, & *Libonum*, in denariis reperiuntur.

**SEMPRONIA** gens, patricia primum fuit, postea ad plebem traducta, plebeja facta est. Ejus in nummis familiae tres reperiuntur, *Atratinorum*, qui patricii fuerunt: *Gracchorum*, qui plebeji, & *Pitionum*, quos plebejos item fuisse, sed de his nihil comperti habens, opinatur *Ursinus*. Familia vero seu cognomina gentis *Sempronie* in historicis hæc: *Asellus, Blæsus, Gracchus, Longus, Sopheus, Tnditanus.*

**SENTIA** gens incertum, patriciane an plebeja fuerit, certe Consularis, *Augurini* & *Saturnini* cognomento.

**SEPULLIÆ** gentis nullus, quod sciam, meminit. Reperitur tamen in quibusdam antiquis nummis *P. Sepulli* nomen.

**SERGIA** gens patricia, vel unius *Virgillii* testimonio

lib. *v.* *Æneid*, nobilis à *Sergeſto* *Æneæ* comite. Ubi *Sevius* notat, *M. Varronem de familiis Trojanis* olim scripsisse: & *Trojogenas* vocat Romanos *Juvenalis*. Hujus gentis *Silonum* tantum existat in denariis familia, cum plures claræ à scriptoribus nominentur, cognominibus sex fere: *Catiline, Fidenas, Natta, Ocella, Plancus, & Silo.*

**SERVEJA** gens, cognomento *Rufus*.

**SERVILIAM** gentem (vel ut nummis notatum extat, *Serviliam*) dictam forte à *Servio* prænomine, ut & à *Quinctio* **QUINCTIA** gens: Albanam, à Tullo Rege, Alba diruta, Romam translata fuisse, inque patriciorum ordinem allectam, scribit Livius lib. *i.* & Dionys. lib. *ii.* Ejus autem in antiquis denariis familiae reperiuntur patriciæ & plebejæ. Inter hujus gentis cognomina fuerunt *Abala, Axilla, Capio, Casca, Fidenas, Geminus, Isauricus, Longus, Prifens, Pulex, Struſtus, Tucca, & Vatia.*

**SESTIAM** gentem patriciam fuisse ex Livio discimus. **SEXTIA** gens Consularis, cognomento *Lateranus, Sabinus, Sextinus.* Fuit & **SEXTILIA**.

**SICINIÆ** gentis plebejæ frequens apud scriptores mentio, cui sit cognomentum duplex, *Bellui* & *Dentati.*

**SILIAM** gentem plebejam fuisse, ex eodem Livio lib. *iv.* observo.

**SPURILIÆ** gentis plebejæ Cicero meminit epist. *ii.* ad *Q. Fratrem*, libro *i.* Livius libro *ii.* & Dionys. lib. *ix.* ex ea *Marcus* ortus est.

**STATILIÆ** gentis aliquot à scriptoribus familiae nominantur, ex eis autem *Tavorum* novam fuisse Vellejus indicat libro *ii.*

**SULPICIAM** gentem patriciam minorum gentium fuisse volunt, *xi.* cognominibus claræ: *Camerini, Cornuti, Galba, Galli, Longi, Maximi, Paterculi, Petici, Prætextati, Rusti, & Saverionis*, qua inf. spectabis. *Camerio* oppido oriundam fuisse conjecere licet è *Ser. Sulpicii* cognomine, qui primus ex ea gente Romam venisse creditur, & è patris nomine *Camerinus* dictus esse, ut *Firrix Medullinorum* à *Medullia* oppido. *Ser. Galbam* Imp. ex hac gente natum ejus originem ad *Jovem* refulisse auctor est *Suetonius* in *Galba*. Gens autem *Sulpicia* fuit duplex, sive, ut quibusdam placet, triplex, *patriciorum, plebejorum, & equestrum*. *Patriciorum Galbe* in antiquis denariis: *Equestrum Rusti* reperiuntur. Illud autem in hac gente maxime notandum, *Sulpiciam Ruforum* familiam duobus simul prænomibus usam fuisse. Itaque in antiquis denariis nominata *L. Servius Rufus*; & apud *Cornelium Nepotem* in *Attici* vita *M. Servius Sulpicius*, sic apud *Livium P. Servius Sulpicius*.

**TARIA** gens Consularis, *Ruffi* cognomento.

**TARPEJA** patricia gens majorum gentium, *Tarpejo* arcis præfecto.

**TARQUINIA** gens sub *Anco Marcio* Romam translata. In hac sunt *Cellatini, Prisci, Superbi.* Item *Capitolini & Montani.*

**TARQUITIÆ** gentis patriciæ, mentio frequens est, cum in fastis Capitolinis, tum in antiquis inscriptionibus.

**TERENTIA** gens inter plebejas ab antiquis scriptoribus numeratur. *Vide* Livium lib. *iiii.* Dionys. lib. *x.* Reperiuntur in antiquis denariis gentis hujus familiae duæ, *Licanorum* & *Varronum*; de quibus fit mentio apud scriptores multis locis: qui & has addunt: *Culcones, Messallus, Murænas, Parisiores.*

**THORIAM** gentem fuisse plebejam inter omnes fere scriptores convenit. *L. Thorii Balbi* meminit Cicero lib. *ii.* de *Finibus*.

**TITINIÆ** gens familiae habuit patricias & plebejas. Patriciæ meminit Livius lib. *v.* Plebejæ idem Livius lib. *iiii.* facit mentionem. cognomen habuit *Longi*.

**TITIAM** gentem plebejam fuisse conitar, quia multi ex ea tribuni pleb. legeſque ab illis latae.

**TITURIAM** gentem è *Sabinis* Romam venisse constat.

stat vel ex denariis. Meminit Cicero pro Fontejo. Unde & *Sabini* cognomen sortita est.

TREBANIÆ gentitantum in numinis mentio, nisi forte mendam est in æs incidentis pro TREBATIÆ. Hujus sæpe meminit M. Tullius; aut pro TREBONIÆ gentis. cujus cognomina fuere, *Asper*, *Crispus*, *Flavus*.

TREMELIA gens cognomina habuit *Flaccus* & *Scrofa*.

TULLIAM gentem inter patricias numeratam fuisse, ex scriptoribus coõstat. Fuerunt autem plurimæ Tullia gentis familiae, cognominibus distinctæ. Patriciæ quidem cognominibus affectæ *Longorum* & *Tollerinorum*; plebejæ vero duas in familias divisæ, *Tulliorum* & *Decularum*. His adnumerantur *Annalinæ*, *Cimbrorum*, *Fabianorum*, *Montanorum*, *Ruforum*, & *Senecionum*. *Longorum* mentio cõstat apud Ciceronem lib. de claris Oratoribus. *Cimbrorum* Philipp. 11. & apud Plutarchum in Bruto. *Montanorum* apud eundem Ciceronem lib. x. ad Atticum. *Ruforum* apud Hirtium lib. v. *Annalinæ* apud Val. Maximum lib. 1x. cap. 11. *Senecionum* apud Tacitum lib. xv. *Annal.* & lib. 111. *Histor. Flavianorum*, ut edit Lipsius V. C. Nobilissima vero *Ciceronum*. Memoratur & M. Tullius *Decula*, qui Consul fuit cum Cn. Cornelio Dolabella anno DCXXI.

TURANNIA Sabinorum patricia gens, Romam cum T. Tatio ingravit, auctore Dionysio Halicarnasico.

V.

VALERIAM gentem è Sabinis oriundam, cum T. Tatio Rege Romam venisse tradit Dionysius lib. 1v. Ejus vero principem *Volusum Valerium*, vel, ut tunc dicebant, *Valesium*, nominat Plutarchus in Poplicola. Cum autem multas hac gens habuerit familias, patricias & plebejas, quarum cõstat mentio apud scriptores, soli in denariis *Acisuli*, *Flacci*, *Messalla*, & *Catulli* reperiuntur: in historiarum vero monumentis cognomina xv11. *Antiates*, *Acisuli*: *Barbati*: *Corvi*, *Corvini*, *Cotta*: *Faltones*: *Laelucini*, *Lævini*: *Maximi*, *Messalla*, *Messallini*: *Nigri*: *Potiti*, *Poplicole*: *Tappi*, & *Volusi*.

VALGIA gens Consularis, cognomen ei *Rufus*.

VARGUNTEJA gens, incertum patriciæ fuerit an plebejæ: opinor tamen patriciam fuisse.

VENTIDIA gens, cognomento *Bassus*.

VERGILIA fuit plebeja. Ejus historici faciunt mentionem. *Vergilium* autem & *Virgilium* antiquos scripserunt, quem-

admodum *Verginium* & *Virginium*, testantur veteres inscripções. Manutius in Orthog. Picius Valerianus in Virgil. & Josephus Castalio in Variis.

VEITIAM gentem *Sabinam* fuisse, & *Sabini* missæ cognomen, ex T. Tatii Sabini imagine denario impressa intelligere licet. *Vetsejam* alii scribunt.

VEURIAM gentem patriciam fuisse, ex veteribus scriptoribus constat.

VIBIÆ gentis plebejæ, cum multæ à scriptoribus familia nominentur, in antiquis denariis *Vari* tantum & *Panse* reperiuntur. In historis reliquæ: *Habitus*, *Paulinus*, *Posthumus*, *Rufinus*.

VILIA gens, cognomento *Annalis* & *Tappulus*.

VINICIAM gentem plebejam fuisse, vel ex uno *L. Vinicio* constat. Vide Ciceronem lib. viii. epist. viii. ad Famil.

VIPSANIÆ gentis cognomento *Agrippæ*, cujus frequens mentio est in veteribus monumentis, familia plures ab iis numinantur, qui *Vipstanam* cum ea confundunt. Ejus autem erroris causam dedit mendosus Taciti codex, in quo male *Vipsanus* lib. x. & lib. xv. initio alibi scriptum est, cum *Vipstannus* ut cognomen scribendum Fulvius censuerit, quem etiam in *Apronia* gente consulas.

VISELLIA gens Consularis, cognomento *Varro*.

VOCONIAM gentem plebejam fuisse, satis constat vel ex uno *Q. Voconio Saxa* tribuno plebis, qui legem de mulierum hæreditatibus tulit. Hujus meminit Cic. lib. 111. in Ver. in Orat. pro Balbo, & alibi, itemque alii. In tres autem hæc gens divisa familiae apud scriptores reperiuntur: nam præter *Saxam* quem supra nominavi, *Q. Voconius Niso* ex ea gens duxit, præter designans cum Cicerone. Fuit & *Vitulorum* familia, quæ sola in antiquis denariis reperitur.

VOLCATIA gens Consularis, cognomento *Tullus*.

VOLSCIA gens, cognomento *Filior*.

VOLTEJA gens (ita enim antiqui scribebant pro *Vulteja*, ut *Volcanus*, & *Voltus*, pro *Vulcanus* & *Vultus*) incertum patriciæ an plebejæ fuerit. Meminit ejus Cicero lib. v. in Verrem in epistola Timarchidis. In veteribus autem denariis nominantur *L. Voltejus* quidam, & *M. Voltejus*, de quibus nihil reperi.

VOLUMNIA gens Consularis, cognomento *Entraepes*, *Flamma*, *Volens*.

## G E N T I U M

A C

## FAMILIARUM ROMANARUM

S Y L L A B U S.

\* ACILIA

Æbutia

\* *Ælia* pl.\* *Aimilia* patr.

\* Antonia

\* Aquilia

\* *Attilia*\* *Aurelia*

\* CÆCILIA

\* *Calpurnia*

\* Cassia

\* Claudia

Clœlia

\* Cornelia

*Coruncaniæ**Curia*

DECIA

\* *Domitia*

\* FABIA

*Fabricia*\* *Fulvia*

\* Furia

GEGANIA.

HORATIA

*Hortensia**Hostilia*

\* JULIA

\* Junia

\* LICINIA

\* Livia

\* Lucretia

\* *Lutatia*

\* MANLIA

\* Marcia

*Maria*

\* Menenia

\* Minucia

\* *Mucia*

\* NAUTIA

\* OCTAVIA

\* PAPPRIA

\* Pinaria

\* *Plantia*\* *Pompeja*

Pompilia

*Popillia**Porcia*

Postumia

QUINCTIA

*Quintilia*

SEMPRONIA

*Sergia**Servilia**Silvia**Sulpitia*

TARQUINIA

*Tullia*

\* VALERIA

*Veturia**Virginia*

GEN-



## G E N T E S

## A C

## F A M I L I Æ R O M A N Æ

in patricias ac plebejas divisæ

## P A T R I C I Æ.

Æmilia gens {  
 Ejus familia {  
 sunt, seu co- {  
 gnomina {  
 Calidia  
 Clodia, sive Clælia  
 Cossutia

Fabia {  
 Tres ejus stirpes claræ :  
 Ambusti  
 Maximi  
 Vibulani.  
 Tres obscuriores :  
 Burei  
 Dorfi  
 Pictores

Horatia  
 Pinaria {  
 Mamercinorum  
 Nattarum  
 Ruforum.  
 Postumia Albinorum nobiliss.  
 Quinctia  
 Sergia Silonum  
 Servilia  
 Sestia  
 Tarquitia

Tullia {  
 Annalium  
 Ciceronum  
 Cimbrorum  
 Fabianorum  
 Longorum  
 Montanorum  
 Ruforum  
 Senecionum.

Veturia

Aburia  
 Accoleja  
 Acilia  
 Ælia  
 Alliena  
 Annia  
 Antistia, seu Antestia  
 Apronia  
 Arria  
 Asinia  
 Ateja  
 Attia  
 Aurelia  
 Axia  
 Babia  
 Cacilia Metellorum  
 Calpurnia  
 Cestia  
 Cocceja

## P L E B E J Æ.

Confidia  
 Cornificia  
 Curiatia  
 Domitia {  
 Calvinorum  
 Ahenobarborum  
 Egnatia  
 Fannia  
 Flaminia  
 Flavia  
 Fonteja

Fulvia {  
 Centumali  
 Curvi  
 Flacci  
 Nobiliores  
 Patini

Fundania  
Fusia

Herennia {  
 Balborum  
 Gallorum

Labiæna

Licinia {  
 Calvi  
 Crassi  
 Luculli  
 Murena  
 Minus clar.  
 Gera  
 Nervæ  
 Vari  
 alique.

Livia Salinatorum

Lollia

Lucilia {  
 Balbi  
 Bassi  
 Blasi  
 Capitones  
 Longi.

Lutatia Catuli cognomine, excepto uno Cercone.

Mamilia  
 Maria  
 Memmia  
 Mescinia  
 Mucia {  
 Cordorum &  
 Scævolarum.

Nania  
 Nonia  
 Norbana  
 Numitoria  
 Octavia  
 Ogulnia  
 Opimia  
 Oppia  
 Papia  
 Petillia  
 Petronia  
 Platoria  
 Plancia

Plautia { Deciani  
           Proculi  
           Vennonis  
           Venoces  
 Publicia sive Publicia  
 Pompeja  
 Pomponia  
 Porcia  
 Quinctia  
 Roscia  
 Rubria  
 Scribonia  
 Sicinia  
 Silia  
 Spurilia  
 Statia  
 Tereotia  
 Thoria  
 Vergilia  
 Vibia  
 Vinicia  
           Voconia.  
 MISTÆ GENTES, ac familiæ partim  
           patriciæ, partim plebejæ.  
 Antonia { patriciæ Merendarum  
           plebejæ Antoniorum.  
 Aquilia  
 Atilia { patriciæ Longorum  
           Bulborum  
           plebejæ { Calatinorum  
                   Regulorum  
                   Serranorum  
 Cassia { patriciæ Bicellinorum  
           plebejæ Longorum, Longinorum.  
 Claudia { patriciæ { Centhonum  
                   Neronum  
                   Pulcrorum  
                   Regillensium, qui &  
                   Craffini  
           plebejæ Marcellinorum.  
                   Blasionum  
                   Cinnarum  
                   Lentulorum.  
 Cornelia { patriciæ { Scipionum  
                   Sisennarum  
                   Sullarum, &c.  
           plebejæ paucorum.  
                   Camillorum  
                   Craffipedum  
                   Fuforum sive  
                   Medullinorum  
 Furia { patriciæ { Pacillorum  
                   Philonum  
                   Purpureonum.  
           plebejæ paucorum.  
                   Cafarum  
 Julia { patriciæ { Julorum  
                   Libonum  
                   Mentonum.  
           plebejæ paucorum  
           patriciæ L. Junius Brutus Cos. primus  
 Junia { Bruti  
           plebejæ { Babuli  
                   Penni  
                   Peræ  
                   Pulli  
                   Scævæ  
                   Silani.

Lucretia { patriciæ Tricipitini omnes, ex-  
           cepto uno Flavio  
           plebejæ Tritones in nummis.  
 Manlia { initio { Vulfones  
                   Capitolini  
           postea { Imperiosi  
                   Torquati.  
 Marcia plebejæ { Cenforinorum  
                   Figulorum  
                   Libonum  
                   Philipporum  
                   Regum  
                   Rutilorum.  
 Minucia { Augurinorum  
           Thermorum.  
 Papiria { patriciæ { Craffi  
                   Curfores  
                   Mafones  
           plebejæ { Mngillani  
           partim { Confularis Carbonum  
                   non Confularis { Prætorum  
                                   Turdorum.

Rutilia  
 Salvia  
 Sempronia { patriciæ Atratinorum  
           plebejæ Gracchorum  
           Pitionum, sed hæc in Nummis.  
 Sulpicia  
 Titinia  
 Valeria in { Acifculi  
 Nummis { Catulli  
           Flacci  
           Mefalæ.

INCERTÆ GENTES PATRICIÆNE,  
 an plebejæ,

Afrania  
 Cæcinia  
 Caffia  
 Caninia  
 Cariffia  
 Cippia  
 Clovia  
 Coponia  
 Cordia  
 Crepereja  
 Crepuffia  
 Cupiennia  
 Curtia  
 Didia  
 Dumia  
 Egnatuleja  
 Eppia  
 Fabejana  
 Farfuleja  
 Gallia  
 Gellia  
 Hirtia  
 Hofidia  
 Hofilia  
 Itia  
 Livineja  
           Luria  
           Mæcilia  
           Majania  
           Mettia  
           Minatia  
           Muffidia  
           Naffidia  
           Neria  
           Numonia  
           Padania  
           Porcilia  
           Renia  
           Ruffia  
           Sanquinia  
           Satriena  
           Saufeja  
           Sentia  
           Sepullia  
           Statilia  
           Tiruria  
           Trebantia  
           Vargunteja  
           Vettia  
           Vipfania  
           Volteja.

COGNOMINA ET AGNOMINA,  
 QUÆ IN  
 ROMANIS GENTIBUS

ac familiis reperiuntur, è fastis Capitolinis Alphabeti  
 ferie digesta.



**D**E Romanorum nominibus agit *Diomedes Grammaticus* lib. 1. *Carisus* lib. 2. *Valerius Max. seu Probus* lib. X. *Plutarchus* in *Vitis*, *Dion.* lib. 47. *Appianus* in *proem. Libycæ*, *Pausanias* in *Achaicis*; & in hac nostra memoria omnium copiosissime & doctissime argumentum id pertractarunt *Car. Sigonius*: eumque secutus *Onuph. Parvinius*: qui libri fastis eorum consularibus additi. Erant autem quinque generum, prænomena, nomina, cognomina, agnomina, & , quæ appellare sic posse videmur, adoptiva. Exemplum esto *P. Cornelius Scipio Africanus Æmilianus*. Hic *P.* prænomen est, *Cornelius* nomen, nempe gentilitium; *Scipio* cognomen, *Africanus* agnomen, *Æmilianus* adoptivum. Nam *Æmilia* gente editus, adoptione in *Scipionum* domum transferat. Nec tamen hæc usurpatio in omnibus familiis locum habuit: reperias enim alias cognominibus, alias agnominibus defici. Immo in plerisque seu cognomina, seu agnomina vim nominum obtinuerunt; cujusmodi videri possunt *Labieni CÆCINÆ*, &c. Idem de adoptivis recte quodammodo affirmaverimus; qualia sunt, *Ælianus*, *Æmilianus*, *Julianus*, &c. Quod ad nostrum institutum attinet, de prænominibus (quibus etiam feminas appellatas fuisse docent lib. 14. *Sex. Pompejus*, *Quintilian.* lib. 1. cap. 12. & nuper inscriptionum veterum auctoritate *Josephus Castalio Anconitanus* in variis) faciendum nullum hic verbum duximus: satisque constat, aliis temporibus alia recepta fuisse, tum gentes ipsas alia aliis familiariora habuisse.

Nomina seu familias, secundum initiales literas expositas, item cognomina, & similes appellationes, quæ pro nominibus irrepere, tradidere in familiis suis *Ant. Augustinus V. C.* & *Fulvius Ursinus Romanus*. Denique in suo *Onomastico* *Joan. Glandorpius*. Hic ea nunc cognomina & agnomina congestimus, quæ familiis, & in his illustrioribus personis adhæserunt. Nam ad singulas eam explicationem deducere infiniti laboris fuerit. Ac spectat subjectio hæc nostra eo tantum, ut cum nunc cognomina, nunc agnomina usu magis trita sint, quam ipsa nomina, lecter hac in parte se facilius expediat.

ABASCANIUS	Cornelii	<i>fisse. Grace est</i>	<i>pitolina, &amp; nummi ve-</i>
	Satrii	<i>πίπλιος Αλβιδιανόν,</i>	<i>teres.</i>
	Titinnii	<i>sed mox Gr. Codex</i>	
ACHAICUS	Mummiis	<i>Albinovanus pro-</i>	
ACHILLES	Statii	<i>fert.</i>	
	Cotii, <i>Val. Max. lib.</i>	ALEXANDER	Aureliis
ACHILLES ROM.	111. cap. 2.	ALIMENTII	Cornelii
	Siciniis		Cinciis, <i>Cic. 4. ad Attic.</i>
ACIDINI	Manliis, <i>Cic. epist. 12. lib.</i>	ALLENIUS	<i>Livius lib. 21. &amp; 29.</i>
	1v. & <i>ibi Paul. Manut.</i>	ALLOBROGICUS	Papiiis
ACILIANUS	Minutiis	ALPHIUS	Fabiis; Max.
ASCICULUS	Valeriis, <i>in nummis vet.</i>	ALPINUS	Flaviis
	<i>figura ascie videtur, ut</i>	AMBUSTI	Cornelii
	<i>forte Ascisculus sit dictus,</i>	AMERINUS	Fabiis
	<i>sed omnes constanter Acif-</i>	ANDRO	Rofciis
	<i>culus. In lapp. antiq.</i>		Sextiliis
	SUB ASC. FAG. C.	ANDRONICUS	Liviis
ACULEONES, Cic.	Furiis		Pompillis
Brut. & Liv. 38.	Septinniiis	ANNALES	Popiliis.
ACYNDINUS	Æmiliis		Julii, <i>vel potius Velliis:</i>
ÆLIANI	Casperiis		<i>teste Pighio in Fastis, ex</i>
	Claudiis		<i>Livio lib. 40. ubi causam</i>
	Flaviis		<i>explicat: Paul. Manut.</i>
ÆMILIANUS	Fulviis		<i>in epist. VIII. lib. VIII.</i>
ÆNOBAREI	Domitiis		<i>ad Famil.</i>
ÆSERVINIUS	Claudiis, <i>qui Marcelli.</i>	ANTIAS	Furiis
ÆSOPUS	Clodiis	ANTIPATER	Valeriis, <i>T. Livius libro</i>
	Domitiis		29.
AFER	Tediis	ANTONINI	Cæliis
	Terentiis		Æliis
	Cæciliis		Arriis
AFRICANI	Julii		Atteriis
	Pacciis		Aureliis
	Scipionibus		Uraniis
AGILIS	Pompejis	ANULINUS	Anniis
AGRICOLA	Julii	APHRODISIUS	Corneliiis
	Asiniis	APITIUS	Fulviis
	Atteriis, <i>al. Hateriis.</i>	APOLAUSTUS	Scriboniis
	<i>Vide A. Gell. lib. XVI.</i>		Gaviis
	<i>Est enim mendosus lo-</i>		Rufis
	<i>cus.</i>		Aureliis
AGRIPPA	Fontejis	APPOLLINARES	Cæfeniis
	Helviis		Claudiis
	Julii		Domitiis
	Vipsaniis, <i>Dion. &amp; Cor.</i>	APOLLODORUS	Solliis
	<i>Nepos in Attici vita.</i>		Sulpitiis
	Æliis	APRI	Vipsaniis
AGRIPPINUS	Paconiis		Arriis
	Ragoniis	APRONIANI	Flaviis
	Cæsarum familia		Cassii
	&		Noniis
	Vipsaniis		Turciis
ALABANDUS	Apaturiis		Acciis
ALBA	Æmiliis		Julii
ALBI	Posthumiis	AQUILÆ	Pontiis, <i>Dion. lib. 45.</i>
ALBINI, * Albi-	Brutis		<i>Pollio ad Cic. &amp; ad M.</i>
novanus, <i>ab Ap-</i>	Cejoniis		<i>Brutum.</i>
<i>piano nominatur,</i>	Clodiis	AQUILINUS, <i>Aqui-</i>	Vediis.
<i>&amp; a Mavianis</i>	Lucejis	<i>nus fort. male in</i>	Hermiis, <i>an. 247.</i>
<i>ad Sullam tran-</i>	Pustumiis. <i>Tabula Ca.</i>	<i>Cic. App. lib. 2. Civ.</i>	Velliis

reperiuntur in

reperiuntur in

ARABIANI	Claudiis		cap. 8. de Miraculis, & Sueton. Claudio c. 45.
ARABINUS	Flaviis		{ Afsis
ARBITER	Septimiis		{ Antoniis
ARCHIAS	Petroniis	AVITI	{ Galloniis
ARISTIDES	Liciniis		{ Juliis
ARISTUS est quidam lib. XIII. Ep. Examil.	Æliis		{ Juniis
ARSA, in Terentiis, Livio lib. III.		AURATA	{ Octaviis
ARVINÆ	Corneliis	AURUNCI	{ Vibiis
ARULENUS	Rusticis	AUSPEX	Sergiis
ASCLEPIODORUS	Cassii	AXILLA	Cominiis
ASELLA	Lucretiis		Juliis
ASELLI	{ Anniis		Serviis, Tab. Capit. & cum nomine Ahala, vide inf. Vaala.
	{ Claudiis, Livio lib. 23. & 28.		B.
ASELLIONES	Semproniis, In Appiano lib. I. Civil. corrupte fort. Ascilio pro Afellio. In templo Castoris sacra peragens occiditur.		{ Acciis, Cic. 2. ad Attic. nisi forte Acillius leg.
	{ Juliis		{ Acillius, Rom. Fasti an. 603.
ASIATICI	{ Scipionibus		{ Antoniis, Num. vet. 2. ANT. BALB.
ASIDIUS	{ Valeriis		{ Appiis, Cic. 6. Epist. Examil. sed leg. Ampius. vide Manut. in Epist. 12. lib. 6. ad Fam.
ASINÆ	Sabinis		Corneliis
ASPER	Scipionibus		{ Plin. lib. 7. & Vellejus Paterculus. Liv. lib. 44. Fontejus Balbus, & Julius Balb. Cos. an. 881.
	Æmiliis, Et in Treboniis Livius lib. III. ab V. C.	BACILI, per c. in Minuciis. L. Minucius Bacilus Prætor an. 708. Dion. lib. 43. Appian. & Oros. 6. cap. 18. vide infra Basilii.	{ Juliis
ASPRENATES	{ Calpurniis		{ Læliis, in Tab. Capitol. an. 747. V. C.
ATELLANUS	{ Noniis		{ Luciliis, & Lucilius Vicus. Cic. 1. de Natur. Deor. Lucilius Balb. furiscons. Pompon. De orig. Juris.
ATRATINI	Magiis		{ Naviis, Vet. num. c. NAF. BALB.
ATTA.	Semproniis		{ Noniis, Dion. libro 1. Hist.
	Quintiis		{ Octaviis
	{ Antoniis		{ Publiciis, T. Livius lib. 22. & 27.
	{ Charisiis		{ Thoriis, N. vet. & Cicero 2. de Finibus.
	{ Juliis		Juliis
ATTICI	{ Manliis, in vet. Fastorum libro.		{ Cæliis, Cic. lib. XIII. ad Attic. Epist. ad Hirtium dederam. 21. & Appian.
	{ Numeriis		Metellis, seu Cæciliis.
	{ Pomponiis		Fulviis
	{ Veratiis		Cassii
AVENTINUS	Ælianis	BALBILLI	
AVENTINENSES	Genutiis	BALBINI	
AVERRIONES	Sulpitiis	BALA, Alliorum cognomen in nummis antiquis.	
AUFIDIANUS	Pontiis	BALEARICUS	
	{ Genutiis	BAMBALIO	
AUGURINI	{ Minutiis	BARBA, Cic. ad Attic. XIII. Ep. ult. & Philip. XIII. vide & l. XIV. ad Attic.	
AUGUSTI	Cæsariibus		
AUGUSTULUS	Romulis		
AVIANUS	Æmiliis, Cicer. lib. XIII. Epist. 21. & 27. de M. Æmilio Aviano patrono ejusque liberto C. Æmilio Hammonio.		
	Rufis		
AVIENUS	Acliis, Val. Maxim. lib. 1.		
AVIOLÆ			

*inter Casarianos veteranos fuit Barba Cassius.*

BARBATI

BAREULÆ, *Q. E. mil. Barbula Cos. ann. 436. Dictat. 432. Pighio, melius quam Onufrio, an. 433. in Comment.*

BAREA

BASILII

BASILISCUS

BASSI

BASSIANUS

Capitolinis, *Tab. Cap. an. 282.*  
Cornelliis, *Fast. an. 447.*  
Horatiis, *T. Livius libro III.*  
Messalis, seu Valerii. *Fast. Cap. an. 741. & ibi Onuf. & Suet. in Claudio Cas.*  
Quinctiis, Zonaras, & *Fast. Cap. an. 314. sextum Cos. an. 741. ubi Onuf. & Suet. in Claudio.*

Æmilliis

Marciis, *an. post Rom. condit. 778.*

Gallonis  
Minutiis, *L. Bassilius Sulla Praefectus. Plut. in Sulla: Appian. 2. civil. Cic. Philipp. Sup. &*  
Bacilius

Pompejis

Aufidiis  
Aureliis  
Cæciliis, *Dion. lib. 47. Appian. lib. 3. Civil. sed in epist. D. Bruti ad Brutum & Cassium, Cælius Bassus est.*  
Cæsiis  
Celoniis  
Cecelliis  
Calpurniis  
Galbiis  
Juliis  
Juniis  
Liciniis  
Luciliis, *Cic. lib. XII. ad Attic.*  
Pomponiis  
Salejis  
Ventidiis, *an. 711. in Fastis, & ibi Onuphrius.*

Æliis

Aureliis  
Valeriis

BELISARIUS  
BELLIENUS

BELLUTUS

BESTIÆ

BIBACULI, *De Poëta Furio Bibaculo Fabius l. 10. Suet. de cl. Gramm. Tacit. l. IV. De L. Furio Bib. Qu. Liv. 22. & Val. Max. lib. 1. cap. 1.*

BIBULI

BITHYNICI

BLASSI

BLASIONES

BOJUS

BOLLANUS

BRADUÆ

BRISO

BRITANNICUS

Flaviis  
Anniis, *Bellienus, Prat. a piratis captus. Plutarch. in Pompejo.*

Siciniis, *Plut. in Poplicola. Acon. in Cornelianam. Suidas in Διμωαχοι.*

Pisonibus, seu Calpurniis. *Sallust. Entrop. & Casiod.*

Furiis

Sextiis  
Calpurniis, *Plut. Appia. Entropius ann. in Fast. 694.*  
Publiciis

Clodiis, *Clodius Bithynicus L. Antonii bello Perusino Prator a Casare occisus, Appian. lib. 3. Civil.*

Pompejis, *Pompejus Bithynicus Sicilia prator. Et Dion. lib. 48. Ad Bithynicum Cicer. epist. extat 6. lib. Ejus patrem summum virum vocat. Vide Manut. in epist. 16. libri 6. Famil.*  
Volufiis

Juniis  
Pediis  
Semproniis, *ann. 500. in Fastis, Entrop. & Orofius.*  
Vellejis

Cornelliis, *an. 488. Livius lib. 35. & Num. sett.*  
Helviis, *an. 558. Dio lib. 45.*

Fulviis  
Veſtiis, *M. Bollanum veterem amicum commendat Cic. P. Sulpitio Imp. lib. XIII. ad Famil.*

Metilliis  
Antiis  
Cæsariibus.

reperitur in

reperitur in

BROCCHUS	<p>Annæis Armeniis Furiis, in nummis Rom. in quibus &amp; Broccus absque spiritu.</p>	<p>CÆSARES, T. Livio lib. 27. Sex. Julius Caesar Prator est Quintio &amp; Marcello Coss.</p>	Juliis, Fasti, an. 595.
BRUCTIO BRUTI. M. Bubinus præerat navarchis Pompeji: Appian. lib. 2. Sed interpret vertit M. Bubius.	Liciniis	CÆSONINUS	<p>Calpurniis, Fast. anno 605. Suilliiis Atiliis, Fast. Cap. Trebelliis Coeliis, an. 659. in Fast. &amp; num. vet.</p>
BUBULCI	Juniis, seu Brutis, in Fastis Capitol. an. 436. U. C.	<p>CALATINI CALCA CALDI CALENI, Livius lib. 28. Album nominat, sed à patria, ut opinor.</p>	Fufiis, Dion. & alii.
BUCCA	Æmiliis, in nummis.	CALIDIUS	Juliis, Corn. Nepos in T. Attici vita.
BULBI	<p>Attiliis, an. 508. &amp; 517. &amp; 519. Norbanis</p>	<p>CALIGULA CALAICUS CALVASTER CALVINA</p>	<p>Juliis, Corn. Nepos in T. Attici vita. Cæsaribus Brutis Juliis Syllanis</p>
BURDONES	Juliis	CALVINI	<p>Domitiis, Livius, Suet. &amp; alii, Dion. lib. 40. Sextiis, Cic. in Bruto. Vide an. U. C. 629. Veturiis, T. Livius, &amp; ann. 419. in Capitol. Fastis. Corneliiis, an. 531.</p>
BURRHUS	<p>Afraniis Antistiis Beturiis Juniis</p>	CALVI	<p>Liciniis, in Fastis anno 353. Cæciliis, in Fastis Capit. an. 611. post Rom. cond. L. Cecilius Metellus Calvus Coss. est ut ex reliquiis marmorum adjecit St. Pighius, &amp; in Comm. Onufrius meminit; accedit &amp; nummorum auctoritas, &amp; Val. Max. lib. 4. cap. 5. de Festis; de duob. Metellis agere licet @. Fra-tribus.</p>
BURSA Bursa in Juliis, in num. antiq.	Munatiis Plancis. Cicer. Epist. ad Dolabellam, & ad Marium. Cic. lib. 7. epistol. 2.	CALVI	<p>Macris Rutilliis. P. Rutil. Calens Prætor. apud Livium lib. 8. an. 587.</p>
BUAS	Æmiliis	<p>CALUMNIA CAMERINI CAMILLI C. Camilli meminit Cic. lib. 5. &amp; lib. 9. ad Famil.</p>	Latiniis
BUTEONES, in nummis antiquis. hinc avis addita videtur.	Fabiis, Tab. Capit. anno 508.	CANDIDI CANIS	Sulpitiis
BUIIUS	Bebiiis	CANDIDI CANIS	Furiis
C.	C.	C.	Oviniis
CÆCINÆ	<p>Liciniis, Coss. cum Tiberio anno 794. Largi cognomento. Claudiiis</p>	CANDIDI CANIS	Vespronniis
CÆCUS Cæpias in Othaviis, Augusti inprimis, ante adoptionem cognomen. Dion. lib. 45.	<p>Fanniis, Dio lib. 45. vide Cic. 5. ad Attic. ubi est Canniis. Ruseiis Servilliis, in Fastis. Brutis, sed per adoptionem. Num. vet. Cic. in Philipp.</p>	CANDIDI CANIS	Avidienis
CÆPIONES	CANDIDI CANIS	CANDIDI CANIS	Avidienis

YYYYY

CANI-

CANINA  
 CANUS  
 CAPAX  
 CAPELLA  
 CAPER  
  
  
  
 CAPITONES  
  
  
  
  
  
 CAPITOLINI  
  
  
  
 CAPRARIUS  
  
 CARAPEDO  
 CARBONES  
 CARES  
 CARSOLENUS

reperuntur in

Claudiis, ann. 480. in Fastis, & Vell. Paterc. lib. 1.  
 Gelliis  
 Vibiis  
 Antistiiis  
 Felicibus  
 Flaviis  
 Asiniis  
 Atejis, Caelius ad Cicer. lib. VIII. Fam. & Cic. ad Plancum 13. 29. Festus in dict. Porcam. Dion. lib. 35. Pompon. de orig. Jur.  
 Cossutiis  
 Cordiis, in nummis anti-quis.  
 Fgnatiis  
 Fontejis, C. Fontejus Capito Cos. ann. 764. cum Germanico Caf. Sueton. in Caligula cap. 8. & nummis vett.  
 Herenniis  
 Oppiis  
 Sifinniis  
 Titinniis  
 Vellejis.  
  
 Julii  
 Manliis, Lucius ann. 361. V. C. Prius tamen in ea gente Capitolini nomen fuit.  
 Mæliis, Tabb. Capitol. & Pighii Index.  
 Petilliis. Nummi vett. & Horat. 1. Serm. Sat. 4. n. 94. & ibi Lev. Torrentius, & in Fastis.  
 Quinctiis. T. Livius.  
 Sextiis, in Fast. an. 301. Diodor. & Festus.  
 Scantiniis  
 Tarpejis, Fasti an. 299.  
 Metellis, seu Cæciliis. Plut. libro de Fortuna Rom ex contumelia Cicer. 2. de Oratore.  
 Popiliis  
 Aetiennis  
 Papiiriis, qui plebeji. Cic. ad Pætum lib. 9. epist. 21.  
 Oppiis  
 Statiliis, D. Carsulenus cum L. Fabato & C. Peduceo ad Mutinam cecidit, ut Pol. ad Cicer. scribit.

CARRINAS  
 Carrinas quoque Mariani exercitus dux Appian.  
  
 CARUS  
  
 CASCA  
  
 CASSIODORUS  
 CASTOR  
 CATI: quæ vox acutum Lingua Sabinæ significat. &c. Cic. ex. Ennio. Var. ro lib. 7. de L. Lat.  
 CATILINA  
  
 CATONES  
  
 CATULI  
 CATULINI  
 CATULLUS, ut poeta quem Cic. nescio quo crimine, defendat. lib. 2. ad Attic. Quo etiam nomine agit gratias. Divertissime Romuli nepotum, &c.  
 CAUDEX  
  
 CAUDINI  
  
 CELERES  
  
 CELSI

reperuntur in

Secundis, vel Albiis testæ Tacito an. 710. à loco cognomen teste Varrone lib. 7. in fine.  
 Rutiliis, Val. Maxim. 4. cap. 1 quia primus bis Censor fuit.  
 Æbutiis, T. Æbutius Cærus III. Vir. col. ded. Mutinam & Parmam. Livius 39. ut poeta, qui extat de rerum natura.  
 Aureliis  
 Lucretiis  
 Metiis  
 Serviliis, Varro. numm vett. Dio legend. lib. XLIV. in extremo.  
 Aureliis  
 Antoniis  
 Æliis, Fasti Capitol.  
  
 Sergiis  
 Firmiis  
 Hostiliis. In Livio lib. 27. & 31.  
 Porciis, Valer. Maxim. lib. 2. Agell. lib. XIII. cap. 18.  
 Vettiis  
 Lutatiis, Tabb. Capitol. ann. 511.  
 Aconiiis  
 Valeriis  
  
 Claudiis, Fasti, Seneca & alii.  
 Lentulis, seu Corneliis, in Fastis an. 516. & 517.  
 Asiniis  
 Metellis, seu Cariliis. ann. 691. Paul. Manut. ad 1. epist. v. fam.  
 Metiis  
 Noviis  
 Valeriis  
 Æliis  
 Albinovanis  
 Aruntiis  
 Catiis  
 Cornelliis



CELSI	Furiis Juventiis Mariis Papiis, <i>in num. antiq.</i>	CINNAE	Claudiis Corneliis, <i>in Tab. Capit.</i> <i>an. 626.</i> Helviis, <i>Dion. lib. 44.</i>
CENSORINI	Marciis, <i>anno 443. ab</i> <i>V. C.</i>	CIPPUS CIVICA CIVILIS	Genutiis Pompejanis Juliis Eruciis
CENTHONES	Porciis Claudiis, <i>ann. 513. in Fast.</i> <i>Cap.</i>	CLARUS	Septitiis Caciliis Aureliis
CENTUMALI	Fulviis, <i>in Fastis an. 455.</i> Claudiis, <i>Cicero de Offi-</i> <i>ciis.</i>	CLASSICUS	Quinctiis, <i>Livius libro</i> <i>vii. è lib. antiquis Fa-</i> <i>storum.</i>
CERCONES	Lutatiis, <i>an. 512. &amp; Num-</i> <i>mi vett.</i>	CLAUDIUS	Claudiis Arriis Atriiis Claudiis Flaviis Terentiis
CEBEALES	Aniciis Juliis Juniiis Petiliis Turulliiis Veliis	CLAUDIANUS	Genutiis, <i>an. 477. &amp; Paul.</i> <i>Orof.</i> Verriis Horatiis Virginiis
CERRETANUS	Auliis, <i>Fasti. an. 438.</i>	CLEMENTES	
CERTUS, <i>Cestianus</i> <i>in Platorii Num.</i> <i>vett. per adoptio-</i> <i>nem opinor.</i>	Publiciis	CLEPSINAE	
CETHEGI	Corneliis Cassiiis	CLOATIUS COCLES	
CHAREA	Fanniis Curtiis, <i>an. 308. V. C.</i> <i>sed ibi Philo habet Pi-</i> <i>ghius.</i>	COELIMONTANI, <i>In</i> <i>Diodoro Siculotant-</i> <i>um legitur Mont-</i> <i>tanus, ann. 285.</i> <i>&amp; 260.</i>	
CHILO, <i>qui impro-</i> <i>bius latratus est.</i> <i>Carisius.</i>	Fabiis Magiis, <i>Sulpitius ad Cic.</i> <i>lib. 4. epist. Fam. Val.</i> <i>Max. lib. 9. cap. 11. E-</i> <i>pit. Livii 115.</i>	COLO COLATINUS COLUMELLA	Juniiis Tarquiniis, <i>Livius lib. 1.</i> Juniiis Pontiis, <i>Livius libro 5.</i> <i>Plutarch. de fort. Rom.</i> <i>Frontin. in Strateg.</i> Postumiis Æliis
CHLORUS	Vettiis	COMINUS	Gejoniis Æliis Hortensiis
CHRYSOGONUS	Pompejiis Corneliis Claudiis, <i>Livius libro 3-</i>	COMMODI	
CICERONES	Tulliis Veturiis, <i>Fast. Capit.</i>	CONSTANTIUS CORBIO, <i>Val. Max.</i> <i>lib. 111. cap. 5.</i>	Domitiis Cæsiis Cremutiis Juliis Juniiis Valeriis Æliis Martiis
CICURINI, <i>Varro 6.</i> <i>de L. Lat. Veturii</i> <i>nobilis ab ingenti</i> <i>mansuetudine di-</i> <i>cti Cicurini.</i>	Flaminiis, <i>Num. vett.</i>	COBBULO	Æbutiis, <i>Livius Cos. an.</i> <i>V. C. cccx1.</i> Oppiis, <i>Cicer. lib. IV. ad</i> <i>Attic.</i>
CILO, <i>Cilones, qui-</i> <i>bus capita oblon-</i> <i>ga, &amp; compressa</i> <i>sunt. Caris. Sosp-</i> <i>pater.</i>	Anniis Gabiniiis Tulliis, <i>Cicer. lib. 6. E-</i> <i>pist. Famil. Dion. libro</i> <i>47.</i>	CORDUS	Anniis Annejiis Aureliis Cæciliis Maniliis
CIMBER	Quinctiis, <i>anno 293.</i> <i>Cos. suffectus in Tab.</i> <i>Cap.</i>	CORDUENUS CORIOLANUS	
CINCINNATI	Suilliis	CORNICEN	
		CORNICULA CORNUTI, <i>Pretoris</i> <i>Urbani meminit</i> <i>Cicero ad Plancum</i> <i>epist. 188. Cornutus</i>	

reperiuntur in

reperiuntur in

à *Marianis* *questus*, à *seruo* *seruatus* est. *Plutarch. in Mario, & Appian. lib. 1. Civil. bell. Cornutus* *prator Casarem* *Officium* *timens* se occidit. *Idem App. lib. 3. C. Cornutus* *Tr. pl. tempore* *quastionis* de *P. Clodio incestus* *habita*. *Eum Cic. 1. ad Atticum Pseudocatonem* *uocat*. *Is triennio* *post* *prator* *fuit*. *Cicero* *post* *reditum* *in* *Senatu*.  
**CORONÆ**  
**CORVINI**  
**CORUNCANI**  
**CORVUS**, à *corvo* *propugnatore*: *M. Valerii*, *ejus* *successores* *Coruini* *dicti*. *vide Onufr. ad annos* *U. C. 405. 406. 411. & 456.*  
**COSSI**  
**COSTA**  
**COTTA**, *in antiquis* *libris* *semper* *COTA* *unico* *T. prima* *tamen* *producta*.  
**COTYLA**  
**CRASSI**, & *Crassini*. *Crassus* *sepe* *male* *pro* *Crassino*, *ut* *Livii* *lib. 6. Ap. Claudius* *Crassus* *x. vir*. *Et* *corruptum* *arbitror*, *C. Crastinum* *ducem* *Marcelli* *apud* *Plut. in* *Pompejo* *pro* *Crastino* *vel* *Clasidio*.  
**CRASSIPEDES**, *T. Livius* *lib. 34. & num. veti. figura*, *ut* *in* *ipsis* *nummis* *expressum*.  
**CREMONA**  
**CRETICUS**

reperiuntur in

**Sulpicii**  
**Tertullii**  
  
*Siciliis*, *Dion. lib. 45.*  
**Statiliis**  
**Valeriis**, *vide* *Coruus*.  
**Juniis**  
**Aquiliis**  
  
**Valeriis**  
**Cornelliis**  
**Pedaniis**, *Corn. Tacit. libro 17. & in antiquis* *Bruti* *nummis*.  
**Aureliis**  
**Aurunculejis**  
**Cornelliis**  
**Fufiis**  
**Variis**  
**Calpurniis**  
  
**Claudiis**, *an. 302. 303. & 391.*  
**Fontejis**  
**Liciniis**  
  
**Otaciliis**.  
**Papiriis**.  
**Furiis**  
  
**Magiis**  
**Antoniis**, *Plut. in* *Antonio* *Caciliorum*. *Dion. lib. 36.*  
**Metellis**.

**GRINITUS**  
  
**CRISPI**  
  
**CRISPINI**  
  
**CROTO**  
**CRUSCELLUS**, *Idem* *CRUS. vide* *& Sura*.  
**CULEO**, *Q. Terentius* *Culleo* *pileatus* *secutus* *est* *Scipionem* *triumpho* *Africano*. *Item* *& filius* *ejus* *eodem* *habitu* *est* *prosecutus*. *Liv. l. 30. & l. 38. M. Lepidus*, *Pontif* *Max. ad* *Cic. lib. x. agens* *de* *Anton. ad* *Mutinam* *bellum* *gerente*: *Silanus*, *inquit*, *&* *Culleo* *ab* *eo* *discesserunt*, *&c. Ubi* *indicat* *eosdem* *primum* *à* *se* *discessisse* *ad* *Antonium*. *Pompeji* *amicus* *Culeo* *erast*, *ait* *Cic. l. 8. ad* *Attic. & l. 3. ad* *Fam. cui* *suaferat*, *Fuliam* *dimitteret*, *&* *ab* *amicitia* *Caesaris* *ad* *Senatum* *rediret* *Pompejus*, *sed* *non* *paruit*. *Plutar. in* *Pompejo*. *Culleolo*, *Procos. commend. Cic. L. Lucium* *lib. 13. epist. ad* *Famil.*  
  
**CUMANUS**  
**CUNCTATOR**  
**CURIONES**, *Curio* *à* *Caesare* *missus* *in* *Siciliam* *pro* *pratore* *cum* *tribus* *legionibus*. *Cas. lib. 3. belli* *civilis*, *ut* *Cic. lib. 10. ad* *Attic.*

reperiuntur in

**Ulpis**  
**Bæbiis**  
**Juliis**  
**Marciis**, *Cic. lib. 12. ep. 11. Famil.*  
**Minuciis**, *Appian. 3. Civil.*  
**Næviis**  
**Passienis**  
**Sallustiis**, *Dion. & alii.*  
**Triboniis** *in* *Livio*.  
**Vibiis**  
**Plotiis**  
**Quinctiis**, *in* *Tabulis* *Capitol. an. 393.*  
**Vettiis**  
**Metiliis**, *Liv. lib. 23.*  
**Lentulis**, *in* *Corneliis*, *ann. U. C. 704.*  
  
**Terentiis**  
  
**Blossis**  
**Ventidiis**  
**Fabiis** *Max.*  
**Scriboniis**, *an. U. C. 677.*

CURIUS CURSORES	Vibii Papirii, <i>Livius lib. 9. ubi causam edit.</i> Fulvii, <i>an. 437. U. C. in Fastis, &amp; Liv. lib. 10.</i> Gallis Genuciliis, <i>Cic. lib. 13. Epist. 53. ad Fam. T. Liv. lib. 40. M. Titinius Curvus prat.</i>	suam enim pro dorso veteres dicebant. Hinc Dorfuaria apud M. Catonem. <i>Glossarium Nærophiæ.</i> DRUSI	reperiuntur in	Liviis, <i>ann. 606. U. C. &amp; in Caesarum familia seu gente Julia.</i> Cæsarum familia Fabiis Max. unde <i>Onuf. ad ann. 64. &amp; 638.</i> Deciis Æbutiis, <i>Tabb. Capit. ann. 290. 245. &amp; 257.</i>
CURVUS				
CYRUS	Vettiis	DROSILLÆ EBURNUS		
DADUCHUS DALMATICUS DAMA	D. Alpiis Cæciliis Septimiis Liciniis	ECULEO ELVA, <i>al. HELVA, Elvius in Cic. sed alii Clavius legunt, ubi &amp; Vestitorum, ut architectum nominat. Diarchum. ut Geographum.</i> EVA, <i>nisi corruptum est ex Elva, in Sexiliis, non occurrit.</i>		
DAMASIPPUS	Juniis, <i>seu Brutis. Appianus de bello civil.</i>	EQUICULUS		
DANIO	Tettiis, <i>alii Titiis. Cic. ad Attic. sed locus mendosus.</i>	ESERNINUS ESQUILINUS EUANDER EUTRAPELUS.		Modiis Asiniis & Claudiis Corneliis, <i>an. U. C. 275.</i> Avianis Volumniis
DECADARCHUS DECULA	Ebutiis Tulliis Curiis, <i>anno 463. in Fastis.</i> Siciniis, <i>Valer. Maxim. l. 3. c. 2.</i>			
DENTATUS	Cæciliis, <i>T. Livius libro 39.</i> Liviis, <i>an. U. C. 451.</i>			
DENTER	Asiniis, <i>Cic. lib. 5. ad Attic.</i>			
DENTO DENTRIX	Cæciliis, <i>Livius lib. 39. &amp; 42. ubi alii Denter reponunt.</i>			
DEXTER DIADEMATVS DIOCLETIANVS	reperiuntur in Æmiliis Metellis Aureliis Cassii	FABATI		Calpurniis Clodii Rosciis, <i>num. vet. &amp; Ciceroni Pollio Asinius scribit cecidisse L. Fabium cum Pansa ad Mutinam.</i>
DIONES	Coccejaniis Cassii	FABIANT FADILLA FAOUS		Rubiis Anniis Papirii Juniis Cuspiis Pompejis Valeriis Antiiis Metiis Rhemiiis Cluviis Claudiis Aniciis Syllis Juniis Anniis
DIONYSIUS	Pomponiis Bœbiis, <i>Livius lib. 37.</i> Canulejis, <i>Livius lib. 42.</i> Crassii, <i>seu Liciniis, in Fastis Cap. ann. 548. U. cond. &amp; T. Liv. 27. l.</i>	FALCONES FALCONIE		
DIVITES	Corneliis Flaviis	FAMIUS FACULA FAVENTINUS FAUSTI. FAUSTINUS FECIALIS.		
DOLABELLÆ DOMICILLÆ	Æliis Claudiis Juniis			
DONATI	Fabiis, <i>ut in Fabio Doffeno poeta.</i> Flaviis Rubriis, <i>in nummis antiquis.</i> Fabiis, <i>Livius libro 5. Vell. Patere. lib. 1.</i>	FELICES		Antoniiis Claudiis Corneliis, <i>qui Sulla. vide Livium extremo libro 30.</i> Minutiis
DORSENNUS, <i>aliis</i> DOSSENNUS				
DORSUONES, <i>Sic antiquis, potius quam</i> DORSONES, Dor-				

FELICISSIMUS	Arminiis		30.
FEROX	{ Julii Pompejis Visejis		Valeris Volumniis Verris
FESCENNUS	Sisinniis Minuciis, <i>sed puto leg. in Livii lib. x. T. Numicius Fess. Augur. vel Festus fort.</i>	FLACCINATOR	Fostis, in Fastis Capitoli- nis.
FESSUS	{ Aeliis Cassis Egnatiis Julii Pompejis Porciis Valeris	FACCILIA FLAMININI, Fla- minius Flamma cognominatur à Cic. Epist. 18. lib. 14. ad Att. & in fine lib. 12. Et Ep. 24. l. 16. ad Fam.	Antoniis Quinctiis, in Fastis, & alibi.
FESTINUS	{ Volsciis, Livio lib. 111. M. Volscius Fictor tr. pl. Sergis, an. 316. V. C. Li- vius lib. 14. causam red- dit.	FLAMMA, Curio Flamma, Sicilia Pr. contra Varum Pompeji legatum in Africa duxit exercitum, & ibi casus est classis Præfectus. Appia- nus lib. 2. Civ.	{ Antoniis
FESTUS	{ Serviliis, an. 318.	FLAMMA VIOLENS.	Calpurniis, Livius lib. 22. & Epitome ejus 17. l.
FICTOR	Calviis Cornelliis Trebelliis Clusiniis		Volumniis, an. 447.
FIDENATES	{ Marciis, an. 591. & Cic. 1. ad Attic. Nigidiis, Dio lib. 45. Cic. lib. 4. ad Fam.		{ Alfiis Cæsetiis, Sueton. in Ju- lio c. 79. Dion. lib. 44. & Flaccus, ut mox apud Livium 7. Decimiis.
FIDENTINUS	{ Flaviis Liciniis		Decimiis, Livius libro 27. ubi male edi opinor Flac- cus pro Flavus: ut lib. 39.
FIDUS	Julii Æliis	FLAVUS	Largiis, vel Lartii. Vi- de Rufum. Lucretis Sulpitiis, Sueton. Claudio c. 41.
FIGULI	{ Avianis Aviliis Calpurniis Cestis, Dion. lib. 44. ubi Livius lib. 39. Decimiis. Cic. lib. 14. Fam.		Septimiis Annæis Aquilis, in Fastis 494. triumphat. Dio lib. 51. & Num. vet.
FIMBRÆ	Enniis	FLORENS	{ Gestis Julii Valeris
FIRMICI	Flaviis		Ateriis, Diad. Sicul. Honoris
FIRMUS	Fulviis, an. 484. Varro lib. v. de L. Lat. Furiis, Val. Max. 2. c. 2. (ubi vide an. Fulviis leg- sit.) Cic. ad Q. frat. 2. epist. 1.	FLORUS	{ Otaciliis Pompejis, in Nummis an- tiquis.
FLACCI	Horatiis Herdeoniis Lenis Munaciis, Dio lib. 43. Norbanis Toraniis, Macrobius 2. sat. 4. Pomponiis, Suet. Tiber. c. 42. an. 295. Rutiliis Tarquiniis Tremelliis, Liv. lib. 29.	FONTINALIS FORTUNATI FOSTULUS Frango] Inter vete- ranos Casarianos recensetur à Cic. lib. 14. ad Att. ep. Hanc vero: sed	

reperiuntur in

reperiuntur in

puto legendum  
Phango, vide lite-  
ram P.  
FRATERNUS  
FREGELLANUS  
  
FRONTINI  
  
FRONTONES  
  
FRUGI  
  
FULLO  
  
FUNDANUS  
FUNDULUS  
FURFANUS  
  
FUSCI  
  
FUSCIANUS  
Fusus, in Livio lib.  
39. legitur Fuscus,  
vel Lufcus, men-  
dose.

Attiliis  
Papiriis  
Trebelliis, Livius lib. 43.

{ Æmiliis  
Claudiis  
Juliis  
Æterninis  
Aufidiis  
Cajis  
Corneliis  
Juliis  
Pifonibus, seu Calpurniis,  
Anno 626.  
Crassus  
Apustulis, anno 527. En-  
nius lib. 31. L. Apustus  
Fullo ad. pl.  
Minutiis  
Fundaniis, an. 510. in Fast.  
Postumiis, Cic. 6. epist. ad  
Cecinnam, & seq. Ma-  
nut. in epist. 8. lib. 6. fam.  
{ Arelliis  
Aristiis  
Aureliis  
Corneliis  
Gelliis  
Salviis

Sejis  
Furiis, Tabula Capitolina.

GALLI

GALLICANUS

GALLICI

GALLIENUS

GALLIONES, Cic. ad  
Atticum: & Ga-  
leo, lib. xi. epist.  
Cephalo, ad Att.  
GEMELLUS

GEMINI

reperiuntur in

reperiuntur in

Confidiis, Cicero libro xii.  
epist. ad Cornific. nisi  
mendum est.  
Corneliis, ut in poeta  
Sueton. August. cap.  
66. Dion. lib. 51. Vi-  
ctor.  
Fabiis, Cicer. lib. 7. epist.  
famil.  
Flaviis, Appian. in Par-  
thico.  
Lucretiis, Livius libro  
42.  
Memmiis, Nummi veti.  
Noniis, Dioni lib. 51.  
Ogulniis, an. 484. &  
496.  
Opiis  
Plotiis  
Rosciis  
Rubriis  
Sestiis, Cicer. in Milo.  
niana.  
Sulpiciis, anno 510. &  
587. saepe tamen in Fa-  
stis Galus incisum est.  
Terriniis, Suet. in Au-  
gust. cap. 53.  
Volumniis, an. 292.  
Vibiis

{ Gradullis  
Messis  
Milviis  
Oviniis  
Volcatiis

Rutiliis

{ Corneliis  
Papiniis, ann. 788.

{ Annæis  
Junis  
Novaniis  
Memmiis, Cic. lib. xiii.  
famil.  
Aburiis, in Num. anti-  
quis.  
Attidiis  
Fufiis, an. V. C. 781. Dio  
lib. 49.  
Rubelliis, eodem anno  
781. Duo enim Ge-  
mini simul Coss. tunc  
fuere.  
Turpiliis, in vet. inscript.  
Variis  
Veturiis, Livius lib. 3.

GEMINI

G.

Liciniis  
Sulpitiis, in Fastis Capit.  
an. 500.  
Albutiis  
{ Claudiis  
Mæviis  
Æliis, Varroni lib. iiii.  
de ling. lat.  
Aniciis, anno 593.  
V. C.  
Antoniis  
Aquilliis, Dioni libro  
39.  
Asiniis, anno 745. ab  
V. C.  
Aufoniis  
Caniniis, an. 717. Cic.  
epist. 1. lib. 7. Fam. Va-  
ler. lib. 4. c. 2.  
Cestiiis, ann. 787.

GEMINIUS  
 GENIALIS  
 GENTIANI  
 GERMANICUS  
  
 GETÆ  
  
 GETULICUS  
  
 GIBBA  
 GILLO  
 GLABER  
  
 GLABRIONES  
*M. Annium Gla-  
 brionem Consula-  
 rem Cicer. lib. 12.  
 ad Attic. vocat,  
 sed mendose, ar-  
 bitror.*  
 GLAUCIÆ  
 GLICIA  
  
 GLOBULUS  
 GNIPHO  
  
 GORDIANUS  
  
 GORGUS  
 GRACCHANUS  
  
 GRACCHI  
  
 GRACULA  
 GRAC  
  
 GRÆCINUS: Unus  
 hoc nomine dux  
 Sertorii, qui in  
 ipsum conspiratus.  
*Plut. in Sertorio.*  
 GRANIVS  
 GRATIDII  
 GRATVS  
 GROSPIVS  
 GRYPHVS, Gulo in  
 Quinctiis, Eutrop.

reperiuntur in

Liviis  
 Metiis  
 Flaviis  
 Terentiis  
 Cæsarum familia  
 { Didii  
 Liciniis, *Cassiod. Vid.  
 Censores ann. 645. &  
 Omsfr.*  
 Sôfidiis, in antiq. num-  
 mis.  
 Cornelliis, qui *Lentuli. Dio  
 lib. 55.*  
 Terentiis  
 Fulviis, *Livius lib. 30.*  
 Vatinii, *Appian. 1. bell.  
 Civil. vide Sigonium in  
 Epitom. 95.*  
 Aciliis, *Fasti, & Iitii.*  
  
 Serviliis, *Valer. lib. 3. c. 2.*  
 Claudiis, *an. 504. in Epito.  
 Livii, Glaucia, male.*  
 Serviliis  
 Antoniiis  
 { Aureliis  
 Carnificiis  
 Metiis  
 Veliis  
 Claudiis  
 Juniis  
 { Cæliis, *Liv. lib. 3. Clæ-  
 lius Gracchus, Æquo-  
 rum Princeps.*  
 Noniis  
 Semproniis  
 Juniis, *Varroni s. de ling.  
 Lat. sed puto Junium  
 Gracchanum esse leg.*  
 Toranniis  
 Antistiis, in num. vet. nisi  
 diversa sunt nomina.  
  
 { Juliiis  
 Octaviis  
 Pompejiis  
 Petroniis  
 Mariis  
 Valeriis  
 Pompejiis  
 Plotiis

*sed mendose, nam  
 an. 484. @. Ogul-  
 nius Gallus est.*  
 GURGES  
 GUTTA  
  
 HABITI  
  
 HADRIANI  
  
 HALÆ  
 HALIENI  
 HANNIBALIANUS  
 HASTA  
 HELVÆ, al. ELVÆ  
 HEMINA, HEMIS  
*in num. forte vir.  
 imminuta est. Fla-  
 viis attribuerent.*  
 HEPTACHORDUS  
 HERENNII  
 HERMOGENES  
  
 HERODES  
 HERODIANUS  
 HERGENIUS  
  
 HERONYMIANUS  
 HILARIUS  
 HIRPINUS, *Hippe-  
 nus in Valgiis, Cic.  
 lib. 13. Fam. ex ad-  
 optione, ut puto.*  
 HIRRUS

reperiuntur in

{ Fabiis, *Max. in Fastis.*  
 Galloniis  
 Volcatiis  
 Carpinejis  
  
 II.  
  
 Cluentiis, *ut in Ciceronis  
 pro eo Oratione, ubi &  
 Avitus legitur, ait Ful-  
 vius.*  
 Vibiiis, *an. U. C. 760.*  
 Eliis  
 Cassiis  
 Fabiis  
 Serviliis  
 Allieniis  
 Afraniis  
 Juniiis  
 Ebutiis  
 Cassiis  
  
 Valeriis  
 Bæbiis  
 { Octaviis  
 Clodiis  
 Tigelliis  
  
 Aureliis  
 Clodiis  
 { Octaviis  
 Pontiiis  
 Claudiis  
 Crispiniis  
 { Fulviis  
  
 { Quinctiis  
  
 Luciliis, *ad Luciorum Calius  
 lib. 8. Epist. Cic. sed forte  
 mendosum est, pro Luciiis.  
 C. Hirrus sub Pompejo 5.  
 cohortes ducebat. lib. 5.  
 ad Atticum. Casar de ea-  
 dem re: In iis, inquit,  
 Camerinum fugientem in  
 valle fortica cum sex co-  
 hortibus excepit: ita e-  
 nim scriptus liber ibi ha-  
 bet: vulgati libri longe  
 aliter, utpote Ulcillam  
 Hirrum, nisi forte leg. sit  
 Luccium Hirrum.*  
 HIRRAL.

HISPALLI, <i>Appiano</i> <i>ἰπανός. repone</i> <i>ισπαλλός. Alibi</i> <i>unico L. ut in Va-</i> <i>lerii Max. m. f.</i> <i>Hispalus lib. 1.</i> <i>cap. 3. Vide num-</i> <i>mum L. Fabii.</i>	Cornelliis Scipionibus, <i>an.</i> 577. U. C.				
HISPO	reperuntur in	Romanis			
HONULLUS		Terentiis, <i>Cic. lib. 4.</i> <i>epist. 7. Famil. &amp; lib.</i> <i>13. Famil.</i>	LABEONES		Acciis
HONORATUS		Valerius			Antistiiis, <i>Dion. lib. 54.</i>
HOPLOMACHUS		Antoniis			Afconiiis
HORESIES		Arriis			Ateriis
HORESTINUS		Mariis			Atiniis, <i>Liv. lib. 33. &amp;</i> <i>36. in fine: nisi mendum</i> <i>est librariorum pro An-</i> <i>tistiiis.</i>
HORTALUS		Liciniis	LACO		Casceliis
HORTATOR		Aufidiis	LACTANTIUS		Claudiis
HYBRIDA		Mutiis	LACTUCINI		Domitiis
		Hortensiis	LÆCA, <i>vide LECCÆ</i>		Fabiis, <i>ann. 570.</i>
	Claudiis, <i>Livius lib. 8. c. 15.</i>	LÆNATES		Pacuviiis	
	Antoniis, <i>ut ann. 690. C.</i> <i>Antonius, collega Cicero-</i> <i>nis. Plin. 8. c. 53.</i>	LÆNUS fort. LÆNAS		Pomponiis	
	Juliiis			Seguliis, <i>D Brutus Cic.</i> <i>lib. 11. epist.</i>	
	Plautiis, <i>Fasti, &amp; nummi.</i>	LÆTI		Cornelliis	
				Cæliis	
				Valerius, <i>Plin. Diod. Sicul.</i> <i>Lactucam vocat ad an. 298.</i>	
				Porciis, <i>num. vett.</i>	
				Octaviis	
				Pontianis	
				Popilliis	
				Vipsaniis	
				Cispiis, <i>Ciceroni ad Plan-</i> <i>cum epist.</i>	
				Æliis	
				Clodiiis	
				Æliis, <i>an. 755. Caf. Dio-</i> <i>ni, &amp; Val. Max. lib.</i> <i>1. cap. 8. de miraculis.</i> <i>Horat. Oda 17. lib. 3.</i> <i>Carm. &amp; ibi Lav. Tor-</i> <i>rent.</i>	
				Anniis, <i>num. aneus vetus</i> <i>hoc titulo.</i>	
				SILIUS ANNIUS LAMIA III. VIR. AAA. FF.	
				Helviis	
				Octaviis	
				Calpurniis, <i>Plutar. in Ser-</i> <i>torio.</i>	
				Meneniis, <i>an. U. C. 250.</i>	
				Rubrenis	
				Æmilliis	
				Æliis, <i>Dion. lib. 53.</i>	
				Cæcinis, <i>an. 769.</i>	
				Scriboniis, <i>Manut. in</i> <i>epist. 8. lib. 6. ad Fam.</i>	
				Valerius, <i>Dio lib. 53. sed</i> <i>puto mendum pro Æ-</i> <i>CIS.</i>	
				Accolejis, <i>vett. num. vide</i> <i>Dial. 4. Antiquit. Ant.</i> <i>August. pag. 56. Lat. edit.</i>	
				Clau-	
JANUARIUS	reperuntur in	Aureliis			
IMBEX		Flaviis	LAMPADIO		
IMPERIOSI		Pomponiis	LANARII		
INSANUS		Liciniis	LANATI		
ISAURICUS		Manliis, <i>Vide Licium libro</i> <i>7.</i>	LAPPA		
ISTRA		Domitiis	LARGIANUS		
ITALICUS		Serviliis, <i>Dion. Terentiis</i> <i>&amp; Terentius Istva pr. an.</i> <i>571. Livius lib. 39. in fine:</i> <i>ubi Ister quidam libri.</i>	LARGUS		
JUCUNDI		Siliis, <i>ut Poëta Silius Ita-</i> <i>licus.</i>	LARISCOLUS		
JUDÆUS		Æmilliis			
JUDEX		Favoniis			
	Bacchiis, <i>in num. antiq.</i>				
	Vectiis: <i>Sueton. in Caf. ubi</i> <i>male editur Index: item</i> <i>in epist. penul. lib. 2. ad</i> <i>Attic. leg. utrobique Ju-</i> <i>dex.</i>				
JUGER	Aquiniis				
JULIANI	Antoniis				
	Claudiis				
	Didiis				
	Salviis				
JULUS	Juliiis. <i>Vide Juliam gentem</i> <i>in Fam. Ant. August.</i>				
JUSTI	Claudiis				
JUVENALIS	Juniis				

LATERANI	Claudiis Plautiis Sextiis, <i>Tabb. Capitolina.</i>	lib. 5. ad <i>Attic. Saturnalibus. Sp. Ligustinus Centurio ex Sabinis oriundus orationem apud popul. habuit. Livius lib. 42.</i>	
LATERANSES	Juventiis, <i>Cic. pro Cn. Planco. Vell. Paterc. lib. 2.</i>		
LATRO LAUREA LECCÆ	Otaciliis Porciis Tulliis Porciis, <i>Livius libro 32. &amp; 33.</i>	LIMITANUS	Maniliis, <i>etiam in nummis.</i>
LENÆUS LENTICULA	Pompejis Liciniis, <i>Cic. Philipp. 2. Licinius Lenticula M. Antonii collusor, de alea condemnatus.</i>		Atiliis, <i>Fasti Cap. Cassiis, nummi vet.</i> Cædiciis Confidiiis Luciliis Manliis, <i>ann. U. C. 497.</i>
LENTO	Cæfenniis: <i>Cæfennius Lento, de quo Dio libro 43.</i>	LONGI	Muscidiis, <i>in nummis.</i> Semproniis, <i>ann. 559.</i> Sulpiciis, <i>ann. 439. Cos. 111.</i> Tulliis, <i>qui patricii, ann. 253.</i>
LENTULI	Corneliis, <i>ann. 450. L. Lentulus ex clade Caudina Caudinus cognomen. Vide Sigon. in 9. Livii.</i>		
LEONES	Valeriis	LONGINI	Calpurniis Cassiiis, <i>ann. 582.</i> Domitiis
LEPIDI	Æmiliis, <i>ann. U. C. 521.</i>		
LEPTA	Claudiis, <i>T. Livius libro 37.</i>		
LÆVINI	Tulliis	LUCANI	Annæis Claudiis Terentiis, <i>C. Plin. lib. 35. cap. 7. In nummis antiquis, sed in quibus tantum Luc. pro quo LUCULLUS legi malim.</i>
LIEFRALIS	Valeriis, <i>ann. 473. Orosius, Eutrop. Cassiodor. Male in Plutarch. Albinus pro Lævinus legitur.</i>		
	Salviis		
	Juliis, <i>ann. 486. Eutrop. Oros.</i>		
	Liviis, <i>an. 738.</i>		
	Marciis, <i>Num. vett.</i>	LUCULI	Fabiis Liciniis, <i>ann. 602. Livius lib. 30. L. Licinius Lucullus ad. cur. C. Lucullus primus II. Vir Epulonum. Livius 33.</i> Terentiis, <i>forte per adoptionem.</i>
LIDONES <i>Libo, Pompejanarum partium apud Appianum. lib. 3. civil.</i>	Pæteliiis, <i>ann. 407. vulgo Petillii scribunt, alii unico l. quia Nonius Petilis, &amp; in Tab. Capitolina. Horat. metri causa geminat II. Petilli, lib. I. Satyrarum.</i>		
		LUPERCI	Juliis Muciiis
	Fabiis, <i>ann. 507. &amp; 480.</i>		
LICINI	Porciis, <i>an. 569.</i>		
LICINIANI <i>Ligus, al. Ligur. L. Ligus amicus. Cic. lib. 7. ad Attic. &amp; lib. 14. epist. 6. Memus Ligurinus</i>	Valeriis Æliis, <i>ann. 581.</i>	LUPI	Corneliis, <i>anno 597. 606.</i> Juliis Juniiis Numisiiis Rutiliis, <i>an. 663. in Rhetore, qui exstat. Aseon. Vell. Paterc. &amp; alii.</i>

reperiuntur in

reperiuntur in



LURCO	reperiuntur in	Aufidiis, Varro lib. 3. de re Rust. Cicer. orat. pro Flacco.	MAMERCII	reperiuntur in	Æmiliis, sed in Fastis Mamercius est, non MamerCUS, quod est mendosum.
LUSCI		Perpennis	MAMERTINI, In Livio legitur Mamericus, mendose opinor.		Cornelius
LUSCINI	M.	Anniis, an. U. C. 600. & 625. & ibi Onufr. ac Pigh. Livius lib. 42. Cic. in Bruto.	MAMMÆA	Pinariis	
LYSIAS		Fabiis, Cic. l. 4. ad Attic.	MAMMULÆ	Julii	
MACATUS	reperiuntur in	Furiis	MAMURIUS	Cornelius, Livius lib. 39. & 41.	
MACEDONICUS		Postumiis, T. Livius lib. 45. A. Postumius Luscus Censor.	MAMURCA	Veturiiis	
MACERINI	M.	Fabriciis, M. Tull. in Lelio.	Mamurca Cæsaris	Cornelius	
MACRI		Claudiis	Praf. fabrum homo dives. Cic. 7. ad Attic. & lib. 13. epist. ult. Plin. lib. 36. cap. 6. Sueton. & Catullus in Cæsare.	Hoftiliis, an. 583.	
MACRINIA	reperiuntur in	Liviis	MANSUETUS	Julii	
MACRINI		Metellis, seu Cæciliis	MANCIA	Æliis	
MACRO, Fort. Macro, vide sup.	reperiuntur in	Geganiis	MARCELLI	Curtiis	
MACROBIUS		Æmiliis		Helviis	
MACULA, P. Manut. in Epist. 19. lib. 6. Fam.	reperiuntur in	Bebiiis	Asiniis, Sueton. in Claudio Cæs. cap. 45. Pletejis.	Claudiis	
MAGNUS		Calpurniis	MARCELLINUS	Epriis	
MALLEOLI	reperiuntur in	Liciniis, num. antiq.		Graniis	
MALUGINENSES		Pompejis, Suet. in Cæs. ubi male Marco pro Macro.	MARIANI	Mindiis	
	Sepulliis, in nummis cum facie C. Julii Cæsaris.	MARIDIANI		Noniis	
	reperiuntur in	Vibiis, Vide Festum in Rusto.	MARO	Pomponiis	
		Pompejis	MARSO, Marfus Dolabella, ap. Apian. lib. 4. Civ. bell.	Quinctiliis	
	reperiuntur in	Babiis	MARTIALIS	Variis	
		Bæbiis	MARTIANI	Vettiis	
	reperiuntur in	Cerelliis	MARULLUS	Ulpiis	
		Geganiis		Ammanis	
	reperiuntur in	Minutiis	Bebiiis	Lentulis, Cornelii Valer. lib. 9. quem vide.	
		Opiliis	Valeriiis		
	reperiuntur in	Herenniis	Valeriiis	Coffutiis, num. zeit.	
		Aureliis, ut Scriptor Saturnaliorum.	MARUS	Virgiliis	
	reperiuntur in	Pompejis	MARSO, Marfus Dolabella, ap. Apian. lib. 4. Civ. bell.	Domitiis	
		Æcenas, à loco Varro 7. de ling. Lat. sine, qui & Cinna: an. 757. Dion. lib. 55.	MARTIALIS	Octaviis	
	reperiuntur in	Corneliis	MARTIANI	Vibiis	
		Fontejis	MARULLUS	Gargiliis	
	reperiuntur in	Paftulejis	MARULLUS	Valeriiis	
		Pompejis		Æmilliis	
	reperiuntur in	Postumiis, an. 605.	MARULLUS	Flaviis	
		Publiciis, ann. 521. Oros. Epit. Livii 68. lib. Festus in Publicius Clivus.		Graniis	
	reperiuntur in	Cornelius, in Fast. Cap.	MARULLUS	Epidiis, C. Marullus Tr. pl. Suet. Julio c. 79. Dio lib. 44.	
				Juniis	
				Metiis	

MASONES

MASSA

MASSALIOTA

MATERNI

MATHONES, *Matiennus Trib. mil. bello Carthag. in exercitu Scipionis. Liv. lib. 29. Prator vero M. Matienus an. 581. U. C. Idem Livius lib. 38. vide Annales Fastor. St. Pigh.*

MAURICUS

MAURITIUS

MAXENTIUS

MAXIMI

MAXIMIANI

MAXIMILLA

MECENNIUS

Papirii, *an. 522. Dionys. 2. & Livius, Valer. Max. lib. 3. Cic. ad Patum lib. 9. epist. 31.*

Bæbiis

Terentii, *L. Terentius Massal. ad. pl. in Livio lib. 31. & prator lib. 38.*

Æmilliis

Julliis

Triariis

Næviiis, *Manut. in epist. 25. lib. 9. ad Fam.*

Pomponiis, *an. 520.*

Juniis

Juniis

Aureliis

Androniis

Appiis, *Axiis, in Cic. 1. ad Attic. epist. 13. & alibi, nisi mendosum est pro Appiis.*

Artoriis

Cæsoniis

Carviliis, *an. 460.*

Claudiis

Fabiis: *Rationem vide in T. Livio, extremo lib. 5. & Val. Max lib. 2. c. 1.*

Fulviis, *an. 455.*

Galeriis

Juniis

Laberiis

Manliis

Pupienis

Sulpiciis, *an. 550.*

Trebelliis

Valeriis, *an. 259.*

Egnatiis, *in num. antiq. & Cic. lib. 13. ad Attic. videtur familiaris utriusque fuisse, sed ibi Seb. Corradus annotat, nunquam se legisse Maximos Egnatios: Emendandum itaque videri.*

Galeriis

Egnatiis

Egnatiis

MEDULLINI

MEGA

MEGILLI

MELA

MELIOR

MELISSUS

MELLICULUS  
*al. Molliculus*

MENANDER

MENAS

MENECRATES

MENTO

MERENDA

MERCUS

MERULÆ

MESSALÆ

MESSALINI

MESSUS

METELLI

METIANUS

MILO

MITHRES

MNESTER

MOCILLA

MODESTINUS

MODESTUS

MACENATES

MOMILLUS

Furiis

Demetriis

Postumiis, *ann. 448. T. Livius lib. 10.*

Annæis

Pomponiis

Attediis

Umbriciis

Heliis

Minutiis, *Livius lib. 40.*

Arriis

Publiciis

Pompejis

Ticiniis

Vultejis

Juliis

Tulliis, *alii, in Juliis: neutros reperio, nisi in Livio lib. 40.*

Antoniis, *inter 10. viros. Cornelii, Liv. lib. 34.*

Cn. Cornelius, *Merenda's prator.*

Cauliis

Lectoriis *ac*

Corneliis, *ann. 560. Livius lib. 34.*

Juniis

Valeriis, *an. 490.*

Vipsaniis

Aureliis

Statiliis

Valeriis, *an. 750.*

Arufianis

Cæciliis

Scipionibus

Volusiis

Anniis, *ut T. Annii Milo, quem Cic. defendit, & Dion. lib. 39.*

Curtiis

Juliis

Juliis, *Corn. Nepos in Attic. vita.*

Herenniis

Anniis

Aufidiis

Juliis

Heliis

Cilniis, *vel Ciliniis, ut vult, probatque Fulvius Ursinus Notis ad Corn. Tacitum.*

Romulius

MON.

MONTANI	<p>Curtius Julius Junius Tarpejus, <i>ann. U. C. 299.</i> Tullius, <i>Cicer. ad Attic. lib. 12.</i> Varienis Volcatius</p>	NASO	<p>Julius, <i>Oscaris, Cic. ad Q. fratrem.</i> Otacilius, <i>Cicer. lib. 13. Famil.</i> Ovidius, <i>ut poëta Elegorum notus.</i> Sextius, <i>Appia. lib. 2. Civ.</i></p>
MOSCHUS MOTACILLA MUGILLANUS MULLO	<p>Julius Papirius Ventidius, <i>Plancus epist. ad Cicer. l. 10.</i></p>	NATALES NATTA	<p>Antoniis Bellicius Minucius Pinarius, <i>Cic. 2. de Divinat. &amp; lib. 4. ad Attic. Multa mei: ubi vulgo male Nacha pro Natta. Corn. Tac. lib. 4. &amp; in Tabulis Capitolinis.</i></p>
MUNDUS	<p>Ennius Ablavius Licinius, <i>Dion. lib. 45.</i> Varronibus, <i>Terentiorum. for. ex adoptione.</i> Stattius, <i>Dio lib. 47.</i></p>	NAVIUS	<p>Accius Cornelius Herennius Julius Licinius Marius Metellis, <i>seu Cæciliis an. U. C. 655. Cicer. lib. 5. epist. Fam. Asconius in Cornelianam.</i> Perpennius Pompejus Valerius</p>
MURENÆ			<p>Cæsarum familia. Claudius, <i>an. 546. Valerius lib. 4. cap. 1.</i></p>
MURCUS Murcus inter Casaris interfectores, <i>Appian. lib. 2. bell. Civil. qui lib. 4. Sextum Murcum nominat, quem lib. 3. μέδων, pro μέγρον, appellat. de prævate, opinor.</i>	<p>Sextius, <i>Appian. l. 4.</i> Decius, <i>Livius, Cassiod. &amp; Fasti.</i></p>	NEPOTES	<p>Acutiis Coccejus, <i>an. 717.</i> Licinius, <i>anno 759. &amp; nummi veti.</i> Silius, <i>an. 737.</i></p>
MURES			<p>Suillius, <i>Fasti Capitolini.</i> Curtius Aurelius</p>
MUSA	<p>Æmilius Antoniis, <i>Dion. lib. 53.</i> Pomponius, <i>nummi veti.</i></p>	NERONES	<p>Aquilius, <i>Sueton. Aug. cap. 11.</i> Cæcilius, <i>Cic. in Divinat. Ascon. &amp; Plutarch. ex Cicerone.</i></p>
MUSCÆ	<p>Sempronius, <i>Livius lib. 45. Val. Max.</i></p>	NERVÆ	<p>Pescennius Trebius, <i>Turannii, Varr. 2. de re rust.</i> Valerius, <i>seu Cæciliis an. 698. Censor. Dion. 37. &amp; Asconio pro Scauro. Conf. an. 692.</i></p>
MUSTELLA	<p>Tamilius, <i>frequens mentio Mustella lib. 12. ad Attic. Ciceroni: qui lib. 16. M. Antonii ταξιάρχην vocat, hoc est ordinis ductorem. In Philipp. vero latronum ductorem appellat.</i> Licinius Nonius</p>	NERULINUS NICIAS NICOLAUS	
MUTIANUS	<p>Papius, <i>ann. 761. U. C. Dio. lib. 56 de M. Papio Mutilo, à quo lex Papiæ de maritandis ordinib.</i></p>	NIGRI	
MUTILI	<p>Minucius, <i>L. Minucius Myrtilus pr. urb. T. Liv. lib. 38.</i></p>		
MYRTILUS			
N.			
NACCA	<p>Fulvius Pinarius Scipionibus, <i>seu Cornel.</i> Porcius Actorius, <i>Suet. Julio c. 9.</i> Axius, <i>in priscais nummis.</i></p>	NIGRINUS	<p>Avidius Pontius, <i>an. 788.</i> Fulvius, <i>Fasti, &amp; alii.</i> Cædicius, <i>vide ad an. 464. in Fastis Onufr.</i></p>
NASICÆ		NOBILIORES NOCTUA	

reperiuntur in

reperiuntur in

NONNA	}	Julii	}	Æliis vel Ailiis, ut ann.
NORBANUS		Tigelliis		552. & 280. Æliis ve-
NOVATI		Juniis		ro in Fastis scribitur,
NUMA		Pompiiiis		ann. 416. & 467. Sed
		Æmiliis, Livius lib. 26.		Cicero in Cluentiana
NUMIDA	Cari-	Lepidis	}	Æliorum esse partes o-
NUMIDICUS		Plautiis, Val. Max. 4. cap.		stendit.
liorum.		6. & Horat. 1. Carm.		Auroniis, an. U. C. 688.
		Oda 36. v. 3.	Aquiliis	Aurunculejis
	O.		Articulejis, Dion. libro	
ORSEQUENS	}	Julii	}	54.
OCELLA		Lucretiis, Dio lib. 37. Plut.		Cæciniis
		in Sulla, Livii Epitom. 89.		Cæfenniis
		Appian. lib. 1. Civil. Male		Castriniis, Cælius Cicero-
		Atella in aliquot libris.		ni lib. 8. epist. Castroni
OFELLA		Serviis, Cic. ad Attic. 21.		mentio ibid. lib. 13. epist.
ORCA, in Valeriis		sæpe. Et lib. 8. ep. 7. ad		13.
Cic. 13. epist. Fam.		Fam. Servius Ocella, vi-		Confidiis, in nummis an-
		detur fuisse Pompejana-		tiquis.
		rum partium. Lib. 10. ep.		Fulviis
	14. & 16. ad Attic.	Papyriis, Cic. 9. libro		
ORESTÆ	}	Aureliis, an. 596.	}	epist.
ORESTILLA		Fabiis		Fulvis, an. 454.
ORPHITUS		Corneliis		Rhemmiis
ORTALUS. meminit		Furiis		Aciliis, Cic. in Bruto,
Catullus & Cic. 4.		Oviniis		Quintil. libro 4. Padia-
ad Attic. in quibus-		Salvidienis		nus & num. vet. Va-
dam libris. Vulgar.		Vitrasii		ler. lib. 2. Ant. August.
Otali male. nisi				Dial. 4. Antiquit. pag.
Otacilii legas.				58. Lat. edit.
OTACLIA		Martiis		Lolliis
	Juniis	Claudiis		
OTHONES	Rosciis	Aureliis		
	Salviis, ann. 785. male	Juniis		
	vulgo Sylvius etiam in	Latiniis		
	Othone August.	Urbanis		
OVICULA	Fabiis Max. Plutarch. in			
	Fabio, & Scriptor de Vir.			
	Illustr.			
	P.			
PACATUS	}	Claudiis	}	Apulejis, ann. 453. U. C.
		Minutiis		T. Livius lib. 10.
				Genutiis
PACIECUS, Paul.		Juniis, Cic. epist. 1. lib. 12.		Serviliis
Manut. in epist.		ad Attic. & lib. 6. Famil.		Sestiis, Cic. ad Q. fra-
18. lib. 6. Fam.		ep. 18. Hirtius de bello		trem. lib. 2.
		Hispanico.		Vibiis, an. 710. & num.
PACILI		Furiis, Livius & Cassido-		vet.
		rus.		Æmiliis
PACONIANUS		Sextiis		Soffis
	Aureliis	Cipiis		
PACORUS		Cassii, ut poëta nomen, de		
		quo Horat. 1. Ser. 10. Sat.		
		& epist. 4. lib. 1. Appian.		
		& Sueton. de quo loco La-		
		vin. Torrentius.		
		Æmiliis		
		Æbutiis T. Æbutius Par-		
		rus 10. Vir agro Ligusti-		
		no dividendo. T. Livius		
		libro 42.		

PASSER	} Cetroneis <i>sive</i> Petroniis Vibiis Juliis Cassii Albinis Juniis, <i>Ascon. in Corne-</i> <i>lianam, ann. 494. U. C.</i> Sulpitiis Vellejis Apulejis, <i>Inscript. Vetus</i> <i>in Onufr. ad ann. 797.</i> <i>Comm.</i> Aspasiis Oviniis Tarutiis Juniis Corneliis Aniciis Lolliis Pompejis Pontiis Suetoniis Valeriis Æmiliis, <i>an. 498.</i> Juliis Sergiis Postumiis, <i>Fist. an. 579.</i> Aureliis, <i>Val. Max. lib. 2.</i> <i>cap. 7. §. 4.</i> Cominiis Asconiis Albinovanis	PERUVINCUS PETICI PETRONII PETRO PHANGO	} Sextiis Sulpitiis, <i>an. 389. &amp; 392.</i> Flaviis Graniis, <i>Plut. in Casare.</i> Fuficiis, <i>C. Fuficius Phango</i> <i>Cæsaris Præfectus in Afri-</i> <i>ca. Dio lib. 48. E milite</i> <i>gregario Senator factus</i> <i>est. Dio ibid.</i> Æmiliis Furiis Æliis Juliis Marciis, <i>ab equorum cura</i> <i>sic dicti Philippi.</i> <i>Num. Vett.</i> Attiliis Æliis Attejis Cesseniis Curatiis Publiliis, <i>Fasti &amp; alii.</i> Veturiiis Juniis Flaviis Avianis Furiis, <i>in num. antiq. Cic.</i> <i>ad Brutum, epist. 23. per</i> <i>jocum Pholum. Cæm. Tat.</i> <i>nam ab Antonio stabat.</i> Pompejis Fabiis, <i>ut in Historico, Fa-</i> <i>biius Pictor. Et in Fastis,</i> <i>&amp; alibi.</i> Æmiliis Herenniis, <i>num. vet.</i> M. HERENNIUS PIA- TAS. Acciis Pontiis Lutatiis Corneliis Juniis Cæliis Calpurniis, <i>omnes fere.</i> Cupiis, <i>Ascon. in Pisonia-</i> <i>nam.</i> Octaciliis Antoninis. Cæciliis, <i>Dion. &amp; a-</i> <i>lii.</i> Cestiiis Metelliis Pompejis, <i>in antiquis</i> <i>nummis.</i> Annæis Furiis
PASSIENUS PASTORES PATAVINUS		PHILEMON PHILI PHILIPPI PHILISCUS PHILOLOGUS	
PATERCULI		PHILONES PHILOPOEMEN PHILOSTRATUS PHILOXENUS PHILUS	
PATERNI		PHYRGIO PICTORES	
PATIETUS PAULA		PIETAS	
PAULIN		PIGMENTARIUS PILATUS PINTHIAS PINUS PISCICULI	
PAULI		PISONES PITHOLAUS	
PAULLULUS PECUNIOLA		PIUS	
PEDARIUS PEDIANUS PEDO L. Pella, <i>vir prato-</i> <i>rius, &amp; Catonis</i> <i>amicus Sardenfisus</i> <i>accusantib. à Bru-</i> <i>to condemnatus re-</i> <i>petundarum. Plut.</i> <i>in Bruto. Voluit in-</i> <i>ter Cæsaris percus-</i> <i>sores haberi, licet</i> <i>non adfuerit. Ap-</i> <i>pian. 2. Civil.</i>		PLACIDUS	
PENNULA			
PERÆ & PENNI			
PERPENNÆ			
PERSICUS PERTINACES			

reperitur in

reperitur in

PLANCI	reperiantur in	Acciis	POSTUMII	reperiantur in	Juniis
		Munatiis			Juniis
PLANCINA	reperiantur in	Plautiis, <i>Appian. lib. 4.</i>	POTITI	reperiantur in	Liviis
		<i>&amp; num. vett.</i>			Pontiiis
PLANTA	reperiantur in	Rubelliis	PRÆCONIUS	reperiantur in	Rabiriis
PLATINA		Sergiiis, <i>Cn. Sergius</i>			Valeriis
PLAUTI	reperiantur in	<i>Planens Pr. Livius li-</i>	PRÆSENTES	reperiantur in	Æliis
PLOTIUS		Acciis			PRÆTEXTATUS
	POENI	reperiantur in	Cæliis	PRIMUS	reperiantur in
Munatiis			PRÆTEXTATUS		
POLA	reperiantur in	Juniis	PRIMUS	reperiantur in	Brutiis
POLLINIUS		Serviis			PRIMUS
POLLIONES	reperiantur in	Claudiis	PRISCI	reperiantur in	Attejiis
		Anniiis			PRISCI
POLLUX	reperiantur in	Antiiis	PRISCI	reperiantur in	Sulpiiciis, <i>Tabb. Capitol.</i>
		Antifiis			PRISCI
POLYHISTOR	reperiantur in	Antoniiis, <i>L. Antonio id</i>	PRISCI	reperiantur in	Antoniis
		<i>cognomen fuit. Dio lib.</i>			PRISCI
POMPEJANI	reperiantur in	<i>48. &amp; num. vett.</i>	PRISCI	reperiantur in	Æliis
		Asiniis			PRISCI
POMPOSITANUS	reperiantur in	Carbilliis	PRISCI	reperiantur in	Cæsoniis, <i>Sueton. Tiber.</i>
POPA		Claudiis			PRISCI
POPPLICOLÆ, <i>vide</i>	reperiantur in	Clodiis	PRISCI	reperiantur in	<i>cus, eques Rom.</i>
MOX PUBLICOLÆ		Herenniis			PRISCI
PORCELLUS	reperiantur in	Juliis	PRISCI	reperiantur in	Helvidiis
PORCINA		Memmiis			PRISCI
POSCA	reperiantur in	Næviis	PRISCI	reperiantur in	Juliis
		Romuliis			PRISCI
POSIDONIUS	reperiantur in	Trebelliis	PRISCI	reperiantur in	Neratiis
		Vediis			PRISCI
POSTUMI	reperiantur in	Vespasiis	PRISCI	reperiantur in	Serviliis, <i>an. 318.</i>
		Vitafiis			PRISCI
POSTUMI	reperiantur in	Juliis	PRISCI	reperiantur in	Tarquiniis
		Juliis			PRISCI
POSTUMI	reperiantur in	Corneliis	PRISCI	reperiantur in	<i>vil. Sed leg. opinor Cri-</i>
		Appione			PRISCI
PORCELLUS	reperiantur in	Claudiis	PRISCI	reperiantur in	Æmiliis, <i>an. 412. 424.</i>
		Metiis			PRISCI
PORCELLUS	reperiantur in	Liciniis	PRISCI	reperiantur in	Æmiliis
		Grunniis			PRISCI
PORCINA	reperiantur in	Æmiliis, <i>Cicero in Bru-</i>	PRISCI	reperiantur in	Valeriis
		<i>to, &amp; Priscian. lib. 9.</i>			PRISCI
POSCA	reperiantur in	<i>Gramm.</i>	PRISCI	reperiantur in	Valeriis
		Lepidiis			PRISCI
POSIDONIUS	reperiantur in	Pinariis, <i>Liv. 40. Pinarius</i>	PRISCI	reperiantur in	Acerroniis, <i>an. 789.</i>
		<i>Posca Pr. Sardiniam obti-</i>			PRISCI
POSTUMI	reperiantur in	<i>nuit, P. Cornelio, M.</i>	PRISCI	reperiantur in	Juliis
		<i>Babio Cass.</i>			PRISCI
POSTUMI	reperiantur in	Annæis	PRISCI	reperiantur in	Plautiis, <i>in Fastis, anno</i>
		Curtiis			PRISCI
POSTUMI	reperiantur in	Juliis	PRISCI	reperiantur in	Scriboniis
		Acciis			PRISCI
POSTUMI	reperiantur in	Cejoniiis	PRISCI	reperiantur in	Aureliis, <i>ut poëta notissi-</i>
		Cejoniiis			PRISCI
POSTUMI	reperiantur in		PRISCI	reperiantur in	Æmiliis
					PRISCI
POSTUMI	reperiantur in		PRISCI	reperiantur in	Gelliis, <i>an. U. C. 631. &amp;</i>
					PRISCI
POSTUMI	reperiantur in		PRISCI	reperiantur in	Valeriis
					PRISCI
POSTUMI	reperiantur in		PRISCI	reperiantur in	<i>Onufr. in Comm. Fasto-</i>
					PRISCI

PULCRI  
PULEX  
PULLUS  
PULVILLI  
PURPURIO  
PUSILIO  
PUSIO  
PYRRHICUS

reperiuntur in

Claudiis, seu Appiis.  
Serviliis, an. 550. 551.  
Fasti Cap.  
Junis, an. 504. à P. Claudio  
Cari F. ut bene Cicero &  
Fasti. Plin. Cari nepotem  
facit P. Claudium Pullum:  
non recte, ut opinor.  
Horatiis, ann. U. C. 214.  
246.  
Furiis, ann. 557. Ennius,  
& Fasti.  
Liciniis  
Flaviis  
Deciis.

RHEGINI

REGILLENSIS

REGULI

Q.

QUADRATUS

reperiuntur in

Asiniis  
Ninniis, L. Ninnius  
Quadratus trib. Dioni  
lib. 48.  
Numidiis  
Vindiiis  
Volufenis  
Claudiis  
Claudiis  
Viniciis  
Aufidiis  
Avidiis  
Lufiis  
Fabiis & Noniis, ut scriptor  
Oratoriarum Institutionum,  
an. 760. Cos.  
Plautiis  
Sulptiis, an. 741.

REPENTINUS  
RESTIONES

RESTITUTUS  
ROCUS

ROMANUS

ROMULUS  
ROSIANUS  
RUBERIUS

R.

RABIA

RALLÆ

RAVILLA

REBIUS

REBILI

REGES

REGILLI

reperiuntur in

Martiis  
Marciis, M. Marcius  
Ralla pr. quo anno  
mater Deum Romam  
advecta est. Livius 29.  
& 30. lib.  
Clodiis  
Cassii, Fronton. & vet.  
Fasti 627.  
Ammiis  
Caniniis, Cos. ann. 707. 741.  
Suet. in Casare, Plutarch.  
Macrobius lib. 2. capite 2.  
in locis Ciceronis.  
Marciis  
Rubriis, Appianus lib. 2.  
Civil.  
Æmiliis, seu Lepidis. Cíc.  
ad Attic. lib. 12. Livius  
lib. 37.

RUFFI

Antistiiis, num. vet. Val.  
Max. lib. 4. c. 7. & 30.

Claudiis  
Postumiis, in Diodoro  
redditum Regillanus.  
Æmiliis, Appian. in Sy-  
riaco de L. Æmilio Re-  
gulo.  
Aquiliiis  
Atiliis  
Licaniis, Dioni lib. 54.  
Livinejis, nummi vet.  
Cicer. lib. 13. ad Fam.  
& lib. 3. ad Attic.

Fabiis  
Antiis, Gell. lib. 2. cap. 24.  
Macrob. lib. 3. num. an-  
tiqui. Appian. lib. 4. Civ.  
de 3. viratu agens: Restio  
proscriptorum unus à ser-  
vo servatus.

Claudiis  
Romiliis, ann. U. C. 298. &  
Crepercipio, in nummis  
antiq.

Aureliis  
Graniis  
Serviiis  
Virgiliis  
Voconiiis

Aureliis  
Geminiis  
Aruntiis

RUFFI cognomen in 46.  
Familiis.

In Acciis  
Aciliis, seu Actiliis.  
Æmiliis  
Anchariis  
Anniis, T. Annii Ruffi me-  
minit Cicero lib. 13. ad  
Attic.

Antoniis  
Asiniis  
Ateriis, Val. Max. lib. cap. 7.  
de Somniis, §. 8.

Cæsetiis  
Cæciliis, ann. U. C. 769.  
Dioni & Floro. L. Cæci-  
lius Rufus pr. ludos Apol-  
linares faciebat cum Cic.  
rediret ab exilio. Ascon.  
in Milonianam.

Cerdoniis  
Cæliis, Casari & Pa-  
terc. M. Cælius Rufus.

reperiuntur in

RUSI

reperiuntur in

Et Valer. Maxim. lib. 4.  
cap. 2. M. Calius Rufus  
adil. cur. design. Cicero  
lib. 11. epist. ad Fam.

Cluviis, an. 798.

Corelliis, num. vet.

Cornelliis

Curtiis

Egnatiis, M. Egnatius Ru-  
fus in Augustum conspi-  
ravit. Sueton. in August.  
cap. 11.

Feniis, Fenius Rufus, pra-  
torio praefectus sub Nero-  
ne.

Geminiis

Juliis

Lartiis, fort. Largiis. Onu-  
frius ad annum 252. 256.  
269. Et Largius Rufus.

Luciliis, in nummis anti-  
quis.

Mesciniis, nummi veteres.  
Cicero libro 5. ad Famil.  
ep. 20. Rufo inscribit,  
Mescinio sc.

Minuciis, ann. U.C. 556. Et  
nummi antiqui. Mina-  
tius Rufus Catonis comes  
in Cypriaca expeditione.  
Valer. lib. 4. cap. 3. §. 2.  
ubi Minucius leg. cen-  
seo.

Octaviis, C. Octavius Ru-  
fus. Suetonius Augusto  
cap. 11.

Passeniis

Pinariis

Plautiis, Plautius Rufus.  
Tranq. in Augusto, cap.  
19.

Pompejis, nummi anti-  
qui.

Pomponiis, num. vet. Pom-  
ponius Rufus in libris  
Collectorum citatur à  
Valerio Maximo libro 4.  
cap. 4. sed malim Pompe-  
jus legi.

Rutiliis, Julius Obsequens  
Et Cassiod.

Sæniis, ann. U.C. 724. in  
Fastis Capit.

Salvidienis, Salvidienus Ru-  
fus Sentinates obfedit Ca-  
saris Augusti nomine.  
Dion. lib. 48. Et Suet.  
Aug. cap. 66. Vide Livii  
Epitom. 123.

RUFINI

RUFIO

RUGA

RULLUS

RUSO

RUSTICANUS

RUSTICI

Satriis

Semproniis, Calius lib. 8.  
ad Cic. Et Cicero lib. 6.  
ad Atticum.

Serviis, in priscais numisma-  
tib.

Sextiliis, Cassius lib. 12. epist.  
Fam. Et Cic. lib. 13. ad  
Sextilium Rufum quæsto-  
rem Cypri, epist. 48.

Suiliis

Sulpiciis, Cos. an. 366. U.C.  
Dion. lib. 11. Et Zonaras.

Tariis, an. 737. U.C.

Titiiis, vid. Onuf. ad an. 723.

Tirurniis, Cic. lib. 13. ad  
Famil.

Valgiis, an. post Rom. cond.  
Cos. 741.

Vibiis

Vibulliiis, Q. Vibullius Ru-  
fus, Pompejo familiaris,  
in Picenum ab eo missus.  
Cæsar 1. belli Civil. Cicero.  
ad Attic. lib. 7.

46. Virginiis.

reperiuntur in

Aniciis

Claudiis

Cornelliis

Juniiis

Liciniis

Statiis

Vibiis, Cos. suffect. anno  
774.

Volcatis

Trebatiis, vetus inscriptio:  
C. TREBATIUS RUFIO F.  
CUR. Et ideo Cic. Treba-  
tio: Rufio, inquit, tuus;  
nempe quia ejusdem gene-  
ris. Meminit Et bis ad At-  
tic. lib. 14. ep. Item dum.

Iciliis

Rubriis

Fabiis, Plutar. in Pompe-  
jo. Numm. vet. Et in  
Orat. in Rullum.

Serviliis

Cremutiis

Octaviis

Platoriiis

Antistiis

Fabiis

Juniiis

Oviniis.

Hæ-



RUTILI

Martiis, in Fastis anno 279. In Diod. Siculo male Rufus pro Rutilus redditum est.  
Nautiis  
Sempronii, Liv. lib. 37.  
Virginiis, Liv. lib. 3.  
Martiis  
Nautiis  
Sempronii.

RUTILII

S.

SABACO  
SABELLI

Cassii, Plutar. in Mario.  
Popillii, T. Livii lib. 41.  
Æliis  
Albiis, Cic. ad Attic. lib. 13. epist. 14.  
Albutiis  
Afelliis, Sueton. Tiberio cap. 42. de lepido dialogo Sabini Afellii.  
Affidiis  
Cæliis  
Calvisiis, ann. 713. 749. 778. Dion. ubi male Afiniis editum.

SABINI

Sabinus à Cesare missus ad res in Sicilia constitundas, enecto jam Sex. Pompejo, Appian. lib. 5. Civil.

reperuntur in

Claudiis  
Clodiis  
Corneliis  
Domitiis  
Fabiis  
Flaviis  
Poppæis, an. 761.  
Juliis  
Juniis, inscriptio in Onuf. ad an. 772.  
Nymphidiis  
Minatiis, in num. antiq.  
Sextiis, Livius lib. 30.  
Siciniis, ann. 266. vide Onuf. ad an. 267.  
Vettiis, Tituriis. Dio. lib. 39. & num. vett.  
Cossutiis, num. vett.

SABULA

SACERDOTES

Liciniis, Cic. in Verrem. & Val. Max. lib. 4. cap. 1. ubi de Africano minore.

SACROVIR

SÆVINI

Juliis  
Flaviis, inscriptio apud Onuf. an. 721.

SAGITTA

SALACIO

Claudiis  
Octaviis  
Corneliis, Suet. in Julio c. 59. & Lipsius in Electis.

SALASSUS

Vettiis, Cic. Lepta lib. 6. ep. Fam. ejus proscripti mors Appian. lib. 4. Civil.

SALINATORES,  
Primus M. Liv. sic dicitur Cos. & Cens.

Liviis  
Oppiis, lib. 35.

SALONINI

SALUTIO, sic in Suet. Jul. c. 59. & Plinio male, contra veteres libros, in quibus Salluito est, & in Dione lib. 42. Σαλατιος. Salacio Lipsio in Electis.

SAMMONICI

SANGA, Santra sepe a Festo citatur illius de verborum veterum significatione.

SAPIENS

SARRA, T. Livius lib. 35. & Cic. 15. lib. ad Attic. epist. 15. & in argenteo denario titulus: M. ATIL. SARA.

SASERNA  
SATRUNI

SATURNINI

Satyrius, Caninio- rum videtur in epist. 1. Cicer. ad Attic.

SAVERRIO

SAXÆ, Saxa Bibulo in Syria successerat, Appian. in Syriaco. v. de Vejetanis.

SAXULA

SCÆVÆ  
SCÆVA bona, unde Scævola ait Varro 6. de l. Latin. vide Plauti Casinam in fine.

SCÆVINUS

SCÆVOLÆ, al. Scævola. vide supra in Scava.

Afiniis

Scipionibus

Serenis

Fabiis, Appian. 2. bell. Civil.

Æliis, Cic. in Lelio; Plat. in Scipione.

Porciis, Cicer.

Saloniis

Caniniis

Hofiliis, num. vett.

Æliis  
Anniis, Cicer. lib. 5. ad Attic.

Antoniis

Aponiis

Apulejis

Calvisiis

Fanniis

Furiis

Pompejis

Sentis

Valgiis, an. 741.

Venulejis

Volusiis

Sulpitiis

Decidiis, Dio. 47.

Voconii, Livii Epit. 41.

In Floro lib. 4. cap. 9. male Chafca pro Saxa editur.

Cluviis, Livius lib. 41.

Brutis

Cassii, Plutar. in Cesare.

Dediis

Aquiis

Pontiis

Urbicis

Lutatii

Mucii, Fasti.

Septimiis

Trebatiis

reperuntur in

	<p>Anniis Corneliis, <i>Livius Cassiodorus, Appian. bell. Civil.</i> Ostorii, <i>ann. 799.</i> Quintiis, <i>vide Quintii.</i> Tertulliiis Pinariis, <i>Dion. lib. 51. &amp; nummus in Antonii.</i> Æmiliis, <i>Livius lib. 37. M. Æmilius Scaurus ob Atræum tragœdiam à Tiberio mori coactus. Dio lib. 58.</i> Ætilliis Aureliis, <i>Val. Max. lib. 2. cap. 1. &amp; ann. 646. Onufr. &amp; in Ann. suis Steph. Pigbius.</i></p>	<p>SEQUESTER SERENIANUS  SERENUS  SERMO  SERRANI SER, <i>in nummo vet. A. MANLI Q. F. SER. an tribus nomen?</i>  SETINUS</p>	<p>Vibiis Æliis  <ul style="list-style-type: none"> <li>Æfraniis</li> <li>Annæis</li> <li>Graniis</li> <li>Vibiis</li> </ul>           Marciis, <i>M. Marcus Sermo tr. pl. cum Scylla, an. 582. Livius lib. 42.</i>  Atiliis, <i>an. 583.</i>   <ul style="list-style-type: none"> <li>Annii, <i>Livius lib. 8.</i></li> <li>Fulviis, <i>Dion. 43.</i></li> </ul> <ul style="list-style-type: none"> <li>Aciliis</li> <li>Antistiiis</li> <li>Aquiliis</li> <li>Arrianiis</li> <li>Arriis</li> <li>Cæciniis</li> <li>Cassiiis</li> <li>Catiliis</li> <li>Cinciis</li> <li>Corneliis</li> <li>Juliis</li> <li>Septimiis</li> </ul>           Sextiis, <i>Fasti Capit.</i>             Clæliis, <i>Livius lib. 26. Val. Max. 1. cap. 1. §. 4.</i>            Mariis, <i>L. Sidicinus Catilinaria consors conjurationis. Porcius Lairo in Catilinam, ut Sidonius Apollinaris.</i>  Sollis  <ul style="list-style-type: none"> <li>Juniis, <i>Pedianus, Fasti &amp; alii. Dion. lib. 55.</i></li> <li>Liciniis</li> </ul> <ul style="list-style-type: none"> <li>Albroniis</li> <li>Antoniis</li> <li>Aruntiis</li> <li>Graviis</li> <li>Pompejiis</li> <li>Popediis, <i>Upediis, Dion. lib. 48.</i></li> <li>Umbroniis.</li> </ul> </p>
SCAPULÆ, <i>P. Manut. ad ep. 13. lib. 9. Fam.</i>			
SCARPUS			
SCAURI			
SCHOLÆ			
SCIPIONES	<p>Terentiiis Cassiniis  <ul style="list-style-type: none"> <li>Corneliis</li> <li>Cariliis, <i>an. 701. Calius in epist. 8. lib. Cic. vet. nummi &amp; Dion.</i></li> </ul>           Æliis            Tremelliis, <i>Var. de re Rust. Plutar. in Crasso.</i>            Marciis, <i>Q. Marcus Scylla tr. pl. Livio lib. 42.</i>            Polemiis            Statiis  <ul style="list-style-type: none"> <li>Atiliis</li> <li>Arriis, <i>nummi vet.</i></li> <li>Aufidiis</li> <li>Gabiniis</li> <li>Juliis</li> <li>Petroniis</li> <li>Pliniis</li> <li>Pomponiis</li> <li>Poppariis, <i>an. 761. Cos. suffectus. Q. Popparis secundus.</i></li> <li>Publiis</li> <li>Salustiis</li> <li>Turciis</li> </ul> </p>	<p>SEVERI  SEXTUS, <i>P. Scævola Sextus nominatur à Macrob. lib. 3. Satur. c. 13.</i>  SEXTINUS Sica, <i>vel Sicca, Cic. 3. ad Attic. ep. 2. &amp; 4. &amp; lib. 16. epist. 6. &amp; lib. 8. ad Attic. &amp;c.</i>  SICULI  SIDICINUS.  SIDONIUS.  SILANUS  SILO</p>	
SCORPIANUS.			
SCROFÆ			
SCYLLA			
SEBENNIUS			
SEBOSUS			
SECUNDI			
SEDIGITUS, <i>à sex digitis dictus.</i>	<p>Volcatiis, <i>cujus poëta de Comiciis judicium in A. Gellio lib. 15. Noft. Att. c. 24.</i> Æliis Annæis   <ul style="list-style-type: none"> <li>Claudiis</li> <li>Corneliis</li> <li>Herenniis</li> <li>Sociis</li> </ul>           Agillis            Corneliis, <i>seu Scipionibus.</i></p>		
SEJANUS			
SENECÆ			
SENECIO			
SEPTENNIO			
SERAPION			

reperiuntur in

reperiuntur in

SILI

SIMPLEX

SISENNÆ

SOLO

SOPHI

SORANI

SOSIPATER

SPARSUS

SPERATUS

SPINTHER

SPOLETINUS

SPONGIA, Ciceroni  
ut plebejorum nomen  
cum Thalma &  
Plauto recensetur.

SPURMA, de vo-  
cis occasione Val.  
Max. lib. 4. cap. 5.  
in externis.

SPURMUS

SQUILLUS

STALENUS

STATIUS

STELLÆ

STELLIO

STHELENUS

STILICO

STOLONES

STRABO

Albutiis  
Sergiis, *Plin. lib. 7. cap.*  
*28. Solinus c. 6. & num-*  
*mi antiqui.*

Cæciliis  
Aproniis, *nummus APRO-*  
*NIUS SISENNA 111. VIR.*  
*AAA. F. F.*

Corneliis, *Dio lib. 36.*  
*Livius 39.*

Statiliis, *an U. C. 763.*

Gabiniis, *Dio 39. lib.*

Julii

Semproniis, *in Fastis.*

Valeriis, *Varro 6. de l. Lat.*

Charifis, *ut Grammaticæ*  
*scriptor.*

Fulviis

Æliis

Corneliis, *seu*  
Lentulis, *Dion. & Val.*  
*lib. 9 c. 14.*

Carviliis, *Liv. lib. 43.*

Vestriis

Petiliis, *an. 577. U. C. Li-*  
*vius lib. 40.*

Liciniis

Æliis

Tullii

Aruntii

Afraniis, *Livius lib. 39.*

Aciliis

Flaviis

Liciniis, *in Fastis, an. 392.*  
*ubi Calvus est, in Græcis*  
*Stola est, & Mariamus*  
*Scotus.*

Fanniis, *an. 592.*

Gaudiis

Liciniis, *T. Liv. lib. 41.*  
*ab U. C.*

Cæsaribus, *seu Juliiis vet.*  
*nummi, Inscript. Roma,*  
*Dial. 10. Ant. August.*  
*p. 138.*

Lætiis, *al. Leniis, Varro*  
*3. rei Rustic. cap. 5. Cic.*  
*lib. 12. ad Attic.*

Pompejis, *an. 664. Plu-*  
*tarchus in Pompejo.*

STRIGO

STRUCTILIS

STRUCTULUS

STRUMA, *in Vaticiniis,*  
*Cic. ep. 9. l. 5.*

STILONES

SUARIUS

Subulo, *an à subula,*  
*quasi Sutor. Subulo*  
*tibicen, lingua*  
*Tusca, Varro lib.*  
*6. C. de L. Lat. Liv.*  
*lib. 43. P. Decius*  
*Subulo 3. vir Col.*  
*deduc. Aquilejam,*  
*an. 584.*

SUFENAS

SULCA

SULPICIA

SURÆ

SURCULUS

SULLÆ. *De nominis*  
*etymo Plutarchus*  
*in Sulla, initio, &*  
*ibi G. Xyl. & in 4.*  
*lib. ad Attic. Cor-*  
*radus, & Carisius*  
*lib. 1. Gramm. For-*  
*te παρὰ τὸ σὺλᾶν,*  
*à spoliando sic pri-*  
*mum dictus.*

SYLVA

SYLVANI, *quod in-*  
*terdum in Silani*  
*corruptum.*

Serviliis, *Cic. lib. 13.*  
*Fam.*

Sejis

Sotidiis, *Inscript. ad an.*  
*777. Onufr. Cic. lib. 12.*  
*ad Cassium, nisi ibi leg.*  
Sotidiis, *pro Tidiis. L.*  
*Titonem Strabonem*  
*laudat Cicer. lib. 13.*  
*Famil.*

Pupii

Serviliis, *Tabula Capitol.*

Claudiis

Noniis, *Catullus in Epi-*  
*grammatis.*

Æliis, *C. Ælius Stilo, Var-*  
*ronis præceptor: citatus à*  
*Festo sepius, & Varrone*  
*lib. 4. de L. Lat.*

Scipionibus.

Noniis, *num. vet.*

Bæbiis, *Liv. lib. 42.*

Memmiis

Acciis  
Æmilliis  
Brutis, *Plutarch. in Ma-*  
*rio. Liv. lib. 22.*

Corneliis

Lentulis, *an. 682. Et no-*  
*minis dat rationem Plu-*  
*tarchus in Sulla, Tur-*  
*neb. explicat lib. 7. Ad-*  
*vers. cap. 4. Vide & Crus-*  
*cognomen.*

Liciniis

Statiis

Corneliis

Flaviis

Domitiis  
Plautiis, *an. 751.*  
Pompejis.

reperiuntur in

reperiuntur in

SYMMACHUS  
SYRIACUS.

{ Aureliis  
Valliis.

TIBULLUS  
TIBURTINUS

Albiis, ut in poeta notum.  
Ceponiis, nummi antiqui.  
Ophoniis  
Tulliis, ut Ciceronis erudi-  
tus libertus, &c.

T.

TACITE

{ Anniis

TAMPILI

{ Corneliis  
Babiis, ann. 571. Plin. Liv.  
Val. Max. 1. cap. 1. nummi  
vett.

TAPPI

Valeriis, Livius lib. 35.

TAPPULI

Villiis, ann. 554. Livius  
lib. 25. & 29.

TARPA

Metiis

TARQUINENSIS

Numisiis, Livius lib. 45.

TATIANUS

Cæliis

TAUREA

Jubeliis, Campani sunt.  
Val. Maxim. 3. cap. 2. &  
Livius.

TITIANUS, in  
Pontiis per ado-  
ptionem. Cic. lib. 9.  
ad Attic.

TORQUATI

{ Bellicii  
Lucejis  
Manliis, Livius lib. 7.  
Novelliis, vel potius No-  
niis, Onufr. ad ann.  
748. Sueton. August.  
cap. 43.

Juniis

TAURI

{ Calvisiis  
Pacuviiis  
Statiliis, Dion. lib. 49.

TAURINUS

{ Ignatiis

{ Modestiis

TEGULA

Liciniis, Liv. lib. 31. de P.  
Licinio Tegula.

TELESINUS

Mariis

TEMPANUS

{ Pontiis  
Postumiis, Livius lib. 39.

TERGEMINUS, vide

Horatiis, &amp;

TRIGEM.

Curiatiiis

TERTIUS

Abutiis

TERTULLI

{ Æliis  
Flaviis  
Publiciis  
Septimiis

TERTULLIANUS

Volcatiis

TESTA

Trebatiis, Cicer. lib. 7. epist.  
ad Fam. saepe. Laudat  
lib. 6. epist. 5. Fam. com-  
mendat Casari, lib. 7. epist.  
10.

TEUCER

Cæciliis

THALLUS

Petroniis

THALNA

Juventiis, an. U. C. 590.

THEOPHANE

Pompejis

THERMI

Minuciis, an. 560. Livius  
lib. 30.

TUBERONES

THRASILA

{ Aufidiis  
Fanniis  
Valeriis

TUBERTI

TUBULUS, Pr. fuit  
L. Metello, Q.  
Maximo Coss. Ci-  
cer. lib. 12. ad At-  
ticum. L. Tubulum  
vocat 2. de Fini-  
bus.

THUSCI

{ Aquiliis  
Clodiis  
Fabriciis.

reperitur in

Galeriis  
Ulpiis  
Suetoniis  
Montaniis  
Vibiis  
Marciis, Tabula Capitol.  
Valeriis, Aseon. pro Scauro.  
Hostiliis  
Lucretiis  
Virginiis  
Horatiis & Curiatiiis, Li-  
vius lib. 1. & num. vett.

Fulcimiis

{ Lucretiis, nummi vete-  
res.

{ Pompejis, ut in Histori-  
co, quem Justinus sub-  
legit.

Quinctiis, Varro lib. 5. de  
L. Lat. de T. Quintio  
Trogo.

Saufejiis

Æliis

{ Sejis, antiqua Inscriptio  
in Comm. Faistorum  
Onuphrii ad annum  
771.

Postumiis

Hostiliis, T. Livius lib. 27.  
ab U. C.

TUCCA

**TUCCA** { Aufidiis, Pomponio lib.  
De orig. Juris, Aufidius  
Tucca.

**TUDITANI** { Plotiis  
Serviliis, ann. 469. Cos. VARI  
Onufr. ad an. 740.

**TULLI** { Sempronius, an. U. C. 513.  
Julius  
Torquatis

**TURBO** { Volcatius, an. 687.  
Martius

**TURDUS** { Papiiis, Cic. ad Patum lib.  
9. ep. 21. Sed hi plebeji.

**TURINUS** { Maniliis, ann. 541. Livius  
lib. 28.

**TURPILIANUS** { Petroniis, nummi veteres,  
sed ex adoptione.

**TURPIO** { Ambiviis  
Antistiis  
Næviis  
Sutoriis

**TUSCIVERCANUS** { Terentiis, Liv. lib. 45.  
TUSCUS { Aquillius, an. 266. U. C.

**TUTOR** { Julius

**TYMPANUS** { Postumiis, Livius lib. 34.  
L. Postumus, cui cognomen  
Tympano fuit, qua-  
stor Sempronii Consulis à  
Bojis casus est.

V.

**VAAIA** { Numoniis, num. vet. Puto  
idem esse, quod Vala: ut  
ab Ala, factum Abala.

**VACCIA** { Lentulis Corneliis, Cicer.  
lib. 2. ad Q. frat. epist. 7.

**VACCUS** { Vitruviis

**VACIA, al. VATIA** { Marsiis  
{ Serviliis

**VAGIENUS, P. Va-  
gienus Antonii  
Præf. ad Muti-  
nam, ut scribit Pol-  
lio ad Ciceronem.**

**VALENTES**

**VALENTINUS**

**VALERIANUS**

**VARI**

reperuntur in

reperuntur in

**Acciis**

**Acciis**

{ Æliis  
Cingoniis  
Rubriis  
Terentiis, Pulchre Dio lib.  
47. & Valer. Max. lib.  
4. cap. 5. & 8. cap. 7.

{ Vibidiis  
Vifelliis, anno 769. &  
776. Cicero in Bruta.

reperuntur in

{ Romuliis  
Sestis  
Opiniis, Cic. ad Att. 4. &  
7. epist. 3.  
Fabriciis

**Anniis**

**Plautiis, an. 441. Censor.**

**Fulviis**

{ Æliis

{ Anniis  
Fabiis Max. Sape in Fa-  
stis.  
Terentiis  
Flaviis  
Lucretiis, an. 734.

{ Latiniis, Plancus ad Ci-  
ceronem.

{ Julii

**Antistiis, an. 724. & 747.**

**Cassii**

ibi Attidios legatur.  
Cassii, antiqua Inscriptio  
in Onufrio ad ann. U.  
C. 681.  
Cejoniis  
Geminiis  
Liciniis, an. 517. Livius  
lib. 27.  
Pompejis  
Potiis, Appian. in Mi-  
thrid. et si Varro ibi male  
legatur.  
Vibiis, in num. antiq.

VETU-

VETULIO	reperiuntur in	Saturninis	VOCULA	reperiuntur in	Dillii	
VIATORES		Julii	VOLUSI		Valerii, <i>qui &amp; Messalla,</i> <i>an. 756.</i>	
VIBENNUS		Cælii			Flavii	
VIBULANI		Fabii			Pompeji	
VICTORES		Allii	VOPISCUS		Lucretii	
		Aurelii	VORANUS		Pompeji	
VICTORINUS		Aufidiis	URBICUS		Plautii	
VINCENTIUS		Marii	URSULANIA		Marii	
VINDEX		Ragonii	URINAS		Publii, <i>in Fastis.</i>	
VINDULLUS		Cesellii	VULSCUS		Manlii	
VIOLENS		Julii	VULSONES		Raciliis.	
VISANUS		Pompeji			X.	
VISOLUS		Volumnii, <i>an. 446.</i>			Xifidicus reperitur in Æliis.	
VISCELLINUS		Cornelii			Z.	
		Pœteliis, <i>Fasti Capitol.</i>				
		Cassii, <i>ann. 252. ubi vide</i> <i>Onufr. &amp; Sigon.</i>				
		Mamiliis, <i>an. 491. U. C.</i>	ZENO		reperiuntur in	Juniis
VITULUS		Voconii	ZOLUS			Nostii
ULPIANUS		Domitii	ZOSIMUS			Æliis.
UNIMANUS	Claudiis.					



De XXXV. Rom. tribubus è Pauli Manutii in Epist. VIII. Lib. VIII. Cicer. Commentar. & inscriptionum veterum Gruteriano opere; & Did. Covarruvia lib. IV. Var. Resol. cap. I. Alphabeti ferie, non annorum quibus cœpere.

1. ÆM. *Æmilia*. Ex Cicetone lib. 2. ad Atticum, & T. Livio lib. 38.  
 ANI. *Aniensis*. Cic. pro Cn. Plancio, & lib. 8. Famil. epist. 8. Livius lib. 10.  
 ARN. *Arniensis*. Cic. agraria 2. in Rullum; Livius lib. 6. & 29. ubi corrupte *Narniensis* editur, contra marinorum inscriptiones.  
 CLA. *Claudia*. Livius lib. 2. Dionysius lib. 5. Virgil. lib. 7. & Asconius.  
 CLU. vel CLUST. *Clustumina*. Cic. pro Plancio, & pro Corn. Balbo. Antiq. Urb. inscrip.  
 COL. *Collina*. M. Varro lib. 4. de l. Lat. Plinius lib. 18. cap. 3. Livii Epit. 20. Festus, Dionys. Halic. Asconius, & Josephus.  
 COR. *Cornelia*. Livius lib. 38. & antiquæ Urb. inscr.  
 ESQ. vel EXQ. *Esquilina*. Varro 4. de ling. Lat. Plin. 18. cap. 3. Festus: Epitom. Livii 19. & marmora.  
 FAB. *Fabia*. Horat. Epist. 6. lib. 1. Sueton. Augusto cap. 40.  
 FAL. *Falerina*, Livius lib. 9. Joseph. lib. 13. Antiquit. Judaic. cap. 17.  
 GAL. *Galeria*. Livius lib. 27. Plin. lib. 7. cap. 49. etfi male ibi *Galerius* editur: & marmoreæ inscriptiones.  
 HOR. vel HORAT. *Horatia*. Nihil de hac tribu in libris, sed in inscrip. nominatur.  
 LEM. *Lemonia*. Cic. pro Plancio, & Philipp. 9. & Sex. Pompejus Festus. Marm.  
 MÆC. *Mæcia*. Cic. ad Attic. lib. 4. epist. 14. Liv. lib. 8. & 29. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 4. & Festus.  
 MEN. *Mentina*. Cic. lib. 13. epist. ad famil. Josephus lib. 13. Antiq. Judaic. cap. 17. & lapides antiqui. *Mentioniam* tamen hic leg. censet Manutius.  
 OUF. *Oufentina*. Livius lib. 9. Festus in v. Lucretius, Alciat. lib. 9. cap. 16. *πασίπυ*.  
 PAL. vel PALAT. *Palatina*. Cicetone 4. Verrina. Asconius ibi. Varro lib. 4. de L. Lat. Plin. lib. 18. cap. 3. Epitoma Livii lib. 20. Dionys. ac Festus.  
 PAP. vel PAPIR. *Papiria*. Liv. lib. 8. Sex. Pompejus Fest.  
 POB. *Pobilia*, quæ deinde *Publilia* scripta est, sicut ex *Publius*, Publius factus est, utroque modo in lapidibus reperies. T. Livius lib. 7. Putat Manutius hanc esse, quam Festus *Popilliam* nominat: de qua Valerius lib. 9. cap. 10.  
 POL. *Politia*. Livius lib. 8. Val. Maxim. lib. 2. cap. 4. & lib. 9. cap. 10.  
 POM. vel POMP. *Pompina*, Cic. libro 4. ad Attic. & lib. 8. famil. epist. 8. Liv. lib. 7. Festus, & Livii Epitoma.  
 PUP. *Pupinia*. Cic. Q. fratri lib. 3. & lib. 8. fam. epist. 8. Liv. lib. 26. Festus, Lucr. & Valer. Maxim.  
 QUI. vel QUIR. *Quirina*. Cic. pro *Quintio*, & ep. 8. lib. 8. famil. Josephus, Festus, Asconius, & marmoreæ inscr.

ROM. *Romilia*, Cic. in Verrem act. 2. (& ibi Pedian.) idemque agraria in Rullum l. Varro lib. 4. de L. Lat. Festus, & Servius in 3. *Æneid*.  
 SAB. *Sabatina*. Liv. lib. 6. Festus, & lapis Card. Carpentis.  
 SCA. vel SCAP. *Scaptia*. Livius lib. 8. Sueton. in Augusto cap. 40. & Festus,  
 SER. vel SERG. *Sergia*. Asconius Ped. & Jul. Frontinus: Varia marmora.  
 STEL. *Stellatina*. Livius lib. 6. & Festus. In lapidibus etiam, ST. pro STEL.  
 SUB. *Suburana*. Varro 4. de L. Lat. Plinius lib. 18. cap. 3. Festus in S. & V. lit. Epitoma Livii 20. lib. Cic. agraria 2. in Rullum, ubi pro *ab Oriculana*, Onuphrius & P. Manutius parva legunt mutatione *Suburana*, è quinque libris veter. in quibus *ab usura* scriptum. Inscriptiones plures attulit Onuphr. lib. 2. civitatis Rom. in Ser. Tullio Rege, de 4. Urbanis tribubus.

{ Suburana }  
 { Esquilina } Item de rusticis tribubus 31.  
 { Collina }  
 { Palatina }

TER. *Terentina*. Cic. pro Cn. Plancio & ep. 8. lib. 8. ad fam. Livius lib. 10. & antiq. Urb. inscrip.  
 TRO. vel TROM. *Tromentina*, Festus, Livius lib. 6. ubi corrupte legitur *Promentina*, ut constat ex lapide apud Careram, quem attulit hic Manutius.  
 VEJEN. *Vejentina*. Cic. pro Cn. Plancio.  
 VEL. *Velina*. Cic. lib. 4. ad Attic. & in Bruto. Horat. epist. 6. lib. 1. Persius, & Florus.  
 VET. *Vetunia*: cujus in auctoribus fide dignis nullam, sed in marmoribus crebram invenimus mentionem.  
 35. VOL. vel VOLT. *Volstina*. Cic. pro Plancio, & in duobus lapidibus hic à Manutio prolatis, quorum alter Veron. integre legitur apud Rhenanum lib. 3. rer. German.

*Male itaque in primis editionibus hæc tribus sunt recensitæ.*

1. *Narniensis*, è lib. Livii 6. & Rulliana Tullii, quæ *Arniensis* est appell.  
 2. *Orciculana*, vel *Otriculana* in eadem Rulliana.  
 3. *Publicia* vel *Poblicia*, è Livii lib. 7. & inscrip. male descripta à Marliano lib. 5. Rom. Antiq. cap. 6. quæ *POBLLIA* sup. legitime est posita. vide quæ in *Suburana* etiam attulimus.  
 4. *Sapinia* denique è Livii lib. 31. & 33. quæ *Sabatina* est.

De pluribus autem quæ superfluum tribuum nominibus disputat Onuphrius Panvinius civitatis Rom. lib. 2. pag. 251. Paris. edit. ann. 1588. & pag. 257. De octo vel 10. tribubus bello Sociali additis, usque ad pag. 269.

## IV Numerus &amp; Ordo Tribuum Romanarum XXXV.

Urbanæ IV.

Suburana

Palatina

Esquilinea

Collina

RUSTICÆ XXXI.

Romulia

Claudia

Pomptina

Publilia

Mæcia

Scaptia

Papiria

Polia

Falerina

Oufentina

Terentina

Aniensis

Quirina

Velina

Pupinia

Galeria

Æmilia

Cornelia

Camilla. \* Oericulana

Crustumina

Fabia

Horatia \* Vejentina

Lemonia

Mentina

Papia \* Veturia

Sergia

Voltinia

Stellatina

Tromentina

Sabatina

Arnenfis

Ex Varrone IV. de ling. Latina, &amp; Cic. in Rullum orat.

Ex Livii r. lib. 6. & Cicer.  
In Rullum agrariis Orat.VETUS Romæ Inscriptio  
NUMERUS TR.....  
QUBUS LOCIS....PAL. H. IV. CLXXXXI.  
SUB. H. IV. LXVIII. IV.  
ESQ. H. ∞ DCLXXVII. A.  
COL. H. CCCCLVI.  
ROM. H. LXVI.  
VOL. H. LXXXX.



## Tribus initio tres sub Romulo, Numa, Tullo, Anco, & Servio Regibus.

**V**arro de ling. Lat. 4. *Ager Romanus primum divisis in partes tres, à quo tribus appellata Titienſium, Rammeſium, Lucerum. Nominata, ut ait Ennius, Titienſes à Tatio, Rammeſes à Romulo, Luceres, ut ait Junius, à Lucumone. Sed omnia hæc vocabula Tuſca, ut Voluſianus, qui etragadias Tuſcas ſcripſit, dicebat. Ab hoc quoque quatuor partes Urbis, tribus diſta. Liv. 10. Cum inter angures conſict, imparem numerum debere eſſe, ut tres antiqua tribus Rammeſes, Titienſes, Luceres, ſuum quoque angurem habeant. Dionyſ. lib. 2. τριχὴ ἑμάς τῶν πλὴθὺν ἀπασαν, ἐκδσαν τῶν μοιρῶν τῶν ἐπιφανέſτων ἐπίſηον ἡγμόνα. ἐπειτα τῶν τριῶν πάλιν μοιρῶν ἐκδσαν εἰς δὲκα μοίρας διαλῶν, ἴſος ἡγμόνας καὶ ὅσαι ἀπίδειξε τὰς ἀνδροſτάτας. ἐκδσαι δὲ τὰς μὲν μελῆς μοίρας τριῶς, τὰς δ' ἐκδσαι κυρίας, ὡς καὶ κατὰ τὸν ἡμῖτερον βίον ἐπι προσαγορεύονται Idem lib. 4. ὁ δὲ Τύδιος πατράρυλον ἐποίησε τὴν πόλιν εἶναι, τριῶν δ' ἄντων τῶς &c. Pomp. *Dicti tribuni, quod olim in tres partes populi diviſus erat, & ex ſingulis ſinguli creabantur, vel quia tribuni ſuffragia creabantur.* Alcon. in Verr. principio tres fuerunt. *Tatienſis una à Tatio Rege, Rammeſis altera à Romulo, Luceres altera à Lucumone ſive Lucretio, ſive à lucco, quem lucum Aſylum vocaberat Romulus.* Poſt de nominibus Sabinarum plures fuere, &c. Obiuerunt autem nomien aut à tributo dando, aut quia primo tres fuerunt, unde etiam tribuni dicti. Livius tamen libro 1. Centuria tres equitum conſcriptæ ſunt: *Rammeſes à Romulo: ab Tito Tatio Titienſes appellati: Lucerum nominis & originis cauſa incerta eſt. Et lib. 1. Tarquinius equitem maximo ſuis deſſe viribus rarus, ad Rammeſes, Titienſes, Luceres, quas centurias Romulus ſcriperat, addere alias conſtituit, &c Varro 4. de ling. Lat. Tribuni militum quod terni tribus tribubus Rammeſium, Lucerum, Titienſium olim ad exercitum mittebantur. Tribuni plebeji, qui ex tribus militum primum tribuni plebeji facti, qui plebem defendenter in ſeſſione Cæſtulinæ.**

*Sex. Pompejus:] Tatienſis tribus à prænoinne Tatii Regis appellata videtur. Idem turmani equitum dictam eſſe ait Curiatius, quaſi terrimasa. Quod ter deni equites ex tribus tribubus Titienſem, Rammeſium, Lucerum fiebant. Itaque primi ſingularum decuriam decuriones dicti. Qui ex eo in ſingulis turmis ſunt etiam nunc terni. Propert. lib. 4. eleg. 1.*

*Prima galeritis poſuit prætoriam Lygmon:  
Magnaque pars Tatio rerum erat inter oves.  
Hinc Titius Rammeſique viri, Lucereſque coloni.  
Quatuor hinc albos Romulus egit equos.*

Et Ovidius in fatiſ 3. lib.

*Quinctiam partes totidem Tatienſibus idem,  
Quoſque vocant Rammeſ, Lucereſque dedit.*

Tribus quoque urbana (vide Collina) à Servio Rege ad Veſpaſ. Aug.

Plures tribus etiam Romuli tempore fuiſſe Pedianus autor eſt. Ita enim Verr. *Principio tres fuerunt. Poſt de nominibus Sabinarum plures fuere, quibus deprecatricibus parentum bellum maritorumque ſuitum eſt, ad poſterum 35. facta. Et Dionyſius eodem tempore agrum Rom. in triginta partes diviſum fuiſſe lib. 2. Antiquit. ſcribit, ut ſingula curia agri*

partem obtinerent, factis & publicis locis exceptis. At Varro agrum Rom. primum in tres diviſum: Urbem in quatuor regiones, ab iſdem regionibus quatuor urbanas tribus appellatas, Dionyſius & Livius Servium Urbem in quatuor partes primum diviſiſſe ſcribunt, tribuſque eas appellariſſe; eam antea tres fuiſſent.

*Ruſſicarum ſingularum initium & numerum cuiuſque temporis referre non facile eſt. Livius omnes tribus 21. fuiſſe primum ſcribit A. Poſthumio, T. Verginio Coſſ. hoc eſt, anno U. C. 257. Cum autem hoſ. Coſſ. Claudii tantum mentionem feciſſet P. Valerio IV. T. Lucretio II. Coſſ. poſt R. C. His quatuor additiſſi quinque & viginti tribuum numerum expletum L. Papirio, C. Cornelio, C. Sergio, L. Semilio II. L. Menenio, L. Valerio Publicola III. tribunus mil. conſulari poteſtate an. poſt. R. C. 366. lib. 6. initio ait. Harum nomina ſunt: *Stellatina, Tromentina, Sabatina, Narnienſis.* Quas poſtquam fuiſſe ex Cicerone in Rullum agnovimus. Omnes enim tribus à *Suburana ad Narnienſem* enumerari ſignificat. Idem tamen Livius, alios, ut opinor, hiſtoricos ſecutus, multarum poſtea tribuum initium reſert; quæ ſupra ſcriptæ ſunt. At Dionyſius varios hæc in te hiſtoriarum libros fuiſſe ait: Cuius verba adſcripſimus lib. 4. *Διῆλα δὲ καὶ τὴν χώραν ἀπασαν ὁ Τύδιος, ὡς μὲν φάſις ἐſτί, εἰς μοίρας ἑξ καὶ εἰκοſιν, ὡς καὶ αὐτὰς καλεῖ ρυλάς, καὶ τὰς ἀδικὰς ποροſθίαις αὐταῖς τετράζας καὶ τριῶντα ρυλάς ἀμφοτέρων (Κάτων μὲν τοι ἄδων ἐπὶ Τυλῖα τὰς πάſας γενέſθαι λέγει ὡς δὲ Οὐρανῖος ἰſόρηεν, εἰς μίαν καὶ τριῶντα ρυλάς ἀξιοτιſτότερον ἂν, ἔχ ὀρίξει τὸν μοιρῶν τὸν ἀριθμὸν. De Claudia tribu eſdem conſulibus Livio cum Dionyſio convenit. Cum vero Coriolanus damnatus eſt, Dionyſius unam & viginti tribus tribubus comitiis ſuffragium tulſiſſe ſcribit, novem tribus abſolviſſe, duodecim graves fuiſſe, M. Minucio II. A. Sempronio II. Coſſ. poſt R. C. an 262. Hoc autem anno Livius 21. tribus fuiſſe ſcribit. Nil igitur de his rebus certi conſtitui poteſt, niſi emendetur Livius, ut cum Dionyſio & Fabio, & Varrone conveniat, emendetur etiam Dionyſii locus.**

*Vell Paterculus lib. 11. Non erat Mario Sulpicioque Cima temperator. Itaque cum ita civitas Italia data eſſet, ut in octo tribus contribuereſent novī dices; ne potentia eorum & multitudo veterum civium dignitatem frangeret, pluſque poſſent recepti in beneficium, quam auſtores beneficii; Cima in omnibus tribubus eos ſe diſtributurum poſſidit eſt, quo nomine ingentem totius Italia frequentiam in Urbem acciverat? & qua pulſus eſt, &c.*

*Appian. bell. civil. lib. 1. Ρωμαῖος μὲν δὲ τὰς δὲ τὰς νεοπολίτας ἐκ ἐς τὰς πέντε καὶ τριῶντα ρυλάς, αἱ τότε ἦσαν αὐτοῖς, κατέλεξαν, ἵνα μὴ τῶν ἀρχαίων πλείους ὄντες ἐν ταῖς χειροτονίαις ἐπιμερατοῖν: ἀλλὰ δεκατέοντες ἀπέρηαι ἑτέρας, ἐν αἷς ἐχειροτόνητο ἴſοχατοι, καὶ πολλοῖς αὐτῶν ἡ ψῆφος ἀχρεῖον ἦν, ἀπο τῶν πέντε καὶ τριῶντα ποροſτέρων τε καλεμῖνων καὶ ἑſῶν ὑπὲρ ἡμῶν. ὅπερ ἡ λαθὸν αὐτικά, ἢ καὶ ὡς αὐτὰ ἀγαπησάντων τῶν Ἰταλιωτῶν, ὑπερὸν ἐπιγλωſθεν, ἑτέρας εἰſσεως ἤρξεν*

*Siſeuna in III. Hiſtoriarum: L. Calpurnius Piſo ex Senatusconſulto duas novam tribus. (Apud N. Marcell. de mutata declinatione.)*

Tribus Romanæ, Livii locus expensus, & Scævola post  
Covarr. lib. IV. Variar. resolut. cap. I.

**R**omanæ tribus numero 35. fuere: auctoribus *Cicerone* 3. in *Verrem Act.* & in *orat. contra Rullum, Philip. 6.* & alibi multis in locis: *Asconio*: item *Livio lib. 1. & lib.*

34. Ex hoc autem numero quatuor tantum *Urbanæ* fuere, *Palatina, Esquilina, Collina, Suburrana*; in quas transferri, ut inquit *Plin. lib. 18. cap. 3.* ignominia esset. Nam, auctore *Livio lib. 9. extremo, Q. Fabius Maximus* concordia causa omnem forensium turbam excretam in quatuor tribus coniecit, urbanasque eas appellavit. Nomen hoc acceperunt à partibus Urbis. Reliquæ omnes laudatissimæ *Rusticæ*, eorum, qui rura haberent, quæ proprie ingenuorum erant *Asconium* autem, ubi 3. in *Verrem act. cur de nominibus Sabinorum* plures tribus dixerit esse factas, mirari satis non possum: Cum à Sabinis non tribus, sed curiæ nomi na acceperint, ut inquit *Livius lib. 1. Sex. Pomp. de verb. signif. lib. 3.* Urbem vero in 20. curias à *Romulo*: à *Servio Tullio*, qui multis annis post *Romulum*, in quatuor tantum tribus divisam esse constat, auctore *Livio lib. 1. quæ explevere numerum 35.* At *Dionys. Halicarn. lib. 2.* scribit, multitudinem omnium in tres partes divisam à *Romulo* fuisse, ac quamlibet rursus earum partium in denas distributam ab eodem: vocatas autem partes maiores, *tribus*; minores vero *curias*. *M. item Varro lib. 4. de L. L. scribit*, agrum *Rom.* in tres partes, unde tribus dicta sit, distinctum fuisse. *T. Livius lib. 2. commemorat*, eo tempore *Romæ* unam & triginta tribus factas fuisse. Idem *lib. 6. scribit* additas fuisse tunc quatuor tribus, & eas 35. numerum explevisse: nempe *Stellatinam, Tromentinam, Sabinam, Navnensem*. Idem *lib. 7.* duas additas esse narrat, *Pontinam, & Publiciam*. *Lib. rursus 8. Medianam & Scaptiam*. *Lib. 9. Usentinam & Falerinam*. *lib. 10.* item duas: nempe *Antensem & Tarentinam*. *L. etiam Florus in Epitoma lib. 19. scribit* duas tribus, *Veluam & Esquilinam*, tunc adjectas fuisse. Quo fit, ut post 35. tribus factas & constitutas, alias 10. tribus adjectas fuisse jure possumus asseverare testimonio *Livii & L. Flori*. Sic sane 45. tribus *Rom.* constabunt. Quod *Ciceroni & aliis*, ipsique *Livio* refragatur. Nisi quis apud *Livium* intellexerit, veteres tribus civibus, & tribulibus auctas fuisse: non autem novastribus veteribus 35. additas esse: qui sensus omnino congruit *Livio*.

*Sapinam* vero tribum non satis agnosceimus: *U. Romanam*. *Livius* etenim *lib. 31. & 33.* non scribit, tribum aliquam *Romanam* dictam fuisse *Sapinam*: sed *Umbriam* *Italix* regionem appellatam fuisse *tribum Sapinam*.

Adhæc & *Quintil. lib. 7. cap. 3. scribit*. *Propria liberi, quæ non habet, nisi liber: prænomen, nomen, cognomen, tribum, habet hæc additæ. Qui quidem locus conducit ad veram interpretationem Scævola J. C. in l. patronus. D. de leg. 3. quæ sic habet:*

*PATRONUS* liberti statim tributum emi peticit: Libertus dñi moram ab hærede patroni passus est, & decedens hæredem reliquit clarissimum virum. Quasi sum est, an tribus estimatio hæredi ejus debeatur. Respondi, deberi. Item quæsitum est, an & commoda, & principales liberalitates, quas libertus ex eadem tribu usque in diem mortis suæ consecutus fuisset, scilicet tribus secundum voluntatem patroni sui tunc comparata fuisset, an vero usque estimatio hæredi ejus debeatur. Respondi, quidquid ipse consecutus esset, id ad hæredem suum transmuteretur. Hæc ille J. C.

Et sane cum patronus voluerit ipsius impensa, ejus libertum civem Romanum fieri, & in aliquam tribum adscribi; unde multa commoda ex publicis largitionibus, & *Cæsarium* liberalitatibus consecutus foret: Nec hæres patroni hoc fuerit exsecutus, mortuusque sit libertus relicto hærede, qui civis erat *Rom.* & in tribu censebatur. *Accursius & alii Scævola* responsum non recte acceperunt.

Sed etsi in plures tribus divisa fuerit *Urbs Roma*, à tate tamen *Livii, & Ciceronis* ad quinque & triginta omnes redacta fuerunt: ut ex iisdem auctoribus apparet. Sed nec hoc placet. *Legendus & Franc. Connanus* de libertis.

Tribus primo *Roma* dividebatur: inde divisores, ait *Cælius Taurellus, pag. 346. dicti à M. Tullio in Verrem, & ad Attic. de quibus multa Budæus ad legem Juliam* de ambitu.

*Liberti* autem apud *Romanos* tribuum jus nunquam habuerunt: etsi liberi essent, nec eorum filii: sed filii ingenuorum ex his, qui manumissi essent procreatorum: qui tunc *libertini* dicebantur. Quod ferebatur testimonio *Livii*, qui sub fine libri 9. scribit, *libertinorum filios ab Appio Claudio tributim divisos summa civitatis indignatione*. Huc etiam pertinet quod hæc de re tradit *Sueton. in Claudio cap. 24 & Plutarchus* in *Poplicola*.

Jus vero *Romanæ civitatis* pecunia quæri solitum, ex *Apostolorum actis cap. 22.* apparet. Quod & *Taurellus ibid.* annotat.

*Dionys. lib. 4. Antiq. Rom. ex auctoritate Venonii* refert, à *Servio Tullio* Urbem divisam fuisse in quatuor tribus: quarta veteribus addita. Pagos autem rusticorum in triginta & unum. Hinc constant triginta quinque tribus. Unde conjicio postea tribus *Rusticas* in Urbem nominibus appositis translatas esse: atque ita fortasse *Livius* interpretandus.

Ex 35. autem tribubus aliquam (ut ait *Asconius 2. in Verrem Act.*) necesse erat, cuiuscunque esset ordinis civis *Rom.* obtineret. Is autem ostendebatur aut prænomine suo, aut à nomine (nomine autem familia significatur) à patris prænomine, à tribu, in qua censeretur, aut à cognomine, ut apud *Cic. Philipp 9. Serv. Sulpitius Q. F. Lemonia Rufus*.

*Lemonia* enim tribus est ablativi casus. Nam hoc casu tribus significatur, ut sit ex *Lemonia*, ut inquit *Asconius*. De prænomine, nomine, & cognomine *And. Alciatus* disputationum *lib. 4. cap. 1. & diligenter Ant. Augustinus lib. 3. emendat. Juris cap. 8 & Plutarch. Mario*.

Hoc & apud *Athenienses* olim obtinuit, ut ex *Demost. orationibus* facile constat. *Demosthenes Demost. F. Patamensis*. *Pæanion* autem erat vicus *Pandionidistribus*. *Suidas*. Id ipsum facile deducitur ex *Demost. controversia de nomine: & oratione de corona*.

In lapidibus vero antiquis fere semper, in libris aliquando prioribus tantummodo literis significari tribus animadvertas, ut *epist. 7. lib. 8. epist. ad famil. Cic. ubi legitur Pom. sciendum etenim est Pomptinum tribum intelligi: nam & Pontina & Pomptina* in lapp. antiquis, & vetustis libris scriptum est. Et id eadem *epist. ubi legitur Pomp. Popilia. ubi Pam. Papinia. ubi Ant. Antensis*. Quod cum antea non esset exploratum, alii pro *Ant. Capito* duabus vocibus conjunctis legebant *ANCAPITO*. Plura *Paul. Manutius* in *libri 8. epist. 8.*

FASTI KALENDARES ROMANI,  
D E  
L U D I S F E S T I S Q U E  
R O M A N O R U M D I E B U S,

Quales Numa Pompilius instituit:  
C<sup>N</sup>. Flavius Scriba pontif. publicavit:  
Deinde C. JULIUS CÆSAR, anno ad solis cursum redacto,  
in foro adfixit:

C U M S C H O L I I S  
P E T R I C I A C C O N I I, T O L E T A N I,  
E T  
P A U L I M A N U T I I R O M A N I.  
L E C T O R I. S.

**P**ETRUS CIACCONIUS Toletanus, alter sui seculi Varro merito appellatus, ut erat omni disciplinarum genere ad miraculum usque instructus, Kalendarium seu Romanorum Fastorum marmoream tabulam, quæ Romæ hodieque spectatur, à se divinando primo felici ἰδῶσσι explicatam miserat olim amicitia promissique exsolvendi gratia, anno ejus seculi quarto & septuagesimo Antverpiam Benedicto Aria Montano, Hispanensi, viro doctissimo linguarumque sacrarum peritissimo. Is nihil tale illo expectante aut volente Plantiniano typis statim, bono sane publico, eculgandam curavit. Post etiam PAULUS MANUTIUS in eisdem pedem vestigiis ponens illustravit. Dehinc & in Belgio Frisius vir eruditissimus, Sibrandus Sicama, & nonnemo in Gallia Lugduni calamistris eandem ornando ampliarunt. Nos duos priores ob brevitatem, & quia ἀδῶσσι exstiterunt, hic exhibendos duximus, quæque nuper de Mensibus Romanis & Atticis eram mihi commentatus, cum ut in omni Historia Rom. parte profit Antiquitatis ac Tulliana lectionis studiosis; tum ut Ovidiani fasti cum M. Varrone togatorum doctissimo lucem hinc aliquam accipiant. Fruere mi Lector: hæc, & fare.

P E T R U S C I A C C O N I U S T O L E T A N U S.

**I**N hoc Kalendario, quod Augusti tempore incisum fuit, fasti præcipue dies & nefasti festique notati sunt. His accesserunt minoribus literis ludorum dies, aliæque feriæ in C. Casaris & Augusti honorem instituta. Fasti vero & nefasti dies, hoc est, quibus fas erat vel non erat pratori fieri tria illa verba, solennia, do, dico, addico, aut erant fasti toti, aut nefasti toti, aut fasti prima, media vel postrema parte diei, reliquis vero nefasti. Nefasti toti N. litera notantur: fasti toti F. fasti prima parte F. P. quæ notæ fastos prima parte designant. Fasti media parte EN, quibus significatur intercisi, sic enim antiqui scribebant pro intercisi, διῆτικῶς inde sunt quod esset intercisum nefas, ut scribit Varro lib. de ling. Latin. V. Fasti vero posteriore parte his literis notantur, NP. hisque significantur nefasti prima parte, nam iidem erant fasti postrema. Horum trium posteriorum sic meminit Servius in 6. Æneid. Item lectum est Deos aliquoties tantum Kalendis, aliquoties Idibus vaticinari: Nonnunquam diei vel prima, vel media, vel postrema parte. Unde est in jure fissus dies, id est, non totus religiosus. Fit item mentio eorum licet obscurior in tribus fasti fragmentis in nefastus, in regifugium, in quando Rex comitiavit fas. Ovid. lib. 1. Fast. Nec toto perire die sua jura putaris. Qui jam fastus erit, mane nefastus erat. Litera A, B, C, D, E, F, G, H, quarum ferie totum coneritur Kalendarium, dies nundinarum demonstrabant, & præter hæc inter fastos ideo referebantur, quod lege Hortensia omnes nundinae fastæ erant, ut ex Græno Liciniano refert Macrobius. C. vero litera comitiales dies notantur, per quos solum comitia haberi licebat. Ea vero ratione hi dies inter fastos connumerantur, quod cum comitia non haberentur, fasti essent. De his duobus ita Ovid. lib. Fast. Est quoque quo populum fas est includere septis, Est quoque qui nono semper ab orbe redit.

## Petr. Ciacconii Toletani in vetus Kalend. Rom. Notæ.

JANUARIUS.		FEBRUARIUS.		MARTIUS.		JANUAR.	
1	A. K. JAN. F.	1	H. K. FEB. N.	1	DKMARNP.	K. JAN. F. Kalendæ Januarii; <i>Festus, Ovidius.</i>	
2	BF	2	AN	2	EF	NON. F. Nonæ, Fastus.	
3	CC Comitalis.	3	BN	3	FC	AGON. Agonalia. <i>Varro lib. 5. de l. Lat. Ovid. 1. Fast.</i>	
4	DC	4	CN	4	GC	<i>Festus Pomp.</i>	
5	ENON. F.	5	DNON.	5	HC Hoc die Cæsar	EN. Entericifus, hoc est, inter-	
6	FF	6	EN	6	ANP pontif. maxim. fact. est.	cifus. <i>Varro lib. 5. de l. Lat.</i>	
7	GC	7	FN	7	B. NON. F.	CAR. NP. Carmentalia, ne-	
8	HC	8	GN	8	CF	fastus prima parte. <i>Varro</i>	
9	A. AGON	9	HN	9	DC	<i>lib. 5. de l. Lat.</i>	
10	BEN	10	AN	10	EC	EID. NP. Idus, nefastus prima	
11	C. CAR. NP.	11	BN	11	FC	parte.	
12	DC	12	CN	11	GC	DIES VITIUS. ex s. c. Dies vi-	
13	E. EID. NP	12	DEID. NP. Faun.	12	H. EN.	tiosus, ex senatusconsult.	
14	F. FN <i>Dies vitios. ex. sc.</i>	14	EN	13	A. EQ. NP.	<i>FEBRUARIUS.</i>	
15	G. CAR.	15	FLUPER. NP.	14	BEID. NP	K. FER. N. Kal. Febr. nefastus.	
16	HC Monet.	16	G. EN.	15	CF	LUPER. Lupercalia. <i>Varr. l. 5. Ovid. 2. Sero. in 8. Æn. ib.</i>	
17	AC	17	H. QUIR. NP.	16	DLIB. NP	<i>monstrat sub rupe Lupercal.</i>	
18	BC	18	AC	17	EC	& <i>ibid. nudosque Lupercos.</i>	
19	CC	19	BC	18	FQUIN. NI	QUIR. Quirinalia. <i>Varro lib.</i>	
20	DC	20	CC	19	GC	<i>5. Ovid. 2. Fast.</i>	
21	EC	21	D. FERA. L. F.	20	HC	FERAL. Feralia. <i>Varro 5. Ovid.</i>	
22	FC	22	EC Charist.	21	AN	<i>2. Fast. Macrobin.</i>	
23	GC	23	F. TER. NP.	22	B. JUBIL. NP.	TER. Terminalia. <i>Varro lib.</i>	
24	HC	24	G. REGIF. N.	23	C. Q. REX. C. F.	<i>5. Ovid. 2. Macrobin.</i>	
25	AC	25	HC	24	DC Hilar.	REGIF. Regifugium. <i>Festus.</i>	
26	BC	26	A. EN	25	EC	<i>Ovid. 2. Fast.</i>	
27	CC Cast.	27	B. EQ. NP.	26	FNP. Hoc die Cæsar Alexand. recep.	EQ. Equiria. <i>Varro, Festus,</i>	
28	DC	28	CC	27	GC	<i>Ovid. Sunt &amp; mense Mart.</i>	
29	EF			28	HC	<i>MARTIUS.</i>	
30	FN Pacal.			29	AC	HOC DIE CÆSAR PONTIF.] hoc die Cæsar Pontif. Max.	
31	GC			30	BC Luna	factus est. <i>Ovid. 3.</i>	
						<i>Et Præneste fragmentum ef-</i>	
						<i>fectum hac inscriptione spe-</i>	
						<i>ctatur:</i>	
						NON. N. CONCORDIÆ.	
						IN ARCE FERIÆ	
						EX. S. C.	
						QUO DEO DIE IMP.	
						CÆSAR AUG.	
						PONT. MAX. TRIB.	
						POTEST. XXI.	
						COS. XIII. AS. P. Q.	
						ROMANO.	
						PATER PATRIÆ.	
						APPELLATUS.	
						LIB. Liberalia. <i>Varr. 5. Ovid.</i>	
						<i>3. Fast. Festus.</i>	
						QUIN. Quinquatrus. <i>Varr. 5.</i>	
						<i>Ovid. 3. Festus.</i>	
						TUBIL. Tubilustrium. <i>Varr.</i>	
						<i>5. Ovid. Fest. est &amp; mense Ap.</i>	
						Q. R. C. F. Quando Rex co-	
						mitiavit fas. <i>Varr 5. Fest.</i>	
						Est & Aprilii.	

APRILIS.		MAJUS.		JUNIUS.		APRILIS.	
1	C. K. APR. P.	1	A. K. MAI	1	H. K. JUNN.		LUDI MATR. MAG. Ludi mar- tris Magnæ, hoc est, <i>Megalæstis</i> . <i>Ovid. 4. Fast. Cicero, Livius,</i> <i>Festus.</i>
2	DC	2	B	2	AF		
3	EC	3	C	3	BC		LUD. IN CIR. Ludi in circo, hoc est, ludi circenses.
4	FC Ludi, matris, mag.	4	DEN	4	CC		FORD. Fordicidia. <i>Varro 5, de</i> <i>l. Lat. Ovid. 4. Fast. Fest.</i>
5	G. NON. Ludi	5	EC	5	D. NON.		CER. Cercalia. <i>Varro 5. Ovid. 4.</i>
6	HNP Ludi	6	FC	6	FN		PAR. Parilia, quæ & Palilia. <i>Varro, Ovid. Fest.</i>
7	AN Ludi	7	GNON. N	7	EN Lud. Pifc.		VIN. Vinalia. <i>Varro, Ovid. Fest.</i> Sunt & mense Augusto.
8	BN Ludi	8	HF	8	GN Menti in Capit.		ROB. Robigalia. <i>Varro, Ovid.</i> <i>Plinius, Festus.</i>
9	CN Ludi	9	ALEM. N	9	HVESTN Fer. Vestæ.		LUD. FLOR. Ludi Florales <i>Varro, Ovid. Plinius.</i>
10	DN Lud. in circ.	10	BC	10	AN		
11	EN	11	CLEM. N	11	BMATRN. N.		
12	Fa Ludi Cereri.	12	DNP Lud. mart. in circ.	12	CN		
13	GEID. NP Ludi	13	ELEM. N	13	DEID. NP.		
14	HN Ludi	14	FC	14	EN		
15	AFOR. D. NP Ludi	15	GEID. NP.	15	FQ. ST. D. F.		
16	BN Ludi	16	HF	16	GC		
17	CN Ludi	17	AC	17	HC		
18	DN Ludi	18	BC	18	AC	Minerva in Avent. Summano ac cir. max.	
19	ECERN. Ludi in circ.	19	CC	19	BC		
20	FN	20	DC	20	CC		
21	GPAR. NP	21	EAGON. NP	21	DC		
22	HN	22	FN	22	EC		
23	A. VIN. NP.	23	GTUB. NP	23	FC		
24	BC	24	HQ. REX. C. F.	24	GC Fort. for. & ad. r. 4.		
25	C. ROB. NP.	25	AC Fort. publ.	25	HC		
26	DF	26	BC	26	AC		
27	EC	27	CC Virtut. & hon.	27	BC		
28	FNP. Lud. Flor.	28	DC	28	CC		
29	GC Ludi	29	EC	29	DC		
30	HC Ludi	30	FC	30	EC		
		31	GC				

MAJUS.

LEM. Lemuria. *Ovid. 5. Porphy-*  
*rius in Horatium.*

LUD. MAR. IN CIR. Ludi  
Martiales in circo. *Sueton. in*  
*Claudio. Dion. lib. 56.*

JUNIUS.

MENTI IN CAP. Menti in Ca-  
pitolio, sacrificium fit. *Livius*  
*lib. 23. & 22.*

VEST. N. FER. Vestalia, nefa-  
stus, feræ Vestæ, *Varro, Ovid.*  
*Fest.*

MATR. Matralia. *Varro lib. 4. de*  
*l. Lat. Ovid. 5. Fast. Festus.*

Q. ST. D. F. Quando stercus de-  
laum, fas. *Varro, Festus.*

POPLIF. Poplifugium. *Varro 5.*  
*de l. Lat. Plutarch. in Romulo.*  
*Macrob.*

JULIUS.		AUGUSTUS.		SEPTEMB.		JULIUS.	
1	FK. JUL. N	1	EKAUG.	1	DK. SEPT.		POLIT. Poplif. Addi. CÆ. SARIS NATAL.
2	GN	2	EN <small>Hoc die Imp. Cæs. His. citer. vicit. fer.</small>	2	EN		LUD. APOLLIN. Ludi Apol- linares. <i>Livius lib. 27.</i>
3	HN	3	GC	3	FNP		MERK. Mercatus.
4	ANP	4	HC	4	GC Ludi Romani		LUCAR. Lucaria. <i>Festus,</i> <i>Macrobius.</i>
5	BPOBLIF. N	5	ANON. F. <small>Sal. in Quirin.</small>	5	H. NON. F. Ludi		LUDI VICT. CÆS. Ludi vi- ctoriæ Cæsaris. <i>Sueton.</i> <i>in Augusto.</i>
6	CN Ludi Apollin.	6	BF	6	AF Ludi		NEPT. Neptunalia. <i>Varro</i> 5.
7	DNON. N. Ludi	7	CC	7	BC		FURR. Furrinalia, five Fu- rinalia. <i>Varro, Festus.</i>
8	EN Ludi	8	DC	8	CC Ludi		<i>AUGUSTUS.</i>
9	FN Ludi	9	ENP <small>Hoc die Cæsar Hisp. vicit.</small>	9	DC Ludi		HOC DIE. In fragmento al- terius Kalendarii est: <i>Feria, quod hoc die Im- perator Cæsar Hispaniam citeriorem vicit:</i> quæ etiam hic scripta e- rant, cum sit: CIR. VICT.
10	GC Ludi	10	FC	10	EC Ludi		HOC DIE. Hoc die Cæsar Hispalim vicit. <i>Hirtius.</i> <i>Suet. Dion.</i>
11	HC Ludi	11	GC	11	FC Ludi		PORT. Portumnalia. <i>Var- ros.</i>
12	ANP Ludi	12	HC	12	GN Ludi		VIN. F. P. Vinalia, factus prima parte.
13	BC Ludi in circ.	13	AEID. NP.	13	HEID. NP		CONS. Confualia. <i>Varro,</i> <i>Festus Sunt &amp; mense</i> <i>Decembri.</i>
14	CC Merk	14	BF	14	AF Equor. prob.		VOLC. Volcanalia. <i>Varro,</i> <i>Festus, Columella.</i>
15	DEID. NP Merk	15	CC	15	BN Lud Rom in cir.		OPIC. Opiconfiva. <i>Varro.</i> <i>Fest. Macrobius.</i>
16	EF Merk	16	DC	16	CC In circ.		VOLT. Volturnalia. <i>Var- ro. Fest. Plinius.</i>
17	FC Merk	17	E. PORT. NP	17	DC In circ.		HOC DIE ARA. VICT. IN CURIA DEDIC. EST. De hac ara victoriæ dedica- ta, <i>Dio lib. 51. Herod. 7.</i>
18	GC Merk	18	FC	18	EC In circ.		<i>SEPTEMBER.</i>
19	HLUCA. NP. Lud.	19	G. VIN. F. P.	19	FC In circ.		LUDI ROMANI. De his <i>Livius lib. 1.</i>
20	ACLud. vict. Cæsar	20	HC Lud. Palatin.	20	GC Merk		EQUOB. PROB. Equorum probatio. Meminit hu- jus diei <i>Vaerius Max.</i> <i>lib. 2. c. 9. Est &amp; mense</i> <i>Octob.</i>
21	BLUCAR <small>Ludi &amp; fer.</small>	21	A. CONS. NP.	21	HC Merk		AUGUSTI. NAT. Augusti natalis. <i>Dio. l. 54. Suet.</i> <i>Aug. c. 5.</i>
22	CC Ludi	22	BEN	22	AC Merk		
23	DNEPT. Lud. & per	23	CVOLC. NP	23	BNP <small>Merk. hd. Augu- sti natal. Lud. cir.</small>		
24	EN Ludi	24	DC <small>Luna in Graco Stas.</small>	24	CC		
25	FFURR. NP Ludi	25	E. OPIC. NP	25	DC		
26	GC Ludi	26	FC	26	EC		
27	HC In circ.	27	G. VOLT. NP	27	FC Lud. Vener. gen.		
28	AC In circ.	28	HNP <small>H. data victoria in curia de digest</small>	28	GC		
29	BC In circ.	29	AF	29	HF Epul. Minervæ F.		
30	CC <small>In cir. fort. hujus- que diei.</small>	30	BF	30	AC		
31	DC	31	CC				

OCTOB.		NOVEMB.		DECEMB.		OCTOBER.	
1	B. K. OCT. N.	1	AK. NOV.	1	GK. DEC.		MEDITR. Meditrinalia. Varro 5. de l. Lat. Festus.
2	CF	2	BF	2	H		August. Augustalia. dies reditus Augusti. Dio lib. 56. & 58.
3	DC	3	CF	3	A		FONT. Fontinalia. Varro l. 5. Festus.
4	EC	4	D **	4	B		ARM. Armilustrium. Varro l. 5. Festus.
5	FC	5	ENON. F	5	C. NON. F.		LUDI vict. Ludi victoriae, hi asyla fuerunt instituti bello civili, Asconius Verr. 2. Valer. Max. lib. 2.
6	GC	6	FF Ludi	6	D		
7	H. NON. FL.	7	GC Ludi	7	EC		
8	AF	8	HC Ludi	8	FC		
9	BC	9	AC Ludi	9	GC		
10	CC	10	BC Ludi	10	HC		
11	DMEDITR	11	CC Ludi	11	AAGON. NP		
12	E. AUGUST. NP	12	DC Ludi	12	BEN		
13	F. FONT. NP	13	EEID. NP. <sup>Epul. indict.</sup>	13	CEID. NP		
14	GEN.	14	FF Equor. prob.	14	DF		
15	HEID. NP	15	GC Lud. pleb. in cir.	15	ECONS. NP		
16	AF	16	HC In circ.	16	FC		
17	BC	17	AC In circ.	17	GSAT Feria Saturn.		
18	CC	18	BC Merk.	18	HC		
19	DARM. NP	19	CC Merk.	19	A. OPAL. NP		EPUL. INDICT. Epulum indictum. de Epulo locus in Capitol. Livius lib. 5. Lamprius in Alex.
20	EC	20	DC Merk.	20	BC		LUDI PLEB. IN CIR. Ludi plebeji in circo. Asconius Verrin. 2.
21	FC	21	EC	21	C. DIV. NP		
22	GC	22	FC	22	DC		
23	HC	23	GC	23	E. LAR. NP		
24	AC	24	HC	24	FC		
25	BC	25	AC	25	GC		
26	CC Lud. Vict.	26	BC	26	HC		
27	DC Ludi	27	CC	27	AC		
28	EC Ludi	28	DC	28	BC		
29	FC Ludi	29	EC	29	CF		SAT. FE. Saturnalia, Feria Saturno. Varro, Festus, Macrobius.
30	GC Ludi	30	FC	30	DF		OPAL. Opalia. Varro l. 5. Festus.
31	HC Ludi	31	FC	31	EC		DIV. Divalia. Diva Angeronia festa. Festus, Macrobius.
							LAR. Larentinalia. Varro. Festus, Plutarchus.

NOVEMBER.

DECEMBER.

## PAULUS MANUTIUS, ALDI F.

## De veterum dierum ratione.

SI duo in genera dierum distribui *annum* oporteat, multum *farium* recte divideretur, ut sic; annus constat ex diebus vel *fastis*, vel *nefastis*: aut sic; ex diebus vel *festis*, vel *profestis*: aut sic; ex diebus vel *senatoriis*, vel *non senatoriis*: aut sic; ex diebus vel *comitialibus*, vel *non comitialibus*. Harum enim quatuor divisionum, si separatim singula considerentur, totum annum qualibet complectitur. Nos autem, cum de diebus ea que scitu digna censuimus, quæque ad Romanæ historiæ notitiam valde pertinent, breviter offendere instituerimus; ex his divisionibus utemur ea in qua quæ major pars est (duas enim partes habent singulæ) ea, cum ea parte, quæ in aliis divisionibus item major est, comparata, uberior aliquanto esse cognoscitur. Incipiemus igitur à nominibus in prima divisione, *fastis*, & *nefastis*: quandoquidem *fasti*, quæ duarum primæ divisionis partium plenior est, plures in anno sunt, quam quæcumque pars in tribus reliquis divisionibus latius patet: hæc est, quam vel *profesti*, vel *non senatorii*, vel *non comitiales*. Quod si quis opponat, in Calendario plures notatos esse dies litera C, quam litera F, unde plures significantur *dies comitiales*, quam *fasti*; itaque non recte me à *fastis*, ut à plenior parte, exordium sciat, non à me *fastos* modo vocari quos notatos litera F, videmus, sed omnes plane quibus fari tria verba, *do, dico, addico*, pratori licebat; quorum è numero comitiales erant & ii, quos in Calendario hæc litera demonstrant, EN. NP. Q. REX. C. Q. S. T. D. F. P. quibus omnibus cum fari liceret, etiam si non id semper fieret; qua de causa notati sunt aliis literis potius, quam F; ut indicetur, præter *fari* aliquid etiam fieri licuisse; non absurde mihi facere videor, si ad *fastos*, litera F, notatos, qui quidem vere *fasti* dici possunt, quod iis aliud prolium nihil nebat, quo prætor à iure dicendo impediretur, eos quoque dies aggrego, quibus fari semper quidem licebat, non tamen, quod licebat, fieri semper solebat. Ut omnino tria essent genera, quibus de singulis agetur suo loco. Primum *fasti* ii, quibus fari semper & liceret, & soleret; qui notantur litera F, suntque omnes xxxvii. Hi & proprie erant *fasti*, & toti; proprie, quod per eos, nisi cum aliquis casus extra ordinem interveniret, nunquam prætor jus non dicebat; toti, quod fari horis omnibus liceret. Alterum genus fuit; *fasti* ii, qui & ipsi proprie *fasti* erant, sed non toti; quod iis quidem omnibus fari, non tamen horis omnibus, liceret. Erant autem hi, EN. NP. F. P. EN. Q. REX. C. Q. S. T. D. quas literas infra explanabimus, atque hi erant omnes Lxv. Tertium genus *comitiales* fuere, casu *fasti*, non proprie; quia, cum comitia non haberentur; tunc fari solum prætor solebat: hi modo toti erant *fasti*, cum nulla scilicet comitia haberentur; modo ex parte, cum haberentur illa quidem, sed minime per totum diem. Hi clxxxiv. erant. Nos igitur *fastos* omnes vocamus; quibuscumque fari liceret, sive *fasti* proprie, sive non proprie essent; itaque, ab his *profesti*, paulatim progrediemur dividendo, ut, qui nobis propositus est hujus narrationis finis, eo perveniamus. Omnes dies aut *fasti* sunt, aut *nefasti*: & *fasti*, partim *festi*, partim *profesti*; *festos* plerumque partim *fastos*, partim *nefastos* fuisse; ut *Quirinalia*, *Lupercalia*, *Terminalia*, ex Calendario cognoscuntur. Quibus enim *fastis* diebus adscriptum est NP. ii sunt *nefasti* simul, & *fasti*; *nefasti*; priorè parte; *fasti*, posteriore. Dies *feralia* adscriptam habere F. qui *festus* proprie non fuit, sed gestandæ ad mortuos canæ dicantur dies. Quod quia non hora staret, sed ut cuique commodum erat; ideo totus dies potuit esse *fastus*. Propterea, ut opinor, litera F, notabatur. *Festis* portio diebus, non debito, quin omnibus haberi senatum licuerit, eorum rei exempla, sunt in antiquorum libris admo-

dum multa, quamquam solenne hoc non erat ut semper diebus *festis* Senatus haberetur; sed legitimum, ut haberi posset. Solenne autem illud, ac statum, ex more majorum, ut *Kalendis*, *Nonis*, *Idibus*, haberetur. Itaque in Calendario neque *Kalendis*, neque *Nonis*, neque *Idibus* litera C, quæ *comitiales* dies significabat, per quos haberi Senatus non poterat, neque diebus omnino ulus *festis* adhaeret. *Profesti* dies aut *fasti* erant, aut *nefasti*. Et omnibus *profestis* *nefastis* haberi senatum licebat; *profestis* autem *fastis* non plane omnibus; sed iis tantum qui *comitiales* non essent. Quibus autem *profestis* haberi senatus poterat, iis omnino agi cum populo non poterat. Contra, quibus *profestis* haberi senatum non licebat, iis agi quidem cum populo licebat, nec tamen semper agebatur: cum ea res ex eorum voluntate penderet, penes quos populi cogendi potestas esset. Non enim, quod licet, id etiam necesse est. Quod autem dixi, *comitialibus* haberi senatum non licuisse, declarant illa verba in epistola Ciceronis ad fratrem, quæ tertia est, lib. ii. *Consecuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi non poterat*. Et illa in S. C. quod Cælius ad Ciceronem misit, ep. fam. lib. vii. *Utiq; ejus rei causa per dies comitiales senatum haberent, S. Q. C. facerent*. Quibus verbis, quod extra ordinem à senatu eo S. C. decretum est, id omnino fieri solum non esse, dilucide constat. Ita senatus *fastis* quibusdam haberi poterat, quibusdam non poterat: si quidem comitiales inter *fastos* jam retulimus. *Nefastis* autem haberi omnibus potuisse, jam diximus. Sane qui me torqueat nodus est, mihi quidem perdidicissis, in epistola ad Atticum lib. i. in qua cum dixisset jam: *Nam cum dies venisset rogationi ex S. C. ferendæ*; paucis post verbis subiunxit, *senatus vocatur*. Quod certe mos majorum minus ferre videbatur. Nam si rogationi ferendæ dies est, certe comitialis est: quod si comitialis, haberi senatum non licet: cuius rei testimonio sunt ea, quæ paulo ante recitavimus, & ex epistola ad fratrem verba Ciceronis, & è S. C. nisi si factum id extra ordinem dicamus; ut Pisonis Consul iniquissimis conatibus obviam iretur: qui cum esset factor rogationis & ejus rogationis quam ex S. C. & de religione ferebat; idem tamen erat disuasor. *Comitialium* magnus erat numerus: eosque fuisse dies *fastos*, quod supra dixi, ita existimo, ut mihi videar asserere posse: non enim inani quadam conjectura, sed certa in primis, ut puto, ratione commoveor. Nam in Orationibus Ciceronis in Pisonem, de Provinciis Consularibus & pro Sexto, mentionem video fieri ea de lege qua P. Clodius tribunus plebis sanxit, ut omnibus diebus *fastis* agi cum populo liceret. Quo fit apertum, *fastis* quibusdam non id licuisse, quod ut omnibus liceret, lege Clodia sancitum est. Quam tamen legem non fuisse observatam, demonstratum est à nobis in libro de legibus Romanis. Nec vero mirari satis possum; cum *fastos* aliquot fuisse *comitiales* pateat; qui venerit in mentem Macrobio *fastis*, dicere, lege agi licuisse, cum populo non licuisse; *comitialibus* autem utrumque licuisse. Quorum alterum vere dictum constat, *comitialibus*, inquam, & lege agi, & cum populo licuisse: quia scilicet *comitiales* erant de numero factorum: itaque & illud, omnium factorum commune habebant, ut lege agi posset; & hoc præter ea proprium, ut etiam cum populo posset. Alterum autem de *fastis* diebus, quibus ait lege agi licuisse, cum populo non licuisse, in prima parte verum esse video; in secunda qui possit non esse falsum, haud facile repetio. Qui enim *fastis* agi cum populo non licet, cum *comitiales* omnes *fasti* sunt, & *comitialibus* agi licuisse cum populo, jam ostenderim? Dixisset hoc modo: *fastis* omnibus lege agi licet, cum populo non omnibus licet, nihil erat, quod repre-



reprehenderes: siquidem, quod docuimus, quibusdam factis agi cum populo poterat, quibusdam non poterat. Quibus poterat, eos si quis factus, aut factus comitiales diceret, non erraret; cum dies fuerit nullus comitialis, quin idem & factus: sed comitiales potius, quam facti, ut a reliquis factis proprio nomine distinguerentur; & comitiales item potius, quam facti comitiales, brevitatis causa, vocabantur. Verum quia liberet, quantum in me est, Antiquitatem soleo tueri; Macrobius, à quo multa didici, quasi gratia referendæ loco, ita conor excusare: ut cum factos nominavit, de iis tantum intellexerit qui facti vulgo dicebantur, non etiam de iis, qui essi facti ipsi quoque erant, comitiales tamen appellabantur. Spectavit igitur non verbi vim, qua dies omnes, quibus prætor tria verba fieri possent, siue comitiales essent, siue non, complectitur; sed consuetudinem loquendi; quod factos nominabant eos, quibus tantum lege agi possent; cum eos quibus cum populo possent, comitiales præcipuo vocabulo mallent appellare. Queritur hic fortasse, cum comitiales omnes essent facti, inque & cum populo, & lege agi possent; cum populo, quia comitiales; lege, quia facti; fieret ne simul utrumque. Negatur. Nam, essi licebat utrumque eodem die, non tamen utrumque poterat eodem tempore. Cum enim populus in forum convenisset, quid iudicibus, aut litigantibus loci relinqueretur? porro, si vacaret locus, qui tamen possent prætor, aut iudices, in tanto strepitu, quantum coactæ in unum locum multitudinis solet esse, eorum, qui causas agerent, orationes attentis auribus animisque, ut par est, excipere? sedata mente diligenter aliquid confidenteribus opus est: itaque absurdum est, credere, potuisse eodem tempore & cum populo agi, & iudicibus operam dari: sicuti factis iis, qui comitiales non erant, eodem quidem die, non tamen eodem tempore, & lege actum, & senatum esse habitum invenio; sic, ut lege ageretur primum, deinde senatus haberetur; quod cum ex aliis locis, tum ex III. & XII. epistola libri II. ad Quintum fratrem intelligitur. Ergo, cum omnes comitiales essent facti, non quia semper lege ageretur; sed quia semper liceret, si modo cum populo non ageretur; (nec enim utrumque simul fieri, iam diximus) ita concludemus, factos, litera F, in Calendario notatos, jurisdictionem omnes habuisse; factis, litera C, notatis, & jus dici & agi cum populo eodem die, non eodem tamen tempore, potuisse: ideoque factos eos quoque fuisse dico, non ex eo, quod feret, sed ex eo quod liceret. Hæc de factis: superstiti nefasti. His omnino neque lege agi, neque cum populo licebat. Cum enim opponantur factis, quorum e numero sunt comitiales; eo iure, quod omnes facti, siue comitiales, siue non comitiales, habent, profus careant necesse est. Festus etiam sic: *Die nefasto apud prætorem lege agere religiosum erat.* Causas tamen agi, & concionem haberi, & legem promulgari, licebat. Nam neque causas agi, est lege agi, neque concionem haberi, aut legem promulgari, est cum populo agi, quæ probare singula magni negotii non est. Agitur lege, cum prætor tria verba facit, *do, dico, addo*: qui est ultimus iudicii dies: cum vero causis audiendis prætor operam dat, lege tunc non agitur. Quare factos esse necesse non est omnes dies quibus aut pro reo, aut contra reum dicitur: sed factum cum quidem esse necesse est, quo prætor, aut qui iudicio præest, cum consilio iudicium sententiam ferre debet. Itaque in epistola III. libri II. ad Quintum fratrem, *Ad III. idus*, inquit, *dixi pro Bessia, de ambitu, apud prætorem Cu. Domitium.* Quem tamen diem (est autem III. idus Februarii) factum non fuisse, Calendarium indicat; notatur enim, ut nefastus, litera N, nec omnino de octo diebus qui ab Idibus appellantur, mense Februario factus ullus fuit, ultimo tantum die, hoc est, Idibus ipsis, excepto; qui nefastus priore, factus posteriore parte fuit: notatur enim sic, NP. conciones licet ad populum haberentur, non tamen comitiales tantum die, sed & facti, qui comitiales non essent, & nefasto pariter haberi poterant, no-

lo enim quemquam in eo falli, quia fortasse, *agi ad populum, & agi cum populo*, idem esse videatur: quæ diversa sunt. Nam agebatur ad populum, cum ad populum concionem aliquis habebat, ut Gellius docet lib. XIII. c. v. *Agebatur autem cum populo*, ut ait Festus, cum magistratus ad consilium aut comitia vocabat, quod fieri comitiales duntaxat die licebat. Concionari autem omnibus æque diebus licuisse, exempla demonstrant. Itaque quoties aliquod S. C. erat factum, dimisso senatu, & S. C. ad populum recitato, magistratus aliquis, aut etiam privatus senator, concione ei a magistratu data, ad populum verba faciebat: nec tamen is erat dies comitialis: nam comitiales fieri S. C. ad omnino senatum haberi non potuisse, demonstratum est. Et Festus hæc aperte distinguit, cum ait: *Forum est, in quo iudicia fieri, cum populo agi, conciones haberi soleant.* Quo die igitur agi cum populo, eodem agi apud populum licebat: Quo autem agi apud populum, eodem agi cum populo, non semper licebat. Exempla sibi quisque notet in legendo; quod facillimum est: sunt enim infinita. Itaque puto me facere non inepte, quod iis recitandis, quæ passim exstant, conferendum mihi tempus esse non existimem. Illud addendum unum videtur: Cum advocabatur concio, ut populus aliquid suffragiis, rogante magistratu, scisceretur; cum actum esse cum populo, non ad populum: cum vero magistratus, ut etiam privatus aliquis, magistratu ei concionem dante, ad populum verba faciebat, non ut suffragia deinde ferrentur, sed ut aliquid exponeretur; tunc non cum populo, sed ad populum actum esse. Aliud est igitur, habere concionem: aliud advocare concionem. Habere concionem, est agere ad populum: *Advocare concionem*, si advocatur ut suffragia ferantur, est agere cum populo. Ideo scripta sunt hæc apud Macrobius lib. I. Sat. *Julius Cæsar auspitorum lib. XVI. negat, nundinis concionem advocari posse, id est, cum populo agi, ideoque nundinis Romanorum haberi comitia non posse.* Addita enim sunt illa verba, *id est, cum populo agi*; quia non semper, concione advocata, cum populo agebatur, sed interdum ad populum duntaxat. Nundinis autem, cum populo quidem agere non licuit, ex quo sequebatur, ut comitia haberi non possent: ad populum autem agere, hoc est, concionem habere, certe licuit: non enim adversatur illud quod à Cicerone scriptum est, lib. IV. ad Atticum: *Ante diem X. Kal. nundina: concio biduo nulla.* Quibus verbis, id quod factum non est, non id quod non licuit, ostenditur. Nam, cum haberi nundinis comitia non possent (quod non ex Macrobio tantum, verum etiam ex Plinio lib. XVIII. cap. III. cognoscitur) propterea ne concionandum quidem P. Clodius, Appius Metellus putaverunt; qui proximis diebus, comitorum causa, conciones habuerant. Superest de lege promulganda. Id enim de tribus, quæ proposuimus, erat tertium. Ferendæ legis, & promulgandæ non eadem ratio fuit. Ferebatur die tantum comitiales; promulgabatur etiam non comitiales, siue factus, siue nefastus esset. Itaque C. Cato tribunus plebis rogationem de abrogando Lentulo imperio, die non comitiales, promulgavit. Cum enim & post IV. Nonas Februarii, & ante VI. Idus ejusdem mensis promulgaverit (quod ex epistola III. libri II. ad fratrem colligitur) comitiales die promulgare non potuit, ac ne facti quidem. Primi enim duodecim Februarii dies nefasti omnes fuerunt. Haberi autem senatum per nefastos omnes licebat: nec per omnes tamen, sed tantum, cum res postularer, habebatur; eorum magistratum, quibus id juris erat, arbitratu. Ita senatus in hoc præstare populo videbatur, quod agi cum populo per unum modo dierum genus, hoc est, per comitiales, quæ factorum pars erat: haberi autem senatum per duo genera, hoc est, & per factos eos, qui comitiales non essent, & per nefastos omnes, licebat. Erant præter ea dies aliquot promiscui, quibus totis lege agi, neque omnino licebat, neque omnino non licebat; sed partim facti erant, partim nefasti. Horum tria erant genera: alii, prima & postrema diei parte, nefasti,

media fasti; qui dicebantur *intercisi*, & in Calendario his duabus literis notantur, EN: quod est *endotercisi* pro intercisi. Veteres enim *endo*, pro *in*, usurpabant. Itaque dixit Cicero lib. 11. de legibus: *Quos endo Calum merita vocaverint*. Et Festus notat, *endotium*, pro *initium*. Varro autem lib. 111. de re Rust. *Endo suam do pro domum*. Alii priore parte nefasti, posteriore fasti: qui notantur ipsi quoque duabus literis, NP, sed conjunctis, hoc modo NP, quod valet, *nefastus primo*, cujusmodi fuisse dies fore omnes festos, inspecto Calendario, cognoscitur. Nonnulli, priori parte fasti, posteriore nefasti: qui notantur sic, FP, quod, *fastus primo*, significat. Quo ex genere videmus in Calendario *Vinalia* fuisse. Dies eos, qui priore parte aut fasti erant, aut nefasti, de veteribus, quod meminere, nemo nominat; de fastis autem media diei parte, hoc est de intercisiis, Varro lic lib. 5. de lingua Lat. *Intericisi dies sunt; per quos mane & vesperi est, nefas, medio tempore, inter hostiam caesam, & exta porcella, fas: à quo, quod fastum intercedit, intercisi dies; aut quod intercisius nefas*. Patet jam, his literis, quæ sunt in Calendario, F. N. C. FP NP EN, sex dierum genera significari, *fastos, nefastos, comitiales, sistos primo, nefastos primo, intercisi*. Quod si cui veniat in mentem, hac duarum literarum connexionem NP, non significari, quod nos diximus, *nefastus primo*, sed potius, *nefastus pratori*: hujus opinionem, argumentum primo è conjectura, vel ex ipsa potius, ut ego sentio, ratione ductum, deinde etiam historiarum veteris infirmat auctoritas. Argumentum est hoc: Nemo, cui pauciora sufficere, pluribus utitur: quid opus erat, ut ii dies quibus adscriptum videamus N, nefasti esse indicarentur, duas potius

literas quam unam, apponere? Cur NP, inquam, non N? præsertim cum nefasti dies omnes hac una litera N, notentur: sicuti & fasti, eorum quasi adversarii, una litera F, demonstrantur. Age, dicat aliquis, leve hoc esse, planctus negotiorum argumentum; quod sane mihi videtur. Contra, quod Cicero respondetur? mendacine & falsitatis, quasi testem corruptum, aut incientem, arguemus? non ita, ut opinor, quisquam desipiat. Sunt igitur hæc in epistola, *Risi*, Cicero verba, lib. 11. ad Q. fratrem: *Cognosce nunc idus. Decimus erat Calio dies. Domitius ad numerum judicis non habuit*. Quibus verbis cum idus Februarii, de quibus Cicero loquitur, fastum ex parte diem fuisse satis constet, quandoquidem eo die prætor Domitius, ut de reo cognosceret, sententiamque ferret, in forum descendit; sequitur, ut N, quod idus omnium mensium, exceptis Junii, in Calendario adscriptum videmus, *nefastus* dies omnino significari non possit. Eodem in libro altera est epistola, quæ sic incipit, *Sextius noster absolutus est ad 11. idus Mart.* quid dies, si eo die Sextius absolutus est, certe nefastus placere non fuit: Fuit autem cum ei sit adjunctum, priore quidem parte nefastus, posteriore autem fastus: sicuti & idus Februarii, de quibus proxime diximus; & omnes dies quibus in Calendario NP, appositum animadvertimus. Aggrediamur nunc quando & de dierum ratione, & de literis, eos significantibus satis multa, atque etiam, ut arbitramur, satis vera dicta; alias, quæ in Calendario sunt, literas; aut concisas, eoque obscuriores dictiones interpretari: ut quos antiquitas capit, eorum commodis pro nostra virili parte consulamus.

## KALENDARIUM ROMANUM EXPLANATIO.

F. Fastus dies.  
C. Comitialis.  
N. Nefastus.

### JANUARIUS.

NON. *Nonæ*.  
AGON. *Agonalia*. Ovidius.  
EN. *Endotercisus; pro, intercisius*.  
CAR. *Carmentalia*: quod sacra tum & feræ Carmentis.  
Varro.  
EID. Idus.

### FEBRUARIUS.

LUPER. *Luperæ alia*: quod in Lupercali Luperci sacra faciunt. Varro.  
QUIR. *Quirinalia*, à Quirino; quod huic Deo feræ.  
ad Q. fratrem lib. 2.  
FERAL. *Feralia*, ab infetis, & ferendo, quod ferunt tum epulas ad sepulchrum, quibus jus ibi parentare.  
TER. *Terminalia*: quod is dies anni extremus constitutus. Duodecimus enim mensis fuit Februarius.  
REGIF. *Regifugium*. Ovidius. Quamquam est inter Ovidium, & Calendarium, de die *Regifugii* controversia, Ille enim assignat ei Februarii diem xxiii. in Calendario autem video ad xxiv. esse appositum, nec sane, si modo *Regifugii* dies N. fuit, videtur esse potuisse dies xxiii. hoc est Terminalibus; qui NP. dies fuit, alioqui dies idem & NP. & N. fuisset.  
EQ. *Equiria*. Varro, Festus, Ovidius.

### MARTIUS.

LIB. *Liberalia*. Varro.  
QUIN. *Quinquatrus*. Varro.  
TUBIL. *Tubilustrium*: quod eo die in atrio sutorio su-

rorum tubæ iustantur, Varro lib. 5. Ovidius lib. 3. Fast. & Festus.

Q. REX. C. F. Quando Rex comitiavit, Fas. Varro, Festus.

### APRILIS.

CIRC. *Circenses*.  
FORD. *Fordicidia*: à fordibus. Bos forda, quæ fert in ventre, quod ea die publice immolantur boves prægones in curiis. Complures à fordibus cadendis *Fordicidia* dicta. Varro libro 5. Ovid. lib. 4.  
CER. *Cerialia*. Varro.  
PAR. *Parilia* à patiendo, ut ait *Vilhorinus Afer*. Alii, *Palilia*, à Pale, quod eo die feræ ei dexæ fiunt. Varro lib. 5. Ovid. lib. 4. Fast. *Festus in verbo Pales; & Parilibus*. Tibull. eleg. 6. lib. 2. *Propertius in 4.*  
VIN. *Vinalia*: à vino. Varro.  
ROB. *Robigalia*: dicta ab Robigo; secundum *segetes*. Varro.  
FLOR. *Floralia*. Ovidius, Plinius.

### MAYUS.

COMP. *Compitalia*.  
LEM. *Lemuria*. Varro, Ovidius.  
LUD. MART. IN CIRC. Ludi Marti in circo.  
Ovid.  
Q. REX. C. F. Quando Rex comitiavit, fas.

### JUNIUS.

MART. CAR. MONET. Marti, Carnæ Dexæ, Moneta Junoni. *Macrobius, Ovidius*.  
INCAPIT. In Capitolio,  
VEST. NP. PR. Vestæ, nefas prætoti.

MAT.

MAT. Matri Maturæ, *Ovidius*.  
 Q. S. T. D. F. Quando sterco defertur. *Varro, Festus, Ovidius*.

## JULIUS.

POPLIF. Poplifugium; pro, populifugium.  
 APOLLIN. Apollinates.  
 MERK. Merkatu.  
 VICT. CÆSAR. Victoriæ Cæsaris.  
 NEPT. Neptunalia.  
 FUR. Furinalia.

## AUGUSTUS.

FER. Ferialia.  
 HISP. VIC. Hispaniam vicit.  
 PORT. Portunalia.  
 VIN. F. P. Vinalia. Faspratori. *Varro, Plinius*.  
 CONS. Confualia. *Plutarchus*.  
 VOLC. Volcanalia. *Varro*.  
 OPIC. Opiconfiva. *Varro*.  
 VOLT. Volturnalia. *Varro*.  
 H. D. ARA VICTORIÆ. IN. CURIA. DE-  
 DIC. EST. Hoc die ara Victoriæ in curia dedicata est.

## SEPTEMBER.

FER. NEP. Feriæ Neptuno.

F. EQUOR. PROB. Feriæ equorum probandorum.  
*Valerius Max. lib. 11.*  
 LUD. CIRC. Ludi circenses, in Augusti die natali.  
*Suetonius, Dio.*

## OCTOBER.

MEDITR. Meditrinalia, à Meditrina dea. *Varro*.  
 AUGUST. Augustalia.  
 FONT. Fontinalia. *Varro*.  
 ARM. Armilultrum. *Varro*.

## NOVEMBER.

EPUL. INDICT. Epulam indictam.  
 LUD. PLEB. IN. CIRC. Ludi plebei in circo.  
*Suetonius.*

## DECEMBER.

AGON. Agonalia.  
 SAT. Saturnalia. *Macrobius*.  
 OPAL. Opalia. *Varro, Macrobius*.  
 DIV. Divalia. Divæ Angeronæ dies festus. Is dies à *Varro*  
*lib. 5. de ling. Lat. appellatur Angeronalia, ab Angerona,*  
*cui sacrificium fit in curia. Macrobius. Saturn. l. xii. Kal. Jan.*  
*feriæ sunt divæ Angeronæ, cui Pontifices in sacello Volupiz*  
*sacrum faciunt.*  
 LAR. Larentinalia. *Varro, Ovidius, Plutarchus.*

## MENSIIUM ROMANORUM

E T

## ATTICORUM RATIO

AUCTORE SCHOTTO S. I.

ANNUM mensibus xii. omnes distinguere. Menses vero xxx. aut amplius diebus. Dies vero horis fecantur, & noctes. Sic tempora dividuntur, continenterque ac vicissim transeunt decurrentesque fluunt. Notum id ænigmate decantato, sive Cleobuli Lindii, sive, ut Suidas tradit, ejus filii Cleobulina, cujus initium est:

Εἷς ὁ παῖς, παῖδες δὲ δωδὼν, τῶν δὲ ἐκᾶς  
 Παῖδες τριάκοντα.

Annam faciens unicum patrem duodecim filiorum, quibus singulis viginti numero filia fuerunt, partim vendidit,

partim fuscæ & atræ: omnes quidem immortales, & tamen innoientes: significans anni filios esse menses: eorumque filias dies noctesque, vel dies tum serenos, & nubilos, tum prosperos adve. solque, pratercantes quidem, semper tamen recurrentes.

Romanorum autem mensium ordo notus, à Januario hodieque ducto initio. Attici, à Junio mense, quo solstitium est æstivum, auspiciantur annum: sic per quadrantes tempora dividendo, menses digerebant, ut laterculo mensium Atticorum per iv. anni tempora edito, lib. *De temporum emendatione* Scaliger docuit. Male enim menses autumnales & hibernos Gaza digessit, ut hic ostendam.

MENSES Jof. Scaligero.	Æstivi.	{ Junius Julius Augustus }	Atticis	{ Ἑκατομβαιῶν ab Hecatomibis sacrificiis Μεταγατιῶν à Metagimii Apollinis sacris Βοηδρομιῶν a Boëdromiis sacris }	
	Autumnales.	{ September October November }	Atticis	{ Πυνησιῶν Μαιμακτηριῶν Ποσειδωνῶν }	{ qui Gaza sunt October September December }
	Hiemales	{ December Januarius Februarius }	Atticis	{ Γαμηλιῶν Ἀντιστηριῶν Ἐλαφβολιῶν }	{ at Gaza sunt Januarius November December }
	Verni	{ Martius Aprilis Majus }	Atticis	{ Μουνυχιῶν à Munchiis Dianæ sacris Θαργηλιῶν à Thargeliis festis Σκιροφοριῶν à sacris umbraculis. }	

## DE MENSIBUS ROMANIS

&amp; Atticis. Itemque Ægyptiis.

Ac denique Belgicis nominibus.

**R**omani primum à Martio mense annum inchoabant, hoc est à verno æquinoctio, post additis duobus mensibus, à Januario ductum initium. Athenienses à Junio mense anni ducebant principium, quo æstivum est solstitium. Alii aliunde inchoarunt annum: nos hic Romanum sequemur ordinem mensium.

## I. JANUARIUS.

Atticis Γαμηλιῶν, ut Gaza putat, qui *December* est Jof. Scaligero,

Gamelion Suidas interpretatur, eumque secutus Theodorus Gaza, ἀπὸ τῆ γάμου, quæ vox *nuptias*, quæ Junoni sacra, significat, ut & mensis iste Junoni & Jaso consecrabatur. Hinc tor illius Dæx cognomina, quæ Lilius Gyraldus collegit. Inter alia Γαμηλία dicta est à *nuptiis*: Latinis vero *Junio pronuba*, *enī vincla jugalia curæ*, &c. Cecrops Atheniensis docuit præesse Junonem huic mensi, eoque coli nomine, & hoc mense eidem sacrificari, ut Eustathius in *σ. Iliad.* & ex eodem Varinus Camers, aliique. Ægyptiis *Τοβί*, ut ait Theon in Arati Phænomena. Belgis *Loumaent*.

## II. FEBRUARIUS.

Ἐλαφβολιῶν.

*Elaphobolia* sacra in honorem Dianæ venatricis peragi solita hoc mense, sed quo die, incertum. Ἐλαφβόλιον pro *venatore* Homerus dixit *Iliad.* 18. ab icu cervi. Plutarchus vix horum duorum meminit mensium, sed colligit plura Gaza hic è Thucydeide, Aristotele, ac Theophrasto. Ægyptiis dictus hic mensis *Μεχίρ*, Belgis *Sperckel* / Germanis *Hornung* / ut fere Græcis, à cornuum mutatione.

## III. MARTIUS.

Μουνυχιῶν.

*Munychia* Athenarum pars est maritima, ab historicis celebrata, & Strabone lib. 9. qui & Dianæ meminit *Munychia*, quæ in urbe Joniæ Pygela, non procul Epheso, coleretur. Vide in Atticis Pausaniam, & in Dianæ cognominibus Gyraldum, itemque Commentarium de anno & mensibus ejusdem. Th. Gaza Martium esse demonstravit, æquinoctii ratione. Phavorinus quoque Camers ex Harporacione deci-

mum fuisse Atheniensibus mensem docet Munychium, nimirum à Junio mense numerando, à quo annum inchoasse Atticos jam diximus è Gaza, & antea è Suida, in quo tamen male *δύταρον* pro *δύκατον*, librationum vitio, editur. Ægyptiis *Φαμμιαθ*, Hebrais *Abib*, & *Nisan* Chaldæis, Belgis *de Maerct* / Gallis *Mars*.

## IV. APRILIS.

Θαργηλιῶν.

Sacer hic Apollini & Dianæ mensis fuit, quod eodem è Latona nati, Athenæque eodem iustrati solita, & *Thargelia* celebrata, stugumque primitiæ oblata, utpote sole calefactæ atque è terra productæ. *Θίρον* enim *calefactio*, γῆ *terram* designat. Olla *Θάρραλον* dicta: sic in Socrate Laëtius, Suidas, Helychius, Varinus, & alii. Plutarchus in Camilli vita, de nefastiis differens diebus, Trojam captam ait die vigesimoquattro Thargelionis, ex auctoribus Ephoro, Callisthene, Damaste, & Phylarcho. Lege & Dionysium Halicarnasensem lib. 1. Antiquitatum Rom. qui locus doctos viros ad hanc diem valde exercuit. Torfit & Gazam, quasi Ephorum secutus sit Dionysius, erraveritque cum tribus illis testibus; sed tuetur hoc loco Xylander in extremo Plutarchi Vitarum, quas Latine reddidit. Vide Æmilium Porum ad pag. 28. Dionysii Halic. à se Latine facti, ubi Sylburgius quoque cum Xylandro *ἰπιδίξασθαι* legit, pro *ἰπιδίξασθαι* Locum otiosis expende. Ab Ægyptis dictus hic mensis *Φαμμιάθ*, Hebræis *Zio* vel *Ziff*, Belgis, ut Latine, *de April.* Gallis *Anst.*

## V. MAJUS.

Σκιροφοριῶν.

*Σκιροφοριῶν*, quasi *σκιά σκιορῶν*, id est, *umbraculum*. Hec enim, quia solenni pompa ex arce in sacrificiis deferrebat, mensis nomen invenit, signumque ædificiis dabatur. Vide Aristophanis Scholia initio *ἐκκλησιαζουσῶν*, & illius verbis, Suidam, & Gyraldum de anno & mensibus Commentario. Plur. in Agesilao, fœdus icturn ait cum Spartanis, exclusis Bœotis, xiv. die Scirophorionis. Cladem vero ad Leuctra, quinto die Hecatomboxionis accepisse Spartanos, idem refert. Παχῶν dictus Ægyptiis, Hebr. *Sivan*, *Sabba* Josepho, Belgis *de May* / Gallis *le May*.

## VI. J. U.

## VI. JUNIUS.

Ἐκατομῆσάδον.

Primus hic Atticorum mensium, ut diximus, fuit, in quem solstitium incidat aëstivum. Plut. in Theſei vita *Cronium* quasi *Saturnalem* dictum referri antiquitus. A Macedonibus vero *Loum*, ut in Alexandri vita prodit: à Bœotis vero Hippodromium, ut idem in Camillo ait. Ægyptiis Παυὶ. Belgis *Wepment* / quasi à pascuis. Germanis *Wachmond* / ut nobis etiam *Wachment*.

## VII. JULIUS.

Μεταγυρνών.

Atticis *Μεταγυρνών*, Latinis etiam *Quintilis*, quod quintus sit à Martio, unde annum Romani inchoabant. Μεταγυρνία Apollinis sacra mensi nomen dedisse, auctor est Suidas. Bœoti *Panemon*, Syracusani *Carnium* nominabant, ait, Plut. in Nicia, & Camillo. In eisdem tantum Demosthenis vita male quidam *Majum* vertunt. Idem rursus in Poplicola Septembri mensi, non Julio aptasse videtur, nisi aut memoria vitio peccarit, aut mendosus ille locus est. Nam ibi Idus Septembres tribuuntur plenilunio Metagytionis. Gyraldum, H. Junium hic, ceterosque excute, Belgis dictum *Wopment* / Hebrais *Ab*, Gallis *Juillet*.

## VIII. AUGUSTUS.

Βοηδρομιών.

*Sextilis* & hic antea nominatus, quasi à Martio sextus, ut & insequens à septimo numero *September*, & sic deinceps. Βοηδρομιών à βοηδρομῖα, quod est auxilium festinato fero. Hinc sacra *Boëdromia*, de quibus in Theſeo Plut. Suidas, & alii. Fuisse autem proximum *Μεταγυρνών*, disces à Plut. in Aristide, ubi de pugna Plataica tempore verba facit. Plura Gyraldus hic, ubi & de Deo silentii *Harpocrate* à Plut. de Iſide & Osiride agit. Ægyptiis *Μεσορι*, Belgis *Wostmaent* / Gallis *August*.

## IX. SEPTEMBER.

Μαιμακτριών.

Gaza, at hic Scaligero est *October*.

Atticis sic dictus, *μαιμαζν* est impetum facere, & Jupiter cognomento *Mamalles* dictus, teste Gyraldo: vel à tempestuatum impetu, vel contra, quod placari possit. Sic Græci literatores. Suidas Atheniensium quintum esse mensē tradit; sed fugit hominem ratio, ni fallor. Quartus enim esset à Junio: quin & *Januarius* esse existimat: unde & Varinus hausit, sed ab utroque Gaza dissentit. Arrianus lib. II. Expeditionum Alexandri, hoc mensē victum scribit Dariū pugna Iſſica. Bœotis dictus *Alacromeniū*, & Boëdromion luccessisse Plut. ait in Aristide. Ægyptiis *Θαδ* *Thoth*, Chaldais *Tisri*: Belgis *Wersmaent* / quasi autumnalis primus: aliis *Wersmaent* ab hordeo, vel *Spelmaent*.

## X. OCTOBER.

Πυανεψιδών.

Sic Gaza, & Josepho Scaligero *September*.

Dictus à Pyanepsidis sacris, ut Harpocrate, & ex eo Suidas ex Lycurgi oratione docet, quæ sacra Apollini fiebant, coctis leguminibus, quæ *πύανα* dicebantur, quali

*πυανεψιδών*, ut notat Eustathius in vigesimum secundum Iliad. Vide & Plutar. in Theſeo. Bœotis Damatrius dictus: Ægyptiis *Θαδ*, ut in Iſide & Osiride Plutar. ait, Belgis *Wachment* est *Wachment*.

## XI. NOVEMBER.

Ἄγδομηριών.

Gaza, at hic Scaligero *Januarius*.

Theodorus Gaza Atticum hunc Novembri apposuit, sed non assentitur Xylander ad Viras Plutarchi, hunc Martium fuisse opinatus. Suidas & Varinus octavum hunc esse mensē asserunt, sed is *Januarius* est à Junio numerando. Plutar. in Sulla vita, Athenas ab eo captas ait Kalendis Martiis, qui dies maxime novilunio, id est, principio Anthesterionis conveniat. Et Appianus lib. II. bellorum civilium, medio Anthesterionis aptat Martias Idus, quibus percussus C. Cæsar. Idem Plut. in fine vite Arati Anthesterionem cum Dæſio eundem facit, & Alexandrum Magnum sub finem Dæſi extinctum ait. Sed Suidas Dæſium *Junium* mensē exponit, quo de Gyraldum consule. Xylander putat Dæſium Sicyoniorum mensē ab eo diversum esse. Vide Adagia in Zenobio, Suida, & Eraſmo: *Ite foras Ceres, non amplius Anthesteria: & Hedera post Anthesteria*: Ægyptiis *Ἄγδομ*, Chaldais *Kaslu*. Belgis *Stachmaent* est, ut Gallis *Novembre*.

## XII. DECEMBER.

Ποσειδών.

Gaza, Scaligero *November*.

Quasi Neptunium dicas, Suidæ & Gaza *December* est. Plut. in Cæſaris vita solstitium hibernum ei tribuit, quod in finem Decembris fere incidit. Ægyptiis *Χοιάρ*, Chald. *Tebeth*, Belgis *Wintmaent* / quod de tribus mensibus hiemalibus sit primus.

DE DIEBUS ROMANORUM  
GRÆCORUMQUE.

Primus mensis cuiusque dies, ut Romanis Kalendæ dictæ, sic Græcis *Νεμυνία*, quasi *Novilunium* dicas, quod in mensibus lunæ cultum potissimum obtinebant, ut Romani solis rationem haberent. Luna itaque mensē incipiebat & finiebat. Ultimus dies *Ἐνκαλιέα*, id est, *vetus & nova*, dicebatur, quod inter elapsum & proximè sequentem mensē intercederet. Plutar. in Solone pulchre hoc interpretatur: ejusque comparatione Fortunæ invariables elegantibus Sophoclis versibus exprimitur in vita Demetrii. Reliqui mensis dies in tres decadas dividuntur. Prima dicitur *ἰσαμῖνα μὲνός*, *infantis vel ineuntis mensis*: altera *μεσοῦντος*, vel *ἐπὶ δέκα*, *medii*, vel *supra decem*: tertia *φθινοῦντος*, *ληγόντος*, vel *ἀπίοντος*, *praecipitantis, desinentis, exeuntis*.

Apud Romanos M. Terentius Varro togatorum doctiss. & Nasō à factis *DIES* partiuntur in *festos & profestos*: item in *comitiales, nefastos, & intercalos*: de quibus copiose disserunt post Macrobiū, lib. I. Sat. cap. 16. Paul. Manutius in Kalendarium vetus Roman. Onaphrius Commentariorum in fastos Capitolinos lib. I. cap. 6. De anno & ejus partibus, item Th. Gaza de mensibus, Lilius Gyraldus, Had. Junius de anno: & nuper Pet. Castellanus, Medicus, & Græca litter. Lovanii Doctor. libro de festis Græcor. perudito: ac denique J. Lalamanus, de VII. gentium cum Rom. collato anno. Parcā itaque operæ, & eo lectorem aplegabo, ubi explere sitim queat. Antiqui enim fastorum interpretes, L. Crucius Asinensius, Q. Fulvius Nobilior,

lior, Mafurius Sabinus, Babius Mater, Cobe, Labeo, Julius Modestus, P. Rutilius Geminus, T. Nifus, aliique temporum injuria penitus intercidere.

**DIERUM HEBDOMADIS VOCABULA**  
à septem planetis ducta.

*Dies Luna*, Græcis *ἡμέρα σελήνης*, Belgis **Maendag**: Germanis **Montag**.

*Martis*, Ἄρης, Belgis **Dingsdag**: quasi à *dinghen*/Germanis **Erchrag**.

*Mercurii*, Ἑρμῆς, Belgis **Woensdag**/Germanis **Mittmoth**.

*Jovis*, Διὸς, Belgis **Donderdag**/ à Jove Tonante, Germanis **Donnerstag**/ **Phlnstag**.

*Veneris*, Ἀφροδίτης, Belgis **Dzfidag van bypen**. Germanis quoque **Freitag**.

*Sabbati*, Σαυῖνι, Κρόνου, Belgis **Saterdag** à Saturno. Germanis **Sambstag**.

*Solis*, Dominicus, κυριακῆ, **Sondag** à Sole vocatur. Antiqui à septem planetis, ut vides, indiderunt nomina etiam Germani & Belgæ, ac Celta septem diebus hebdomadis: sed Ecclesia dies illos nominat *ἡμέραις*, hoc est *ferias*.

*Πρώτη ἡμέρα*, prima feria, Dominicus.

ἡμέραι	}	feria	<i>δευτέρα</i> , secunda
			<i>τρίτη</i> , tertia
			<i>τετάρτη</i> , quarta
			<i>πέμπτη</i> , quinta
			<i>ἕκτη</i> , sexta
			<i>τὸ σάββατον</i> , Sabbatum,

F I N I S.



# I N D E X

## R E R U M E T V E R B O R U M

### M E M O R A B I L I U M.

Literæ a, b, columnas paginarum in *Paralipomenis* designant.

A.



*Litera quid significaverit in comitiis legum.* 467  
*Abaris Scythæ, Sæthæ filius.* 117. b  
*Abeona dea sic dicta quod abeundi facultatem præstaret.* 174  
*Abicere, adicere, Sec. milico, i, more antiquo.* 579  
*Abolla vestis militaris.* 391  
*Abolitionis formula quæ? 691. ejus nota litera A.* 690  
*Acation, genus veli.* 740  
*Acca Laurentia, sive Larentia, quæ fuerit.* 163. 180  
*Acca Tarruntia, eadem quæ Flora à plurimis putatur.* 163  
*Accensi qui? 724. 725. eorum munus 501. unde sic dicti.* 539. 540  
*Acceptilatio quid?* 661  
*Actia ab Apolline serpentis formam gerente gravida facta fabula.* 109. a  
*Accinctus pro milite.* 714. b  
*Accretionis jus.* 659  
*Accumbere deorum est, discurrere hominum; recumbere ferarum.* 365. a  
*Accumbere & cibum capere quomodo soliti fuerint Romani.* 363. 364  
*Accusare quibus licitum fuerit, & quibus non.* 685  
*Accusatio propriæ quid fuerit.* 689  
*Accusatio triplex.* 658. 659  
*Accusationis instituentia ratio apud Romanos.* 685  
*Accusator quis fuerit dictus. 685. in crimine repetundarum diem longiorem ad accusandum poscebat.* 686  
*Accusatoris officium quod? 690. principia, narrationes, contentiones, & perorationes, quales fuerint.* 689  
*Acerra quid?* 230. 463. 585  
*Actem quo modo instruxerint Romani.* 732  
*Acinaces, quale telum.* 766. b  
*Acroteria qualis pars navis.* 738  
*Actiaca victoria Augusti.* 303. a. b  
*Actio damni quæ? 675. de libertate quæ? 676. de ventre cognoscendo.* ibid.  
*Actio vindicationis duplex una possessionis, altera dominii.* 669  
*Actio uxoria ut differat ab actione de dote.* 676  
*Actiones alia stricti juris, alia bona fidei.* 669

*Actiones arbitrariae quæ?* 675  
*Actiones malefactorum triplices.* 675  
*Actionis instituentia ratio apud Romanos* 684  
*Actionis sive litis intentio quomodo fieret.* 671  
*Actionum misarum formula quæ; 676*  
*Actionum varia divisio & multiplex differentia.* 668. & seqq.  
*Actuaria, naves celeres.* 741  
*Actuarii qui?* 541. a  
*Actuarii limites qui?* 622  
*Actus quid?* 584  
*Actus in comædia quid?* 331  
*Actus muliebris duplex usus.* 410. a  
*Addici, proprium fori vocabulum, quod condemnatum significat.* 760. a  
*Addictio quid?* 680  
*Addictus quis?* 680  
*Adeona dea sic dicta, quod adeundi facultatem præstaret.* 174  
*Adigere arbitrum, quid?* 694  
*Adonis Veneris minister. 132. unde sic dictus.* ibid.  
*Adoptionis formula quæ?* 666  
*Adorantes deos erecto corpore stabant. 237. a*  
*Adorare, idem quod agere apud antiquos.* 589  
*Ad pileum vocare, Proverb.* 77  
*Adulterii crimen, & varia in illud poenæ.* 640 a, b. & seqq.  
*Adulterii reus inter milites recipi non poterat.* 771. b  
*Adscriptitii quinam milites?* 726  
*Advocatus fisci quis & à quo primum institutus.* 525  
*Adyton, secretum & penetrabile sacrum.* 87. b. solis sacerdotibus referabatur. ibid.  
*Ædes Apollinis Medici. 113. Diana. 114. Dii Jovis.* 106  
*Ædes Antæ Jovis in Capitolio.* 106  
*Ædes Honoris & Virtutis. 20. b. quo anno condita.* 21. a 167  
*Ædes Jovis Imperatoris.* 105  
*Jovis Propugnatoris.* 107  
*Jovis Tonantis.* 106  
*Jovis Victoris.* 105  
*Jejovis.* 106  
*Junonis Moneta.* 110  
*Junonis Sospita.* 111  
*Magnæ Matris Idææ.* 97  
*Martis.* 20. a  
*Minerva Chalcedica.* 47. a  
*Opis sive Telluris.* 96

*Portunni, dua Roma.* 150  
*Salutis.* 34. a. b  
*Saturni in circo Capitolino. 96. cur ærarium factum fuerit à P. Valer. Poplicola.* ibid. & 99. a  
*Serapidis & Isis. 26. a, b. ad hæc mendicari stipem petere solebant. 27. a*  
*Rediculi.* 20. a. b  
*Ædes sacræ cur templa dicta fuerint. 82. qualibet suas certas leges habuerunt.* 97  
*Ædicula quid?* 83  
*Ædicula genti Liberatorum & Larium. 152*  
*Ædiles cereales qui & unde sic dicti. 513*  
*Ædiles curiales qui fuerint & unde sic dicti. 513. horum munus.* ibid.  
*Ædiles plebis primum dum creati. 512. eorum officium.* 513  
*Ædilis propriæ quis dictus.* 512  
*Ædilitii dicti qui ædilitatem gesserant. 494*  
*Æditi vel æditum qui? 228. 229. a. Græcè ἱεραρχῆαι nominantur.* ibid.  
*Æditum, non æditus dicendum. 228*  
*Ægeria nympha, Numa Pompilii uxor.* 150  
*Ægeria lucus. 150. templum.* ibid.  
*Ægiocbus, locus ubi Jupiter nutritus dicitur.* 102  
*Ægis pectoris ornamentum.* 414. a  
*Ægyptii per Isisem & Serapidem colunt & terram significabant.* 26. b  
*Æmilia tribus.* 471  
*Æneas quomodo in Italiam pervenerit? 2. Laviniam Latium Regis filiam in matrimonium accepit. ibid. hæres Latii relictus. ibid. Jovis indigetis nomine fuit consecratus. 102. in Latio maxime demonum cultum auxit.* 191  
*Æneas Sylvius quamdiu Albano regno præfuerit?* 2  
*Ærarium fieri quid sit?* 462  
*Ærarium quid & unde sic dictum. 516. b*  
*Ærarium militare Augusti.* ibid.  
*Ærarium suum cur in æde Saturni esse voluerint Romani.* 517. a  
*Æsculapinus medicina inventor. 165. a. primum specillum invenit, vulnusque obligavit. 163. nobilis medicus incertis parentibus natus. ibid. qua ratione colli cepert. ibid. huic gallina immolabatur. ibid. cur bacillum nodosum habens in manu pingatur. ibid. cur laurea coronetur. ibid. ejus cultus, sanum, status, &c. 165. a, b. 166. a, b. & 167. a, b.  
*Æsculapio cur decapra inprimis res divina fieret.* 232. 259  
Dddddd  
Æscu-*

<i>Astilapios tres reverset Cicero.</i>	163	<i>Alta somica.</i>	13	<i>Anna Perenna à Romanis culta.</i>	164. ejus festum quando celebratum.	164. 259
<i>Astinatio litris, quale iudicium.</i>	691	<i>Altaria superiorum tantum deorum erant, ara diis superioribus &amp; inferioribus consecrabantur.</i>	85. unde sic dicta.	<i>Anagnina, fanis.</i>		740
<i>Astimia, pro astinatione.</i>	582	<i>Altus, pro nobilitate.</i>	76. b	<i>Anagninatio quid? 695. ejus formula.</i>		ibid.
<i>Asias militaris qua?</i>	712. a	<i>Amalthea capra.</i>	102	<i>Ansa summa pars clavis.</i>		79
<i>Asiops obvius Cassio &amp; Bruto in a. iem prodituri eventum pugnae praesignificavit.</i>	203	<i>Ambarvales hostiae qua? 231. 299. 300</i>		<i>Anseres sacri in sacello Junonis alet antur.</i>		105
<i>Asvitas, senium.</i>	577	<i>Ambarvales hostiae cur instituta &amp; quomodo celebrata. 299. sunt eadem quae</i>		<i>Anni nomen quàm multiplex apud veteres.</i>		105
<i>Ayda, &amp; repotia, ut differant.</i>	433. b	<i>Amburbia.</i>	300	<i>Anno triplici Romani diverso tempore usi.</i>		235
<i>Agathyrsi populi Scythiae.</i>	115. b	<i>Ambegna vel ambiagna, quales hostiae.</i>	231	<i>Annulus aureus nota equestris dignitatis.</i>		74. b
<i>Agea qualis locus in navi.</i>	738	<i>Ambidens oris appellabatur quae superioribus &amp; inferioribus est dentibus.</i>	ibid.	<i>Annulus prouibus.</i>		424
<i>Agestai Regis memorabile factum.</i>	86. b	<i>Ambire quid?</i>	497	<i>Annum Solarem cur vertentem dixerint.</i>		236. cur magnum
<i>Agenoria dea, &amp; unde sic dicta.</i>	175	<i>Ambitus proprie quid?</i>	585	<i>Annum Romani à Martio ordiebantur.</i>		235
<i>Aggeris nomen tripliciter ab antiquis sumptum.</i>	734	<i>Ambitus criminis quanam formulae servata.</i>	685	<i>Annus Eudoxi.</i>		245. b
<i>Aggredi, pro aggredi.</i>	474	<i>Ambrosia quale festum apud Graecos.</i>	293	<i>Annus Hippocratis, quot dierum fuerit.</i>		ibid. a
<i>Agloja, una ex Gratiis.</i>	135. b	<i>Amburbales, sive amburbiales hostiae qua?</i>	231. 300	<i>Annus Julii Caesaris quot menses &amp; dies habuerit.</i>		236. 238. 245. ejus descriptionem adhuc hodie sequuntur.
<i>Aguali &amp; gentiles ut differant?</i>	571	<i>Ambustaneus, avis.</i>	447. b	<i>Annus Lunaris.</i>		236. 244. b
<i>Agonalia qualia festiva, quando celebrata, &amp; unde sic dicta.</i>	251	<i>Amphitheatra quomodo constructa.</i>	315	<i>Annus Metonicus quis &amp; unde sic dictus.</i>		245. a
<i>Agouensis portus.</i>	ibid.	<i>Amphitheatrum Latinis visorium.</i>	317. a	<i>Anus Numae quot dies &amp; menses habuerit.</i>		235. 236. ejus descriptio.
<i>Agouts, antiquos montes.</i>	ibid.	<i>Amphytrape quales vestes.</i>	391	<i>Anus Platonius.</i>		245. b
<i>Agones Capitolini à Domitiano instituti.</i>	340. ut & Agones Albani.	<i>Ampliatio quid &amp; in quibus causis adhibere.</i>	690. ejus formula. ibid. nota.	<i>Anus Romuli quot menses &amp; dies habuerit.</i>		235. ejus descriptio.
<i>Agones, ludii Graecorum.</i>	251	<i>N. L.</i>	ibid.	<i>Anus Romanorum in quo à Graecorum anno differret.</i>		236
<i>Agonia, sive Agonalia quando celebrata.</i>	259. 272	<i>Ampliatio &amp; comperendinatio in quo differret.</i>	691	<i>Anus Jovi consecratus.</i>		244. b
<i>Agonia sacrificia.</i>	251	<i>Amptuare quid?</i>	218	<i>Anus pro annona.</i>		227
<i>Agoutam antiqui Hostiam dicebant.</i>	ibid.	<i>Annula vas lustrale.</i>	231	<i>Anus tyrocinii quis?</i>		400
<i>Agouirs dens.</i>	ibid.	<i>Annulus regnum, quod fratri Numitori debebatur, per fraudem occupat.</i>	2	<i>Anus novus sic dictus à Romanis.</i>		245. b
<i>Agrippa quot annos Alba praesuerit.</i>	2	<i>Anathema facere, templo dedicare.</i>	90. a	<i>Antecessores juris qui apud Romanos.</i>		555
<i>Ajus Locustinus qualis dens &amp; unde sic dictus.</i>	186	<i>Avadimata, donaria.</i>	89. b	<i>Antecana quid apud veteres.</i>		368. 369
<i>Aibus, mergus.</i>	370. b	<i>Anchora quid &amp; unde sic dicta.</i>	739. sacra qua?	<i>Autemma lignum transversum in malo.</i>		739. unde sic dicta.
<i>Auces, qui satiri regunt.</i>	ibid. a	<i>Anchorale quid?</i>	740	<i>Antemon, genus velli.</i>		741
<i>Auxatium, jentaculum vel prandium.</i>	361	<i>Anclabria, qualia vasa?</i>	231	<i>Antepilani qui fuerint?</i>		732
<i>Axapton, merum.</i>	ibid.	<i>Anclavis mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.	<i>Antestari, id est, testem sumere.</i>		738
<i>Ala, exercitus equitum ordines.</i>	733	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.	<i>Antestari avicillam imam actor in antestatione memoria causa tangebatur.</i>		ibid.
<i>Alba Longa ab Ascanio condita.</i>	2	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.	<i>Anteverta dea.</i>		173
<i>Alba quamdiu Albano regno praesuerit.</i>	2	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.	<i>Antevortus idem mensis qui Aprilis apud Athenienses.</i>		264
<i>Albani regni initium. 2. ejus Reges quot &amp; qui.</i>	275. b	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.	<i>Antiqui ante inventionem ferri ere terram colebant. 79. quippiam divinitatis inesse somniis crediderunt. 88. a. somniis lato corpore oblatisque victimis expiabant.</i>		89. b
<i>Albedo villoriam significabat.</i>	275. b	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.	<i>Antlia quid?</i>		739
<i>Albesia, qualia scuta.</i>	767. b	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.	<i>Antonius occisi Ciceronis caput in Rivis ponti curavit.</i>		453
<i>Albogalerus, flaminis Dialis pileus.</i>	209	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.	<i>Antipodicia.</i>		419. a
<i>Albo rete aliena bonis oppugnare quid.</i>	73. b	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.	<i>Antipodicia, idem quod comprehendere.</i>		209
<i>Album cur optime conceat iis qui sepeliuntur.</i>	441	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.	<i>Apes quid Dioni &amp; Pompejo Magno portenderint.</i>		202
<i>Album pro bono.</i>	275. a	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.	<i>Apex sacerdotum insigne.</i>		209
<i>Album senatorum quid &amp; unde sic dictum?</i>	74. b	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.	<i>Apex sacerdotum Venus.</i>		264
<i>Alcmena Herculem parturiens.</i>	160	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.	<i>Apis Dens.</i>		188
<i>Alca antiquitus Mercurio fuit dicata.</i>	116. b	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.	<i>Apulstria, nartium ornamenta.</i>		741
<i>Alea legitibus Romanis penitus interdicta. 309. a sumpta pro quolibet ludo Fortunae.</i>	ibid.	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.	<i>Apophoreta plerumque cum xeniis &amp; frenis confunduntur.</i>		30 a
<i>Aleto nna è Furiis.</i>	155	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.	<i>Atropodis, nartium.</i>		275. a
<i>Alexander Severus sanxit, ut viri in universum in aures non haberent, &amp; matronae contenta esse deberent uno retinendo, atque in aures &amp; bacato novili.</i>	80. a	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.	<i>Apollinares ludii. 234. eorum origo.</i>		339
<i>Alexandri pueri.</i>	176. b	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.	<i>Apollines quatuor Cutia apud Ciceronem statuit.</i>		339
<i>Alid, pro aliud.</i>	70. b	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.			
<i>Alladius, alius Romulus Sylvius, quot annos Albano imperio praesuerit.</i>	2	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.			
<i>Allesti senatores qui?</i>	491. a	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.			
<i>Alliensis dies qua, &amp; cur atra dicta.</i>	285	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.			
<i>Alloperpedya.</i>	293	<i>Anclavris mensa sacris ministris apta.</i>	ibid.			



statuit. 112  
 Apollinis & Marſye fabula. 114. a  
 Apollinis varia cognomina & oracula  
 celebra. 114. & ſeqq.  
 Apollo Dianæ frater. 112. inventor Medi-  
 cine. ibid. ejus ſimulachrum. 113  
 Apollo unde Alſiacus dictus. 115. a  
 Calipeus. 113  
 Deliacus. 115. a  
 Hyperboreus. 115. b  
 Aſſias. 116. a  
 Medicus. 113  
 Palatinus. 113. 115. a  
 Sandaliarius. 113. 117. b  
 Soffianus. 113  
 Theſſanicus. ibid.  
 Tortor. ibid.  
 Αποθεῖν quid? 215. a  
 Apotheoſis Romanorum Imperatorum. 214.  
 a. b. & ſeqq. proprie quid? 214. a.  
 ejus ritus. 215. a. b. quam antiqua  
 illa conſuetudo. ibid.  
 Apparitores quanam fuerint apud Roma-  
 nos. 77  
 Appia via longiſſima omnium viarum. 20. a  
 Appius Cæcus primus ſenatum libertino-  
 rum filius inquitavit. 73  
 Aprilis menſis, dieſque in eo feſti. 264. fuit  
 ſecundus anni menſis. ibid. unde ſic di-  
 ctus. ibid.  
 Apus proprie quis dicatur? 209  
 Aqua & ignis cur in nuptiis adhiberentur.  
 267  
 Aqua & ignis, Veneris comites. 434. a  
 Aquagium, quaſi aquæ agium. 62. a  
 Aqua nivata vino diluendo adhibita. 384.  
 a. b  
 Aqua pluvia manu nocens qua? 585  
 Aquam arcuato opere primus in Urbem  
 perduxit Appius Claudius. 85  
 Aquaria provincia. 64. b  
 Aquarioli, βαρδελος. ibid.  
 Aquatio caſtrenſis. 62. b  
 Aquæ danda vendendæve jus conſirma-  
 aut aditium curulum fuit. 58  
 Aquæductus quid? 584  
 Aquæductus in Urbe Roma. 58. 62. a. b. eos  
 qui violabant, graviter puniebantur. 58  
 Aquæ impetrata jus neque heredes, neque  
 emptorem, neque ullum novum dominum  
 ſequeretur. 58. 62. b  
 Aquæ quando primum in urbem Romanam  
 per aquæductus derivata. 58. 62. a  
 Aquila præcipuum ſignum in exercitu  
 Romano fuit. 721. 722  
 Aquila quando præberet omen futuri boni.  
 201  
 Aquileges & aquilices qui. 61. b  
 Aquiminarium, vas luſtrale. 231  
 Aquis operam præbentes familia dua erant.  
 58. hæc diviſe in aliquot ſpecies mini-  
 ſtrorum. ibid.  
 Ara cornua, ſive cornuta, Apollinis Deli,  
 in qua nullum animal ſacrificabatur,  
 114. a. b  
 Ara Dei Conſ. 288  
 Ara Honori erecta. 21. a  
 Ara Jovis Elitici à Numa Pompilio ex-  
 tructa. 104  
 Ara Jovis Herci. 22. a. 108. a  
 Jovis Inventoris. 103

Jovis Piſtoris. 105  
 Jovis Pimivii. 107  
 Ara Junoni Sororia ab Horatio in expia-  
 tionem cadis ſororis ſue conſecrata. 110  
 Ara Opis & Cereris in vicu Jugario. 287  
 Ara Victoria ſemper in ſenatu poſita. 134.  
 b. 289  
 Ara maxima, in qua Hercules obtulit. 151  
 Ara diis ſuperis & inferis conſecrabantur,  
 altaria ſuperorum tantum deorum erant.  
 85  
 Are dua in ſcenis erecta, ſed diverſo  
 diſcrimine. 90. b  
 Ara in ſepulchris aut propè ſepulchra  
 erigebantur. ibid.  
 Ara inviſibiles antiqui erant. 21. b.  
 carum immunitates & jus. ibid.  
 Ara unde ſic dicta. 84. prius antea appellata  
 fuere. ibid. in iis dedicandis quæ verba-  
 rum formulæ uſi fuerint veteres. ibid.  
 Arbitr quid? 576. 676  
 Arbitrum adigere, vel ſumere quid? 680.  
 pronuntiare. ibid.  
 Arbitrorum duo genera. 678  
 Arborea pro diis à Druidibus culta. 21. a.  
 iis hoſtia humana immolata. ibid.  
 Arborem corticibus incidendi mos veterum.  
 17. b  
 Arcades in notam antiquitatis ſue appella-  
 bantur βαρβαρῶν γῶς, glandivori. 143. a  
 Arcani ignes ſunt faces, quæ in Theſmo-  
 phoriis accenſe geſtabantur. 143. b  
 Arcera quid? 577  
 Archigallus præſes vel ſummus ſacerdotum  
 Deæ Cybeles. 101. a. 226  
 Archimimi qui? 325  
 Architas Tarentinus cum ſervis ſuis pila  
 ludere ſolebat. 310. a  
 Arcus Fabianus cur fornix Fabianus di-  
 ctus? 756  
 Arcus triumphales. 23. a. b. & 756. eorum  
 materia & forma. 23. b. iis nomina  
 triumphantium & devictorum hoſtium  
 inſcribebantur. ibid.  
 Arcuum triumphalium & trophaeorum  
 icones. 756  
 Arduitor, pro additor, à verbo arduo,  
 vel addo, pro quo nos hoſtie addo. 566  
 Area qualis locus? 22. b. 61  
 Argei, & Argei ſimpliciter pro Gracis.  
 272  
 Argei loca erant in Urbe, ubi ſacra fiebant,  
 à Numa conſecrata. 260  
 Argeorum ſacraria 260. iis effigies ſcirpeæ  
 ſingulis annis per Virgines Veſtales in Ti-  
 berim jaciebantur. ibid. & 272  
 Arpiletum ſic dictum ab Argo illic ſepulto  
 & conſecrato. 51. a. b.  
 Argei pyra comedebant. 143. a  
 Arguta ſacrificia qua? 206  
 Argyroſpides. 767. a  
 Aries qualis machina. 736  
 Aries quando ſubici dicitur. 560  
 Arietinum oraculum quid? 109. a. explorata  
 indubitat. eque fidei habebatur. ibid.  
 Arimba, Epirotarum legiſlator. 584. a  
 Arina oves. 398. a  
 Aringa qualis hoſtia. 231  
 Ariſtander angurio aquila in hoſtes traji-  
 cientis Alexandrum viſtorem portendit.  
 201.

Ariſtocratia quid, & unde ſic dicta. 506  
 Ἀρις, prandium, unde ſic dictum. 362. a  
 Arma auro obdulta, quo major pompa,  
 apparatusque eſſet. 767. a  
 Arma ſunt membra militis. 728  
 Ἀρματα δραπετῶν. 764. a  
 Armilla, qualis dona militaria. 750.  
 unde ſic dicta. ibid.  
 Armiliſtrium quale feſtum. 292  
 Armorum varia genera & nomina apud  
 Romanos. 726. 761. a. b.  
 Armenſis tribus unde ſic dicta. 473  
 Arvus Thuſiæ amnis. ibid.  
 Arrogatio quid? 455  
 Arrogationum lex ceriata. 456  
 Ars Atracia, pro Theſſalicis incantamentis.  
 124. a  
 Arvales fratres, quales ſacerdotes. 194  
 Aſcanio, Æneæ filio, regnum paternum  
 uſque ad puberem ætatem incoluere ma-  
 net. 2. Albam longam condit. ibid.  
 Aſcia quid? 564  
 Aſcoma quid? 741  
 Aſni floribus coronati panes ex collo de-  
 pendentibus cur geſtare ſoliti Veſtalibus  
 ferri. 280  
 Aſinus famelicus ſuſcem contemnit, pic-  
 verb. 370. a  
 Aſti qui? 751  
 Aſperillum. 231  
 Aſperorium. ibid.  
 Aſſidius, pro lecuplete. 582  
 Aſſanda qui? 543. b  
 Ἀσπυζ, ἀλιζευ. 308. a  
 Ἀσπυζ, ἀλιζευ? qualis ludus? ibid.  
 Ἀστυ proprie de Athenis dicitur. 8. b.  
 Aſta qui fuerint dicti. 491. b  
 Ἀστυζία. 438. b  
 Athenienſes ab occidente ſole diem ſuum  
 incipiebant. 240. Clementie deæ nul-  
 lum ſacrum fieri volebant. 85. b. tria  
 feſta agebant lampadibus, Panathe-  
 nais, Vulcanalibus, & Prometheis.  
 144. a  
 Atque, pro ſtatim. 578  
 Atrati qui & unde ſic dicti. 401  
 Atri dies qui & cur ſic dicti? 242. 243  
 Atria privatorum domnum. 44. a. b  
 Atrium Libertatis. 49. b. Minerva. ibid.  
 Veſta. ibid.  
 Atrium templis adjici ſolitum. 43. b  
 Atropos, una ex Parcis, unde ſic dicta.  
 156  
 Attellana fabula. 324  
 Attalus Rex aurum veſtibus intexere pri-  
 mus invenit. 348. b  
 Atys in pinum mutatus. 100. b  
 Aventinus quamdiu Albano imperio præ-  
 fuerit. 2  
 Aventinus mons unde ſic dictus? 15. ſeſſeſ-  
 ſione plebis Romæ in eum facta celebra.  
 ibid. Murcins etiam vocatus. ibid.  
 Averruncare, veteribus avortere. 175  
 Averruncus Deus qualis & unde ſic dictus.  
 ibid.  
 Aves dira quæ? 446. b. ſubnebres 447. a.  
 & 201. ſuiſtra quæ? 201. arcuata. ibid.  
 clivæ. ibid. remore. ibid. inebra, &  
 enebra. ibid. volſgræ. ibid. ſuper vacua-  
 nea. ibid.  
 Augures, unde ſic dicti. 195. primi à Ro-  
 manis.

B.

inloinstituti. *ibid.* eorum dignitas & officium. 196 si ulcera haberent, in augurandi causa sedere prohibebantur. *ibid.*  
 Augures captatarii auspicia quid facerent. 200. quibus verbis templa desinebant vel effabantur. *ibid.* quibus inter precandum utebantur. *ibid.*  
 Auguria speciatim sumpta quae? 200. oblativa. *ibid.* imperativa. *ibid.* alia adversa, infansia & piacularia erant. *ibid.* & seqq.  
 Auguria ex pullis quomodo captarentur. 203. 204  
 Augurii dignitas, inventio, &c. 196. a. & seqq.  
 Augurii species in quinque signa distributa, ex caelo, volucris, bipedibus, quadrupedibus, divis. 197. b. 198. a. 201. 202  
 Auguris vocabulum, non honoris, nec magistratus, sed artis nomen est. 196  
 Augurium, quasi avigerium. 200  
 Augurum, magistratum auspicia diversis, eorumque sex discrimina. 454  
 Augurum disciplina vetustissima. 195  
 Augurum totus catus collegium dicebatur. *ibid.*  
 Augusta quaeque magna, pretiosa & insignita dicebantur. 502. 86. a  
 Augustales Iudi. 341  
 Augustalia, qualis dies. 291  
 Augusti dies natalis. 290. consecratio post mortem. 214  
 Augusti dii Imperatores. 502  
 Augusti monarcha quo anno coepit. 290  
 Augustum Caesarem supremo digressu ab Urbe vox temere emissu monuit, non amplius cum Roma futurum. 203  
 D. Augustus primus specie numinis coli voluit. 31. a. 42. b  
 Augustus mensis, diesque in illo festi. 286 ante Sextilis dictus. *ibid.* in Cerevis tutela fuit. *ibid.*  
 Avis nigra inauspicata in augurali disciplina. 198. a  
 Avium aliae erant oscines, aliae praepetes. 201  
 Aves ad venustatem decoremque à veteribus perforabantur. 79. b  
 Aviarum factiones in ludis circensibus. 319. quibus coloribus distincta fuerint. *ibid.* & 320. & seqq.  
 Avris memoria consecrata. 175  
 Avrium tinnitus augurii species. 198. b  
 Avrium perforatio apud Graecos fuit indicium nobilitatis, apud Latinos signum dedecoris & luxuriae. 79. b  
 Avrum coronarium quid? 776. b  
 Aufonii Burdigalensis epigrammata de diebus, mensibus & quatuor anni partibus. 301. & seqq.  
 Auspicia pedestria quae? 202  
 Auspicioium tria genera. 454  
 Auspicium coactum quid? 723. ex acuminibus. *ibid.*  
 Auctorati, quales gladiatores. 354. b  
 Auctoramentum quid? *ibid.*  
 Auctores juris qui apud Romanos. 555  
 Auxilia & legiones ut differant. 719  
 Axamenta quid sint? 218  
 Azyoi dicebantur dii communes. 287. b  
 Azyoi, dissoluti, immanes. 714. b

**B** in V. saepe permutabant antiqui, 65. a. 148. b. 352. a  
 Babylonica peristromata unde sic dicta. 248. b  
 Babylonii ab oriente sole diem suum incipiebant. 240  
 Bacario προβόδακος, Gallicè magneaeu. 64. b  
 Bacca & baccæ ut differant. 47. a  
 Bacche, Bacchi ministra. 139. b  
 Bacchanalia, Bacchi sacra. 298. maxima solemnitate & licentia celebrata. *ibid.* Roma & in Italia abolita. *ibid.*  
 Bacchi plures fuerunt. 136. quinque numerantur à Cicerone. *ibid.*  
 Bacchi simulachrum quale fuerit. 136. 138. a. templum, *ibid.* varia cognomina. 136. 137. 138. 139  
 Baccho tantum tempore pluvia hostia immolabantur. 141. a  
 Bacchum cur cornutum effinxerint veteres. 378. a  
 Bacchus unde sic dictus. 136. vinearum inventor. *ibid.* docuit eos, quorum regio vitis ferre non posset, potum ex hordeo conficere. *ibid.*  
 Bacchus unde Dionysus dictus. 136. a. b  
 Brontonius. 136. a  
 Eleutherius. *ibid.*  
 Evius. 139. a  
 Liber Pater. 136. 138. a. b  
 Nyctelius. 138. b  
 Οπταμβος. 753  
 Bacn, est lamina auri ab aure ad aurem. 79. b  
 Βαλανεύς, balneator, & Βαλανότις; balneatrix. 63. b  
 Βαλανόφθογοι glandium comestores. 142. b  
 Balista qualis machina. 736  
 Balnea virorum & mulierum discreta. 64. a  
 Balnea Romae plurima fuerunt, publica & privata. 58. 62. b. iis quando uterentur Romani. *ibid.*  
 Balnea pensiles. 58. 63. a  
 Bandum quid? 790. b  
 Barbita, qualia instrumenta. 347  
 Barcanda, concha aerea. 65. b  
 Basilica Joannis Lateranensis. 14  
 Basilica, pars templi. 83  
 Basilica, qualia aedificia Romae. 654  
 Bassares, lingua Troacum vulpes. 139. b  
 Bassarides, Bacchi ministra. 139. b. unde sic dicta. *ibid.*  
 Belli crepa saltatio quae fuerit. 354. b  
 Bekyns in Anglia quinquam sint? 543. b  
 Belloua, bellorum dea, unde sic dicta. 129. quidam eam Martis uxorem, quidam sororem, quidam sororem & uxorem fuisse scribunt. 129. ejus sacra. 281. a. quomodo depingeretur. 283. b  
 Bellonarii, sacerdotes Bellonae. 129. 281. a. quo ritu initiarentur. *ibid.* vaticinabantur stragem populorum aut eversiones urbium. 283. b. se ipsos caeteris ferebant & proprio sanguine immen placabant. *ibid.*  
 Bellonae sacrum, ejusque adis consecratio. 279

Bellum hostibus indicendi ritus apud Romanos quis? 715  
 Bellum Volsicum quo anno gestum. 719  
 Belus, sic Hercules in India fuit dictus. 160  
 Breucynthia dea quoniam & unde sic dicta. 97  
 M. Bibuli locus in Caesarem apud Suetonium. 163  
 Bictinium quid, & unde sic dictum. 363  
 Bidentes ovis appellabatur quae superioribus & inferioribus est dentibus. 231  
 Bidentes hostia quae? *ibid.*  
 Birrus quale vestimentum, & unde sic dictum. 393. b  
 Biffextum quid? 236  
 Blanditia candidatorum quoniam fuerit. 497  
 Blatea purpurea genus. 396. b  
 Blattia quid? *ibid.*  
 Boja quid? 120. b. 682  
 Bolis quid? 739. Lucilio cataprorates. *ibid.*  
 Bomycinæ vestes. 396. b  
 Bomyx, ejusque natura miranda. *ibid.*  
 Bonæ deæ sacerdotes, sacra, & sacellum, 126. 173. in ejus adem ventitare vitis nefas habitum. 177. b. ejus sacra à Clodio polluta. 178. a  
 Bonæ fidei formula tres. 676  
 Bonorum possessio quid? 660  
 Bonus eventus Deus qualis ejusque templum. 181  
 Bos loquutus quid portenderit. 202  
 Britannii primi navigationis inventores. 522. b  
 Bromius sive Brumus, Bacchus. 293  
 Brumalia, quale festum. 293. à Graecis Ambrosia appellabantur. *ibid.*  
 Bruttii, sive Bruttiani quoniam fuerint dicti. 540  
 Bubastis, oppidum nobile apud Aegyptios ubi Diana colebatur. 121. b  
 Bubo avis funebris & maxime abominatus. 202  
 Bubo (secundum alios bia) avis à sono sic dicta. 447. a  
 Bubona, dea quae praerat bobus. 182  
 Buccina quid? 722  
 Bulenticum quid? 350. a  
 Bulle & pratexta in usu puerorum nobilium. 400  
 Burranica qualis potio. 297  
 Burrum, usum. *ibid.*  
 Bustnavii qui & unde sic dicti. 442  
 Bustum quid? 442. 566  
 Bustum sepulchri, antiquis dictum forum. 566  
 Buteones, τετόξους, futuri maximi boni, si apparuissent, spem certam faciebant. 201. 202  
 Buxæ fistula in sacris Cybeles & Bacchi recepta. 101. b  
 Buxus cariem nunquam patitur. *ibid.*  
 Buxus & pinus cur in tutela Matris Deum fuerint. 101. a

C.   
**C**abillus mons. 13   
 Caci Herculis boves abigentis fabula. 103   
 Cadavera antiquitus melle condiebantur. 448. a. certia. ibid. cæria, odoribus & unguentis. 565. purpureis tapetibus operiebantur. 446. a   
 Cadavera cum septem diebus servarentur apud Romanos. 440. candida veste induebantur. ibid. in vestibulo adium ad ipsam jannam collocabantur. ibid.   
 Cadavera lavare proximioribus concedebatur. 440   
 Caduca bona, qua? 177. a   
 Caduceus Mercurii. 126   
 Cæsares & nobilissimi Cæsares qui? 504   
 Cæsaris & Augusti vocabula quid significent. 503   
 Cæsa vocabantur mulieres omnes quæ conceptionem facerent. 426   
 Cala Græci lignum vocabantur. 378. a   
 Calamistratus puer. 410. b   
 Calamistrum quid & unde sic dictum. ibid.   
 Calantica, tegmen maliebæ. 409   
 Calææ, pro vocare. 450   
 Calata comitia qua? ibid.   
 Calceamentorum diversa genera. 417   
 Calcei albi Imperatoribus in usu. 418   
 lunati erant senatorum proprii. 417   
 metronarum. 420. b   
 metreticuli. 421. b   
 militares. 421. b   
 puri. 417   
 sacri. 419. b   
 serviles. 421. b   
 Sicyonii. 422. b   
 venatorii. 422. a   
 Calcens totum pedem tegebat, solca plantam tantum. 417   
 Calstra, genus mitræ. 415. b   
 Calvities probrosa antiquitus. 23. a   
 Calvar, vinum novum. 288   
 Calpetus Albano regno quamdiu præfuerit. 2   
 Calva Venus, unde sic dicta? 131   
 Calvities probrosa antiquitus. 23. a   
 Calvitur, pro fræstratur 578   
 Calumniæ crimen quid fuerit, ejusque pena frontis insusio. 691   
 Calumniatores qui fuerint dicti? 680   
 Calumniari quid? 691   
 Calyptra, genus vestimenti. 415. b   
 Calx, pars mali infima in navi. 739   
 Camella quid? 297   
 Camellus, finis nauticus. 740   
 Cameræ, quales naves. 742   
 Camille qua? 227   
 Camilli qui? ibid.   
 Camillos ministros sacrorum appellabant veteres. 126   
 Campagi, qualia calceamenta. 419. b   
 Campanarum seu nolarum usus in sacris Cybeles. 101. a   
 Campiductor, ἄπλοδιδάχτης. 354. b   
 Campus Martius centuriatis comitiis erat destinatus. 461. erat Marti sacer. ibid.   
 Tiberinus etiam dictus. ibid. ejus admi-

rabilis magnitudo. 462. erat schola militiæ Romane. ibid.   
 Campus sceleratus Romæ in quo virgines Vestales, quæ incestum fecerant, vivæ sunt desossa. 217   
 Canales in hortis adhibiti. 17. a. b   
 Canario sacrificio vitula carere immolabantur pro frugibus. 286   
 Candelabrum unde sic dictum. 230   
 Candidati qui, & unde sic dicti. 401, 498   
 Candidum & album ut differant, 401   
 Canes prodigiosa magnitudinis in Anglia. 120. a   
 Canes venatorii. 110. a. b   
 Canis jaculus talorum infortunatissimus. 308. a   
 Canis in crucem actus & anser splendide admodum in lectica & veste fragula pretiosa sedens cur quotannis à Romanis in pompa gestaretur. 300   
 Canis prægnans occurrens quid portenderet. 203   
 Canis pro sortio. 24. b   
 Cantharus. 3. b   
 Canumentum, verutum, teli quoddam genus. 761. a   
 Capeduncula, poculi genus. 230   
 Capetus, quibusdam Atys, quot annos Albano regno præfuerit. 2   
 Capis poculi genus, dictum à capiendo. 230   
 Capit. al. facinus quid? 587   
 Capituli deminutio quid? 659. fuit triplex. maxima, minor & minima. ibid.   
 Capitoli ludii, quando instituti. 339. quomodo celebrati. ibid.   
 Capitolinus mons. 12. tribus nominibus fuit inscriptus. ibid. unde Tarpejus dictus. ibid. Saturnius unde. ibid.   
 Capitolii aenea limina à quo & quando posita. 105   
 Capitolium unde sic dictum, 12. quo anno extructum. ibid. a. à quo inchoatum. ibid. à quo absolutum. ibid.   
 Capitolium fulmine tactum inter prodigia recensebatur. 12. b   
 Capitolium non tantum Romæ, sed & in aliis urbibus fuit. ibid.   
 Capitium quid & unde dictum. 409   
 Capra nunquam sine febre esse dicitur. 250   
 Capratina sive Caprotina Novæ. 284. cur instituta. 284. unde sic dicta. ibid.   
 Captivi in sepulchris virorum sortium necabantur. 442   
 Captivitatibus jus. 659   
 Capula poculi genus. 230   
 Capuli, quales naves. 442   
 Caput devicti hostis amputabat veteres. 761. b   
 Caput Jovi deferbant veteres. 175   
 Capys quamdiu Albano regno præfuerit. 2   
 Carabus, parva scapha 222. b   
 Carbasus, pallium. 392   
 Carcerem ædificavit Ancus Rex. 682   
 Carceris duæ partes, Robur & Tullianum. 697   
 Carthesium quid? 739   
 Cardea qualis dea. 187   
 Cardio qualis limes. 622   
 Carina pars navis infima. 738 à facili cursu quasi currina dicta. ib. capitur interdum pro infima trabe quæ navis fundatur. ib.

Carnea dea sacrum in Cælio monte. 278   
 Carmenta Euanthri mater, mulier vaticinans. 251. post obitum in divarum numerum relata. ibid. ejus sacra Carmentalia dicta. ibid.   
 Carmenta dea, unde sic dicta. 162. alio nomine Themis & Nicostata vocata fuit. ibid.   
 Carmenta templum. 162   
 Carmentalia qualia sacra & quare instituta 251. quo die iterarentur. 252   
 Carmentalis porta. 162   
 Carmina Saliaria qua? 218   
 Carnea, vel Carna dea, vitulibus humanis præesse putabatur. 172   
 Carnifex unus fuit. 540. non modo nos civis, sed ne domicilium quidem in Urbe habebat. ibid. ejus officium apud Romanos. ibid.   
 Carolus, Gallorum Rex, navali exercitu Frisonum regnum ingressus, lucos ac sana eorum subvertit. 21. b   
 Carpus sive captor, quis & cur sic dictus. 371. b   
 Sp. Carvilius Ruga primus Romæ divorcium fecit. 437   
 Castellarius, castellarum custos. 58   
 Castellum, locus qui aquam publicam recipiebat. 58   
 Casteria quid? 739   
 Castor & Pollux ex ovo prognati. 35. a   
 Castoris & Pollucis fabula. 162   
 Castra à castitate sic dicta. 770. a   
 Castra Romana ut plurimum quatuor portas habuerunt. 730   
 Castrametatio Romanorum. 772. a   
 Castrametationis genus quodnam fuerit apud Romanos. 728   
 Castrensium disciplina qua fuerit apud Romanos. 731   
 Castrorum forma qua fuerit apud Romanos. 728. motio quomodo fieret. 730   
 Catalogus auctorum, qui rem bellicam scriptis suis extulerunt. 711. a. b   
 Cataprorates quid? 739   
 Cataracta quid? 739   
 Catascopium, navis spectatoris. 742   
 Catasiasis, qualis pars comediæ. 331   
 Catastropha, qualis pars navis. 741   
 Catastrophe, qualis pars comediæ. 826   
 Cateja, tela Gallica. 764. b   
 Catinus deus, unde sic dictus. 174   
 Cato ideo propinquus feminis osculum dare instituit, ut sicerent aut temetum olerent. 558   
 Catiæ qualia navigia. 742   
 Caudex apud antiquos vocabatur plurimum tabularum contextus. 523. b   
 Caudicaria, sive codicaria, naves qua? 523. b. 741.   
 Cavea, medius locus theatri. 314   
 Caveæ & pillorum icon in antiquis monumentis. 204   
 Caviæres hostiæ qua? 231   
 Cedrium quid? 448. b   
 Celæres apud Romanos qui fuerunt & unde sic dicti? 488. in tres centurias fuerunt distincti. ibid.   
 Celærum tribunus vel præfectus quis? 207.   
 Celoces quales naves. 488   
 D d d d d 3   
 Celærum

<i>Censio hastaria quid?</i>	748	<i>Cetra, genus clypei vel scuti.</i>	769. b. 770. a	<i>Cives Romani omnes qui in Urbe domicilia habebant, in tribus &amp; curiis referbantur, reliqui non.</i>	452. 453
<i>Censor cum moreretur, pro insaufissimo habebatur omnia.</i>	499	<i>Chalcas ex passerum numero belli Trojani annos auguratus est.</i>	202	<i>Civitates quanam dicantur intermor.</i>	610. b
<i>Censore uno creato si tempestas comitia dirimeret, tum etiam is qui jam censor creatus erat, vitiosus censebatur.</i>	468	<i>Chalcidice Minervae templum.</i>	289	<i>Civitates veltigales quae? 745. servitute affecta quae?</i>	ibid.
<i>Censores quando &amp; cur constituti? unde sic dicti. ibid. eorum officium. ibid. potestas &amp; dignitas. 500. qui ad hoc munus eligerentur. ibid. quinto quoque anno creabantur.</i>	ibid.	<i>Charites. vide Gratias.</i>		<i>Civitatum federatarum respublica quanam fuerit.</i>	747
<i>Censoria comitia.</i>	468	<i>Charondas Carthaginiensibus leges praescripsit.</i>	548. a	<i>Civium Romanorum divisio in optimates &amp; populares.</i>	73
<i>Censoriae leges.</i>	500	<i>Xerxes, quos qui?</i>	371. a	<i>Clavula diminutivum à clava.</i>	148. a
<i>Census in legendo senatu spectabatur.</i>	490	<i>Chirodota, tunica manicata.</i>	406	<i>Clavata vestimenta.</i>	407. 781. b
<i>Centumviralia iudicia quae? Centumviri qui fuerint dicti.</i>	516. 679	<i>Chlamys, vestis militaris.</i>	391. 713. b	<i>Claudia tribus unde sic dicta.</i>	470
<i>Centuria praerogativa quae dicta.</i>	466	<i>Chloris filia Tyrestis. 133. b. dicta etiam Manto.</i>	ibid.	<i>Claudia virgo Vestalis.</i>	148. b
<i>Centuria quid fuerint, &amp; à quo instituta. 456. 721. earum justus numerus.</i>	721	<i>Chorus proprie quid? Chrysendeta, visa deaurata.</i>	332	<i>Claves uxori intranti domum mariti tradebantur, divergenti adimebantur.</i>	439. a
<i>Centuriata lex.</i>	455	<i>Chrysoaspides.</i>	767. a	<i>Clavi erant quasi flores panno intexti.</i>	407
<i>Centuriata comitia unde sic dicta, à quo instituta. 457. quid ante ea fieri soleret.</i>	463	<i>Ciborium, quale poculum.</i>	384. a	<i>Clavi pangendi sollemnitas, idibus Septembris. 290. 303. 506. 507. notabat numerum annorum.</i>	ibid.
<i>Centuriata comitia legum quemnam peculiarem modum habuerint. 463. discrimen inter illa, curiata &amp; tributa.</i>	ibid.	<i>Cicero tres ordines deorum statuit.</i>	82	<i>Clavus &amp; gubernaculum ut differant.</i>	739
<i>Centuriata comitia convocandi jus penes quos fuerit. 459. &amp; 463. quo tempore &amp; quibus diebus haberentur.</i>	462	<i>Ciconiae concordiam portendebant.</i>	201	<i>Clavus quid proprie &amp; quid per metaphoram?</i>	739
<i>Centuriatorum comitorum causa. quid iis actum. ibid. &amp; seqq. iis habendis locus destinatus erat campus Martius.</i>	461	<i>Cidararis, muliebre capitis gestamen.</i>	375. b	<i>Clenmateres.</i>	382
<i>Centuriones quinam fuerint? Cereri, quales navces.</i>	741	<i>Cidarum, navigium.</i>	742	<i>Cleopatra, ejusque unio Veneri dedicatur.</i>	46. a. b
<i>Cereales ludii quales, quando &amp; à quibus celebrati.</i>	337	<i>Cinellum Marti veteres deferbant.</i>	175	<i>Clepsydrae, earum usus frequentissimus.</i>	708. b. unde dicta. ibid.
<i>Cerealia à Cerere sic dicta, inque ejus honorem fiebant.</i>	266	<i>Cinellus &amp; cingulum ut differant.</i>	409	<i>Clientela quotplex.</i>	69. b
<i>Ceres, unde sic dicta. 136. 137. ejus varia cognomina.</i>	ibid.	<i>Cinellus Gabinius.</i>	599	<i>Clientes, dicti adfecta. 70. a. quasi colentes. 68. patronorum suorum dextra appellabantur.</i>	ibid.
<i>Ceres unde Aetna dicta.</i>	144. a. b	<i>Cinervarii qui?</i>	411. a	<i>Clientibus &amp; patronis quanam jura fuerint communia.</i>	68
<i>Atumna.</i>	ibid.	<i>Cineres &amp; ossa combustorum cado sive urna colligebantur.</i>	443	<i>Clientum erga patronos quanam officia fuerint.</i>	68
<i>Attica.</i>	ibid.	<i>Cingula non modo militum gestamina, sed &amp; nota, sine quibus nemo militarius dignus ordinibus consuebat.</i>	714. a	<i>Clivia vocabant veteres discipula.</i>	201
<i>Eleusina.</i>	ibid.	<i>Cingulo cur nova nupta cingeretur.</i>	427	<i>Clotacum primus fodere cepit Tarquinius Priscus.</i>	521
<i>Enna.</i>	142. a	<i>Cingulum militare. 718. ignominiae causa militibus adimebatur.</i>	ibid.	<i>Clotacina qualis dea &amp; unde sic dicta.</i>	186
<i>Flava.</i>	144. b	<i>Cingulum virginum Herculeo nodo erat vinculum, quod maritus in lecto solvebat.</i>	430	<i>P. Clodius Bona Dea sacra polluit.</i>	126.
<i>Hemenfis.</i>	141. a	<i>Cingulum unde sic dictum, &amp; ut differat à cinctu.</i>	409	<i>Clotho, una ex Parcis, unde sic dicta.</i>	155
<i>Licma.</i>	144. b	<i>Cinifones qui?</i>	411. a	<i>Cluacina Venus unde sic dicta, ejusque templum.</i>	131
<i>Lepifera.</i>	137. 145. b	<i>Cinxia Junonis nomen cur sanctum haberetur in nuptiis.</i>	173. 430	<i>Cluere antiqua lingua pugnare significat.</i>	ibid.
<i>Libera.</i>	137	<i>Cippi, stipites tripites.</i>	735	<i>Clura, simia.</i>	769. a
<i>Manumosa.</i>	144. b	<i>Circe, Solis filia venefica.</i>	135. a. b	<i>Clypeorum diversa genera.</i>	767. b
<i>Panda.</i>	137. 144. b	<i>Circenses ludii unde sic dicti. 318. Gymnici etiam vocabantur.</i>	ibid.	<i>Clypeus ut differat à sento.</i>	727
<i>Pantica.</i>	137	<i>Circi arca.</i>	23. a	<i>Codices, publicae tabulae, unde sic dicti.</i>	523. b
<i>Ceres frumenti inventrix. 136. molarum.</i>	65. b	<i>Circi ex accipitrum genere, nuptias &amp; rem pecuniarum fortunabant.</i>	201	<i>Codemptio quid, &amp; quibus sollemnitatibus fuerit peracta.</i>	426
<i>Ceres Proserpinam quatit, proverb. de his qui incassum laborant.</i>	142. b	<i>Circumagere corpus, ritus antiquissimus sacrificantium.</i>	233. b	<i>Coemptio antiqua formula.</i>	438
<i>Cereris sacerdos Graeci.</i>	193	<i>Circumportatio, silicernium, Graecè περιτροπον.</i>	505	<i>Callimontium regio Urbis secunda in Calio monte.</i>	14
<i>Cereris sacra. 144. a. in his sacris perpetua taciturnitas observabatur.</i>	ibid.	<i>Circus à Tarquinio Prisco primum extructus. 313. ejus descriptio, latitudo, &amp; longitudo. ibid. unde sic dictus. ibid. &amp; 316. a. Soli principaliter fuit consecratus.</i>	313. 316. b	<i>Callistibus &amp; superis templa à terrâ extare volebant veteres, inseris diis sub terra, terrestribus media ponebant sepius.</i>	813
<i>Cereris templum.</i>	137	<i>Circus Antonini Caracalla.</i>	314	<i>Callius mons unde sic dictus 14. Quaeque Tullanus ante vocatus. ibid. deinde Augustus.</i>	ibid.
<i>Cereri primum lacte, vino, &amp; favis, postea porca litabatur.</i>	232	<i>Flaminius.</i>	314	<i>Cana dardadibus Augusti qualis fuerit.</i>	39. a. 364
<i>in Certum tabulas referri quid sit?</i>	461	<i>Martialis.</i>	314	<i>Cena recta.</i>	8. a
<i>Cernuntores qui?</i>	352. a. 444	<i>Vaticanus, &amp;c.</i>	314	<i>Cena unde sic dicta.</i>	361
<i>Ceruchi, extremitates antennae.</i>	739	<i>Ciscere &amp; ciere, pro divideret.</i>	576	<i>Cenam antiqui in tres partes distribuabant.</i>	368
<i>Cervi erant stipites, cornicula eminentia habentes.</i>	734	<i>Cispinus collis.</i>	14	<i>Census quid?</i>	318
		<i>Cistibium quale poculum.</i>	382. b	<i>Cognitio omnis sermè in duas actiones fuit divi-</i>	
		<i>Citatio rei quomodo instituta.</i>	694		
		<i>Citeria, pilinae quaedam.</i>	788. b		
		<i>Citum, id est, divisum, à ciendo.</i>	576		
		<i>Cives Romani optima lege qui dicantur.</i>			
		<i>66. illorum distributio in patricos, plebejos, tribus, curias, classes, centurias, &amp;c.</i>			

divisa. 687  
 Cohors unde sic dicta. 721  
 Cohortes x. in una legione erant. 721. quot milites singula comprehenderit. ibid.  
 Collegia Romæ primum instituta à Rege Numâ. 584  
 Collina quibus dea. 182  
 Collina tribus unde sic dicta. 470  
 Collis Hortulorum quis & unde dictus? 16.  
 Pincius postea vocatus. ibid.  
 Collocatio propriè quid? 440  
 Coloniae quæ fuerint. 743. duplices, aliæ Romanae, aliæ Latinae. ibid. ut differant à municipiis. ibid.  
 Coloniae cur deducereentur, sex potissimum cause fuerunt. 746  
 Coloniae respublica quam snerit. 746  
 Calesis quid? 107  
 Colossus Apollinis Diademati. 113  
 Colossus Soli sacer corona radiata insignitus. 30. b  
 Columba augurium felix designabat. 202. cur Veneri sacra fuerit. 98. a  
 Columbaria quæ loca in navibus. 202  
 Commissatio, non comessatio scribendam. 361  
 antiquis in usu. ibid. unde sic dicta. ibid.  
 Comititia calata quæ, & unde sic dicta. 450  
 Comititia censorum ut differret à consularibus & pratoris. 463  
 Comititia centuriata jure fieri non poterant, nisi captatis ante auspiciis. 456. 464. & seq. 3.  
 Comititia unde sic dicta. 449. ut differant à conciliis. ibid.  
 Comititiales dies qui? 242. 273. a. b  
 Comititii captis si tonitru supervenisset, tum ea dirimebantur. 465  
 in Comititii & postea quenam observari solerent. 464. & seq. 9.  
 Comititorum genera tria: curiata, centuriata, & tributa. 450  
 Comititorum locus, causæ. 483. a. b  
 Comædiæ socco, tragici coturno pedes inducebant. 325  
 Comædiæ quid, & unde sic dicta. 328. alia vetus, alia media, alia nova. 329. earum varis species. ibid.  
 Comædiæ Apollini fuit dedicata. 90. b  
 Comædiæ partes quæ? 331. 332  
 Comædiæ & tragediæ ut differant? 330  
 Commentarienses in castris quinam fuerunt? 725  
 Commentariensis custos carceris fuit dictus. 682  
 Commodatum quid? 660  
 Compedes, vincula pedum ferrea. 581. 682. unde sic dicta. ibid. & 784. b  
 Comperendinatio dicta, quod perendino die perageretur. 678. 690. quid sit securum Aconium. ibid.  
 Comperendinatio & ampliatio ut differant. 690  
 Comperendinatione instituta priore defensor, posteriore loco accusator dicebat. 690  
 Comperendini dies qui? 242. 671  
 Compitalia quæ sacra & quando celebrata. 260. 271. 276. b. unde sic dicta. ibid. eorum origo. ibid. laribus devota solemnita. ibid.  
 Compitalitii ludii. 341  
 Concilia & comitia ut differant. 449

Conciliabula, loca quæ, & unde sic dicta? 744  
 Concordia dicta. 169. hujus diversa ades Romæ snerunt, & à quibus consecrata. ibid. & 281  
 Concordiæ sacrificium. 252  
 Concordiæ templum à Camillo positum. 252. ejus dedicationis festum. ibid.  
 Concubia vox & concubium quid? 240  
 Condemnationis formula quæ? 691. nota litera C. ibid.  
 Conditio & condicere quid? 668. 678  
 Conditiois ratio quæ? 674  
 Conscriptio quid? 426. solis pontificum conveniebat. ibid.  
 Confessio, passivè, pro de quo reus confessus est. 581  
 Confugiens ad templorum aras immunitatem consequentur. 21. b  
 Confinium quid? 585  
 Congiarium quid? 8. a  
 Conjicere quid? 579  
 Conjuratio quale militis genus. 717  
 Conlocatio, ἐπιτομή. 440  
 Conluere quid? 85  
 Connumbia dissoluebantur, usurpatione, dissimulatione, & remanipulatione. 437  
 Conscripti senatores qui? 491. a  
 Consecratio Inpp. Rom. vitæ defunctorum, quoribus & quibus ceremoniis fieret. 212. 213  
 Consentes dii duodecim. 91. 92. a. 180  
 Constituere est tabulas in cistis ponere. 690  
 Consulata quales feriæ. 288. unde sic dicta. ibid. iis equos & asinos coronabant & otarii sinebant. ibid.  
 Consulares dii qui consulatum gesserant. 498  
 Consulares leges. 498  
 Consulatus capiendi annus legitimus fuit XLIII. 498. insignia. ibid. dignitas & potestas. ibid. fuit magistratus ἐπιτομή. ibid.  
 Consules Romani in Juni templo inaugurabantur. 95. a. ob id annum aperire dicebantur. ibid.  
 Consulens aliquem absentem creati non licebat. 498  
 Consules honorarii qui? 499 ordinarii. ib.  
 Consules post Reges summum imperium obtinebant. 498. unde sic dicti. ibid. Græcis ὑπατοι. ibid. comititii centuriatis creabantur. ibid.  
 Consulibus primis fratres appellati fuerunt. 500  
 Confusus deus. 169  
 Contestari litem quid? 677  
 Conti, haste longæ & robustiores. 765. b  
 Contubinium, quartum alicui tempus apud Romanos. 240  
 Contractus quid? 660. alii nominati, alii inominati. ibid.  
 Controversia civiles quæ? 658. privatae. ib.  
 Consubernium quid? 722  
 Contus quid? 739  
 Conviva nec loquaces nec muti esse debent. 364  
 Convivales leges. 376  
 Convivarum numerum incipiebant veteres à Gratiarum numero ad Musarum progrediendo. 364

Convivia & mense veterum Romanorum. 358  
 in Conviviis in principio minoribus, in sine amplioribus poculis utebantur veteres. 376  
 Copia pedestres in cohortes & manipulos, equestres in turmas & decurias dividebantur. 721  
 Copræ qui? 325. b. 326  
 Corbis, segnum quoddam navium. 739  
 Corbita quid? 352. a  
 Corbitæ, naves onerariæ. 739. 741  
 Corbitores, sive corvitores qui? 352. a. 444  
 Cordium quid? 727  
 Cornelia tribus. 472  
 Cornices quando exitium designant. 202  
 Cornicularii qui? 725  
 Cornix avis sinistra. 447. a. b  
 Cornu quid? 722  
 Corona: sub coronâ venire quinam dicebantur. 743  
 Corona castrensis. 751  
 Circa quæ? 751  
 Muralis. 751  
 Navalis. 751  
 Obsidionalis. 750  
 Triumphalis. 750. ejus materia. 776. a  
 Corona longa quæ? 565  
 Coronarum militarium diversa genera. 750  
 Coronarum usus in conviviis. 389. a  
 Corvi, inauspicata garrulitatis aves. 202. exemplum in Alexandro & Cicerone. ibid.  
 Corvi, κέρυκας, munimenta navium. 739  
 Corybaetes Cybeles sacerdotes. 99. b. in facis caput torquere, crinem rotare totumque corpus circumagere solebant. ibid.  
 Corybantia æra. 100. a  
 Corymbis naves ornabantur. 741  
 Costum, quale unguentum. 389. a  
 Cothernus quid? 330  
 Cotylisus, quale vas? 332. b  
 Corum, pro calum. 244  
 Crassus in Parthos iturus voce inopinatus admonitus fuit de itinere. 203  
 Crater, quale genus poculi. 376. unde sic dictus. 378. a  
 Creperum quid? 162. b  
 Crepi qui dicerentur. 326. a  
 Crepidula. 418  
 Crepundia, Græcis γρογομαρα. 3. b  
 Crepusculum quid sit? 240. 262. a. unde sic dictum. ibid.  
 Crimen Majestatis quid? 637  
 Crimen perduellionis. 637  
 Crimen Majestatis, & perduellionis ut differant. 459. 637  
 Crimina fuerunt maleficia. 692  
 Crimina quoniam reipublicæ directè facta sunt, quoniam privatim. 681  
 Crinulum unguentum. 389. a  
 Craso Lydorum Regi quid exitium regni portenderit. 203  
 Crucis pæna major quàm patibuli. 697  
 Crustumina, sive Clustumina, tribus unde sic dicta? 472  
 Crystallina pocula. 379. a  
 Crystallum quomodo fiat & ubi reperitur. 379. a  
 Cullens quid? 653. b  
 Culpa quid? 572  
 Cumba, locus imus navis. 743  
 Cunnis

*Cunei, sedilium ordines in theatro.* 315  
*Cuneus, acies cuneum representans.* 733  
*Cuniculus meatus subterraneus & subfossus.* 735. unde sic dictus. ibid.  
*Cuniculorum agendorum primus inventor quis?* ibid.  
*Cunina dea qualis.* 171. unde sic dicta. ibid.  
*Cupido unde sic dictus.* 132. tres enumerantur a Cicero. ibid. pingitur puer nudus, alatus, arcam & sagittas gestans. ibid. ratio hujus picturae. ibid.  
*Cupressi cur mortuorum edibus apponerentur.* 440. in tutela Diis patris esse putabantur. ibid.  
*Cura palatii.* 11. a. b.  
*Curatores operum publicorum.* 521. a. l. v. Tiberis. ibid. cloacarum. ibid. viarum singularum extra Urbem. 522  
*Curatores regionum, qui, eorumque munus.* 525  
*Curatores tribunum qui fuerint.* 514  
*Cybeles Cybeles sacerdotes.* 100. a. Idai Daelyli etiam dicti. ibid. Laves. ibid.  
*Curia unde sic dicta.* 450. tres ejus vocis significaciones. ibid. erant incolarum urbis partes. 451  
*Curia comitela quoloco haberentur.* 450. 451. 453. quibus diebus. ibid. quomodo. ibid. & seqq.  
*Curia lex.* 451  
*Curialis comitiis interesse quibus personis licitum fuerit.* 452  
*Curia torum comitorum auctor Romulus.* 451  
*Curio maximus quis fuerit dictus.* 452  
*Curio sacerdos qui sacra pro sna curia curaret.* 207  
*Curiones qui fuerint?* 451. a. curiis dicti. ibid.  
*Curionia sacra dicebantur qua in curiis fiebant.* 208  
*Curionium es quid?* 208  
*Curis, Sabiniis hasta.* 163. 110. 417  
*Curpalates quis, ejusque munus.* 11. b  
*Cursores, illorumque officium.* 543. b  
*Curiale ministerium.* 544. a  
*Curvus falcatus.* 764. a  
*Custodia reorum duplex fuit.* 682  
*Cybdela, reprobata numismata.* 519. a  
*Cybele dea qua & unde sic dicta.* 97. 98. 99. a. etiam mater Idea, 'Berecyuthia, dea Pessinuntia fuit appellata. 97. eadem cum dea Syria. 99. b  
*Cybeles simulachrum quale fuerit.* 97. cur ei leonem mansuetum ac solum ad-junxerint. ibid. cur cum inrita corona in capite pingatur. 99. b  
*Cybeli porca litabatur.* 232  
*Cylleniis Mercurius unde sic dictus.* 126  
*Cymbalorum & tympanorum usus in Cybeles sacris & Bacchi Orgiis.* 100. b  
*Cymbium quale fuit.* 183. b  
*Cyrbasia, pilei Satorum.* 218

D.

**D.** *litera usus pro P.* 152  
*Daelyli Idai ferrum invenerunt.* 100. a  
*Δαδύχια, facis gestatio, solennis in Theophrastiis sacris.* 144. a

*Δαδύχορ, faciferi.* ibid.  
*Damia dea unde sic dicta.* 270  
*Damiatrix, sacerdos Bonae Deae.* 270  
*Damium quale sacrificium.* 270. fiebat in honorem Bonae Deae in aperto. ibid.  
*Dammum, alio nomine mulda dictum.* 681  
*Daphne oppidum.* 31. b.  
*Daphnoidis balneum.* ibid.  
*Dario quale augurium spem de regno Persico injecerit.* 202  
*Dea Mater Prema.* 173  
*Deorum nomina in masculino concepta.* 269. b  
*December mensis, diesque in eo festi.* 293. Amazonius etiam dictus. ibid.  
*Decemviri qui & quando creati.* 123. 224. a. b.  
*Decemviri colonia deducenda.* 538  
*epulonum.* 226. 227  
*Decemviri litibus judicandis qui?* 516  
*Decemvirovum creandorum quisquam primam occasionem dederit.* 508. eorum officium. ibid.  
*Decernere jurisconsulti quando dicerentur.* 556  
*Decimatio qualis animadversio militaris fuerit?* 749. cur ab Imperatoribus instituta. ibid.  
*Decimatus.* 260  
*Decreta jurisconsultorum qua?* 556  
*Decuma, quale velligal.* 745  
*Decumani limites qui?* 622  
*Decuria sic dicta quod singula decem equites contineret.* 722  
*Deductores qui fuerint?* 497  
*Defensio quomodo instituta fuerit.* 689  
*Defensori argumenta aptiora fuerunt quam testimonis.* 689  
*Defensoris officium quod?* 639. principia, narrationes, contentiones, & perorationes quales fuerint. 689  
*Defuncti tenuioris fortuna a vespile sive a vespillonibus portabantur.* 441  
*Defuncti corpus per intervalla conclamabatur.* 440  
*Degrumari.* 772. b  
*Dejectio de rupe vel saxo Tarpejo quomodo & per quem fieret.* 697  
*Δεικναισαλ qui appellati.* 225  
*Δείπνον, cana, unde sic dicta.* 362. a  
*Delatio nominis quomodo fieret apud Romanos.* 686. idem in judicio publico, quod in privato intentio litis. ibid.  
*Delectus militum quomodo haberetur apud Romanos.* 717. 718  
*Delegatio quid?* 661  
*Delirio exagitatus.* 25. a  
*Delubrum quid & unde dictum.* 83. 87. b  
*Delus insula, in qua natus Apollo.* 114. a  
*Δημήτηρ, Ceres.* 136  
*Demetrius Antigoni filius cur Poliorcetes dictus.* 736  
*Democratia quid, ejusque definitio.* 486  
*Denates pro Penates.* 152  
*Denicales feriae qua?* 444  
*Dentes calcati qui?* 418. a. et urnei. ibid. pleni qui? ibid.  
*Dentes ne nitidiores fierent, quotidie urina aut rebus aliis putidissimis levigabantur veteres.* 418. b  
*Denuntiatores regionum qui, eorumque*

*munus.* 515  
*Deorum tres classes Cicero in Nonothesi sua statuit.* 82. 159  
*Deorum tutelarium evocatio in oppugnationibus urbium quare restituta.* 737  
*Deos alios certos, alios incertos, quosnam Varro intellexerit.* 82  
*Deos in arce fecit timor.* 82  
*Depectus quis dicitur?* 681  
*Depositum quid?* 660  
*Describere suffragia quid?* 466  
*Designatores qui fuerint dicti?* 229. 352  
*Desultores in ludis funebribus qui?* 352. a  
*Deverra dea.* 173  
*Deunce intemperati & bibaces potabant.* 376  
*Devotio sui ipsius pro exercitu quando & quomodo suscepta: ejusque formula.* 734. 737  
*Deus unde sic dictus.* 82. de eo varia Ethnicorum Philosophorum definitiones. ibid.  
*Deus Fascinus.* 755  
*Deus Pater Subigus.* 179  
*Dextra fidei sacra.* 175  
*Diana soror Apollinis.* 113. 237. b. unde sic dicta. ibid. qua forma pingetur. ibid. parturientibus & venatoribus praeposita. 118. 237. quando & a quibus ei sacra fierent. 228  
*Diana unde Bubastis dicta.* 121. b  
*Xerava.* 118. a  
*Dithyrea.* ibid.  
*Aoxia.* ibid.  
*Ops.* 121. b  
*Ταυροπόδη.* 101. b  
*Diana cervam litabatur.* 232  
*Diana templum.* 114  
*Dianas tres numerat Cicero.* 313  
*Διαζύγιον, divorcium.* 438. a  
*Dictator, qualis magistratus.* 506. quis primus fuerit. ibid. unde sic dictus. ibid. ejus auctoritas & praestas. ibid. alio nomine magister populi appellabatur. ibid. sibi ipse eligebat magistrum equitum. 507  
*Dictatura ab initio fuit magistratus semestris.* 506. 507. 611  
*Dictatura cur & quando penitus e publica sublata.* 507  
*Diceria quanam sunt.* 333. a  
*Diei dictio quid?* 694  
*Diei dicendi formulae qua fuerit.* 694  
*Diei initium apud Babylonios, Romanos, Umbros.* 240  
*Diei partes varie apud Romanos.* 240. 241  
*Diem dicere quis diceretur?* 694  
*Dierum discriminata apud Romanos.* 240. 241. 242. 243  
*Dies alii fasti, alii nefasti.* 664. 665  
*Dies apud Romanos est spatium a media nocte ad proximam mediam.* 240  
*Dies atri qui?* 275. a. judiciales. ibid. nefasti. ibid.  
*Dies civillis est spatium xxv. horarum.* 240  
*Dies iusti qui?* 585  
*Dies status quis?* 578  
*Dissarreatio quid?* 426. 437  
*Dissarreatioe quomodo dissolutum matrimonium.* 437  
*per Digitos numerandi ratio explicata.* 94. a. b.  
*Dii ab hominum actionibus sumpti.* 174  
*Dijo-*

Dijovis aedes. 106  
 Dii Consentes duodecim erant, quibus velut consiliariis Juppiter in maximis rebus utebatur, sex mares & sex femina. 91.  
 92. b  
 Dii majorum & minorum gentium qui? 82  
 Dii nuptiales qui? 172. 177. a  
 Dii, qui nascentibus & infantibus prae- rant. 171. 172  
 Dii rustici qui? 180. & seqq.  
 Dii Selecti qui, quot & unde dicti. 91  
 Diis singulis suae erant victimae deputatae. 232  
 Diis saepeis albae & impares, inferis nigrae & pares victimae mactabantur. 232.  
 Δίατις, retia venatoria. 118. b  
 Diuitium quid? 262. a. quintum diei tempus apud Romanos. 240  
 Dionysio Syracusano quale augurium regnum abrogaverit. 201  
 Διονυσία, Liberi festa. 259  
 Dionysius Aesculapii Epidauri barbam cur demi iussit. 167. a  
 Διὸς ἵπποι, Jovis equi. 778. a  
 Dioscuri, Castor & Pollux. 162  
 Dirce, Solis filia, quasi δευροχοῖν. 133. a  
 Diribere proprie quid? 552  
 Diribitores qui fuerint. 371. a. b. 467  
 Discedere quid in legum promulgatione significet. 552  
 Discrimiculum quid? 410. b  
 Discinthus, pro inhabili & dissoluto. 715. a  
 Disciplina castrensis quae fuerit apud Romanos. 731  
 Discus quid? 310. b. 319. ejus ludus usus. ibid.  
 Discus lani, in quo assa carnes repon-ebantur. 231  
 Divalia feria Divae Angeronae. 295  
 Divi Fidii sacrum. 278  
 Divinandi ex somniis scientiam quis primus considerit, diversa opiniones. 88. a  
 Divinatio quale iudicium & unde sic dictum. 685  
 Divisores qui fuerint dicti? 497  
 Divitie veterum in fragis & glande taxabantur. 142. b  
 Divortium quid? 437. ut differat à repudio. ibid. ejus formula. ibid. & 438. a  
 Divortium primus Romae fecit Sp. Carvilius Roga. 437. deinde admodum familiare factum. ibid.  
 Divus Fidius qualis Deus. 187  
 Doctoris titulo qui decorantur cur pileum accipiunt. 77  
 Δωδεκάδηρος, cena Augusti. 364  
 Dolabra quale instrumentum. 231  
 Dolon, genus veli. 740  
 Dolus malus quid? 572  
 Domicidus Deus qualis. 177. a. colebatur cum domum ducenda erat nova nupta. 172  
 Domini similitudo qui fuerint dicti. 515  
 Domitiani foeminarum pugnas nocte edidit. 352  
 Domitius Deus qualis. 172  
 Domus pro sepulchro. 303 b  
 Donaria δωρήματα. 89 b  
 Dorium & postica partes Plutoni consecrantur. 175  
 Dos adventitia quae? 432. a. profectitia,

ibid. receptitia. ibid.  
 Dracones per singulas cohortes ad praelium à Draconariis ferebantur. 722  
 Δρακίτην quid? 326. a  
 Δρακίτης. 326. a  
 Δράμα quid? 331. a  
 Dromo, navis ἄντ' ἰσοπέδῳ à cursu sic dicta. 523. a  
 Druides arbores pro diis colebant, isque hostias immolabant. 21. a  
 Δάρα, denaria. 89 b  
 Duces exercitus quinam fuerint apud Romanos. 722  
 C. Duilius primus navalem triumphum egit. 752  
 Dulopolis urbs in Creta. 8. b  
 Duo, duo, pro do, ass. 560. 569  
 Duodecim tabulae. vide leges duodecim tabularum. ibid.  
 Duplicarii milites qui? 726  
 Duplionis vocabulo nisi veteres pro duplo. 572  
 Duumviri quando & à quo primum creati. 222. 224. a. b  
 Duumviri adis locanda, faciunda, dedicata. 227  
 Duumviri navales qui? 530. 738. quando primum creati. ibid.  
 Duumviri perduellionis, sive capitales qui, eorumque antiquissima origo. 526

E.

E Arine oves. 398  
 Eucelus quale homines torquendi instrumentum fuerit. 697  
 Edaces olim asini appellabantur. 370. a  
 Edictio iudicium. 687  
 Edon, mons Thraciae. 140. a  
 Educa sive Edusa dea qualis. 171  
 Efavri templa quid? 83  
 Effectio rei quam vim habuerit. 659  
 Effigies eorum qui inter deos referebantur, pari splendore, paribusque insignibus, atque dum vivi erant, erigebantur. 215. b  
 Egnatii Micemii uxor, quod vinum bibisset, à marito interfecta. 558  
 Eipnodixit, fetiales. 219  
 Eioras &, introitus comediae. 332. a  
 Ejulatus ne mulieri quidem concessus. 564  
 Electrina vasa. 379. b  
 Electrum duplex, naturale & artificiale. 380. a  
 Elephantos quis primus currui junxerit Romae. 778. b  
 Elekstina Ceres. 143 b  
 Elugere & lugere ut differant. 444  
 Embolaria mulier quae? 332. a  
 Embolum quid? 332. a  
 Emeritum stipendium quid? 713. a  
 Empanda dea paganorum. 197  
 Emptio qualis contractus. 660  
 Enchiridium, manubrium sive capulum remi. 739  
 Enclabria, vel potius anclabria, qualia vasa & unde sic dicta? 231  
 Enclima locus quis in navi? 739  
 Encombomata qualia vestimenta. 409  
 Evidov tempus meridianum, παρα τὴν ἰσημερινὴν dictum. 361  
 Endo jacito, pro injicito. 579

Endotercisi dies qui? 241  
 Ἐπιόθουος qui dicti? 366. b  
 Ephebiunum quid? 348. a  
 Epidromos, genus veli. 740  
 Epitasis qualis pars comediae. 331  
 Epitonus, lori vel vinculi genus. 740  
 Ἐπιτονοπέλαρα quae dicantur. 370 b  
 Epulones qui apud Romanos. 293  
 Epulones Jovis Opt. Max. 221  
 Epulonum Septemviri. 226. eorum collegium. ibid. munus. ibid.  
 Epulum Jovis mense Novembri celebrabatur. 293  
 Epulum triumphale. 790 b  
 Equester ordo erat velut medius inter senatum & plebem. 72. a  
 Equestris census H. S. quadringentorum millium. 71. 72. a. b  
 Equi albi solennes in triumpho. 778. a  
 Equi defultorii. 352. b  
 Equiria Iudi à Romulo Marti instituti. 256. 259. quando & quomodo celebrata. 265  
 Equiria altera quando celebrata. 259  
 Equites duum generum fuerunt. 71  
 Equites esse desierunt si vel in senatorium ordinem cooptati, vel magistratum gefissent, vel patrimonium consumpissent, vel propter flagitia insignia illius ordinis amisissent. 71  
 Equites Romani Eidib. Quintilib. ab eade honoris in Capitolium transuehebantur. 285. cur & à quo hoc institutum. ibid.  
 Equites in spectandis ludis separatas sedes à senatorum & plebejorum sedibus habuerunt. 72. publico equo & annulo à censoribus donabantur. 71. & 73. a  
 Equos hincitu alacriore & ferociore fremitu victoriam ominari praelia intitus etiam nunc militibus persuasum est. 203  
 Equus Marti immolabatur. 191  
 Ἐκαστος quid? 519. b  
 Ercisi veteres dicebant pro partiri. 576  
 Ercisunde familia alio. ibid.  
 Ercisunde ab ER. vel EREDITATE & CISCUNDAE. Id est, dividenda, & dividenda. ibid.  
 Ercum quid & unde dictum. 576  
 Erychthonius serpentinos pedes habuit. 321. b. Vulcanus & Minerva genitus. ibid. cur quadrigarum inventor dicatur. ibid.  
 Erycina Venus unde sic dicta. 131. ejus templum. ibid.  
 Erychthon voracitatis portentoza edore. 370. b  
 Eryx mons Sicilia. 131  
 Esquilinus mons, unde sic dictus? 14. & ibid. a. habuit aliquos colles particulares. 14. a  
 Esquilina tribus unde sic dicta. 470  
 Ethnicorum sapientiores unum tantum deum esse voluerunt. 82  
 Euander à quibus cultus. 162  
 Εὐασμός quis? 752  
 Everriator quis? 444  
 Evocatio quodnam militiae genus fuerit. 717  
 Euphrosyne una ex Gratiis. 135. a. b  
 Εὐζωνίον, strenuus. 715. a  
 Ἐκατελέκτις qui fuerint dicti. 535  
 Exceptores qui fuerint? 542. b  
 Excubiae in sacris Bona Dea. 15. a  
 Εξουα

**E**umbe quales fuerint apud Romanos. 14.  
 a. 731  
**Excubitores** noctu nolam pulsabant. 14. b.  
 insidebant principum vestibulis. 15. a  
**Exemplum pietatis filie in matrem capti-  
 vam.** 168  
**Exercitor quis?** 669  
**Exercitus** sub pellibus retinere quid? 731  
**Exercitus** Romani missio duplex, honesta  
 & cansaria. 757. divisio in duas partes,  
 legiones & auxilia. 718  
**Exercitus** Romanus quo ordine incesse-  
 rit. 727  
**Exilium** quid? 782  
**Eximie** hostie que? 231  
**Exodia** erant ridicula intertextu versibus.  
 324. 332. a. b  
**Expediitio** exercitus quo ordine facta sit  
 apud Romanos. 727  
**Exponere**, pro necare. 3. b  
**Extia** que & unde sic dicta. 206  
**Exsufficere** qui & unde sic dicti. 246  
**Exverta**, erat purgatio domus, ex qua mor-  
 tuus delatus erat ad sepulcrum. 444

F.

**F**Abia tribus. 472  
**Faliorum** cades quo die & mense cou-  
 tigevit. 254  
**Fabula** palliata. 400. togata. ibid.  
**Fabullius** deus qualis. 172  
**Facere**, pro sacrificare. 220  
**Factiones** aurigarum in ludis circensibus.  
 319. quibus coloribus distincte sacri-  
 unt. ibid. & 321. a. b. & seqq.  
**Fagus** arbor Jovi sacra. 107  
**Fagutal** facellum Jovis Fagutalis. ibid.  
**Fagutalis** mons. 15  
**Falacer**, qualis deus. 212  
**Falarica**, sive Phalarica, teli genus mis-  
 sile. 762. a. b  
**Falcati** currus. 764. a  
**Falces** murales que? 737  
**Falcones** si apparuissent, futuri maximi  
 boni spem certam faciebant. 201. 203  
**Falerina** tribus, unde sic dicta. 474  
**Fallere** flammam Vestæ, pro impudicium  
 esse. 149. a  
**Falx**, acutissimum ferrum curvatum ad  
 similitudinem falcis. 740  
**Femilia** appellatio variè accipitur. 575  
 576

**F**ano, à Fauno, sanorum inventore sic  
 dicta. 83. 161. 191  
**Fana** fserere, quid? 83  
**Fariari**, pro fari. 574  
**Farraticia**, nuptie sacra. 476. 558  
**Fartores** qui fuerint dicti. 497  
**Fascia** proprie muliebri gestamen. 413. a. b  
**Fasciis** humerorum superfluum & quasi  
 luxuriantem habitum castigabant. 409.  
 413. a. b  
**Fasium** quid? 429  
**Fasinus** Deus. 755  
**Fasinius** etiam Imperatorum, non tantum  
 infantium custos. 779. b. inter sacra Ro-  
 mana etiam a Vestalibus colebatur. ibid.  
**Fasti** dies proprie & totique? 242. 271. a. b  
**Fastorum** tria genera. 242  
**Fauna**, Fauni uxor, quia contra morem de-  
 iniquè regnum clam vini illam ebibisset,

à marito virgis myrteis ad mortem casta  
 fuit. 174  
**Fannalia**, Fauni festum. 294  
**Fauni** unde sic dicti. 161  
**Fauni** duo fuerunt. 161. quo anno mundi  
 vixerint. ibid.  
**Fauni** templum. ibid  
**Fauno** agna vel heda & vino litabatur.  
 232. 294  
**Faunos** esse Cotta apud Ciceronem omnino  
 negat. 161  
**Fannus** Saturni F. primus loca numinibus  
 & edificia ac lucos sacravit. 161. 191.  
 ab hoc fana nominata. ibid.  
**Fax** prima quodam diei tempus apud Ro-  
 manos. 240  
**Febri** dea à veteribus culta. 186  
**Februa** que dicebatur. 253  
**Februatum** quid? 253  
**Februare**, Instrare. 253  
**Februario** mense civitas Instrabatur. 253.  
 Junoni sacra fiebant. ibid.  
**Februaris** mensis, unde sic dictus, dicitur  
 in eo festi. 253  
**Februaris** mensis intercalationi fuit desti-  
 natus. 253. in tutela fuit Neptuni. ibid.  
**Februata**, vel Februialis Juno unde sic  
 dicta. 253  
**Februum** Sabinis purgamentum. 254  
**Felicitas** dea. 170. ades, ara, simula-  
 crum quale. ibid.  
**Ferialia** sacra unde sic dicta, & à quo in-  
 stituta. 255. iis dea Mente sacrificium  
 fiebat. ibid.  
**Ferulum** quid? 370. b  
**Ferentarii** quinam milites. 726  
**Feretrum** defuncti deferrebant propinquiores  
 virilis sexus. 441  
**Feria** alia publica, alia privata. 241.  
 publicarum quatuor genera, & que?  
 ibid. publica induebantur singulis men-  
 sibus à Rege sanorum & pretore. ibid.  
**Feria** conceptiva que? 296. eorum duo  
 genera. ibid. Latina que. ibid.  
**Feria** ferorum & ferarum. 288  
**Feria** stultorum, quirinalia. 255  
**Feria** certis familiaribus etiam propria fuerit.  
 300  
**Feria** quod Cesar Hispaniam citeriorem  
 videret. 287  
**Feriarum** diversa discrimina. 240. 241.  
 leges. 242  
**Ferre** sinu quid? 29. a  
**Fescennini** versus quinam & unde dicti.  
 429  
**Fessonia** dea. 175  
**Festi** dies qui? 241. dividebantur in sa-  
 crificia, epulas, ludos, ferias. ibid.  
**Festum** dedicationis templi Junonis Sospite  
 254  
**Festum** dedicationis templorum Esculapii  
 & Jovis. 250. 251  
**Festales** qui & cur sic dicti. 218. quando  
 & à quo primum instituti 219. eorum  
 officia. ibid. quomodo bellum hostibus in-  
 dixerint. ibid. & 715. 716. quem ritum  
 observarint fœdus ferientes cum aliquo  
 populo. 716. eorum origo antiquissima.  
 219. a. cur otiosos epulos dicti. ibid. bel-  
 lum indiduri hastam in sinu hostium  
 intorquebant. 220. a

**Fibula**, earumque usus apud Romanos.  
 395. & seqq. 168  
**Fidei** edes extructa. 168  
**Fidejussio** quid? 558. ejus formula. ibid.  
**Fidejussor** quis? 660  
**Fiducula** quid? 697  
**Fiducia** species mancipationis. 660. 661.  
 ejus formula. ibid.  
**Fili** cur velatis, filia verò passis capillis  
 parentis sinus sequebantur. 441  
**Fines** agrorum termini & limites dicun-  
 tur. 586  
**Fisci** advocatus vel patronus quis & à quo  
 primum institutus. 525  
**Fisci**, fiscina, fiscella, sparte utensilia. 525  
**Fiscus** in exercitu quis? 525. a  
**Fiscus** in republ. ventri similis & liceti.  
 526. b  
**Fiscus** principum erat, ut ararium populi.  
 525  
**Flagitium** facere quid? 587  
**Flagitium**, pro infamia. 587  
**Flamma** olim sacra insula dicta fuisse. 209  
**Flamen** Dialis unde sic dictus & à quo in-  
 stitutus. 210. plurime cur hujus cerimo-  
 nie. ibid. & seqq. à tractu & nomina-  
 tione capre & canis abstinere coactus  
 fuit. 211. cur ab hederæ. ibid.  
**Flamen** Dialis maxima dignationis inter  
 reliquos. 210  
**Carmen** Dialis. 212  
**Falacris**. 212  
**Floralis**. 212  
**Farnalis**. 212  
**Lavinialis**. 212  
**Lanularis**. 212  
**Martialis** Martis institutus. 212  
**Palatialis**. 212  
**Pomonalis**. 180. 210. 212  
**Quirinalis**. 212  
**Virbialis**. 212  
**Volcanalis**. 212  
**Volturnalis**. ibid.

**Flamines** quando primum creati. 209. ma-  
 jores qui dicti. ibid. minores. 210. unde  
 sic dicti? 209. singuli cognomina habe-  
 bant à deo cui sacra faciebant. ibid. eos  
 prius Pleamines dictos fuisse post Plu-  
 tarchus ibid.  
**Flaminia**, ministra flaminicarum. 210. 227  
**Flaminia** quæties tonitruo audisset, servata  
 erat, donec deos placasset. 330  
**Flaminica**, flaminum uxores. 210  
**Flaminii**, ministri flaminum. 210. 227  
**Flaminio** abire quid? 210  
**Flaminium** creandorum ritus. 210  
**Flamma** in sacrificiis quamam fasce &  
 quamam insusilla. 206. 207  
**Flammarii** quales officies. 409  
**Flammæum**, capitis segamentum. 209.  
 409. 427. 435  
**Flere** mortuum jubere aut vetare, abster-  
 gum esse: plangere verò vetandum. 564  
**Flora**, dea florum. 180. 183. a. b  
**Floralia**, quales ludi & cui instituti? 180.  
 268. 333. quando & quomodo celebrati.  
 ibid.  
**Flumina** quatuor modis trajiciebantur. 727  
**Foculus**, ignitabulum. 259  
**Fœderis** ferendi ritus apud Romanos. 716  
**Fœdus** inter Romulum & Tatium Reges  
 idem



*Idem.* 28 a  
*Feminae accumbentes apud Romanos maritorum gremiis inherebant.* 365. b  
*Feminarum leuitas.* 772. b  
*Feminae maritande cur flammeo velarentur.* 409  
*Feminae Scythicae, maritis suis longo implicitatis bello, seruis denuperunt.* 772. a  
*Fanus quid & unde sic dictum.* 591. eius variae species. *ibid.*  
*Fontinalia, fontium sacra.* 292  
*Fora quae loca in Italia & provinciis fuerunt.* 744  
*Forculus deus qualis.* 187  
*Forda bos, quae in ventre fert.* 265  
*Fordicidia qualia sacra, unde sic dicta, & à quo instituta.* 265. 266. *Hordicidia etiam dicta.* *ibid.*  
*Fors, loca in spectaculis.* 341  
*Forsiparia, quae loca in navi.* 738  
*Forsibus tres deos proficiebant veteres, Forculum, Cardeam, & Limentinum.* 187  
*Formido quid?* 119. b  
*Formosus, pro formoso.* 520. b  
*Formula sacrificii porca praedaneae.* 299  
*Formacalia, festa, quando & cur dea formae instituta.* 255. eorum ritus. 263. b  
*Fornax qualis dea.* 186  
*Fornix Fabianus.* 23. b. 756  
*Fors fortuna, eiusque ades.* 157. ab iis culta qui sine arte aliqua vivebant. *ibid.*  
*Fortis fortuna finium & festum.* 282  
*Fortuna quid, quam potens.* 156. eius varia cognomina & templa. *ibid.*  
*Fortuna huius se dici à Catulo consecrata.* 157  
*Fortune Barbata ades.* 157  
*Dubie vicus.* *ibid.*  
*Equestris ades.* 157. 159. b  
*Male templum.* 157  
*Mausolea ades.* 158  
*Mascula ades.* 157  
*Fortuna Muliebris, unde sic dicta, & à quibus culta.* 157. 159. b. eius simulacrum bis locutum fuisse constat. *ibid.*  
*ades quando dedicata.* 285. sacrum cur institutum. 293  
*Fortuna Praenestina.* 159. a  
*Fortuna Plebejae templum.* 157  
*Primigenia.* 156  
*Privata delubrum.* 157  
*Fortuna Publica.* 157. eius consecratio in colle Quirinali. 265. 272  
*Fortuna Obsequens unde sic dicta.* 157  
*Fortuna Redae* 159. b. eius templum 158  
*Fortuna Regia.* 169. a. Salutaris. 158. b  
*Fortuna Seja ades.* 157. festum. 280. cur in eius templo Servii Tullii simulacrum fuerit contestum. *ibid.*  
*Fortuna simulacrum.* 158. a  
*Fortuna Virilis unde sic nominata.* 156. 169. a. eius sacrum. 264  
*Fortuna Viscosa unde sic dicta.* 157. Parva quae? *ibid.*  
*Fossa veteribus quid?* 9  
*Fossam fodere tunicis interioribus solatis ignominia militaris fuit.* 748  
*Forum quid & unde sic dictum.* 662. sex diversis modis intelligitur. *ibid.*  
*Forum antiquis bustum sepulchri.* 566

*Forum agere quid? 662. 744. indicare quid?* *ibid.*  
*Forum boarium, olitorium, pistorium, &c.* 664  
*Forum Nervae, Sallustii, Trajani.* 663. 664  
*Forum transtitorium quid & unde dictum?* 663  
*Franea, teli genus.* 754. a. b  
*Fratres Arvales quales sacerdotes.* 194. 208. 299. unde sic dicti. *ibid.*  
*Fritilla quid sit? 377. a. unde dicta.* *ibid.*  
*Fritillum quid?* 308. b  
*Fritvola, vasa siliilia quassa.* 377. a  
*Frons genio sacra.* 175  
*Fruge de arboribus etiam dicuntur.* 527. a  
*Frugis, xapris.* 527. a  
*Frustrum aut decumanum, aut emptum, aut aestimatum.* 745  
*Fuat, pro fiat.* 578  
*Fugia, qualis dea.* 186  
*Fulgorem eclucruat veteres, ne fulguris ferent.* 181  
*Fullonum usus cur tam creber apud Romanos.* 402  
*Fulmina alia bruta, alia fatidica.* 201. consiliaria: alia auctoritatis, alia status. *ibid.* Reliqua discrimina vide *ibid.* & seqq.  
*Fulmina diurna Jovi, nocturna Summano attribuebant Romani.* 201  
*Fumi in sacrificiis quales esse deberent.* 207  
*Fuadores qui?* 726  
*Fundus est omne, quicquid solo tenetur* 583  
*Funebris cerimoniae veterum Romanorum.* 439. & seqq.  
*Funebrem pompam quenam praecedent.* 440. quanam sequerentur. 441  
*Funebrum ludorum origo vetustissima.* 351  
*Funera alia erant indidivisa, alia simplicia.* 444  
*Funera indidivisa, quae? 352. a. Simplicia.* *ibid.* *translativa.* *ibid.*  
*Funera majoris aetatis ad tubam, minoris ad tibias proferebantur.* 441  
*ad Funera pertinentia in templo Libitinae vendebantur.* 440  
*Funes nautici.* 740. opiferi qui? *ibid.*  
*Funus indidivisum quid?* 440  
*Fur manuaris.* 29. b  
*Fures baluarii, eorumque pena.* 64. b  
*Fur unde sic dictus.* 587. Graecis  $\rho\alpha\rho$  &  $\alpha\lambda\epsilon\tau\tau\alpha\varsigma$  *ibid.*  
*Furia quales deae veteribus habite.* *ibid.*  
*Furiosus quomodo Jcti distingnant à dementiibus.* 571  
*Furrinalia, sive furnalia, qualia sacra.* 286  
*Furta per lancem & licium concepta quae?* 589. 661  
*Furtorum tria genera: manifestum, nec manifestum, & conceptum.* 589. 660  
*Furtum propriè quid?* 580  
*Furum veteribus Romanis atrum.* 588  
*Fustigationem in castris & privatim adhibuerunt Romani.* 682

G.

**G** *Abinus cinctus.* 399  
*Galeria tribus.* 471  
*Gallantes insani, furiosi, qui, & unde sic*

*dicti?* 99. b  
*Galli atque Hispani cur togati dicti.* 400  
*Galli sacrae deae Cybeles.* 226. unde sic dicti. *ibid.*  
*Galli quare sibi Samia testa testes praedarent.* 226  
*Gallice.* 418  
*Gallicium, tertium dici tempus apud Romanos.* 240  
*Gallinarum cantus infelix.* 202  
*Gallorum gallinaceorum pugnacitas, & anguria inde desumpta.* 205. a  
*Gallum Marti cur sacerdoti antiquitas.* 205. b  
*Gansus, quale navigii genus.* 741  
*Gaza celebre thesauris regis reponendis oppidum.* 537. inde eo nomine quamvis opulentiam significavit. *ibid.*  
*Γαζοφύλακος.* 517. a  
*Gemmata pocula.* 381. b  
*Γεναί@ ἐν βαλαρτίς, nobilis à crumena.* 75. b  
*Genas prisca vocabant, quas nunc malas.* 564  
*Genialis lectus quis dictus?* 429  
*Genii simulacrum.* 151. 154. b  
*Genio quomodo res sacra feret.* 152. 153. b  
*Genios duos uniuersique hominum attribuebant veteres; alterum bonum, alterum malum.* 151. 153. a  
*Genios seu deos tutelares praesse uniuersique loco, regnis, regionibus, urbibus, &c. credebant veteres.* 10. b. 153. a  
*Genios virorum vitae praesides, Junones feminarum esse crediti antiquitas.* 111. a  
*Genium principis obtstandi consuetudo.* 154. a. b  
*Genius centuriae.* 154. a  
*Genius deorum filius.* 151. de eo varia variorum opiniones. *ibid.* & 153. a. b  
*Gentiles & agnati ut differant?* 571  
*Genua Mercurio consecratae antiquitas.* 175  
*Gerariae, quales naues.* 741  
*Gesa, tela Gallica.* 763. b  
*Geforesae, naues onerariae.* 741  
*Gessi & gestatae, Gallis viri fortes.* 763. b  
*Gesium, teli genus.* 763. a  
*Geta vel Gothi pellibus vestiebantur.* 393. a  
*Gigantomachia.* 102  
*Glacies vino diluendo adhibita.* 384. a  
*Gladiatores cur bustuarii dicti.* 353. a. 442. venales in causa exponbantur. *ibid.*  
*rudiarii qui?* 354. a  
*Gladiatorii ludi quando & cur instituti.* 351  
*Gladius insignis fuit magistratus publicum iudicium exercentis.* 684. Imperatori neper creato in manum dabatur. 765. a  
*Glandibus vestiebantur veteres aut frugum usum inventum.* 142. b  
*Glandis appellatione omnes fructus continebantur apud veteres.* 386  
*Gladius quid sit?* 435. b  
*Gnaphalium quid?* 314  
*Γνωπίματα, Latine crepundia.* 3. b  
*Graduus Mars unde sic dictus.* 129  
*Gradus quatuordecim prescripti equitibus in teatro.* 351. a  
*Graeci quando & cur in sacrificiis catulos adhiberent.* 354  

E e e e e e 2  
 674.

**O**rationum mulieres ad convicia non admittentur. 365. b  
**G**ratia Veneti addita. 132. cur nuda pingantur. ibid. cur comexa. ibid. cur una a nobis aversa, alia duæ ad nos conversa. ibid.  
**G**ratianus Imperator primus omnium edicto proposito se Pontificem Maximum appellari vetuit. 222  
**G**ratianum nomina tria. 135. a. quomodo pingentur. ibid.  
**G**roma, sive gynna quid? 772. b  
**G**ryphes Apollini Hyperboreo cur dicati? 116. a  
**C**onstatio sive gnstus qualis cana pars. 368  
**G**ymnastica qualis ars? 368. ejus diverse species. ibid.  
**G**ymnii ludi qui & unde sic dicti. 318  
**G**ynacium erat in penitenti adini parte. 36. a

**H.**

**H**eredipetes dicti vultures. 446. b  
**H**ereditas quid & quotuplex. 659  
**H**eredum tria genera. 574  
**H**olteres quid sint. 311. a  
**H**arpago quid? 739  
**H**arpasti ludus. 311. a  
**H**arviga qualis hostia. 231  
**H**aruspices unde sic dicti. 205. primum omnes Hetrusci fuerunt. ibid. a Romano primum instituti. ibid. eorum officium. ibid.  
**H**aruspicia quid & in quibus consisteret. 205. 206  
**H**astibal ductu M. Livii Cos. cæsus. 282  
**H**asta insigne fuit prætoris urbani judicium privatum exercentis. 684  
**H**asta pura qua? 750. 761. b. eadem qua donatica. ibid.  
**H**astam Sabini curim appellabant. 110  
**H**astati milites qui? 723. 726  
**H**ebe Herculis uxor. 278. eadem que Juventas. ibid.  
**H**ebrai ad lunæ motum annum sex mensium effecerunt. 245. a  
**H**ecate. venantium præses, & diversa illius cognomina. 178. a. triplices vultus. 178. b  
**H**æstoris Ajacem interficere cupientis votum apud Homerum. 90. a  
**H**edera mira natura ad experienda vina. 378. a  
**H**emo antiquus dicebatur homo. 171  
**H**emerochromi. 443. b  
**H**erbida vestes. 397. b  
**H**erculanæ therna. 64. b  
**H**ercules omnes viri fortes dicti apud veteres. 160  
**H**ercules plurimos numeravit veteres. 159  
**H**ercules inventis a Caco abactis bobus Jovi Inventori aram posuit. 103  
**H**ercules Victor unde sic dictus. 161. hujus duæ ades. ibid.  
**H**ereniens campus. 160  
**H**erculi & Cereri mulsæ & sue pragnaute sacrificabat. 295  
**H**erculis ara. 194. sacerdotes, & sacra. ibid.  
**H**erculis Defensoris templum. 161. 278. Magni ades. ibid.

**H**erculis Magni custodis sacra. 287  
**H**erculis Triumphalis simulachrum. 161  
**H**erculis duodecim labores. 160  
**H**erculis & Musarum templum. 282  
**H**erma, statua Mercurii. 128. a. omnes qui Athenis erant, una nocte dejecti. 128. b  
**H**ermathena ara Mercurio & Minerva communis. 128. b  
**H**ermodorus Ephesus auctor fuit ferendi leges duodecim tabularum. 554  
**H**eroes pellibus antiquitus induti erant. 392. a  
**H**eroibus tauro, capro & ariete litabatur. 232  
**H**erem Martiam antiqui accepta hereditate colebant. 175  
**H**ersilia Dea. 174  
**H**ierophanta qui sint? 221  
**H**ilaria quale festum. 261  
**H**imonia quid? 740  
**H**ippagines quales naves & unde sic dictæ? 741  
**H**ippius & Neptunus appellatur. 149  
**H**ippomachus pugillandi magister. 355. a  
**H**ippona Dea equarum & stabuli. 182  
**H**irundinum circumvolitationes decubitusve aut infestus insaniti habitii. 202  
**H**irundinum exempla in Dario, Pyrrho & Antonio. ibid.  
**H**ister Thusco vocabulo ludio vocabatur. 324  
**H**istriones qui & unde sic dicti? 324  
**H**omines tennis fortuna capulis, sive feretris, potentiores lectis efferebantur. 566  
**H**onor & titulus idem. 332  
**H**onoris & Virtutis templa cur conjunctim structa. 21. a  
**H**oratia tribus. 472  
**H**orda, bos pragnans. 265  
**H**ordum pro tritico militibus ignominia causæ datum. 749  
**H**ordicidia, qualia sacra. 265  
**H**orologium insigne fuit in campo Martio. 462  
**H**orrea erant aut pensilia, aut subterranea. 528. b  
**H**orta Dea qualis, & unde sic dicta. 174. alio nomine Hersilia appellata. ibid.  
**H**orti domibus Regum Persarum semper juncti erant. 17. a  
**H**ostes veteres appellabant perducelles. 459  
**H**ostes & peregrinos. 578  
**H**ostia quale sacrificium. 231. ab hostio, quod est ferio, dicta. ibid.  
**H**ostia Idulis qualis? 209  
**H**ostia nigra in magicis ritibus adhibebatur. 276. a  
**H**ostia ambaruales que? 231  
**H**ostiarum genera duo præcipua fuerunt: alterum in quo voluntas Dei per exta disquirebatur, alterum quo sola anima Deo sacrabatur. 231  
**H**ostiarum multe differentia. 231  
**H**ostilio Mancino vox objecta, qua illum ut domi maueret admonuit. 203  
**T**ul. Hostilius cum Jovi Elicio non ritè sacrum scississet, fulmine ictus cum tota domo conflagravit. 104  
**H**ostire usurpabant veteres pro equare. 181  
**H**ostire pro ferire. 231

**H**yalii cosor vitreus. 379. b  
**H**ydraule qui fuerint. 372. b  
**H**yle quid? 182  
**H**ymenæum Græci in nuptiis invocabant. 429

I.

**I**. D. T. S. P. apud Probum quid? 587  
**J**acobus Britannorum Monarcha Ludum latronum cur filio interdixit. 307. b  
**J**ana, pro luna. 244  
**J**ani in plurali numero dicuntur ædificia quadriformia. 92  
**J**ani Curvati ades ab Horatio cur extructa. 92  
**J**ani simulachrum in Capitolio quale fuerit. 91. cognomina varia. ibid.  
**J**ani templa tria fuerunt, ades una. 91  
**J**ani statua tres. 94. a  
**J**ani templum quare belli tempore apertum, pacis verò tempore clausum fuerit. 92. 94. a. 95. b  
**J**ano & Vesta principium precationis in omnibus sacris semper fieri oportebat. 331  
**J**ano quare in omni sacrificio præfatio præmittatur. 91. 93. a  
**J**aniculum unde sic dictum? 16 & 17. b  
**M**ons aureus, & corrupto nomine Montorius postea nominatus. 16. in hunc montem pleb. Rom. secessio. ibid.  
**J**anitores nocturni nectantur tintinnabulis. 106  
**J**anua a Jano dicta. 91  
**J**anual festum Jani, cui sacra fiebant ex libo. 250  
**J**anuaris mensis unde sic dictus. 249. dies in eo festi. ibid. & seq. in Junonis tutela fuit. 249  
**J**anus unde sic dictus. 91 primus Italos docuit far & vinum ad sacrificia addibere. ibid. & 93. a. seras, vultus & claves excogitavit. 91. arcum nummum primus in Italia signavit. ibid. quare Bisrons, Geminus, Quadrifrons, Pater, Jununius, Consvius, Quirinus, Patulcius, Clausus dictus fuerit, &c. 91. 92. 93. b. primus in Italia diis templa fecit & ritus sacrorum instituit. 93. a  
**J**anus Deus deorum in carminibus Salaribus dictus fuit. 101  
**J**anus Septimianus fuit ædificium pervinum. 92  
**J**aphet qui in sacris literis dicitur fuisse Janus. 91  
**I**dulis hostia qualis? 209  
**I**dulis ovis qua & unde sic dicta. 251  
**I**dis omnes Jovi sacra erant. 251. unde dicta. ibid. his Jovi ovis mactabatur. ibid.  
**I**dis quot in mense quolibet & unde sic dicta. 244  
**I**dis Martia cur parricidium dicta. 259. 268. a  
**J**entaculum quid & unde sic dictum. 361. sflatum antiqui appellatum. ibid.  
**J**epophræ qui? 229. a  
**I**gnis colendi consuetudo unde deflexerit. 145  
**I**gnis inventor Vulcanus. 145  
**I**gnis Vestalis non in focus aut altaribus, sed sustinetur.

*suspensus in vasculis quibusdam scilicet  
 vobis asservabatur. 174. a. cur inextinctus  
 vocatus fuerit. ibid. b. etiamsi non esset  
 extinctus, accendebatur tamen quotannis  
 Calendis Martiis. 156. extinctus quo  
 modo resuscitaretur. 217*  
*Ignobiles apud Romanos qui? 75*  
*Ignominia quid? 682*  
*Illicet, significat, ire licet. 442*  
*Im, pro eum. 560. 566*  
*Imago quid? 75*  
*Imaginem sui ponere quibus licitum fuerit. 75*  
*Imagines Romani festis diebus exornabant.  
 75. eas in funere efferebant. ibid. quibus  
 vestibus exornarunt. ibid. quare in prima  
 parte adium posuerunt. ibid.*  
*Imaginatio jus quid? 75*  
*Immolatio qualis ritus in sacrificiis. 231*  
*Imperator parens est legum. 546*  
*Imperatores Rom. divinis honoribus culti.  
 42. b. 43. a. vita defuncti quo ritu conse-  
 crarentur. 212. 213. quando Augusti  
 dicti. 502. patres patrie appellati. ibid.  
 legibus soluti erant. ibid. consueverant  
 animum ex filiis, nepotibus, vel aliis san-  
 guine junctis, cujus praelarum in adolem  
 consueverant, creare, ad quem imperium  
 transferri volebant. 503. 504. quotannis  
 certo die stipem a populo emendicabant.  
 29. b.*  
*Imperatores & Virgines Vestales quis legi-  
 bus non tenebantur, in Urbe sepulchra  
 habebant. 442*  
*Imperatoribus quanam premia oblata. 751*  
*Imperatoris vocabulum intelligatur. 502*  
*duobus modis eo usi Romani. 723*  
*Imperium duplex fuit, civile & militare.  
 452*  
*Imperium merum quid? 684. non merum.  
 ibid. mistum. ibid.*  
*Impetratio vis quanam fuerit. 665*  
*Impluvium, quid? 45. a.*  
*Inaculum quid? 209*  
*Inaurium luxus ab Alexandro Severo prohi-  
 bitus. 80. a.*  
*Incantationes an aliquam vim habeant? 569*  
*Incidariaria avis. 447. b. eadem pyralis di-  
 cta Ἰνκιδάρια. ibid. dicitur inauspi-  
 catioque omnis semper fuit. 202*  
*Incidariarii qui, eorumque pena. 569*  
*Incidium templorum, subversaque sta-  
 tuarum decorum semper inter flagitiosa  
 habita. 87. a.*  
*Incus Syloanus. 184. b.*  
*Indi in sublimi editore loco sacrificabant.  
 86. a.*  
*Indivisa funera qua, 444*  
*Indigetes dicitur quid & unde sic dicti. 81. 102.  
 159. 165. a.*  
*Indorum ritus in consecratione litorum 21. a*  
*Induperator, pro Imperator. 129*  
*Indusium, sive incisium, quale vestimen-  
 tum. 392. 408*  
*Infirmus lege & edicto pratorio facti qui?  
 682*  
*Infirmia jus munerum & honorum adime-  
 bat. 682*  
*Infirmos primum natos in terram deponendi  
 ritus. 175. a. b.*

*Infantibus nascentibus quinam praefuerint.  
 176. a.*  
*Inferia que & unde sic dicta. 442*  
*Inferium quid? 288*  
*Ingenisere nonnunquam viro concessum,  
 idque raro. 217*  
*Ingenii quinam. 76. eorum jus. 77. 68. b.  
 658*  
*Inhumatum abijci ad pasendas aves, gra-  
 vissima pena. 446. a. b.*  
*Injures hostie que? 231*  
*Injuria quid? 661. sic dicta, quod non  
 jure fiat. 587*  
*Inominales dies qui? 242. 243*  
*Inscriptio vetus de fratribus arvalibus.  
 208. de septemviro epulonam. ibid. de  
 auguribus. 197. b. de editis vel aditu-  
 mis. 129. a. de Tauribolio. 101. b. de  
 sibiciniis. 230. b.*  
*Instita, quale vestimentum. 412. b.*  
*Instita proprie dicta que non junguntur  
 communibus parietibus cum vicinis,  
 circumque publico aut privato cingun-  
 tur. 61*  
*Intempesta nox, unde sic dicta. 240*  
*Intentio litis quomodo fieret. 686. ejus for-  
 mula in crimine repetundarum. ibid.  
 in peculatu. ibid. in ambitu. ibid.*  
*Interdicti dies qui? 241*  
*Interdicere quid? 667*  
*Interdicta, quales formulae. 666. 667*  
*Interdictorum alia simplicia, alia dupli-  
 cia. 667*  
*Interdictum de adipiscenda possessione. 667.  
 retinenda possessionis. ibid.*  
*Interpretes qui fuerint dicti. 497. 540*  
*Interreges qui fuerint dicti. 505. eorum  
 antiquissima origo. ibid.*  
*Interregnum quid? 505*  
*Interseculum quid? 738*  
*Intestabilis proprie quis? 574. 688*  
*Intestabiles etiam in patiendi significatione  
 dicti, quibus testimonium non dicitur. 574*  
*Intestatus quis dicitur quatuor modis. 575*  
*Inuberes infantes. 100. b.*  
*Jocus & ludus ut differant. 306*  
*Joseph primus mortalium somnia interpre-  
 tatus fuit. 88. a.*  
*Joves tres numerat Cicero. 102. trecenti a  
 veteribus culti. ibid.*  
*Jovi Flamini bove candido litabatur. 232.*  
*Prodigiali thure & mola suisa. 232*  
*Jovi Statori templum cur a Romulo dica-  
 tum. 103*  
*Jovi Victori & Libertati idem April. sacra  
 fiebant. 265*  
*Jovis antiquitus in nominativo dicebatur,  
 non Juppiter. 92. b.*  
*Jovis varia cognomina a 102. usque 109.  
 simulacrum quale fuerit. 102. ejus facies  
 diebus festis minio illini sollebat. 105*  
*Jovis colendi prima origo quando fuerit  
 instituta. 102*  
*Jovis Amphitryonis formam assumptis coi-  
 tus cum Alcmena. 160. medium mundi  
 locum cognoscere cupientis fabula. 40. b.  
 a Curretibus euentrii fabula. 102*  
*Jovis nomen unde? 101. 102*  
*Jovis equi. 773. a.*  
*Jovis Capitolini templi de dicatio. 104. 250*  
*Jovis Elitii ara. 104*

*Jovis Peretii templum a Romulo conal-  
 tum. 102*  
*Jovis Indigetis nomine consecratus fuit A-  
 neas. 102*  
*Jovis Invidii ades. 281*  
*Pistoris ara. 280*  
*Sponsoris templum. 105*  
*Statoris templum. 282*  
*Tonantis simulacrum quale fuerit.  
 106. vide reliqua in Juppiter.*  
*Iris Junonis nuncia. 110*  
*Irrogare nullam quid? 692*  
*Irrogatio pana vel multa. 695*  
*Irrogationis formula. 695*  
*Irrogationis & Acquisitionis discrimen.  
 695*  
*Isatis quid? 435. b.*  
*Isiaci, Isidis sacerdotes. 188. b. 189. a. li-  
 neis vestibus induebantur. 189. b.*  
*Isis qualis dea. 187. 188. a. b. 189. b. ea-  
 dem cum Cerere. ibid. unde leggiera di-  
 cta. ibid. in Aegypto frumentum invoc-  
 nit. 143. a. ut & lini usum. ibid. ejus  
 sacra. 189. b. 190. a. templum. 27. a*  
*Isis lingua Aegyptiorum est terra. 189. a. est  
 genus Aegyptii. ibid.*  
*Iter quid? 685*  
*Judices ex lege ad judicandum adhibiti,  
 quomodo lecti. 684. & 687. quot nume-  
 ro, eorumque munera. ibid.*  
*Judices mittere aut dimittere in consilium  
 quid fuerit? 690*  
*Judices selecti quinam fuerint. 72. a.*  
*Judices quaestorum qui fuerint. 684*  
*Judicia a judicando dicta. 685*  
*Judicia Curvata. 693*  
*Judicia pop. R. fuerunt aut privata, aut  
 publica, & quid singula. 658. 692*  
*Judicia exercere quibus licitum. 664*  
*Judicia publica qua? 637. 680*  
*Judicia tributa. 692*  
*Judiciorum publicorum quaedam capitalia,  
 quaedam non capitalia. 682*  
*Judicium petitorum quid? 680*  
*Judicium sortitio quomodo fieret. 704. b.*  
*Jugarius vitus. 111*  
*Jugatinus deus. 172. 182*  
*Juglandes, quasi Jovis glandes. 429*  
*Jugum quid apud Romanos, & quomodo sub  
 id vincti hostes mitterentur. 742*  
*Julius Caesar postremus dictator fuit. 506*  
*Julius mensis unde sic dictus, diesque in  
 eo festi. 283. a primis temporibus fuit  
 Quintilis nominatus. ibid.*  
*Jumentum, pro vestibulo, quod a junctis  
 pecoribus trahitur. 577*  
*Junius Brutus primus Roma Consul crea-  
 tus. 277*  
*L. Junius Brutus auctor fuit ejiciendi Re-  
 ges. 488. 498*  
*Junius mensis unde sic dictus, diesque in eo  
 festi. 277. ante Junonis & Junoni-  
 lis vocatus. ibid. in Mercurii tutela  
 fuit. 278*  
*Junonis Moneta ades dedicatio. 277. 278*  
*Juno uxor & favor Jovis. 109. sic dicta quod  
 ma cum Jove juvat. ibid. quo modo Jovi  
 matrimonio juncta sit 109. 110. ejus  
 simulacrum quale fuerit. 110. propo-  
 sita fuit sacris nuptialibus. 112. b.*  
*Juno Kalendaris unde sic dicta. 216*  

E e e e e 3

Ca

Caprotina. 110  
 Cinxia. 436. a  
 Ciris, unde sic dicta. 110  
 Domiciduca. 172  
 Februata, vel Februatis. 111. 253  
 Juno Emonia unde sic dicta. 111. 173. cur  
 à mulieribus invocaretur. ibid.  
 Juno infera, seu inferna, pro Proserpina.  
 112. b  
 Juno Jurga unde dicta. 111  
 Lucina. 111. 173  
 Moneta à monendo dicta. 110  
 Novella. 115  
 Opigena, cur sic dicta. 111  
 Populona, seu Populonea. 111  
 Juno Regina. 110. ejus signum cum Vejís  
 Romani transportaretur, locum fer-  
 runt. ibid.  
 Juno Sororia unde sic dicta? 110  
 Juno Sospita unde sic dicta, ejusque simu-  
 lacrum. 111  
 Junoni agna litabatur. 232  
 Junoni Caprotina quando & à quibus sa-  
 crificaretur. 284  
 Junoni mense Februario sacra fiebant. 111  
 Junoni Lucina ararum à Servio Tullio in-  
 stitutum, in quod pro singulis nascentibus  
 parentes certi precii munus inferrent. 111  
 Junonis Julia aedicula. 111  
 Junonis Martialis templum. 111  
 Jupiter, quasi juvenis pater. 101. 102. lacte  
 capra Amalthea melleque educatus est.  
 102. primus omnium justitiam docuit.  
 ibid. gigantes sustulit. ibid. ante pugnam  
 cum gigantibus bovem sacrificavit soli,  
 celo, ac terra. ibid. cur Optimus Maxi-  
 mus dicitur fuerit. 104. in anguem fuit  
 mutatus. 108. b. in cuculum mutatus  
 Junonem primum amplexatus est. 110  
 Jupiter Ammon unde sic dictus. 109. a  
 Jupiter, Neptunus, & Oreus quomodo im-  
 perium patrum dividerint. 155  
 Jupiter Arbitrator, &c. 107  
 Capitolinus unde sic dictus. 104  
 Conservator, &c. 107. à Domitia-  
 no consecratus fuit. ibid.  
 Elicius unde sic dictus. 104  
 Fugutalis, &c. 107  
 Feretrinus. 103  
 Genesius. 108. a  
 Hospitalis. ibid.  
 Jupiter Hecereus unde sic dictus. 108. a.  
 irium oculorum fuit. ibid.  
 Jupiter Imperator, unde sic dictus. 105.  
 Præficus cultus. ibid.  
 Inventor unde sic dictus. 103  
 Lufis, &c. 106  
 Latialis. 105  
 Lucretius, &c. 106. idem qui  
 disceptor. ibid.  
 Marianus, &c. 107  
 Pistor. 105  
 Prædator, &c. 107  
 Sabadinus, Sebadius, vel Sebafinus.  
 108. b  
 Sponsor. 105  
 Stator unde sic dictus. 103. ejus  
 simulacrum quale in antiquis  
 nummis. ibid.  
 Stygius pro Plutone. 112. b

Jupiter Tonans, &c. 106. ei adem in Ca-  
 pitolo extruxit Augustus. ibid.  
 Jupiter Victor, &c. 105  
 Vimincus. 15  
 Ultor, &c. 106  
 Jupiter. vide cetera in Jovis.  
 Jurandi formula apud Romanos. 716  
 Jurandi formula in sancendis fœderibus.  
 101  
 Jurare calumniam quid? 686  
 Jurare in litem quid? 678  
 Juraturi tenebant aras. 22. a  
 Jurgium quid? 586  
 Juridici Italiae quinam & à quo instituti  
 537  
 Jurisconsultorum apud Romanos differen-  
 tia. 555. eorum auctoritas. ibid.  
 Jurisdiclio est etiam judices dandi licen-  
 tia. 684  
 Juris dicendi munus tribus hisce verbis  
 continebatur, do, dico, addico. 501  
 Jurisjurandi militaris formula. 759. b  
 Juris nomen generale est, legis speciale.  
 550  
 Juris Romani processus & origo. 554. 555  
 Jus dicere. 550  
 Jus primum dixere Reges, deinde Con-  
 sules. 661  
 Jus, pro loco, ubi magistratus judicandi  
 gratia concessit. 581  
 In Jus vocatio quomodo fieret apud Ro-  
 manos. 685  
 In Jus vocare quid? 670  
 Jus belli. 86. b  
 Jus civile partim constabat ex legis actioni-  
 bus, partim ex interpretatione legum de-  
 cemviralium, partim ex novo jure, loco  
 appendicis xii. tabb. adjecto. 555  
 Jus pluribus modis dicitur. 550  
 Jus gentium in quibus positum. 659. 550  
 Jus honorarium quid? 550. 551  
 Jus naturæ. 550  
 Jus non scriptum. 550  
 Jus novum quid? 555  
 Jus Papirianum. 556  
 Jus quiritium in quibus positum. 659  
 Jus triplex, divinum, naturale & hu-  
 manum. 550  
 Justii dies qui? 242. 243  
 Juturna ex fonte aquam ad omnia sa-  
 crificia sumebant Romani. 150  
 Juturna nympha, sic dicta quod juraret.  
 150  
 Juturna ades dicata in campo Martio. 150  
 Juvetas dea qualis. 172. Herculis uxor.  
 278. eadem que Hebe. ibid.

K.

K Alatores. 228  
 Kalende primus uniuscujusque mens-  
 is dies. 244. unde sic dictæ, ibid. omnes  
 in Junonis tutela erant. 249  
 Kalende Januarii præter ceteras maxime  
 celebres. 250. cur his quique primum in  
 sua arte omne genus operis inchoarent.  
 ibid. hoc eodem die designati Consules  
 consulatum inibant. ibid.  
 Kalendis Januarii amici letis precationibus  
 fœstum sibi invicem ominabantur. 250.  
 ut & munera mittebant. ibid.

Kalendarium vetus Romanum, è mar-  
 more descriptum. 238. & seqq. & 246.  
 & seqq.  
 Kalendaris liber. 263  
 Καλοῦσιδῆν, quid? 435. b  
 Καρδαξ. 333  
 Καλλισίων, & Καλλισίον. 366. b  
 Καρχαί, quid? 364  
 Κιδάρις, cidaris, muliebre capitis gesta-  
 men. 375. b  
 Κισσόθιον quale vas? 378. a  
 Κλήν, quid? 366. b  
 Κορυφοίτοι. 766. a  
 Κόρακας, corvi, munimenta navium. 739.  
 740  
 Κρησίδας τὸν ἄσπιδα, proverb. 96. a.  
 positur pro pacem agere. ibid.  
 Κρήν, lilium. 389. a  
 Κόσθιον. 308. a  
 Κόσθιον Græcis qui dicit? 126  
 Κουμάριον, quid? 361  
 Κόμας, pagi, conventicula rusticorum.  
 328

L.

Labith Horchis Vesta appellata Tyr-  
 renorum lingua. 146  
 Laceria vestis militaris. 391. 713. b  
 Laceria quales vestes. 349. b. ejus co-  
 loris. ibid.  
 Lachesis, una ex Parcis, nude sic dicta.  
 155  
 Ladas cursor notissima celeritatis. 311. b  
 Læna vestimentum militare. 392  
 Λαχχάριον δίκας, fortiri judices. 704.  
 b  
 Lancea donabantur, qui in bellis quàm  
 avriter strenque pugnantes fortitudi-  
 nis laudem meruissent. 154  
 Lancea Hispanorum erat, ut gesta Gal-  
 lorum. 763. b  
 Lanificii opus matronis & virginibus an-  
 tiquitus estatim. 35. b  
 Lanista qui fuerint. 352. 353. a. b  
 Λαπύραται, Castor & Pollux. 34. b  
 Lapis manalis. 133. ejus usus in ponti-  
 ficibus sacris. 300  
 Lar familiaris ab antiquis in canis figu-  
 ra colebatur. 152  
 Lara sive Laranda, qualis nymphe. 152.  
 cur illi lingua à Jove abscissa. ibid.  
 Lararia, festum decorum Larum. 304. 2.  
 ibid.  
 Lares compitalitii. 276. b. 277. a. hostiis,  
 qui & unde sic dicti. 277. b  
 Lares præfites dii. 152  
 Lares dii domestici. 152. pro ipsis adibus  
 accipiuntur. ibid. cur canina pelle ve-  
 stirentur. 153  
 Lares vicorum atque itinerum dii. 152  
 T. Larginus, vel Lartius, fuit primus  
 dictator. 506  
 Laribus gallo litabatur. 232  
 Laribus Permarinis L. Æmilius adem  
 corit in campo Martio. 153  
 Laribus præfites ara à Curibus Sabinis  
 consecrata. 270  
 Laribus quando templum dedicatum. 282  
 Larium delubrum & sacellum. 153  
 Lartiar quid? 243  
 Lar

Latitans collis. 13  
 Latitavit qui fuerint. 407  
 Latine serice que? 296. earum origo & à quo instituta. ibid.  
 Latinorum prima religio. 191  
 Latium pars Italia. 2  
 Latinus Rex, socr Aenea. 2  
 Latratus canion enlantiuim genitus imitantes, atrì semper suere omnis. 203  
 Latrones unde sic dicti. 306. b  
 Latrunculorum ludus. 306. a. belli cuiusdam simulacrum. id. eius inventor. id. b  
 Latus clarus, 71. 407. fuit senatorum proprius. ibid.  
 Lavandi tempus apud Romanos quodam? 63. b  
 Lavatio matris deum, quale festum? 261  
 Lavationes reorum quomodo habita sint. 689  
 Laudatores qui & quot reis concessi. 689  
 Lavare, pro lavare. 581  
 Lavaria, ferum dea. 175 erat hæc dea tantum caput sine reliquo corpore. ibid.  
 Lavernalis porta. 157  
 Lavernones quare fures antiquis dicti fuerint. ibid.  
 Lavinia Ascanii mater. 2  
 Lauras Graci vicis cognominabant. 152  
 Laurentalia sive Lanrentinalia quale festum. 4. a. 163. 295  
 Laurentia Romuli ac Remi nutrit. 2. ob vulgatum corpus lupa dicta. ibid.  
 Laurus in Apollinis tutela. 31. b  
 Latus quid? 564  
 Lestiferium quale epulum apud Romanos. 293  
 Legare quid? 50  
 Legati apud Romanos quanam fuerint? 723  
 Legati proprie qui? 535. proconsulium. ibid. propratorum. ibid.  
 Legere pro adimere, auferre. 565  
 Leges quoloto & tempore latae. 553 qua de causa, earumque potestas. ibid. & 554  
 Leges Agrariae. 610  
 Centuriatae quæ? 458  
 Convales. 376  
 Curvata sex. 452  
 Falsi. 644  
 Frumentariae. 622  
 Iulia. 592. b  
 Numa Pompillii. 559. de parricidiis. 560  
 Publia. 692. b  
 Leges religionem spectantes. 569 & seqq.  
 Leges Romuli. 559  
 Sempronie. 603. 619  
 Sumptuariae. 623  
 Leges tribunitia sacrate. 592. a. triumphales. 753  
 Leges Valeriae. 592. a  
 Leges XII. Tab. 561. earum prima pars: de iure sacro. 562. & seqq. secunda pars: de iure publico. 586. & seqq. tertia pars: de iure privato. 570 & seqq.  
 Leges XII. Tab. à Ludovico Charondà IC. collectæ. 594. & seqq.  
 Leges de ambitu. 647. de censoribus. 611. de civitate & iure civium Romanorum. 602. de coloniis deducendis. 615. de Consulibus. 610. de criminibus publicis & primum de Majestate. 637. de Dicta-

tores. 611. de surtis. 588. 589. de iudiciis, donis & muneribus. 634. de iudiciis. 636  
 Leges de iure conubiorum, & maritandis ordinibus. 628. de iure privato, manumissionibus, & libertis. 627  
 Leges de iure triumphandi. 626  
 Leges de magistratibus maioribus. 608. de magistratibus minoribus. 612. de peculatu, residuis & privilegio. 646. de pecuniis repetundis. 649. de pratoribus. 610. de provinciis. 617. de re militari, triumphis, & bellis. 617. & seqq. de re nummaria & fenore. 632. de senatu & senatoribus. 607  
 Leges de terminis, sive limitibus. 621  
 Leges de testamentis, hæreditibus & legatis. 630. & seqq. de tutelis 629 de vi. 644. de usucapionibus, cessione bonorum & surtis. 632. que de comitiis & coitionibus fuerunt 605. Regiæ. 556  
 Legibus interrogare quis diceretur. 685  
 Legio unde dicta? 718. quot militum militum comprehenderit. 719. quadrata qua? ibid. constabat, ex pedestribus & equestribus copiis. 721  
 Legionis & auxilia ut differant. 719  
 Legionum Romanarum nomen unum semper fuit numerus. 720. eorum nomina. ibid. & seqq.  
 Legis actiones quæ, earumque formulæ. 555. 665  
 Legis desinitio. 551  
 Legis nomen speciale est, iuris generale 550  
 Legum iuventus. 549. a. b. senium. ibid.  
 Legum rogandarum ratio & modus apud Romanos. 551. 552  
 Lembus, genus navigii. 523. a. 741  
 Lemninus genus navigii, à Lemno insula sic dictum. 523. b  
 Lemonia tribus à pago Lemone sic dicta. 471  
 Lemures, larvæ nocturna. 771. dicti quasi remures. ibid.  
 Lemuria qualia sacra & unde sic dicta. 16. b. 271. cur instituta. ibid.  
 Lex a toga auguralis. 200  
 Lentifens dentium dolori medetur. 418. b  
 Lepus quid portenderet. 202. 203  
 Levana dea qua de terra levat infantes. 171. 175. a. b  
 Leuonim quid? 314  
 Lesus quid? 564  
 Lessus quid? 564  
 Lex abrogatur, id est, prior lex tollitur. 554. derogatur, id est, pars prima tollitur: subrogatur, id est, adjicitur aliquid primæ legi. ibid.  
 Lex, sive jus, triplex, divinum, naturale, & humanum. 550  
 Lex & jus differunt. 550  
 Lex republicæ anima. 546. a  
 Lex incerta de disciplina militari. 625  
 de fœneribus. 600  
 Lex de adulterio. 639  
 De calumniatoribus. 636  
 De Cn. Publicio Menandro. 605  
 De intercalatione. 602  
 De parricidiis. 526. 527. 643  
 De toga candida. 647  
 De vacatione sacerdotum. 602

Lex Acilia de coloniis deducendis. 618  
 650  
 Lex Acilia Calpurnia. 648  
 Lex Aebutia de XII. Tab. 615  
 Aelia. 605  
 Aelia de coloniis deducendis. 618  
 Aelia Licinia. 619  
 Aelia Sentia. 627  
 Aelia Sentia de manumissionibus. 78  
 Emilia 611. 624  
 Ampia Labiena de Cn. Pompejo. 617  
 Antia. 624  
 Antonia. 602. 607 612  
 Appuleja. 620. 638  
 Ateria Tarpeja. 636  
 Atia. 602  
 Atilia de dedititiis. 651. de tutelis. 629  
 Atilia Marcia. 625  
 Atinia. 613  
 Atinia de usucapionibus. 632  
 Aufidia. 648  
 Anguralis. 196  
 Aurclia. 613. 635  
 Lex Babia. 610. 620  
 Babia Emilia. 647  
 Lex Caelia. 611. 624. 650  
 Caelia Didia. 614  
 Caelia Gabinia. 633  
 Caelia de fullonibus. 652. de iure Italiae & tributis tollendis. ibid.  
 Calpurnia. 605 649  
 Cassia. 606. 607. 608. 619  
 Cassia de triumphantibus. 625. de vacatione. 625  
 Censoria. 499  
 Cincia. 637  
 Claudia. 605. 608. 619  
 Claudia de scribarum negotiatione. 652. de surtis ac nominis Latini. 603. de tutelis. 629  
 Clodia. 601. 606. 611. 623. 645  
 Lex Clodia vel Claudia de re nummaria. 632. de collegiis. 652. de Cypro. 618. de intercessione. 614  
 Cælia. 606  
 Lex Cornelia. 600. 601. 604. 609. 620. 624. 626. 638  
 Lex Cornelia de falso. 644. de iis qui legibus solvantur. 615. de injuriis. 644. de iudiciis. 635. de iurisdictione pratorum. 610. de limitibus constituendis. 621. de Insu. 652. de mancipiis 604. de provinciis. 617. de quaestoribus. 612. de repetundis. 650. de ficiariis & veneficiis. 643. de testamentis. 630. de tribunis plebis. 613  
 Lex Curia. 493. b. 606  
 Lex Decemviralis: Patronus si clientem fraudem fecerit, sacer esto. 69. b  
 Decia. 625  
 Didia. 623  
 Domitia. 601  
 Duillia. 607. 613  
 Duillia Mania. 633  
 Lex Fabia. 648  
 Falvidia. 630  
 Fannia. 623  
 Flaminta. 619  
 Flavia. 621  
 Lex

I N D E X

<i>Lex Fulvia &amp; Sempronia de civitate Italica danda.</i>	603	<i>Mencia.</i>	605	<i>Titia de iusu.</i>	652
<i>Furia de editibus carnalibus.</i>	614.	<i>Metilla.</i>	611	<i>Lex Tullia.</i>	608. 648
<i>Furia de testamentis.</i>	630	<i>Lex Numa de judiciis.</i>	561. de opimis spoliis. 560. de pellice. 560. de pollucio. 560. de terminis. 561. de vino.	<i>Lex Trebonia.</i>	613. 618
<i>Furia Caninia.</i>	627	<i>Lex Orchia.</i>	623	<i>Lex Valeria.</i>	603. 607. 633. 638
<i>Fusia.</i>	605. 607	<i>Ogulnia.</i>	600	<i>Valeria de provocatione.</i>	602. 609. de re militari. 625. de sociis. 604. de questoribus.
<i>Lex Gabinia.</i>	606. 607. 608. 626. 638	<i>Oppia.</i>	624	<i>Lex Valeria Horatia.</i>	602. 609
<i>Galicia.</i>	631	<i>Ovinia.</i>	608. 611	<i>Lex Valinia.</i>	618. 619. 635
<i>Gellia Cornelia.</i>	605	<i>Lex Pagana.</i>	652	<i>Lex Villia annalis.</i>	609
<i>Genulia.</i>	609. 610. 633	<i>Papia.</i>	601. 626	<i>Vifellia.</i>	628
<i>Lex Hieronica.</i>	610	<i>Papia &amp; Junia de peregrinis.</i>	603	<i>Lex Voconia de mulierum hereditatibus.</i>	630
<i>Hircia.</i>	623	<i>Pappia decimaria.</i>	605	<i>Lex Volcanus de creandis plebeis magistratibus.</i>	452
<i>Horatia.</i>	613	<i>Pappia Poppaea.</i>	425. 629	<i>Atroxus, acerra thuraria.</i>	230
<i>Horatia de Caja Tarratia.</i>	615	<i>Papiria.</i>	599. 606	<i>Libare proprie quid?</i>	763. a
<i>Horatia Valeria de plebiscitis.</i>	614	<i>Papiria de assibus.</i>	932	<i>Libatio in sacrificiis.</i>	232
<i>Hortensia de nundinis.</i>	600. de plebiscitis.	<i>Papiria de civitate.</i>	603	<i>Libet Pater, Bacchus unde sic dictus.</i>	136
	614	<i>Papiria de tribunis plebis.</i>	613	<i>Libera custodie qua fuerint dicta.</i>	682
<i>Hofilia de fartis.</i>	632	<i>Papiria de triumviris capitalibus.</i>	413	<i>Liberalia, Liberi festa.</i>	259. Gracis <i>Δαμ- ibid.</i>
<i>Lex Icilia.</i>	613	<i>Papiria Julia.</i>	637	<i>Liberalium die roga libera adolescentibus pueritiam egressis dabatur.</i>	260
<i>Icilia de Aventino monte.</i>	651	<i>Lex Pedea de vi.</i>	645	<i>Libero Patri melle, vino &amp; lacte, interdum carro &amp; hircio litabatur.</i>	232
<i>Julia.</i>	621. 627. 638	<i>Peducea.</i>	640	<i>Liberos exponendi modus apud antiquos.</i>	3. a. b
<i>Julia de judiciis.</i>	634. 635	<i>Perduellionis.</i>	526	<i>Libertas proprie quid?</i>	170
<i>Julia caducaria.</i>	631	<i>Petillia.</i>	646	<i>Libertati Clodius domus Ciceronis consecravit.</i>	170
<i>Julia de ambitu.</i>	649	<i>Lex Plautia.</i>	635. 646	<i>Libertatis templum in Aventino.</i>	170.
<i>Julia de cessione honorum.</i>	632. 634	<i>Pompeja.</i>	609. 613. 618	<i>ibidem atrium.</i>	ibid.
<i>Julia de civitate.</i>	604	<i>Pompeja de ambitu.</i>	649. de judiciis. 635. de judiciis. 636. de parvicidis. 643. de vi.	<i>Liberti &amp; clientis par conditio.</i>	69. b
<i>Julia de coloniis deducendis.</i>	619	<i>Lex Porcia.</i>	603. 649	<i>Liberti qui? 76. 77. ut distinguantur a libertis &amp; ingenuis.</i>	ibid.
<i>Julia de legibus frumentariis.</i>	624	<i>Pratelia.</i>	647	<i>Libertini qui fuerint.</i>	76. 658. eorum jus. 77. 70. a. b
<i>Julia de maritandis ordinibus.</i>	628	<i>Publia Latoria.</i>	614	<i>Libertini in triplici ordine fuerint, cives Romani, Juniani, &amp; dedititii.</i>	78. a.
<i>Julia de peculatu, &amp;c.</i>	646	<i>Publicia.</i>	600	<i>vestitu distincti erant ab ingenuis.</i>	79. a
<i>Julia de provinciis.</i>	617	<i>Publicia de iusu.</i>	652	<i>Libertus quis?</i>	658
<i>Julia de repetundis.</i>	651	<i>Publilia.</i>	611. 614	<i>Libertus dedititius quinam fuerit dictus.</i>	78
<i>Julia de suis legibus.</i>	615	<i>Pupia.</i>	608	<i>Libitina Venus.</i>	131. in hujus templo omnia ad funera pertinentia vendebantur. ibid.
<i>Julia de terminis sive limitibus.</i>	621	<i>Lex Regia.</i>	503	<i>Litibarii qui fuerint dicti.</i>	440
<i>Julia de vi.</i>	645	<i>Romuli de judiciis.</i>	634. de proditoribus.	<i>Libri Sibyllini in arca lapidea servabantur in sacello Junonis.</i>	105
<i>Julia de vicefima.</i>	636	<i>Rostia.</i>	315. equitem a plebe in spe <i>staculis distinctis.</i>	<i>Libripens quis &amp; unde sic dictus.</i>	573
<i>Julia judiciaria.</i>	636	<i>Rostia theatralis.</i>	600	<i>Lictores qui, unde sic dicti, cornique munus.</i>	501. 540
<i>Julia Miscella.</i>	631	<i>Rubria.</i>	619	<i>Liduna quid?</i>	150
<i>Julia Norbana.</i>	628	<i>Rutillia.</i>	625	<i>Lilia quales stipites fuerint.</i>	634
<i>Julia Plantia.</i>	632	<i>Lex sacra militaris.</i>	625	<i>Limentinus, qualis deus.</i>	187
<i>Julia theatralis.</i>	600	<i>Satyra.</i>	325. 554	<i>Limes quid?</i>	622
<i>Julia Titia de tutelis.</i>	629	<i>Scantinia.</i>	640	<i>Limites a liminibus sic dicti.</i>	622
<i>Junia.</i>	610. 650	<i>Sempronia.</i>	606. 607. 609. 622	<i>Limitum multa genera. 622. decumani, cardines prorsus, transversi. ibid. actuarii linearum.</i>	ibid.
<i>Junia Licinia de trinundino.</i>	614	<i>Sempronia de atate militum.</i>	625. de judiciis. 634. de limitibus. 621. de provinciis. 617. de viis Italiae.	<i>Lintres, naves fluminales.</i>	742
<i>Junia Norbana de manumissis.</i>	78	<i>Sentia.</i>	652	<i>Lis quid?</i>	597
<i>Junia Petronia.</i>	636	<i>Lex Servilia.</i>	620. 634	<i>Litare quid?</i>	232
<i>Junia sacra de tribunis plebis.</i>	612	<i>Servilia de civitate.</i>	604. de repetundis.	<i>Litius quid?</i>	200
<i>Junia Velleja.</i>	630	<i>Lex Sextia Licinia.</i>	610	<i>Lixa qui?</i>	726
<i>Lex Latoria de tutelis.</i>	629	<i>Sextia Licinia de sacerdotibus.</i>	600	<i>Lixam veteres aquam vocarunt.</i>	726
<i>Licinia.</i>	601. 612. 619. 648	<i>Sextia Menenia.</i>	637	<i>Locatio qualis contractus.</i>	660
<i>Licinia Ebutia.</i>	615	<i>Lex Silvani &amp; Carbonis de peregrinis.</i>	604	<i>Loculorum &amp; unarum condendarum non admodum diversa fuit ratio.</i>	443
<i>Licinia Cassia.</i>	625. 626	<i>Lex Sulpicia.</i>	604. 608. 626	<i>Locum tenens, et in Mteutemant.</i>	723
<i>Licinia Mutia de peregrinis.</i>	604	<i>Sulpitia Sempronia.</i>	599	<i>Locus honorator qui fuerit in convitiis aliisque congressibus.</i>	387. b
<i>Licinia theatralis.</i>	600	<i>Lex Talania.</i>	652		
<i>Licinia de favore.</i>	633	<i>Talonia.</i>	587		
<i>Licinia de sodalitatibus.</i>	652	<i>Terentia.</i>	592. b. 610		
<i>Licinia de usuris.</i>	633	<i>Terentia Cassia.</i>	623		
<i>Livia.</i>	619. ibid. 623	<i>Theatralis.</i>	350. a		
<i>Livia de sociis.</i>	604	<i>Thoria.</i>	620		
<i>Livia de re nummaria.</i>	632	<i>Titia.</i>	612. 620		
<i>Lex Mania.</i>	607				
<i>Mexia.</i>	439				
<i>Manilla.</i>	639				
<i>Manilla.</i>	607. 627				
<i>Manlia.</i>	601. 627				
<i>Manlia de Numidia provincia.</i>	618				
<i>Marcia.</i>	611. 620				
<i>Maria.</i>	606. 632. 664				
<i>Maria Porcia.</i>	626				
<i>Martia Atinia.</i>	626				
<i>Memmia.</i>	636				

*Locus in quo jus dicebatur, fuit duplex, superior aut plannus.* 662  
*Longae naues quae dictae?* 741  
*Λογός, ancus, qui aduancum habet brachium.* 382. b  
*Loricæ quid fuerint?* 734  
*Losum, lausum, lesum, ac lessum veteres eadem significatione dixere.* 565  
*Lubentina, sive Lubentia, dea, unde sic dicta.* 172  
*Lucaria festa qualia & cur instituta.* 285  
*Luceres tribus unde sic dictæ.* 469  
*Luceres quæ loca Urbis inhabitarint, & unde sic dicti.* 18  
*Luci Asyli festum.* 254  
*Luci propè deorum templa consecrabantur, & unde sic dicti?* 85  
*Lucorum consecratio, eorumque cultus.* 21. a. eos exstinguere vel violare piaculum habebatur. 21. b  
*Lucos conlocare aliquando licebat & quæ verborum formula id fieret.* 85  
*Lucus legitimum tempus apud veteres.* 444. quomodo fuerit minutum. ibid  
*Ludi à quibus & ubi primum exhibiti.* 312. 313  
*Ludi vocabuli variae significationes.* 306. ut differat à joco. ibid.  
*Ludi unde sic dicti.* 306. eorum origo. ibid. cur & à quo primum instituti. ibid.  
*Ludi apud Romanos alii statii, alii nou statii.* 336  
*Ludi Apollinares.* 284. quando celebrati. 284. 339. eorum origo. 339  
*Angustales.* 291. 341  
*Capitolini, unde sic dicti, & cur instituti.* 339. 340  
*Castrensēs.* 355. & seqq.  
*Ludi Cereri sacri erant.* 316. b  
*Ludi Cereales.* 337  
*Ludi Circenses qui?* 312. 318. Gymnici etiam vocati. ibid.  
*Ludi Circenses in circo, sicuti in theatro spectabantur.* 314. 319. a  
*Ludi Compitalitii.* 328. 341  
*Ludi decennales & quinquennales ab Augusto instituti.* 345. 346  
*Ludi Florales.* 338. his ludis femine quæ vulgato corpore questum faciebant, denudabantur pudendis obsequisque inuolatis. ibid.  
*Ludi funebres quando, cur, & à quo primum instituti.* 351  
*Ludi gladiatorii, eorumque vetusta origo.* 351. horum usus à Theodorico Gothorum Rege sublatus. 352  
*Ludi Iuvenales à Nerone instituti.* 346  
*Ludi Iuuentutis.* 346  
*Ludi Martiales.* 338  
*Ludi Megalenses qui?* 265. 336. unde sic dicti, cur instituti & quando celebrati. ibid. non iidem cum ludis Romanis. 337  
*Ludi Miscelli.* 346  
*Natalitii.* 346  
*Palatini.* 341  
*Piscatorii qui?* 279  
*Plebeji.* 341  
*Ludi Romani quales fuerint.* 341. cur magni appellati. ibid.  
*Ludi sicuti qui & unde sic dicti?* 312. 324. cur instituti. ibid. eorum diuersæ species.

*ibid.*  
*Ludi seculares, unde sic dicti, & cur instituti.* 342. 343  
*Ludi Taurii qui & unde sic dicti.* 344  
*Triumphales.* 346  
*Trojanti qui & à quo instituti.* 355  
*Victoria.* 292. 345  
*Ludi votiu erant qui à magistratibus ad bellum iturus vocabantur.* 345  
*Ludorum diuisio quadruplex & quæ?* 335  
*Ludorum commissio quomodo fieret.* 317. a  
*Ludorum duo genera fuerunt apud Romanos.* 312  
*Ludorum pompa quanam fuerit.* 347  
*Lugere & elugere ut differant.* 444  
*Lunæ.* 262. a  
*Luna feruæ.* 289  
*Luna bellorum preses.* 125. a  
*Luna, unde sic dicta?* 122. 125. a. unde nōstiluca. 122  
*Luna minuens, id est, decrescens.* 124. b  
*Luna, nota centenarii, cur in calcæis patriciorum.* 417  
*Luna plena pulchritudinis typus.* 124. a  
*Luna biga consecrabatur.* 320. a  
*Luna cur taurus mactaretur?* 226. 232  
*Luna deficienti quomodo succurrerent veteres.* 123. b  
*Lunati calcæi erant senatorum.* 417  
*Lunulæ adfuta in calcæis discernebantur senatores novitii à patriciis.* 491. b  
*Lupa, olim vocata impudica à rapacitate.* 4. a  
*Lupanaria dicta prosibula impudicarum.* 4. a  
*Lupercalia sacra quando & quomodo celebrata.* 191. 192. a. b. 253. 254. Græcis Lycea dicta. 254. à quo & cur instituta. 254. eorum ceremoniæ. ibid.  
*Luperci sacerdotes omnium vetustissimi* 191. 192. a. b. Lupercalibus per lasciuiam nudi discurrentes pellibus obuios cadebant. 192. a. b. & seqq. unde Crepi dicti sunt. 192. b. in sacris Lupercalibus cur nudi currerent? 254. cur canem immolarent. ibid.  
*Lupercorum duo ordines, alii Fabiani, alii Quinctilliani.* 192. acceperunt deinde Juliani. ibid.  
*Luporum in Urbe conspectus habitus inauspicatus.* 202  
*Lusinia quando felicia & prospera portenderet.* 202  
*Lustrare, pro circuire.* 299  
*Lustrica.* 231  
*Lustricus dies.* 171  
*Lybes & Arabes Romæ inter seruitia habebantur.* 79. a  
*Lycæna, Græcis lupa.* 254  
*Lychni, lucernæ & tædæ ut differant.* 49. b  
*Lychnobii, qui?* 363. b  
*Lychnuchi Apollinis Palatini.* 49. a. b  
*Lycii cur in luctu muliebrem vestem sumerent.* 414. b  
*Lyncus, rex Sicilia.* 143. a

**M.**  
*Machara, quale telum.* 766. b  
*Machina bellica ad oppugnationem urbium necessaria & Romanis usitata.* 736

*Mæcia tribus.* 473  
*Mæsius lingua Osea mensis Maius.* 270  
*Magister equitum quis? 507. 508. ejus potestas, &c.* ibid.  
*Magisteria in convitiis.* 376  
*Magistratus dabatur militare imperium summo illo Senatusconsulto: Videant Consules, ne quid respública detrimenti capiat.* 456  
*Magistratum imperia tria: merum, non merum, missum.* 684. de his sigillatim. ibid.  
*Magistratum Romanorum diuisio.* 487  
*Magistratus pristini in agris morabantur, pauperumque erant.* 543. a. b  
*Magistratus maiores & ordinarii qui? 487*  
*extraordinarii qui?* 505  
*Magistri vicorum, sive vicomagistri qui?* 525  
*Majestatis crimen quid? 568. quanam comprehendat.* 693  
*Majores mortuos domi suæ sepeliebant.* 442  
*Majus mensis unde sic dictus.* 270. in tutela Apollinis fuit. ibid. dies in eo festi. ibid. nuptiis insansus habebatur. 424  
*Mala lignæ.* 739  
*Maleficia quanam ad populi iudicium à magistratibus adducta fuerint.* 692  
*Mali in naui partes quæ?* 739  
*Malina quid?* 150  
*Mallei, maupuli spartei, pice contecti, &c.* 736  
*Malus arbor navis.* 739  
*Mamurinus Veturius in Saliorum carminibus canebatur.* 258  
*Mama Geneta, dea, unde sic dicta.* 173  
*Mancipatio familiaris quomodo fieret apud Romanos.* 573  
*Mancipationis formula quæ?* 665  
*Mancipi res quæ fuerint?* 659  
*Mandatum qualis contractus.* 660  
*Manduci effigies ferebatur in triumpho.* 788. b  
*Mare, sextum diu tempus apud Romanos.* 240. unde sic dictum. ibid.  
*Mania dea Lariuni.* 271  
*Manica quid?* 682  
*Maupuli qui?* 722  
*Maupulum seni Romani in bello pro signo gestarunt.* 722  
*Manturia dea adhibebatur ut nova nuptia cum marito maneret.* 172  
*Mannumissi inter amicos, per mensum & per epistolam qui dicuntur? 78. raso capite pileum gestabant.* 77  
*Mannumisso seruorum tribus modis fiebat.* 77  
*Mannumisso quæ per censum fiebat qualis.* 77  
*Mannumissionis formulæ.* 77. 78. 667  
*in Mannum conuenire, solenne in nuptiis.* 434. b  
*Mannus conferere quid?* 579  
*Mannus ferrea quid?* 739  
*Mappa extensa ludorum circensium signum.* 53. a. 319  
*Margarita & gemmæ differunt.* 47. a. ubi generentur, eorumque usus. ibid.  
*Mars unde sic dictus.* 129. Gradivus nuda. ibid. Mavors. ibid.  
*Mars unde Quirinus dictus.* 129. 163.  

Ffffff  
 Ultor,





*Mulieribus vini usus interdictus.* 558  
*Mullei, quales calcei.* 417. unde sic dicti. ibid.  
*Multitia, vestes molli intexta stamine.* 397. b  
*Mundus ter in anno patere dicebatur.* 291  
*Municipiorum duo genera.* 743. ut differant à coloniis. 744  
*Municipiorum respublica quænam fuerit.* 746  
*Municipium quid?* 743  
*Murci, murcidi, murcilli, murcidi, unde sic dicti.* 179. a  
*Minerva dea desidia.* 174. 179. a. ejus sacellum. ibid.  
*Murices, (alio nomine triboli sive tribuli dicti) machinæ ferreæ, &c.* 737  
*Murres quid?* 377. a  
*Murrhata, sive murrhina potio que?* 565  
*Murrhina vas.* 379. b  
*Murta Venus, prius Myrtila, à myrto Veneri sacra sic dicta.* 131  
*Murus apud veteres quid dicebatur.* 9  
*Muscæ gigas ante pugnam à cæteris deservit, obque id ei honores tribuiti,* 102  
*Muscæ quales machina.* 735  
*Muta sacrificia que?* 206  
*Mutæ deæ sacra feralia.* 255  
*Mutialis collis.* 13  
*Mutinus qualis deus.* 172. idem cum Priapo. ibid.  
*Mutum quid?* 660  
*Mutæ, quales naves.* 523. a  
*Myoparo, quale genus navigii.* 522. b. 742  
*Myrta Veneri sacra.* 131  
*Mysteria unde dicta.* 144. b. duplicita, parva & magna. ibid.

N.

**N.** L. id est, non liquere, amplificationis nota. 690  
*Nania dea fructuum.* 175. ejus sacellum ibid.  
*Nania, carmen quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam.* 175  
*Nasito, sive Natio, dea qualis.* 171  
*Naufragium evidentes vestes depictas in tabella diis dedicare solebant.* 90. a  
*Naxem confendere quis Romanis primus persuaserit.* 523. b  
*Naves que bello paratæ erant, galeam insigne habebant; que ad celeritatem, Mercurii petasum; pacificatoris, caduceum.* 739  
*Navis unde sic dicta?* 738  
*Navinum varia genera & nomina.* 741. 742  
*Navinum partes plurimæ, & singularum descriptio.* 738. 739  
*Nantea quid?* 738  
*Naxo, sino.* 738  
*Nec pro non, apud antiquos.* 589  
*Necis genera quomodo suscepta apud Romanos.* 697  
*Nefasti dies qui?* 242  
*Nemesis dea unde sic dicta.* 134. Justitiæ filia. ibid. alio nomine Rhamnusia & Adrastia fuit appellata. ibid. quomodo depicta fuerit à veteribus. ibid.  
*Neptunalia, Neptuni seris.* 286. & b

*Neptuni sortitio de regno cum fratribus.* 150. a  
*Neptuni templum.* 149  
*Neptuno, Apollini & Marti, tauro, verve & ariete litabatur.* 232  
*Neptunus unde sic dictus?* 149. Græcis Ποσειδών. ibid. navigandi artem invenit. ibid. primus egros domuit. ibid.  
*Neptunus cur Ennosigæos & Sisichon à Poëtis dictus.* 286. a. in certamine cum Pallade, non equum sed fontem artificatiginem produxisse fertur. 286. a. b  
*Neptunus Equester.* 149. Redux. ibid.  
*Nerlene, Martis uxor.* 282  
*Nervi, qualia vincula.* 784. b  
*Nervus quid?* 582  
*Nexus quis?* 680  
*Nexum, & nexum facere quid?* 574  
*Nigri pro mortuis.* 275. b  
*Nigrum pro noxio.* 275. a  
*Nixii puerperarum dii.* 173. 177. b  
*Nobiles apud Romanos qui?* 75  
*Nobilis scelere.* 75. a  
*Nobilitati maxima laus erat quam plurimos habere clientes.* 68  
*Noctiluce templum.* 123. b  
*Noctua in hasta Regis Pyrrhi contra Argo euntis confidens exitium illi portendit.* 202  
*Noctuarum ululatus diri ominis.* 203  
*Nola cur ante triumphantis currum gerebatur.* 100. a  
*Nomenclatio quid?* 497  
*Nomenclatores qui fuerint dicti.* 497  
*Νόμος ἀγροφῶν, leges non scriptæ.* 547. b  
*Νομοφύλακες qui?* 229. a  
*Nonæ unde sic dictæ.* 244. cur in habitatione nuptiis haberentur. 424  
*Nonæ Caprotine.* 209. 234. unde sic dictæ & cur institutæ. 284  
*Noventi, quinam fuerint?* 552  
*Novia Dea Etrusca.* 290  
*Novæ antiquitus pro lictis.* 541. a. eorum nullus apud Romanos usus ante Mecænatem. ibid.  
*Notare idem ac scribere.* 541. a  
*Notarii idem qui scribæ.* 541. b  
*Novæ nuptiæ cur postes januæ adipe lupino inungerent.* 428. cur limen transfilerent. ibid.  
*Novatio quid?* 661  
*November mensis, diesque in eo festi.* 292. 293. ejus varia nomina. ibid. in tutela Dianæ fuit. ibid.  
*Novendiale sacrum dupliciter actum.* 297. 298. unde sic dictum & cur institutum. ibid.  
*Novi apud Romanos quiaam dicti.* 75  
*Nox intempesta, unde sic dicta.* 283  
*Noxæ que?* 669  
*Noxales actiones que?* 660  
*Noxia quid?* 588  
*Nubentes mulieres ex veteri lege Rom. 106. asses ad maritum venientes solebant ferre. 426 quo comitatu ad mariti ædes accesserint.* 428  
*Nubentibus cur saces preferrentur.* 436. a. a quibus. 436. b  
*Nuces in Jovis tutela erant.* 429. cur à novis maritis & pueris in nuptiis spargerebantur. 429

*Nudantia, quales naves.* 742  
*Nudipedalia, quale festum.* 419. b  
*Numa Pompilius II. Rex ceterum custodiam deposuit.* 489. Terminalia sacra instituit. 256. quo pacto artem Jovis ellicendi edoctus fuerit. 104. quare instituerit templum Jani belli tempore aperiri, patris vero claudi. 92. 94. a  
*Numæ Pompili congressus cum nymphæ Egeria.* 150  
*Numeria dea.* 175  
*Numerus à Minerva inventus.* 290  
*Nummi veteres Jovis Conservatoris simulachrum & nomen continentes.* 106  
*Nautiare vel obnuntiare quid?* 475  
*Nundina, dea qualis.* 171  
*Nundine, feria paganorum.* 241. 298. eorum origo. 298. fuerunt Saturno consecratæ. ibid.  
*Nupta nova velo obnubi solebat, cum ad virum deduceretur.* 427. senis crinitus cur ornaretur. 427. cur eos hasta cuspidis discriminauerit. ibid. coronæ redimiebat. ibid. cur cingulo cingeretur. ibid.  
*Nuptiæ, eorumque definitio.* 659. origo & ritus apud Romanos. 423. 430. a. b. & sequæ. nonnisi captivis prius auxvriis fiebant. 426  
*Nuptias recensantes apud Judæos cur nudis pedibus incedere cogebantur.* 419. b  
*Nuptiis celebrandis aptissimum apud Romanos habebatur id tempus, quod idus Junias sequebatur.* 425  
*Nuptiis infans habebatur mensis Majus.* 424  
*in Nuptiis contrahendis delectum diem habebant Romani.* 425  
*Nympha quid fuit?* 60. unde hoc nomen traxerit? ibid. veterum nulla ad nostra tempora duravit. 61. recens conspicitur intra Neapolim & montem Vesuvianum. ibid.

O.

**O.** *Obeliscus in circo maximo.* 314. ejus magnitudo. ibid. à Rege Sonneferco excisus. ibid.  
*Obligatio, ejusque definitio.* 576. 660. triplex; naturalis, civilis, mixta. ibid.  
*Obligatio literarum que?* 660. nominum. ibid. ex consensu. ibid. ex quasi contractu. 661  
*Obligaciones quatuor modis dissoluebantur.* 661  
*Obligationum divisio in naturales, civiles & mixtas.* 576  
*Obscurare, idem ac vesti.* 28. b  
*Obstetricis natos infantes in humum deponere solebant.* 176. a  
*Obvolutio quid?* 581  
*Obvolvere quid?* 654. b  
*Occasus sol, pro quando sol occidit, antique.* 579  
*Occentassint, antique pro convicium fecerint.* 587  
*Occisus ut distinguatur à necato.* 560  
*Occupationis jus in quibus consisteret.* 659  
*Ochlocratiæ, quid, ejusque definitio.* 486  
*Ocrisi Regine Tranquillæ serva & ancilla ex genitali membro repente in foco apparente gravida facta.* 276. b  
 F f f f f f 2 C. O. C.

*l.* *Octavius primus nominat Augusti fuit appellatus.* 502. *Pater patriæ dictus.* 254  
*October mensis unde sic dictus.* 291. *dies in eo festi.* *ibid.* *hunc Domitianus è suo nomine Domitianum appellavit.* *ibid.*  
*Oculi Cupidini consecrati.* 176  
*Oculus, qualis locus in navi.* 738  
*Odeum qualis locus apud Romanos.* 315  
*Olli, pro illi.* 559  
*Omina quæ dicantur.* 198. b  
*Omina secunda, saltat senex, proverb. unde natum.* 339  
*Onager qualis machina.* 736  
*ὄνειρος πικρῶν ῥοπαλῶν ἀμυλῶν, proverb.* 370. a  
*Opalia, festum Opis.* 97. 294. *unde sic dictum.* *ibid.*  
*Ὀφθαλμοῦ βασιλικῶς.* 759. b  
*Opiconstus dies à dea Opiconstua sic dictus.* 289  
*Opiferi fides qui?* 740  
*Opimianum vinum unde sic dictum.* 385. b  
*L. Opimius Consul picandi reponendique vini primus auctor.* 385. b  
*Opis, deus gratiæ?* 171  
*Ὀπλοδιδασκῆς, campi doctor* 356. b  
*Oppidorum condendorum & describendorum ritus apud veteres.* 9. 10. a. b  
*delectandorum mos.* 10. b  
*Oppius collis.* 14  
*Oppugnationibus urbium quænam necessaria fuerint.* 734. 735  
*Ops Consva, dea, unde sic dicta.* 97. *ejus ades.* *ibid.*  
*Ops Diana* 121. b  
*Ops, sive Tellus, dea, unde sic dicta.* 97. *ejus varia cognomina.* 97. *imago quomodo depicta fuerit.* *ibid.*  
*Ὀψωνίου στρατιωτικῶν, obsonium militare quid?* 713. a  
*Optimates quinam fuerint dicti?* 73. 74  
*Optimatum imperium, Aristocratiæ.* 486  
*Optio antes appellabatur accusus.* 724  
*Optiones quinam vocati.* 724  
*Oracula Apollinis.* 116. a  
*Jovis Hammonis.* 109. b  
*Sibyllina.* 223. & seqq.  
*Oracula omnia obtinuerunt Salvatore nato.* 118. a  
*Orbena dea qualis.* 172  
*Ὀρχηστῶν, saltu.* 349. b  
*Orchestra locus apud Rom. in quo senatores considebant spectaturi.* 315. 349. b. 350. a  
*Orctoi qui fuerint dicti.* 490  
*Orcus qualis deus.* 343. *unde sic dictus.* *ibid.* *antiquis Uragnus.* *ibid.* *Plutonuncupatus à divitiis.* *ibid.*  
*Orcus antiquis Quietalis dictus.* 170  
*Orcus, sive potius orcum, locus inferorum.* 155  
*Organa hydraulica.* 377. a  
*Orgia sacra Bacchi* 86. a. 138. b. *unde sic dicta.* *ibid.* *quomodo celebrata.* 174  
*Oriales vel oriola, naves piscatorie.* 742  
*Ornamenta triumphalia.* 776. a  
*Ὀριζῶν divinatorii genus ex aribus.* 197. b  
*Orotis, Regis Artaxerxis generi, honore spoliati, præclarum dictum de principum amicis.* 94. b

*Orthiæ quid?* 741  
*Oscines aves quænam fuerint.* 201  
*Oscinum tripodum.* 204  
*Ostris deus.* 187. 188  
*Ossa capitis humani barbaris & feris gentibus pro poculis erant.* 382. a  
*Ossa homini mortuo legere, & ossa hominis mortui legere ut differant.* 564  
*Ossilago dea, solidatrix ossium.* 171  
*Ostræa inuberes.* 100. b  
*Oratio triumphus minor.* 751. 778. a. *unde sic dicta, & quomodo fieri.* 752. *ut differat à triumpho.* 753  
*Onfens, nomen servii.* 474  
*Ozile, qualis locus in campo Martio.* 467. *in id suffragia latenti ingrediebantur per pontes.* *ibid.*  
*Ovis Idulis quæ, & unde sic dicta.* 251  
*Oxia quales naves & unde sic dictæ?* 741

P.

*Pæcis ara Romæ.* 169. *simulacrum quale fuerit.* 170. *templum Romæ magnificentum.* *ibid.*  
*Paganalia, sive Paganica ferie.* 297. *à quo instituta.* *ibid.*  
*Pago, is, ere, idem quod pacisci.* 579  
*Palamedes in obfisione Trojana latronum ludam instituit.* 306. b  
*Palatea, dea Palatiorum.* 212  
*Palatina trilus quæ & unde dicta.* 470  
*Palatini ludæ.* 341  
*Palatinus mons, alias Palatium.* 10. *quare sic dictus.* *ibid.* *cur Romulus hunc primum muro cinxerit.* *ibid.* *sunt sedes imperii Romani.* *ibid.* *hodie suffragioribus & Julterranæis specibus totus est quasi pensilis.*  
*Palatium unde sic dictum.* 10. & 11. a  
*Palatium quare cuiusvis principis & splendidi hominis domus dicatur.* 11. a  
*Palatuar, quale sacrificium.* 297  
*Pales dea pabuli & pastorum.* 180. 266. *quibus illi sacrum fieret.* *ibid.*  
*Pales in femin. & masculino genere dicitur.* 180  
*Pallia, sive Parilia, festum deæ Palis.* 4. b. 5. a. 180. 266. *cur instituta & quomodo celebrata.* 266  
*Palla honesta mulieris vestimentum.* 408  
*Palladi quando sacrum fieret in Aventino.* 281  
*Palladium Atheniense.* 146  
*Palladium, simulacrum Palladis.* 126. 146. *ab Evæa in Italiam transportatum.* 147  
*Palladium alterum quod negligens asser- varetur, cur esset.* 147  
*Pallas unde sic dicta.* 126. *tibiærum usum prima excogitavit.* 41. b  
*Palli usus proprius Græcorum.* 400  
*Palliat pro Græcis.* 400  
*Pallium, virorum, puerorum & mulierum vestimentum.* 408. 415. a. *unde sic dictum.* *ibid.*  
*Pallium, vestis Græcorum propria.* 391  
*Pallor & Pavor communifano culti* 32. b  
*Palloris ac Pavoris sanum.* 186  
*Palma extrema remi latitudo.* 739  
*Palusati Imperatoris icon.* 391

*Paludamentum, vestis castrens.* 391. 713. b  
*Pan deus, Mercurii filius, unde sic dictus.* 182. *Latine Junus, ab eundo passim cum omnibus animalibus.* *ibid.*  
*Pan cur hircini pedibus effingatur.* 192. *unde Lyæus dictus.* *ibid.*  
*Panda quænam dea furis.* 137  
*Pani Lyæo templum edificatum.* 182  
*Pani & Minerva capra libabatur.* 232  
*Pantheon, templum Jovis Ultoris.* 106. *hodie Maria rotunda & omnium sanctorum dicitur, à Bonifacio 3. pontif. iis consecratum.* 106  
*Pantomimi qui & unde sic dicti?* 325. 326. b  
*Papia lex.* 217  
*Papiria tribus.* 473  
*Παραχρημαται, falsi monetarii.* 519. a  
*Parætes, Clotho, Lachesis, Atropos.* 155. *unde sic dictæ.* *ibid.*  
*Parentalia qualia sacra.* 271  
*Parentantes & ingubria officia peragentes sedebant.* 232. a  
*Pareto legi, quisque legem fameris; præceptum Pittaci.* 546. b  
*Parilia à gravidis pro felici partu celebrata.* 267  
*Parma genus clypei.* 726. 767. b  
*Paronades qualia vestimenta.* 409  
*Pare, quale navigium.* 523. a. 742  
*Parvula dicebatur non utique is qui parentem occidisset, sed qualencunque hominem.* 526. 560. 693  
*Parvula culco institutum vipera, simia, gallo & cane in mare mittebantur.* 653  
*Parvulidum quid, ejusque varie pæne.* 653. a. b  
*Parvulidum quis dies Martii sit dictus?* 259  
*Pasiphae, Solis filia, quasi πασιπαρῶς.* 133. a  
*Pasticha una ex Græciis.* 135. a  
*Patrigium, chlamys aurea.* 392  
*Patella, qualia vasa?* 231  
*Pater patratu nus festalium & cur sic dictus.* 219. 716  
*Patera, poculi genus.* 778. a  
*Patera, vasa sic dicta quæ pateant.* 231  
*Patibulum vulgo furca appellata.* 697. *ejus minor pana quam crux.* *ibid.*  
*Patratum esse, pro perfectum & absolutum esse.* 219  
*Patres conscripti qui fuerint?* 490  
*Patres quinam dicti apud Romanos.* 65  
*Patria potestas quæ?* 658  
*Patricii quinam dicti fuerint?* 67. 68. 71. 512. *cornu officium.* 67. *tres ordines fuerunt.* 71. 72. a  
*Patricii majorum gentium qui?* 491. *minorum qui?* *ibid.*  
*Patricii per c, & non per t, quare scribantur.* 67  
*Patriciorum calcei lenati.* 417  
*Patronatus, tunica passerum & humilium.* 69  
*Patronatus jus quibus officiis confiterit.* 63  
*Patronis & clientibus quænam jura fuerint communia.* 68. a  
*Patronorum liberti ordinem habuerunt secundum cuiusque dignitatem.* 78  
*Patronus & dominus ut differant.* 70. a  
*Paventia dea qualis.* 172. P.

Pavire, pro ferire.	203	Pescia quid?	325	Plorassint, pro clamarent, in clamarent.	557	
Pauli Mannii patris opusculum de veterum dierum ratione.	272. & seqq.	Pessimonia dea unde sic dicta.	97	Pluto qualis deus & unde sic dictus.	155.	
Paulus Amilii cur Papiriam uxorem dimiserit.	437. 438	Pesmata, fucus nautici.	740	Dis unde. ibid. Summanus. ibid. Altor.		
Pavones, Junonis aves.	110	Petalinum unguentum è narido.	389. a	Rusor, Februus, &c.	ibid.	
Pavor & Pallor à Tullo Hostilio consecrati.	32. a. communi sano culti.	Petaurista qui & unde sic dicti.	311. b	Plintoni cur veteres imperium inferorum & mortuorum hominum tribuerint.	155	
Pauperies quid?	588	Petaurus.	311. a	Plutonis nomina varia.	155	
Paulus quale numen.	282. a	Petitorum mos erat, ut summo mane domi inambularent, ac sui copiam saluatoribus facerent. 497. iis maxime fuit elaborandum, ut singulos cives nosset, eorumque nomina tenerent.	ibid.	Plutus & plustima, pro plures & plurime.	582	
Pedius Neptuno sacrum.	175	Petræa, tertia persona quæ procedebat in triumpho.	789. a	Plutei navales.	738	
Peculator quis, & unde sic dictus.	646	Phædra, Solis filia, quasi φῆδραν ἰδδῶν.	133 a	Plutei quales machina?	735	
Peculatus crimen quid? 519. 646. quam comprehendat.	693	Phalanges, qui & phalanga & pulvini dicitur, cylindri lignei sunt, qui veditibus promoventur ad transcendendas naves in portum sive ad litus.	739	Pluteus quid?	664	
in Poenulatis crimine quam formula servata.	685	Phalarica, teli genus missile.	762. b	Pocula liquida apud Barbaros in usu.	377. b	
Pecunia judicare, & auferre quid? 692		Phalera, equorum frontalia.	750	Poculorum diversa genera apud Romanos.	375. 377. a. b. & seqq. materia, forma, species.	
Pecunia solebat antiquitus pensari potius quam numerari.	518. a	Pharus quid?	213	Poculum boni genii.	300. b	
Pecunia custos quare Saturnus fuerit	96	Phaselus, quale navigium.	742	Ποδῶπιον, vestis ad talos demissa.	419. a	
Pedarii senatores qui fuerint dicti? 490.		Phœnix quid?	312. b	Pœnam capitis cum pecunia pœna conjungere lege vetitum.	695	
Pedes Mercurio consecrati.	175	Phœnis quid?	312. b	Pœnarum genera octo.	682	
Pedica quid?	682	Phœnia quale vas.	388. a	Πολιεύχοι θεοί, dii tutelares.	48. a	
Pegma quid, & unde dictum.	349. a	Phlegreus campus unde sic dictus.	102.	Πόλις de Alexandria proprie dicitur.	8. b	
Pegmates qui?	349. b	postea Cymæus appellatus fuit.	ibid.	Politiæ definitio. 486. ejus tres species, Monarchia, Aristocratia, Democratia.	486	
Pella, pro Macedonia.	71. a	Phryges Idææ matris sacerdotes.	226. inventores tibia buxæ.	101. b	Poliitiæ genera omnia experta est republica Romana.	486
Pelles, sub pellibus esse quid?	730	ex Pice in ignem confecta quomodo divinarunt veteres.	207	Politiæ vocabulum tria significat.	486	
Pellæ proprie quæ?	560	Pici Martii præcipue Latio fuerunt in auguriis, à Rege qui nomen huic avi dedit.	202	Politiæ alicui imperitari quid?	486	
Pellibus antiquitus induti erant herodes.	391. a. & de pellibus reliqua vide pagg. seqq.	Picum deus qualis & unde sic dictus.	181	Politiarum sex genera secundum Polybium.	486	
Pellonia dea qualis.	175	Pietati Romæ ades extructa.	186	Pollentia urbs celeberrima.	316. b	
Pelopidas rudimenta militia à venatu aspiciatus est.	121. a	Pietatis exerplum filia in matrem captivam.	168	Pollia tribus.	471	
Pelta, breve scutum.	770. a	Pietatis vox quam late pateat.	168. ejus definitio.	Polluctores qui fuerint dicti.	440	
Pelustota cur cape non edunt.	124. b	Pignus quid?	660	Pollucere quid?	560	
Penates quales dii & unde sic dicti.	152	Pila qualis fuerint vasa.	61	Πολύμειρος, qualis vestis.	348. a	
Penates hominum sunt, æorum templa.	85. a	Pila usus celebris.	309. b. in exercendo corpore maxime idonea.	ibid.	Pomæii proferendi jus quinam habuerint.	9
Penatium varia genera fuerunt.	1	Pilani milites qui?	724. 726	Pomærium quid, & unde dictum.	9	
Pendere pœnas, solvere significat, à pœnæniaria damnatione.	518. a	Pileus prisitis insignis spectata virtutis.	77	Pomærium proferre quid?	9	
Penetrale, pars templi.	87. b	Pileus: ad pileum vocare, provecib.	77	Pomona, dea pomorum.	180	
Penelope an pudica an impudica fuerit.	192. b. βυσσάδα πορφυρέσσα.	Pilum quid?	761. b	Pompa in ludis circensibus qualis.	320. a	
Pentathlon, quinquetium, quale exercitium apud Græcos.	310. b	Pilumnus deus qualis & unde sic dictus.	173. 181	Pompa triumphalis.	783. a. b	
Pœnula, quale vestimentum.	291. 409. 713. b	Pinarum Herculis sacerdotes.	193. ἀπό τις πεινῆς, à fame, sic dicti.	Pompeius Magnus primus elephantis curvii junxit Roma.	778. b	
Pœnus locus intimus in ade Vestæ.	279	Piscatorii ludii qui?	279	Pomptina tribus, unde sic dicta.	473	
Percus, sive Pergus, lucus, prope quem filia Hæmæ à Dite rapta fuit.	141. a	in Pistrina servi flagitiosi tradebantur.	61	Poncropolis urbs à Philippo condita.	8. b	
Pernissio securi fiebat per lictorem, prægressa virgarum verberatione.	697	Pistrini nomen mansit mutata re.	61	Pons, pro scalis navalibus.	719	
Pernelles veteres vocabant, quos nos hostes.	459. 578.	Pistrinum locus in quo farina molebatur.	61. unde sic dictum.	Pons publicus.	220	
Pernellus proprie quis?	459	Πιστήκειον βλαμύμα, simile ad speciem, pro re maxime inopi.	769. b	Pontes, per quos suffragia tulerunt, quidnam fuerint apud Romanos.	552	
Pernellus quid?	637	Πιστήμισμοίς περιελαμβάνει.	769. b	Pontifex Maximus ejusque officium apud Romanos.	221. 222	
Pernellionis nomen & crimen & pœnam significat.	693	Placida, quales naves.	742	Pontifices Romani unde sic dicti? 220. eos eligendi pœnas quos potestas fuerit.	ibid.	
Pernellionis reus quis?	459	Plagula, tegmen lintæum.	409	Pontifices. 4. tantum à Numa instituti.	221. majores & minores.	
Pergula, qualis locus in mari.	738	Platanus arbor genialis.	152	Pontificum cœtus collegium vocatur? 221. ad Theodosii senioris Imperatoris tempora Roma fuit.	ibid.	
Pegidæ quid?	565	Plebeji quinam fuerint.	71. 72. a. eorum officium. 67. tres ordines fuerunt.	ibid.	Pontones, genus navigii Gallici.	742
Περίοχον ἄσπεδία quid?	331	Plebs à pœsulo eo differt quo species, à genere.	68. a. b. 551	Popa qui?	228	
Περίτοπος τογα.	400			Popillia tribus.	473	
Perisylavissimi, sacrificia qualia?	254			Populares qui?	69. a	
Perveros quales calcei.	417			Populævis, qui seditiosos civibus res novas molientibus adhaeret.	73. 74. a	
Perse cur nulla sana admitterent.	85. b			Populi divisio à facione.	73	
Pertunda dea qualis.	173. 479			Populifugia, sive populifugia, qualis dies.	175. 294.	
Pes, fœnis nauticus.	740				175.	

Populi nomine quinquam comprehendantur. 68. a  
 Populi voluntatis conciliatio quas partes habuerit. 497  
 Populi vox diversimodè accipitur. 73  
 Populonia dea. 181  
 Populus ut differat à plebe. 551  
 Populus quomodo ad funus per præconem evocatur. 440  
 Populus Romanus ex actis Regibus in tres ordines fuit distributus. 71  
 Porca Cereris multabatur ab eo qui mortuo iusta non fecisset. 299  
 Porrima dea. 252  
 Porta Capena. 20 a  
     Carmentalis. 251  
     Forniculis. 291  
     Prætoria. 524  
     Salutaris. 170  
     Stereoraria. 281  
 Porta in castris, prætoria, decumana, principalis, quintana. 730  
 Portæ veteres Romani quare non haberint sacras. 558  
 Portisculus quid? 739  
 Portorium quid? 745  
 Portumnalis quales feria. 288  
 Portumnus deus marinus, portubus præfectus. 150  
 Ποσειδών, Neptunus. 149  
 Postumii veri qui, & lex de illis. 575  
 A. Posthumius Dictator Castori & Polluci adem vocit & extruxit. 162  
 Publ. Posthumius Tubertus primus ovans Urbem ingressus est. 752  
 Possidea, pro postea. 581  
 Postvertæ qualis dea. 173, 252  
 Postulatio in jus quomodo fieret apud Romanos. 685  
 Postulare quid? 670  
 Potina dea, quæ potionem infantibus ministrabat. 171  
 Potius Herentis sacerdotes. 193. quare ad unum omnes interierint. 194  
 Prædanea porta quæ? 299  
 Prædanea hostiæ quæ? 231  
 Præciæ qui? 228  
 Præcipitatio de robore quomodo fieret. 697  
 Præconum in civitate usus multiplex ac varius. 540  
 Præandia an in usu fuerint apud Romanos, & an tantum cæna? 361. a. b. & seqq.  
 Præandiculum. 358  
 Præandium unde sic dictum. 361  
 Præfelli vocabulum quam late pateat. 537  
 Præfelli ævari qui? 516. ab Augusto primum instituti. ibid. eorum creandorum origo. ibid.  
 Præfelli castrorum qui? 725. fabrorum. ibid. socium. ibid.  
 Præfelli Consulares quatuor. 537. unde sic dicti. ibid.  
 Præfelli Palatii munus & cura. 11. b  
 Præfelli præfectorum quinquam dicti. 537  
 Præfectorum Urbis tria genera. 605  
 Præfectura, & municipium quomodo poterit unum idemque oppidum esse. 745  
 Præfectura formula non longe à provinciæ formula abfuit. ibid.  
 Præfectura in Italia quanam fuerint. ibid.  
 Præfecturarum conditio inter omnes civita-

tes Italicas omnium durissima. ibid.  
 Præfectus Ægypti. 537  
 Præfectus annonæ fuit extraordinarius magistratus. 527. ejus munus. ibid.  
 Præfectus classis quis? 738  
 Præfectus frumenti dividendi ab Augusto institutus. 524  
 Præfectus legionis quis, ejusque officium. 725  
 Præfectus prætorio quis? 524. cur & quando institutus. ibid. ejus dignitas & potestas. ibid. quam primum lectus erat, dabatur ei cingulum cum gladio, ab Imperatore. ibid.  
 Præfectus vigilum ab Augusto institutus. 525. ejus officium. ibid.  
 Præfectus Urbis quis? 504. ab Augusto primum institutus. ibid. ejus munus, dignitas, &c. ibid.  
 Præfericulum quid? 230  
 Præficia, quales mulieres. 228. 241  
 Præjudicium, & præjudiciales actiones quæ? 679  
 Præliæres dies qui? 242. non præliæres qui? ibid.  
 Prælium navale quomodo gesserint Romani. 737. 738  
 Præmia militum qui strenue rem gesserant, apud Romanos. 749  
 Præpetes aves quanam fuerint. 201  
 Prærogativæ centuriæ quæ? 477. 552. tribus. ibid.  
 Præfente ambobus, ἀρχαισμός. 579  
 Prætexta toga. 400. 501  
 Prætexta cur concessa libertinorum filiis. 401  
 Prætexta & bulla in usu pærorum nobilium. 401  
 Prætextati qui dicti. 401  
 Prætor quis fuerit & unde sic dictus. 500  
 Peregrius & Urbanus. 501. eorum in signia. ibid.  
 Prætor tutelaris. 501  
 Prætores appellaverunt veteres omnem magistratum, cui pareret exercitus. 524  
 Prætores Cereales. 501  
 Prætores provinciales qui? 534. 535. comitiis centuriatis creabantur. ibid. tempus ordinarium, quo provincias tenebant, fuit annus. ibid.  
 Prætorii dicti qui præturam gesserant. 498  
 Prætorium quid? 524  
 Prætorum ædilia dicuntur jus honorarium. 550. 551  
 Prævaricari est vera crimina abscondere. 691  
 Prævaricator quis ejusque pæna. 691  
 Prævia dea. 429  
 Prævsare quid? 497  
 Priapus ante aram Jovis Herci à Pyrrho interfectus. 108. a  
 Priapus hortorum deus & custos. 183. propter virilis membri magnitudinem Lampfaci pulsus. ibid. & 185. a. b  
 Primpillus quis? 724  
 Princeps equestris ordinis quis fuerit dictus? 500  
 Princeps juventutis quis & à quibus electus. 355. 504  
 Princeps senatus quis fuerit. 491  
 Principes iudices fuisse variis gentium exemplis probatur. 497. b. 689. a. b

Principes milites qui? 724. 726  
 Principes in montibus aut ad montium radices sepeliebantur. 447. b  
 Principes questionum qui fuerint. 684  
 Principis & templi violati pæna par. 86. a  
 Principum placita quæ? 551  
 Privi, pro singulis. 567  
 Privilegia duplicia & quæ? 566  
 Privilegium quid? 567  
 Προβόλιον, venabulum. 119. a  
 Procure, pro postere. 676  
 Procas quædam in regno Albanæ præfuerit. 2. duos filios reliquit, Numitorem & Amulium. ibid.  
 Proceres qui & unde dicti. 74. a  
 Procitare quid? 582  
 Proconsules quatuor modis dicti. 531. eorum creatio. ibid. dignitas & potestas. 533. quomodo de provinciis decesserint. 533  
 Proconsulis vox, an duo distincta vocabula sint, an unum compositum. 531  
 Prodigia infamia notabantur apud Athenienses. 571  
 Prodigia hostiæ quæ? 231  
 Professio candidatorum in quo posita fuerit. 497  
 Professi dies qui? 241. divi debantur in fastos, comitiales, compendinos, fastos & præliæres. ibid.  
 Proletarii cives qui? 582  
 Prologus quid? 331. ὑπόθεσις. ibid. συστασις. ibid. ἀναφορικός. ibid.  
 Promulgari, quasi divulgari. 551  
 Promulsus sive antecæna apud veteres quid? 568  
 Propes, funis nauticus. 740  
 Propatores qui fuerint appellati. 534  
 Propatores quinquam fuerint dicti? 536  
 Prora, navis pars anterior. 738  
 Proreta, Græci προρητής, qui proretæ præf. 738  
 Prosa, sive prosa, qualis dea. 173  
 Proseuium quid? 315  
 Proserpina, Cereris filia, unde sic dicta. 137  
 Proserpina raptus unde excogitatus. 137  
 Prosumia, quale navigium. 741  
 Protasis qualis pars comædiæ. 331  
 Protoni, funes nautici. 740  
 Protostrator quis? 543. b  
 Provinciales magistratus qui & unde sic dicti. 531  
 Provincia unde sic dicta? 744  
 Provincia nomen tribus modis sumitur. 744  
 Prymnesium quid? 740  
 Pscades, ancilla ornandis crinibus præfeta. 412. a. unde sic dicta. ibid.  
 Ψευδών quid? 412. a  
 Pteroti calices. 382. b  
 Pudicitia à Romanis ut dea culta. 169  
 Pudicitia patriæ ad eum nemini licitum ingredi, præter eas quæ semel mississent. 169  
 Pudicitia plebejæ ædilem quare Virginiæ extruxerit. 169  
 Pulla pampertas. 402  
 Pullarii à pullis sic dicti. 203. eorum officium. ibid. & seqq.  
 Pullati, infima plebs  
 Pumicari, pumice levigari. 64  
 Pupuria tribus unde sic dicta. 471  
 Puppis, navis pars posterior. 738  
 Πυρρίχθις. 333  
 Πυρ

**Pateal Libonis.** 678  
**Pyra** quid? 566. quomodo extrueretur. 442  
**Pyramides** pro turulis. 446. a  
**Pyrgus** quid? 308  
**Pyrrhica** decursio unde sic dicta & quomodo feret. 356. b  
**Pyrrhica**, saltatio armata, à quo inventa. 347  
**Pyrrhichius pes** unde sic dictus. 356. a

Q.

**Q**ui, pro cui. 566  
**Quadrigarum** inventor quis? 321. b  
**Quaestiones** qui fuerint dicti. 683. c. quorum munus & potestas. ib. & seqq. quomodo & ubi iudicium exercent. ibid.  
**Quirini templum** in colle Quirinali. 14. a. b. 282  
**Quaestiones** publicae quomodo tractatae. 527  
**Quaestiones** fuerunt testimonia servorum, et tormentorum expressa. 683  
**Quaestores** à quocundo dicti. 510  
**Quaestores** candidati qui, eorumque officium. 511  
**Quaestores** provinciales qui? 536. eorum potestas. 536. 537  
**Quaestores**, sive quaestores parricidii vel verum capitalium qui? 501. 527  
**Quaestores** urbanei vel ararii qui? 510. eorum varia officia. 511  
**inter Quaestores** urbanos & provinciales quam differentia. 536. 537  
**Quaestorii**, dicti, qui quaesturam gesserant. 498  
**Quaestorum** creandorum origo antiquissima. 510  
**Quaestura**, primus magistratus. 510  
**Quaestura** capienda fuit annus vigesimus. 490  
**Quatuorviri** viarum curandorum. 515  
**Quercetulanus mons** qui & unde dictus? 14  
**Quictis** sauum Romae. 170  
**Quindecimviri** qui & à quo creati. 223  
**Quindecimviri** agrorum meliorandorum. 438  
**Quinquaginta** qualis dies. 260  
**Quingentium** quale exercituum apud Graecos. 310. b  
**Quingueviri** agris dandis & attribuendis. 538  
**Quingueviri** cis & uls Tiberini. 515  
**Quingueviri** coloniae deducenda. 538  
**Quingueviri** mensarii unde dicti, quando & cur instituti. 530  
**Quingueviri** turribus murisque reficiendis. 531  
**Quips** pro quis. 581  
**Quirina** tribus, unde sic dicta. 474  
**Quirinalia** sacra qualia & cui instituta. 255. cur ferie sultorum differant. ib.  
**Quirinalis collis** unde sic dictus? 13. 110. prius Agon appellatus. ibid. sub Imperatoribus mons caballus. ibid. hanc aliquot colles particulares. ibid.  
**Quirinus** Mars. 163  
**Quirinus** Romulus. 163  
**Quiris** dea, pro Junone. 164. 427  
**Quiris**, Sabinus hasta. 129. 427  
**Quiritis**, Romani, unde sic dicti. 163. 164

R.

**R**adere genus quid? 564  
**Ralla**, tunica pellucida. 397. b  
**Rammenfes**, pastores Albani, cum Romulo Urbem condiderunt. 468  
**Rannenfis** tribus unde sic dicta. 468  
**Rapina** quid? 661  
**Rapina** actio quae? 675  
**Rataria** naves quae? 742  
**Recinium**, vel ricinium, quale vestimentum. 563  
**Recuperatores** qui fuerint dicti. 626  
**Redamptuare** quid? 218  
**Reddere**, in sacrificiis quid? 231  
**Redivulus** Deus. 186  
**Regere**, antiqua & decemviri significatione est, suis finibus terminatum habere. 586  
**Reges** primò ludos edi curaverunt. 303  
**Reges** primò potestatem habuerunt convocandi & habendi curia comitia. 452  
**Reges** tum apud Graecos quam Romanos sacerdotes fuerunt. 194  
**Regisfugium** quale sacrum & cur instituta? 256. 272  
**Regina** sacrorum, vocabatur uxor Regis sacrorum. 126  
**Regio**, quid? 19  
**Regionum** XIV. urbis Romae descriptio. 19. prima. 18. 19. secunda. 23. tertia. 25. quarta. 27. quinta. 31. sexta. 33. septima. 36. octava. 37. nona. 45. decima. 48. undecima. 50. duodecima. 51. decimatercia. 52. decimaquarta. 53  
**Regium** imperium, per quos Romae excusum. 498  
**Regna** vini. 376  
**Regnum** & Monarchia ut differant. 486  
**Regula** juris. 556  
**Rei** citatio quomodo instituenda. 686  
**Rei** dimittendi formula quae? 695  
**Rei**, dum iudices sententiam ferebant, se ad eorum pedes projiciebant. 690  
**Rei** iudicium quid? 680. duplex, unum pro reo, alterum contra reum. 680  
**Rejctio** iudicium quomodo feret. 687  
**Relegati** qui fuerint dicti? 682  
**Remi**, instrumenta quibus naves aguntur. 739. **Remi** nā p̄viri dicti. ibid.  
**Remitruendes**. 739  
**Remuncti**, navigia piscatoria. 741  
**Remuria**, postea Lemuria dicta, sacrificia in Remi honorem. 16. a  
**Remus** ac Romulus Rheae Sylviae filii. 2. expositi & à quo educati. ibid.  
**Remus** Romuli frater cur occisus. 2. 558  
**Remus** à praedonibus captus, Numitoris nepos agnoskitur. 2. per nefas à Romuli militibus interfectus in Aventino monte sepultus fuit 16. a. in ejus honorem annua sacrificia instituta. ibid.  
**Reues** & inguina Veneri adjudicant veteres. 175  
**Remunsiatio** matrimonii quo ritu fieret. 437  
**Rerum** parenti filii ad concitandam misericordiam producebantur. 689  
**Repetere** penas qua translatione dictum. 685

**Repetundarum** in crimine quam formula servata. 686  
**Reposita**, quale convivium. 430. 433. a  
**Reputium** quid? 437. & 438. a. ut differat à divorcio. ibid. ejus formula. ibid.  
**Reverna** varia divisiones ex Iustini. libris. 659  
**Resecare** populum quid? 696  
**Resignatum** es militi quid? 749  
**Responsa** prudentum quae, eorumque auctoritas. 733  
**Respublica** Romana primum à Regibus gubernata fuit. 487. 488  
**Respublica** Romana quando in Monarchiam conversa. 502  
**Resstitutio** in integrum quid? 680  
**Retinaculum**, finis anchorarius. 740  
**Reticulum**, tegmen capitis muliebre. 409. unde sic dictum. ibid.  
**Reus** facere quis diceretur. 685  
**Reus** quis dicitur? 565. quomodo evocatus. 696  
**Rex** apud Romanos principem locum tenuit inter magistratus ordinarios. 487. ejus officia atque potestas. 488  
**Rex** sacrorum sive Rex sacrificulus, quando, quare & à quibus creatus. 126  
**Rexonare** quid? 426  
**Rhamaenses** quae loca Urbis inhabitant, & unde sic dicti. 18  
**Rhea** Sylviae Numitoris F. 2. à Murte impraegnata. ibid. carceri includitur. ibid. geminos procreavit, Romulum & Remum. ibid. à Numitore patris virgo Vestalis creata. 216  
**Rhea**, Saturni uxor. 96  
**Rhomphaea**, scli gens. 764. a. b  
**Rica** vestimentum quale. 35. b. 435. b  
**Rica** & ricula quid sint? 409  
**Ricinum** quale vestimentum & unde sic dictum. 398  
**Robigalia** sacra. 33. a. 180. quando, cui cur & à quo instituta. 268. ove & cane hoc sacrum peragebatur. ibid.  
**Robigus** Deus, unde sic dictus. 175  
**Robur**, qualis locus in carcere. 679  
**Rogare** quid? 497  
**Rogatio** dicebatur quod de ea rogandus populus. 551. 695  
**Rogatio** per trinas mundinas promulgata manebat. 695  
**Rogationis** formula. 459. 695  
**Rogo** ardentem facem aversus inferebas desumto necessitudine majore conjunctis. 442  
**ante Rogos** humanis sanguis effundebatur. 442  
**Rogus** quid? 564. 566  
**Roma** quando & à quo condita? 2. 4. b  
**Roma** circulari forma primum fuit. 8. b. quo ritu condita sit. 9  
**Roma** à Romulo in tres tribus distributa. 13  
**Roma** divisa in vicos & regiones ab Augusto. 18  
**Roma** postea Septicollis dicta. 7. a  
**Roma** quis nomen imposuerit. 5. a. unde sic appellata. ibid.  
**Roma** natalis dies. 267  
**Roma** urbis regimen triplex, civile, militare, sacrum. 483. a  
**Roma** 483. a

Romani exercitus divisio in auxilia & legiones. 718, 719  
 Romani Indi quales fuerint. 341. cur magis appellati. ibid.  
 Romani unde quiritis dicti. 163  
 Romani 170. primis annis, ritu Persico, templis, simulachris, deorumque statuis cavuerunt. 86. a  
 Romani à media nocte diem suum inceperunt. 240. in quot vigiliis illum dividerint. ibid.  
 Romani cur annum à mense Januario inceperint. 249. triplici anno diversis temporibus nisi sunt. 235  
 Romani quomodo cibum sumserint. 363  
 quoties singulis diebus. 358. acumbendi mos unde ad eos manaverit. ibid. & seqq.  
 Romani quomodo bellum hostilibus indixerint. 715. quomodo in milites obedientiam detrectantes aut delinquentes audiverint. 747. 748. quomodo in devotos hostes. 742  
 Romani quem ritum observaverint ferientes fœdus cum aliquo populo. 716  
 Romani mari sese non commiserunt ante primum bellum Punicum. 737  
 Romani quanti auguria & extispicia fecerint. 206  
 Romani consanguineorum morientium spiritum ore respiciebant, oculisque claudabant. 439. cadavera lavabant. 440  
 Romani coram corpora, quos impune velent occidi, diis inferis devovebant. 68  
 Romani nonnunquam placandæ alienigenæ dei ira causa, convivium in templo illius exhibebant. 293  
 Romani furem dupli, & fœuratorem quadrupli condemnabant. 591  
 Romani in tumultu fuga militaria sumebant. 400  
 Romani veteres in honorem amici vel amice tot cyathos bibebant, quot literæ in eorum nomine essent. 376  
 Romani pristini moderate seorsim prandebant, cum amicis verolongius cenabant. 361  
 Romanorum luxus in conviviis post Asiam domitam. 369. a. b. & seqq.  
 Romanorum potestas in filioerat in omne tempus vitæ eorum. 570  
 Romanorum veterum cura in colendis hortis. 17. a  
 Romilia, prima rustica tribus, unde sic dicta. 470  
 Romuli, sive Quirini, apotheosis. 163. 164. nomen cur mutatum fuerit. 13. a  
 Romuli prosapia refertur ad Æneam Trojanum. 2. mater. quæ? ibid. & 3. a  
 Romulum condentem Urbem de tempore durationis quid monuerit. 201  
 Romulus ac Remus, Rheæ Sylvie filii. 2. ab Amulio expositi. ibid. à quo inventi & educati. ibid.  
 Romulus, cur Quirinus dictus. 163. lacte, non vino libavit. 561. primus tribus instituit. 468  
 Rorarii, quinam milites. 726  
 Rosinus in descriptione Antiquitatum suarum quos scriptores recentiores secutus fuerit? 1  
 Rostra qualis pars navis. 738  
 Rostra ubi fuerint & unde dicta. 453. nova

& vetera. ibid.  
 Rubiginalia sacra. 33. b  
 Rubigo, vel Rubigus deus, ejusque sacrificia. 33. a. b  
 Rufuli qui & unde sic dicti? 723  
 Rudentes quales fœnes nautici? 740  
 Rudiarii gladiatores. 354. a  
 Rudis; baculus gladiatorius. 352  
 Runa antiquis mamma. 171  
 Rumices. 764. a  
 Rumigestri, teli quoddam genus. 764. a  
 Rumina, dea qualis. 171  
 Rustia, dea qualis. 182  
 Ruric, antea phiala. 383. a  
 P. Rutilius Cos. cum L. Junio Casare in bello Marfico perit. 280

S.

Sabasia, nocturna sacra Bacchi 138. a  
 Sabatina tribus unde sic dicta. 473  
 Sabatinus & Saga Saturnus à Berofo dictus. 95  
 Sabinarum raptus. 426  
 Sacellum, quid? 83  
 Sacellum & ara Jovis conservatoris. 107  
 Sacellum gentii Sangi. 152  
 Sacellum deæ Strenie. 28. b  
 Sacer homo quis dicatur. 573  
 Sacerdos apud Græcos deus dicitur. 86. a  
 Sacerdotes Bonæ Deæ erant matronæ operantes sacris Faunæ. 126  
 Sacerdotes magnæ matris deum. 97. 98. in sacris caput torquere, crimem rotare, &c. solebant. 99. b. sibimet viriles partes amputabant. 101. a  
 Sacerdotia omnia pene descripta. 208.  
 Sacerdotum publicorum institutum quale. 195  
 Sacra, alia privata; alia publica. 563  
 Sacra anchora quæ? 739  
 Sacra Bacchi nocturna. 138. b  
 Sacra & sacerdotes Bonæ Deæ. 126  
 Sacra magnæ matris deum. 97. 98  
 Sacramentum, quale militia genus fuerit. 717  
 Sacramentum militare, ὄρκιον & σπασιατικόν. 717. 757. a. b. & seqq.  
 Sacrificantes diis caput velabant. 99. a  
 Sacrificantium ritus antiquissimus, circumagere corpus. 233. b  
 Sacrificia sua quomodo peregerint Romani. 231. 232  
 Sacrificia arguta quæ? 206. muta. ibid.  
 Sacrificiis peractis veteres ad opulas redibant, diis laudes canebant, pedibus circum aras complodentes, ad numeros psallebant, chæreas agebant. 232  
 in Sacrificiis ne quid verborum præteriretur aut præpostere recitaretur, descripto præire aliquem oportebat. 232  
 Sacrificium proprie quid? 231  
 Sacrificium triumphale. 790. b  
 Sacrima quid? 238  
 Seculares Iudi, unde sic dicti, & cur instituti. 342. 343  
 Sagaris, Massagetum telum. 766. a. b  
 Sagachlamys, vestis militaris. 713. b  
 Sagum vestimentum militare. 391. 713. b  
 Sagum belli insignis. 400  
 Σακκίσιον & σακκίσιον quid? 385. b

Salaia qualis dea, & unde sic dicta? 150  
 Saltare carmen primum composuit Numa Pompilius. 218  
 Saltares virgines. 218  
 Sali collini, qui, quando & à quo instituti. 222  
 Sali, sacerdotes, unde sic dicti. 218. 258. à quo instituti. ibid. unde Palatini dicti. ibid. quomodo saltarent & quales pileos gestarent. ibid.  
 Sali Quirinales, etiam Agonenses dicti. 222  
 Sallorum cæsus dicebatur collegium. 218  
 Sallorum festum. 258. eo festo cur ominosum nubere. ibid.  
 Saltatio proprie quid? 333. ejus diverse species. ibid. tres partes, latio, figura, indicatio. ibid.  
 Saltationis ratio veteribus non vulgaris. 333  
 Salve & vale cur mortuis diceretur. 442  
 Salus sanctæ & religiose à Romanis culta. 34. a. 170  
 Salutaris collis. 13  
 Salutaris porta unde sic dicta. 170  
 Salutatores qui fuerint? 497  
 Salutis angurium quale apud Rom. 170  
 Saluti à quo ades Romæ extructa. 170  
 Sanates qui dicti? 569  
 Sancus deus, ejusque usus & sacellum. 35. a  
 Sandalium, genus calceamenti. 113. 117. b  
 Sangus deus, vide Saucis.  
 Sanniones qui dicti? 326. b  
 Sardes, Lydorum primaria urbs. 340  
 Sardi, Reges Etruscorum. 340  
 Sardi venales, proverbium unde natum. 340  
 Sarissa, hasta Macedonica. 765. a  
 Satisfactionis ratio que fuerit. 672  
 Satura lex. 554  
 Saturnalia, festum Saturni. 96. 98. b. eorum origo & cur instituta. ibid. ferre etiam in Italia & Græcia celebrata. ibid.  
 iis Romani crebra convivia agitabant. ibid. dona tunc passim per Urbem conferebantur. 99. a  
 Saturni plures & diversi fuerunt. 95  
 Saturni etiam dicti fuerunt familiarum nobilitum & Regum senissimi. 95  
 Saturni Cæli patris virilia falce secantis fabula. 98. a  
 Saturni simulachrum quale fuerit. 95. 99. a  
 ades, aræ, aræ, lucus, sacrarium. ibid.  
 Saturni & Opis templum. 96  
 Saturno regnante omnia communia & indivisa fuerunt & nullum factum commissum. 95  
 Saturnum quare Aborigines in numerum dæorum retulerint. 95  
 Saturnus unde sic dictus? 95  
 Saturnus Thuficum nomen, & Syriaca lingua significat latentem. 95  
 Saturnus Aboriginum Rex justissimus. 95  
 Saturnus, quem Itali & post Romani coluere, fuit unisex filius aut posteritate Noë. 95  
 Saturnus cur à Jove filio catenis vinculus fuerit. 98. b  
 Saturnus unde ex se natos comedisse fingatur. 95. Cæli & Hecates filius. ibid.  
 unde Latus dictus fuerit. ibid.  
 Satyr.

*Satira*, qualis ludorum scenariorum species. 325. unde sic dicta. *ibid.*  
*Satira lanx.* 325  
*Satiri à Livio Andronico primum in comædiis induciti.* 325  
*Saxum Tarpesium quid?* 568  
*Scala, poculi genus.* 378. a  
*Scalvus?* 738  
*Scapha, quales navicula.* 742  
*Scaptia tribus unde sic dicta.* 474  
*Scena quid? 331. in ea non plures quam tres personæ fiat.* *ibid.*  
*Scenafrons est theatrum.* 315. proprie quid? *ibid.*  
*Scenarum tria genera, tragicum, comicum, satyricum.* 333  
*Scenici ludi qui & unde sic dicti.* 324  
*Scenici Sabini tænas dicebant.* 362. a  
*Schema, a, fem. gen.* 311. b  
*Schola proprie quid?* 24. b  
*Schola Martia.* 25. a. b. Palatiarum. *ibid.*  
*Scholasticus, pro tyronibus.* 25. a. in iure, pro advocatis. *ibid.*  
*Scorpio, qualis machina.* 736  
*Scorta apud Athenienses jubebantur flores vestes gessere.* 398. a  
*Scortea, tunica hirsuta.* 252. 347  
*Scortum deorum.* 4. a  
*Scortorum antiquissima lex erat, ne peregrinis vestibus uterentur.* 395. b  
*Scriba navalis minima fuit dignitatis.* 359  
*Scriba quinam fuerint.* 538  
*Scriba militares.* 542  
*Scribarum arrogantia à Catone minore fracta.* 538  
*Scribanum munus.* 501  
*Scribere Latinis, γράφειν Græcis, idem argue accusare.* 541. b  
*Scriptura, quale vestigal.* 745  
*Scurræ qui, eorumque duplex genus.* 325. a  
*Scuta virorum fortium erant picta, fuerunt & tyronum pura.* 767. b  
*Scutellum.* 518. b  
*Scutulum quid?* 518. b  
*Scutum qualis armatura.* 727  
*Sylax, vinculum ferratum.* 785. a  
*Syphus Herculis poculum.* 383. b  
*Sythæ quare Bacchifera non admiserint.* 138. a  
*Se, pro sine.* 560. 566. 582  
*Secespita quid? 231. unde dicta. *ibid.* ejus usus in sacrificiis. *ibid.**  
*Secutores qui fuerint?* 497  
*Seciores qui dicti?* 691  
*Secunde mensæ, sive mensæ pomorum que fuerint apud veteres.* 369  
*Secus, pro sexus, neutr. gen.* 102. b  
*Sedere, formula factorum observata in finebri solemnitate.* 232. a  
*Sedere, pro feriari.* 259  
*Sedes pro sepulchro.* 232. b  
*Segetia dea.* 181  
*Segetria, pelles nuntiæ.* 741  
*Seia, sive Segetia qualis dea.* 181  
*Sella curulis.* 501  
*Sementina ferie.* 252. unde sic dicta. *ibid.* cur instituta. *ibid.*  
*Semidei qui?* 82  
*Semones, quales dii?* 82. 171  
*Senacula loca fuerunt, in quibus senatus haberi solent.* 495. tria Rome fuerunt. *ibid.*

*Senaculum quid? 61. Græcis Τετραία.* *ibid.*  
*Senator sententiam dicturus assurgebat, stansque dicebat.* 495  
*Senatores à Romulo primum instituti.* 67. a  
*489. eorum electio & numerus. *ibid.* cur Patres dicti. *ibid.* lunæ in calceis ferebant dimidiatam, quæ centenario numeri nota erat. *ibid.**  
*Senatores alii allecæ, alii conscripti.* 491. a  
*Senatores quinam fuerint dicti?* 71  
*Senatores pedarii qui fuerint?* 490  
*Senatoria ætas quænam fuerit?* 490  
*Senatorum numerus ad senatusconsultum faciendum quis fuerit necessarius.* 496  
*Senatorum filii nondum in senatum lecti, equites vel ex equestri ordine fuerunt.* 71  
*Senatorum insigne, tunica lati clavi.* 490  
*Senatus quale concilium fuerit.* 489  
*Senatus, alius legitimus, alius iudicialis.* 495.  
*legitimus quis? *ibid.* iudicialis. *ibid.**  
*Senatus auctoritas.* 492. b. dignitas, & potestas. 494. per quos more majorum haberi & consiliis consueverit. 495. quo loco & tempore. *ibid.*  
*Senatusconsulta duobus modis fieri solita.* 495. 496  
*Senatusconsultum quid? 551. quando fieri non poterit, & quomodo præscriberetur.* 496  
*Senio, jactus talorum prosperrimus.* 308. a  
*Sententia in senatu quomodo rogata, & dicta fuerint.* 495. 496  
*Sententia quomodo ferrentur apud Romanos.* 679. 690  
*Sentina pars navis inferior.* 738 pro malorum consortio etiam sumitur. *ibid.*  
*Sepelire hominem mortuum in Urbe lege 12. Tab. vetitum.* 442  
*September mensis unde sic dictus, diesque in illo festi.* 289. in Volcani tutela fuit. 290.  
*varia nomina habuit. *ibid.**  
*Septemviri agris dividendis & attribuentis.* 538. colonie deducendæ. 538. epulonum, quando & à quo instituti. 226  
*Septimatus.* 260  
*Septimius collis.* 14  
*Septimontium, quale festum.* 296  
*Sepulchris locus assignabatur à pontificibus.* 417. b  
*Sepulchrorum ornamenta.* 443. sanctitas. 566  
*Sepulchrum Sylla Felicitis.* 48. b  
*Sepultura communis Romanorum in viis publicis erat.* 447. b  
*Sepultura variarum nationum, ejusque diversi ritus.* 444. a. est juris natura. *ibid.*  
*Sequiores qui fuerint dicti?* 497  
*Serapis deus, ejusque templum.* 26. a. 187.  
*serpens pretio medicinæ artem exercuit. *ibid.* religiose ab Ægyptiis cultus. *ibid.* & b. per hunc nonnulla Josephum intelligi autumant. *ibid.* ei effigies qualis creata. *ibid.**  
*Sergia tribus.* 472  
*Servi aut nascuntur aut sunt.* 658  
*Servi atrienfes qui? 44. b. eorum officium.* *ibid.*  
*Servi publici qui fuerint.* 540  
*Servi herilem inierunt miserantes, pleni lacrymarum elatum corpus præcebat*

*pileati.* 441  
*Servi contra dominos torqueri non poterant, excepta causa incestus & conjurationis.* 683  
*Servi in pistrinum detrusi, asinarum nominis appellabantur.* 66. a  
*Servi tribus modis manumittebantur.* 78. reliqua vide in Manumissio.  
*Servis cur aures perforarentur.* 79. a  
*Servitus quid, & quotplex.* 658. 659  
*Servitus pro venditionem inducitur.* 697  
*Servius Tullius quomodo natus & ex qua matre.* 276. b. non legitime ad regnum pervenit. 488. Paganalia instituit. 277. centuriarum auctor & institutor. 456  
*Servorum senalium nota quænam fuerint.* 79. a  
*Sesertius, quasi semis tertius.* 585  
*Sextante temperati ac valetudinarii habebant.* 375  
*Sextarius qualis potus mensura.* 376  
*Sextatrus.* 260  
*Sexus, neutr. gen.* 112. a  
*Sibylle unde sic dicta, & quot numero fuerint.* 223. 225. a. b  
*Sibyllarum omnium carmina feruntur & habentur præterquam Cumæ, cujus libri à Romanis occultantur.* 213  
*Sibyllarum trium statua Roma juxta Restra.* 224  
*Sibyllina oracula quam diligenter à Romanis servata.* 223. quam antiqua. 224  
*Sibyllini libri non sunt nisi Sibylle opus.* 213. in linteis voluminibus erant descripti. 224. a  
*Sibyllinarum oraculorum libri Tarquinio venales oblati.* 282. fuerunt aliquot cremati. *ibid.* expulsus regibus eorum cura ad populum devenit. *ibid.* incolentes mansere usque ad bellum Marsum. 223  
*Sica, quale telum.* 643. 766. b  
*Sicarii qui, & unde sic dicti?* 643  
*Sicarius, prado, latro.* 766. b  
*Sicinista qui?* 441  
*Sicyoni Coronidi dea sua nullum sanum, nullamque statuam erigebant.* 85. b  
*Sigillarium festum.* 295  
*Sigma quid?* 363  
*Sigma apud Græcos aliquando ut litera C. fuit formatum.* 363  
*Signa militaria apud Romanos quæ? 722  
 Signa apud Romanos fuerunt alia vocalia, alia semivocalia, alia muta.* 722. eorum discrimen. *ibid.*  
*Silatum antiquis dicebatur jentaculum.* 361  
*Sileni ministri Bacchi.* 140. b. dicti Σῆναι ἱερασταί, à conviciari. *ibid.*  
*Silentium in auspiciis quid?* 204  
*Silennus cur astello veclaretur.* 140. b  
*Silicernium proprie quid?* 444. 565  
*Siliis lapidibus in sancendis sacerdotibus usus.* 106  
*Simia improbitatis symbolum.* 769. b. turpitudinis typus. *ibid.*  
*Simie aspellus pro re maxime turpi.* 769. b  
*Simpludii qui?* 444  
*Simpludaria (quasi simpludiarum) sumera quæ? 444  
 Simulachrum Apollinis Callipiciis.* 113. Sardanaliarum. 113. Sostiani. *ibid.* Tortoris. *ibid.*  
 Sinistra liberalitas. 70. a  
 Sinus

Sinus toga.	399	Stradp, ignis fridna.	447. b	Subici aries quis dicatur.	560
Sistere fana quid?	83	Spinturnix, divi ovinis avis.	202. 447. b	Subjugus deus.	429
Sistri usus in sacris Ifiaci	190. b	Spira, funium volubilitates.	740	Subrumi agni.	171
Sitienes qui & unde sic dicti.	441	Spongia opima que?	755	Subruncini limites qui?	622
Siticiensis qui?	563	Spongia usus in scribendo.	40. a	Subscriptor quis fuerit dictus.	685
Suzuidia quid?	297	Sponsa quibus ritibus & ceremoniis uxor fieret.	428. & seqq.	Subsellia que?	664
Suzupia qualia instrumenta.	217	Sponsa in sponsi aedes deducenda ritus.	177. a	Subsellia frangere versu quid?	340
Socius quid?	330	Sponsalia unde sic dicta.	423. qua etate contraherentur.	Subsidia qui milites dicti?	733
Societas qualis contractus.	661		424	Subfortitio iudicium quomodo institueretur.	687
Socrates infirmus vocit & Esculapio gallum, si convalesceret.	156. a	Sponsionis factenda ratio que fuerit.	672	Subnula, vestis interior virorum.	392.
Socrates cur Athenis damnatus.	233. b	Sponsus unde sic dictus.	423		407. 408
Sodales qui?	583. 584	Stadium locus erat curforibus destinatus.	315. 316	Subura via Urbis frequentissima.	24. a. in hac erant prohibita impudicarum.
Sodales Titii, quales sacerdotes.	208. unde sic dicti & quando instituti.	Stalagmium quid?	80. a. b	Suburana tribus que & unde sic dicta.	470
Sol unde sic dictus.	122	Stare ad aras, vocabulum in sacris receptissimum.	22. b	Succidanea hostia que?	231
Sol & Luna cuius filii.	122	Stare, formula sacrorum, antiquitus observata, in adoratione deorum.	232. a	Sudis, quid?	770. a
Sol in Oriente leonis specie, nomine Mithrae cultus.	122. a	Statilinus & Statanus, Dei presides & astantes.	171	Suffibulum, quale vestimentum.	149. b. 258
Sol 365. diebus & quadrante zodiacum conficit.	236	Statua cur & quibus erecte in foro.	699. a. b. quaedam erant triumphales, alie pedestres, nonnulli equestres.	Suffimentum quid?	288
Sole leonem subeunte amplior fit Nilii inundatio.	62. b	Statuina, sive stamina, quales partes navis.	738	Suffragia describere quid?	467
Solea plantam tantam tegebat, calcus totum pedem.	417	Stega, qualis pars navis.	26. a	Suffragia quo ordine centurie tulerint.	466
Solers proprie quis dicatur?	300	Stelle Poete domus.	473	Suffragiis iure alii, alii sine suffragiis civitate donabantur.	461
Soli quadriga consecrabatur.	321. a	Stellatina tribus unde sic dicta.	473	Suffragium quid? 567. aliquando pro anxilio accipitur.	ibid.
Soli & Marti equo litabatur.	232	Sternuta, quippiam divinitatis habere augurabantur, erantque in Cereis potestate.	198. a. matutina, infanda ominabantur; meridiana firmi erant augurii.	Suggillare, pro occludere.	439
Solida que proprie dicta.	300	Sterquilinus, deus qualis.	181	Summani templum.	281
Solifera, armorum genus.	763. a	Stimula dea.	174	Summanus deus, filius. 104. ejus caput de celo tactum decidit in Tiberim.	ibid.
Solissimum tripudium.	204	Stipendii summa que fuerit apud Romanos.	720	Summanus, Pluto, sive Orcus, sic dictus quasi summus Manium.	155
Solitaurilla quale sacrificium.	299. 300	Stipendium quid, & unde sic dictum.	518. a. 712. b. 748	Suoetaurilla, quale sacrificium.	299. his strabant agros suos patres familias.
Solon Atheniensium legislator.	548. b	Stipulatio quid?	660	Supercilia in Junonis tutela suere.	176
Solum Osce totum & solidum significat.	300	Stilitibus, idem quod super lites.	516	Supernumerarii milites qui?	726
Somnia aut plurimum ex eventis judicantur.	88 a	Stola, quale vestimentum & unde sic dictum.	408. 412. b	Supparum, genus veli.	741
Somnia inquietorum aut furiosorum infirma sunt.	88. b	Stola induebantur matrone Romanae, metrices & viliores toga.	400	Supparum, vestimentum puellarum.	408
Somnia de republ. efficacia credebant veteres, ideoque qui ea somniasent per precem publice sequenti die certos faciebant cives visorum.	89. a	Stolata mulieris icon.	403	Supplicatio qualis honor Imperatoris fuerit?	754
Somniantes de scandalis, uxorem portendi credidit antiquitas.	117. b	Strangulatio in carcere fiebat apud Romanos.	697	Suspectus tutor quis dicatur?	572
de Somniis eorumque interpretamentis quinam scripserint.	88. a	Strena quid, quo die data, & a quo mos ille inoleverit.	28. b. 250	Sylla Felix phthirasi obiit.	43. b. ob id ingente Cornelia prima crematus fuit.
Somniorum portae geminae, eburnea & cornea.	88. b. quid per has designaverint veteres.	Strene & xenia ut differant.	30. a	ibid. ejus sepulchrum.	ibid.
Somniorum diversitatem quibus involucris adumbrarint veteres.	88. b	Strenarum festum apud Rom.	28. b. usus & origo.	Sylvanus deus pecorum & agrorum.	173.
Somniorum interpretatio fuit olim par aruspicina.	88. a	Strenia dea, ejusque sacellum.	28. b. 174.	182. 184. b. unde sic dictus.	ibid.
Somnium ex cornibus quid? 88. b. ex ebore.	ibid.	Stria, prominentia columnarum.	413. a	Sylvano porca litabatur.	232
Sonere, pro sonare.	581	Striatæ pictura.	413. a. stola. ibid.	Sylvius Ascantii successor quot annos regnavit.	2
Sonicium tripudium.	204	Strigilis usus in balneo apud antiquos.	58	Symphostarcha, magister convivii.	372. a. 376
Sonticus morbus quis?	578	Strigillum quid? 409. 433. b. eorum morem papillarum cohibebant virgines.	ibid.	Symphultrix dicebantur mulieres rebus divinis dedite.	230
Sophista juris qui apud Romanos.	555	Stroppus quid?	209	Sympultrum, quale vas & unde dictum.	230
Sortes Apollineae.	116. b	Struere pedem, puzari.	579	Sympultrix.	377. b
Sortes in profundum aliquem fontem jactabantur divina gratia.	116. b	Struppi, qualia vincula?	740	Sympvium, quale vasis genus.	230. 377. b
Sortitio iudicium quomodo instituta.	687	Struppum quid?	538	Symphax quando a Mastiussa superatus.	282
Sparus, telum rusticum	743. b	Stryx, avis mali ominis.	447. a. unde sic dicta.		
Spectationem habere in auguriis quid?	454	Sub pellibus esse quid?	730		
Spei aedes consecrata. 168. effigies ejus qualis fuerit.	ibid.	Sub vitem preliari qui milites dicti.	735		
Sphera, pila.	309. b	Subdival quid?	44. b		
Sphæra, globuli.	525				
Spherista.	309. b				
Sphæromathia.	309. b				

T.

**T** litera senatusconsultis subscripta quid significavit. 496  
 Tabellæ quot & quales darent populi in comitiis legum. 467  
 Taberna, aedificia qualiacunque popularis usus. 61  
 Tabula auctionaria. 688. 689  
 Dasi & expensæ. 688  
 Passionales. 689  
 Tabula rationum relatarum. 689  
 Tabularum nomine omne genus scripturarum appellabant, quo causam suam confirmarent.



firmare possent. — 688  
 Tuges anguriorum & aspidiorum inventor in Hetruria. 197. a. 207. subitò de terra emeruisse visus. ibid. hujus præcepto asini caput præsepibus affigi solebat ruri, ad arcenda incommoda. ibid.  
 Tali pedum in Thetidis potestate fuerunt. 175  
 Talio, qualis pœna. 587. 682  
 Talorum ludus in convitiis frequens. 307. b  
 Tanagulis lanificium. 35. a. ejus colus in æde Sancti Dei asseruata. ibid.  
 Tapulla lex convivalis. 372. a  
 Tarquinii tyranni prælio à Romanis superati. 256  
 Tarquinio Prisco aquila pileum capiti de tradium sua sublime exivit, moxque reposuit. 201. hinc regnum à omnium transferrunt. ibid. quid eidem exitum portendebat. ibid.  
 Tarquinius Priscus s. Rom. rex, primus omnium circum maximum extruxit. 513. primus cloacam fodere cepit. 521  
 Tarquinus Superbus non legitime ad regnum pervenit. 488  
 Tarentenses quæ loca Urbis inhabitant. 18. 468. unde sic dicit. ibid.  
 T. Tatius Sabinus. rex, primus Saturno ædem Romæ in Capitolio monte vocit & extruxit. 96. primus Soli & Lunæ ædes consecravit. 122  
 Taurii Indi. 344  
 Ταυροτόνη & ταυροβόλη & Diana. 101. b  
 Τεβενίον, sive tebeunum, togæ genus. 398. 403. a. b  
 Tellumo, vis masculina quæ semina producit. 96  
 Telluris dea cognomina quæ? 96. 97  
 Telluris ædes. 96  
 Telluris cultum primus instituit Melissus. 96  
 Tellus, vis feminina quæ semina recipit. 96  
 Telmessus Urbs in Caria, in qua excellit aruspicum disciplina. 88. a  
 Telum quid & unde sic dicitur. 589  
 Temetum, vinum, hinc temulentia. 558  
 Tempestatis ædes à M. Marcello constructa. 186  
 Tempia & ædes sacra ut differant. 83  
 Tempia cur augusta dicta fuerint. 86. a  
 Tempia, aræ, sacra ædes, quæ verborum forma dedicata fuerint. 83. & 84  
 Tempia diis quibusdam veteres iatra Urbem, quibusdam extra, aliis in montibus, aliis in foro, aliis alibi extruebant. 83  
 Tempia effari quid? 83  
 Tempia veterum nostris non fuerunt asinilia 83. quot partibus consistant. ibid.  
 Tempia violare, piaculum habebatur. 21. b  
 Temporum primi repertores. 85. b  
 Templum quid & unde dicitur? 82  
 Templum triplicem habet significationem, 1. significat caelum. 2. loca in ære anguriorum captandorum causa designari solita. 3. loca subterranea. 82  
 Templum in augurali disciplina est cali regio. 85 a. 200  
 Templum etiam sumitur pro quolibet loco clauso, etiam si profano. 85. a. etiam pro sepulchro. ibid.

Templum Apollinis. 133  
 Æsculapii. 163. in hoc incubabant ægroti valetudinis causa. ibid.  
 Templum D. Augusti. 42. b  
 Genii. 154. a  
 Templum Hierosolymitanum à Titoincensum. 87. a  
 Templum Jani pacis tempore clausum, belli autem tumultu apertum. 92. 94. a. tertantum clausum à Numa regno ad Augustum. ibid.  
 Templum Jovis Arbitratoris. 107. cur Pentapylon dicitur. ibid.  
 Templum Jovis Capitolini sæpius conflagratum. 104. quæ & qualis in hoc templo Romani peregrini pacis & belli tempore. ibid. & 105  
 Templum Jovis Castodis. 107  
 Templum Jovis Feretrii. 103. ex hoc templo sumebant Romani sceptrum per quod jurarent, & lapidem silecem quo fœdus ferirent. ibid.  
 Templum Jovis Mariani. 107  
 Jovis Prædatoris. 107  
 Templum Jovis Statoris Neronis tempore existum. 103. in hoc nonnquam servatus habebatur & senatusconsulta fiebant. ibid.  
 Templum Jovis Tonantis. 106  
 Jovis Ultoris. 106  
 Templum D. Julii. 41. b  
 Templum Junonis Lucinæ. 111  
 Templum Lunæ. 122  
 Templum Martis ab Augusto structum. 129  
 Templum Solis Helioabal. 122  
 Tentoria sive tabernacula exercitus Rom. ex pellibus fieri consueverunt. 392. a. b. 730  
 M. Terentii Varronis opinio de Deo. 82  
 Terentia tribus. 474  
 Terpidiores qui? 724  
 Terminales lapides. 184. a  
 Terminalia sacra quando celebrata & à quo instituta. 182. 256. eorum ritus, & unde sic dicta. 263. b. & seqq.  
 Terminalis Jupiter. 182  
 Termini sancti & inviolati habebantur. 194  
 Terminus Deus. 183. in ejus tutela erant agrorum fines. ibid. ejus statua. 184. a  
 Terminus & Juventas evocati sacrificiis à Tarq. Superbo in alia templa cedere noluerunt. 104. 172  
 Terra gleb. inhumato corpori injecta à transcurantibus & in os immissa. 445. a. b  
 Terripavem quid? 204  
 Terripidum quid? 204  
 Τέρραρα, tessera. 525  
 Tessera frumentaria quales fuerunt. 524  
 Tesserae qui fuerint dicit? 726  
 Tesserarum ludus in convitiis frequentissimus. 307. b  
 Testamenta in prociectu facta quæ dicerentur. 718  
 Testamentorum ordo quis apud veteres. 573. eorum tria genera. ibid.  
 Testamentum calatis comitiis tempore patris his fiebat in anno. 450  
 Testes qui, eorumque conditiones. 688, alii

sponte, alii invitati testimonium dicebant. ibid.  
 Testimonia dicebantur omnes probationes extrinsecus sumpta. 687. in tres partes distributa. ibid.  
 Testimonium dicere quibus non permittitur. 683  
 Testis interrogandi formula quæ? 688  
 Testis officium quod? 688  
 Testium interrogatio summam Oratoris industriam requirebat. 688  
 Testinatum quid? 280  
 Testudo quale tabulatum. 736  
 Tetras palmæ vulgo appellari. 208  
 Tetrastylum, spatium seu locus quatuor columnis distinctus. 87. a  
 Τετρίδες quid sit? 412. a  
 Thalasso, calathis, quæ sillus. 429  
 Thalassonem invocabant Romani in neptitis. 429  
 Thalia una ex Grætiis. 135. a  
 Theatri partes quæ? 315  
 Theatrum quid? 314. unde sic dicitur. ibid. à quo primum Romæ constructum. ibid.  
 Theatrum manserunt C. Pompejus Magnus primum Romæ extruxit. 314  
 Theatrum temporarium L. Mummius erexit. 314  
 Theatrum M. Scæurii sumptuosissimum. 314  
 Themisio medicus. 166. b  
 Thensaurus pro thesauro. 520. b  
 Θεοὶ Σωτήρες. 34. b  
 Θεοὶ nude derivetur. 82  
 Therme, alia æstiva, alia hyemales. 59. 62. b  
 Thermarum Diocletianarum descriptio. 59. 60  
 Thermarum luxus apud Romanos. 59. 62. b. 63. a  
 Thermarum sola sternebantur vitro, lapide, aut crustis marmoris. 59. 64. a  
 in Thermis populus campana sonitu vel vocabatur vel dimittebatur. 60  
 Thesauri reposti in tumultis. 520. b  
 Thesmophoria sacra in honorem Cereris instituta. 143. b  
 Thespiis primum pensiles scenas implensivis circumegit. 328  
 Thetæ nota capitalis sententia. 708. a  
 Tholus quid? 90. a  
 Thorenus quid & unde sic dicitur. 83  
 Θρίαμβος Bacchus dicitur fuit. 753  
 ex Thure in ignem coniecto quomodo divinant veteres. 702  
 Θυπέδον, clypeus. 727  
 Θυριβύλιον quid? 230  
 Thons quid? 92. b. quo tempore inventum & in sacrificiis receptum. ibid.  
 Thyrsus quid, quævis usus in Bacchi sacris. 138. b  
 Θύρα, genus pileoli. 232  
 Tibæ, pro tibi. 144. a  
 Tiberis fluv. cur Rumon à veteribus, & in sacris Serra nominatus. 342  
 Tiberius edicto sustulit strenarum commercium. 29. b  
 Tibie unde sic dicta. 334. earum differentia, usus, & materia. ibid. alia vetus, alia nova. ibid. pares & impares. ibid. Phrygia & Serrana. ibid.  
 Spondiæ. ibid. Singulares quæ? ibid.

<i>veliqua de tibiis, vide.</i>	334. 335	<i>Triarii milites qui?</i>	724. 726	<i>donisque persequendis praerant.</i>	227
<i>Tibie buxæ inventores qui?</i>	101. b	<i>Triatrus.</i>	260	<i>Triumviri colonia deducende.</i>	565
<i>Tibitines decem ad funera adhibebantur.</i>	583	<i>Tribunal quid?</i>	664	<i>Triumviri legendi senatus.</i>	531
<i>Tibitines tibiis incinentes sacris populi Rom. interesse solebant. 228. eorum collegium.</i>	229. b. 230. b	<i>Tribuni unde sic dicti.</i>	468	<i>Triumviri monetales.</i>	515
<i>Tifata locus prope Capuam. 451. hinc Tifata curia.</i>	ibid.	<i>Tribuni comitiati qui? 723. Rusuli.</i>	ibid.	<i>Triumviri nocturni qui, eorumque officium.</i>	515
<i>Tigna, à tegendo dicta.</i>	590	<i>Tribuni militares qui fuerint. 509. cur &amp; quot creati.</i>	ibid.	<i>Triumviri, qui conquirent juvenes idoneos ad arma ferenda, militesque facerent. 531. quando creati.</i>	ibid.
<i>Tigni appellatione distinctur omnis materia ad ædificium necessaria.</i>	590	<i>Tribunitia potestas.</i>	502	<i>Triumviri recognoscendi turmas equitum Romanorum.</i>	531
<i>Tignum concupes.</i>	590	<i>Tribunorum militum officium.</i>	723	<i>Triumviri reipublice constituenda contra leges instituti §10. non dicitur: ibid. quare in rempublicam inducti.</i>	ibid.
<i>Tigridis velocitas &amp; amor in catalos. 141. b</i>	138. b	<i>Tribunorum plebis creatorum quamvis causa fuerit. 511. numerus duplicatus. 512. potestas quanta fuerit. ibid. terminata fuit manibus, nec extra Urbem quicquam valuit.</i>	ibid.	<i>Triumviri, tres viri, seu tres viri capitales, quando &amp; cur instituti. 514. eorum officium.</i>	ibid.
<i>Tisiphone, una è furiis.</i>	155	<i>Tribunus celerum quis?</i>	207	<i>Triumviri valetudinis.</i>	515
<i>Titiensis tribus unde sic dicta.</i>	468	<i>Tribus quid? 468. à tributo dando sic dicta.</i>	ibid.	<i>Troja noctis Imaque presidio à Grecis capta.</i>	125. b
<i>Titulus quid? 332. unde sic dictus. ibid.</i>	7	<i>Tribus vocabulum triplici modo accipitur, aut pro loco, aut pro hominibus, aut pro jure.</i>	468	<i>Troja salvo in ea Palladio inexpugnabilis fuit.</i>	147
<i>Titus Titius à Romulo viduus.</i>	7	<i>Tribus quis primus instituerit.</i>	468	<i>Trapa, obversio, ludi genus.</i>	326. a
<i>Toga &amp; ejus multiplex differentia apud Romanos. 391. 398. &amp; seqq. pacis tempore gestabatur. ibid. ejus forma &amp; materia. ibid. triplex cinctura. ibid.</i>	401	<i>Tribus multa aliquot illustrium familiarum nomina sibi adstiterunt.</i>	471	<i>Troria, vecto.</i>	326. a
<i>Toga alba.</i>	401	<i>Tribus prærogativa dicta.</i>	466	<i>Trophaea fuerunt corpora trunca cum spoliis.</i>	756
<i>Toga candida utebantur petentes honores.</i>	401	<i>Tribus urbana &amp; rustica. 469. de iis sigillatim à pag. 469. ad pag. 475.</i>	470	<i>Trophaum quid, &amp; unde sic dictum.</i>	774. a
<i>Toga distincta majorem habuit dignitatem.</i>	399	<i>Tributa comitia quid sunt &amp; unde sic dicta? 468. per quas personas peragerentur. 476. quo loco. 478. quo tempore ibid. quo modo &amp; processu. 479. 480 &amp; seqq.</i>	475	<i>Tropi, tropoteres, Latine qui?</i>	740
<i>Toga domestica. 406. forensis. 406. a</i>	406. a	<i>Tributorum comitorum causa quatuor fuerunt.</i>	475	<i>Tromentina tribus unde sic dicta.</i>	473
<i>Toga lœna 398. picta, purpurea. 398. 402.</i>	405. b	<i>Tributum quid? 745. duplex, ordinarium &amp; extraordinarium. ibid.</i>	ibid.	<i>Trudes, instrumenta nautica.</i>	739
<i>Toga libera. 401. militaris. 405. b</i>	400	<i>Triclinium quid, &amp; unde sic dictum. 363. 366. a</i>	363.	<i>Trulla, siphon profundior.</i>	383. a
<i>Toga, pacis insigne.</i>	400	<i>Trientes erant calices quotidiani.</i>	376	<i>Truba olim vinum dicebatur.</i>	424
<i>Toga palmata. 402. 780. a</i>	402. 780. a	<i>Trifinium quid?</i>	385	<i>Tuba quid?</i>	722
<i>Toga Phrygiana 402. picta. ibid.</i>	401	<i>Trifolium quid, &amp; unde sic dictum. 363. 366. a</i>	363.	<i>L. Tuberoni præter quale augurium exitium portenderit.</i>	202
<i>Toga prætexta, unde sic dicta. 401</i>	402. p. r. a.	<i>Trifolium quid?</i>	385	<i>Tubines qui?</i>	228
<i>Toga pella, ejusque usus. 401. 402. p. r. a. 401. r. e. l. l. a. 401. stutulata 402. sericulata 402. sordida. 402</i>	402	<i>Trifolium quid?</i>	385	<i>Tubulistrum quale festum? 260. 272</i>	260. 272
<i>Toga sordida in quo differat à pella. 402</i>	402	<i>Triptolemus Cereus pater Grecis dicitur. 143. a</i>	143. a	<i>Tueri duo diversa significat &amp; qua? 228</i>	228
<i>Toga virilis. 339. 401. undulata. 402</i>	339. 401. undulata. 402	<i>Triptolemus Cereris beneficio fruges per omnes gentes amplificavit. 143. a</i>	143. a	<i>Tullianum, qualis pars carceris.</i>	697
<i>Toga mensura. 399. componenda cura que fuerit.</i>	ibid.	<i>Tripudia Solistima. 203</i>	203	<i>Tumpanum quid?</i>	100. b
<i>Toga usus proprius fuit Romanorum, ut pallium Grecorum. 400</i>	400	<i>Tripudium, sive terrapavium quid? 203</i>	203	<i>Tunica erat virorum &amp; mulierum vestimentum. 408. 414. a</i>	408. 414. a
<i>Toga decotes 402. p. e. x. a. 402</i>	400	<i>Tripudium Socraticum. 204. Ofonium. ibid.</i>	204.	<i>Tunica clavata. 407</i>	407
<i>Togata mulieres matronis opponuntur. 400</i>	400	<i>Trilones cum buccinis insidit adis Saturni superpositi. 96. quid per eos significari voluerint Romani. ibid.</i>	96.	<i>Tunica lati clavi. 407. propria fuit senatorum. ibid.</i>	407.
<i>Togati pro Romanis.</i>	400	<i>Triumphalia ornamenta. 776. a</i>	776. a	<i>Tunica palmata. 407. ralla. 391. spiffisa. ibid. calaris. 406</i>	406
<i>Tollere infantem, quid? 176. b</i>	176. b	<i>Triumphantes Capitolium curru ascendebant. 12. b. 13. a</i>	12. b. 13. a	<i>Tunicarum color purpureus. 407. 314. b</i>	407. 314. b
<i>Tonse, instrumenta nautica. 739</i>	739	<i>Triumphantium curruis quare tintinnabulum &amp; flagellum appensum? 110. a. 758</i>	110. a. 758	<i>Turris que, &amp; unde sic dicta. 722. videbantur in de. vias. ibid.</i>	722.
<i>Tonfilla quid? 739</i>	740	<i>Triumphantium pompa &amp; currus. 777. a. 779. a</i>	777. a. 779. a	<i>Turris mobilis qualis fuerit machina. 735</i>	735
<i>Torus, funis è loris contextus. 740</i>	740	<i>Triumphantis curruis cur servus à tergo coronava sustinens insideret. 779. a</i>	779. a	<i>Tursus vicus, unde sic dictus? 14</i>	14
<i>Trabea, vestis consularis &amp; triumphalis. 408</i>	780. b	<i>Triumphantium curruis quare tintinnabulum &amp; flagellum appensum? 110. a. 758</i>	110. a. 758	<i>Tutanus deus qui rebus tuendis præest.</i>	181
<i>Trabea, vestis sacra, regis, senatoria. 780. b</i>	407	<i>Triumphantium pompa &amp; currus. 777. a. 779. a</i>	777. a. 779. a	<i>Tutela navis, quale signum. 738</i>	738
<i>Trabearum tria genera. 407</i>	333	<i>Triumphantium rationes que? 753. Pompa 774. 775. &amp; seqq.</i>	753. 774. 775. & seqq.	<i>Tutilla dea. 181</i>	181
<i>Τραχέλιον. 333</i>	659	<i>Triumphorum duo genera, major &amp; minor. 752. 753. 754. 755. alii navales, alii terrestres. 752</i>	752.	<i>Tutorem imperii agere quid? 492. a</i>	492. a
<i>Traditio quenam complectatur. 659</i>	330. a. b	<i>Triumphus qualis honor. 752. 773. b. unde sic dictus. ibid. b</i>	752. 773. b. unde sic dictus. ibid. b	<i>Tutulus, flaminicarum capitis ornamentum. 209</i>	209
<i>Tragicorum primus quis? 330. ornatus quis? 330. a. b</i>	330. a. b	<i>Triumphus ut differat ab oratione. unde sic dictus. ibid.</i>	unde sic dictus. ibid.	<i>Tyberinus Albano regno quamdiu præfuerit. 2</i>	2
<i>Tragædia quid, &amp; unde sic dicta? 328. ejus utilitas. ibid.</i>	328.	<i>Triumviri adibus sacris incendio consumptis restituendis, &amp; sacris conquirendis,</i>		<i>Tympana ærea &amp; buxus in sacris matris deum locum habebant. 100. a</i>	100. a
<i>Tragædia Libero Patri fuit dedicata. 90. b</i>	330			<i>Typhoa gigas à Jove superatus. 102</i>	102
<i>Tragædia &amp; Comædia ut differant. 330</i>	524			<i>Tyranni vox in bonam partem sumpt. a. 486. immutata in malam. ibid.</i>	486.
<i>Trojani memorabilis vox præfectum suum cingulo &amp; gladio donantis. 524</i>	740			<i>Tyrannis quid? 486. opponitur Monarchia. ibid.</i>	486.
<i>Transenna, frenis extensus. 740</i>	738			<i>Tyrannus quis, &amp; unde sic dictus. 486</i>	486
<i>Transira, unde sic dicta? 738</i>	371. a			<i>Tyrinthii sylvestria pyra comedebant. 143. a</i>	143. a
<i>Τραπέζιον. mensurarum adornator. 371. a</i>	371. a			<i>Tyro</i>	
<i>Τραπέζοιδοι, mensurarum structor. 371. a</i>	371. a				
<i>Τραπεζιον quid? 65. b. unde dictum. ibid.</i>	ibid.				

Tyrone qui fuerint & unde sic dicti? 357. a.  
404. b. 758. a. 16. anno militabant. ibid.

V.

**V** & R. littere quid significaverint in comitiis legum. 467  
 Vacana qualis dea. 174  
 Vacio sine remittere. 29. a  
 Vadari quid? 671  
 Vadimonium promittere quid? 671  
 Vagulo, as; & vagulatio quid? 581  
 Valenda, pro Kalenda. 263. a  
 Valeria familia nomen & origo unde? 342  
 P. Valerius Publicola Cos. primus collegam suum Juuianum Brutum fratri oratione laudavit. 442  
 Vallonia qualis dea. 182  
 Vallus sive vallum quid? 734  
 Vasa, quorum usus apud Romanos in sacrificiis fuit. 230  
 Vassali qui, & unde sic dicti? 69. b  
 Vaticana bibliotheca celeberrima totius orbis. 16. unde sic dicta. ibid.  
 Vaticanus (aliis Vagitanus) qualis dens. 171  
 Vaticanus mons unde sic nominatus? 16. in eo vetustissima illex. ibid. nunc clarus propter celeberrimam bibliothecam Vaticanam. ibid.  
 Vestigal certum & incertum quodnam? 475  
 Vestina tribus. 473  
 Vestis qui & Vejupiter & Vedius unde sic dictus. 106  
 Vestis templum. 258  
 Vestina tribus. 474  
 Vestis militis expediti, sic dicti quasi volantes. 725. 726  
**VELLIS JUBEATIS QUIRITES**, erat commune principium omnium adionem cum populo. 466  
 Velum quid? 740. ejus forma & materia. ibid.  
 Vena cur militi R. ignominia causa soluta. 748  
 Venabulum, quid? 119. a  
 Venationis praestantia. 121. a  
 Venditio qualis contractus. 660  
 Venditio, qua & auxilio dicta, subhasta fiebat. 697  
 Veneficium quid? 643  
 Veneralia sacra. 267  
 Venerem quomodo effinxerint veteres 130.  
 Veneres quatuor recenset Cicero. 130  
 Veneri Erythrae meretrices sacrificabant. 267  
 Veneri sacrum fiebat cum floribus & myrto Kalend. April. 264  
 Veneri columba litabatur. 232  
 Veneris genitrix feria. 290. templum a C. Julio Casare structum. 132  
 Veneris Verticordia sacrum. 265  
 Venilia quid? 150  
 Venire sub corona quinam dicerentur? 743  
 Venus unde sic dicta. 130  
 Venus Anadromene. 41. b. Marina 42. a. cur & mari nata fingatur. ibid. & 130  
 Venus nunc Cluacina, Mertia, Libitina, Libentia, Alma, Calva, Erycina, Verticordia, Romana, Victrix, Genitrix


dicatur. 131. 132  
 Venus Vulcani uxor. 145  
 Verberatio per lictorem fiebat. 697  
 Verberis, pro verberet. 559  
 Verruncare, veteribus vertere. 175  
 Verticordia Venus sic dicta. 131  
 Vertumnalia festa. 181  
 Vertumnus iratis quinam dicitur natus. 181  
 Vertumnus, sive Vortumnus, deus qualis. 180  
 Veruli qui? 761. b  
 Vertum, quale teli genus. 727. 761. a  
 Vestas sive vestillones qui & unde sic dicti. 229. 441  
 Vespasians in deos relatus. 214. b. ejus suorum dictum in prima morbi accessione. ibid.  
 Vespera undecimum diei tempus apud Romanos. 240. unde sic dicta. ibid.  
 Vespernam veteres appellabant canam. 361  
 Vestillones qui? 229  
 Vestia, terra, a vestiendo dicta, quod terra variis herbis vestitur. 146. 147. a  
 Vestia diu ante Romam conditam fuit culta a Romanis. 146  
 Vestis Pulvinae sacrum. 268  
 Vestis sacrum quomodo perageretur a Vestilibus. 258  
 Vestis simulachrum quale. 146. 147. a. in omnia adium privatarum vestibulis stabat. 147. a  
 Veste templum a quo Roma primiva constructum. 216. 246  
 Vestales virgines. 146. aeterni ignis custodes, deque carum prima apud Romanos institutione variae opiniones. 216. earum numerus, officium, dignitas, &c. ibid. Privilegia. 217  
 Vestales ad nuptias convolare non poterant ante trigessimam aetatis annum. 149. a  
 Vestales virgines cujus aetatis, ex qua familia & quo ritu capi solita. 217  
 Vestales 30. annos pura debebant manere a nuptiis. 216. impudicarum & supratarum pena. ibid. & seqq.  
 Vestalia, qualia sacra, quo ritu & quo modo celebrata. 279. cur iis Vestales nudis pedibus ad templum Vestae ierint? ibid.  
 Vestali igne extincto omnia publica privatuque intermitterentur negotia. 148. a  
 Vestalis adulter verberibus necabatur. 148. b  
 Vestalis Maxima, cur sic fuerit dicta. 148. b  
 Vestalis, cujus incuria ignis erat extinctus, severi a Pontifice plecebat. 148. a  
 Vestalis ignis extinctus formidolosissimum habebatur apud Romanos. 216. quomodo extinctum deo accenderent. 217  
 Vestalium virginum auctoritas & dignitas 148. b  
 Vestalium extinctio igne pena. 217  
 Vestalium supratarum pena qua? 148. b  
 Vestem mutare quid apud Romanos. 402  
 Vestes herbae. 398. a. holoserica. 395. a. pellucida. 397. a. triumphantium. 779. b  
 Vestibulum quid? 147. a. Vestis sic dictum. ibid.  
 Vestimenta stragula. 391  
 Vestimenta muliebria. 408. virilia. 391  
 Vestimentorum diversa genera. 391. b. divisio in communia, familiaria, muliebria, puerilia, virilia. ibid.


Vestis triumphalis qualis fuerit. 454  
 Veteres ad certa forma captanda in templo dormiebant. 87. b  
 Veteres & cornibus boum potabant. 364  
 Veteres in conviviis clarorum virorum laudes canebant. 372. b  
 Veteratibus. 472  
 Vexilla quare singulis centuriis constituta fuerint. 722  
 Vespertina, sive Onfentina tribus, unde sic dicta. 474  
 Vexillones, petulantes, lascivi, in Venerem proposti. 42. a  
 Via quid? 584  
 Via sacra. 28. a. unde sic dicta. ibid. celebris propter rerum venalium emporium. ibid.  
 Viatores qui fuerint dicti? 540. 542. b  
 Vitula dea, qua ab erroribus vitium liberabat. 175  
 Vitiosa dea. 187  
 Vitomagistri, sive magistri vicorum qui? 525  
 Vitima si ductorem non sponte sequeretur, nulli omnis erat. 205. emissi si ad aram sponte accelleret, & sine tumultu vitium perferret, latti omnis erat. ibid.  
 Vitima, qualia sacrificia, & unde sic dicta? 231  
 Vitima alba superis, nigra inferis immolabantur. 233  
 Vitimarii, qui? 228  
 Victoria, unde dicta. 130. 134. a. quomodo depingeretur. ibid. ejus simulachrum quale fuerit. ibid.  
 Victoria Vitula nominabatur. 284  
 Victoria aurea statua. 105  
 Victoria simulachrum antrum 320. pondus ab Hierone Sicilia Rege gratulationis causa Romanis missum. 130  
 Victoria templum & aedes. 130  
 Victrix Venus unde sic dicta. 172. ejus imago qualis fuerit. ibid.  
 Vicius, est pars regionis. 19. sic dictus quod vias circum haberet. ibid.  
 Vicius Camenarum. 20. a  
 Vicius Mappae aetnae. 53. a. unde sic dictus? ibid.  
 Vicius Sandalarum. 113. 117. b  
 Vigiles in custodiendis civitatum muris apud Graecos tinnitibus mutabantur. 100 a  
 Vigilia nocturna, ex ubi diurna. 14. a. b  
 Vigiliarum dispositio qualis fuerit apud Romanos. 731  
 Vigintiviri agris dandis & attribuentis. 50  
 Vinialis mons unde dictus? 15. etiam Fagutalis nominatus fuit. ibid.  
 Vincta quando & cur instituta. 267. 288.  
 Vincta: priora Jovi, posteriora Veneri celebrata. ibid. Rustica. 180. 183  
 Vincula unde sic dicta. 784. a  
 Vinulorum nomine quam comprehensa a Romanis. 682  
 Vindex quis? 583  
 Vindicatio quid, & unde dicta? 668  
 Vindications formula qua? 665  
 Vindicatio in fug. num. quid? 579. 671.  
 Vindicatio qua? 580  
 Vindicium ferre quid? 580  
 Vindicat, pro vindicet. 559  
 Vindicta


















15

cal  
92-B  
27542

